ACTA

SANCTORUM

OCTOBRIS.

TOMUS NONUS.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1970


Dedit illi scientiam Sanctorum. Sapio
In plenitudine Sanctorum detentio mea. Eccli. 24
APRILIS
MAIVS
IVNIVS
ACTA
SANCTORUM.
OCTOBER.
ERVDITIO
VERITAS
ANTIQVA REDVCO
OBSCVRA REVELO

ACTA
SANCTORUM
OCTOBRIS

EX LATINIS ET GRÆCIS ALIARUMQUE GENTIUM MONUMENTIS, SERVATA PRIMIGENIA VETERUM SCRIPTORUM PHRASI.

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariisque et Observationibus

ILLUSTRATA

A

J. VAN HECKE, B. BOSSUE, V. DE BUCK ET E. CARPENTIER,

E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS.

TOMUS IX

QUO DIES VIGESIMUS PRIMUS ET VIGESIMUS SECUNDUS CONTINENTUR.

(CUM TRIBUS FIGURIS).

BRUXELLIS,
TYPIS ALPHONSI GREUSE.
MDCCCLVIII.

PHILIPPUS PRINCEPS BELGARUM
COMES FLANDRIÆ

PHILIPPO

BELGARUM PRINCIPI,

COMITI FLANDRIÆ.

SERENISSIME PRINCEPS,

Quod pridem in votis habuimus, id nobis Tua indulsit benignitas, ut scilicet post octavum tomum de Actis Sanctorum Octobris, Serenissimo Fratri Tuo Leopoldo, Brabantiæ Duci, inscriptum, hunc tomum nonum pro pristino more dicare Tibi liceret. Opus enim illud, in Belgico solo natum et adultum, Belgicorum principum nomina in fronte gerere amat. Quod apprime intellexerunt decessores nostri, qui pleraque volumina principibus Augustissimæ Austriacæ familiæ, tunc in Belgio regnantis, obtulerunt. Nec dubitamus quin Serenitatis Tuæ gratiam habiturus sit ipse liber propter scriptionis argumentum : quod in eo universim versatur, ut historicæ disciplinæ ad suos veros limpidosque fontes reducantur. Præterea in Vitis Sanctorum evolvuntur res præteritis temporibus gestæ; personarum, locorum

artiumque conditiones declarantur; atque ipsarum etiam rerum publicarum explicantur fata. Porro quis nescit quantum, Serenissime Princeps, istis studiis delecteris; et qua animi propensione aperte profiteris nullam Tibi scientiam viro principi historia utiliorem videri? Demonstratur insuper Sanctorum Vitis *pietatem ad omnia* esse *utilem*, quatenus, ut ait Apostolus, *promissionem habeat et vitæ, quæ nunc est, et futuræ*, et potissimum excitet caritatem in omnes se miserias large effundentem. Atque his favorem Tuum, Serenissime Princeps, non possunt non conciliare exempla domestica tot Sanctorum, ex quorum sanguine genus Tuum utrinque propagatum est : imprimis vero proxime adest pia memoria Matris Tuæ amantissimæ, optimæ Reginæ nostræ, quæ tantum sui desiderium in Belgarum animis reliquit, ut ejus laudes numquam interituræ videantur. Neque hæc in Te cassa esse vis et infructuosa; quapropter omnes boni, dum in Te caritatem Matris conjunctam cum prudentia solertiaque paterna, quam cuncti in Rege nostro suspiciunt, sibi gratulantur, perfectissimum Te principem fore merito præsagiunt. Accipe demum, Serenissime Princeps, hunc librum tamquam indicium nostræ erga Regem Regiamque familiam devotionis, quam pro viribus nostris et exhibuimus hactenus et in posterum exhibebimus, Deum simul patrem totius misericordiæ ardenter exorantes, ut per intercessionem Sanctorum Tibi omnia fausta et prospera tribuat.

SERENITATIS TUÆ REGIÆ

Obsequentissimi famuli

JOSEPHUS VAN HECKE,
BENJAMINUS BOSSUE,
VICTOR DE BUCK,
EDUARDUS CARPENTIER,
Societatis Jesu Theologi.



P. ANTONIUS TINNEBROEK S.J.

NAT. PR. NON. SEPT. A. MDCCCXVI, DEF. PR. NON. MART. MDCCCLV

Doctrinam mire variam collegerat: Acta
Primitias retinent; cœtera mors rapuit.

COMMENTARIUS DE VITA ET SCRIPTIS

ANTONII TINNEBROEK, HAGIOGRAPHI,

PIE IN DOMINO DEFUNCTI.

V. D. B.

Quum opus Bollandianum, jubentibus Societatis nostræ prælatis et hortantibus adjuvantibusque regii gubernii ministris, continuandum suscepimus, hanc legem nobis præstitutam præfixamque esse voluimus, ut (quantum fieri posset) vestigia decessorum premeremus, eorum investigantes rationes modosque atque eadem imitantes. Porro quisquis a limine salutarit quinquaginta tres tomos, quos illi de actis sanctorum collegerunt et in publicam dederunt lucem, norit oportet hanc eis certam fuisse consuetudinem ut eorum scriptorum, qui post impensam aliquandiu in musæo Bollandiano operam ex hac vita decederent, laboris sui mercedem inter sanctos recepturi, vitæ resque gestæ brevi sermone conciperentur et in fronte novorum voluminum mandarentur memoriæ. Quum itaque pridie nonas Martias anni post Christum natum 1855 *morte nobis abreptus fuerit dilectus in Deo collega Antonius Hubertus Tinnebroek, dum decimo anno in Actis Sanctorum conscribendis navaret operam, superest ut hoc loco pium id fungamur officium.*

Natus autem est in Waalwyk, diœcesis Buscoducensis municipio, ex mediocribus, sed honestissimis parentibus, anno 1816, *eademque die sacris undis ablutus sanctos Antonium et Hubertum patronos accepit; quos deinceps ad ultimam vitæ metam egregia veneratione coluit. Quam eximia autem cura educatus fuerit et a teneris unguiculis ad christianarum virtutum normam institutus, amabat ipse deinde recogitare et, si opportunum videretur, aliis etiam aperire. Neque id prætériit, quum initio tirocinii religiosi scripsit quam vocamus historiam vocationis. Is enim mos et Societatis nostræ consuetudo est ut novitii, quo melius juventur ad rite deliberandum de retinendo novo quod ambiunt vitæ genere et quo vehementius stimulentur ad impensas gratias divinæ majestati de acceptis beneficiis habendas, scripto breviter indicent quibus incitamentis et qua via ad religionis portum devenerint. Et quidem, quum hæc scriptio eximia simplicitate et candore excellat, quumque insuper sæculo proxime prætérlapso, quum Societas nostra lethali affecta fuit ictu, id genus commentariorum invidiam plurimam (ut reliqua omnia nostra instituta et leges) subierit, quasi nescio quod vinculum turpe esset et infame, placet speciminis gratia hoc loco edere quæ de suo in Societatem ingressu literis tradidit optimus collega.* Apud patrem, *ita exorditur,* aviamque maternam (nam matrem secundo ætatis meæ anno ex partu fratris defunctam non novi) educatus in timore Domini et ad pietatem instructus, ac præsertim jam inde a teneris annis pietate multa in Deiparam imbutus fui : cujus in honorem fere quotidie solebat, maxime vero hiemalibus diebus, integrum rosarium in nostra domo recitari; et ego consueveram sæpius cum parente vel cum pio quodam socio diebus sabbatinis parvam unius leucæ peregrinationem ad locum ei specialiter consecratum instituere. Quo ex tempore etiam, nescio quo stimulo, ad sacerdotalem statum omni ardore ferebar; ut unica prope, donec ad studia me contuli, vel certe maxima jucunditas esset ad parvam aram celebrationem sanctissimi missæ sacrificii aliaque quæ in templo fieri videbam divina officia imitari. Interea autem dum in his multus essem et presbyteratum cogitarem, exorta quoque sunt in meo animo germina quædam ad Societatem Jesu aliquando capessendam. Quæ autem his novis cogitationibus occasionem dederunt, sequentia præcipua sunt. Primum quidem, quod ista tempestate multa scriberentur et dicerentur de Jesuitis; de quibus cum parentem aliosque cum laude loquentes audirem, talium virorum amore accendebar. Secundum quod multa mihi narrarentur et imaginibus exhiberentur de laboribus in conversionem infidelium impensis ab aliquot præclaris Societatis viris, potissime a Francisco Xaverio : quorum relatione mirum quantum delectarer quantumque ad imitandum incitarer. Tertium tandem, nec id utique minimum, quod, ubi primum legere didiceram, ab avo paterno Vitam aliquam brevem sancti Aloisii Gonzagæ dono acceperim, cui non multo post alia prolixior fuit substituta. Atque ex hujus lectione multam concepi erga sanctum istum juvenem venerationem, numquam postea intermissam : hanc legere et aliis quoque alta voce prælegere habebam in deliciis; et maxima tenebar admiratione in illis quæ spectabant ad ejus vocationem. Anno dein 1829, kalendis Octobris, ad studiorum curriculum obeundum missus sum Eindhoviam et brevi post, initio anni 1830, in seminarium minus Buscoducense, recenter restauratum. Quibus dum incumberem, animo agitavi per aliquod temporis spatium consilia a sacerdotali ac religiosa vita aliena; sed his talis erat causa et origo ut deinde argumenta visa sint quibus mihi suaderetur potius quam dissuaderetur Societatis ingressus. Quum hæc itaque per Dei bonitatem et misericordiam immensam sublata essent, pristina consilia cum majori etiam dulcedine mente recepi et fovi; præsertim quia tum multo studio versavi Vitam S. Ignatii.

Cujus lectione valde commotus quum essem, eamdem frequenter repetii et quæ ibi dicebantur de institutis et legibus Societatis diligenter consideravi. Inde itaque excitatus, aperui seminarii superiori cupiditatem qua ardebam religiosæ vitæ amplectendæ in Societate Jesu. Quod propositum ut excolerem potius quam continuo exsequerer ille me monuit; adeoque ætatem nimis teneram (habebam quindecim annos et dimidium) objecit : animavitque ut Dei omnipotentis auxilium et lumina Spiritus sancti ad hoc frequenter efflagitarem et intercessionem implorarem Beatissimæ Virginis Mariæ; erga quam ut semper magnum senseram affectum ita tunc hortamentis et exemplo superioris et præcipue lectione *Gloriarum Mariæ*, a beato Alphonso de Ligorio conscriptarum, multo majorem persentiscebam. Ergo quotidie, nulla die excepta, ad impetrandum a summa bonitate statum vitæ mihi maxime salutarem preces fundere cœpi, remque juxta regulas de hoc argumento dari solitas coram Deo perpendere et examinare : unde propositum ingrediendi

AUCTORE V. D. B.

ingrediendi Societatem firmius in dies effectum est; et, ex abundantia cordis ore nonnumquam loquente, amicis aliquot mea vota innotuere. Incitamentum autem quo impellebar potissimum hoc fuit, quod, cum aliqua talenta mihi essent a Domino concredita ad gloriam ejus procurandam, ut illa in tuto collocarem et ad debitum finem modo debito adhiberem, optimum mihi videretur eorum usum permittere sanctæ obedientiæ, quam tutissimam hominum ductricem nuspiam magis in honore esse quam in Societate noveram. Interim vero frequenter, et, quum in philosophiæ curriculo versarer, majori etiam contentione efflagitavi a superiore seminarii ut discessum meum probaret: sed ille, dum me in optatis confirmaret, simul respondere solebat me juniorem esse, neque periculum in aliquantula mora esse. Aliquando autem tradidit mihi legendam illam Alphonsi Rodericii de perfectione christiana partem, quæ de institutis Societatis est; quo munere vocationem meam ac fervorem ad illam sequendam non parum confirmavit. Quæ quum ita se haberent, philosophiæ cursu peracto, sub finem anni 1835 ad seminarium majus veni: ubi quem elegeram rerum ad conscientiam spectantium arbitrum, reverendum dominum Van de Ven, præsidem seminarii, de mea deliberatione feci certiorem, illiusque approbatione atque consilio, post geminatas ad Deum preces, post frequentiores communiones, post missas plurimas ad hanc intentionem a me auditas, et a sacerdote quodam amico pro me celebratas, post invocatam intentius Beatissimam Virginem Mariam cum aliis sanctis, maxime sancto Angelo custode, sancto Josepho, sancto Antonio, sancto patre nostro Ignatio, sancto Aloisio, ac beato Alphonso de Ligorio (quem propter suum in Dei Genitricem et in Societatem Jesu amorem plurimum diligebam et adhuc diligo) ulterius progredi statui. Ecce autem illis diebus meus tunc sodalis, nunc frater in Christo carissimus, dominus Gerardus Van Ryckevorsel, mecum communicat suum Societatem ineundi propositum literasque hac super re a suo fratre, Societatis Jesu scholastico, acceptas; in quibus inter alia hic scribebat se ex duobus clericis in Americam navigaturis audivisse esse aliquem in seminario Buscoducensi theologiæ alumnum, nomine Tinnebroek, qui ingressum in Societatem meditabatur; suadebatque, si res ita esset, ut una mecum conferret consilia: quod tunc fieri cœptum. Sed quum in eo statu ista versarentur, in utramque partem multa mihi occurrere, objectiones multas se mihi objicere, ego dubitare nonnihil, hæsitare, anxius esse, nec quid agendum jam foret perspicere; quamobrem consultus præses rationem viamque facilem suggerit: novendiales preces fiant in honorem Beatissimæ Matris Mariæ. Quod consilium ut multo fervore exsequi cœpi, mox turbatio dejecta est, jamque dies cum præside composita, qua in domum paternam consensum patris obtinendi causa essem profecturus. Sed proficisci non fuit opus; quia inexspectato parens ad me invisendum venit, de proposito meo edoctus. Huic ille objecit varia quæ solvere non erat difficile: dein convenit de re præsidem; et, diu cum ipso collocutus, consensum quidem non dedit, sed nec abstulit spem obtinendi. Aliquot post diebus domum petii ac majorem in ipso, non tamen invincibilem consentiendi difficultatem inveni. Interea, III nonas Februarii anni 1836, juvenis Buscoducensis, conniventibus parentibus, Culemburgum adiit, præscriptum de admittendis examen apud P. De Hasque, nostrorum qui in Hollandia degunt superiorem, subiturus. Qua ego occasione usus, literas ad eumdem patrem illi dedi, quibus ei mea animi sensa et concepta vota patefeci, simul petens quid mihi, positis hoc loco apud parentem rebus, esset porro faciendum. Responsum dum morarer, nova institui ad Sanctissimam Dei Matrem novendialia supplicia; atque ejus implorato patrocinio, plenas, ut recordor, affectu, plenasque spe literas ad parentem misi, petitionem meam denuo renovans. Et reapse, die ultima præstitutarum precum advenit domo desideratissima epistola, qua pius parens consensum mihi omni ex parte absolutum impertiebat. Tum vero quanto exultavi gaudio! Quam fervidas multasque reddidi Deo Optimo Maximo et Beatæ Virgini grates! Quam sæpe mecum ipse repetivi: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus!* Neque diu distuli optatum adipisci beneficium. Ut epistola P. De Hasque mihi reddita est, ad iter me accingo, VI scilicet nonas Martii. Examinor Culemburgi a tribus patribus et deinde Noviomagi a quarto, atque ex eorum conversatione Societatis, jam prope matris meæ, non parva dilectione hausta, repetivi domum IV idus ejusdem mensis, ut ad profectionem brevi secuturam me præpararem. Cumque illic legerem opus beati Alphonsi de Ligorio cui titulus: *Praxis amoris erga Dominum nostrum Jesum Christum*, quo opere pater meus utebatur; inveni speciali aliquo signo ab ipso notatum caput undecimum, quo agitur de vocatione ad religiosam vitam et de parentibus huic adversantibus: atque hoc loco puto eum nonnihil ad mihi annuendum permotum fuisse. Circa finem tandem mensis de admissione mea per epistolam P. De Hasque edoctus, alacriter et quam citissime potui me viæ dedi, amicis suadentibus ut remanerem usque post paschales dies aurem non præbens. Initio itaque hebdomadæ sanctæ domum paternam reliqui; nullisque per viam obstaculis impeditus, feria tertia post meridiem Nivellas in domum probationis adveni. Erat is dies III kal. Aprilis. Gratias Deo super inenarrabili dono ejus. *Atque hæc ipse hactenus.*

Ex hoc autem documento egregia boni juvenis sensa percipi possunt; sed nequaquam præcellentes dotes, quibus a Deo donatus jam tum abundabat. Erat scilicet ei felicissima memoria, ita ut quæ audiret aut legeret multo etiam post recordaretur clare, distincte, accurate. Intellectus acumen non minus erat mirabile; adeoque nil tam obscurum erat aut involutum, quod ejus mentis acies non penetraret facile. Sagacis simul erat ingenii et magni, quo minutissima quæque consectaretur, nec summam et corpus seu quasi molem rerum præteriret. Quum vero judicii lucidissimi esset et argumentorum vim et pondus egregio quodam sensu perciperet, quiescere non poterat ubi placita quædam aut historias examinabat, priusquam ultima (si necessarios libros aut alia adjumenta in promptu haberet) assertorum explorasset fundamenta. Studiorum insuper laborem amabat eumque facile ferebat; nec quidquam erat ita horridum difficultatibus aut ariditate ingratum, quo non delectaretur, quum aliquantisper ei animum applicuerat. Atque ita jam constitutus et comparatus erat, quum Societati dedit nomen; quamquam singulares hæ dotes continuo exercitio ad finem usque vitæ creverunt et a virili ætate omnium oculos multo magis perculerunt. Neque eximiæ ejus animi vires fugerunt magistros, quos in minori seminario Buscoducensi nactus erat. In omnibus enim scholis, quæ discipulorum numero satis frequentes erant, palmas omnes præripuit; et nonnulla quæ tunc temporis ligato aut soluto

soluto sermone tentavit theotisce, latine, græce, gallice atque etiam hebraïce, ibidem etiamnum, quod tam egregii scholaris reliquiæ sunt, servantur. Hæc quum ad nos scripsisset R. D. J. Cuyten, olim minoris, nunc autem majoris seminarii Buscoducensis præses, addidit sequentia : Ut jam ad ejus indolem deveniam, hæc mitis erat et amabilis; quo fiebat ut ab omnibus discipulis non diligeretur minus quam magni fieret. Tantæ autem erat simplicitatis et modestiæ ut ejus laudibus invideret nemo. Numquam dejectus erat animo, numquam turbulentus aut lætitia effusus, amœnus tamen et jucundus. Constantiam retinebat magnam in spiritualibus exercitiis, neque ulla umquam hebdomade omisit ad sacrum tribunal accedere et ad cælestem mensam. Cæterum placidus suam ibat viam, nec singularibus defectibus, nec extraordinariis gestis conspicuus. Sane placuisset nobis, si in hac nostra diœcesi suam collocasset operam; sed quum natus videretur ad Societatem, mira animi alacritate eum ad vos misimus, probe conscii quantum vobis donum conferremus. Cl. v. De Nef, Turnholtanus, quem non præteribat quam rari sint talis ingenii juvenes, non poterat non mirari nostram liberalitatem; et quidem arbitror in annalibus vestris paucissima exempla repertum iri tam promptæ et tam hilaris in vos munificentiæ.

Tantis itaque facultatibus et præsidiis ornatus domum probationis Nivellensem ingressus est juvenis Antonius et novitiorum albo adscriptus pridie kalendas Aprilis anni 1836. *Degit porro illic usque ad ineuntem mensem Octobrem anni sequentis, quo tirones Truncinium translati sunt et Nivellensis domus in residentiam mutata. Licet autem biennium nondum probatus esset, quum tamen firmus esset in arrepta vitæ conditione* (*ad quam perpetuo retinendam privatis votis* XV *kalendas Octobris anni* 1837 *sese obstrinxerat*), XIII *kalendas Novembris ejusdem anni in scholam grammatices et rhetorices missus est, quam Societatis nostræ scholastici post emissa prima vota unum aut duos annos frequentare solent. Quum sæculum reliquit, habebat quidem jam tum peritiam quamdam latinæ linguæ; verum, sive scabiem quamdam in philosophico stadio contraxisset, sive numquam satis castigatus fuisset, non abhorrebat omnino a verbis barbaris, et constructiones admittebat, quas sane græca et gallica lingua amat, abjicit vero purior latinitas. Quod vitii genus quum magister P. Andreas Van Iseghem impugnaret continuo et ex libris M. Tullii Ciceronis de Officiis ostenderet latinos plane adversari nomina quæ philosophi* abstracta *nuncupant; brevissimo tempore dicendi modum sibi adoptavit, immunem locutionum, quas media ætas ex græcis Aristotelis fontibus in philosophicas et theologicas latinas scholas induxit et quas sæcula* XVI *et* XVII *in sermones vernaculos, maxime gallicum, invexere et a quibus per consuetudinem et usum inter latine scribendum difficillimum est abstinere. Dum vero has laudes prosequor, satis intelligo periculum mihi imminere ne nimius videar. Ast præ manibus adhuc habeo orationem de S. Stanislao Kostka, quam tunc ipsi utpote tironi datum est in triclinio dicere die ejus festa, idibus scilicet Novembribus anni* 1837 *et quam nil mutatam animus est aliquando in lucem dare. Hinc scilicet discere erit quam pure jam tum scriberet.*

Licet autem philosophiæ elementa in minori seminario percepisset, visum tamen est Societatis superioribus eum mense Octobri anni 1838 *Namurcum destinare, ubi prius integrum annum philosophiæ et matheseos elementaris lectiones audiret et dein alterum in discenda physica, chemia et mathesi sublimiori poneret. In physicæ schola singulari laude versatus est et quam aperta sibi essent naturæ arcana palam ostendit, quum ad stadii finem theses typis impressas de universa philosophia, qua physica quoque continebatur, publice defendit. Neque minus profecit in mathesi; ita ut etiam postea multum oblectamentum ex mathematicorum libris caperet. Legebat autem eos tam facile, ut alii fere non promptius historias percurrant; neque hæc perfunctoria erat lectio, sed diligenter scrutabatur et perpendebat omnia. Cujus rei testimonium sit exemplar, quod in musæo nostro adhuc servatur, lectionum cl. v. Cauchy de mathesi sublimiori, quas in meliorem ordinem redegerat præstans ejus discipulus. Quum enim id volumen Bruxellis, quo mense Septembri anni* 1840 *hagiographos adjuvandi causa missus fuerat, manibus versaret, ad margines annotavit sphalmata omnia typographica, quæ ei in numeris aliisque signis inter legendum occurrerant. Atque hæc ejus disciplinarum physicæ et mathematicæ peritia ita omnibus perspecta erat ut ultimis vitæ suæ annis sæpius a superioribus jussus fuerit scholasticos nostros examinare priusquam ex eadem schola discederent. Verumtamen fatendum est non omnes mathematicæ partes ei æque fuisse pervias : quæ intellectu percipienda erant, percipiebat quam facillime; quæ imaginationis viribus, difficulter satis; adeo ut ea geometriæ pars, quam descriptivam dicunt, nonnisi summo labore ab eo caperetur.*

Porro quum, ut diximus, stylum bene latinum haberet, quumque insuper judicio esset acri, felicissima memoria, et maxima studendi constantia præditus, ad musæum Bollandianum mittendus visus fuerat, ubi paulatim eruditionem historicam et ecclesiasticam sibi compararet et interea quam posset præstaret operam. Laborabat autem tum diligenter P. Josephus Van der Moere in enodandis difficultatibus, quas in S. Theresiæ scriptis et Carmeli Excalceati legibus potius quam in ipsis sanctissimæ matris gestis deprehendisse sibi visus erat; nec quidquam processerat ipse commentarius, quem prævium dicimus, si excipias tamen primum caput quod de fontibus historicis vitæ S. Theresiæ est. Jussus itaque fuit juvenis Antonius totam eam partem scribere, quæ de vita est seu de gestis S. Theresiæ et quæ in VII Octobris tomo numeros plus mille seu ultra quinquaginta capita complectitur. Universa quidem hæc scriptio siglis nominis Tinnebrochii notata non est, quod presbyter nondum esset et adjutor potius haberetur quam scriptor; verum styli diversitate satis facile est discernere quæ alterutrius sint partes.

Hanc operam ut absolvit Tinnebrochius et typis vidit excusam, autumno anni 1845 *Lovanium abiit, theologiæ præcepta auditurus. In qua palæstra quum versaretur, ecce mense Augusto anni* 1846 *prodit in lucem typis Lovaniensibus* de regularium et sæcularium clericorum juribus et officiis liber singularis, auctore Mariano Verhoeven, archidiœcesis Mechliniensis presbytero, protonotario apostolico, juris utriusque doctore, sacrorum canonum in universitate catholica Lovaniensi professore publico ordinario. *Hujus quidem libri facies moderata satis erat, neque ex ira aut odio suscepta videbatur lucubratio; verum siquis aliquantisper perpenderet quæ in ea legebantur, non poterat non judicare scriptionem infensam esse regularibus atque eo totam vergere ut inter arctissimos limites cohiberentur, quin etiam ut ab episcopis et clero sæculari opprimerentur. Unde hæc opella non parvum regularium amicis dolorem eorumque adversariis incredibile creavit gaudium; ita ut passim audiretur jesuitas*

AUCTORE V. D. B.

jesuitas (nam hi potissime intendebantur) prostratos jacere insignemque de eis victoriam fuisse relatam. Quæ res eo magis erat lugenda quo plura eodem tempore mitterentur ab ecclesiæ hostibus in religiosos ordines et maxime in Societatem Jesu tela. Quis enim nescit eo anno quotidianas ephemerides, comitia publica, libros historicos et fabulosos in Gallia, Belgio et universa fere Europa tota fere in eo fuisse ut subverteretur nostra Societas; qua clade sterneretur via ad pessumdandam universam rempublicam politicam et christianam? Initio tamen sola patientia christiana inopportuno libello opponenda visa est, et ne cogitatum quidem ab ullo regulari fuit de refellendis R. D. Verhoeven assertis. Verum ubi intellectum est etiam inter viros vere probos plures esse qui iis fidem adderent, prius in ephemeridibus Leodiensibus pauci aliquot errores retecti sunt, ut hoc pacto palam fieret non omnimode fidendum esse libro singulari. Quod monitum si patienter tulissent R. D. Professor ejusque asseclæ neu contendissent scriptionem ubique veracem esse et firmam, nil ultra ei fuisset objectum. Sed tam pacate compositi non erant animi; adeoque ad modestissimam scriptionem opposita sunt typographorum ope acerrima responsa. Quamobrem circiter festa natalitia ejusdem anni, suadentibus eminentissimis viris, atque omnium maxime cardinali Fornario, rerum Belgicarum peritissimo, rogantibus etiam aliorum ordinum regularium in Belgio superioribus, jusserunt prælati nostri confutationem parari ab Antonio Tinnebroek et ab altero scholastico Lovaniensi, qui cum eo quinquennalam operam posuerat in scribendis Actis Sanctorum atque tunc simul secundum theologiæ annum inchoaverat. Jussu fecerunt ambo; et licet quotidianas theologiæ dogmaticæ scholas adirent, feriis paschalibus confectum erat. Examen historicum et canonicum libri R. D. Mariani Verhoeven de regularium et sæcularium clericorum juribus et officiis; *quod deinceps per unum aut alterum mensem limatum et typis impressum est, atque ineunte mense Julio lucem vidit, ex sexcentis quadraginta paginis constans. Hanc autem in ea partem habuit P. Antonius Tinnebroek : caput primum scripsit de natura status religiosi; secundum de origine status religiosi; et tertium de bono status religiosi; similiterque caput vigesimum de licentia ordinarii ad erectionem monasterii requisita; vigesimum secundum de servandis ab ordinario in permittenda monasterii erectione; vigesimum tertium de parocho intra cujus parochiam monasterium erigitur; vigesimum quartum de pristino et hodierno ecclesiarum parochialium statu; vigesimum quintum de pristina et hodierna parochorum in Belgio sorte et demum vigesimum sextum et ultimum de supplenda in Belgio ecclesiarum et presbyterorum parochialium paucitate per erectionem monasteriorum; ita ut initium et finis Examinis historici et canonici patrem agnoscant Antonium Tinnebroek, media autem pars alterum scholasticum, nunc iterum hagiographum.*

Verum his absolutum non erat libri R. D. Verhoeven susceptum examen; adeoque quod prodiit volumen, licet res præcipuas omnes regularium contineret, tomus prior dictus est et alter dein scribi cœptus. Plurimum jam processerat novum opus et ad umbilicum fere deductum erat, quum continuo ex Helvetia et Italia pessima afferrentur nuntia. Visum itaque est id non esse tempus quod istiusmodi posceret libros; et tanto promptius quies indicta est quanto certius constaret jam ab omnibus peritis agnosci uno priori volumine intentum finem obtentum fuisse. Prodiit itaque numquam tomus posterior.

Atque hoc loco animadvertendum videtur eum valde erraturum esse qui existimaret Tinnebrochium iniquo in auctoritatem episcopalem fuisse animo. Certe plura scripsit quibus palam fecit eam concessam non esse episcopis licentiam quam eis attributam velle videbatur R. D. Verhoeven; sed ut hanc præscindendam arbitrabatur, quod Pistoriensibus et Hontheimianis placitis propius accederet, sic quoque sartam tectam volebat quam ex communi jure vel ex legitima consuetudine habent episcopi potestatem: neque eos ferebat, qui Romanorum pontificum primatum non norunt extollere, quin episcopis pastorale suum pedum eripiant aut ad nescio quam æqualitatem redigant, in universa ecclesiasticæ disciplinæ historia ignoratam; adeoque singulariter amabat principia, quæ Gregorius papa XVI in suo sedis apostolicæ Triumpho explicuit et tot annos secutus est. His enim ecclesiæ unitati optime consulitur, Romanorum pontificum jurisdictio integra servatur et episcopis sua retinentur jura et dignitas.

Quum vero Tinnebrochius operam contulit ad R. D. Verhoeven pandendos errores, numquam ei vel minimum suspecta fuit hujus viri christiana fides aut caritas : quod quidem Belgæ monendi non sunt; sed exteros fuisse qui, lecto Examine historico, sinistre cogitarint de Lovaniensis professoris sensis novimus, licet non uno loco Examinis dictum fuerit satis futurum esse libri singularis auctori novisse quantum sua placita cum jansenianis convenirent ut ea procul abjiceret. Utile itaque fuerit aperire quæ ipse Tinnebrochius senserit de origine tot errorum, quæ admisit adversarius. Scilicet ut primum legit ejus opusculum, continuo vidit tot lapsuum causam non esse malevolentiam aut hostilem adversus regulares animum; (et quidem satis erat de visu novisse professorem ut eum absque felle esse pronunciasses;) multo minus eum ex jansenianorum phalange esse; sed falsas ejus sententias inde fuisse ortas quod fidem habuisset Thomassino, de regularibus disserenti: quem nemo exscripsit aut breviavit quin eodem cespitaverit modo; ut exemplo Espenii, Hontheimii et Pistoriensium satis constat. Hinc itaque omnino præter mentem primum hauserat R. D. Verhoeven plures præjudicatas opiniones et asserta falsa; quibus facile inductus est ad non spernenda aliquot brevissima opuscula, sæculo XVII *et* XVIII *pessimo animo adversus regulares scripta, in quibus non tantum a genuino sensu detorquentur pontificum et conciliorum verba (hoc nempe Thomassino proprium est), verum etiam textus recitantur imaginarii, fabulosi, mendaces. Porro dum hos textus et Thomassini perversa interpretamenta optima fide reciperet professor, cavebat sedulo ut omnia quæ iram saperent et odium diligenter resecaret. Quæ quum præstitisset, arbitrabatur vir simplex et bonus se æqua lance regularium officia et jura expendisse; dum tamen librum scripsisset non minus noxium regularibus quam qui inimicitiam spirant et simultatem. Quamobrem omnino assentiendum videtur rectori universitatis magnifico reverendissimo viro Xaverio de Ram; qui, dum kalendis Februarii anni* 1850 *justa persolverentur defuncto Mariano Verhoeven, monet primo valde diversa fuisse judicia de libro singulari, in quo quæstiones versabantur quæ alio forte magis opportuno tempore agitatæ fuissent; deinde vero concedit unicuique licere non omnes professoris admittere opiniones; et demum concludit hinc tamen nemini fieri potestatem incusandi auctoris de vulgari in religiosos odio aut malevolentia, multo minus de pravo in apostolicam sedem affectu: quin immo cum de ecclesia Romana sensisse quæ olim exclamarat Bossuetius :* Adhæreat lingua mea faucibus

faucibus meis, oblivioni detur dextera mea, si non meminero tui, si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ : *quæ ut gravissime, sic quoque rectissime dicta videntur. Adeoque, quoniam non poteramus abstinere a revocanda memoria controversiæ nunc feliciter sopitæ, noluimus tamen de ea dicere quin simul testimonium daremus de sincera fide et catholicis sensis optimi viri Mariani Verhoeven. Quum nempe viam omnis carnis ingressi sumus, parum interest multumne an mediocriter eruditi fuerimus; sed catholicos fuisse nec ex prava voluntate errasse summum negotium est.*

Ubi hæc itaque absoluta erant, ordinariis scholasticis laboribus magis se dedit Tinnebrochius et ad sacros ordines se paravit. Atque hi ei collati fuere Namurci autumnalibus quatuor temporum feriis anni 1858 *ab illustrissimo episcopo Dehesselle. Lovanium dein sacerdos reduæ, integrum adhuc annum, scilicet quartum, theologiæ addiscendæ impendit. Dum autem hic curreret, contigit ut R. D. Joannes Baptista Malou, tunc theologiæ dogmaticæ in Universitate Lovaniensi publicus lector, atque olim collegiorum sancti Acheoli et Romani scholaris, a sanctissimo Domino Pio papa IX episcopus Brugensis designaretur. Quæ electio festivis plausibus excipienda visa est collegii Lovaniensis rectori, P. Henrico Rosa. Et quidem versabantur tum in eo studio duo professores præstantes collegii Romani et aliquot scholastici itali; professores totidem hispani et aliquot ejusdem gentis similiter scholares; Helvetiæ valles et montes perplures etiam discipulos miserant; erant præterea angli, germani et bohemi; batavos omitto, qui ejusdem labii sunt ac theutones belgæ : atque ex hac gentium commixtione, quam turbo in universam fère Europam sæviens fecerat, rara oriebatur facilitas ad compingenda carmina diversissimis linguis. Conscripta itaque fuere hebraice, græce, latine, et nescio quot idiomatibus vulgaribus. Partem quoque in iis habere voluit Tinnebrochius eamque eximiam. Videlicet quum facultas ei esset incredibilis quidcumque liberet brevissimo tempore intelligendi et memoriter retinendi, aliquanto ante inciderat in libros aliquot de veteri dialecto indica. Paucis autem diebus didicerat grammaticam, syntaxim atque etiam ligatæ orationis leges et scripta aliquot soluti styli cum nonnullis carminibus summo labore (omnibus fere subsidiis destituebatur) latine facerat et ad linguæ leges expenderat, et dein tentarat aliquid ipse scribere; neque magis se exercuerat, quum ut carmina faceret rogatus est. Respondit stupenti rectori se sanscritica compositurum; quod placuit, quum probe innotesceret eum tantæ esse accurationis ut vix timendum esset ne errores admitteret. Id enim ejus erat ingenium ut in iis omnibus, quæ probe perspecta non habebat, cautissime procederet, ne apicem quidem scribens quin secum cogitasset rectene esset an secus, et si dubia solvere non posset, omittens : solitus jocose dicere neque præceptum Dei esse neque ecclesiæ ut quæ primo occurrunt scriberentur; non unum esse dicendi modum; alios inquiri posse; quin ipsas res præteriri posse et alias substitui. Et, ut id raptim notetur, huic forte diligentiæ, in dubiis locutionibus omittendis maxime positæ, potissimum debetur stylus ejus nitidus et optime latinus, qui in omnibus ejus scriptis, etiam quæ properavit, legentium animos movet. Scripsit itaque poema sanscriticum longum satis, quod cum aliis illustrissimo præsuli oblatum est.*

Ut vero hoc loco continuetur sermo qui incidit de ejus linguarum peritia, quum diem obiit, idiomata noverat saltem viginti unum : videlicet hebraicum, syriacum, arabicum, sanscriticum, armeniacum, hibernicum, russiacum, græcum veteris et recentioris formæ, latinum, hispanicum, lusitanicum, gallicum, mæso-gothicum, germanicum, belgicum, anglo-saxonicum, anglicum, islandicum, danicum et suecicum. Quarum quidem omnium linguarum non perfectam habebat notitiam, multo minus expeditum loquendi usum; deerat enim occasio; sed leges sciebat et indolem, scripta non difficulter intelligebat, atque etiam, si necesse esset aut eo voluptas ferret, ipse scribebat : inter ejus reliquias supersunt exempla, atque in Actis Sanctorum etiam nonnulla observari possunt vestigia.

Omnium autem optime callebat linguam latinam, de qua jam dixi, et linguam patriam seu theutonicam. Scripta ejus aliquot, ad hanc pertinentia, excusa exstant in actis literariis menstruis, quæ olim titulo de Middelaer *edidit R. D. David, professor in Universitate Lovaniensi, literator theutonicus et historicus patriæ præstantissimus et certe pro merito nondum satis commendatus. Quæ ad hunc præclarum virum misit Tinnebrochius, pleraque omnia illic notata sunt siglis A. T. Et quamquam res minimi momenti videatur, memoriæ quoque tradendum existimo diplomata, quæ ex hispanico in vulgare idioma versa ad calcem Vitæ sancti Alberti, episcopi Leodiensis, idem R. D. David typis exprimenda curavit, theutonice facta esse a nostro Antonio; qua brevi opella, maximis obsita difficultatibus, omnium forte maxime ostendit quantam haberet patriæ linguæ scientiam.*

In universa autem re literaria nil magis amabat quam linguarum studium, quod id reliqua fere omnia contineat. Verba enim si recte intelligantur, populorum negotia, mores, leges percipiuntur; quæ ipsi norunt, novimus nos quoque; pereuntibus verbis aut aliis substitutis, res ipsas periisse aut alias substitutas fuisse patet, vel saltem peregrinis impulsionibus fuisse locum; mutationes quoque formarum, ut lentas absconsasque causas habent, inquirere juvat et suavissimo oblectamento est; quod vero potissimum est, linguistica quam dicunt sæpissime necessaria fax est ad dispellendas historiæ tenebras et ad nudam certamque indagandam veritatem. Quæ quum experientia didicisset Tinnebrochius, ubi tempus aliquod liberum habebat aut labore fatigatus erat, redibat ad grammaticas, ad lexica, ad peregrina scripta. Id ejus singulare levamen, etiam quum vires omnes fere corporis amiserat; ita ut quum phthisi omnino jam tabesceret et sæpius jam copiosum sanguinem emisisset, difficillimos id genus libros versaret. Adeoque, ubi ultima sanguinis violenta exscreatione occupatus est, aperti jacebant in ejus pluteo libri eruditissimi de lingua armeniaca, quibus se parabat ad latinas faciendas Vitas aliquot sanctorum armeniacas, quæ nec latine exstant, neque græce. Sed ex hoc diverticulo redeamus in viam.

Quum exeunte æstate anni 1848 *quadriennium theologicum absolvisset optimus collega et doctrinam suam examinatoribus probasset, missus est Truncinium, ubi magistro R. P. Aloisio Geoffroy, huc ex Helvetia profugo, tertium probationis annum pro more perageret. Quod tempus rebus spiritualibus et aliquantisper ministerio sacro dedit. Verumtamen quum inter hujus anni exercitia sacris ritibus melius discendis aliqua opera navari soleat, magister collegis suis assignatus est P. Tinnebroek. A puero scilicet has res amaverat; quin etiam, quum in Societatem venit, missalis et breviarii ordinem et multa id genus jam probe norat. Unde ab initio fere sacrario seu sacristiæ præpositus fuerat et postea, quum scholasticus esset, magistri ceremoniarum partes in officiis solemnibus Namurci et Bruxellis obire solitus erat.*

AUCTORE V. D. B.

erat. Quibus muniis ut recte fungeretur, optimos accurate legebat libros; et siquid peccaretur, ferebat ægerrime. Hinc paulatim magnam doctrinam liturgicam adeptus erat; neque contentus erat novisse quid præsenti ecclesiæ disciplina decretum esset, sed veteres inquirebat rationes et modos : quæ ut certius novisset, scripto breviabat antiquos libros; quod schedarum genus sat magno numero post ejus mortem reperta sunt. Sollicite itaque et erudite Truncinii implevit officium magistri liturgici. Verumtamen multo magis explicuit suam rei liturgicæ scientiam in dedicatione templi nostri Bruxellensis. Ipse quidem numquam eam solemnitatem oculis suis viderat; sed quæ alii experientia discunt et usu, facile hauriebat ex libris. Magister itaque ceremoniarum esse a superioribus jussus est; quo qui fungitur munere, aliorum omnium partes continuo ob oculos habere debet, quum ei singulis fere præire et quid agendum sit nutu indicare necesse sit. Fecit hæc ipse solita sua diligentia, nec quidquam erravit. Unde quum hæc celebritas rite peracta esset, gaudio repletus erat maximo, potissimum laudans eminentissimum cardinalem archiepiscopum Engelbertum Sterckx, quod hic perpetuo rerum agendarum certus hæsitasset numquam et omnia non minori facilitate perfecisset quam majestate. Erat scilicet Tinnebrochius alter Nepotianus; cujus instar ut lectione assidua et meditatione diuturna pectus suum fecerat bibliothecam Christi, *sic quoque ejusdem exemplo* mens Christo dedita æque et in majoribus et in minoribus intenta erat; et in omnes ceremonias pia sollicitudo disposita non minus, non majus negligebat officium.

Porro quum per itus in Belgium reditusque scholasticorum provinciæ Neerlandicæ in illis etiam partibus ejus rerum liturgicarum peritia innotuisset, rogatus est a Neerlandicæ provinciæ præposito ut kalendarium liturgicum quod omnibus istius regionis domibus commune esset conficeret. Apprime arrisit hæc postulatio et plures annos kalendarium id scripsit singulari felicitate et typis Bruxellensibus excudi jussit. Neque difficulter assensit illustrissimo episcopo domino Theodoro de Montpellier, operam ejus exposcenti ad paranda nova officia sanctorum, diœcesi Leodiensi propria. Collegit itaque imprimis kalendarium, ad singula nomina notans festane agenda viderentur et quo ritu, an vero prorsus omittenda; breviter ubique additis rationibus. Complures quoque lectiones secundi nocturni scripsit, partim veteres corrigens, partim novas colligens ex optimis monumentis. At per mortem non licuit opus illud absolvere; sed quæ fecerat, ea tamen non fuere inutilia, ut ex literis illustrissimi viri nobis constat.

Propter hanc quoque rerum liturgicarum scientiam commercium aliquod ei fuit seu potius amicitia cum barone Guilielmo Joanne Antonio de Viron de Diéval, olim provinciæ Brabantiæ præside, et illius etiam disciplinæ peritissimo. Atque hic præstantissimus vir hoc loco a nobis laudandus est quod ante mortem, quam nonis Julii anni 1857 *obiit, voluit nobis ab optimo filio tradi universos suos libros liturgicos. Insignis plane munificentia. Erat enim inter eos præter multa missalia recentia et antiqua incredibilis vis breviariorum, officiorum propriorum et ordinum divini officii, quorum multitudinem plane minus admireris quam diversitatem. Neque hic stetit hujus domus erga nos benevolentia; nam quo tempore ad nos illa delata sunt, simul accepimus ex voluntate Zenonis de Viron, ejusdem familiæ juvenis, et kalendis Novembris anni* 1856 *vita functi, alteram librorum copiam, maximi quoque faciendam. Neque hic deerant libri liturgici, multo tamen plures historici et topographici; ita ut ex duplici hoc dono mirum in modum creverit supellex nostra liturgica atque ea etiam musæi pars, quæ descriptiones civitatum et regionum continet : quarum largitionum memoriam perennibus titulis conservatam voluimus.*

Ut vero ex dictis satis intellectum est, multo minus Truncinii quam Bruxellis scientia liturgica Tinnebrochii enituit : Bruxellas vero autumno anni 1850 *redierat, denuo in Actis Sanctorum conscribendis operam suam positurus. Parabatur tum ad prelum tomus Octobris octavus, neque multa amplius desiderabantur. Scripsit itaque tantum defunctus collega partem prætermissorum et in alios dies relatorum, qui in fronte dierum* 17, 18, 19 *et* 20 *Octobris obvii sunt; præterea breves notitias de sanctis martyribus Bolitanis seu Volitanis in Africa; de sanctis martyribus Afris Lucio, Victore, Dasio et sociis; de sanctis Lucio vel Luca et Victorino vel Victorina, itemque de S. Agnete, martyribus partim Antiochiæ, partim Nicomediæ; similiter de sanctis Hermete et Taxio, martyribus Axiopoli in Bulgaria; et demum de sancto Brotheno et santa Gwendolina cultis in Wallia. Verum hæc minoris momenti scriptiones. Longe potioris sunt commentarii de beato Thoma Helia presbytero Bivillæ in Normannia inferiori, de sancto Vitali episcopo et confessore Salisburgi in Germannia et de S. Aderaldo archidiacono et confessore Trecis in Gallia. Brevissimo tempore lucubrationem de B. Thoma Helia, quæ per triginta paginas extensa est, fecit; nil tamen in ea quod accuratum non sit seu minus recte expensum in ea deprehendes. Fuse in ea prosecutus fuit ea omnia quæ ad cultum beati hujus viri spectant et loca ejus Vitæ obscura diligenter illustravit. In Vita contra sancti Vitalis vere sudavit et alsit, diuturnamque operam posuit. Gravissima enim et intricatissima quæstio obvia hic erat, ex qua magna pars historiæ ecclesiasticæ Germaniæ pendet, scilicet quo tempore vixerit S. Rupertus, cui proxime successerat in Salisburgensi cathedra S. Vitalis : alii enim volebant illum mortuum esse anno* 623 *aut* 628, *alii anno* 718 : *unde de integro sæculo controversia erat in disputatione de originibus ecclesiasticis Boïcis. Quæ itaque utrinque afferebant ad hanc usque diem eruditissimi viri, mira claritate retulit et examinavit Tinnebrochius, plura de quibus parum aut nihil cogitatum fuisse videtur animadvertit, et ab anno* 696 *aut* 699, *quo S. Rupertum Wormatiæ adhuc sedisse episcopum, usque ad annum* 720, *post quem eum Salisburgi ad superos evolasse demonstravit, S. Ruperti gesta præcipua eo ordine disposuit et certissimis documentis confirmavit, ut spes sit stabiles fore et perpetuos hujus laboris fructus. Ipsius dein sancti Vitalis opera, cultum et miracula exposuit; sed in his nullum singulare impedimentum. Commentarius de sancto Aderaldo partim quoque in tricis chronologicis situs est; partim in declaranda beatissimi viri sollicitudine ut canonica vita in clero Trecensi promoveretur. Complures hic aliorum retecti errores; multa acute explicata; et siquæ dubia supersint, gratissimo tamen conspersa lumine.*

Dum vero hæc typis pararentur, visum erat Bollandianis operam suam conferre ad novam editionem tomorum V et VI Octobris, quod a multis desiderarentur : sed ut textus mutari non poterat, sic quoque boni non consulebatur nude iterum pristina volumina in lucem dare. Auctaria itaque factum iri statutum est : quibus quæ minus recta haberentur revocarentur ad examen; quæ vero omissa, adderentur. Partem in hoc labore non minimam habuit Tinnebrochius noster. Ejus enim sunt notæ additæ in auctario tomi V ad Vitam sancti Clari Nannetensis episcopi, in

in quibus non male disputavit contra Lobinavium de originibus christianis in Armorica; item ad commentarium de S. Paulino Eboracensi antistite, quam lucubrationem pluribus locis castigavit; ad commentarium vero de sanctis Francisco Borgia et Ludovico Bertrando addidit nonnulla recentiora monumenta aut ex recentioribus libris deprompta loca; et, ut alias id genus notas et additamenta taceam, eidem auctario inserendum curavit commentarium omnino novum de S. Gaudentio archiepiscopo Gnesnensi, quem ad diem 11 Octobris prætermiserant decessores, quod nuspiam in ecclesia publice coleretur. Sed luculentissime ostendit Tinnebrochius ei ecclesiasticos honores haberi Pragæ in Bohemia ejusque proinde Vitam ex Felice Nerinio edidit, longa serie notationum illustratam. Has dum scriberet, non potuit abstinere a libris, in quibus res slavicæ dilucidantur; atque hinc paulatim factum est ut, quum pristina hujus gentis decora atque ejus deinde per Constantinopolitanorum patriarcharum molimina procuratas calamitates considerasset, mirum in modum cœperit illius misereri : quæ animi sensa plurimum etiam confirmata sunt, quum pro auctario tomi VI scripsit commentarium de sancta Parasceve virgine, quam ad diem 14 Octobris præterierant decessores, quod non satis viderent eam ab homonymis virginibus distinctam esse. Distinxit itaque eam nitidissimis certissimisque characteribus Tinnebrochius ejusque cultum apud slavicas nationes accuratissime indagavit; translationes ejus, quarum præcipuam procuravit Basilius, primas seu patriarcha Ternobensis, et concordiæ latinos inter et bulgaros restaurator felicissimus, diligenter explicuit; et quæ ad ætatem sanctæ, natale solum, obitum et sepulturam spectarent, opportuna luce illustravit. Porro quum is ejus esset mos seu potius natura ut rerum omnium, quas attingeret, rimas sequeretur et quantum fieri potest penitissime perdisceret, per commentarium de S. Parasceve in Russiam quasi deductus est, negotia potissimum ecclesiastica exploraturus. Constitit diu satis in hujus gentis historia eamque cognovit bene. Neque periere omnes cujus diligentiæ fructus. Collegit scilicet primum omnium sanctorum nomina, quæ istic coluntur eaque tum ordine festorum seu dierum kalendarii tum ordine historico seu chronologico disposuit. Examinavit deinde quæ de schismate sunt et concordia cum ecclesia romana : quæ obscura viderentur illustrans; quæ vero clara, paucis indicans.

Atque hac ratione reperit Stiltingum, qui in dissertatione singulari, operi nostro inserta, idem argumentum agitaverat, justo severiorem esse in damnando Russos schismatis, iis etiam temporibus quibus revera cum ecclesia catholica conjuncti fuerant. Gallice hanc scriptionem incohaverat et ad sæculum usque XII *absolverat, eamque cogitabat typis dare, multum inde sperans ut qui eam lecturi erant Russi melius de ecclesia catholica sentirent. Et certe ex ea certissime constabat religionem christianam non per schismaticos in eorum terras invectam fuisse; in schismate non adolevisse eorum rempublicam; et quum optima composita essent eorum negotia, agnitam ab eis fuisse romanorum pontificum auctoritatem, tot exterum testimoniis in eorum liturgicis libris confirmatam. Sed morbo lethali correptus inceptum opusculum perficere haudquaquam potuit. Quod unum fere, quum sciret se propediem hanc vitam licturum esse, ei dolorem creabat, ut ipse patri spirituali aperuit, dicens id sibi grave esse quod hinc prius migraturus esset quam quidquam pro conversione Russorum peregisset. Ut enim fidem habebat viridissimam et ecclesiam catholicam amabat quantum filius nullus suam matrem, sic impendisset se et superimpendisset ad sarciendas ab inimico homine factas scissuras. Et plane passim hunc fidei ardorem in eo deprehendere erat.*

Neque aliunde proficiscebatur flagrans studium, quo generatim ferebatur ad juvandos in salvandis animabus homines. Quum scholasticus esset, jussus est Truncinii, Namurci et Bruxellis doctrinam christianam explicare aliquando pueris, aliquando famulis, aliquando fratribus coadjutoribus : quo officio delectabatur plurimum et incredibili nitore et simplicitate fungebatur. Presbyter factus et Truncinii versans aut Bruxellis, ad missiones, adorationes perpetuas, jubilæa et alias id genus solemnitates accitus est non semel, qui confessiones exciperet. Et quidem tam assiduus tunc erat in sacro tribunali ut aliquando per integram hebdomadem quotidie duodecim et plures horas pœnitentes audiret, semper eos admittens mirabili caritate et prudentissime monens et instituens. Ut enim alias doctrinæ sacræ partes optime noverat, sic quoque theologiam moralem optime callebat; adeoque (ut id obiter annotetur) quum aliquando Mechliniam ivisset approbationem archiepiscopi petiturus, postea unus ex examinatoribus auditus est de eo hæc totidem verba dicens : « Videbatur inter respondendum ex libro legere. » Sed hic ejus erat modus ut quotiescumque de re seria aut scientifica ageret aut quæ legisset exponeret, mirabili ordine, perspicuitate et accuratione verborum uteretur. Atque hæc etiam ejus erat virtus, quum ex cathedra verba faceret ad populum aut in piis cœtibus publice loqueretur. In his quidem interdum supra vires erat vehemens in impugnanda peccati malitia, plerumque tamen moderatus; verum quod hac ex parte deerat tanta claritate et simplicitate, conjuncta cum doctrinæ copia, supplebat ut aliquando non minores in animis cieret motus quam alii firmiori pectore præditi et magis ad hoc laborum genus assuefacti. Sic nonnumquam bis aut ter de die in missionibus concionatus est, reliquum tempus in sacro tribunali sedens; sic in exercitiis spiritualibus; atque sic quoque in refugio senum, quod juxta Bruxellense collegium est, bis singulis hebdomadibus gallice et theotisce plures annos dixit et semel in mense ad sorores Providentiæ, quibus hujus refugii cura, carcerum Bruxellensium et ptochei Cameræ B. M. V. commissa est. Præ reliquis autem amabat laborare in isthoc refugio; in quo ad finem fere vitæ quotidie missæ sacrificium ad altare obtulit et singulis hebdomadibus eorum, quibus peccata confiteri liberet, homologeses excepit. Eos insuper in morbis frequenter adibat et diligenter ad beatum præparabat transitum. Neque hæc ejus sollicitudo sterilis fuit. Licet enim domus hujus conditio exeunte anno 1850, quo illius spiritualis procuratio ei concredita est, satis esset bona, miseriæ tamen omnino non deerant; maxime quod nonnulli qui sibi sapientiores videbantur proni essent ad contemnendas pietatis industrias et ad avertenda pleraque virtutis adjumenta. Verum ea caritate et prudentia usus est Tinnebrochius ut brevi plerique omnes a bona starent parte adeoque inter eos religiosa exercitia non in minore essent honore quam in monasterio. Unde quum diem obiit, luxere eum ut patrem et frequentissima corona ejus exsequias honestarunt. Non minus diligenter fungebatur confessarii munere apud fratres doctrinæ christianæ, procul a collegio dissitos; atque eos adivit usque ad ultimum fere vitæ tempus, licet vires paulatim deficerent; quod officium quum ei valde grave esset factum, non postulavit tamen ab eo absolvi, sed excogitavit lenimentum aliquod. Ultimo itaque anno iter media via abrumpere solitus erat et in domo amica inter eundum et redeundum

AUCTORE V. D. B.

redeundum aliquantisper quiescere : qua ratione aliquot menses hanc provinciam protrahere potuit. Nolebant scilicet præpositi hoc eum levare onere, tum quod hanc solam captabat occasionem liberiori aere fruendi, tum quod probe sciebatur ingratum ei futurum esse si sacerdotali hoc munere interdiceretur.

Maximus enim ei erat animus, neque ullo labore vinci se patiebatur, quamquam jam pridem minus firma esset ejus valetudo. Videtur quidem a nativitate ex parentibus hausisse phthiseos germina; sed ea ita latebant ut, nisi sicca quadam tussi interdum concussus fuisset, nihil suspicatus esses. Verum hæc tandem anno 1852 *cœpere se manifesta facere; non quod querelas funderet (fudit eas numquam), sed quod eumdem laborem continuaret vix aliquot dies, nisi res urgeret aut sua eum raperet voluptas. Interea tamen jam hoc, jam istud agens, quotidie octo aut decem horas studiis impendebat, parum scribens, sed multa legens, numquam autem nisi libros serios et de rebus sibi parum aut nihil notis : ita ut ultimis etiam vitæ temporibus non minus suum applicaret animum quam qui quotidianis distinentur scholæ laboribus. Et nil fere de ea studendi assiduitate remisit quum ineunte anno* 1853 *sanguinem exscreare cœpit; nam ut primum hinc nata defatigatio abierat, redibat ad libros et quæ utilia futura videbantur excerpebat aut annotabat. Verum sub finem mensis Februarii, ejecta nova sanguinis copia, omnino prostratus est et febri correptus, quæ instantis finis jure merito habitum est indicium. Paravit porro se ad mortem multa pietate et constantia, Deo se commendans et B. Mariæ Virgini, quam semper ut matrem dilexerat. Dum itaque exeuntium sacramentis munitus decumberet, de solis fere rebus divinis cogitare visus est, oculos continuo intentos habens vel in Christi crucifixi imaginem, vel in Deiparæ iconem seu etiam in pyxidem reliquiariam. Biduo ante mortem quum publica solemnitas Bruxellis celebraretur in gratiarum actionem de decreto et definito immaculatæ conceptionis beatæ Mariæ dogmate et nocturno tempore omnes fere ornarentur domus festivis luminibus, maximam inde percepit lætitiam et solatium; sed brevi post in delirium devenisse visus est, non violentum quidem aut continuum, sed pium potius et intermissum. Quamobrem quum nesciretur quando libera esset mente, suggerebantur ei interdum brevissimæ preces; quas inter quum aliquando aliquid de virtutibus theologalibus delibatum fuisset et fides in Christum commendata, continuo se explicuit omnis ille fidei ardor, quo semper eum animatum fuisse diximus : « Sed cui, inquit, credam, si Christo Domino non crediderim? » Atque hanc fidem, qua spes nituntur et caritas, in corde gerens paulo post meridiem feriæ* III *secundæ hebdomadæ quadragesimæ, quæ dies* VI *erat mensis Martii, universis patribus et fratribus collegii Bruxellensis circumstantibus, in manus Dei suaviter spiritum emisit, percepturus inter sanctos præmia laborum, quos in eorum gloriam decennium fere tulerat. Annos natus erat triginta octo, quorum novemdecim in Societate egerat. Depositus fuit biduo post in cœmeterio tirocinii Trunciniensis. Juverit ei hic brevem apponere titulum, quo potissimæ ejus laudes et vitæ tempora contineantur.*

℣ MEMORIÆ ℣

ANTONII. HVBERTI. TINNEBROEK
EX. SOCIETATE. JESV. ET. BOLLANDIANO. COLLEGIO
GRAMMATICA. MATHEMATICA. THEOLOGICA. LITVRGICA. ET. HISTORICA. DISCIPLINIS
LONGE. SVPRA. ÆTATEM. ERVDITI
NATVS. EST. IN. WAALWYK. PRID. NON. SEPT. A. M.D.CCC.XVI
TIRONIBVS. NIVELLENSIBVS. ADIVNCTVS. PRID. KAL. APR. A. M.D.CCC.XXXVI
PRESBYTER. ORDINATVS. NAMVRCI. NON. KAL. OCT. A. M.D.CCC.XLVIII
QVATVOR. SOLEMNIA. VOTA. BRVXELLIS. PROFESSVS. XVIII. KAL. SEPT. A.M.D.CCC.LIII
E. VITA. RECESSIT. IN. PACE. CHRISTI. PRID. NON. MART. A. M.D.CCC.LV
BIDVO. POST. DEPOSITVS. INTER. FRATRES. TRVNCINIENSES
HVNC. EI. TITVLVM. HEIC. FECERVNT. MŒRENTES. COLLEGÆ

SYNOPSIS

SYNOPSIS

TOMI NONI

DE ACTIS SANCTORUM OCTOBRIS.

Primum cogitaveramus tomo nono Octobris, qui totius operis Bollandiani quinquagesimus quintus est, commentarios claudere de sanctis, qui diebus vigesimo primo, secundo, tertio et quarto Octobris in ecclesia catholica coluntur aut olim culti fuere; sed, ut processit aliquantum typographi opera, continuo intelleximus mediam fere partem resecandam esse, nisi volumen, multo spissius quam par est, in publicam lucem venire vellemus. Novus itaque liber continet tantum lucubrationes de sanctis, quorum nomina inscribuntur calendariis ad diem vigesimum primum et secundum Octobris, cum adjecta Vita B. Joannis Boni; qui quidem potius celebrandus fuisset die sequenti, sed in aliquot tamen fastis sacris ad diem vigesimum secundum laudatur. Quare autem ei hic locus assignatus fuerit, in ipso commentarii limine breviter dictum est. Porro cælitum numerus, quorum in hoc tomo explicantur gesta, valde magnus est: verum multo majoris partis nomina in latebris jacent : qui vocabulo noti sunt, recensentur octoginta septem aut novem; de duobus enim S. Ursulæ sociabus non certa omnino scientia est. Jam vero pro more viros in tres series seu status hic dispertiemur, videlicet *ecclesiasticum* seu clericalem, *monasticum* seu religiosum et *sæcularem* seu laicum; quibus quarto loco accedet *femineus sexus :* quas quatuor classes ordine simul temporis et dignitatis, quantum fieri poterit, juverit perlustrasse.

EX STATU ECCLESIASTICO.

Episcopalis gradus denuo dives est nominibus : sedecim enim sunt numero, nempe SS. Abercius, Alexander, Anatolius, Donatus, Guilielmus, Hilarion, Marcus, Maurontus, Mellonus, Moderamnus, Nepotianus, duo Philippi, Salarius, Verecundus et Unnis; presbyteri duo tantum sunt aut tres, scilicet SS. Asterius, Severus et forte Domnolenus; diaconi quatuor, SS. Hermes, Justus, Reparatus et Valerius; et demum lector unus S. Viator. Primum ordinem aperit *S. Marcus,* primus ex præputio Hierosolymitanus episcopus, cujus ministerii tempus ex Eusebii chronico, varietate editionum pluribus locis obscuro, imprimis investigandum fuit. Pone venit *S. Abercius,* episcopus Hierapolitanus in Phrygia, cujus ætas, scripta et potissimum epitaphium declarata sunt, et dein Acta ex Metaphraste, numquam ante græce edita, nunc primum publici juris facta sunt. Postea locus fit *S. Alexandro,* incertæ sedis inter Orientales antistiti, qui cum Heraclio milite et sanctis feminis Anna, Theodota, Glyceria et Elisabeth sæculo II aut III martyrium fecit et sequenti ævo magna veneratione a Constantinopolitanis civibus cultus est. Certius est tempus martyrii *S. Asterii,* presbyteri Romani, quem olim die 19 Octobris cultum fuisse ostenditur; qua oblata occasione difficilis locus ex Passione S. Callisti papæ et vocabulum *natalis,* in re hagiographica toties obvium, illustratur. Præterea S. Asterii reliquias nunc Ostiis Tiberinis sub humo, non vero (ut volunt) in Romano S. Martini in Esquiliis templo, jacere demonstratum est. *S. Valerius,* martyr et ecclesiæ Lingonensis diaconus, suo quoque ordine illustratus est, proposita quæstione de loco, tempore et auctoribus ejus cædis, necnon de reliquiis et cultu. Ejus tunc Acta primum luce donantur. De *S. Philippo,* quem Firmani in Piceno colunt, paucissima innotuere : hæc prolata in medium: quibus addita inquisitio an in Piceno ante Constantini Magni tempora episcopi exstiterint: ajendum visum est contra Coluccium. *S. Philippi,* episcopi Heracleensis et amborum ejus comitum, *Severi* presbyteri et *Hermetis* diaconi, memoria multo meliorem messem dedit. Acta quippe eorum, quæ sæpius diem jam viderant, nunc multo castigatiora ope plurium codicum manuscriptorum prodeunt in lucem atque hæc sincera esse significatum est. Hinc ventum ad declarandum tempus eorum martyrii, quod, Diocletiano imperante, non autem Decio, ut alii voluere, contigisse probatum est. Succedit *S. Melonus* seu *Melanius,* Rothomagensis episcopus, cujus Acta ex vetustissimo legendario excerpsimus, præmisso de rebus ejus gestis et reliquiarum fatis commentario. De *S. Nepotiano,* episcopo Claromantano breviores esse oportuit; episcopatus tamen, ætas et reliquiæ illustratæ; eademque opera posita in celebrando *S. Justo,* ejusdem ecclesiæ diacono. *S. Viator* similiter diaconus fuit: sed S. Justi, Lugdunensis episcopi, comes et imitator : ejus quoque laudes enarratæ fuere. *S. Anatolium,* olim in monasterio S. Michaelis ad Mosam cultum, vere Cadurcensem episcopum fuisse contra ipsos Cadurcenses ostensum est; ejus deinde translationes et cultus late declarata. De *S. Verecundo,* episcopo Veronensi, nil fere certi præter cultum et reliquiarum asservationem innotuit. De *S. Reparato* Nolano, cujus veneratio ecclesiastica postremis hisce temporibus plurimum crevit, quæsitum est utrum hæc non fuerit orta ex male intellecto sepulcrali ejus titulo. De sancto autem *Salario* episcopo, qui Lunæ in Italia honoratur, vix quidquam investigandum fuit præter tempus quo floruerit. Neque nobis felicioribus esset licuit in *S. Domnoleno,* qui presbyter videtur fuisse Autissiodorensis: cum tamen diligenter secrevimus ab homonymo Lemovicensi. Paulo plura nota de *S. Moderamno,* episcopo Rhedonensi in Britannia Armorica et dein Bercetensi in Italia abbate. *S. Maurontus,* Massiliensis episcopus, longe plura dedit; non enim tantum episcopatus ejus et mortis tempus declaratum est, sed demonstratum insuper eum ejusque successores in S. Victoris Cassianitarum

rum monasterio abbates simul fuisse ac episcopos Massilienses; cujus rei origo et finis in luce posita sunt. Illustratum præterea singulari commentario Placitum Dignense, quo beato præsuli villa Caladius aliaque bona restituta fuere et quo universa judicii figura, quam observabant missi dominici, ante lectorum oculos ponitur. *S. Donatus,* episcopus Fesulanus in Italia ortuque Hibernus, pro merito etiam laudatus est; dictum scilicet de ejus episcopatu, scriptis et cultu; atque nunc primum edita fuere secundum tres mss. codices Vita ejus seu Acta. Sæculo XV adhuc exstitisse *S. Unnis,* archiepiscopi Hamburgensis et Bremensis, Vitam, a discipulo beati viri conscriptam, constat, sed frustra eam inquisivimus. Quomobrem ex aliis monumentis collegimus gravissimos S. Unnis labores, in veteri Saxonia, in Dania et Suecia susceptos : quorum ergo chronotaxim undecim primorum Bremensium et octo Hamburgensium præsulum facere tentavimus; et similiter explicare quæ essent sæculo IX in illis regionibus rei publicæ et christianæ conditio, et alia id genus; commentarium clausimus Vita S. Unnis ex Historia Adami Bremensis excerpta et copiosis aucta scholiis. *S. Hilarion,* episcopus Moglenensis in Macedonia, ad hanc usque diem vix notus erat. De ejus sede et translationibus egimus, dubiis plurimis sublatis e medio. Iñ ecclesiasticorum virorum agmine ultimus est *B. Guilielmus,* episcopus Comensis in Longobardia; cujus gesta et difficultates, quibus continuo fere fuit circumdatus, et fundationes, quas ejus peperit piëtas, enarrata sunt.

STATUS MONASTICUS.

Inter eos autem, quos modo statui ecclesiastico adscripsimus, plures fuisse qui quam vocant vitam asceticam coluerint, dubitandum non est; item inter eos, quos jam recensituri sumus, nonnullos esse qui sacris ordinibus initiati fuerint similiter certum est; quamobrem distinctio illa vulgari potius quadam nititur existimatione quam ipsius rei veritate. Utcumque autem id sit, viginti et unus celebrantur, qui ad hanc secundam classem referendi visi sunt. Horum princeps *S. Hilarion,* cujus initia et progressus fuse explicata sunt, itinera multa et longinqua descripta; disciplina et vivendi ratio explanata; et cultus demum, qui per omnes patriarchatus late extensus est, diligenter investigatus : quibus accedit Vita, composita a S. Hieronymo atque nunc cum bene multis annotationibus et lectionibus variis denuo edita. Eadem opera collocata in ejusdem auctoris edenda lucubratione de *S. Malcho. SS. Abibus* et *Apollo*, monachi Ægyptii, innotuere maxime ex synaxario ecclesiæ Copticæ, quod hactenus ineditum servatur in scriniis Vaticanæ bibliothecæ. Partem, quæ ad eos spectat, exhibuimus. Contra *S. Agathonis* abbatis vita ex multis colligenda fuit libris, quibus dicta et gesta sanctorum patrum continentur. Sanctorum vero *Constantini* et *Simplicii,* Cassinensium abbatum, gesta ex hujus abbatiæ historicis, tum recentibus, tum antiquis, sumpta est. *S. Nuncti,* abbatis et martyris, Acta dedit Paulus, diaconus Emeritensis; quorum causa potissime quæsitum utrum Augustinianis an Benedictinis accensendus esset beatus vir : ab utrisque abjudicandus visus est : qua data occasione iterum etiam de primæva monachatus forma dictum est. *Vitam S. Lupentii,* abbatis et martyris Catalaunensis in Gallia, scripsit S. Gregorius Turonensis, ut contra Cointium statutum est : dictum dein de loco et tempore martyrii deque festiva ejus memoria. *S. Merovei,* monachi Bobiensis, Acta, conscripta a celeberrimo monacho Jona, nunc primum prodeunt in lucem, cum prævio commentario, in quo singulariter de cursu Bobiensi agitur. *S. Munnu* seu *Fintanus,* abbas Teachmunnensis in Hibernia, in re hagiographica celeber est; Vita tamen, quam nunc forte primum ex codice ms. edimus, suspectæ est fidei. Verum aliunde collegimus nonnulla, videlicet de monasterio Teachmunnu et oppido Taghmon, de sancti viri cultu ecclesiastico, de ejus itinere Hiensi, de prætensa ejus sub S. Columba disciplina, de magistris ejus et fundatis ab eo monasteriis, de fabuloso ejus episcopatu et demum, aliis omissis, de parte quam habuit in controversia de cyclo paschali. *S. Wendelinus,* pastor et eremita in diœcesi Trevirensi, tanta illic olim veneratione honestatus fuit ut nomen suum oppido communicaverit. Verum enimvero Acta, quæ ex mss. codicibus primum edimus, non ubique satis certa sunt : unde dicendum fuit de rebus bene multis dubiis. Eremita quoque fuit *S. Condedus,* sed simul presbyter et aliquando vitam monasticam professus Fontanellæ in Normannia. Ætas, habitatio, monachatus, sepultura et translationes declaratæ sunt et editæ duæ Vitæ, quarum antiquior ad hanc usque diem lucem numquam viderat. *S. Benedictus* Maceracensis abbas ex Oriente venit in Britanniam Minorem : quod peregrinationum genus a pluribus aliis sanctis orientalibus medio ævo susceptum est. Hæc breviter exposita et dein ventum ad ejus cultum et sororis *S. Aveniæ;* tandem nunc primum edita brevis brevis Vita e veteri ordinario Rotonensi. Ex alio capite commendatur *S. Bertholdus,* exeunte sæculo XI oblatus in Parmensi S. Alexandri puellari monasterio : hoc enim sæculo primum in abbatias introductum fuisse videtur oblatorum, conversorum seu fratrum laicorum institutum; de quo non potuit non fieri sermo; maxime quod ille primus ex hoc ordine cælicolarum publicos honores videatur promeruisse. Simul explicatum quomodo parentes cum innumeris aliis, Guilielmo conquæstore Britannia potito, in Longobardiam fugerint; denique S. Alexandri monasterii origo et fata, quantum necesse visum est, exposita sunt. *S. Hugonis,* abbatis Ambroniacensis, memoria vindicata potius fuit ab interitu, quam illustrata; quum de ejus gestis nulla supersint monumenta. Sed contra abundant plane quæ de *S. Berthario,* abbate Cassinensi et martyre, comperta sunt. Vitam ejus, quam pie duxit et exeunte sæculo IX a Sarracenis trucidatus cruenta morte pro Christo suscepta coronavit, ex mss. codicibus excudendam curavimus, præmisso commentario de Ignatio, priore Cassinensi et sancti viri biographo atque de hujus reliquiis et cultu. In tenebris diu latuit *S. Joannes,* Rylensis abbas in pristina Bulgaria; ejus Acta, dialecto slavonica veteri ab Euthymio, patriarcha seu primate Ternobensi, conscripta, non ita pridem edidit Helferdingus : hæc nos nunc primum latine exhibemus simul cum versione commemorationis ejusdem sancti ex Prologo Mosquensi; quæ commemoratio maxime in translationibus enarrandis posita est. Hæc omnia ad ordinem chronologicum reduximus, pluribus adjunctis notitiis geographicis et historicis, maxime de S. Joannis monasterio quod adhuc exstat. *S. Gebizonem,* natione Coloniensem civem et professione Cassinensem monachum, recte inter sanctos recenseri docuimus, ejusque deinde Vitam, a Paulo Cæco, qui et diaconus et grammaticus Cassinensis dicitur, conscriptam, accuratius et plenius, quam huc usque factum est, ope

ope unius ms. codicis et aliorum subsidiorum edidimus, adjectis pro more annotatis. *B. Joannes Bonus,* qui a multis habitus est atque etiamnum habetur eremitarum S. Augustini institutor, commentario maximo dedit locum. Omnia scilicet ejus gesta collecta fuere non tantum ex Vitis a S. Antonino, Florentino archiepiscopo, Augustino Cremensi, Ambrosio Calepino, Constantino Laudensi aliisque recentioribus conscriptis, sed ex ipsis processibus, continuo fere post beatam ejus mortem de virtutibus et miraculis institutis. Ad calcem hi processus, insigne medii sæculi XIII monumentum, edendi visi sunt, præmissa brevi scriptione S. Antonini et altera longe copiosiori Ambrosii Calepini, quam, hactenus ignoratam, nunc primum ex codice ms. in publicum producimus. *B. Gundisalvus* de Lagos ejusdem eremitarum ordinis præclarum quoque ornamentum fuit. Quæstio quoque facta est de ejus sanctimonia, miraculis confirmata; sed qui in hac quæstione conscripti sunt commentarii, in manus nostras non venere. Ex historicis itaque colligenda fuere sanctissimi viri gesta: quod etiam actum in *B. Hieronymo Garibbo,* Niciensi, ex ordine fratrum Minorum Conventualium præclaro viro et aliquandiu Bononiensi guardiano et custode.

EX STATU SÆCULARI.

Universus autem ordo sanctorum, qui laicam vitam viventes hac die cælestem adepti sunt coronam aut ea saltem celebrantur, ex unis martyribus constat. De *S. Heraclio* milite, qui cum S. Alexandro episcopo martyrium fecit, sermo renovandus non est; sed supersunt *SS. Afriges* seu *Africus, Macarius, Diceus* et *Proculus,* qui Nicææ in Bithynia sanguine suo fidem signarunt; *SS. Dasius, Zoticus* et *Cajus,* Nicomedienses, qui, quum servi et domestici (non tamen eunuchi) essent Diocletiani, maluerunt in Propontidem e scaphis profici quam vitam et amicitiam cæsaris cum animæ suæ detrimento servare, tantopere hac de causa cum aliis multis a Lactantio et Eusebio laudati; *S. Leugatus* seu *Leogathus,* ex solis Hieronymianis laterculis notus; *Julius,* cultus a Coptitis; *SS. Modestus, Eutychius, Materus* seu *Maurus* et *Diceus,* quibus Africa palæstræ loco fuit: alter *S. Modestus* cum ducentis septuaginta duobus sociis, quos olim Neapolitani potissime venerabantur; dein *SS. Georgius, Joannes, Julianus* et sexaginta tres socii, quorum nomina in multis kalendariis deprehendimus, sed quos certissime constat olim in S. Stephani Hierosolymitano templo pie sepultos et honoratos fuisse. Nunc primum edimus Acta eorum, ex quibus innotuit eos, dum bellum ferveret inter Solimanum et Leonem Isauricum, a Sarracenos occisos fuisse quod Christi militiæ nuntium remittere nollent. Ultimo loco venit *S. Oelbertus*, de quo nil fere compertum habemus, nisi quod pro martyre in Brabantia septentrionali colitur. Numero itaque illi sunt trecenti quinquaginta quatuor.

SEXUS FEMINEUS.

Femineus sexus multo majorem copiam sibi accensere potest. De SS. Anna, Theodota, Glyceria et Elisabeth, quæ communes cum SS. Alexandro episcopo et Heraclio milite palmas receperunt, dictum jam est. Reliquarum agmen ducit *S. Salome,* uxor Zebedæi et Christi consanguinea. Hujus historia magnam partem ex Evangelio nota est; ex quo quum pateat quam ardenter Redemptorem diligeret, nil mirum plures gentes gloriari quod postea apud se vixerit et diem obierit. Expensa sunt aliquantisper uniuscujusque argumenta, præcipue tamen Provinciæ; quamquam eadem de re novis curis dicendum erit, quum de S. Lazaro, quem Christus ex sepulcro revocavit et quem episcopum Massiliensem fuisse jam pridem ferunt, ad diem 17 Decembris agendum erit. Reliqua ad cultum pertinent, potissime ad solemnem corporis elevationem. Venit deinde *S. Ursula* cum immenso suo comitatu; ex quo tamen pauca nomina sunt cognita, scilicet *SS. Ursula, Sencia, Gregoria, Pinnosa* seu *Vinnosa, Martha, Saula, Britula, Saturnia, Rabacia, Saturia* seu *Saturnina* et *Palladia;* quibus verisimiliter addendæ *SS. Grata* et *Clementia,* et forte etiam *Ætherius*. Hujus titulus quidem sincerus est, sed non satis constat eum una cum S. Ursula occisum fuisse. *SS. Cordula* et *Candida,* de quibus singularibus commentariis agitur, habenda potius nomina communia quam propria, quum ex revelationibus, quarum exigua est in historia auctoritas, innotuerint. Quantis vero difficultatibus obsitum sit universum id martyrium, de quo facile plura millia scriptorum omnis fere nationis quæ sub cælo est dixerunt sententiam, nemo ignorat. De ipsa tamen cæde dubitare nullus potest sobrius, quum tot luculentissimis testimoniis et monumentis certa sit; sed ubi hæc strages facta, a quibus et quanta fuerit, gravissimæ lites sunt. Porro ut lector judicium ferre posset, amovendæ fuere omnes historiæ quæ titulis fictis et imaginariis revelationibus nituntur; et quæ proba viderentur documenta aut aliquid veri continere, diligenter secernenda. Ex his autem præcipua sunt ipsa basilica Ursulana cum apposito monasterio, quæ utraque antiquissima sunt; dein titulus, in basilica Clematio positus; postea antiquum Officium Coloniense, partim ex hoc titulo desumptum; insuper Sermo in natali, medio sæculo IX antiquior, in quo Clematii titulus refertur, modo indicatum Officium corrigitur atque etiam invocantur traditiones Britannicæ, Batavicæ et Colonienses; præterea plura calendaria et diplomata adventu Normannorum, qui primum omnia Coloniæ vastarunt, vetustiora. Pone veniunt traditiones Colonienses et Britannicæ posteriores, ab auctore Passionis *Regnante Domino* et a Galfredo Arthurio collectæ; ex quibus ea solum, quæ inter se conveniunt, fidem aliquam merentur. Atque ex his et ex innumera multitudine sagittarum, quæ in sepulcris repertæ sunt, colligere fuit Ursulanam societatem ab Hunnis, qui soli fere inter barbaros bello sagittas tractabant, occisas fuisse. Hinc sedulo quærendum fuit quam viam Attila in bello gallicano secutus fuerit; et ostendendum eum circa diem 21 Octobris anni 451, quum ex Galliis per Belgium rediret, non potuisse non transire per Coloniam eamque ruinis et sanguine fœdare. Quæsitum dein de numero martyrum et multis documentis demonstratum decem millia retinenda esse; sed non omnes fuisse virgines secundum antiquiores et meliores Coloniensium traditiones; contra id nomen datum universæ multitudini, quod virginum gloria omnium maxime enituerit. Postquam autem hæc aliaque multa declarata sunt, typis expressæ fuere historiæ omnes, etiam imaginariæ, ex quibus qui postea venerunt integros fabularum collegerunt manipulos: noluimes scilicet tot gravissimorum errorum origines occultas esse. His succedit gloria posthuma, initio ducto a basilica et ab antiquissimo ei adjecto monasterio, quod deinceps in capitulum mutatum est. De reliquiis

reliquiis deinde, de commemorationibus in martyrologiis, de officiis ecclesiasticis, societatibus piis et multis aliis id genus rebus dictum fuit; et demum conclusus commentarius epilogo, quo præcipua repetuntur capita et quem in antecessum legisse juvabit. Quum eadem die ambæ celebrentur *SS. Ciliniæ*, altera S. Remigii mater, cujus laudes in filii Vita continentur, altera virgo Meldensis, ex Actis S. Genovefæ Parisiensis præcipue cognita, harum quoque gesta et cultus investigata sunt et speciatim quæsitum in Vitam S. Remigii matris, quam plurimi ab Hucbaldo Elnonensi compositam fuisse voluere. Examen quoque institutum est de *S Avia*, cujus cultus per multas Galliæ diœceses olim propagatus est, sed cui gesta adscribuntur mirum in modum inter se diversa. Atque horum omnium cælitum seriem demum claudunt *SS. Nunilo* et *Alodia*, virgines et martyres, Oscæ in Hispania præcipue honoratæ. Harum duplex exhibita est Passio, altera desumpta ex S. Eulogii Cordubensis Memoriali, altera ex breviariis et sanctoralibus; translationem corporum ad Legerense monasterium dedit Josephus Pellizer de Salas; in Commentario autem prævio plurima collecta de cultu, et tempus locusque martyrii definita; insuper multæ confutatæ fabulæ.

INDEX SANCTORUM

IN TOMUM IX OCTOBRIS.

A

22 Abercius, episcopus Hierapolitanus in Phrygia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § 1. Acta S. Abercii ex Metaphraste justo severius reprehendit Tillemontius. Quibus annis sanctus præsul vixerit et quibus præfuerit sedi Hierapolitanæ 485. S. Abercii memoria in menologiis, synaxariis et martyrologiis. Ejus scripta et epitaphium 489. VITA ET CONVERSATIO SANCTI PATRIS NOSTRI ABERCII EPISCOPI HIERAPOLITANI, AUCTORE METAPHRASTE, græce et latine. CAPUT I. S. Abercius populum ab impiis sacrificiis avertit; deorum simulacra comminuit. Commotam exinde multitudinem, pluribus patratis miraculis, sedat et ad Christum convertit 493. CAPUT II. Phrygellæ, nobili matronæ, visum restituit S. Abercius, eamque convertit; deinde cum Euxeniano, Phrygellæ filio, de religione disputat. Varia miracula 500. CAP. III. Abercius, a M. Aurelio invitatus, Romam venit; imperatoris filiam liberat a dæmonio, multisque a Faustina Augusta cumulatur beneficiis 503. CAP. IV. S. Abercius, peragrata Syria, Hierapolim redit. Extremi ejus labores. Denique, parato sibi tumulo cum epitaphio, sanctissime moritur 512

22 Abibus et Apollo, monachi in Ægypto. COMMENTARIUS PRÆVIUS. Eorum memoria ex Coptitarum martyrologiis, in quibus dicuntur floruisse S. Macarii Magni ætate 575. ENCOMIUM *ex Ms. codice arabico Vaticano* 576

21 Afriges seu Apricius, Macarius, Diceus et Proculus, martyres Nicææ in Bithynia 14

21 Agathon, confessor et abbas in Ægypto. COMMENTARIUS HISTORICUS. S. Agathonis cultus in diœcesi Cadurcensi et in Oriente. Distinguendus ab aliis cognominibus. Quo tempore et ubi locorum vixerit 895. Pia ejus dicta ad ascesim christianasque virtutes pertinentia 897. Aliæ ejus de eodem argumento eximia verba 899

22 Alexander episcopus, Heraclius miles, Anna, Theodota, Glyceria et Elisabeth martyres. COMMENTARIUS HISTORICUS. § unicus. Memoria et passio ex Menologio et Menæis Græcorum et Martyrologio Romano. Ædes SS. Martyribus illis sacra Constantinopoli in Cupresseto 520

22 Alodia virgo et martyr Oscæ in Aragonia. Vide *Nunilo*.

21 Anatolius, confessor, episcopus Cadurcensis, in oppido S. Michaelis ad Mosam. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § unicus. Fontes unde cognoscuntur quæ ad S. Anatolium pertinent. An fuerit Cadurcensis episcopus. Corporis translatio sæculo VIII. Cultus in monasterio S. Michaelis ad Mosam 509. TRANSLATIONES ET MIRACULA S. ANATOLII EPISCOPI, *ex officio S. Michaelis ad Mosam* 511. Alia de cultu inter addenda ad finem hujus tomi.

22 Anna, martyr. Vide *Alexander episcopus*.

22 Apollo, monachus in Ægypto. Vide *Abibus*.

Apricius seu Afriges. Vide *Afriges*.

21 Asterius, presbyter et martyr, ad Ostia Tiberina. SYLLOGE HISTORICA. § unicus. S. Asterius ab homonymis distinctus; discrimen de die cultus inter martyrologos; ejus martyrium; reliquiarum fata 6

21 Avia, virgo et martyr in Gallia. SYLLOGE CRITICA. Gesta parum nota. Cultus in pristinis diœcesibus Parisiensi, Bononiensi, Rothomagensi, Venetensi, Remensi et aliis 322

B

22 S. Benedictus, abbas, ejusque soror S. Avenia, Maceraci in Britannia Minori. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § unicus. Festum, nomen, peregrinatio, vita eremitica Maceraci, translatio Rotonensis, reliquiarum dissipatio. De Alano episcopo Nannetensi 655. BREVIS VITA S. BENEDICTI MACERACENSIS *e veteri Ordinario Rotonensi* 625

22 Bertharius, abbas et martyr, in monasterio Cassinensi. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § 1. S. Bertharii Vitam, quæ hic primum typis datur, conscripsit Ignatius, prior Cassinensis. A Saracenis trucidatur, nec probabilius solus. S. Abbas fuit in direptione montis Cassini, ubi ejus reliquiæ permanserunt 665. § II. Festiva S. Bertharii memoria. De ejus scriptis disquisitio 666. PASSIO *ex mss.* CAPUT I. S. Bertharii natales, pueritia; ejus in religione fervor ante et post susceptum sacerdotium 670. CAPUT II. Saraceni Italiam devastant. S. Bertharius electus abbas. Res a Ludovico II pro monasterio Cassinensi et contra Saracenos gestæ 672. CAPUT III. Prælibatis nonnullis

nonnullis de Cassinensis cœnobii præstantia, describitur clades Saracenorum ad Salernum. S. Bertharius Romam petit. Saraceni, occupato Gaziliano, urbi excidium minantur 677. Cap. iv. Monasterii Cassinensis direptio. S. Bertharii mors et sepultura 680

21 Bertholdus, confessor et oblatus in Parmensi S. Alexandri parthenone. Commentarius prævius. § unicus. Fata monasterii S. Alexandri. Ætas, patria et cultus S. Bertholdi. Conversorum origo 408. Vita S. Bertholdi conversi, in abbatia puellari S. Alexandri Parmensi, *ex ms. Parmensi* 411

C

Cajus, Dasius et Zoticus. Vide *Dasius*.

22 Candida vel Candia, ex sociabus S. Ursulæ. Sylloge historica. Memoria et Reliquiæ Dertosæ in Hispania. 578

21 Cilinia, mater S. Remigii, Lauduni et Remis in Gallia. Sylloge historica. § unicus. Scripta Hucbaldi Elnonensis de S. Cilinia. Hujus ætas, laudes et cultus 518

21 Cilinia virgo Meldis in Gallia. Synopsis historica. § i. S. Ciliniæ memoria, patria, vitæ tempus et veli religiosi susceptio 506. § ii. Situs Meldarum, Matronæ fluminis et ecclesiæ cathedralis mutatus. Amphitheatrum Meldense. Abbatia seu prioratus S. Ciliniæ. Cultus 507

21 S. Condedus, presbyter et eremita, Fontanellæ in Normannia. Commentarius prævius. § unicus. S. Condedi Vitæ, ætas, habitatio, monachatus, sepultura, translatio 551. Vita S. Condedi presbyteri et eremitæ *ex ms. Ultrajectino S. Salvatoris* 554. Vita S. Condedi presbyteri et eremitæ *ex ms. Rubræ Vallis collato cum editione Mabillonii* 555

22 Constantinus, abbas Cassinensis. Vide *Simplicius*.

22 Cordula, virgo et martyr, S. Ursulæ sodalis, Coloniæ Agrippinæ. Sylloge historica. § unicus. Quando et quamobrem celebrari cœperit hac die festum S Cordulæ, item quando et quomodo inventum et elevatum sit sacrum ejus corpus; de quo postea exorta contentio, præsertim Colonienses inter et Viconienses 580

D

21 Dasius, Zoticus et Cajus, martyres, Nicomediæ in Bithynia. Sylloge. Fata eorum nominum in martyrologiis. Eorum ministerium in aula Diocletiani. Occasio et modus martyrii 11

Diceus martyr in Africa. Vide *Afriges*.

Diseus martyr in Africa. Vide *Modestus*.

21 Domnolenus, confessor in agro Autissiodorensi in Gallia. Sylloge. § unicus. Cultus S. Domnoleni; incognita gesta; distinctio a S. Domnoleno Lemovicensi 525

22 Donatus episcopus Fesulis in Tuscia. Commentarius prævius. § i. Donatus, ex Hibernia oriundus, Fesulanæ ecclesiæ præficitur. De annis episcopatus ejus, scriptis et cultu 648. § ii. De reliquiis S. Donati harumque translationibus. Acta nunc primum edita 652. Vita *ex ms. Minerræ collato cum duobus aliis*. Prologus. Exhortatio ad celebrandum S. Donati festum 655. Caput i. S. Donati natales, pueritia, institutio. In Italiam peregrinatur. Cælitus collocatur in sede Fesulana, quam virtutibus et miraculis illustrat 655. Caput ii. Pretiosa S. Donati mors et sepultura 661

E

22 Elisabeth, martyr. Vide *Alexander episcopus*. Eutychius, Modestus etc. Vide *Modestus*.

F

Fintanus. Vide *Munnu*.

G

21 Gebizo, monachus et confessor, Cassini in regno Neapolitano. Commentarius prævius. § unicus. S. Gebizonis cultus parcus; biographi; ætas 537. Vita S. Gebizonis, monachi Cassinensis, *auctore Paulo diacono seu grammatico, ex ms. Cassinensi, collato cum editione Gattolæ et excerptis Petri diaconi*. Prologus 598. Vita. Caput unicum. S. Gebizonis patria, sancta vita Cassini, luctæ cum dæmonibus, spiritus propheticus et miracula 599

21 Georgius, Joannes, Julianus et socii seu sexaginta sex martyres Hierosolymitani sub Saracenis. Commentarius prævius. § unicus. SS. Martyrum Acta; vitæ tempus; martyrii occasio: bellum inter Solimanum et Leonem Isauricum: cultus in ecclesia S. Stephani Hierosolymis: hujus templi varia fata 558. Martyrium sanctorum sexaginta recentiorum martyrum, qui in sancta urbe Christi Dei nostri hierosolymis, sub Arabum tyrannide, fidem confessi sunt, *primum syriace scriptum, dein græce versum, atque hic ex græca versione latine repræsentatum* 560

22 Glyceria, martyr. Vide *Alexander episcopus*.

21 Guilielmus, episcopus et confessor, Comi in Longobardia. Commentarius historicus. § i. Status ecclesiæ Comensis; patria B. Guilielmi; episcopatus; lis de præcedentia; privilegium et odium Othonis IV 414. § ii. Fundatio monasterii canonicorum regularium B. Mariæ de Torello et nosocomii S. Silvestri. Bulla Honorii III de numero canonicorum Comensium 417. § iii. B. Guilielmi opera tempore belli sacri; mors; sepultura; antiquissima imago 419

21 Gundisalvus de Lagos, confessor, ex ordine eremitarum S. Augustini, Turribus Veteribus in Lusitania. Commentarius historicus. § i. De B. Gundisalvi biographis et approbatione cultus. Lectiones propriæ 421. § ii. B. Gundisalvi nomen, ortus, pia educatio et admissio inter eremitas Augustinianos Ulyssiponenses 422. § iii. Præficitur conventibus de Louriñan, Olyssiponensi. S. Irenæ et Turrium Veterum; quam sancte suo munere fungeretur. Cura rerum temporalium 424. § iv. Cura B. Gundisalvi in docendis agricolis, pueris aliisque; periculum castitatis incurrit; miracula patrat; pie obit 425

H

22 Heraclius miles. Vide *Alexander episcopus*.

22 Hermes diaconus M. Vide *Philippus, episcopus Heracleensis*.

22 Hieronymus Garibus seu Garibbus, confessor, ex ordine Minorum S. Francisci, Bononiæ et Niciæ. Commentarius historicus. § i. Qui de B. Hieronymo scripserint. Ejus ortus et ingressus in ordinem Minorum. Conventualium et Observantium conventus Niciæ. § ii. Fueritne B. Hieronymus lector et guardianus Niciæ. Mittitur Bononiam. Infausta initia 888. § iii. Docueritne B. Hieronymus theologiam Bononiæ. Fit discretus

discretus, guardianus et custos 888. § IV. Quo die et anno obierit B. Hieronymus; sepultura et translationes 891. § V. Sanctitatis fama B. Hieronymi; libri quibus usus est; reliquiæ, imagines, festa 892

21 Hilarion, episcopus et confessor, Moglenis seu Meglinis in Macedonia. SYLLOGE. § unicus. Locus sedis, laudes, translationes, ætas 405

21 Hilarion, confessor et pater monachorum in Palæstina. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. S. Hilarionis biographi 16. § II. Vitæ S. Hilarionis chronotaxis. Commoratio Alexandriæ et apud S. Antonium 17. § III. In patriam redux, eremum incolit, admittit discipulos, it Majumam, Hierosolymam, Elusam et in desertum Cades. Miracula. Conversiones 20. § IV. Iter ad cellam S. Antonii; episcopos et monachos visitat 21. § V. Commoratur Aphroditi; pergit Alexandriam et in Oasim interiorem 24. § V. Venit Parætonium, hinc in Siciliam, dein in Dalmatiam et demum ad insulam Cyprum 26. § VI. Cogitat ire in Thebaidem superiorem; manet tamen in Cypro; conversatur cum S. Epiphanio; moritur 28. § VII. Vestitus B. Hilarionis 30. § VIII. Reliquæ B. Hilarionis disciplinæ severitas 32. § IX. Præcipuæ leges monasteriorum S. Hilarionis. An fuerit presbyter 32. § X. An primus in Syria vitam monasticam coluerit 33. § XI. Posteriora fata monasteriorum S. Hilarionis 36. § XII. De sacris reliquiis S. Hilarionis 37. § XIII. Antiquitas cultus S. Hilarionis. Ejusdem per patriarchatus Orientales propagatio 40. § XIV. S. Hilarionis cultus in patriarchatu Romano 42. S. HILARIONIS ABBATIS VITA, *auctore S. Hieronymo, secundum editiones Surii, Rosweydi, Martianay et Vallarsii et codices aliquot MM. Bruxellenses.* CAPUT I. Prologus. Pueritia et vita solitaria per annos viginti duos 43. CAP. II. Miracula in Palæstina patrat et condit monasteria 46. CAP. III. Monachos suos curat, convertit Sarracenos, omnigenos homines excipit, petit S. Antonii defuncti cellam 51. CAP. IV. Gesta in Ægypto et Sicilia 54. CAP. V. Gesta in Dalmatia et Cypro; mors et translatio 56

21 Hugo, confessor, abbas Ambroniacensis in diœcesi Bellicensi, olim Lugdunensi. Memoria ex kalendariis et breviario 596

I

Joannes, martyr Hierosolymitanus. Vide *Georgius*.

22 Joannes, abbas Rylensis et confessor, in pristina Bulgaria. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. S. Joannis nomen in fastis Slavicis. Ætas, patria, vita monastica et eremitica. Constructio monasterii Rylensis 685. § II. Translationes corporis S. Joannis in Hungariam et Bulgariam. Templa Sardicæ et Ternobi. Reliqua de ejusdem sancti cultu 685. VITA VENERABILIS ET THEOPHORI PATRIS NOSTRI JOANNIS RYLENSIS, *auctore Euthymio, patriarcha Ternobensi, interprete Joanne Martinof, presbytero Societatis Jesu* 687. COMMEMORATIO VENERABILIS PATRIS NOSTRI JOANNIS RYLENSIS *ex Prologo Mosquensi ad diem 19 Octobris, interprete Joanne Martinof, presbytero Societatis Jesu* 691

22 Joannes Bonus confessor et eremita ordinis S. Augustini, Mantuæ in Italia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Quare dentur Acta B. Joannis Boni hac die. Ejus breve elogium, patria, nomen. Num dicendus sit pertinuisse ad gentem Bonomorum 693. § II. Chronologia Vitæ B. Joannis. Plurium errores. § III. Usque ad annum ætatis XL joculator fuit, et varias Italiæ partes circumivit. Non egit personam in tragœdiis. De curiis bannitis, in quibus magnifice joculatores donabantur. De joculatorum moribus 698. § IV. Conversio B. Joannis. Demonstratur eam non evenisse ante annum 1208, et impossibile esse ut S. Francisci Assisiatis magister fuerit 701. § V. Notitia Cæsenæ et eremi de Butriolo, in qua habitavit per annos quadraginta et primum ordinis conventum fundavit 703. § VI. In eremo Cæsenate aliquandiu vixit ignotus, nec diu ante annum 1217 socios adsciscere cœpit; habitum eremiticum induit anno 1223, 707. § VII. Quam vitam duceret beatus in cella; ejus orationes vocales; vestigia in solo ex orandi frequentia; tabula lignea ei pro lecto est; duo lecti pœnitentiæ; fovea pœnitentiæ; alii cruciatus 709. § VIII. De cibo B. Joannis ejusque quantitate; incredibilis inedia; vitam protrahit miraculo; custodia silentii 711. § IX. De fide B. Joannis. De hæreticis Catharis et Patarenis quos impugnavit; ex Oriente in Bulgariam et inde in reliquam Europam venerunt; eorum dogmata; multos convertit beatus ad fidem 715. § X. Ejus zelus contra excommunicatos sequaces Friderici II; de Ghibellinis et Guelfis. Miracula B. Joannis; donum prophetiæ; spes et caritas; oratio; devotio in communione : hujus frequentia sæculo XIII. Caritas in proximum; immensus ad eum concursus 718. § XI. De confessione peccatorum venialium ab antiquissimis temporibus; de confessionibus monachorum medio ævo eorumque frequentia; de frequentia confessionis sæculo XIII; frequentissime B. Joannes confitebatur; ejus castitas, paupertas, patientia et humilitas 722. § XII. Conventus eremitarum a B. Joanne fundati; quo tempore regulam acceperit S. Augustini 726. § XIII. De professione religiosa et monachatu S. Augustini; de regula ab eo scripta et ordinibus eam profitentibus 728. § XIV. B. Joannes ordinis eremitarum S. Augustini fundator non fuit; de ejusdem ordinis antiquitate 730. § XV. Bulla « Admonet Nos » Innocentii IV, qua continetur brevis historia congregationis B. Joannis ad annum usque 1255, 732. § XVI. De ordine S. Augustini sæculo XIII ante Unionem magnam; de ipsa Unione; de Saccitis seu fratribus de pœnitentia 734. § XVII. Prophetia beati de loco obitus; iter Mantuam; dolor Cæsenatum de discessu; ejus mors et sepultura 735. § XVIII. Elevatio corporis anno 1251; miraculum accensi cerei et candelarum et alia; de beati tunica quæ servatur incorrupta, et de habitu ordinis 737. § XIX. Inventio corporis beati et translatio sæculo XIV aut XV; de duobus conventibus, a S. Agnete dictis, extra et intra Mantuam; corpus beati reperitur incorruptum post centum aut plures annos 739, 755 seq. § XX. Translationes annorum 1543, 1558, 1775 et 1798. Prodigiosa conservatio corporis post sex integra sæcula 741. § XXI. De reliquo beati cultu; ejus biographi; Vitæ edendæ 742 et in Appendice. SUMMARIUM VITÆ ex S. Antonini Florentini chronicis, titulo 24, cap. 15. De S. Joanne Bono, cive Mantuano 746. VITA, auctore Ambrosio Calepino, ord. eremitarum S. Augustini, *ex Mss.* LIB. I. De beati vita et morte. CAP. I. Natales, juventus, conversio, arrepta vita eremitica, devicta gravis tentatio carnis 748. CAP. II. Ejus oratio assidua; confessio frequens et communio; missæ interest quotidie; tentatos miraculo liberat 749. CAP. III. Persecutiones patitur a dæmone et ab hominibus; de ejus abstinentia,

stinentia, jejuniis, dono lacrimarum et silentio 751. Cap. iv. De reliquis beati virtutibus; miracula aliquot; donum prophetiæ; quantus fuerit ad eum concursus 752. Cap. v. Circa vitæ finem Mantuam redit beatus; plura prædicit; ejus obitus 754. Cap. vi. Corpus terræ mandatur; post multa annorum curricula transfertur in urbem; miraculum accensorum cereorum aliaque 755. Lib. ii. Miracula quæ operatus est beatus dum viveret 756. Lib. iii. Miracula quæ post mortem contigerunt ad annum usque 1254, 765. Prooemium ad processus in causa canonizationis B. Joannis Boni confectos. De utilitate horum documentorum, commissariis apostolicis, notariis, testibus et observata forma 768. Processus apostolici, auctoritate Innocentii papæ IV, annis 1251, 1253 et 1254 constructi, de vita, virtutibus et miraculis B. Joannis Boni, Mantuani, eremitæ ord. S. Augustini. Pars prima. Processus Mantuæ habitus, anno 1251, de vita, conversatione ac miraculis beati. *Ex manuscriptis*. Proœmium, litteræ remissoriales 771. Cap. i. Testimonium fr. Salvati, eremitæ ord. S. Aug. 772. Cap. ii. Testimonium fr. Jacobi 776. Cap. iii. Testim. fr. Gerardi 781. Cap. iv. Testim. fr. Michaelis 781. Cap. v. Testim. fr. Boni Joannis 784. Cap. vi. Testim. fr. Joannis de Barba 784. Cap. vii. Testim. fr. Bonincurtii et fr. Vitalis 788. Cap. viii. Testim. Mariæ Bellæ 790. Cap. ix. Testim. Trencheti. fr. Joannis de Barba alterum et fr. Bertolini 791. Cap. x. Testim. fr. Martini de Cæsena et fr. Martini de Montefeltro 792. Cap. xi. Testim. fr. Matthæi 795. Cap. xii. Testim. fr. Bonaventuræ 795. Cap. xiii. Testim. Imeldæ, Boninsegnæ, aliaque. Attestatio notarii 796. Pars secunda. Continuatio processus Mantuani anni 1251 : miracula post mortem beati. Cap. i. Liberatur Pamphilia ab epilepsi aliisque pluribus et gravissimis morbis 797. Cap. ii. Bellanoma liberatur a dæmone; fr. Lanfrancus ab inchoata lepra 799. Cap. iii. Thomasina ab ulceribus liberatur, Martha ab arthritide 801. Cap. iv. Valdegrana a variis morbis liberata, Beatrix a cæcitate 803. Cap. v. Liberantur Agnesia et Benvenuta a cæcitate 804. Cap. vi. Massarola ab infirmitate crurium, Armellina a tumefactione corporis 806; Cap. vii. Negrina a contractione nervorum, Joannina a tumefactione corporis 808; Cap. viii. Jacobina et Zeno a surditate; Anzelerius a contractione cruris 809. Cap. ix. Benghereræ fistula sanatur et Papiæ manus confracta 811. Cap. x. Florius de Baraliis ex periculis eripitur et mulier liberatur a suffocatione. Attestationes de fidelitate processus et apographorum 813. Pars tertia. Processus, habitus Cæsenæ exeunte anno 1253 et ineunte 1254, de vita et virtutibus B. Joannis Boni, et miraculis quæ patravit vivus. Cap. i. Introductio testium. Testificatio ven. P. D. Mangini, episcopi Cæsenatis, et fr. Moroëlli, ex ordine eremitarum : de virtutibus et miraculis beati 814. Cap. ii. Testificatio fr. Balis, ord. eremitarum, et Gualterii, fratris de pœnitentia : de virtutibus et miraculis beati 816. Cap. iii. Testificatio Artusii de virtutibus et miraculis beati et sanatione Mariæ suæ uxoris; testificationes Ubaldini, ipsius Mariæ, Marchesianæ et Abenatæ de eodem miraculo 818. Cap. iv. Bonaventura liberatur a doloribus et motu capitis aliorumque membrorum; testificationes Barachiæ et fr. Alberti de virtutibus et miraculis beati 821. Cap. v. Testificatio Maurini de virtutibus et miraculis beati; liberatur Dalborgus a bronchocele et suffocationibus; de beati fama, ad eum concursu et dolore Cæsenatum in ejus abitu 823. Cap. vi. Liberatur Amadorinus a morbo canceratico in crure; de fama beati et concursu eum invisentium 825. Cap. vii. Agnes liberatur a contractione nervorum; testificatio Jacobini quem beatus convertit ab hæresi Patarenorum: beati notitia cordium et futurorum; dolor Cæsenatum de ejus abitu 827. Cap. viii. Liberatur Alberigus a febribus; testificatio Gualterii et Pretiosæ de virtutibus beati, ejus fama et dolore Cæsenatum ob ejus discessum 829. Cap. ix. Testimonium fr. Montongrandi 831. Cap. x. Testimonium quatuor laicorum, Guidonis Moroëlli, Uberti, Taci, Bonvicini et Jacobi Beccarii 833. Cap. xi. Testimonia Gaiferii, equitis, et Faviani, fratris pœnitentiæ 836. Pars quarta. Examen capellani cardinalis S. Eustachii de anno 1253. Cap. i. Testimonia fr. Lanfranci, prioris generalis, et fr. Manfredi 838. Cap. ii. Testimonium FF. Jacobini et Bonacursi 839. Cap. iii. Testimonia FF. Joannis et Græci 841. Cap. iv. Testimonia FF. Meliorini et Venturæ 843. Cap. v. Testimonia FF. Joannis, Benvenuti et Thaddæi 846. Cap. vi. Testimonia FF. Jacobi et Ardizzionis 848. Cap. vii. Testimonium FF. Marci et Jacobini 850. Pars quinta. Processus Mantuanus anni 1253 continuatur. De fama sanctæ vitæ et miraculorum B. Joannis. Cap. i. Audiuntur testes quinque super fama beati et concursu ad ejus tumulum 852. Cap. ii. Audiuntur testes alii novem super iisdem 854. Pars sexta. Miracula post mortem ultimo recepta. Cap. i. Liberatur Ottobellus a cæcitate 856. Cap. ii. Bonaventura, puer nobilis, a febre lethali et tumefactione ventris 858. Cap. iii. Altavilla ab arthritide 859. Cap. iv. Anna ab hydropisi incurabili et arthritide 861. Cap. v. Florius puer ab effusione viscerum 862. Cap. vi. Gerardino restituitur visus, Riccadonnæ oculi sanitas 865. Cap. vii. Mulieris pauperis preces exaudit beatus, Bonfeminam liberat a gravibus doloribus 867. Cap. viii. Liberatur Mantuana ab arthritide, Cancellaria a fistulis 868. Cap. ix. Bona et Thomasius liberantur a cæcitate, et hujus sanantur vulnera 871. Cap. x. Bonacursi pes sanatur, Bonæpaci restituitur visus 875. Cap. xi. Liberatur Bonaventura a dæmone. Benascinta a cæcitate 875. Cap. xii. Liberatur Bonvicinus a surditate 877. Cap. xiii. Virgilius liberatur ab epilepsi. Honesta a morbo oculorum. Maria a cæcitate 879. Cap. xiv. Ghisla liberatur a contractione brachii et manus. Maria ab hydropisi 881. Cap. xv. Benghipace liberatur a dæmone 882. Cap. xvi. Cereus ingens, multis aliis minoribus circumdatus, simul cum his coram multitudine fidelium, subito accenditur. Cæcus recipit visum 884. Vide hujus tomi Appendicem.

Julianus, martyr Hierosolymitanus. Vide *Georgius*.

22 Julius martyr apud Coptos. Sylloge 557.

21 Justus, archidiaconus Claromontanus. Sylloge. Ejus ætas et cultus. Distinguendus a S. Justo episcopo Claromontano. Officium. Reliquiæ 72

L

Leogathus. *Vide* Leugatus.

22 Leugatus martyr. Memoria ex Hieronymianis martyrologiis 556

22 Lupentius abbas et martyr Catalauni in Galliis. Commentarius prævius. § i. S. Lupentii passio: habetur ex S. Gregorio Turonensi, cujus textum

perperam dixit Cointius esse apocryphum. Ubi et quando cæsus fuerit sanctus abbas 101. § II. De festiva S. Lupentii memoria, reliquiis, Actis 606. Passio *ex S. Gregorio Turon.* 609. Vita *ex Breviario Catalaunensi ms.* 610. Vita altera *ex ms. Parisiensi* 612

M

Macarius, martyr Nicææ. Vide *Afriges.*

21 Malchus, monachus et confessor, Maroniæ prope Antiochiam in Syria. Commentarius prævius. § unicus. De S. Malchi cultu, biographia, temporibus et itineribus 59. Vita S. Malchi monachi captivi. Prologus 64. Caput unicum. Ascesis. Captivitas. Reditus 64

22 Marcus, episcopus Hierosolymitanus. Commentarius historicus. § I. De sede Hierosolymitana ejusque episcopis ex circumcisione; primus ex gentilitate S. Marcus 477. § II. De annis episcopatus S. Marci ex Eusebii Chronico, cujus recensentur editiones ante et post repertum codicem Haicanum. Perperam a nonnullis S. Marcus habetur martyr. Ejus officium et missa 479

Materus seu Maurus. Vide *Modestus.*

21 Maurontus, episcopus confessor, Massiliæ in Gallia. Commentarius historicus. § I. S. Mauronti nomen ad varios dies in fastis sacris. Tempus episcopatus et mortis 562. § II. S. Maurontus ejusque successores episcopi simul Massilienses et abbates S. Victoris 565. § III. Illius rei finis et causa. Primi abbates Benedictini 567. § IV. S. Mauronti sepulcrum et officium ecclesiasticum 569. Placitum dignense, quo S. Mauronto restituta est villa Caladius aliaque bona 570

Maurus *seu* Materus. Vide *Modestus.*

Melanius. *Vide Mellonus.*

22 Mellonus seu Melanius, episcopus Rothomagensis in Gallia. Commentarius prævius. § I. Mellonus, minus recte Melanius dictus, perperam a Tamayo episcopis Toletanis annumeratur. Ejus Acta et res gestæ. Num primus et quo quantove tempore sedem tenuerit Rothomagensem. De Æde sacra ab eo erecta 554. § II. Ubi S. Mellonus prima sepultura donatus fuerit. De sacri ejus corporis translatione in castrum Pontisarense 561. § III. De reliquiis S. Melloni, festiva memoria et cultu variis in locis 565. Vita *ex vetustissimo Legendario ms.* Caput unicum 570

22 Merovæus, monachus Bobiensis in Liguria. Commentarius prævius. § unicus. S. Merovæi memoria et ætas; ejus translatio facta sæculo decimo quinto, ex cujus instrumento clare determinatur cursus Bobiensis. Acta nunc primum ad fidem codicis ms. in lucem edita 614. Vita *auctore Jona monacho Bobiensi, ex ms.* 617

22 Moderamnus, episcopus Rhedonensis in Gallia, dein abbas Berceti in Italia. Commentarius historicus. § unicus. S. Moderamnus, postquam aliquot annos Rhedonensi sedi præfuisset, in Italiam peregrinatur; dein relicto episcopatu, fit abbas in Bercetensi monasterio, ubi moritur et tumulatur 619

21 Modestus, Eutychius, Materus seu Maurus et Discus, martyres in Africa. Ex martyrologiis 14

21 Modestus et cclxxii socii martyres Neapoli in Campania 14

21 Munnu sive Fintanus, abbas Teachmunnensis in Hibernia. Commentarius prævius. § I. De monasterio Teachmunnu et oppido Taghmon. Sancti nomina et cultus. Adit monasterium Hiense in Scotia 525. § II. S. Columbæ Hiensis discipulus non fuit. De magistris ejus ac monasteriis ab eo fundatis, et de prætenso ejus episcopatu 527. § III. Controversia de paschate celebrando. Unde orta sit; et de synodo, cui interest S. Fintanus 529. § IV. Annus obitus S. Fintani. Ejus Acta. De Conchenna ejus sorore 532. Vita suspectæ fidei *auctore anonymo, ex cod. ms. Salmanticensi nunc Bruxellensi* 7672. Cap. I. Sancti parentes et magistri. Adit monasterium Hiense S. Columbækille. Inde a Baitheno abbate ad Hiberniam remittitur 535. Cap. II. Duos mortuos suscitat. Alia miracula. Fundat monasterium Teachmunnu 535. Cap. III. Varia miracula et prophetiæ 537. Cap. IV. Lepram in punitionem rogat et impetrat. Synodus de paschate in campo Leghlene. Sancti obitus 539. Vita seu lectiones *ex Breviario Aberdonensi ad* 21 *Octobris* 541

N

22 Nepotianus, episcopus Claromontanus in Arvernia. Sylloge. Episcopatus, ætas, reliquiæ 615

22 Nunctus, abbas martyr prope Emeritam in Hispania. Commentarius prævius. § unicus. Sancti Nuncti memoria et Acta; quo tempore in Hispaniam venerit et cui religiosæ familiæ sit adscribendus 596. Vita, *auctore Paulo diacono Emeritensi.* 599

22 Nunilo et Alodia, virgines et martyres, Oscæ in Hispania. Commentarius prævius. § I. Passio ex S. Eulogio Cordubensi et antiquis Sanctoralibus. Quo anno martyrio coronatæ SS. Nunilo et Alodia, item quo anno earum reliquiæ translatæ fuerint ad Legerense monasterium 626. § II. Variæ eruditorum sententiæ expenduntur de loco martyrii, quod probatur contigisse Oscæ in Aragonia 630. § III. Confutatur Tamayus de Salazar, tria paria seu bigas statuens SS. Virginum cognominum 635. § IV. De die SS. Nunilonis et Alodiæ festo, ac cultu reliquiarum perpetuo in monasterio Legerensi, harumque præsente statu 957. Martyrium *ex Memoriali S. Eulogii, Emeritensis* 642. Altera Passio *ex Breviariis et Sanctoralibus apud Ambrosium Morales.* 644. Translatio ad monasterium Legerense *ex Jos. Pellizer de Salas.* Caput unicum : Post SS. Virginum passionem, Oneca regina earum corpora conquiri jubet atque deferri ad monasterium Legerense 645

O

22 OElbertus, martyr in Brabantia. Sylloge historica. § unicus. S. OElberti passio ex Molano: illius cultus hodie vix ullus in populo; recte martyr dicitur 692

P

22 Philippus, episcopus Heracleensis, Severus presbyter et Hermes diaconus, martyres Hadrianopoli in Thracia. Commentarius prævius. § I. Acta, primum a Mabillonio tum a Ruinartio edita, sincera sunt. Correctiora nunc prodeunt ope plurium codicum mss. Illorum compendium ex ms. Ultrajectino. Martyrologia ex Actis emendanda 557. § II. Passio S. Philippi et Sociorum, cœpta circa festum Epiphaniæ et pluribus post mensibus consummata, contigit sub Diocletiano, non autem sub Decio. Sedis Heracleensis, cui præfuit S. Philippus, brevis notitia 540. Martyrium in Adrianopoli Thraciæ *ex ms Fuldensi, collato cum*

cum tribus aliis. Caput I. Inchoatur martyrium Heracleæ 545. Consummatur Hadrianopoli 550
22 Philippus, episcopus et martyr Firmi in Piceno. Commentarius historicus. § unicus. S. Philippi memoria. Num proprie dici possit episcopus Firmanus. Diluitur commentum quoddam Tamayi de Salazar. Cultus et Reliquiæ 525
Proculus martyr Nicææ. Vide *Afriges*.

R

21 Reparatus, diaconus Nolanus in Campania. Sylloge critica. § unicus. De epitaphio et cultu 504

S

22 Salarius, episcopus et martyr, Lunæ in Italia. Sylloge. § unicus. Quo tempore floruerit S. Salarius. Sedis Leonensis notitia et vicissitudines 618
22 Salome, mater filiorum Zebedæi. Commentarius historicus. § I. S. Salome, uxor Zebedæi, Christi consanguinea, cui et morienti præsens fuit; testis quoque ejus resurrectionis, ac de cujus sepultura sollicita legitur in Evangelio. Ejus memoria in martyrologiis, breviariis et missalibus 435. § II. Quid sit censendum de cultu S. Salomæ in Hispania et quo fundamento nitatur traditio de illius obitu Verulis in Italia. 441. § III. Num traditio Camariensis Provincialium probetur ex monumentis nuper editis; præsertim ex Vita S. Mariæ Magdalenæ, Rabano Mauro tributa, ex sepulchris aliisque similibus. 446. § III. Expenduntur argumenta, quibus probatam volunt traditionem de adventu S. Salomæ in Camariam. De ejus ibidem cultu et reliquias 452. Instrumentum seu processus de elevatione ss. mariæ, Jacobi et Salomæ anno christi mcdlviii *ex actis autographis et transsumpto authentico apud R. D. Faillon*. § I. Cardinalis de Fuxo legatus a latere, una cum rege Renato Andegavensi, in Camariam se conferunt ad elevanda sanctarum corpora 456. § II. Exhibetur legato processus perquisitionis præviæ SS. Corporum, factæ ab episcopo Massiliensi, commissario apostolico. 459. § III. Tenor informationum, de quibus in processu episcopi Massiliensis fit mentio 465. § IV. Solemnis SS. Corporum elevatio 471
22 Severus, presbyter et martyr. Vide *Philippus, episcopus Heracleensis*.
22 Simplicius et Constantinus, abbates monasterii Cassini. Comment. historicus. § Unicus. S. Simplicii memoria, ætas, res gestæ; nonnulla ejus scripta, ex quibus non probatur regulam S. Benedicti latuisse usque ad tempora S. Simplicii. De hujus reliquiis earumque variis inventionibus et translatione. Cur hic adduntur acta S. Constantini, primi post S. Benedictum abbatis Cassinensis 589
22 Theodota martyr. Vide *Alexander episcopus*.

V

22 Valerius martyr, archidiaconus ecclesiæ Lingonensis in Gallia. Commentarius prævius. § unicus. Ubi, quando et a quibus S. Valerius martyrium passus fuerit. Ejus reliquiæ, cultus et officium. Acta 526. Passio *ex ms. Andreæ du Chesne cum aliis collato*. Præfatio 551. Caput unicum. Describitur martyrium 552
22 Verecundus episcopus Veronæ in Italia. Sylloge. Ejus hodie celebratur festum; res vero gestæ valde obscuræ; reliquiæ in hunc diem servatæ 586
21 Viator, lector et confessor, Lugduni in Gallia. Commentarius previus. Antiquissimus S. Viatoris cultus; quo tempore vixerit; reliquiarum fata 70. Vita S. Viatoris *a Theophilo Raynaudo collecta* 71.
21 Unnis, confessor archiepiscopus, Hamburgi et Corbejæ in Saxonia. Commentarius prævius. § I. S. Unnis cultus miracula et reliquiæ. Acta deperdita 573. § II. S. Unnis parentes, monachatus Corbejensis, episcopatus adeptio 573. § III. Chronologiæ Bremensium et Hamburgensium præsulum difficultates 576. § IV. Chronotaxis undecim primorum Bremensium et octo Hamburgensium præsulum 577. § V. Privilegium Joannis X depravatum : confusio synodi Altheimensis et conventus Erfordiensis cum synodo Erfordiensi. Bonorum commutatio 583. § VI. Quæ esset rei sacræ conditio in regionibus. S. Unnis curæ commendatis 585. § VII. De Wurmio Hardecnuto Daniæ rege, ejus regni amplitudine. Henrici Aucupis victoria et opportunitate annuntiandi iterum apud Danos evangelii 586 § VIII. De S. Unnis in Dania et Suecia laboribus; de situ Bircæ, ubi obiit; edenda Vita; pia Danorum et Suecorum in suos apostolos sensa 590. Vita S. Unnis, Hamburgensis episcopi, *ex libro I Adami Bremensis secundum editionem Lappenbergii*. S. Unnis episcopales et apostolici labores inter medias ærumnas et difficultates 595
21 Ursula et undecim millia sociarum virginum et martyrum, Coloniæ Agrippinæ. Commentarius prævius. § I. Libertatis necessitas in scribendo hoc commentario; dicendorum synopsis 73. § II. Occasio Crombachii libri de S. Ursula; misera ejus fata 74. § III De antiquissimo Sermone in natali sanctarum undecim millium virginum 78. § IV. De ætate et auctoritate Passionis, cujus initium : *Regnante Domino* 77. § V. Censuræ in Revelationes S. Elisabethæ Schonaugiensis de S. Ursulæ martyrio 81. § VI. De titulis qui Coloniæ reperti dicuntur simul cum corporibus SS. Martyrum 85. § VII. Censuræ in Revelationes B. Hermanni Josephi de sodalitate Ursulana 90. § VIII. Rivuli ex præcedentibus fontibus deducti 93. § IX. De Galfredo Monumethensi ejusque sequacibus 94. § X. SS. Ursula et sociæ an passæ sint circa annum 238. De origine Cyriaci papæ 98. § XI. Cyriacum papam plane fabulosum esse monstratur 101. § XII. Galfridus Monumethensis, narrans SS. Ursulam et socias passas esse anno 383 tempore Maximi tyranni, confutatur. Vera historia de adventu Maximi in Gallias opponitur ejus fabulis 104. § XIII. Prosecutio ejusdem argumenti : historia reipublicæ Armoricanæ usque ad finem sæculi V 107. § XIV. Prosecutio ejusdem argumenti. Vera historia de constitutis Britonibus in Armorica 108. § XV. Sententiæ aliquot, accedentes ad Galfredi Monumethensis narratum, breviter expensæ et rejectæ 112. § XVI. Ostenditur Hunnos auctores fuisse cædis SS. Ursulæ et sociarum. De sagittarum bellico usu 115. § XVII. Hunnorum descriptio et primæ sedes 115. § XVIII. Hunnorum Nigrorum sedes ad mare Caspium; adventus in Europam; sedes et gesta usque ad finem sæculi IV, quantum scilicet pertinent ad res Ursulanas 117. § XIX. Attila, viribus auctus, statuit Galliam invadere: quod iter habuerit 121. § XX. Iter Hunnorum a Confluentibus usque ad Aurelianum; atque inde usque ad campos Catalaunicos 125. § XXI. De transitu Hunnorum per Belgium usque ad Coloniam

niam Agrippinam 127. § XXII. An Colonia fuerit SS. Virginum palæstra 131. § XXIII. Coloniæ status politicus et moralis ante Hunnorum adventum. Ætas scriptorum Salviani 133. § XXIV. Fallacia, impudicitia, atrox bellandi ratio Hunnorum. Patrata ab eis Coloniæ strages 137. § XXV. Sepultura SS. Ursulæ et sociarum. Insigne testimonium de earum martyrio 139. § XXVI. Quo sensu Colonienses Hunnici furoris victimæ martyres dicantur et virgines 141. § XXVII. De numero undecim millium martyrum 144. § XXVIII. An Colonienses martyres natione Britanna fuerint et an ante martyrium instituerint peregrinationem Romanam 151. SERMO IN NATALI SS. VIRGINUM XI MILLIUM, *auctore anonymo* 154. PASSIO SS. XI MILLIUM VIRGINUM, *auctore anonymo*. CAPUT I. S. Ursulæ ortus et propositum conjugium 157. CAP. II. SS. Ursulæ et sociarum nautica institutio et itinera Coloniense et Romanum 159. CAP. III. Martyrium SS. XI millium virginum 161. CAP. IV. Martyrium S. Cordulæ et revelatio B. Helentrudi facta 162. LIBER REVELATIONUM SEU IMAGINATIONUM S. ELISABETHÆ SCHOENAUGIENSIS DE SS. URSULA ET SOCIABUS. Præfatio Egberti abbatis in revelationes seu imaginationes S. Elisabethæ 165. CAPUT I. Revelationes de SS. Verena, Cæsario, Cyriaco papa et plurimis episcopis 164. CAP. II. Cælitus discit S. Elisabetha laudes SS. Jacobi, Maurisii, Foilani, Ætherii, Marculi, Constantiæ, Gerasinæ et Dorothei 167. CAP. III. Manifestantur permulta de martyrio et gloria SS. Virginum 171. REVELATIONES SEU IMAGINATIONES B. HERMANNI JOSEPHI, CANONICI REGULARIS STEINFELDENSIS, DE UNDECIM MILLIBUS VIRGINUM. LIBER PRIMUS. Incipit epistola ad virgines Christi universas super historiam novam undecim millium virginum cælitus nuper revelatam 173. INCIPIT REVELATIO NOVA ITINERIS ET PASSIONIS UNDECIM MILLIUM VIRGINUM. CAPUT I. SS. Ursulæ et sociarum gesta usque ad susceptam peregrinationem Romanam 174. CAP. II. Peregrinatio Romana; reditus Coloniam; martyrium 178. CAP. III. Explicantur difficultates ortæ ex præsentia infantium, adultarum et virorum 184. LIBER SECUNDUS. Epilogus libri primi et proœmium secundi. Quod notarius hujus Passionis cælitus est admonitus expeditionem SS. Virginum describere 185. INCIPIT LIBER SECUNDUS EXPEDITIONIS UNDECIM MILLIUM ET PEREGRINATIONIS EARUM : IN QUO SERIES NARRATUR EARUM ATQUE SOCIARUM ILLARUM, MATRONARUM ET SOCIORUM, QUI PRINCIPALIORES INTER EOS FUERUNT, ANNO 1187 REVELATUS. CAPUT I. Quos comites de genere suo adduxerint episcopi 186. CAP. II. Quem comitatum reges miserint 189. CAP. III. Ducum profectio et genealogia 194. CAP. IV. Genealogia feminarum de comitatu S. Ursulæ 196. Nomina virginum et martyrum aliorumque quæ in revelationibus SS. Elisabethæ et Hermanni continentur 202. PASSIO S. URSULÆ, auctore Galfredo Monumethensi, excerpta ex ejusdem Historia regum Britanniæ, lib. V, cap. 9-19, secundum editionem Giles 207. GLORIA POSTHUMA SS. URSULÆ ET UNDECIM MILLIUM VIRGINUM ET MARTYRUM. § I. De basilicæ Ursulanæ Coloniensis antiquitate et fatis 210. § II. Fata monasterii Coloniensis SS. XI millium virginum a sæculo VI usque ad annum 922, quo introductæ fuere canonissæ 214. § III. Donationes et alia quæ ad statum temporalem pertinent usque ad sæculum XII 216. § IV. Fata varia disciplinæ et constitutionis canonissarum sanctæ Ursulæ 222. § V. Abbatissarum catalogus et præcipua gesta 228. § VI. Lis de nomine agri S. Ursulæ agitata inter Ursulanas et Magdalenæas seu Machabæiticas moniales 232. § VII. Examinatur fabula quod nulla in agro Ursulano sepeliri queunt cadavera 235. § VIII. De elevatione et translatione S. Ursulæ. Aliæ translationes ante sæculum XII 235. § IX. Corpora inventa anno 1105 et 1145 Walciodorum translata 238. TRANSLATIO TRIUM CORPORUM SANCTARUM VIRGINUM COLONIENSIUM E NUMERO UNDECIM MILLIUM, *auctore magistro Richero Walciodorensi monacho, ex ms.* 339. § X. Reliquæ translationes usque ad sæculum XII 240. § XI. Generalis corporum elevatio cœpta anno 1155 et titulorum fictio 242. INCIPIUNT REVELATIONES TITULORUM VEL NOMINUM SS. MARTYRUM ET SS. VIRGINUM, *auctore Theodorico ædituo Tuitiensi* 245. § XII. Singulares aliquot narrationes de inventis et translatis corporibus. Vetitum Bonifacii IX ne alia deinceps ex Colonia transferrentur corpora 247. § XIII. Translationes factæ sæculo XVI. Societatis Jesu in hac re studium et opera. Translatio Ulyssiponensis 251. § XIV. Quod judicium ferendum videatur de reliquiis sanctarum virginum, quæ passim servantur in templis 256. § XV. Nomina martyrum Ursulanorum collecta ex titulis sepulcralibus et indicibus ecclesiarum, in quibus reliquiæ eorum adservantur vel fuerunt, et aliis quibusdam auctoribus 258. § XVI. Unde factum sit ut plura martyrologia, dicta classica, SS. Virginum commemorationem non habeant 269. § XVII. Ostenditur SS. Ursulæ et sociarum cultus et celebritas ex calendariis et martyrologiis 272. § XVIII. Calendarium Ursulanum seu festa martyrum Ursulanæ sodalitatis per singulos menses distributa 274. § XIX. Antiqua Missa et Officium cum præcipuis mutationibus 282. § XX. Specialia de cultu SS. Virginum Coloniæ 287. § XXI. Alia loca et templa, quorum SS. Virgines loco patronarum sunt habitæ 288. § XXII. Monumenta picta et sculpta in honorem SS. Virginum 293. § XXIII. Societates et maxime Navicula in honorem SS. Ursulæ et sociarum erectæ 295. § XXIV. Pietas aliquot sanctorum in Colonienses virgines 298. § XXV. Epilogus et præcipuorum capitum recensio 302.

W

21 Wendelinus, confessor, pastor et eremita in diœcesi Trevirensi. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Memoria in fastis sacris; vitæ gesta pleraque dubia 343. § II. Sepultura, translationes, templum, cultus 346. VITA S. WENDELINI CONFESSORIS, *auctore anonymo, ex mss.* CAPUT unicum. Ejus ortus, adventus in agrum Trevirensem, porcorum custodia, vita eremitica, miracula, cultus 348

Z

Zoticus, Dasius et Cajus. Vide *Dasius*.

INDEX CHRONOLOGICUS

SÆCULO I.

Sæculo I *ad finem vergente* defuncta videtur S. Salome 455 b
Anno circiter 98 nascitur S. Abercius, episcopus Hierapolitanus 489 a b
Hoc sæculo primo et duobus sequentibus usi sunt christiani in paschate determinando cyclo judaico annorum 84 529 b
Sæculo I, II *vel* III S. Leugathus martyrii palma decoratur 556
Anno 100 S. Clemens papa defunctus est 489 b

SÆCULO II.

Anno 120 natus est S. Irenæus 488 d
Anno circiter 147 nata est Lucilla, Marci Aurelii filia 487 c d
Circa annum 150 moritur S. Marcus, episcopus Hierosolymitanus 477 a, 482
Anno 150, *aut* 175 *aut* 192 monachi versantur in Nitria 56 a
Anno 162 turbatur Germania, irrumpentibus Cattis 487 f
Anno circiter 165 S. Abercius, episcopus Hierapolitanus, vocatus a M. Aurelio imperatore, Romam venit 488 c, 489 a
Anno circiter 164 nubit Lucilla, Marci Aurelii filia, Lucio Vero imperatori 487 c d
Anno 165 finitum bellum Parthicum et cœptum Marcomannicum 487 d
Circa annum 167 obiit S. Abercius, episcopus Hierapolitanus 489 a b
Circa annum 169 S. Polycarpus, fere centenarius, martyrium pertulit 489 c
Eodem circiter anno Lucius Verus imp. extinctus est 487 d
Circa annum 171 S. Apollinaris sedet Hierapoli episcopus 488 c d
Anno 177 *vel paulo post* Smyrna, urbs Asiæ, terræ motu ruit 488 a b
Anno 196 *ineunte* Septimius Severus imp. expugnavit Byzantium post triennalem obsidionem 545 c
Sæculo II *vel* III contigit passio SS. Alexandri episcopi, Heraclii militis, Annæ, Theodotæ, Glyceriæ et Elisabeth MM. 526

SÆCULO III.

Sæculo III *ineunte* cum Agrippino Carthaginensi conveniunt episcopi septuaginta 524 c
Eodem sæculo ineunte floruit Julius Africanus, scriptor 457 e f
Circa annum 220 Callistus papa I fecit ecclesiam S. Mariæ trans Tiberim 574 a
Sæculo III *medio*, Privatus hæreticus condemnatur sententia nonaginta episcoporum 524 c
Eodem circiter sæculo medio passus est S. Philippus, episcopus Firmanus 525
Anno 251 Cornelius papa synodum sexaginta episcoporum coegit contra Novatianum 524 c
Anno 253 S. Stephanus papa creatus est 558 f
Eodem anno imperare cœpit Valerianus 558 f
Anno 257 obiit S. Stephanus papa 558 f
Anno 260 Valerianus imperator a Sapore victus captusque fuit 558 f
Circa annum 263 Valerianus imperator vita privatur 559 a
Anno 264 passus est S. Desiderius episcopus Lingonensis 527 d e f, 528
Circa eumdem annum 264 martyrio coronatus est S. Valerius archidiaconus ecclesiæ Lingonensis 526
Anno Christi 270 in desertum secedit S. Antonius 55 d
Anno 284, *die* XXIII *Februarii*, ecclesia Nicomediensis paucis horis solo æquata est 542 a
Eodem anno, die XXIV *Februarii*, exiit Diocletiani edictum ut ecclesiæ solo æquarentur et scripturæ comburerentur 541 f
Anno 285 in montem secedit S. Antonius 55 e
Anno 286 censetur communius S. Nigasius Rothomagensis passus 559 b, 560 b
Ad finem anni 291 nascitur S. Hilarion 18 d
Anno 296 pontifex Romanus electus est Marcellinus 559 f
Anno 296 Persæ cedunt Romanis quinque provincias 61 b

SÆCULO IV.

Sub annum 300 S. Hilarion puer it Alexandriam 18 d
Anno 302 *aut* 303 baptizatur S. Hilarion Alexandriæ 18 e
Anno 303, *die* XXIII *Februarii*, Diocletianus Nicomediæ proponit persecutionis edictum 13 e f. Martyrio affecti SS. Dasius, Zoticus et Cajus 14 d
Eodem anno cœpta persecutio Diocletiani 542 b
Anno 303 *aut* 304 Nicææ in Bithynia SS. Afriges seu Apricius, Macarius, Diceus et Proculus martyrio coronantur 13 d
Anno 304 *ad finem vergente* martyrio donati sunt SS. Philippus episcopus, Severus presbyter et Hermes diaconus 542 c
Eodem anno sævit in Africa Diocletiani persecutio 555 c
Eodem anno diem obit supremum Marcellinus papa 559 f
Eodem anno SS. Modestus, Eutychius, Materus seu Maurus martyrio affecti in Africa 14 e
Anno 304 *et* 305 tetra Alexandriæ sævit persecutio 18 e
Anno circiter 305 S. Modestus cum sociis subit martyrium in agro Neapolitano 15 f
Circa eumdem annum celebratum concilium Eliberitanum 555 c
Eodem anno Pior Nitriensis primus convenit S. Antonium eremitam in Phaio 19 e
Anno 306 S. Hilarion adit S. Antonium, residentem in Phaio 19 e
Eodem anno probabilius S. Acacius martyrii corona donatus est; aliis annus 303 præplacet 545 c
Anno 307, *die* V *Novembris*, ad metalla prope Cæsaream mittitur S. Urbanus presbyter 20 c
Anno 308 summum pontificatum adeptus est Marcellus 559 f
Anno 309 S. Urbanus, episcopus factus Gazensis, cum triginta octo sociis occiditur 20 c
Anno 310 Eusebius succedit Marcello in Romana cathedra 559 f
Anno 311 Melchiades papa successor datur Eusebio 559 f
Eodem anno S. Petrus, Alexandrinus episcopus, martyrium facit 18 e
Anno 311 *vel* 313 concilium Romanum celebratur sub Melchiade papa 624 d
Anno 313, *die* XIII *Junii*, pax data ecclesiæ a Constantino et Licinio 542 a b
Anno 314, *die ultimo Januarii*, S. Sylvester papa successit S. Melchiadi 559 c

Eodem

Eodem anno concilio Arelatensi I subscribit Avitianus, episcopus Rothomagensis 555 c d
Circa eumdem annum ad cælum evolavit S. Mellonus ep. Rothomagensis 554
Anno fere 317 nascitur S. Malchus 61 c
Anno 325 patres Nicæni canones proponunt indagandi paschatis 529 c
Anno 327 S. Priscus, episcopus Nolanus, moritur 87 b c
Anno 328 incipit S. Hilarion monasteria exstruere in Palæstina 20 d, 33 a
Sub eumdem annum convertuntur Majumetæ prope Gazam 20 d e
Anno 333, *die ultima Decembris,* e vivis excessit S. Sylvester papa 559 c
Anno 337 electus est S. Julius papa 557 d
Ante eumdem annum convertitur Majuma Gazæ 20 e
Sub eumdem annum S. Malchus secedit in solitudinem Chalcidos 61 c, 62 c
Anno 337 Persæ incipiunt hostiliter agere cum Romanis 61 b c
Anno 346 fertur celebratum Coloniæ concilium, quod tamen multis suppositititium videtur 529 a
Anno 347 Sardicense concilium habitum est 529 a
Anno circiter 350 defunctus est S. Ammon seu Ammun Ægyptius 568 d
Anno 352 migravit ad Dominum S. Julius papa 558 d
Anno 356, *die* 17 *Januarii,* diem obit S. Antonius 21 f
Eodem anno intruditur in sedem Alexandrinam Georgius Arianus 24 d e
Anno 357 *aut* 358, *medio Januario,* cellam S. Antonii adit S. Hilarion 21 f
Sub finem anni 359 siccitatem finit in Ægypto S. Hilarion 24 c
Eodem anno Sabinianus dux Mesopotamiæ, immo magister militum 61 d
Anno 361 moritur Hermogenes, præfectus prætorio et ei substituitur Elpidius 49 a
Anno 362, *mense Augusto,* occiditur Georgius, patriarchia Arianus Alexandrinus 25 c
Eodem anno, sub mensem Augustum, Gazenses destruunt S. Hilarionis monasterium 25 c
Eodem anno sub autumnum Alexandriam pergit S. Hilarion 24 d
Eodem anno exeunte S. Athanasius publice degit Alexandriæ 25 d
Anno 363, *die* 26 *Junii,* moritur Julianus apostata 26 d e
Eodem anno Jovianus cedit Nisibim Persis 61 c
Anno 364, *sub initium mensis Martii,* invenit S. Hesychius S. Hilarionem in Sicilia eumque ducit in Dalmatiam 27 b
Anno circiter 365 Paulatus cathedram Toletanam ascendit 555 c
Anno 365, *die* 2 *Julii,* terræ motus maximus fit in mari mediterraneo. Singulare S. Hilarionis miraculum 27 d e f, 28 a b c
Eodem anno, mense circiter Septembri, S. Hilarion appellit Papho 28 c
Anno 366, *ante finem mensis Junii,* Procopius tyrannus perit 27 c
Circa annum 367 ecclesia S. M. ad Nives dedicata a Liberio est 574 a
Eodem anno Theodosius comes restituit auctoritatem Romanam in Britannia 104 d
Anno 369 plura castra Romana capit Sapor rex Persarum 63 b
Anno 374 Hunni aggrediuntur Gotthos 117 f
Eodem anno Balamir, rex Hunnorum, movet contra Ostrogotthos 119 b
Anno 375 obit Paulatus ep. Toletanus 555 c
Eodem anno Paulato succedit Natalis ibid.
Anno 376 cœpit agi die xxv Decembris Antiochiæ festum nativitatis Domini 541 a
Anno 379 cogitat Gratianus de sociando sibi Theodosio Magno 104 d e
Anno 383 Hunnos ad Rheni ostia vocare non potuit Gratianus 112 e
Anno 383 Maximus tyrannus purpuram induit 104 d e f
Anno 383 Gratianus Lugduni occiditur 104 e
Anno 383 *aut* 384 nulli Hunni in Germaniam secundam penetrarunt 112 f
Anno 384 Romæ versatur S. Hieronymus 37 a
Anno 385 Bethleem proficiscitur S. Eustochium 37 a
Eodem circiter anno vita functus est Natalis ep. Toletanus 555 c
Anno 386, *die* 23 *Decembris,* S. Joannes Chrysostomus Homiliam habet Antiochiæ de Natali Domini 540 f
Anno 387 S. Ambrosius secundo legatur a Valentiniano II ad Maximum tyrannum 119 b
Eodem anno Alpes transcendit Maximus tyrannus 106 a
Eodem anno Maximus tyrannus in Italiam pergit 120 a
Anno 388 capitis pœna ambitionem luit Maximus tyrannus 106 a b
Anno 388 *aut* 389 Evagrius creatur Antiochenus episcopus 16 c
Circa annum 390 diem obeunt SS. Justus et Viator Lugdunenses 71 a
Eodem circiter anno scripsit S. Hieronymus Vitam S. Hilarionis 16 c
Anno 391 Theodosius decretum fert de tollenda idololatria. Id decretum non extensum ad insulam Philas 29 a
Anno 392 quæ jam scripserat S. Hieronymus 16 b
Anno 395 Honorius imperio Occidentis potitur 555 e
Eodem anno Hunni invadunt provincias Orientales imperii Romani 118 b
Sæculo IV floruerunt in Ægypto ambo SS. Macarii 576 b
Sæculo IV, *circa finem,* floruit S. Nepotianus, Claromontanus episcopus 615 e f

SÆCULO V.

Ineunte hoc sæculo Sulpitius Severus novos edit canones paschales eosque introducit S. Patricius in Hiberniam 529 c
Anno 407, seu ultima nocte anni 406 Vandali Gallias ingressi, minantur Britanniæ 120 d, 122 d
Anno 408 Armorica se in libertatem vindicat 107 c d
Eodem anno 408 Theodosius Junior patri suo Arcadio successit in imperio Orientis 555 c
Anno 410 Vandali abeunt, Hispaniam et Africam vastaturi 122 a
Eodem anno, die 24 *Augusti,* Alaricus Romam expugnat 136 c
Anno 411 Constantinus tyrannus occiditur 120 c
Anno 415 Judæi in cruce occidunt pueros Immæ in Syria 62 c
Anno 425 moritur Honorius imperator 555 c

Inter annum 425 *et* 431 Romani renuntiant Britanniæ 120 e f
Anno 425 Vandali aggrediuntur insulas mediterraneas 156 d
Anno 427 potiuntur Hunni vicinia Sirmiensi 121 c
Anno 428 ad Somonam a Francis et Romanis pugnatur 128 d, 129 b
Anno 431 synodus Ephesina habita est in æde B. V. Mariæ 574 b
Anno 431 *aut* 432 Genscricus invadit Siciliam 156 d e
Anno 432 S. Patricius venisse dicitur in Hiberniam 529 d
Eodem anno pax icitur inter Francos et Romanos 128 d, 129 b
Anno 434 regnare incipit Attila cum fratre Bleda 121 e
Circa annum 436 nascitur S. Remigius, episcopus Remensis 519 f
Eodem anno vincuntur a Litorio Armoricani 107 e
Eodem anno Burgundiones christiani fundunt Hunnos 121 d
Anno 437 Burgundionum pars ab Hunnis funditur 122 f
Anno 439 medio mense Octobri Gensericus obsidet Carthaginem 156 c
Anno 440 Gensericus Siciliam deprædatur 156 e
Anno 444 Attila regnat solus 121 e
Anno 446 miserrima sors Britonum; querelæ scriptæ ad Aetium 108 f
Eodem anno Britanni frustra invocant Aetii auxilium 120 f
Anno 447 S. Germanus Autissiodorensis secundo redit ex Britannia 107 e f
Anno 448 Clodion, rex Francorum, moritur 129 a
Anno 450 vivere desiit imperator Theodosius junior 121 c, 555 e. Marcianus succedit 121 e
Anno 451, *die* 23 *Martii,* Metas veniunt Hunni 125 c
Eodem anno, ineunte Junio, Romani cum Vesigothis fœdus ineunt contra Gotthos 126 b
Eodem anno, die 14 *Junii,* Aurelianos capit Attila 126 a
Eodem anno, circa initium mensis Julii, pugnatur a Romanis, Vesigotthis et Hunnis pugna Catalaunica 126 c d
Eodem anno, sub medium mensem Octobrem, Hunni veniunt Coloniam 131 b
Eodem anno Maximinus dux vincit Blemmyes 29 a
Anno 455, *mense Junio,* Gensericus Romam occupat 156 c
Usque ad annum 457 in toto pæne Occidente usi sunt cyclo annorum 84 529 c d
Post annum 458 mortua est S. Cilinia mater S. Remigii 520 d e
Anno 465 Franci potiuntur dominatione Coloniæ 157 a
Anno 475 moritur Reparatus, episcopus Castelli Tingitani 87 a b
Eodem anno Ambrosius Aurelianus vincit Saxones in Britannia 109 d
Anno 495 Clodoveus I, rex Francorum, Nannetes obsidet 108 c
Anno 495 Maurorum bellum geritur et Donatus, episcopus Tanaramuscorum Castrorum, occidiur 87 b c
Anno 497 Armoricani se subdunt Clodoveo I 108 d

SÆCULO VI.

Ab anno 511 *ad* 558 Childebertus, filius Clodovei, dominatur Britanniæ Minori 111 d
Anno 514 *et sequentibus* Angli et Saxones maxime invadunt Britanniam 111 b c
Anno circiter 516 celebratum est concilium Tarraconense 600 e
Anno 522 ad cælum evolavit S. Verecundus, episcopus Veronensis 587 d
Anno 525 Romæ vulgatur cyclus Dionysianus annorum 532 529 d
Anno 527 Justinus Senior imperator e vivis migravit 679 a
Anno 528 adscribuntur a Mabillonio initia Cassinensis monasterii 679 a
Circa annum 529 S. Benedictus e monasterio Sublacensi transiit ad montem Cassinum 600 f
Circa eumdem annum S. Fulgentius, Ruspensis in Africa ep. et plurium monasteriorum fundator, defunctus est 598 f
Anno 532 mortuus est S. Sabas abbas 522 b
Anno 533 probabilius obiit S. Brigida, Hiberniæ patrona 661 c
Anno 539 Fesulæ expugnatæ a Belisario 660 a
Anno 543 *vel præcedenti* contigit pretiosa S. Benedicti mors 595 e
Anno 555 Narses Totilam fudit 660 a
Circa annum 559 S. Congallus fundat monasterium Benchorense in Hibernia 527 f
Anno 560 S. Constantinus, primus post S. Benedictum abbas Cassinensis, defunctus est 595 d
Anno 563 S. Columbakille Hiberniam linquit exsul et transit ad Scotiam 527 d e
Anno 568 probabilius regnare cœpit Leovigildus Visigotthorum rex 596 f
Circa annum 570 e vivus sublatus est S. Simplicius, abbas in Monte Cassino 590 b c
Anno 576 Burgundiones, duce Mummulo, Longobardos acie profligant prope Ebredunum 555 f
Anno 575 *vel* 576 Sigebertus, rex Austrasiæ, in obsidione Tornacensi necatur ex improviso 606 a
Anno 577, *mense Octobri,* moritur Carolus, rex Italiæ 661 b
Anno 578 celebratur concilium Autissiodorense 518 a d
Anno 579 Britanni Armoricani infesti Nannetensibus et a S. Felice cohibiti 110 e
Anno 580 sedet Catalauni Leudomirus episcopus 605 f
Anno circiter 580 S. Nunctus abbas ab impiis colonis trucidatur prope Emeritam 597 b
Circa annum 584 cæsus est S. Lupentius, abbas et martyr 601, 606 a
Anno 585 celebratum concilium Matisconense 518 a d
Anno 586, *die* XIV *Aprilis,* S. Hermenegildus jussu patris necatus est 596 f
Eodem anno Leovigildus, Visigothorum rex, mortuus est ibid.
Anno 589 Catalauni sedebat Felix I episcopus 605 f
Anno 596 extinctus est Childebertus, filius Brunechildis 606 a
Eodem anno S. Augustinus cum sociis in Angliam veniens cum fide simul docet cyclum paschalem Dionysianum 529 f
Anno 597, *die* IX *Junii,* moritur S. Columbakille, fundator monasterii Hiensis in Scotia 527 b
Eodem anno S. Fintanus Munnu adit monasterium Hiense 526 et 527 f
Sæculo VI *exeunte* monachi montis Cassini, metu Longobardorum, Romam confugiunt et juxta patriarchium Lateranense monasterium ædificant 591 d

SÆCULO VII.

Anno 601, *die* 10 *Maji,* obiit S. Comgallus Benchorensis 527 f, 557 b

Sæculo

Sæculo VII *inchoato* martyrii palmam adeptus est S. Salarius ep. Lunensis 618 c f
Anno 612 *vel* 613 Brunechildis, ignominiosum perpessa supplicium, necata est jussu Clotarii II 612 a
Anno circiter, 613 *die* XXI *Novembris*, obiit S. Columbanus abbas Bobiensis 613 a
Circa annum 626 contigit mors S. Merovæi monachi Bobiensis 613 a
Circa annum 628 introducitur in Hiberniam cyclus paschalis Dionysianus 552 b
Anno 629 *vel* 630 celebratur synodus de Paschate celebrando in campo Lene seu Legh lene in australi Hibernia 552 f
Anno 631 integro fere mense hiberni a romanis in festo Paschatis celebrando differebant 550 c; hoc anno legati hiberni Romæ versabantur 550 d f, 552 c
Anno 631 *aut* 632 Cummianus, hibernus, scribit de methodo indagandi Paschatis 552 c d
Anno 633 Honorius, pontifex romanus, scribit de Paschate ad hibernos 552 d
Anno 635 moritur S. Fintanus sive Munnu, abbas Teachmunnensis in Hibernia 552 d e f
Anno 636 Omarus califus expugnat urbem Hierosolymitanam 522 b
Anno 654 *aut* 655 moritur S. Concenna de Killslebhe in Hibernia 555 b
Anno 664, Tudas, episcopus Lindisfarnensis, peste perimitur 5 b
Ante finem Octobris anni 673 assumpsit Theodoricus III regium nomen 555 a
Anno 678 *vel* 679 Adamnanus factus abbas Hiensis in Scotia 527 a
Circa annum 685 moritur S. Condedus presbyter et eremita 554 a
Anno 688 Sergius I transfert S. Leonis I ossa 10 a
Anno 689 obit Cadwallader, rex Britonum 95 c
Usque ad sæculum VII unicus fuit ordo religiosus, non plures 750 e f, 751 a

SÆCULO VIII.

Circa annum 705 moritur Agatheus episc. Rhedonensis 620 b
Anno 705 *vel* 704 obit Adamnanus, abbas Hiensis 527 a
Circa annum 705 S. Adamnanus, abbas Hiensis, plerosque hibernos boreales ad cyclum paschalem Dionysianum amplectendum inducit 550 a
Anno 709 fundatur monasterium S. Michaelis ad Mosam 413 b c
Anno 710 translatum scribitur metu Saracenorum corpus S. Mariæ Magdalenæ 443 a
Circa annum 720 Roma Cassinum redit Petronax abbas cum suis monachis 591 c
Circa annum 725 a Saracenis martyrio donantur SS. Georgius, Joannes, Julianus et socii Hierosolymis 558 et seqq.
Anno 729 admittunt monachi Columbani Scotiæ et Hiberniæ cyclum paschalem Dionysianum, resistentibus adhuc Britonibus Angliæ 550 a
Anno 719 *vel* 730 æterna obtinet præmia S. Moderamnus, episcopus Rhedonensis 619, 621 a
Anno 731, quando Beda historiam suam absolvebat, nondum Britones errorem in paschate celebrando liquerant 529 a
Anno 748 Zacharias papa templum Cassinense consecravit 591 c
Anno circiter 750 S. Joannes Damascenus spiritum Deo reddidit 522 b
Anno 778 Cassinogili pascha celebrat Carolus M. 58 b
Circa annum 786 moritur S. Maurontus Massiliensis episcopus 562 et seqq.
Anni 787, *die* 15 *Julii*, ordinatur S. Willehadus, Bremensis episcopus 578 a b
Anno 789, *die* 8 *Novembris*, diem obit S. Willehadus, Bremensis episcopus 578 a b

SÆCULO IX.

Frequentia confessionis sacramentalis hoc sæculo et sequentibus 722 et seqq., 877 e f
Ante mensem Majum anni 801 nascitur S. Ansgarius 380 c
Anno 817, *die* XIII *Julii*, Lotharius, Ludovici Pii filius, imperio associatur 649 a
Anno 820 Lotharius, filius Ludovicii Pii, rex Longobardorum renuntiatur 649 a
Anno 822 adscribitur peregrinatio B. Rabani Mauri in Orientem; quo tamen ille numquam profectus est 447 f, 448 c d
Anno 823, *die* V *Aprilis*, Lotharius I imperator coronatur a Paschali I 649 a
Anno 826 celebratur Romæ concilium sub Eugenio papa II 649 d
Anno 831, *mense* Majo *ineunte*, archiepiscopus Hamburgensis creatur S. Ansgarius 380 c
Anno 834 Fridericus, episcopus Trajectensis ad Rhenum, cæsus est 448 d
Anno 839, *die* IV *Maji*, obit S. Willericus Bremensis episcopus 378 c d
Eodem anno Rheni alveus obstruitur et cessat insula Batavica 156 e
Anno circiter 840 S. Eulogius Cordubensis Navarram peragravit 627 b
Eodem anno Lotharius I patri suo Ludovico Pio imperatori succedit 649 a
Anno 844 S. Donatus ep. sedem Fesulanam tenebat 649 a
Circa anno 845 videtur B. Rabanus Maurus suum scripsisse Martyrologium 448 a
Circa kalendas Octobres anni 847 consilium initur de creando S. Ansgario episcopo Bremensi 380 e
Anno 848, *die* XXIII *Septembris* Bremæ inthronizatur, S. Ansgarius 380 e
Ante annum 850 moritur S. Benedictus Maceracensis 623 et seqq.
Anno 851 SS. Nunilo et Alodia, sorores et virgines, fidem Christi sanguine suo confirmant 626, 627 d e f
Eodem anno a Normannis destructum non fuit Coloniense S. Martini monasterium 215 a b
Anno 853 ereptus est Lotharius I imperator 649 a
Anno 856, *die* XVII *Martii*, Bassacius, abbas Cassinensis, defunctus est 664 e
Eodem anno Bassacio successit S. Bertharius ibid.
Eodem anno vita functus est B. Rabanus Maurus 448 a
Anno 858 mortuus est Benedictus papa III 676 a
Eodem anno Nicolaus papa I cathedram S. Petri ascendit 649 e
Anno 859 Dona Iñiga, Navarræ et Pampelonis regina, obit 646 f
Anno 863 occiditur S. Meinradus Einsidlensis 26 c
Anno 864 Samson, abbas Pinamelariensis in Bætica, scripsit apologeticum adversus Hostigesium 669 a
Eodem anno vastatur et incenditur Xantense monasterium a Normannis 215 c
Anno 865, *die* III *Februarii*, moritur S. Ansgarius, Hamburgensis archiepiscopus 379 b c d, 380 e
Anno 865 *vel* 866 Ludovicus II contra Saracenos in Italiam progreditur 676 a

Anno

Anno 867 datum fuit monasterio Cassinensi privilegium a Ludovico II 676 b
Eodem anno Basilius imperare cœpit 682 d
Die IX *Septembris anni* 865, 871, 876 *vel* 882 elevatur ex humo et fit episcopus S. Ansgarius 380 b
Ante annum 868 fundatur Herisiense monasterium 80 f
Anno 870 fundatur Gerritzheimense monasterium 215 d
Anno 874 S. Ado, Viennensis episcopus et martyrologus, moritur 449 d
Circa eumdem annum regna cælestia adeptus est S. Donatus, episcopus Fesulanus 648, 649 d e f
Anno 875, *mense Augusto,* Ludovicus II mortem oppetiit in finibus Brixianis 676 f
Eodem anno Ludovicus, Italiæ rex, moritur in pago Brixiensi 661 b
Eodem anno Carolus, Lotharii filius, succedit Ludovico in regno Italiæ 661 a
Eodem anno, mense Decembri, Carolus coronatur a Joanne papa VIII ibid.
Anno 876 habita est synodus episcoporum in Ponticone, villa regia Austrasiorum 610 a
Anno 878 memorantur quædam cambiones, factæ a Romano, Causariensi abbate, cum S. Berthario, abbate Cassinensi 682 a
Anno 880 tranlata sunt ad Legerense monasterium corpora SS. Nunilonis e Alodiæ VV. et MM. 629 e f
Anno 881 Godefridus et Sigefridus, reguli Normanni, vastant Coloniam 215 c
Anno 882, *die* XV *Decembris,* Joannes papa VIII occubuit 681 f
Anno 883 S. Bertharius, abbas Cassinensis, martyrio coronatus est 664 d e f
Anno 886 Leo imperator successit patri suo Basilio 682 d
Anno circiter 889 Erchembertus auctor historiæ Langobardorum Beneventi obiit 664 a
Sæculo IX fundatum est Bodecense cœnobium canonicorum 544 a
Sæculo IX *ad finem vergente* reliquiæ S. Melloni, episcopi Rothomagensis, translatæ sunt ad castrum Pontisarense 564 a

SÆCULO X

In antiquis Angliæ, Galliæ et Hispaniæ monasteriis ita labefactata erat religio, ut regulæ S. Benedicti non modo observatio, sed ipsum etiam nomen in plerisque ignoraretur 731 b
Anno 911 Leo imperator, filius Basilii, obiit 682 d
Anno 917 vastatur monasterium Hiberniæ Teachmunnu a Danis 325 b
Anno 918, die 1 Octobris, eligitur S. Unni Hamburgensis archiepiscopus 382 b
Anno 922 Gerritzheimenses moniales introducuntur in basilicam Ursulanam 215 d e f, 216
Anno 931 Henricus Auceps ad fidem convertit regem Abodritorum et Normannorum, scilicet Wurmium Hardecnutum 389 c d
Anno 936, die XVII Septembris, moritur S. Unni 382 b c d
Anno 946 vita fungitur S. Joannes Rylensis abbas in pristina Bulgaria 685 f
Anno 935 S. Bruno succedit Wichfrido Coloniensi archiepiscopo 219 d
Anno 958 Claromonte S. Mariæ inter Sanctos templum mutatur in S. Illidii monasterium 72 e
Circa annum 960 S. Adelheidis fit canonissa in S. Ursulæ 225 e f, 226 a
Anno 973 restituitur vita monastica in monasterio S. Victoris 367 d e
Anno 976 Ottonis II imperatoris pugna in Bohemia cum Henrico duce Bavarorum 225 f
Circa annum 980 fundatur Vilicense monasterium 226 a
Circa annum 984 editum est jussu Basilii imp. præclarum Menologium Græcorum 520 c
Circa annum 991 Gualcherius, ep. Lunensis, dolo Hastingi, Danorum ducis, necatur 618 c
Sæculo exeunte X *aut* XI *ineunte* sedem Rothomagensem tenet Robertus archiepiscopus, qui ecclesiam metropolitanam, quæ adhuc exstat, a fundamentis inchoavit et magna ex parte consummavit 561 b

SÆCULO XI.

Sæculo XI *ineunte usque ad annum* 1078 abbates Legerenses simul erant episcopi, Pampelonenses 647 e
Anno 1024 contigit pretiosa mors S. Henrici imp. 679 e
Anno 1028 Jacobus Bavarus episcopus Fesulis novam exstruxit ecclesiam cathedralem 652 d e
Anno 1035 moritur Piligrimus archiepiscopus Coloniensis 220 b
Anno 1037 ordinatus Hermanus II, Coloniensis archiepiscopus 220 c
Anno 1043 Hermannus II, Coloniensis archiepiscopus, dedicat S. Severini monasterium 200 c
Anno 1035 infulas Rothomagenses adeptus est Maurilius, qui ecclesiam a Roberto archiepiscopo inceptam complevit, et, adstante Wilhelmo Normannico, dedicavit 561 d
Anno 1056, *mense Decembri,* consecrata est ecclesia Constantiensis 561 a
Anno 1066 S. Desiderius abbas (postea S. Victor papa III) novam Basilicam ædificat in monte Cassino 591 e f
Anno 1067 Maurilius, archiepiscopus Rothomag. migravit ad Dominum 561 b
Circa eumdem annum inventio reliquiarum SS. Benedicti et Scholasticæ; item SS. Simplicii et Constantini abbatum Cassinensium 592 a b
Anno 1071 Alexander papa II Basilicam, a S. Desiderio abbate recens erectam in monte Cassino, inenarrabili pompa consecravit 591 f
Circa annum 1078 introducta est in monasterium Legerense reformatio Cluniacensis 647 e
Inter annum 1078 *et* 1087 moritur S. Gebizo, monachus Cassinensis 598 d
Anno 1080 concordia initur inter episcopum Aragonensem et Rodensem 653 b
Anno 1081 imperare cœpit Alexius Comnenus I 522 a
Anna 1091 Philippus, Francorum rex, concessit abbatiam S. Melloni de Ponte-Isaræ Wilhelmo archiep. Rothomagensi 564 b
Anno 1094, *die* IV *Junii,* rex Sanctius in obsidione Oscensi, sagitta percussus, occubuit 654 a
Circa eumdem annum ædificata est in Podio Sanctii juxta Oscam Aragoniæ ecclesia in honorem SS. Nunilonis et Alodiæ 654 a b
Anno 1097 charta Petri I regis Aragonum, qua plura donat monasterio Legerensi 652 d
Anno 1099 cruciati Hierosolyma potiuntur 522 d
Sæculo XI *labente* prodiit decretalis Alexandri II, qua declarat festum SS. Trinitatis non celebrari Romæ, quin damnet aliarum ecclesiarum morem 573 f, 574 a

SÆCULO XII.

Sæculo XII abbates Legerenses in Hispania exemptos

ptos se contendebant a jurisdictione episcopi Pampelonensis 628 c
Ineunte eodem sæculo exstabant monasteria eremitarum S. Augustini in pluribus Europæ regionibus 731 d e f
Anno 1102 Paschalis papa II renovat sententiam excommunicationis in Henricum IV imperatorem 238 c
Anno 1104 Henrici IV imperatoris filius schisma ejurat et in patrem consurgit 258 c d
Anno 1105 Colonia muro et fossa cingitur 238 e
Eodem anno deteguntur casu Coloniæ reliquiæ virginum Ursulanarum 238 e
Eodem anno, mense Novembri et Decembri, Coloniæ residet Henricus IV, imperator profugus 238 d
Anno 1106, *die* VII *Augusti,* moritur Leodii Henricus IV imperator 238 d
Eodem anno, inchoato Julio, venit Henricus V imperator, abscessurus Coloniam 238 d
Anno 1113 Weissemburgum transfertur corpus S. Palmatiæ, sodalis S. Ursulæ 240 e f
Anno 1118 obiit Alexius Comnenus I 522 a
Anno 1121 S. Norbertus acquirit reliquias virginum Ursulanarum 241 a b
Anno 1123 nascitur S. Elisabetha Schonaugiensis 82 a
Anno 1125 Bellum inter Florentinos et Fesulanos; Fesulæ captæ et mœniis exutæ 660 b
Ante annum 1135 edit Galfredus Monumetensis Historiam Britonum 95 e f
Anno 1135 celebrabatur jam festum S. Cordulæ XXII Octobris 581 c
Anno 1138 Ven. Ruandus præficitur abbatiæ de Levanciis ordinis Cisterciensis 434 b
Anno 1139 scribit Henricus Huntingdoniensis octavum suum librum et Theobaldus Cantuariensis episcopus Romam proficiscitur 95 e
Anno 1142 moritur Guilielmus Malmesburiensis 95 c
Eodem anno Ursulanæ reliquiæ transferuntur Breitenawam 241 c d e
Anno 1143 dedicatur cum reliquiis S. Disibodi et virginum Ursulanarum Mons S. Disibodi 241 e
Eodem anno duo corpora Ursulana translata Zwifaltum 242 a b
Eodem anno Sponheimum transferuntur duo corpora Ursulana 241 c
Anno 1147 obit Robertus dux Glocestriensis 95 b
Eodem anno Catharos et Patarenos seu Albigenses reperit S. Bernardus in partibus Tolosanis 716 b
Ante medium sæculum XII apparuit S. Cordula Helentrudi sanctimoniali in Heerse 581 c
Anno 1142 cœpit S. Elisabetha Schonaugiensis habere revelationes 82 a
Anno 1155 incipit fieri generalis elevatio corporum sodalium S. Ursulæ 242 d e f, 243 et seqq.
Eodem anno incipiunt Tuitienses levare Ursulanas reliquias 85 e
Anno 1155 *et* 1156 incipiunt magno numero retegi corpora virginum Ursulanarum 164 c, 166 a
Anno 1156 S. Elisabetha Schonaugiensis revelationes habet de S. Ursula 82 a
Anno 1157 solemniter transfertur Tuitio Viconiam S. Karissæ corpus 247 d e f, 248 a b c
Eodem anno Ven. Ruandus ex monacho Cisterciensi fit episcopus Venetensis in Gallia 434 b
Anno 1168 Mantuæ nascitur B. Joannes Bonus 694 a, 697 b c d e f, 705 c
Circa annum 1176 Christianus, episcopus Moguntinus, qui copiis Frederici I imperatoris præerat, expugnat et incendit urbem Firmanam in Piceno 524 a
Anno 1177 moritur Ven. Ruandus episcopus Venetensis 434 b
Anno 1180 imperium adeptus est Alexius Comnenus II 522 a
Sub annum 1182 amplius mille corpora Ursulana transferuntur in Montem Veterem 247 a
Anno 1183 scribit B. Hermannus Josephus priorem librum revelationum 90 c
Eodem anno jussu Andronici strangulatus est Alexius Comnenus II 522 a
Anno 1187 scribit B. Hermannus Josephus alterum librum revelationum 90 e
Anno 1188 emittuntur ex capitulo S. Ursulæ pauperes sorores, quæ incipiunt novum conventum ad S. Maximini 227 e, 230 a b
Circa eumdem annum liberiori vitæ se mancipat B. Joannes Bonus et joculatorem agere incipit 698 e f, 699, 705 d e
Anno 1195 solium conscendit Alexius Comnenus III 522 a
Sæculo XII fertur ab ipsa Matre Dei Dertosam allata sancta corrigia (*la santa Cinta*) 579 a

SÆCULO XIII.

Hoc sæculo quoties fideles accederent ad sacram communionem 720 f, 721 a
Hoc sæculo et sequenti frequentes in Italia *curiæ bannitæ* principum et magnatum, in quibus ludi multi exhibebantur 699 et seq.
Anno 1202 imperium adeptus est Otho IV 452 f
Anno 1203, *die* XXVII *Maji,* Bulla Innocentii III circumscribuntur limites diœcesium Oscensis et Ilerdensis 632 f
Eodem anno, die XIX *Novembris,* litteræ comminatoriæ ejusdem Innocentii III in eos, qui præcedenti Bullæ se subjicere recusabant ibid.
Eodem anno solio depellitur Alexius Comnenus III 522 a
Anno 1206 ad integram conversionem pervenit S. Franciscus Assisias 702 c
Anno 1207, mense Aprili aut Majo, S. Franciscus Assisias Eugubii accipit a Jacornello Spade tunicam eremiticam eamque defert usque ad mensem Februarium anni 1209 : quo tempore nulli religioso ordini adscriptus est 702 d e f, 703 a
Anno 1208 conversio B. Joannis Boni a vita liberiori 701
Anno 1208 *vel* 1209 eremiticam vitam auspicatur B. Joannes Bonus prope Cæsenam in Æmilia 703 b c d e f, 704 a b c d, 706 a
Anno 1209 Verulis in Italia inventum traditur corpus S. Mariæ Jacobi seu potius S. Salomæ 443 b c
Eodem anno, mense Aprili, socios admittere incipit seu ordinem inchoat S. Franciscus Assisias 702 a
Eodem anno, die XXVII *Septembris,* coronatur Romæ Otho IV imperator. Ejus dein per Italiam itinera 416 e
Anno 1215 in concilio Lateranensi bellum sacrum indicit Innocentius III 417 e, 419 c d e f, 478 b
Anno 1216 S. Engelbertus fit Coloniensis archiepiscopus 233 c
Circa annum 1217 aut paulo ante B. Joannes Bonus socios admittere incipit et sic suam congregationem inchoat 708 a b c
Anno 1218 moritur imperator Otho IV 452 f
Anno 1220 fundatur conventus Mirapiscensis ord. Seraphici in Aquitania 433 e
Circa annum 1222 Joannes de Brenno, amisso regno

regno Hierosolymitano, in Italiam venit et commissarium agit romani pontificis in Romandiola 704 d
Anno 1225 vestem eremiticam induit B. Joannes Bonus 708 d e f
Circa eumdem annum B. Joannes Bonus ejusque socii regulam obtinent S. Augustini 728 b c d
Anno 1226 vita fungitur B. Guilielmus episcopus Comensis 416 b
Anno 1228 regulam S. Augustini sibi obtinent eremitæ Brictinenses Marchiæ Anconitanæ 728 c d
Anno 1233 videtur obiisse B. Hermannus Josephus 91 e
Anno 1233 *aut* 1234 Manginus, præpositus ecclesiæ Cæsenatis, eligitur ejusdem episcopus 815 f
Anno 1236 monasterium Legerense a Cluniacensibus ad Cistercienses transiit 647 e
Eodem anno Fr. Nicolaus de Valencenis Colonia redit Viconiam cum corpore S. Cordulæ. Hinc orta controversia famosa Colonienses inter et Viconienses 584 f, 585
Anno 1244 eremitis Tusciæ servanda traditur ab Innocentio IV regula S. Augustini 728 d
Anno 1249, *ineunte Octobri,* Cæsena, ubi annos 40 pœnitentiam egerat, discedens B. Joannes Bonus Mantuam repetit, suam patriam 735 e f, 796 d e
Eodem anno, die 23 *Octobris,* moritur B. Joannes Bonus Mantuæ 696 f, 697 a b, 736 a d; sequenti die terræ mandatur 737 b c
Eodem anno, mense Octobri, Ferrariæ habitum est capitulum generale congregationis B. Joannis Boni; initium schismatis quod per triennium duravit 727 d, 732 b, 733 b
Anno 1251, *mense Majo,* corpus B. Joannis Boni e terra elevatur et multa fiunt miracula 737 d e f
Eodem anno, die Pentecostes seu IV *Junii,* evenit insigne miraculum accensorum cereorum 737 f, 738 a b
Eodem anno, mense Junio, legati Mantuani Innocentium IV, Genuæ versantem, conveniunt rogantes canonizationem B. Joannis Boni, eremitæ ordinis S. Augustini 739 b, 772 b
Eodem anno, die XXVII *Julii,* inchoatur Mantuæ primus processus apostolicus in causa canonizationis B. Joannis Boni 771 c
Anno 1252 Bononiæ habitum capitulum generale eremitarum B. Joannis Boni in eoque electus prior generalis fr. Lanfrancus 733 f, 734 d
Anno 1253, editur Bulla « Admonet nos » Innocentii IV, qua confirmatur electio fr. Lanfranci in priorem generalem congregationis B. Joannis Boni et plura præscribuntur 726 a, 732 et seqq.
Anno 1253, quarto kal. Novembris, Mantuæ inchoatur processus secundus in causa canonizationis B. Joannis Boni 769 b c, 801 d, 838 a b
Anno 1256 unio magna plurium congregationum eremitarum, sub regula S. Augustini viventium, in unum corpus 725 c, 735 a b c
Anno 1258 moritur S. Juliana Corneliensis 249 f
Anno 1265 contigit obitus B. Goberti de Aspromonte in monasterio Villariensi Brabantiæ 432 c
Anno 1266 Odo Rigaldus, archiep. Rothomag. thesauriam S. Melloni Pontisarensis in decanatum erigit 564 f
Anno 1267 Vezeliaci in Burgundia celebris translatio corporis S. Mariæ Magdalenæ, præsentibus Symone, cardinali legato (postea Martino papa IV), et S. Ludovico Francorum rege 445 c d
Anno 1270 Arimini instruitur processus contra Armannum Pungilupum, hæreticorum Patarenorum in Romandiola caput 716 c, 820 f, 877 e f
Anno 1277, *die* XVI *Maji,* obiit Joannes papa XXI 584 e
Anno 1278 inventio corporis S. Cordulæ, ipsa revelante 582 b, 584 e
Anno 1279 inventio quædam corporis S. Mariæ Magdalenæ 444 e
Anno 1281 Martinus IV asserit corpus S. Mariæ Magdalenæ quiescere Vezeliaci in Burgundia 445 d
Anno 1286 Guilielmus Durandus factus est episcopus Mimatensis 453 a
Anno 1287 visitantur Lugduni reliquiæ conditæ in crypta S. Justi 71 b c
Eodem anno transferuntur solemniter Huyum SS. Idæ et Odiliæ corpora 250 d e
Anno 1296, in festo SS. Petri et Pauli, Guilielmus de Flavacuria transtulit Pontisaræ corpus S. Melloni in novam capsam 565 f
Eodem anno moritur Durandus episcopus Mimatensis 453 a

SÆCULO XIV.

Circa annum 1303 moritur in Umbria Paulus, confessor ordinis Minorum 433 b
Anno 1311 Albertus, episcopus Claromontanus, exhumat SS. Illidii et Venerandi reliquias 72 b
Eodem anno plura sanctorum corpora detegit Claromontii Arbernus episcopus 73 a
Ante annum 1320 scribit Bernardus Guidonis catalogum Romanorum pontificum 82 b
Eodem anno transferuntur in Hispaniam reliquiæ Ursulanæ 251 a
Anno 1327 Eduardus III, Anglorum rex, solium conscendit 447 d
Anno 1328 reædificata est ecclesia SS. Nunilonis et Alodiæ in Podio Sanctii juxta Oscam 634 b
Circa annum 1350 conventum ædificat Augustinianum S. Agnetis Mantuæ extra Portum Luysius Gonzaga 740 a
Medio hoc sæculo XIV contigit inventio et translatio prima B. Joannis Boni 755 f, 756 a
Anno 1351, *die* VI *Aprilis,* caput B. Candidæ, ex agmine Ursulano, Colonia Dertosam defertur 579 a b
Anno 1357 translata scribit, perperam tamen, Joannes Veneta corpora SS. Salomæ et Mariæ Jacobi Verulis in Camariam 452 f
Anno 1367 mortuus est Joannes Vineta ord. Carm. qui scripsit fabulosam Vitam Trium Mariarum 443 a
Anno 1371 Luneburgum liberatur ope undecim millium virginum 290 d e f
Anno 1381 vetat Bonifacius IX ne Colonia efferantur reliquiæ 251 c d
Sæculo XIV *jam provecto* decrevit Joannes papa XXII, ut dominica I post Pentecosten celebraretur ab universali ecclesia festum SS. Trinitatis 574 a

SÆCULO XV.

Sæculo XV *ineunte* transfertur Bodecense cœnobium ad canonicos 544 a
Sæculo XV *ineunte* floruit Ignatius, prior Cassinensis, qui Vitam scripsit S. Bertharii abbatis 665 c
Anno 1415, *in die Pentecostes,* cardinalis episcopus Catalaunensis Ludovicus Debar transfert reliquias S. Lupentii 608 f
Anno 1422, *die* XIII *Novembris,* moritur B. Gundisalvus de Lagos 426 b c
Circa annum 1425 claruit Michael, episcopus Atribæ et Meligæ in Ægypto inferiori, auctor synaxarii Coptici 575 e f

Anno

Anno 1434 Petrus de Fuxo constituitur ab Eugenio IV legatus Avenionensis 458 e
Anno 1437 Palamedes de Carreto eligitur episcopus Cavallicensis 475 f
Eodem anno Robertus Damiani sedi Aquensi præficitur 459 a
Anno 1442 nobilis vir Duncan Campbell, Argatheliæ in Scotia dominus, ædificat ecclesiam collegialem Killmund in honorem S. Mundi Scoti 542 a b
Anno 1444 scribit Eugenius IV Tristando de Aura, episcopo Conseranensi electo 455 f
Anno 1446 Josbertus archidiaconus insignes accepit reliquias S. Valerii archidiaconi et M. 550 b
Anno 1447, *die* XVIII *Martii*, coronatur Nicolaus papa V 464 a
Eodem anno, die VI *Martii*, electus est Nicolaus papa V 464 a
Eodem anno Nicolaus de Brancassiis, episcopus Massiliensis, excipit Delphinum Viennensem, postea Ludovicum XI Galliæ regem, qui cryptam S. Mariæ Magdalenæ pietatis causa visitaverat 459 a
Eodem anno, XIX *Novembris,* Nicolaus de Brancassiis, episcopus Massiliensis, advenit in Villam S. Mariæ de Mari pro elevatione SS. Salomæ et Mariæ Jacobi 461 c d
Eodem anno, die XXIII *Novembris,* cardinalis de Fuxo, legatus a latere, conventum prævium habet in ecclesia majori Avenionensi pro elevatione SS. Salomæ et Mariæ Jacobi 456 c f, 457
Anno 1448, XXIII *Octobris,* litteras dedit Nicolaus papa V pro elevatione SS. Salomæ et Mariæ Jacobi in Camaria 457 c d e f
Eodem anno, die II *Decembris,* cardinalis de Fuxo se confert in Villam S. Mariæ de Mari ad elevanda corpora SS. Salomæ et Mariæ Jacobi 458 a b
Eodem anno 1448, *die* III *et* IV *Decembris,* solemniter elevantur dicta corpora 472 c d e
Anno 1449, *di* VII *Aprilis,* abdicatio Felicis Sabaudi antipapæ 464 a
Anno 1450 B. Petrus Alemandus moritur Salomii 464 a
Anno 1460, *die* XIII *Januarii,* consecratur a Pio II pontifice ecclesia S. Agnetis Mantuæ 740 b
Anno 1461 moritur Rogerius Fuxensis de Castrobono, episcopus Tarbensis 459 a
Anno 1464 animam cælo reddidit Petrus de Fuxo legatus 458 f
Anno 1466 Nicolaus de Brancassiis ep. Massiliensis defunctus est 459 a
Anno 1472 reædificatur ecclesia B. Joannis Boni 701 c, 740 a
Eodem anno Molismense monasterium spoliatur 550 b c
Anno 1480 obiit Galcherius de Forcalquerio, episcopus Vapincensis 459 a
Eodem anno et postea peregrinatur in Orientem Felix Faber ord. Præd. 25 e
Anno 1483, *die* XIV *Martii,* in monasterio Bobiensi facta est translatio corporis S. Merovæi monachi 615 b c
Eodem anno exposcitur a Sixto IV pontifice canonizatio Joannis Boni eremitæ ord. S. Augustini; is beatis eum adscribit et ita quidem ut permittat ejus cultum in ecclesiis quibuscumque universi orbis 743 a b c
Anno 1484 visitantur corpora SS. Simplicii et Constantini, abbatum Cassinensium 592 b c d e
Anno 1491 excusum fuit Breviarium Rothomagense 562 a, 566 e
Anno 1493 facta solemnis translatio est corporum SS. Verecundi et Valentis, Veronensium episcoporum 588 d

SÆCULO XVI.

Anno 1505 editur synodalis constitutio de celebrandis festis triginta sex sanctorum episcoporum Veronensium, sua cuique assignata die propria 586 c
Anno 1505, *die* IV *Maji,* B. Ladislaus Gielnovius Polonus, ord. Minorum de Observantia ad superos evolavit 429 b
Anno 1509 moratur Steinfeldiæ Raso Bonusvicinus 91 a
Anno 1513 translatio corporis S. Bertharii abbatis Cassinensis ad sacellum ejus nomini dicatum 665 e
Anno 1515 Leo papa X concessit indulgentias visitantibus capellam S. Bertharii in basilica Cassinensi 666 f
Anno 1527, *mense Martio,* electus est Basileensis episcopus Philippus de Gundholtzheim, qui Porrentrutii sedem sibi delegit 578 f
Eodem anno Clemens VII concessit Petrum Alemannum cultu beatis debito honorari 464 b
Anno 1543 translatio secunda corporis B. Joannis Boni 741 b c
Circa annum 1547 ex ossibus SS. Nunilonis et Alodiæ, aquæ immersis, prodiit sanguinis rivulus 658 f, 659 a b
Anno 1562 dissipantur reliquiæ servatæ in templo S. Justi Lugdunensi 71 d
Anno 1563, *die* XXI *Junii,* data est bulla Pauli papæ II, qua facta formalis translatio tituli Lunensis ad ecclesiam Sarzanensem 619 a d
Anno 1572 elevatur solemni cum pompa Varsoviæ corpus B. Ladislai Gielnovii 629 e
Anno 1574 moritur ven. Ferdinandus a Leiva seu Liva ord. Seraphici 454 e
Anno 1577 obsidetur urbs Iciodorum in Arvernis 433 c
Anno 1579 Ven. Petrus Blancartus, ord. S. Francisci, a calvinistis trucidatur Iciodori in Arvernis 433 c d
Anno 1585 Molanus, scriptor diligens et eruditus, diem supremum obiit 490 d
Eodem anno transfertur tertio corpus B. Joannis Boni 741 c d
Eodem anno iterum expostulatur canonizatio B. Joannis Boni 743 c
Anno 1590 rursum obsidione premitur oppidum Iciodurense in Arvernis 433 c
Anno 1596 cives Arelatenses in grati animi testimonium emblema argenteum dedicant SS. Salomæ et Mariæ Jacobi 454 a

SÆCULO XVII.

Anno 1603 transfertur S. Bonifacii papæ IV corpus 3 a
Anno 1604 prodit, Burdigalæ Chronicon Eusebii Cæsariensis cura Arnaldi Pontaci, Vasatensis in Aquitania episcopi 480 b
Eodem anno Clemens VIII concedit indulgentiam plenariam visitantibus reliquias SS. Nunilonis et Alodiæ in ecclesia Legerensi 633 f
Anno 1615 Sebastianus Zamet creatus episcopus Lingonensis 530 d
Anno 1616 B. Joannes Bonus eligitur omnium suffragiis et acclamatur patronus alter civitatis Mantuæ dieque ejus festo prohibentur opera servilia 743 d e
Anno 1617, *die* II *Aprilis,* solemni pompa, assistente etiam

etiam Francisco Vander Burch, archiep. Cameracensi, defertur ad ecclesiam S. Waldetrudis Montibus in Hannonia corpus S. Henrici martyris, ex cœmeteriis Romanis allatum 432 e
Eodem anno, die III *Aprilis,* consecravit ibidem idem archiepiscopus templum PP. Soc. Jesu 432 b; *et die* IV *Aprilis* translatum est corpus S. Henrici ad præfatum templum 432 f
Anno 1627 facta est reseratio reliquiarum SS. Salomæ et Mariæ Jacobi 454 a
Eodem anno constructus fuit processus super fama sanctitatis et cultu B. Ladislai Gielnovii 429 b
Anno 1628 recognitio et elevatio corporum SS. Simplicii et Constantini, abbatum Cassinensium 592 f, 593 a b c
Anno 1629 signavit Urbanus VIII commissionem introductionis causæ B. Ladislai Gielnovii 429 b
Anno 1631 reteguntur S. Caji papæ et S. Gabini corpora 88 b
Anno 1632, *die* XIV *Maji,* Paulus Boudot, episcopus Atrebatensis, item archiepiscopus Cameracensis et episcopi Tornacensis, Namurcensis et Audomarensis visitant SS. reliquias abbatiæ Viconiensis 585
Anno 1635 prodiit nova Urbani VIII constitutio de non colendis, qui a S. Sede non fuerant canonizati, et de casu excepto 667 f
Anno 1640 reserantur denuo reliquiæ SS. Salomæ et Mariæ Jacobi 454 a
Eodem anno retegitur Coloniæ insignis sepultura sodalium S. Ursulæ 140 a b c
Anno 1655 decessit Sebastianus Zamet, episcopus Lingonensis 530 d
Anno 1656 moritur ven. Aloysius Lanuza 4 f
Anno 1666 altera translatio corporis S. Bertharii abbatis et martyris in Monte Cassino 665 f
Anno 1668, *die* XIX *Januarii,* fulmine tacta incenditur ecclesia cathedralis Catalauni 607 d
Anno 1672 reliquiæ nonnullæ SS. Nunilonis et Alodiæ solemniter valde translatæ sunt ex Legerensi monasterio in vicum Adahuesca 639 e f
Anno 1675, *die* XXV *Novembris,* translatio quarta corporis B. Joannis Boni 694 c, 741 d e f, 742 a b
Anno 1692 transferuntur corpora SS. Simplicii et Constantini abbatum ad sacellum S. Bertharii in basilica Cassinensi 594 b c

SÆCULO XVIII.

Anno 1708 monumentum erectum Firmi in honorem S. Philippi episcopi et M. 525 e
Anno 1710 facta est translatio reliquiarum SS. Constantini et Simplicii abbatum ex sacello S. Gregorii in basilica Cassinensi 594 c d e
Anno 1724 Alexander Borgia præficitur sedi Firmanæ in Piceno 525 d
Anno 1726 parochus in Castrovetere Rovigiæ impetrat ab abbate Legerensi nonnullas reliquias SS. Nunilonis et Alodiæ 640 e
Anno 1727, *die* XIX *Maji,* Benedictus papa XIII recens magnifice ædicatam basilicam Montis Cassini consecravit 665 f
Anno 1730 signavit Clemens XII commissionem reassumptionis causæ B. Ladislai Gielnovii 429 e
Anno 1733 denuo exposcitur canonizatio B. Joannis Boni 744 e
Anno 1735, *diebus* XIV *et* XX *Septembris,* Clemens XII concedit indulgentias iis, qui in ecclesia Legerensi venerantur reliquias SS. Nunilonis et Alodiæ 640 f
Anno 1737, *mense Majo,* exarsit epidemia in oppido Jessa, quæ invocatis SS. Nunilone et Alodia cessavit 639 c d
Anno 1738, *die* XXII *Octobris,* insignes reliquiæ S. Lupentii, Catalauno missæ, deponuntur in cathedrali Mimatensi 609 c
Anno 1747, *die* I *Julii,* Breve Benedicti XIV de festis sanctorum Hiberniæ 652 a b
Eodem anno vicarius generalis Varsoviensis, judex delegatus, declarat constare de cultu immemorabili B. Ladislai Gielnovii 429 d
Anno 1750, *die* XI *Februarii,* Benedictus XIV declarat constare de cultu immemorabili B. Ladislai Gielnovii 430 a
Medio sæculo XVIII acriter impugnata nec minus strenue defensa fuit memoria S. Bertharii, Cassinensis abbatis 667 c d e f
Anno 1764, *die* XIV *Februarii,* moritur Alexander Borgia, episcopus Firmanus 525 d
Anno 1793 spoliatur ecclesia S. Mariæ-de-Mari in insula Camaria 453 b, 454 b
Eodem anno 1793 absconduntur sub terra reliquiæ SS. Salomæ et Mariæ Jacobi in insula Camaria 454 b c
Circa eumdem annum R. D. Chouquet, parochus S. Maclovii Pontisaræ, reliquias SS., ibidem asservatas, jussit deponi in terra 565 f
Anno 1794 Pius VI Corbejam Novam in episcopatum erexit 375 e
Anno 1796 ecclesia et monasterium S. Illidii in suburbio Claromontano fuerunt solo æquata 72 e, 614 d
Anno 1797 reliquiæ SS. Salomæ et Mariæ Jacobi, quæ sæviente turbine civili absconditæ fuerant, restituuntur ecclesiæ S. Mariæ-de-Mari in Camaria 454 c d
Anno 1798, *die* XXV *Novembris,* translatio corporis B. Joannis Boni 742 b c
Anno 1799, *mense Majo,* sacrilega basilicæ Cassinensis profanatio et reliquiarum dispersio, facta a Gallis 595 a b
Eodem anno caput S. Bertharii abbatis et martyris, in oppido S. Germani servatum, projicitur et conculcatur a mititibus Gallis 666 b
Sæculo XVIII *exeunte* Maria Arentz, hospitalaria in Xenodochio Catalaunensi, partem reliquiarum S. Lupentii incolumem servat 608 a
Sæculo XVIII *exeunte* solo æquata est ecclesia S. Melloni Pontisaræ 565 d

SÆCULO XIX.

Anno 1802 supprimuntur Coloniæ septuaginta sex ædes sacræ 235 d
Eodem anno caput S. Candidæ, ex sociabus S. Ursulæ, transfertur ex capella S. Joannis ad ecclesiam cathedralem Dertosæ 579 b c
Anno 1804 per novi canalis effossionem restituitur insula Batavica 136 e
Anno 1805, *die* XIX *Martii,* translatæ sunt reliquiæ S. Lupentii superstites in ecclesiam cathedralem Catalauni 607 f, 608 a
Anno 1817, *die* XVI *Novembris,* Innocentius Liruti, Veronensis ep., ossa SS. Verecundi et Valentis epp. transtulit ex diruto templo S. Petri in arce Veronæ 588 e
Eodem anno reliquiæ S. Donati, ep. Fesulani, translatæ in ecclesiam catheralem 653 a, 654 a
Anno 1820, *die* VIII *Decembris,* Pius papa VII univit ecclesiam Sarzanensem cum Brugnatensi 619 d
Anno 1821, *die* XXVIII *Februarii,* reliquiæ SS. Nunilonis et Alodiæ ex suppresso monasterio Legerensi deferuntur in oppidum Sangussam 641 b

Eodem anno, die XXXI *Augusti*, ambæ hierothecæ, continentes maximam partem reliquiarum SS. Virginum. transferuntur in vicum Adahuesca 641 b

Anno 1825 *vel* 1824, pacatioribus in Hispaniæ rebus, restituuntur monasterio Legerensi reliquiæ SS. Nunilonis et Alodiæ 641 d e

Anno 1828 Leo XII titulo ecclesiæ Trojanensis *in partibus* insignivit Joan. Nuschel, abbatem Guastallensem 456 b d

Circa annum 1836, turbatis denuo in Hispania rebus et suppresso Legerensi monasterio, transferuntur reliquiæ SS. Nunilonis et Alodiæ Sangussam 641 e

Anno 1839 reliquiæ SS. Salomæ et Mariæ Jacobi in aliam hierothecam translatæ 454 d

Anno 1845, *die* XIV *Aprilis*, RR. DD. Monyer de Prilly, ep. Catalaunensis, recognovit reliquias S. Lupentii 608 b

Eodem anno XXVI *Octobris*, Rhedonis fit solemnis translatio insignium reliquiarum S. Moderamni episcopi 622 d

Eodem anno reperitur in cœmeterio Romano S. Hyacinthi corpus 257 c

Anno 1847, *die* XII *Novembris*, detecta est crypta antiqua prope Hericuriam in tractu Rothomagensi 561 e

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS

SOCIETATIS JESU BELGICÆ.

Quum tres theologi Societatis nostræ legerint edique posse censuerint tomum nonum de Actis Sanctorum Octobris, collectis et illustratis a Josepho Vanhecke, Benjamino Bossue, Victore De Buck et Eduardo Carpentier, Societatis ejusdem presbyteris theologis; ego infrascriptus præpositus provinciæ Belgicæ, potestate mihi facta ab Adm. R. P. N. præposito generali Petro Beckx, concedo facultatem dictum tomum excudendi. In quorum fidem hasce, manu propria subscriptas, consuetoque officii sigillo munitas, dedi Bruxellis duodecimo Novembris 1858.

P. COPPENS, S. J.

L. S.

APPROBATIO ORDINARII.

Imprimatur.

Mechliniæ 18 *Novembris* 1858.

J. B. Van Hemel, Vic. Gen.

PROTESTATIO AUCTORUM.

Quod olim protestati sunt decessores nostri in hoc de Actis Sanctorum opere, se servatas velle Urbani VIII constitutiones; neque suis aliorumve hic relatis commentariis aliud pondus tribui quam sit historiæ, ab hominibus errori obnoxiis scriptæ : idem et nos ante tunc nonum tomum Octobris protestamur.

NOTITIA FIGURARUM

ORNANTIUM HUNC TOMUM.

Solitum operis frontispicium.
Effigies Philippi, Principis Belgarum regii et Comitis Flandriæ, cui tomus inscriptus est.
Effigies Antonii Huberti Tinnebroek, hagiographi, pie in Domino defuncti.
Imago cadaveris B. Joannis Boni, in theca jacentis. . . . . pag. 742

OCTOBRIS.

TOMUS NONUS.

DIES VIGESIMA PRIMA.

SANCTI QUI XII KALENDAS NOVEMBRIS COLUNTUR.

Sanctus Asterius presbyter et martyr ad Ostia Tiberina.

S. Dasius
S. Cajus
S. Zoticus
} Martyres Nicomediæ.

S. Modestus
S. Eutychius
S. Materus seu Maurus
S. Diseus
} Martyres in Africa.

S. Afrigus seu Apricius
S. Macharius
S. Diceus
S. Proculus
} Martyres Nicææ in Bithynia.

S. Modestus et CCLXXII socii martyres Neapoli in Campania.

S. Hilarion monachus et confessor in insula Cypro.

S. Malchus monachus et confessor Maroniæ prope Antiochiam Syriæ.

S. Viator lector et confessor Lugduni in Gallia.

S. Justus archidiaconus et confessor Claromonte in Gallia.

S. Ursula et XI millia virginum et martyrum Coloniæ Agrippinæ.

S. Reparatus diaconus et confessor Nolæ in Campania.

S. Celinia virgo Meldis in Gallia.

S. Anatolius episcopus Cadurcensis olim in monasterio S. Michaelis in Lotharingia.

S. Celinia mater S. Remigii in Gallia.

S. Avia virgo et martyr in Gallia.

S. Domnolenus confessor in agro Autissiodorensi in Gallia.

S. Munnu, qui et Fintanus, abbas Teachmunnensis, cum sorore ejus S. Conchenna virgine in Hibernia.

S. Wendelinus eremita et confessor in tractu Trevirensi.

S. Condedus monachus et confessor Fontanellæ in Gallia.

S. Georgius
S. Joannes
S. Julianus et socii LVII
} Martyres Hierosolymis.

S. Maurontus episcopus et confessor Massiliæ in Gallia.

S. Unnus archiepiscop. Hamburgensis.

S. Hugo abbas Ambroniacensis in diœcesi Belicensi in Gallia.

S. Gebizo monachus et confessor in monasterio Cassinensi.

A **S. Hilarion episcopus Meglenensis Ternovæ in Bulgaria.**

S. Bertoldus confessor Parmæ in Italia.

B. Guilielmus episcopus Comensis in Italia. D

B. Gundisalvus de Lagos confessor ordinis eremitarum S. Augustini in Lusitania.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

Apud Ostia Tiberina, passio sanctarum anonymarum martyrum in persecutione Alexandri imperatoris. *Hæc ad hanc diem Arturus a Monasterio in Gynecæo. Sed ex confusione nata. Quum enim arbitratus esset Arturus S. Asterium qui hac die colitur eumdem esse ac S. Asterium virum primarium, qui tempore Claudii imperatoris diram mortem passus est, ad hanc diem inter sanctas mulieres consignandam putavit filiam adoptivam hujus Asterii et alias fœminas in ejusdem forte domo simul detentas. Sed de hac martyrum turma in Actis jam dixit Bollandus, ubi de S. Asterio et sociis, et de SS. Mario, Martho, Audifface et Abachum disputavit ad* XVIII et XIX Januarii.

B

S. Bertholdi, eremitæ et Martyris Einsedeli in Helvetia, *meminit Ferrarius in Catalogo generali, et in notis fontes indicat : primo Martyrologium Canisii seu Walasseri, sed certum est ex quatuor ejus editionibus, solam primam S. Bertholdum Eremitam annuntiare potuisse; deest enim in tertia anni 1583, qua utimur, et desiderari quoque in secunda et quarta deduco ex notationibus Mss. Bollandi, cui utraque ad manum erat. Si ergo in prima fuit, in sequentibus est expunctus; quod, quam ob causam factum sit, mox intelligetur. Alium fontem indicat, quo frequenter Ferrarius utitur, his verbis :* de eo Cratepolius lib. de SS. Germaniæ, qui historiam pluribus refert. *Hujus verba hic referimus, ut veritas elucescat* (1). S. Bertholdus comes, ex illustri genere, tempore Caroli Magni, qui ab ipsa adolescentia sua mundi gaudia universa neglexit, et sacram scripturam diligenter didicit. In monte Ezelio, ubi adhuc sacellum ejus habetur, Domino Deo septem annis fideliter et devote servivit. Inde in opaco nemore, apud fontem (qui Dominæ nostræ fons dicitur) prope Heremitarum cœnobium in Helvetiis, ubi Capella beatæ Mariæ, quam Dominus Deus ipsemet (ut fertur) consecravit, sibi habitationem quæsivit. Multas ibi diabolicas tentationes expertus est, quas tamen divino et angelico auxilio superavit. Demum a duobus latronibus, sicut in Missæ officio, quod peregit, ei a Domino revelatum fuit, interfectus est, anno Domini 865, et in monasterio Einsidelensi sepultus : qui multis hactenus miraculis claruit. *Atqui nihil est in his, quod non aptissime quadret in S. Meinradum, ipsius Bertholdi comitis filium, quem monachi Einsidlenses sui monasterii fundatorem dicunt* (2), *et cujus Acta dudum a decessoribus data fuere* (3). *Bertholdi autem comitis vix ulla est memoria, sive in Annalibus Einsidlensibus Hartmanni, sive in Chronico gallico, modo citato, sive in Vita S. Meinradi, nec usquam ullius cultus aliquod signum prodit. Cratepolius etiam, in suis Sanctis Germaniæ, S. Meinradi, cujus gesta Bertholdo, ejus patri, tribuit, nullibi mentionem habet. Ex quibus manifestum est, confusionem factam esse nominum et pro S. Bertholdo Cratepolium scribere debuisse S. Meinradum, qui colitur* XXI Januarii.

C

S. Quirini martyris. *Ita Kalendarium Vaticanum sæculi* XI *in Adone Georgii* (4), *quod ad usum fuisse videtur alicujus monasterii diœcesis Moguntinæ. Usuardus Lubeco-Coloniensis apud Sollerium ad diem præcedentem :* Eodem die 20 *Octobris,* sancti Quirini presbyteri et martyris; *ad quæ Sollerius :* hunc Quirinum non novi. *Sed mihi quidem hæc ei videtur genealogia assignanda. Usuardus genuinus ad* XI *Octobris hæc habet :* In pago Vilcasino, passio Sanctorum Nigasii presbiteri et sociorum ejus Quirini et Pientiæ. *Verum aliquot exemplaria* Quirinum *presbyterum dicunt, puta Bigotianum alterum :* Sancti Nicasii episcopi, Quirini presbyteri et Scubiculi diaconi : *quæ itidem legit Baronius* (5) *in veteri Adone, sed Rosweydus Adoni genuino abjudicavit* (6). *In aliis Usuardi exemplaribus prodit iterum* Quirinus *presbyter et martyr ad diem* XII; *et ut supra est dictum, etiam ad diem* XX : *quibus diebus ex oscitantia eum loco esse dimotum arbitramur, ut sæpissime in Martyrologiis advertimus. Aliam tamen causam valde verosimilem indicavimus in Prætermissis ad* XX *Octobris, adventum scilicet vel translationem reliquiarum S. Quirini Tribuni ad partes Rheni, et addi poterat hæc annuntiatio Kalendarii Lyrensis apud Martene* (7) *ad illum ipsum diem :* Dedicatio ecclesiæ sancti Quirini martyris; *qui dies dedicationis deligi potuit propter fixum jam antea diem cultus. Arbitramur itaque demum, utramque causam in idem conspirasse, nimirum in annuntiationes hujus et præcedentis diei efformandas, sed Quirinum tamen Tribunum Romanum hic potius colendum indicari, cujus Acta data sunt ad* XXX Martii; *quam Quirinum, Nicasii socium, quem aliqui presbyterum dicunt, et qui colitur* XI Octobris. F

Tulli, translatio Sancti Gerardi episcopi et confessoris. *Ita codex Usuardinus Montissancti, apud Sollerium. Vide ejus Acta ad diem* XXIII Aprilis.

S. Hugonem, abbatem Cluniacensem quintum (*lege* sextum) *signat hac die Kalendarium Benedictinum Ms. monasterii Cisterciensis S. Salvatoris. Causam ignoro, sed suspicor alicui translationi reliquiarum id tribuendum. Datus est autem a decessoribus ad* XXIX Aprilis.

S. Sentius, *qui et* Senesius *et melius* Synesius, *miles et martyr, ob Orlendio* (8) *hac die coli dicitur in templo majori Lucensi; verosimilius error in hoc asserto cubat, quum potius colatur die, ad quam de eo in opere nostro disputavit Henschenius,* IV Maji.

SS. Novorum Martyrum *memoriam,* Andreæ, Stephani, Pauli et Petri, *celebrant solitis versiculis*

(1) Cratepolius, de Germaniæ episcopis, etc., Coloniæ 1592, pag. 25. — (2) Chronique d'Einsidlen, etc., 1787, pag. 233. — (3) Acta SS., tom. II Januarii, pag. 381. — (4) Pag. 701. — (5) V. ejus notation. ad XI Octob. — (6) In supplemento, pag. 211. — (7) Thesaur. anecdot., tom. III, col. 1615. — (8) Orbis sacer et profanus, part. II, vol. II, pag. 1027.

Menæa

A *Menæa Græca, anno* 1845 *Venetiis excusa. De omnibus egimus ad* XVII *Octobris* (1) *in Actis* S. Andreæ. *Diversis vero diebus Actis nostris adscripti jam sunt, aut adscribendi, nimirum :*

S. Petrus de Blachernis XVI Maji.
S. Paulus Novus VII Julii.
S. Andreas in Crisi XVII Octobris.
S. Stephanus Junior XXVIII Novembris.

S. Dunstani, *archiepiscopi Cantuariensis, Ordinationem memorat Whitfordus in Martyrologio Anglicano* (2). *Vide Acta nostra ad diem* XIX Maji.

S. Bonifacii *Papæ IV secunda translatio facta est die* 21 *Octobris anni* 1605; *rerum de hac et de rebus illius pontificis reliquis actum est in opere nostro ad diem, qua ejus in Martyrologio Romano memoria celebratur* XXV Maji.

S. Priscum *martyrem in tractu Carnotensi, ad Anduram fluvium, ponit hac die Massonus in* Sanctis Galliæ (3). *De eo et sociis actum ad* XXVI Maji.

Martha, sancta Martyr, *adscribitur Kalendario arabico Coptitarum apud Ludolfum. Prima ejus editio apud Seldenum* (4), *quæ a Ludolfo castigata est, ferebat :* Mariæ Sanctæ Martyris, *in qua Ludolfus litteram arabicam* jod *in* tse *immutavit, non ipsius*
B *codicis Ms., quo usus est Seldenus, lectione ductus, (quem non vidit* (5),*) sed forte alterius, aut ex sola conjectura. Videtur hæc* Martha *aut Maria ex oscitantia librariorum intrusa, siquidem desideratur in amplo Synaxario Michaelis Atribæ episcopi, itemque in alio Ms. a Simone Moysis Maronita anno* 1655 *Romæ latine verso, quod ad decessores nostros devenit. Alicujus* S. Marthæ *Martyris, ex fastis Coptitarum meminit Papebrochius ad* XXIV Junii.

In agro Turonensi (vel Trevirensi), Sancti Vulfi (*seu Wulfilaici*) conversi, conversationis sanctissimæ viri. *Ita Arnoldus Wion in Martyrologio monastico Benedictino* (6), *Surium secutus, qui in Vitis Sanctorum itidem ex* Wulfilaico, *Wulfum aut Vulfum laicum fecit. Hos sequuntur Menardus et Cherle in Martyrologiis ejusdem Ordinis; sed emendatiores sunt nonnihil Bucelinus in Menologio Benedictino et Ferrarius in Catalogo generali, qui* Vulfum, *ut appellant, simpliciter Confessorem dicunt, non vero laicum aut conversum. Ejus Acta edidit Sollerius ad* VII *Julii* (7), *ibique docet non recte veteres Martyrologos Benedictinos eum suo Ordini adscripsisse;*
C *et quidem eapropter omissus est in recentiori Martyrologio germanico ejusdem Ordinis* (8). *Editæ sunt aliquot abhinc annis, in Actis Commissionis regiæ pro historia Belgica* (9), *notationes copiosæ P. Guilielmi Wiltheim,* (*non vero Alexandri, ut ibi dicitur; ex notationibus enim decessorum nostrorum* (10), *certo discimus a Guilielmo hæc esse conscripta et ab Alexandro ad eos missa*) *ad Acta* S. Wulfilaici *seu* Vulfilaci (*ut rectius forte scriberetur*), *a Gregorio Turonensi et ab Eberwino conscripta; quas hic, ne quid Actis* S. Wulfilaici *desit, et decessorum morem secuti, analysi exhibemus. Continentur itaque :* 1° *geographica multa de tractu Luxemburgico, ad Acta Sancti spectantia* —2° *dissertatio de nomine* Wulfilaici *seu* Vulfilaci (11), *quæ cum hodiernis indicationibus linguistarum et onomatologorum, quos vocamus, consona est, nisi quod ignoraretur tum, ducentis nimirum abhinc annis, diversitas stirpium gentis Hunnicæ, quæ* D *Mongolica est, et Gothorum ac Longobardorum, qui ad stirpem Indo-Germanicam pertinent. Quapropter non aliam agnoscimus causam identitatis nominum, quæ gentibus illis usui fuerunt, quam quæ a Jornande Gothorum historico tradita est* (12). *Wilthemii autem conclusio incidit in eam, quæ a recentibus editoribus versionis biblicæ Ulfilæ episcopi admissa est in hunc modum :* Rectissime sine dubio, quia ita indole linguæ gothicæ commendatur, *Vulfila* scriberetur (13), quod verbum nomen diminutivum vocis (*gothicæ*) *vulfs* (lupus), proprie lupulum significat (14) — 3° *Dissertatiuncula de stylitis* (15); *sed uberiorem subministrabit Ghesquierus in Actis SS. Belgii de eodem* S. Wulfilaico *disserens* (16) — 4° *Aliqua de ejusdem Sancti cultu quæ, quum a Sollerio et Ghesquiero ignorata fuerint, magnam partem hic inserenda esse duximus. Post hæc itaque Eberwini verba :* in pace tandem quievit, *addit Wilthemius* (17) (*non vero Eberwinus, ut editor autumavit*) : Octobris XXI; *de qua re videndus Sollerius* (18). *Dein ita ex Eberwino prosequitur :* sepultusque est in eodem loco in ecclesia, *et sequentia adnotat.* Etiamnum visitur S. Vulfilaici primus tumu- E
lus ex quo deinceps Ivodium (*hodie* Ivoi) translatus est. Factum hic, quod alibi frequenter, ut nomenclationem sancti, cui primum basilica consecuta (l. consecrata) fuerat, abstulerit sanctus qui deinceps in ea tumulatus miraculis celebrari cœpit. Basilica enim primum nuncupata S. Martino, in quo S. Vulfilaicus in ea conditus signis et virtutibus inclaruit, antiquato S. Martini nomine, dici cœpit S. Vulfilaici, et hodie etiam S. Vulfa, seu corrupte Walfra (19)... Vetus S. Vulfilaici lapideus tumulus, qui in medio templi hodie spectatur, magna adhuc veneratione a Luxemburgensibus vicinisque populis colitur. Terra prominet tres circiter pedes, in normam fornicis convexus, utrimque infra pervius, apertura grandi, quæ geminis ostiis diducitur, et peregrinos, pietatis ergo tumulum perreptantes recipit hinc, emittit inde... Non modo S. Vulfilaicus, cum in basilica sua adhuc quiesceret, et antequam Ivodium transferretur, plurimis miraculis illic inclaruit, sed etiam post translationem portenta ad sacrum tumulum, licet inanem sacro corpore, non virtute, continuari visa sunt
F usque in hæc tempora. Podagrici inprimis aliisque pedum ægritudinibus confecti, præsentem ibi opem sentiunt, haud dubie Deo operante res mirificas in memoriam fidelis sui stylitæ, qui statione continua in prærlta columna, pedes suos, dum viveret, amore Dei et obsequio magni numinis gravissime exruciabat. « Nostris namque temporibus » (*sunt verba Eberwini*) : sæculo decimo, quo occidente floruit Eberwinus. Neglecta fuisse tum locum sanctum et basilicam, et S. Vulfilaici reliquias fracto loculo detectas, nemo mirabitur qui meminerit, ordiente prope illo sæculo, ingentia flagrasse bella Germanos inter et Francos, ob regnum Lothariense, *in cujus finibus situm Irodium etc.* Corpus S. Vulfilaici ex veteri montis basilica (*Egbertus episcopus Trevirensis*) transtulit Ivodium. *Interjectis*

(1) Vide tom. VIII Octobris, pag. 151. num. 26. — (2) The Martiloge in Englysche, etc., London 1526. — (3) Pag. 281. — (4) De synedriis Ebræorum, edit. 1696, pag. 1520. — (5) Ad histor. Æthiop. Commentarius, pag. 427. — (6) Lignum Vitæ, Venetiis 1595, pag. 546. — (7) Tom. II Julii, pag. 478 et tom. VII, pag. 864. — (8) Kirchenkalender aller IIII. welche unter der Regel des H. Benedictus gelebet haben. Donauwerd 1786. — (9) Bulletins de la commission royale d'histoire, Bruxelles, tom. VII, pag. 500 et seqq. — (10) Ve codicem ms. 8915 biblioth. Bruxellensis. — (11) Pag. 515. — (12) Cap. 9. Muratori, rer. Italic. script., tom. I, pag. 196. — (13) Grimm, deutsche Grammatik, tom. I, pag 57 et seq. — (14) Migne, Patrologia, tom. XVIII, col. 461. — (15) Bulletins, etc., loc. cit., pag 554. — (16) Tom. II, pag. 174 et seq. — (17) Loc. cit., pag. 558 et tom. VIII, pag. 526. — (18) Tom. II Julii, pag. 479. num. 6. — (19) Cfr Heiligen... in Bisthum Trier. Trier 1857. pag. 256, nota 5.

nonnullis

A *nonnullis de anno translationis ejusque causa, ita prosequitur scriptor :* Hodie Ivodii de S. Vulfilaico nihil reperitur; sacrum feretrum vel absconditum alicubi latet, vel incendiis et vastationibus nuperorum Francicorum bellorum periit aut alio distractum est. *Atque hæc supplemento sint iis quæ de* S. Wulfilaico *disseruit Sollerius ad* VII Julii.

S. Reticium *Augustodunensem celebrat hac die Whitfordus, martyrologus Anglicus jam laudatus. Data sunt Acta ad* XIX Julii.

S. Viator, *episcopus Bituricensis, ponitur hac die a Constantino Ghinio in Natalibus SS. Canonicorum. De eo dictum in Prætermissis ad* V Augusti.

S. Victorem, *confessorem, adjungit codex Usuardi Lubeco-Coloniensis S. Sindulpho, his verbis :* Ipso die, beatorum Victoris et Syndulphi, confessorum. *Hunc Victorem nullum aliud Martyrologium hac die refert, et quum nec locus nec tempus indicentur, non potest in veritatem annuntiationis inquiri. Forte hoc nomen irrepsit ex corrupto nomine Viatoris, qui hoc die colitur, nisi hic sit Victor Cenomanensis, qui datus est ad* I Septembris.

S. Audomari *inventionem corporis annuntiat codex*
B *Aquicinctinus Usuardi apud Sollerium aliaque Martyrologia. Lectiones de eadem exhibet Breviarium Audomarense anni* 1785, *ex Malebranci narratione excerptas; verum examinata jam est hujus inventionis historia, ad diem quo* S. Audomarus *colitur* (1) IX Septembris.

SS. Proculus, Eutyches *seu* Euticius, Festus, Macharius *et* Donatella *veniunt hodie in nonnullis fastis sacris, quemadmodum inferius num. 4 Sylloges de SS. Nicænis et Neapolitanis Martyribus notavimus.* S. Macharius *videtur idem qui jam inter Nicænos celebratus erat;* Donatella *inopportunum additamentum;* Proculus, Eutyches *et* Festus *ex sociis S. Januarii; de quibus actum ad* XIX Septembris.

Agapiti papæ translatio. *Ita hodie* Florarium SS. *Ms. quo decessores utebantur. Vide ejus Acta ad* XX Septembris.

S. Pantalus, *episcopus Basileensis et martyr, laudatur hac die a Ferrario in Catalogo generali. Datus est die qua colitur* XII Octobris.

S. Severum, *Trevirensem episcopum, exhibent hac die aliquot Usuardi Auctaria, ex confusione facta cum S. Severino Burdigalensi, qui in multis occurrit. Data sunt Acta* S. Severi *Trevirensis ad*
C XV Octobris.

S. Sindulphus, *confessor, annuntiatur in Usuardo Lubeco-Coloniensi, sed datus est ad diem præcedentem* XX Octobris.

S. Candidus, *confessor, in monasterio Fontanellæ annuntiatur ad hanc diem a Ferrario et in hagiologiis aliquot ordinis S. Benedicti : idem est ac S. Condedus, de quo ad præsentem diem dicimus.*

S. Ediniæ *virginis in civitate Meldis, loco* Celiniæ, *ex errore typographico, hodie memoriam habebat Molanus in prima editione; sed correxit in sequentibus. Editionem primam secuti sunt Canisius in Martyrologio Germanico, Ferrarius in Catalogo generali, Saussayus in Martyrologio Gallicano et Arturus in Gynecæo. Restituenda igitur* S. Celinia *Meldensis, cujus Acta dantur ad hunc diem.*

S. Bertholdum, *Ordinis Cisterciensis, episcopum et martyrem Rigæ in Livonia, annuntiant hoc die Ferrarius et plura Menologia monastica. Non satis nobis de ejus cultu constare, diximus ad* 20 *Octobris in Prætermissis.*

S. Eucrates, Martyr, gladio perimitur. *Ita græce* D *Menæa impressa, subjectis, pro more, versiculis :*

Αἷμα τραχήλου τοῖς πρὶν ὄμβροις δακρύων
Κιρνῶν, συνιστᾷς εὔκρατον κρᾶσιν Μάκαρ.

Quos in hunc modum vertit Siberus in Martyrologio metrico :

Cum lacrimis fusis cruorem sanguinis
Misces tui, mixturam oppido gratissimam.

Eucratis *etiam meminit Sirletus in Menologio, ut solet, Menæa secutus, et ex Sirleto Ferrarius in Catalogo generali. Præter hos, nec Menologium Basilii, nec Menæa vetera Mss., quorum excerpta habemus, nec demum decessores nostri in vasto Opere, usquam* Eucratis *Martyris meminerunt. Restat itaque ut iis, quæ ex Menæis excusis dedimus, contenti simus.*

Eodem die 21 *Octobris,* commemoratio sanctorum martyrum Pauli et Longini et sanctæ Zenæ. *Ita synaxarium ecclesiæ Alexandrinæ Coptitarum, auctore Michaële episcopo Atribæ et Meligæ, apud Ang. Mai* (2). *De Zena dicetur inferius, siquidem in Ludolfi fastis Æthiopicis a duobus martyribus prorsus sejungitur. Hos memorant in hunc modum dicti fasti :* Paulus et socius ejus. *S. Longinum centurionem cum duobus sociis martyrium* E *passum esse ferunt ejus Acta græca ad* 13 *Martii* (3) *eumque colunt Græci die* 16 *Octobris. Num de his agatur in fastis Coptitarum et Æthiopum, difficile est discernere; sed potius arbitror eos martyres indigenas memorare, de quibus agemus si catholici fuerint et monumenta nova aliquando nanciscamur.*

Mochuoci Ua-liathani, Mancheni leprosi et Mœlanagii. *Hos post S. Fintanum, de quo in Actis, consignat hac die Martyrologium Tamlachtense, sive Ængussii Keledei Hiberni; quibus additur in Martyrologio Dungallensi* Sillanus Magister, filius Ua-garbhii, abbas Mag-bilensis. *Utinam perducere conarentur Hiberni Opus Joannis Colgani usque ad anni finem, siquidem eorum Sancti, uti et Sancti Walliæ, Hagiographos et Martyrologos externos plerumque fugerunt.*

In Lusitania beatus Alanus monachus sanctissimi abbatis Bernardi discipulus, qui ab eo in ultimas Hispaniæ oras directus, eremum de Tarouca egregiis virtutibus illustravit et cum magna sanctitatis opinione obdormivit in Domino. *Verba sunt Henriquezii in Menologio Cisterciensi, qui hæc collegit ex Chronicis Bernardi de Brito.* F *Eadem habet, sed contracta, Kalendarium ejusdem Ordinis* (4), *et litteris quidem minoribus, sub quibus ii memorari videntur, qui, licet* sanctitatis fama illustres (*præfat. num.* 11), *cultu tamen non potiuntur. Omissus est autem in Martyrologio Cisterciensi sæculi* XIII, *quod Georgius ad calcem Adonis vulgavit; et, quod majoris est ponderis, in eo etiam quod, approbante S. Rituum Congregatione, Martyrologio Romano additum est. Ejus Vitam subministrabunt historici Ordinis.*

Ven. Aloysius Lanuza, *Societatis Jesu sacerdos professus, hac die anno* 1656 *requievit a laboribus suis; sed quum spes, quam animo fovemus, eum scilicet Romani pontificis decreto inter cælites aliquando relatum iri, nondum completa sit, superest tantum ut ejus hic memoriam consignemus.*

Tzabala-Marjam, *apud Ludolfum in fastis Æthiopicis, videtur nomen Sanctæ ab Æthiopibus cultæ, potius quam festum aliquod B. Mariæ Virginis; sed deest in omnibus Coptitarum Martyrologiis, nec quidquam de ea nos docet Ludolfus.*

(1) Vide tom. III Septemb., pag. 393 et seqq. — (2) Scriptorum vet. nova collectio, tom. IV, part. II, pag. 98. — (3) Tom. II Martii, pag. 386 et passim. — (4) Kalend. Cisterciense. Parisiis 1689.

S. Zaina,

A S. Zaina, *Martyr, signatur hac die in Calendario Æthiopico apud Ludolfum* (1). *In arabico Coptitarum, apud Cardinalem Mai* (2), *vocatur* Zena; *et in altero eorumdem conjungitur cum aliis Martyribus in hunc modum* (3) : Eodem die, 21 *Octobris*, commemoratio Sanctorum Martyrum Pauli et Longini et Sanctæ Zenæ; *qui tamen annuntiationis socii cum ea passi non videntur, ut alio loco dicimus. Quænam autem sit* Zaina *Martyr, quæ a Sanctis Græcis, nomine* Zenaïs, *aut* Zenaïdis *insignitis, distinguenda est, cupimus edoceri, itemque num Fastis sacris Catholicorum mereatur adscribi.*

Elasius *tribus Martyribus Nicomediensibus, ad hanc diem illustratis, præmittitur in Auctario Usuardi Bruxellensi* (4). *Id procul dubio nomen desumptum ex codice, in quo librarius procuderat* Elasium *ex* Dasio; *quos Bruxellensis Auctarii scriptor, duobus codicibus usus, jungendos utpote diversos arbitratus est.*

Claudium *loco ejusdem Dasii Nicomediensis in codice Usuardi Vaticano substitutum monet Sollerius* (5).

S. Tudæ, *episcopi in Hibernia, meminit Ferrarius,*
B *et in notis hæc subjicit.* Ex Martyrologio Canisii et Catalago SS. Hiberniæ. De eo Beda lib. III cap. 26. *Ad quæ notandum, Tudam adscriptum quidem fuisse primæ editioni Martyrologii Germanici, quod Canisio tribuitur, sed in sequentibus deletum fuisse, ut mihi constat ex nostra tertia editione et ex notis Mss. decessorum nostrorum, quibus etiam secunda ad manus erat. Deinde Tuda ille, de quo scribit Beda loc. cit., ortus quidem est ex Hibernia, sed nec in ea episcopus fuit, nec in ea obiit; neque tamen Tuda alius, præter episcopum illum Lindisfarnensem, a Beda memoratum, diligentissimis scriptoribus Hibernis Colgano et Lanigano innotuit. Quapropter mihi certum est Tudam, non in Hibernia, sed in Anglia a Ferrario annuntiandum fuisse. Obvium habuit Ferrarius Tudam Lindisfarnensem in aliis libris, et diversum credidit; quocirca in fine notationum suarum ad hanc diem addit :* Eadem die, S. Tudæ, episcopi Lindisfarnensis et Anglorum Apostoli, de quo in Breviario. Floruit circa annum 664 ex libro XVIII hist. *Porro is ipse annus est, quo Tudam Lindisfarnensem peste absumptum Beda refert* (6). *Ex quo iterum firmatur hunc solum debuisse memorari a Ferrario, et quidem in Anglia, non in*
C *Hibernia. Jam de ejus cultu aliqua dicamus. Colganus, qui multa Martyrologia Hibernica præ manibus habuit, eaque sedulo pervolvit, eum cultum fuisse ex solo Ferrario eruit* (7) : Ejus natalem, *inquit*, celebrari 21 Octobris tradit Ferrarius in Catalogo generali, *nullum adducens Martyrologium Hibernicum; quod, pro more suo, si cui inscriptus fuisset Tuda, non prætermisisset. Laniganus etiam, de Tuda scribens* (8), *nec eum Sanctum vocat, nec ullum cultus ecclesiastici indicium tradit. Redeundum itaque ad Ferrarium et fontes examinandi, quibus usus est, omisso jam Canisio, qui correctus est, et catalogis SS. Hiberniæ ex quibus nulli probati ei adstipulantur. Tertio loco prodit Beda, de quo statim. Quarto Breviarium aliquod, forte Lindisfarnense, ex quo excerpta habere potuit Ferrarius. Verum qui Breviaria, Martyrologia et Calendaria Anglica magno numero collegerunt,* D *ad conficiendos catalogos SS. illius gentis, puta Alfordus* (9), *Lingard* (10), *H. Nicolas* (11), *auctor Martyrologii vernaculi* (12), *Tudam nusquam laudant, excepto ultimo, qui eum non ornat titulo Sancti, sed alia utitur appellatione, iis reservata, qui licet digni sint memoria, cultu tamen non potiuntur* (13). *Quocirca non credo Tudam a Ferrario inter Sanctos Breviario alicui inscriptos visum. Sed in aliorum Vitis ejus mentio occurrere potuit, v. g. in Vita S. Colmani, ut habet Breviarium Aberdonense ad 18 Februarii* (14) : Ad presidendum reverendus antistes Tuda eciam Scotus successit (*Colmano*) et populi gubernacionem merito accepit. *Quæ verba nullum cultum designant. Porro dictum Martyrologium vernaculum occasione S. Finani, episcopi Lindisfarnensis, qui colitur 16 aut 17 Februarii, de Tuda etiam agit et hæc annuntiat, latine loqui jussum :* Item Lindisfarnæ, commemoratio sancti viri Tuda, quarti episcopi illius sedis, de quo ita venerabilis noster Historicus (*Beda lib.* III, *cap.* 26) : Famulus Christi Tuda, qui erat apud Scotos Austrinos (*Hibernos meridionales* (15) *scilicet*), eruditus, atque ordinatus episcopus... vir quidem bonus ac religiosus, E sed permodico tempore ecclesiam regens (*Lindisfarnensem*). Venerat autem de Scotia (*seu Hibernia*), tenente adhuc pontificatum Colmano, et diligenter ea quæ ad fidem et veritatem pertinent, et verbo cunctos docebat et opere. *Addit Beda capite sequente, de pestilentiæ lue scribens, quæ anno* sexcentesimo sexagesimo quarto *in Britannia sæviit :* Qua plaga præfatus Domini sacerdos Tuda raptus est de mundo, et in monasterio, quod dicitur Pegnalech, honorifice sepultus. *Ex Beda itaque nullus cultus eruitur. Quintus fons, a Ferrario indicatus, est Historia Angliæ Polydori Virgilii, vel forte Harpsfeldii Historia ecclesiastica : qui ad manus non sunt, et quos puto non magis quam supra indicatos scriptores Tudam titulo Sancti decorare; quod alioqui, si facerent, esset negligendum. Nihil itaque subsistit ex omnibus, quæ allegat Ferrarius. Nec etiam Chronicon Anglo-Saxonicum, quod de Tuda plura habet, nec Simeon Dunelmensis, de episcopis Lindisfarnensibus et Dunelmensibus scribens, eum Sancti appellatione ornarunt. Quocirca Tudæ Acta colligere et in Opere nostro edere nobis non licet.*

F B. Stephanus, *martyr*
B. Paulus a Palatiolo, } *laudantur in Martyrologio*
B. Petrus Sillera, } *Franciscano Arturi*
B. Maria de Burgo,

quos Hueberus, additis pluribus aliis, absque Beati *titulo memorat.*

Philippum, Eusebium, Severum, Hermetem martyres Adrianopolitanos, *item* Marcum episcopum Hierosolymitanum *et* Salomen *memorat Notkerus, una die antecedens, qui omnes referendi sunt ad diem sequentem* XXII Octobris.

S. Odelberti *Martyris in Oosterhout, in territorio Antverpiensi, meminit hodie Saussayus in Mrl. Gallicano; Molanus vero et alii, die sequenti* XXII Octobris.

SS. Alodia et Nunilonia *occurrunt hac die in Kalendario Ms. SS. Hispaniæ ex Joannis de Marietta*

(1) Commentarius ad Hist. Æthiop., pag. 595. — (2) Scriptorum Veterum, etc., tom. IV, part. II, pag. 18. — (3) Ibid., pag. 98. — (4) Ap. Sollerium Usuardi Martyrol., pag. 617. — (5) Ibid., loc. cit. — (6) Hist. eccles., lib. III, cap. 27. — (7) Acta SS., pag. 447, not. 11. — (8) An ecel. Hist. of Ireland, tom. III, pag. 75. — (9) Tomo III Annalium ad calcem. — (10) Apud Nicolas, the Chronology of History, etc. London 1838, pag. 97 et 152. — (11) Ibidem. — (12) A Memorial of ancient British piety, etc. London 1761. — (13) Ibid., pag. 6. — (14) Brev. Aberd. Londini 1854, in parte hiemali ad 18 Febr. — (15) Cfr. Lanigan, tom. III, pag. 77.

Historia

A *Historia ecclesiastica excerpto, apud reliquos vero die sequenti* XXII Octobris.

Theodotam et Socratem, *Martyres, laudat unum ex Synaxariis Menæorum, eaque sequuntur Menologium Sirleti, Ephemerides metricæ Siberi et Catalogus generalis Ferrarii. Nos cum Menologio Basilii Imperatoris, Galesinio et Menæis antiquioribus Mss. eosdem remittimus ad* XXIII Octobris.

S. Severinum, *Burdigalensem episcopum, signant hoc die plura Martyrologia; sed dubium est motum num a S. Severino Coloniensi distingui debeat, idque ex aliquot eorum annuntiationibus. Usuardus enim Lubeco-Coloniensis apud Sollerium ad* 24 *Octobris :* Apud Burdegalim, civitatem Aquitaniæ, memoria Sanctissimi patris Severini, Agrippinensium archiepiscopi et confessoris etc. *Usuardus Greveni ad eumdem diem :* Apud Burdegalim civitatem Aquitaniæ, solemnis memoria beati Severini, Coloniensis archiepiscopi et confessoris. *Eædem editiones similia habent iterum ad* 23 *Octobris, quibus accinit illa die Molani auctarium; et in monumentis a Surio prolatis ad eamdem diem, dicitur* S. Sèverinus *simul Burdigalensis et Coloniensis episcopus. Similiter Martyrologium Romanum ad diem* XXIII : Burdigalæ sancti Severini B Coloniensis episcopi et confessoris. *Denique Gallia Christiana novissima, de episcopis Burdigalensibus et Coloniensibus agens, utriusque distinctionem, valde probabilem facit, non tamen certam. Quapropter facilius de utroque, licet nobis distinguendi videantur, eodem die agemus, sequentes notationem Ms. decessorum nostrorum ad hunc diem, et aliam ad* 28 *Octobris, quando* Severinus *Burdigalensis a Ferrario memoratur, in quibus hujus rei examen remittunt ad* XXIII Octobris. D

In comitatu Angliæ Caernarvon sive Arvonia, in Wallia septentrionali, festum *S. Tudwen*, Virginis, quæ colitur in sacello parœciæ Llanduduwen. *Ita fere Martyrologium Britanniæ vernaculum* (1) *ex Willisii descriptione Bangorensi* (2). *Similia habet N. Carlisle* (3), *nec plura speramus, siquidem monumenta omnia de Sanctis Walliæ periisse non immerito credimus; addit tamen ejus festivitatem celebrari alio die, quo ad hæc pauca quæ hic damus remitti poterit, nimirum* XXVII Octobris.

Thomæ de Vitalibus Servitæ *meminit Bollandus, in quibusdam notationibus Mss. De eo agemus ad diem* XXI Decembris. E

(1) A memorial, etc., or a British martyrology in supplem., pag. 27. — (2) Willis. a Survey of Bangor, London 1721. — (3) A Topogr. Dictionn. of Wales.

DE S. ASTERIO PRESB. ET MART.
AD OSTIA TIBERINA

V. D. B.

SYLLOGE HISTORICA.

§ unicus. S. Asterius ab homonymis distinctus; discrimen de die cultus inter martyrologos; ejus martyrium; reliquiarum fata.

C ANNO CCXXII. *S. Asterius, a compluribus homonymis distinctus, ab antiquioribus martyrologiis die* 19 *Octobris.*

In opere nostro de pluribus Sanctis, quibus Asterius nomen, jam actum fuit : scilicet ad 18 *Januarii de S. Asterio martyre, socio S. Fortunati et plurium aliorum; ad* 3 *Martii de S. Asterio, martyre in Africa et altero Cæsareæ in Palæstina; ad* 4 *Martii de S. Asterio, comite S. Caji Palatini et aliorum; ad* 11 *Aprilis de S. Asterio, martyre in Dalmatia; ad* 20 *Maji de S. Asterio, martyre in Cilicia; ad* 20 *Junii de S. Asterio, episcopo Petræ in Palæstina; et ad* 23 *Augusti de S. Asterio, martyre Ægis in Cilicia. Insuper ad* 23 *Octobris agendum erit de S. Asterio, qui cum S. Saturnino martyrium fecit, et ad* 30 *ejusdem mensis de S. Asterio episcopo Amaseæ. Ab his omnibus facile distinguitur* S. Asterius, *presbyter et martyr Romanus, de quo jam dicemus. Porro occurrit jam ejus nomen inter prætermissos ad diem* 19 *Octobris. Ad hanc enim diem in codicibus Lucensibus Hieronymianis reperit Florentinius :* In Hostia Austeri; *in Epternacensi, quem Antverpiensem vocare solet :* In Ostea natalis Asteri *et in Corbejensi :* In Ostia Austeri presbyteri. *Legitur præterea in Corbejensi edito a Dacherio* (1) : In Ostia Austerii presbyteri; *in Augustano et Labbeano editis a Sollerio nostro post Junium :* Austeri; *in Corbejensi edito ab eodem :* In Ostia Austeri : *omittitur omnino in Richenoviensi. Contra Martyrologium Hieronymianum S. Germani, et Autissiodorense sæculi* X (2) : XIV Kal. Novemb. Austerii; *Morbacense* (3) : XIV [*Kal. Novembris*] Agnetis. Festis. Austeri; *et demum vetustum Corbejense, editum, ut superiora a Martenio* (4) : XIV *Calendas Novembris :* In Ostia Austeri. *Non est itaque dubitandum quin in Hieronymiano Martyrologio ad diem* 19 *Octobris memoria facta sit S.* Austeri, Asterii *seu* Austerii, *ad Ostia Tiberina culti. Hinc defluxit similis commemoratio inter additamenta plurium sequentium Martyrologiorum. In Adonianis apud Rosweydum ad illam diem habetur :* In Istria natalis sanctorum Austeri, Neapoli, Sussii, Januarii, Festi et Desiderii, *loco :* In Ostia natalis sancti Austeri. Neapoli, Sussii etc. *In Usuardinis apud Sollerium, scilicet in codice Strozziano :* Romæ, sancti Asterii, presbyteri et martyris; *in Greveniano eadem leguntur quæ in additamentis Adonianis. In auctariis aliquot ad Bedæ seu Flori Martyrologium, editum a Papebrochio in fronte tomi II Martii, fit etiam ad* 19 *Octo-* F

(1) Ap. Migne, Patrologia, tom. XXX, col. 479. — (2) Martene, Thesaurus Anecdotorum, tom. III, col. 1561. — (3) Ibid., col. 1580. — (4) Ibid., col. 1584.

bris

A *bris similis memoria; scilicet in Barberiano et S. Cyriaci :* In Ostia Austeri; *in Vaticano :* In Ostia Austerii. *Ejusdem annuntiationis vestigia supersunt in Atrebatensi et in Tornacensi; in quibus quippe legatur :* In Hostia natale sanctorum Januarii, Festi et Desiderii, *ubi excidit* Asterii; Neapoli.

a recentioribus, scilicet a tempore Flori

2 *Contra in puris Bedæ, Flori, Adonis, Wandelberti, Rhabani, Usuardi et Notkeri nulla ad diem* 19 *S.* Asterii *seu* Austeri *mentio; sed ad diem* 21. *Primus autem, quem norim S.* Asterii *ad hanc diem memoriam fecisse, Florus est, his usus verbis :* Eodem die (21 *Octobris*) natale *S.* Asterii, presbyteri Calixti : qui cum corpus ejus elevatum de puteo sepelisset, post dies sex audiens hoc Alexander imperator præcepit eum per pontem præcipitari : cujus corpus inventum est et a quibusdam christianis in eadem civitate sepultum. Scriptum in Passione S. Calixti. *Credidere Henschenius et Papebrochius hanc commemorationem ipsius esse Venerabilis Bedæ; sed minime certo usi sunt criterio, quo Flori a Bedæ labore distinguerent; multoque certius aliud suggessit Sollerius* (1), *censens ea tribuenda esse Bedæ quæ in Martyrologio ejus metrico reperiuntur : jam vero hinc exsulat S.* Asterii *nomen.*

B *Circa annum* 858 *Flori verba, nullo mutato, in Martyrologium suum intulit S. Ado; idemque tredecim annis ante fecerat B. Rabanus Maurus, nisi quod ad finem addiderat* papæ. *Pro more contraxit Usuardus scripsitque :* In civitate Ostia, sancti Asterii presbyteri, qui in Passione beati Calisti papæ legitur. *Breviavit quoque Notkerus in hunc modum :* Ipsa die sancti Asterii, presbyteri sancti Callisti, qui cum corpus patris elevatum de puteo sepelivisset, præcepit eum Alexander per pontem præcipitari. *Hæc ad* 20 *Octobris; sed manifesto errore, quum ad eamdem SS. Hilarionem et Viatorem memoret, utique ad diem sequentem spectantes. Demum Wandelbertus, qui sub diem* 5 *Aprilis anni* 847 *Martyrologium suum metricum edidit, ad diem* 21 *Octobris seu ad duodenum Kalendas Novembris hæc cecinit :*

Presbyter Asterius duodeno laude coruscat
Egregia, multos docuit qui vincere sanctos
Undique bella piis diram minantia mortem;

id est qui multos sanctos docuit vincere bella *etc. Jam vero, quum Vetus Martyrologium Romanum, quod Rosweydus edidit et Sollerius* (2) *invicte ostendit omnibus illis Martyrologiis antiquius esse, careat commemoratione S.* Asterii *seu* Austeri, *patet Flori*

C *Martyrologium fontem esse omnium illarum annuntiationum; Florum vero sua dicta accepisse ex Passione S. Callisti, declaratur in ipsomet ejus Martyrologio.*

usque ad præsens tempus, die 21 *Octobris annuntiatur.*

3 *Qui postea venerunt non aliam ingressi sunt viam. Petrus de Natalibus, qui sæculo* XIV *ecclesiæ Equilinæ episcopus præfuit, ad diem* 21 *Octobris ita disserit* (3) : Asterius martyr Romæ passus est, sub Alexandro imperatore : qui a beato Calixto papa presbyter ordinatus fuit, et post ejus passionem corpus ejusdem pontificis cum clericis suis rapiens sepelivit : ut dictum est supra in Passione Calixti papæ pridie idus Octobris. Post dies autem quinque Alexander imperator, hoc audiens, tenuit Asterium presbyterum : quem præcepit per pontem in Tiberim præcipitari. Cujus corpus apud Hostiam repertum et in eadem civitate a quibusdam christianis sepultum est XII Kalendas Novembris. *Accedit Maurolycus, in Martyrologio secundum morem sacrosanctæ Romanæ et universalis ecclesiæ, anno* 1576 *edito, scribens :* Ostiæ S. Asterii presbyteri et martyris, quem Alexander imperator in Tyberim præcipitari jussit, quod Calistum pontificem sepelisset; *et Galesinius in simili Martyrologio biennio post in lucem dato :* Romæ, sancti Austerii martyris : qui a beato Calixto pontifice presbyter factus, suæ pietatis testimonium tum præclaris vitæ exemplis dedit, tum maxime nece comprobavit : qui, quoniam eum pontificem sepelierat, in fideique confessione constans perpetuo perstiterat, in Tyberim Alexandri imperatoris jussu præceps dejectus est. *Demum in Martyrologio Romano renovato, et quidem in editione Romana anni* 1583, *et in Veneta et Basileensi anni* 1584, *ad* 21 *Octobris legitur :* Apud Ostiam sancti Asterii presbyteri et martyris, qui, ut in passione beati Callisti papæ legitur, sub Alexandro imperatore passus est : *idemque servatum in sequentibus editionibus correctis, nisi quod loco* Apud Ostiam *substitutum est* Apud Ostia Tiberina. *Porro quum in hæc incidimus, subiit continuo dubium* Austerum *qui in plerisque libris Hieronymianis sub hoc nomine ad diem* 19 *Octobris prodit diversum esse a S.* Asterio *qui in aliis Martyrologiis die* 21 *ejusdem mensis annuntiatur : non enim apta videbatur quorumdam responsio, qui non satis attendentes a temporibus Flori S.* Asterii *memoriam in ecclesia latina* E *factam esse die* 21 *Octobris, putabant sese satis expedire dicendo, quod si nunc S.* Asterius *die* 21 *Octobris colatur, id sphalma esse correctorum Martyrologii Romani, qui Passionem S. Callisti male intellexerint. Quid vero rei sit, melius intelliget lector ex ipsis monumentis.*

Idem discrimen observatur in Passionibus S. Callisti.

4 *In Passione S. Callisti leguntur sequentia* (4) : Audiens Alexander quia multitudo hominum baptismum percepisset per B. Calixtum episcopum, misit exercitum militum ac tenuit omnes qui baptismum perceperant. Tenuit autem et B. Calepodium, quem fecit occidi gladio et corpus trahi per civitatem sub die Kalendarum Maji... B. Calixtus... corpus sanctum acceptum condivit cum aromatibus et linteaminibus, et cum hymnis, et sepelivit eum in cœmeterio ejusdem sexto idus Majas. Ab eodem die cœpit Alexander curiose quærere B. Calixtum episcopum... Qui... cum multis diebus in custodia esset maceratus, venit ad eum B. Calepodius noctu per visionem et consolatus est eum... Erat autem ibidem quidam miles Privatus nomine... tunc B. Calixtus eum baptizavit... Quod item audiens Alexander, iracundia plenus, eo quod militem Privatum baptizasset, mittens fecit Privatum plum- F batis cædi et deficere : Calixtum vero episcopum per fenestram domus præcipitari, ligatoque ad collum saxo in puteum demergi et in eo rudera cumulari. Post dies vero decem et septem venit presbyter ejus, nomine Asterius, cum clericis noctu et levavit corpus B. Calixti episcopi et honorifice sepelivit in cœmeterio Calepodii via Aurelia pridie idus Octobris. Post dies autem sex (*Petrus de Natalibus habet* quinque, *exemplar Moretti* (5) septem) tenuit Alexander Asterium presbyterum, quem præcepit per pontem præcipitari. Cujus sanctum corpus inventum est in Ostia, et a quibusdam christianis sepultum in eadem civitate sub die XII (*editio Moretti* (6) *et exemplaria quæ vidit Ferrarius* (7) *habent* decima quarta Kalendarum) Kalendarum Novembris, regnante Domino nostro Jesu Christo qui vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen. *En itaque ut ipsa exemplaria Passionis S. Callisti de depositione S.* Asterii *inter se non conveniunt, quum alia eam ad diem* 19 *Octobris, alia*

(1) Usuardi Martyrologium, præf., pag. XV. — (2) Ibid., pag. XX et seqq. — (3) Catalogus SS., lib. IX, cap. 89. — (4) Acta SS., tom. VI Octobris, pag. 441. — (5) De S. Callisto ejusque basilica disquisitiones, tom. I, pag. 185. — (6) Ibid. loc. cit. — (7) Catalogus SS. Italiæ ad 21 Octobris.

ad

AUCTORE V. D. B.

Explicatio Buei Actorum illorum difficilis, qua dies 19 tenenda est.

ad 21 *referant: ita ut idem hic adsit discrimen quod in martyrologiis.*

5 *Jam vero utra dies præstat? Primo intuitu nemini non præplacebit dies* 21; *fluunt enim multo facilius tempora quæ in Passione signantur, si hæc admittatur dies : hac enim admissa, depositus fuerit S. Callistus die* 14 *Octobris; sex diebus post seu die* 20 *in Tiberim præcipitatus fuerit* S. Asterius *et postridie Ostiæ ex aquis eductus et in sepulcro positus. Ast alii aliter omnino. Buei nostri* (1) *paucis accipe sententiam. Quamquam scilicet ipse, mente aliis nimium occupata, edidit exemplar Passionis S. Callisti in qua* XII Kalendarum *legitur, in Commentario tamen prævio ratiocinatus est secundum exemplar Moretti, nisi quod* post sex dies, *non autem* septem *retinuerit. Porro statuerat Bueus S. Zephyrinum decessisse anno* 217, *et quidem die* 26 *Julii, qua ejus natalis notatur in lapide sæculi noni, posito in vestibulo monasterii SS. Stephani et Pauli* (2); *dein sedem vacasse sex dies, ut habet Liber Pontificalis; tum electum, scilicet* 2 *Augusti, S. Callistum; qui dein sederit annos quinque, menses duos, dies decem, ut in Bucheriano catalogo legitur; qui occisus fuerit anno* 222 *die* 12 *Octobris, qua in Hieronymianis annuntiatur*

B Romæ *natalis* Calesti *seu* Calisti; *additis in aliquot codicibus* episcopi, *et* Via Aurelia, *atque etiam* in cœmeterio Calepodii : *quæ omnia in sanctum Callistum cadere videntur; et demum qui depositus fuerit die* 14 *Octobris, qua ejus depositio signatur in libello depositionum martyrum Romanorum, eruto quoque a Bucherio, et in multis aliis fastis, etiam Hieronymianis. Hæc sane bene inter se connecti nemo non videt; sed qui hæc conciliari queunt cum numeris, quos Passio S. Callisti exhibet? Conciliationem tamen fecit Bueus in hunc modum. Distinxit in Actis duplicem ordinem, alterum verborum, alterum rerum, quem auctor Actorum potissimum præ oculis habuerit.* Si ad priorem, *inquit Bueus* (3), attendas, fatendum est sententiam mox relatam inter et Acta quantum ad menses diesque initi depositique a Callisto pontificatus neutiquam convenire : si vero ordinem rerum spectes eaque verba *post dies decem et septem* non ad Callisti necem, sed ad id temporis, quo primum captus in carceremque conjectus torqueri Callistus cœptus est, retuleris, nihil quidquam oberit, quin die 12 Octobris vivere desierit, et, illæsis Actis, relata paulo ante sententia salva consistat. Id autem intendisse auctorem Actorum

C ex aliis horum locis erui videtur; *quod argumentum dein prosequitur, venitque tandem ad ipsum S. Asterium :* Sed et eumdem fere loquendi modum, *ait,* tenuit *anonymus auctor* ad calcem Actorum, ubi de S. Asterio sic habet : *Post dies autem sex tenuit Alexander Asterium presbyterum; quem præcepit per pontem præcipitari : cujus Sanctum corpus inventum est in Hostia, et a quibusdam christianis sepultum in eadem civitate* XIV *Kalendarum Novembris.* Ubi verba illa *post dies sex* non indicant dies illos sex numerandos esse a 14 Octobris, cujus proxime mentio facta fuerat, sed aliquo die priore, ac verosimiliter a die S. Callisti emortuali : nam si a die XIV Octobris (hanc numerationi includendo) dies sex numeraveris, non tantum dies martyrii S. Asterii in XIV Kalendarum Novembris seu in 19 Octobris incidet; sed et dies sepulturæ; cum tamen parum sit verisimile S. Asterium eodem die et Romæ captum, projectumque in Tiberim, et D inventum tumulatumque fuisse apud Ostia Tiberina, milliaribus Italicis duodecim ab Urbe distantia. *Atque hæc ille.*

6 *Sane videbuntur hæc nonnullis acuta nimis et difficilia; verumtamen ad ea vera habenda ineluctabile cogit argumentum. Nemo, putem, revocabit in dubium quin auctor Passionis S. Callisti maxime attenderit ad dies, quibus sancti quos laudat colebantur; adeoque eo solo filo ductus fuisse videtur; quod vel ex his quæ de depositione S. Callisti habet manifestum est. Jam vero quod dies festus* S. Asterii *celebratus fuit die* 19 *Octobris, constat id non tantum ex Hieronymianis fastis* (*quos de obitu interpretari non licet, quum* S. Asterii *memoriam non Romæ sed Ostiæ consignent;*) *verum etiam ex titulo lapideo, Passione S. Callisti et Martyrologiis Flori et sequacium, multo antiquiore, utpote sæculo* IX *aut* X *scripto; quemadmodum dictionis puritas satis manifestum facit. Quum autem maxime hinc pendeat universæ difficultatis solutio, omnes ejus explicabimus partes. Sonat vero in hunc modum* (4) :

probavidetur; et certe, ut ex titulo lapideo constat, S. Asterii *natale olim celebratum est die* 19 *Octobris.*

PASCASVS VIXIT
PLUS MINVS ANNVS XXII
FECIT TATV IIII * IDVS
VIS QII. ANTE
NATALE DOMNI AS
TERI DEPOSITVS IN
PACE
α ☧ ω

E
* Muratorius legit III.

id est : Paschasius vixit plus minus annos viginti duos; fecit tantum; *non vixit plures;* depositus in pace III idus Octobris, octavo *die* ante natale domni Asterii.

7 *In quibus hæc observa. Legit Victorius* (5) : Fecit fatum; *sed nil quod ad hanc locutionem accedat, alibi reperi. Melior videtur lectio Muratorii :* Fecit tatu. *Etenim* Fecit *eodem sensu quo* vixit *passim in sepulcralibus occurrit; ut Reinesius* (6) *ingenti testimoniorum copia certum fecit : adeoque illa dictio christianis non tantum usitata fuit, sed et ethnicis atque etiam scriptoribus classicis.* Tatu *pro* tantum *non rarum : sæpe enim ante* t *ad finem syllabæ excidit* n; m *ad calcem verborum in optimis lapidibus et et codicibus frequenter omissa.* Fecit tantum *conquerentis formula, quod mortuus diutius non vixerit. Similes habes in ipsis titulis appositis sepulcris, quæ* F *propter affixum parieti vas rubricatum* (*de qua tamen re vide Marinium* (7) *summum virum*) *martyrum habita sunt. Hujus generis est* (8) :

Explicantur verba hujus tituli : Fecit tantum;

SECVNDA QVE VIXIT ANOS III
DOMTIXI PACE

id est : Dumtaxat. In pace. *Et sequens* (9) :

DOMINE ECCOMPARIAVÆ
BIXIT IN PACE AIVS TRISTA
XXX

id est : Dominæ incomparabili : vixit in pace annos tres tam, *loco* tantum, *more Prænestinorum* (10), *quem Romani prius ludibrio habuere* (11), *dein usu probarunt* (12). *Valent enim hæc tantumdem quantum hæ aliæ formulæ, desumptæ ex tumulis cœmeterialium qui dicuntur martyrum :*

(1) Act. SS., tom. VI Octobris, pag. 411 et 412. — (2) Cfr Act. SS., tom. VIII Octobris, pag. 332. — (3) Act. SS., tom. VI Octobris, pag. 411.— (4) Muratorius, Inscriptt., pag. MCMXX, 6; Cfr Zaccaria, de christianis inscriptionibus dissertatio, cap. ult. ap. Migne, Cursus completus theologiæ, tom. V, col. 394. — (5) Dissertatio philologica, ap. Zaccaria, loc. cit.— (6) Syntagma inscriptionum, pag. 948. — (7) Ap. Majum, Scriptt. vett. nova collectio, tom. V, pag. 425. — (8) Ibid., pag. 449. — (9) Ap. Boldetti, Osservazioni, etc., pag. 455. — (10) Cfr Suaresius, Prænestе, lib. I, cap. 26, ap. Grævium, Thesaur. Antiq. ital., tom. VIII, part. IV, col. 47. — (11) Cfr. Plautus, Trin. 3. 1. 8. — (12) Attius, cit. a Festo, ap. Suaresium, loc. cit.

Diogeniæ

A

DIOGENIÆ FILIÆ
BONÆ QUÆ VIXIT
ANNOS SEX M. X
DIOGENES PATER INFELIX (1)

—

NIMIVM CITO DECIDISTI
CONSTANTIA MIRVM
PVLCHRITVDINIS ATQUE
IDONITATI QVÆ VIXIT ANNIS
XVIII. MEN. VI DIE XVI.
CONSTANTIA IN PACE (2)

—

CRISPINA
IVL CRISPINÆ FIL. INNOCENTISSI
ME Q. V. M. VIIII. D. XXVII
IVLIVS PATER CONTRA VOTVM POSVIT (3).

Sed satis superque de dictione : Fecit tantum.

hæc alia: VIII ante natale domni Asteri;

8 *Sæpius lusisse epigraphon scriptores in convenientiis quibusdam dierum facile exemplis multis demonstrari posset. Rara autem exempla hujus generis :* VIII (*stigma enim valet* VI) ante natale domni Asteri; *quo verisimiliter indicatur valde gratum futurum fuisse Paschasio seu ejus parentibus si hanc simul diem festum agere potuissent. Non tamen desunt omnino. Anno* 1732 *Romæ in cœmeterio SS. Processi et Martiniani sequens titulus erutus*

B *fuit* (4) :

PECORI DVLCIS ANIMA BENIT IN CIMITERO VII IDVS IVL. D. P. POSTERA DIE MARTVRORV

quem nonnulli ita explicuere : Dulcis anima Pecorii, *id est dulcissimus Pecorius,* venit in cœmeterium martyrum VII idus Julii ; depositus postera die. *Verum ordo verborum talem significationem valde ægre admittere posse videtur. Multo facilior erit sensus, si dicatur cum Corsinio* (5) : Dulcis anima Pecorii venit in cœmeterium VII idus Julii; depositus postera die *festi sanctorum* martyrum, *scilicet septem fratrum, quorum natalis ab antiquissimis temporibus* VI *idus seu* 10 *julii Romæ celebratus est. Huc quoque nonnihil facit titulus Abundantii* (6), *qui dicitur* DEP. IN P. D. NAT. SCI. MARCI. MENSE OCTOBRI ; *neque minus Principalis monumentum, qui fuit* DEPOSITVS NATALE SVSTI *seu Sixti* (7).

domni *dicti martyres, sed etiam alii;*

9 *Quod ad* domni *appellationem datam* S. Asterio, *ita de ea disserit Zaccaria* (8) : Sanctos DOMNOS, *inquit,* sive DOMINOS honoris ac reverentiæ causa christiani appellabant. Multis id inscriptionibus ostendit cl. eques Victorius (9); quibus addi potest Tigridis titulum apud Boldettium (10); Ursæ epigraphe apud eumdem (11); Acaviæ elogium in Muratorii Thesauro (12) : *quibus maxime movebuntur ii*

C *qui consentiunt vasa rubricata et alia id genus genuina martyrii signa esse. Alii vero melioris notæ argumentum esse dicent duplicem tabulam votivam anno* 1749 *Romæ inventam* (13) :

SANCTIS MARTVRIBUS
PAPRO ET MAVROLEONI
DOMINIS. VOTVM. REDD. ☧ I
CAMASIVS QVI ET ASCLEPIVS. ET VICTORNA
NAT. H. DIE IIIX KAL. OCTOB.
PVERI. QUI VOT. H. VILALIS MARANVS
ABVNDANTIUS. TELESPHOR

et in parte adversa :

DOMNIS SANCTIS
PAPRO. ET. MAVROLEONI
☧ MARTVRIBVS ☧

Reliqua, ordine aliquantum mutato, eadem sunt; nisi quod natalem habere dicuntur XIII kal. octobris; *quo novimus siglas* IIIX *idem valere ac* XIII. *Concludit vero Zaccaria argumentationem suam his verbis :* Imo in ea sum sententia nusquam in christianis inscriptionibus DOMNI titulum tribui nisi martyribus; ut, etsi alia martyrii desunt indicia, unum DOMNI nomen illud manifesto declaret. *Verum quamvis negari nequeat* domni *seu* domini *appellatione donatos fuisse martyres, non ausim illis solis eam vindicare. Non enim illo ævo reverentiæ et observantiæ rationem habebat illa vox, sed potius familiaritatis et amoris; quemadmodum ex pluribus Senecæ locis demonstravit Facciolatus* (14) : *quam ob causam dabant hanc laudem christiani parentes suis filiis fere infantibus* (15), *filii parentibus* (16), *maritus uxori* (17), *uxor marito* (18), *frater fratri* (19), *etiam ubi ne speciem quidem aut umbram martyrii suspicari licet. Quin etiam compluribus ethnicorum tumulis idem verbum eademque significatione inscriptum legi jam pridem observatum est.*

AUCTORE V. D. B.

legendum IIII idus, *non vero* III idus;

10 *Initio disputationis de hoc titulo ad marginem animadvertimus in schedis suis legisse Muratorium* III idus *seu* 15 Octobris, *contra Victorium exscripsisse* IIII idus *seu* 12 Octobris. *Non dubitandum quin hæc genuina sit lectio. Multo enim facilius* IIII *in* III, *quam vice versa* III *in* IIII *mutatur; dein omnia magis consideravit Victorius, quippe qui ex professo scripserit de hac epigraphe : quum contra de Muratorio, qui ei inter millenas alias locum qualemcumque dedit, dici possit :* Pluribus intentus minor est ad singula sensus ; *et demum lectio Muratorii talis est ut natalem S.* Asterii *affigeret non diei* 19 *neque* 21 *Octobris, sed* 20 : *quam nemo sane propugnarit. Dictio videlicet* VIII ante natale domni Asterii *comparanda est cum vulgari ratione numerandi ante nonas, idus, kalendas, Romanis usitatissima; ita ut comma* VIII ante natale Domni Asterii, *si id natale die* 21 *ponatur, indicet pridie idus seu* 14 *Octobris; si vero ponatur* 19 *Octobris, significet* IV *idus seu* 12 *Octobris, numquam autem* III *idus seu* 15 *Octobris; quemadmodum* VIII *kalendas Novembris necessario refertur ad* 25 *Octobris. Certum itaque fixumque sit scriptum fuisse* IIII IDVS OCTOBBRIS ϛII ANTE NATALE DOMNI ASTERI : *unde sequitur natalem seu festum S.* Asterii, *quum ille lapis positus est, actum fuisse* 19 *Octobris. Confirmatur testimonio libri quo lectiones scripturæ sacræ, in missa legendæ, indicantur et quem vulgo Comitem S. Hieronymi appellant. In exemplari scilicet quod præluxit Moretto* (20), *habebatur :* XIV kal. F [*Novembris*] Proculi. Austeri. Desideri.

E

natale *dicitur de quacumque festivitate, non autem de solo die obitus.*

11 *At, inquies,* natale domni Asteri *obitus ejus diem, quo cœlis natus est, significat. Re quidem vera talia passim traduntur; et afferuntur etiam ex veteribus scriptoribus ecclesiasticis loca quibus hæc fulciantur. Sed certo stare non possunt : ut apud priscos latinos omnis festivitas, etiam domestica, natalis dicebatur, v. g.* natalis reditus (21), *sic quoque in usu ecclesiæ obtinuit* natalis episcopi, cathedræ S. Petri, reliquiarum, calicis *seu* sacramenti, Valentiani purpuræ, γενεσια σεισμου, natalis templi *seu* basilicæ *etc* (22). *In ipsis kalendariis nonnumquam* natalis *pro qualicumque festo usurpatus; sic in celeberrimo kalendario marmoreo Neapolitano ad* 28 *Junii*

(1) Ap. Majum, Scriptt. vett., tom. V, pag. 427. — (2) Ibid., pag. 425. — (3) Ibid., pag. 426. — (4) Lupi, Sepulcrum Severæ, pag. 181. — (5) Ap. Zaccaria, loc. supra cit. — (6) Ap. Fleetwoodium, pag. 340. — (7) Victorius, Dissertatio philologica, pag. 38. — (8) De christianis inscriptionibus dissertatio, cap. ult. ap. Migne, tom. cit. col. 393. — (9) Dissert. philolog., pag. 28 et seqq.—(10) Osservaz., pag. 331.—(11) Ibid., pag. 429. — (12) Pag. MDCCCXIX, num. 4. — (13) Zaccaria, Storia letteraria d'Italia, tom. II, pag. 552 et 553. — (14) Lexicon totius latinitatis, v° *Dominus.* — (15) Cfr Boldetti, Osserv., pag. 396; Muratori, Inscriptt., pag. MDCCCLI, num. 5; pag. MDCCCLXIX, num. 2; pag. MCM, num. 8; Aringhi, Roma subterr. lib. IV, cap. 38, tom. II, pag. 130; Reinesius, Syntagma, class. XX, num. 141, pag. 951 — (16) Cfr Aringhi, lib. IV, cap. 17, pag. 78; Reinesius, class. XX, num. 529, pag. 975. — (17) Cfr Muratori, Inscriptt. pag MDCCCLXXX, num. 6; pag. MDCCCXC, num. 4; pag. MCMIII, num. 1; pag. MCMXIII, num. 9. — (18) Ibid., pag. MCMVII, num. 5. — (19) Ibid., pag. MCMLXI, num. 4. — (20) De S. Callisto et nova basilica disquisitio, pag. 36.— (21) Cicero ad Atticum, lib. III, epist. XX. — (22) Cfr Cangius, Glossarium latinitatis medii ævi, v^is *Natale* et *Natalis*.

AUCTORE V. D. B.

legitur (1): Natale S. Leonis papæ; *quod pluribus de S. Leone II intelligendum esse visum erat: sed Mazochius* (2) *ostendit ibidem sermonem esse de S. Leone I, cujus sacra ossa Sergius I anno* 688 *transtulit. Ex his itaque quæ hactenus disseruimus sequentia colligi posse videntur: natalem S.* Asterii *reapse celebratum fuisse die* 19 *Octobris; proin exemplaria Passionis S. Callisti, in quibus ejus depositio signatur* XIV *kalendas Novembris meliora esse aliis quibus notatur* XII *ante easdem kalendas; hæc depravata fuisse ab amanuensibus, quod* sex dies, *de quibus ibidem agitur, componere non potuissent cum reliquis adjunctis; similia exemplaria venisse in Gallias, ubi Florus et qui eum secuti fuerunt induxerunt in martyrologia commemorationem S.* Asterii *ad* 21 *Octobris; diversos itaque non esse* S. Asterium *qui nunc hoc colitur die ab eo qui sub* Asterii *et* Austeri *nomine indicatus est in Hieronymianis die* 19 *Octobris; et demum quum titulorum lapideorum inscriptiones damna non sint passæ, quibus passim librarii affecerunt scriptos codices, verum ejus nomen fuisse* Asterium.

Ut S. Callistus, sic quoque S. Asterius

B

12 *Cæterum de S.* Asterio *nil fere innotescit. Et quidem qui negarunt S. Callisti martyrium, iidem potiori jure non admittent S.* Asterium *fuisse martyrem. Verum quod de S. Callisto est, ita satisfecit Bueus noster* (3) *difficultatibus adversariorum et tot testimoniis, a sæculo* IV *initium ducens, demonstravit reapse S. Callistum fecisse martyrium, ut vix quidquam ab historico asseverari posse videatur, si pontificis illius violenta mors incerta sit. Nuper R. D. Döllinger* (4), *cujus acre judicium cæterum libenter laudo, novum prompsit adversus S. Callisti martyrium argumentum: scilicet titulum martyris ei dari non quod truculente necatus fuerit, sed quod olim pro christiana fide exsul in Sardiniam missus fuerit. At pace eruditissimi viri respondebo primis ecclesiæ sæculis neminem ob solam vitæ sanctimoniam diptychis sanctorum inscriptos fuisse, sed eos solum qui pro Christo passi fuerant: si vitam cum sanguine non profudissent, dictos fuisse* confessores; *si profudissent,* martyres: *neque hæc nomina umquam fuisse commixta. Porro quum S. Callisti depositio referatur in catalogo Bucheriano, medio sæculo* IV *scripto, inter depositiones martyrum, non autem inter depositiones episcoporum, certum hinc habemus argumentum quod vere martyr fuerit. Idem cense de Hieronymianis fastis aliisque vetustissimis*

C

monumentis. At in antiquioribus Missalibus, puta Gregoriano quod edidit Muratorius, et Lateranensi, quod publici juris fecit Azevedius, B. Callistus martyr non dicitur adeoque in Lateranensi Azevedii confessor et pontifex *appellatur. Verum quod ad Gregorianum attinet, quid mirum?* Natalis S. Callisti papæ *ante orationes ponitur, non addito* et martyris: *ast id passim observatur ut non duplicentur tituli, quemadmodum jam animadvertit de ipso S. Callisto Pagius* (5). *Quod si non admittatur, facile simili argumento demonstrabitur ipsum S. Stephanum papam non fuisse martyrem, quin etiam S. Sixtum. Jam de Missali Lateranensi. Id scriptum sæculo* XI; *nec dicas ecgraphon antiquioris exemplaris esse: orationes enim quas de S. Callisto habet, nuspiam in vetustioribus libris missalibus reperies.*

martyr fuit; insuper presbyter romanus.

13 *Multo itaque prudentius egisse videtur Rev. D. Cruice, qui de eodem argumento scribens de quo Rev. D. Dollinger, non dubitavit S. Callisti martyrium admittere* (6). *Et sane, licet credibile non sit* D *Alexandrum Severum, qui Christianis favebat potius quam infensus erat, jussisse ut S. Callistus per fenestram projiceretur et S.* Asterius *e ponte in Tiberim, quemadmodum in illius Passione narratur, nil obstat quin a furente plebe uterque mortem acceperint; adeoque, ut animadvertit Bueus, hæc mortis genera ab imperatoribus infligi non solebant, sed talia sunt ut ab infrunito popello inferrentur. Quum vero ea subiissent SS. Callistus et* Asterius *tempore Alexandri Severi; quam facile hinc factum fuerit ut, quum conscripta est Passio, ipse imperator eorum auctor factus fuerit, nemo non videt. Accedit quod corpus S.* Asterii *non Romæ aut in suburbano cœmeterio sepultum fuit, ut ex Hieronymianis fastis, in quibus natale seu depositio Ostiæ annuntiatur, satis liquet; jam vero quomodo cadaver huc devenisset, nisi in Tiberim fuisset jactum atque aquis ad hanc civitatem devectum? Affirmabisne S.* Asterium *Romanum non fuisse presbyterum, sed Ostiensem? Verum, id si ponas, unde orta antiquissima traditio eum S. Callisti fuisse presbyterum?*

E

Vulgo volunt S. Asterii *corpus nunc jacere in Romano S. Martini in Esquiliis templo; sed id est alterius Asterii;*

14 *Ostiæ non amplius jacere S.* Asterium *communis opinio est; et quidem vulgo persuasum habent* (7) *translatum fuisse ejus corpus a Sergio papa II, qui ab anno* 844 *ad* 847 *Petri cathedram obtinuit. Nituntur testimonio Anastasii Bibliothecarii:* Sanctorum Silvestri, *inquit hic auctor* (8) *de Sergio scribens,* Sanctorum Silvestri et Martini ecclesiam... perfecit... Et ad honorem omnipotentis Dei ejusdem beatissimi Silvestri præsulis corpus, cum beatissimo Fabiano, atque Stephano et Sotere martyribus atque pontificibus; SIMULQUE ASTERIO MARTYRE CUM SACRATISSIMA FILIA EJUS; sancto Cyriaco et Mauro, Largo et Smaragdo;... cum aliis multis, quorum nomina Deo soli sunt cognita, utrosque sub sacro altari dedicavit. *Verum ibi nequaquam agitur de nostro* Asterio, *sed de alio homonymo. Sane falsum est desumpta fuisse omnia illa corpora e cœmeterio Priscillæ, prout legitur in apposita illic tabula marmorea, qua repetitur fere Anastasii locus, adjectis ad finem his verbis:*

HEC. SCOR. CORPORA. TRANSLATA
SVNT. DE CIMITERIO. PRISCILLE. VI·
A SALARIA : STATVES : OMNI ANN IN FE·
STIVITATIB. : VI : ECCLESIE : INDVLGENTIA. TRIVM
AGNOR. ET. III QVATRAGENAR. OMNIB. AD EANDE.

F

Certissimum enim est pleraque corpora quæ Sergius II in basilica S. Martini in Esquiliis collocavit, jam pridem ante ab aliis pontificibus e variis cœmeteriis effossa fuisse et ad ecclesias intra Romæ mœnia translata; quemadmodum singulari libro ostendimus. Misso itaque hoc argumento, aliud solidissimum habemus. Quem Sergius II transtulit, presbyter *non dicitur, (qui titulus non solebat omitti;) sed contra* Asterius martyr cum sacratissima filia ejus *appellatur. Porro his verbis aperte designatur S. Asterius qui die* 18 *Januarii colitur. Erat hic autem vir primarius a S. Valentino presbytero, qui filiæ ejus adoptivæ vitam precatione restituerat, fidei doctrina eruditus, atque a Callisto episcopo cum omni domo sua baptizatus. Inde cum* omnibus *qui* in ejus domo *erant Ostiam ablegatus, a Gelasio judice equuleo tortus, socii fustibus cæsi sunt: feris dein objecti, iisque illorum pedes mansuete lambentibus, in flammas præcipitati; quibus exlitus quoque restinctis, alii*

(1) Mazochi, Kalendarium Neapolitanum, tom. III, pag. 767 et seqq. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Acta SS., tom. VI Octobris, pag. 424 et 425. — (4) Hippolytus und Kallistus, pag. 253. — (5) Critice in Annales Baronii, ad an. 224, num. 2. — (6) Histoire de l'Église de Rome sous les pontificats de S. Victor, de S. Zéphirin et de S. Calliste, pag. 352. — (7) Aringhi, Roma subterranea, lib. III, cap. 8, num. 13, tom. I, pag. 260, edit. Coloniensis; Ferrarii Catalogus SS. Italiæ, pag. 658. — (8) Ap. Bianchini, de Vitis Romanorum pontificum, tom. I, pag. 355.

lapidibus

A *lapidibus extra Ostiæ urbis muros obruti, alii gladio percussi sunt.* Tunc corpora eorum Christiani cum omni diligentia sepelierunt sub die XV kal. Februarii : in quo loco fabricata est ecclesia et ibi florent beneficia martyrum. *Hæc multo fusius leguntur in Passione SS. Marii, Marthæ et filiorum ad* 19 *Januarii* (1). Basilicæ martyris Asterii *meminere quoque Marcellinus et Faustinus in Libello precum* (2). *Nil itaque dubitandum quin Asterius cum sacratissima ejus filia, quos transtulit Sergius II, sit Asterius a Valentino presbytero doctus, quemadmodum jam pridem dixit Bollandus* (3). *Præterea quamvis sæpius sæculo* III *viri, qui olim uxorati fuerant et liberos habebant, sacros ordines ambirent, neque negandum sit tempore S. Callisti,* ἐπι τοῦτου, *ut loquitur scriptor Philosophumenon, etiam bigamos ad diaconatum, presbyteratum atque etiam episcopatum, saltem in Africa, promotos fuisse* (4) : *de qua re dubitare non sinit Tertullianus* (5) : *quamvis hæc ita sint, quum in Passione S. Callisti nil de* sacratissima filia *dicatur,* (*quæ utique cum patre passa et tumulata fuisse censenda est,*) *manifestum mihi apparet ex hoc quoque capite Asterium, cum sacratissima filia ejus a Sergio II translatum, alium omnino*
B *esse ac S.* Asterium, *S. Callisti presbyterum.*

Illius corpus jacet sub humo in templo S. Aureæ Ostiensi, quo translatum sub annum 1139.

15 *Accedit quod Waltero canonico regulari Aroasiensi, qui anno 1139 aut 1160 Romam profectus est atque hinc Ostia Tiberina,* (*inde in monasterium suum relaturus S. Monicæ, matris S. Augustini, corpus,*) *clericus quidam S. Aureæ ex Nova Ostia inter alia multa hæc dixit* (6) : Tot autem sunt in illo deserto, (*scilicet* in Antiqua Ostia quæ propinquior mari olim penitus destructa fuit), sanctorum reliquiæ, quod non facile invenire valeremus, ubi tam honeste quam deceret poneremus. Nos enim ante paucos dies et B. Asterii et aliorum duodecim martyrum reliquias inde attulimus; et nescientes ubi eas poneremus, fossa tantum humo in ecclesia *S. Aureæ in Nova Ostia* recondimus. *Nullam reperi memoriam de translatis postea* S. Asterii *reliquiis; adeoque arbitror alicubi in templo S. Aureæ in Nova Ostia sub humo latere. Quod vero hic sæpius de Nova et Antiqua Ostia sermo est, meminerit lector Antiquam Ostiam, quæ Ancum Marcium auctorem agnovit, et ad sæculum saltem* IV *floruit, deinde paulatim interiisse, quod arenæ portum implerent, in paludes verterentur agri, et ad dextram Tiberis ripam consurgens Portus omnia ad se traheret* (7);
C *ita ut pristina civitas, tria millia passuum in longitudinem extensa* (8), *ad paucas domunculas redacta fuerit* (9) *cum ecclesia cathedrali quæ patronam habet S. Aueam. Atque hæc Nova Ostia dicitur, medio milliario proprior ad Urbem Romam quam Antiqua* (10). *Quum nunc in his partibus plures labores suscepti fuerint, fieri potest ut in ipso S. Aureæ templo aliquid tentetur et demum in lucem veniant* S. Asterii *reliquiæ. Quod ex animo optamus.*

AUCTORE V. D. B.

16 *Quod si omnia recolligamus quæ comperta videantur de* S. Asterio, *huc fere recident. Tempore S. Callisti papæ unus fuit ex quadraginta quatuor presbyteris, quos illo ævo ecclesiam Romanam habuisse scripsit aliquot annos post S. Cornelius pontifex ad Fabium ecclesiæ Antiochensis præsidem* (11). *Nullum indicium superest quo constet eum collegis aliqua laude præcelluisse. Præerat tum imperio Alexander Severus, ingenium mite et christianis amicum. Verumtamen nebula nonnumquam erant tempora maxime quod alii, qui in republica administranda partem habebant, aliter sentirent, duce præeunte Ulpiano qui tunc omnia ad hanc diem adversus Christi cultores proposita edicta collegit; neque patienter ferebat gentem sanctam plebecula gentilis. Internis motibus laborabat quoque res christiana, non satis consentientibus fidelibus de doctrina dogmatica et disciplinari : multa de his innotuere* E *ex Tertulliano, ex libro Philosophumenon nuper retecto, aliisque; sed nuspiam legitur* S. Asterius *in his partem habuisse ullam, S. Callisto, præposito suo, fideliter adhærens. Quam fidelitatem luculente ostendit, quum sanctus hic præsul a tumultuante plebe per fenestram præcipitatus fuit et dein in puteum projectus. Nequaquam enim dubitavit furorem popularem in se excitare et vitæ discrimen adire extrahendo ex aquis sancto cadavere et honesta sepultura donando. Fecit id die* 14 *Octobris. Quod quum in vulgo rescitum est, captus est ipse etiam et e ponte sublicio, ex quo ordinarie malefactores projiciebantur* (12), *in Tiberim præcipitatus est et aquis Ostiam usque devectus. Sustulerunt ibi beatum ejus corpus christiani et honorifice sepelierunt die* 19 *Octobris anni* 222. *Quum autem lapsu temporis interiisset Ostia, sub annum* 1139 *clerici S. Aureæ in Nova Ostia ejus exuvias cum reliquiis duodecim aliorum Martyrum effoderunt et in sua basilica recondiderunt sub humo. In nullis antiquis sacramentariis, quæ typis impressa sunt, ejus nomen occurrit. In aliquot tamen ecclesiis ab antiquissimis temporibus natale seu depositio ejus celebris habita est die* 19 *Octobris, ut ex Paschasii titulo et ex exemplari* F *Comitis S. Hieronymi constat. Hæc citata jam fuere.*

Quæ certa videntur de S. Asterio.

(1) Act. SS., tom. II Januarii, pag. 217 et seqq. — (2) Ap. Sirmondum, Opp. tom. I, pag. 150; cfr de Magistris, Acta Martyrum ad Ostia Tiberina, pag. 35, — (3) Act. SS., tom. II Januarii, pag. 190. — (4) Cfr Döllinger, Hippolytus und Kallistus, pag. 140 et seqq.—(5) De exhortatione castitatis, cap. 7, pag 747, edit. Oehler. — (6) Act. SS., tom. I Maji, pag. 485. — (7) Cfr Döllinger, Hippolytus und Kallistus, pag. 77 et seqq.—(8) Volpi, Vetus Latium, tom. VI, pag. 154 et seqq. — (9) Orlendi, Orbis sacer et profanus, tom. II, pag. 602. — (10) Moroni, Dizionario di erudizione ecclesiastica, tom. L, pag. 45. — (11) Ap. Eusebium, Hist. eccles., lib. VI, cap. 43, pag 244. — (12) Severano, Memorie sacre, part. I, pag. 336 et seqq.

DE SS. DASIO, ZOTICO ET CAJO MM.

NICOMEDIÆ IN BITHYNIA.

SYLLOGE.

V. D. B.

Fata eorum nominum in Martyrologiis. Eorum ministerium in aula Diocletiani. Occasio et modus martyrii.

ANNO CCCIII. *Distributis Martyrologiis in quatuor classes,*

Ad præsentem diem in Hieronymianis latebris præter Sanctos aliquot singulares quatuor reperimus SS. Martyrum manipulos, Nicomediensem, Africanum, Nicenum et Puteolanum; quorum primus aliis quoque martyrologis innotuit atque hic (*quantum fieri licet*) *nobis illustrandus est. Ante omnia autem* (*quoniam præcipua difficultas hinc oritur*) *præ oculis habendum est*

AUCTORE V. D. B.

est ad diem præcedentem in Hieronymianis codicibus magis integris celebrari Puteolis SS. Dasium seu Datium, Zosimum, Dorotheam seu Dorotheum, Zosimum seu Susimum, Januarium seu Januarianam, *et dein* Nicomediæ SS. Eutychium, Promachum, Lucium, Marcellinum et Bermiacum, *et forte etiam* SS. Zosimum seu Susimum et Januarium seu Januariam (1). *Deinde considerandum est in Hieronymianis codicibus plurimis seu qui saltem cum iisdem affinitatem habent sæpius observari duplex breviandi genus; alterum quo locorum omittuntur nomina, alterum quo non integræ recensentur SS. Martyrum turmæ. Prætereo alios mutandi modos. Atque his præmonitis, in quatuor classes præcipuas distribuendæ videntur antiquæ quæ in Martyrologiis fiunt de SS. Martyribus nostris Nicomediensibus memoriæ.*

quarum prima et secunda,

2 *Prima classis capit eos laterculos in quibus ad diem præcedentem SS. Dasius, Zosimus aliique adscribuntur Puteolis, hodie vero* SS. Dasius, Zoticus *et* Cajus *celebrantur Nicomediæ. Hoc numero veniunt apud Florentinium* (2) *codex Lucensis, ita ad hanc diem incipiens :* In Nicomedia Dasi, Zotici, Gagi cum duodecim milibus; *Antverpiensis seu Epternacensis :* In Nicomedia Dascionetis, Zotici, Gai et
B xii militum; *Corbejensis* (3) : In Nicomedia Dasii, Zotici, Gaji cum duodecim millibus Martyribus; *Corbejensis brevior editus a Martene* (4) : In Nicomedia Dasii, Zotici, Gagi cum xii Martyribus; *similis editus a Sollerio* (5) *refert :* Cum duodecim militibus Martyribus *et demum codex Usuardinus Bruxellensis* (6). *Secunda classis ex iis conflatur fastis sacris, qui ad diem præcedentem nec Nicomediensem nec Puteolanam Martyrum ullam turmam habent, sed ad diem præsentem cum prima illa classe conveniunt; atque hoc loco veniunt antiquum Autissiodorense Martyrologium, editum a Martene* (7) *et sæpius in multis a reliquis diversum; dein Romanum Parvum sæculi (ut volunt)* viii, *prius in lucem datum a Rosweido, dein a Georgio; qui et fons fuit Adonis ab iisdem in lucem missi; hic vero præluxit Notkero* (8), *uno tamen die (ut jam in prætermissis ad* 20 *Octobris* (9) *observatum est) præcurrenti, necnon Usuardo : ex quo demum in Catalogum Sanctorum Petri de Natalibus* (10), *in Martyrologium Maurolyci et in Romanum Baronii idem rivus defluxit. Per omnes autem hos fastos eadem fere deprehenditur annuntiatio, videlicet :* Apud Nicomediam natalis Sanctorum Martyrum Dasii, Zotici,
C Caji cum duodecim militibus. *Lectiones variantes non operæ pretium videtur abscribere, nisi quod Notkerus* duodecim millia *habet. Ad eamdem pertinent classem ecclesiæ Orientalis complures sacri laterculi imprimis Menæa tam impressa quam manuscripta; quæ inferius magis indicabimus; dein codex Slavicus Assemanii* (11); *et demum Menologium Basilianum anno* 1727 *editum : atque hic ubique* Dasii, Gaji *et* Zotici *leguntur nomina; nuspiam vero de militibus aliisve sociis ulla hic mentio.*

necnon tertia et quarta describuntur,

3 *Tertia classis eos complectitur codices, qui, omissis locorum nominibus, ipsos hos SS. Martyres dividunt; ita ut duos annuntiare, videantur die* xx *Octobris, unum reliquum die* xxi. *Hoc in censu venit Hieronymianus sæculi* viii *S. Germani Autissiodorensis codex, hæc referens* (12) : xiii cal. Nov. Dasi, Zozimi, Promaci *etc.* xii cal. Gagi, Modesti *etc; Kalendarium Morbacense ejusdem ævi* (13) : xiii (Kal.) D
Dasi, Zozimi, Euticis. xii (Kal.) Gagi, Modesti, Justi; *Augustanum Sollerii, aliquantum corruptum* (14); *Labbeanum Sollerii, proximum S. Germani Autissiodorensis* (15); *et similiter Gellonense Dacherii* (16). *Sed probe tenendum ad diem* xiii *Kal. semper* Zozimum, *numquam* Zoticum *in his scribi. Quarta demum classis constat ex iis fastis, in quibus ad* xx *Octobris signantur Dasius et Zosimus Puteolani, ad diem vero* xxi *omittitur ipse* Cajus *Nicomediensis aliique omnes hujus civitatis Martyres : hujus generis est Martyrologium Fuldense editum a Georgio* (17) *et tria auctaria ad Martyrologium Bedæ seu Flori, quæ publici juris fecit Papebrochius* (18).

ostenditur SS. Dasium, Zoticum *et* Cajum *Nicomedienses diversos esse a Dasio et Zosimo Puteolanis;*

4 *Atque his hunc in modum distinctis, facile cernere est, primo Sanctorum illorum Martyrum palæstram fuisse Nicomediam; secundo eorum fuisse nomina* Dasium, Zoticum *et* Cajum *et demum tertio eos fuisse diversos a Dasio, Zosimo et sociis Puteolanis, die præcedenti celebratis. Quod ultimum argumentum, reliquis difficilius, ope illarum classium liquidum fieri potest. Etenim per primam et secundam classem hæc tria nomina* Dasius, Zoticus *et* Cajus *omnino sejungenda non sunt, eoque minus quod etiamnum a Græcis simul celebrantur; jam* E
vero ad diem xx *Octobris in nullis codicibus* Zoticus *et* Cajus *apparet, sed Dasius tantum et Zosimus, et nullius alius forma accedit* Cajo. *Deinde ut constanter ad diem* xx *Dasius et Zosimus adscribuntur Puteolis, ita etiam* Dasius, Zoticus *et* Cajus *Nicomediæ ad* xxi *Octobris. Præterea codices Hieronymiani integriores distinctos exhibent manipulos Puteolanum et Nicomediensem, licet utrobique* Dasius *appareat primipilus : quis vero non videat pronius fuisse ut propter homonymiam hanc in unam conflaretur utraque annuntiatio, quam ut in duas discerperetur? Et certe postquam ablata sunt e laterculis locorum nomina, nil mirum, actum fuisse de utraque turma, prout in tertia codicum classe deprehendimus, seu etiam ut in quarta. Quod vero secunda classis turmam Puteolanam ad diem* xx *omiserit, repetendum id videtur ex eo quod hæc hausta non sunt ex laterculis Hieronymianis, sed ex Romano Parvo, parum nominibus abundanti.*

textus primigenius Hieronymianus commemorat alios eorumdem socios,

5 *De SS.* Dasii, Zotici *et* Caji *sociis duplex dubium superest, prius habuerintne socios, alterum fuerintne* duodecim millia *an* duodecim milites. *Prius dubium movetur silentio Græcorum alte de sociis tacentium : quapropter subiit Florentinio dubitare an sub duodecim millium numero S. Ursulæ ac sociarum celebraretur certamen;* hoc enim die, *ait* (19), a Beda, Wandelberto, Appendice Adonis et aliis recolitur. *Quæ conjectura arrisit Sollerio scribenti* (20): Nec sane tam procul rejicienda videtur haud infundata suspicio, præsertim si vera sunt, quæ notula sua asserit Castellanus, nimirum, in nonnullis antiquis codicibus non *duodecim* sed *undecim* dumtaxat *millia* accenseri, eumque numerum non ad Nicomedienses referri, sed ipsis Martyribus Coloniensibus applicari. *Verum ex præmissa codicum in quatuor classes distinctione evidens est lectionem* duodecim (*nondum enim agitur de verbo* millibus *aut* militibus) *genuinam esse, et numerum* undecim (*si uspiam occurrat*) *variorem esse quam ut ejus ratio habenda sit; deinde lectionem illam non*

(1) Cfr. Acta SS., tom. VIII, pag. 829 et 830. — (2) Vetust. Eccl. Occid. Martyr., pag. 929; cfr Erratorum mantissa ad calcem.—(3) Ibid. et ap. Dacherium, Spicileg. edit. in-fol., tom. II, pag. 20. — (4) Thesaurus Anecdot., tom. III, col. 1584. — (5) Ante ii partem Usuardi, pag. 36. — (6) Ap. Usuardum Sollerii, pag. 614 et 617. — (7) Ampliss. Collect., tom. VI, col. 726.—(8) Lectiones Canisii, edit. Basnagii, tom. II, part. iii, pag. 182.—(9) Act. SS., tom. VIII Oct., pag. 814.—(10) Lib. xi, num. 297. — (11) Kalendar. Eccles. univ., tom. V, pag. 515.—(12) Ap. Martene, Thes. Anecd., tom. III, col. 1561.—(13) Ibid. col. 1570. — (14) Ante ii partem Usuardi, pag. 22. — (15) Ibid. pag. 29. — (16) Spicileg., tom. II, pag. 35.— (17) Post Adonem, apg. 686. — (18) Act. SS. ante tom. II Martii, pag. xxxa. — (19) Vet. Eccl. Occid. Martyrol., pag. 929. — (20) Martyrol. Usuardi, pag. 616.

A *auctarium esse, sed ad ipsum textum Hieronymianum primitivum pertinere; et tertio demum hinc excludi undecim millia Virginum, quæ tardius tantum illetæ fuere sacris laterculis. Valedicendum itaque illi Florentinii conjecturæ; et quidem ipsemet statim addit :* At has non duodecim, sed undecim mille virgines fuisse constans fama est, et Coloniæ non Nicomediæ venerantur. Retinenda ergo omnino videtur a Baronio probata lectio, et a vetustissimo Ms. Antverpiensi confirmata, « duodecim militum. »

et quidem 12000, qui tamen aliis coluntur diebus, atque hic proinde omittendi sunt.

6 *Sed per hæc ad alterum deducimur dubium, videlicet utrum legendum sit* cum duodecim millibus *an* cum duodecim militibus. *Pro hac lectione stat Sollerius, ita rem dirimens* (1) : Inter codices Hieronymianos, ut vetustissimus, ita hodie correctissimus est Epternacensis *seu Antverpiensis;* nam ubi alii ferme legunt : « In Nicomedia Dasi, » Zotici, Gagi cum duodecim millibus ; enormem » numerum, Græcis ipsis incognitum, melius iste » restringit hoc modo : Cum duodecim militibus. » *Pro posteriori itaque hac lectione pugnant Baronius, Florentinius et Sollerius; quibus et addas Georgium* (2). *Verum si mihi post tantos viros sententiam proferre liceat, crediderim lectionem genuinam*

B *esse* cum duodecim millibus; *ita tamen ut hac die proprie celebrentur SS.* Dasius, Zoticus *et* Cajus, *commemoratio autem fiat aliorum Martyrum qui sub Diocletiano Nicomediæ passi sunt. Etenim is mos passim in Hieronymianis fastis deprehenditur ut occasione unius Sancti commemorentur alii, qui participes fuerunt passionum; deinde illinc intelligitur qua de causa Græci solos* Dasium, Zoticum *et* Cajum *hodie commemorent; uno verbo omnia fluunt facillime. Videlicet Græci die* XVIII *Martii decem millia SS. Martyrum Nicomediæ in Bithynia celebrant* (3); *de quibus nulla in Hieronymianis fastis mentio; veniunt quoque aliis diebus integræ Nicomediensium turbæ; ita ut duodecim millium numerus omnino dici nequeat* enormis, *multo minus* Græcis incognitus; *adeoque si Lactantium de Persecutorum mortibus, si Eusebium libro* VIII *Historiæ Ecclesiasticæ aliosque, quos felicissime in unum contulit Tillemontius, legas, cernes ex una parte admirabilem Nicomediensium in fide constantiam, ex altera cæcum persecutorum ardorem, quo quam plurimos possent Christianos morti traderent : ita ut adhibita fuerint celerrima illa supplicia, quæ, quum culter pensilis sat citus non esset, usurpata quoque*

C *fuere sexaginta abhinc annis in Gallia. Neque dicas pleraque monumenta favere* duodecim militibus, *adeoque Adonem, Usuardum aliosque recentiores martyrologos* duodecim milites *scripsisse; hæc enim ipsi hauserunt ex Romano Parvo; qui horum omnium unus fons est et cujus auctori certe præluxit codex aliquis Hieronymianus, similis Antverpiensi; quocirca non plura ex hac quam ex altera parte stant documenta. Quæ quum ita mihi habere videantur, consequens est ut hic omittam* duodecim millia *sociorum, quos aliis diebus jam celebratos fuisse arbitror, aut* duodecim milites, *quos per sphalma introductos dixi.*

SS. Dasius, Zoticus *et* Cajus *flagellis cæduntur et in mare cum molaribus proficiuntur;*

7 *SS.* Dasii, Zotici *et* Caji *mortis genus siluerunt omnia Martyrologia ecclesiæ Occidentalis, usque ad Baronium; qui Menologio usus, quod ex Menæis Græcorum* (*colunt enim hi hac die sanctos martyres*) *collegerat Cardinalis Sirletus, pristinæ annuntiationi addidit hæc verba :* Qui post diversa tormenta in mare demersi sunt. *Atque hæc tormenta enucleatius explicantur in Menologio, olim Basilii Porphyrogeniti jussu descripto; in quo ad hanc diem græce legitur :* Certamen Sanctorum Martyrum Dasii, Gaji et Zotici. Hi sancti Martyres in urbe Nicomedia claruere. Cum autem publicus idolorum festus dies ageretur, fidenter pieque ea, quæ super altaribus posita erant, evertentes, a stultis infidelibus impie facisse existimati sunt. Quare injectis catenis ad judicem rapiuntur : a quo quæcumque excogitari potuere, tormenta experti sunt, durissima verbera, equuleum (*nervum*), plagas, dissecta flagellis latera, carnes cilicinis pannis laniatas. Quæ omnia cum non solum negligerent; sed etiam idolorum vanitatem objurgarent et magna voce Christum solum verum Deum esse testarentur, saxis de collo appensis, in gurgitem injecti [sagittis confossi sunt;] ibique martyrii finem consecuti, gratias Christo regi sæculorum usque ad mortem agebant, quod digni ab eo habiti essent pro ipso mortem oppetere. *Ita latine vertit Card. Annibal Albanus, vix annum* XVII *ætatis transgressus : dabitur itaque mihi duo in hac versione loca corrigere : et quidem post verbum* equuleum *vocabulum* nervum *apposui, uncinis inclusum; græce enim scribitur :* Καὶ ἐπὶ ξύλων ἐκρέμασε· *videlicet* ξύλον *non equuleum, sed nervus seu tabulatum erat, quo pecudum fere* E *more, nervis ad manus pedesque et interdum ad collum stringentibus, rei tenebantur* (4). Sagittis confossi sunt *abundare videntur : Græce quippe scriptum est;* λίθους μεγάλους τοῖς τραχήλοις αὐτῶν περιθεὶς, εἰς τὸν ἔυθὺν κατηκόντισεν· *quæ ultima vox tantum indicat Martyres jaculi instar in profundum mersos esse. Eadem habent Menæa, sed paulo brevius : in quibus hæc ultima encomii verba sunt* ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπερρίφησαν ; *de quibus animadvertas nullam hic de sagittatione mentionem fieri; dein hinc desumpta Baronii verba :* In mare demersi sunt ; *et quidem ad sinum maris seu Propontidis jacet Nicomedia, ut obvii geographi et mappæ Asiæ Minoris ob oculos ponunt.*

ex Lactantio et Eusebio ostenditur eos fuisse domesticos Diocletiani et occasione incendii palatii morti traditos.

8 *Porro si hoc Passionis eorum genus, rarius usurpatum, conferamus cum iis quæ de Diocletiani persecutionis initiis tradunt Lactantius, Eusebius aliique, subibit concludere hos Sanctos Martyres servos fuisse Diocletiani et quidem domesticos. Quum enim die* 23 *Februarii anni* 303 *Diocletianus primum edidisset edictum, quo templa Christianorum destrui et sacræ scripturæ comburi jubebantur, neque hoc pabulo satiaretur Galerii, illorum malorum incentoris, in fideles furor, ignem Diocletiani* F *palatio bis a suis injici curavit: quo crimine onerarentur Christiani et maxime palatii eunuchi, quasi utriusque mortem incendio machinati essent. Non excidit consiliis suis Galerius. Continuo Diocletianus in omnes furere cœpit.* Potentissimi quondam eunuchi necati. Comprehensi presbyteri ac ministri. Omnis sexus et ætatis homines ad exustionem rapti. Nec singuli, quoniam tanta erat multitudo, sed gregatim circumdato igni ambiebantur; DOMESTICI, ALLIGATIS AD COLLUM MOLARIBUS, MARI MERGEBANTUR. Nec minus in cæterum populum persecutio violenter incubuit. *Hæc Lactantius* (5). *Sed aliquantisper enucleatius Eusebius* (6). *Hic enim memorato palatii incendio :* Cujus, *inquit,* cum nostros auctores fuisse publicus rumor falsa suspicione jactasset, imperiali jussu quotquot illic erant Dei cultores acervatim cum suis familiis, alii gladio, flammis alii consumpti periere. Tunc divina quadam alacritate, quæ verbis explicari non potest, conciti viri simul ac mulieres in ardentem rogum

(1) Ibid. l. c. — (2) Martyrol. Adonis, pag. 540. — (3) Acta SS, tom. II Martii, pag. 617. — (4) Cfr Auctarium ad tom. V Oct., pag. 46. — (5) De mortibus persecutorum, cap. 15. — (6) Hist. Eccl., lib. VIII, cap. 6.

insiliisse

AUCTORE V. D. B.

insiliisse dicuntur. ALIOS QUOQUE INNUMERABILES, VINCTOS ET SCAPHIS IMPOSITOS, CARNIFICES IN PROFUNDUM MARE PROJECERE. Sed et corpora regiorum cubiculariorum, quæ post mortem convenienti tradita fuerant sepulturæ, ipsi eorum legitimi domini erui ex sepulcro et in mare projici oportere censuerunt, ne quis illos sepulcris conditos pro diis, ut ipsi quidem opinabantur, reputans in posterum adoraret. Et hæc quidem in ipso persecutionis exordio Nicomediæ gesta sunt. *Atque hæc omnia ad Diocletiani domesticos pertinere videntur, licet aliter senserit Tillemontius* (1). *Nam hujus capitis titulus est :* Περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς οἴκους; *dein postquam meminit Eusebius incensorum* τῶν κατὰ τὴν Νικομήδειαν βασιλείων, *loquens de his qui de incendio suspecti habiti sunt et variis illis modis plexi, designat eos indicio* τῶν τῇδε θεοσεβῶν, *seu ut vertit Valesius :* Quotquot illic (*seu in palatiis*) erant Dei cultores. *Quæ omnia si jam inter se componamus, habebimus primo* SS. Dasium, Zoticum *et* Cajum *domesticos fuisse Diocletiani, non tamen cubicularios aut eunuchos; secundo eos passos initio persecutionis seu anno* 303; *tertio eos, molaribus* (*non quidem illis magnis, sed minoribus quæ manu moverentur*) *collo appensis, in mare projectos fuisse; et quarto demum eos non præcipites datos e rupe, ut in Martyrologio Basilii pinguntur, sed e scaphis, quemadmodum narrat Eusebius. Plura nos fugiunt.* D

(1) Mémoires p. s. à l'hist. eccl., tom. V, pag. 24, edit. 1702.

DE SS. MODESTO, EUTYCHIO, MATERO SEU MAURO ET DISEO MM.

IN AFRICA.

B E

V. D. B.

EX MARTYROLOGIIS.

ANNO VERISIMILITER CCCIV. *Discernendi hi sancti a S. Modesto et sociis Neapolitanis.*

Nicomediensem SS. Martyrum turmam sequitur in Hieronymianis fastis alia Africana his verbis : Et in Africa Modesti, Eutici, Materi, Disei; *in quibus Martyribus enumerandis codices Lucenses, Antverpiensem seu Epternacensem et Corbejensem inter se convenire monet Florentinius. Et quidem si* Materum *in* Maurum *corrigas, prout suadet Morcellius* (1), *non videtur dubitandum quin hæc recta sint; licet et hic ex aliis codicibus nodus aliquis oboriatur. Quum enim in Hieronymianis laterculis ad hanc quoque diem legeretur :* Neapoli Festi, Modesti et aliorum num. CCLXXII, *hinc factum est ut in codicibus, in quibus locorum nomina omissa sunt, utraque turma in unam conflata sit; prout deprehendere est in codice Augustano* (2), *S. Germani Autissiodorensi* (3), *Gellonensi* (4) *et Labbeano* (5). *Ast Richenoviensis* (6) *et auctarium aliquod Bedæ seu Flori* (7), *quæ locorum nomina retinuerant, omiserunt* Diseum *et* Materum *seu* Maurum, *habentque tantum :* In Africa Modesti, Eutici. *Omitto in Augustano* 7000 *inter* Euticum *et* Disseum *interseri; lectio quippe solitaria et nullius frugis. Hos Martyres tempore Diocletiani anno* 304 *in Africa passos ex his quæ sæpius in opere nostro disputata sunt verisimillimum est.*

(1) Africa Christ., tom. II, pag. 373. — (2) Ap. Sollerium, ante in part. Martyrologii Usuardi, pag. 22. — (3) Ap. Martene, Thesaur. nov. Anecd., tom. III, col. 136. — (4) Ap. Dacherium, Spicileg., tom. II, pag 13. — (5) Ap. Sollerium, pag. 29. — (6) Ap. Sollerium, pag. 13. — (7) Acta SS. ante tom. II Martii, pag. XXXV.

DE SS. AFRIGI SEU APRICIO, MACHARIO, DICEO ET PROCULO, MM.

NICÆÆ IN BITHYNIA,

ET DE SS. MODESTO ET CCLXXII SOCIIS MM.

NEAPOLI IN CAMPANIA.

C F

V. D. B.

EX MARTYROLOGIIS.

AB ANNO CCCIII AD CCCV. *Ex Hieronymianis fastis, nonnihil intricatis,*

Post Nicomediensem et Africanum SS. Martyrum manipulos exhibent Hieronymiani fasti apud Florentinium sequentem annuntiationem : Et in Nicea Bithini. Afrigis. Macharis. Dicei. Proculi. Neapoli. Festi. Modesti. et aliorum num. CCLXXII. *Ad quæ hunc commentarium subjicit Florentinius :* Inter plures sub Niceæ nomine urbes signatur hic præcipue quæ in Thracia (*imo in Ponto*) est Niceno concilio celeberrima. In hac duos tantum Martyres recenset Ms. Antverpiense, nempe *Apricium* et *Matthæum*. Sed *Afriges*, non *Aprícius* aliorum est antesignanus in libris nostris et Corbejensi; et *Macharius*, non *Matthæus* dicitur, qui in ordine succedit; deinde *Diceus* et *Proculus*. Hæres tamen in scopulo an *Neapoli*, quod sequitur nomen, Martyris sit vel urbis. Pro Martyre accepisse Dacherium ex modo interpunctionis videtur; quemadmodum in Appendice Adonis etiam Rosweidus ad XII Kal. Novembris : *In Nicæa Bythiniæ Afrigis, Macarii, Dicei, Proculi, Neapoli, Modesti et aliorum numero septuaginta duorum.* (Ex hac appendice, quamvis ex Adone id accepisse Ferrarius

A rius crediderit, in novo Catalogo Sanctorum, immutato nonnihil nomine, *Neapolium* pro Martyre posuit. Ut cum nihil præter putati Adonis auctoritatem addat, nec pondus adjicit, nec nodum solvit. In libris nostris ante *Modestum* et anonymos *Festus* legitur. In monumentis ecclesiæ Neapolitanæ Dengenii et Caraccioli *Modestus* non comparet, et *Festus,* inter socios S. Januarii numeratus, Beneventi, non Neapoli, quiescere dicitur et venerari. Excedit in libris nostris anonymorum numerus. In adducta Adonis appendice *septuaginta duo* cum *Modesto* sociantur, in Martyrologio Corbejensi *octuaginta quatuor;* in ambobus ex codicibus nostris *ducenti et septuaginta duo* signantur, quos alibi memoratos invenire non licuit. *Hactenus Florentinius.*

duplex turma SS. MM. deducenda videtur et Neapoli *nomen civitatis habendum;*

2 *Ante omnia itaque hic quæritur utrum duplex sit turma, altera Nicæna, altera Neapolitana, an vero unica, ita ut verbo* Neapoli *designetur S. Neapolus, qui, ut reliqui, martyr sit Nicænus. Equidem duas esse turmas potius crediderim, tum quia in auctario Usuardi Rosweidano ad diem* 22 *Octobris hæc apertissima leguntur verba* (1) : In Neapoli sancti Festi et Modesti Martyrum et aliorum CCLXXI; *tum quia* B *in omnibus codicibus, in quibus omissa fuerunt locorum nomina, prætorita fuit vox* Neapoli, *utpote loci, non vero Sancti alicujus nomen : ut videre est in codice Augustano* (2), *Labbeano* (3), *S. Germani Autissiodorensis* (4), *Morbacensi* (5) *et Gellonensi* (6). *Re quidem vera objici potest alia quoque sanctorum nomina ibidem omissa; verum in hoc posita est argumenti vis, quod* Neapoli *nomen semper prætoritum fuit; unde nomen loci, non viri habitum videatur. Adeoque ex antiquis documentis unum auctarium Bedæ adversæ parti favere videtur; quum in eo legere sit* (7) : In Nicea Bithyniæ natale Macharii, Proculi Modesti cum aliis ducentis septuaginta. *Ubi vox* Neapoli *omittitur quidem;* Modestus *tamen cum sociis Nicææ adscribitur. Aliquam huic rei vim inesse non negarim; sed non tantam quantam utrique præcedenti argumento putem. Quod autem monuit Florentinius a Dacherio Corbejensem codicem et a Rosweydo appendicem Adonis ita interpuncta fuisse, ut* Neapoli *vox virum, non civitatem designare videatur; verum omnino est. Ast sciendum est La Barre* (8), *qui Dacherii, et Georgium* (9), *qui Rosweydi libros iterum ediderunt, aliter omnino sensisse, atque ita posuisse puncta ut vox* Neapoli *jam ad civitatem pertineat; adeoque Sollerius, Richenoviensem codicem* (10) C *emittens in lucem, eamdem viam tenuit. Quibus omnibus consideratis, probabilius habeo de duobus hic agi sacris agminibus, altero Nicæno, altero Neapolitano. Neque dicas ita expungi ex Calendariis S. Neapolum, qui ab ineunte fere hoc sæculo in Gallia die* 15 *Augusti celebrari et homonymus Neapoleoni haberi cœpit : ille enim nequaquam hic in causa est, quum Alexandrinus Martyr fuerit; de quo sub nomine S. Neopolo uti et de socio S. Saturnino in Opere nostro actum est ad diem* 2 *Maji* (11).

prior Nicæna turba ex quatuor constat;

3 *Difficultatem quoque facessunt nomina. Nicænorum antesignanus in Ms. Antverpiensi seu Epternacensi* Apricius *dicitur, in reliquis uti et in appendice Adonis,* Afriges, *a Ferrario in Catalogo generali sanctorum* Africus : *quæ forma præstet plane ambigo.* Macharius *dicitur secundus in Lucensi et Corbejensi Mss., itemque in auctario Bedæ, Adonis et Usuardi Greveniano, in Catalogo Ferrarii et in Martyrologio Germanico dicto Canisii; quocirca negligenda videtur lectio codicis Antverpiensis, ubi* Mattheus *scribitur; cæterum parum usitatum hoc ævo nomen.* Diceus *et* Proculus *non vocandi in controversiam, quum solus Ferrarius* Procacum *obtrudat. Hos SS. Martyres passos esse anno* 303 *aut* 304, *quum Diocletiani persecutio universæ Bithyniæ incumberet et Nicææ S. Theodotam et filios, S. Diomedem, S. Neophytum aliosque tolleret, videtur indubium. De S. Nicea, quam matrem S.* Proculi *dicunt, suspicionem aliquam movimus inter prætermissos ad diem* 19 *Octobris* (12); *satis fuerit eam hic revocasse in memoriam.*

AUCTORE V. D. B.

altera Neapolitana, distinguenda a Puteolana (quæ inter prætermissos referenda est), ex S. Modesto *et* CCLXXII *sociis.*

4 *Neapolitanum agmen nonnihilo obscurius. Post verba enim :* Neapoli, Modesti et aliorum numero CCLXXII, *jam recitata, sequuntur in codice Corbejensi Dacherii hæc alia :* Puteolis Campaniæ, Proculi, Euticis, Macharii, Donatellæ; *in Lucensibus :* Puteoli Campaniæ Proculi, Euticii et Macharii; *quæ tamen deficiunt in Antverpiensi. Utut est, mirum in modum in aliis codicibus hæc omnia nomina cum Neapolitanis permixta sunt aut truncata. In codice Richenoviensi nude habes :* Neapoli, Festi. *In Augustano* Modesti cum aliis CCLXXII, Macharii, Festi; *in Labbeano :* Modesti cum aliis ducentis et septuaginta. Festi, Macari; *appendix Adonis jam recitata omittit omnino* Festum; *auctarium Usuardi Rosweydianum cum* Festi *et* Modesti *nominibus et sociis* CCLXXI *jam dedimus; auctarium Bedæ valde truncum est, refertque tantum* Modestum cum aliis ducentis septuaginta; *demum in Martyrologio Gellonensi legere est :* Modesti cum aliis ducentis septuaginta duobus (*vox* duobus *deest in Baluzii codice*), Macharii, Festi. *Equidem crediderim* (*ut longiorem disputationem omittam*) *genuinam seu primitivam lectionem esse :* Neapoli Modesti et aliorum CCLXXII. Puteolis Campaniæ Proculi, Euticii et Festi; *ubi postposui* Festum, *quum soli codices Lucenses et auctarium Rosweydianum Usuardi id nomen* Modesto *anteponant.* Macharium *vero omisi, quod idem videtur qui Nicænus, et* Donatellam *utpote in solo Corbejensi codice obviam. Cæterum Proculus et Euticius. Puteolis coronati, Festus cultus Beneventi, pertinent ad S. Januarii Neapolitani agmen; de quo dictum in* F *opere nostro ad diem* 19 *Septembris : unde vero fiat ut hic denuo redeant, sat explicitum in prætermissis ad* 18 *Octobris* (13). *Numerum* CCLXXII *sociorum, cui quippe faveat longe maxima codicum pars, tenendum duxi. Sed nonne* Modestus *cum sociis* CCLXXII *e S. Januarii phalange? Non æstimarim; tum quoniam* Modesti *nomen inter Januarii socios non venit, tum quoniam S. Januario non* CCLXXII *adscribuntur socii, sed sex tantum. Verisimile tamen est* Modestum *cum suo comitatu eodem fere tempore passum, quo S. Januarius; scilicet sub Diocletiano anno* 303. *Cæterum ut præ solis lumine stellæ evanescere videntur, ita* S. Modestus *cum sociis Neapoli præ S. Januarii et sociorum gloria.*

(1) Ap. Sollerium, Usuardi Martyrol., pag. 619. — (2) Ap. Sollerium, ante partem II Usuardi, pag. 22. — (3) Ibid., pag. 29. — (4) Ap. Martene, Thes. nov. Anecd., tom. III, col. 1561. — (5) Ibid., col. 1570. — (6) Ap. Dacherium, Spicileg., tom. II, pag. 55. — (7) Act. SS., ante tom. II Martii, pag. XXXV. — (8) Spicileg., tom. II, pag. 20. — (9) Martyrol. Adonis, pag. 644. — (10) Ante part. II Usuardi, pag. 15. — (11) Act. SS., tom. I Maji, pag. 180. — (12) Ibid., tom. VIII Oct., pag. 385, *c.* (13) Ibid., pag. 276.

A D

DE S. HILARIONE, CONF.

PATRE MONACHORUM IN PALÆSTINA

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. S. Hilarionis biographi.

ANNO CCCLXXI. *S.* Hilarionis *Vitam diligentissime scripsit S. Hieronymus*

Celebre, dum viveret S. Hilarion, *per multas regiones ejus nomen fuit; dicere tamen non ausim celebrius fuisse quam multorum aliorum, qui eamdem palæstram exercuerunt monasticam et quorum vix ulla adhuc superest memoria. Quod autem ejus fama per universum orientem et occidentem perseveravit, dum commilitonum paulatim desierit celebritas, in acceptis certe referendum est S. Hieronymo, qui minus vicennio ab ejus morte quam diligentissime ejus gesta prosecutus est.* B *Cujus diligentiæ testimonia passim ipsa lucubratio subministrat : quorum duo tantum lectori expendenda proponam. Prius est varia vario tempore* B. Hilarionis *victus vestitusque descripta ratio; posterius, indagatum sedulo quantum jam in his, jam illis in locis vixerit sanctissimus monachus temporis spatium : quæ certe novisse non potuit pius biographus, quin accurate omnia ab illius discipulis sciscitatus fuerit, maxime a S. Hesychio, assiduo fere beati viri comite, et forte etiam a S. Epiphanio qui breve ejus elogium conscripserat. Cæterum nemini umquam minus licuit temere et imprudenter aliquid in literas mittere quam B. Hieronymo, adversariis undique circumdato; qui quod in ejus scriptis per fas et nefas carperent lynceis oculis observabant.*

anno 390. *eamque statim græce vertit Sophronius.*

2 *De se ipsemet Hieronymus capite ultimo libri de viris illustribus scribit* (1) : Usque in præsentem annum, id est Theodosii principis decimum quartum, *seu Christi* 392, hæc scripsi.... In Lucam homilias triginta novem; in Psalmos, a decimo usque decimum sextum tractatus septem; Malchi captivi monachi Vitam, et beati Hilarionis; Novum Testamentum græcæ fidei reddidi. *Et ibidem penultimo capite* (2) *scripserat :* Sophronius, vir apC prime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer et nuper de subversione Serapis insignem librum composuit : de virginitate quoque ad Eustochium et Vitam Hilarionis monachi, opuscula mea, in græcum eleganti sermone transtulit : Psalterium quoque et Prophetas, quos nos de hebræo in latinum vertimus. *Hæc Hieronymus de hac sua ipsius* S. Hilarionis *Vita. Certe itaque ante annum* 392 *edita fuit hæc lucubratio, quin etiam græce versa; et quum in recensione scriptorum suorum passim temporis ordinem sequatur B. Hieronymus, ponenda post compositam Malchi Vitam; cujus ætatem prodit* papæ *titulus, Evagrio Antiocheno datus* (3), *qui anno tantum* 388 *aut* 389 *episcopus creatus est* (4). *Longius in definiendo progressi non fuere Tillemontius* (5) *et Stiltingus; neque nos progrediemur, quamquam manifestum sit fieri non potuisse ut a vero aberraverit Vallarsius* (6), *quum* S. Hilarionis *Vitam circa annum* 390 *scriptam dixit,* post interpretationem Homiliarum Origenis in Lucam, quam superiori, *inquit,* 389 assignamus : *ordine nempe, quo sanctissimus auctor sua scripta recenset, ad propius determinandam Homiliarum in Lucam et proin* S. Hilarionis *Vitæ ætatem ductus est Vallarsius* (7).

Id Opusculum S. Hieronymi per Occidentem

3 *Satis vulgo notum est quantum S. Hieronymi libri, quam primum essent editi, ab omnibus expeterentur. Argumenta seligebat plerumque quæ delectationis haberent plurimum; quæ singularia essent et exquisita; quæ animos vehementer moverent; pugnacia; aut quæ doctrinam et reconditissimam eruditionem admitterent; stylo insuper utebatur nitido, facili, nervoso, amplo et elato; fama ejus per orientem vagata æque ac per occidentem; amicos et admiratores habebat studiosissimos, simul et hostes infensissimos et acerrimos vituperatores : quibus si quid magis valeat ad bonam faustamque librorum fortunam, equidem ignoro. Habuit itaque* S. Hilarionis *Vita eamdem sortem quam pleraque alia S. Hieronymi opera. Unde mirum videri nequit quod, quum sæculo* V *collectio fieri cœpta est, quæ deinceps uno quasi vocabula* Vitaspatrum *dici perrexit* (8), *primo inserta fuit libro* S. Hilarionis *Vita : quæ cum reliquis S. Hieronymi beatorum monachorum biographiis illius celeberrimi voluminis quasi fundamentum factum est. Certe in Decreto Gelasiano de libris authenticis seu ecclesiasticis legimus* (9) : Item Vitaspatrum, Paulli, Antonii, Hilarionis et omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus; *quam decreti partem nil suadet Gelasianam non esse. Seorsim quoque, aut cum Vitis Pauli et Malchi reperitur in Mss. codd.; ita ut paucorum librorum frequentiora sint vetera exemplaria.* E

F

et versio Sophronii per Orientem maxime pervulgata fuere; hæc eadem versio

4 *Ut Vita latina per occidentem sparsa est, sic versionem Sophronii per universum orientem susceptam fuisse dubitandum non videtur : cujus rei aliam probationem non dabo, quam quod orientales splendide jam peragebant beati* Hilarionis *festum, dum nulla ejus in sacra liturgia commemoratio fieret ab occidentalibus : de qua re fusius dicemus alibi. Verum tamen Sophronii illius, quod nomen in* Sempronium *aliquando fuisse versum nonnulli volunt* (10), *nulla alia memoria superest quam quæ de eo fit a S. Hieronymo in suo de viris illustribus libro aut quæ indidem desumpta est. Quod pro S. Basilio adversum Eunomium scripsisse dicitur* (11), *mera conjectura est; bona forte, sed sola nominis similitudine et ætatis convenientia nixa. Hanc a Sophronio conscriptam Vitam eam esse, cui initium fit per hæc verba :* Ἐν Παλαιστινῃ πολις ἐστιν οὐκ ἐλαττον ἢ πεντε καὶ τεσσαρακοντα σταδιους ἀπεχουσα Ταζης *et quam latine ex versione Gentiani Herveti edidit*

(1) Ap. Migne, Patrologia, tom. XXIII, col. 717. — (2) Ibid., col. 715. — (3) Ibid., col. 55. — (4) Tillemont, Mém. Ecclésiast. tom. X, pag. 234, Paris, 1705. — (5) Ibid., tom. XII, pag. 129. — (6) Migne, Patrologia, tom. XXIII, col. 18 et 29. — (7) Ibid., tom. XXVI, col. 13 et 14. — (8) Cfr Rosweydus, Vitæ Patrum, proleg. part. II et seq. et Du Cange, Glossar. latinit. v° *Vitas patrum*. — (9) Zaccaria, Storia delle proibizioni de' libri, pag. 36. — (10) Vossius, de Historicis græcis, pag. 257. — (11) Fabricius, Biblioth. græca, tom. IX, pag. 289, edit. 1804.

Lipomannus

A *Lipomannus* (1), *existimavit Rosweydus* (2) : Eodem enim, *ait*, ordine procedit, etsi in quibusdam subinde variet et quædam etiam addat. *Agapius monachus, qui anno* 1515 *Venetiis Paradisum suum lingua græca vulgari edidit, Simeoni Metaphrastæ illam versionem tribuere videtur in universi operis titulo :* Βιβλιον καλουμενον Παραδεισος ἐκ των λογων του ὁσιου καὶ θεοφορου πατρος ἡμων Συμεωνος τοῦ Μεταφραστου μεταφρασθεν παρα Ἀγαπιου μοναχου του Κρητος μετα πασης ἐπιμελειας και ποθου πολλου ἐκ της τῶν Ἑλληνων εἰς την κοινην διαλεκτον. *Volunt* (3) *etiam Leonem Allatium sensisse illam versionem græcam Simeoni tribuendam esse. Dubius hæret Tillemontius* (4) *et cum eo nonnulli alii.*

videtur male aliquando adscripta Simeoni Metaphrastæ.

5 *Equidem dissentire non ausim a Rosweydo. Etenim Leo Allatius, quo nemo melius genuinos Metaphrastis fœtus a suppositis dixtinxit,* τον του μακαριωτατου και φιλουθεου Ἰλαριωνος βιον *in secunda tabella* (*quam vocat*) *ponit* (5); *quæ tabella eorum est* (6), quæ dissimilis oratio et stylus Metaphrasten parentem nolunt agnoscere : *quam scribendi diversitatem facile deprehendi testis locuples est Allatius* (7). *Agapii verba nullius sunt ponderis : quis enim ignorat magnam Vitarum Sanctorum per menses distributarum collectionem passim Græcis dici*

B *Metaphrastæam, ut Vitas patrum latinis Hieronymianas? non quod illi eas integre composuerint, sed quod ex scriptoribus omnibus, quorum opera collata sunt, nullius celebrius nomen est. Quod adeo verum est ut ipse Agapius primam, quam edidit Vitam et quæ S. Josaphat est, S. Joanni Damasceno recte adscripserit. Quod autem nonnulla illi versioni inserta fuere quæ melius abessent, non grave momentum videtur habere. Illo enim ævo eædem versionibus positæ non erant leges quæ nunc passim servantur. Lege versiones librorum Origenis, quas Rufinus paravit, adeoque ipse S. Hieronymus. Præterea versio græca libri S. Hieronymi de scriptoribus illustribus, quam Sophronio deberi longe versimillimum est, integrum caput de vitis apostolorum insertum habet; ego ab aliis interpolatum dicere non auderem, quum nulli ab hoc puri probati fuerint codices. At vero, inquies, additamenta utriusque operis Sophronio indigna. Sed dic age an omnia quæ leguntur in latina* S. Hilarionis *Vita S. Hieronymo digna habeas. Fallax nimis illa argumentandi ratio, nisi aliis indiciis adjuvetur. Quocirca, quum græca illa* S. Hilarionis *Vitæ versio non videatur esse Metaphrastis; quum*

C *ex ipso Hieronymo noverimus aliquam a Sophronio fuisse factam; quumque nullus alius aliam parasse legatur; illam Sophronio tribuendam esse suadere videntur communes prudentiæ leges. Cæterum in quibus Parisiensibus et Vindobonensibus pluteis reperire sit dabit Fabricius* (8).

S. Epiphanius, Sozomenus aliique gesta S. Hilarionis *prosecuti fuere.*

6 *Ante scripserat aliquam* B. Hilarionis *Vitam S. Epiphanius, Salaminæ Cypri episcopus,* qui, *ut in prologo B. Hieronymus testis est,* cum Hilarione plurimum versatus erat; *quum hic scilicet in insula Cypro ad mortem usque degeret.* Brevis *ea erat et ex* locis communibus ad laudandum defunctum *composita. Quocirca, quamquam ante* vulgo legebatur, *diu exquiri nec appeti potuit, postquam B. Hieronymus, ex quo hæc novimus* (*aliud enim hujus epistolæ vestigium non superest*), *defuncti proprias narravit virtutes. Parum similiter curatum quid Sozomenus, qui post B. Hieronymum et Sophronium venit, de* S. Hilarione *scripsisset; quamvis ipse quoque, non contentus S. Hieronymi legere ve-*

AUCTORE V. D. B.

stigia, in B. Hilarionis *gesta eo inquisivit diligentius, quo majores ei debebat grates, quod per eum lumen fidei ad suum genus venisset. Sozomenus itaque cum S. Hieronymo præcipui nostri in hoc commentario erunt duces. Menæa græcorum et alia id genus librorum aliquando quoque citabimus; nec similes libros latinos omittemus. Contra negligemus omnino Vitam S. Epiphanii, quamquam sæpius in ea* S. Hilarionis *mentio fiat; quoniam, etsi res veras contineat et prior pars forte melior sit quam critici aliquot æstimavere, iis tamen nævis, maxime chronologicis, inspersa est ut vel a fabulatore conscripta vel certe mirum in modum interpolata videatur, et nullus adesse videatur modus quo quæ vera sint a falsis secernantur* (9). *Inter recentiores optime* B. Hilarionis *gesta illustravit Rosweydus, vir numquam laudandus satis; Tillemontius, Martianayus et Vallarsius vix quidquam aliud præstiterunt quam proxime eum sequi. Ea quoque nostra sors; qui tamen conabimur, si quæ relictæ fuerint spicæ, eas legere.*

§ II. Vitæ S. Hilarionis chronotaxis. Commoratio Alexandriæ et apud S. Antonium.

E

Vitæ ratio S. Hilarionis *per certos annos distributa.*

Ante omnia si brevem annorum vitæ Hilarionis *synopsim desideras, dabit eam Rosweydus* (10) *ex ipsa a S. Hieronymo conscripta Vita exceptam. Anno ætatis incohante* XVI *intrat* Hilarion *eremum, manetque ibi ad annum* XX *inclusive; ita num.* 5. *Ab anno* XXI *incohante ad* XXVI *ætatis annum inclusive tenuiter victitat, tribus annis in diem lentis sextario, tribus aliis pane arido cum sale; ita num.* 6. *A* XXVII *incohante ad* XXX *ætatis annum inclusive herbis victitat; sic eodem num. A* XXXI *incohante ad* XXXV *inclusive sex uncias panis hordeacei in diem sumit; num. eodem. A* XXXVI *incohante ad* LXIII *inclusive victui oleum adjicit; num. eodem. A* LXIV *incohante ad* LXXX *inclusive pane abstinuit sicque complevit vitæ ordinem; num. eodem et* 38 : *octoginta enim annos vixisse aperte perhibet S. Hieronymus num.* 38. *Aliter quoque texi potest beati viri annorum series et quidem cum annis Christi et reliqua eventorum publicorum successione connecti, dummodo unus alterve universæ catenæ annulus certis temporis punctis conjungantur : quod quidem ita præstabimus, ut universam ejus vitam simul illustremus, maxime itinera; quæ ut in eremita singularia pene sunt et inopinata, sic peculiari studio a B. Hieronymo recensita fuere. Sed initium faciendum ab his quæ quo facta sint tempore accuratius novimus, hinc deinceps reliqua ordinaturi.*

F

Tempora ex quibus pendet universa chronotaxis vitæ S. Hilarionis.

8 *Porro num.* 23 *et* 24 *Vitæ* B. Hilarionis *sequentia legimus :* SEXAGESIMO TERTIO VITÆ SUÆ ANNO cernens grande monasterium, et multitudinem fratrum secum habitantium, turbasque eorum, qui diversis languoribus et immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita ut omni genere hominum solitudo per circumitum repleretur, flebat quotidie et incredibili desiderio conversationis antiquæ recordabatur.... Cumque ita vixisset lugens BIENNIUM, Aristænetas.... venit ad eum, volens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens : Vellem, ait, ipse quoque, si non carcere hujus monasterii

(1) Vitæ SS., tom. VI, pag. 360 et seqq. — (2) Vitæ Patrum, pag. 86. — (3) Fabricius, Biblioth. græca, tom. IX, pag. 294. — (4) Mémoires ecclésiast., tom. VII, pag. 572.—(5) De Simeonum scriptis diatriba, pag. 124. — (6) Ibid., pag. 119. — (7) Ibid., loc. cit. — (8) Biblioth. græca, tom. IX, pag. 294 et tom. X, pag. 255. — (9) Cfr Act. SS., tom. III Maji, pag. 46 et seqq. — (10) Vitæ Patrum, pag. 92.

AUCTORE V. D. B.

tenerer, et si eundi fructus esset. Biduum enim hodie est, quod totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa et substitit. Et post paucos dies veniente nuntio, Antonii dormitionem audivit. *Atqui res ab Rosweido* (1) *et Henschenio* (2) *luculente demonstrata est S. Antonium vita functum fuisse die* 17 *Januarii anni* 356 *seu* XIX *Constantii junioris* (3) : *unde consequens sit mense Januario anni* 356 B. Hilarionem *sexagesimum quintum ætatis annum vixisse. Alibi quoque licet firmiter pedem ponere. Quemadmodum inferius ostendemus, terræ motus, post quem brevi ex Dalmatia Cyprum perrexit* B. Hilarion, *accidit die* 21 *Julii anni* 365. *Vixit deinde beatus vir biennium non procul a Papho et quinquennium duodecimo a mari milliario, mortuus anno ætatis octogesimo, die* 21 *Octobris : quæ ut inter se consistere queant, non integrum septennium, sed sex annos et unum alterumque mensem in insula Cypro degisse dicendus est, et inter exeuntem mensem Octobrem anni* 291 *et ineuntem Januarium sequentis anni natus : verum hæc suo loco explicabuntur latius.*

S. Hilarion, *ad finem anni* 291 *prope Gazam natus, puer pergit Alexandriam;*

B

9 *Natus itaque est* B. Hilarion *ad finem anni* 291, *et quidem ex parentibus gentilibus, prope Gazam in Palæstina et pristina terra Chanaan* (4). *Puer ad scholas Alexandrinas Ægypti missus. Qua via tunc temporis Gaza Alexandriam iretur et vice versa, ex Antonini Itinerario* (5), *ex Strabone* (6) *et Judæo Flavio Josepho* (7) *ubi Titi Alexandria Hierosolymam petentis iter describit, facile intelligimus. Gaza ibatur Raphiam, quæ nunc* Rafa *dicitur; quæ adhuc fontem habet, aliquot rudera et duas columnas ex sienite, priscos Ægypti et Palæstinæ seu Africæ et Asiæ limites* (8). *Juxta Antonini Itinerarium distat a Gaza* XXII M. P., *secundum Leake itinere sex horarum. Hinc usque ad terras, Nilo irriguas, iter per deserta loca serpentiumque multitudine infecta, maxime tamen post Rhinocoruram, instituendum erat; quocirca camelis conficiendum monet Strabo. Porro Raphia itinere* XXII M. P. *venit* S. Hilario *Rhinococuram seu Rhinocoluram, medio ævo dictam* Laris, *nunc* Arisch *seu* El Arisch (9), *ad wadim seu vallem torrente* (10) *sectam cognominem : loca Hebræis nota nominibus* Sihor, torrentis Ægypti, torrentis deserti *et simpliciter* torrentis (11); *primum extra terram Chanaan Ægypti oppidum* (12) *et Nabatæorum olim emporium* (13). *Aliquot adhuc rudera habet et ineunte hoc sæculo a Gallis occupata fuit et munita* (14). *Itinere* XXVI M. P. *Rhinocorura*

C *Ostracinam perrexit* B. Hilarion. *Ostracina nunc dicitur* Straki (15); *sed nonnihil mutata sede, quum jam ad ostium lacus sita sit, Flavii Josephi autem ævo aqua careret, advectitia opus habens. Itinere* XXVI M. P. *Ostracina Casium ivit* B. Hilario, *ubi in monte Casio templum Jovis Casii ei obvium fuit* (16); *nunc huic loco nomen* Ras Kasaroun *seu* El Kas, *non vero* Katieh *seu* Cattia (17). *Casio* XX M. P. *venit dein Pentaschœnum; quam stationem, quinque schœnis* (*ut vox sonat*) *seu* XX *milliaribus distantem, omisere Josephus et Peutingerianus geographus* (18); *atque hic ejus loco Geram posuit* XXIII M. P. *distantem a Casio et* VIII *a Pelusio, dum in Antoniniano* D *Itinerario* XX M. P. *Pentaschœnum a Pelusio distare dicatur. Vero propiores crediderim Peutingerianas tabulas, quum credibile non videatur a Titi exercitu* XXXX M. P. *una mansione confecta esse;* XXXI *enim maximum illis in partibus iter. Pelusio, in cujus pristino pomerio castrum* Tyneh *exstructum est, Heracleopolim Parvam eundum erat* B. Hilarioni *itinere* P. M. XXII; *unde eodem spatio Tanin, Arabibus* Sân, *Hebræis* Zoan, *multis ruderibus, veteris gloriæ reliquiis, insignem* (19). *A Tanin ad Thmuin, nobilem civitatem et ab hirco quem colebat illo dictam nomine, idem iter* XXII M. P. *Hinc aqua patebat via eamque secutus est Titus, aut terris per magnum Nili delta : scilicet Thmuin Cynopolim, nunc* Mehallet el Kebyr (20), M. P. XXV; *Tauam* M. P. XXX; *Andron* M. P. XII; *Nithine* M. P. XII; *Hermupolim Parvam, nunc* Damanhour (21), M. P. XXXIV; *Cercu* M. P. XXIII; *et demum Alexandriam* M. P. XX. *Atque hoc primum* B. Hilarionis, *adhuc pueri, iter sub annum* 300.

ubi anno fere 302, *a S. Achilla catechizatus, baptizatur a S. Petro et multorum martyriorum testis est.*

E

10 *Dum Alexandriæ versaretur novum illud electionis vas, nondum illic perierant studia humaniora, quorum splendorem laudibus adhuc affecerat Strabo* (22), *quamquam multa perpessa jam esset civitas. Florebat non minus doctrina sacra; et quidem S. Achillas seu Archelaus, cui* Magni *cognomen S. Athanasius* (23) *indidit, tunc scholæ catecheticæ magister præerat* (24). *Pontificalis apicis petalum* (*in usu fuisse Alexandriæ testis est S. Marci martyrii scriptor* (25)) *tunc gerebat S. Petrus, qui anno* 311 *martyrium fecit,* XVI *post S. Marcum Alexandrinus episcopus* (26). *Quin ab illo eruditus, ab hoc baptizatus fuerit* B. Hilarion *quis dubitet? Id factum anno* 302 *aut* 305, *ætatis undecimo aut duodecimo, quandoquidem anno Christi* 371, *ætatis octogesimo moriens, Christo* (*ut ipse testatus*) *annos prope septuaginta serviebat. Quum in illa palæstra versaretur sanctissimus juvenis, teterrima Alexandrinæ ecclesiæ persecutio incumbebat, et annis maxime* 304 *et* 305 *innumeros immanibus tormentis tollebat martyres* (27) : *quorum constantia grande exemplum fuit, quo totus in Dei servitium deinceps ferveret* B. Hilarion. *Hæc dum agerentur, innotuit ei B. Antonii fama; et quamquam vix quindecim natus esset annos, et nondum ineunte sæculo* IV *ferveret mirabilis ille fervor, quo postmodum tot tamque præstantes juvenes et viri in eremos et solitudines abrepti sunt, invisit eremitarum patrem seque ejus disciplinæ subdidit.*

F

Annos quindecim natus adit S. Antonium, cujus patria et primum monasterium inquiritur.

11 *At quo in loco reperit B.* Hilarion *sanctissimum magistrum? Cui quæstioni ut satisfiat, res paulo altius resumenda est; quum hoc tantum sæculo Ægypti arcana patuerint. Auctore Sozomeno, natus est B. Antonius in Arcadia seu Heptanomide, et quidem in nomo Heracleote : cujus civitates potissimæ Nilopolis prope* Tarchoub; *Heracleopolis magna, nunc* Ahnâs; *Cœne, nunc* Beny-Soueyf; *Isiu, nunc* Zâouy, *etc.* (28). *Sæpius ille nomus insula dictus est, quod ad orientem clauditur Nilo, ad occidentem canali Josephi, immo potius pristino Nili alveo, ad meridiem canali qui ab*

(1) Vitæ Patrum, pag. 29 et seqq.— (2) Acta SS., tom. II Januarii, pag. 110 et 111.—(3) S. Hieronymi chronicum, ap. Migne, Patrologia, tom. XXVII, col. 687. — (4) Cfr Ritter, Erdkunde, tom. XV, pag. 101. — (5) Itinerarium Antonini, edit. Wesselii, pag. 151 et 152. — (6) Lib. XVI. pag. 1080 et 1081, edit. Oxon. 1807. — (7) De bello Judaïco, lib. IV, cap. 11, Opp. tom. II, pag. 313, edit. Havercampii.—(8) Ritter, Erdkunde, tom. XIV, pag. 140; tom. XVI, pag. 39 et 40.—(9) Ibid., pag. 141 et seqq. et tom. XVI, pag. 38.—(10) Num. XXXIV. 5; Isaias, XXVII, 12.— (11) Ibid., locc. citt., Paral. I. XIII, 5; Jos., XIX, 26; Ezech., XL, 19; Amos, VI, 15. — (12) Paralip. I, XIII, 5. — (13) Strabo, lib. XVI, pag. 1109.— (14) Ritter, Erdkunde, tom. XVI, pag. 36 et 37. — (15) Ibid., tom. XIV, pag. 144. — (16) Fl. Josephus, Bellum Judaïcum, lib. IV, cap. 11, pag. 413. — (17) Ritter, Erdkunde, tom. XIV, pag. 144 et 145. — (18) Ap. Velserum, Opp. historica, pag. 759. — (19) Ritter, Erdkunde, tom. I, pag. 829 et 830 — (20) Ibid., pag. 819. — (21) Ibid., pag. 864. — (22) Lib. XVII, pag. 1123 et seqq., edit. Oxoniens. — (23) Orat. I, pag. 506. — (24) Eusebii Hist. eccl., lib. VII, cap. 32, pag. 289, edit. Mogunt. — (25) Cfr Notæ Valesii ad cap. 24, lib. V, Hist. eccles. Eusebii. — (26) Eusebii Hist. eccl., lib. VII, cap. 32, pag. 289 et 290. Cfr Eusebii et Hieronymi Chronicum, ap. Migne, Patrologia, tom. XXVII, col. 661 et 662. — (27) Eusebii, Hist. eccl., lib. VIII, cap. 7 et 9, pag. 300, 302 et seqq. Act. SS., tom. III April., pag. 372. — (28) Cfr Description de l'Égypte, tom. IV, pag. 400 et seqq.

AUCTORE V. D. B.

A Harabschent (*nonne potius* Menaqueyn (1), *paulo magis ad septentrionem?*) *aquas Nili in canalem Josephi seu pristinum Nili alveum ducit, et ad septentrionem canali cujus initia in Isiu seu* Zâouy *sunt* (2). *Ad lævam itaque seu ac occidentem Nili natus est S. Antonius. Accepto baptismate, coluit aliquandiu vitam asceticam in patria, donec anno ætatis* 35, *Christi* 285 (3) ad montem usque perrexit, ibique FLUMINE TRANSVADATO invenit castellum desertum (4), *in quo* annis viginti solitarie transactis atque ab hominum segregatus conspectibus perduravit (5): *adeoque id castellum ad alterum Nili latus seu ad orientem fuisse positum manifestissimum est; et quidem vix dubito quin ad parallelam pristinæ Ptolemaidis, nunc* El-Lâhoun, *paulo magis ad meridiem quam* Beroubel *esset posita, ad fauces scilicet montis Cisternæ seu Gebei, eo fere loco qui nunc* vetus S. Antonii *seu* monasterium S. Antonii ad Nilum *nuncupatur. Id in altera P. Siccardi* (6) *mappa notatur; et in ejus olim vicinia Angyronpolim fuisse sitam arbitratur Jomard* (7).

Non tamen hic, sed in Phaio primum collegit S. Antonius discipulos

12 *Postquam narravit S. Athanasius viginti annos solitariam illic vitam egisse B. Antonium, dein subdit eum a multis fuisse visitatum, nulla mutatæ sedis facta mentione. Verum ratio habenda est litterarum S. Antonii ad monachos Arsenoitas,* (*quarum meminit*
B *S. Hieronymus et versio legitur in tomo IV Bibliothecæ Patrum Lugdunensis,*) *et maxime monumentorum Ægyptiacorum, quæ Abraham Ecchelensis Maronita* (8) *primus excitavit et ex quibus constare videtur a B. Antonio primum admissos fuisse discipulos in Phaio, non jam ad orientem Nili, sed ad occidentem sito. Et quidem accedit huc ipsius S. Athanasii narratio, ad initia S. Antonii magisterii pertinens* (9) : Quid sane et in Arsenoitarum oppidum gestum sit non transibo silentio. Nam cum fratres vellet invisere et rivulum fluminis Nili, qui crocodilis et multis sævis fluminis bestiis plenus erat, transvadare esset necesse; tam cum comitibus suis transivit illæsus quam inde incolumis rediit. *Habitabant itaque illi discipuli in loco, in quo prius eos congregaverat beatus magister, scilicet ultra canalem prope Arsinoen, quæ et Crocodilopolis dicebatur ob cultum et abundantiam illius generis animantium, nunc autem* Medinat-el-Fayoum, *seu civitas Phaii ad* 28° 41′ 9″ *long. orient. Paris. et* 29° 28′ 48″ *latit. Hanc regionem descripsere complures, quorum dicta in compendium redegit Ritter* (10); *sed multo melius*
C *hujus provinciæ conditio intelligetur, si oculi conjiciantur in mappam, quam hydrographi Martin curis debemus et quæ in Descriptione Ægypti* (11) *excusa est, vel in aliam recentiorem mappam quæ secundum Martinianam composita sit.*

et admisit S. Hilarionem.

13 *Pauca tantum annotabimus : Ægyptum vallem esse Nili, inter duo juga continua montium positam, quorum orientales dicuntur* Arabici, *occidentales* Lybici, *passim innotescit. Nunc ad radices Arabicorum fluit Nilus, olim vero ad Lybicorum, per alveum Josephi canalem* (Bahr-Yousef) *dictum. Porro quum ad latus occidentale Lybicorum montium pars deserti Lybici esset depressior, incredibili labore foderunt veteres Ægyptii per saxosos Lybicos montes canalem, per quem aqua deduceretur ex canali Josephi in depressam illam deserti partem et per multos rivos divideretur in universam hanc tellurem. Quæ nova provincia, a reliqua Ægypto separata et per unum tantum adeunda ostium,* Phaium *nuncupata est seu* nomus Arsenoites. *Huc itaque devenisse censendus est B.* Hilarion, *quum B. Antonium adiit ejusque sese subdidit disciplinæ.*

discribitur secundum illud S. Hilarionis *iter.*

14 *Secundum id suum iter instituit B.* Hilarion *vel ad occidentalem vel ad orientalem Nili ripam; duplex enim terrestris erat via; quin etiam navicula vehi poterat. Verum tunc brevissima et commodissima per ripam occidentalem via; adeoque juxta Antonini itinerarium* (12) *Alexandria* P. M. XXIV *iverit Chercu; hinc* M. P. XX *Hieropolim seu forte Hermopolim Parvam* (13), *nunc* Damanhour (14); *hinc* M. P. XXI *Andropolim, quam eamdem habet d'Anville* (15) *ac præsentem* Shabur; *hinc* P. M. XXXI *Niciu, eamdem secundum d'Anville* (16) *ac hodiernam* Nikios; *hinc* P. M. XXIX *Letopolim; atque hinc demum* M. P. XX *Memphin, cujus situm e regione Babyloniæ seu Cairi ignorat nemo. Memphi porro* M. P. XX *venit Peme, nunc* Bembe *et* Gezyret-Bembe *prope pyramidas* El-Metânyeh (17); *hinc* P. M. XX *Isiu, nunc* Zâouy (18); *inde* P. M. XX *Cæne, nunc* Beny-Soueyf. *Ex Beny-Soueyf in Phaium iter nunc notissimum est. Flectitur ad occidentem et uno* E *die venitur ad* Haouârah el-Kebyr, *in ripa orientali canalis Josephi situm; per pontem transitur ad oppositum in altera ripa vicum* el-Lahoun; *ubi introitus celeberrimæ vallis Phaium* (19). *Jam si quæratur quem in hac valle locum incoluerit cum S. Antonio B.* Hilarion, *equidem dicendo non sum; sed quum illic adhuc supersint monasteria seu potius monasteriorum reliquiæ, vix dubitandum quin harum rerum adhuc servetur aliqua memoria.*

Anno ante, scilicet 305, *eo jam advenerat Prior Nitriensis. Colloquium S.* Hilarionis *cum S. Antonio.*

15 *Venit illuc B.* Hilarion *anno Christi* 306; *ita ut jure merito inter primos B. Antonii discipulos recenseatur. Posterior tamen est Piore Nitriensi, celeberrimo deinde monacho, cujus ad B. Antonium adventus anno* 605 *consignandus est* (20). *Ad hoc tempus pertinere videntur quæ in libellis, quos ex græcis latinos fecit diaconus Pelagius, de SS. Antonio et* Hilarione *lib.* XVII, *num.* 4 *narrantur* (21) : Venit aliquando, *inquit anonymus auctor,* abbas Hilarion de Palæstina ad abbatem Antonium in montem, et dicit ei abbas Antonius : Bene venisti, Lucifer, qui mane oriris. Et dixit abbas Hilarion : Pax tibi, columna lucis, quæ sustines orbem terrarum. *Hæc ad caritatem commendandam ferebantur inter eremicolas. Quod autem hæc ad hoc tempus retuli, causa est* F *non videri umquam postea B.* Hilarionem *ad S. Antonium vivum ivisse, et verba :* Lucifer qui mane oriris *de tirone recte dici. Re quidem vera tunc nondum abbas erat S.* Hilarion, *sed adolescens; non veniebat de Palæstina, sed Alexandria; non in monte convenit S. Antonium, sed in Phaio : verum quis non videt in hoc rerum genere a narratoribus non curari adjuncta, sed ipsas res? Scriptor arabs id colloquium inter S. Antonium et abbatem Hellenum institutum perhibet* (22); *sed Hellenum loco* Hilarionis *positum maxime verisimile est* (23).

Studet sanctus juvenis magistri mores cognoscere.

16 *Duos menses degit B.* Hilarion *apud eremitarum patrem; et quum tunc temporis nullæ essent monasticæ regulæ, sed in hoc esset positum ascetarum et monachorum studium omne, ut quæ optima*

(1) Cfr Description de l'Égypte, Égypte moderne, vol. I, pl. 6. (2) Ibid., pag. 401. — (3) Cfr Act. SS , tom. II Januarii, pag. 110. — (4) Ibid., pag. 114, num. 22. — (5) Ibid , pag. 114, num. 23. —(6) Lettres édifiantes, tom. V, pag. 151, edit. 1810. — (7) Description de l'Égypte, tom. IV, pag. 420. — (8) S. Antonii regula, sermones, vita, pag. 121. — (9) Act. SS., tom. II Januarii, pag. 124, num. 26. — (10) Erdkunde, tom. I, pag. 795 et seqq. — (11) Égypte moderne, vol. I, pl. 6. — (12) Edit. Simleri, pag. 118. — (13) Cellarius, Geograph. antiq., tom. II, pag. 797. — (14) Description de l'Égypte, tom. XV, pag. 367. — (15) Géographie ancienne, tom. III, pag. 12. — (16) Ibid , pag. 13. — (17) Description de l'Égypte, tom. IV, pag. 428 et 429. —(18) Ibid., pag 412 et 415. — (19) Ibid., tom. XVI, pag. 20 et seqq. — (20) Tillemont, Mémoires eccles., tom. VIII, pag. 804. —(21) Vitæ Patrum, pag. 652. — (22) Ap. Abrahamum Echellensem, S. Antonii regula, etc., pag. 84. — (23) Cfr Tillemont, Mém. eccles., tom. VII, pag. 780.

quæque

AUCTORE V. D. B.

quæque ab aliis fieri viderent, eadem ipsimet præstare conarentur, (neque aliam viam ingressus fuerat B. Antonius;) totus intra bimestre istud tempus fuit S. Hilarion *ut B. Antonii mores observaret, ejus dicta conservaret in corde suo et deinceps secundum ea vitam institueret : atque id probe animadvertendum venit. Hinc enim factum est ut res minimæ et tot sententiæ anachoretarum conspicuorum ad nos devenerint, et (quoniam S.* Hilarionis *vivendi ratio exemplo quoque fuit multis) ut hujus quoque beatissimi viri tam copiosam habeamus notitiam.*

§ III. In patriam redux, eremum incolit, admitit discipulos, it Majumam, Hierosolymam, Elusam et in desertum Cades. Miracula. Conversiones.

In patriam cum aliquot monachis anno 306 redux miserrimum ecclesiæ Gazanæ statum videt.

B *Porro postquam asceticæ vitæ fundamenta per breve id spatium posuisset pientissimus adolescens, cum quibusdam monachis reversus est in patriam. Vix dubitandum quin tertium id instituerit iter per Memphim et Babylonem, atque hinc per alveum Nili Pelusium navigio repetens; aliæ viæ longiores et difficiliores* (1). *In patriam redux, non melius in ea rem christianam constitutam vidit quam aliquot mensibus ante Alexandriæ. Universa enim fere Gaza, et multo magis circumpositi pagi, idolorum falsis religionibus vehementer adhærebat; cujus rei occurrent inferius certissima testimonia. Re quidem vera in media natione perversa electos aliquot recensebat Christus; at ecclesiam hanc minus numerosam sævissimus Urbanus, Palæstinæ rector, pluribus jam pridem cruentabat martyriis, Galerio, qui anno ante imperium orientale acceperat, et Maximino cæsare novis edictis persecutionis ignes exsuscitantibus : integro libro hæc explicat Eusebius. Quis tunc Gazæ episcopus, ignotum : verum dubitandum non est quin S. Silvanus presbyter præcipuum Christianorum Gazensium columen tum fuerit. Iterum testem habemus Eusebium : S. Silvanus, inquit* (2), cum a primo ut ita dicam persecutionis die (*seu ab ineunte anno* 304) et per totum deinceps illud tempus variis confessionum certaminibus inclaruisset, ad id usque temporis (*scilicet ad diem usque* 5 *novembris anni* 307, *quo adhuc presbyter ad metalla prope Cæsaream missus fuit, seu potius ad annum* 309, *quo jam episcopus Gazensis factus cum triginta octo sociis capite truncatus est*) servatus fuerat, ut omne illud in Palæstina certamen postremus quasi signaculo clauderet (3).

Distributo patrimonio, pergit in solitudinem ad austrum Gazæ.

18 *Quæ in Ægypto viderat S.* Hilarion *martyria, vidit proin quoque in patria; ubi et parentes suos mortuos esse intellexit. Inter fratres itaque et pauperes hæreditatem divisit, nil sibi reservans.* Erat autem tunc annorum quindecim, *inquit Hieronymus.* Sic nudus... solitudinem, quæ in septimo milliario a Majuma Gazæ emporio per littus euntibus Ægyptum ad lævam flectitur, ingressus est. *Distabat autem Majuma Gazæ seu Gazæ Portus aut Emporium a Gaza stadiis viginti* (4) *seu paulo plus duobus milliariis; ipsa vero solitudo, quam beatus* D *juvenis ingressus est, erat* locus desertus juxta mare, viginti circiter stadiis seu duobus milliaribus a patrio vico *Thabatha* distans (5). *Quo facile quoque intelligitur Thabathæ situs, quinque milliaribus, ut Hieronymus tradit, ad austrum Gazæ jacentis et quidem ad torrentem homonymum, aquas in mare effundentem, ut tradit Sozomenus* (6).

Anno 328 miracula patrare et discipulos excipere incipit. Mazumæ seu Gazæ portus conversio ante annum 337.

19 Viginti et duos jam in solitudine habebat annos, fama tantum notus omnibus et per totas Palæstinæ vulgatus urbes, cum... signorum ejus principium *factum est et concursus populi ad eum fieri cœptus et monasteria in Palæstina exstrui; num.* 8 *et* 9; *quæ anno* 328 *affigenda sunt. Non multo post conversi ad Christi fidem Majumæ seu Portus Gazensis incolæ; vix dubium quin S.* Hilarionis *fama aut etiam opera aliquid eo contulerit. Certe Sozomenus, postquam narravit accolarum Libani felicem immutationem, quam partim agnitæ idolorum vanitati, partim Constantini imperatoris favori, partim attentius examinatæ doctrinæ christianæ, seu etiam signis quibusdam, somniis, aut episcoporum vel monachorum colloquiis debitam fuisse affirmat, continuo addit* (7) : Quo quidem tempore Navale urbis Gazæorum, quod Majuma nuncupatur et superstitioni admodum deditum erat et veteres ceremonias antea semper suspexerat, universum repente ad Christi fidem se transtulit. Imperator vero eorum pietati vicem rependens, maximo honore illos affecit; et locum illum, qui antea urbs non erat, civitatem esse jussit et Constantiam cognominavit : *quæ Majumæ a Gaza separatio ante annum* 337 *ponenda est, quo anno obiisse Constantinum nemo ignorat. Et quoniam beneficio, quod B.* Hilarion *ejusdem oppidi municipi Italico contulit, eo tempore tantum locus esse potuit, quo Majuma et Gaza una adhuc esset civitas, id quoque ante annum* 337 *signandum. Non tamen diu ante : quum enim occasione illius beneficii, quo Majumitæ in circi ludis victores, Gazenses victi fuerant, ad supplicium postulatus fuisset B.* Hilarion (*num.* 11), *Constantii imperatoris ævo recentissima adhuc erat hæc injuria, ita ut Gazenses male sibi timerent, quum apud eos venit dæmoniacus quidam, domo Francus et Constantii imperatoris candidatus* (*num.* 13). *Quem dæmoniaci adventum eadem de causa non diu post annum* 337 *signari posse manifestum est.* F

Pergit semel Hierosolymam.

20 *Ad idem fere tempus figendum videtur Tillemontio* (8) *iter Hierosolymitanum, quod, teste B. Hieronymo in epistola ad Paulinum* (9) *anno circiter* 395 *scripta, semel tantum in Vita B.* Hilarion *instituit. Prosequitur illic sanctissimus doctor argumentum nil deesse christianorum et monachorum fidei, si Hierosolymam numquam viderint : quod ut probet, Ægypti, Mesopotamiæ, Ponti, Cappadociæ et Armeniæ monachorum exempla allegat, qui numquam Hierosolymam viderunt et quibus patet absque hac urbe conspecta paradisi janua. Dein addit :* Beatus Hilarion, cum Palæstinus esset et in Palæstina viveret, uno tantum die vidit Jerosolymam, ut nec contemnere loca sancta propter viciniam, nec rursus Dominum loco claudere videretur.

It Elusam, cujus situs,

21 *Quartum a B. Hieronymo in B.* Hilarionis *Vita indicatum iter instituit beatus vir Elusam, aliquando Elysam dictam, Eulasiam seu Eulatiam, nunc vero* El-Khulasah *seu* El-Kalasa, *et cujus rudera et maxime*

(1) Cfr Antonini Placentini itinerarium, in Actis SS., tom. II Maji, pag. XIV et XV.—(2) De Mart. Palæstinæ, cap. 13, pag. 343. —(3) Cfr Acta SS., tom. I Maji, pag. 468; Tillemont, Mém. ecclés., tom. V, pag. 432 et seqq.; Lequien, Oriens Christianus, tom. III, col. 604 et 605. — (4) Sozomenus, Hist. eccles., lib. v, cap. 3. — (5) Ibid., lib, III, cap. 14, pag. 519. — (6) Ibid., loc. cit. — (7) Ibid., lib. II, cap, 5, pag. 448. — (8) Mém. ecclés., tom. VII, pag. 566. — (9) Epist. XIII, Bened. XLIX, Vallars. LVIII, ap. Migne, tom. XXII, col. 581.

puteus

A *puteus lapideus sæpius hoc ævo visitata fuere. Jacebat Elusa, conspicua olim civitas, non in ipso deserto, sed ad septentrionalem deserti marginem, ut Antoninus Martyr Placentinus (cujus olim Itinerarium spernebatur fere, nunc autem maximi fit) aperte indicat* (1). *Distabat ab Hierosolyma secundum tabulas Peutingerianas* LXXII P. M., *ad viam qua ex sancta civitate ibatur Hailam seu Ailam, nunc* Akaba, *ad cornu seu sinum orientalem maris arabici atque hinc Babylonem Ægyptiacam, a qua non longe distare præsens Cairum supra diximus. Antonius Placentinus seu Martyr, quum Elusam petiit, prius visitaverat S.* Hilarionis *monasterium, atque hinc* venerat in civitatem Duaal in caput eremi, quæ vadit ad Sina montem : in qua ex relatione episcopi ipsius civitatis unum audivit miraculum *de Maria quadam solitaria* (2). *Verum, ni fallor,* Duaal *scriptorum vitio positum est loco* Elusæ; *nam post narratum miraculum, pergit hodographus :* Proficiscentes de Eulatia introivimus eremum; *quin alia de adventu ad Elusam fiat mentio; dein nulla de civitate episcopali* Duaal *superest memoria, neque ejus hucusque reperta vestigia : nequit enim confundi cum antiqua civitate,*

B *nunc* Khirbet el-Gerâr, *ad vallem et torrentem Gerâr posita, itinere trium horarum ad Euronotum* * *ab Gaza distante* (5), *et jacente proin magis ad septentrionem quam S.* Hilarionis *monasterium. Quam ob causam arbitror inter monasterium S.* Hilarionis *et Elusam nullam civitatem fuisse intermediam.*

* sud-est.

incolæ eorumque religio describitur.

22 *Habitatam a Saracenis fuisse Elusam asserit S. Hieronymus; quorum nomen vocabulum persicum esse volunt* Sara-nischyn, *id est* habitatores deserti, *et quo intelligebantur omnes nomades* (4). *Porro quamquam deserti incolæ nonnumquam in varias distinguerentur tribus ab auctoribus veteribus, et Saracenorum gens diversa haberetur a Nabatæorum natione, hic tamen commune nomen esse videtur; quum Elusa, quantum ex antiquorum scriptorum indiciis colligi potest, Nabatæorum potius esset civitas. Cæterum omnium mores, et religio fere eadem. Equis veloces et camelorum regendorum peritissimi; prædæ inhiantes, milviorum more, non secus ac quos nunc* Beduines *nuncupamus. Venerem colebant ob Luciferum, ut tradit Hieronymus. De hoc cultu multi multa scripserunt : quid mihi verisimilius sit paucis exponam. Duplex cultus materia et argumentum erat, alterum Veneris planeta, alterum lapis in formam fœminei capitis inelegantis sculptus*

C *et in templo asservatus : utrumque dictum* Chubar, Chabar, Chabir, *id est* Magnus; *aliquando* Moloch *seu* rex; *quæ nomina communia erant, et aliis quoque diis ab aliis gentibus data. Id numen, quod duplici specie in cælo volvebatur et in terris jacebat immobile, hermaphroditicum fuit et religione impura (ut Cabiri reliqui) delectabatur. In pluribus civitatibus tale monstrum religiose servabatur; et lapis niger, quem nunc Mahometani in kaba Meccensi tam stupide venerantur, hujuscemodi idolum esse videtur, quod adhuc sit superstes.*

Hos partim convertit B. Hilarion; episcopi.

23 *Quum ad Elusates divertit S.* Hilarion, *quam feliciter evangelicam doctrinam sola amicitiæ significatione eis probaverit eosque partim saltem ecclesiæ lucratus fuerit, explicat S. Hieronymus. Quis primus fuerit episcopus non innotescit. Anno* 451 *Ephesinæ synodo subscripsit* Θεοδουλος ἐπισκοπος Ἐλουσης Παλαιστινης, *qui alibi* Abdellas *sermone Syro et Arabico, id est latine* Servus Dei *dicitur; anno* 451 *synodo Chalcedonensi adfuit Aretas; Petrus vero anno* 518 *epistolam synodicam Joannis Hierosolymitani contra Severum probavit, et anno* 536 *synodo Hierosolymitanæ trium Palæstinarum (Elusa Palæstinæ tertiæ et provinciæ Petrensi accensebatur) interfuit Zenobius, et Anthimum aliosque hæreticos damnavit. Sed jam pridem ante, sæculo scilicet* IV *exeunte aut saltem* V *ineunte Elusæ suum fuisse episcopum in historia Sinai montis ascetarum, a Saracenis cæsorum, luculente narrat S. Nilus monachus. De his lege Lequien* (5).

AUCTORE V. D B.

Hinc ad discipulum ivit in desertum Cades; quod iter describitur.

24 *Elusa in desertum Cades ad unum ex discipulis profectus est B.* Hilarion; *quo in itinere non potuit multum deflectere a via, quam anno* 1842 *secutus est Joannes Rowland. Hic Elusa ad Africum* * *perrexit et post duas et dimidias horas obvia habuit rudera oppidi Zephat, ex libro Judicum noti, nunc dicti ab arabibus* Sepâta. *Quadrante horæ longius, loco dicto* Rohéheh *seu* Ruhaiheh *et propter fontem* Bir Rohéheh, *alia rudera ædificiorum, quæ olim a christianis exstructa perhibentur, vidit; hinc interposito spatio viginti sex milliariorum anglicorum, quod intra horas decem camelis peragratur, meridiem versus apparet Moyle, quæ et Moylahi seu Moilâhhi, fontes et statio a peregrinorum turmis sæpe visitata. Tribus quadrantibus inde spelunca, humano opere* E *excavata, cernitur, cui nomen* Beit Hagar, *id est* Domus Agar. *Dein magnum patet desertum; atque huic adjacet, Etesias* * *versus, desertum Cades, prope montem Seir, nunc* Serr *appellatum. Illic reperit Rowland ad ultimos colles montis* Halal, *duodecim milliaribus anglicis ab Moilâhhi, Euronotum inter et Orientem* *, *rupem solitariam, quam adhuc appellant* Kudes *seu* Ain Kudes, *et ex qua Moyses aquam elicuit et hucusque unda copiosa fluere pergit. Atque de his lege vel Rowlandi epistolas* (6), *vel earum analysin apud Ritterum* (7); *in quibus alias quoque circumstantias, quibus loca illa accuratius et distinctius designantur, reperire est.*

* Nord-Est.

* Est-Sud-Est de Moilâhhi

§ IV. Iter ad cellam S. Antonii. Episcopos et monachos visitat.

Anno 357 *aut* 358 *visitat demortui S. Antonii cellam.*

F

Multa alia ad monachos suos instituit *B.* Hilarion *per Palæstinam itinera; quæ sigillatim non attigit B. Hieronymus et de quibus plura hoc loco declaranda non sunt. Interea obiit S. Antonius die* 17 *Januarii anni* 356, *quum B.* Hilarion *sexagesimum quintum ætatis annum ageret; ut supra num.* 9 *ostensum fuit. Cellam sanctissimi sui magistri statuit aliquando visitare in die ejus obitus; quo pervenit medio Januario anni* 357 *aut* 358 : *utro non constat. Æstimat Tillemontius* (8) *profectum esse beatissimum virum ex Palæstina ad finem anni* 356; *ita tamen ut iter non festinaverit, sed passim in stationibus aliquandiu moratus fuerit; contra Henschenius* (9) *ad finem anni* 357, *ita ut non multo plures quam sedecim dies in hoc triverit itinere. Certe se viæ non dedit B.* Hilarion *post anni* 357 *finem; quoniam, ut ex Hieronymo constat, triennio nondum mortuus erat S. Antonius, quum ad ejus monasterium venit pientissimus discipulus : cæterum Henschenii sententia et Tillemontii, ut æque probabilis, sic quoque æque incerta. Nolim tamen sedecim diebus, quos accurate indicat S. Hieronymus, alios multos interserere, propter ingentem comitatum quadraginta*

(1) Act. SS., tom. II Maji, pag. XIV. — (2) Ibid., loc. cit. — (3) Ritter, Erdkunde, tom. XIV, pag. 1084 et 1085. — (4) Ibid., tom. XII, pag. 230. — (5) Oriens christianus, tom. III, col. 735 et seqq. — (6) Ap. Williams, The holy City, app., pag. 488 ad 492. — (7) Erdkunde, tom. XIV, pag. 1077 et seqq. — (8) Mém. ecclés., tom. VII, pag. 569. — (9) Act. SS., tom. II Januarii. pag. 117, num. 57.

monachorum

AUCTORE V. D. B.

monachorum quos secum deducebat beatus pater, adeoque ob victus hospitiique difficultatem, quam pauper hæc multitudo non poterat non experiri aut creare aliis.

Quo itinere venit prius Betheliam, ubi discipulos habebat

26 *Quam viam tenuerit beatus vir explicat S. Hieronymus numeris* 20 *et sequentibus. E suo monasterio cum infinito agmine prosequentium venit Betilium. Ita Surius et editores operum S. Hieronymi usque ad Martianæum; vetus editio Vitarum Patrum* Bethirium; *Rosweydus ex Sozomeno* Betheliam; *Martianayus* Betuliam; *sed priscam lectionem* Betilium *recepit Vallarsius. Codices mss. variant, alii* Betilium, *alii* Vetilium, *alii* Vetuliam, *alii forte* Betuliam *aut* Bethelium *etc. Equidem non dubito quin vera lectio* Betheliam *sit et idem vicus ac ille de quo Sozomenus bis meminit; semel, ubi de illustribus Palæstinæ monachis Salamane, Phuscone, Malchione et Crispione fratribus, degentibus* juxta Betheleam, qui vicus est in agro Gazæorum. Ἐφιλοσοφουν ἀμφι Βηθελεαν κωμην του νομου Γαζης (1); *semel, ubi de avi sui conversione* (2). *In priori loco eo evidentius est agi de nostro Betilio vico, quod addit Sozomenus quatuor illos monachos magistrum hujus disciplinæ habuisse* Hilarionem. *Altero vero loco tradit iterum*
B *hunc vicum prope Gazam fuisse* Βηθελια κωμη Γαζαια, *ibique aliquot a S.* Hilarione *ad fidem traductas familias. Ejus rudera nondum huc usque reperta, sed certe ad africum* * *Gazæ investiganda, forte in* Khan-Hetteh.

* *Sud-Ouest,*

et olim multos converterat,

27 *Et quoniam illius itineris occasio Betilium seu Betheliam nos deduxit, juverit nunc narrare quæ hic vicus B.* Hilarioni *debuerit. Testis omni exceptione major Sozomenus, maxime quod hoc loco sui generis res narrat. Hic enim ubi explicat quomodo Juliani apostatæ ævo multis ex civitatibus, oppidis et vicis fugerent christiani, quod plebeculæ idolatræ impune eos aggredi liceret et male habere :* Cujus fugæ, *inquit* (3), tum alii ex majoribus meis consortes fuere, tum avus meus. Nam cum patre gentili natus esset, ipse tamen cum universa domo omnesque simul qui ex gente erant Alaphionis, primi fidem Christi susceperunt Betheliæ : qui vicus est Gazæorum, abundans incolarum multitudine; templaque habet ob vetustatem, tum ob structuram indigenis veneranda : præcipue vero Pantheon, colli cuidam, manu facto, velut arci, impositum et supra universum pagum undequaque eminens. Unde etiam hunc locum nomen accepisse conjicio et ex syrorum
C *lingua in græcam conversum, deorum domicilium (Beth-elohim ?)* vocari ob illud fanum Pantheon. Porro familias eorum, quos supra dixi, ad christianam religionem conversas esse perhibent ab Hilarione monacho. Nam cum Alaphion ille dæmonio vexaretur, pagani quidam et judæi, incantamentis et magicis quibusdam maleficiis diutius usi, nihil profecerunt. Sed cum Hilarion solo Dei nomine invocato dæmonium expulisset, illi ad christianam religionem se transtulerunt.

adeoque Sozomeni avum, et Alaphionis familiam, quorum laudes recitantur.

28 Et avus quidem meus in exponendis sacris voluminibus excelluit, cum esset eleganti ingenio et intelligentia valeret ad ea quæ scire oportet cognoscenda. Erat præterea disciplinis mediocriter eruditus, adeo ut ignarus non esset arithmeticæ. Ita christianis, Ascalonem et Gazam et finitima loca incolentibus, admodum carus fuit, tamquam utilis ac necessarius religioni, et qui sacrorum voluminum nodos facillime dissolveret. Eorum vero, qui ex altera erant familia (*Alaphionis*), vir- D
tutem vix ullus possit exponere. Primi enim ecclesias illic et monasteria condiderunt, et sanctitate vitæ atque humanitate erga peregrinos et pauperes ea exornarunt. Ex ea porro gente viri quidam boni ad nostram usque ætatem superstites vixerunt; quibuscum jam ætate provectis ipse admodum adolescens versatus sum. *Hos inter non immerito referre videtur Tillemontius* (4) *Salamanem, Phusconem, Malchionem et Crispionem, quos paulo supra memorabam; atque etiam æstimare Alaphionem hunc eumdem esse ac Alaphionem* τὸν ἀπο Ἀσαλεας (5), *sic forte dictum a monasterii sui nomine : sed de his alibi recurret sermo.*

Betheliæ episcopi.

29 *Ex illis initiis orta est paulatim Betheliæ ecclesia, quæ et suos episcopos habuit. In supplemento enim Notitiæ imperii orientalis Hieroclis Grammatici intra Palæstinam primam recensetur* Joppe, Gaza, Ramphia, Ascalon, Ariza, Bityle (6); *et inter eos qui in synodo Hierosolymitana anni* 536, *præside Petro Hierosolymorum antistite, sententiæ in Anthimum subscripserunt, veniunt Manuel Bityliensis* του Βιτυλιου, *Anastasius Iotapæ, Zenobius Eleusinus, Martianus Gazenus, Theodorus Petrarum episcopus etc.* (7) : *adeoque, quamquam nomina* F
episcoporum Palæstinæ I et II inter se hic mixta sint, non videtur dubium quin utrobique de eodem Bitylio agatur, idque non procul a Gaza fuisse situm et Betheliam esse. Manuel non primus illic sedit; sed dudum ante, tempore scilicet Theodosii Magni, jam Ajax quidam in sede Betheliensi reperitur : quum enim natione Majumas esset et ecclesiam Botoliæ administrasse dicatur, την του Βοτωλιου ἐκκλησιαν ἐπετροπευσε, *vix aut ne vix quidam dubitandum, quin iterum de Bethelia agatur. Quin etiam, quum Majumates fidem debuerint B.* Hilarioni, *facile fieri potuit ut Ajax ille, cujus labores, constantiam in fide, et crudeles, a paganis inflictas, verberationes Sozomenus* (8) *memorat, et qui, uxore relicta, vitam monasticam et dein episcopatum Botoliensem seu potius Betheliensem suscepit, facile, inquam, fieri potuit ut Ajax ille a B.* Hilarione *prius rudimenta fidei et postmodum monasticæ disciplinæ præcepta doctus fuerit.*

Visitat monachos prope Pelusium et Lychnon;

30 *Porro postquam B.* Hilarion *Betheliæ infinito agmini se prosequentium suasisset, ut reverterentur et se in Ægyptum abire sinerent, hinc profectus est Pelusium; quo quinto pervenit die, viam eamdem secutus, qua in pueritia Alexandriam petierat. Erant* E
tum in eremo vicina Pelusio, fratres seu monachi, quos ad meridiem Pelusiacæ insulæ seu ad Euronotum ultimi rami Nili non immerito collocat Rosweydus (9). *Et re quidem vera ad meridiem et orientem Pelusii etiamnum desertum jacet quod vix horæ quadrante a civitate illa distat, et quod ab ea tantum dividitur brevissimo spatio paludis, cui Pelusium* (Πηλον, lutum) *nomen suum debere volunt. Non itaque longe Pelusio excurrendum fuit B.* Hilarioni *ut illos videret monachos, quum in vicinia habitarent. Sed longius proficiscendum ei erat, ut ad eos veniret qui in loco Lychnon dicto morabantur. Erat hæc angusta tellus prope Onuphin, ut constat ex subscriptione Adelphii Onuphitæ qui anno* 362 *concilio Alexandrino suum nomen apposuit,* Ἀδελφιος ἐπισκοπος Ὀνουφεως της Λυχνων (10). *Erat Onuphis caput homonymi nomi, cujus meminerunt Herodotus* (11). *Ptolomæus* (12) *et Plinius* (13). *Herodoti ævo erat*

(1) Hist. ecclés., lib. VI, cap. 32, pag. 689. — (2) Ibid., lib. V, cap. XV, pag. 617. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Mémoires ecclés., tom. VII, pag. 567 et 568.— (5) Sozomenus, Hist. eccl., lib. III, cap. 14, pag. 521. — (6) Schelstracte, App. ad opus geographicum, tom. II Antiq. eccl., pag. 714.—(7) Labbe, Concil. tom. V, col. 285 et 286. — (8) Hist. eccles., lib. VII, cap. 28, pag. 751.— (9) Cfr Chorographia mansionum eremiticarum in Vitis Patrum. — (10) Labbe, Concilia, tom. II, col. 819. — (11) Euterpe, cap. 166. — (12) Lib. IV, cap. 5. — (13) Lib. V, cap. 9.

hic

A *hic nomus Calasirium, quæ altera classis bellatorum ægyptiacorum erat, et recensetur inter nomos Thmuiten et Anysium; Ptolomæus autem ponit inter Phthemphuti et Athribiten; Plinius vero inter Busiriten et Saiten. Lequien* (1) *ad dextram Niliaci rivi partem collocat, qui in pseudostoma Diolcon influebat et Onuphin nunc* Nuph *dici asserit. P. Sicard eamdem habet ac* Banoub; *qui vicus, ad septentrionem spectans, paucis distat leucis ab* Maballet el Kebir (*Cynopoli? Choi?*) *et* Samannoud (*Sebennuto*), *jacetque ad sinistram canalis de* Tabanyeh *seu Sebennytici, eadem fere latitudine ac* Mansourah. *Sicardi sententia placuit celeberrimis geographis d'Anville* (2) *et Mentelle* (3); *an aliis displicuerit haud reperi. Ut itaque Lychnon prope Onuphin se conferret B.* Hilarion, *eundum ei erat Heracleopolim parvam seu Sethrum, nunc* Tell el-Shrerig, *quæ secundum Antonini Itinerarium Pelusio distabat* M. P. XXII; *hinc Thanin, nunc* Sân M. P. XXII; *hinc Thmuin, nunc* Tmay el-Emdyd; *atque hinc spatio fere* M. P. XXIII *Onuphin, si modo constet eamdem esse ac* Banoub : *et certe non multo abesse potest. Quum itaque, auctore ipso S. Hieronymo, desertum Lychnon in Ægypto inferiori jaceret, vix intelligi-*

B *tur quomodo præstantissimis editoribus italis ejus operum exciderit, ut hunc locum cum Lyco, extremæ Thebaidis oppido confuderint : provinciæ enim interjacent plures inter Thebaidem et Pelusium. Immo Lychnon confundi nequit cum Lyco seu Lycopoli; quæ quippe non in Onuphite, sed in nomo jacebat Sebennytico* (4), *et quam cl. v. Jomard* (5) *eamdem habet ac præsens* Tell-Mokhdem, *Du Bois-Aimé* (6) *vero* Mehallet Kel-ebyr.

Dracontium, Hermopoleos Parvæ episcopum, Thaubasti exsulantem;

31 *Hinc profectus* B. Hilarion *triduo venit ad castrum Thaubastum, in nonnullis codicibus* Theubaton, Thonbaston *et* Thabaston; *quod editoribus italis idem esse videtur ac Thauba in Arabia deserta : an hæc serio? Ex B. Hieronymo manifestum est id fuisse positum triduano itinere ab Lychnon eodemque spatio a Babylone Ægyptiaca, quæ in vicinia hodierni Cairi erat. Præterea, quum dubitandum non sit quin Dracontius ille episcopus et confessor, quem Thaubasti invisit* B. Hilarion, *ille idem fuerit, qui prius monachus, dein per S. Athanasii suasionem Hermopoleos parvæ factus erat episcopus, atque unus ex sedecim episcopis, quos anno* 336, *quum Georgius Arianus sedem patriarchalem S. Marci invasisset, in exilium egerat Constantius, et cujus reliquas laudes*

C *dabit Tillemont* (7); *ex epistola S. Athanasii ad monachos certum est castrum Thaubastum non procul a cornu occidentali maris Erythræi fuisse situm : eo enim auctore, propulsus Dracontius* in eam solitudinem quæ circa Clysma est, εἰς τα ἐρημα περι το Κλυσμα; *Clysma autem, nunc* Kolzum, *ruderibus aliquot adhuc insigne, in vicinia Suez jacet* (8). *Thaubastum tamen, cujus etiamnum apparent rudera prope lacum* Temsah *ad gradum* 30° *longitudinis Parisiensis, non juxta Clysma aut* Suez, *sed in medio fere deserti super lacus salsos jacet. Eo ut se conferret* B. Hilarion *verisimiliter Tanin rediit; hinc Silas, nunc* Salhieh, *venit, post Thaubastum.*

Philonem, episcopum Cyrenensem, exsulantem Babylone.

32 *Ex Thaubasto potuisset beatus vir pergere Clysma atque hinc secundum mare Erythræum ad S. Antonii venire monasterium; sed quum forte a Dracontio intellexisset Philonem episcopum in exilio degere Babylone, eo intra alterum triduum se contulit. Et quidem Philonem episcopum relegatum fuisse Babylonem,* Φιλωνα δε εἰς Βαβυλωνα, *memorat quoque S. Athanasius in sua ad monachos epistola. Porro ubi Tillemontius* (9) *examinat quis ille Philo fuerit, eo propendet, ut æstimet eumdem esse ac Cyrenensem in Libya episcopum; virum durum, Arianæ hæreseos acrem adversarium; sed consiliorum suorum amantem nimis, ita ut etiam in schisma Luciferi Calaritani inciderit et contra canones ipse unus Siderium Palebiscenum episcopum ordinarit; et certe hæc omnia unius viri videntur fuisse gesta : nomina conveniunt, tempora, loca, mores. Ex Thaubasto Babylonem ivit* B. Hilarion *juxta vestigia veteris canalis quo Nilus cum mari rubro jungebatur, scilicet* P. M. *fere* XV *usque ad Hero seu Pithum, nunc* Abou Kachab, *dein* P. M. XXIIII *per* Thou, *nunc* Abbaceh; *post* P. M. XII *usque ad vicum Judæorum, nunc* Belbéis; *hinc* P. M. XII *usque ad Scenas Veteranorum, nunc* Menaïr; *et demum* P. M. XXIII *usque ad Heliopolim seu On, quam fere certum est Christi Domini infantia sacratam fuisse, et quæ* P. M. XII *a Babylone distabat* (10).

AUCTORE V. D. B.

Hinc venit Aphroditon;

33 Inde egrediens, *inquit B. Hieronymus,* post triduum venit Aphroditon, ubi convento diacono Baisane, qui, locatis dromadibus camelis, ob aquæ in eremo penuriam, consueverat euntes ad Antonium ducere etc. *Aphroditi, quod nomi Aphroditopolitæ caput erat, situs quam proxime ex antiquis geographis notus est. Loca collegit Cellarius* (11) *atque ex iis constat oppidum et nomum Aphroditi seu Aphroditopolis ad orientem nomi et insulæ Heracleopolis Magnæ* (*nunc* Annas) *fuisse positam. Plurimum luminis affudit d'Anville* (12) *scriptis usus P. Sicardi, et æstimavit Aphroditon hodiernum* (13) *esse* Atfyh, *etiamnum caput provinciæ homonymæ; quam opinionem certam fecit Jomardus, unus ex celeberrima illa virorum doctorum legatione, cui rerum Ægyptiacarum penitior notitia in acceptis referenda est. Aphroditon id nomen datum a græcis, quod ibi Venerem coli crediderunt, manifestum est; sed ex antiquis monumentis et ex testimonio Strabonis, vacam albam Isidi sacram ibi nutritam fuisse referentis, nunc apprime constat Isidem cum Venere ab illis fuisse confusam, exemplo nequaquam raro* (14). *Concilio Ephesino subscripsit* Χρυσαοριος ἐπισκοπος Ἀφροδιτων Chrysaorius Aphroditanus; *nec dubium quin episcopus ille sit hujus nostræ Aphroditopolis* F *(tres nempe homonymæ civitates fuere in Ægypto), quum ejus ibi nomen legatur aut post Eusebium Nilopolitanum* (15) *aut post Heraclium Heracleensem* (16); *quæ vicinæ civitates erant. Successores ignoti : nisi quod sæculo* XI *et sequentibus aliquot ibidem sederint Jacobitæ, dicti episcopi Atfiæ* (17).

quod iter denuo describitur; hinc pergit ad S. Antonii cellam.

34 *Babylone venit* B. Hilarion *Aphroditopolin per Scenas Mandras* (*nunc forte* Gemmâsez el-Kebyr), *quæ a Babylone juxta Antonini Itinerarium* (18) *distabat* M. P. XII (*immo* XXII) *et ab Aphroditopoli* M. P. XX : *quam locorum distantiam iterum mensus est Jomardus* (19). *Aphroditopoli ivit* B. Hilarion *ad locum, cui nunc in mappis P. Sicardi* Beroubel *est nomen, olim forte Thimonepsi, quæ* M. P. XXIV *ab Aphroditopoli distabat* (20) : *a* Beroubel *autem ad*

(1) Oriens Christianus, tom. II, col. 525. — (2) Géographie ancienne abrégée, tom. III, pag. 15. — (3) Géographie ancienne, tom. II, pag. 471. — (4) Stephanus, de Urbibus, pag. 450. — (5) Description de l'Égypte, tom. IX, pag. 555 et seqq. — (6) Ibid. tom. VIII, mappa ad pag. 75. — (7) Mém. ecclésiast., tom. VIII, pag. 145 et seqq.; 171 et 697. — (8) Ritter, Erdkunde, tom. XII, pag. 170 et seqq. — (9) Mémoires ecclés., tom. VIII, pag. 172, 234 et 697. — (10) Cfr Antonini itinerarium post Æthici Cosmographiam, pag. 121, edit. Simleri. — (11) Geograph. antiq. lib. IV, cap. 1, tom. II, pag. 811. — (12) Géographie ancienne, tom. III, pag. 30. — (13) Description de l'Égypte, tom IV, pag. 421; edit. Pankoucke. — (14) Ibid., pag. 422. — (15) Labbe, Conc., tom. III, col. 541. — (16) Ibid., tom. IV, col. 285. — (17) Cfr Renaudot. Hist. patriarcharum Alex. Jacobitarum, pag. 458, 492, 568 et 569; et Lequien, Oriens Christianus, tom. II, col. 585 et 586. — (18) Æthici Cosmographia, Antonini Itinerarium, pag. 120; edit. Simleri. — (19) Description de l'Égypte, tom. IV, pag. 421. — (20) Antonini Itinerarium, pag. 120.

septentrionem

AUCTORE V. D. B.

septentrionem montis Hajar-Moussoum *via etiamnum sternitur in desertum* Baquaram *seu Vaccæ dictum, et aliquando* Sannour *seu Felis. Huic deserto ad orientem limites montes* Kelei; *quorum fauces quoque transeundæ sunt ut venias in incultam planitiem* Arabam, *montibus Colzim, quibus succedit littus Maris Rubri, ad orientem finitam. In parte septentrionali montium Colzim S. Antonii tunc erat habitatio; quæ et nunc ejus monasterium dicitur et cujus effigiem dabunt mappæ P. Sicardi* (1). *Præterea id unum monebimus, idem omnino id iter confectum a* B. Hilarione *intra triduum, in quo faciendo quatriduum posuit P. Sicardus.*

§ V. Commoratur Aphroditi, pergit Alexandriam et in Oasim interiorem.

Redux Aphroditon, in vicinia vitam monasticam agit.

B *Quæ porro die* 17 *Januarii et sequentibus anni* 357 *aut* 358 *in monte seu monasterio S. Antonii egerit* B. Hilarion *fuse explicat S. Hieronymus.* Reversus ad Aphroditon duobus secum tantum retentis fratribus in vicina eremo moratus est. *In utraque Nili ripa, non procul ab Aphroditopoli, exstiterunt olim monasteria, atque nunc etiam in ripa occidentali, in loco, cui nomen* Bouche, *unum superest, asceteriorum S. Pauli et S. Antonii ad Mare Rubrum hospitium et caput. Verum id non videtur esse, quo* S. Hilarion *se receperit; neque aliud quodcumque ad occidentem Nili; sed potius in eremo quæ ripa orientali Nili et montibus arabicis concluditur, in nomo Aphroditopolite, et forte in ipso loco quæ in mappis S. Antonii monasterium dicitur, non procul a veteri Ancyronpoli, ad fauces montis Gibei, per quas ibatur quoque ad alterum S. Antonii monasterium, inter* Atfyh (*Aphroditopolim*) *et* Bayâd (*Thimonepsi?* (2)).

Ibi anno 359 *siccitatem finit.*

36 *Annos duos plus minus illic quiete gavisus est* S. Hilarion; *sed æstate aut autumno anni* 359 *turbari cœpit. Etenim* jam triennium erat, quod clausum cælum illas terras arefecerat, ut vulgo dicerent Antonii mortem etiam elementa lugere; *num.* 22; *quocirca rogarunt accolæ* B. Hilarionem *ut precibus suis sibi prospiceret. Porro, quum a die* 22 *Junii crescere incipiat Nilus et* 22 *Septembris*
C *decrescere, ita ut ad finem Decembris annua ejus incrementa omnino cessarint* (3); *oportet ut triennalis illa siccitas observata fuerit æstate aut autumno anni* 359. *Post irrigationem serpentes et venenata animalia ubique orta* (*num.* 22); *a quibus quum agricolæ et pastores plurimi vulnerati essent, atque oleo a* B. Hilarione *benedicto sanati, tantis eum cumularunt honoribus, ut quo certius eis se subduceret, agrum Alexandrinum petiit. Id factum partim exeunte anno* 359, *partim* 360 *ineunte : videlicet agricolæ illi Ægyptiaci id discrimen serpentinorum vulnerum non adiverunt ante inceptum mensem octobrem, quo satio fit* (4), *nec pastores ante finem mensis martii, quum messis fit* (5) *et oves capræque ad graminis reliquias depascendas a pastoribus educuntur* (6).

37 *Quamquam quæ tunc in nomo Aphroditopolitano vicinisque locis patravit* B. Hilarion *miracula incredibilem ei conciliarint existimationem, ita ut alter Antonius haberetur, non tamen statim profectus est, ut ex sequentibus liquebit, sed exspectavit saltem usque ad autumnum anni* 362. *Tunc novo itinere* perrexit Alexandriam B. Hilarion, inde ad ulteriorem *aut* interiorem Oasim eremum transiturus. *Quæram alio loco* ulteriorne *an* interior *Oasis legenda sit, adeoque utrum* Magna *an* Parva *indicetur; utravis ea fuerit, prima specie quam maxime mirum videtur beati viri iter. Oasis enim Magna ad Ægyptum superiorem, Parva ad mediam pertinet, neque hæc septentrionem versus supra gradum* 29 *ascendit. Quid itaque Alexandriam, in ultima septentrionali plaga sitam, prius ivit* B. Hilarion? *Ut enim ex nomo Aphroditopolite ad Oasim Parvam se conferret, Alexandriam pergere non debebat, sed Nilo transvehi, atque hinc, occidentem versus recta gradiens, nomum Crocodilopolitanum transire* (7); *ut autem Oasim Magnam peteret, ad meridiem potius quam ad septentrionem eundum ei erat* (8). *Verum, re explicata, aliter statuendum videtur. Hoc enim tempore negotia ecclesiastica pessima erant conditione in universo imperio, maxime in Ægypto. Anno* 356, *ut jam dictum,* E *Georgius Arianus in sedem Alexandrinam intrusus fuerat; catholici crudeliter habiti a Sebastiano duce et ab ejus successore S. Artemio, qui tunc Arii sequebatur partes; episcopi quaquaversum in exilium relegati; et speciatim episcopi Oasis Magnæ missi in Parvam, Parvæ autem pulsi in Magnam. Julianus quidem apostata exules omnes ad suas sedes revocaverat; sed fraudulento consilio, ut videlicet catholicos ubique cum arianis committeret et dissidiis christianorum causam juvaret idololatrarum. Alexandriæ res turbatæ quam maxime; atque hinc tamen, quoniam hæc civitas et caput Ægypti et patriarchæ sedes erat, jam præcipuum sperandum erat robur et fulcimentum. Quis itaque dubitet quin* S. Hilarion, *quem jam alibi ecclesiasticis negotiis occupatum deprehendimus, Alexandriam se contulerit, magistri Antonii exemplum secutus et secundum id pro ecclesia Dei adversus Arianos pugnaturus?*

D *Autumno anni* 362 *pergit Alexandriam, ubi Julianus Ap. et Ariani res ecclesiasticas maxime turbabant.*

In vicino Bruchio, tunc deserto,

38 *Quemadmodum S. Antonius paucissimos dies Alexandriæ substitit, sic quoque* S. Hilarion *vix eo advenerat, quum inde se proripuit et ad fratres quosdam, sibi in vicino Bruchio notos, divertit. Bruchium autem olim suburbium, immo pars ipsius civitatis Alexandriæ erat, et forte omnium ditissima* F *et pulcherrima, utpote templis et palatiis fere occupata. Jacebat ad lævam intrantium portum maximum. Hic nempe ad orientem promontorio Lochia nunc* Pharillon, *finiebatur; et incipiebat Bruchium ad meridiem promontorii illius et secundum maris littus porrigebatur orientem versus; ita ut, quum in crucis latinæ formam duabus viis secaretur civitas, Bruchium ad stipitem jaceret inferiorem, septentrionem versus. Accurate collegit Bonamy* (9) *ea omnia, quæ antiqui de Alexandria et de Bruchio tradiderunt et tentavit secundum ea pristinam Alexandriæ formam restituere; verum alii postea, quum melius novissent hodiernam Alexandriæ ejusque viciniæ compositionem, felicius eamdem operam susceperunt; quos inter maximam sibi meruerunt laudem Saint-Genis* (10) *et Gratien Le Père* (11), *ambo ex legatione*

(1) Lettres édifiantes, tom. V, pag. 151. — (2) Description de l'Égypte, tom. IV, pag. 420 et passim. — (3) Sicard, Discours sur l'Égypte, chap. IV, Lettres édifiantes, tom. V, pag. 369 et passim. — (4) Description de l'Égypte, tom. XVII, pag. 49. — (5) Ibid., pag. 50. — (6) Ibid., pag. 129. — (7) Cfr Belzoni, Narrative of the operations and recent discoveries within the Pyramids, pag. 364 el 365, edit. Brussels, 1835. — (8) Cfr. Description de l'Égypte, Atlas géographique, mappa 12. — (9) Mém. de l'Académie des inscript. et belles lettres, tom. IX, pag. 416 et et seqq. — (10) Description des antiquités d'Alexandrie et de ses environs in opere : Description de l'Égypte, tom. V, pag. 181 et seqq. — (11) Mémoire sur la ville d'Alexandrie, in opere : Description de l'Égypte, tom. XVIII, pag. 383 et seqq.

virorum

A *virorum doctorum ægyptiaca; qui et tomo V Atlantis Ægypti antiquæ tabulam* XXXI *inseruerunt, qua pristinus Alexandriæ status ob oculos ponitur, et tomo II Atlantis Ægypti recentioris tabulam* LXXXIV, *qua præsens Alexandriæ ejusque viciniæ conditio quam accuratissime exhibetur. Nobis autem satis fuerit qualicumque modo Bruchii indicasse situm.*

olim florentissimo, cum monachis unam diem agit.

38 *Quum floreret Alexandria, surgebant in Bruchio musæum seu bibliotheca major, theatrum, palæstra, mæandri, stadium, forum, gymnasium, amphitheatrum, soma seu Alexandri aliorumque regum Ægypti sepulcrum, templum Isidis, plura alia fana et palatia* (1). *Multa passa hæc civitatis regio, dum bellum inter C. Julium cæsarem et Pompæum ferveret; non minus anno* 270, *imperante Claudio II; et quinquennio post sub Aureliano* (2); *ita ut medio sæculo* IV *scriberet Ammianus Marcellinus* (3) : Alexandria... amisit maximam regionum partem, quæ Bruchion appellatur, *nec mirandum sit monachorum eam solutitudinem fuisse eodem ævo, quo eam adiit* S. Hilarion, *civitatis tumultus fugiens. Unum tantum illic degit diem.*

Ad mortem quæsitus Juliani permissu a Gazensibus, in christianos furentibus

39 *Divinitus enim ibi doctus fuit se quæri a Gazensibus, quibus per Julianum apostatam licitum erat, eum impune morti tradere. Veterum injuriarum, ut ipsi putabant, hæc vindicta. Et quidem Majumæ, Gazæ portus conversionem ad fidem; miracula in gratiam Majumitarum, qui Gazenses vincerent, a* B. Hilarione *patrata; divisionem Majumæ a Gaza et Constantiæ nomen illi tributum, præcipuas fuisse causas odii Gazensium in Majumitas et maxime in* B. Hilarionem *supra num.* 19 *indicavimus. Ibidem et num. seq. statuimus jam ante Constantini obitum ad mortem postulatum fuisse* B. Hilarionem *a Gazensibus. Quod quum ausi fuissent regnante imperatore christiano, nil profecto mirum si pristini odii memores fuerint, quum Julianus se palam gentilem professus est et gentilium fautorem. Et quidem nuspiam in universo imperio magis contra christianos debacchati gentiles quam Gazæ. Imprimis,* ubi Julianus ad imperium pervenit, Gazæi adversus Constantienses (*Majumitas*) litem moverunt; ipse vero in ea causa judex sedens, Gazæis Constantiam adjudicavit, viginti circiter stadiis (*seu passibus* MD) ab ea dissitam. Atque exinde priore spoliata vocabulo, maritima pars urbis Gazæ appellatur : ac civiles quidem magistratus, et duumviri et resp. ambabus communis est; quod vero ad ecclesiam
C pertinet, ea solum parte duæ urbes etiamnum videntur (4). *Hac victoria non steterunt Gazenses : qui quippe non ita multo post Eusebii, Nestabi et Zenonis, trium fratrum christianorum, sanguine se sordidarunt incredibili crudelitate* (5); *alios christianos egerunt in fugam* (6); *eorum templum incendio deleruntt* (7); *neque intra sua se continuerunt mœnia, sed circumcirca stragem fecere.*

et qui exeunte anno 362 *ejus monasterium destruxerant,*

40 *Destruxerunt nempe* B. Hilarionis *monasterium, ut testis est S. Hieronymus, num.* 23; *quo maxime impletum fuit vaticinium, quod de Palæstina proficiscens sanctissimus vir ediderat. Accidit hæc clades post mensem augusti anni* 362, *quo Georgius, pseudopatriarcha Alexandrinus, occisus est* (8). *Sozomenus* (9) *enim luculente tradit facinora Gazensia post Georgii cædem patrata fuisse; quin etiam Juliani animum mutabilem culpat, quod, quum Alexandrinos ob Georgii cædem reprehendisset, Gazæos per literas non increpuit; immo quod consularem, qui tunc provinciam illam regebat, exauctoravit, incusans eum quod quosdam ex Gazæis, qui seditionis ac cædis auctores fuisse dicebantur, comprehensos in vincula conjecerat. Omittit Sozomenus preces a Gazensibus ad imperatorem datas, quibus* Hilarionis *et dilectissimi ejus socii Hesychii mortem efflagitarant, et ut ambo quærerentur toto orbe scriptum fuisse* (*quæ apud Hieronymum*); *sed addit* (10) per idem tempus, *quo res christiana tantopere Gazæ passa est,* Hilarionem quoque monachum a Gazæis quæsitum.

asino vectus,

41 Egressus ergo *beatissimus vir* de Bruchio, *quum fere in eo esset ut in quæsitorum manus incideret,* per inviam solitudinem intravit Oasim; *et quidem non cymba, sed asino vectus, quo Alexandriam quoque advenerat; unde intelligimus hæc esse facta, postquam Nili undæ se in alvum recepissent, viæque jam essent siccatæ, et proin eo temporis intervallo, quo S. Athanasius a mense Augusto ad Decembrem anni* 362 *Alexandriæ publice degit* (11); *quocum tamen an colloquium habuerit* B. Hilarion *non constat. Quoniam vero hic et num.* 20 *Vitæ mentio incidit de jumento, quo utebatur beatus vir, libet pauca ea de re annotare. Nec vilis, nec superba illis* E
in partibus bestiæ hujus usura; sed communis pauperibus et divitibus et longe facillima. Asino certe utebatur S. Athanasius, Alexandrinus patriarcha, quum anno (*ut videtur*) 363 *Ægypti diœceses lustrabat; ut ex Vita S. Theodori abbatis Tabennensis, quæ* S. *Pachomii Vitæ immixta est, constat. Ille enim, quum beato præsuli cum suis monachis obviam esset factus,* pontificis asinum manu duxisse *perhibetur* (12). *Præterea ut verbis utar Fratris Felicis Fabri O. P., qui anno* 1480 *et iterum postea admirabili sagacitate Orientem pervagatus est,* asini sunt secundum eorum conditiones animalia magis apta pro transitu eremi quam equi. Est enim asinus animal oneriferum et laboris patiens, vili et modico cibo contentum. Inter tribulos enim, carduos et spinas carpit cibum suum et arbusta densa et spinosa intrat... Potus ejus est aqua, quam libentius bibit turbidam, crassam et tepidam quam recentem, et modicum valde bibit.... Tribus diebus et noctibus continuis durare et laborare potest sine potu... In luto male vadit, sed in sicco etiam asperrimo, equis periculoso, optime et secure incedit. Tempore pluviali est triste animal et involuntarium. Ideo in
Oriente et in Ægypto sunt asini valde boni, cum F
non sit ibi frigus, nec pluvia, nec lutum.... Asinorum incessus velocior est [quam] camelorum. *Hactenus F. Felix* (13); *quo cum innumeros recentiores viatores consentire vix est quod moneam. Non tamen semper asini utebatur ministerio* B. Hilarion, *sed aliquando cameli; quemadmodum num.* 24 *tradit B. Hieronymus.*

venit in Oasim interiorem seu El-Wahat El-Dakhelat.

42 Egressus ergo de Bruchio per inviam solitudinem intravit Oasim, *num* 25. *Jam diximus non convenire inter se codices et libros impressos de Oasis cognomine : superius scilicet, ubi libri impressi habent :* Perrexit Alexandriam, inde ad ulteriorem Oasim eremum transiturus, *codex S. Floriani, monente Rosweydo, necnon priscus codex Ingolstadiensis, dein Bollandianus, nunc regio-bruxellensis numm.* 8625 *et seqq.* interius monasterium *habent;*

(1) Strabon, lib. XVII, pag. 1126 et seqq. Oxonii, 1807; Cfr Mémoires de l'Académie, etc., tom. IX, pag. 422 et seqq. et Description de l'Égypte, tom. XVIII, pag. 455 et seqq. — (2) Cfr Opp. citt. — (3) Lib. XXII, cap. 16. — (4) Sozomenus, Hist. eccl., lib. V, cap. 3, pag. 597. — (5) Ibid. cap. 11, pag. 605 et seqq. — (6) Ibid. cap. 15, pag. 617. — (7) S. Ambrosii epist. XL, num. 15, ap. Migne, Patrologia, tom. XVI, col. 1107. — (8) Cfr Pagi, Critice in Annales Baronii, ad an. 362, num. 12. — (9) Hist. eccl., lib. V, cap. 9, pag. 607. — (10) Ibid. cap. 10, pag. 607. — (11) Cfr Tillemont, Mémoires eccles., tom. VIII, pag. 204 et 215. — (12) Act. SS. tom. I Maji, pag. 762 et tom. III, pag. 551. — (13) Evagatorium in Terræ sanctæ, Arabiæ et Ægypti peregrinationem, tom. II, pag. 380 et 384.

AUCTORE V. D. R.

et tertius olim collegii S. J. Bruxellensis, nunc bibliothecæ regiæ numm. 5495 *et seqq.* ad interiorem Nicosam *exhibet et inferius loco Oasis iterum* Nicosam; *præterea vetus editio :* Ad interius monasterium Oasam *dedit; et monent editores itali non* ulteriorem Oasim, *sed* interiorem *legi in Mss. Porro* Oasim *legendum esse, non* Oasan *aut* monasterium *indubium est; utrum vero* ulteriorem *an* interiorem *non item. Attamen, quamquam plerisque editoribus* ulterior Oasis *præplacuerit, potius probanda videtur* Oasis interior; *tum quod non temere a tot codicibus Mss. recedendum est, tum quod* ulterior Oasis *antiquis non videtur fuisse cognita,* interioris *vero aliquod superesse videtur vestigium. Re quidem vera hanc appellationem in scriptis latinis reperiri haud scio; sed Olympiodorus, scriptor græcus ineuntis sæculi* V, *et B. Hieronymo coævus, aperte hanc dictionem habet. Audi Photium* (1) : Tres Oases esse tradit : duas magnas, exteriorem unam, alteram interiorem τὴν μὲν ἐξωτέρω, τὴν δὲ ἐσωτέρω, e regione sibi invicem oppositas, centum milliarium spatio interjecto, cum tertia parva, longo interstitio ab alteris duabus separata. *Geographis arabibus quoque, qui vulgo nomina ægyptiaca, græca, latina aliaque ad*
B *verbum in suum idioma vertunt,* Oasis interior (El-Wahat-el-Dakhelat) *celeberrima est. Makrizi, Soyouthy, Ebn Ayas aliosque a Langles in Commentario de Oasibus testes hujus rei citari tradit Ritter* (2); *quibus adde præstantissimum sæculi* XII *geographum arabem Edrisi, cujus opera integra viginti tantum abhinc annis fuere edita* (3).

cujus situs

45 *Atque hi omnes per* Oasim interiorem *eam intelligunt, quæ ad Nili latus occidentale, interposito Lybiæ deserto, latitudine Ægypti superioris et mediæ jacet, duas series seu catenas insularum in medio mari arenoso seu deserto constituens, et latitudine Thebarum, seu inter* 25 *et* 26 *gradus latitudinis, longitudine vero ad meridianum Parisiensem gradu* 26, *porrecta; dum Oasis exterior, seu* El-Wahat-El-Khargéh, *quam Olympiodorus e regione Oasi interiori oppositam dixit et inter gradus* 24 *et* 26 *latitudinis protenditur, propius ad Ægyptum jacet, inter gradus scilicet* 28 *et* 29 *longitudinis; atque hæc etiam quasi insulam in siccato arenoso mari constituit. Quum autem aliquot tantum horarum spatio dijungerentur, sæpius tamquam una habebantur Oasis, quæ absolute dicebatur* Oasis, *ut paulo infra eam ipse appellat S. Hieronymus. Eo tamen nomine intelligi solebat*
C Oasis Thebana *seu* Magna (4); *qua posteriori designatione utebantur, ut eam discernerent ab* Oasi Parva, *inter* 28 *et* 29 *gradus latitudinis posita.*

et duplex via indicantur.

44 *Jam siquis nunc Alexandria ad Oasim interiorem se conferret, prius Cairum pergeret; hinc secundum Nilum iret usque ad* Monfalout, *cujus latitudo* 27°, 30′ *et longitudo* 28°, 40′; *hinc Africum versus deflectens duorum fere graduum spatio per deserta loca pertingeret ad illam Oasim, primam mansionem nactus in* Ballat. *Quodsi paucis leucis pergeret ultra Monfalout, veniret in* Siout, *pristinam Lycopolim, cujus latitudo* 27°, 10′ *et longitudo* 28°, 53′; *ex Lycopoli deflectendum deinde esset ad Occidentem, brevi post ingrediendum desertum ad latitudinem* 27°, 8′, *longitudinem* 28°, 44′, *et dein sequenda via quam quotannis adhuc tenent Furenses seu mercatores de* Dar-Four : *scilicet ex* Ainé Dizé, *ad introitum deserti sito, itinere horarum octo venitur in* El-Charjé *seu* El-Khargéh, *præcipuum Oasis exterioris seu* El-Wahat-el-Khargéh *locum; atque hinc deflectendo ad* D *Austrum per vallem et desertum locum iter est ad Oasim interiorem seu* El-Wahat-El-Dakhelat, *quam habitavit* B. Hilarion (5).

§ V. Venit Parætonium, hinc in Siciliam, dein in Dalmatiam et demum ad insulam Cyprum.

Hinc Autumno anni 363 *per Oasim Parvam et Ammonium venit Parætonium*

Annum plus minus in Oasi interiori egit B. Hilarion; *sed quum illic quoque, verisimillime per episcopos Lybiæ seu potius cives et virgines Alexandrinos qui ibidem paulo ante in exilio vixerant, ejus fama pervagata esset et importunos ei conciliaret honores, ad insulas maris mediterranei navigare cogitavit. Quum porro discessum pararet, advenit de Palæstina Hadrianus discipulus, Julianum imperatorem occisum narrans et beatissimo viro ad monasterii sui reliquias jam redeundum esse dure significans. Mortuus Julianus die* 26 *Junii anni* 363, *ejusque obitus statim in Oriente et Ægypto nonnullis sanctissimis viris divinitus innotuit. Putem tamen Hadrianum ad* B. Hilarionem *non accessisse ante ineuntem mensem augustum anni* 363. *Porro audiens beatissimus vir quæ suggerebat Hadrianus, ea ex animo detestatus est, et conducto camelo per vastam solitudinem (verisimiliter quoniam exundabat Nilus) pervenit ad maritimam urbem Libyæ Parætonium. Cave tamen ne credas per occidentalem deserti Lybici partem iter instituisse* Hilarionem; *id omnino possibile non est. Sed indubie ex Magna Oasi transiit ad Parvam, utriusque extremis finibus leucas distantibus geographicas octo* (6). *Per Oasim Parvam seu* El-Wahat-El Behryéh, *prius ad septentrionem pergendo, dein ad austrum flectendo venit Ammonium, nunc* Siwah *seu* Syouah, *templo Jovis olim celeberrimum, cujus latitudo* 29°, 12′, *longitudo ad circulum meridianum de Greenwich* 26°, 18′ (7). *Ex Ammonio perrexit* B. Hilarion *Parætonium, nunc* Al Baraton *nuncupatum, portum difficilem et ultimum ad occidentem Ægypti. Mensi fuere veteres distantiam inter Ammonium et Parætonium, testante Strabone* (8) *ea oppida dissita fuisse stadia circiter mille trecenta seu centies septuagies bis mille* (172,000) *passus; quod spatium* F *intra quinque dies peragrant viatores. Inter Ammonium et Parætonium nonnullæ stationes intermediæ, et plus una via.*

quietem quæsiturus : sed nactus occasionem

46 *Vix aut ne vix quidem dubito quin ante medium mensem Octobrem Parætonium advenerit* B. Hilarion; *si enim serius, non potuisset amplius in Siciliam navigare, quum, teste Vegetio* (9), ex die tertio iduum Novembris usque in diem sextum iduum martiarum maria clauderentur. *Verumtamen credibile non est beatum virum eo animo venisse Parætonium ut hinc in Siciliam discederet; quum enim scopulosus ille portus non videatur statio fuisse consueta classis ullius, prævidere non poterat hanc sibi affuturam esse abeundi facilitatem, sed eo potius loco sese abdere voluisse. Nil enim aliud quam latibulum quærebat; adeoque censendus est, quum tunc totus esset in humanis fugiendis honoribus, ne putandum quidem est eum Parætonii conversatum esse cum*

(1) Bibliotheca, pag. 191, edit. Rothom. — (2) Erdkunde, tom. I, pag. 1004. — (3) Jaubert, Géographie d'Edrisi, traduite de l'arabe en français, tom. I, pag. 121 et seqq.— (4) Cfr Cellarius, Geographia antiqua, lib. IV, cap. 1, num. 10, tom. II, pag. 815. — (5) Description de l'Égypte, Atlas, Mappa 12; Girard, Mémoire sur l'agric., l'indust., le comm., etc. Op. cit., tom. XVII, pag. 178 et seqq.; Jollois et Devilliers, Descript. de Syout, Op. cit., tom. IV, pag. 125 et seqq.; Ritter, Erdkunde, tom. I, pag. 964 et seqq., 991 et seqq. Cfr Mappa Ægypti Th. Duvotenay. — (6) Cfr Ritter, tom. I, pag. 965. — (7) Ibid. tom. I, pag. 980. — (8) Lib. VII, pag. 1133, edit. Oxon. — (9) Lib. IV, cap. 39.

civitatis

A *civitatis episcopo Gajo, præsule apprime catholico, qui anno* 362 *concilio Alexandrino interfuerat et qui cum beato Athanasio aliisque epistolæ subscripserat synodali* (1). *Injurias, quas ibidem ab Hadriano discipulo pertulerit* B. Hilarion *mitto; paucis narrat S. Hieronymus, num.* 24.

classis militaris,

47 *His ut se subduceret seque in locum, suæ famæ inscium, reciperet, comite Gazano seu Zazano (non convenit de nomine), ascendit classem, quæ Siciliam navigabat. Qualis hæc classis fuerit, iterum ex Vegetio discere licet :* Apud Misenum, *inquit* (2), et Ravennam singulæ legiones (cohortes?) cum classibus stabant, ne longius a tutela urbis discederent : ut cum ratio postulasset, sine mora, sine circuitu ad omnes mundi partes navigio pervenirent. Nam Misenatium classis Galliam, Hispanias, Mauritaniam, Aphricam, Ægyptum, Sardiniam atque Siciliam habebat in proximo. *Similia tradit Tacitus* (3). *Misenatium itaque classi commendatæ erant Mauritania, Africa et Ægyptus; quibus certe capiebatur Parætonium, sive Ægypto adscribas, sive Libyæ; adeoque Sicilia. Hanc itaque classem militarem concendit* B. Hilarion; *nequaquam frumentariam Alexandrinam aut Carthaginensem; quas nil*

B *jubebat in Siciliam deflectere, multo minus ad Parætonium.*

venit in Siciliam, ad Pachynum promontorium; circa initium anni 363 *a S. Hesychio inventus, hinc navigat Epidaurum;*
* Sud-Est.

48 *Per mare Siculum iter tenuit classis : nam quod* Adriam *vocat S. Hieronymus, mare Siculum est : Audi Orosium :* Sicilia, *inquit* (4), ab oriente cingitur mari Adriatico, a meridie mari Africo; ab occidente et septentrione habet mare Tyrrhenum. *Hæc fusius explicita vide apud Cluverium* (5). *Ad Pachynum promontorium, quod cornu ad Euronotum * Siciliæ est, et nunc vulgo* Capo Passalo *seu* Passaro *appellatur, delatus est; ubi quum appulisset, fugit quam primum cum socio ad mediterranea loca, vigesimo scilicet a mari milliario. Sed frustra hominum fugit notitiam, ut ex S. Hieronymo discere est. Interea quærebat eum per totum orbem amicissimus ei discipulus, S. Hesychius; qui, quum jam triennium in vestigando suo magistro posuisset, eum tandem invenit anno* 364 *exeunte, aut* 363 *ineunte, ut ex dicendis patebit. Sed post biduum aut triduum jam actum de deserenda hac sede et petendis barbaris terris. Quocirca duxit S. Hesychius beatum senem Epidaurum, Dalmatiæ oppidum, cujus rudera ad decimum fere a Ragusio lapidem in ortum distant et*

C Vetus Ragusium *vulgo dicuntur.*

ubi draconem mirabiliter necat, cujus miraculi memoria adhuc exstat.

49 *Ast ibi quoque ejus sanctitatem prodidit enecti brevi draconis miraculum, quod apud S. Hieronymum num.* 28 *legere est. Hujus rei huc usque servata memoria.* Indigenæ, *inquit Coletus in opere* (6) *anno* 1800 *edito,* speluncam ostendunt, quam *scipum* appellant, altam, obscuram, vastoque immanem hiatu, quæ aquas perennes et copiosas ad usus incolarum suppeditat. Hinc exitialem illam et feram belluam, jussu et imperio S. Hilarionis eductam, perductamque usque ad eum pagum, quem *Moletrinas* vocant, quique itinere terrestri ter mille et quingentos passus, maritimo bis mille ab Epidauro distat, ibique exstructa pyra combustam, ibidemque ad memoriam cæsi draconis, tantæque pestis et calamitatis divinitus depulsæ, templum in honorem cultumque divi Hilarionis, quod adhuc exstat, ædificatum fuisse ajunt. Huc Epidaurii singulis annis stato die pia supplicatione adire, et cum illis paganis recordationem accepti beneficii hymnis et canticis animisque gratissimis prosequi et recolere consueverant; nec vero ante solis occasum domum redibant; et cum alii seorsim ab aliis brevissimum illum maris tractum parvis navigiis devecti transmitterent, nocte ingruente, coorta interdum tempestate, sæpe naufragia fiebant, aut certe periculum erat, ne vi impetuque ventorum naviculæ in saxa et syrtes impellerentur : quam ob causam paucis ante annis pia illa consuetudo intermissa fuit; neque soli Epidaurii illuc adeunt; sed tam hi, quam illi qui apud Moletrinas habitant, conjunctis quidem animis, sed dijunctis corporibus, eumdem votivum diem anniversariis supplicationibus solenique gratiarum actione concelebrant.

AUCTORE V. D. B.

Quum terræ motus

50 *Porro intra paucos quos* B. Hilarion *Epidauri degit dies terræ motus totius orbis factus est. Hunc terræ motum anno secundo Valentiniani et Valentis plerique codices mss. Chronici S. Hieronymi illigant, videlicet San-Victorinus, Oisellianus, Petavianus, Puteanus, Fabritianus et Contractus, quos sequuntur impressi omnes; verumtamen Lodonensis et Fuxensis codices anno Valentiniani primi hanc calamitatem annectunt* (7). *Unde constet quod, quum Valentiniano die* 25 *aut sequenti Februarii anni* 364 *purpura delata fuerit, et uno mense post imperii particeps factus sit* E *Valens ejus frater, hoc ipso anno aut sequenti tremor ille terram commoverit. Nec dubitandum ad utrum annum referendus sit ille casus, siquidem Ammianus Marcellinus, res Valentiniano et Valente coss. seu anno* 365 *gestas explicans, Procopii de captando imperio conatus ad finem usque prosequitur, id est usque ad illius tyranni interimentum, quod certissime ante finem mensis Junii anni* 366 *reponendum est* (8), *in hunc dein pergit modum, tempus et ipsam commotionem describens* (9) : Hoc novatore (*Procopio*) adhuc superstite, cujus actus multiplices docuimus et interitum, diem duodecimum Kalend. Augustas, consule Valentiniano primum cum fratre, horrendi terrores per omnem orbis ambitum grassati sunt subito, quales nec fabulæ, nec veridicæ nobis antiquitates exponunt. Paulo enim post lucis exortum, densitate prævia fulgurum acrius vibratorum, tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas ponderis, mareque depulsum retro fluctibus evolutis abscessit; ut retecta voragine profundorum, species natantium multiformes limo cernerentur hærentes : valliumque vastitates et montium tunc, ut opinari dabatur, suspicerent radios solis, quos primigenia rerum sub immensis F gurgitibus amandavit. Multis igitur navibus velut arida humo connexis et licenter per exiguas undarum reliquias palantibus plurimis, ut pisces manibus colligerent et similia, marini fremitus, veluti gravati repulsam, versa vice consurgunt, perque vada ferventia insulis et continentis terræ porrectis spatiis violenter illisi, innumera quædam in civitatibus et ubi reperta sunt ædificia complanarunt... Ingentes... naves, extrusæ rabidis flatibus, culminibus insedere tectorum, ut Alexandriæ contigit : et ad secundum lapidem fere procul a litore contortæ sunt aliquæ, ut Laconicam prope Mothonem (*seu Methonem, Messeniæ in Peloponeso*) oppidum, nos transeundo conspeximus, diuturna carie fatiscentem.

2 Julii anni 365 *passim sæviret.*

51 *Auctore itaque Ammiano, horrenda illa tempestas die* 21 *Julii sæviit, decem aut undecim mensibus ante Procopii eadem, Valentiniano et Valente*

(1) Cfr Labbe, Concil., tom. II, col. 809 et 817. — (2) Lib. IV, cap. 31. — (3) Annal., lib. IV, cap. 5. — (4) Lib. I, cap. 2, ap. Migne, Patrologia, tom. XXXI, col. 696. — (5) Sicilia antiqua, lib. I, cap. 5, ap. Grævium et Burmannum, Thesaurus antiquit., tom. X, part. I, col. 72. — (6) Illyricum sacrum, tom. VI, pag. 3 et 4. — (7) Cfr Arnaldus Pontacus ad Eus. Hier. Chron. notav. ap. Migne, Patrologia, tom. XXVII, coll. 1166. — (8) Cfr Tillemont. Empereurs, Valens, art. IV, tom. V, pag. 56, edit. in-fol. Bruxelles. — (9) Rer. gest. lib. XXVI, cap. 10.

primum

AUCTORE V. D. B.

primum consulibus, seu anno 365. *Neque aliter Chronicum Athanasianum et coævum, quod non ita, pridem eruditissimus cardinalis Majus latine et syriace in lucem dedit. Ibi ad annum* 365 *legitur* (1): In consulatu primo Valentiniani et Valentis augustorum..... Nos occupavimus cæsareum..... Tunc terræ motus contigit die xxvii Epiphi (*seu Abib, cujus mensis dies primus convenit cum die* 25 *Junii*), mare in orientali plaga retro cessit, multi perierunt, multæque res pessum datæ. *Difficultatem facessit Chronicum Paschale seu Alexandrinum* (2) : Ινδ. η'. α'.ὑπ. Οὐαλεντιανου και Οὐαλεντος. Τουτῳ τῳ ἐτει ἡ θαλασσα ἐκ τῶν ἰδιων ὁρων ἐξηλθεν μηνι πανεμῳ προ ιβ' καλανδων σεπτεμβριων ; *id est :* Indictione viii, Valentiniano et Valente primum coss. Hoc anno mare suos fines egressum est mense Panemo, ex a. d. xii Kal. Septembris. *Scilicet mensis Panemus cum* xii *Kal. Septembres, seu die* 21 *Augusti non videtur hic posse convenire. Re quidem vera nil inconstantius mense Panemo. Omnibus fere in civitatibus, in quibus usu receptus erat, nonum designabat anni mensem: sed quum annus non ubique idem haberet initium, hinc cum variis mensibus concurrebat* (3).

B *Sed hæc mittere licet, quum Chronici Paschalis auctor laterculum mensium Macedonicorum secutus fuerit, secundum quem mensis Panemus Julio fere nostro respondet* (4). *Quod si dubites utrum hoc forte loco systema Syromacedonicum in Chronicum Paschale irrepserit, nil juvaberis. Œcumenius* (5) *enim, illo systemate adhibito, B. Paulum martyrium fecisse narrat anno passionis dominicæ* 36 πεμπτῃ ἡμερᾳ του Πανεμου, τῃ προ τριων καλανδων ἰουλιων, *seu die* 29 *Junii : unde Panemum anno Christi* 69 *die* 25 *Junii cœpisse recte collegit Petavius* (6). *De aliis systematibus cogitandum non videtur. Dandum itaque sphalma irrepsisse in Chronicum Paschale et loco* σεπτεμβριων *legendum esse* αὐγουστων. *Quodsi Fastos Idatianos* (7) *adimus, docemur iterum orbem et maxime mare tam vehementer commotum fuisse die* 21 *Julii anni* 365 : Valentiniano et Valente Augg. His conss. mare ultra terminos suos egressum est die xii Kal. Aug.

maris undas tribus crucibus littori impressis cohibet; quo miraculo cognito, mense Septembri ejusdem anni Cyprum fugit.

52 *Tribus crucibus littori impressis manibusque adversum maris undas extensis, Epidaurum tunc servavit* B. Hilarion. *Prodigium, inquit Hieronymus num.* 29, *mirabatur omnis civitas et magnitudo signi Salonis quoque* (*videntur enim Salonæ Epidauri fuisse metropolis* (8)) *percrebuerat. Quod intelligens senex in brevi lembo clam nocte fugit; et, inventa post biduum oneraria navi, perrexit Cyprum. Quo in itinere inter Maleam, cornu Peloponesi ad Euronotum*, et objacentem ad meridiem insulam Cytheram et inter Cycladas prospero cursu navigans, Papho demum appulit, mense circiter Septembri ejusdem anni* 365. *Elegit sibi habitaculum secundo ab urbe milliario; unde anno sequenti ante hiemem dilectum discipulum Hesychium in Palæstinam ad salutandos fratres et visitandos monasterii sui cineres misit. Qui quum proximo vere revertisset, ei significavit se in eam Ægypti partem, quæ Bucolia dicebatur et christianam legem adhuc contemnebat, navigare velle, quoniam ne in Cypro quidem latere poterat.*

* Nord-Est

C

D

§ VI. Cogitat ire in Thebaidem superiorem; manet tamen in Cypro; conversatur cum S. Epiphanio; moritur.

Cogitat hinc brevi proficisci ultra superiorem

Cogitarunt nonnulli B. Hilarioni *in mente fuisse ad alterum Nili ostium, manu hominum effossum et Herodoto dictum Bucolicum proficisci* (9); *sed male. Multo minus Bucolia, locus prope Alexandriam sub rupibus situs, et sepultura S. Marci* (10) *et S. Petri patriarchæ martyrio celeber* (11), *hic cogitandus est. Tunc enim temporis neque in vicinia Alexandriæ, neque ad ullum aliud Nili ostium ulla gens ferox et barbara et christianæ religionis omnino expers degebat. Sed ea Bucolia petere voluisse censendus est* B. Hilarion, *quæ Thebaïdi superiori adjacebant et non tantum ex cap.* 28 *Vitæ S. Epiphanii* (12), *verum etiam ex Vita S. Antonii abbatis cognoscuntur* (13). *Hic enim, humanas quoque laudes fugiens,* ad Superiorem Thebaïdem pergere cogitavit, ubi nullus eum agnosceret. *Rogatus itaque cælesti voce quo gressus ferret, responderat Antonius :* Quoniam non sinunt me quiescere populi, idcirco ad Superiorem Thebaïdem ire optimum duxi... Et vox ad illum ait : Si ad Thebaidem vadas et ad Pastoralia (græce Βουκολια) ut cogitas, pergas, majorem ac duplicem sustinebis laborem. *Neque dubito quin Bucolia, in*

E

quibus, ut S. Antonius, sic quoque B. Hilarion *se abscondere statuerat, non in ipsis finibus Ægypti, sed in vicina regione Blemmyum seu Blemyum, quæ ante Diocletiani ævum pars Thebaidis superioris erat* (14), *posita essent. Tunc enim in universa Thebaide, etiam Superiore, jam christiani erant; Syena enim, nunc* Assouan *seu* Souan, *ad* 30°, 35 *long. Paris. et* 24°, 5′ *latit. sita, et Philæ insula, nunc* Geziret el-Birbe *id est* Insula templi, seu Geziret-el-Heif (15) *ad* 30°, 34′ *long. et* 24, 1′, 34″ *latit. jacens, jam episcopos illo ævo habebant. Et quidem Ammonius Syenæ martyrium fecerat, et Marcus, Philarum episcopus, anno* 362 *Concilio interfuerat Alexandrino* (16). *Ad ultimos itaque Thebaidis Superioris fines religio christiana propagata fuerat B.* Hilarionis *ævo.*

F

Thebaidem, verisimiliter inter Blemmyas, gentem ferocem et infidelem.

54 *Extra ejus ergo terminos ire volebat beatus vir, quum Bucolia cogitaret : aperte enim tradit Hieronymus num.* 31 *illuc eo animo tendere voluisse beatum virum,* quod nullus ibi christianorum esset, sed barbara tantum et ferox natio. *Et quidem his verbis ipsa Blemmyum gens designari videtur : convenit quippe situs, indoles, religio. Quod enim imprimis pertinet ad mores, si quæ umquam, ferox hæc et barbara natio, ut ex Procopio* (17) *apprime constat. Universus prius ille populus inter Mare rubrum et Nilum superiorem habitabat; partem dein Diocletianus ad Nili ripam et in adjacente interiori seu occidentali regione collocarat, assignata eis ea plaga, quæ a Syene usque ad Primam* (Ibrim) *protendebatur, et qua quatuor præter Primam capie-*

(1) Patrum nova Bibliotheca, tom. VII, pag. 15. —(2) Corpus scriptt. Byzant., Chronic. pasch., tom. I, pag. 556, edit. Bonn.— (3) Herman, die griekische Monatskunde, pag. 33 et seqq., 71 et seqq. et passim. — (4) Cfr Petavius, de doctrina temporum, tom. I. pag. 38 et 39, edit. Amstelodam. et Chronicum paschale, tom. II, pag. 230. — (5) Comment. in epist. ad Rom., pag. 241. — (6) De doctr. temporum, tom. I, pag. 38, not. †. Cfr Usserius, de Maced. et Asian. anno solari, cap. 4, pag. 77, post edit. Amstel. Rationarii temporum Petavii.—(7) Ap. Labbe, Biblioth. mss. tom. I, pag. 13. — (8) Cfr Coletus, Illyricum sacrum, tom. VI, pag. 7 et 8. — (9) Schwartz in Notitia Orbis antiqui Cluverii, tom. II, pag. 776, not. **. — (10) Act. SS. tom. III Aprilis, pag. 348. — (11) Combefis, Illustr. Christi MM. lecti triumphi, pag. 208; cfr Renaudot, Hist. patriarch. Alexandr. Jacobit., pag. 59. — (12) Act. SS. tom. I Januarii, pag. 131. — (13) Surius, Vitæ SS., Majus, pag. 157; cfr Act. SS. tom. III Maji, pag. 47. — (14) Cfr Procopius, de Bello Persico, lib. I, cap. 19, pag. 102 et seqq.. edit. Bonn. — (15) Description de l'Égypte, tom. I, pag. 31.—(16) Cfr Le Quien, Oriens christ., tom. II. col. 613 et 614.—(17) De Bello Persico, lib. I, cap. 19, pag. 102 et seqq.

hantur

A *bantur civitates, Phœnicon* (Derry?), *Chiris* (Chérab?), *Thapis* (Wady-Tafa) *et Talmis* (Khalapscheh) (1); *addita etiam annua pensione; et templo, sacris, flaminibusque, quæ romanis seu ægyptiis et illis essent communia, in insula Philis constitutis : sperabat scilicet imperator eos hac ratione cessaturos a vexandis romanis et sociis. Sed frustra. Beneficia accepere barbari, sed nequaquam a grassationibus abstinuerunt; quas ipsi Thebaïdis superioris monachi experti fuere non semel. Non minus constat eos sæculo* IV *exeunte Christo nondum subdidisse colla; quin etiam vetèrum suorum sacrorum, quibus solem et forte etiam lunam venerabantur, et quæ Isidis, Osiridis, Priapique cultu auxerant, fuisse tenacissimos* (2). *Quæ tenacitas tanta fuit ut eorum metu Theodosianum de abolendis profanis religionibus decretum, anno* 391 *propositum, in insula Philis cassum fuerit; ut, quum Maximinus eos anno* 451, *Marciano imperante, devicisset, coactus fuerit novis inserere fœderibus Blemmybus liberum deinceps fore, non secus ac ante, solemnem suam pompam statis temporibus Philas deducere* (3); *ut eorum fana non ante medium sæculum* VI *Justiniani jussu eversa fuerint et signa Constantinopolim devecta; et ut ipsi*

B *demum non ante senescens sæculum* VI *christianam fidem amplexi fuerint. Atque hæc omnia tanta accuratione et documentorum copia explicuit cl. v. Letronne* (4), *ut jam certum in historia ecclesiastica locum sibi vindicare possint.*

Dissuadet S. Hesychius; quocirca manet S. Hilarion *in Cypro, sed in loco secretiori.*

55 *Inter hos itaque Blemmyas secedere statuerat* S. Hilarion; *verum suasit ei discipulus B. Hesychius ut ne ex Cypro digrederetur, sed potius intra ipsius insulæ ambitum ad secretiorem locum conscenderet. Assensit beatus vir et deinceps quinquennium vixit in hortulo peramœno, sed ascensu difficillimo; quem late describit S. Hieronymus num.* 51. *Arbitratur Tillemontius* (5) *S. Epiphanium episcopum Salaminæ non minimas habuisse partes in suggerendo* B. Hilarioni *hoc consilio, et hortulum illum positum fuisse juxta locum qui Charburis dicebatur. Huc enim transtulit egregius ille historicus hæc Sozomeni verba* (6) : Neque enim jucundum illi erat apud eos morari qui ipsum laudarent : sed loca commutando obscurus esse, et famam, quæ de ipso vulgabatur, crebris migrationibus studebat abolere. Ad extremum, cum Cyprum præter navigaret appulit Paphum. Invitatusque ab eo qui tunc temporis

C Cypriorum erat episcopus, ibi degere constituit, et juxta locum, qui Charbyris * dicitur, philosophatus est. *Tillemontii opinio probabilis est quam maxime; licet difficultatibus aliquot, a quibus exordium duxisse juverit, laboret.*

* Alii *Charybdis* et *Charybris.*

Sæpius agit cum S. Epiphanio Salaminæ episcopo,

56 *Scilicet prior, in quo biennium fere habitavit* B. Hilarion, *locus secundo ab urbe Papho distabat milliario, alter duodecimo a mari seu a portu Paphi. Atqui prima specie neuter locus videtur S. Epiphanio, Salaminæ episcopo, subfuisse, siquidem procul a civitate ejus episcopali essent dissiti, adeoque plures diœceses interjacerent* (7). *Præterea ita locutus est Sozomenus, ut Paphensem episcopum cogitasse videatur. Verumenimvero alia suadent B. Epiphanium designari a Sozomeno : nam primo ex S. Hieronymi prologo certum est* sanctum Epiphanium Salaminæ Cypri episcopum cum Hilarione plurimum versatum esse; *quæ conversatio, sive eam ante, sive post ejus ad episcopatum promotionem posueris, ad rem nostra facit. Si enim post, quid verisimilius quam S. Epiphanium curasse ut ne ex insula digrederetur beatissimus amicus; si ante, confitearis oportet eam tantam fuisse ut etiam post sanctissimi viri obitum ejus veneratus sit memoriam, adeoque ut* laudem ejus brevi epistola scripserit, *quemadmodum S. Hieronymus testis est. Porro quis credat tantam fuisse S. Epiphani de* B. Hilarione *existimationem, nec tamen curasse ut cum aliquando adiret et ad permanendum in Cypro insula incitaret? Arbitratus est Papebrochius* (8), *nec negavit Tillemontius* (9) *ipsum* B. Hilarionem *suasisse synodo episcoporum Cypri ut S. Epiphanio Salaminenses infulas deferrent; quæ quidem res verisimilis est, quum aliter non satis intelligatur quo factum esset modo ut virum exterum ad metropolitanam sedem eveherent Cypriotæ; sed nolim ea niti ut hinc conficerem S. Epiphanium sategisse vicissim ut ne Cypro excederet* B. Hilarion : *conjecturæ enim, conjecturis fultæ, vulgò parum probantur.*

AUCTORE V. D. B.

E *qui sæpius episcopus Cyprius dicitur : concertatio inter utrumque de virtute.*

57 *Firmius plane argumentum petitur ex his ipsis Sozomeni verbis :* Προτραπεὶς παρα του τοτε Κυπριων ἐπισκοπου, *quibus non episcopum Paphensem vicinum, nec alium quemlibet insulæ episcopum, sed certum aliquem et singularem, adeoque ipsum Salaminensem episcopum et insulæ metropolitam designasse censendus est. Metropolita videlicet solus determinate vocari poterat* Cypriorum episcopus ὁ Κυπριων ἐπισκοπος. *Et quidem ipsum S. Epiphanium appellat B. Hieronymus* (10) episcopum Cypri; *et auctor scriptionis græcæ, quæ a Pelagio diacono in latinum versa, librum quintum Vitarum Patrum Rosweidi constituit, bis eumdem* Epiphanium episcopum Cyprium *nuncupat* (11). *Adde certissime consuetudinem habuisse Epiphanium cum* Hilarione, *quum hic vitam solitariam, ille episcopalem in insula Cypro viveret. Vetustissimus enim, quem paulo ante memorabam scriptor græcus in libello quarto, quo continentiam commendat, hæc posteris admiranda et imitanda proponit :* Misit, *inquit* (12), aliquando Epiphanius, episcopus Cyprius, ad abbatem Hilarionem, rogans eum et dicens : Veni ut nos videamus, antequam de corpore exeamus. Qui cum venissent ad invicem, manducantibus eis allatum est de avibus quiddam, quod tenens episcopus dedit abbati Hilarioni. Et

F dicit illi senex : Ignosce mihi pater, quia ex quo accepi habitum istum, non manducavi quidquam occisum. Et dixit ei Epiphanius : Ego autem, ex quo accepi habitum istum, non dimisi aliquem dormire, qui habebat aliquid adversum me; neque ego dormivi habens aliquid adversum aliquem. Et dicit ei senex : Ignosce mihi quia tua conversatio major mea est.

Quam extensa esset Salaminensis diœcesis.

58 *Sive ex priori, sive ex posteriori suo apud Cyprios habitaculo pergendum fuisset* B. Hilarioni *Salaminam, iter profecto magnum fuisset et arduum : montuosa quippe regio et centum facile milliariorum distantia. At credibile est (qua animadversione quoque expungitur prior, quam supra proponebam, dif-*

(1) Cfr Olympiodorus ap. Photium, Biblioth., pag. 194. — (2) Procopius, de Bello Persico, lib. I, cap. 19, pag. 102 et seqq. (3) Excerpta ex Prisci hist., pag. 154, edit. Bonn. — (4) Nouvel examen de l'inscript. grecque déposée dans le temple de Talmis en Nubie, par Silco, etc. Observations sur l'époque où le paganisme a été définitivement aboli à Philès dans la Haute-Égypte, etc. Nouveaux mémoires de l'acad. des inscriptt., tom. IX, pag. 128 et tom. X, pag. 168. — (5) Mémoires ecclésiast., tom. VII, pag. 570. — (6) Hist. eccles., lib. V, cap. 10, pag. 608. — (7) Cfr Mappa d'Anville in lib. Recherches géograph. sur l'isle de Cypre. Mémoires de l'acad. des inscriptt., tom. XXXII, pag. 529. et Le Quien, Oriens christ., tom. II, col. 1057 et seqq. — (8) Act. SS. tom. II Maji, pag. 38. — (9) Mémoires eccles., tom. X, pag. 496. — (10) Epist. ad Pammachium XXXVIII, Opp. tom. IV, part. II, col. 308, edit. Benedict. — (11) Libello IV, num. 15 et lib. XII. num. 6. ap. Rosweydum, Vit. Pat. pag. 568 et 615. — (12) Ibid. lib. IV, num. 15, cit. pag. 568.

ficultas

AUCTORE V. D. B.

ficultas) Salaminensem diœcesim usque ad beati viri domunculam extensam fuisse sanctumque Epiphanium inter visitandum concreditum sibi gregem venisse in viciniam, quin tamen ad difficilem ascensu mansionem iverit. Certe grandem ejus fuisse diœcesim et fere usque ad mœnia aliarum civitatum fuisse porrectam docet ipse in epistola ad Joannem Hierosolymitanum, qua se purgat quod Pauliniano manus imposuisset. Respondet scilicet id a se non factum in Hierosolymitana diœcesi; dein etiamsi factum esset ea in diœcesi, non tam ægre ferendum : Nam multi, *inquit* (1), episcopi communionis nostræ et presbyteros in nostra provincia ordinaverunt... Et ipse cohortatus sum beatæ memoriæ Philonem episcopum (*Carpasiæ*) et sanctum Theoprepum, ut in ecclesiis Cypri quæ juxta se erant, ad meæ autem parœciæ videbantur ecclesiam pertinere, ex quod grandis esset et late patens provincia, ordinarent presbyteros et Christi ecclesiæ providerent. *Unde quoque forte factum sit ut Salaminensis episcopus, ex quo tempore metropolitæ jura adeptus est,* Cypri, Cyprius *aut* Cypriorum episcopus *sit dictus; videlicet quod tota fere insula eum episcopum suum agnosceret.*

Moritur S. Hilarion *die 21 Octobris anni 371.*

B 59 *Quum illic itaque degeret* B. Hilarion, *illuxit tandem fausta dies qua corpus, animæ tentorium, solveretur ipsaque ad patriam abiret. Vix dubitandum quin die 21 Octobris, quo a latinis et a græcis colitur, e vivis abiverit beatus vir. Quamquam enim contraria non desint exempla, vigebat tamen et vicem legis supplebat consuetudo natales sanctorum celebrandi ea ipsa die qua ad meliorem vitam transiverant : quod argumentum singulari dissertatione prosecutus est Muratorius* (2). *Octogesimum tunc ætatis suæ annum agebat beatissimus senex, teste B. Hieronymo, num.* 52, *non vero nonagesimum, ut Basilii Menologium tradit, contradicentibus ipsis Menæis Græcorum et maxime universa beati viri vitæ serie. Recole quæ num.* 7 *de ejus vivendi ratione secundum ætatis annos collegimus; similiter quæ ipse* B. Hilarion *moriens dixit, se scilicet septuaginta prope annis Christo servisse, utpote anno forte ætatis undecimo, certe non vigesimo, baptizatum; et quæ num.* 30 *et seqq. de terræ motus tempore, cui septem tantum annos supervixit pientissimus eremicola.*

postquam sex annos et unum alterumve mensem in Cypro habitasset.

C 60 *Et quidem non septem annos integros, sed sex tantum et unum alterumque mensem in Cypro degit. Quum enim, ut num.* 9 *ostensum est, anno* 291 *natus sit, ita ut mense Januario anno* 336 *sexagesimum quintum ætatis suæ annum ageret; quumque mense Augusto, immo potius Septembri anni* 365 *Paphum advenerit, ut num.* 32 *fuit dictum, et proin quatuor mensibus post seu mense Januario anni sequentis jam septuagesimum quintum ætatis annum inchoasset; quumque anno ætatis octogesimo vita functus fuerit et quidem exeunte mense Octobri; hinc fit ut diutius in Cypro habitare non potuerit, quemadmodum modo statuebamus, quam sexennium et unum aut duos menses. Atque hinc quoque sequitur eum natum esse inter exeuntem mensem Octobrem anni* 291 *et ineuntem Januarium sequentis anni.*

§ VII. Vestitus B. Hilarionis.

Vestitus B. Hilarionis *describitur.*

Quoniam B. Hilarion *non sibi tantum vixit, sed discipulos congregavit et instituit, adeoque pater monachorum Palæstinæ habetur, operæ pretium* D *erit in minimas res quæ ad cultum victumque ejus pertinerent inquirere : id factum a pluribus de S. Paulo, de S. Antonio aliisque. Et quidem, quum illo ævo regulæ scriptæ non essent, sed Christi doctrina et consilia, secundum antiquiorum præcepta et mores intellecta, regularum locum tenerent, quemadmodum jam monuimus nec satis monere possumus, hinc fit ut ex magistrorum ratione vivendi facile colligere liceat quæ instituta sectarentur discipuli. Vestitum* B. Hilarionis *pluribus locis describit S. Hieronymus; unde pateat initio similem fuisse S. Antonii. Ecce enim ut ex hujus abbatis schola prodierit :* Sacco tantum membra coopertus, *inquit Hieronymus num.* 3, et pellicem habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat, sagumque rusticum, inter mare et paludem vasta et terribili solitudine fruebatur, *scilicet prope Gazam. Et inferius num.* 5 : Capillum semel in anno die paschæ totondit : super nudam humum stratumque junceum usque ad mortem cubitavit : saccum quo semel fuerat indutus, numquam lavans et superfluum esse dicens munditias in cilicio quærere. Nec mutavit alteram tunicam, nisi cum prior penitus scissa esset. *Utrobique nil de cuculla, quam* E *tamen ad finem vitæ, non secus ac minister, in Papho insula certe habebat. Discipulo enim S. Hesychio, ut num.* 32 *videre est,* omnes suas divitias dereliquit : Evangelium scilicet, et tunicam sacceam, cucullam et palliolum; *hæc, excepto Evangelio, Gazani ministri spolia, qui paulo ante obierat : ipse easdem habebat vestes; nam* omnes adjuravit ut eum terra operirent, sicut vestitus erat, in tunica cilicina, et cuculla, et sago rustico. *Quod factum; postea quippe ejus reperit corpus S. Hesychius,* illæsa tunica, cuculla et palliolo. *Nil hic amplius de ependyte pellicea : ita ut ejus locum cuculla aliquando occupaverit.*

Materia cilicii

62 *Illa si inter se conferamus loca, facile cernemus* saccum, tunicam sacceam, tunicam cilicinam, *et nude* tunicam *et* cilicium *unam eamdemque rem Hieromyno esse, atque hinc quoque materiam, colorem, formam posse intelligi. Filis ex lana caprina sæpe textas fuisse illas tunicas habemus ex ipso S. Hieronymo, ubi vertit epistolam S. Pachomii* ad fratres, qui tondebant in deserto capras, de quarum filis texuntur cilicia (3). *Texebantur etiam lana camelina, dicente S. Joanne Chrysostomo de monachis* (4) : Vestimenta sunt ipsis parata, his quidem F ex caprarum pilis, his autem ex pilis camelorum. *Texitur etiamnum a fœminis rusticis in Ægypto et in aliis Orientis partibus asper ille pannus et crassus; sed in tentoriis parandis unicus fere ejus usus* (5). *Fuscum et subnigrum* (brun *et* gris) *ejus esse colorem patet. Cave tamen ne cilicia ex eadem materia esse putes ac vestes ægyptiacorum agricolarum, vulgo* Fellah *dictorum. Harum quidem etiam color fuscus et subniger est; sed ex crassiori ovina lana sunt confectæ* (6) *et ejusdem potius sunt generis ac vestes illæ pullæ, quibus olim discernebantur a civibus monachi et quæ in historia monastica tam celebres sunt* (7).

ejusdemque forma;

63 *Quum tunica illa* sacci *nomen quoque haberet, hinc ejus forma deprehenditur : angusta scilicet erat, totumque corpus saltem ad genua usque tegens, capite transmisso per fundum, brachiis per sacci latera. Hac veste etiamnum utuntur in tribus festis præcipuis pontifices græci atque olim imperatores,*

(1) Inter epist. Hieronym. epist. XLI, ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 518 et 519. — (2) App. ad Opp. S. Paulini, diss. XIX, ap. Migne, Patrologia, tom. LXI, col. 819 et seqq. — (3) Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 97. — (4) Homilia 68 in Matt., tom. VII Opp. pag. 674. — (5) Description de l'Égypte, tom. XVII, pag. 216 — (6) Ibid. pag. 210 et seqq. — (7) Examen histor. et canon. de cleric. regul. et sæcul. juribus et officiis, pag. 16 et seqq.

et

A *et* sacci formam habet, nec in eo sunt manicæ (1). *Atque hinc liquet tunicam saccineam* B. Hilarionis *cum colobio confundendam non esse : colobio enim erant manicæ, usque ad cubitum seu medium brachium defluentes* (2) : *sed cum levitonario, quod aliquando lineum* (3), *aliquando* ἐκ τριχων συντεθειμενον *erat* (4), *et quod, testibus S. Pachomii biographo* (5), *S. Hieronymo* (6) *et S. Isidoro Hispalensi* (7), Ægyptiis monachis genus erat vestimenti absque manicis. *Vult Cangius* (8) *tunicam saccineam non carni nudæ* B. Hilarionis *aliorumque monachorum adhæsisse, sed cæteris vestimentis fuisse superadditam. Re quidem vera ita saccum nunc ferunt pontifices græci et olim imperatores; sed aliter omnino monachi, ut vel ex ipsis locis, quæ allegat Cangius, manifestum est. Quid enim sibi volunt hæc Basilii M. quæ ex Hœschelio ad Vitam S. Antonii hausit verba :* Σακκῳ δε τραχει το σωμα σου διανυττων, και ζωνῃ σκληρᾳ την ὀσφυν σου παρασφιγγων, καρτερικως τα ὀστα σου διεθλιβες? *Quid hæc carmina, quæ ex libro* II *Paulini de Vita S. Martini deprompsit* (9) :

Quin ex contexto setis coopertus amictu,
Exesa assiduo compunxit acumine membra,
Ut tereret tenuem vestis nimis aspera pellem
Et cutis extentis stimulis attacta paveret.

B *Setosum seu asperum id indumentum probabat et suadebat S. Hieronymus et alii multi. S. Pachomius lineum levitonarium et quidem duplex, ut alterutrum singulis hebdomadibus lavari posset* (10), *monachis suis dabat; Cassianus* (11), *longius progressus, cilicium acriter improbavit, quod laborem impediret et superbiam foveret, et apud paucos suo ævo id usurpatum fuisse asserit : S. Epiphanius* (12) *quoque, quamquam admirator et forte discipulus* B. Hilarionis *esset, cilicii usum damnavit, nisi alia veste tegeretur; equidem nil probabo aut improbabo, quum bona res sit cilicium, si bonus sit usus; sin autem, ut in multis aliis rebus, mala.*

item sagi; 64 Sagum rusticum B. Hilarionis *bis memorat S. Hieronymus, id* palliolum *quoque appellans seu* pallium. *Hoc tegumentum* mafortem *vocat Cassianus* (13), *Ægyptiorum monachorum vestes explicans.* Post hæc, *inquit,* angusto palliolo tam amictus humilitatem quam vilitatem pretii compendiumque sectantes, colla pariter atque humeros tegunt : quæ mafortes tam nostro quam ipsorum nuncupantur eloquio et ita planeticarum atque birrorum pretia simul ambitionemque declinant. *Nil hac veste simplicius : pannus erat laneus, villosus et quadratus, tres aut quatuor cubitos longus et latus, fibulaque aut spina ante pectus firmatus. Videre est apud*
C *Octavium Ferrarium* (14) *imaginem hominis barbari, mafortem seu sagum gestantis in humeris, et apud Hélyot* (15) *effigiem pristini monachi Palæstinensis, maforte similiter induti.*

et cuculli. 65 *Habet ibidem ille monachus cucullam; sed (ni fallor) justo longiorem. Cassianus enim, de monachis Ægyptiis disserens, quos prope sequebatur* S. Hilarion : Cucullis, *inquit* (16), namque perparvis D usque ad cervicis humerorumque demissis confinia, quibus tantum capita contegant, indesinenter diebus utuntur ac noctibus. *Habebant itaque cucullæ illæ eamdem formam ac tegmen capitis, quo etiamnum patriarchæ orientales (forte quod ex monachis assumpti sunt) utuntur; non vero similes humeralibus cucullatis, quibus vestiuntur pueri rustici et equites in duobus toreumatibus editis a Sponio* (17). *Porro cuculla, ut jam innuimus, a reliquis vestibus separata, usus non fuisse videtur* B. Hilarion, *quamdiu ependyten, quam a S. Antonio acceperat, gestare potuit.*

Ependytes seu chlamydis forma et materia; baculus; omissa calceamenta et braccæ.

66 *Quæ vero hujus ependytes esset forma et materia num.* 46 *Apophthegmatum S. Antonii* (18) *panditur, ubi Cronius dicitur vidisse beatum abbatem* amictum chlamyde pellicea, *et quidem* candenti *seu alba, ut ex num.* 61 *ejusdem Vitæ* (19) *certum est. Quum autem chlamys pallium esset longum, et, ubi chlamys etiam brevior esset, saltem ad poplites descenderet* (20), *consentire nequeo Helyto* (21) *aliisque confundentibus BB. Antonii et* Hilarionis *ependyten cum* melote *seu* pera; *quæ secundum Cassianum* (22) *nil aliud erat quam* pellis caprina, *aut secundum alios et vocabuli radicem* (μηλον, ovis) pellis ovina, *jam capiti, jam humeris imposita et ad renes tantum usque fluitans* (23). *Neque etiam confundenda est cum pæ-* E *nula. Hæc quidem sæpe cucullata erat, pendebat infra genua, neque (ut quidam opinantur) similis erat casulæ antrorsum omnino clausæ (inferius enim semper non-nihil aperta erat); verum numquam omnino erat libera, ita ut ad chlamydis formam accederet et fibula ante pectus nectenda esset* (24). *Sed ependytes proxima fuerit oportet lacernæ seu sago cucullato, cujus meminit Columella* (25); *seu potius caracallæ talari, quæ, teste Hieronymo* (26), *cucullo quoque instructa erat. Ut autem pœnula vulgaris scrotea erat, sic quoque ependytes SS. Antonii et* Hilarionis; pellicea *enim dicitur; et quidem* candens *seu alba; et quæ lavari posset* (27) : *ita ut vix dubitandum sit, quin ex pellibus ovium Phaiensium (in Phaio enim lanam albam habent* (28)) *confecta fuerit. Baculum præterea, quem S. Hieronymus* (29) *in Prologo Regulæ S. Pachomii* itineris socium *appellat et de quo in permultorum sanctorum veterum anachoretarum et monachorum Vitis mentio fit, secum gerebat* S. Hilarion, *etiam quum non pedes, sed asino se daret in viam, ut ex num.* 20 *Vitæ constat : id signum fuisse et monitionem perpetuam cruce Domini propellendos esse oblatrantes vitiorum canes tradit Cassianus* (30). *Contra calceamentorum tunc nullus fere apud monachos usus* (31); *multo minus braccarum seu femora-* F *lium* (32), *quæ ipse S. Benedictus suis non dabat monachis, nisi equitandum esset* (33).

vestitus S. Hilarionis *pauperior quam S. Antonii.*

67 *Atque hæc si jam recolligamus, plane cernimus* S. Hilarionis *vestitum multo pauperiorem fuisse quam S. Antonii. Initio sacco seu cilicio ad cutem, sago seu maforte ad collum et ad humeros, et quum*

(1) Simeon Thessalonic. de templo et missa, ap. Morinum de sacris ordinationibus, tom. I, pag. 200. Cfr Cangius, Glossarium latin. v° *saccus;* Bonanni, la Gerarchia eccles., pag. 515 et seqq. et alii. — (2) Cassianus, lib. I, cap. 5, pag. 11, edit. 1628. — (3) Vita S. Pachomii, cap. 14, ap. Rosweydum, Vit. PP. pag. 117. — (4) Suidas, v° Λεβυτωναριον.— (5) Loc. sup. cit.—(6) Præfat. ad regul. S. Pachomii, ap. Migne, Patrologia, tom. XXIII, col. 65. (7) Etymolog., lib. XIX, cap. 22, ap. Migne, Patrologia, tom. LXXXII, col. 687.—(8) Glossarium latinum, v° *Saccus.*—(9) Ibid. v° *Cilicium.* — (10) Ap. S. Hieronymum, Interpret. regulæ S. Pachomii, ap. Migne, Patrologia, tom. XXIII, col. 72.—(11) De habitu monachi, cap. 3, pag. 8. — (12) Compendiaria doctrina, ap. Bivarium, t. II, p. 11.—(13) De habitu monachi, cap. 7, pag. 15. —(14) De re vestiaria, part. II, lib. III, cap. 11, ap. Grævium, Thesaur. antiq. roman., tom. VI, col. 855. — (15) Histoire des Ordres religieux, tom. I, pag. 160, edit. 1792.— (16) De habitu monachi, lib. I, cap. 4, pag. 10. — (17) Miscellanea erud. antiq. sect. IX, ap. Pollenum, Roman. et græc. antiquit., tom. IV. col. 1273 et 1274. — (18) Act. SS. tom. II Januarii, pag. 146. — (19) Ibid. pag. 150. — (20) Cfr Mongez, Recueil d'antiquités, pag. 177 et seqq.— (21) Hist. des ordres religieux. tom. I. pag. 74 et 79. — (22) De habitu monachi, cap. 8, pag. 15. — (23) Cfr Cangii Glossarium latinum, v° *Melote.*— (24) Bart. Bartholinus. Dissert. de pœnula, ap. Grævium, Thesaurus, tom. VI, col. 1171. — (25) De re rust., lib. II, cap. 1.—(26) Ad Fabiolam, num. 15. epist. LXIV, ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 615. — (27) Vita S. Antonii, num. 61, Act. SS. tom. II Januarii, pag. 150. — (28) Description de l'Égypte, tom. XVII, pag. 150 et 216. — (29) Ad calcem Opp. Cassiani, p. 1122. — (30) De habitu monachi, cap. 9, pag. 16. — (31) Ibid. cap. 10, pag. 16. — (32) Regula S. Pachomii, versa a S. Hieronymo, post opp. Cassiani, pag. 1152. — (33) Regula S. Benedicti, cap. 55.

frigus

AUCTORE V. D. B.

frigus esset aut iret in publicum, ependyte seu longo pallio pelliceo cucullato induebatur; et postquam hæc trita esset, brevi tantum cuculla. Neque discipulis suis alias dedit vestes præter tunicam sacceam, mafortem et brevem cucullam. S. Antonius autem semper servavit ependyten seu pallium et aliquando duo habuit. Zona pellicea circa renes eum quoque usum ostendit ex S. Dorotheo Henschenius (1). *Hanc numquam adhibuit* B. Hilarion, *quum saccea tunica non difflueret, nec qui eam ferrent se præcingerent, ut ex S. Joannis Baptistæ antiquissimis imaginibus* (2) *patet; omitto imagines patriarcharum et imperatorum. Demum B. Antonius aliquandiu, maxime ad vitæ finem, somnum cepit in vetusto tritoque pallio; numquam has delicias admisit* B. Hilarion, *nuda humo aut strato junceo contentus : quæ equidem non oppono ut* S. Hilarionem *magistro præferendum esse suadeam, sed ut illius disciplinam severiorem fuisse demonstrem.*

§ VIII. Reliquæ B. Hilarionis disciplinæ severitas.

In suppellectile, labore, cibo eamdem servat S. Hilarion *severitatem.*

Passim apparebat hæc disciplinæ severitas. Quum in Palæstina versaretur beatus vir et continuo ad eum confluerent tirones et hospites, non potuit omni carere supellectili. Hæc quidem vilis, sed tamen pro egregio suo paupertatis amore nimia : ita ut hæc, teste S. Hieronymo num. 19, *una ex causis esset cur fugam cogitaret :* Et ego, *querula voce ajebat,* sub prætextu monasterii, ad dispensationem fratrum, vilem suppellectilem habeo! *Labore manuum victitabat,* fiscellas junco texens *num.* 3; *quod apud S. Antonium didicerat et quæ ars in Ægypto etiamnum multo in usu est : nostrorum enim lectorum, sedium et mapparum locum supplent. Junci maxime ex Phaio etiamnum petuntur* (3). *Primo anno humum rastro fodiebat* B. Hilarion, *sola* (*ut videtur*) *tentationum carnis vincendarum causa, num.* 3. *Sed anno sequenti, ætatis decimo texto, quum cœpisset fixam habere sedem, quin hortulum, ut B. Antonius, et forte vineam, ut ejus discipuli,* (*numm.* 18 *et* 19), *coluerit et vinum expresserit, equidem non dubito. Sed ut in fine vitæ, incolens hortulum et pomaria in Papho insula,* fructum numquam in cibo sumpsit *num.* 31; *sic quoque in Palæstina numquam de uvis manducasse videtur aut vinum bibisse; quamquam discipulis uvarum comestionem permitteret num.* 17. *Boves quoque alebant illi masculos, agrorum certe colendorum gratia num.* 18.

C

Ejus paupertatis ratio in colligendis et accipiendis rebus; primum tamen gradum non transcendit.

69 *Ut eodem num.* 18 *tradit S. Hieronymus,* detestabatur præcipue monachos, qui infidelitate quadam in futurum reservarent sua et diligentiam haberent vel sumptuum, vel vestitus aut alicujus earum rerum quæ cum sæculo transeunt. Denique unum de fratribus in quinto fere a se milliario manentem, quia comperiebat hortuli sui nimis cautum timidumque custodem et pauxillum habere nummorum, ab oculis abegerat. *Cave tamen ne æstimes beatum virum vetuisse ne ex storeis suis, et forte etiam ex vino, oleribus et frugibus ullam sibi pararent discipuli pecuniam : tanta enim illo ævo nondum audita fuerat severitas : sed ne inutiles nummos, aut qui tantum aliquando in futurum utiles essent, colligerent. Certe quadraginta monachi qui eum in Ægyptum comitati sunt* habebant viaticum *et ipse a diacone Baisane* LOCATOS dromades camelos *accepit num.* 20. *A discipulis munuscula accepisse videtur, saltem legumina, num.* 18; *aliæque res, quæ convasari poterant, ab iisdem ad eum missæ, quum eum ex Ægypto in Palæstinam accerserent, num.* 24. *Ab aliis vero vix aut ne vix quidem ullas admittebat eleemosynas. Quam pauper esset, vel inde patet quod Evangelium, a se juvene scriptum, jam venumdederat, ut naulum, ex Africa in Siciliam navigans, solveret; sed postea receptum, sanato naucleri filio, num.* 25. *Alias numquam occasione miraculorum quidpiam accipere voluit. Scutarius Romanus, quum ab eo in Sicilia liberatus fuisset a dæmone,* postea offerens ei infinita munera, audivit dictum salvatoris ad discipulos : Gratis accepistis gratis date, *num.* 26; *et quidem nil adeo in* B. Hilarione *mirabantur Siculi* quam quod post tanta signa atque miracula ne fragmen quidem panis a quoquam in illis locis accepisset, *num.* 27. *Si quæris unde in Sicilia, regione extranea, victum compararet,* ibi in quodam deserto agello lignorum quotidie fascem alligans, imponebat dorso discipuli Gazani; quo in proxima villa venumdato, et sibi alimoniam et his, qui forte ad eos veniebant, pauxillum panis emebant, *num.* 25. *Proculdubio alibi simili industria necessarios sibi nummos aliasve res obtinebat. Verum enimvero, quamquam paupertatem tanto coleret amore, numquam primum quem dicunt paupertatis gradum excessisse videtur, qui in eo positus est ut quis, relictis rebus superfluis, rei tantummodo moderatæ dominium et usum sibi retineat* (4). *Et quidem in fine vitæ de rebus suis testamento disposuit, num.* 32; *quod et magister ejus B. Antonius et alii plurimi fecisse leguntur.*

D

E

Ejus habitacula et vestium negligentia.

70 *Primo solitudinis suæ in Palæstina anno,* quia regio latrociniis infamis erat, numquam in eodem loco habitare consueverat, *num.* 3. *Quatuor dein annos* æstus et pluvias brevi tuguriunculo declinavit, quod junco et carice (*est id etiam junci genus acutum, et durum spartoque simile*) texerat, *num.* 4. *Exstruxit dein cellulam firmam, statura sua humiliorem et vix longiorem, non absimilem a S. Antonii, nisi quod hæc in rupe cavata esset, num.* 21. *De ejus cibo, nil est quod dicam; omnia in unum collegit et per annos disposuit ipse S. Hieronymus numm.* 3 *et* 5. *Sordes in vestitu non fugit,* superfluum esse dicens munditias in cilicio quærere, *num.* 4. *Qua in re multum dissensit a S. Pachomio, qui, quamquam lineas dederit vestes suis monachis, eas tamen singulis hebdomadibus lavari voluit* (5), *et ipse S. Antonius,* Hilarionis *magister, suas lavisse legitur* (6). *Sed hæc iterum pertinent ad severam illam, de qua ante dicebamus,* B. Hilarionis *disciplinam : continuo enim ob oculos ei versabatur* (*quod et alios monebat, num.* 13) præterire figuram hujus mundi et illam esse veram vitam, quæ vitæ præsentis emeretur incommodo.

F

§ IX. Præcipuæ leges monasteriorum S. Hilarionis. An fuerit presbyter.

Monasteriorum ejus compositio.

Verumtamen, tametsi hæc mirum in modum severa esset disciplina et dura, non tamen impedimento

(1) Act. SS. tom. II Januarii, pag. 119 et 120.— (2) Cfr Bandurius, Antiquit. Constantinop., lib. VIII. Byzant., edit. Venet., tom. XXXI, pag. 689; De Marca, Opuscula, pag. 402.—(3) Description de l'Égypte, tom. XVII, pag. 226. — (4) Cfr Carrattinus, Vita Claustralis, pag. 186 et passim theologi. — (5) Regula S. Pachomii. — (6) Vita S. Antonii, num. 61. Acta SS. tom. II Januarii, pag. 130.

erat

A *erat quin innumeri ad eum confluerent discipuli, et præter modum multa passim exsurgerent monasteria; ita ut qui S. Antonii Vitam legerit et* S. Hilarionis, *non facile dixerit uter plurium monasteriorum exstiterit pater. Discipulos non occepit admittere* B. Hilarion, *nisi postquam* viginti duos jam in solitudine haberet annos, *num.* 7, *et Helpidii, qui anno* 361 *præfectus prætorio fuit et multa postea a Juliano apostata pertulit, tres liberos Gazæ sanasset, num.* 8. Quod *scilicet* postquam auditum est et longe lateque percrebuit, certatim ad eum de Syria et Ægypto confluebant, ita ut multi crederent in Christum et se monachos profiterentur. *Atque hæc supra, num.* 19, *anno* 328 *illiganda esse ostendimus.* Exemplo itaque ejus per totam Palæstinam innumerabilia monasteria esse cœperunt et omnes ad eum monachi certatim currere, *num.* 15. *Sed cavendum ne hæc magnificentius accipiamus quam revera sunt. Quod enim dixit S. Isidorus* (1) : Inter cœnobium et monasterium ita distinguit Cassianus (2), quod monasterium possit etiam unius monachi habitatio nuncupari, cœnobium autem non nisi plurimorum, *non de Cassiano tantum valet, verum etiam* (*ut alios mittam*) *de S. Hieronymo as-*

B *seri posse videtur, maxime ob numm.* 15, 16 *et* 17 B. Hilarionis *Vitæ inter se collatos. Eodem scilicet fere ordine res in Palæstina a* B. Hilarione *compositas fuisse apparet, quo in Ægypto a B. Antonio. Singuli monachi suam habebant cellam et quem colerent hortum aut vineam; eremitorium nunc diceremus; monasterium dixit S. Hieronymus num.* 17. *Hæc tuguria aliquando seorsim posita, ut num.* 16; *sæpius complura prope ecclesiam propriam, ut in Vita S. Paulæ* (3), *nonnumquam prope villam, ut num.* 15. *Quæ cellæ, per montem dispersæ aut ad vallis clivum exstructæ, quum aliquo inter se colligarentur vinculo, tamquam unum quoque habebantur monasterium. Quod ex Cangio aliisque facile discere est. In Monte Serrato hujus rei adhuc vestigia supersunt. Imaginem dedit comes Alexander de la Borde in Itinere suo Hispanico et ex eo Albertus Lenoir* (4). *In Ægypto et alibi in Oriente multæ supersunt id genus cellarum excisæ in saxis et rupibus; verum vix nunc habitantur. Sed jam investigandum quas curas suis monachis adhiberet S.* Hilarion.

Quæ munera seu officia ibidem instituta et quæ novitiorum instructio.

72 *Porro monachi seu anachoretæ, quales ille in Palæstinam et in Syriam invexit, a cœnobitis in hoc maxime distincti, quod non communi victu vestituque uterentur, sed quisque sibi de necessariis providerent; nisi quod caritas suaderet ut sibi invicem auxilio es-*

C *sent. Ubi tamen cellæ complures in vicinia positæ, commune peculium aut saltem penus erat, ex qua communes expensæ fierent. Vestiendi enim tirones, ut ipse* B. Hilarion *a B. Antonio vestitus fuit; hospites excipiendi et alia id genus. Is vero, penes quem hæc erat administratio,* dispensator monasterii *dicebatur : atque hoc imprimis munere gravatus fuit ipse* B. Hilarion, *num.* 19. *Ille idem* (*si vox placeat*) *magister novitiorum, quandoquidem,* quum certatim ad eum de Syria et Ægypto confluerent et se monachos profiterentur, ipse ad profectum animæ singulos cohortaretur, *num.* 8. *Præterea anachoretæ, teste Cassiano* (5), prius in cœnobiis instituti jamque in actuali conversatione perfecti, solitudinis elegere secreta; *et, ipso Hieronymo* (6) *auctore,* hi exierunt de cœnobio, et excepto pane et sale ad deserta nihil perferunt amplius. Ipsius Vitæ auctor Paulus, illustrator Antonius et (ut ad superiora conscendam) princeps Joannes Baptistæ. *Unde sequitur* B. Hilarionis *discipulos non statim sibi fuisse derelictos; sed prius aliquandiu communi asceterio fuisse excultos. Verumtamen brevis hæc disciplina, quam illis temporibus in cœnobio seu potius in vicinia cellulæ magistri seu abbatis anachoretæ accipiebant; adeoque ipse* S. Hilarion *bimestre solummodo spatium S. Antonio convixit. Neque unum occupabant cum magistro domicilium; ipsi cœnobitæ* manebant separati, sejunctis cellulis (7); *neque* B. Hilarion *sub uno tecto cum S. Antonio degerat; et quidem in angustissimo suo prope Gazam tugurio neminem admittere potuisset.* AUCTORE V. D. B.

Quæ orationum et psalmorum tum privatim tum publice

73 *Ad communes tamen aliquot preces, videlicet ad psalmos et orationes, convenisse videntur viciniores monachi. S. Antonium sane, qui legitur ante vesperam et cœnam cum discipulo B. Paulo Simplice* psalmum psallisse, quem noverat : et cum eum duodecies cecinisset, duodecies orasse,... media autem nocte excitasse eum ad orationem... et ad psallendum, *et priori nocte* usque ad horam nonam produxisse orationes, *altera* ad diem usque (8), E *S. Antonium, inquam, cum discipulis psallentem et orantem viderat* S. Hilarion; *atque id ab eo quoque factitatum fuisse certum videtur; non tantum quod* æmulabatur *aliis in rebus* ægyptiorum monachorum disciplinam, *num.* 3, *sed quod a S. Hieronymo, num.* 4, *dicitur* scripturas quoque sanctas memoriter tenens, post orationes et psalmos, quasi Deo præsente, recitasse : *ita ut alio modo scripturas, alio modo orationes,* (*id est, interjectas meditationes seu contemplationes*) *et psalmos recitasse censendus sit; illas solo Deo, nullo homine præsente; hæc vero, præsentibus qui in vicinia habitarent discipulis. Similem fere disciplinam invexit postea S. Paula inter suas moniales bethleemiticas, quas ipsa* in tres turmas monasteriaque divisit : ita dumtaxat, ut in opere et cibo separatæ, psalmodiis et orationibus jungerentur (9). *Vespertinas et nocturnas congregationes eas fuisse ad num.* 17 *Vitæ inferius notabimus. In numero psalmorum magna passim diversitas; sed numerum duodecimum frequentabat S. Antonius* (10), *et reliqui per Ægyptum et Thebaidem monachi et quidem tam in vespertinis quæ post horam nonam incohabantur* (11) *quam in nocturnis conventiculis* (12). *Cæteris sedentibus, et laborantibus nonnumquam* F *manu, dum mente in psalmistæ verba essent intenti, unus surgebat et lente neque sine intercapedinibus psalmum recitabat* (13); *ad cujus finem* antequam flecterent genua, *omnes* paulisper orabant et stantes in supplicatione majorem temporis partem expendebant; itaque post hæc puncto brevissimo procidentes humi, velut adorantes tantum divinam clementiam, summa velocitate consurgebant, ac rursus erecti expansis manibus, eodem modo quo prius stantes oraverant, suis precibus intentius immorabantur (14). *Id institutum ab apostolorum ævo repetit Cassianus; sed ille idem posterioris temporis facit additionem duarum lectionum, quæ feriis quotidianis desumerentur una ex veteri, altera ex novo testamento, diebus vero sabbathi vel dominica utraque ex veteri testamento aut ex novo* (15). *Reci-*

(1) De offic. eccles. lib. II, cap. 15, ap. Migne, Patrologia, tom. LXXXII, col. 790. — (2) De tribus gener. monach. coll. XVIII, cap. 9 et 10. pag. 737. — (3) Ap. Rosweydum, Vitæ Patrum, pag. 409 et 410. — (4) Architect. monast., pag. 5. — (5) De tribus generibus monach. col. XVIII, cap. 4, pag. 725. — (6) Ad Eustochium, epist. XXII, cap. 36, ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 421. — (7) Ibid. cap. 35, col. 419. — (8) Apophthegmata, num. 55, Act. SS. tom. II Januarii, pag. 148. — (9) S. Hieronymus, ap. Rosweydum, Vitæ Patrum, pag. 419. — (10) Apophthegmata, loc. sup. cit. — (11) S. Hieronymus ad Eustochium, epist. XXII, cap. 35. ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 420. — (12) Cassianus, de Noct. Oration. cap. 4, pag. 21. — (13) Ibid. cap. 5, pag. 25. — (14) Ibid. cap. 7, pag. 27. — (15) Ibid. cap. 6, pag. 25.

AUCTORE V. D. B.

tabat similiter aliquid B. Hilarion *ex scriptura sacra post psalmos et orationes; sed privatim, non in communi cœtu; ex pietate et memoriæ causa, non ex statuta lege : quamquam res certa sit pristinos monachos, quin etiam moniales, multam posuisse operam in perdiscendis memoriter et scrutandis sacris scripturis* (1); *cui rei optimos in divinas litteras commentarios debemus.*

recitatorum disciplina.

74 *Præter Vesperas et Vigilias noctis celebrabant pristini monachi Orientales Tertiam, Sextam et Nonam; sæculo enim tantum V Prima in Cassiani monasterio Bethleemitico instituta est* (2). *Verum de illis horis audiendus est in primis Cassianus.* « Apud illos (*Ægyptios*) etenim, *inquit idem Collator* (3), hæc Officia (*Tertia, Sexta et Nona*), quæ Domino solvere per distinctiones horarum et temporis intervalla cum admonitione compulsoris adigimur, per totum diei spatium jugiter cum operis adjectione spontanee celebrantur. Ita namque ab eis incessanter operatio manuum privatim per cellulas exercetur, ut psalmorum quoque vel cæterarum scripturarum meditatio numquam penitus omittatur. Cui preces et orationes per singula momenta miscentes, in his Officiis, quæ nos statuto tempore
B celebramus, totum diei tempus absumunt. Quamobrem exceptis vespertinis ac nocturnis congregationibus nulla apud eos per diem publica solemnitas, absque die sabbathi vel Dominica, celebratur, in quibus hora tertia sacræ communionis obtentu conveniunt... Itaque in Palæstinæ vel Mesopotamiæ monasteriis ac totius Orientis supradictarum horarum solemnitates trinis psalmis quotidie finiuntur; ut et orationum assiduitas statutis temporibus Deo offeratur et necessaria operationis officia, consummatis justo moderamine spiritualibus obsequiis, nullatenus valeant impediri. » *Et quum hæc sæculo* IV, *quo exeunte Cassianus in Syria versatus est, illic ubique in usu essent, vix aut ne vix quidem dubitandum quin eum morem instituerit* B. Hilarion. *Verum enimvero in fine præfationis Institutionum, initio libri* III *et alibi hanc Palæstinensem disciplinam multo faciliorem fuisse perhibet Cassianus quam Ægyptiacam. Sed ab initio non fuit. S. Epiphanius, qui omnibus fere visus est* B. Hilarionis *fuisse discipulus, eamdem quoque normam in suo monasterio instituerat; sed non ea mente ut reliquo diurno tempore monachis liceret ab oratione vacare, sed ut id pro more Ægyptiorum impende-*
C *rent : adeo ut triplex ille diurnus ad communem orationem Palæstinensium congressus novum onus ab institutoribus habitum esset, et si postea monachi et ipse Cassianus crediderint liberum sibi esse, absolutis tribus illis Horis, ab oratione cessare, remissio disciplinæ fuerit et corruptela : quæ omnia ex libello* XII, *num.* 6, *quem Pelagius diaconus cum reliquis libellis latinos fecit, et in quo S. Epiphanii illa de re objurgatio legitur* (4), *apprime constant. Atque hactenus de* B. Hilarionis *cum discipulis quotidiana conversatione.*

Visitat et corrigit pristinos suos discipulos; quis hujus rei modus.

75 *Quum autem illi vitæ monasticæ rudimenta tanto magistro didicissent seque deinde in alias deserti contulissent plagas, eos nequaquam obliviscebatur aut negligebat. Ubi singuli suam haberent mansionem scripto notarat, ut eos stato visitaret tempore. Id onus* (*quo enim alio nomine iter per deserta designem?*) *certis diebus ante vindemiam subibat; quod, quum vindemia Gazæ fiat duobus aut tribus mensibus postquam in locis a mari remotioribus jam absoluta sit* (5), *ita intelligendum est ut domo proficisceretur beatus vir duobus aut tribus mensibus priusquam in Gazæ vicinia fieret vindemia, et conveniret longinquiores discipulos non multo antequam vindemiarent, ipse redux futurus quum sua jam sibi facienda foret vindemia : adeoque id iter ad finem æstatis instituebat. Ante autem quam se daret in viam, digerebat in scheda apud quos manere, quos in transitu visitare deberet, uno verbo mansionum ordinem disponebat, num.* 17. *Qui cum cognitus esset a fratribus, omnes ad eum confluebant, et comitati tali duce circumibant monasteria. Erant interdum bis aut ter mille, quisque suum secum habens viaticum; sed postea in tantam venerunt apud plebem venerationem, ut unaquæque villa vicinis monachis cibos offerret, numm.* 15 *et* 17. *Quam in eos fratres, quos visitabat, exerceret auctoritatem* B. Hilarion, *cogitatione potius quam ullis certis documentis definiendum est. Verumtamen num.* 17 *legitur exclusisse ex ordine visitandarum mansionum cellulam monachi, quem de sua punitum avaritia volebat, et num.* 18 abegisse ab oculis *fratrem, similiter avarum : quæ utraque pœna speciem quamdam excommunicationis habebat. Atque hactenus de monachorum illius conditione et gubernio.* D E F

Quamquam doctus esset et in rebus sacris versatissimus, non tamen videtur fuisse presbyter.

76 *Quæri potest et reipsa quæritur utrum* B. Hilarion *umquam presbyter fuerit. Certe nil in eo desiderari poterat quin ad ordines sacros promoveretur. Mitto de vitæ sanctimonia sermonem facere; sed de ejus doctrina nonnulla commemoranda. Beatum virum literarum studio longe præcelluisse B. Antonio, res certa est. Hic quidem non omnino illiteratus fuit, ut voluere nonnulli quos castigat Henschenius* (6); *linguam scilicet ægyptiacam noverat eaque plures conscripsit literas ad monachos, spiritali doctrina refertissimas; sed nil præterea de scientiis humanis novisse videtur. Contra* B. Hilarion *lingua syra loquebatur, quæ ejus fuisse videtur materna; ægyptiacam didicerat Alexandriæ eaque certe cum S. Antonio usus fuit, ad quem epistolas quoque dedit cophthice scriptas. Græcam ut doceretur, eodem a parentibus fuerat missus; at latinam ignorasse videtur, quum, ut num.* 28 *Vitæ narratur, in Dalmatiam ductus fuerit quod ibi sermo suus incognitus foret. Studium ejus Scripturæ sacræ, quam discipulis suis aliquando interpretatus esse a S. Hieronymo num.* 10 *dicitur; commercium cum fidei pugilibus et labores in convertendis infidelibus, ubi res ferret, indicavimus; adeo ut ambigi nequeat quin copiosissime ea instructus esset doctrina quæ presbytero necessaria sit. Neque obstabat monastica ejus professio quin presbyter fieret. Illo enim ævo jam aliquot monachos sacris ordinibus initiatos fuisse et perrexisse in eremo ascesi vacare ostenderunt complures; quin etiam abbates aliquot eo fuisse numero. Demum in Vita S. Epiphanii, num.* XI (7), *legitur* magnus Hilarion, *qua dictione proculdubio noster designatur*, gradum presbyteratus accepisse, *et similia. Verum, quamquam hæc ita se habeant, non ausim asserere* B. Hilarionem *ullis umquam ordinibus auctum fuisse, quum Sozomenus et S. Hieronymus, qui ejus gesta probe perspecta habuerunt, id certe aliquo significassent modo : quod argumentum, quamquam negativum sit, pluris tamen valet quam S. Epiphanii Vita, quæ, ut initio diximus, tot nævis scatet ut nemo prudens aliquid inde colligere possit.*

(1) Cfr Andreas Schmidt, Bibliotheca eremitarum, § 12. — (2) Cfr Cassianus, lib. III de diurnis oration., cap. 4, pag. 51. — (3) Ibid. cap. 2, pag. 41. — (4) Act. SS. tom. III Maji, pag. 39. — (5) Cfr Pierre Belon du Mans, Observations, lib. II, cap. 74, ap. Ritter, Erdkunde, tom. XVI, pag. 51. — (6) Act. SS. tom. II Januarii, pag. 118. — (7) Surius, Vitæ SS., Majus, pag. 155, edit. 1618.

§ X.

A

§ X. An primus in Syria vitam monasticam coluerit.

Asserit S. Hieronymus ante S. Hilarionem *nullum in Syria notum fuisse monachum.*

Nunc vero deveniendum est ad vexatissimam quæstionem, quam sequentia B. Hieronymi verba num. 8 *jam pridem suscitarunt:* Necdum enim tunc, (*circa annum scilicet* 328 *quum discipulos admittere cœpit* B. Hilarion,) monasteria erant in Palæstina, nec quisquam monachum ante in Syria noverat. Ille fundator et eruditor hujus conversationis et studii in hac provincia fuit. Habebat Dominus Jesus in Ægypto senem Antonium, habebat in Palæstina Hilarionem juniorem. *Ad quæ verba notandum inprimis est B. Hieronymo, non secus ac Flavio Josepho* (1), *Ammiano Marcellino* (2) *aliisque Palæstinam partem haberi Syriæ, quod diu regibus Syriæ paruerat; deinde, quum in aliis libris distinguat sanctissimus doctor Syriam ab Assyria, non cogitandum esse eum hoc loco consentire Plinio* (3) *et aliquot aliis qui utramque fere confundunt; neque eum tamen ita proprie Syriam accipere, ut ab ea*

B *Judæam, Phœnicen et Palæstinam (quæmadmodum aliqui fecere) secernat : aperte enim Palæstinam (ut modo monebamus) ei annumerat : sed Straboni et Ptolomæo accedere qui Syriam a septentrione finiunt Cilicia et Amano, ab ortu Euphrate et Arabibus Scenitis, et ab austro Arabia alia et Ægypto* (4). *Atque hoc spatio, auctore B. Hieronymo, nullus ante* B. Hilarionem *fuisset cognitus monachus.*

Per monachum *intelligit S. Hieronymus deserti cultorem.*

78 *Verum enimvero, quemadmodum sæpius jam diximus, multiplex est vocabuli* monachi *acceptio, non hodie tantum, verum etiam B. Hieronymi ævo. Ipsemet ad Eustochium scribens :* Tria sunt, *inquit* (5), in Ægypto genera monachorum. Unum, cœnobitæ, quod illi *Sauses* gentili lingua vocant, nos *in commune viventes* possumus appellare. Secundum, *anachoretæ*, qui soli habitant per deserta; et ab eo quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur. Tertiam genus est, quod *Remoboth* dicunt, deterrimum atque neglectum et quod in nostra provincia aut solum aut primum est. Hi bini vel terni, nec multo plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione viventes : et de eo quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia. Habitant autem quam plurimum in urbibus et castellis. *Hæc* B. *Hieronymus*

C *anno* 384 (6), *sexennio fere antequam B.* Hilarionis *conscriberet vitam. Porro in secunda classe recenset sanctus doctor* B. Hilarionem, *quandoquidem eum cum S. Antonio componat, de quo in Vita S. Pauli anno* 373 (7) *scripserat* (8) : Inter multos sæpe dubitatum est a quo potissimum monachorum eremus habitari cœpta sit. Quidam enim altius repetentes ab Elia et Joanne sumpsere principium; quorum Elias plus nobis videtur fuisse quam monachus et Joannes ante prophetare cœpisse quam natus sit. Alii autem, in quam opinionem vulgus omne consentit, asserunt Antonium hujus propositi caput, quod ex parte verum est : non enim tam ipse ante omnes fuit quam ab eo omnium incitata sunt studia. Amathas vero et Macarius, discipuli Antonii, e quibus superior magistri corpus sepelivit, etiam nunc affirmant Paulum quemdam Thebæum principem istius rei fuisse, non nominis : quam opinionem nos quoque probamus.

AUCTORE V. D. B.

Erant, teste S. Athanasio, ante S. Antonium monasteria in Ægypto,

79 *Ut itaque de Antonio non quæsivit B. Hieronymus an primus in Ægypto amplexus fuisset statum religiosum, sic quoque quæstionem non movit an* B. Hilarion *primus hanc vitæ conditionem in Syria assumpserit; sed utrobique sollicitus fuit an aliquis ante eos desertum, sive in Ægypto, sive in Syria, adiisset ibique eremiticam seu anachoreticam duxisset vitam. Neque de alia omnino re dubitari poterat. Ex ipsa enim S. Antonii Vita, quam in Prologo ad Vitam S. Pauli citat beatus vir, manifestum erat jam ante Antonium religiosos fuisse, quibus etiam* monachi *nomen adhæreret : verum hos in eremo sese non abdidisse. In ea enim narrat S. Athanasius, ipsemet S. Antonii discipulus, beatum juvenem anno ætatis suæ circiter vicesimo, id est, anno Christi* 270, *exemplo apostolorum et primorum ecclesiæ Hierosolymitanæ fidelium, verbisque evangelicis, quæ forte in ecclesia audierat, permotum, avitis possessionibus se exuisse, et quum sororem virginibus notis ac fidelibus commendasset, et* parthenoni, *ubi educaretur, tradidisset, non procul a domo sua ascesi operam dare cœpisse.* Nondum enim, *inquit* (9), tam creba erant in Ægypto *monasteria,* neque ullus omnino *monachus* noverat vastam eremum; sed quisquis sibi E vacare cuperet, is haud procul a suo vico solitarie se exercebat.

sed non in deserto : horum auctor S. Antonius habetur,

80 *Tum refert quo studio sanctus juvenis antiquiorum asceteria obiret, qua contentione virtutes omnes ab iis addiscere eosque in bono æmulari conaretur, quam tenere omnes, alii quidem ut filium, alii vero ut fratrem diligerent* (10). *Narrat dein Antonium, jam pluries debellato cacodæmone, in sepulcrum secessisse a vico suo remotius; quo secessu metum incussum fuisse inferno hosti, ne ille brevi* eremum ascesi impleret; *dehinc, anno circiter* 285, *progressum eum fuisse in montem, ibique reperisse castellum desertum; in quo quum viginti prope annos ascesim egisset et multi ejus ascesim imitari cuperent,* multis persuasit ut *solitariam* eligerent vitam; atque ita demum facta sunt etiam in montibus *monasteria,* et *eremus* habitata est *a monachis,* qui, rebus suis relictis, cælesti instituto nomen dabant. *Ante Antonium itaque jam multi erant qui eamdem vitæ normam sectarentur quam ipse amplexus est. Hoc unum eos dividebat discrimem quod Antonius eremum petierat, illi vero haud procul a suo vico solitarie se exercebant.*

F

quamquam eo tantum nomine auctor haberi posse videatur, quod instituti sui hæredes post se reliquerit.

81 *Neque hæc tantum constant ex S. Athanasio, sed ex innumeris aliis documentis; adeoque, nisi certum sit, saltem maxime verisimile est jam ab ipso apostolorum ævo veri nominis exstitisse religiosos, qui aliquando ascetæ, aliquando monachi, nonnumquam philosophi aliisve nominibus designarentur : quod argumentum multiplici eruditione illustravit collega meus bonæ memoriæ P. Antonius Tinnebroek in Examine historico et canonico libri Mariani Verhoeven de regularium et sæcularium clericorum juribus et officiis; in quo simul ostendit per tria deinceps ante S. Antonium sæcula semper id hominum et fœminarum genus exstitisse. Ejus deinde vestigia relegit alter collega meus in commentario de S. Barsabia et Sociis* (11); *in quo longius quoque procedendum ratus est, maxime ubi, non vanis nixus conjecturis, sed argumentis certissimis, animadvertit S. Antonio forte non alia de causa initium ducendæ in eremo vitæ asceticæ et S. Pachomio ejusdem vitæ*

(1) Antiquit. lib. x, cap. 7; de Bello, lib. v, cap. 14. — (2) Hist. lib. xiv, cap. 26. — (3) Hist. nat. lib. v, cap. 13. — (4) Cfr Cellarius, Geogr. antiq., lib. iii, cap. 12, num. 4, tom. II, pag. 337. — (5) Epist. xxii, cap. 34, ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 419.—(6) Cfr Acta SS. tom. VIII Sept., pag. 469. — (7) Ibid. pag. 445, 446 et 672. — (8) Ap. Migne, Patrologia, tom. XXIII, col. 17 et 18. — (9) Opp. S. Athanasii, tom. I, pag. 795 et 796. — (10) Ibid. pag. 796, 797 et 798. — (11) Act. SS. tom. VIII Octobris, pag. 842 et seqq.

agenda

AUCTORE V. D. B.

agendæ in cœnobiis fuisse adscriptum, quam quod post se reliquerint instituti sui heredes et propagatores; dum aliorum, quos constat diu ante eos sive in eremis, sive in cœnobiis ascesin egisse, memoria perierit (1). *Atque ego certe non amplius ire ausim in sententiam Papebrochii* (2), *qui, quum legeret ad calcem Vitæ coævæ B. Frontonis, qui cum septuaginta sociis in eremum Nitriæ secessit ibique vitam anachoreticam ad mortem usque egit, hæc ipsissima verba* (3) : Hæc sub Antonino imperatore gesta sunt, tertio decimo anno imperii ejus, *id est anno* 150 *aut* 173 *seu etiam* 192, *hanc clausulam sublatam voluit; et ut quod sentiam aperte fatear, mihi videntur B. Athanasii* (*quem cæterum ex ipso S. Hieronymo errasse hac in re constat*) *et ipsius S. Hieronymi dictis non aliam inesse vim quam argumenti mere negativi : videlicet B. Athanasio nullum alium S. Antonio antiquiorem cognitum fuisse in Ægypto anachoretam, nec S. Hieronymo in Palæstina ullum alium S.* Hilarione. *At argumentum cujus omnis potestas in rerum ignoratione posita est, valde debile est et infirmum, quum de viris agatur qui amarent celari et nesciri et in reconditissimis viverent locis, et certe, ubi positiva afferuntur monumenta, evanescit omnis illius vis et auctoritas.*

B

Sozomenus nequaquam æstimat S. Hilarionem *fuisse initiatorem vitæ anachoreticæ inter Syros.*

82 *Et quidem Sozomenus, qui* B. Hilarionis *res gestas probe cognitas habuit, licet initio ejusdem gestorum scripserit* (4) : De monachis Ægypti hæc impræsentiarum dixisse sufficiat; sed et Palæstina tum similiter philosophari cœperat ab Ægyptiis erudita. Florebat in ea tunc temporis divinus Hilarion; *licet hæc, inquam, literis mandarit, alibi tamen non dubitat vitæ eremiticæ initia in Syria ei abnegare eaque inter laudes ponere Aonis seu Eugenii :* Hunc porro Aonem, *inquit* (5), primum apud Syros, perinde ac Antonium apud Ægyptios, auctorem fuisse ferunt solitariæ ac arctioris philosophiæ; *quibus tamen verbis velle non videtur Aonem primum adiisse deserta Syriæ* (*quam usque ad Nisibim, Aonis mansionem, extendit*), *sed potius* (*quemadmodum de S. Antonio alibi disserit*) moribus atque exercitationibus utilissimis hoc vitæ genus ad summam diligentiam et perfectionem perduxisse, sive Ægyptii, sive qui alii hujus philosophiæ principes et auctores fuerint (6); *nam continenter antequam hæc de Antonio scriberet, tradiderat initia repetenda esse a therapeutis Alexandrinis :* Unde conjicio, *dixerat* (7), hanc philosophiam apud

C

Ægyptios ex eo tempore floruisse; alii vero affirmant persecutiones, quæ variis subinde temporibus ecclesiæ acciderunt, huic philosophiæ occasionem præbuisse. Nam quoniam fugientes christiani in montibus, et solitudinibus, ac silvis commorabantur, huic vivendi rationi paulatim assueverunt.

Non absurde credidit Cassianus hoc institutum ad ævum apostolicum referendum.

83 *Absit itaque ut flocci fiant B. Cassiani in præfatione ad libros de cœnobiorum institutis verba, quibus ut monasteriorum Ægypti originem, sic quoque Palæstinæ ad apostolicæ prædicationis ævum refert :* Vidimus, *inquiens* (8), monasteriorum regulam per Ægyptum vel Palæstinam antiquitus fundatorum,... instituta in quibus ab exordio prædicationis apostolicæ a sanctis ac spiritualibus patribus fundata monasteria ad nos usque perdurant. *Quamobrem, ut per Stiltingum* (9) *sic quoque per me licet S. Charitonem, de quo in controversia carmelicita multa fuit disputatio, antiquiorem S.* Hilarione *in Syria anachoretam facere; hanc quippe* D *unam S.* Hilarioni *servandam ducimus laudem, ejus sanctimoniam et disciplinam tam celebrem fuisse, ut præ ejus asceseos fama aliorum omnium instituta nihili fere haberentur ejusque schola religiosa nonnullis res nova videretur et hactenus in Palæstina invisa. Quod ut comparatione aliqua explicem, si ex viro etiam docto quæsieris quis exstiterit Mendicantium auctor, Franciscum Assisiatem designabit procul dubio : quum tamen constet id vitæ genus multo ante assumptum fuisse a B. Hermelando ejusque asseclis in agro Mediolanensi et deinde a multis clericis et laïcis inter Pauperes Lugdunenses; quorum pars, pontifice Innocentio III, ad unitatem rediit ecclesiasticam. Non aliter æstimatum olim fuit de* B. Hilarione : *vitæ anachoreticæ in Palæstina habitus fuit auctor, quod eam illic mirabiliter excoluisset et sanctissimos educasset discipulos.*

§ XI. Posteriora fata monasteriorum S. Hilarionis.

E

Fata monasteriorum S. Hilarionis *post ejus mortem.*

Quamdiu vero perseveraverint ejus instituta, equidem dicendo non sum. Ad finem libri V *de ædificiis memorat Procopius* (10) *nonnulla monasteria quæ Justinianus imperator restaurarat; sed utrum ea inter unum sit quod cum beato nostro patriarcha aliquid commune habeat, ignoro omnino; verisimile tamen est. Itinerario Antonini Martyris seu Placentini, quod Papebrochius tam male habuit* (11), *jam dixi statum repræsentari Palæstinæ, qualis ante irruptionem Mahometis sequacium esset; et quin illic unum alterumque monasterium recenseatur. quod* S. Hilarioni *origines suas debeat, vix aut ne vix quidem dubito. Omni sane ævo infestissimi fuerunt Sarraceni et simile genus hominum anachoretis, deserta Syriæ, Palæstinæ, Arabiæ et Ægypti incolentibus; maxime postquam sæculo* V *ineunte magis magisque inclinari cœpit romanum imperium; verum ut adversus eorum truces incursiones perfugium haberent eremicolæ, alicubi arces addidit Justinianus monasteriis; quarum adhuc rudera supersunt. Porro inter eas verisimillime referendum est S. Georgii castrum, de quo quidem non meminit Procopius, sed cujus memoriam fecit Antoninus martyr aut quisquis Itinerarium ejus scripsit :* Proficiscentes, *inquit* (12). de Eulatia introivimus eremum milliario XX, in quo

F

est castrum, ubi est xenodochium S. Georgii, in quo habent transeuntes vel eremitæ refugium vel stipendia. *Quum autem ex illa maxime parte* B. Hilarionis *discipuli se sparsisse videantur, vix dubium quin eremitæ illi ejus asceticam continuarent scholam.*

Falso fertur S. Hieronymus dixisse statim post ejus mortem in iis collapsam esse disciplinam.

85 *Quamdiu vero disciplina regularis inter eos in honore fuerit quærendum est eo præcipue titulo quod videri posset eam statim post* B. Hilarionis *mortem fuisse collapsam. B. Hieronymus scilicet scribens ad Eustochium de tribus generibus monachorum quæ sunt in Ægypto, de cœnobitis, de anachoretis et remoboth, hunc tertium ordinem his quæ alibi citasse memini verbis perstringit :* Tertium genus est, *inquit* (13), quod Remoboth dicunt, deterrimum atque neglectum, et quod in NOSTRA provincia aut primum aut solum est; *et pergit dein eorum affectatos et parum religiosos describere mores.*

(1) Act. SS. tom. VIII Octobris, pag. 844, numm. 25 et seqq. — (2) Ibid. tom. III Maji, pag. 296. — (3) Ibid. tom. II Aprilis, pag. 203. — (4) Hist. eccl., lib. III, cap. 14, pag. 519. — (5) Ibid., lib. VI, cap. 33, pag. 691. — (6) Ibid., lib. I, cap. 14, pag. 420. — (7) Ibid., lib. I, cap. 12, pag. 419. — (8) Cassiani Opp. pag. 3. (9) Act. SS. tom. VII Sept., pag. 611. — (10) Opp. tom. III, pag. 327 et 328; edit. Byzantin. Bonnæ. — (11) Act. SS. tom II Maji, pag. XIV. — (12) Ibid. pag. XIV, num. 33. — (13) Epist. XXII, num. 34, ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 419.

Porro,

A *Porro, quum alibi B. Hieronymus* S. Hilarionem *vitæ monasticæ initiatorem in Syria et Palæstina faciat, nemo non videt hæc probra in ejus incidere discipulos, si verbis :* provincia nostra *Syria designetur. Et quidem ita vulgo intellexerunt viri eruditi, quemadmodum Vallarsius testatum fecit, ipse contra sentiens* Pannoniam potius ant Italiam significari (1). *Et quidem non omnino male. Quum enim hanc scripsit epistolam sanctissimus doctor, non in Syria versabatur atque adeo eam habitationis titulo* provinciam nostram *appellare non poterat; sed, Romæ erat positus, ut ille ipsemet testis est scribens ad Nepotianum* (2) *et consentit Rufinus libro* II *Invectivarum num.* 5 (3); *adeoque ea scripsit anno* 384, *quum Romæ etiam degeret Eustochium, anno tantum sequenti Bethleem cum matre profectura* (4). *Et non dubitandum quin Italiam, non vero Dalmatiam intelligat Hieronymus; etenim, quamquam catholicos habuerit parentes, sacris tamen christianis nondum initiatus erat, quum* puer *adhuc et* adolescentulus, *ut ipsemet loquitur, Romam missus fuit liberalium studiorum gratia* (5), *neque proin aliquid certi de rebus christianis Pannonicis novisse poterat, neque alibi umquam de iisdem disseruit. Contra res ecclesiasticæ quomodo essent in Italia compositæ, probe*
B *habebat compertum, et tetigit easdem sæpissime. Sed quod præcipuum est, ipse Hieronymus indicat se de Italis scripsisse. In epistola enim, quam modo laudabam, ad Nepotianum, ubi ad finem meminit irarum quas Virginitatis libellus seu epistola ad Eustochium suscitarat :* Quos obsecro, *inquit,* ut quiescant et desinant maledicere : non enim ut adversariis, sed ut amicis scripsimus; nec invecti sumus in eos qui peccant, sed ne peccent monuimus. *At vero nil probabilius quam hanc quietis commendationem et maledicentiæ cessandæ hortamentum ad Italos fieri; quum illic, Romæ potissimum, ut Rufinianæ* (6) *orationis series indicare videtur, scandala ex illo libello orta sint.*

Constat ex S. Basilio

86 *Cæterum ex aliisc oævis scriptoribus, Hieronymo non minoribus auctoritate, abunde constat miris illo tempore laudibus præcelluisse Palæstinæ monachos. Audi S. Basilium in epistola, quam anno* 375 *ad Eustachium Sebastenum dedit :* Multos inveni, *inquit* (7), Alexandriæ, multos etiam in reliqua Ægypto : et in Palæstina alios et Cœlesyria ac Mesopotamia : quorum mirabar abstinentiam in victu, mirabar tolerantiam in laboribus, stupebam
C ad constantiam in precibus, quomodo somnum superarent, naturali nulla necessitate infracti : quomodo excelsam semper et indomitam animi servantes, in fame et siti, in frigore et nuditate, nusquam ad corpus conversi, nec ullam ei curam impendere volentes, sed tamquam in aliena carne viventes, reipsa ostenderent quid sit in hac vita peregrinari et quid civitatem in cælo habere. Hæc cum mirarer, ac beatam putarem virorum vitam, quod factis ostenderent se mortificationem Jesu in corpore circumferre; optabam et ipse, quantum possem attingere, imitator esse hominum illorum.

et ex Sozomeno diu post eam floruisse.

87 *Hæc quidem vidit et admiratus est S. Basilius anno* 357 (8); *sed anno* 375 *significabat clericis Neocæsarcensibus* (9) *se æstimare eamdem in Palæstina nondum cessasse virtutem. Nec immerito; quum Sozomenus de illo ævo scribat* (10) : Sed et Palæstina monachorum domiciliis florebat. Nam plerique eorum, quos supra in rebus gestis Constantii enumeravi adhuc superstites, hanc disciplinam summa cum laude excolebant. Et horum consuetudine ac sermonibus alii instituti, ad summum virtutis apicem pervenerunt et ad majoris gloriæ cumulum monasteriis illic positis adjuncti sunt. Ex quorum numero fuit Hysychas, Hilarionis sodalis; et Epiphanius, qui postea Salaminis in Cypro episcopus fuit; qui... antequam Cyprum venisset, principatu Valentis Augusti adhuc manebat in Palæstina. Quo quidem tempore Salamanes, Phuscon, Malchio et Crispio fratres in illis monasteriis inclaruerunt. Degebant autem juxta Betheleam, qui vicus est in agro Gazæorum. Erant enim nobili apud istos genere orti. Magistrum porro hujus disciplinæ habuerant Hilarionem. A quo cum aliquando domum simul redirent, Malchionem raptum esse memorant, et ex conspectu evanuisse, ac repente iterum apparuisse eamdem cum reliquis viam carpentem, nec multo post e vita migrasse; adhuc quidem adolescentem, nulli tamen eorum qui in monastica philosophia consenuissent, vitæ integritate et amore divini numinis inferiorem. *Dein laudes prosequitur Ammonii, patrium vicum Chapharcobram prope Gazam illustrantis; Silvani, ex Palæstina* E *oriundi, qui post Valentis obitum juxta torrentem Geraris* maximum ac nobilissimum monasterium plurimorum bonorum virorum simul degentium constituit; cui quidem monasterio admirandus Zacharias post illum præfuit. *Post deflectit Sozomenus ad aliarum Syriæ partium monachos; verum quæ attulimus sufficere videntur ut appareat disciplinam monasticam post* S. Hilarionis *mortem non statim collapsam esse, neque in illius discipulos dirigi B. Hieronymi increpatoria verba. Cæterum si quis plura velit de monastica disciplina in Palæstina sub magisterio SS.* Hilarionis, *Epiphanii, Silvani, Hieronymi, Paulæ, Euthymii, Sabæ, Joannis Silentiarii et Theodosii cœnobiarchæ, adeat Bivarium* (11), *qui de eorum rebus et institutis contulit plurima.*

AUCTORE V. D. B.

§ XII. De sacris Reliquiis S. Hilarionis.

S. Hesychius corpus B. Hilarionis *ex Cypro transfert in Palæstinam.* F

Quum B. Hilarion *tanta sanctitatis fama floreret, statim ac ad meliorem transisset vitam, quaquaversum nuntius ille sparsus est. Qui quum ad Palæstinenses discipulos pervenisset, quem vivum desiderarant, non minus desiderarunt mortuum. Cyprum itaque venit S. Hesychius simulans se in magistri horto habitare velle, sed reipsa captans occasionem furandi cadaveris. Post decem mensium exspectationem fecit id demum cum vitæ periculo et Majumam navigio detulit sacra membra. Hinc, totis monachorum et oppidanorum turbis prosequentibus, ad lævam littoris, qua Majuma Ægyptum itur, septimo milliario in solitudinem asportavit* et in antiquo monasterio condidit, illæsa tunica, cuculla et palliolo et toto corpore, quasi adhuc viveret, integro, tantisque fragrante odoribus ut delibutum unguentis putares. *Quibus addit Hieronymus, ex quo superiora sumpsimus :* Cernas usque hodie miram inter Palæstinos et Cyprios contentionem, his corpus Hilarionis, illis spiritum se habere cer-

(1) Epist. XXII, num. 34, ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 419, not. *a*. — (2) Epist. LII, num. 17, ibid. col. 539. — (3) Cfr Act. SS. tom. VIII Septembris, pag. 470. — (4) Ibid. tom. VII Septembris, pag. 632 et seqq. — (5) Ibid. pag. 433. — (6) Invectivarum seu Apologiæ lib. II, num. 5, ap. Migne, Patrologia, tom. XXI, col. 587. — (7) Epist. CCXXIII, alias LXXIX, num. 2, Opp. tom. III, pag. 337. — (8) Cfr cap. III, num. 4, Vitæ S. Basilii, præmissæ tom. III Opp. pag. XLV. — (9) Epist. CCVII, alias LXIII, num. 2, Opp. tom. III, pag. 310. — (10) Hist. eccl. lib. VI, cap. 32, pag. 689. — (11) De veteri monachatu. lib. IV, tom. II, pag. 1 et seqq.

AUCTORE V. D. B.

tantibus. Et tamen in utrisque locis magna quotidie signa fiunt, sed magis in hortulo Cypri, forsitan quia plus illum locum dilexit.

Inde, imperante Carolo Magno.

89 *Quum Antonius Placentinus aut quisquis alius Itinerarium, quod quam male carpserit Papebrochius diximus non semel, fecit, requiescebat adhuc in illa solitudine S.* Hilarionis *corpus.* De Mazona (*Majuma*), *inquit* (1) venimus usque Gazam milliarium... Inde milliario secundo requiescit S. Hilarion. *Leucas milliaria vocat, ita ut, ubi milliarium scribit, tria fere milliaria intelligenda sint. Quam diu vero illic postea remanserit beati viri corpus difficile dictu est, nisi fidem addas traditionibus Duravelensibus, quibus statuitur BB.* Hilarionis, *Agathonis et Piamonis seu potius Pæmenis corpora, imperante Carolo Magno, in agrum Cadurcensem et quidem in oppidum* Duravel *delatas fuisse. Singulari libello, jam rarissimo, id argumentum prosecutus est Magister Joannes de Vidal, J. U. Doctor et in Parlamento advocatus* (2) : *synopsim lectoris oculis subjiciemus, omissis omnino quatuor primis capitulis, quæ de* B. Hilarionis *vita sunt.*

quo tempore aliæ ex Oriente reliquiæ in Gallias delatæ feruntur,

B

90 *Capite itaque quinto conatur probabile facere reliquias illorum beatorum ex Oriente in Gallias transvectas fuisse. Quam in rem animadvertit veteres Francos reliquiarum nanciscendarum avidissimos fuisse; S. Germanum Parisiensem in Palæstinam et Constantinopolim perrexisse ad conquirendas reliquias* (3); *eadem de causa legationem a S. Radegunde missam fuisse Hierosolymam et per universum Orientem* (4); *Figiacensem ecclesiam ultramarinis reliquiis a Pippino rege ditatam tradi apud Guilielmum De la Croix* (5); *Carolum Magnum quoque curasse ut ad se reliquiæ ex Oriente deveherentur* (6), *maxime postquam monachus quidam de Hierosolymis ad eum venisset,* reliquias multas *ex parte patriarchæ Hierosolymitani deferens* (7); *porro eas reliquias plurimis Galliæ ecclesiis a Carolo Magno distributas fuisse, atque ita ferri indusium B. M. V. ecclesiæ Carnotensi fuisse concessum, brachium S. Simeonis senis Parisiensi, plura corpora apostolorum Tolosanæ et alia aliis; nil obstare quin illo ævo ex Oriente in Galliam transvecta fuerint corpora SS.* Hilarionis, *Agathonis et Pæmenis et data a Carolo Magno Duravelensi ecclesiæ, maxime quod villam haberet Cassinogili* (Chasseneuil); *quæ utpote in diœcesi Ecolismensi* (Angoulême) *posita non valde procul a pago Cadurcino distabat* (*interjacebat tamen latissimus Petragoricus pagus*), *et in qua anno* 778

C

pascha celebravit (8). *Atque hæc quidem omnia vera sunt, neque omnino negligenda, quoniam hinc saltem sequitur Duravelensem traditionem non esse absurdam. Sed tria beatorum monachorum corpora reapse Duravelum fuisse transvecta hinc omnino non conficitur et aliis omnino probationibus confirmandum superesset.*

dicuntur Moysiacum in agro Cadurcino et in vicinum Duravelum transvectæ,

91 *Jam vero monumenta coæva desiderantur prorsus, neque alia supparia uspiam latere videntur. Quocirca quibus persuasum est medio ævo sæpe illusum fuisse a peregrinis impostoribus fidelium pietati, neque proin frustra commendatum fuisse episcopis ne absque accurato examine novas reliquias publicæ venerationi exponi paterentur, ii profecto, an admittendum sibi sit revera ex Oriente in Cadurcinum* D *agrum translata fuisse trium sanctorum corpora, hærebunt nonnihil. Interea juverit narrasse quo pacto ferantur hæc sacra pignora devenisse Duravelum. Ex Marco Antonio Dominici, cujus liber de* Sudario capitis Christi *anno* 1640 *Cadurcis prelo impressus est, hæc excitat Vidalius :* Ut beatus Namphasius pagum Cadurcensem elegit et, exuta mortalitate, suis nos lipsanis insignivit; sic verisimile est Carolum Magnum, monasteriorum a se fundatorum memorem, variis illa reliquiis honestasse, et primariæ Cadurcorum ecclesiæ, cui sine dubio aliquid concesserat, veluti quam Pippini patris bella vastaverant, Sudarium capitis Christi, veluti cæterarum capiti, concessisse. Quod autem ipsius temporibus pagus Cadurcensis sacris pignoribus fuerit dotatus, testatur vetus charta abbatiæ Moysiacensis. Continet enim duos monachos illius abbatiæ Caroli Magni commendatione comparandarum reliquiarum gratia in Palestinam perrexisse, triaque corpora sanctorum integra invenisse, Pæmonis scilicet, Agathonis et Hilarionis, quæ in Cadurcos advecta in loco Durivelleris deposuere : quia cum abbatia Moysiacensis mille monachorum esset, nec capax tantæ multitudinis, volebant domum inibi E construere, quam redundantes monachi habitarent, ipsamque reliquiis reddere nobiliorem. Restant adhuc vestigia veteris ædificii et corpora pene integra sarcophago lapideo condita, amoto operculo, quovis redeunte quinquennio visenda proponuntur. Nos hunc locum dicimus Duravel, corrupte Froissardus *Durmel,* dum ab Anglis obsessum memorat. Nec miror ego, Caroli Magni commendatione, monachos illos in Palestina Sacras Reliquias conquisiisse : ad illum enim Joannem Patriarcham Hierosolymitanum, per Zachariam presbyterum, duobus stipatum monachis (uno de monte Oliveti, altero de Saba monasterio), benedictionis causa claves sepulchri dominici et loci Calvariæ, claves etiam civitatis et montis Oliveti cum vexillo legimus detulisse. Hermanni Contracti Chronicon addit (reliquias de sepulchro Domini) ad annum 800 quasi tantum principem rogaret defensorem. Inde etiam apertum fit multas ab Oriente potuisse accipere.

ut constare volunt ex monumentis Moysiacensibus, F

92 *Verum enim vero utinam exstaret Moysiacensis, quæ laudatur, charta! Sed, quum Dominicius jussu episcopi Cadurcensis, ut refert Vidalius, et rogatu Duravelensium Moysiacense archivum perscrutatus esset, hanc chartam omnino non invenit. Non tamen inutilis omnino ejus fuit inquisitio. Invenit enim duos reliquiarum catalogos, qui uterque quidem dicuntur antiqui, quamquam prior sæculo certe duodecimo recentior sit, quippe qui idiomate mixto, scilicet partim latino partim Cadurcensi, conscriptus sit : atque hic inter reliquias* quas Carolus rex dedit Moysiaco monasterio *pignora sanctorum* Hilarionis, *Agathonis et Pæmenis habet; alter nude recenset reliquias, origine omissa, et de sanctis nostris hæc tradit :* Item sancti Hilarionis, Gatonis et Piamarcho *vel* Piamanho. *Reperit quoque in eodem archivio duo antiqua breviaria monastica, in quibus duodecim lectiones sunt de S.* Hilarione : *manifestum profecto signum cultus celebrioris. Sed quum Caroli*

(1) Act. SS. tom. II Maji, pag. XIV. — (2) Traicté des reliques et vies des saincts Hilarion, Agaton et Piamon abbés et anachorètes d'Orient, contenant l'histoire de leurs hauts-faits et les œuvres de la translation de leurs reliques en France dans la ville de Duravel en Quercy : ensemble un recueil des merveilles arrivées à leur tombeau et des graces et indulgences accordées par les papes à ceux qui les visitent avec plusieurs autres choses très mémorables. Le tout tiré des chartres, titres, histoires anciennes, mémoires, manuscrits, traditions, enquestes et autres preuves très authentiques. Par Maistre Jean de Vidal, docteur ès droicts et avocat en Parlement. A Caors, par Pierre Dalvy, imprimeur du roi, 1664. — (3) Aimonius de Gestis Francorum lib. III, cap. 9, ap. D. Bouquet, Recueil des histoires de France, tom. III, pag. 69, not. *a*. — (4) Gregorius Turon. de Gloria MM. lib. I, cap. 5, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 465. — (5) Series et acta episcop. Cadurc., pag. 60 et 61. — (6) Eginhardi Annales de Carolo M. ad an. 799 et 800, ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 214 et 215; et alii passim. — (7) Annales Francorum Mettenses ad an. 799, ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 349. — (8) Cfr D. Bouquet, Recueil, tom. V, index chronol., pag. LIV.

Magni

A *Magni ævo breviaria sint multo posteriora et quæ sæculo duodecimo conscripta fuere rarissima jam supersint, credibile nequaquam est Moysiacensibus illis magnam inesse antiquitatem. Quod sentiendum quoque est de aliis breviariis Moysiacensibus, in quibus* B. Hilarion *ritu duplici coli præcipitur; atque etiam de illo, in quo beati eremitæ nomini litera B præfigitur, iis solis præmissa sanctis qui Benedictinam regulam secuti fuissent aut quorum reliquias haberent Moysiacenses; necnon de antiquo calendario Moysiacensi, in quo* depositio beati patris nostri Hilarionis *notatur; quibus quidem manifestum fit jam pridem Moysiacensibus eam insedisse mentem quod* B. Hilarionis *corpus ad se aliquando asportatum fuerit, atque hinc Duravelum translatum; quæ persuasio etiam permansit quum anno* 1626, *sæcularisato ab Urbano VIII cœnobio, monachi in canonicos mutati sunt, quippe qui perrexerint ritu duplici* S. Hilarionis *festum celebrare. Sed coæva aut supparia exstare testimonia, quæ nunc sola anquirimus, neutiquam istinc colligi potest.*

Duravelensibus 95 *Duraveli non firmiori licet stare pede. Re quidem vera sæculo* XVII *partes illic adhuc cernebantur fenestrarum in quibus erant trium sanctorum imaB gines, cum adscripto gothicis, quas vulgus male vocat, literis uniuscujusque nomine. Præterea campanæ primæ insculpta seu potius infusa hæc verba :* L'an MCCLXXII Fouguet facho la present campane en lou monstre de Duravel de S. Hilarion a l'honeur de Dieu et de S. Hilarion; *secundæ autem hæc alia :* Jesus. Maria. Saint Hilarion de Duravel MCCLI; *et tertiæ demum :* Jesus. Maria. Saint Hilarion de Duravel MCCLI et lou x de may : *apposita imago Crucifixi et Mariæ tenentis parvulum filium. Insuper confraternitatem* S. Hilarionis *habuit Duravelum, ut ex commentario constat cujus hoc est initium :* L'an 1518 fouret fach que lous oubriés (*id est præsides*) de la confrario de S. Hilarion de Duravel fognerou leurs elections et rederou lour compte *etc. Atque his denuo constat antiquum Duraveli beati* Hilarionis *fuisse cultum eumque splendidum; sed alia testimonia jure merito postulari de translatis ex Oriente trium sanctorum corporibus quis non videat?*

et Cadurcinis 94 *Neque certiora argumenta depromi possunt ex Cadurcensibus libris liturgicis. Laudatur sane antiquum Kalendarium et Proprium sanctorum Cadurcense, in quibus* B. Hilarionis *et sociorum festum* C *indicitur. Kalendarium habet :* XXI octobris. Hilarionis abbatis semiduplex et commemoratio sociorum sanctorum Agatonis et Pæmonis confessorum: *ubi animadvertendum vocem* semiduplex, *inscriptam kalendariis, recentioris ævi esse signum; quod et supra de ritu duplici observari poterat. In Proprio vero legitur :* Die XXI octobris S. Hilarionis abbatis. Oratio : Intercessio nos, quæsumus *etc., et reliqua omnia ut in Breviario; et pro commemoratione sociorum sanctorum Agathonis et Pæmenis confessorum, oratio :* Adesto, Domine, supplicationibus nostris quas in beatorum Agatonis et Pæmonis confessorum tuorum solemnitate deferimus, ut qui nostræ justitiæ *etc., ut in festo sancti Augustini. Præterea sæculo* XVII, *ut Vidalius animadvertit, festum fiebat de sanctis* Hilarione, *Agathone et Pæmene; quod de illis solis usurpabatur sanctis, qui in diœcesi Cadurcensi vixerant, patroni titulares erant ecclesiarum vel quorum ibidem servabantur reliquiæ, quemadmodum indicat Calendarii titulus ipsemet, scilicet :* Calendarium Cadurcense, hoc est sanctorum qui patroni habentur vel etiam dant titulum quibusdam ecclesiis, capellis et oratoriis ejusdem diœcesis. *Atque hinc et ex vocabulo* sociorum beati Hilarionis, *quo sancti Agathon et Pæmen donantur, quamquam loco et tempore dissiti vixerint, neque aliud præter translationem commune habere potuerint, concludit tandem Vidalius reapse hanc factam fuisse translationem.*

AUCTORE V. D. B.

95 *Quid nos ad hæc? Vim nullam his inesse argumentis affirmabimus? Nequaquam : certum omnino nobis est traditionem de tribus corporibus sanctis Duraveli asservatis plura jam sæcula durare; fieri omnino posse ut origo ejus genuina sit; narrationem de translatis Caroli Magni ævo Duravelum aliquot Moysiacensibus monachis verisimilem esse, quum in charta, qua anno incarnationis Domini* DCCLXXXIII, *domini Ludovici secundo regni Francorum (Aquitanorum) Angarius seu Awarnus, Cadurcensis episcopus, insigne donum contulit abbatiæ Moysiacensi, ibidem* vir venerabilis Hermenninus abbas CUM MAXIMA CONGREGATIONE MONACHORUM Deo militasse *legatur* (1); *ita ut facile coloniam emittere potuerit, sanctorum reliquiis instructam : quibus accedit vestigia veteris monasterii sæculo* XVII *superfuisse, ut ex Dominicio et Vidalio jam intellectum fuit; adeoque ecclesiam parœcialem esse maxime antiquam ex stylo* E *architectonico manifestum fieri* (2). *Fatemur itaque Duravelensium et Moysiacensium sententiam venerabilem esse, jure merito pergere posse Cadurcensis agri incolas patronorum loco habere sanctos* Hilarionem, *Agathonem et Pæmenem et nulla omnino ratione cogi ad omittendum eorumdem reliquiarum cultum; quum legitima in possessione sint; verum tamen hinc nequaquam sequi translationem, de qua agimus, historice esse certam. Ex libello Ms. Armandi Gerard, canonici Sarlatensis, dato anno* 1664 *ad Godefridum nostrum Henschenium, novimus tunc temporis actum fuisse de approbandis tribus corporibus; sed episcopo Cadurcensi non satis constitisse ea esse genuina. Addiderim actum esse in opere nostro de S. Pæmene ad diem* 27 *Augusti; prætermissum vero S. Agathonem ad* 13 *Septembris, quod decessoribus visus est non legitimum habuisse cultum : sed male.*

Ex his certe constat de antiquo cultu, sed minus certe de translatione.

Reliquiæ aliis in locis. 96 *Novimus insuper olim singulis trienniis publice exposita fuisse tria Sanctorum corpora et ad hanc celebritatem maximam confluxisse multitudinem. Etiamnum singulis trienniis eadem corpora exponi docet cl. v. Philippus Le Bas* (3), *dummodo contentus non fuerit veterem aliquam Duraveli descriptionem in librum suum referre. Multis quoque aliis in* F *locis particulas aliquot de* B. Hilarionis *corpore servatas fuisse passim invenire est; sed operæ pretium non videtur has omnes explicatius indicare. Paucis contenti simus. Ex ore beatissimi patris Ignatii Samhiri, patriarchæ Antiocheni de ritu Syriaco, dum anno* 1855 *aliquandiu in collegio nostro Bruxellensi habitaret, audivi se Alexandriæ in templo Coptitarum schismatico aliquot abhinc annis, dum ipse Eutychianam adhuc profiteretur hæresim, veneratum esse* S. Hilarionis *reliquias aliquot. Venetiæ imprimis* S. Hilarionis *reliquiis divites videntur. In monasterio Benedictino S. Georgii Majoris servabatur adhuc sæculo præterito os brachii* S. Hilarionis, *quod Nicolaus Michaelis, dum in insula Cypro consiliarii dignitatem obtineret, a rectore monasterii ipsius sancti* Hilarionis *acceperat et dein donarat monialibus sanctæ Catharinæ Venetis* (4). *Constant hæc ex sequenti Diplomate Stephani de Navaria abbatis, quod ex vulgari sermone latinum fecit Flaminius Cornelius* (5) :

(1) Gallia Christ. tom. I, instrum., pag. 36, cfr textus, ibid. col. 123. — (2) Univers Pittoresque, France, Dict. encyclop., par Ph. Le Bas, tom. VI, pag. 829. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Cornelius, Ecclesiæ Venetæ antiquis monumentis illustratæ, decade XI, part. II, pag. 196. — (5) Ibid. pag. 197 et 198 et decade II et III, pag. 170.

Jesus,

AUCTORE V. D. B.

Jesus, die 22 Junii anno 1548. Ego domnus Stephanus abbas monasterii sancti Georgii Majoris Venetiarum fidem facio me accepisse reliquiam ex brachio sancti Hilarionis abbatis, a rev. matre sorore Augustina Contarena, priorissa perquam digna, et a monialibus Dominæ sanctæ Catharinæ Venetiarum, quæ prædictam reliquiam in depositum habuerunt a quondam magnifico domino Nicolao Michaele Doctore anno 1518 die 17 Februarii. Hanc reliquiam idem magnificus Nicolaus Cipro avexit, ubi eamdem obtinuit a superiori loci ejusdem sancti Hilarionis, dum esset consiliarius regni Cipri. Eam mihi tradiderunt prædictæ reverendæ moniales coram magnifico domino Francisco Michaele, magnifici Nicolai filio, qui adfuit suo et suorum fratrum Angeli et Alexandri nomine. Habui etiam acceptionis chartam, quam prædictæ moniales dederant, tunc temporis superius memorato magnifico Nicolao. Et hoc ad majorem reliquiæ authenticitatem, quam Deo favente promitto me locaturum in monasterio sancti Georgii Majoris cum ea debita reverentia, qua par est. In quorum fidem ego domnus Stephanus, qui supra, hæc ad cautionem earum scripsi manu propria die et anno superius enunciatis. *Ecclesiæ parochiali sanctorum apostolorum Venetæ* consimili dono pariter Jacobus Chiriarchus, genere Cyprius, obtulit brachium S. Hilarionis abbatis, ex eodem regno Cypri delatum, in quo sanctissimus vir peregrinationis suæ cursum consummavit. Gratum animum cleri erga venerandi muneris donatorem testabatur olim sepulcralis supralaudati Jacobi epigraphe, quam, cum veteri lateritio pavimento inconsiderate ablatam, in novo marmoribus strato capitularium pietas exsculpi mandavit, ut perennis pii viri memoria perseveret : JACOBO CHIRIARCHO CYPRIO ET POSTERIS OB MUNUS RELIQUIÆ S. HILARIONIS SEPULCRUM HOC GRATITUDINIS ERGO PERPETUO DONATUM ANNO MDCVII. *Sed jam de beati viri cultus antiquitate et propagatione inquirendum nobis est.*

B

§ XIII. Antiquitas cultus S. Hilarionis. Ejusdem per patriarchatus orientales propagatio.

C

Brevi post suam mortem cœpit coli B. Hilarion;

Cultus B. Hilarionis *in ecclesia Dei antiquissimus est, adeoque sanctissimus ille abbas ex iis est confessoribus qui, quum passim soli martyres venerationem ecclesiasticam obtinebant, meruit eorumdem honorum fieri particeps. Testem habemus Sozomenum, qui quæ singulis ecclesiis peculiaria essent solet investigare. Hic enim postquam meminisset multos ægros ac dæmoniacos; tum Cypri ubi B.* Hilarion *primum sepultus, tum in Palæstina quo translatus fuerat, ad ejus sepulcrum curatos fuisse et dum scriberet adhuc curari, addit* (1) : Nam cum in insula Cypro, ubi tum degebat, mori eum contigisset, sepultus est ab incolis, magnoque honore et cultu ab iis afficiebatur. Postea vero Hesychius, qui inter ejus discipulos celeberrimus fuit, reliquias ejus furatus, in Palæstinam deportavit et in monasterio ipsius sepelivit. Atque ex eo tempore, hujus regionis incolæ diem festum quotannis admodum celebrem ac splendidum publice agunt. Hoc enim modo Palæstini honorare solent viros sanctos, qui apud ipsos vixere : exempli gratia, Aurelium Anthedonium, Alexionem ortum Bethagatone et Alaphionem ex Asalea : qui cum eodem tempore sub Constantii viverent principatu, monasticam philosophiam pie ac viriliter excoluerunt et virtutum suarum exemplo in urbibus ac vicis, superstitioni gentilium admodum deditis, christianam religionem magnopere provexerunt. D

98 *Equidem asserere non ausim* B. Hilarionem *primum omnino esse confessorem (ut vocant), cui solemnes cælitum honores publice delati fuerint; nisi enim jam ante medium sæculum* IV *honores ejuscemodi delati fuissent pientissimis aliquot viris qui mortem martyrio non illustrarant, quæ ratio movisset S. Antonium ut juberet, quemadmodum in Vita* B. Hilarionis, *num.* 51, *narrat S. Hieronymus, ut sibi pararetur in loco ignoto sepultura? maxime quum ad* S. Hilarionem *hujus rei testes referrent* causam occultandi juxta præceptum Antonii fuisse, ne Pergamius, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad villam suam sancti corpore, martyrium fabricaretur. *Juverit itaque affirmare tantum, nomine nosci neminem qui* S. Hilarione *antiquior sit et cui, etsi martyrii gloria coronatus non esset, cultus publicus delatus fuerit, seu in cujus honorem* dies festus quotannis admodum celeber ac splendidus publice actus fuerit ab incolis hujus regionis, *seu Majumatibus. Qui plura volet de initiis cultus SS. Confessorum is adeat Benedictum XIV* (2); *quod argumentum alicubi quoque tractavit Binterim in suis Memorabilibus ecclesiæ catholicæ.* E

quin tamen dici videatur primus e confessoribus cultus fuisse.

99 *Paulatim per totum fere orbem propagatus est* B. Hilarionis *cultus. De Syria dubium est nullum. Nicon enim, monachus græco-melchita, qui post medium sæculum* XI *prius in monasterio Deiparæ, dein in laura sancti Simeonis in Montemirabili prope Antiochiam floruit* (3), *ad finem Typici sui adjecit Calendarium, in quo ad* 21 *Octobris legitur* (4) *natale* Hilarii seu Hilarionis; *ubi obiter animadvertimus sæpius deinceps utramque ejusdem nominis formam nos offensuros esse. In codice arabico, non secus ac præcedenti Vaticano, qui anno* 1469 *scriptus* (5) *ad Syrorum Melchitarum usum quoque fuit, ad* 21 *hujus mensis legitur* (6) : Commemoratio sancti patris nostri Hilarii. *Hierosolyma pars Syriæ; adeoque in ejus Menologio seu Synaxario, quod sæculo* X *non secus ac ipse Evangeliorum codex, cui additum est, conscriptum fuit et in Bibliotheca nationali Parisiensi inter codices græcos num.* 55 *asservatur, ad diem* 21 *Octobris legitur :* Του ὁσιου πατρος ἡμων Ἱλαριωνος (7); *contra latini, degentes Hierosolymis, peculiari cultu non venerantur* B. Hilarionem, *ut constat ex Kalendario festorum propriorum ecclesiæ Hierosolymitanæ, anno* 1623 *Antverpiæ cum officiis propriis edito* (8). F

Ejus cultus in in patriarchatibus Antiocheno, Hierosolymitano,

100 *Ægyptii frequentius Syriacorum consuetudines sequuntur; et quum universam eorum regionem virtutibus suis illustrasset* B. Hilarion, *potior erat ratio ut eum venerarentur. Verumtamen omissum ejus nomen in Kalendario adjecto Evangeliorum codici arabico, anno* 1338 *in gratiarum Coptitarum Eutychianorum scripto* (9); *item in eo quod edidit Ludolfus* (10). *Sed contra in Martyrologio seu Synaxario ecclesiæ Alexandrinæ Coptitarum duos in tomos diviso et a Michaele, episcopo Atribæ et Meligæ in*

Alexandrino,

(1) Hist. eccl. lib. III, cap. 14, pag. 520. — (2) De Canonizatione SS. lib. I, cap. 5, tom. I, pag. 14, edit. Veneta, 1788. — (3) Cfr Mai, Scriptt. vett. tom. IV, part. II, pag. 159. — (4) Ibid. pag. 169. — (5) Ibid. pag. 59. — (6) Ibid. pag. 48. — (7) Scholz, de Menologiis duorum codicum græcorum, etc., pag. 8. — (8) Vide Waddingum, Annal. Minor. ad an. 1342, num 48; tom. VII, pag. 278, edit. 1733. — (9) Mai, Scriptt. vett., tom. IV, part II, pag. 18 et 34. — (10) Commentarius ad historiam Æthiopicam, pag. 595.

Ægypto

A *Ægypto inferiori, circa annum* 1425 *confecto* (1), *ad diem* 24 *mensis babeh seu paophi, id est ad* 21 *Octobris legitur* (2) : Memoria sancti patris nostri Hilarionis monachi anachoretæ, qui sancto Epiphanio episcopatum Cypri prædixit et quem laudant Johannes Chrysostomus et Basilius Magnus in suis parænesibus. *Partim hæc hausta ex fabulosa S. Epiphanii Vita, partim ex nescio quibus, quas forte apud se habent Ægyptii, SS. Joannis et Basilii operum versionibus. Quamquam vero, ut vidimus,* S. Hilarionis *festum ex nonnullis Kalendariis copticis exulet, habent id tamen Æthiopes ad diem* 24 *mensis sui secundi, qui cum* 21 *Octobris convenit; et quidem primo ponitur loco in eorum Kalendario, edito a Ludolfo* (3), *quod ad hanc diem quatuor nomina habet.*

Constantinopolitano, 101 *In patriarchatu Constantinopolitano antiquus et celeber* S. Hilarionis *cultus. In Kalendario Constantinopolitano, quod ex bibliotheca Albanorum eruit Morcellius et inter annum* 740 *et sæculi* VIII *finem conscriptum esse ostendit* (4), *legitur ad* 21 *Octobris* (5) : Εις την μνημην του ὁσιου Ἱλαριωνος. *Ad quæ animadvertit Morcellius :* De honoribus ejus apud Constantinopolitanos monumentum Kalendario nostro antiquius non invenio. Nemo tamen jure

B dubitet in ea urbe, quæ plena monachorum erat, sine templo aut sine altari fuisse anachoretam sui temporis primum, qui *fundator,* ut ait Hieronymus in Vita, num. 14, *et eruditor ejus conversationis et studii* in Syria fuerat, quique non modo Antonii Ægyptii virtutem æmulatus erat, sed etiam prodigiorum magnitudine ac numero orbem universum in sui admirationem converterat. *Nil itaque profecto mirum, si breve ejusdem elogium, loco tamen secundo, in Menologio Basiliano* (6), *quod sæculo* X *senescente conditum est et curis cardinalis Albani venit in lucem, insertum sit, addita, pro more imagine; atque in hac quidem valde senex, veste monastica indutus, exhibetur, altero genu flexo, spiritum Deo reddens, inquit Josephus Simonius Assemani* (7), *seu potius ruri Deum orans et inter tres montes non omnino nudos positus; in titulo autem minus recte* presbyter *dicitur. Neque dein intermissus a Constantinopolitanis* B. Hilarionis *cultus. Ejus nomen, signatur in*

* Gallipoli. *Caliopolitano* * *Synaxario seu Kalendario sæculi* X, *edito Scholzii* (8) *curis; item in recentiore, quod Genebrardus Commentario in Psalmos præmisit; neque aliter in antiquissimo Medicæo* (9); *in alio item Medicæo* (10), *in quo* ὁ ὁσιος πατηρ ἡμων Ἱλαριων ὁ μεγας

C *dicitur; atque hæc speciminis gratia, quum dubitandum non sit quin a sæculo saltem octavo Constantinopoli viguerit sancti* Hilarionis *cultus; qui etiamnum perseverat, ut ex Anthologio græco* (11), *quod Breviarii genus est, anno* 1719 *Venetiis impressum, et ex Menæis Græcorum majoribus ibidem anno* 1845 *recusis, nobis constat. In his præcipue de eo ad* 21 *Octobris agitur; solitum vero distichon hoc est :*

Ἐν δακρυσι πριν και πονοις σπειρας κατω
Ἱλαριων θεριζε νυν χαιρων ἀνω;

id est : Hilarion, qui prius hic in imis fecisti sementim tuam inter lacrymas et labores, messem nunc cum gaudio in superis collige; *quibus alludi ad verba scripturæ :* Euntes ibant et flebant mittentes semina sua venientes autem venient cum exsultatione portantes manipulos suos, *perspicuum est.*

AUCTORE V. D. B.

Moscuensi, 102 *Quum ad patriarchatum Constantinopolitanum olim spectaret ecclesia moscovitica, nil mirum in ea quoque actum fuisse atque etiamnum agi* S. Hilarionis *festivitatem. Id constat ex utroque codice Vaticano ruthenico quos vidit Assemanius* (12); *ex Possevino* (13) *Kalendarium Ruthenicum recitante; ex tabulis græco-moschis Capponianis, anno circiter* 1300 *in monte Atho pictis* (14), *in quibus* Hilarion Magnus *appellatur* (15). *Similiter apparet in Papebrochianis tabulis anno* 1628 *pictis et ante tomum I Maji operis nostri anno* 1680 *editis. Atque hic* (16). *ut jam animadvertit Assemanius* (17), *exhibetur veste sacerdotali tectus, quum sub habitu monastico stolam habeat, e collo ad pedes fere usque pendentem. Non tamen id certum in illis tabulis presbyteratus indicium. Cæterum sæpius jam occurrit beatum virum ab orientalibus aliquot habitum fuisse presbyterum. In iisdem autem tabulis volumen clausum manu sinistra atque in Capponianis volumen apertum gerens repræsentatur : quo forte indicatur monasticum institutum propagatum ab eo fuisse in Palæstina, Syria et insula Cypro* (18). *Neque dubitandum quin ab origine liturgiæ slavicæ* S. Hilarionis *cultus apud Slavos* E *invaluerit. Testis scilicet est Synaxarium seu Kalendarium, Ostromirano Evangeliorum codici adjunctum annoque* 1057 *conscriptum; quo ostenderunt slavophili S. Methodium allatos Constantinopolitanos fastos in Pannonia romana correxisse ad Romanos. Porro in eo ad* 21 *Octobris indicatur* memoria sancti seu venerabilis Hilarionis (19).

apud græcos Neapoli degentes. 103 *Quamquam latine sculptum sit Kalendarium marmoreum Neapolitanum sæculi* XI, *quod Cardinalis Majus edidit* (20) *et cujus novem priores menses illustravit ope Actorum nostrorum Ludovicus Sabbatinius d'Anfora* (21), *sex priores Mazochius* (22), *fuit id tamen ad usum græcorum qui Neapoli degerent, quemadmodum Silvestrinæ tabulæ latinæ sæculi* VIII *usurpabantur Romæ, a monachis græcis in monasterio S. Silvestri de Monte Martio* (23). *In his ad diem* 11 *Maji signatur* natale S. Ilarionis monachi (24) *et ad* 21 *Octobris* natale S. Hilariu (25). *pro græco* Ἱλαριου. *Priori festo celebratam fuisse translationis memoriam æstimavit* (26) *Sabbatinius* (27); *et Morcellius* (28), *quamquam Sabbatinii opus præ oculis non habuisse videatur, eamdem sententiam aperuit. Verum enimvero his supponitur Hilarionem die* 11 *Maji cultum et* Hilarium 21 *Octo-* F *bris eumdem esse, quum multo verisimilius sit Hilarionem illum confundendum esse cum Hilario seu Hilarione thaumaturgo et monacho Pelecetano, passim* (29) *die* 28 *Martii, in Menologio autem Basiliano* 4 *Maji* (30) *et alibi celebrato* 5 *Maji* (31), *et Neapoli ad* 11 *Maji, quod dies* 4 *ejusdem mensis S. Aphrodisii cultu jam occupata esset, translato. Notus quoque Armenis; adeoque brevis ejus Vita inserta est tomo XII Vitarum Sanctorum, quas armenice edidit eruditus Mechitarista Aucherius. Quem in Dalmatia cultum haberet, alibi diximus* (32). *Atque hæc de* B. Hilarionis *cultu apud eos qui ritus orientales sequuntur aut utcumque accedunt.*

(1) Commentarius ad historiam Æthiopicam, pag. 93. — (2) Ibid. pag. 99.—(3) Ibid. pag. 395. — (4) Morcellius, Kalendar. Constantin., part. II, pag. 250 et 244. — (5) Ibid. part. I, pag. 198. — (6) Menologium Græcorum, part. I, pag. 132. — (7) Kalendarium ecclesiæ univ., tom. V, pag. 311. — (8) De menolog. duorum codic. græc. pag. 8.—(9) Bandini, Catal. codd. Mss. Biblioth. Medic. Laurent., tom. I, pag. 150. — (10) Ibid. pag. 155. — (11) Ἀνθολογιον, pag. 74. — (12) Μηναιον του ὀκτωβριου, pag. 123 et seqq.—(13) Kalendar. Eccl. univ., tom. V, pag. 311. — (14) Apparatus sacer, tom. II, pag. 365.— (15) Kalendar. Eccl. Univ., tom. I. pag. 311. — (16) Ibid. tom. V, pag. 214. — (17) Act. SS tom. I Maji, pag. XLVIII. — (18) Kalendar. Eccl. Univ , tom. V, pag. 311. — (19) Ibid. loc cit.—(20) Kopitar, Glagolita Glozianus, pag. LXIII. — (21) Scriptt. vett. tom. V, part. I, pag. 58 et seqq.— (22) Il vetusto calendario neapolitano, tomis IX. — (23) Commentarii in vetus marmoreum sanctæ Neapol eccles. kalend., tomis III.—(24) Cfr Act. SS. tom. VIII. Oct., pag. 525. — (25) Ap. Mai, Scriptt. vett., tom. V, part. I. pag. 61. — (26) Ibid. pag. 64. — (27) Il vet. calend. Neap., tom. V, pag. 64. — (28) Calendar. Constantinop., part. I, pag. 199. — (29) Act. SS. tom. III Martii, pag. 731 et seqq. — (30) Menologium Basil., part. III, pag. 84.—(31) Act. SS. tom. II Maji, pag. 104.— (32) Vide supra, pag. 49.

AUCTORE V. D. B.

§ XIV. S. Hilarionis cultus in patriarchatu Romano.

Item colitur in patriarchatu Romano, ut constat ex Martyrologiis antiquis

In occidente quoque jam pridem celebris B. Hilarionis *memoria et late propagata veneratio. In Hieronymianis tamen laterculis puris et fere in omnibus aliis omissum sancti viri nomen; item in Bedæ Martyrologio metrico, quod Dacherius* (1) *edidit; sed in altero ejusdem seu potius Flori (ut vult Sollerius* (2)*) prosaico, quod Papebrochius* (3) *in lucem dedit, ad* 21 *Octobris legitur :* Sancti patris nostri Hilarionis cujus Vitam Hieronymus virtutibus plenam scripsit. *Vetus romanum Parvum* (4) *nudam* S. Hilarionis monachi *memoriam habet; Ado* (5) *Flori verba refert; verum his non contentus, satis longam synopsim beati eremitæ Vitæ ex S. Hieronymo addit. Rabanus* (6) *et Usuardus* (7) *non secus ac Ado, loco* scripsit *habent* scribit *seu* conscripsit, *sed cætera textum Flori referunt. Notkerus* (8) *male ad diem præcedentem contraxit laudes quas apud Adonem invenit. Wandelbertus* (9) *post*
B *laudatum S. Asterium subdit :*

Hunc et Hilarion eremi bonus accola comit,

id est comitatur *seu* cum it. *Nolim jam recensere auctaria martyrologiorum latinorum, in quibus* S. Hilarionis *memoria variis indicatur modis; similiter omitto fusiora encomia, quæ ex B. Hieronymo excerpta apud Petrum de Natalibus et in Violis Sanctorum aliisque id genus libris ad hanc diem legere est, ut tandem ad recentiora martyrologia, quæ romana appellantur, deveniam.*

et recentioribus,

103 *Anno* 1576 *edidit Venetiis Franciscus Maurolycus, abbas Messanensis,* Martyrologium secundum morem sacrosanctæ et universalis ecclesiæ, *in quo primum, neque valde feliciter, præcipuus venerationis locus indigitatur, atque his scilicet verbis :* Eodem die (21 *Octobris*) apud Ægyptum in Thebaide beati Hilarionis abbatis, qui apud Paphum Cypri decessit, cujus Vitam divus Hieronymus scripsit et græce Sophronius. *Biennio post, anno nempe* 1578, *Petrus Galesinius, similiter Venetiis, dedit in lucem* Martyrologium sanctæ Romanæ Ecclesiæ usui in singulos anni dies accommodatum, *in quo legitur :* In Ægypto, sancti Hilarionis abbatis, *cum brevi encomio ex S. Hieronymo. Ad Usuardi*
C *simplicitatem fere rediit Baronius, nisi quod mortis locum apposuerit :* In Cypro natalis sancti Hilarionis abbatis, cujus admirabilem vitam, virtutibus atque miraculis plenam sanctus Hieronymus scripsit; *atque hæc lectio, quam ex rarissima editione anni* 1583 *accipio, ad hunc usque diem in Martyrologio Romano servata est.*

ex Litaniis,

106 *Quamquam autem in Ecclesia latina tam celebris esset* S. Hilarionis *memoria, paucis tamen in locis de eo agebatur festivitas et officium ecclesiasticum celebrabatur. Equidem reperire non potui an uspiam ante sæculum decimum in Occidente ii ei delati fuerint honores. Verum hoc sæculo jam celebrabatur in Sancti Maximini monasterio Trevirensi, ut quidem constat ex Kalendario liturgico, quod præmissum est Psalterio, sub abbate Ogone circa annum* 954 *conscripto et in quo, omissis Colonien-*
sibus virginibus et S. Wendelino recentiori manu D *adjectis, hæc ad* 21 *Octobris leguntur verba :* S. Hilariani monachi; *quem tamen Maximiniani illi postea omisere, ut ex eorum Breviario quod anno* 1600 *ipsimet excuserunt mihi constat. Nomen S.* Hilarionis *inter monachorum nomina legitur in Litaniis Gertrudianis sæculi* X (10) *et in* Litaniis a sanctis Patribus constitutis, *quas Bandinius in Psalteriis sæculi* XI *reperit* (11). *Alias inspexi bene multas antiquas litanias, a Mabillonio, Althano et Migne collectas; sed nuspiam* B. Hilarionem *vidi, quamquam alii orientales monachi sæpius non deessent. Sed ad calendaria liturgica redeamus.*

ex Calendariis liturgicis,

107 *In Calendario quod sæculo* XII *in cœnobio benedictino germanico, forte S. Viti in Carinthia, conscriptum est et dein ad Mosacense in Aquileijensi diœcesi venit, ad* 21 *Octobris legitur* (12) : In Colonia XI mil. virg. ut de S. Agna. Hylarionis. mar.: *ubi* martyrem *dici nonnihil mirum est. In altero Mosacensi, similiter origine benedictino et germanico adeoque ineunte sæculo* XIII *conscripto, habetur* (13) : Hilarionis m. XI milia virg. et XI. *In tertio quod S. Elisabetha, ducissa Turingiæ, ineunte sæculo* XIII *capitulo Forojuliensi dono dedit, solus S.* Hilarion confessor *celebratur* (14). *In Bononiensi* E *ineuntis sæculi* XIV *priori loco S.* Ylarion abbas, *altero* XI milia Virginum *recensentur* (15), *et similiter in Aquilejensi ejusdem ævi* (16) *et in Missali Parmensi-Aquilejensi sæculi* XV (17). *In Kalendario Stabulensi* (18) *priori quoque loco signata* depositio S. Hilarionis, *dein S. Wendelini; et in Verdinensi* (19) *prior etiam* S. Hilarionis monachi *festivitas, dein* XI *millinm Virginum; neque aliter in Vallumbrosano* (20), *etiam antiquissimo* (21); *in aliquo autem, cui Bedæ nomen inscriptum est* (22), *ad* XIII *Kal. Octobris* S. Hylarion heremita *scribitur, uno die in antecessum ad exemplum Notkeri; et demum in Kalendario liturgico quod a sæculo* XI *in monasterio inferiori Ratisbonensi usitatum fuit et dein Murense factum est, ad* 21 *Octobris legitur* (23) : Justi (*de quo in præcedenti tomo actum est*). Hilarionis monachi. *Mirum B.* Hilarionem, *ante introductum Breviarium Romanum, tam parce celebratum fuisse apud Siculos, quum tamen eorum insulam suis illustrarit virtutibus. Certe Johannes de Johanne, recensens festa, quæ ad singulos dies in variis Siciliæ diœcesibus olim agebantur, ad* 21 *Octobris nil aliud habet præter sequentia* (24) : In Orationali et Calendario Panormitanæ ecclesiæ occurrunt S. Hilarion F
et S. Ursula cum undecim millibus virginum; *ita ut in aliis diœcesibus cultus fuisse non videatur.*

ex Breviariis et Missalibus Romanis,

108 *Nunc festum* B. Hilarionis *ritu simplici præceptum esse in Missali et Breviario Romano satis notum : sed quo ævo id illuc introductam? Certe id exulat ex omnibus antiquis Libris comitis, quæ lectiones et evangelia quotidie dicenda continent quæque mihi innotuere. Exulat quoque ex Kalendariis quæ Missali Lateranensi Monastico præmisit Azevedius. Exulat item ex* Missali secundum consuetudinem Romanæ curiæ, impresso Venitiis arte et impensis Nicolai de Franckfordia anno Domini MCCCCLXXXVII. *Apparet autem mihi primum in* Breviario ad usum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cum multis novis officiis additis ac diligentissime emendato et impresso Venitiis anno salutis MCCCCC tertio, die XXI mensis

(1) Spicilegium, tom. II, pag. 24. — (2) Ad Usuardum, præf., pag. XV. — (3) Act. SS. tom. II Martii, pag. XXXV. — (4) Ap. Georgi, Martyrol. Adonis, pag. XXXVI. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Canisii Lectiones antiquæ, tom. II, part. II, pag. 344. — (7) Sollerius, Martyrol. Usuardi, pag. 615. — (8) Migne, Patrologia, tom. CXXXI, col. 1161. — (9) Dacherius, Spicilegium, tom. II, pag. 54. — (10) Althanus, de Calendariis, pag. 215. — (11) Bandini, Catalogus Bibl. Laurent, tom. I, coll. 330. — (12) Althanus, de Calendariis, pag. 148. — (13) Ibid. pag. 170. — (14) Ibid. pag. 186. — (15) Ibid. pag. 231. — (16) Ibid. pag. 250. — (17) Ibid. pag. 374. (18) Ap. Migne, Patrolog., tom. CXXXVIII, col. 1201. — (19) Ibid. col. 1207. — (20) Ibid. col. 1285. — (21) Ibid. col. 1290. — (22) Ibid. col. 1300. — (23) Gerbertus, Monum. vet. liturg. alemann., part. I, pag. 499. — (24) De officiis Siculis, pag. 387.

augusti;

A augusti; *et quidem in kalendario legitur :* Undecim milium Virginum. NON TRANSFERTUR. Hylarionis abbatis; *in corpore autem omittuntur Colonienses puellæ et de sancto abbate sex indicantur lectiones. In* Breviario *autem* Romano, quod vulgo Cameræ vocant, *jubentur in præfixo Calendario undecim millia Virginum ritu semiduplici et sex lectionibus celebrari et simul* B. Hilarion *lectionibus novem; atque hæc in editione anni* 1555. *Verum in Brevario Romano, quod Cardinalis Francisci Quignonii vulgo dicitur, et primum anno* 1536 *prodiit, a S. Pio V supprimendum, et cujus anni* 1546 *editio mihi ad manum est, ad* 22 *octobris transfertur* S. Hilarionis *officium et unica lectione absolvitur. Sub ritu simplici et cum commemoratione SS. Ursulæ et Sociarum idem festum die* 21 *octobris peragendum in Breviario et Missali Romanis reformatis servavit S. Pius V, quemadmodum mihi constat ex editione ejusdem Missalis, typographico artificio omnium longe præclarissima, quam videlicet anno* 1574 *Parisiis in lucem dedit Jacobus Kerver. Atque hinc factum ut paulatim iterum in alias diœceses postliminii jure reductus fuerit* S. Hilarionis *cultus. Nam quum hic sæculo decimo apud latinos cœperit oriri et paulatim ad aliquot ecclesias* B *fuerit propagatus, postea, invalescente SS. Ursulæ et Sociarum fama, prius secundo loco fuit positus, dein fere oppressus; ita ut sæculo* XV *et* XVI *paucis omnino in locis (quantum ex Breviariis et Missalibus illius ævo, quæ numero sat magno habemus, colligere licet) usitatus fuerit.*

Accensetur beatus vir ordini Carmelitano,

109 *Accenseri* B. Hilarionem *Carmelitano ordini ab ejusdem professoribus facile quotusquisque divinari poterat; sed et Carmeli montis colonum fuisse cogitasset nemo, qui B. Hieronymi tam accurate sedes et itinera sanctissimi eremitæ describentis lucubrationem legerit. Res tamen ita habet* (1). *Verum quamquam persuasum mihi sit omnino jam sæculo* IV *Carmeli montem occupatum fuisse ab anachoretis (quemadmodum ex antiquitate literarum seu characterum quibus fideles orationibus incolarum se commendabant* (2) *satis manifestum videtur), hinc omnino non solvitur quæstio an præsentes Carmelitæ illorum spiritalis soboles sint, multo minus hinc conficitur* S. Hilarionem *Carmeli montem habitasse umquam et cum Carmelitis quidpiam habere commune. Quidquid id est, de solo cultu sanctissimi abbatis hic nobis agendum. Porro sæculo* XIII *ejus officium jam celebrasse videntur religiosi illi. Fertur enim Gilbertus* C *Magnus seu Anglicus anno circiter* 1280 *reperisse in Bibliotheca Cluniacensi exemplar Oraculi Angelici (ut vocant), seu epistolam Cyrilli,* III *prioris generalis Carmeli, ad Joachimum abbatem Florensem in Calabria; in qua Cyrillus narrat se anno* 1191, cum pro veneranda celebritate B. Hilarionis coëremitæ, *ut loquitur,* nostri quondam sacrarum missarum solemnia inchoasset, *angelico ministerio duas recepisse tabulas, futurum ecclesiæ statum prænuntiantes* (3).

in quo a sæculo saltem XIII *præclare colitur.*

110 *Equidem omnino quærere nolo quam fidem mereatur Oraculum istud Angelicum, quod, quamvis complures Carmelitæ scriptores vindicarint* (4), *suspectum tamen sibi esse dixit Papebrochius* (5); *sed id tantum annotandum ante sæculi* XIII *finem Oraculum istud exstitisse, et proin hoc saltem tempore* S. Hilarionis *festivitatem a Carmelitis fuisse actam. Atque ex hoc tempore (quantum ex Missalibus Carmelitanis anni* 1509 *et* 1574, *ex Breviariis anni* 1564 *et* 1575, *atque etiam ex kalendario Mechliniensi, sæculo* XIV *aut* XV *scripto* (6) *colligere licet) perrexere Carmelitani piam ejus memoriam officio sub ritu duplici aut novem lectionum celebrare, jam die* XXII, *jam die* XXIII *octobris, quod dies* XXI *occupata esset ab anno* 1559 *festo ritus duplicis SS. Ursulæ et sociarum, et* XXII *festo S. Marci,* primi, *ut ajunt* (7), ex gentibus Hierosolymorum episcopi et martyris, sub cujus diœcesi Carmelitarum ordo sumpsit exordium. *Verum ex quo tempore Missale et Breviarium a sede Romana approbatum est, die* XXI S. Hilarionis *festum agunt, et ad Primam hoc in Martyrologio suo, quod post Romanum editum est, recitant elogium :* In Cypro, natalis S. Hilarionis abbatis, ordinis Carmelitarum, cujus *etc. ut in Martyrologio Romano. Hæc jam prelo subjacebant, quum intellexi nunc Cadurci die* 21 *octobris agi festum S. Ursulæ et sociarum cum nuda commemoratione* S. Hilarionis.

AUCTORE V. D. B.

VITA
S. HILARIONIS ABBATIS.
Auctore S. Hieronymo.

E

Secundum editiones Surii, Rosweydi, Martianay et Vallarsii et codices aliquot Mss. Bruxellenses.

CAPUT PRIMUM.

Prologus. Pueritia et vita solitaria per annos viginti duos.

Prologus. Elogium ante scripsit S. Epiphanius.

Scripturus *a* vitam beati Hilarionis, habitatorem ejus invoco spiritum sanctum, ut qui illi virtutes largitus est, mihi ad narrandas eas sermonem tribuat, ut facta dictis exæquentur. Eorum enim, qui fecere, virtus *b* (ut ait Crispus) tanta habetur, quantum ea verbis potuere extollere præclara ingenia. Alexander Magnus Macedo, quem vel æs *c*, vel pardum, vel hircum caprarum Daniel vocat, F cum ad Achillis tumulum pervenisset : Felicem te, ait, o juvenis, qui magno frueris * præcone meritorum *d*, Homerum videlicet significans. Porro mihi tanti ac talis viri conversatio * vitaque dicenda est, ut Homerus quoque, si adesset, vel invideret materiæ, vel succumberet. Quanquam enim sanctus Epiphanius, Salaminæ Cypri episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem ejus brevi epistola scripserit, quæ vulgo legitur *e* : tamen aliud est, locis communibus laudare defunctum : aliud, defuncti proprias narrare virtutes. Unde et nos favore magis illius, quam injuria, cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorum voces contemnimus : qui olim detrahentes Paulo meo, nunc forte detrahent et Hilarioni, illum solitudinis calumniati, huic objicientes frequentiam : ut qui semper latuit, non fuisse : qui a multis visus est, vilis existimetur. Fecerunt hoc et majores eorum

a
b
c
* *altas* fruaris
d
* *alias* conversio.
e

(1) Cfr Lezana, Annal. ord. Carmel. ad an. 292; Daniel a S. Maria, Speculum Carmelit., tom. II, pag. 759. — (2) Cfr. Scholz, Reise in die Gegend zwischen Alexandrien und Paratonium, die libysche Wüste, Siwa, Egypten, Palästina und Syrien in den Jahren 1820 und 1821, pag. 151 et seq. — (3) Daniel a S. Maria, Speculum Carmelit., tom. II, pag. 292. — (4) Cfr Cosmas de Villiers a S. Stephano, Biblioth. Carmel., tom. I, col. 558 et seqq. — (5) Act. SS. tom. III Maji, Hist. chron. Patr. Hierosol., cap. 10, num. 215, pag. L. — (6) Daniel a S. Maria, tom. II, pag. 757 et post præf., pag. IV et X — (7) Ibid. pag. X.

quondam

AUCTORE S. HIERONYMO.

quondam Pharisæi, quibus nec Johannis eremus ac jejunium, nec Domini Salvatoris turbæ, cibi, potusque placuerunt. Verum destinato operi imponam manum, et Scyllcos canes obturata * aure transibo.

* *alias* obdurata

2 Hilarion ortus vico Tabatha, qui circiter quinque millia a Gaza urbe Palæstinæ ad Austrum situs est, cum haberet parentes idolis deditos, rosa *f*, ut dicitur, de spinis floruit *g*. A quibus missus Alexandriam, grammatico traditus est *h*, ibique quantum illa patiebatur ætas, magna ingenii et morum documenta præbuit, in brevi carus omnibus, et loquendi arte gnarus. Quodque his majus est omnibus, credens in Dominum Jesum *i*, non circi furoribus, non arenæ sanguine, non theatri luxuria delectabatur : sed tota illi voluntas * in ecclesiæ erat congregatione. Audiens autem tunc celebre nomen Antonii, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incensus visendi ejus studio, perrexit ad eremum *k*. Et statim ut eum vidit, mutato pristino habitu, duobus * fere mensibus juxta eum mansit, contemplans ordinem vitæ ejus, morumque gravitatem : quam creber in oratione, quam humilis in suscipiendis fratribus, severus in corripiendis, alacer in exhortandis esset, et ut continentiam, cibique ejus asperitatem nulla unquam infirmitas frangeret *l*. Porro frequentiam eorum, qui ad eum ob varias passiones *m*, aut impetus dæmonum concurrebant, ultra non ferens, nec congruum esse ducens, pati in eremo populos civitatum, sicque sibi magis incipiendum esset, ut cœpisset Antonius : illum quasi virum fortem victoriæ præmia accipere, se necdum militare cœpisse, reversus est cum quibusdam monachis ad patriam : et parentibus jam defunctis, partem substantiæ fratribus, partem pauperibus largitus est *n*, nihil sibi omnino reservans, et timens illud de Actibus Apostolorum Ananiæ et Saphiræ vel exemplum, vel supplicium : maximeque Domini * memor, dicentis : Qui non renuntiaverit omnibus, quæ habet, non potest meus esse discipulus. Erat autem tunc annorum quindecim *o*. Sic nudus et armatus in Christo, solitudinem, quæ in septimo milliario a Majoma, Gazæ emporio *p*, per litus euntibus Ægyptum *q* ad lævam flectitur, ingressus est. Cumque essent cruenta latrociniis loca, et propinqui amicique ejus imminens periculum denuntiarent, contempsit mortem, ut mortem evaderet. Mirabantur omnes animum, mirabantur ætatem, nisi quod flamma quædam pectoris *r*, et scintillæ fidei in oculis relucebant. Leves * erant genæ, delicatum corpus et tenue, et ad omnem injuriam impatiens, quod levi vel frigore, vel æstu posset affligi.

* *alias* voluptas

* *alias* lenes

Vestes ejus; tentatur a satana; quibus modis sanctus puer domet libidinem. Cruce Christi se signat. Dæmonum ludibria. Videns hoc diabolus quod faceret torquebat.

3 Igitur sacco tantum membra coopertus, et pelliceum habens ependyten *s*, quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat, sagumque rusticum, inter mare et paludem *t* vasta et terribili solitudine fruebatur, quindecim tantum caricas *u* post solis occasum comedens : et quia regio latrociniis infamis erat *x*, nunquam in eodem loco habitare consueverat *. Quid faceret diabolus? quo se verteret? Qui gloriabatur ante, dicens : In cælum ascendam, super sidera cæli ponam thronum meum, et ero similis altissimo : cernebat se vinci a puero, et prius ab eo calcatum fuisse, quam per ætatem peccare potuisset. Titillabat itaque sensus ejus *y*, et pubescenti corpori solita * voluptatum incendia suggerebat. Cogebatur tirunculus Christi cogitare, quod nesciebat : et ejus rei animo pompam volvere, cujus experimenta non noverat. Iratus itaque sibi, et pectus pugnis verberans, quasi cogitationes cæde manus posset excludere : Ego, inquit, aselle *z*, faciam, ut non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis : fame te conficiam et siti, gravi onerabo pondere, per æstus indagabo et frigora, ut cibum potius, quam lasciviam cogites. Herbarum ergo succo, et paucis caricis post triduum, vel quatriduum deficientem animam sustentabat, orans frequenter, et psallens, et rastro *aa* humum fodiens, ut jejuniorum laborem labor operis duplicaret. Simulque fiscellas *bb* junco texens, æmulabatur Ægyptiorum monachorum disciplinam, et Apostoli sententiam, dicentis : Qui autem non operatur, nec manducet. Sic attenuatus, et intantum exeso * corpore ut ossibus vix hæreret, quadam nocte infantum cœpit audire vagitus, balatus pecorum, mugitus boum, planctum quasi muliercularum *, leonum rugitus, murmur exercitus, et rursus variarum * portenta vocum, ut ante sonitu, quam adspectu, territus cederet *cc*. Intellexit hæc dæmonum esse ludibria : et provolutus genibus, Christi crucem signavit in fronte : talique armatus casside, et lorica fidei circundatus, jacens fortius præliabatur, quodammodo videre desiderans, quos horrebat audire, et solicitis oculis huc illucque circumspiciens : cum interim ex improviso, splendente luna, cernit rhedam ferventibus equis super se irruere : cumque inclamasset Jesum, ante oculos ejus repentino terræ hiatu pompa omnis absorpta est. Tunc ille ait : Equum et ascensorem projecit in mare. Et : Hi in curribus, et hi in equis : nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur. Multæ sunt tentationes ejus, et die noctuque variæ dæmonum insidiæ : quas si omnes narrare velim, moduni excedam voluminis. Quoties illi nudæ mulieres cubanti, quoties esurienti largissimæ apparuere dapes? Interdum orantem lupus ululans, et vulpecula ganniens transilivit, psallentique gladiatorum pugna spectaculum præbuit, et unus quasi interfectus, et ante pedes ejus corruens, sepulturam rogavit. Oravit * semel fixo in terram capite, et ut natura fert hominum, abducta ab oratione mens, nescio quid aliud cogitabat : insiliit dorso ejus agitator *dd*, et latera calcibus, cervicem flagello verberans : Eia, inquit, cur dormitas? cachinnansque desuper, si * defecisset, an hordeum vellet accipere, sciscitabatur.

* *Rosw.* dominicæ sententiæ.

* *Rosw.* exhausto.

* *alias* mulierum

* *Rosw. prorsus barbararum.*

* *In ms.* orabat

* *alias* cum

4 Igitur a sextodecimo usque ad vicesimum suæ ætatis annum, æstus et pluvias brevi tuguriunculo declinavit, quod junco et carice *ee* texerat. Extructa deinceps brevi cellula, quæ usque hodie permanet, latitudine pedum quatuor, altitudine pedum quinque *ff*, hoc est, statura sua humiliore, porro longitudine paulo ampliore, quam ejus corpusculum patiebatur, ut sepulcrum potius, quam domum crederes. Capillum semel in anno die Paschæ totondit *gg* : super nudam humum stratumque junceum usque ad mortem cubitavit : saccum, quo semel fuerat indutus, numquam lavans, et superfluum esse dicens, munditias in cilicio quærere. Nec mutavit alteram tunicam, nisi cum prior penitus scissa esset *hh*. Scripturas quoque sanctas memoriter tenens, post orationes et psalmos, quasi Deo præsente recitabat *ii*. Et quia longum est per diversa tempore carptim asscensum * ejus edicere, comprehendam breviter, ante lectoris oculos vitam ejus pariter exponens, et deinceps ad narrandi ordinem regrediar.

Tuguriolum ejus; cellula; cubile; vestes et cilicium.

* *alias* asscensus *Rosw.* Magnalia.

5 A vicesimo primo anno usque ad vicesimum septimum, tribus annis, dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit, et aliis tribus panem aridum sale et aqua. Porro a vigesimoseptimo usque ad tricesimum herbis agrestibus, et virgultorum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo usque ad tricesimumquintum sex uncias hordeacei panis, et coctum modice

Epitome vitæ ejus; mira abstinentia ejus.

A modice olus absque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos suos, et totum corpus impetigineuri, et pumicea quadam scabredine contrahi, ad superiorem victum adjecit oleum, et usque ad sexagesimum tertium vitæ suæ annum hoc continentiæ cucurrit gradu, nihil omnino extrinsecus aut pomorum, aut leguminis, aut cujuslibet rei gustans. Inde cum se videret corpore defatigatum, et propinquam putaret imminere mortem, a sexagesimo quarto rursus anno usque ad octogesimum pane abstinuit incredibili fervore mentis, ut eo tempore quasi novus accederet ad servitutem Domini, quo cæteri solent remissius vivere. Fiebat autem ei de farina et comminuto olere sorbitiuncula : cibo et potu vix quinque uncias appendentibus. Sicque complens ordinem vitæ, nunquam ante solis occasum, nec diebus festis, nec in gravissima valetudine * solvit jejunium. Sed jam tempus est, ut ad ordinem revertamur.

* *alias* ægritudine

Quæsitus a latronibus tota nocte, contemnit mortem adhuc puer.

6 Cum habitaret adhuc in tuguriolo annos natus decem et octo, latrones ad eum nocte venerunt, vel æstimantes habere aliquid, quod tollerent, vel in contemptum sui reputantes fieri, si puer solitarius eorum impetus non pertimesceret. Itaque inter B mare et paludem a vespere usque ad solis ortum discurrentes, nunquam locum cubilis ejus *kk* invenire potuerunt. Porro clara luce reperto puero, quasi per jocum : Quid, inquiunt, faceres, si latrones ad te venirent? Quibus ille respondit : Nudus latrones non timet. Et illi : Certe, aiunt, occidi potes. Possum, inquit, possum : et ideo latrones non timeo, quia mori paratus sum. Tunc admirati constantiam ejus et fidem, confessi sunt noctis errorem, cæcatosque oculos, correctiorem deinceps vitam pollicentes.

kk

ANNOTATA.

a *In Vitis Patrum prologo isthæc præponitur obtestatio :* In sanctis orationibus tuis memento mei, decus et dignitas virginum, Nonna Asella; *atque adeo in fine Vitæ :* Opto ut in Christo permaneas, et memor in orationibus tuis sis mei, virgo sacratissima. *Hinc Asellæ inscribi historiam abs Hieronymo nonnulli arbitrati sunt; sed quum neque in aliis editis, neque in ullis Mss. verba illa inveniantur, nihil video pro certo constitui posse.* Vallarsius.

C b *In impressis et nonnullis Mss. :* Virtutes, ut ait Crispus, tanta habentur merita quantum. *Sed Sallustius in Catilinario, cap.* 8, *habet ut in textu. Alii multo aliter, ut videre est apud Rosweydum.*

c Æs, *non* arietem (*quod habent Martianayus et Vallarsius cum aliis impressis*), *scribendum ducimus cum Rosweydo, qui illam veram lectionem esse ostendit tum ex codd. suis Mss., tum ex Daniele cap.* 2, *v.* 32 *et* 39, *ubi dictiones :* Venter et femora ex ære, Regnum tertium aliud æreum *de Alexandro Magno ejusque regno interpretatur in Commentario Hieronymus; qui contra arietem de rege Medorum et Persarum intelligendum esse statuit.* Pardo, *de quo Daniel cap.* 7, *v.* 6 *et* Hirco, *de quo cap.* 8, *v.* 5 *et* 21, *similiter Hieronymus Alexandrum Magnum designari docuit. Loco* æris *reperit* belluam *in duobus codicibus Vallarsius, addens* belluam *et* arietem *sibi æque displicere. Verum non inspexerat Rosweydum.*

d *Rosweydus et cod. Avenionensis habent :* O juvenis, *etc. Quod de Alexandro Magno hic tradit S. Hieronymus, refertur, ait Martianayus, ab Ariano lib.* I *de rebus gestis ab Alexandro Magno et a Plutarcho in Alexandro. Verba Alexandri apud Vopiscum in Probo :* Felicem te, *inquit,* juvenis qui D talem præconem tuarum virtutum reperisti.

e *Ætatem non tulisse isthanc Epiphanii epistolam notat Vallarsius. De ea dictum in Commentario prævio, num.* 6. *De ejusdem cum* S. Hilarione *conversatione, num.* 56 *et seqq.*

f *Sozomenus lib.* III, *cap.* 14 *de eadem re habet :* Τουτῳ (Ἱλαριωνι) πατρις μεν ἠν Θαβαθα, κωμη προς νοτον δε Ταζης κειμενη. *Vallarsius* Tabatha; *aliquot veteres editiones* Thabacha; *codex S. Floriani* Thauthac; *Nicephorus lib.* IX, *cap.* 15, Thabasa. *In libro idiomate græco corrupto scripto, cui titulus* Παραδεισος, *nomen vici omittitur, sed dicitur* χωρα μακρα, *immo* μικρα, *et distare Gaza stadiis* τεσσαρακοντα πεντε, *quadraginta quinque.*

g *Proverbialis locutio; Græce* Ῥοδος ἐκ ἀκανθων το του λογου. *Ammianus lib.* XVI *de Eutherio :* Sed inter vepres rosæ nascuntur, et inter feras nonnullæ mitescunt.

h *Sozomenus loc. cit.* Γραμματικῳ δε φοιτων ἐν Αλεξανδρειᾳ.

i *In Commentario prævio diximus videri* S. Hilarionem *institutum in doctrina christiana a S. Achilla catechista, et baptizatum a S. Petro martyre et episcopo.* E

k *Vide dicta in Commentario prævio num.* 11 *et seqq.; ubi ostensum S. Antonium tunc habitasse in Phaio. In* Παραδεισῳ *dicitur* S. Hilarion *duos tantum dies,* δυο ἡμερας, *mansisse; pessime.*

l *Vide in Commentario prævio num.* 16 *quare hæc tam accurate observarent pristini.*

m. *Vaticani codices, adhibiti a Vallarsio :* Ob varias passiones et infirmitates; *paulo post :* Dicens *pro* ducens. *Totus vero hic locus aliter legitur in* Παραδεισῳ, *ex quo hæc omnino vertenda videntur :* Studebat S. Hilarion, quantum poterat, S. Antonii imitari virtutes et in dies fiebat in certaminibus spiritualibus ferventior. Videns autem Antonius, quanta hominum frequentia se conveniret suamque turbaret quietem, statuit in eremo interiori vitam anachoreticam agere. Dixit itaque ad Hilarionem : Persevera, fili, in pietate et in studio virtutum ad finem usque, et per laborem continentiæ tuæ deliciis regni cælestis, tamquam fructu maturo et dulcissimo, potieris. Hæc dicens dedit ei vestem cilicinam et vestem superiorem pelliceam, et misit eum cum aliquot fratribus quibuscum in patriam rediret. Deinde ipse Antonius in desertum interius abivit. F

n *Veteres monachi adibant hæreditates. Sæculo* V *et forte ante tentarunt eos excludere; quos Salvianus, lib.* III *adversus avaritiam, cap.* 4 *et seqq. graviter castigat; eique jam præiverat S. Hieronymus in epistola ad Demetriadem de virginitate servanda. Vita modesta præscripta monachis, pauper commendata. Pauperrimam amplexus est* S. Hilarion, *quamquam quartum seu infimum paupertatis gradum numquam transcendisse videatur; rerum enim suarum dispositionem liberam habebat. Cfr Commentarius prævius, num.* 68.

o *Omnes editiones et quos vidi codices habent* quindecim. *Aucherius in Vitis Sanctorum armenice habet* septemdecim.

p Majuma *portus seu navale erat Gazæ; et quamquam viginti stadiis distarent, una erant civitas. Cfr Commentarius prævius num.* 18 *et* 19.

q *Erat alia via per isthmum,* Suez *nunc dictum : ubi portus Aila. Aila autem et Gaza distabant stadiis* 1260, *milliariis* 157. *Indicare vult S. Hieronymus hanc solitudinem sitam fuisse in angulo, cujus unum latus erat via Gazana ducens Pelusium, alterum latus via ducens ex Gaza in Ailam. In solitu-*

dine

D *dine illa in spelæo habitasse* S. Hilarionem *vult* Παραδεισου *auctor; idque distans fuisse a Majuma stadiis quinquaginta duobus, id est sexies mille quingentis passibus.*

r Pectoris *desiderari fere in codicibus monet Vallarsius.*

s *De ependyte pelliceo aliisque vestibus dictum in Commentario prævio, num.* 60 *et seqq.* Joannes Andreas, *inquit Rosweydus ad hunc locum et in Onomastico idem fere repetit,* Joannes Andreas, epistolarum Hieronymi vetus editor, post ependytem in Vita Hilarionis addit : *et eraciestem;* cujus loco apud Adonem in Martyrologio 21 Octobris habet : *et tenattem.* Petrus Lanselius noster legebat *et eriacesten,* quasi *lanam acu consutam.* Alteri alicui fors aliud occurret. In Παραδεισῳ, *lingua græca vulgari Sophronii versionem proxime referente, non alias tunc gessisse vestes traditur* S. Hilarion *quam quas a S. Antonio acceperat, scilicet* χιτωνα τριχυνον και ἀπανωφορι δερματινον.

t *Inferius num.* 7, *dicuntur latrones, qui eum spoliare cogitabant ejusque tuguriolum quærebant* inter mare et paludem a vespere usque ad solis ortum discurrisse. *Hujus paludis vestigia non amplius su-*
B *persunt, quantum saltem colligere licet ex Mappa topographica* 43 *Atlantis geographici, Descriptioni Ægypti additi. Hæc palus nulli rivo videtur deberi, sed neglecto puteo, quem nunc dicunt, artesiano. Hoc enim puteorum genus orientalibus probe cognitum fuisse constat ex iis quæ ex Olympiodoro, Oases Ægyptiacas describente, retulit Photius. Ipse quoque Ritter in Geographia sua puteos deserti Syriæ et Arabiæ sæpius inter artesianos refert. Ili olim in solitudinibus frequentissimi et civitatibus magnis aquas ministrabant; sed plerosque arena oppleri sivit barbarorum, qui hæc dein loca occuparunt, incuria. Quum una nocte discurrere possent latrones universam hanc plagam, liquet non procul a mari situm fuisse* B. Hilarionis *habitaculum.*

u *Sunt* caricæ *Plinio lib.* XIII, *cap.* 3, *ex ficorum genere, quas Syriæ esse peculiares ait. Cassianus Collat.* VIII, *cap.* 1, caricas *inter eremitarum edulia refert. In Vita S. Pauli eremitæ, cap.* 3 : Quinque caricis per diem sustentabatur.

x *In Commentario prævio num.* 21 *descriptionem similium latronum* (*omnibus enim iidem fere erant mores*) *dedimus. Verba apud Rosweydum alia, sensus idem.*

C y *Mss. Avenionensis et Tolosanus :* Titillabat itaque sensus ejus naturali carnis ardore, et *etc. Ita Martianay.*

z *Elegantissime S. Paulinus Poem.* XXI : Sit fortis anim amortificans asinum suum, *corpus nempe in libidines pronum. Vallarsius.*

aa Rastrum *commune etiam Ægyptiacis monachis instrumentum. Ejus imaginem vide in tabula* 31 *Ægypti antiquæ, quam pro opere* l'Univers pittoresque, *conscripsit Champollion-Figeac. Formam habet anguli acuti, cujus longius latus mucrone ferreo instructum est. Accedit itaque rastrum propius ad instrumentum dictum* pioche, *quam ad* rateau ; *quocum nil commune habet.*

bb *Manuscripti quidam et veteres editiones addunt* hoc est sportellas : *sit interpretationis vice. Est enim* fiscella *viminea sporta ad varium usum.* Rosweydus.

cc *De his quæ absque dæmonum ludibrio in desertis orientalibus aliquando audiuntur, hæc F. Felix Faber in Evagatorio suo, tom. II, pag.* 407, *narrat :* « Porro, *inquit,* cum jam noctis medium esset (*consistebant enim in loco proximo solitudini* S. Hilarionis), excitavit me miles, qui ante vigilaverat, ad vigiliam meam complendam et surrexi et exer- D
citum Domini cum psalmodiis circuivi, baculum manu tenens. Subito autem prope nos factus fuit ingens et horribilis ululatus multorum conclamantium et collugentium, nec aliud intelligere potui, nisi quod essent voces hominum lamentantium. Stabam ego, et timens ac mirans auscultabam ; cogitavi autem quod forte Sarraceni festum aliquod tragœdiarum aut comœdiarum celebrarent, aut certe horridum malum vel plaga aliqua subito eis accidisset, aut quod satyri et alia deserti portenta per hujusmodi ululatum vellent nobis solitudinis ingressum prohibere. Quid autem fuerit, usque hodie ignoro; quidam tamen dixit mihi quod esset multitudo luporum ululantium etc. Sed hoc credere vix possum, quia clamor ille subito incepit et post modicum subitus desiit, et silentio interposito iterum intercepit et interjectiones dolentium habuit. *Facilius credidisset sagacissimus viator Faber, si novisset quæ nunc jam de Algeriæ desertis novimus, in quibus lupi, leones, pardi aliæque feræ ita ululantes audiuntur ut lamentantium hominum voces diceres.*

dd *Antiquæ editiones :* Festinus gladiator ; *Rosweydus et cod. Victorinus :* Festinus agitator; *Mar-* E
tianay et Vallarsius nude : Agitator. Agitator *scribendum, non* gladiator *monet Rosweydus, nixus codd. Mss.* Gladiator *irrepsisse autumat, quod hæc vox ante præcesserat. Agitator equorum intelligitur; hominum genus ad circum pertinens. — Mox autem duo Vaticani :* Curre : dormitas? *pro* cur dormitas? *Vallarsius.*

ee *Editi quidam addunt :* id est herba agresti et spinosa, *quod haud dubie ex marginali interpretamento in textum irrepsit. Est enim junci genus acuti et durissimi, simile sparto. Hactenus Rosweydus. Adde plantam palustrem esse, ex vicina scilicet palude detractam.*

ff *Voluit S. Romualdus, ut in ejus Vita legitur, cellam habere ad formam* S. Hilarionis *tugurioli. Loco* patiebatur *duo codices, quos vidit Vallarsius, habent* spatiabatur. *Non ausim assentire Vallarsio habenti hanc lectionem forte conninniorem.*

gg *Hinc collige capitis tonsionem nondum fuisse monachis præceptam.*

ii *De disciplina* B. Hilarionis *multo magis severa quam B. Antonii vide Commentarium prævium,* § 7.

kk *Vide de hac parte monasticæ disciplinæ Commentarium prævium, num.* 72. F

ll *Antiquæ aliquot editiones et duo codd. citati a Vallarsio* cubiculi *habent.*

CAPUT II.

Miracula in Palæstina patrat et condit monasteria.

Impetrat partum sterili.

Viginti et duos jam in solitudine habebat annos, fama tantum notus omnibus, et per totas Palæstinæ vulgatus urbes, cum interim mulier quædam Eleutheropolitana *a*, cernens despectui se haberi a viro ob sterilitatem, (jam enim per annos quindecim nullos conjugii fructus dederat), prima irrumpere ausa est ad beatum Hilarionem, et nihil tale suspicanti repente genibus ejus advoluta : Ignosce, inquit, audaciæ, ignosce necessitati meæ. Quid avertis oculos? Quid rogantem fugis? Noli me mulierem adspicere, sed miseram. Hic sexus genuit Salvatorem. Non habent sani opus medico, sed qui male habent. Tandem substitit, et post tantum temporis

a

A temporis visa muliere, interrogavit causam adventus ejus ac fletuum. Et postquam didicit, levatis ad cælum oculis, fidere eam jussit : euntemque lachrymis prosecutus, exacto anno, vidit cum filio.

Tres Helpidii filios a medicis desperatos sanat. B. Hilarion *primus in Syria monasteriorum fundator.*

8 Hoc signorum ejus principium, majus aliud signum nobilitavit. Aristænete *b* Helpidii, qui postea præfectus prætorio fuit, uxor, valde nobilis inter suos, et inter Christianos nobilior, revertens cum marito et tribus liberis a beato Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata est. Ibi enim, sive ob corruptum aërem, sive, ut postea claruit, propter gloriam Hilarionis servi Dei, hemitritæo *c* pariter arrepti, omnes a medicis desperati sunt. Jacebat ululans mater, et quasi inter tria filiorum discurrens cadavera, quem primum plangeret, nesciebat. Cognito autem, quod esset quidam monachus in vicina solitudine, oblita matronalis pompæ, tantum se matrem noverat : vadit comitata ancillulis et eunuchis *, vixque ei a viro suo persuasum est, ut asellum sedens pergeret. Ad quem cum pervenisset : Per ego te, ait, Jesum *d* clementissimum Deum nostrum obtestor per crucem ejus et sanguinem, ut reddas mihi tres filios, et glorificetur in urbe gentilium nomen Domini Salvatoris, et ingrediatur servus ejus Gazam, et Marnas *e* corruat.

B Renuente illo, et dicente nunquam se egressurum de cella, nec habere consuetudinem, ut non modo civitatem, sed ne villulam quidem ingrederetur, prostravit se humi, crebro clamitans : Hilarion, serve Christi, redde mihi liberos meos. Quos Antonius tenuit in Ægypto, a te serventur in Syria. Flebant cuncti, qui aderant : sed et ipse negans flebat. Quid multa? Non prius mulier recessit, quam ille pollicitus est, se post solis occasum Gazam introiturum. Quo postquam venit, singulorum lectulos et ardentia membra consignans *f*, invocavit Jesum. Et o mira virtus, statim quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit : eadem hora acceperunt cibos, lugentemque matrem cognoscentes, et benedicentes Deum, sancti manus deosculati sunt *g*. Quod postquam auditum est, et longe lateque percrebuit, certatim ad eum de Syria et Ægypto populi confluebant, ita ut multi crederent in Christum, et se monachos profiterentur. Necdum enim tunc monasteria erant in Palæstina, nec quisquam monachum ante sanctum Hilarionem in Syria noverat. Ille fundator et eruditor hujus conversationis et studii in hac provincia primum fuit. Habebat Dominus Jesus in Ægypto senem Antonium, habebat in Palæstina Hilarionem juniorem *h*.

Cæcæ visum impetrat, et aurigæ rigenti motum.

9 Facidia viculus est Rhinocoruræ urbis Ægypti *i*. De hoc ergo vico decem jam anni *k* cæca mulier adducta est ad beatum Hilarionem : oblataque ei a fratribus (jam enim multi cum eo monachi erant) omnem se substantiam expendisse ait in medicos. Cui respondit : Si, quæ in medicos perdidisti, dedisses pauperibus, curasset te verus medicus Jesus. Clamante autem illa, et misericordiam deprecante, expuit in oculos ejus : statimque Salvatoris exemplum virtus eadem secuta est sanitatis. Auriga quoque Gazensis in curru percussus a dæmone, totus obriguit : ita ut nec manum agitare, nec cervicem posset * reflectere. Delatus ergo in lecto, cum solam linguam moveret ad preces, audit non prius posse sanari, quam crederet in Jesum, et se sponderet arti pristinæ renuntiaturum *l*. Credidit, spopondit, sanatus est : magisque de animæ, quam de corporis salute exultavit.

dæmoniacos sanat;

10 Præterea fortissimus juvenis, nomine Marsitas *m*, de territorio Hierosolymæ, tantum sibi applaudebat in viribus, ut quindecim frumenti modios diu longeque portaret : et hanc haberet palmam fortitudinis suæ, si asinos vinceret. Hic affectus pessimo dæmone, non catenas, non compedes, non claustra ostiorum integra patiebatur : multorum nasum et aures morsibus amputaverat : horum pedes, illorum crura *n* fregerat : tantumque sui terrorem omnibus incusserat, ut oneratus catenis et funibus, in diversa nitentium, quasi ferocissimus taurus, ad monasterium pertraheretur. Quem postquam fratres videre, perterriti (erat enim miræ magnitudinis) nuntiaverunt patri. Ille sicut sedebat, jussit eum ad se pertrahi, et dimitti. Solutoque : Inclina, ait, caput, et veni. Tremere ille, et cervicem flectere, nec adspicere contra ausus : omnique ferocitate deposita, pedes cœpit sedentis lambere. Adjuratus itaque dæmon, et tortus, qui juvenem possederat, septima die egressus est. Sed nec illud tacendum est, quod Orion * vir primarius et ditissimus urbis Ailæ, quæ mari rubro imminet *o*, a legione possessus dæmonum, ad eum adductus est. Manus, cervix, latera, pedes ferro onerati erant, furorisque sævitiam torvi oculi minabantur. Cumque deambularet sanctus cum fratribus, et de scripturis nescio quid interpretaretur, erupit ille de manibus se tenentium, et amplexus * eum post tergum, in sublime levavit. Clamor ingens ortus ab omnibus : timebant enim, ne confecta jejuniis membra collideret. Sanctus arridens : Silete *, inquit, et mihi meum palæstritam dimittite. Ac sic reflexa super humeros manu, caput ejus tetigit, apprehensoque crine ante pedes adduxit, stringens e regione ambas manus ejus, et plantas utroque calcans pede, simulque ingeminans : Torquere *, dæmonum turba, torquere. Cumque ille ejularet, et reflexa cervice, terram vertice tangeret : Domine, inquit, Jesu, solve me miserum, solve captivum. Ut unum, ita et plures vincere, tuum est. Rem loquor inauditam. Ex uno hominis ore diversæ voces, et quasi confusus populi clamor audiebatur. Curatus itaque et hic, non post multum temporis, cum uxore et liberis venit ad monasterium, plurima, quasi gratiam redditurus, dona afferens. Cui sanctus : Non legisti, inquit, quid Giezi, quid Simon passi sint : quorum alter accepit pretium, alter obtulit : ut ille venderet gratiam Spiritus Sancti, hic mercaretur? Cumque Orion flens diceret : Accipe, et da pauperibus : respondit : Tu melius potes tua distribuere, qui per urbes ambulas, et nosti pauperes. Ego, qui mea reliqui, cur aliena appetam? Multis nomen pauperum, occasio avaritiæ est : misericordia vero artem non habet. Nemo melius erogat, quam qui sibi nihil reservat. Tristi autem, et in arenis *p* jacenti : Noli, inquit, contristari, fili. Quod facio, pro me et pro te facio. Si enim hæc accepero, et ego offendam Deum, et ad te legio revertetur.

AUCTORE S. HIERONYMO.

n

* *alias* Orionus

o

* *alias* amplexam *et* amplexatus. *Rosw. add.* Et dum pervenisset ad S. Hilarionem.

* *alias* sinite

E

* *alias* ait *add.*

F

p

paralyticum curat et Majumetes victores contra Gazenses reddit:

11 Quis vero possit silentio præterire, quod Zananus Majometes *q* haud longe a monasterio ejus, lapides ad ædificandum de ora maris cædens, totus paralysi dissolutus, et ab operis sociis delatus ad sanctum, statim sanus *r* ad opus reversus est? Etenim litus, quod Palæstinæ Ægyptoque prætenditur *, per naturam molle, arenis in saxa durescentibus, asperatur : paulatimque cohærescens sibi glarea, perdit tactum, cum non perdat adspectum. Sed et Italicus ejusdem oppidi municeps *s* Christianus, adversum Gazensem duumvirum *t*, Marnæ idolo deditum, Circenses equos * nutriebat. Hoc siquidem in Romanis urbibus jam inde servatur a Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum Conso, quasi consiliorum deo, quadrigæ septeno currant circumitu *u*, et equos partis adversæ fregisse, victoria sit. Hic itaque, æmulo

q

r

* *forte* protenditur

* *alias* circi equos curules

s

t

u

AUCTORE S. HIERONYMO.

æmulo suo habente maleficum, qui dæmoniacis quibusdam præcantationibus et hujus impediret equos, et illius concitaret ad cursum, venit ad beatum Hilarionem, et non tam adversarium lædi, quam se defendi obsecravit. Ineptum visum est venerando seni, in hujuscemodi nugis orationem perdere. Cumque subrideret, et diceret : Cur non magis equorum pretium pro salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit functionem esse publicam : et hoc se non tam velle, quam cogi : nec posse hominem Christianum uti magicis artibus, sed a servo Christi potius auxilium petere, *x* maxime contra Gazenses adversarios Dei *x*, et non tam sibi, quam ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo a fratribus, qui aderant, scyphum fictilem, quo bibere consueverat, aqua jussit impleri, eique tradi. Quem cum accepisset Italicus, et *y* stabulum, et equos, et aurigas suos, rhedam *y*, carcerumque repagula adspersit. Mira vulgi expectatio : nam et adversarius hoc ipsum irridens diffamaverat : et fautores Italici sibi certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur dato signo hi advolant, illi præpediuntur. Sub horum curru rotæ
B fervent, illi prætervolantium terga vix cernunt. Clamor fit vulgi nimius*, ita ut ethnici quoque ipsi concreparent : Marnas victus est a Christo. Porro furentes adversarii, Hilarionem maleficum Christianorum *z* ad supplicium poposcerunt. Indubitata ergo victoria, et illis, et multis retro circensibus plurimis fidei occasio fuit.

* *In codd.* nimius attollitur

z

Virginem ab incantatione liberat;

12 De eodem Gazensis emporii oppido virginem Dei *aa* vicinus juvenis deperibat. Qui cum frequenter tactu, jocis, nutibus, sibilis, et cæteris hujusmodi, quæ solent morituræ virginitatis esse principia, nihil profecisset, perrexit Memphim *bb*, ut confesso vulnere suo, magicis artibus rediret armatus ad virginem. Igitur post annum doctus ab Æsculapii vatibus, non remediantis animas, sed perdentis *cc*, venit præsumptum animo stuprum gestiens : et subter limen domus puellæ, tormenta *dd* quædam verborum, et portentosas figuras sculptas in æris Cyprii lamina defodit. Ilico insanire virgo, et amictu capitis abjecto, rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. Magnitudo quippe amoris se in furorem verterat. Perducta ergo a parentibus ad monasterium, seni traditur, ululante statim et confitente dæmone : Vim sustinui, invitus abductus sum.
C Quam bene Memphi somniis homines deludebam! O cruces, o tormenta, quæ patior! Exire me cogis, et ligatus subter limen teneor. Non exeo, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex : Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio et lamina strictus teneris *ee*. Dic, cur ausus es ingredi puellam Dei? Ut servarem, inquit, eam virginem *ff*. Tu servares proditor castitatis? Cur non potius in eum, qui te mittebat, es ingressus? Ut quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris dæmonem *gg?* Noluit autem sanctus antequam purgaret virginem, vel *hh* adolescentem, signa jubere perquiri, ne aut solutus incantationibus recessisse dæmon videretur, aut ipse sermoni ejus accommodasse fidem, asserens fallaces esse dæmones, et ad simulandum esse callidos : et magis, reddita sanitate, increpuit virginem, cur fecisset talia, per quæ dæmon intrare potuisset.

aa
bb
cc
dd
ee
ff
gg
hh

et Francum a dæmone;

13 Non solum autem in Palæstina, et in vicinis urbibus Ægypti, vel Syriæ, sed etiam in longinquis provinciis fama ejus percrebuerat. Namque candidatus *ii* Constantii *kk* imperatoris, rutilus coma, et candore corporis indicans provinciam, (inter Saxones quippe et Alemannos gens ejus, non tam lata, quam valida, apud historicos Germania, nunc D Francia vocatur *ll*) antiquo, hoc est, ab infantia, possessus dæmone, qui noctibus eum ululare, ingemiscere, fremere dentibus compellebat, secreto ab imperatore evectionem *mm* petiit, causam ei simpliciter indicans : et acceptis ad consularem quoque Palæstinæ *nn* literis, cum ingenti honore et comitatu Gazam deductus est. Qui cum a decurionibus *oo* illius loci quæsiisset, ubi habitaret Hilarion monachus, territi Gazenses vehementer, et putantes eum ab imperatore missum, ad monasterium adduxerunt, ut et honorem commendato exhiberent, et si quid ex præteritis injuriis in Hilarionem esset offensæ, novo officio deleretur. Deambulabat tunc senex in arenis mollibus, et secum de psalmis nescio quid submurmurabat. Vidensque tantam turbam venientem *, substitit Et resalutatis omnibus, manuque eis benedicens *pp*, post horam cæteros abire præcepit, illum vero cum servis suis et apparitoribus remanere. Ex oculis enim ejus et vultu, cur venisset, agnovit. Statim ergo ad interrogationem Dei servi suspensus homo, vix terram pedibus tangere cœpit, et immane rugiens, Syro, quo interrogatus fuerat, sermone respondit. Videres de ore barbaro, et qui F Francam tantum et Latinam linguam noverat, Syra ad purum verba resonare : ut non stridor, non adspiratio *qq*, non idioma aliquod Palæstini deesset eloquii. Confessus est itaque, quo in eum intrasset ordine. Et ut interpretes ejus intelligerent, qui Græcam tantum et Latinam linguam noverant, Græce quoque eum interrogavit *rr*. Quo similiter, et in verba eadem respondente, multasque incantationum occasiones, et necessitates magicarum artium obtendente : Non curo, ait, quomodo intraveris : sed ut exeas in nomine Domini nostri Jesu Christi impero. Cumque curatus esset, simplicitate rustica decem auri libras *ss* offerens, hordeaceum ab eo panem accepit, audiens quod qui tali cibo alerentur, aurum pro luto ducerent.

ll
mm
nn
oo
**alias* venientium
pp
qq
rr
ss

camelum ferocem signo crucis sedat.

14 Parum est de hominibus loqui : bruta quoque animalia quotidie ad eum furentia pertrahebantur : in quibus bactrum camelum *tt* enormis magnitudinis, qui jam multos obtriverat *uu*, triginta et eo amplius viri distentum sollidissimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, spumabat os, volubilis lingua turgebat, et super omnem terrorem rugitus personabat immanis *xx*. Jussit igitur eum dimitti senex. Statim vero et qui E adduxerat, et qui cum sene erant, usque ad unum omnes diffugere. Porro ille solus perrexit obviam, et sermone Syro : Non me, inquit, terres, diabole, tanta mole corporis : et in vulpecula, et in camelo unus atque idem es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quem dum furens, et quasi eum devoratura bellua pervenisset, statim corruit, submissumque caput terræ coæquavit, mirantibus cunctis, qui aderant, post tantam ferociam, tantam subito mansuetudinem. Docebat autem senex hominum causa diabolum etiam jumenta corripere : et tanto eorum ardere odio, ut non solum ipsos, sed et ea, quæ ipsorum essent, cuperet interire. Hujusque rei proponebat exemplum, quod antequam beatum Job tentare permitteretur, omnem substantiam ejus interfecerit; nec movere quempiam debere, quod Domini jussione duo millia porcorum a dæmonibus interfecta sunt ; siquidem eos, qui viderant, non potuisse aliter credere, exisse de homine tantam dæmonum multitudinem, nisi grandis porcorum numerus, et quasi a multis actus, pariter corruisset.

tt
uu
xx

ANNOTATA.

A

ANNOTATA.

a *Eleutheropolis, Palæstinæ urbs, inter Jerosolymam et Ascalonem, utrinque fere unius diei spatio dissita. Eleutheropoli ibatur Ascalonem* XXIV M. P.; *Ascalone Gazam* XVI M. P.; *Gaza ad solitudinem* S. Hilarionis *fere* VII M.P.

b *Hanc formam græcam* Ἀριστοαινετην, *ex Mss. restituit Vallarsius; Martianay, Rosweydus aliique antiquiores* Aristæneta *habent. Hanc porro fœminam plurimum laudat Libanius lib.* IV, *epist.* 44 : Ἔγνων τὴν ἀριστὴν Ἀριστοαινετην. *Helpidio autem Marcellinus paulo est inquior; nimirum ob invidiam nominis christiani. Libro enim* XXI : Inter tot urgentia Hermogene defuncto, ad præfecturam promovetur Elpidius, ortus in Paphlagonia, aspectu vilis et lingua, sed simplicioris ingenii, incruentus et mitis. *Hæc partim ex Vallarsio, partim ex Rosweydo. Hermogenes defunctus et Elpidius præfectus prætorio anno* 361 *: de quo vide Tillemontius in Imperatoribus. Quæ hic narrantur facta sunt non tantum ante annum* 361, *sed ante initium anni* 356, *quo S. Antonium obiisse in Commentario prævio diximus, num.* 8.

B c *Coloniensis editio, inquit Rosweydus, addit :* (morbo videlicet imperfectæ febris tertianæ), *quod prioris glossema est. Hic scilicet febris imperfecta tertiana dicitur, quod tertiana sæpius recurrit et ad quotidianam accedit. Plura de ea Rosweydus in Onomastico et Martianay ad hunc locum.*

d *Ita Surius et duo codices vaticani laudati a Vallarsio. Rosweydus :* Per Deum te, ait, Jesum; *Martianay :* Precor te, ait, per Jesum. *Lectio nostra elegantior.*

e *Cum Surio et Rosweydo* idolum *ante* Marnas *omisimus, quod intruserat Martianay; et quidem vocem* idolum, *inquit Vallarsius, nostri Mss. non agnoscunt. De Marna S. Hieronymus iterum agit inferius et in Epist. ad Lætam et in cap.* 17 *Isaiæ; illic eum templo inclusum lugere dicens, hic ejus templum in ecclesiam versam. Alii passim dixere de spurco hoc numine, simili iis, de quibus in Commentario prævio, num.* 22 *pauca delibavimus. — Mox loco* egressurum, *Rosweydus et Vallarsius habent* egressum, *quod se hic in omnibus Mss. invenisse testatur. Verum in aliis cod. et apud Surium et Martianay legitur* egressurum; *quod retinendum esse suadet sequens sententia.*

f *Surius et Martianay :* Arentia membra; *Rosweydus et Vallarsius melius :* Ardentia. *Surius, Rosweydus et Martianay :* considerans; *Vallarsius in omnibus Mss. legit :* Consignans; *quod certe retinendum.* Consignare *est crucis signo notare aut benedicere.*

C g *De more veterum christianorum osculo venerandi manus, pedes et oculos sanctorum virorum, martyrum, episcoporum et sacerdotum nonnulla collegit Rosweydus in Onomastico v°* Osculari.

h *In Commentario prævio* § 10 *ostensum est in Ægypto ante S. Antonium et in Syria ante* S. Hilarionem *fuisse monachos; sed eis primis spiritualem fuisse sobolem, eosque auctores fuisse vitæ monasticæ, eo sensu quo SS. Franciscum et Dominicum religionum mendicantium.*

i *De Rhinocorura, primo extra terram Chanaan Ægypti oppido, dictum est in Commentario prævio, num.* 9. *Surius habebat* vicus; *Martianay* vicula; *Rosweydus et Vallarsius* viculus, *adstipulantibus Mss.*

k *Antiquæ editiones habent :* De hoc sunt decem jam anni. *Rosweydus, Martianay et Vallarsius ex Mss. emendarunt :* De hoc ergo vico, decem jam annis cæca, mulier *etc.*

l *Inferius num.* 11 *explicatur quare aurigæ illi circensi renuntiandum esset arti suæ : celebrabantur scilicet hi ludi in honorem dei Consi et idololatria aliaque spurcitia erant pleni. S. Cyprianus libro de spectaculis eis christianos interdicit; de quo loco vide Baluzii notam* 21 *in librum ejusdem de vanitate idolorum. Idem S. Cyprianus epist.* 61 *omnino ab arte sua arcet histrionem.* D

m *Surius, Rosweydus, Martianay et Vallarsius legunt* Marsitas. *Hic tamen hæc animadvertit : tres nostri codices* Messicas *habent, alii* Mesitas; *paulo post* afflatus *pro* affectus, *male autem vetustiores editi* afflictus.

n *Antea, inquit Vallarsius, obtinebat* gulam *pro* crura; *quod emendare visum est e duobus Vat.; alter enim, utraque lectione retenta, horum gulam, illorum pedes, vel crura fregerat. Hæc ille; verum quid præstet non video.*

o *Vetus editio, inquit Rosweydus,* Achile. *Hieronymus de locis hebraicis :* Ailat in extremis finibus Palæstinæ juncta meridianæ solitudini et mari rubro; unde ex Ægypto Indiam et inde ad Ægyptum navigatur. Sedet autem ibi legio romana, cognomento Decima : et olim quidem Ailat a veteribus dicebatur, nunc vero appellant Aila. *Aila autem non longe distabat ab hodierno portu* Suez; *a Gaza autem, ut diximus,* CLVII M. P., *seu itinere octo fere dierum.* E

p *Rosweydus et Mss. quos vidit Vallarsius :* et in arenis.

q *Surius, Martianay et Vallarsius* Gazanus. Zananus *apud Rosweydum, qui annotat: Ita hic et cap.* 30 *et* 33 *in Mss.; ita et Sophronius græce apud Metaphrasten, etsi Hervetus Gazanus vertit et edidit, secutus, opinor, vulgatam lectionem Hieronymi. Sed* Zananum *habent Mss., ut dixi. Hæc Rosweydus. In* Παραδείσῳ *legitur* Ζαναννους. *Vallarsius, licet Gazanum prætulerit, cogitur hæc tamen fateri : Unus, inquit, Ms.* Zazanus, *alii* Zananus *vel* Zenainus. *Mox quoque, addit* cudeńs *pro* cædens. Cudens *legitur etiam in Surio.*

r Sanus *addidit ex Mss. Vallarsius.*

s Municeps *nullum hic munus seu officium, sed civem seu incolam liberum Majumæ, quod unum cum Gaza tunc constituebat oppidum, indicare videtur. Quæ hic narrantur inter annos* 328 *et* 337 *facta, ut in Commentario prævio, num.* 19.

t Erat enim, *inquit Josephus Bimardus in Dissertatione secunda, cap.* 4, *quam Thesauro suo veterum inscriptionem præmisit Muratorius,* erat in coloniis municipiisque minor quidam senatus ad instar Romani lectus, quem *ordinem* vocabant et *curiam.* Senatores vero, ex quibus *Ordo* constabat, *decurionesvocatos fuisse nemo nescit. Ordini* præerant magistratus duo, consulibus non dissimiles, qui toga præsertim utebantur et binos lictores habebant præeuntes cum fascibus aut bacillis. *Duumviri* vocabantur. *Pergit dein enarrare aliquando horum loco fuisse* quatuorviros. *Verum hi ad nos nihil.* F

u *Hæc tetigimus supra lit.* l. *Plura indicant Rosweydus et Vallarsius.* Servabatur *habent Rosweydus et Vallarsius qui codices Mss. laudat. Contra Surius et Martianay* Servatur : *quod ego omnino retinendum puto, quum anno* 390, *quo fere hanc Vitam scribebat S. Hieronymus, spectacula ludique circenses nondum essent abolita : de qua re vide Tillemontium in Imperatoribus ad annum* 386; *Baronium in Annalibus ad annum* 410, *num.* 44; *Petiscum in Lexico Antiquario v°* Ludi circenses. *Quocirca non dubitandum quin amanuenses* servatur *in* servabatur *mutarint, narrationis modum suo tempori accommodantes.*

AUCTORE S. HIERONYMO

x *De Gazensium in superstitione perseverantia in Commentario prævio dictum num.* 19, 20, 40, 41 *etc.*

y Rhedam *habent omnes editi, quin ipse Vallarsius qui monet : Vox* rhedam *in omnibus quibus utimur Mss. desideratur : tum unus antiquior Vaticanus* carrucarumque regulas *pro* carcerumque repagula, *fortasse verius legit. Non crediderim.* Carruca *enim erat quadrirotum grave et ponderosum, cujus nullus in circo usus.* Carceres *autem,* les barrières, *quibus coercebantur equi, donec signum daretur. Recte itaque* carcerum repagula *dicuntur. — Ad hunc locum accusavit Casaubonus* S. Hilarionem κατοπτομαντειας, *quæ cum aqua et cyatho perficiebatur : quid protestantes proscindunt viros, quos sæculo* IV *Palæstina, Ægyptus, Sicilia, Dalmatia, Cyprus suspexit nec satis laudare se posse credidit? Fateantur sibi aliam esse religionem aliosque sensus quam quæ sæculo* IV *omnibus essent communia, aut desinant aliter loqui de rebus et viris quam fieret illo ævo! Cæterum quæ hic* μαντεια *intervenit? Poculum suum tradit* S. Hilarion *Italico, signo crucis benedictum (nil enim absque hoc signo primis sæculis factum fuisse ex Tertulliano novimus, et num.* 5 *dixit S. Hieronymus beatum*
B *eremitam signo crucis adversus dæmonem uti fuisse solitum); Deus vero hunc servo suo suoque nomini dedit honorem, ut victoriam Italico concederet : quæ in his superstitio? Carpat Casaubonus umbram Petri, sudaria Pauli, fimbriam vestimenti Christi Domini; et tunc demum* μαντειαν *quærat in* S. Hilarionis *cyatho testaceo! Sed de his vide ad hunc locum Rosweydum.*

z *Mss.* maleficum christianorum. *Porro maleficos equorum agitatores, qui adversariorum equos dæmoniacis imprecationibus impedirent, ut suos ad cursus velociores impellerent sæpe veteres auctores notant. Cassiodorus, lib.* III *Variarum, epist.* 1, *de quodam nobili auriga :* Frequentia, *inquit,* palmarum eum dici faciebat maleficum. Necesse est enim ad perversitatem magicam referri, quando victoria equorum meritis non potest applicari. *Arnobius, lib.* I, *adv. Gent., de magorum artibus :* Quis enim hoc nesciat... in curriculis equos debilitare, incitare, tardare *etc. Vide Cod. Theod. ad leg.* 9 *de Malef., Ammian. Marcellin. pluribus locis. Vallarsius.*

aa *In tribus aut quatuor exemplaribus Mss.* virginis Dei vicinus juvenis, amore deperibat. *Martianay.*

C bb *Paria habet Hieronymus in Isaiæ* 19 *:* Memphim magicis artibus deditam, pristini usque ad præsens tempus vestigia erroris ostendunt. *Et in cap.* 65 *de Æsculapii fano, in quo* stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant (*gentiles*), ut in sommis futura cognoscerent. *Vallarsius.*

cc *In codd. suis legit Martianay :* Ab Æsculapii vatibus, non remediantibus sed perdentibus animas.

dd *Surius et Rosweydus habent* tormenta; *Martianay et Vallarsius* portenta; *sed præplacet prior lectio, tum quia sequuntur* portentosæ figuræ, *tum quia* tormenta verborum, *nil aliud sunt quam* intorta verba : *quemadmodum* tormentum ferreum *et* stupeum tormentum ferrum tortum *et* stupa torta *est. His addo ex Rosweydo aliquando ære, aliquando plumbo ad verba et figuras inculpendas usos veneficos et magos. Tacitus Annal. II :* Reperiebantur solo ac pariete erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina et devotiones, et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres, ac tabe obliti, aliaque maleficia. *Amuleta Ægyptiaca nequaquam rara sunt; et quidem ex omni materia. Æs Cyprium hic adhibitum, quia Cyprus insula Veneri, cujus auxilium necessarium erat juveni, sacra erat. Amu-* D *leta ægyptiaca, ut et alia quoque, imagines habent deorum et animalium, quæ B. Hieronymus per* portentosas figuras *indicat, et adscripta verba sæpe characteribus demoticis, quæ ille idem* tormenta verborum *appellat. Amuletum cum Æsculapii ægyptiaci seu Tosorthri forma exhibet de Caylus tom. VI Antiquitatum, tab.* XVII.

ee *Ad hæc annotat Rosweydus : Ovid. lib.* I *Amor. Eleg.* VIII :

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equæ.

Licia seu fila illa magica tricolora erant et ter novem numero, ut ex hoc colligitur versu (Cir. n. 371) :

Terque novem ligat triplici diversa colore Fila.

Sed vide de his archæologos.

ff *Scribit ad hunc locum Rosweydus : Vide Serarium nostrum in cap.* 6 *Tobiæ, quæstiuncula* 1 *ad v.* 14, *ubi agit de Asmodæo, quomodo in græco textu dicitur* amasse Saram.

gg *Certi, inquit Rosweydus, dæmones certis vitiis dominantur, infra num.* 18 : Habebat enim senex hanc gratiam ut ex odore corporum vestiumque et earum quas quis tetigerat sciret, cui dæmoni vel cui vitio subjaceret. *Vita Antonii, cap.* 4 : Hinc et E spiritus fornicationis vocor. *Quum vero similia e Scripturis divinis non absint, noverimus de his veneranter loqui, et quidem, nisi quis universum ordinem supernaturalem seponere voluerit, unde, quæso, certiora de eo acceperimus quam ex Sanctorum experientia? Ii enim quasi ab his terrenis abstracti et toti spiritualibus dediti, per hanc ipsam gratiam, qua illorum mens in alium fere orbem vehebatur, facilius sane in eorum omnium quæ ad aëreas potestates pertinent cognitionem potuerunt pervenire. Neque his tamen credulitatem nimiam suaserim, sed ne sanctorum dicta et gesta, bonis firmata testimoniis, flocci habeantur.*

hh *Quum Surius, Rosweydus et Martianay particulam* vel *hic omnino habeant, equidem non intelligo quid sequentibus velit Vallarsius : Peccant contra historiæ veritatem ac Hieronymi mentem hucusque editi unius hujusce particulæ* vel *omissione : ut significent ipsum quoque adolescentem a* S. Hilarione *curatum, cum e contrario neque perquiri illum siverit, ne ejus incantationibus fidem videretur adhibuisse. Nos e nostris omnibus Mss., accedente etiam Gravii auctoritate, suffecimus. Adhæc alterum hucusque editorum mendum castigavimus legentes ex* F *iisdem Mss.* solutus, *id est dæmon, pro* solitis *nempe incantationibus. Infra leviora alia emendamus.*

ii *Candidati milites, inquit Petiscus in Lexico antiquario ad hoc verbum, erant ostensionales* (garde d'honneur) *ex iis, quos staturæ proceritas et forma commendabat, milites nominatim fortes et insignes, qui in pugna imperatorem circuibant et propugnabant* candida *veste induti et exornati, ut sub oculis Augusti præclare et strenue præliando se ad majora aspirare et militaria officia merito ambire profiterentur : quæ dein firmat auctoritatibus.*

kk *In Patrologia Migniana, quæ Vallarsii editionem pone sequitur, ad hunc locum annotatur : Mss. omnes et quos etiam Martianay consuluit* Constantini. *Verum in textu tum apud ipsum Vallarsium tum apud Martianay* Constantii; *quæ forma etiam legitur apud Surium et Rosweydum. Solus* Παραδεισος *de* Constantino *loquitur; sed minoris est auctoritatis (maxime quum Constantii et Constantini nomina confundantur sæpius) quam ut a forma solita recedatur.*

ll *Hæc regio, inquit Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum, V°* Francia, *ab oriente Toringiam et Saxoniam*

A *xoniam habebat, ab occidente Rhenum et Oceanum, a septentrione item Oceanum germanicum vel septentrionalem, a meridie Alamanniam et Sueviam, sive amnem Lonam; et explicans dein Hieronymi verba, recte affirmat Franciam ab eo inter Saxones et Alamannos fuisse positos, propterea quod ab Oriente Saxonia a meridie Alamannia terminabatur. Verum quum hæc designatio omnino incompleta est, crediderim ea usum fuisse Hieronymum ut significaret candidatum illum ex ea parte Franciæ fuisse, quæ postea* Francia orientalis *seu* Austria *dicta est.*

mm *Evectiones,' inquit Petiscus in Lexico antiquario V°* Evectiones, *sunt codicilli, quibus facultas equis publicis utendi concedebatur. Has ut haberent, antequam iter inirent, illi ipsi qui cursu publico utebantur, erat opus. In singulis civitatum, mutationum, mansionum stationibus dabant illas inspiciendas, alioquin vel in prima statione detinendi. In illis continebatur certus equorum cursualium, quibus uti liceret, numerus; diesque certus intra quem uti liceret, quo elapso irriti erant dati et impetrati codicilli. Qui evectionem obtinuerat, eam præsidi provinciæ, per quam transiturus erat, ostendere tenebatur, et ille subnotabat seu subscribebat. Qui eas concedere*
B *poterant aliis, iidem initio eis non indigebant : sed a Constantino omnibus fere ablata utraque potestas; imperatori, præfectis prætorio ac magistris officiorum solis deinceps reservata.*

nn *Habebat quippe Palæstina, utpote provincia media, consularem qui ei præsideret. Vide Notitiam Orientis apud Pancirolum. Quis anno circiter* 337 *hac dignitate ornatus esset, latet. Ordinaria sedes consularis Palæstinæ Cæsarea.*

oo *De decurionibus dictum fuit supra ad lit.* t.

pp *Infra num.* 16 *Elusates* Barech, *id est* Benedic Hilarioni *inclamabant. Videtur hæc benedictio data tota manu, seu pollice et omnibus digitis extensis; qua forma ut aliquando latini, sic quoque græci (a græcis enim institutus fuerat* S. Hilarion, *neque illo ævo discrimen inter ritum syriacum et græcum inoleverat) nonnumquam utuntur. In crucis autem signum benedicentis manum motam fuisse observat ipse Lutheranus Augusti. His ex Rosweydo adde, non hominibus tantum, sed et rebus inanimatis sanctos benedixisse. Infra hic num.* 17 : In sublimi stans benedixit vineæ; *num.* 20 : Ut benedictum ab eo panem vel oleum acciperent; *num.* 22 : Benedicto itaque oleo universi agricolæ atque pastores tangentes vulnera,
C certam salutem resumebant.

qq *Hæc in memoriam revocant* stridentia et anhelantia verba *linguæ hebraicæ, de quibus S. Hieronymus, in epistola* 125 *(alias* 4*) laborem suum in perdiscenda lingua sacra meminit.*

rr *Ex his in Commentario prævio num.* 75 *collegimus* B. Hilarioni *præter patriam linguam Syriacam et cophthicam quam in Ægypto didicerat, ibidem quoque græcam doctus fuisse. Cæterum magister grammatices, quem Alexandriæ habuerat, certe linguæ græcæ præcepta tradebat.*

ss *Libra auri divisa fuit a Contantino magno in solidos septuaginta duos; singuli vero solidi valebant fere francis nonaginta hodiernis; ita ut candidatus ille ad pedes* S. Hilarionis *deposuerit summam æqualem francis nostris sexagesies quater mille octingentis* (64,800)*; pecuniæ vero potentia eadem fere tunc erat quæ nunc, ut ex celebri Diocletiani decreto de pretio rerum venalium jam a pluribus observatum fuit.*

tt *Plinius, Natur. Hist. lib.* VIII, *sect.* 25 : Camelos inter armenta pascit Oriens, quorum duo genera, Bactriæ et Arabiæ : differunt, quod illæ bina habent tubera in dorso, hæ singula : sub pectore alterum, cui incumbant. *Cameli, quibus duo sunt tubera vocantur etiamnum* chameaux bactriens, chameaux de la Bactriane; *arabibus sunt robustiores et maxime in usu sunt in* Turkestan, *in Perside et Syria.*

uu *Plinius lib.* x, *cap.* 83 : Cameli *(veneris avidi)* etiam solitudines aut secreta certe petunt; neque intervenire datur sine pernicie. *Agitur enim hoc loco Vitæ* S. Hilarionis *de camelo, æstu venereo flagrante, non vero possesso a dæmone. Zoographi omnes meminere ferociæ camelorum, quum veneris agitantur stimulo.*

xx *Ut lector ipse perspiciat hæc pertinere ad camelum venere stimulatum, accipe quæ recentiores zoographi tradunt de animalis hujus conditione, quum ardores venereos patitur. Ex glandibus, inquiunt, conglomeratis occipitis oleum quoddam fetidum scatet, quod per colli pellem defluit. Ex ore, ad alterutrum angulum, dependet follis ruber inflatus, qui brevi vacuus fit et dein aspiratione in os reducitur, ut iterum iterumque inflatus educatur. Videtur ille follis palati velum esse, quod tempore veneris, non secus ac aliæ pelliculæ in animantibus aliis, plurimum excrescit. De rugitu meminere quoque omnes.*

AUCTORE S. HIERONYMO.

E

CAPUT III.

Monachos suos curat, convertit Sarracenos, omnigenos homines excipit, petit S. Antonii defuncti cellam.

Innumera monasteria condit;

a b

Tempus me deficiet, si voluero universa signa, quæ ab eo perpetrata sunt, dicere. In tantam enim a Domino fuerat elevatus gloriam, ut beatus quoque Antonius audiens conversationem ejus, scriberet ei *a*, libenterque ejus epistolas *b* sumeret : et si quando de Syriæ partibus ad se languentes perrexissent, diceret eis : Quare vos tam longe vexare voluistis, cum habeatis ibi filium meum Hilarionem? Exemplo itaque ejus per totam Palæstinam innumerabilia monasteria esse cœperunt, et omnes ad eum monachi certatim currere. Quod * ille cernens, laudabat Domini gratiam, et ad profectum animæ singulos cohortabatur, dicens præterire figuram hujus mundi, et illam esse veram vitam, quæ vitæ præsentis emeretur * incommodo. Volens autem exemplum eis dare et humilitatis et officii, statis diebus ante vindemiam *c* lustrabat cellulas monachorum. Quod postquam cognitum est a fratribus, omnes ad eum confluebant : et comitati tali duce, circumibant monasteria, habentes viaticum suum : quia interdum usque ad duo millia hominum congregabantur. Sed et procedente tempore unaquæque villa vicinis monachis, ad susceptionem sanctorum gaudens, cibos offerebat.

* *alias* Quos

F

* *alias* mercaretur

c

Sarracenos Elusanos convertit;

16 Quantum autem fuerit in eo studii, ut nullum fratrem quamvis humilem, quamvis pauperem præteriret, vel illud indicio est, quod vadens in desertum Cades *d*, ad unum de discipulis suis visendum, cum infinito agmine monachorum pervenit Elusam *, eo forte die, quo anniversaria solennitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregaverat. Colunt autem illam ob Luciferum, cujus cultui Saracenorum natio dedita est. Sed et ipsum oppidum ex magna parte semibarbarum est propter loci situm. Igitur audito, quod sanctus Hilarion præteriret, (multos enim Saracenorum

d

* *alias* Elusium *et* Eolesam

AUCTORE S. HIERONYMO.

Saracenorum arreptos a dæmone frequenter curaverat) gregatim ei cum uxoribus et liberis obviam processere, submittentes colla, et voce Syra, Barech, id est, benedic, inclamantes. Quos ille blande humiliterque suscipiens, obsecrabat ut Deum magis, quam lapides colerent: simulque ubertim flebat, cælum spectans, et pollicens, si Christo crederent, ad eos se crebro esse venturum. Mira Domini gratia: non prius abire passi sunt, quam futuræ ecclesiæ lineam mitteret *e*: et sacerdos eorum, ut erat coronatus *f*, Christi signo denotaretur.

e

f

monachos suos pie visitat;

17 Alio quoque anno, cum exiturus esset ad visenda monasteria, et digereret in schedula *g* apud quos manere, quos in transitu visitare deberet, scientes monachi quendam de fratribus parciorem, simulque cupientes vitio ejus mederi, rogabant, ut apud eum maneret. Et ille: Quid, inquit, vultis et vobis injuriam, et fratri vexationem facere? Quod postquam frater ille parcus audivit, erubuit, et annitentibus cunctis, vix ab invito impetravit, ut suum quoque monasterium in mansionum ordinem poneret. Post diem ergo B decimum venerunt ad eum, custodibus jam in vinea, qua venirent illi *h*, dispositis: qui cum lapidibus et glebarum jactu, fundæque vertigine accedentes deterrerent. Sine esu uvæ mane omnes profecti sunt, ridente sene, et dissimulante scire, quod evenerat. Porro suscepti ab alio monacho, cui Sabas vocabulum est (debemus quippe parci tacere vocabulum, largi dicere): quia Dominicus erat dies *i*, invitabantur ab eo universi in vineam, ut ante horam cibi, uvarum pastu laborem viæ sublevarent. Et sanctus: Maledictus, ait, qui prius refectionem corporis, quam animæ, quæsierit. Oremus, psallamus, reddamus Domino officium, et sic ad vineam properabimus *. Completo itaque ministerio, in sublimi stans, benedixit vineæ, et suas ad pascendum dimisit oves. Erant autem, qui vescebantur, non minus tribus millibus. Cumque centum lagenis *k* æstimata fuisset integra adhuc vinea, post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcus frater multo minus solito colligens, etiam id quod habuerat, versum in acetum sero doluit. Hoc multis fratribus senex *l* ante futurum prædixerat. C

h

i

* *alias* properabitis

k

l

avaros plectit;

18 Detestabatur autem pracipue monachos, qui infidelitate quadam in futurum reservarent sua, et diligentiam haberent vel sumptuum, vel vestitus, aut alicuius earum rerum, quæ cum sæculo transeunt *m*. Denique unum de fratribus in quinto fere a se milliario manentem, quia comperiebat hortuli sui nimis cautum timidumque custodem, et pauxillum habere nummorum, ab oculis abegerat. Qui volens sibi reconciliari senem, frequenter veniebat ad fratres, et maxime ad Hesychium *n*, quo ille vehementissime delectabatur. Quadam igitur die ciceris fascem virentis, sicut in herbis erat, detulit. Quem cum Hesychius posuisset in mensa ad vesperum, exclamavit senex, se putorem ejus ferre non posse, simulque unde esset rogavit. Respondente autem Hesychio, quod frater quidam primitias agelli sui fratribus detulisset: Non sentis, inquit, putorem teterrimum, et in cicere fœtere avaritiam? mitte brutis animalibus, et vide, an comedant. Quod cum ille juxta præceptum in præsepe posuisset, exterriti boves, et plus solito mugientes, ruptis vinculis, in diversa fugerunt. Habebat enim senex hanc gratiam, ut ex odore corporum, vestiumque et earum rerum, quas quis tetigerat, sciret cui dæmoni, vel cui vitio subjaceret.

m

n

19 Igitur sexagesimo tertio vitæ suæ anno cernens grande monasterium, et multitudinem fratrum secum habitantium, turbasque eorum, qui diversis languoribus, et immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita ut omni genere hominum solitudo per circumitum repleretur, flebat quotidie, et incredibili desiderio conversationis antiquæ recordabatur. Interrogatus a fratribus, quid haberet, cur se conficeret, ait: Rursum ad sæculum redii, et recepi mercedem meam in vita mea. En homines Palestinæ, et vicinæ provinciæ existimant me alicujus esse momenti: et ego sub prætextu monasterii ad dispensationem fratrum vilem * supellectilem habeo. Servabatur autem a fratribus, maxime ab Hesychio, qui miro amore veneration senis deditus erat. Cumque ita vixisset * lugens biennium, Aristænete illa, cujus supra fecimus mentionem, præfecti tunc uxor, sed nihil de præfecti ambitu habens *o*, venit ad eum, volens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens: Vellem, ait, ipse quoque ire, si non carcere hujus monasterii clausus tenerer, et si eundi fructus esset: biduum enim hodie est, quod totus mundus tali parente orbatus est *p*. Credidit illa, et substitit. Et post paucos dies, veniente nuncio, Antonii dormitionem audivit. D

flet perditam solitudinem et defunctum S. Antonium:

* *forte* utilem *Rosw.* villæ possessiones et * *alias* duxisset

o

p

E

20 Mirentur alii signa *q*, quæ fecit, mirentur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem: ego nihil ita stupeo, quam gloriam illum et honorem calcare potuisse. Concurrebant episcopi, presbyteri, clericorum et monachorum greges, matronarum quoque christianarum *r* (grandis tentatio), et hinc inde ex urbibus et agris vulgus ignobile: sed et potentes viri et judices, ut benedictum ab eo panem vel oleum acciperent *s*. At ille nihil aliud nisi solitudinem meditabatur, in tantum ut quadam die proficisci statuerit: et adducto asello *t* (nimis quippe exesus jejuniis, vix ingredi poterat) iter arripere conaretur. Quod cum percrebuisset, et quasi vastitas et justitium *u* Palæstinæ indiceretur, plusquam decem millia hominum diversæ ætatis et sexus, ad retinendum eum congregata sunt. Immobilis ille ad preces, et baculo *x* arenas discutiens, loquebatur: Fallacem Dominum meum non faciam: non possum videre subversas ecclesias, calcata Christi altaria, filiorum meorum sanguinem *y*. Universi autem, qui aderant, intelligebant revelatum ei quiddam esse secreti, quod nollet confiteri: et nihilominus cu- F stodiebant eum, ne proficisceretur. Decrevit ergo, publica omnes voce contestans, non cibi se, non potus quidquam sumere, nisi dimitteretur. Et post septem dies inediæ, tandem relaxatus, ac valedicens plurimis, cum infinito agmine prosequentium venit Betheliam *z*. Ubi persuasis ut reverterentur, elegit quadraginta monachos, qui haberent viaticum, et possent jejunantes ingredi, id est, post solis occasum cibum sumere. [Quinto igitur die venit Pelusium,] visitatisque fratribus, qui in vicina eremo erant et in loco, qui dicitur Lychnos *aa*, morabantur, perrexit triduo ad castrum Thaubastum *bb*, ut videret Dracontium episcopum et confessorem, qui ibi exulabat. Quo incredibiliter consolato tanti viri præsentia, post aliud triduum multo Babylonem *cc* labore pervenit, ut viseret Philonem episcopum, et ipsum confessorem. Constantius enim rex, Arianorum favens hæresi, utrumque in ea loca deportaverat. Inde egrediens, post triduum venit ad oppidum Aphroditon *dd*, ubi convento diacono Baisane, qui locatis dromadibus camelis, ob aquæ in eremo penuriam, consueverat euntes ad Antonium ducere, confessus est

ingens ad eum concursus panem et oleum benedictum ab eo poscentium; migrat in Ægyptum;

q

r

s

t

u

x

y

z

aa

bb

cc

dd

A est fratribus instare diem dormitionis beati Antonii, et pervigilem noctem in ipso, quo defunctus fuerat, loco a se ei debere celebrari. Tribus igitur diebus per vastam et horribilem solitudinem, tandem ad montem altissimum pervenerunt, repertis ibi duobus monachis, Isaac ac Pelusiano, quorum Isaac interpres Antonii fuerat.

visitat S. Antonii cellam,

21 Et quia se præbet occasio, et ad id loci venimus, dignum videtur brevi sermone habitaculum tanti viri describere. Saxeus et sublimis mons, per mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit : quarum alias arenæ ebibunt, aliæ ad inferiora delapsæ, paulatim rivum efficiunt, super quem ex utraque ripa palmæ innumerabiles multum loco et amœnitatis et commodi tribuunt. Videres senem huc atque illuc cum discipulis beati Antonii discurrere. Hic, ajebant, psallere, hic orare, hic operari, hic fessus residere solitus erat. Has vites, has arbusculas ipse plantavit : illam areolam manibus suis ipse composuit. Hanc piscinam * ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus est. Istum sarculum ad fodiendum terram pluribus annis habuit. Jacebat in stratu ejus, et quasi calens adhuc cubile deosculabatur. Erat autem cellula non plus

* *in mss.* piscinulam

B mensuræ per quadrum tenens, quam homo dormiens extendi poterat. Præterea in sublimi montis vertice, quasi per cochleam asscendentibus et arduo valde nisu *, duæ ejusdem mensuræ cellulæ visebantur : in quibus venientium frequentiam, et discipulorum suorum contubernium fugiens, moratus est. Verum hæ in vivo excisæ saxo, ostia tantum addita habebant. Postquam autem ad hortulum venerant : Videtis, inquit Isaac, hoc pomarium * arbusculis consitum, et oleribus virens? Ante hoc ferme triennium cum onagrorum grex hoc vastaret, unum e ductoribus eorum stare jussit, baculoque tundens latera : Quare, inquit, comeditis, quod non seminastis? Et exinde, exceptis aquis, ad quas potandas ventitabant, nunquam eos nec arbusculam, nec olera contigisse. Præterea rogabat senex, ut sibi locum tumuli ejus ostenderent. Qui cum seorsum eum abduxissent, utrum monstraverint, necne, ignoratur : causam occultandi, juxta præceptum Antonii, fuisse referentes, ne Pergamius, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad villam suam sancti corpore, martyrium fabricaretur.

* *alias* adnisu

* *alias* pomœrium

C

ANNOTATA.

a *Constat ex hoc loco quam falsum sit quod ab aliquot scriptoribus de S. Antonio traditur, scilicet eum litteras ignorasse. Profecto ignorabat græcas, sed non cophthicas : quod jam aliunde ostendit in ejus Vita Henschenius noster.*

b *Hinc collige* B. Hilarionem *ita linguam ægyptiacam novisse ut non tantum loqui sciret, verum etiam scribere.*

c *In commentario prævio, num.* 75, *inquisitum est de hoc indicio temporis.*

d *Id iter describere conati sumus in Commentario prævio, num.* 21 *et seqq.; ubi quoque plura indicata de Elusa, de Sarracenis et de cultu Luciferi seu Veneris.*

e *Hoc vulgo episcopi officium, quod græci stauropegium (quod crux terræ infigitur) appellant. Disputat Rosweydus ad hunc locum et in Onomastico utrum* lineam mittere, *an* limitem mittere *legendum sit : in utramque partem affert alium locum,* ordinatos limites mittere *ex Hygino,* unam lineam mittere *ex lege Tiberii cæsaris. Secure retineri potest alterutra lectio. Veteres editiones et quæ vidit Mss. Rosweydus, favent* limiti, *aliæ editiones et alia Mss.* lineæ : *utraque autem locutio probe latina.*

f *Petiscus in Lexico antiquario ad verbum :* Corona sacerdotalis, *postquam aliquot loca ad ritus græcos et latinos pertinentia retulisset, ex his Hieronymi verbis notat hunc usum quoque fuisse Syris idololatris. Auream coronam fuisse non secus ac illam, quam summus pontifex inter judæos gerebat, certum æstimat monachus benedictinus, qui loca difficilia veteris testamenti gallice explicuit, ut videre est pag.* 380 *ejus operis, ubi eamdem materiam tractat. Quod vero sacerdotem illum Eleusatem signo Christi seu crucis notavit* S. Hilarion, *ad ritus catechumenorum seu initiandorum referendum est. In* Παραδεισῳ, *quem jam sæpius lingua græca recentiori scriptum diximus, post* inclamantes, *sic res narratur : Videns autem sanctus bonum eorum animum eos docuit veram Christi fidem, quippe qui ardenter eum rogarent ut ad se sermocinaretur. Bona enim erant terra; et Deo cooperante, receperunt sermonem veritatis in corda suo. Quum itaque crederent, receperunt baptisma ædificaveruntque templum secundum formam quam eis dedit.*

g *Siste lector, inquit ad hunc locum Rosweydus, et videsis versionem Herveti ex græco Metaphrastis vel Sophronii :* Cum vero ad monasterium quoddam primum accessisset, quod dictum est Scindula. *Non erravit Hervetus, sed quod in græco invenit expressit :* Μονῃ δε τινι τα πρωτα παραλαξων, ἡ του Σκινδουλα λελεκτο. *Vel hinc colligas Sophronium hæc ex latino Hieronymi textu græce interpretatum. Ex* Schedula *fecit* Scindulam *monasterium. Simili errore errat infra num.* 29, *ubi notationem vide. Hoc ipso capite, ubi Hieronymus habet* monachi *nomen* Sabas, *Sophronius vertit* την του Ἰβα μονην, monasterium Ibæ.

h *Loco* qua venirent illi, *quod habent Surius, Martianay et Vallarsius, prætulit Rosweydus :* quasi villa esset aliena; *quod et in suis Mss. reperit Gravius; qui et in aliis vidit :* quasi villæ custos esset. *Vallarsius in duobus codicibus vaticanis invenit :* in vinea, quasi villa est, ab eo dispositus; *et in alio vetustiori :* jam vineæ, quasi villa esset, ab eo *etc.*

i *Ægyptiaci monachi adeoque* S. Hilarion *ejusque discipuli, qui illorum fere leges servabant,* exceptis vespertinis et nocturnis orationibus (*de quibus in Commentario prævio, num.* 75, *dicta nostra vide*) congregationibus, nullam per diem celebrabant

E

F

publicam solemnitatem, absque die sabbathi vel dominica, in quibus hora tertia sacræ communionis obtentu conveniebant. *Hæc Cassianus, lib.* III *instit. cap.* 2. *Indicat itaque S. Hieronymus, notando diem dominicam fuisse, quomodo fieri potuerit ut Sabas monachus eos ante horam cibi ad vineam vocare potuerit. Die dominica Sexta non habebatur, sed ejus loco adjiciebantur aliquot lectiones Tertiæ, quæ etiam solemnius fiebat. Diebus dominicis sumebant cibum hora Sexta seu meridie, aliis diebus hora Nona seu etiam vespere : de qua re passim videndus Cassianus. Hinc collige* S. Hilarionem *et monachos invitatos fuisse, quum ad officium matutinum pergerent; siquidem id voluerit prius absolvi quam discipulos sinere de uvis pasci; præterea hinc quoque manifestum est, quum lex de jejunio non frangendo ante sacram communionem tunc jam vigeret, non singulis dominicis participasse illos monachos sacram Eucharistiam, quippe qui forte carerent presbytero.*

k *Lagenam vas vinarium fuisse ex hoc loco patet; et præterea mensuram fuisse. Eadem autem erat ac* congius sacer, *in Ægypto et Asia usitatus, æquivalens pintis gallicis* 2 $^{4}/_{5}$.

l Senex

AUCTORE S. HIERONYMO.

l Senex *est ipse S.* Hilarion, *qui eodem nomine num. seq. et alibi vocatur.*

m *Vide Commentarium prævium, num.* 69, *ubi dictum est* S. Hilarionem *ejusque discipulos quartum tantum paupertatis gradum videri observasse : et quidem hic ubique apparent monachi proprietarii.*

n *Vallarsius notat : Mss.* Isichium *constanter; Sozomenus* Hesycham *vocat, quod ex Syrorum pronunciatione facit, qui in* am *seu potius* om *græca nomina detorquebant.* Παραδεισος *ubique recte habet* Ησυχιον. *Vitam S. Hesychii illustrarunt decessores nostri ad* 5 *Octobris.*

o *In plerisque Mss., inquit Rosweydus, deest* tunc, *quod editi addunt* (præfecti tunc uxor). *Tamen vel subintelligendum id esse, videtur colligi ex eo quod sequitur :* sed nihil de præfecti ambitu habens (*duo codices Vallarsiani habent* habitu); *quare tunc videtur præfecti uxor fuisse. Quamquam si Ammianum, horum temporum scriptorem, audimus* (*refert enim ejus præfecturam ad annum Christi* 361; *vide supra annotatum* b *ad cap.* 2), *tunc nondum erat præfectus. Potuit ergo Hieronymus eam præfecti uxorem vocare per anticipationem, quia postea præfecti uxor fuit Aristænete. Hæc Rosweydus. Equidem crediderim*
B *Hieronymum aliquid humani hic passum esse seu non satis ad chronologiam attendisse. Certum enim est Helpidium non fuisse præfectum ante annum* 361, *neque* Hilarionem *natum post annum* 291, *neque mutandum initio hujus numeri annum* LXIII *in* LXXIII, *quum id sequentia non patiantur et* Παραδεισος *habeat ξ'. Hæc itaque facta quinque annis ante Helpidii præfecturam.*

p *In Commentario prævio num.* 8 *diximus S. Antonium ad Deum ivisse die* 17 *januarii anni* 356.

q *Mss. omnes, quos vidit Vallarsius et Rosweydus, addunt :* et portenta; *deinde unus* humanitatem *pro* humilitatem *et paulo post* celare *habet pro* calcare.

r *Surius, Victorius, Rosweydus, et codices quos vidit Vallarsius, habent* matronæ quoque christianorum; *nonnulli ex iis quos adhibuit Martianay :* Matronarum quoque et christianorum.

s *De rebus inanimatis benedictis supra in annotato* pp *aliquid notavimus. Alia exempla hic adducit de S. Martino et S. Antonio Vallarsius : plura dabunt archæologi sacri, adeoque ipse lutheranus Augusti.*

t *De hoc vecturæ genere nonnulla dicta in Commentario prævio, num.* 41. *Antea peditem ire solitum fuisse* S. Hilarionem *liquet ex addita excusatione :*
C Nimis quippe exesus jejuniis vix ingredi poterat.

u *Rosweydus habet* exitium *et culpat* justitium; *aliquot codices apud Martianay :* vastitas et mœstitia in justitium. *Justitium in luctu publico ob amissos viros principes indicebatur : Tacitus de morte Germanici, Annal.* II, 82, 4 : Hos vulgi sermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magistratuum, ante senatus consultum, sumpto justitio, desererentur fora, clauderentur domus, passim silentia et gemitus : nihil compositum in ostentationem.

x *De baculis a monachis usitatis dictum in Commentario prævio, num.* 66.

y *Hæc omnia impleta tempore Juliani apostatæ; quemadmodum ostendimus in Commentario num.* 40. *De iisdem vide Rosweydum ad hunc locum.*

z *Verisimilius* Betheliam *scripsit Hieronymus, ut ostensum in Commentario prævio, num.* 26 *et seqq.; ubi totum istud iter descripsimus.*

aa *Vallarsius posuit Lychnon in extrema parte Thebaïdis; Rosweydus prope Alexandriam. Ostendimus in Commentario prævio num.* 30 *locum hunc situm fuisse prope Onuphin, nunc verisimilius dictum* Banoub, *in Ægypto inferiori.*

bb *Vallarsius etiam longius aberrat, quum Thaubastum confundit cum* Thauba *et in Arabia deserta*
D *ponit. In Commentario prævio num.* 30 *ostendimus Thaubastum situm fuisse non procul a* Suez *et ejus rudera adhuc aliquot apparere. Ibidem de Dracontio episcopo nonnulla meminimus.*

cc *De itinere babylonico et Philone episcopo dictum in Commentario prævio num* 32.

dd *De Aphrodito, Baisane et itinere per desertum ad S. Antonii cellam consule Commentarium prævium, num.* 32 *et seqq. Tres vaticani mss. visi a Vallarsio et Rosweydus* post biduum. *Paulo post Martianayus :* qui equis locatis, dromadibus camelis, ob aquæ *etc.; pessime intrusit* equos. *Victorius et Surius :* qui locatis camelis et dromedis. *Jam pridem restituit Rosweydus* dromadibus camelis; *quod et Vallarsius ex Mss. consensu recepit, monens* dromades camelos *unum animantium genus esse, scribente Vopisco in Aureliano :* Zenobia cum fugeret camelis, quos dromedas vocant. *Verumtamen ego damnare non ausim Victorii et Surii lectionem. Imprimis quod* dromedis, *non* dromadibus *habent, certe* dromedis *æque valet ac* dromadibus, *ut in Lexico Gessneri ad hanc vocem videre est. Quod* camelos *et* dromedas *distinguunt, non culpandum, quum per* camelos *non*
E *genus tantum, sed ordinaria species designetur, et per dromedas alia species, non secus ac si* asinos *diceremus et* onagros. *Et quidem lectio* camelis et dromedis *eo minus displicet, quod altera* dromadibus camelis *non minus mire sonet in auribus latinis quam* des dromadaires chameaux *in gallicis; ubi enim latini has voces conjungunt, sic loquuntur :* Cameli quos dromedas vocant, quos dromedarios dicunt *etc. Dromedarii autem iidem sunt ac cameli Arabiæ, de quibus supra diximus in annotato* tt *ad caput* 2.

CAPUT IV.

Gesta in Ægypto et Sicilia.

Incolit Ægyptum, miracula patrat;

Igitur reversus Aphroditon, duobus secum tantum retentis fratribus, in vicina eremo moratus est, tanta abstinentia et silentio, ut tunc primum se cœpisse Christo servire diceret. Porro jam triennium erat, quod clausum cælum illas terras arefecerat, ut vulgo dicerent, Antonii mortem etiam elementa lugere. Non latuit fama Hilarionis accolas quoque illius loci, et certatim virilis ac mu-
F liebris sexus, ora luridi, et attenuati fame, pluvias a servo Christi, id est, a beati Antonii successore, deprecabantur. Quos ille cernens, mire doluit : elevatisque in cælum oculis, et utrasque in sublime erigens palmas, statim impetravit, quod rogaverat. Ecce autem sitiens, arenosaque regio, postquam pluviis irrigata est, tantam serpentum et venenatorum animalium ex improviso ebullivit multitudinem, ut percussi innumerabiles, nisi ad Hilarionem concurrissent, statim interirent. Benedicto itaque oleo universi agricolæ atque pastores tangentes vulnera, certam salutem resumebant *a*.

a

ad mortem a Gazensibus quæsitus, pergit in Oasim;

23 Videns etiam ibi se miris honoribus affici, perrexit Alexandriam, inde ad interiorem Oasim *b* eremum transiturus. Et quia nunquam, ex quo cœperat esse monachus, in urbibus manserat, divertit ad quosdam fratres sibi notos in Bruchio, haud procul ab Alexandria *c :* qui cum miro gaudio suscepissent senem, et jam vicina nox esset, repente audiunt discipulos ejus asinum sternere, illumque parare proficisci. Itaque advoluti pedibus rogabant, ne hoc faceret : et ante limen prostrati, citius se mori, quam tanto carere hospite, testabantur.

b

c

A bantur. Quibus ille respondit : Idcirco abire festino, ne vobis molestiam generem. Certe ex posterioribus cognoscetis, non sine causa me subito ambulasse. Igitur altera die Gazenses cum lictoribus præfecti *d*, (nam pridie eum venisse cognoverant), intrantes monasterium, cum illum minime invenissent, invicem loquebantur : Nonne vera sunt, quæ audivimus? Magus est, et futura cognoscit. Urbs enim Gaza, postquam, profecto de Palæstina Hilarione, Julianus in imperium successerat, destructo monasterio ejus, precibus ad imperatorem datis, et Hilarionis, et Hesychii mortem impetraverat : amboque ut quærerentur, toto orbe scriptum erat *e*. Egressus ergo de Bruchio, per inviam solitudinem intravit Oasim : ibique anno plus minus exacto, quia illuc quoque sua fama pervenerat *f*, quasi jam in Oriente latere non posset, ubi multi illum et opinione, et vultu noverant, ad solas navigare insulas cogitabat : ut quem terra vulgaverat, saltem maria celarent.

d

e

f

Parætonii male habitus a quodam discipulo,

24 Eodem ferme tempore Hadrianus discipulus ejus de Palæstina supervenit, dicens Julianum occisum : christianum imperatorem regnare cœpisse : revertique eum debere ad monasterii sui
B reliquias. Quod ille audiens, detestatus est : et conducto camelo, per vastam solitudinem pervenit ad maritimam urbem Libyæ Parætonium *g* : ubi Hadrianus infelix, volens Palæstinam reverti, et pristinam sub nomine magistri quærens gloriam, multas ei fecit injurias. Ad extremum, convasatis *h*, quæ a fratribus ei missa detulerat, nesciente illo, profectus est. Super hoc sane, quia alter locus referendi non est, hoc tantum dixerim in terrorem eorum, qui magistros despiciunt, quod post aliquantulum temporis computruerit morbo regio.

g

h

pergit in Siciliam;

25 Habens igitur senex Zananum *i* secum, ascendit classem *l*, quæ Siciliam navigabat. Cumque venundato Evangeliorum codice, quem manu sua adolescens scripserat, dare naulum disponeret, in medio ferme Adria, naucleri filius arreptus a dæmone, clamare cœpit, et dicere : Hilarion serve Dei, cur nobis per te et in pelago tutos esse non licet? Da mihi spatium, donec ad terram veniam, ne hic ejectus, præcipiter in abyssum. Cui ille : Si Deus meus, ait, tibi concedit ut maneas, mane. Sin autem ille te ejicit, quid mihi invidiam facis, homini peccatori atque mendico? Hoc autem dicebat, ne nautæ et negociatores, qui in navi erant,
C se, cum ad terram pervenissent, proderent. Nec multo post purgatus est puer, patre fidem dante, et cæteris, qui aderant, nulli se super ejus nomine locuturos. Ingressus autem Pachynum *m*, promontorium Siciliæ, obtulit nauclero Evangelium *n* pro subvectione sua et Zanani. Qui nolens accipere, maxime cum videret illos, excepto illo codice, et his quibus vestiti erant, amplius nihil habere, ad extremum jurat se non accepturum. Sed et senex assensus est fiducia pauperis conscientiæ, et in eo magis lætabatur, et quod nihil haberet sæculi, et ab accolis illius loci mendicus putaretur. Porro recogitans, ne negociatores de Oriente venientes, se notum facerent, ad mediterranea fugit loca, id est, vicesimo a mari milliario, ibique in quodam deserto agello lignorum quotidie fascem alligans, imponebat dorso discipuli. Quo in proxima villa venundato, et sibi alimoniam, et his, qui forte ad eos veniebant, pauxillulum panis *o* emebant.

i

l

m

n

o

proditur Romæ a dæmoniaco.

26 Sed vere, juxta quod scriptum est, non potest civitas latere super montem posita : scutarius quidam *p*, cum in basilica beati Petri Romæ torqueretur, clamavit in eo immundus spiritus : Ante paucos dies Siciliam ingressus est Hilarion servus Christi, et nemo eum novit, et putat se esse secretum : ego vadam, et prodam illum. Statimque cum servulis suis asscensa in portu nave, appulsus est Pachynum, et deducente se dæmone, ubi ante tugurium senis se prostravit, illico curatus est. Hoc initium signorum ejus in Sicilia, innumerabilem ad eum deinceps ægrotantium, sed et religiosorum hominum adduxit multitudinem, in tantum ut de primoribus viris quidam tumens morbo intercutis aquæ eodem die, quo ad eum venerat, curatus sit. Qui postea offerens ei infinita munera, audivit dictum Salvatoris ad discipulos : Gratis accepistis, gratis date.

p

ANNOTATA.

a *Hæc partim exeunte anno* 359, *partim ineunte anno* 360 *facta esse ostensum fuit in Commentario prævio, num.* 56, *ubi totus hic locus explicatus fuit.*

b *Quæ sit* Interior Oasis *fuse disputatum est in Commentario prævio num.* 57, 45 *et seqq. et ostensum est* El-Wahat-El-Dakhelat.

c Bruchium *olim suburbium, immo pars Alexandriæ, et quidem omnium splendidissima, maxime sæculo* III *exeunte destructa. Vide Commentarium prævium, num.* 58 *et* 59.

d *Surius habet* profecti; *Rosweydus, Martianay et Vallarsius* præfecti. *His favet numerus, illi forte veritas. Re quidem vera scribit Rosweydus : Male quidam editi* profecti; *intelligit præfectum Palæstinæ, in qua Gaza, et lictores ejus præfecti. Sed parum probabile est consularem, Palæstinæ præfectum et Cæsareæ vulgo degentem, ipsummet venisse in Ægyptum ut* S. Hilarionem *comprehenderet; tanto minus quo asperius per* Gazenses præfectos *vir ille unus intelligeretur. Pertraxerunt in hanc opinionem Rosweydum additi* lictores, *qui vix summis magistratibus concedebantur. Verum neque hos, si lictores intelligas romanos seu proprie dictos, habebat Palæstinæ consularis, ut ex Notitia imperii Orientis patet, atque etiam ex archæologorum scriptis qui de lictoribus dixere. Mea sententia, quos Hieronymus vocat* Gazenses præfectos (*si tamen* præfecti *legendi sint*), *sunt duumviri seu quatuorviri, qui in coloniis et municipiis ordini seu curiæ præerant, consulibus non dissimiles, toga prætexta utentes, duobus lictoribus præeuntibus cum fascibus et bacillis. Sed de his jam dixi in Annotato* t *ad caput* 2. *Adde tamen ex Dissertatione* I, *cap.* 3, *Norisii de Cenotaphiis Pisanis : stante republica non fascium usum, sed bacillorum tantum eis videri concessum; quo postea modo usurpatum, non satis liquere; anno vero* 412 *vetitum ab Arcadio ne* duumvirum impune liceret extollere potestatem fascium extra metam territorii. *Recole quid acciderit Paulo et Silæ Philippis in Macedonia, quæ Romana erat colonia. Narrantur Act.* XVI. *Ibi* ℣ 35 *legitur :* Miserunt magistratus lictores *et* ℣ 38 : Nuntiaverunt autem magistratibus lictores verba hæc : *græce utrobique* ῥαβδοῦχοι *quod bacillos, non fasces gererent.*

E

e *Quæ hactenus narrata sunt, fusius apud Sophronium interpretem aut forte Metaphrastem exponuntur. Verba græca dedit Rosweydus; satis mihi fuerit versionem latinam recitasse :* Postquam autem, *inquit*, Constantius quidem simul cum imperio vitam finiit, Julianus vero cum summa pernicie invasit sedem imperatoriam, impiissima sunt (o Dei justitia et patientia et leges veræ pietatis!) quæ ille tyrannice exercuit. Quicumque ex Gazæis erant Ariani vel in honore habebant falsam gentium religionem, magna ira et magno spiritu moventur adversus

F

AUCTORE S. HIERONYMO.

adversus sanctum. Et mittunt Bruchium quosdam ex iis, qui eadem quæ ipsi sentiebant, ut in extrema eum mala impellerent. Illi autem cum venissent, erant, ut dicitur, lupus hians temere, cum sanctus jam diu ante eorum prævidisset insidias, et jam Oasim venisset, ut prius diximus. Cum vero non ferrent dedecus ad majorem accenduntur insaniam, et reversi in eum, incitant impium imperatorem ut ad fundamenta quidem usque everteretur illius monasterium, et monachi prius multis affecti suppliciis expellerentur : Hilarion autem et Hesychius, ubicumque essent reperti, gravissime puniti, extremo deinde afficerentur supplicio. Nesciebant vero se, ut dicitur, aquilam persequi in nubibus; aut, ut divinus dicit Paulus, aërem verberare aut in eum ejaculari. *In quibus* S. Hilarionis *persecutio magnam partem adscribitur Arianis; et quidem iisdem unice in libro sæpius citato,* Παραδεισῳ. *Sozomenus tamen æque ac Hieronymus nihil de Arianis meminit.*

f *Mss. aliquot habent, ut notat Vallarsius :* Illuc quoque eum sui fama prævenerat. *In Commentario prævio num.* 43 *diximus* S. Hilarionis *famam in Oasi Magna potuissse innotescere vel per episcopos Libyæ,*
B *quos* in loca illa deserta, insolita, horribilia deportatos fuisse *ab Arianis narrat S. Athanasius cap.* 32 *Apologiæ suæ ad Constantium, vel per viros illos et virgines Alexandrinos, quos sub Pentecostes festum Sebastianus, dux copiarum, religione manichæus, tam crudeliter habuerat et quorum reliquos (nam pars ad mortem usque flagellati sunt) in Oasim quoque Magnam relegaverat, ut iterum narrat Athanasius in epistola de fuga cap.* 7.

g *Id iter descripsimus in Commentario prævio num.* 45 *et* 46.

h *Duo Mss. :* convocatis omnibus quæ *etc.; alius :* cum vasis quæ *etc. Monet Victorius convasatis perinde esse ac* collectis in sarcinas rebus, ut asportentur. *Vallarsius.*

i *De hoc nomine iterum redit notandum quod supra in Annotato* q *ad caput* 2 *de eodem animadvertimus.*

l *Classem militarem fuisse in Commentario prævio num.* 47 *ostendimus.*

m *Promontorium Pachynum vulgo nunc dici* Capo Passalo *seu* Passaro *in Commentario prævio num.* 48 *monuimus. In lævo Pachyni latere fuit portus Pachyni, nunc Langobardorum : de his vide Cluverium,*
C *Sicilia antiq. lib.* I, *cap.* 14. *In citato Commentarii loco diximus quoque mare Adriæ et Siculum idem esse mare.*

n *Græcum fuisse Evangelium vix dubitandum; non enim habendus est nauclerus Syrus fuisse seu Ægyptius.*

o *Illo enim tempore non amplius vescebatur pane* S. Hilarion : *ab anno enim* LXIV *ætatis ad* LXXX *pane abstinuit. Vide Commentarium prævium, num.* 7.

p *Recte culpat Vallarsius Gravium, quod suspicatus sit hominem, qui* Hilarionis *sanctitatem prodidit, non scutarium fuisse sive legendum esse, sed scrutarium, qui nempe scruta venderet. Virum enim* nobilem *seu* illustrem ἀνδρα των ἐπισημων *eum vocat Sozomenus; et quomodo scrutorum venditor infinita munera* S. Hilarioni *potuisset offerre? Scutarius autem miles erat qui principem comitabatur et scuto aliisque armis totum tegebat corpus. Quam vero cæsariani illi milites divitiis abundarent et proin nobilitatem aliquam nanciscerentur, videre fuit ex Constantii candidato qui decem auri libras* S. Hilarioni *obtulit. A Constantino videntur instituti : quæ enim de antiquioribus scutariis leguntur, de scutorum fabris intelligenda videntur. In versione græca, quam habuit Rosweydus et in* Παραδεισῳ *dicitur* Ἀνθρωπος γαρ τις, Σκουταριος το ὀνομα. *Cfr. Petiscus in Lexico antiquario, v°* Scutarius. —*Paulo inferius, loco :* et deducente se *etc., unus Ms. apud Vallarsium :* deducente se dæmone ante conspectum senis prostratus, illico. *Post* intercutis *suffecit* aquæ *Vallarsius e Mss.*
D

CAPUT V.

Gesta in Dalmatia et Cypro; mors et translatio.

Detegitur a discipulo S. Hesychio;

Dum hæc ita geruntur in Sicilia, Hesychius discipulus ejus toto senem orbe quærebat, lustrans litora, deserta penetrans, et hanc tantum habens fiduciam, quia ubicunque esset, diu latere non posset. Transacto igitur jam triennio, audivit Methonæ *a* a quodam Judæo, vilia populis scruta vendente, prophetam Christianorum apparuisse in Sicilia, tanta miracula et signa facientem, ut de veteribus sanctis putaretur. Interrogans itaque habitum ejus, incessum et linguam, maximeque ætatem :
E nihil discere *b* potuit. Ille enim, qui referebat, famam ad se venisse tantum hominis testabatur. Ingressus igitur Adriam, prospero * cursu venit Pachynum, et in quadam curvi litoris villula, famam senis sciscitatus, consona voce omnium cognovit, ubi esset, quid ageret : nihil in eo ita cunctis admirantibus, quam quod post tanta signa atque miracula, ne fragmen quidem panis a quoquam in illis locis accepisset.

a

b

* *alias* propero

petit Dalmatiam, ubi draconem necat;

28 Et ne longum faciam, sanctus vir Hesychius ad magistri genua provolutus, plantasque ejus lacrymis rigans, tandem ab eo sublevatus, post bidui, triduique sermonem audit a Zanano, non posse senem jam in illis habitare regionibus, sed velle ad barbaras quasdam pergere nationes, ubi et nomen, et sermo *c* suus incognitus foret. Duxit itaque illum ad Epidaurum *d* Dalmatiæ oppidum, ubi paucis diebus in vicino agello mansitans, non potuit abscondi. Siquidem draco miræ magnitudinis, quos gentili sermone boas *e* vocant, ab eo, quod tam grandes sint, ut boves glutire soleant, omnem late vastabat provinciam, et non solum armenta et pecudes, sed agricolas quoque et pastores, tractos
F ad se vi spiritus *e*, absorbebat. Cui cum pyram jussisset præparari, et *f* oratione ad Christum emissa, evocato præcepisset struem lignorum scandere, ignem supposuit. Tum itaque cuncta spectante *g* plebe, immanem bestiam concremavit. Unde æstuans quid faceret, quo se verteret, aliam parabat fugam, et solitarias terras * mente perlustrans, mœrebat *, quod tacente de se lingua, miracula loquerentur.

c

d

e

f

g

* *Rosw.* solitarius terram

* *alias* mirabatur

terræ motum signo crucis sistit; in itinere Cyprio navem liberat a piratis;

29 Ea tempestate terræ motu totius orbis *h*, qui post Juliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos : et quasi rursum Deus diluvium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naves ad prærupta delatæ montium *i* pependerunt. Quod cum viderent Epidauritani, frementes scilicet fluctus, et undarum moles, et montes gurgitum litoribus inferri, verentes quod jam evenisse cernebant, ne oppidum funditus subverteretur, ingressi sunt ad senem, et quasi ad prælium proficiscentes *k*, posuerunt eum in litore. Qui cum tria crucis signa pinxisset in sabulo, manusque contra tenderet, incredibile dictu est, in quantam altitudinem intumescens mare ante eum steterit, ac diu fremens, et quasi ad obicem indignans,

h

i

k

A gnans, paulatim in semetipsum relapsum est. Hoc Epidaurus, et omnis illa regio usque hodie prædicat, matresque docent liberos suos, ad memoriam
l in posteros transmittendam *l*. Vere illud, quod ad Apostolos dictum est : Si credideritis, dicetis huic monti, Transi in mare, et fiet, etiam juxta literam impleri potest, si tamen quis habuerit Apostolorum fidem, et talem, qualem illis habendam Dominus imperavit. Quid enim interest, utrum mons descendat in mare, an immensi undarum montes repente obriguerint? et ante senis tantum pedes saxei, ex alia parte molliter fluxerint? Mirabatur omnis civitas, et magnitudo signi Salonis quoque percrebuerat. Quod intelligens senex, in brevi lembo clam nocte fugit, et inventa post biduum oneraria navi, perrexit Cyprum. Cumque inter
m Maleam et Cytheram *m* piratæ, derelicta classe in
n litore, quæ non antemna, sed conto *n* regitur,
o duobus haud parvis myoparonibus *o* occurrissent,
p denuo hinc inde fluctus verrente remige, omnes *p* qui in navi erant trepidare, flere, discurrere, præparare contos, et quasi non sufficeret unus nuncius, certatim seni piratas adesse dicebant. Quos ille procul intuens, subrisit, et conversus ad discipu-
B los, dixit : Modicæ, inquit, fidei, quare trepidatis? Numquid plures sunt hi, quam Pharaonis exercitus? tamen omnes, Deo volente, submersi sunt.
q Loquebatur hic *q*, nihilominus spumantibus ro-
* *alias* turbæ *et* turmæ * *alias* ora stris hostiles carinæ * imminebant, jactu tantum lapidis medio. Stetit ergo in prora * navis, et porrecta contra venientes manu : Hucusque, ait, venisse sufficiat. O mira rerum fides : statim resiluere naviculæ, et impellentibus contra remis, ad puppim impetus redit. Mirabantur piratæ, post tergum se redire nolentes, totoque corporis nixu, ut ad navigium pervenirent, laborantes, velocius multo, quam venerant, ad litus ferebantur.

in Cypro moratur et dæmoniacos sanat;

50 Prætermitto cætera, ne videar in narratione signorum volumen extendere. Hoc solum dicam, quod prospero cursu inter Cycladas navigans, hinc inde clamantium de urbibus et vicis, et ad litora concurrentium immundorum spirituum
r voces audiebat *r*. Ingressus ergo Paphum, urbem Cypri, nobilem carminibus poetarum, quæ fre-
* *vel* frequenti quenter * terræmotu lapsa, nunc ruinarum tantum vestigiis, quid olim fuerit, ostendit : in secundo
C ab urbe milliario habitabat ignobilis, gaudensque
s quod paucis diebus quiete viveret *s*. Verum non
* *alii* non plus, *alii* non plene ad plenum * viginti transiere dies, cum per omnem illam insulam quicunque immundos habebant spiritus, clamare cœperunt venisse Hilarionem servum Christi, et ad eum se debere properare. Hoc
t Salamina, hoc Curium, hoc Lapetha *t*, et urbes reliquæ conclamabant : plerisque asserentibus, scire se quidem Hilarionem, et vere illum esse famulum Dei, sed ubi esset, ignorare. Intra triginta igitur, nec multo amplius dies, ducenti ferme, tam viri, quam mulieres, ad eum congregati sunt. Quos cum vidisset, dolens quod se non paterentur quiescere, et quodammodo in ultionem sui sæviens, tanta eos orationum instantia flagellavit, ut quidam statim, alii post biduum, triduumve, omnes vero intra unam hebdomadam curarentur.

vult ultra Ægyptum pergere; manet tamen Cypri in loco inaccesso; sanat paralyticum;

31 Manens itaque ibi biennio, et semper de fuga cogitans, Hesychium, ad se veris tempore reversurum, Palæstinam ad salutationem fratrum, et monasterii sui cineres visendos misit. Qui cum revertisset, cupienti rursum ad Ægyptum navigare, hoc est, ad ea loca, quæ vocantur Bucolia *u*, eo quod nullus ibi Christianorum esset, sed barbara tantum et ferox natio, suasit, ut in ipsa magis
u

insula ad secretiorem locum conscenderet *. Quem cum diu lustrans omnia, reperisset, perduxit eum duodecim millibus a mari procul, inter secretos asperosque montes, et quo vix reptando manibus genibusque posset asscendi. Qui introgressus, contemplatus quidem est terribilem valde et remotum locum, arboribusque hinc inde circumdatum, habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas, et hortulum peramœnum, et pomaria plurima; quorum fructum nunquam in cibo sumpsit; sed et antiquissimi juxta templi ruinam, ex quo (ut ipse referebat, et ejus discipuli testantur *) tam innumerabilium per noctes et dies dæmonum voces resonabant, ut exercitum crederes. Quo ille valde delectatus, quo scilicet * antagonistas haberet in proximo : habitavit ibi per annos quinque, et sæpe invisente se Hesychio, in hoc extremo jam vitæ suæ tempore refocillatus est, quod propter asperitatem difficultatemque loci, et umbrarum (ut ferebatur vulgo) multitudinem, aut nullus, aut rarus ad se vel posset, vel auderet asscendere. Quodam autem die egressus hortulum, vidit hominem toto corpore paralyticum, jacentem ante fores. Interrogavitque Hesychium, quisnam esset, et quomodo
E fuisset adductus. Qui respondens, ait, procuratorem se fuisse villulæ, ad cujus jus *x* hortulus quoque, in quo ipsi erant, pertineret. Et ille collacrymans, tendensque ad jacentem manum : Tibi, inquit, dico : In nomine Domini nostri Jesu Christi surge, et ambula. Mira velocitas. Adhuc verba in ore loquentis volvebantur, et jam membra solidata ad standum, hominem surrigebant. Quod postquam auditum est, etiam difficultatem loci et iter invium plurimorum vicit necessitas : nihil æque per circumitum cunctis villis observantibus, quam ne quo modo elaberetur. Disseminaverat enim hoc de eo rumor, diu eum in eodem loco manere non posse. Quod ille non levitate quadam, aut puerili sensu victus faciebat, sed honorem fugiens et importunitatem. Semper enim silentium, et vitam ignobilem desiderabat.

AUCTORE S. HIERONYMO.

* *alias* concederet.

* *alias* testabantur

* *Alii addunt* tantos.

x

pie moritur, sepelitur et in Palæstinam transfertur;

32 Igitur octogesimo ætatis suæ anno, cum absens esset Hesychius, quasi testamenti vice brevem manu propria scripsit epistolam, omnes divitias suas ei derelinquens : Evangelium scilicet, et tunicam sacceam, cucullam et palliolum *y*. Nam minister ejus ante paucos dies obierat. Venerunt itaque ad ægrotantem de Papho multi religiosi
F viri : et maxime, quod eum dixisse audierant, jam se ad Dominum migraturum, et de corporis vinculis liberandum : sed et Constantia quædam sancta fœmina, cujus generum et filiam de morte liberaverat unctione olei. Quos omnes adjuravit, ut ne puncto quidem horæ post mortem reservaretur : sed statim eum in eodem hortulo terra operirent, sicut vestitus erat in tunica cilicina, et cuculla, et sago rustico. Jamque modicus calor tepebat in pectore, nec præter sensum quicquam vivi hominis superat, et tamen apertis oculis loquebatur : Egredere, quid times? Egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta prope annis *z* servisti Christo, et mortem times? In hæc verba exhalavit spiritum. Statimque humo obrutum, ante urbi sepultum, quam mortuum, nunciaverunt. Quod postquam Palæstinæ *aa* sanctus vir audivit Hesychius, perrexit ad Cyprum, et simulans se velle habitare in eodem hortulo, ut diligentis custodiæ suspicionem accolis tolleret, cum ingenti vitæ suæ periculo post decem fere menses corpus ejus furatus est. Quod Majumam deferens, totis monachorum et oppidorum turbis prosequentibus, in antiquo monasterio condidit, illæsa tunica, cuculla et

y

z

aa

 palliolo,

AUCTORE S. HIERONYMO.

palliolo, et toto corpore, quasi adhuc viveret, integro *bb*, tantisque fragante odoribus, ut delibutum unguentis putares.

bb

cultus Cypri et in Palæstina.

33 Non mihi videtur in calce libri tacenda Constantiæ illius sanctissimæ mulieris devotio, quæ perlato ad se nuncio, quod corpusculum Hilarionis Palæstinæ esset, statim exanimata est, veram in servum Dei dilectionem etiam morte comprobans. Erat enim solita pervigiles in sepulcro ejus noctes ducere, et quasi cum præsente ad adjuvandas orationes suas *cc* sermocinari. Cernas usque hodie miram inter Palæstinos et Cyprios contentionem, his corpus Hilarionis, illis spiritum se habere certantibus. Et tamen in utrisque locis magna quotidie signa fiunt, sed magis in hortulo Cypri, forsitan quia plus illum * locum dilexerit.

* *alias* pusillum.

ANNOTATA.

a *Methonia urbs est Messeniæ maritima in Peloponeso. Horatianus est hoc loco Hieronymus. Lib.* I, *ep.* 7 *canit ille :*

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

b *Ante legebatur :* interrogatus... dicere. *E Mss. correxit Vallarsius.* B

c *Surius et Rosweydus habent* sermo. *Martianay et Vallarsius* rumor: *sed monet Vallarsius in Mss. constanter reperiri* nomen et sermo suus. Sermo *vero ille lingua est qua loqui noverat, videlicet Syriaca seu Syro-chaldaica, Ægyptiaca et Græca. Modo tamen qualicumque loqui potuit cum incolis, ut ex sequentibus clarum est.*

d *Epidaurus est nunc* Vetus Ragusia. *De hoc oppido et de his quæ illic patrata vide Commentarium prævium, numm.* 48 *et seqq.*

e Boa *serpens est aquatilis, quam græci* ὑδρον *dixere et a qua icti obturgescunt. Plinius, Hist. nat. lib.* VIII, *cap.* 14, *postquam ea quæ alii de magnis retulerunt serpentibus :* Faciunt, *inquit*, his fidem in Italia appellatæ boæ : in tantam amplitudinem exeuntes ut, divo Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in alvo spectatus sit infans. Aluntur primo bubuli lactis succo : unde nomen traxere. *Solinus et Georgius Pictor de exsuctis boum uberibus quoque meminerunt. De tractis ad se vi spiritus pastoribus, Tertullianus, libro de Corona, cap.* 10 : Draco etiam terrenus, *ait*, de longinquo homines spiritu absorbet. *In Vita S. Juniani ad diem* 16 *Octobris nonnulla* C *item leguntur de colubro miræ magnitudinis, quæ ad boam referenda sunt. Scriptores dictionarii Trivultiani ad v*um Boa, *Ludolfum secuti, id genus serpentum aliquando in Calabria reperiri narrant; id ex Solino exceptum. Recentiores vero aliquot omnia referunt inter fabulas (quod durius videtur); alii hæc animantia periisse æstimant; alii id inter serpentes Asiæ et Africæ superesse arbitrantur. His ex Rosweydo, si placet, adde : videndum an insula Boas in Dalmatia dicta sit a bois serpentibus. Hæc insula pluribus assignatus exilii locus.*

e *Loco* tractos ad se vi spiritus, *duo codices Vallarsiani habent* tractu sævi spiritus, *tertius* sui spiritus.

f *In aliquot impressis legi :* et oratione ad Christum missa populo evocato præcepisset, *notavit Rosweydus et post eum Martianay. Sed male.* Populo *deest in Mss. latinis et græcis; neque populum evocavit* S. Hilarion, *sed serpentem, quem ligni struem conscendere jussit.*

g *Reperit in aliquot Codd. Vallarsius :* ignem supposuit, cuncta spectante plebe *etc. : quod sane ut brevius, sic concinnius est.*

h *De hoc terræ motu aliisque ad eum spectantibus dictum est in Commentario prævio, numm.* 50 *et seqq.* D

i Prærupta de latere montium *scripsit post Erasmum Martianayus, causatus id sibi lectum in omnibus codicibus quos inspexerat. Sed Marianus, Victorius, Surius, Rosweydus lectionem quam dedimus habent; eamque probat Vallarsius : Mss., inquit, ad unum omnes, quos consuluimus, confirmant.*

k *Locus hic mihi videtur valde difficilis : quid enim hæc cohærent* quasi ad prælium proficisci *et senem* in maris littore ponere? *An, quum in prælium proficiscerentur, senes deferebant ad maris oram, ut eam, quemadmodum Honorius et Theodosius ad Anthemium scribunt,* solerti custodirent indagine, ut nullus vel vi, vel clam, vel aperto, vel etiam occulto possit irrepere? *an, quod ibi tutius esset imbellibus senibus latibulum? utrumque hoc loco minus acutum. An quod pergerent adversus frementes fluctus et undarum moles tamquam contra hostes, et armorum loco unum secum ferrent* S. Hilarionem? *hæc verisimilior S. Hieronymi mens; quæ quidem singularis nonnihil est et mira, sed ex recordatione Moysis, manus contra hostes extendentis, in S. Hieronymi animo forte nata est.*

l *Ejusdem quoque miraculi meminit Sozomenus,* E *lib.* V, *cap.* 10 : Et cum illic quoque, *inquit, Dalmatiam intelligens,* divina virtute maxima miracula perpetrasset, adeo ut mare ipsum, quod æstu quodam terris superfundebatur, oratione sua constrinxerit, inde rursus abscessit. *In* Παραδεισῳ *non dicitur* S. Hilarion *tres cruces in sabulo pinxisse, sed tres cruces fabricasse easque plantasse tribus in locis,* ἐκαμε τρεις σταυρους, και τους ἐμπηξε εἰς τρεις τοπους.

m *De Salonis, Malea et Cythera pauca dicta in Commentario prævio, num.* 55.

n *Schefferus, de Militia navali, lib.* II, *cap.* 2, *fuse ostendit piraticas naves valde leves et exiguas fuisse, et varia pro varia earum forma eis data fuisse nomina. Quod itaque de piratica classe ait Hieronymus eam non antemna sed conto regi, nil aliud significavit quam naviculas eas tam fuisse breves ut antemnam, qua velum ad malum expanditur, ferre non possent, eaque propelli et dirigi; sed conto eas fuisse rectas. Ubi animadvertendum contorum usum in re navali duplicem fuisse : alterum quo nautæ loca navibus opportuna explorant, et easdem protrudunt; alterum quo velorum alas expandunt, ad hæc Poetæ verba :* Velorum pandimus alas *notante Servio :* Contis in- F tendimus : *de qua re vide Schefferum lib.* II, *cap.* 5. *Verum quamquam posteriori sensu antemna et contus melius sibi invicem opponantur quam priori, non tamen eum hic assumendum arbitror : tum quia credibile non est Hieronymum intra paucos versus vocabulo* contus *diversis sensibus (nam paulo post redit perticam cuspidatam et hamatam significans) usum esse, tum quod in littore relicta dicitur classis illa piratica seu cymbarum multitudo, ea scilicet de causa, quod in altum mare, antemna destituta, petere non posset, sed ad littus tantum navigare conto propulsa. Hujus generis imaginem videre est apud Schefferum cap.* 2.

o *Myoparones naves erant piraticæ, inventæ a Tyrrhenis, ex vimine factæ, et tectæ coriis longæque ut veloces, satis tamen latæ ut spoliorum capaces essent. In quinta Verrina meminit Cicero myoparonis sex remorum, non vero sex remigum ordinum; videntur tamen aliæ majores fuisse : et quum hic Hieronymus loquatur de myoparonibus* haud parvis, *viginti remiges facile eis dederis. Sed de his iterum Schefferum cap.* 2 *vide.* Lembus, *de quo paulo supra Hieronymus,* brevis *dicitur, quod aliquot id genus navigia*

A *navigia essent magna satis atque etiam biremia, seu duobus remigum ordinibus instructa. A Cyrenæis lembus inventus perhibetur, eratque levis et a piratis sæpe adhibitus; neque multum a myoparone distitisse videtur.* Onerariæ, *quam postea conscendit* S. Hilarion, *hoc erat proprium ut lata esset, rotunda, planiore alveo, velis acta, non remis nisi in necessitate. His ex Rosweydo ad verba* in brevi lembo *sequentia adde : Quis non hæreat, legens apud Metaphrasten ex versione Herveti :* Appellit berbilimnon emporium Dalmatiæ? *Hæsi, fateor, et vel ob eum locum Parisiis græcum textum manuscriptis regiis evocavi, in quibus :* εἰς Βερβελιμβον ἐμποριον της Δαλματιας καταιρει : *qui non evariat a versione Herveti, nisi quod habeat* Berbelimbon *pro* Berbilimno. *Vereor ut frustra quis portum hunc in Dalmatia quærat. Suspicio mihi est Sophronium, qui hanc Vitam ex latino Hieronymi expressit,* ex brevi lembo *Hieronymi fecisse* Berbelimbon Βερβελιμβον. *Nec vanam conjecturam puto. Similem interpretis græci errorem habes hic ad num.* 17.

p *Surius, Martianay, Vallarsius aliique habent :* duobus haud parvis myoparonibus occurrissent, et denuo hinc inde fluctus occurrerent (occurreret),
B remiges omnes *etc. Rosweydus, cujus lectionem probamus et forte veriorem etiam dixit Vallarsius :* duobus haud parvis myoparonibus occurrissent, denuo hinc inde fluctus verrente remige, omnes *etc. Et quidem hanc lectionem in uno Vaticano codice cum* vertente *tamen loco* verrente (*quod in altero reperit*) *obviam habuit Vallarsius. Rosweydus vero in quibusdam Mss. invenit :* myoparonibus desedromonem occurrissent, denuo hinc inde fluctus vehementes, remiges *etc. Et in editione vetere Vitarum Patrum :* myoparonibus de se dromone occurrissent, denuo hinc inde fluctus verrente remige. *Ad quæ hic annotavit forte* dromonem *interpretamentum esse myoparonis. Est enim* dromon, *navis ad cursum expedita, quales fere piraticæ.*

q *Surius et Martianay habent* hic; *Rosweydus omisit; Vallarsius* his.

r *Surius, Rosweydus, Vallarsius :* audiebat; *Martianay contra fidem Mss.* audiebantur.

s *De his vide Commentarium prævium, num.* 55.

t *Est Salamina ad orientem, Curium ad meridiem, Lapetha ad septentrionem, Paphus ad occidentem. Significat itaque Hieronymus* S. Hilarionis *famam totam insulam pervagatam esse.*

u *Veteres editiones, inquit Rosweydus,* Bocholia, D
alii citant Bacholia; *sed græce hic est* Βουκολια, *ut et in Vita S. Antonii, cap.* 24, *ubi Evagrius vertit* Pastoralia. *Ex Vallarsio adde : In aliquot Mss.* Batholia. *Heliodorus :* Βουκολι συμπας κεκληται προς Αιγυπτιων ὁ τοπος. *Hinc etiam Bucolici milites per Ægyptum notantur a Capitolino aliisque a vulgari appellatione hujus loci quem insidebant. Hæc quidem illi; nos in Commentario prævio, num.* 54, *ostendere conati sumus Bucolia, de quibus hic sermo, ultra Ægyptum sita fuisse, verisimiliter in regione Blemmyum.*

x *Surius et Victorius* ad cujus confinia; *Rosweydus* ad quem; *Martianay et Vallarsius* ad cujus jus.

y *Hoc* Hilarionis *legatum, inquit Rosweydus, et totus thesaurus. Ipse mox sepeliri vult in* tunica cilicina, cuculla et sago rustico. *Ne fallare, ut existimes,* Hilarioni, *quia quædam legat, quædam in sepulturam reservat, duplicia fuisse vestimenta, vel festorum, vel mundiciæ causa. Non fuere. Constat supra num.* 4 *numquam vestem mutasse; nisi cum prior penitus scissa esset. Quare quæ nunc legat, recens ipsi cesserant ex ministri morte, qui ante paucos dies obierat, ut hic habes. De ejusdem vestimentis et paupertate vide insuper dicta nostra in* E
Commentario prævio, numm. 61 *et seqq.*

z *Hos annos computa a suscepto baptismate, non vero ab amplexa vita monastica : qua in re vulgo erratur.*

aa Palæstinæ *suppressit Vallarsius nil monens; habent autem Surius, Rosweydus et Martianay; et quidem retinendum videtur.* Palæstinæ *in gignendi casu pro* in Palæstina : *vix est quod id moneatur.*

bb *Multa de integritate corporum sanctorum in Onomastico congessit Rosweydus; multa item Benedictus* XIV *in opere de Canonizatione Sanctorum; in singulis nostris tomis plura exempla. Sola integritas miraculi loco haberi nequit, nisi accedit mollities, et quidem multos per annos protracta. Utraque hic conjuncta :* corpus integrum *ad integritatem pertinet,* quasi adhuc viveret *ad mollitiem; adduntur et fragrantes odores.*

cc *Egregium de invocatione sanctorum testimonium; quod argumentum ad hunc locum pluribus prosequitur Rosweydus. De* B. Hilarionis *reliquiis dictum est in Commentario prævio,* §. 12.

C F

DE S. MALCHO

MONACHO ET CONFESSORE

MARONIÆ PROPE ANTIOCHIAM IN SYRIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS. V. D. B.

§ Unicus. De S. Malchi cultu, biographia, temporibus et itineribus.

EXEUNTE SÆCULO IV. S. Malchi *memoria in fastis græcis et latinis.*

Ad diem 26 *Martii monuere decessores inter Prætermissos hac die in Chifletii nostri Ms. Synaxario elogium legi de* S. Malcho *monacho, cujus gesta illustrare conabimur. In Menæis vero excusis ad diem* 24 *Novembris sequens legitur distichon* (1) :

Οἱ ψυχοπομποὶ συγκατέπτησαν νόες
Ψυχὴν ἀπάζαι, Μάλχε, τὴν σὴν Κυρίῳ.

quod Siberus (2) *ita vertit :*

Animas ferentes, Malche, spiritus ferunt
Nunc evolantes ad Deum mentem tuam.

His præmissum græce monitum : Hac eadem die,

(1) Μηναιον του Νοεμβριου, pag. 182, edit. Veneta, 1843. —

(2) Ecclesiæ græcæ Martyrologium metricum, pag. 388.

AUCTORE V. D. B.

24 *Novembris*, sanctus Malchus in pace decessit. *Equidem cum Rosweydo* (1) *plurimum dubito an hæc ad nostrum* Malchum *referenda sint. Re quidem vera Constantinopolitani habebant ejus Vitam græce versam, nullius autem alterius confessoris homonymi; sed legebant Theodoreti locum, quem ad calcem hujus Commentarii dabimus, in quo alter comparet Malchus. Atqui festa agebant plerorumque qui ibidem cum illo Malcho occurrunt* (2) : *quidni similiter hujus Malchi? Et tanto vehementius dubito, quod aliquando nostri* S. Malchi *alia die, scilicet* 26 *Martii, ut modo dicebamus, memoriam fecerint. Ad præcedentem diem, scilicet* 20 *Octobris, inter Prætermissos monuimus penes nos esse Kalendarium seu martyrologium coptitarum Ms., recens tamen, utpote sæculo* XVII *aut sequenti Romæ exaratum, in quo dicta die* S. Malchus *annuntiatur; sed simul diximus in antiquioribus Kalendariis copticis id nomen desiderari, adeoque ex latinorum recentiori usu acceptum videri, et quidem pridie genuinæ diei, quippe quæ S. Hilarionis festo impedita sit. Grevenus sæculo* XVI *ineunte primus in Usuardi Martyrologii auctariis* Malchi monachi *nomen, omisso* sancti *titulo, die* 21 *Octobris adscripsit : quod additamentum accepit quoque Mo-*
B *lanus in priorem suam Usuardi editionem, sed in posteriori expunxit. Porro quum utraque præluxerit cardinali Baronio in conscribendo Martyrologio Romano, sic factum est ut in hoc Martyrologio ad præsentem diem habeamus. Verumtamen in prima editione Martyrologii Romani quæ anno* 1585 *Romæ ex typographia Dominicæ Basæ prodiit, et in secunda quæ lucem vidit Venetiis apud Joannem Variscum et socios, quam utramque suppressam voluit Baronius, necnon in tertia quam numquam vidit Baronius et quæ eodem anno* 1584 *Friburgi Brisgoiæ prodiit sub titulo :* Martyrologium Basiliense, juxta Romanum, ad novam Kalendarii rationem et ecclesiasticæ historiæ veritatem restitutum, Jacobi Christophori, episcopi Basiliensis, jussu editum; *in his, inquam, tribus editionibus non ad diem* 21, *sed ad* 18 *Octobris legitur :* Maroniæ in Syria prope Antiochiam sancti Malchi monachi; *quæ verba in sequentibus editionibus ad diem* 21 *Octobris relata; ubi etiamnum leguntur. Quum vero S. Hieronymus nil de* S. Malchi *morte habeat, neque obitus ejus dies ulli menæorum aut martyrologiorum scriptori innotuisse videatur ullatenus* (*neque enim morari nos debet synaxarium Chiffleti, non antiquum valde*), *nequaquam dubitan-*
C *dum est quin ii, qui additamentum ad Usuardum, a Greveno et Molano editum, fecerunt, non alia ducti fuerint ratione; quam quod in legendis sanctorum* S. Malchi *vitam conjunctam invenerint cum S. Hilarionis Vita; quod scilicet utraque eumdem agnosceret auctorem* (3). *Certe in codice nostro Ms. Vitarum Patrum, olim S. Maximini Trevirensis, id monitum præfigitur :* Vita Pauli primi heremitæ, Vita sancti Antonii, Vita sancti Hilarionis, Vita Malchi captivi monachi, Vita S. Pachumii, Vita sanctæ Euphraxiæ et aliorum patrum habentur in Passionalibus.

Vita latine scripta a S. Hieronymo circa annum 390 *et ab anonymo græce :*

2 *Porro nil certius quam, ut S. Hilarion S. Hieronymum biographum nactus est, sic quoque* S. Malchum : *prodit enim id ipse sanctissimus doctor in libro de Viris illustribus; ubi sua scripta recensens ait* (4) : In Lucam Homilias triginta quatuor : in Psalmos a decimo usque ad decimum sextum, Tractatus septem; Malchi, captivi monachi, Vitam et beati Hilarionis. Novum testamentum græcæ fidei reddidi *etc. Et quidem, quum de* S. Malchi *Vita lo-* D *quatur in libro de illustribus viris, quem ipse in epistola ad Desiderium anno decimo quarto principis Theodosii scriptum fuisse dixit* (5), *ante absolutum annum* 392 *in lucem edita fuerit oportet. Ex altera vero parte prodiit, quum* (*ut in ipsa Vita num.* 2 *dicitur*) papa *seu episcopus Antiochenus jam esset Evagrius; quod munus hic non adiit ante annum* 388 *exeuntem aut* 389 (6) : *ita ut nullum sit dubium quin inter annos* 388 *exeuntem et* 393 *inchoatum publici juris facta sit* S. Malchi *Vita. Eam referendam putat ad annum* 390 *aut* 391 *Stiltingus* (7), *ad* 390 *Vallarsius* (8), *merito contendentes ordinem temporis in scriptis suis recensendis secutum esse Bethleemitem eremitam : quod vix mihi certum non sit, ut in Commentario de S. Hilarione num.* 2 *jam monui. Græce versa exstat* S. Malchi *Vita, ignoto interprete; eamque ex græco codice latinam fecit Gentianus Hervetus; quam versionem Lippomannus tomo VI Vitarum Sanctorum inseruit. Verum quum ex fonte bibimus, nil curandus nobis ille rivulus.*

quis scopus S. Hieronymi in scribenda hac vita;

3 *In prologo aperit S. Hieronymus qua de causa hanc opellam in manus assumpserit :* Scribere disposui, *inquit,* ab adventu Salvatoris usque ad nostram ætatem, id est, ab apostolis usque ad nostri temporis fæcem, quomodo et per quos Christi ecclesia nata sit et adulta, persecutionibus creverit et martyriis coronata sit; et postquam ad christianos principes venerit, potentia quidem et divitiis major, sed virtutibus minor facta sit. *Quum vero* diu tacuisset, (*quod tamen* mensibus *tantum* aliquot *ab eo factum fuisse recte æstimat Stiltingus* (9), *eum* aut corrigendo sacram scripturam aut præparando se ad versionem ex hebraico utiliter laborasse *censens*), *quum itaque, ut ipsemet ait,* diu tacuisset, *minus aptum experiebatur stylum ad digne et eleganter historiam ecclesiasticam conscribendam. Quapropter* prius exerceri cupivit in parvo opere et veluti quamdam rubiginem linguæ abstergere, ut venire posset ad latiorem historiam. *Quis credat hinc nonnullos assumpsisse ansam spernendæ hujus scriptionis?* Magdeburgenses centuriatores (10), *inquit Rosweydus* (11), Erasmum secuti, volunt Hieronymum Vitam Malchi prolixiori narratione conscripsisse, exercendi ingenii magis causa quam rem, ut esset, explicandi. Sed recte eos suismet verbis captat Alanus Copus (12) : « Mirantur, *inquit,* quod » tot hominis scelera prius commemoranda quam » damnanda censuerit » *Hieronymus. In qua isti* F *querela se produnt suamque causam; et satis se intelligere serio et non rhetorica exercitatione Hieronymum ista agitasse. Alioqui quorsum illa contra rhetorem in ficto argumento ludentem vociferatio?* Hactenus Alanus : qui porro quinque scelera quæ Magdeburgenses Malcho objiciunt, egregie dialogo illo II variis capitibus refutat. *De his sceleribus dicetur in annotatis ad Vitam. Neque proposuit sibi tantum Hieronymus stylum exercere; sed utilitatem aliquam ex sua scriptione exspectavit. Ipse ad finem ait :* Castis historiam castitatis expono. Virgines castitatem custodire exhortor. Vos narrate posteris, ut sciant inter gladios et inter deserta et bestias pudicitiam numquam esse captivam et hominem Christo deditum posse mori non superari.

unde comperta habuerit quæ scripsit.

4 *Initio ejusdem Vitæ manifestum facit sanctus biographus unde comperta habuerit* S. Malchi *gesta.* Dum adolescentulus moraretur in Syria, ad papæ Evagrii, E

(1) Vitæ Patrum, pag. 96. — (2) Cfr Act. SS. tom II Januarii, pag. 771. — (3) Cfr Baillet, Vies des Saints, ad 21 Octobris. — (4) Cap. 135, ap. Migne, Patrologia, tom. XXIII, col. 717. — (5) Epist. XLVII, num. 3, ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 493. — (6) Cfr Tillemont, Mémoires ecclésiastiques, tom. X, pag. 234, Paris, 1705. — (7) Act. SS. tom. VIII Septembris, pag. 503 et 674. — (8) Ap. Migne, Patrologia, tom. XXIII, col. 53. — (9) Act. SS. tom. VIII Septembris, pag. 503. — (10) Centuria IV, cap. 10. — (11) Vitæ Patrum, pag. 96. — (12) Dialogo II, cap. 11.

necessarii

A necessarii sui, possessionem devolutus erat, *quæ jacebat Maroniæ, triginta fere millibus ab Antiochia ad Orientem*. Erat illic quidam senex nomine Malchus; *de quo quum laudabiliter loquerentur accolæ*, cupiditate illectus *Hieronymus*, adortus est hominem, et curiosius sciscitans rerum fidem, hæc ab eo accepit, *quæ multo post misit in literas. Certissime convenit* S. Malchum *Hieronymus inter annum 374 aut potius 375 et 379, quo temporis spatio hunc in Maroniæ solitudine vixisse multis ostendit Stiltingus* (1); *verisimilius et fere certo ipso initio, scilicet exeunte anno 374 aut ineunte 375*; *suadet id ipsemet, quum se* adolescentulum *adhuc fuisse ait, utut natus anno circiter* 331 (2), *adeoque annum saltem agens quadragesimum tertium aut quartum; suadet id quoque naturalis humanæ mentis comparatio, qua quæ circum nos nova aut insolita videntur quam primum rescire avemus. Adde beatum virum hominum societatis fuisse avidissimum in ipsa eremo, ut ex his quæ tunc scripserit abunde liquet* (3); *ita ut beatus vir non videatur diu distulisse* S. Malchum *convenire, postquam eum primum* B *noverit.*

Vita S. Malchi *in certa tempora distributa.*

5 *Jam modo qualicumque* S. Malchi *Vitæ tempora inquiramus. Ad id tria prævie notanda sunt : primum est, S. Hieronymum, ut modo vidimus, se* adolescentulum *vocasse quum annum ageret quadragesimum tertium aut quartum;* senem *vero* (*ubi ad finem ait :* Hæc ego vobis narravi senex), *quum annos natus esset quinquaginta novem. Unde sequitur verba hæc S. Hieronymi :* Erat illic quidam senex nomine Malchus, *recte intelligi posse de ætate quinquaginta octo annorum. Secundum est, credibile non esse parentes exspectasse ut proponerent* S. Malcho *matrimonium,* (*quod justo vehementius ei commendarunt,*) *antequam plus quam viginti annos natus esset : etenim vicini judæi vix patiebantur aliquem matrimonium differre qui ætatis annum decimum octavum ageret* (4). *Tertium est,* S. Malchum, *quem ad matrimonium ineundum cogere volebant, petiisse solitudinem, quum inter Romanos et Persas non bene conveniret.* Ad orientem *enim, ut ait ipsemet,* ire non poterat propter vicinam Persidem, *quia scilicet hinc in Romanorum terras incursiones fiebant,* et *propter* Romanorum militum custodiam, *qui ut eas impedirent illic stationem habebant. Atqui ab anno* 297, *quo Persæ cesserant Romanis quinque provincias, per quadraginta continuos annos pacifice cum* C *iisdem egerunt, et anno tantum* 337, *quod restituere eis nollet illas regiones Constantinus imperator, in Romanorum terras incurrere cœperunt* (5). *Ante autem id tempus nil erat cur* S. Malchus *ad orientem non pergeret* propter vicinam Persidem. *Atque hinc colligimus beatum virum ortum esse anno circiter* 317 *et quatuordecim fere annis seniorem fuisse S. Hieronymo; et deinde in solitudinem Chalcidos confugisse sub annum* 337. *Porro illic,* repertis monachis, eorum se magisterio tradidit. Verum post multos annos (*quindecim forte*) incidit ei desiderium ut ad patriam pergeret. *Quo suscepto itinere, in solitudine Beroam inter et Edessam a Sarracenis interceptus est,* decem millibus *ultra magnum fluvium captivus deductus et pastor ovium constitutus. Aliquanto post,* incanescente jam capite, *coactus fuit uxorem alterius admittere, quacum tamen ut frater cum sorore usus est.* Post grande (*intervallum annorum forte septem*) dum solus in eremo sederet, *fugam meditatus est eamque cum captivitatis socia tam feliciter quam periculose statim perfecit.* Ad Romana per desertum castra ambo venerunt, oblatique tribuno rem ordine panderunt; inde transmissi ad Sabinianum Mesopotamiæ ducem; *quod anno* 359 *factum sit oportet, quandoquidem ille apud Ammianum Marcellinum* (6) *legatur tunc temporis in Mesopotamia fuisse magister militum : erravit enim S. Hieronymus, quum* Mesopotamiæ ducem *dixit; quod munus tum gerebat Cassianus* (7), *numquam vero Sabinianus. Continuo post ad Maroniam viculum delati* S. Malchus *cum socia; ibique quemadmodum diximus, anno circiter* 375 *a S. Hieronymo reperti. Quo anno diem obierit* S. Malchus *incompertum; sed verisimile est eum anno* 390, *quo fere Vitam scripsit S. Hieronymus, sancto biographo mortuum esse habitum : secus enim, quid de vivo hæc in lucem dedisset? Quum tamen probabilis hæc tantum sit conjectura,* S. Malchi *obitum ad exiens sæculum* IV *referimus.*

AUCTORE V. D. B.

6 *Postquam* S. Malchi *gesta* (*quantum fieri licuit*) *in certa tempora distribuimus, superest ut eum in variis quæ habitavit locis adeamus.* Syrus natione *erat* et lingua, *ut num.* 1 *tradit biographus; non tamen Maroniæ* indigena, *ut ratus primum ille idem erat, sed* Nisibeni agelli colonus, *quemadmodum hic ipse pium suum visitatorem num.* 2 *monuit: adeo ut episcopum habuerit S. Jacobum Nisibenum.* E *Monasticæ vitæ desiderium ei Nisibi facile injici potuit, non tantum ab his quæ de monachis procul positis audiebat, verum etiam ab iis quæ oculis suis circumcirca cernebat. Jam sæculo enim* III *exeunte monastica vita in his partibus in honore erat. Nam ut nil dicam de puellari S. Febroniæ parthenone, de quo alibi* (8) *plura examinata, ipsemet S. Jacobus, qui multa pro Christi fide* (*ut Gennadius* (9) *auctor est*) *sub Maximiano imperatore perpessus fuit, et decrepitus senex inter annum* 350 *et* 361 *diem obiit* (10), *in adolescentia vitam monasticam illic egerat. Quæ instituta ibi in usu essent accipe a Theodoreto, episcopo Cyri et S. Jacobi biographo* (11) : Nisibis, *inquit,* urbs est in confinio regni Romanorum et Persarum posita, quæ Romanis olim vectigalis erat, eorumque parebat imperio, *donec eam anno* 363 *Persis cesserit Jovianus* (12). Ex hac ortus magnus Jacobus solitariam et quietam vitam est F amplexus, altissimorum montium (Curdorum *vocant* (13)) occupatis verticibus, in his vitam egit; vere quidem et æstate atque autumno silvam petens et pro tecto habens cælum; hyemis vero tempore in antrum se recipiens, quod parvum ei præbebat tegumentum. Cibus illi erat, non qui cum labore nascitur et seritur, sed qui sua sponte producitur : ex silvestribus enim arboribus sponte natos colligens fructus et ex herbis esculenta, et quæ instar sunt olerum, ex his corpori dabat quæ ad vitam tuendam satis erant, ignis usum penitus recusans. Usum quoque lanarum supervacaneum ducebat, earumque vicem asperrimi caprarum villi explebant ex quibus et tunica illi fiebat et simplex amiculum. Ita corpus affligens, spiritale ali-

Prope Nisibim natus, visis in illis partibus severissime viventibus monachis,

(1) Act. SS. tom. VIII Octobris, pag. 444 et seqq. et pag. 672 et 673. — (2) Ibid., pag. 672. — (3) Cfr ibid., pag. 448 et 449. —(4) Cfr D. Calmet, Dictionnaire de la Bible, v° *Nôces*.—(5) Cfr Tillemont, Empereurs, Constantin, art. 76, tom. VI, pag. 106, edit. Bruxel., 1732. — (6) Rerum gestarum, lib. XVIII, cap. 5 et seqq., lib. XIX, cap. 3, etc. — (7) Ibid. lib. XVIII, cap. 7. — (8) Examen historicum et canonicum de regularium et sæcularium clericorum juribus et officiis, pag. 56. — (9) De scriptoribus ecclesiasticis, cap. 1, ap. Migne, Patrologia, tom. LVIII, col. 1060 et 1061. — (10) Cfr Acta SS. tom. IV Julii, pag. 40; Butler, Vies des saints, ad 11 Julii, tom. X, pag. 71, edit. Lovaniensis. — (11) Opp. Theodoreti, interprete Sirmondo, tom. III, pag. 764; Act. SS. tom. IV Julii, pag. 42. — (12) Cfr Tillemont, Mémoires des empereurs, Jovien, art. 4, tom. VI, pag. 259, edit. Bruxellensis, 1732. — (13) Sévestre, Dictionnaire de Patrologie, tom. III, pag. 659.

mentum

AUCTORE V. D. B.

mentum assidue suppeditabat animæ. *Perseveravit deinde ibidem in Mesopotamia severum istud nil cocti comedendi institutum, ut ex Sozomeno* (1) *habemus :* Hinc ad Syros, *inquit,* et ad Persas Syris finitimos transeundum est : qui cum Ægyptiorum monachis contendentes, in immensam multitudinem excreverunt. Inter hos autem eo tempore præcipue claruerunt apud Nisibenos quidem, circa montem qui Sigoron dicitur, Batthæus, Eusebius, Burges, Halas et Abbo; et Lazarus qui fuit episcopus : Abdaleus item, et Zeno, et senex Heliodorus. Istos porro vulgo Boscos, id est pascentes vocabant, qui hoc philosophandi genus tunc primum invexerant. Sic autem eos appellant, propterea quod nec domicilia habent ulla, nec pane aut obsonio vescuntur, nec vinum bibunt ; sed in montibus degentes, Deum perpetuo celebrant, orationibus et hymnis juxta ecclesiæ ritum vacantes. Cumque vescendi tempus advenerit, singuli falce arrepta per montem vagantes, instar pascentium pecorum herbas comedunt.

statuit vitam monasticam amplecti, quod sub annum 337 in eremo Chalcidensi fecit :

B

7 *Verum, ne a parentibus brevi caperetur et reduceretur domum, atque etiam quod passim monachi procula paterno limine vitam agere amabant, hos montis Sigori monachos non adiit* S. Malchus, *sed procul abire secum deliberavit. Cogitavit prius ad orientem secedere; nam non in universa tantum Osrhoëne, quæ usque ad Assyriam seu Adiabenen extendebatur* (2), *sed inter ipsos Persas tunc monachi jam erant* (3). *Sed id consilium exsecutus non est* propter vicinam Persidem et Romanorum militum custodiam, *quæ paulo ante explicuimus. Flexit itaque ad occidentem et* pervenit ad eremum Chalcidos, quæ inter Immam et Beroam magis ad austrum *seu meridiem* sita est. *De Chalcidos eremo docte jam commentatus est Stiltingus* (4), *ita ut brevioribus nobis esse liceat. Jacebat circumcirca Chalcidem, quæ nunc* Kinnesrîn *ab Arabibus et* Eski Haleb *seu Vetus Alep a Turcis dicitur* (5); *tempore S. Hieronymi,* juxta Syriam Saracenis jungebatur *aut* inter Syriam ac Saracenos vastum limitem ducebat; exusta solis ardoribus, horridum monachis *præstabat* habitaculum : hic aut barbarus semisermo (*Syriacus nimirum*) discendus erat aut tacendum : *hæc collecta ex ipso Hieronymo* (6). *In eadem eremo posita Maronias, ubi* S. Malchum *sub annum 375 habitantem invenit S. Hieronymus et ubi habitavit ipsemet; verum quum primum in has partes venit* S. Malchus, *in loco abhinc*

C *aliquantum distante sedem elegit. Hæc inter Immam et Beroam magis ad austrum sita. Porro Imma seu Emma aut Immestar* (7), *nunc* Imm (8), *secundum Socratem* (9) *inter Antiochiam Syriæ et Chalcidem, sita erat, et juxta Tabulas Peutingerianas jacebat ab Antiochia* M. P. XXXIII *et a Chalcide* M. P. XX (10); *Chalcis vero a Beroa secundum Itinerarium Antonini* (11) M. P. XVIII, *non autem* (12) M. P. XXIX, *ut legitur in Tabulis Peutingerianis* (13). *Unde liquet* S. Malchi *primam solitudinem fuisse positam intra triangulum, cujus summitates sunt* Imm, Kinnesrîn *et* Alep; *Beroa enim* Alep *nunc dicitur. Regiunculam hanc descriptam habes apud Ritter* (14).

8 *Quum eo sub annum 337 advenit* S. Malchus, *monachi quos ibidem reperit nondum multo tempore illic degebant et duram et difficilem vivebant vitam, sibi et aliis utilissimi. De iis Sozomenus :* Syria vero, *inquit* (15), tum ea quæ Cœle dicitur (*inter Libanum et Antilibanon prope Damascum*), quam quæ supra illam posita est, excepta urbe Antiochia, serius quidem ad Christi religionem conversa fuit; sed tamen ecclesiasticis philosophis non caruit. Qui quidem eo fortiores et fuerunt et visi sunt, quo magis invisi erant incolis earum regionum, eorumque crebris insidiis appetebantur : iisdemque virili animo resistebant, non vim vi repellendo, nec semetipsos ulciscendo, sed contumelias et verbera sibi a gentilibus illata alacri animo perferentes. Ejusmodi fuisse accepi Valentinum, quem alii ex urbe Emesa, alii ex Arethusa genus traxisse dicunt; et alterum isti cognominem Valentinum ac Theodorum. Hi duo ex Tittis, qui vicus est in territorio Apamensium, erant oriundi. Marosam præterea ex Nechilis ortum, et Bassum, et Bassonem, ac Paulum qui ex vico Telmiso prognatus, cum multos variis in locis congregasset, et competenti ratione ad monasticam philosophiam informasset, tandem in loco qui Jugatum dicitur, maximam ac nobilissimam monachorum congregationem instituit. Quo etiam in loco mortuus est E ac sepultus cum diutissime vixisset; quippe qui ad nostra usque tempora vitam produxerit, eximiam ac vere divinam philosophandi rationem secutus. Sed et reliqui quos supra memoravimus monachi fere omnes diu superstites vixerunt. Ac mihi quidem videtur Deus prolixum vitæ spatium iis indulsisse ut religio incrementum acciperet. Illi enim Syros fere omnes et ex Persis ac Saracenis quam plurimos ad religionem suam traduxerunt et a superstitioso dæmonum cultu abstraxerunt; cumque monasticæ philosophiæ studiis vacare cœpissent, multos sibi similes reddiderunt. *Ad calcem hujus Commentarii venient et aliquot alia nomina, quibus illo ævo eremus Chalcidensis illustrata est. Hos inter homines vixit in juventute et senectute* S. Malchus : *et quidem res Christiana in vicinia Immæ tunc tam incerta erat, ut etiam diu post, anno videlicet 415, Honorio X Theodosio VI coss., Judæi in illo oppido eo audaciæ devenerint ut puerum Christianum, cruce suspensum, verberibus ceciderint ad mortem usque* (16).

D *quæ tunc in Syria esset vitæ monasticæ conditio.*

F

9 *In media itaque natione prava et perversa* multos annos (*diximus quindecim forte*) *philosophiam monasticam coluit* S. Malchus. *Dein in patriam perrecturus, ivit Beroam* (Alep), *atque hinc* publicum iter *tenuit Edessam* (Orfa) *versus. Secundum Tabulas Peutingerianas* (17) *hæc via erat : Beroa ibatur Bannos* P. M. XXVII; *hinc Thiltaurum* P. M. XV; *hinc Balhnam* P. M. XII; *hinc Hierapolim* P. M. XVIII; *hinc Zeugma* P. M. XXIIII; *hinc juxta Itinerarium Antonini* (18) *duplex ducebat via Edessam; prior Zeugma ad Bemmaris* M. P. XX; *Bemmaris Edessam* M. P. XXV; *altera vero Zeugma Canabam,* M. P. XXV; *Canaba ad In Medio* M. P. XXII; *ab In Medio Edesssam* M. P. XVIII. *Ab Hierapoli quoque deflecti poterat Thilaticomum* M. P. XXI; *hinc Bathas* (*Batnam*) M. P. XV; *hinc Edessam* M. P. XV (19). *Sed de his fuse disputans legendus est Ritter* (20). *Postquam*

In patriam rediens deducitur infra fluvium Mygdonium in Mesopotamia ;

(1) Historia ecclesiastica, lib. VI, cap. 31, pag. 690.—(2) Theodoretus, Philotheus, cap. 2, Opp. tom. III, pag. 1120, edit. Hall. (3) Sozomenus, Hist. eccles., lib. VI, cap 33 et 34, pag. 690 et 691.—(4) Act. SS. tom. VIII Septembris, pag. 448 —(5) Ritter, Die Erdkunde, Sinaï-Halbinsel, Palästina und Syrien, tom. IV, pag. 1592 et passim. — (6) Act. SS. tom. VIII Septembris, pag. 448. — (7) Socrates, Hist. eccles., lib. VII, cap. 16, pag. 353.— (8) Ritter, Sinaï-Halbinsel, etc. tom cit., pag. 1593. —(9) Loc. supra cit.—(10) Marci Velseri Opp. in unum collecta, pag. 763. — (11) Edit. Semleri, pag. 126. — (12) Cfr Ritter, loc. cit. — (13) Marci Velseri Opp., pag. 763. — (14) Erdkunde, Sinaï-Halbinsel, etc., tom cit., pag. 1653 et seqq., pag. 1687 et seqq. — (15) Historia ecclesiastica, lib. VI, cap. 34, pag. 692.— (16) Socrates, Historia ecclesiastica, lib. VI, cap. 16, pag. 353.— (17) Velseri Opp., pag. 765 et seqq. — (18) Editio Semleri, pag 124 et 125. — (19) Ibid., pag. 126. — (20) Erdkunde, Euphrat-und Tigrissystem, tom. I, pag. 959 et seqq.

autem

A *autem S.* Malchus *Euphraten Zeugmæ aut alio loco transiisset cum comitatu* (caravane *nunc dicimus*), *interceptus est cum sociis Ismælitis seu Sarracenis : de quorum moribus in Commentario de S. Hilarione sat multa retulimus. Per vastam solitudinem camelis portati,* tandem grandi amni transmisso, *qui procul dubio Mygdonius fluvius est,* pervenerunt ad interiorem solitudinem *in Mesopotamia, ut ex reditu satis constat. Illic degisse crediderim inter gradus* 34 *et* 36 *latitudinis, et* 58 *et* 40 *longitudinis relatæ ad meridianum circulum Parisiensem, decem millibus infra Mygdonium. Quæ ibi egerit et passus fuerit, satis explicuit ipse S. Hieronymo. Vide Vitam numm.* 4 *et seqq.*

hinc anno 359 aufugit et venit in partes Edessæ;

10 Post grande intervallum, *annorum forte septem, hinc fuga cum socia delapsus est.* Cumque pervenissent ad fluvium (*Mygdonium scilicet*), nam decem millibus aberat, *utribus eum transgressi sunt, et dein septentrionem versus perrexerunt.* Post diem tertium *capti fere a domino, sed mirabiliter liberati. Habuere dein camelos;* quibus ascensis, decimo tandem die ad Romana per desertum castra pervenerunt : *quæ castra* (*siquid video*) *vel ea sint oportet quæ in præsenti regione* Mardim (*olim* B *Smargdis*) *seu inter Amidam et Daram spatio trium milliariorum geographicorum a Nisibi distantem* (1), *sita sunt et de quibus Procopius* (2) *his verbis :* Cætera montium castella quæ hinc (*Rhabdio*) atque urbe Dara Amidam usque pertinent (ea sunt Ciphas, Sauras, Smargdis, Lurnes, Hieriphthon, Atachas, Syphris, Riphalthas, Banasymeon, Sinas, Rhasis, Dobanas aliaque ibi posita ab antiquo) cum speciem munimenti haberent plane ridiculam, illa solide reædificavit *Justinianus et quæ ad meridiem Amidæ sita erant; vel ea de quibus Ammianus Marcellinus* (3) *ad annum* 369 *meminit, et quæ a Sapore, rege Persarum, tunc capta fuere, quum* a Bebase loco iter flexisset dextrorsum, *secundum montes quibus Mesopotamia ab Armenia dividitur,* per Horren et Charcha, ut transiturus Amidam. *Hæc itaque posteriora* castella Romana *ad caurum* * *Amidæ posita erant et* unum Reman et alterum Busan appellabatur; multorum opes illuc translatæ servabantur, ut in munimentis præcelsis et fidis. *Sed iterum de his omnibus confer Ritterum* (4). *In uno ex his castris seu castellis convenit* S. Malchus *tribunum; a quo quum verisimiliter didicisset fieri non posse ut in agrum Nisibenum, patriam suam, bello* C *maxime expositum* (5), *tenderet,* transmissus *est cum socia* ad Sabinianum, *quem jam diximus non* Mesopotamiæ ducem, *sed magistrum militum fuisse, et qui tum pro ignavia sua,* inter rapienda momenta periculorum communium lectissimus moderator belli internecivi (*ita merito irridet eum Ammianus* (6).) per Edessena sepulcra, quasi fundata cum mortuis pace nihil formidans, more vitæ remissioris fluxius agens, militari pyrricha sonantibus modulis pro histrionicis gestibus in silentio summo delectabatur.

* Nord-Est.

dein redit ad eremum Chalcidensem et subsistit Maroniæ, ubi cum eo agit S. Hieronymus.

11 S. Malchi *et sociæ camelos, bello utique in aridis illis plagis utilissimos, soluto pretio emit Sabinianus, qui et Edessa dimisit ambos profugos. Pristinam itaque solitudinem repetiit* S. Malchus; *ubi quum abbatem reperisset mortuum, aliquantum ab hoc loco septentrionem versus deflexit et Maroniæ sedem suam fixit. Quod enim prior ejus habitatio Maroniæ non esset, indicavit ipsemet S. Hieronymo :* Et quia jam abbas ille meus dormierat in Domino (*en ratio ob quam priorem sedem non incoleret*), ad hæc loca (*scilicet diversa a prioribus*) me monachis reddo, *id est monasticam vitam duco;* hanc trado virginibus, *curans nempe ut in tugurio meo vitam virginum vivat,* diligens eam ut sororem, non tamen ei me credens ut sorori. *Atque aliunde etiam ostendi potest Maroniam, in qua postrema vitæ tempora* S. Malchus *transegit, a priori solitudine diversam fuisse.* Maronias *enim, ut initio habet S. Hieronymus,* triginta ferme millibus ab Antiochia urbe Syriæ haud grandis ad orientem distabat viculus : *dum prior solitudo* inter Immam et Beroam magis ad austrum sita erat, *adeoque distabat ab Antiochia* M. P. XL *aut* XLV, *quandoquidem Imma ab Antiochia* (*ut vidimus*) *distaret* M. P. XXXIII : *ita ut prior eremus jaceret ad Euronotum* * *Immæ, Maronias ad caurum* *. *Della Valle credidit veterem Maroniam repræsentari hodierna* Ma'arra; *sed ei non consentiunt alii* (7) : *adeo ut locus, quem S. Hieronymus exordiis vitæ suæ monasticæ et* S. Malchus *ultimis suis annis et felicissimo obitu honestavit, ad hanc usque diem non accurate cognitus esse videatur.*

* Sud-Est.
* Nord-Est.

E

Facile distinguitur a multis homonymis, etiam a Malcho, qui in vicino monte habitavit.

12 *Huc usque, quantum licuit,* S. Malchi *cultum, tempora et itinera explicuimus : superest ut eum ab homonymis distinguamus. Sunt imprimis complures SS. Malchi, de quibus nil dubitandum quin plane diversi sint : scilicet S. Malchus, martyr Cæsareæ, de quo in opere nostro dictum est ad* 28 *Martii* (8); *S. Malchus, martyr Thessalonicensis, illustratus ad* 1 *Junii* (9); *S. Malchus, martyr Ephesinus unus e Septem Dormientibus, cujus Passio examinata ad* 27 *Julii* (10); *S. Malchus episcopus Lismorensis in Hibernia, cujus gesta enarrata ad* 10 *Augusti* (11) *et demum S. Malchus, monachus Cisterciensis in Hibernia, de quo dicemus ad* 5 *Novembris. Nemo enim hos utcumque confundet cum hodierno* S. Malcho, *monacho Syro. Sed aliud est de Malcho, cujus meminit Theodoretus* (12) *et qui in monte Antiochiæ ad Orontem adjacente commoratus est. Hunc eumdem arbitratus est Baronius* (13) *ac* S. Malchum, *cujus Vitam scripsit S. Hieronymus; et Bollandum* (14) *nostrum in eamdem traxit sententiam. Verum quid hic non recordatus est quæ jam pridem ante dixerat Rosweydus? Hic enim in annotatis ad Vitam* S. Malchi, *ubi retulerat a Baronio confundi utrumque Malchum :* Non opinor, *ait* (15); quia Malchus Theodoreti vixit F in monte qui imminet Antiochiæ; Malchus Hieronymi in vico Maroniæ triginta millibus ab Antiochia. *Optima responsio. Ne vero quis objiciat dici posse de monte, triginta millibus distante, eum civitati adjacere,* παρακειμενον, *Rosweydi dictis adde Theodoretum probe distinguere inter eremum Antiochenam, in qua suus degit Malchus, et inter eremum Chalcidensem in qua S. Hieronymi* Malchus *philosophatus est. Plures enim ibi eremos enumerat et singulis suos assignat præclaros monachos. Prima est* eremus Chalcidensis, *in qua* Avitus et Marcianus et Abraames et alii vix numerabiles, qui in patibilibus corporibus vitam perturbationis expertem meditabantur : *cum his versari potuit* Malchus *S. Hieronymi. Secunda est Apameensis regio; tertia Zeugmatensis; quarta Cyrestensis; dein de quinta sic*

AUCTORE V. D. B.

(1) Ritter, Euphrat-und Tigrissystem, tom. II, pag. 272 et 275. — (2) De ædificiis, lib. II, cap. 4, pag. 222, edit. Bonnæ. — (3) Rerum gestarum, lib. XVIII, cap. 10, pag. 185. — (4) Erdkunde, Euphrat-und Tigrissystem, tom. II, pag. 150 et seqq., pag. 379 et seqq. — (5) Cfr Ammianus Marcellinus, lib. XVIII, cap. 6, lib XIX et XX. — (6) Ibid., lib. XVIII, cap. 7. — (7) Cfr Ritter, Erdkunde, Sinaï-Halbinsel, etc., tom. III, part. II, pag. 1569. — (8) Act. SS. tom. III Martii, pag. 711. — (9) Ibid., tom. I Junii, pag. 48. — (10) Ibid., tom. VII Julii, pag. 575. — (11) Ibid. tom. II Augusti, pag. 561. — (12) Historia ecclesiastica, lib. IV, cap 28 aut 26, mihi in editione Hallensi, tom. III Opp. part. II, pag. 1008. — (13) Annales ecclesiastici, ad annum 370, num. 83. — (14) Act. SS. tom. II Januarii, pag. 775. — (15) Vitæ Patrum, pag. 96.

prosequitur :

AUCTORE V. D. B.

prosequitur : In Antiochena rursus Marianus et Eusebius, et Ammianus, Palladius et Symeones, et Abraames, et præter hos alii divinam imaginem integram conservantes. Sed nos et horum et illorum vitam literis consignavimus. Quin etiam mons, maximæ urbi vicinus, prati instar renidebat. In hoc enim enituit Petrus Galata et alter huic cognominis Ægyptius, et Romanus et Severus et Zeno, Moses etiam et Malchus, aliique plurimi, vulgo quidem ignoti, sed non Deo. *Quid distinctius desideres? Demum oculos conjice in Mappam, quam alteri tomo itinerum suorum edidit Robinson; ibi statim videbis montem, de quo hic agitur, in meridiem Antiochiæ protendi, dum Chalcidensis eremus ad*

* Sud-Est. *euronotum* * *Antiochiæ situs est, ut satis declaravimus. In annotatis ad Martyrologium Romanum :* Ab hoc, *inquit Baronius, scilicet a* S. Malcho, *cujus laudes posteritati servavit S. Hieronymus,* ab hoc diversus est (etsi in multis conveniat) monachus ille, quem Sozomenus Malachionem vocat, qui iisdem temporibus vixit, de quo lib. VI, cap. 32. *Certe omnino inter se diversi illi sunt : nulla enim inter eos alia similitudo quam nominis et vitæ sanctitatis : reliqua omnia immensum inter se distant.*

B *Romæ in altari quodam templi S. Pancratii insertæ olim fuere reliquiæ S. Malchi* (1); *quæ si* S. Malcho *nostro adscriptæ sint, certe errore id factum fuerit. Sequitur jam* S. Malchi *Vita, quam juxta editiones Rosweydi, Martianayi et Vallarsii damus.*

VITA

S. MALCHI, MONACHI CAPTIVI *a*.

a

PROLOGUS.

S. Hieronymus, se paraturus ad scribendam historiam ecclesiasticam, hanc narrationem suscepit.

b

Qui navali prælio dimicaturi sunt, ante in portu et in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus et uncos præparant, dispositumque per tabulata militem, pendente gradu, et labente vestigio, stare firmiter consuescunt, ut quod in simulacro pugnæ didicerint, in vero certamine non perhorrescant *b*. Ita et ego, qui diu tacui *c*, (silere quippe me fecit *d*, cui meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio in parvo opere, et veluti quandam rubiginem linguæ abstergere, ut venire possim ad latiorem historiam. Scribere enim disposui (si tamen vitam Dominus dederit, et si vituperatores mei saltem fugientem me et inclusum persequi desierint) ab adventu Salvatoris usque; ad nostram ætatem, id est, ab Apostolis usque ad nostri temporis fæcem, quomodo et per quos Christi ecclesia nata sit, et adulta, persequutionibus creverit, martyriis coronata sit : et postquam ad christianos principes venit, potentia quidem et divitiis major, sed virtutibus minor facta sit *e*. Verum hæc alias : nunc, quod imminet, explicemus.

c *d*

e

CAPUT UNICUM.

Ascesis. Captivitas. Reditus.

Maroniæ prope Antiochiam cognovit auctor

S. Malchum *f*

Maronia *f* triginta ferme millibus ab Antiochia urbe Syriæ, haud grandis ad Orientem distat viculus. Hic post multos vel dominos, vel patronos, dum ego adolescentulus *g* morarer in Syria, ad papæ Evagrii *h*, necessarii mei, possessionem devolutus est, quem idcirco nunc nominavi, ut ostenderem, unde nossem, quod scripturus sum. Erat igitur illic quidam senex, nomine Malchus, quem nos Latine *Regem i* possumus dicere, Syrus natione et lingua, et ut rebar, ejusdem loci indigena *k*. Anus quoque in ejus contubernio, valde decrepita, et jam morti proxima videbatur : tam studiose ambo religiosi, et sic ecclesiæ limen terentes, ut Zachariam et Helizabeth de Evangelio crederes, nisi quod Johannes in medio non erat. De his cum curiose ab accolis quærerem, quænam esset eorum copula matrimonii, sanguinis, an spiritus, omnes voce consona, sanctos et Deo placitos, et mira nescio quæ respondebant. Qua cupiditate illectus, adorsus sum hominem, et curiosius sciscitans *l* rerum fidem, hæc ab eo accepi :

D *g* *h* *i* *k* *l*

Hic narrat initia vitæ suæ monasticæ.

2 Ego, inquit, mi nate, Nisibeni agelli colonus *m*, solus parentibus fui. Qui cum me quasi stirpem generis sui et hæredem familiæ ad nuptias cogerent, monachum potius me velle esse respondi. Quantis pater minis, quantis mater blanditiis persequuti sint, ut pudicitiam proderem, hæc res sola indicio est, quod et domum et parentes fugi. Et qui ad Orientem ire non poteram, propter vicinam Persidem, et Romanorum militum custodiam, ad Occidentem verti pedes, pauxillulum nescio quid portans viatici, quod me ab inopia tantum defensaret. Quid multa? Perveni tandem ad eremum Chalcidos, quæ inter Immam et Beroam *n* magis ad austrum sita est. Ibi repertis monachis, eorum me magisterio tradidi, manuum labore victum quæritans, lasciviamque carnis refrenans jejuniis.

m

E

n

iter susceptum ad domum paternam;

3 Post multos annos, incidit mihi cogitatio, ut ad patriam pergerem, et dum adhuc viveret *o* mater, (jam enim patrem mortuum audieram) solarer viduitatem ejus, et exinde venundata possessiuncula, partem erogarem pauperibus, ex parte monasterium construerem; (quid erubesco confiteri infidelitatem meam?) partem in sumptuum meorum solatia reservarem *p*. Clamare cœpit abbas meus, diaboli esse tentationem, et sub honestæ rei occasione, latere antiqui hostis insidias. Hoc esse, reverti canem ad vomitum suum; sic multos monachorum esse deceptos : numquam diabolum aperte fronte se prodere. Proponebat mihi exempla de scripturis plurima : inter quæ illud, quod initio Adam quoque et Evam spe divinitatis supplantaverit. Et cum persuadere non posset, provolutus genibus, obsecrabat ne se desererem, ne me perderem, nec aratrum tenens, post tergum respicerem. Væ misero mihi! vici monitorem pessima victoria, putans illum non meam utilitatem, sed suum solatium quærere. Prosequutus ergo me de monasterio, quasi funus efferret *q*, et ad extremum valedicens : Video, ait, te, fili, satanæ cauterio notatum : non quæro causas, excusationes non recipio. Ovis, quæ de ovilibus egreditur, lupi statim morsibus* patet.

o

p

F

q

* *al.* faucibus.

captivitatem et vitam pastoritiam :

4 De Beroa Edessam *r* pergentibus, vicina est publico itineri solitudo *s*, per quam Sarraceni incertis sedibus huc atque illuc semper vagantur *t*. Quæ suspicio frequentiam in illis locis viatorum congregat, ut imminens periculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo viri, fœminæ, senes, juvenes, parvuli, numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumque sessores Ismaëlitæ irruunt, crinitis vittatisque capitibus *u*, ac seminudo corpore, pallia et latas calliculas *x* trahentes : pendebant ex humero phaeretræ : laxos arcus vibrantes, hastilia longa portabant. Non enim ad pugnandum, sed ad prædam venerant.

r *s* *t*

u *x*

(1) Act. SS. tom. III Maji, pag. 18.

venerant. Rapimur, dispergimur, in diversa trahimur. Ego interim longo postliminio hæreditarius possessor, et sero mei consilii pœnitens, cum altera muliercula in unius heri servitutem sortitus venio. Ducimur, immo portamur sublimes in camelis, et per vastam eremum semper ruinam timentes, hæremus potius *y*, quam sedemus. Carnes semicrudæ, cibus : et lac camelorum, potus erat. Tandem grandi amne *z* transmisso, pervenimus ad interiorem solitudinem, ubi dominam liberosque ex more gentis adorare jussi, cervices flectimus. Hic quasi clausus carcere, mutato habitu, id est, nudus ambulare disco. Nam aëris quoque intemperies *aa* nihil aliud præter pudenda velari patiebatur. Traduntur mihi pascendæ oves, et in malorum comparatione hoc fruor solatio, quod dominos meos et conservos rarius video. Videbar mihi aliquid habere sancti Jacob; recordabar Moysi : qui et ipsi in eremo quondam fuere pastores. Vescebar recenti caseo et lacte. Orabam jugiter; canebam psalmos, quos in monasterio didiceram; delectabat me captivitas mea; agebamque Dei judicio gratias, quod monachum, quem in patria fueram perditurus, in eremo inveneram.

y *z* *aa*

propositum ab hero matrimonium,

5 O nihil unquam tutum apud diabolum! O multiplices et ineffabiles ejus insidiæ! Sic quoque latentem me invenit invidia. Dominus videns gregem suum crescere, nihilque in me deprehendens fraudulentiæ (sciebam enim Apostolum præcepisse dominis sic quasi Deo fideliter serviendum) et volens me remunerare, quo fidum sibi magis faceret, tradidit mihi illam conservam meam, aliquando captivam. Et cum ego refutarem, diceremque me christianum, nec licere mihi uxorem viventis mariti accipere, (siquidem captus nobiscum vir ejus, ab alio domino fuerat abductus) herus ille implacabilis *bb* in furorem versus, evaginato me cœpit petere gladio. Et nisi confestim brachia tendens, mulierem præoccupassem *cc*, ilico fudisset sanguinem.

bb *cc*

attentatam sibi mortem,

6 Jam igitur venerat tenebrosior solito, et mihi nimium matura nox : duco in speluncam semirutam, novam conjugem : et pronubante nobis mœstitia, uterque detestamur alterum *dd*, nec fatemur. Tunc vere sensi captivitatem meam, prostratusque humi, monachum cœpi plangere quem perdebam, dicens : Huccine miser servatus sum? Ad hoc me mea scelera perduxerunt, ut incanescente jam capite virgo maritus fierem? Quid prodest parentes, patriam, rem familiarem contempsisse pro Domino, si hoc facio, quod ne facerem, illa contempsi; nisi quod forte propterea hæc sustineo, quia patriam desideravi? Quid agimus, anima? perimus, an vincimus? Expectamus manum Domini, an proprio mucrone confodimur? Verte in te gladium : tua magis mors timenda est, quam corporis. Habet et servata pudicitia suum martyrium; jaceat insepultus Christi testis in eremo : ipse mihi ero persecutor et martyr. Sic fatus, eduxi in tenebris quoque micantem gladium, et acumine contra me verso : Vale, inquam, infelix mulier : habeto me martyrem potius, quam maritum *ee*.

dd

bona consilia conservæ,

7 Tunc illa pedibus meis provoluta : Precor te, inquit, per Jesum Christum, et per hujus horæ necessitatem adjuro, ne effundas sanguinem tuum in crimem meum *ff*. Vel si mori placet, in me primum verte mucronem. Sic nobis potius conjungamur. Etiamsi vir meus ad me rediret, servarem castitatem; quam me captivitas docuit : vel interirem potius, quam perderem. Cur moreris, ne mihi jungaris? Ego morerer, si mihi jungi velles. Habeto me ergo conjugem pudicitiæ, et magis animæ co-

ee

ff

pulam amato, quam corporis. Sperent domini maritum, Christus noverit fratrem. Facile suadebimus nuptias, cum nos viderint sic amare. Fateor, inquit, obstupui, et admiratus virtutem fœminæ, conjugem plus amavi. Nunquam tamen illius nudum corpus intuitus sum : nunquam ejus carnem attigi, timens in pace perdere, quod in prælio servaveram.

AUCTORE S. HIERONYMO.

juvamen ex formicarum, exemplo,

8 Transeunt in tali matrimonio dies plurimi : amabiliores nos dominis fecerant nuptiæ. Nulla fugæ suspicio : interdum et mense toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem. Post grande intervallum, dum solus in eremo sedeo, et præter cælum terramque nihil video, cœpi mecum tacitus volvere, et inter multa contubernii quoque monachorum recordari, maximeque vultum patris mei, qui me erudierat *gg*, tenuerat, perdideratque. Sicque cogitans, adspicio formicarum gregem angusto calle fervere, ferre onera majora quam corpora. Aliæ herbarum quædam semina forcipe oris trahebant, aliæ egerebant humum de foveis, et aquarum meatus aggeribus excludebant. Illæ, venturæ hiemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea verteret, illata semina præcidebant. Hæ luctu celebri corpora defuncta deportabant. Quodque magis mirum est, in tanto agmine egrediens non obstabat intranti : quin potius si quam vidissent sub fasce et onere concidisse, suppositis humeris adjuvabant. Quid multa? Pulcrum mihi spectaculum dies illa præbuit. Unde recordatus Salomonis, ad formicarum solertiam nos mittentis, et pigras mentes tali exemplo suscitantis, cœpi tædere captivitatis, et monasterii cellulas quærere, ac formicarum illarum sollicitudinem *hh* desiderare, ubi laboratur in medium, cumque nihil cujusquam proprium sit, omnium omnia sunt.

gg *hh*

fugam e servitute,

9 Regresso ad cubile occurrit mulier : tristitiam animi vultu dissimulare non potui. Rogat, cur ita exanimatus sim. Audit causas, hortatur fugam. Peto silentii fidem, non aspernatur *ii* : et jugi susurro inter spem et metum medii fluctuamus. Erant mihi in grege duo hirci miræ magnitudinis. Quibus occisis, utres facio, eorumque carnes viatico præparo. Et primo vesperi, putantibus dominis nos secreto cubitare, invadimus iter, utres et partes carnium portantes. Cumque pervenissemus ad fluvium (nam decem millibus aberat), inflatis conscensisque utribus, aquis nos credimus, paulatim pedibus subremigantes, ut deorsum nos flumine deferente, et multo longius, quam conscenderamus, in alteram nos exponente ripam, vestigium sequentes perderent. Sed inter hæc madefactæ carnes, et ex parte lapsæ, vix tridui cibum pollicebantur. Bibimus usque ad satietatem, futuræ nos siti præparantes. Currimus, post tergum semper adspicimus, et magis noctibus promovemus *kk* quam diebus : vel propter insidias late vagantium Saracenorum, vel propter ardorem solis nimium.

ii *kk*

pericula ab insequente domino,

10 Pavesco miser etiam referens : etsi tota mente securus, toto tamen corpore perhorresco. Post diem vero tertium, dubio prospectu procul adspicimus duos camelos sedentes venire concitos *ll*. Statimque mens, mali præsaga, putare cœpit dominum meditari mortem, solem cernere nigrescentem. Dumque timemus, et vestigiis per arenas nos proditos intelligimus, offertur ad dexteram specus, longe sub terram penetrans. Igitur timentes venenata animalia, (nam solent viperæ, reguli et scorpiones, cæteraque hujuscemodi, fervorem solis declinantia *mm*, umbras petere) intravimus quidem speluncam, sed statim in ipso introitu sinistræ nos

ll *mm*

AUCTORE S. HIERONYMO.

foveæ credimus, nequaquam ultra progredientes, ne, dum mortem fugimus, incurramus in mortem : illudque nobiscum reputantes : Si juvat Dominus miseros, habemus salutem : si despicit peccatores, habemus sepulcrum. Quid putas fuisse nobis animi, quid terroris, cum ante specum haud procul starent dominus et conservus, et vestigio indice jam ad latebras pervenissent? O multo gravior exspectata, quam illata, mors. Rursus cum timore et labore lingua balbutit, et quasi clamante domino, mutire non audeo. Mittit servum, ut nos de specu trahat : ipse camelos tenet, et evaginato gladio, nostrum exspectat adventum.

salutem obtentam per leænam;

11 Interea tribus ferme vel quatuor cubitis introgresso famulo, nobis ex occulto tergum ejus videntibus, (nam oculorum istiusmodi natura est, ut post solem umbras intrantibus, cæca sint omnia) vox per antrum sonat : Exite furciferi, exite morituri. Quid statis? Quid moramini? Exite. Dominus vocat *nn*. Adhuc loquebatur, et ecce per tenebras adspicimus leænam invasisse hominem, et gutture suffocato, cruentum intro trahere. Jesu bone, quid tunc terroris nobis, quid gaudii fuit? Spectabamus, domino nesciente, hostem nostrum perire. Qui cum videret illum moras facere, suspicatus est duos uni resistere. Sed et iram differre non valens, sicut tenebat gladium, ad speluncam venit, et furore rabido servi increpans socordiam *oo*, prius a fera tenetur, quam ad nostras latebras perveniret. Quis hoc umquam crederet, ut ante os nostrum, bestia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu, similis ante oculos nostros versabatur interitus, nisi quod potius *pp* erat rabiem leonis, quam iram hominis sustinere. Pavemus intrinsecus, et ne movere quidem nos ausi, præstolabamur eventum rei; inter tanta pericula, pudicitiæ tantum conscientia pro muro septi. Leæna insidias cavens, et visam esse se sentiens, apprehensum mordicus catulum matutina effert *qq*, nobisque cedit hospitium. Neque tamen satis creduli statim erumpimus : sed exspectantes diu *rr*, et egredi cogitantes, illius nobis figurabamus occursum.

nn

oo

pp

qq

rr

adventum apud Romanos et reditum ad vitam monasticam.

12 Sub tali ergo terrore *tt* et illa transacta die, egredimur ad vesperam, vidimusque camelos, quos ob nimiam velocitatem dromedarios *uu* vocant, præteritos cibos in ore volvere, et in alvum missos, iterum retrahere *xx*. Quibus ascensis, et nova sitarcia refocillati *yy*, decima tandem die *zz* ad Romana per desertum castra venimus *aaa*. Oblatique tribuno, rem ordine pandimus *bbb* : inde transmissi ad Sabinianum Mesopotamiæ ducem, camelorum pretium accepimus. Et quia jam abbas ille meus dormierat in Domino, ad hæc delatus loca, me monachis reddo, hanc trado virginibus *ccc*, diligens eam ut sororem, non tamen ei me credens ut sorori *ddd*.

tt
uu
xx
yy zz
aaa
bbb
ccc
ddd

Pudicitia numquam captiva est.

13 Hæc mihi senex Malchus adolescentulo retulit. Hæc ego vobis narravi senex, et castis historiam castitatis expono. Virgines castitatem custodire exhortor *eee*. Vos narrate posteris, ut sciant inter gladios et inter deserta et bestias, pudicitiam numquam esse captivam : et hominem Christo deditum, posse mori, non posse superari *fff*.

eee

fff

ANNOTATA.

a *Surius huic Vitæ hunc titulum præfixit :* Vita S. Malchi, monachi captivi, per D. Hieronymum presbyterum scripta; quam D. Hilarioni subjunximus, non quod Malchi obitus in hunc diem inciD dat, sed propter authorem, cujus Hilarioni Malchum libuit adjungere, quod certus obitus ejus dies ignoretur. *Grevenum tamen et Molanum, procul dubio eadem ratione ductos, jam ante ad hanc diem* Malchi monachi *nomen martyrologio intulisse diximus in Commentario prævio num.* 1. « *In duobus Vaticanis, inquit Vallarsius, olim reginæ Sueciæ codicibus,* 432 *et* 500 : Incipit actus monachi captivi, quam dictavit Hieronymus presbyter; *in alio* 797 *absolute :* De captivo monacho *inscribitur; itemque in alio* 589 : Incipit historia Malchi captivi monachi scripta a beato Hieronymo. *Ad hæc porro exemplaria subdit Vallarsius totus Vitæ contextus exigitur.* » *Hæc ille : sed putem aliquam quoque rationem habendam laborum Martianayi, maximam autem admirabilis viri Rosweydi.*

b « *Ambrosius lib.* 1 *Off. cap.* 10 : Qui navem in mari regere gubernaculis studet, vel remis ducere, prius in flumine prælusit. *Labitur Erasmus, qui ex hac similitudine existimavit Hieronymum subsignificare argumentum hoc non esse serium, sed exercitandi styli causa sumptum : quasi vero repugnet serium quid esse et idem tamen assumi ad exercitandum stylum. Serio cogitabat Hieronymus de historiæ ecclesiasticæ compositione : quam ut pro dignitate tractare posset, maluit ante* in parvo, *ut inquit,* opere *exerceri, quam* ad latiorem historiam *perveniret; serio utique utrobique rem acturus.* » *Hæc Rosweydus. Cfr quæ dictæ sunt num.* 3 *Commentarii prævii.* E

c *In Commentario prævio num.* 3 *cum Stiltingo diximus videri id silentium aliquot tantum mensium fuisse.*

d *Quis hoc loco increpetur nemo facile dixerit; non enim anno* 390, *quo hæc fere Vita scripta est erupisse videntur simultates, quæ dein inter sanctum doctorem et Rufinum ac Joannem Hierosolymitanum tam vehementer exarserunt. In præfatione ad translationem libri Job, quæ sub annum* 392 *prodiit :* Audite quapropter, *inquit,* canes mei, idcirco me in hoc volumine laborasse non ut interpretationem antiquam reprehenderem *etc; et in præfatione ad versionem duorum librorum Esdræ, quæ anno* 394 *videtur primum lucem adspexisse :* Itaque, *ait,* licet et excetra sibilet, « victorque Sinon incendia jactet, » numquam meum, juvante Christo, silebit eloquium : etiam lingua præcisa balbutiet : *quibus an Vigilantius, qui circa annum* 394 *S. Hieronymo detrahere cœpit; an Rufinus qui hoc quoque tempore* F *exorsus est Joannem Hierosolymitanum adversus sanctum scriptorem incitare orsus est; an vero quis alius durissimis illis verbis retundatur sese dubitare profitetur Stiltingus* (1). *At si obtrectatores, quos quadriennio post* S. Malchi *conscriptam Vitam S. Hieronymus habuerit, non bene innotescant, quanto minus determinare licet quos antea habuerit? Jam quum sub annum* 375 *in solitudine Chalcidensi ad orientem Antiochiæ degeret, monachos sibi graves expertus est propter controversiam de nomine* personæ *in quæstionibus de Trinitate usurpato* (2). *Sed quid hæc prosequor? Vix ullo vitæ suæ tempore hostibus infensissimis caruit.*

e *Numquam scripsit, quam sibi proponebat, historiam ecclesiasticam. — Quam tragœdiam heterodoxi, his et similibus S. Hieronymi dictis abusi, olim egerint, quis nesciat? Sed ex quo tempore ecclesia spoliata fuit suis bonis et acatholici antistites multo majoribus passim fruuntur divitiis quam catholici, non putem illis adhuc vera videri quæ eorum decessores tantopere jactaverunt. Atque olim quidem,*

(1) Act. SS. tom. VIII Septembris, pag. 308. — (2) Ibid. pag. 451 et seqq.

quum

A *quum principatus ecclesiastici exstarent in Germania, ita detrahebant catholicis qui eos possidebant ut simul diligenter conservarent ditissimos episcopatus, quos ipsimet usurpaverant, et simul suis continuo pararent viam ad principatus, quos videbant penes catholicos. Alia vide apud Rosweydum ad hunc locum. Cæterum hoc loco, ut sæpius alibi, sanctus doctor intuetur ea tantum quæ prioribus temporibus bene erant composita, oculos vero ab iis avertit quæ nequaquam erant bene; contra dum ævi sui inspicit mores, maculis offenditur et quæ bona erant prætermittit. Quod siquis, omni favore atque odio abjecto, res examinet, virtutes et vitia reperiet omni ævo : et verisimilius statuet tempora, quæ tantopere carpit S. Hieronymus, meliora fuisse quam quæ tam vehementer laudat.*

f « *Ita manuscripti, inquit Rosweydus, quocum consentit Vallarsius, et vetus editio; vulgo* Maronia. *Ptolemæo nota Syriæ civitas* Μαρονειας. » *In Rhodope Thraciæ altera erat* Μαρονεια, *cujus episcopus Docimasius concilio Chalcedonensi subscripsit* (1). *Hæc certe a nostra diversa; an alia item, non convenit : Cellarius* (2) *æstimat diversam esse, contra negat Stiltingus* (3); *neque aliquid certi est, quo hæc*

B *lis terminetur.*

g *Quadragesimum quartum circiter ætatis annum agebat tunc S. Hieronymus. Vide Commentarium prævium, num. 4. De vocabulo* Adolescens *et* Adolescentulus *ita disputat Facciolatus* (4) : Interdum *adolescentes* dicuntur, qui annum trigesimum excesserunt : ut a *Cic. 2 de Orat. c. 2. adolescens* vocatur L. Crassus, qui triginta quatuor annos natus erat : a *Sallust. in Catil. c.* 49 C. Cæsar, qui triginta tres, vel, ut alii volunt, triginta quinque, *adolescentulus* nominatur : et a *Nepote in Attic. c.* 8 et 16, item a *Cicer. Phil. 2. c.* 44 Brutus et Cassius, quo anno præturam gerebant, hoc est ætatis quadragesimo, *adolescentes* nuncupantur : quæ omnia pluribus ostendit *Manut. ad l. 2 Famil. ep.* 1. His tamen aliisque locis, quæ afferri possent, non tam ætatis annos notare voluisse videntur, quam ejus vigorem floremque : vel dicendum *adolescentes* vocari homines, tam grandes natu, ratione seu respectu seniorum quibuscum loquuntur vel comparantur. Senum enim mos est juniores se *adolescentes* appellare. *Hoc loco se* adolescentulum *vocat S. Hieronymus et inferius* senem, *licet quindecim tantum interlapsi fuerint anni, comparando ætatem*

C *qua de* S. Malcho *audivit cum ætate qua de eo scripsit. Sic gallice :* Depuis que je suis vieux, *et* quand j'étais jeune *sibi invicem opponuntur, licet sæpius paucorum tantum annorum intercedat spatium.*

h *Evagrius factus est episcopus Antiochenus sub annum* 588. Papæ *nomen olim omnibus episcopis commune. Eunodius et Cassiodorus, uterque inter Langobardos versantes, primi dicuntur id nomen uni servasse Romano pontifici. Cfr Rosweydus* (5), *secutus Sirmondum. Possessiunculam amici Evagrii seu Maroniam inhabitatam fuisse ab ipso S. Hieronymo fuse ostendit Stiltingus* (6).

i *De* Malchi *nomine annotat Vallarsius :* « *Nimirum a* melech, *quod* regem *hebraice sonat. Hesychius quoque* Μαλχος Βασιλευς. *Vide Eunapium in Vita Porphyrii.* » *Vulgare forte id fuit nomen in Syria, quoniam diis quoque dabatur et commune hominum studium fuit divina nomina sibi imponere.*

k *Hæc lectio Rosweydi qui ad hunc locum hæc annotat :* « *Ita Ms. et vetus editio. Coloniensis cum Erasmo* et revera αὐτοχθων, *quod nescio an Erasmus ex ingenio an ex Ms. substituerit. H. Gravius* D *dicit etiam in quidam libris legi :* Thebastionis indigena. *Quidam Ms. pro* rebar *habet* erat. *Sed vera lectio est quam dedi. Putabat quidem Hieronymus* Malchum, *qui Maroniæ versabatur, ejus fuisse loci indigenam, sed mox a* Malcho *docetur Nisibenum se esse. Labuntur cum Erasmo centuriatores Magdeburgenses Cent.* IV, *cap.* 10, *qui ajunt* Malchum *oriundum ex vico Maronia.* » *Procul dubio hæc si legisset Martianayus non scripsisset ex fide unius codicis Gemeticensis* ut revera ejusdem loci indigena. *In quatuor codicibus idem reperit* utebatur *loco* ut rebar.

l *Apud Martianayum, cui aliquot, inquit Vallarsius, codices suffragantur* suscitans : *sed bona lectio* sciscitans.

m « *Ms. S. Floriani, inquit Rosweydus :* Mi nate, Nisivelli agelli colonus. *Ms. Audomarensis :* Matheni sibeni agello colonus, *quod coaluit ex* mi nate, Nisibeni. *Erit fortassis quispiam, qui hinc* Mathe Nisibeni *exsculpat et locum ita dictum in agro Nisibeno arioletur. Vulgo loco* Nisibeni *habetur* Maroniaci. *Apud Metaphrastem* (*immo in versione anonyma græca*) *habetur* Sevennia. » *Habet Martianayus :* « *In codice P. Pithoei erasa sunt verba* mi E nate *et duo sequentia quæ legere non potui. Gemeticensis retinet solus Nisibeni agelli colonus. Alii ridicule posuerunt* Atheniensis sanguinis colonus. »

n « *Ita legendum, ait Rosweydus ex Mss. Quidam Mss. habent* Verœam, *solemni quorumdam veterum more, ponentium* V *loco* B. *In editionibus veteribus erat,* quæ inter Mimas et Beroas. *In Coloniensi editione,* quæ inter Immam et Essam. » *Martianayus dedit* Hymmas, *Vallarsius* Immas. *Ille addit :* « *Mss. exemplaria retinent* Himminas *et* eminos *vel* immus; *omnes autem consona voce legunt* Beroam, *non* Essam *corrupte;* » *hic vero :* « *Ptolemæus Immam vocat Seleucidis civitatem. Unus Vaticanus* Bessam *male, cum* Beroam *Cyrristicæ civitatem, quæ* Aleppo *nunc dicitur, indicari compertum sit. Cfr Ptolemæum, lib.* V, *cap.* 15. » *In Commentario prævio num.* 7 *Chalcidos, Immæ et Beroæ hodierna nomina indicavimus. Imma notatur in Mappa topographica agri Antiocheni, quam Michaud adjecit Historiæ suæ cruciatarum.*

o *Pleraque edita* desiderium *loco* cogitatio; *correxit jam pridem errorem Rosweydus. Et quidem Vallarsius :* « *Pari consensu, ait, Mss. omnes,* incidit mihi cogitatio ut, *etc. quemadmodum et supra in* F *Vita Pauli num.* 7, hæc in mentem ejus incidit cogitatio. » *Ex fide codicis S. Floriani scripsit Rosweydus :* Ut dum adviveret mater; *quod probat his Tertulliani verbis* (*de Corona militum, cap.* 7) : Porro siquæ alia idolis faciant, ad dæmones pertinent, quanto magis quod ipsa sibi idola fecerunt, cum adviverent; *ubi non recte Latinius, addit Rosweydus :* Cum adhuc viverent *reponit. Non ausim dissentire a Rosweydo; nolui tamen abjicere communem lectionem.*

p *Editio Coloniensis, Martianayus etc.* partem monasterio constituerem. *Rosweydus :* Ex parte monasterium construerem; *suffragatur Vallarsius, testatus ita se quoque legisse in Mss. Ex hoc et infinitis aliis constat monachos tunc interdictos non fuisse hæreditate paterna. Reclamantibus pontificibus, introducta hæc lex a Justiniano. Salvianus Massiliensis graviter objurgat parentes qui filios monachos hæreditate excludebant. Ex hoc itaque capite ut ex multis aliis manifestum est monachos vi profes-*

(1) Labbe, Concilia, tom. IV, col. 87. — (2) Geographia antiqua, lib. III, cap. 12, sect. 4, tom. II, pag. 574, edit. 1775.— (3) Act. SS. tom. VIII Septembris, pag. 448 et 449.— (4) Lexicon totius latinitatis, vo *Adolescens.* — (5) Vitæ Patrum, pag. 1055. — (6) Act. SS. tom. VIII Septembris, pag. 448.

sionis

A *sionis incapaces non fuisse dominii juris et facti. Quod* S. Malchus *se culpat de concepta mente aliquid sibi reservandi, id profecto statui monastico, qualis tum vigebat, contrarium non erat; sed tantummodo perfectioni hujus status. Neque eum hac de objurgat abbas, sed de adeunda paterna domo.*

q *Rosweydus et Mss. visi a Vallarsio* utilitatem *habent; certe melius quam* salutem, *ut passim impressum.* Utilitas Malchi *opponitur* solatio abbatis.

r « *Ita recte, ait Rosweydus, Mss. Male Coloniensis editio :* De Beria [*seu* Berrhoea] ad Essam pergentibus. *Est* Beroa *hic Syriæ civitas.* Edessa *quoque hic Syriæ est civitas.* » *Posterius minus recte assertum : Mesopotamiæ civitas est Edessa; et quidem ex reditu* S. Malchi *e captivitate manifestum est eum in manus Sarracenorum incidisse, postquam Euphraten transiverat. Error Rosweydi hinc ortus, quod credidit* grandem amnem, *de quo mox, Euphratem fuisse, dum Mygdonius seu Chaboras fuisse videatur.*

s « *Tenditur, inquit Rosweydus, hæc latissima eremus ab India ad Mauritaniam usque et Atlanticum Oceanum, ut scribit Hieronymus in cap.* 51 *Isaiæ.*»

t *De Sarracenorum moribus vide dicta supra in*
B *Vita S. Hilarionis pag.* 21.

u « *Veteres editiones, ait Rosweydus,* nudatisque capitibus. *Sed bene Ms. cum editione Coloniensi* vittatis. » *Ad hanc usque diem vittata* (enveloppés d'un turban) *et crinita habent capita.*

x « *Ita Ms. S. Floriani, ait Rosweydus. Veteres editiones* calligulas. *Coloniensis editio,* [*Martianayus et Vallarsius*] caligas. *Isidorus lib.* XIX *Orig. cap.* 34 : Caliculæ caligæ vel a callo pedum dictæ vel quia ligantur. Nam socci non ligantur, sed tantum intromittuntur. » *De palliis nulla difficultas; vulgo dicuntur* burnous. *Scribendum esse* calliculas *consentio Rosweydo; sed eruditum virum errare putem, quum æstimat id verbum ad rem calceamentariam pertinere :* caligæ *scilicet,* caligulæ *seu* caliculæ *calcei militares sunt, capuccinorum calceis similes, nisi quod hi clavos non habent: quid ergo sibi vellent* latæ caligæ? Calliculæ *alia omnino res sunt, scilicet frusta panni aliusve materiæ, diversi coloris, secta in orbes et assuta vestibus, maxime ad humeros, sed aliis quoque locis, sæpius acu distincta et multum ornata : ita ut* calliculæ *diversum vestium genus non sint, sed ornamenta palliorum. Audi de illis disputantem Lambecium* (1) : In eadem, *inquit,* supra memorata
C Bucherianæ editionis imagine omissa etiam sunt omnia illa *ornamenta rotunda,* quæ cernuntur in vestitu mensis Decembris : (*imaginibus scilicet ornatum erat kalendarium quod explicandum assumpserat Lambecius : quos imagines apud Grævium* (2) *habes.*) Appellantur illa *ornamenta* latine a græco καλλος, quod *pulchritudinem* et *ornatum* significat, *calliculæ,* græce autem a rotunditate sua τροχαδες; fuerunt ex purpura, gemmis auro et argento, aliisque diversis materiis; ut videre est in antiquis Actis Passionis sanctorum martyrum Perpetuæ et Felicitatis; ubi ipsa Perpetua de se hæc scribit : *Pridie quam pugnaremus, video in horomate hoc : venisse Pomponium diaconum ad ostium carceris et pulsare vehementer, et exivi ad eum et aperui ei; qui erat vestitus distinctam candidam, habens* MULTIPLICES CALLICULAS. Item paulo post : *Et exivit vir quidam miræ magnitudinis ut etiam excederet fastigium amphitheatri, discinctatus purpuram inter duos clavos per medium pectus, habens* CALLICULAS MULTIFORMES EX AURO ET ARGENTO FACTAS. In antiquis autem Glossariis latino-græco et græco-latino a Bonaventura Vul- D
canio editis, coll. 521 et 640 pro *callicula* perperam legitur *Gallicula : Galliculæ,* Τροχαδες, Τροχας, *Galliculæ.* Ejusdem generis calliculæ cernuntur etiam supra in vestitu mensis Aprilis (*scilicet in Kalendario, quod illustrat Lambecius*), et libro III horum commentariorum in antiquissimi codicis Ms. græci Geneseos tabula VI in vestimento Chanaani ; tabula XVI in vestimento patriarchæ Isaaci et cujusdam alterius; tabula XXV in vestimento muliebri; tabula XXVII et XXVIII in vestimento patriarchæ Josephi et duorum aliorum; tabula XXIX et XXX in vestimentis Josephi; tabula XXXV et XXXVI in vestimentis regis Pharaonis et Josephi; tabula XL in vestimento Benjamini ; tabula XLV in vestimentis Josephi, Ephraim et Manasse; quibus omnibus locis calliculæ illæ sive trochades repræsentantur per rotundas maculas nigras; uti etiam in æque vetustis Romæ subterraneæ imaginibus et quidem præcipue tabula X sepulcrorum cœmeterii S. Callisti papæ et aliorum sanctorum martyrum, pag. 551 tom. I edit. Coloniensis, 1659, in fol. » *Etiamnum aliquot deserti tribus pallia vario ornamentorum genere distincta habent. — Post* Ecce subito *notat Vallarsius :* « *Unus addit :* Barbarorum manus, *et paulo* E
post tres Mss. Gallicas *habent pro* caligas, *alius* calliculas. *Vide infra Regulam S. Pachomii.* » *Ibi quidem num.* 101 *de monacho* habente galliculas in pedibus *sermo fit. Sed satis clarum eos solos hoc loco bonos esse codices in quibus* calliculæ *leguntur. Nil enim erat cur calcei Sarracenorum* lati *dicerentur et ut res singularis extollerentur.*

y *Sic Rosweydus, licet vulgo :* Pendemus potius. *Ipse enim Vallarsius, quamquam hoc loco corrigere ausus non sit, testatur in omnibus codicibus a se visis legi :* Hæremus potius. *Quod paulo supra* S. Malchus *se* longo postliminio hæreditarium possessorem *dixit, sensu proprio intelligendum putat Rosweydus. Putem significare voluisse sanctum virum, se, quum postliminii jure hæreditatem adire vellet paternam, divino numine providente redditum fuisse quasi postliminii jure vitæ monasticæ.*

z *Jam semel et iterum diximus hoc flumen* Mygdonium *seu* Chaboram *esse.*

aa *Sic editi; a quibus discedendum non videtur, licet Vallarsius in tribus Mss. legerit :* Nam aëris loci illius intemperies præter pudicitiam nihil aliud *etc. et in uno* temperies. *De psalmis quos, ut paulo infra* F
refert, in monasterio dedicerat, adi Vitam S. Hilarionis supra pag. 54.

bb *Olim editi :* rursus ferus ille et implacabilis. *Rosweydus :* herus ille placabilis, *errore (ni fallor) typothetæ loco* implacabilis. *In omnibus Mss. legit Vallarsius* herus ille implacabilis.

cc *Sic editio Coloniensis et Vallarsius. Rosweydus :* Et nisi festinus brachio tenere mulierem præoccupassem; *cui lectioni quatuor apud Vallarsium suffragantur Mss. Alius ibidem :* Nisi festinus mulierem tenerem, brachio occuparem. *Non ausim damnare lectionem Rosweydi, suis et Vallarsii codicibus nixam, maxime quum Livius lib.* IV, *cap.* 50 *dixerit :* Legem de mulctarum æstimatione... ipsi præoccupaverunt ferre.

dd *Rosweydus habet* alterutrum, *cui duo apud Vallarsium Mss. consentiunt.*

ee *Æstimavit S. Hieronymus licitum esse sibi mortem inferre ad evadendum pudicitiæ periculum :* In persecutionibus, *inquit* (3), non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur.

(1) Notæ in kalendarium vetus, ap. Grævium, Antiquitates, tom. VIII, col. 113 et 114. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Comment. in Jonam, cap. 1, v. 12, ap. Migne, Patrologia, tom. XXIV, col. 1129.

A ff *Rosweydus legit :* Sanguinem tuum in sanguinem meum. *Bona forte lectio; hæc enim annotat Vallarsius :* « *Iterum duo codices,* sanguinem tuum in sanguinem meum; *alius,* sanguine tuo sanguinem meum; *quartus absolute habet :* sanguinem tuum, vel si mori, *etc.* »

gg « *Martianayus,* et enutrierat et perdiderat. Sic quoque me cogitante aspicio *etc. contra Mss. fidem, ut cætera bene essent.* » *Ita Vallarsius.*

hh *Editio Coloniensis, Martianayus, Vallarsius :* similitudinem. *Rosweydus :* sollicitudinem; *cui apud Vallarsium tres consentiunt Mss.; e quibus unus :* ubi est labor in medium.

ii *Editio Coloniensis, Rosweydus, Martianayus et Vallarsius habent :* non aspernatur. *Vallarsius tamen addit : Victor.,* audit causas : hortatur fugam. Peto silentium. Non aspernatur, et jugi susurro. *Rosweydus habet* susurrio, *quod ex versione Jobi cap.* 6, *ut apud veteres Patres legitur, vindicat.*

kk *Rosweydus,* promovemur; *Victor.,* provehimus; *editio Coloniensis, Martianayus et Vallarsius,* promovemus.

ll *Lectionem Rosweydi sequimur, qui eam ita propugnat :* « *Vetus editio :* Duos camelis sedentes; *Co-*
B *loniensis* duos camelis insidentes [*eamdem habent Martianayus et Vallarsius*]. *Sed lectio quam dedi est Ms. S. Floriani, et est locutio frequens mediæ ætati. Hieronymus ipse supra in Vita S. Hilarionis cap.* 9 : asinum sedens. *Ita ibi Mss. Ælius Spartianus in Hadriano :* Sederi equos in civitatibus non sivit. *Sic Marci cap.* 11 *de pullo asinæ :* Quem nemo adhuc sedit hominum. *Ita citat Ambrosius lib.* IX, *cap.* 22 *Lucæ initio. Vulgatus nunc,* super quem *etc. Idem lib.* IX *in Lucam :* Et ideo pullus sedetur asinæ. » *Alia exempla dabunt lexica. Sed de equitando tantum, active dicitur* sedere. Concite *loco* concitos *vidit in Mss. Vallarsius.*

mm *In duobus Mss. vestustioribus reperit Vallarsius,* fervore solis declinante.

nn *Sic Rosweydus. Editio Coloniensis, Martianayus aliique,* dominus vocat, patienter exspectat. *Sed notat Vallarsius* « *hæc* patienter exspectat, *perperam intrusa videri; certe, inquit, in nullo Ms. invenimus.* »

oo « *Vulgati libri* vecordiam, *renuentibus Mss. Deinde Victor.,* qui sunt qui hoc crederent, *etc.* » *Ita Vallarsius.*

pp *Vallarsius* potius *ex Mss., editi* tutius; *quod*
C *cum ipse Rosweydus habeat, nescio quid melius. Idem cense de* vecordiam, *quod apud Rosweydum quoque legitur.*

qq « Apprehensum mordicus catulum : *ita vetus editio, inquit Rosweydus, et Mss. Coloniensis editio :* apprehensos mordicus catulos. » *Quod veteres tradiderint* leænam primo fœtu parere quinque catulos ac per annos singulos uno minus; ab uno sterilescere, *hinc collegit Rosweydus S. Hieronymum forte indicare voluisse ultimum partum.* Matutina : *sic Rosweydus et omnes Mss. Vallarsii et quatuor Martianayi, qui tamen* mature *loco* matutina *scripsit. Editio Coloniensis utrumque vocabulum omittit. Plura in annotatis ad hunc locum refert Rosweydus exempla de defensa mirabiliter per bestias castitate.*

rr « *Unus Vaticanus :* sed spectamus diu; *tum omnes* figuramus *pro* figurabamus. » *Vallarsius.*

tt *Sic Rosweydus et unus Vaticanus. Editio Coloniensis Martianayus et Vallarsius* sublato ergo horrore; *non bona meo judicio lectio : paulo ante jam dixerat Hieronymus :* sublato ergo metu *et certe tam brevi spatio non bis idem dixisset in opusculo tanta cura elaborato. Sensus est :* Quum itaque hanc D quoque diem sub tali terrore exegissemus. *Unus Vaticanus habet : S*ub tali ergo custodia et illa transacta dies.

uu *De camelis dromedariis dictum in Vita S. Hilarionis.*

xx *Sunt enim ex genere eorum quæ vulgo dicimus* ruminants : *de quibus adi zoographos.*

yy « *Hæc, inquit Rosweydus, vera scriptio et lectio. Quidam editi addita interpretatione habent :* et nova sitarcia, id est annona, refocillati. » *Multa loca in quibus vox* sitarcia *occurrit dein adducit Rosweydus. Componitur e græcis* σιτος *et* ἀρκεω annonam sufficere. Id est annona *glossema quoque habet Vallarsius, optimus nixis codicibus.*

zz *In commentario de S. Hilarione diximus quot leucarum iter a camelos sedentibus intra diem peraatur, decem scilicet ad summum.*

aaa *In commentario prævio num.* 10 *diximus de his castris et passim de Sabiniano et universo itinere.*

bbb *Ita editi et bene. Vallarsius tamen :* « *Mss.* rei ordinem pandimus, indeque transmissi ad Sabinianum; *olim erat* Sabinum, *et penes Martianayum forte typothetarum errore* Sabianum. » *Diximus in Commentario prævio Sabinianum non fuisse* E ducem Mesopotamiæ (*erat enim Cassianus*), *sed magistrum militiæ.*

ccc *Centuriatores Magdeburgenses* (1) *et Baillet in Vita* S. Malchi *putarunt aliquandiu inter virgines collocatam fuisse hanc mulierem. Sed aliud omnino intendit S. Hieronymus. Adi Commentarium prævium, num.* 11.

ddd *Vide apud Rosweydum alia S. Hieronymi monita de consortio mulierum vitando.*

eee « *Varia, inquit Martianayus, hic retinent Mss. exemplaria. Petri Pithæi codex legit hoc modo :* Hæc mihi senex Malchus adolescenti retulit. Hæc ego vobis narro senex, castis historiam castitatis. Hæc expono e virginibus, virginitatem exhortor. Vos narrate posteris *etc. Cæteri codices Avenion. et Tolos. :* Hæc mihi senex Malchus adolescentulo *Hieronymo* retulit. Hæc ego vobis narravi senex, castis historiam castitatis exposui. Virginibus virginitatem custodire monstravi. Exhortor denique vos narrare posteris, ut *etc.* » *Addit Vallarsius :* « *Duo Mss.* Castis historiam castitatis expono, virginibus virginitatis. Vos narrate *etc. Quæ autem interseruntur,* Virgines virginitatem custodire exhortor *in uno tantum Ms. invenimus.* » F

fff *Ad finem subjicio crimina de quibus* S. Malchum *damnarunt Magdeburgenses :* Parentibus non præstitit obedientiam contra præceptum Dei : Honora patrem et matrem. Præceptis hominum et vita monastica frustra Deum coluit. Matt. 15. Interficere seipsum in animo habuit, contra mandatum Dei : Non occides. Matrimonium secundum doctrinam dæmoniorum (1 Tim. 4) contempsit. Furtum commisit contra Dei præceptum : Non furtum facias. *Hæc illi, consilia evangelica vertentes in scelera; sed legant S. Paulum, qui utique spiritum Domini habuit.* 1 Tim. v, 11. *Quod vero* S. Malchus *duos hircos occidit ut in itinere haberet unde vesceretur, quis culpet nisi qui statuat nemini licere ex injusta servitute effugere? Quod semet occidere in animo habuit, non defendo, nisi quod illo ævo hæc res tam aperta non erat. Quum enim inter vitam et pudicitiam eligendum videretur, multi arbitrabantur licitum sibi esse sponte vitam dimittere, ne, etiam absque sua culpa, polluerentur. Vide supra annotatum* ee.

(1) Centuria, IV, col. 1304.

A D

DE S. VIATORE,

LECTORE ET CONFESSORE

LUGDUNI IN GALLIA

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Antiquissimus S. Viatoris cultus; quo tempore vixerit; reliquiarum fata.

CIRCA ANNUM CCCXC. S. Viatoris *nomen Hieronymiano*

De S. Viatore, *gallice* saint Viôtre *seu* saint Viateur, *nobis brevibus esse licebit; cujus quippe gesta ita implexa sunt S. Justi episcopi Lugdunensis actis, ad diem* 2 *Septembris illustratis* (1), *ut, si quis dixerit ex ea conjunctione illius ortum esse cultum, a veritate non procul aberraturus videatur. Utut id est, quemadmodum antiquissimus est S. Justi cultus, ita remotissimis quoque temporibus exorsa est* S. Viatoris *veneratio : adeo ut credibile sit Lugdunenses sæculo* IV *exeunte, quum utriusque sancti corpus ex Ægypto in Gallias relatum est, cœpisse cœlitum honores utrique exhibere. Sane in multis Hieronymianis laterculis, ut S. Justi, sic* S. Viatoris *nomen comparet. In apographo vetustissimo Corbejensi* (2) *legitur ad hanc diem :* Lugduno Galliæ, Viatoris pueri discipuli sancti Justi episcopi : *quæ genuina videtur lectio. Reliqui fere codices jam mire luxati, jam breviati sunt quam maxime. Videlicet legitur in Lucensi* (3) : Lugduno Galliæ, Justi. Beati Viatoris pueri discipuli sancti Justi episcopi; *in Richenoviensi* (4) : Lugduno Galliæ, Justi et Beati Victoris; *in Augustano* (5) : Lugduno, Justi; *in Labbeano* (6) Lugduno, Justi et Viatoris; *in Gellonensi* (7) : Lugduno Justi, Viatoris; et demum. *In codice S. Germani Autissiodorensis sæculi* VII *aut* VIII (8) : Lugduni, Justi. *Contra optimum est auctarium, quod Floro adscripsit Papebrochius* (9) : Lugduni Galliæ natale B. Viatoris pueri et discipuli S. Justi episcopi.

B C

Martyrologio inscriptum aliaque adjuncta suadent ejus cultum exeunte sæculo IV *incepisse.*

2 *Quum itaque in tot Hieronymianis codicibus reperiantur* S. Viatoris *memoriæ aut saltem memoriarum vestigia; probanda non videtur Florentinii conjectura, qui, ut inter additamenta ad diem* 2 *septembris retulerat S. Justi laudationem, sic ad hanc diem* S. Viatoris *encomium vocavit* Gallici antiquarii additionem (10). *Neque eam probavit Sollerius* (11) *opinionem; quam forte in medium non attulisset Florentinius, si recogitasset ex S. Sidonio Apollinari et ex Collatione Lugdunensi anni* 499 *constare medio sæculo* V *eodemque exeunte celeberrimam jam fuisse apud Lugdunenses S. Justi festivitatem* (12), *adeoque pronum fuisse ut sæculo* IV *exeunte utriusque corporis venerabunda translatio initium exstiterit annuæ deinceps solemnitatis. Equidem S. Justi et* S. Viatoris *in Martyrologio Hieronymiano commemorationem genuinam esse æstimo, et utrumque Sanctum ex paucissimo eorum confessorum esse numero, quorum cultus in ecclesia latina ad exiens sæculum* IV *seu iniens* V *pertingat.*

Ejus in aliis Martyrologiis memoria.

3 *In posterioribus fastis sacris celebris permansit* S. Viatoris *memoria, quam Ado* (13) *his sistit verbis :* Et ipso die, transitus S. Viatoris lectoris, in eremo comitis S. Justi; *eademque forma, vocabulorum ordine vix diverso, utitur egregium Martyrologium Autissiodorense sæculi* XI (14). *Usuardus non multum absimilis :* Ipso die, sancti Viatoris, ministri beati Justi Lugdunensis episcopi. *Notkerus, qui, quemadmodum inter prætermissos ad diem* 20 *Octobris fuit monitum, uno die aberrat,* S. Viatoris transitum *mutavit in* translationem, *ita ut habeat* (15) : Item translatio beati Viatoris in eremo, comitis sancti Justi. *Pro more vitæ compendium dat Petrus de Natalibus* (16) : Viator confessor, *inquit,* ordinem lectoris tenuit et sancti Justi Lugdunensis episcopi comes fuit. Qui cum eodem episcopatum deserente navem conscendit et ad Ægyptum navigavit : atque ei in eremo sedule ministravit... Quo decedente et ipse post dies septem, prout ipsi sanctus Justus prædixerat, eum ad cælos secutus est. Nam et quievit in pace XII kalendas Novembris. Quorum amborum corpora a civibus Lugdunensibus exinde sublata ad eorum civitatem delata et in ecclesia sanctorum septem Machabæorum condigno cultu posita sunt IV nonas Septembris. *Maurolycus* (17) *addit annuntiationi Usuardi :* Apud eremum in Ægypto. *Baronius demum in Martyrologio Romano assumpsit Usuardi verba, nisi quod verbis* ipso die *substituit vocem* Lugduni. *Quæ ut demum claudam, in kalendario Breviarii Lugdunensis, quod omnium antiquissimum visum est Joanni de la Mure* (18), *legitur ad hanc diem :* Viatoris Conf. XI m. Virg. *Omitto* S. Viatoris *nomen ad diem* 14 *Octobris in auctario Usuardino Centulensi legi; id enim ibi tantum scribitur, quod eadem die transitus S. Justi notandus visus fuit.*

E F

Mortuus est die 21 *Octobris, septem diebus post S. Justum*

4 *Atque hic recurrit quæstio, quæ in commentario de S. Justo agitata jam fuit, quid nempe valeat apud Adonem* S. Viatoris transitus, *an secessus Lugduno in Ægyptum, an corporis relatio Lugdunum, an ad meliorem vitam profectio. Verumenimvero designari*

(1) Act. SS. tom. I Sept. pag. 365 et seqq. — (2) Spicilegium Dacherii, tom. II, pag. 20, edit. de la Barre. — (3) Florentinius, Martyrologium S. Hieronymi, pag. 929. — (4) Act. SS. post suppl. Junii, pag. 13. — (5) Ibid. pag. 22. — (6) Ibid. pag. 29. — (7) Spicilegium Dacherii, tom. II, pag. 35. — (8) Ap. Martene Thesaurus Anecdot., tom. III, col. 1561. — (9) Act. SS. tom. II Martii, Martyrol. Bedæ, pag. XXXV. — (10) Martyrol. S. Hieron., pag. 930. — (11) Martyrol. Usuardi, pag. 616. — (12) Cfr Act. SS. tom. I Sept., pag. 565. — (13) Martyrolog. Adonis, curis Georgii, pag. 559. — (14) Ap. Martene, Ampliss. Collect., tom. VI, col. 726. — (15) Ap. Canisium, Lectiones Antiq., tom. II, part. III, pag. 182. — (16) Catalogus SS. lib. IX, cap. 90. — (17) Martyrol. secund. morem Romanæ ecclesiæ, fol. 69. — (18) Hist. ecclés. du diocèse de Lyon, pag. 278 et 280. —

tum

A *ejus ad æterternitatem profectionem seu pium obitum manifestum habebit quisquis disquisitionem Stiltingi de S. Justi festivitatibus legerit* (1). *Luculente enim ostendit S. Justi mortem, qui etiam* transitus *dicitur ab Adone, contigisse die* 14 *Octobris, adventum corporis Lugdunum die* 4 *Augusti et ejusdem in ecclesia Machabæorum seu S. Justi depositionem die* 2 *Septembris. Quum itaque Ado uno loco per* transitum *intellexit* obitum, *altero loco eodem vocabulo idem sane significare voluit; maxime quum SS. Justo et* Viatori *eadem Acta communia sint. Deinde in utraque S. Justi Vita* (2) *mors* S. Viatoris *vocabulo* transitus *designatur. Demum adjuncta obitus* S. Viatoris *similia sunt illis mortis S. Laurentii; qui, quum tantopere optasset quam proxime S. Sixtum sequi, quarto die post obiit; ita ut* citus transitus sanctissimi juvenis Viatoris *plane conveniat cum dictis Petri de Natalibus, asserentis* S. Viatorem *septem diebus post S. Justi obitum eum ad cælos secutum esse.*

circa annum 399; *brevi post translata Lugdunum ejus ossa*

5 *S. Justum et proinde etiam* S. Viatorem *ad superos abivisse circa annum Christi* 390 *visum est Stiltingo* (3), *quoniam ille anno* 374 *concilio Valentino atque anno* 381 *synodo Aquilejensi interfuit, et, paulo post cum* S. Viatore *in Ægyptum profectus,*
B *aliquot tantum annos ibidem, vixisse videtur. Addit Stiltingus* (4) *verisimile esse translationem ossium utriusque Sancti contigisse paucis annis post eorum obitum et ante finem sæculi* IV. *De hac translatione ita Ado in Chronico* (5) : Cujus (*Justi*) ossa pio amore solliciti Lugdunenses ad urbem suam reportant : ossa quoque Viatoris sanctissimi comministri ipsius. *Utriusque ossa sepulta fuere in ecclesia suburbana Machabæorum, quæ dein S. Justi dicta est. Locus indicatur in epitaphio S. Justi, quod ex vetusto epitaphiorum codice prompsit Quercetanus et secundum eum Raynaudus et Stiltingus* (6). *Ultimi versus sunt hi :*

Plebis amore suæ patriam revocatus ad urbem,
Cum Viatore pio Christi tumulatur ad aram (*Justus*);
Ut quos pervigili vivens pietate nutrivit,
Continuis precibus foveat per secula natos.

anno 1287 *reconduntur in capsa et anno* 1562 *dissipantur.*

6 *Anno* 1287 *aperta sunt* S. Viatoris *aliorumque in crypta S. Justi tumulatorum Sanctorum sepulcra visitatæque reliquiæ; prout legitur in instrumento ejusdem anni, quod inter Acta S. Irenæi edidit Papebrochius* (7). *Hæc sunt verba :* Quoniam igitur, teste Scriptura, opera Dei revelare honorificum
C est, ne lucerna memoriæ Sanctorum diutius lateret sub modio, quæ ad promotionem fidei et ampliandam devotionem populi christiani potius erat super candelabrum ecclesiæ exaltanda, reserato tumulo sancti Justi ad manum prædicti domini archiepiscopi (*Viennensis, Guillielmi*), aliorum Sanctorum circa eumdem jacentium fecimus aperiri sepulcra, inventasque ibi sacrosanctas reliquias in capsis singulis ad hoc speciatim deputatis una cum sacrista et pluribus aliis ejusdem loci canonicis reposuimus et inclusimus sigillatim : de singulis tamen reliquiis seorsum in sacculis posuimus de voluntate capituli supradicti, ad ostendendum populis, cum fuerit opportunum : prædictorum autem Sanctorum nomina sunt ista. In primo tumulo reperimus corpus beati Arigii confessoris et Lugdunensis archiepiscopi et juxta ipsum in eodem tumulo corpus beati Viatoris confessoris et comitis sancti Justi, cum scriptis vel chartis antiquis, de iis facientibus expressam mentionem. Item in alio tumulo *etc. Relevata dein* S. Viatoris *aliorumque corpora et capsis ad hoc deputatis fideliter inclusa* (8). *Conservata fuere ibidem usque ad annum* 1562, *quo hæc ecclesia S. Justi funditus a Calvinianis, civitate potitis, eversa est et reliquiæ omnes, si paucissimæ excipiantur* (9), *dissipatæ fuere. Subjicimus Vitam qualemcumque, a Theophilo Raynaudo adornatam, quæ, siquid obscuri supersit, facile dabit illustrandi occasionem.*

AUCTORE V. D. B.

VITA S. VIATORIS

A Theophilo Raynaudo collecta a.

a

S. Viator, quem Ado juvenem sanctissimum *b* nominat, lector *c* fuit ecclesiæ Lugdunensis, quo tempore sedebat in ea S. Justus. Sancto autem pontifice, ut in Ægyptum abiret *d*, clam Turnone *e* digresso, comes eidem accessit S. Viator, factus illi obvius jam agenti Massiliæ et navem conscendere paranti *f*; quem sanctus senex peregrinationis solatium admisit et in Ægypto per annos aliquot, quibus ibi vixit, asseclam habuit : donec deducto
E ibidem ad extrema sancto pontifice, solutus in lacrymas et animo consternatus, Viator vicem suam deflere cœpit, illud rogans sanctum virum : Et cur me, domine, relinquis? responsum retulit his verbis conceptum, in S. Justi Actis apud Surium : Ne turberis, fili, tamquam solatio destitutus : non ita multo post me sequeris *g*. Possim et hic illud exclamare quod de non dissimili sancti pontificis Sixti ad suum ministrum B. Laurentium responso D. Augustinus *h* : « O consolatio! Non ait, noli mœrere, fili, salvus eris; sed noli mœrere, quod ego præcedo, tu sequeris; nec consecutio tua differetur. Accepit oraculum, vicit diabolum, pervenit ad triumphum. » Non ita multo post adjunctus est S. Justo, non peregrinationis aut exilii, sed beatitatis comes, nempe 21 Octobris *i*.

b *d* *e* *f* *g* *h* *i*

ANNOTATA.

a *Hanc Vitam inseruit Raynaudus Indiculo SS. Lugdunensium. Præluxit ei tantum Vita S. Justi posterior quæ est apud Surium ad diem* 2 *Septembris, Martyrologia Adonis et Usuardi, Equilini seu Petri de Natalibus Catalogus sanctorum et Martyrologium* F *Romanum. Caruit autem Vita antiquiori, edita a Stiltingo et tempore S. Antiochi episcopi Lugdunensis seu ineunte sæculo* V *conscripta, non multis post S. Justi mortem annis.*

b *In Martyrologio ad* 2 *Septembris.*

c *Sæculo* IV *grave erat lectorum in ecclesia officium; iis sæpe demandabatur cathechumenos instituere et alia id genus. In Vita antiquiore dicitur* (10) S. Viator egregiæ indolis puer, qui officium tunc in ecclesia lectoris gerebat. *Manifeste vox* puer *non significat hoc loco teneræ ætatis adolescentulum, sed* servum : *unde ab Usuardo et Martyrologo Romano* minister S. Justi *dicitur et a Bailleto* (11) domestique de saint Just; *maluissem vocabulum* esclave : *satis enim superque constat, Deum etiam sæculo* IV *res suæ ecclesiæ per ea quæ contemptibilia sunt mundi procurasse.*

(1) Act. SS. tom. I Sept., pag. 366 et 367. — (2) Ibid. pag. 373 et 375. — (3) Ibid. pag. 371 et 372. — (4) Ibid. pag. 372. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Ibid. loc. cit. — (7) Act. SS. tom. V Junii, pag. 345. — (8) Ibid. pag. 364, num. 29. — (9) Cfr de Colonia, Hist. litt. de Lyon, tom. II, pag. 135; de Lumina, Histoire de l'église de Lyon, pag. 379. — (10) Act. SS. tom. I Sept., pag. 373. — (11) Vies des Saints, Topographie, v° *Lyon.*

d *Sedem*

A d *Sedem suam reliquit S. Justus et in eremum se contulit, quod innocenter causa fuerat cædis cujusdam viri furiosi.*

e *Omittitur in antiquiori Vita nomen illius loci, de quo nulla sunt monumenta sæculo* IX *antiquiora* (1).

f *Hæc, ut reliqua, secundum Vitam recentiorem. In antiquiori hæc de* S. Viatore *leguntur* (2) : Illic solus beatissimum senem (*Justum*), latere cupientem, vestigiis insecutus est; ac jam inter Arelatem atque Massiliam supra littus maris posito et navim conscendere parato superveniens, non sine admiratione ei se obtulit : receptoque in solatium peregrinationis, heremum petens in Ægyptum navigavit. *Hæc eremus Scethica* (3); *de qua plura disputata fuere in tomo nostro superiori* (4).

g *In Vita antiquiori hæc ita narrantur* (5) : Ceterum cum aliquot annis in heremo angelis proximam vitam egisset *S. Justus*, et dignus adesset D finis tantis laboribus, regnum spondens cælorum; atque illis jam extremis sanctæ commigrantis animæ flens et consternatus mente Viator adstaret, dicens : Cui me, Domine, relinquas? respondisse dicitur, nec turbaretur, quasi destitutus solatio, quia breve se illo quoque sequeretur. Quam utique prophetiam ac revelationem cito transitu sanctissimi juvenis constat fuisse completam; *septem nempe diebus post, mortuo S. Justo die* 14 *Octobris*, S. Viatore *die* 21.

h *Tract.* XXVII *in Joannem* (6).

i *Aliqua dein addit Raynaudus de temporis spatio, quod inter S. Justi et* S. Viatoris *mortem effluxit. Ea resecanda visa, quum de hoc argumento in Commentario prævio alia docuerimus, Siltingi probationibus nixi.*

(1) Act. SS. tom. I Sept., pag. 376. — (2) Ibid. pag. 373. — (3) Ibid. pag. 374.—(4) Ibid, tom. VII Octobr.. pag. 59 et seqq. (5) Ibid. tom. I sept., pag. 375. — (6) Opp. tom. III, part. II, col. 507.

DE S. JUSTO

B E

ARCHIDIACONO CLAROMANTANO

V. D. B.

SYLLOGE.

Ejus ætas et cultus. Distinguendus a S. Justo episcopo Claromontano. Officium. Reliquiæ.

CIRCA FINEM SÆCULI IV. *Synopsis gestorum et memoria S.* Justi *in martyrologiis.*

Saussayus ad præsentem diem in Martyrologio suo Gallicano paucis complectitur quæ de S. Justo *archidiacono Claromontano innotuere :* Claromonte, *inquit*, Arvernorum, sancti Justi confessoris, qui (ut Gregorius Turonensis scribit) nomine et merito Justus, sancti Illidii archidiaconi cursu vitæ bonis operibus consummato, magistri tumulo meruit sociari. Cujus et nomen pridem sanctorum albo inscriptum, anniversariis sacris de more majorum hodie celebratur. Hujus pretiosos cineres Albertus, episcopus Arvernorum anno Domini 1511, dum sanctorum Illidii et Venerandi reliquias e terræ visceribus erueret, investigavit nec reperire potuit : forte quod cum sancti C Illidii pulvere permixti essent; quia ita proxime ei consepultus fuit, ut sicut in vita uno corde ac animo vixerant : sic post mortem uno eodemque loco (si non et loculo) ad communem quietem claderentur. *Hæc ille. Castellanus in Martyrologio universali hac die de eodem sancto viro brevior est et alii post eum martyrologi Galli, puta de Rochechouart in Martyrologio Ebroicensi et Lebœuf in Martyrologio Autissiodorensi.*

Ejus officium in diœcesi Claromontano.

2 *Verba S. Gregorii Turonensis leguntur capite* 40 *libri* I *Historiæ Francorum* (1), *et eadem fere repetuntur in codice antiquissimo Molsheimensi Vitarum Patrum capite* 2 (2). *Ex his itaque constat S.* Justum *vixisse usque ad sæculi* IV *finem, quum S. Illidius, ab anno fere* 337 *episcopus Claromontanus, diem obiisse tradatur* 5 *junii anni* 385 (3). *Archidiaconi Claromontani tunc grande munus; quum diœcesis caperet universam Arveniam partemque pagi Borboniensis, atque unus tantum illo ævo fungeretur in plerisque diœcesibus Galliæ officium archidiaconi* (4). *Constat hinc secundo S.* Justum *sepultum fuisse in basilica suburbana B. Mariæ inter Sanctos* (*Notre-Dame-d'entre-Saints*); *in qua sepultus est S. Illidius et quæ, post fata varia circa annum* 958 *in monasterium Benedictinum mutata, dicta fuit S. Illidii, vulgo* S. Allyre (5). *Anno* 1796 *tot aliarum ædium sacrarum sortem possa est, securim et malleum experta et funditus eversa* (6).

In monasterio S. Illidii aliquando duo SS. Justi sepulti.

3 *Aliquot abhinc sæculis duorum SS. Justorum corpora in hoc templo deposita fuere, nostri videlicet* S. Justi, *archidiaconi sæculo* IV, *et alterius S. Justi, episcopi Claromontani sæculo* VII; *de quo dixit Pinius noster ad ejus diem festum* 2 *septembris* (7). *Saltem usque ad medium sæculum* X *solus noster* S. Justus F *suam ibidem habebat sepulturam. Etenim in scriptione de sanctis ecclesiis et monasteriis Claromontii, quam Savaronus* (8) *edidit et quæ anno* 950 *certe antiquior est* (9), *legitur num.* 11 (10) : In ecclesia S. Illidii, altare S. Clementis, altare S. Mariæ, ubi S. Illidius, et S. Desideratus, et S. Gallus, et S. Avolus, et S. Justus, et S. Injuriosus et Scholastica in corpore requiescunt. *Quæ si conferas cum S. Gregorii Turonensis dictis de* archidiacono Justo magistri tumulo sociato, *evidens est agi de* S. Justo *nostro. Inferius num.* 14 *legitur* (11) : In ecclesia S. Cirici (*S. Cirgues; ad quam paræciam attinet vicus* Durtol) altare Sancti Cirici, ubi sanctus Abraham, et sanctus Justus, et sanctus Silvinus requiescunt. *Quæ si componantur cum Claromontanis catalogis, nemo* (*puto*) *dissentiet a Carolo Cointio* (12), *statuente hunc Justum episcopum illum esse, de quo modo. Verum posteu S. Justi episcopi cineres in*

(1) Edit. Ruinartii, col. 31. — (2) Act. SS. tom. I Junii, pag. 426, num. 9. — (3) Ibid pag. 423, Gonod, Chronologie des év. de Clermont, pag. 4. — (4) Cfr Guérard, Essai sur le système des divisions territoriales de la Gaule, pag. 87 et seqq. —(5) Cfr Act. SS. tom. I Junii, pag. 423. —(6) Gonod, pag. 5. — (7) Act. SS. tom. I Sept., pag. 439 et 440. — (8) Origines de Clairmont, pag. 341 et seqq. — (9) Ibid. pag. 341. — (10) Ibid. pag. 350.— (11) Ibid. pag. 354. — (12) Annal. eccles. Franc. ad an. 615, num. 30, tom. II, pag. 686 et 687.

S. Illidii

A *S. Illidii quoque templum illata sint oportet; quum Savaroni* (1) *ævo et deinceps sepulcrum illic cerneretur cum affixa tabula marmorea :*

IBI REQVIESCIT SANCTVS
IVSTVS ARVERNICÆ
VRBIS EPISCOPVS.

Plura de non confundendis ambobus Justis Claromontanis vide apud Pinium (2).

Adhuc sepultæ jacent S. Justi *reliquiæ.*

4 *Intra priorem partem mensis Decembris anni* 1511 *Arbertus, episcopus Claromontanus, et monachi S. Illidii multam posuerunt operam, ut Sanctorum corpora, quæ sub templi sui parvimento latebant, in lucem et majorem venerationem producerent. Detectæ SS. Galli, Præfecti, Illidii et Venerandi reliquiæ :* verum, *ut loquitur scriptor de S. Illidii corporis elevatione et translatione* (3), propter difficultatem quærendi corpus B. Nepotiani, confessoris et episcopi Claromontensis, quod in eadem capella (*S. Venerandi sub analogio*), sicut et multi alii sancti, sepultum fuisse noscitur, fuit ibidem dimissum. Et eadem ratione constat idem omissum de illo re et nomine Justo, archidiacono discipuloque beati Illidii, qui juxta sepulcrum ipsius sancti Illidii legitur fuisse sepultus. *Nihilominus, quamdiu id stetit monasterium, celebratum ibi* S. Justi *archidiaconi festum die* 21 *Octobris.*

AUCTORE V. D. B.

(1) Orig. de Clairm., pag. 331. — (2) Act. SS. tom. I Sept. pag. 439 et 440. — (3) Ibid. tom. I Junii, pag. 431.

DE S. URSULA

ET UNDECIM MILLIBUS SOCIARUM VIRGINUM ET MARTYRUM

B E

COLONIÆ AGRIPPINÆ

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

V. D. B.

§ I. Libertatis necessitas in conscribendo hoc commentario; dicendorum synopsis.

In illustrandis S. Ursulæ *et sociarum gestis requiritur jure merito magna libertas.*

Quum ad Acta SS. Ursulæ *et Sociarum illustranda accedo, non possum mecum non versare animo quam difficile negotium me maneat. Hinc stat quorumdam certa persuasio omnia quæ de Virginibus illis traduntur tuenda esse, nec per pietatem licere ab eis latum unguem discedere; illinc acris plurimorum censura, non impiorum tantum, verum etiam optime catholicorum. Speciminis gratia recitare placet verba cardinalis Baronii, hæc in Martyrologio Romano inter annotata ad diem* 21 *Octobris scribentis :* Accidit in his quidem, ut, deperdita vera germanaque earum virginum historia, quisquis (ut libuit) sive quæ C suo ingenio commentatus fuerit, sive quæ ab aliis levi quodam vulgi rumore accepit, scripturæ monumentis commendarit, non sine magno veritatis detrimento, CUM GRAVISSIMAM HISTORIAM COMMENTITIAM PÆNE REDDIDERINT. *Et quidem olim nonnulli, sed pauci admodum, in eam abierunt sententiam ut sibi statuendum videretur Ursulanos manipulos numquam in natura rerum exstitisse; verum tot et tam certa de iisdem circumferuntur documenta, ut ferreus ille haberi debeat qui his non moveatur : adeoque qui recentius de illarum historia pessime et absque ulla verecundia scripsere, ii ausi non sunt eo usque progredi ut Colonienses virgines fictitias esse dicerent. Ast eos inter, qui Ursulanum agonem reipsa accidisse affirmant, quanta in præcipuis adjunctis exponendis dissensio! Quanta in indicandis numeris varietas! Quanta in tempore statuendo discordia! Neque hæc inter exteros tantum, sed apud ipsos Colonienses observata sunt diversa judicia : immensum enim distant Rollewinckii et Fleieni, utriusque Coloniensis, narrationes de Ursulano martyrio ab his, quas Bebius et Crombachius, natione etiam Colonienses, ea propugnarunt contentione qua, pro aris et focis certandum est. In ipsis pulpitis publicis manifestata aliquando Coloniæ hæc diversitas in die festo* S. Ursulæ. *Crombachius* (1) *rem ita narrat :* Refert ecclesiasticus quidam, se superstite et præsente, eodem die tres pro concione ex eadem cathedra de S. Ursula ad populum verba fecisse; primus historiam veterem juncta Coloniensium traditione ac locorum vestigiis explicavit : alter, repudiata vetere historia, Galfredi narrationem collaudavit : tertius utramque ex dictis condemnavit, Hectorem vero Boëthium audiendum et approbandum esse pronuntiavit; qua re vehementer orthodoxorum animi fuerunt perturbati : quæ res ne manaret latius, et majorum traditio detrimentum pateretur, constat duos posteriores ecclesiastes commonitos, ut aut avitam narrationem, more patrum explicarent, vel, S. Ursulæ historia prorsus omissa, proferrent aliquid in medium ad mores conformandos, ne hæreticis justæ offensionis ansam porrigerent. *Quibus adde a R. D. Vill, parocho hodierno* S. Ursulæ, *in duplice libello, Gallico et Germanico, de templo* S. Ursulæ (2), *plures de Ursulano martyrio proponi sententias, quin ulli magis quam aliis videatur adhærere. Hæc et alia id genus siquis præ oculis habere voluerit, eam saltem nobis adhibebit indulgentiam, ut sensa nostra nos libere exponere patiatur, nedum cogat ut, quæ ipse forte absque ullo examine mente conceperit, vindicemus, defendamus.* F

2 *Ut autem ab initio cognoscat lector quæ de certamine illo menti nostræ insideat sententia, nil opportunius arbitramur quam ut paucis gesta et* *Breviter exponuntur*

(1) S. Ursula Vindicata, pag. 146. — (2) Guide dans l'Église de sainte Ursule à Cologne. — Wegweiser zur Kirche der H. Ursula in Köln, 1853.

AUCTORE V. D. B.

passionem S. Ursulæ *aliarumque virginum, ejus palmæ participum, concipiamus eaque hoc loco enarremus. Porro* S. Ursulam *et ejus socias domo Britannas fuisse vetus et constans est traditio; quam eatenus admittendam ducimus, ut non statuatur integrum agmen natione fuisse Britannum, sed partem tantum aliquam; reliquas vero ortu aut domicilio fuisse Colonienses. Quod forte patria continuo tentaretur a prædonibus Anglis et Saxonibus, qui nec bonis civium, nec hominum vitæ, nec virginum pudicitiæ parcerent, venerit beatum agmen in Germaniam II. Certissime resedit Coloniæ Agrippinæ, ubi pietatem aliquandiu coluit aliasque quæ Christi sponsas decent virtutes. Dum autem in hac palæstra se exercerent, sparsus est exeunte anno* 450 *rumor Hunnos, duce Attila, in Gallias velle perrumpere; quo factum fuit ut nonnulli Rheni accolæ Romam perrexerint, auxilium et robur ad Apostolorum limina quæsituri. Id quoque iter a* S. Ursula *et compluribus sociabus susceptum fuisse jam pridem traditum fuit, et verum habendum aut proximum vero. Ast, quum factæ essent reduces, appropinquabat jam cum suis copiis Attila, amicitiam initio fingens et benevolentiam. Verum, ubi prope Confluentes Rhenum attigit, omnem*
B *animi explicuit ferociam, speransque se terrore universas Gallias subacturum, exercitui in mandatis dedit ut complures civitates sus deque verteret; quæ quidem præcepta quam impie impleta fuerint diu testata sunt passim congesta rudera. Depopulabantur scilicet Attilæ milites agros, populos in ore gladii trucidabant, ipsos sacerdotes Domini perimebant ante altaria et urbes incendio delebant.*

quæ præsens commentarius complectetur.

5 *Verumtamen universarum Galliarum excidium, Aëtii aliorumque armis usus, avertit Deus, Hunnosque ultra Rhenum repedare coegit. Coloniam Agrippinæ, quod hæc civitas vallorum munitione et Rheni fluvio validissimum castrum haberetur, confugisse S. Pantalum, Augustæ Rauracorum episcopum, aliosque præsules volunt; sed hæc nil habent quod verisimile videatur aut aliquo fundamento historico nixum sit. Multo propius ad veritatem accedit multas virgines sperasse eadem intra mœnia pudicitiam suam tutiorem fore; multosque alios vitæ et bonis suis præsidium ibidem exspectasse : hæc enim communis tunc fuit providentia, ut ex S. Genovefæ, virginis Parisiensis, Vita facile colligitur. Sed frustra. Hunnorum, per Atrebates et Tungros, ultra Rhenum redeuntium petulantiam, barbariem et feritatem*
C *experti sunt Ubii; nec quisquam unquam dixerit quanta pertulerint mala. Tunc cæsi sacerdotes complures, multique ex populo; sed ut nullorum acerbior, sic etiam nullorum gloriosior fuit passio quam* S. Ursulæ (*quæcumque hæc demum fuerit*) *et innumerabilium virginum : quæ quum omnia potius subire paratæ essent tormenta quam virginitatis suæ detrimentum facere, sagittis tandem, quod genus armorum Hunnis proprium erat, transfixæ fuerunt, ut non tantum ex historiis passionum, verum etiam ex multis sagittis, quæ capitibus, pectoribus aliisque corporis membris infixæ repertæ fuerunt, quam manifestissime constat. Abeuntibus Hunnis, quum libere tandem respirare possent incolæ, collegerunt beatarum martyrum corpora, atque ea ratione eadem sepelierunt, quæ evidens indicium sit innumeros Colonienses incolas uno tempore morti succubuisse, eosque aliter habendos visos quam qui ordinario bello aut peste perierint : ita ut ipsius sepulturæ modus testimonium sit plura millia ibi condita fuisse martyrum. Non multo post in agro vicino, in quo iisdem quies data est, erecta est basilica, quæ exeunte sæculo* V *aut non diu post restaurata fuit a Clematio et* ecclesia Sanctarum Virginum *dicta fuit et quæ, ut plures basilicæ suburbanæ, jam hoc tempore monasterium fuit* D *a monialibus seu virginibus habitatum : quæ res sane valuit ad hujus martyrii memoriam servandam. Maximo numero pugiles fuisse constat ex antiquissimo Sermone in Natali et ex Wandelberto, vicini Prumiensis monasterii abbate, qui testatur numerosa trophæa, virgineis manipulis erecta, ad Rheni littora in Agrippinæ urbe fulgere, atque olim ab impio furore inclyta millia, ductricibus sanctis, mactata fuisse; item ex Wicfrido, Coloniensi episcopo, qui ineunte sæculo decimo multa bona illi asceterio contulit* propter reverentiam undecim millium sanctarum virginum inibi requiescentium : *quas quidem liquet non omnes fuisse virgines, quum sacerdotes aliique viri inter eas recenseantur; sed quod virgines triumphi sui splendore aliorum obscurantes claritatem, qui vel pro asserenda Christi divinitate, vel tuenda justitia aliisque virtutibus christianis, aut qui saltem cum pietate injustam mortem oppetierant, universo agmini virgineum suum indiderunt nomen. Atque hanc ego narrationem, monumentis potissimis et historiæ illius ævi consonam, omnino certam esse persuasum habeo. Re quidem vera ejus elementa omnia nuspiam simul conjuncta in veteribus documentis reperiuntur; sed quum aliquandiu per tra-*
E *ditionem oralem conservata fuissent, ea deinde scriptis recepta sunt; atque ita sparsim habentur, ut non difficilius simul componi posse videantur quam rupti musivi operis fragmina.*

§ II. Occasio Crombachii libri de S. Ursula; misera ejus fata.

Liber Crombachii de S. Ursula vindicata

Priusquam autem hæc explicemus et suis confirmemus testimoniis, dicendum videtur de famosissimo Crombachii opere, cui : S. Ursula vindicata *titulus brevior est; longior :* Vita et martyrium S. Ursulæ et sociarum undecim millium Virginum etc., ex antiquis monimentis bona fide descriptum, notabilibus argumentis, quibus historiæ fides satis solide fundari posse videatur confirmatum et in duos distinctum tomos, auctore Hermanno Crombach Societatis Jesu sacerdote, permissu superiorum. Coloniæ Agrippinæ sumptibus Hermanni Mylii Birchm. 1647. *Prior vero tomus inscribitur :* Vindiciæ Ursulanæ, seu tomus prior, quo primigenia historia SS. Ur- F sulæ et undecim millium virginum cum traditione Coloniensi contra adversarios asseritur, opera RR. PP. Philippi Bebii et Hermanni Crombach Societatis Jesu sacerdotum; *alter vero :* Tomus posterior Vitæ et martyrii SS. Ursulæ et Sociarum, *etc. ut in fronte totius operis. Juverit et singulorum undecim librorum, in quos totum opus dispescitur, indicasse argumenta :* Liber primus vindiciarum, quo antiquissima narratio martyrii juxta Coloniensium traditionem viginti fontibus illustratur et augetur. Liber secundus vindiciarum quo adversarii cum rationibus suis confutantur. Liber tertius. S. Ursulæ nativitas, educatio, sponsalia, congregatio et navigatio sodalitatis ejus e Britannia Coloniam. Liber quartus. Peregrinatio Romana sodalitatis Ursulanæ. Liber quintus. Martyrium S. Ursulæ et sodalium ejus. Liber sextus. Dona et virtutes sodalitatis Ursulanæ seu parthenopædia. Liber septimus. Sepultura, inventio et elevatio sodalitatis Ursulanæ cum duobus libris revelationum anonymi, notis illustratis. Liber octavus. Translationes Ursulanarum reliquiarum Colonia factæ in totum orbem : cum libro Revelationum

A Revelationum Ursulanarum S. Elisabethæ, notis illustrato. Liber nonus. Cultus S. Ursulæ et sodalium in loco martyrii et orbe toto. Liber decimus. De miraculis. Liber undecimus. Testimonia vitæ et martyrii sodalitatis Ursulanæ.

scriptus fuit ne per heterodoxorum aliquot cavillationes reliquiæ sanctarum virginum

5 *Scriptionis porro suæ originem et causam aperit Crombachius in Præfatione ad lectorem; in qua postquam de venerandis sanctorum reliquiis disputavit, his prosequitur :* Fusius de sanctarum reliquiarum excellentia et utilitate volui initio totius operis disputare, ut lectores pii intelligant, justo me perculsum metu manum ad scribendum martyrium Ursulanum admovisse, ne causa non unius tantum martyris, sed tot millium simul periclitetur : quando nostra primum ætate, duce Molinæo, Calviniani, toti sodalitati vitam ereptum eunt, quam negant unquam exstitisse : catholicorum vero scriptores gravissimi patrum memoria sic necis hujus occasionem cum crimine læsæ majestatis implicuerunt, ut causa martyrii si non everti, nutare certe videatur. In reliquis vero Christi fidelibus merito Colonienses conqueruntur, se per injuriam a quieta mille et quadringentorum annorum agri Ursulani possessione, (qui rivorum exu-
B berantium more cæsorum sanguine redundavit,) sine causa deturbari, vetustissimæ, et genuinæ historiæ, certis multorum populorum traditionibus stabilitæ, clarissimisque locorum variorum vestigiis confirmatæ, præponi mendacissimi (ut civem suum Britanni vocant) scriptoris inanem fabulam; et sensim adversariorum conatibus testatissima, quæ superant, apertæ veritatis monimenta obliterari, ut præcipuarum personarum sodalitatis Ursulanæ reliquiæ, quæ summa majorum religione jam a quingentis annis sunt honoratæ, in dubium revocentur, et tantum non ut suppositiæ, confictis a male feriatis hominibus, abjiciantur : ita subverentur merito Colonienses ne sancta et religiosa a majoribus accepta tot sanctorum corporum hæreditate spolientur : quibus ut divis suis tutelaribus debent obsidii non unam solutionem.

per universum orbem sparsæ contemptui haberentur, et imprimis ut Baronii placita,

6 Quod si Coloniensium sola res verteretur, damnum id quidem lugendum, particulare tamen censeretur : nunc vero sparsis orbe toto Sanctarum Virginum exuviis, agitur causa Germaniæ, Italiæ, Franciæ, Hispaniæ, Poloniæ et utriusque Indiæ, in quas scimus orbis regiones thesaurum illum non penetrasse tantum; sed etiam cultum hactenus
C Sanctarum Virginum quasi divarum tutelarium, et locorum præsidum religiosissime viguisse, ut nihil Coloniensibus circa venerationem sodalitatis Ursulanæ nationes pene orbis universæ concedere videantur. Quocirca si vacillare causa martyrii incipiat : cultus ille paulatim totius orbis consenescet, et ecclesiæ catholicæ nobilissima reliquiarum nominatarum pars eripietur. Quod eo magis formido, quo latius disseminatur studio quorundam fabulosissima, mendacissimaque de S. Ursula narratio, quam Calvini et Lutheri semper asseclæ, (ut catholicos convitiis appeterent) avide receperunt : catholici vero quidam, fontis inexplorata infectione, incautius hauserunt, et orbi propinarunt, adeo ut jam certa sinceræ veritatis indicia sic passim obterantur, ut, dum nondum erasa penitus sunt, nisi mature conatibus adversariorum occurratur, et ex iis, quæ superant, clara veritatis manifestæ in locis etiam acatholicorum documenta, traditiones variorum populorum, cum vetustisssima mille jam annorum S. Ursulæ historia stabiliantur, verendum sit, ne posteri erasis jam omnino fundamentis istis, martyrium sint in dubium vocaturi.

auctore V. D. B. *non minus exitialia, confutarentur.*

7 Movit me etiam rei ipsius indignitas, quod cum in Romani Breviarii propriis olim lectionibus (cum duplici ritu S. Ursulam universalis coleret Ecclesia) ita martyrium sit decantatum, sicut Basileenses, Argentoratenses, Colonienses et Rhenenses (quibus in locis aliquæ virgines Ursulanæ decesserunt), longa majorum accepta traditione, mira consensione referunt, et gravissimi scriptores a mille pluribusque annis idem martyrium memorarunt : quod ea modo narratio velut spuria rejiciatur : fabula vero ex autore, quem mendaciorum architectum catholici æque ac hæretici, recentiores et coævi ejus nominant : spretis omnibus sepulcralibus titulis, inscriptionibus, et monimentis, ac juratis septuaginta testibus repudiatis, velut unicum et solidum Ursulani martyrii fundamentum a doctissimis etiam viris approbetur; hinc merito cavillantur nos heterodoxi : et ansam arripiunt Vitas Sanctorum *lugendas* ficto a mendaciis vocabulo compellandi, quando Ursulani martyrii narratio niti unico creditur teste, qui civium ipsius, et hæreticorum et catholicorum, judicio quasi poetria Milesias tantum fabulas conflavit : cum supersit vera mille abhinc annis a S. Cuniberto, ut putatur, E
S. Ursulæ concinnata historia : vestigiis, et traditionibus locorum, ac titulis monimentorum conformis, divinis, humanisque testimoniis ducentis pluribusque roborata, quæ sine causa rejicitur. Quibus malis ut occurreretur quam citissime, Deo propitio, periculosæ plenum opus aleæ suscipere non dubitavi.

Minutius de Minutiis et maxime Philippus Bebius.

8 *Verumenimvero hæc non primus animo concepit Crombachius. Ut testis est Winheimius, eadem jam ante annum* 1605 *cogitarat Minutius de Minutiis :* Unum doleo, *inquit ille* (1), quod reverendissimum atque illustrissimum D. Minutium de Minutiis, archiepiscopum Jadirensem, summi pontificis secretarium, historicum nobilem, Coloniensibus fata eripuerint, siquidem de veritate Ursulanæ societatis Coloniæ passæ talem relationem, qualem docti numquam vidissent, ac omnes summopere admiraturi, promiserat : cæterum dum anno 1605 Colonia in Italiam præstantissimus hic vir rediret, mortuus Monachii apud serenissimum ac religiosissimum principem Bavariæ, ibidemque sepultus spem nostram fefellit. *Jacebat itaque id consilium, morte interceptum; sed paucis annis post id renovavit Philippus Bebius, cujus laudes dabit Hartz-* F
heim (2). *Hic anno* 1616 *scripsit nitidum explicatumque Specimen seu Ideam operis quo defensive, ut loquitur, potius quam offensive Ursulanam Coloniensem historiam vindicaret : quod Specimen Romam ad P. Joannem Lorinum, Antverpiam ad P. Heribertum Rosweydum, ad Chiffletium in Burgundiam et (ut conjicere fas est) ad alios in aliis provinciis degentes Societatis Jesu peritos viros misit. Proponebat quidem sibi Bebius omnes Coloniensium traditionum adversarios (prout fecit etiam Crombachius) confutare; verumtamen ante omnes debellandus erat Baronius, cujus narratio, notis ad Martyrologium Romanum inserta, doctissimis quibusque viris, non exteris tantum, verum etiam Coloniensibus, in dies magis magisque placebat : quæ ex Specimine seu Idea operis Ursulani constant; sed multo magis ex sequenti Bebii ad Rosweydum nostrum epistola, qua simul mores litterarii ineuntis sæculi* XVII *nonnihil innotescunt :*

cujus epistola hac de re re-

9 Reverende in Christo Pater. Pax Christi. Accepi hesterna die per Dnm Hermannum Mylium a

(1) Sacrarium Agrippinæ, pag. 105 et 106. — (2) Bibliotheca Coloniensis, vo *Phlippus Bebius.*

AUCTORE V. D. B. *citatur, refellere voluerunt Baronium.*

R. V^a salutem (pro qua gratias ago) una cum tacita accusatione «ob dilatam responsionem» aut etiam aculeata sugillatione per illam additionem : « Nisi forte in edenda S. Ursulæ historia occuparer. » Ego vero, R^de Pater, tantum abest ut eo usque rem deduxerim, ut jam per menses aliquot omnem omnino cogitationem de illa historia penitus abjecerim, variis aliis negotiis, tam privatis quam publicis, tam ordinariis quam extraordinariis, diversimode distractus, ac tantum non oppressus, in hac præsertim dubia ac prope deplorata valetudine, cujus ego non paucas mutationes hoc anno persensi : adeo ut a professione matheseos desistere opus fuerit, quamquam diu requiescere non licuerit; cum, patre studiorum præfecto ad collegii Confluentini gubernationem evocato, humeros antiquo atque molesto oneri subjicere debuerim. Eam ob rem facilius, uti spero, veniam de litterarum raritate a R. V^a consequar; quamvis (ut verum fatear) alia etiam causa fuerit non scribendi; prout etiam Patri Robæo, cum per Colonienses transiret, indicavi atque ut R. V^e indicaret flagitavi : scilicet quod viderem non parum gravari collegium talibus litteris, ultro citroque mittendis; in quibus sæpe
B parum rei est, ut me aliquando tot sumptuum in re tantilla puduerit. Itaque et R. P. Robæum rogaram ut R. V^am moneret, ne litteras, tales præsertim, postæ committeret, sed per bibliopolas aut alios amicos, pro re nata, transferendas curaret. Habeo enim adhuc omnes R. V^e litteras, quas singulari studio conservo; ita tamen ut collegium extraordinario sumptu gravari mea causa non optem. Ad sententiam meam quod attinet, communicavi eam cum viris multis, rerum nostratium (prout hic haberi possunt) valde peritis; quibus ea vehementer arridet, si modo scrupuli ac dubitationes, quæ in contrarium afferuntur, dissolvi possint. Sed video magnam invidiæ nubem ei imminere, qui historiam istam, ita jam pæne contrariis doctissimorum virorum opinionibus controversam, ex fundamentis ipsis pro rei veritate tractare cum aliqua libertate tentaverit. Quamobrem de magni cujusdam viri ac variorum principum consiliarii judicio ac consilio hoc ago ut (ad imitationem Hispanorum qui vindicias tutelares scripserunt pro S. Jacobo contra Baronium) academia nostra selectos quosdam e suo corpore designet, quibus ejus historiæ corrigendæ ac contra adversarios propu-
C gnandæ facultas totius universitatis nomine concedatur; atque ita historia divulgetur. Et vero eam in rem superiori anno circa diem 14 Octobris, cum mihi, tanquam facultatis artium decano, Quæstionum Quodlibeticarum tempore, oratio quæpiam habenda foret, hanc ipsam materiam mihi delegi ut ostenderem dignissimam esse historiam, in qua asserenda academici nostri omnes toto conatu atque unanimi sententia convenirent. Sed propter quandam præparationem ad actus doctorales, proximo triduo futuros, contra opinionem ac receptam consuetudinem evenit ut ad illam Quodlibeticarum Quæstionum panegyrim, quæ annis aliquot intermissa fuerat, pauciores convenirent. Interim qui adfuerunt D. Rector Magnificus, quatuor facultatum decani et alii plures, quorum interesset, ostenderunt sententiam atque consilium sibi non displicere. Nihilominus quia nec ipsi quicquam ulterius movent, et ego satis multis occupationibus pro meæ valitudinis ratione hoc tempore detineor, non urgeo admodum hujus negotii promotionem, sed illis, postquam consilium a me propositum est, executionem relinquo. Accepi eodem mense octobri D
responsionem P. Stephani Hiberni, Dilingani theologi, de qua alias fusius perscribam. Sed extremum R. V^am rogo, ut siquid edere velit de S. Ursula (in Sanctis Belgii) uti vel antiquam historiam, quæ paucis demptis aut sublatis continetur in Surio, sequi velit, aut certe rem totam nobiscum (qui Coloniæ agimus) aut cum aliis peritioribus conferat, ne fiant novissima pejora prioribus; et cum R. V^a sanctos honorare ac pietatem promovere exoptet, utriusque rei detrimentum magna cum multorum offensione incurrat. Hinc valeat, nostri memor. Coloniæ 8 martii anni 1618 R. V^e indignus in Christo servus Philippus Bebius.

Bebii labores declarantur.

10 *Quantumvis graves essent Rebii occupationes et infirma valetudo, perrexit tamen ea omnia quæ ad SS.* Ursulam *et socias pertineant conquirere, libros congregare et quæ in alterutram partem scripta aut disputata fuerant describere. Verum anno* 1622 (*annum* 1621 *habet Crombachius in Epistola dedicatoria*), *quo Coloniense collegium deflagravit, hæc omnia flammis absumpta sunt. Doluit maxime Bebius interitum antiquissimi textus Ms., in paucis quibusdam* (*maxime de Cyriaco et Hunnis*) *distantis ab eo textu qui a Surio relatus est. Atque hæc innotuere ex epistola quam idem Bebius die* 14 *Januarii anni* 1625 *ad P. Rosweydum dedit : in qua præterea significat S. Elisabethæ Revelationes veras sibi videri; et passas esse SS. Virgines sub Maximino ab Hunnis seu Gothis vel potius a Sunicis Rheni accolis; quamquam die* 27 *Maji anni* 1616 *ad eumdem Rosweydum scripserat :* De tempore videtur probabilius si ad Attilam referamus. *Dein describit universi quod animo conceperat operis argumentum : quod proxime ad id accedit quod in tomo priore S. Ursulæ vindicatæ legitur. Demum promittit se aliquanto post scriptionem missurum, qua adversarios confutet, suam stabiliat sententiam; atque hanc scriptionem etiam præ oculis habemus, eamque eruditam esse, compendiosam et nitidam fatemur libenter; sed hoc inficitur vitio, quod Revelationibus Schonaugiensibus fidem addiderit auctor. Lucubratio autem duas habet partes : alteram historicam, qua res non quidem nude narrantur, sed multis ex historia sacra et profana testimoniis vestiuntur; alteram polemicam, quæ tota fere contra Baronium est, seu si mavis contra Galfredum Asaphensem, quem martyrologus romanus ducem adhibuerat. Vicit apud Rosweydum ita Bebius ut in historiam ecclesiasti-* F
cam (1) *illius receptam viderit narrationem suam; sed præmisso monito quo intelligeret lector eam ab historiographo illo reliquis nequaquam præferri; et quidem in Vitis sanctorum perrexit Rosweydus sequi Baronium. Felicior apud suos fuit Bebius; adeoque scriptionis suæ pars historica edita fuit cum insigni laude* (*scilicet* ut veritas locum occuparet Galfredi fabularum) *inter Flores Sanctorum P. Ribadeneiræ, a P. Jacobo Canisio latine versos et anno* 1630 *Coloniæ primum excusos, et sæpius dein typis repetitos. Ad manum mihi est editio Coloniensis anni* 1741.

Bebio successit Crombachius; qui, adjutus a multis ex Societate Jesu viris,

11 *Numquam tamen implevit Bebius, quod animo conceperat, Specimen seu Ideam operis Ursulani; sed eidem ad finem vitæ allaboravit, ut maxime videre est in supplemento Crombachii* (2). *Hanc itaque perficiendum spartam, quum die* 16 *februarii* (*Crombachius habet* 17 *februarii*) *anni* 1637 *vita functus est, reliquit amico et filio spirituali, eidem Crombachio; quem ex aliqua ejus ad Bollandum nostrum epistola intellexi anno sequenti jam omnino occupatum fuisse in enodandis quas Ursulana habet historia difficultatibus*

(1) Kerckelyke historie van Nederlandt, pag. 12 et seqq. —

(2) Hartzheim, Bibliotheca Coloniensis, v° *Jacobus Canisius.*

A *difficultatibus : qua in palæstra novem adhuc deinde posuit annos; adeoque, si Bebii labores computes* (*qui profecto computandi sunt*), *duo sibi invicem succedentes viri plus quam triginta annos in vindicandis Coloniensibus de* S. Ursula *et sociabus traditionibus desudarunt. Neque eis defuerunt auxilia; audi scilicet Crombachium in Præfatione ad lectorem :* Locus etiam admonet me, ut bene meritos hac de historia non præteream. Post Philippum Bebium, (cui jure defero primas, ob viam mihi patefactam et indicatos quosdam e præcipuis et purioribus fontibus, confutatosque luculenter multos adversarios : non enim sine tali duce tam horridam silvam primus subiissem), Joannes Grothaus collega tabulis geographicis accurate juxta temporis illius et veterem locorum, populorumque appellationem digestis, illustravit SS. Virginum patrias, navigationem, et Romanam peregrinationem. Joannes Bollandus permulta, quæ pro martyrio S. Ursulæ defendendo pridem ipse collegerat, digesseratque, virginum quatuor circa Basileam denatarum historiam, calendarium Ursulanum inchoatum, et id genus alia submisit liberaliter, cum Belgico cultu Sanctarum Virginum. Simili opera et

B laude e Bavariæ, Sueviæ, finitimorumque locorum monasteriis, bibliothecis, sacrariis plurima Jacobus Gretzerus noster, præsertim e Zuifaltensi Benedictinæ familiæ cœnobio, opera Joannis Rieberæ loci professi collegit, et Philippo Bebio misit ad vindicias stabiliendas.

atque etiam exteris, **12** Multum etiam debeo Petro Liphausen Carthusiæ Coloniensis bibliothecario : selegit is varia ex editis et ineditis instructissimæ bibliothecæ libris : præsertim quæ de S. Brunonis ascetarum cultus Ursulani propagatione refero : decessit religiosissimus meique amantissimus pater anno 1644 festo S. Stephani, ut in vita, sic in morte ob vitæ integritatem hilaris. Franciscus a Wartenberg, S. R. I. princeps et episcopus Osnabrugensis, Mindensis, Verdensis etc. pro singulari in sanctas has virgines cultu, quem instar S. Cuniberti, sacris anniversariis in ara principe factitatis, cum degit Coloniæ, testari consuevit, mihi indicem Ursulanarum reliquiarum Osnabrugensium et elevationem S. Permerii, ac de hoc ipso episcopo Cremonensi ex Italia accepta clementissime transmisit : sæpius me ad operis editionem maturiorem cohortatus. Philippus Rovenius, archiepiscopus Philippensis,

C vicarius apostolicus, vitam S. Cuneræ, sicut in loculo reperit descriptam, et miracula nonnulla recentiora magna humanitatis significatione procuravit. Illustre collegium Ursulanum præter alia complura, quæ servire possent, prompte oblata, pontificum quorundam Coloniensium diplomata, subscriptionesque : similes alias Ægidius Gelenius rerum sacrarum Agrippinensium solertissimus indagator subministrarunt. Collegium verò Cæcilianum, et ipsa inprimis antistita nobili gemma, libro inquam secundo anonymi, totum hoc opus exornavit.

omnis gradus et patriæ, **13** Præterea prælati duo Benedictinæ familiæ Tuitiensis et Schonaugiensis, item Joannes a Blanckenberg Cistertiensis ordinis Veterismontis, commendatores S. Joannis Coloniensis et Argentoratensis, patres etiam S. Francisci Strictioris Observantiæ, Carmelitæ, Discalceati, et alii nonnulla suggesserunt. Adhæc Joannes a Crane, S. Cæsareæ Majestatis legatus pacificus, Osnabrugi multa vetustatis monimenta e monasteriorum et ecclesiarum Mss. codicibus, sacrariis et bibliothecis eruit; idem e Livio, Verrinis Ciceronis et aliis profanis autoribus collegit erudita pro regibus Siciliæ et Alpino transitu stabiliendo; quædam horum suis inserentur locis. Denique Gualterus Muntbrot noster Lusitanica; Valentinus Mangionius Italica; Petrus Catzræus Remensia et Burgundica suppeditarunt. Franciscus Lahier egregiam navavit operam in antiquorum Breviariorum, Britannicorum, Francicorum, Belgicorum et Germanicorum lectionibus, hymnis, antiphonis congruenter traditioni Coloniensi colligendis, quibus omnibus, uti debere me plurimum ingenue fateor, ita pro solutione debiti vades sisto tot millia virginum, quæ solent clientes suos in vita et morte singularibus prosequi favoribus.

AUCTORE V. D. B

opus condidit, in quo passim desideratur judicium,

14 *Verumenimvero tot adjutorum opitulationis, immanis tot annorum laboris, incredibilis prope eruditionis historicæ, juridicæ, theologicæ, sacræ, profanæ, quis demum fructus? Coloniensibus plerisque librum placuisse non dubito; auctorem sibi visum esse causam vicisse certum est; viginti et unum annis lectum fuisse volumen quin ullis adversariorum telis publice impeteretur narrat ipse Crombachius* (1). *Qua tamen in re eum falli arbitror. Dum enim anno* 1647 *ejus prodiret liber, versabatur Monasterii in Westphalia operis adjutor, Joannes a Crane, vir olim protestans, tunc autem et deinceps probe catholicus, atque egregie erga* S. Ursulam *ejusque socias affectus; versabatur ibidem Joannes Rudolphus Wetstenius, Basileensis burgimagister : ille nomine cæsaris cum reliquorum principum legatis de pacis Westphalicæ conditionibus agens* (2), *hic procurans ut deinceps agnosceretur confœderatio Helvetica plane ab imperio Germanico immunis* (3). *Actum inter utrumque de Crombachii opere; unde contigit ut Wetstenii filius, patri omnino cognomen et in re antiquaria nequaquam hospes,* Dissertationem de Ursula et IX millibus virginum (*sic eam vocat Shœfflinus* (4)) *scripserit. Satis laudat hanc lucubrationem Niceron* (5); *verumtamen Schœpflinus, qui eam adhibuit, nil singulare aut quod in multis libris ante non legeretur hinc protulit. Certe non effecit Wetstenius ut deferbuerit Cranii ardor in promovendo* S. Ursulæ *cultu, quemadmodum ex eximiis testimoniis inferius constabit; et vix quidem rumorem ullum excitavit Dissertatio, quam quippe* F *ignorarit ipse Crombachius. Cæterum, quantum judicare possum ex locis quæ mihi apud Schœpflinum occurrerunt (frustra enim ipsum opusculum anquisivi), in hoc videtur positus fuisse Wetstenii scopus ut Attilano bello Colonienses virgines cæsæ haberentur. Hanc quoque viam calcavit Bucherius noster, vir admirandæ sagacitatis, in opere suo, quod anno* 1655 *Leodii prodiit, fundamenta Crombachii destruens et Ursulanum agmen ab Attila cæsum fuisse narrans* (6). *Verum quum hæc majori libro inspersa essent, nec solo operis titulo inesse indicarentur, potuere facile Crombachium præterire. Ast aliter accidit, dum alter Societatis nostræ presbyter, vir quoque singulariter eruditus et in rebus historicis versatissimus, Michaël scilicet Alfordus, qui et Griffith, ea compendiose scripsit et in lucem dedit, quibus universa Crombachiana machina subverteretur. Porro Annalium ecclesiæ Britannicæ* (*quod Alfordi*

E

(1) Auctarium sive liber duodecimus S. Ursulæ Vindicatæ, in dedic. pag. 1. (2) Cfr Bougeant, Hist. des guerres et du traité de Westphalie, tom. III, pag. 643. — (3) Biographie universelle, v° *Wetstein, Jean Rudolphe I*er. — (4) Alsatia illustrata, tom. I, pag. 50 et alibi. — (5) Mémoires pour servir à l'histoire des hommes illustres, tom. II, pag. 143 et 144. — (6) Cfr Belgium Romanum, pag. 512.

opus

AUCTORE V. D. B.

cpus est, volumen primum censoribus probatum est anno 1655, *typis excusum anno* 1665, *publici juris cum reliquis voluminibus factum anno* 1668 *seu sequenti. Continuo Crombachius* clypeum *quod vocat* veritatis *huic inexpectato telo objecit et, absoluto auctario seu libro duodecimo* S. Ursulæ vindicatæ, *novam victoriam cecinit. Sed hæc omnia vana et statim vento sublata; quin etiam timorem injecerunt Papebrochio* (1) ne quam causam tuendam suscepit Crombachius, difficiliorem longe reddiderit. *Quod Papebrochii judicium placuit ipsis Coloniensibus doctioribus viris, ut mihi testis est Henricus Cuperus, Societatis nostræ presbyter, singulari prudentia et pietate præstans* (2). *Die enim* 31 *Augusti anni* 1696 *Colonia ad Papebrochium nostrum dedit literas in hunc modum :* De iis quæ scripsit R^a V^a circa historiam S. Ursulæ in Propylæo et Paralipomenis hoc sentiunt eruditiores Coloniæ, quod cum fundamento nihil habeant, quod ipsis opponi possit. Neque enim de hac historia aliud scitur hic quam quod P. Crumbach piæ memoriæ in suo opere sine historica crisi, credulus magis quam accuratus explorator veritatis, collegit, et sine discrimine quidquid vel legit vel audivit promiscue in suum
B illud volumen comportavit. *Et die* 14 *Septembris hæc alia addidit :* Nomina eorum qui non habent quod carpere possint ac velint in historia S. Ursulæ, a RR. VV. examinata et discussa, non attinet scribere, quum nullus pene eruditorum in hac urbe sit, cui illa historia verisimilis videatur, uti a P. Crombach in chartas conjecta est.

quod critices regulas nullas noverit.

15 *Neque fieri poterat ut hanc sortem non haberet* S. Ursula vindicata. *Quum enim id judicium defuisset Bebio et Crombachio, quo de scriptorum ætate, indole et sinceritate recta fiat æstimatio; quum ex Revelationibus historiam repeti posse crederent (quod quam incaute fiat sæpe ostenderunt decessores nostri, quorum hac de re dicta accurate collegit Eusebius Amort* (3);) *quumque insuper non eo essent loco positi ut eam haberent animi libertatem, sine qua veritas historica frustra indagatur; non poterant non induci in errores qui continuo palam fierent, quum ars critica prodiret e cunabulis. Ne culpemus tamen, ut recte suadet Papebrochius* (4), *Hermanni Crombachii, viri omnino optimi et quoad vixit hagiographo illi amicissimi, zelum; laudemus etiam cum Hartzheimio* (5) *Crombachii laboris studium et singularem pietatem, qua nonnumquam,*
C *cælesti consolatione perfusus, illacrymaretur, quum in colloquiis de* S. Ursula *et sociabus totus efferveseeret : hæc apud Deum et homines suas habent laudes, quin obstent ne de mole* S. Ursulæ vindicatæ *eam feramus sententiam, quam de aliis qui adhibuerunt Revelationes Schonaugienses aliasque in illustrandis Coloniensium virginum gestis pronuntiavit Baronius* (6), *scilicet eo genere scriptorum* gravissimam historiam commentitiam pæne redditam fuisse.

§ III. De antiquissimo Sermone in Natali sanctarum undecim mille virginum.

*Sermo in Natali undecim millium virginum, antiquissim

A *tiam alluditur; alterum* chronographos asserere septem annis et dimidio, decem (*immo* XXV) insuper diebus sedem vacasse. *Re quidem vera laudatur Marcellinus quod constantiam resumpserit et refertur diutina post ejus obitum cathedræ romanæ vacatio in ea Libri Pontificalis parte, quæ anno* 550, *Felice IV rita functo, conscripta videtur* (1); *verum hanc ante Bedæ tempora publici juris fuisse factam et maxime in Germaniæ partibus fuisse cognitam nemo unus dixerit* (2). *Verumtamen negandum non videtur ante Normannorum irruptiones adeoque aliquanto ante medium sæculum* IX *Sermonem scriptum esse, quum in eo num.* 9 *de Batavis legantur sequentia :* Apud quos pleraque loca sanctis his cernuntur honorata simul et illustrata reliquiis; *quod ab anno* 854 *et certe ante medium sæculum* IX *per Normannorum adventum cessavit, unius deinceps S. Cuneræ memoria superstite. Tota enim tunc insula Batavica sus deque a barbaris versa est* (3). *Quibus accedit scriptum fuisse Sermonem, quum Rhenus duo adhuc sua cornua haberet et insulam Batavicam cingeret; quod desiit per inundationem* (4), *quæ anno* 839 (*alii habent alium sæculi* IX *annum*) *immensa universæ Hollandiæ damna attulit, altero cornu seu alveo obstructo. Neque negli-*
B *gendum tertium argumentum. Scriptus est scilicet sermo, quum* S. Pinnosa *præcipua adhuc haberetur Coloniensium virginum et nondum principem locum occuparet* S. Ursula; *porro in Calendario Assindiensi, inter annum* 889 *et* 891 *scripto,* S. Ursula *jam in fronte pii agminis cernitur et quarto tantum loco* S. Pinnosa : *antiquior itaque Sermo in Natali. Quæ confirmantur sequentibus ex Sermone excerptis verbis :* Nam cur cælestis hujus exercitus a principio gesta simul et prælia non scriberentur, ut hic demum purius et lucidius ad aures posteritatis transmitterentur, quotus in omne gente mirari debeat, cum causam hujus negligentiæ, communis pene omnium populorum afflictio per barbaros, his maxime regionibus debacchantes, inflicta perdoceat? *Quæ quum ob præmissa ad exiens sæculum* IX, *quo primum Colonia a Normannis tentata est, referri nequeant, et cæterum similis dicendi modus ad vetera tempora respiciat, hinc quoque patet quanta sit hujus Sermonis antiquitas. Quæ si recolligamus scriptus fuerit oportet hic sermo inter annum* 751, *quo Beda Historiam suam edidit, et* 854 *quo Batavica insula Normannorum rabiem experiri cæpit.*

plura in eo observatu digna.

C 18 *Multa ex hoc Sermone discere licet : primum, nullam antea scriptam fuisse* SS. Ursulæ *et Sociarum Passionem, prout paulo supra relata verba indicant; secundum, præter earum martyrium nil certo fuisse cognitum; hinc num.* 2 *hæc leguntur :* Earum conversatio vel media nobis nota non est; *num.* 4 : Gradus autem et profectuum ordines quibus ad hanc arcem (*cælum*), de virtute in virtutem ascendendo, pervenerant, secreto quo voluit (*Deus*) a nobis nunc usque celavit; *tertium, non convenisse Colonienses inter se de illarum Virginum origine, siquidem num.* 7 *dicatur alios voluisse eas venisse ex Oriente, sive quod sociæ destinarentur martyribus Thebæis, sive quod orationis gratia pro more pie peregrinantiam Coloniam accessissent; alios contendisse eas venisse in has oras ex Britannia, hinc in Orientem profecturas ut ibidem martyrii palmam assequerentur; quartum, creditum fuisse eas passas sub Maximiano et Diocletiano; quintum, scriptorem fuisse Coloniensem, quum num.* 5 *Colonienses* nostrates *appellet; et sextum demum, ei tamen, etsi Passione Ursulana* Regnante Domino *multo antiquior sit, scribere non licuisse nisi* per opinionis conjecturam, *ut num.* 3 *iterum monet. Atque hinc colligo scriptorem bonæ fidei hic nobis esse obvium; et dein ea, quæ postea tam affirmanter in Passione* Regnante Domino *narrata sunt, exiguæ auctoritatis esse. Clauditur hoc sermone antiquissima inscriptio de restaurato Sanctarum Virginum templo; quam alibi sæculo circiter* V *exeunte verisimilius positam fuisse dicemus, et ex qua constare videtur jam tum ibidem exstitisse puellare monasterium.*

AUCTORI. V. D. E.

§ IV. De ætate et auctoritate Passionis, cujus initium : Regnante Domino.

Ex Sermone in natali intelligitur Passionem Regnante Domino E

Sed *nonnulla propius de Sermone in Natali consideranda sunt. Quum ex eo pateat* S. Ursulæ *et Sociarum martyrium literis non fuisse traditum brevi postquam illud acciderit tempore, consequens est ut non recte senserit Baronius* (5) *fuisse* deperditam veram germanamque earum virginum historiam; *quæ quippe numquam exstiterit. Liquet quoque ex hoc Sermone quales tunc temporis opiniones, quæ nunc singularissimæ haberentur, de iisdem martyribus circumferrentur; præterea tunc maxime laudabatur* S. Vinnosa *seu* Pinnosa, *non autem* S. Ursula. *Legitur insuper in illo Sermone sequens canon historicus :* Plurima (*loquitur generatim de re historica*) per opinionis conjecturam probantur esse conscripta : quibus tamen nulla umquam auctoritas refragata est. Mendacii namque notam recte nequaquam incurrit, qui veritatis indagini ex majorum horumque admodum religiosorum traditione convenientissimoque rationis judicio, sedulus cautusque, quantum ad se, librator insistit : *atque hanc legem, quæ quidem ad mendacii crimen avertendum valet, sed ad lectorem (si reticeantur conjecturarum fundamenta) rite instituendum parum prodest, in omnibus dein, quæ exortæ sunt,* S. Ursulæ *Passionibus observatam fuisse planum et certum est.*

non posse habere auctoritatem, quam ei tribuit Crombachius. F

20 *Atque id imprimis verum esse de Passione* Regnante Domino, *omnium antiquissima, quam Surius et Crombachius ediderunt, nemo cui solius veritatis amor cordi est denegabit. Sane, quum medio sæculo* XVII *eam novis typis iterum excudendam curavit Crombachius, miris eam laudibus extulit.* Primigeniam *eam dixit* (6), genuinam, veram, germanam, nullis erroribus inquinatam, vivis et nativis coloribus suis absque fuco et fallaciis picturatam, *et alia id genus. Verum quo hæc omnia probat modo? Nullo omnino, nisi quod omnia quæ hac Passione clauduntur vera habet, quamquam passim cum Sermone in Natali, qui certissime antiquior est, nequaquam conveniant.*

Nullum plane argumentum exstat propter quod S. Cunibertus ejus auctor haberetur.

21 *Ut tamen aliquam suis dictis auctoritatem addat, asserit eam Passionem a vetustate commendari.* Jam enim, *inquit* (7), ante quingentos annos orbe toto celebrata : quater vel quinquies a S. Elisabetha (*Schonaugiensi, in diœcesi Trevirensi, quæ anno* 1165 *obiit*) nomine *Passionis S. Ursulæ* laudatur : eodem sæculo anonymus (*B. Hermannus Steinfeldensis*) vocat eam antiquam passionem : uterque ad eam velut pharum scriptionem suam dirigit : eamdem explicat et confirmat. Eadem

(1) Origines de l'Église romaine, pag. 192 et seqq.—(2) Ibid. pag. 321 et seqq. — (3) Cfr Annales Xantenses, ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. II, pag. 226 et seqq. — (4) Ibid. pag. 226. — (5) Martyrol. Roman. ad 21 Octobris, not. b. — (6) S. Ursula Vindicata, pag. 19. — (7) Ibid. loc. cit.

longe

AUCTORE V. D. B.

longe ante quingentos annos in ecclesiis die natali ejus solebat lectitari, ut vetustissima metropolitanæ Coloniensis ecclesiæ lectionaria et breviaria sexcentis, quædam etiam, ut arbitror, octingentis annis antiquiora demonstrant : quam ideo Molanus *primariam* S. Ursulæ *historiam* nominat et compendio brevi Sigebertus contexuit. Auxit eamdem illustrioribus adjunctis Vincentius Belluacensis, S. Antoninus, Petrus Equilinus, Philippus Bergomensis et Bonfinius : e quibus postea S. R. Ecclesia lectiones proprias Ursulanas anno 1550 delibatas inseruit Breviario Romano, tunc cum adhuc festo duplici undecim millium virginum natalis orbe toto celebraretur... Imo circa annum 700, cum S. Cunera in Batavia et Aurelia Argentorati, sodales duæ S. Ursulæ, miraculis inclarescerent et a S. Willebrordo Res gestæ S. Cuneræ publicarentur, prius videtur Ursulanum Martyrium emanasse, præcone S. Cuniberto, *scilicet circa annum* 644. *Ut itaque Crombachius hanc Passionem S. Cuniberto adscribat, invocat Res gestas S. Cuneræ, in quibus adjuncta aliquot reperire est quæ in Passione* S. Ursulæ *similiter occurrunt; verum nedum S. Cuneræ Res gestæ S. Willebrordo auctori tribui possint, scriptio satis*
B *recens est et plane fabulosa. Breviaria Coloniensia, quæ octingentis annis antiquiora arbitratur Crombachius, parum curanda sunt; quum secus oporteret ut hæc scripta esset sæculo nono, quo id genus librorum nondum exsisteret : cæterum vir ille rei palæographicæ plane ignarus erat, neque scientia illa ejus ævo ullas certas habebat leges. Reliqua testimonia id solum efficiunt ut hæc Passio conscripta sit ante sæculi* XI *finem; quod unice tenendum est.*

Scripta fuit ante annum 1100, *ut ex Sigeberto, qui ejus synopsim dedit, constat;*

22 *Etenim Sigebertus Gemblacensis, priusquam inter annum* 1100 *et* 1111 *Chronicum suum secundis curis recognosceret* (1), *ad annum* 435, *ubi Attilæ expeditionem gallicanam narrat, codici suo schedulam assuerat et signum posuerat in textu, ad quod quæ in schedula de* S. Ursula *scripta erant referrentur. Exstat etiamnum codex ille autographus in bibliotheca regia Bruxellensi, sed deperdita est schedula, solo signo, acus foraminibus et fili reliquiis superstitibus. Miræus vidit adhuc schedulam; videre quoque librarii omnes, qui Sigeberti chronicum descripsere* (2); *quos inter quum ille sit, qui codicem* 3 *S. Pauli Virdunensis num.* 36 *non secundam posteriorem Sigeberti editionem, sed secundum priorem descripsit, hinc certum fit id additamentum prioris*
C *editionis esse. Ex Sigibertino porro compendio placet brevem Ursulanæ historiæ synopsim huc transferre, ut paucis habeat lector quæ in antiqua illa leguntur Passione. Ait itaque Sigebertus :* Omnibus bellis famosius fuit bellum, quod candidatus undecim millium virginum exercitus bellavit duce S. Ursula, quæ filia fuit unica Nothi, nobilissimi Britannorum principis. Cum nondum nubilis a filio cujusdam ferissimi tyranni ad nuptias expeteretur, et patrem suum super hoc anxiari videret, qui Deum timebat, si filiam Deo jam devotam nubere cogeret, et tyrannum metuebat, si ei filiam denegaret, divinitus inspirata, nutanti patri suasit, ut tyranno assentiretur, ea tamen illi posita conditione, ut ipse et tyrannus decem virgines, forma, genere et ætate electas, sibi traderent, et tam sibi, quam singulis earum mille virgines subscriberent, et comparatis ad numerum earum undecim trieribus, inducias triennii sibi darent ad exercitium virginitatis suæ : novo usa consilio, ut aut difficultate propositæ conditionis animum ejus a se averteret, aut hac opportunitate coævas suas secum Deo dicaret; et ex hoc condicto virginibus, trieribus et sumtibus comparatis, per triennium belli præludia cunctis mirantibus peregerunt. Tandem sub uno die, agente vento, ad portum Galliæ, qui Ticla dicitur, et inde Coloniam appulsæ sunt, ibique ex Angeli monitu Romam tendentes, ad urbem Basileam navibus, a Basilea Romam usque pedibus profectæ, eodem eundi tenore Coloniam sunt reversæ, ab Hunnis undique obsessam : a quibus cunctæ martyrizatæ, novo et mirabili modo triumpharunt, et Coloniam sanguine suo clariorem reddiderunt. D

sed post annum 900, *ut colligitur ex ætate B. Hildetrudis, quæ visionem sibi habere visa est de S. Cordula,*

23 *Ut itaque Ursulana Coloniensis Passio ante sæculi* XI *finem certo scripta est, sic quoque post annum* 900 *literis fuisse mandatum manifestum est. Narratur enim in ea S. Cordulam Helentrudi apparuisse eique indixisse festi sui celebritatem. Cui revelationi ne lector fidem deneget hæc subduntur :* Sed quid his assertionibus opus est, cum famula Dei, cui hæc revelatio ostensa est, tam celebris vitæ tamque sanctæ conversationis fuerit, ut ipsa pro certissimo veritatis testimonio habenda sit. Est enim locus in Saxonia Herise, ibique usque hodie gloriosa sancti- F
monialium congregatio, ubi sancta illa nata et nutrita, peracto sanctissimæ vitæ cursu, nunc corporaliter in pace quiescit; quamvis ultimi temporis sui aliquantum in monte, quo civitas Iburg sita est, in eadem sanctitate exegerit. Hujus vitæ et sanctitatis tot sunt testes, quot vel hodie Herse sanctimoniales sunt, vel ab inde fuerunt : et verissimæ, utpote Deo verbis hominum adstipulante. Usque hodie enim ad tumulum ejus frequenter redditur lumen cæcis, gressus claudis, infirmi ad usum vitæ reparantur et obsessi ab immundis spiritibus emundantur. Ideoque competens ejus testimonium fuit; et nefas est dubitare, quod de sancta sanctæ, de sponsa sponsæ, de dilecta dilectæ suæ Dominus dignatus est revelare.

et quæ Herisiensis monasterii, cujus hic historia breviter exhibetur, monialis fuit.

24 *Ex hoc itaque loco probe cognoscere possemus quo fere tempore scripta sit Ursulana Passio, si accurate innotesceret quo vixerit ævo S. Helentrudis; quam Helentrudem, Hiltrudem aliisque nominibus vocatam reperio. Dedit de hac moniali ad* 31 *maji brevem syllogen historicam Papebrochius* (3) *eamque sæculo* X *aut* XI *vixisse collegit ex eo quod B. Imadus, ab anno* 1032 (4) *ad annum* 1076 (5) *Paderbornensis episcopus, reliquit ecclesiæ suæ Martyrologium, propriis curis auctum, in quo ad diem maji ultimum præscribitur facienda* commemoratio Hildrudæ, Dei ancillæ et in Herisia reclusæ, cui revelata fuit S. Cordula (6). *Atque hinc quidem constat virginem illam ante medium sæculum* XI *vixisse. Sed quanto ante tempore? Nullus alius limes quam Herisiensis asceterii fundatio, quam Papebrochius inter annum* 875 *et* 891 *statuit* (7), *sed quæ ante annum saltem* 868 *referenda est. Id enim discimus ex epistola synodica concilii, hoc anno Wormatiæ ab archiepiscopo Moguntino Liudberto, septemdecim episcopis et sex abbatibus celebrati. In illa enim epistola, quam Schatenus* (8) *edidit, Eckhartus* (9) *vero et Mabillonius* (10) *contraxerunt, Liudbertus cum coëpiscopis, chorepiscopis et abbatibus aliisque sacerdotibus, Wormatiæ congregatis, ait* Liuthardum Paderbornensem episcopum synodali suggessisse conventui, sororem suam nomine Walburg, et nonnullas alias E

(1) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VI, pag. 273. — (2) Ibib. pag. 310, not. *a*. — (3) Act. SS. tom. VII Maji, pag. 441. — (4) Schaten, Annales Paderbornenses, tom. I, pag. 559. — (5) Ibid. pag. 587. — (6) Act. SS. tom. VII maji, pag. 441. — (7) Ibid. tom. V Maji, pag. 176*. — (8) Annales Paderbornenses, tom. I, pag. 165 et seqq. — (9) Commentar. de rebus Franciæ Orient., tom. II, pag. 541. — (10) Ann. Ord. S. Benedicti, lib. XXXVI, num. 93, tom. III, pag. 141.

domicellas

A domicellas sub sanctimoniali habitu et professione divino servitio se mancipare decrevisse in territoriis villæ quæ *Heresi* nuncupatur, quam supra memorata Waldburg jure mutuario in propriam hæreditatem a Paderbornensi ecclesia mutuata erat; *quam fundationem patres consensu et auctoritate sua confirmarunt.* Datum in Wormacia anno incarnationis dominicæ DCCCLXVIII, imperii vero gloriosissimi regis Ludovici anno XXVIII, indictione prima; *ubi, inquit Mabillonius, Ludovici regni initium a morte Ludovici augusti ejus patris repetendum est. Herisia, quæ nunc in Novam, Nienheerse, (ubi asceterii reliquiæ supersunt), et in Veterem, Oldenheerse, dividitur, binis germanicis milliaribus Paderborna distat* (1). *Initio Benedictinus erat parthenon* (2), *sed a sæculo saltem decimo tertio (ut volunt* (3)*) prænobilium virginum liberum collegium factum est. Walburgis fundatricis memoriam recoluit Papebrochius* (4) *cum memoria patronarum SS. Saturninæ, Valeriæ et Fortunatæ ad diem* 20 *maji, eamdemque pluribus illustravit Mabillonius tomo tertio Annalium. Hæc cursim: quum id nobis unice hoc loco statuendum sit S. Helendrudem, de qua in Passione Ursulana mentio est, vivere non potuisse ante medium sæculum nonum,*

B *proinde nec potuisse Passionem illam scribi ante initium sæculi* X. *Quum vero, ut ex Sigeberto constat, ante sæculi* XI *finem in usu esset, restat ut dicamus eam literis fuisse mandatam inter annos* 900 *et* 1100.

Postea non assuta fuit pars quæ est de S. Cordula.

25 *Sed plane hæc non placent Crombachio; qui ei parti, quæ est de S. Cordula, hanc præfationem præmisit :* Sanctæ Cordulæ martyrium longe post præcedens et a diverso scriptum auctore est : prius enim majori judicio, maturitate, brevitate, sine parergis, adspersis hinc inde sententiis gravibus, aptis et numerosis periodis, cum succo et sanguine elaboratum est : posterius martyrium ipsum S. Cordulæ brevissime expedit; apologiam autem duplicem pro ea in primo et tertio capite nimis copiose deducit; et licet affectare stylum similem conetur, serpit tamen humi, excurrit juveniliter, nec potest ullo modo cum majestate prioris comparari, si utriusque inventio, dispositio et elocutio diligenter consideretur; præsertim cum prior apostrophe brevi et sententiosa Coloniam affatus apte concluserit, unde licet ob societatem peregrinationis et martyrii vicinitatem conjungantur, in quibusdam tamen exemplaribus abest martyrium S. Cordulæ.

C *Hæc ille. Verumenimvero consideret lector prioris partis quam Crombachius vocat majestatem et humilitatem posterioris, et facile videbit ovum ovó non esse similius quam utriusque sibi invicem stylum; adeo ut ex sola dictionum concordia, quotusquisque libero utatur judicio, decernere debeat martyrium* S. Ursulæ *et martyrium S. Cordulæ ab uno eodemque auctore scriptum esse. Colligantur autem inter se eo simplicissimo vinculo, quod sæpe in antiquis id genus monumentis adhibitum est, scilicet :* Erat autem de eodem sanctissimo virginum consortio quædam nomine Cordula *etc. Quod autem pars, quæ de S. Cordula est, ab aliquot absit exemplaribus, quid mirum, quum postero die de hac fieret memoria? Sed non abest ab antiquioribus exemplaribus. Ad manum enim mihi est codex membranaceus, quem a Collegio nostro Molshemiensi comparavit Bollandus noster et qui nunc in bibliotheca regia Bruxellensi sub num.* 7984 *servatur; atque is facile ad sæculum* XI *referendus; et quidem ab aliis palæographis, qui eumdem ante me versarunt, sæculo* X *adscriptus. Porro in eo ambæ partes ita inter se conjunguntur,*

(1) Act. SS. tom. V Maji, pag. 175 *. — (2) Mabillonius, Annales Bened. lib. XXXVI, num. 95, tom. III, pag. 142. —

ut distinctio nulla ibidem appareat; sed recentior manus ad marginem hanc apposuit notationem : Hic incipit Passio S. Cordulæ : Post gloriosam passionem beatarum Coloniensium Virginum erat de etc. : *ita ut manifestissimum sit divisionem, quam Crombachius invocat, recentiorem esse ipsa operis conscriptione, et proinde, nedum inde juvetur ejus opinio, omnino eamdem profligari.* AUCTORE V. D. B.

Multa incredibilia referuntur in Passione Regnante Domino.

26 *Neque sola Ursulanæ Passionis recentior ætas (recentiorem dico comparate ad rerum gestarum tempus) facit ut minor ejus sit auctoritas; sed eamdem multo magis minuit continua fere quæ in ea observatur discordia cum Sermone in Natali : ita ut alia omnino in eam quam in Sermonem recepta sit traditio. Adde multa in ea reperiri quæ ita ab universo humano usu abhorrent ut omnem omnino superent fidem. Pacta dotalitia cælitus imperata fuerint* S. Ursulæ; *jusserit ei Deus ne cum infideli matrimonium iniret : extra controversiam est Deum sæpius etiam sub lege nova voluntatem suam miris modis et portentosis visionibus, quarum specimina in S. Cypriani epistolis et in Historia Vandalica S. Victoris Vitensis leguntur, manifestam fecisse; et similiter connubia christianorum cum infidelibus non fuisse ecclesiæ*

E *probata. Sed Deum jussisse ut spe nuptiarum juvenem luderet quis credat? Quid, quod cælitus docta dixerit parentibus* S. Ursula : Conditio autem conjugii (*quod numquam celebrandum monuerat Deus*) et conscriptio nuptialis hæc erit, ut tu pater et juvenis, qui me in amorem suum allicit, decem primævæ ætatis virgines et forma et genere lectissimas perquiratis et tam mihi quam singulis harum mille virgines honestissimas subscribatis, comparatisque ad numerum nostrum trieribus undenis, triennii nobis ad dedicationem virginitatis nostræ dentur induciæ; quibus expletis, quod Domino placuerit fiet. *Heu! Acceptantur et implentur hæ conditiones a sponso : baptismate renascitur; undecim millia virginum in regno patris* Ursulæ *et in regno patris sponsi conquiruntur; undecim struuntur naves, singulæ mille virginum capaces (quas præsenti sæculo vix reperire est); nauticis laboribus in modum ludorum exercentur puellæ; brevi instat matrimonii tempus; sed ne castitatis detrimentum faciant, maxime* Ursula, *omnium regina, ventus divinitus impetratus naves pellit in Germaniam; Coloniæ appulsis mandat Angelus peregrinationem romanam ut omnes instituant; feliciter id mandatum implent*

F *redeuntque Coloniam, ubi ab Hunnis tamquam agnæ a lupis occiduntur. Atque hæc, si a testibus oculatis narrarentur, fidem non invenirent! quid vero de iis statuendum, ubi a scriptore multo posteriore perhibentur? maxime quum ex Sermone in Natali (nam ad hunc lapidem lydium sæpius redendum est) certum sit hæc ex antiquioribus monumentis non fuisse hausta; et quidem dum Sermo ille habitus fuit, varia a variis fuisse narrata, et quæ ab his sunt diversa Sermonis auctori præplacuisse.*

§ V. Censuræ in Revelationes S. Elisabethæ Schonaugiensis de S. Ursulæ martyrio.

S. Elisabetha Schonaugiensis anno 1156, *occasione retectionis reliquiarum,*

Temporis ordinem sequentibus jam dicendum esset de S. Ursulæ *Passione, quæ Galfridi Monumetensis Historiæ Brittonum intexitur; sed quum hæc a Colo-*

(3) Cfr Act. SS. tom. V Maji, pag. 175 *. — (4) Ibid. pag. 177.

AUCTORE V. D. B. *primo cum nonnullorum oblocutionibus,*

niensibus traditionibus omnino dissideat, placet disputationem de ea in alium transferre locum. Superest itaque ut de S. Elisabethæ Schonaugiensis Revelationibus sermonem habeamus. Hæc autem beata virgo, anno 1125 *in lucem edita, et anno ætatis duodecimo in Schonaugiensi Benedictino parthenone diœcesis Trevirensis Deo consecrata, cœpit anno religiosæ vitæ undecimo, Christi* 1152, *divinis visitationibus (ut habebantur) donari; quas ab Angelo, (quemadmodum arbitrabatur) jussa divulgare, fratri suo Egberto aperuit, scripto excipienda.* Erat autem annus dominicæ incarnationis millesimus centesimus quinquagesimus sextus et tenebat imperii principatum Fridericus imperator, cathedræ autem pontificali in Colonia præsidebat Arnoldus secundus, *quum potissimum sibi de Ursulanis virginibus arcana cœlitus percipere visa est* (1). *Cujus rei occasio erat quod,* Domino miserente super martyres suas pretiosas, quæ per multa tempora jacuerant sine honore sub pedibus hominum et jumentorum secus muros urbis Coloniæ, viri quidam ibi manentes accederent ad locum martyrii earum et aperirent multa monimenta sanctorum corporum atque inde sublata transferrent ad loca religiosa
B quæ erant in circuitu, sicut a Domino fuerat ordinatum. *His enim corporibus sua quum aliquando deessent nomina, hæc opportune e cælo didicit beata Elisabeth; neque nomina tantum, sed et singulorum martyrum historiam: quam similiter docta est, quum nomina (ut sæpius fiebat), inscripta titulis, ad eam afferrentur.* Neque de his eam silere permittebant quidam bonæ operationis viri, qui ad hæc investiganda diutina eam postulationem multum renitentem compulerant; *quamquam sciret, ut loquitur ipsamet,* quoniam et hinc sumpturi essent occasionem flagellandi eam linguis suis hi, qui adversabantur gratiæ Dei in ea.

dein cum miro successu, revelationes de S. Ursula *et sociabus sibi habere visa est;*

28 *Qua in re tam felix fuit ut continuo, et maxime post mortem, quæcumque sibi vidisse et audiisse visa erat, tamquam oracula recepta fuerint, chronographorum operibus inserta et pluribus deinde sæculis pro indubiis habita; nec, quod sciam, ante Bernardum Guidonis seu de Castro, episcopum Lodevensem* (2), *qui ante annum* 1320 *Catalogum Romanorum Pontificum collegit, et qui anno* 1331 *obiit* (3), *necnon Gobelinum Personam, qui ab anno* 1378 *ad annum* 1418 *Cosmodromium suum conscripsit, et acrem* (4), *sed eruditam simul, in Schonaugienses revelationes censu-*
C *ram eidem operi inseruit* (5), *ullus easdem revocavit in dubium. Neque ex Bernardi et Gobelini impugnatione multum imminuta est S. Elisabethæ felicitas. Tam parum enim illi profecere ut postea quoque perrexerint in honore esse Revelationes Schonaugienses et inde sumptæ notitiæ historicæ: de qua re videnda est dissertatio Papebrochii nostri* (6): An inter SS. Pontianum et Anterum locus esse possit Cyriaco Ursulano, *et altera Launoyi in epistola* VIII *ad Carolum Mauritium Tellerium de Joanna papissa et Cyriaco papa* (7).

as edemus um adjectis ensuris: jam ridem nonulli Colotienses eas cerbe habuerunt;

29 *Quum autem Papebrochii* (8) *mens fuerit ut ad hanc diem eam S. Elisabethæ revelationum partem, quæ de* S. Ursula *ejusque sociabus est, in opere nostro ederetur eamque idcirco ad diem* 18 *Junii, qua S. Elisabethæ Acta dedit, prætermiserit, reliquis revelationibus editis; et quum cæterum id operis nostri institutum ferat ut etiam historiæ fabulosæ, quæ singulare quidquam habeant, ei inserantur; hinc in* D *annotatis, quæ iisdem Revelationibus subjiciemus, opportunus erit locus de iisdem nostram aperiendi sententiam seu potius detegendi præcipuos errores qui iisdem sunt inspersi. Interea autem temporis ne, qui earum adhuc rari supersint vindices, solos Bollandianos tam sinistre de iis sentire arbitrentur, recogitent Wernerum Rollewinck, Cartusiæ Coloniensis alumnum, annoque* 1520 *vita functum, in Fasciculo temporum* (9), *postquam de S. Pontiano dixisset, addidisse:* Nota quod in quibusdam historiis habetur, quod Cyriacus immediate successit Pontiano et papatum dimisit ut cum virginibus martyrio coronaretur; SED TEMPORIS RATIO HOC NON PERMITTIT: *qua notatione Schonaugienses Revelationes impetuntur: meminerint Hermannum Fleien* (10), *S. Cuniberti decanum et ex collegio canonicorum SS. Virginum Coloniæ, ineunte sæculo* XVIII, *Revelationes istas vocasse* somnia, multaque in iis proferri absurda, inter se repugnantia et a veritate prorsus aliena: *sed præcipue perpendant Eusebii Amort censuras.*

Amort ostendit eas nequaquam posse haberi pro divinis.

30 *Hic enim postquam breviter recensuisset præ-* E *cipuos errores historicos atque etiam theologicos, quibus maculatæ sunt S. Elisabethæ revelationes et de quibus (ut modo monebamus) in annotatis ad easdem dicemus, venit dein ad Crisin (quam vocat) seu ad explorationem causarum quibus hæc portenta debeantur. Quam ego Crisin hic subjicio, quoniam scriptor ille, non impius, non derisor rerum sacrarum, nec viarum supernaturalium imperitus, sed ubique in scriptis religiosus, doctus et prudens; et quoniam opus ejus, in quo Crisis illa legitur et cui titulus:* De revelationibus, visionibus et apparitionibus privatis regulæ tutæ ex Scriptura, Conciliis, SS. Patribus aliisque optimis authoribus collectæ, explicatæ et exemplis illustratæ, *singulares laudes pud plerosque theologos sibi promeritum est. Sequitur jam illa Crisis, quæ per propositiones exacta est.*

Non excedunt facultatem imaginativam;

31 « PROPOSITIO I. Omnes revelationes Elisabethæ non excedunt facultatem imaginativam et phantasiam. Probatur 1°. *Phantasiæ consimiles possunt homini contingere in somno, ut cuivis manifestum est a propria vel aliena experientia; constat etiam multas species in somno excitari vel a dæmone, vel ab Angelis, vel a liberiore recursu spirituum circa objecta familiaria, dum interea sensus externi, et actio circa objecta neglecta sopiuntur. Ergo idem potest contingere in vigilia eorum hominum, quorum phantasia in duas quasi partes, unam de die vigilantem,* F *alteram perpetuo indormientem ac somniantem quocumque demum casu divisa est. Talis divisio partis dormientis et vigilantis reperitur in multis animalibus v. g. leonibus, gallis etc. Eadem datur in hominibus semidormientibus; ac maxime conspicitur in febricitantibus, enthusiastis et phantasticis. Sic novi hominem fatuum, qui videbatur sibi in cubiculo suo videre modo regem Galliæ, modo papam, modo principem, modo alios, quos nominabat viros et fœminas; audivi sæpius ipsum cum his personis colloquentem. Nonnunquam iis irascebatur, easque impacto baculo tam fortiter abigebat, ut baculo in mensam aut sellam excepto sonus totam domum repleverit. Frequenter gravissime conquerebatur de flammis intensissimis, quas dicebat a quibusdam hominibus (nominabat illos) suo capiti applicari. Dicebamus ipsi hæc omnia esse meram illusionem*

(1) Revelationes S. Elisabeth, lib. IV, cap. 2, pag. 205, edit. 1628. — (2) Ap. Mai, Spicil. Rom. t. VI, p. VIII et 29; et citatus in Chronico Magno Belgico, ap. Pistorium, Rerum Germanicarum scriptt. tom. III, pag. 16. — (3) Fabricius, Bibliotheca mediæ et infimæ latinitatis, v° *Bernardus de Castro.* — (4) Ap. Henricum Meibomium, Rerum Germanicarum, tom. I, pag. 53 et seqq. — (5) Ibid. pag. 199 et 200. — (6) Propylæum Maji, pag. 28* et seqq. — (7) Opp. omnium tom V, part. I, pag. 570 et seqq. — (8) Act. SS. tom. III Junii, pag. 635. — (9) Pistorius, Germanic. scriptt. tom. II, pag. 484. — (10) Historia SS. Ursulæ et sociarum, inserta Vitis Sanctorum Zachariæ Lippeloo, tom. IV, pag. 762 et seqq.

phantasiæ

A *phantasiæ; at ille reponebat : Falli non possum in eo, quod sensus testantur; video præsentes, audio loquentes, sentio ignes depascentes, quæ major haberi poterit de veritate objectorum securitas? Similia exemplis in historiis adducuntur innumera.*

Habent omnes proprietates operationis phantasiæ : quia pia virgo generatim est melancholica;

32 « Propositio II. Revelationes S. Elisabethæ habent omnes proprietates ac causas operationis phantasticæ. *Primo.* Elisabetha sæpe patitur graves perturbationes melancholiæ et excessivæ tristitiæ : *in talibus autem hominibus facile perturbatur temperamentum humorum, dominatur in corpore acidus humor; inde perturbatur phantasia, species fiunt magis fixæ, sic ut ab animo tam facile non expellantur, quæ dispositiones plerumque reperiuntur in personis visionariis. Num.* 10. *Elisabetha ait :* Attende multiplices angustias cordis mei, quæ supra quam credi potest me coarctant. *Num.* 11. Propter hoc non cessant ab oculis meis lachrimæ, et anxiatur spiritus meus jugiter in me. *Num.* 12. A die, quo sub regulari disciplina cœpi vivere, usque in hanc horam, ita confirmata est super me manus Domini, ut nunquam sagittas ejus in corpore portare desierim. Ægritudines meæ variæ ac diuturnæ non solum me vexaverunt, sed et omnes sorores, quæ
B in circuitu mei sunt. Cum sæpe tanto languoris obruerer labore ut nullius membri, excepta lingua, compos essem, in ruminandis psalmis sedula permansi; sed cum et linguam paralysis mihi subduceret, linguæ officium mente supplevi. Quantas autem cum infirmitatibus rerum penurias sustinuerim longum est enarrare. *Num.* 13. In die sancto Pentecostes illius diei solennitas non me, ut solebat, exhilarabat, sed in quadam obscuritate animi tota die permanebam. Postera etiam die, et tota illa hebdomada in eadem obscuritate animi tristis incedebam, nec potui ab animo excutere tristitiam. Ascendebant in cor meum plus solito delicta mea omnia, et magnificabam singula apud me, et ita mihi ipsi dolores accumulabam. Crescente igitur paulatim apud me hac non bona tristitia, adeo mente obscurata sum, ut quocunque me verterem, in tenebris me ambulare existimarem. Inter hæc etiam tanto tædio afficiebar, ut nihil esset, quod non fastidiret anima mea. Molestæ mihi erant ipsæ orationes. Psalterium, quod jucundum mihi semper fuerat, longe a me projeci. Iterum recogitans, quid mihi accidisset, resumpsi illud, et legi, sed rursus mente concidi. Omnes enim vires suas ef-
C fudit in me adversarius meus; nam etiam in fide hæsitare me fecit; pæne omnis sensus versus erat in me; insistebat adversarius meus, ita me perturbans, ut etiam tæderet me vivere. Cibum et potum sumere non potui, nisi tenuissime, et ibam deficiens et tabescens toto corpore. *Ex his omnibus patet magna dispositio ad melancholiam in ista S. Virgine.*

quia apparitionum tempore corpore et animo est commota,

33 « *Secundo. S. Elisabetha semper fere ante apparitiones patitur vehementem alterationem humorum, ac exinde provenientes cruciatus, et prostrationem virium; ex quibus haud dubie pronum est consequi emotionem phantasiæ. Num.* 7 *ait :* Abbate mysteria celebrante, subito dissolutæ sunt compages membrorum meorum, et elangui, et veni in mentis excessum; et ecce! Angelus Domini stetit in conspectu meo. *Num.* 15. Illo die irruit in me gravissima infirmitas, cumque me prosternere vellem ante crucifixum, ita diriguerunt ossa mea, ut nullatenus genua flectere potuissem; et legere me fecerunt passionem Domini; dum autem legeremus, apparuit mihi phantasma monachi cuculla induti. *Num.* 73. Radius copiosi luminis repente de cælo effusus est super me, faciens mihi æstum, quemadmodum sol splendet in meridie; et procidi in terram, et veni in mentis excessum; sorores itaque volentes e terra levare caput meum nullo nisù id efficere potuerunt, et venit Angelus *etc. Et in revelatione de* S. Ursula *habet :* Venit super me quædam passio cordis, quam pati solebam, quando primum mihi revelari inceperunt mysteria.

AUCTORE V. D. B.

quia desiderat habere visiones, non interius ad id excitata :

34 « *Tertio. S. Elisabetha, quando habet visiones, plerumque eas desiderat, et a Deo postulat ac exspectat ob aliorum sollicitationem; sine indicio claro interni instinctus, et sine necessitate. Quæ sollicita desiderii anxietas est apta dispositio ad emovendam phantasiam eamque applicandam ad objecta volita, vel ad illusiones. Num.* 5 *ait :* Præcepit mihi dominus abbas, ut operam darem orationi, atque a Domino postularem, quatenus daret mihi intelligere, utrum ea, quæ dixeram, silentio tegi vellet, an non. Cumque per aliquod tempus hac de re orationi insistendo me afflixissem, corrui in exstasim, et adstitit mihi Angelus. *Num.* 7. Post hæc dominus abbas aggressus est deprecari Dominum una cum omnibus nobis, ut nobis revelare dignaretur ancillæ suæ, utrum sermonem divulgari oporteret, et veni in mentis excessum. *Num.* 19. Convenerunt sorores ac fratres domini videntes angustias animæ meæ, ac decreverunt, ut septem continuis diebus communes preces E
funderent pro me, cumque cum magno desiderio exspectabam, sperans aliquid consolationis tunc me recepturam; venit desiderata dies, et dilatatum est cor meum, et vidi lucem magnam in cælo *etc. Et in revelatione de B. V. Assumptione :* Apparuit mihi Domina cælorum; tunc, sicut ab uno e senioribus nostris præmonita fueram, rogavi illam dicens : Domina, placeat, ut certificare nos digneris *etc.*

frequenter habet tempore jejunii;

35 « *Quarto. Elisabetha habet eumdem modum tendendi in aliis suis revelationibus, quem habet in revelatione de Societate* S. Ursulæ; *adeoque sicut ista est opus solius phantasiæ, ita illæ; nec est ulla ratio, hanc denegandi Elisabethæ, quin omnes denegentur. Patet ex manuscripto a me usurpato, quod idem sit author hujus et illarum revelationum, nempe Egbertus frater Elisabethæ; si potuit mundo obtrudere revelationes suæ sororis conflictas in uno genere, potuit idem in alio, et sic fides harum revelationum universim concidit.* (*Egbertus tantum latine vertit; ipsas Revelationes esse S. Elisabethæ certissime constat.*) *Quinto. Elisabetha visiones frequenter patitur tempore jejunii. Num.* 48. *Postquam enumeraverat varias visiones, addit :* Hæc omnia frequenter in tempore jejunii mihi apparuerunt. *Constat autem, stomacho jejuno, insolitos vapores ascendere in caput, et turbata* F
phantasia conciliari extraordinaria somnia.

habet inutiliter easdem visiones :

36. « *Sexto. S. Elisabetha singulis annis, et alias frequenter habet easdem visiones, quod non videtur provenire a Deo. Semel loquitur Deus, et idipsum prorsus eodem modo plerumque non repetit, nisi ubi agitur de exhortatione morum. Ergo iteratæ visiones circa eadem objecta tantum proveniunt a phantasia, in qua spiritus relegunt nota vestigia. Num.* 48 *ait :* Post hæc in secunda feria rursus veni in exstasim, et vidi prædictam visionem ut prius. *Et Num.* 61. Hæ sunt, Frater, miserationes Domini, quas in primo anno visitationis meæ operatus est in me; in hac autem secundi anni revolutione eadem fere, quæ anno priore in festivitatibus sanctorum circa me accidere solebant, eveniunt. Aliquoties autem alteriusmodi verba, quam solebant, revertenti mihi ab exstasi, in ore ponuntur.

videt mysteria de verbo ad verbum ut sunt in Evangelio et res

37 « *Septimo. S. Elisabetha videt pleraque mysteria eo modo, quo de verbo ad verbum describuntur in Scriptura. Quid autem est opus miraculo, aut speciali operatione divina ad talia revelanda? Videntur ergo visiones talium objectorum jam in Scriptura revelatorum*

AUCTORE V. D. B. *symbolicas tamquam historice veras;*

relatorum esse operationes phantasiæ. V. g. num. 43 *ait :* In Cœna Domini rapta sum in exstasim. Tunc vidi Dominum in eadem civitate sedentem cum discipulis suis in domo, quasi ad cœnandum; cumque aspicerem, surrexit a Cœna, et ponens vestimenta sua præcinxit se linteo, et accipiens pelvim incurcavit genua ante Petrum, et Dominus singulorum pedes lavit, iterumque resumpto vestimento suo recubuit. Post hæc egressus est cum illis de civitate *etc. etc. Hic describit omnia gesta in monte Oliveti, prout describuntur in Evangelio. Octavo. S. Elisabetha aliqua symbola ac figuras Scripturæ videt tanquam veritatem historicam; sic num.* 61 *et* 62 *inter sanctos et angelos videt etiam quatuor animalia apocalyptica et viginti quatuor seniores, quasi essent aliquid reale. Joannes ista videbat tanquam symbola, utpote ut ordinata ad significandum aliquid Ecclesiæ.*

videt plura quæ vera non sunt;

58 « *Nono. Videt alia non consona cum veritate historica, aut cum aliis revelationibus. Num.* 16. *Videt B. Virginem indutam quasi casula. Num.* 55. *Discipuli fugiunt in latibula; Christus levatur in crucem; Calvaria est instar agri arati. Num.* 56. *Caligo primum oritur post mortem Christi; saxa per agros colliduntur; genua Christi complicantur; copiosus sanguis* B *fluit ex latere. Num.* 59. *In die Ascensionis Christus prius comedit. Ita et similia plura non consentiunt cum aliis revelationibus. Bollandiani ad levationem Christi in Crucem addunt :* Hoc convenit cum visione S. Birgittæ, contra quam nunc passim et in recentiorum Sanctarum visionibus concipitur super crucem humo stratam extensus Dominus. *Iidem ob complicationem genuum ajunt :* Hæc complicatio genuum competit corpori non contentissime tenso, ac stanti supra fulcrum aliquod, non autem, uti concipiebat S. Osanna, exaggerans fere supra cæteros dolores eum qui sentiebatur in pectore ex violenta illa brachiorum distensione. Unde confirmatur doctrina a me tradita, de verbis factisque ecstaticorum ad controversias historicas non trahendis. *Et dum num.* 65 *S. Elisabetha dicit :* In nativitate Domini vidi B. Virginem in domo quadam, quasi jacentem in lectulo, et contrectantem manibus Infantulum speciosum et amabilem nimis; quem cum circumligasset fasciis albissimis, deposuit in præsepio, quod secus ipsam videbatur ; *observant, B. Virginem non potuisse parere in domo, cum adhuc reperta fuerit a pastoribus in stabulo. Accedit, quod non videantur convenire domus, lectus et præsepe secus lectum cum spelunca Bethlemitica, ubi* C *constat natum esse Dominum.*

Amort desiderat in ea modestiam,

39 « *Decimo. S. Elisabetha non monstrat eam modestiam, quam habent aliæ sanctæ virgines visionibus assuetæ. Nam tanta animi confidentia contestatur universim, suas visiones sine ullo earum discrimine esse divinas, ut etiam vehementer indignetur iis, qui id non credunt; immo de concilianda iis fide in ultimo agone miris prorsus curis est sollicita. Unde tanta fiducia de visionibus non solum probabiliter, sed etiam manifeste illusoriis, ut sunt illæ de societate* S. Ursulæ, *nisi ex phantasia? quod si ista fiducia in agone est phantastica, quæ spes de visionibus? In epistola ad Hildegardem Elisabetha sic habet :* Fateor vere, quondam perturbationis nubem me nuper in animo concepisse propter ineptos sermones populi multa loquentis de me, quæ vera non sunt. Sed vulgi sermones facile sustinerem, si non et hi, qui in habitu religionis ambulant, spiritum meum acerbius contristarent. Nam et hi, nescio quibus stimulis agitati, gratiam Dei in me derident. *Eadem moribunda num.* 120 *suas sorores sic alloquitur :* Nolite mirari super infirmitatibus meis, sicut homines imperiti, neque diffidatis gratiæ Dei propter castigationes, quas sustineo et sæpe sustinui. Conscien- D tia mea bona est apud Dominum et certissime agnosco, quod per ea, quæ patior, præparat et exornat coronam meam. Ipse operatus est in me magna, et temporibus nostris inaudita. Vobis dico, et confidenter affirmo per illud iter, quo ad regnum Dei perrecturam me spero, quoniam hæc, quæ vidistis in me, et audistis ex me, vera sunt, et nihil fallaciæ aut simulationis unquam adjeci. Dominus mihi testis est. Collaudate Deum, quia in his singularem vobis honorem præ cæteris claustralibus præstitit. *Et num.* 125 *jam morti proxima :* Dilectissimæ, habete certitudinem finis mei, et testimonium verum omnium eorum, quæ Dominus mecum operatus est. Rogo et admoneo vos, ut stabilem fidem adhibeatis iis, quæ fecit Dominus coram vobis in me, neque diffidatis unquam; et ego credo operibus ejus, et testimonium eis perhibeo morte mea. Postquam Dominus cœpit singularem suam gratiam ponere in me, graviora passa sum, quam prius, non specialiter propter aliquas iniquitates meas, sed ut per meos labores, quæ foris vidistis in me, comprobarentur ea, quæ occulte mihi Dominus demonstravit. *Ita S. Elisabetha in agone. Mirum profecto, si sancta ita locuta est de omnibus* E *suis visionibus, inter quas reperiuntur et falsæ.*

quæ sint vires imaginationis constat ex effectu narrationum de re venefica;

40 « *Undecimo. S. Elisabetha veritatem suarum visionum nullis probat miraculis, aut aliis indiciis characteristicis; sed e contrario potius in ea concurrunt eæ causæ et circumstantiæ, quæ solent causare illusiones phantasiæ. Cur ergo etiam cum comminatione exigit indubitatam fidem? P. Mallebranche in suo Tractatu de inquirenda veritate lib.* II. *cap.* 6. *explicat, quomodo imaginatio quarumdam mulierculârum illudatur, quæ putant se esse sagas, seque transferri in conventus sagarum nocturnos. Sic habet : Pastor seu opilio in ovili narrat post cœnam coram uxore et liberis, quæ gesta fuerunt in conventu magorum; cum autem ipsius imaginatio vaporibus vini satis jam æstuet, et se multoties imaginario huic conventui interfuisse autumat, de eo energice et vivide loquitur. Ingenita pastori eloquentia, cum apta totius familiæ dispositione ad rem adeo novam et terribilem accipiendam conjuncta, ingentia sine dubio edere debet vestigia in imaginationibus debilibus, nec fieri potest quin mulier et tenelli liberi his auditis obstupescant, toti occupentur ac convincantur. Maritus est et parens, qui ea narrat, quæ ipse vidit et* F *fecit. A suis amatur et colitur; cur ipsi fidem non adhiberent? idem per multos dies repetit pastor. Vestigia imaginationis matris et liberorum magis et magis crescunt. Iis assuefacti, metuque excusso, convictio remanet; ac ipsos denique conventum adeundi, remque suis oculis usurpandi incessit cupido; sese ungunt; dein compositis in lecto membris ista cordis dispositione ipsorum imaginatio effervescit; vestigia ipsorum cerebro a pastore impressa satis adaperiuntur, ut per somnum omnes ceremoniæ magicæ sibi descriptæ motus tanquam præsentes et extrinsecus excitatos judicent. Postquam expergefacti surrexerunt, sese mutuo interrogant, ac sibi mutuo quid viderint narrant. Hoc modo vestigia visionis confirmant, ac qui inter eos imaginatione pollet fortiori, intra paucas noctes imaginariam conventus historiam conflat. Hoc pacto pastor peritos fecit veneficos, qui longe plures aliquando instituent, si imaginatione forti et vivida prædíti ab ejusmodi fabulis narrandis præ timore non terreantur.*

item ex somniis venefi-

41 « *Nemo est, qui nesciat fabulas lemurum, et spectrorum ita terreri infantes, ut soli et in tenebris manere non possint. Tunc enim cum cerebrum nullis afficiatur vestigiis a parte objectorum præsentium,* *corum;*

vestigium

A *vestigium ipsorum cerebro fabulæ ope impressum de integro aperitur, nec raro adeo vehementer, ut spectrum descriptum sibi adesse judicent. Ejusmodi autem historiæ ipsis non obducuntur nisi tanquam fabulæ. Qui illis narrant, eum non præseferunt externum habitum, qui in veris historiis narrandis geri solet; immo narratio sæpe languida et frigida est. Non mirum igitur est, quod qui se conventui interesse credit, quique ideo rem confidenter ac vivide narrat, nonnullos sibi maxime addictos adeo facile persuadeat circa omnes quas describit circumstantias et vestigia suis similia in ipsos transmittat. Non raro contingit, ut per quietem nonnulli somnia habeant adeo vivida, ut expergefacti illorum exacte recordentur, quamquam somnium illud non versetur circa terribilia. Non difficili ergo negotio possunt sibi aliqui persuadere se conventui interfuisse; ad id enim satis est, si cerebrum vestigia per somnum facta conservet. Nec obstat, quod somnia nostra pro rebus actu existentibus non habeamus; id enim fit, quia somnia illa non possumus colligare cum rebus inter vigilandum agitatis; hinc enim mera esse somnia comperimus. Venefici autem imaginarii hoc criterio judicare non possunt, an ipsorum conventus sit me-*

B *rum somnium. Conventus enim veneficorum numquam habetur nisi noctu, et quæ in conventu agitantur, nullo possunt colligari vinculo cum cæteris diei actionibus. Moraliter igitur impossible est, ut hoc pacto ab errore expediantur. Nec etiam necesse est, ut quæ venefici imaginarii per conventum vidisse putant inter se, connectantur ordine quodam naturali; eo enim majorem realitatem habere creduntur, quo magis habent absurditatis et confusionis. Sufficit igitur ad eos decipiendos, ut ideæ rerum in conventu gestarum sint vividæ et terrificæ, quod necessario contingit, quia ibi nova, insolentia, et inusitata prorsus agitari creduntur. Ita P. Mallebranche addens dari quidem veros veneficos, sed raros.*

ex historia singularis veneficæ.

42 « *Non multum absimile exemplum refert P. Joannes Nider in suo libro de Visionibus lib.* II, *cap.* 4, *ubi habet : Recitabo exemplum ad intelligendum, quomodo per somnia adeo deludantur plurimi, ut jam evigilantes omnino se existiment in veritate vidisse, quod solo sensu apprehenderunt interiori. Præceptore enim meo referente audivi, quod pater quidam nostri ordinis* (*S. Dominici*) *villam quandam intrarit, ubi fœminam quandam invenit dementatam adeo, ut nocturno tempore se cum Diana et aliis fœminis trans-*

C *ferri crederet per aera. Cui cum pater perfidiam verbis conaretur expellere salubribus, pertinax ista experientiæ se plus credere affirmavit. Cui pater : Sines ergo me esse præsentem, cum proxime recedes. Respondit ista : Ita placet; et me recedere videbis præsentibus, si placet, testibus idoneis. Ut igitur deliram animarum zelator convinceret, adveniente die recessus, quem vetula præfixerat, affuit pater cum fide dignis hominibus. At illa cubellam, in qua pasta formari solet, supra scamnum positam, intravit, et sedere ibi cœpit, applicatisque verbis maleficis et unguento, reclinato capite obdormivit. Statimque opere dæmonis somnia de domina Venere, et de aliis superstitionibus tam fortia habuit, ut in jubilo quodam voce submissa clamitaret. Et in his plausibus motis manibus cubellam, cui insidebat, nimis movit, quæ de alto scamno ruens vetulæ subjacentis caput non modicum contrivit. Et ita in terra jacentem, nec de loco motam pater allocutus jam vigilantem : Ubi quæso es? Num cum Diana fuisti, quæ testimonio præsentium nunquam de cubella recessitei? Ex his igitur gestis, et mediantibus verbis salutiferis animum ad sui erroris detestationem deducit.*

AUCTORE V. D. B.

Quid causæ esse potuerit cur S. Elisabetha in illusionem venerit.

43 « *Jam, licet maximum sit discrimen inter visiones imaginarias talium veneficarum, et inter visiones imaginarias piarum mulierum, conveninnt tamen in hoc, quod ambæ oriantur ex impressione viva alicujus narrationis, et quod ambæ habeant objecta, nullo modo connexa cum actionibus ordinariis, ex quarum incohærentia falsitas visionum demonstrari posset. Et sic etiam potuit contingere in S. Elisabetha, ut cum familiaris fuerit habentibus visiones v. g. S. Hildegardi. Dicamus ergo, omnes revelationes Elisabethæ aut esse confictas ab Egberto S. Elisabethæ fratre, quod mihi videtur incredibile, eo quod illæ revelationes jam fuerint celebres illo, quo S. Elisabetha vixit sæculo; ut patet ex encomio Emichonis qui præfato Egberto in abbatia successit, et ex epitaphio S. Elisabethæ apud Bollandianos; aut easdem esse operationem phantasiæ; quam si quis velit quandoque fuisse emotam ab Angelo in ordine ad fines utiles. non repugno. Neque per hoc aliquid detractum velim virtuti S. Virginis; quia et B. Margaritha Itala nihil suæ sanctitati detraxit, dum testata est, se credere suas, quas ipsamet habuit, visiones esse tantum vel illusionem phantasiæ aut dæmonis.* » *Hactenus Amort.*

E

§ VI. De titulis qui Coloniæ reperti dicuntur simul cum corporibus SS. Martyrum.

Anno 1155 *cum corporibus multi retecti seu potius ficti tituli;*

Revelationibus *S. Elisabethæ occasionem dedisse retectionem sepulcrorum sanctarum martyrum, iisque sepulcris plerumque titulos fuisse appositos superius diximus. Hos titulos collegerunt Tuitienses eosque in catalogum intulerunt, cui initium fecere :* Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1155, indictione quarta, et continua novem sequentium annorum revolutione,... in ecclesia Tuitiensi Gerlaco abbate existente, levata sunt corpora SS. Martyrum et SS. Virginum in suburbio Coloniensis civitatis : quorum nomina vel titulos, in eorum sepulcris inventos et in archivis ejusdem ecclesiæ reconditos ad posterorum notitiam, idcirco schedulis et apicibus dignum duximus adnotari. *Hæc Theodoricus monachus et ædituus Tuitiensis. Quamquam, Gerlaco abbate, corpora et tituli illi reperiri cœpta fuerint, eo tamen anno* 1161 *vita functo et Hartperto* (*qui et Hartobernus et Hartbernus et Harbernus*) *eidem in Tuitiensi abbatiali sede succedente* (1), *descripta sunt; quin et alter confectus catalogus, quo nomina SS. Maurorum, Thebæorum et sociorum S. Gereonis cum Ursulanis Virginibus mixta volunt : ex quibus quæ ad beatas nostras martyres pertinent inferius dabimus. Hic vero quæ sit horum titulorum auctoritas indagandum.*

F

qui partim veri, partim falsi Papebrochio visi.

45 *Papebrochius in Paralipomenis ad Conatum in catalogum pontificum* (2) *de iisdem sic scribit :* Sepulcrales porro tituli, qui solis quidem nominibus constant, sinceri possent æstimari; ceteri vero verbis quibusdam additis aucti esse ad fidem faciendam fabulosæ, quam nescio fuerat commentus, Legendæ. Sed tantum abest ut additamenta isthæc, vel prætensarum Revelationum libri credibilitatis aliquid Legendæ concilient; ut propter evidentia quibus scatent fictionis indicia, detrahant potius et magis constare nobis faciant fuisse Coloniæ post corpora inventa, qui (uti ante Vitam S. Mauri Cæ-

(1) Gallia Christ. tom. III, col. 755. — (2) Propylæum Maji, pag. 41, num. 28.

senatis

AUCTORE V. D. B.

senatis XX Januarii queritur S. Petrus Damianus) « Deo se deferre existimabant, si ad deferenda » laudis ejus insignia, falsitatis argumenta compo- » nerent.» *Arbitratur itaque vir ille præstantissimus titulos illos duas in classes distribuendos : quarum una titulos nuda habentes nomina contineat et genuina æstimari possit; altera titulos capiat, quorum auctæ inscriptiones sunt, ita ut nomen verum haberi possit, reliqua vero tamquam fictitia rejiciantur. In quam sententiam quoque ivit D. Anselmus Berthodus* (1), *S. Benedicti monachus, qui post suppressam Societatem nostram Actis Sanctorum illustrandis aliquandiu adhibitus, iisdem ad diem* 12 *Octobris commentarium de S. Pantulo, Rauracensi episcopo et* S. Ursulæ *martyrii participe, inseruit.*

Specimina aliquot

46 *Ast vereor omnino ut hæc benignior sententia sustineri queat. De qua re ut lector tutum ferre possit judicium, juverit eum specimina aliquot habere præ oculis.*

Titulus S. Cyriaci papæ :

S. CYRIACUS PAPA ROMANUS QUI CUM GAUDIO SUSCEPIT SACRAS VIRGINES ET CUM IISDEM REVERSUS MARTYRIUM SUSCEPIT ET S. ALINA V.

Titulus S. Marini :

B HIC JACET S. MARINUS MEDIOLANENSIS SEXTUS QUI VENIEBAT DE ROMA CUM SACRIS VIRGINIBUS ET S. VERASIA V.

S. Marculi :

S. MARCULUS EPISCOPUS IN GRÆCIA QUI CUM SACRIS VIRGINIBUS MARTYRIUM SUSCEPIT.

S. Foilani episcopi et M :

S. FOILANUS LUCENSIS EPISCOPUS VENIENS AB APOSTOLICA SEDE MISSUS HOC IN LOCO FUIT OCCISUS ET CUM ISTIS SACRIS VIRGINIBUS EST SEPULTUS ET FERRO PEREMTUS.

hic exhibentur,

47 S. Pantuli episcopi :

PANTULUS BASILEENSIS EPISCOPUS VIRGINES SACRAS CUM GAUDIO SUSCEPTAS ROMAM PERDUXIT, UNDE REVERSUS, COLONIAM PERVENIT, IBIQUE CUM EIS MARTYRIUM SUSCEPIT ET S. GRATA JUNIOR.

S. Jovinii :

S. JOVINIUS EBORENSIS EPISCOPUS, FRATER S. PANTULI.

S. Maronii :

S. MARONIUS EPISCOPUS NOVARIENSIS ET CARDINALIS.

S. Quirilli :

HIC JACET IN ANTRO S. MARTYR QUIRILLUS PRESBYTER SEPULTUS QUI VIXIT DIES SEX POST MARTYRIUM SUUM.

Clematii :

C HIC JACET SEPULTUS S. CLEMATIUS QUI MANIBUS SUIS SEPELIVIT SACRAS VIRGINES.

Titulus maximus S. Florinæ, virginis :

DIVINIS FLAMMEIS VISIONIBUS FREQUENTER ADMONITI ET VIRTUTIS MAGNÆ MAJESTATIS, EGO QUIRILLUS PRESBYTER ET CLEMATIUS SEPELIVIMUS CORPUS S. FLORINÆ VIRGINIS.

et ostenduntur falsi esse ex historia

48 *Quot fere verba tot res absurdas his titulis contineri nemo, nisi plane imperitus, denegabit. Cuinam scilicet adhuc placere potest Cyriacus papa Romanus, omnium catalogorum pontificum Romanorum silentio et S. Anteri proxime succedentis S. Pontiano certa ætate profligatus* (2)? *Cui S. Marinus Mediolanensis sextus, in omnibus antiquis ecclesiæ illius monumentis ignoratus* (3)? *Cui Marculus, episcopus in Græcia, non minus mirabilis quam Cyriacus papa* S. Ursulæ *itineris et passionis socius? Cui S. Foilanus, quem Ughellius* (4) fictitium *appellat; inde colligi posse statuens* quo aliquando excesserit mortalis audacia, quæ sanctorum præclarissima gesta anilibus fabellis involverit, quasi Deus vel sancti nostro indigeret mendacio, ut ampliori vel sanctimoniæ vel fortitudinis fama mortales raperent in sui admirationem? *Cui S. Pantulus, undecies mille virgines Romam usque deducens? Quid ex Ebora in Lusitania aut Hispania adest S. Jovinius, atque hic quidem frater episcopi Basileensis in Germania? Quid vero S. Maronius episcopatum Novariensem cum cardinalatu sæculo* III *conjungit? Quid quod narratio de Quirillo presbytero, sex post martyrium suum vivente dies ut cum Clematio, divinis flammeis visionibus frequenter admonito, sacras virgines sepeliat, pugnet cum ipsa Passione Ursulana et maxime cum Sermone in Natali? In Passione enim dicuntur cives Colonienses sepelivisse sanctas martyres; in Sermone in Natali Coloniam advenisse Clematius, quum jam* memoria sanctarum virginum, post incensam sanctorum corporum custodem ecclesiam, paulatim ab ore primum, deinde ab ipso pectore religiosi dudum populi laberetur; *neque antea,* divinis flammeis visionibus frequenter admonitus, *ex partibus orientis in occidentales pro voto peregrinatus esse. Sed absurda hæc, ubi titulos edemus, magis patebunt.*

D

et ex comparatione cum aliquot

49 *Fabulosos itaque hos esse titulos ex hoc capite manifestum est; neque minus, quod sæculi* III, IV *aut* V *formam omnino non habeant. Comparet lector titulos Colonienses cum aliquot antiquis monumentis christianis, quæ in tractu Trevirensi aut Luxemburgico, non ita a Colonia dissito, reperit olim Alexander Wilthemius noster* (5) :

E

HIC IACET. EVSEBIVS
QVI. VIXIT. ANNVM
VNVM. ET. MENSES. SEX
MENUS. DIES. V. TITVLVM
POSVIT DVLCISSIMO
FILIO. SVO. VITA
MATER

(Columba) ☧ (Columba)

* Vitatis

SEDATVS. ET. PAVLINA
PATRES. DVLCISSIMAE. FILIAE
DVNAMIOLAE. TITVLVM. POSV
ERVNT. QVAE. VIXIT
ANNOS. TRES. ET. MENSES. QVINQVE
ET. DIES. VIGINTI

A ☧ ω

F

veris titulis Trevirensibus

50 *Ex eodem fonte accipe quoque sequentes :*

HIC. PAVSAT. IN. PACE. EVGENIA
CHRISTIANA. FIDELIS. VRSATIVS
CVRSOR. DOMINICVS. PIENTISSE
T. OCTAVM. DECEM KALENDAS. FE
BARPIAS. QVI. VIXIT. ANNOS. XXVIII
TITVLVM. POSVIT. DVLCESI
ME. SVAE A ☧ ω MATRVNE

(Columba) IN CHRISTO (Columba)

HIC. IACET. PERPETVVS
IN. CRISTO. DEO. SVO ☩
BENE ME RITVS
QVI VI A ☧ ω XIT. ANNOS
XXV. LECONTIA
MATER. TITVLVM
POSVIT IN PACE

Ecce alium, repertum Aquis Mattiaticis, nunc Wiesbaden,

(1) Act SS. tom. VI Octobris, pag. 71. — (2) Cfr Propylæum Maji, pag. *28 et seqq. — (3) Cfr Saxius, Archiepiscoporum Mediolan. series. tom. I, pag. 36.— (4) Italia sacra, tom. I, col. 793 et 794.—(5) Luciliburgensia, sive Luxemburgum romanum, edid. Aug. Neyen, tabula 18 et seqq.

A baden, *qui quo simplicior eo antiquior censendus est* (1) :

HIC CVIE
SCIT. IN. PA
CE EPPOCV

et alium Treviris detectum (2) :

LICINIVS. QUI VIXIT. ANNIS
XXVIII. HIC. IN PACE. QVIESCIT

Alios multos omitto quos apud Wilthemium, Honthemium et Steinerum videre est. Quos retulimus, ii profecto satis sunt, ut nemo dubitare possit quin in his partibus eadem servaretur in scribendis memoriis funebribus forma, quæ in aliis imperii Romani provinciis. Sed juverit aliquot quoque antiquos episcoporum titulos in medium proferre. Primo loco prodeat monumentum detectum in pristino Castello Tingitano, nunc Orléansville *in Algeria* (3) :

HIC REQVIESCIT SANCTAE
MEMORIAE PATER NOSTER
REPARATVS EPISCOPVS
QVI FECIT IN SACERDOTIVM
ANNOS VIII. MENSES XI. ET.
NOS PRECESSIT IN PACE
DIE VNDECIMA KAL. AVG. PR
B OV[I]NC[IAE]. CCCCXXX ET SEXTA

qui titulus ad annum Christi 475 pertinet, quum æra provinciæ Mauritaniæ, quemadmodum primus ostendi (4) *et post me confirmavit cl. v. A. Berbrugger* (5), *numeranda sit ab initio anni Christi* 40.

et nonnullis episcoporum cœvorum.

51 *Antiquior forte est sequens titulus, in Africa quoque repertus* (6) :

ROMANVS EPISCOPVS
EXITIOSVS EPCP
IN PC < DP <
VIII KL < DC
IN PACE VDV XI K
RVSTICVS EPISCOPVS IN PACE DV KV I...

Addam tertium, anno Christi 495 scriptum, et in pristinis Tanaramusis Castris (?), *nunc* El-Hadjeb *prope* Mouzaiaville *in Algeria, detectum. Nomen excidit; sed verisimile est fuisse Donatum.*

MVLTIS EXILIIS
PROBATVS ET FIDEI
CATHOLICAE ADSER
TOR DIGNVS INVENTVS
INPLEVIT IN EPISCOPATV
AN XVIII. M. II. D. ET OCCI
C SVS EST IN BELLO MAVRO
RVM ET SEPVLTVS EST DIE
VI ID. MAIAS P. CCCCLVI.

Adjiciam demum quartum, anno 527 positum S. Prisco, episcopo Nolano (7) :

† HIC. REQVIESCIT. SCE MR'. †
PRISCVS. EPISC. IN. PACE
DPS. V. KL MART'. FL. MAXIMO. V. C. CON

Hujus fictionis rei non sunt abbates Tuitienses, sed fossores aut Theodoricus œdituus.

52 *Minime itaque dubitare licet quin omnes Ursulani tituli conficti sint; quam tamen culpam, in abbatem Gerlacum et Tuitienses monachos (nisi forte in Theodoricum œdituum) minime conjecerim, sed in inventores lapidum et fossores. Quæ res non alia probatione indiget quam his S. Elisabethæ Schonaugiensis verbis :* In tempore eodem, quo prædicti duo martyres (*Verena et Cæsarius*) inventi sunt, reperta sunt inter sepulcra virginum, multa corpora sanctorum episcoporum atque aliorum magnorum virorum. Erantque in monumentis singulorum repositi lapides, habentes titulos sibi inscriptos; quibus dignoscebantur qui aut unde fuissent. Horum præcipuos et maxime notabiles transmisit ad me ex supradicta dicta urbe (*Coloniensi*) præfatus abbas (*Gerlacus*); sperans aliquid mihi per gratiam Domini de eis posse revelari et cupiens certificari per me utrum credendum eis esset annon. HABEBAT QUIPPE SUSPICIONEM DE INVENTORIBUS SANCTORUM CORPORUM : NE FORTE LUCRANDI CAUSA TITULOS ILLOS DOLOSE CONSCRIBI FECISSENT. Quales autem fuerint tituli illi, et quid de eis mihi revelatum sit, in præsenti sermone per diversa loca oculis legentium ante ponere curavi, ut hinc animadvertatur quam digne a fidelibus Christi omni honore prosequenda sit illa sancta sodalitas, quam tam sublimium personarum comitatu divina paternitas honorare dignata est. *Ex quibus novimus, nemine viro probo et prudente invigilante fossoribus, in lucem detectos fuisse istos lapides; causas fuisse cur de iisdem dubitaret Gerlacus abbas et suspicaretur ne dolose conficti essent tituli; cælitus detegere voluisse Gerlacum quod per vias ordinarias inquirendum erat; neque dubia sua posuisse, nisi postquam Schonaugienses ad eum delatæ fuissent Revelationes.*

AUCTORE V. D. B.

E

Similes fictiones alibi quoque factæ, ut ostenditur historia inventionis S. Caji papæ.

53 *Errorum itaque fontem omnino reseratum putem; atque is in re archæologica plane hospes est qui æstimarit hanc singularem esse fictionem. Ut falsa in lucem prolata sunt diplomata; sic tituli quoque funebres dolosa manu confecti et martyribus veris aut simulatis appositi. Specimina aliquot, quibus singulare aliquid inest, juverit posuisse ob oculos. Initium ducamus ab invento S. Caji papæ tumulo. Gregorius XV in mandatis dederat cardinali Petro Paulo Crescentio, atque hic fratri suo germano Jacobo, abbati Nursino, sacras reliquias e cœmeteriis extrahere. Impigre operam suam in hac re posuisse legitur Jacobus, sedulo perscrutatus Callistianum sepulcretum.* Aliquando autem, cum post totius ferme diei laborem ex infimis illis spelæis auræ captandæ gratia egressus, pensum sacerdotalium precum in campo inter basilicam S. Sebastiani et Pauli, sacris sepulcris imminenti, constitisset persoluturus, animadvertissetque exsolvendas occurrere vespertinas horas pervigilii diei sancto Cajo dicati, oculos ad cælum attollens : Utinam, inquit, sanctissime pontifex, cujus inveniendarum reliquiarum desiderio jam pridem ardeo, hac die, qua cum universo orbe christiano triumphalem tuam recolo memoriam, meis benignus votis adesses: F quam præclare cum qualibuscumque laboribus, auctoritate tui successoris a me libentissime susceptis, actum putarem. Iis ita non minus animo quam voce conceptis, instantibus tenebris, domum sese recepit, totamque noctem pio desiderio Caji visendi transegit. Vix dies illuxerat, adest a Stephano Figino, ex Benedicti familia illustri et basilicæ S. Pauli primate, quem pridie urbem petens Crescentius operariis præfectum reliquerat, missus vir; cubantique adhuc abbati nuntiat pridiano vespere, statim ab ejus digressu, sepulcrum Caji pontificis detectum. Ille, sumptis propere vestibus, alacritatis alis ad optatum locum accurrit; cernit in latere cryptæ, repurgatis arenis quibus obruebatur, sepulcrum in arenaria tellure tempestatis illius more extructum, opere lateritio munitum, plumbique fusilis ferramine compactum, quo juncturæ genere nullam sepulcralem urnam antea viderat solidatam. Media in lateritia tabula ejuscemodi nota pal-

(1) Steiner, Codex inscriptionum Romanarum Rheni, num. 240. (2) Ibid. num. 842. — (3) Migne, Dictionnaire d'Épigraphie, v° *Orléansville*. — (4) Précis historiques, année 1854, pag. 469. et seqq. — (5) Revue Africaine, octobre 1856, pag. 20. — (6) Migne, Dictionnaire d'Épigraphie, v° *Tunis*. — (7) Remondini, della Nolana ecclesiastica storia, tom. I, pag. 515.

maribus

AUCTORE V. D. B.

maribus literis excisa videbatur, subsequenti signo rami palmæ et Christi nominis

CAIO PP.

Venerabundus itaque genibus humi positis cum adstantibus, precibus quas tempus et loci pietas suggerebat pie pro gratiarum actione effusis, Crescentius lateritia illa munimenta summa diligentia reserat; invenit humani corporis ossibus integris compagem, supino situ jacentem, indice digito dexteræ manus annulum ex auricalcho, pontificium insigne, pro illorum temporum pia modestia retinentem; aliquot æreos nummos cum Diocletiani effigie, temporis absque dubio indices, intra corpus exstantes : quibus omnibus decenti cura, cum aliquot sacris corporibus, collectis et ad urbem allatis, res vulgata Gregorium magno affecit gaudio *etc. Hactenus Marnovitius* (1).

cujus corpus sepultum fuit in S. Sixti cœmeterio, quod sæculo XVI *non patebat;*

54 *Universa hæc comœdia (quo enim alio designetur nomine) exponenda visa est ut lector judicium ferat de quorumdam indole et agendi ratione : quis enim dubitet quin hæc aliquis prius composuerit omnia quam in ea inciderent operarii? Mitto juncturæ genus numquam visum antea; annulum ex*
B *auricalcho, pontificium insigne; corpus S. Richardi (quod nomen Francicum inter martyres Romanos exspectasset nemo) tunc quoque et simul cum S. Caji corpore fuisse inventum; hæc aliaque æque mirabilia lubens omitto, quoniam solius S. Caji corporis inventio satis est, ut medias inter fabulas seu potius fraudes nos hic versari intelligamus. Ut enim nil dicam de corpore S. Caji papæ, quod anno* 1588 *ex Callistiano quoque cœmeterio erutum ferebatur, atque in Bavariam missum Bambergæ præcipue colitur, (id enim insincerum etiam est;) in ipsa urbe Roma, in templo ipsius S. Caji, anno* 1631 *retectum est corpus illius pontificis una cum corpore S. Gabini, ejus fratris* (2); *quod quamvis multa alia loca id se possidere putent, verimiliter probum S. Caji papæ corpus est.*

quod hinc a S. Paulo I jam pridem extractum erat.

55 *Quod si tamen id negaveris, parum ad nos, contendentes solummodo verum S. Caji pontificis corpus detectum non fuisse a Crescentio, sed a viro, cujus opera utebatur, suppositum. Genuinum enim S. Caji corpus numquam sepultum fuit in ea Callistiani cœmeterii parte, quæ ineunte sæculo* XVII *patebat,*
C *sed in ea, quæ S. Sixti dicebatur cœmeterium et paucis abhinc annis a cl. v. De Rossi revelata est. Quod autem illic quietem sepulcralem nactus esset S. Cajus, ex his S. Damasi papæ carminibus, quæ nunc fere restituere licuit, discimus* (3) :

HIC CONGESTA IACET QVÆRIS SI TVRBA PIORVM
CORPORA SANCTORUM RETINENT VENERANDA SEPVLCRA
SVBLIMES ANIMAS RAPVIT SIBI REGIA CÆLI
HIC COMITES XYSTI PORTANT QVI EX HOSTE TROPÆA
HIC NVMERVS PROCERVM SERVANT QVI ALTARIA CHRISTI
HIC POSITVS LONGA VIXIT QVI IN PACE SACERDOS
HIC CONFESSORES SANCTI QVOS GRÆCIA MISIT
HIC IVVENES PVERIQVE SENES CASTIQVE NEPOTES
QVEIS MAGE VIRGINEVM PLACVIT RETINERE PVDOREM
HIC FATEOR DAMASVS VOLVI MEA CONDERE MEMBRA
SED CINERES TIMVI SANCTOS VEXARE PIORVM
XYSTI DIONISII CORNELII FELICIS PONTIANI FABIANI GAI
EVSEBII MELTIADIS STEFANI VRBANI LVCI MANNVS ANTEROS
NVMIDIANI LADICEI IVLIANI POLICARPI OPTATI

56 *Porro hinc translatum fuit S. Caji seu Gaji corpus a Paulo papa I, et in monasterio S. Silvestri conditum, quemadmodum ex tabula coæva marmorea, sæpius edita et recentius a cardinali Majo* (4), *constat. Neque dici potest alterius esse S. Caji; apertis quippe verbis in antiquissimo illo marmore legitur* MENSE APRIL. D. XXII. N. SCI GAII PAPÆ. *Invenire itaque non potuit Crescentius anno* 1652 *S. Caji corpus in Callisti cœmeterio, quod octo sæculis ante e suo loculo sublatum fuerat. Quid ergo de universo hoc negotio sentiemus? quid de illius viri fide mirum in modum illusa? quæ aliis ejus inventis, retecta hac fictione, auctoritas superesse potest? Neque discedendum a mendace illo monumento, quin lectori revocemus in memoriam id unum esse ex sepulcris, quibus ante Constantini ævum Christi monogramma inscriptum fuisse voluerunt; quod idem prædicatur de Marii et Alexandri tumulis : sed ut hi quoque a Crescentio inventi* (5), *ita etiam demonstrant nimiam ejus credulitatem.*

D *Similiter ficti sunt celebres Alexandri et Marii tituli,*

57 *De iis epitaphiis quam maxime varia fuit eruditorum sententia : alii enim voluerunt eos esse sinceros; alii confictos; et alii demum non quidem confictos, neque omnino sinceros aut coævos, sed positos uno tempore, aut sub Antonino, aut etiam sæculo* IV *aut* V. *Ut lector ipse judicium ferat, exhibenda sunt epigrammata.*

qui ad eodem viro scripti sunt

E

†

ALEXANDER MORTVS NON EST SED VIVIT SVPER AS
TRA ET CORPVS IN HOC TVMVLO QVIESCIT VITAM
EXPLEVIT CVM ANTONINO IMP. QVI VBI MVLTVM BENE
FITII ANTEVENIRE PREVIDERET PRO GRATIA ODIVM
REDDIT GENVA ENIM FLETENS VERO DEO SACRIFICA
TVRVS AD SVPPLICIA DVCITVR O TEMPORA INFAVSTA
QVIBUS INTER SACRA ET VOTA NE IN CAVERNIS QUIDEM
SALVARI POSSIMVS QVID MISERIUS VITA SED QUID MISERIUS IN
MORTE CUM AB AMICIS ET PARENTIBVS SEPELIRI
NEQVEANT TANDEM IN CÆLO CORVSCAT PARVM
VIXIT QVI VIXIT IV. X. TEM.

Altera est hæc :

TEMPORE ADRIANI
IMPERATORIS
MARIVS ADOLESCENS DVX
MILITVM QVI SATIS VIXIT
DVM VITAM PRO CHO CVM SAN
GVINE CONSVNSIT IN PACE
TANDEM QVIEVIT BENEMERENTES
CUM LACRIMIS ET METV POSVERVNT
ID. VI.

ut ostendit Zaccaria.

58 *Verumenimvero eumdem utriusque epigraphes auctorem fuisse his demonstrat Zaccaria* (6) :
F Conferamus, *inquit*, quæso utramque : VITAM EXPLEVIT : ita in Alexandri titulo legimus; VITAM CONSUNSIT inscriptum Marii tumulo. PARUM VIXIT QUI VIXIT : sic Alexandri inscriptio; Marii autem contrario lusu : QUI SATIS VIXIT. At quid illud in Marii lapide : CUM LACRIMIS ET METU POSUERUNT? vin' horum verborum interpretationem? Recole Alexandri epitaphium : O TEMPORA INFAUSTA, QUIBUS INTER SACRA ET VOTA NE IN CAVERNIS QUIDEM SALVARI POSSIMUS! QUID MISERIUS VITA? SED QUID MISERIUS IN MORTE, CUM A PARENTIBUS ET AMICIS SEPELIRI NEQUEANT? En eadem utrobique orationis series, eadem dictionis indoles. Nec dicam ego geminas hasce inscriptiones ab eodem fuisse parente profectas? Qui styli similitudinem non immerito urgent, quum de cujuspiam lucubrationis auctore dubitatio injicitur, ullamne ista majorem invenire se posse confidant? *At si unus idemque utriusque epigrammatis auctor, quis is demum fuerit, aut quo vixerit tempore? Sensit Reinesius* (7) *illa*

(1) Ap. Farlato, Illyricum sacrum, tom. II, pag. 550. — (2) Cfr Acta SS. tom. III Aprilis, pag. 982 et seqq.; Farlato, Illyricum sacrum, tom. II, pag. 548 et seqq.; Novaës, Storia de' sommi pontefici, tom I, pag. 96. —(3) Mai, Scriptt. vett. tom V, pag. 37; Civiltà cattolica, tom. VII, pag. 127.—(4) Ibid. tom. V, pag. 56 et seqq.— (5) Bosio, Roma sotterranea, lib. III, cap. 25, pag. 216. — (6) Ibid. pag. 107. — (7) Syntagma, pag. 953.

rhetorem

A rhetorem quemdam quarti quintique sæculi potius sapere quam Antonini tempora et primævam christianorum simplicitatem; *quam sententiam et argumentationem alii deinceps enucleatius exposuerunt. Zaccaria sæpius mutavit sententiam : primo falsitatis arguit utrumque epitaphium;* postea animo recolens summam, quæ Romæ adhibita semper fuit, diligentiam tum in custodiendis effodiendisque cœmeteriis tum in cognoscendis tractandisque veteribus monumentis, fraudi in hisce rebus, *ut loquitur,* esse locum non posse intellexit, *et sensit utrumque positum fuisse titulum sæculo* IV *aut* V, *quum restituerentur cœmeteria; neque hic stetit : sed demum in eam venit opinionem ut Marii epigraphen non coævam Hadriano esse diceret, quum hæc ex titulo verba :* TEMPORE ADRIANI *manifesto post ejus mortem scripta fuerint : non enim eam de vivis adhiberi solitam : et utramque proinde inscriptionem imperante Antonino sculptam fuisse.*

Pugnant cum historia et orthographia illius ævi,

B 59 *Verum non omnes a prima sua avulsit sententia Zaccaria, quum ipse ab ea discessit. Complures enim persuasum habere pergunt, nedum summa diligentia cœmeteriis custodiendis semper adhibita fuerit, summa negligentia ea plerumque fuisse observata : testimonio esse innumera medio ævo, atque etiam dum viveret ipse Zaccaria, patrata furta* (1). *Interea satis nobis sit animadvertisse parum interesse diligenterne an negligenter cœmeteria fuerint habita, quum falsitatis crimen in eum ipsum redundet, quem Crescentius cooperatorem adhibebat, in pictorem scilicet quemdam, qui juridice damnatus fuit quod ficta in publicum produxisset monumenta. Extat etiamnum sententia in archivis Vaticanis. Et sane quis eum hoc crimine liberet? Imprimis nuspiam amplius præclarissimi illi lapides apparent, et dubium est iine exhibiti fuerint Severano, an apographa tantum inscriptionum; præterea nemo umquam tradidit quo martyrum corpora, quæ illis lapidibus aliquando essent clausa, delata fuissent. Ex quo capite hæc inventio magis adhuc sit incredibilis quam illa S. Caji; quam tamen nemo falsissimam habere nequit.*

et verba aliaque habet

60 *Insuper tum Marii, tum Alexandri epigrammata leguntur posita a viris* metu *pavidis, quod* NE IN CAVERNIS QUIDEM SALVARI POSSENT NEC AMICOS ET FILIOS SEPELIRE; *sed quis hæc de Hadriani temporibus*

C *dixerit? quem constat potius favisse christianis quam adversatum esse; ita ut pauca, quæ tunc facta sint martyria, non tam sævitiæ et acerbitati temporum quam singularibus rerum adjunctis passim ab eruditis adscribantur. Atque ob hanc quoque causam non parum admirationis creat Marii lapis, quod vitam cum sanguine fuderit Hadriano imperante. Demum, ut nil dicam de insolenti utriusque inscriptionis modo, quem ab aliis jam animadversum diximus, ipsa ratio qua* ADRIANI *scribitur nomen, manifestum forte facit esse figmentum recens. Omnibus enim Hadriani numis inscriptum est* HADRIANUS, *nequaquam* ADRIANUS (2); *quos quum christiani et gentiles quotidie tererent manu, monumentis similiter* HADRIANUM *inscribebant* (3). *In lapide vero Marii pro vulgari recentique more aspiratio omittitur.*

tunc non usitata.

61 *Non minus difficilia sunt verba* DUX MILITUM : *priusquam enim imperii sedes primaria translata fuisset Byzantium, nemo, nisi supremi post imperatorem legati,* dux *dicebatur* (4); *tunc autem ex versione vocabulorum græcorum dignitates aliquot* DUCATUS *dici cæpti sunt et qui iis ornabantur* DUCES (5): *antea vero tam rari erat usus illa vox, ut quum Muratorius* (6) *in lapide Hispano reperisset* DUCEM LEGIONIS VII, *continuo addiderit :* « DUX LEGIONIS » *nuspiam antea mihi occurrit.* » *At enim, inquies, quidni similiter singularia exempla sunt* DUX MILITUM, TEMPORE ADRIANI *etc.? Sed, quæso, quid omnia singularia concurrunt in Crescentianis inventis? Monogrammata ante Constantini ævum; epitaphia plena antithesibus et ludis verborum;* ADOLESCENTES *qui* TEMPORE ADRIANI *sint* DUCES MILITUM; METUS *et vitæ desperatio, cum molliter satis fluerent tempora; martyria, quæ nemo umquam fuisset suspicatus etc. Quid? etiamsi ignobile figmentum S. Caji papæ tumuli non haberemus, vel hæc sola sufficerent ut Crescentii adjutorem fictorem fraudulentum Marii et Alexandri epigrammatum diceremus. Quum itaque fictos dicimus titulos Colonienses, nil profecto affirmamus quod alibi etiam visum non fuerit.*

AUCTORE V. D. B.

Ipsa nomina tituli Colontensibus inscripta, ficta sunt,

E 62 *Absit autem ut Papebrochius et Berthodus censuerint fraudem non esse in titulis Coloniensibus. Quid ergo? Suspicati fuere, quemadmodum supra dicebamus, vere antiquos repertos fuisse lapides; at his inscripta non fuisse encomia illa, quæ retulimus, sed nuda nomina; adeoque nil obstare quin sincera habeantur tum nomina quæ titulis auctis insculpta sunt, tum quæ nude absque ulla laude in iisdem sunt posita. Verumenimvero nullum fundamentum habet illa suspicio. Qui viderunt illos titulos, testantur in citato supra num.* 32 *ex S. Elisabethæ Revelationibus loco, eos tales fuisse* quibus dignoscebantur qui aut unde fuissent *martyres; neque timuit Gerlacus ne* aucti *sibi exhiberentur tituli, sed* ne inventores corporum sanctorum, forte lucrandi studio, titulos illos dolose conscribi fecissent : *quæ verba aperte indicant suspicionem non fuisse de interpolatione seu augmento doloso, sed de fraudulenta conscriptione integrorum titulorum. Adde tantum discrimen fuisse inter literas sæculi* III, IV *aut* V *et literarum formam sæculo* XII *usitatam, ut facile detecta fuisset scriptionis antiquæ et novæ differentia. Sed quid hæc disputo? Fac, scriptum fuerit :* S. CYRIACVS, JACOBVS, S. SIMPLICIVS, HIC JACET S. MARINVS, S. MARCVLVS, S. FOILANVS, MAVRISIVS, S. CLEMENS, PANTVLVS, S. JOVINIVS *etc., etc. Quis unquam vidit primævis monumentis martyrum inscriptum fuisse vocabulum* sanctus, *et (quod gravius est) siglam* S?

F *neque defendi queunt ope tituli S. Eugenii :*

63 *Occurrit Crombachius* (7), *hunc sæculo* XII *in monasterio S. Dionysii prope Parisios visum esse antiquissimum titulum :*

HIC SITVS EST S. EVGENIVS MARTYR
PRIMUS TOLETANVS EPISCOPUS

Verum de sua penu siglam S. *ante Eugenii nomen apposuit Crombachius; deest enim omnino hæc sigla apud Mariana* (8), *a quo eum se mutuatum esse titulum dicit Ursulanus vindex; deest quoque apud Floresium* (9), *qui late disputavit de hoc S. Eugenio, ante Toletanis ignoto. Quis præterea hunc antiquum titulum dixerit, in quo* PRIMUS Toletanus episcopus *Eugenius appellatur? Ut paucis rem finiam, id genus titulorum apponebantur, quum exornarentur sepulcra, quum reliquiæ transferrentur. Et certe, si genuinum fuerit id S. Eugenii corpus, quod in S. Dionysii servabatur, ex Hispania in Gallias delatum fuerat. Quo enim alio illuc pervenisset modo? Libenter nihilominus damus plurimas exstare veteres inscriptiones, quæ formam tituli S. Eugenii (si tamen*

(1) Cfr Marangonius, ap. Majum, Scriptt. vett. tom. V, pag. 471 et 472. — (2) Cfr Eckhel, Doctrina numorum, tom. VI, pag. 473. — (3) Cfr Reinesius, Syntagma, index, cap. XXI; Muratori, inscriptt. pag. MMCL. — (4) Facciolati, Lexicon, v° *Dux*; Gessner, Linguæ romanæ thesaurus, v° *Dux*. — (5) Pitiscus, Lexicon antiquitatis, v° *Dux*. — (6) Inscriptt. pag. DCCXVI, num. 5. — (7) S. Ursula Vindicata, pag. 979. — (8) De rebus Hispaniæ, lib. X. cap. 20, tom. I, pag. 428, edit. 1733. — (9) España sagrada, tom. III, pag. 166.

AUCTORE V. D. B.

demas vocabulum primus) *habeant; sed id quoque nobis dandum, neminem umquam archæologum somniasse statim ab obitu sanctorum virorum tales titulos fuisse factos.*

Sanctorum aliquot episcoporum tituli referuntur.

64 *Quod itaque diximus, non satis possumus adstruere, appellatione* beati *aut* sancti *tumulis inscriptam fuisse numquam, nisi quum corpora terra levata sunt, aut sepulcra postmodum exornata. Quocirca, si quid sinceritatis inesset Coloniensibus monumentis; seu si nomina essent vera, et solæ laudes a falsariis sæculo* XII *additæ, non* S. Cyriacus *legeretur sed nude* Cyriacus *aut* Cyriaco; *non* S. Simplicius, *sed* Simplicius *aut* Simplicio *et sic deinceps. Vin' exempla? Non ita pridem detectum est S. Eutropii Sanctonensis sepulcrum primitivum; atqui in eo nil aliud legebatur* (1) *quam*

EVTROPIVS

et in tumulo S. Augustini, Hipponensis antistitis (2):

AVGVSTINO

Quin etiam nuper retecta nonnulla romanorum pontificum ejusdem ævi quo volunt occisos Colonienses martyres (3) :

ΑΝΤΕΡΩΣ ΕΠΙΣ(κοπος)

B ΦΑΒΙΑΝΟΣ ΕΠΙΣ(κοπος) ΜΡΤ (μαρτυρ)

ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ ΕΠΙΣ(κοπος)

ΛΟΥΚΙ(ο)Σ

Quam absurda præterea in Coloniensibus titulis occurrunt nomina! et in nominibus græcis quanta passim inscitia! Clematius græcus, qui horum auctor dicitur, multo melius curasset nomina latina quam græca! Superest ergo id unum statuendum non majorem rationem habendam esse nominum quam quibus onerantur encomiorum.

§ VII. Censuræ in Revelationes B. Hermanni Josephi de sodalitate Ursulana.

Demonstratur duos libros Revelationum, qui tribuuntur B. Hermanno Josepho, scriptoris hujus esse opus;

C *Venimus jam ad quartum fontem Coloniensium traditionum, seu ad Revelationes quæ B. Hermanno Steinfeldensi, vulgo B. Hermanno Josepho nuncupato, tribuuntur a Crombachio. Porro constant ex ex duobus libris; qui an eumdem auctorem habeant inquirendum. Ea autem de re non alia potest esse dubitandi causa quam quod duo illi libri nuspiam simul reperti fuerint. Verum hanc rationem parum esse validam ostendit tum utriusque libri argumenti diversitas, tum maxime experientia qua satis superque novimus hanc multorum scriptorum fuisse fortunam. Adde libros illos in diversis ab initio descriptos fuisse voluminibus. Ex illo itaque capite non est quod ambigui simus. Ut vero omnino affirmemus ambos libros ab eodem conditos fuisse scriptore, sequentia suadent : Libro primo, capite septimo :* Regum, *inquit auctor,* et episcoporum, qui cum iisdem sacris virginibus de Britannia sunt profecti et de illarum patria venerunt, breviter hic genealogia et series tangitur. Sed in fine historiæ hujus IN ALIO VOLUMINE conversio illorum et status exponetur latius. *Porro ibidem continuo, scilicet capitibus* 6, 7 *et* 8 *libri primi, breve compendium legitur eorum, quæ fuse posteriori libro referuntur. Dein capite octavo libri primi :* Axpara, *ait,* hæc eadem et ducissa fuit et regina, sapiens valde et industria ac provida. Porro alias de ipsa et filiabus ejus atque D consobrinis ipsius, Anchira ducissa et filiabus suis quatuor et Eleutheria comitissa et filia sua Lucentia præclarissima tractabitur. *Utrumque præstitit duobus extremis libri secundi capitibus : antiquam divisionem sequimur : priore de Axparæ genere, prolibus, comitatu; posteriore de Anchiræ progenie, de Eleutheriæ Lucentiæque stipatu familiaque disseruit. In fine ejusdem capitis octavi libri primi multa alia a se scripta fuisse in altero volumine monet lectorem, quem ad illud versandum his adhortatur verbis :* Ecce prædictorum regum et reginarum, ducum, comitum et principum, illustrissimarum virginum et matronarum, et expeditionum seriem plurimarum singillatim descripsimus IN ALIO VOLUMINE et pleniorem : in quibus lector, si eam usque ad finem perlegerit, virginum plurimarum nobilium et domicellarum laudabilem vitam mirabitur, et religiosam conversationem earum et pudicam. *Demum in ultimo capite ejusdem libri primi, quod quasi proœmium est libri secundi, et quocum simul junctum inventum est, hæc ait :* Accidit quod crebrius et dum stylum apposuissem paginæ, jussus ponere pennam, ignorare me penitus scribendi materiam : et syllabæ, dictiones, commata, versus medietas, E integer versus prænominabatur : et hoc præcipue tamen IN SUBSEQUENTI VOLUMINE expeditionum earum nobis evenit, ut nimio tædio ferme deficeremus.

et quidem ipsius B. Hermanni, ut colligitur ex natura librorum

66 *De scriptionis tempore constat similiter. Prior enim liber* anno millesimo centesimo octogesimo tertio, inspirante Domino piaque ipsius genitrice cooperante cunctorum regina, *descriptus est, ut in epistola prævia notat ipse auctor; posterior vero, ut titulus ipse præfert,* anno millesimo centesimo octogesimo septimo fuit revelatus : *uterque tamen simul in lucem datus est, quandoquidem in priore multa sunt loca (certe post absolutum integrum opus inserta), quibus supponitur posteriorem librum jam esse scriptum. Verum an utriusque libri auctor B. Hermannus Steinfeldensis? Equidem affirmandum arbitror, quamquam gravissimi viri ex alia steterint parte. Videlicet omnia eo collimare videntur ut sanctissimus ille vir eos scripsisse habeatur. Qui enim horum auctor est, religiosus fuit, aliquam curam sacrarum virginum habuit et Præmonstratensi ordini addictus fuit. Passim scilicet se ipsum* fratrem *nominat;* F opus virginibus dedicare jubetur *in epistola prævia;* porro et fratribus Præmonstratensis ordinis eamdem quoque dedicari jussit *B. Maria* historiam, dicens illos amatores undecim millium Virginum et veneratores esse præcipuos : *quæ omnia conveniunt B. Hermanno Josepho, Steinfeldensi ordinis Præmonstratensis canonico, de quo in Tractatu de obitu ejus, translatione et miraculis num. 4 legitur* (4) : Dominica vero, qua cantatur, *Oculi mei semper,...* venit ad dominum abbatem nostrum (*Steinfeldensem*) nuntius monasterii quarumdam Sororum Cisterciensium (*ex Hoven*), petens ut ipsis (cum quibus etiam quandoque conversatus fuerat) concederetur ad tempus : quatenus per quadragesimam divina sororibus celebraret eisdem; *et passim in ejus Vita apparet quam bene vellet Christo dicatis virginibus. Secundo, librorum illorum auctor incredibili cum B. Maria et SS. Virginibus Coloniensibus utebatur familiaritate; eadem usum esse B. Hermannum Josephum clamant omnes ejus Vitæ paginæ. Tertio Steinfeldiæ exeunte sæculo* XVI *adhuc*

(1) Recueil des procédures faites pour la reconnaissance des reliques trouvées dans l'église souterraine de S. Eutrope de Saintes, pl. I, num. 4. — (2) Fontanini, Disquisitio de corpore S. Augustini, pag. 40. — (3) Cfr La Civiltà cattolica, 1854, series II, tom. VII, pag. 127. — (4) Act. SS. tom. I Aprilis, pag. 711.

servabatur

A *servabatur liber secundus* (1), *quem rarissimum fuisse diximus; quin etiam Steinfeldensem codicem autographum fuisse volunt* (2); *neque in alio monasterio repertus est quam in parthenone ad Piscinam, postea Coloniam in S. Cæciliæ translato, in quo Præmonstratensium statuta et leges obtinebant* (3). *Hæc indicia et vestigia tantum : sequentia testimoniorum vim habent.*

ex testimonio Rasonis Bonusvicini,

67 *Raso Bonusvicinus, ex nobili Gandensi domo rulgo* Goetgebuer *ortus, sacræ theologiæ licentiatus Parisiensis et apud Steinfeldenses magister novitiorum, ibique anno* 1509 *mortuus, in Vita B. Hermanni Josephi, quam in modum dialogi (magistro et novitio colloquentibus) conscripsit, postquam narrasset hymnum Ursulanum a B. Hermanno mirabiliter fuisse conscriptum, ante caput* 13 *hunc ponit titulum :* Multa de Virginum sanctarum gestis ei revelantur arcana. *Capitis etiam* 12 *contextum, in his verbis desinentem :* Numeros præterea (*prædicti scilicet hymni*) aptavit virgo sancta, *quæ illi ex Ursulanis apparuerat,* ita ut jam frater noster notarii verius partes ageret quam dictantis; *contextum, inquam, hunc capite sequenti sic continuat :* Quæ de suarum
B genere comitum (et quidem nominatim per singula) de profectione præterea et consummatione antea cognita fuerant nemini, ex hac *virgine* verissime condidicit ET FIDELISSIME IN EJUS SUNT CUSTODITA DOMO (4) : *quibus aperte describuntur ambo Revelationum libri.*

coævi biographi anonymi

68 *Atque id omnino sensit Henschenius noster* (5); *sed Papebrochius, qui in Henschenii scripta, priusquam ederentur, censorem agebat, hæc (ut in Propylæo Maji* (6) *fatetur) ad collegæ sui dicta adjecit* (7) : Sed quomodo rem tam illustrem, imo omnibus in Vita relatis illustriorem, aut ignorare potuit auctor Vitæ (*coævæ*), aut cognitam vel omnino prætermittere, vel sic attingere obscure, ut non possit prudenter credi ut omnino attingere eam voluerit? *Verum nonne his multo nimium auctoritatis tribuit Papebrochius argumento negativo? Steinfeldiæ vidit Raso Revelationum libros; hos fidelissime ibidem custoditos dixit; fatetur Papebrochius hos obscure indicatos videri his biographi coævi verbis* (8) : Nunc ad illas revelationes mirabiles et jucundas, quas ipsum de B. Ursula et comitibus ejus habuisse cognovimus, manum cum animo advertamus...
C Tantum circa has Domini virgines speciosas et martyres pretiosas felix Joseph affectum conceperat, ut illum signis evidentibus satis aperire non posset : tanta illis familiaritate et animi fuit puritate connexus, ut multa per illas secreta cognosceret, et aliquæ illi sua nomina revelarent et in suis eum tribulationibus solarentur. *Jam, quæso, quæ sunt secreta quæ per illas cognovit, nisi ea ipsa quæ, ut loquitur Raso,* antea nemini erant cognita de comitum S. Ursulæ genere, de profectione præterea et consummatione? Quæ *vero* illi sua revelarunt nomina, *nisi eæ ipsæ quæ continuo in ambobus libris nomina sua produnt? Atque his nequaquam obscure Revelationum libri attinguntur, sed digito demonstrantur.*

et scriptoris de obitu et translatione.

69 *Præterea in Tractatu item coævo de obitu, translatione et miraculis legitur* (9) : Omitto etiam quomodo per multos annos singulis pene noctibus beatæ Matris Domini consolatione meruerit relevari;... sed neque hic ad præsens explicare propono quantum dilexerit, quantum honoraverit virgines sacras Ursulam et sodales ejus; quantis revelationibus earum fuerit consolatus; quomodo, cum ad laudem earum historiæ verba composuisset, ipsis docentibus et præcinentibus totius pene historiæ melodiam didicerit, et quædam etiam virginum nomina sua ipsi dignatæ fuerint revelare. *In quibus duo valde distincta proponuntur : prius, B. Hermannum fuisse consolatum* S. Ursulæ *et sodalium revelationibus, et quasdam earum nomina sua ipsi dignatas fuisse revelare; alteram melodiam, quæ historia appellatur, a beato viro fuisse conscriptam ipsis docentibus et præcinentibus. Atque hæc omnia eo reducit Papebrochius* (10) *ut* vix extendi hæc posse *affirmet* ultra hymnum præcitatum et proprias lectiones pro officio divino. *Verum nullas umquam lectiones pro officio divino B. Hermannus conscripsisse alicubi legitur; et melodia, quam historiam vocat biographus, nil quod narrationem sapiat habet, sed sunt meræ laudes metricæ, nullis intermixtæ nominibus, in modum officii ecclesiastici distributæ, quale fere est officium vulgare Immaculatæ Conceptionis B. M. V. Et quamquam melodiam illam a virgine Ursulana doctum fuisse B. Hermannum tradat primævus biographus, non tamen refert inter* E
revelationes, sed inter signa amoris quo Colonienses martyres prosequebatur (11). *Nedum itaque vel biographus coævus vel scriptor Tractatus de obitu obstent quin B. Hermannus Revelationum, duobus libris comprehensarum, auctor habeatur, suadent omnino eum ipsum esse.*

AUCTORE V. D. B.

Refelluntur argumenta petita ex ætate B. Hermanni, ex absentia reliquiarum aliquot Steinfeldiæ et singularium formularum B. Hermanni,

70 *Adversum hæc quatuor pugnant argumentis; quorum primum est recentiorem esse B. Hermannum quam ut anno* 1185 *et* 1187 *has revelationes scribere potuerit. Verum, ut ostendit Henschenius* (12), *verisimillime obiit beatus vir die septima aprilis anni* 1255. *Fac itaque eum octogenarium abiisse ad superos : natus fuerit anno* 1150; *vigesimum quartum egerit ætatis annum anno Christi* 1185 *et vigesimum octavum anno* 1187; *et quum a pueritia inter visiones, apparitiones et revelationes vixerit (ut constat ex ejus Vita), quid vetat quin viginti et ultra annos natus duos Revelationum libros scripserit? Alia difficultas ex eo petitur quod auctor in iis habere aut habiturus esse perhibetur* S. Cæsarii *episcopi Meldensis,* S. Olivæ, S. Teclæ, S. Sinceræ *et* S. Julianæ *corpora aut capita, dum tamen sæculo* XVII *omnino hæc pignora non reperirentur Steinfeldiæ. Verum Steinfeldiæ* F
etiam non reperiebatur S. Gertrudis *caput, quod eo delatum fuisse ex ipsa S. Hermanni Vita coæva* (13) *novimus, neque* S. Honoratæ *reliquias, quas ibidem olim cultas fuisse habet Martyrologium Germanicum Wallasseri, vulgo Canisii dictum, ad diem* 11 *januarii : tot enim et tam varia fuere Steinfeldensia fata, ut nemo mirari debeat deperdita fuisse illa pignora, quemadmodum æstimat Crombachius* (14), *aut cum aliis confusa, ut mavult Henschenius* (15). *Tertium argumentum petitur ex eo quod B. Hermannus in Vita sua coæva legitur solitus fuisse B. Mariam virginem appellare* Rosam (16) *et Ursulanas virgines aliasque omnes Deo dicatas* columbellas (17); *in neutro autem libro hæc eis nomina dari. Verum omnino non dicitur hæc inter scribendum, historico saltem more, usurpasse; multo minus hanc iniisse consuetudinem, quum juvenis adhuc esset et hos libros scripsit.*

71 *Quarto opponitur loco in mss. auctorem desi-*

(1) Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 61 et 566.—(2) Ibid. loc. cit.— (3) Ibid. pag. 798. Cfr Gelenius, Coloniæ Magnitudo. pag. 358. — (4) Act. SS. tom. I Aprilis, pag. 685. — (5) Ibid. loc. cit.— (6) Propylæum Maji, p. *31, num. 12.— (7) Act. SS. tom. I Aprilis, pag. 685, num. 5. — (8) Ibid. pag. 697, num. 29. — (9) Ibid. pag 711, num. 2. — (10) Ibid. pag. 685, num. 5.— (11) Ibid. pag 697, num. 29. — (12) Ibid. pag. 684.—(13) Ibid. pag. 689, num 50. — (14) S. Ursula Vindicata, pag. 65. — (15) Act. SS. tom. I Aprilis, pag. 699. — (16) Ibid. pag. 696. num. 24. — (17) Ibid. pag. 697. num. 29.

guari

AUCTORE V. D. D. *et ex siglis,* N *et* T *loco nominis inscriptis mss. codicibus.*

gnari nomine Fratris N.; *quem* Nicolaum *interpretatur Papebrochius* (1) *aut alium similem. Sed minus firma hæc argumentatio. Equidem nec probare nec improbare audeo Crombachium* (2) *æstimantem litera* N *designari* Notarium, *quo se nomine sæpius designat auctor, quatenus se non de penu sua, sed de cælitus auditis scribere profiteatur : fatebor tamen id minus mihi placere, quum aliud sit se* notarium *dicere, aliud se* Fratrem Notarium *appellare. Verum notandum imprimis est in plerisque aut in omnibus exemplaribus, ante Crombachium prelo expressis, scriptum fuisse* Fratrem T.; *et in exemplari ms. Cartusiæ Ultrajectinæ, cujus apographum mihi ad manus est, legi* Fratrem C.; *similiter in versione theotisca, cujus exemplar quoque exstat in musæo nostro, anno* 1456 *descriptum, et ad marginem legitur litera* C *designari* Conradum : *sed quum Crombachius* (3) *moneat in variis mss. tam e Bavaria quam e Suecia ad se P. Gretseri cura transmissis,* Fratrem N. *indicari, consentiemus literam* N *a scriptore fuisse positam. Quid ergo? An hæc initialis nominis? nequaquam; sed signum viri qui nomen suum celari voluit : atqui tantæ in his scriptis auctori dantur laudes, ut certe esset cur nomen suum prodi noluerit. Porro jam sæculo* IX *in usu fuisse ut nomen, quod silendum erat, litera* N *indicaretur, ostendit ex epistolis Frotharii, episcopi Tullensis, Mabillonius* (4); *circa annum* 900 *idem obtinuisse demonstrarunt ex Missali S. Dionysii Maurini Tractatus de re diplomatica scriptores* (5); *sæculo sequenti perseverasse similiter hunc morem probavit Menardus* (6); *et sæculo* XIV *veterem hanc fuisse notariorum consuetudinem ex epistola B. Venturini de Bergomio ad Margaretam monialem palam fecerunt Echard et Quetif* (7); *et fusius ex inscriptione supplementi ad Vitam B. Mariæ Ogniacensis, quod Thomas Cantipratensis, B. Hermanno coævus, sub nomine* Fratris N. *Ægidio priori de Oignies dedicavit* (8). *Et quidem posteriori loco omnino devictus fuit Papebrochius* (9), *qui itidem statuerat scriptorem non esse Thomam, sed* Nicolaum *aliquem, aut alium cujus nomen incoharetur litera* N.

B

Confutantur qui volunt harum Revelationum auctores facere Tuitienses,

72 *Postquam autem sat multis confirmavimus B. Hermannum vere auctorem habendum esse Revelationum, quæ duobus integris continentur libris, juverit eos audiisse qui illos aliis adscripserint. Papebrochius, tum de his, tum de B. Elisabethæ visionibus disserens :* Certe, *inquit* (10), cum recordor Actorum S. Suiberti, in Cæsaris insula non procul Colonia per tantam fingendi licentiam consarcinatorum, quantam horror sit vel leviter designatam a Bollando nostro illa refutante videre ad diem 1 martii; cogor vereri ne Suibertinis ac Tuitiensibus monachis certamen fuerit, utri plura fingerent, hi sub nomine B. Elisabethæ, isti sub titulo S. Marcellini, coævi ac discipuli : *quibus verbis quamquam unius B. Elisabethæ Revelationes Tuitiensibus falsariis tribuat, innuit tamen (si superiora consideres) ex eadem officina prodiisse Hermannianas. Verum temera hæc omnino conjectura : nil enim certius quam B. Elisabethæ scripta non esse pseudonyma, quod brevibus supra num.* 43 *ostendit Eusebius Amort; de Hermannianis nos ipsi diximus satis. Quod vero Tuitienses non deceptores, sed decepti fuere, id quoque supra num.* 52 *demonstravimus.*

C

73 *Aliam sententiam iniit Hermannus Fleijen* (11) : Suspicor, *inquit,* hunc (*scilicet* Fratrem T. *ut in impressis legebatur*) esse Tundalum Hibernum Casseliensem Carthusianum, qui hisce temporibus non tantum scripsisse, sed et suarum Revelationum librum edidisse legitur. *Verum olim qui latere volebant, non tantum litera* N *utebantur, sed aliis etiam : qua ratione F. Stephanus de Borbone, qui et de Bellavilla, ordinis Prædicatorum theologus et B. Hermanno coævus, Tractatui suo de septem Spiritus Sancti donis adscripsit* (12) : Ego Fr. R. in ordine Fratrum Prædicatorum minimus; *quam siglam* R. *alii in* Raymumdum, *alii in* Robertum *commutarunt, quamquam nunc constet ejus nomen fuisse* Stephanum. *Præterea Tundalus seu Tungalus, Casseliensis aut Corcagiensis natione, numquam videtur fuisse Carthusianus, multo minus in Colonienses venisse partes, ut certe in iis versabatur Revelationum auctor; et quod potissimum est, ejus Revelationes, quæ in Vincentii Belvacensis Speculo Historiali* XXVII, 88, *leguntur, nil commune habent cum Coloniensibus virginibus et editæ fuere anno* 1158 *aut sequenti* (13), *viginti quatuor annis ante Revelationes de quibus agimus.*

D

aut Tundalum Hibernum,

E

74 *Obtruduntalii, Richardum quemdam Anglicum, religione Præmonstratensem, quem nonnulli volunt cœnobitam Wedinghusanum seu Arnbergensem; alii Albæ-Ecclesiæ in Anglia; tertii in alio ignoto loco. Verum ad fontem eamus. Primus Baleus* (14) *scripsit :* Ricardus Præmonstratensium canonicorum abbas fuit; sed cujus in Anglia cœnobii apud scriptores nostros non legitur; *et dein post multa in religionem catholicam et sacrum Præmonstratensem ordinem convicia, inter opera ejus recensuit :* Vitam Divæ Ursulæ, Lib. I. Universis Christi virginibus; *quo initio reapse primus liber Revelationum B. Hermanni significatur. Quum vero apud Cæsarium Heisterbacensem* (15) *legeretur miraculum de prodigiosa conservatione digitorum Richardi cujusdam, natione Anglici, qui in Arnbergensi seu Wedinghusano in Westphalia monasterio vitam describendis piis libris impenderat, utrumque Richardum unum eumdemque virum fuisse arbitratus est Pitseus* (16), *et multos, puta Miræum* (17), *Hartzheimium* (18), *Georgium* (19) *aliosque quos citat Crombachius* (20), *asseclas habuit. Quod vero Cæsarius ineunte sæculo* XIII *viveret, assignata est ætas Richardo annus circiter* 1190 *aut* 1200; *quin tamen hinc impediretur Tannerus* (21) *ne eidem tribueret Chronicum quod ab* 1064 *ad* 1284 *excurrit. Id unum dixerim neminem de hoc Richardo nisi supine scripsisse : quæ censura ne temera videatur, animadverte ipsos Hartzheimium et Georgium, qui utrumque librum Revelationum B. Hermanno Steinfeldensi aperte tribuunt, eosdem adscribere Richardo Anglico; præterea omnes absque ullo examine Balei aut Pitsei descripsisse verba, nisi nova portenta antiquis addiderint.*

F

aut Richardum Anglicum,

75 *Sed quid tandem de his censendum sit quæret lector. Richardum, natione Anglum, professione Præmonstratensem, Albæ Ecclesiæ* (*cujus nominis monasterium Præmonstratense in Anglia nullum exstitit*) *aut alius abbatiæ in Anglia abbatem, qui sæculo* XII *exeunte scriptis suis claruerit, exstitisse non putem : adeo enim vage de eo loquuntur Baleus,*

quem ne quidem constat umquam exstitisse

(1) Propylæum Maji, pag. *31. — (2) S. Ursula Vindicata, pag. 61. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Act. SS. Ord. S. Benedicti, tom. V, pag. 291. — (5) Nouveau Traité de Diplomatique, tom. II, pag. 234. — (6) Sacramentarium S. Gregorii, pag. 585. — (7) Biblioth. Scriptt. ord. Prædicatorum, tom. I, pag. 622, num. 7. — (8) Ibid. tom. I, pag. 254, num. 7. — (9) Act. SS. tom. IV Junii, pag. 654, num. 19 — (10) Propylæum Maji, pag. *31. — (11) Ap. Lippeloo, Vitæ SS. tom. IV, pag. 758. — (12) Echard et Quétif, Scriptt. ord. Præd. tom. I, pag. 185. — (13) Cfr Fabricius, Bibliotheca latina, vo *Tundalus*. — (14) Scriptores Britanniæ, Cent. III, num. 54, tom. I, pag. 232. — (15) Lib. XII Exempl. cap. 47, pag. 413. — (16) Scriptt. Angl. æt. XIII, pag. 255. — (17) Ordinis Præmonstratensis chronicon. pag. 122 et 158. — (18) Bibliotheca Coloniensis, pag. 290. — (19) Spiritus literarius Norbertinus, pag. 505 et seq. — (20) S. Ursula vindicata, pag. 61 et seq. — (21) Bibliotheca Britannico-Hibernica, pag. 627.

Pitseus

A *Pitseus et Tannerus, ut ipsi confiteantur se nescire ubi ponant pedem. Id unum certum codici cuidam Bodleiano inscriptum esse* (1) : Richardi Albæ-Ecclesiæ (*de loco scilicet natali*) Præmonstrati Tractatus de Officiis Missæ. *Novimus præterea in Cantabrigensi* (2) *et Oxoniensi* (3) *bibliothecis codices reperiri, in quibus Richardo Præmonstratensi adscribuntur* Carmina in Missam et Orationem dominicam; *sed quum horum initium sit :* Scribere proposui quid mystica sacra piorum (4), *jam pridem agnitum est* (5) *hæc Carmina non Richardi Præmonstratensis, sed Hildeberti Cenomannensis esse* (6); *adeoque hunc Richardum mere scribam fuisse seu librarium. Quæ omnia quum consideramus, et maxime nullum Richardum Præmonstratensem laudari quod revelationibus et visionibus fruitus est, nil nobis profecto occurrit prudentius quam ut cum Crombachio* (7) *nobis persuadeamus, Richardum Anglicum, præstantem Arnbergensem scribam, manu sua descripsisse B. Hermanni libros eosque in patriam destinasse, ubi aliquando, non tantum eorum librarius, verum etiam auctor habitus fuerit. Certe in iis, quæ de Richardo Anglico Præmonstratensi traduntur, nil est cur ejus illos libros faciamus, abjudicemus*

B *autem B. Hermanno, cujus tituli possessionis manifesti sunt.*

Libri illi pleni erroribus sunt, quorum causa explicatur.

76 *Verum quum ambos illos libros a B. Hermanno Josepho conscriptos dico, dissentiamne a Papebrochio* (8) *in hæc erumpente verba :* Quidlibet toleraverim potius quam pro cælestibus revelationibus talia suscipiam ? *Nequaquam; pauca tamen animadversa velim. Imprimis negare non licet B. Hermannum totam fere vitam in statu egisse ecstatico; cujus rei testem habemus biographum ejus coævum, sodalem et plurimorum beati viri arcanorum conscium; neque ullus* (*quod sciam*) *cordatus magni non fecit hanc Vitam. Secundo statum illum ecstaticum talem esse ut ex his terrenis animus omnino abripiatur ad cælestia et inter ea versetur eo fere modo quo reliqui mortales inter terrestria, passim notum est : quod magnum Dei donum esse negarit nemo. Tertio, dum ecstaticorum animi illo modo versantur in cælestibus, non destituuntur phantasiæ libertate, ita ut multa sibi imaginari queant eaque sibi videantur videre et audire, quæ exterius neque audiunt, neque vident. Atque hæc actio quum humana sit, non autem passio divina, facile intelligitur locum in ea esse multis erroribus. Adeoque cum ipso Papebrochio* (9)

C *et Benedicto XIV* (10) *in revelationibus, visionibus aliisque id genus rebus, substantia distinguenda est a circumstantiis. Fieri enim potest ut per gratiam divinam mens humana singulariter sublevetur et rebus supernaturaliter vehementer inhæreat, quin tamen impediatur ne naturales suas vires exserat et pro præconceptis opinionibus, desideriis aliisque affectibus plura cogitet, quæ nequaquam ei divinitus communicentur.*

explicatur.

77 *Quod ut clarius intelligatur, ipsius quotidianæ meditationis experientiam adhibeamus. Nemo plane non sentit per gratiam Dei fieri ut mysteriis pie contemplandis applicemus animum; jam vero in hac contemplatione quam varius singulorum in iisdem rebus sibi repræsentandis modus! adjuvatur tamen et aliquantisper divino auxilio elevatur omnium phantasia. Unde itaque illa repræsentationum et imaginum diversitas? Sane non ex auxilio divino, sed tantum ex mentis nostræ viribus, quæ, etiam gratia elevatæ, libere de rebus supernaturalibus cogitant. Neque aliter sentiendum de plerisque revelationibus ecstaticorum; nisi quod, quum ii exteriorum rerum impressionem non magis sentiant quam homines vulgo in somno, iidem* (*non secus ac somniantes*) *sibi videntur reapse videre et audire illa omnia quæ imaginationis viribus sibi repræsentant. Absit itaque ut singularem Dei gratiam B. Hermanno aliisque ecstaticis adfuisse negemus; adfuit profecto ad mirabiliter sublevandum eorum animum eumque abstrahendum ab omnibus terrenis rebus; sed liberas phantasiæ vires non abstulit : quibus quum duos Revelationum libros debeamus, nullam proin auctoritatem historicam in iis positam esse vix monendum est. Plura qui volet, legat eruditissimum Eusebii Amortii opus de Revelationibus, visionibus et apparitionibus privatis. Errores autem, quibus B. Hermanni libri scatent, hoc loco indicandi non sunt, quum aptior ad id erit occasio in Annotatis ipsis libris apponendis. Id unum iterum monendum superest hos errores nil officere sanctitati B. Hermanni Josephi : idemque intellige de S. Elisabetha Schonaugiensi. S. Antoninus enim visioni seu revelationi,*

E *factæ eidem S. Elisabethæ,* (*quam male confundit cum filia regis Hungariæ et Lantgravii Hessiæ uxore*), *de tempore, quo in cælum assumpta est B. Maria Virgo, fidem non adhibens, sic scribit* (11) : Nec per hoc detrahitur sanctitati Elisabeth, si non credatur; quia et sancti viri prophetæ aliquando credunt a Deo sibi aliqua revelari spiritu prophetiæ quæ ex phantasia sua trahunt in visionibus suis : *quæ calculo suo probavit Baronius* (12). *Quæ autem hactenus explicui, eo nequaquam spectant ut persuadeam numquam in ecstasibus arcana historica, sive præterita, sive futura aperiri, sed tantum visiones et ecstases esse posse secundum substantiam supernaturales et simul conjunctas cum libero et fallaci phantasiæ exercitio. Quod si sit, nullam vim habent.*

AUCTORE V. D. B.

§ VIII. Rivuli ex præcedentibus fontibus deducti.

Passiones aliquot puræ a Revelationibus;

F Ex *Passione* Regnante Domino *et ex Revelationibus SS. Elisabethæ et Hermanni, jam pridem aliæ confectæ sunt de* S. Ursulæ *martyrio historiæ : quarum paucas indicare satis fuerit. Prima titulum habet :* Relatio de historia sanctarum Agrippinensium virginum, *et mihi obvia est in ms. codice S. Viti in Gladbach. Incipit ab his verbis :* Fuit tempore pervetusto in partibus Britanniæ, quam modo gens Deo incolit præelecta, rex quidam cujus nominis notam mundana occuluit antiquitas. *Desinit in hæc :* Quocirca eam (*S. Cordulam*) congruis hymnorum melodiis et magnitudine honoris veneremur, ut cum omnibus sanctis nostri memor sit jugiter ordinis, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, cui laus, virtus et potestas cum Patre et Spiritu Sancto viget in sæcula sæculorum. Amen. *Convenit, præter stylum, in rebus omnibus cum Passione* Regnante Domino, *in quam videtur fuisse exercitatio scholastica. Idem dixeris de alia Passione, cujus exemplar habemus, excerptum ex codice ms. Vallis Lucentis et olim a Chiffletio nostro ad decessores submissum.*

(1) Oudinus, Commentarius de Scriptt. et scriptis ecclesiasticis, tom. II, col. 1521. — (2) Tannerus, Biblioth. Britannica, pag. 627. — (3) Oudinus, Commentarius, tom. II, col. 1521. — (4) Tannerus, Biblioth. pag. 627. — (5) Cfr Zaccaria, Bibliotheca ritualis, tom. II, pag. 85. — (6) Vide ea inter Opp. Hildeberti, ap. Migne, Patrologia, tom. CLXXI, col. 1177 et seqq.— (7) S. Ursula vindicata, pag. 62.—(8) Propylæum Maji, pag. 151. num. 12. — (9) Act. SS. tom. VI Maji, pag. 246 et seqq. — (10) De canonizatione SS. lib. III, cap. ult. tom. III, pag. 278.— (11) Chronicorum tertia part. tit. XIX, cap. 11, pag. 175. — (12) Martyrologium romanum, 15 Aug. not. *a*.

Hujus

AUCTORE V. D. B.

Hujus initium est : Fuit in Britanniæ finibus rex quidam Dinotus, id est Deo notus tam vita quam nomine; qui religiosus in omnibus ceremoniis catholicæ professionis *etc.; finis est :* Famula igitur Dei (*Hildetrudis*) ad sanctimoniales divinum oraculum retulit; creditumque est; ac deinceps statutum ut, cum pridie beatarum virginum celebritas agitur, sequens dies sanctæ Cordulæ laudibus impendatur, ad laudem Domini nostri Jesu Christi, qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen. Passio virgineæ finit veneranda choreæ. *Nil singulare habet nisi quod in ea post narratam SS. Virginum sepulturam legantur sequentia :* Ex eo autem jam crescente divina religione, non modo consuetudo, sed pro consuetudine sacramentum civibus inolevit, ut intra ambitum virginalis sepulturæ nemo usque hodie cujuscumque mortui corpus audeat sepelire. *De qua re alibi disceptandi erit locus. In Indiculo Vitarum sanctorum, quod anno* 1694 *ad decessores nostros misit Smitius, ecclesiæ anglicanæ minister, notatur Passionem hanc in Londinensi bibliotheca exstare cod.* Otho *A.* 12, *scriptam a Rogero Fordunensi monacho anno* 1181. *Dubito tamen an hic ejus* B *auctor fuerit. Quum eidem adscribantur S. Elisabethæ Revelationes, facile fieri potest ut tantum scriba fuerit, solitus exemplaribus quæ confecerat suum addere nomen.*

aliæ impuræ. 79 *Utraque illa Passio pura est a SS. Elisabethæ et Hermanni Revelationibus. Sequens vero Jacobi de Voragine* (1), *partim ex Passione* Regnante Domino, *partim ex S. Elisabethæ scriptis collecta est. Ita incipit :* Undecim millium virginum passio hoc ordine celebrata fuit. In Britannia rex christianissimus quidam fuit nomine Notus; alii Maurum dicunt; *desinit autem :* Quem cum abbas quid hoc esset interrogaret : et ille promissionem virginis sibi per ordinem enarrasset, credentibus cunctis et paulo post redeuntibus, ipsum migrasse ad Dominum invenerunt. *Nil aliud in ea notandum præter sequentia quæ ibi leguntur :* Passæ sunt autem anno Domini ducentesimo trigesimo octavo. Ratio autem temporis, ut quibusdam, placet, non sustinet; quod hæc tali tempore sint peracta. Sicilia enim tunc non erat regnum, nec Constantinopolis, cum hic fuisse dicatur cum virginibus has reginas. Verius creditur quod diu post Constantinum imperatorem, quum Gotthi sæviebant, tale sit martyrium celebratum, tempore scilicet Marciani imperatoris, ut quidam volunt, qui regnavit anno Domini trecentesimo * quinquagesimo secundo. *Scripta est ante annum* 1273 (2), *et auctori maxime præluxit Vincentius Bellovacensis, qui anno* 1244 *Speculum suum historiale absolvit* (3) *atque in id intulit narrationem* (*quæ apud Jacobum de Voragine etiam legitur*) *miraculi de corpore quod ad* S. Ursulæ *basilicam ex abbatia aliqua sponte redierat, quoniam hic negligentius haberetur. Ex hoc quoque fonte bibisse videntur, Petrus de Natalibus, Capgravius aliique. De Actis S. Cuneræ, quæ sæculo* XIV *aut* XV *conscripta fuisse ostendit Papebrochius* (4) *et fabulis esse plena, dicendum non videtur, quamquam iis Colonienses plurimum nixi fuerint.*

* quadringentesimo

C

D

§ IX. De Galfredo Monumetensi ejusque sequacibus.

Sæculo octavo aut nono perseverabant in Britannia majori traditiones aliquot de S. Ursula *et sociabus,*

Postquam autem disseruimus de fontibus Coloniensibus Passionis Ursulanæ, in Britanniam jam pergendum est; ubi diu, priusquam Passio antiqua Coloniensis scriberetur, traditiones de beato agmine exstitisse tradit omnium antiquissimus auctor Sermonis in Natali. Hic scilicet de beatarum virginum origine disserens : Plures, *inquit,...* vigilantius rerum ordinem intuentes, Britanniam insulam tradunt hujus Deo notæ multitudinis genetricem et nutricem pariter exstitisse. In qua sententia concordant procul dubio et hi, qui sanctum agmen misisse dicuntur (*Britanni nempe*); et qui se suscepisse magnopere gloriantur (*Colonienses puta*); horum etiam medii (*incolæ insulæ Batavicæ*) convenientissimis hoc ipsum adstruunt indiciis, apud quos pleraque loca sanctis his cernuntur simul et illustrata reliquiis : nam et in Batavia, quam Rhenus bicornis circumfluendo insulam facit, sedem fundasse, ibidemque aliquandiu mansisse referuntur. E *Vult itaque de virginibus Coloniensibus traditiones suas fuisse Britannis, Batavis suas et Coloniensibus; et quidem jam pridem mens fuit Papebrochii, quod, sicubi sincera* S. Ursulæ *et sociarum Passio quærenda sit, in Britannia investigationes faciendæ sunt. Hæ jam factæ a multis, sed incassum; neque scio alicui spem superesse hujus reperiendi thesauri. Interea Galfredus Monumetensis adhibendus est.*

Galfredus Monumentensis, cujus vita parum nota,

81. *De hoc scriptore nota paucissima.* Monumetensis *dictus est, sive quod diem vidit Monovagæ, quæ celebris et antiquæ Cambriæ urbs est, inter Monam et Vagam fluvios posita* (5), *sive quod monachus et forte prior* (6) *in prioratu Benedictino Monumetensi fuit* (7). Arturius *quoque agnominatus, utrum quod patre Arturo natus est, an quod Arturi regis laudes mirifice celebravit incertum* (8). *Fuisse Monumetensis ecclesiæ archidiaconum, ut voluere Baleus* (9) *et Caveus* (10), *difficile; quum Monumethæ ecclesia cathedralis non esset, neque hoc ævo jam Monumethæ archidiaconum fuisse constitutum constat. An anno* 1151, *ut idem tradit Caveus* (11) *et Godwinus* (12), *aut anno* 1152, *ut habet Wharton* (13), *et quidem die* 24 *februarii* (14), *ille idem episcopus* F *S. Asaphi aut Eliensis in Wallia seu Cambria consecratus fuerit, mihi quoque dubium; quamquam certum sit virum, Galfredum, Gallofredum seu Goffredum nomine, tunc ad hanc sedem fuisse promotum. Cardinalem fuisse primus scripsit Ponticus Virunnius* (15); *quod nemo prudens crediderit* (16). *Quæ quum omnia aut falsa aut ambigua sint, Galfredum Monumetensem nude appellabimus; quod cæterum vulgare ei apud historicos rei literariæ nomen est.*

ipse historiæ suæ fontes aperuit.

82 *Historiæ regum Britanniæ, quam scripsit, rationem aperit ipsemet in limine.* Cum multa, *inquit* (17), mecum et de multis sæpius animo revolvens, in historiam regum Britanniæ inciderem : in mirum contuli, quod intra mentionem quam de

(1) Legenda aurea, ad 21 Octobris. — (2) Cfr Fabricius, Biblioth. latina, v° *Jacobus de Voragine.* — (3) Cfr Echard et Quétif, Biblioth. FF. Prædicatorum, tom. I, pag. 233. — (4) Act. SS. tom. II Junii, pag. 559 et seqq. — (5) Cfr Tannerus, Bibliotheca Britannica, v° *Gallofredus Monumetensis.* — (6) Cfr Monasticum Anglicanum, tom. IV, pag. 595 et 597. — (7) Godwinus, de Præsulibus Angliæ, p. 654 — (8) Tannerus, Bibliotheca Britannica, v° *Gallofredus Monumetensis.* Godwinus, pag. 654 ex Præfat. Guilielmi Neubrigensis. — (9) Scriptt. Britanniæ, Centuria II, num. 86, tom. I, pag. 194. — (10) Scriptt. ecclesiastica historia, Sæcul. Waldense, pag. 586. — (11) Ibid. loc. cit. — (12) De Præsulibus Angliæ, pag. 654. — (13) De eccles. Asaph. pag. 506. — (14) Monasticum Anglic. tom. VIII, pag. 1503. — (15) Britanniæ histor. lib. VI, pag. 53, edit. Giles. — (16) Cfr tamen Tannerus, citans Annales medio sæculo XIII a Joanne Burgensi scriptos, Bibliotheca Britannica, v° *Gallofredus.* — (17) Galfredi Monumetensis historia Britonum, lib. I, sect. I, pag. 1, edit. Giles.

eis

A eis Gildas et Beda luculento tractatu fecerant, nihil de regibus, qui ante incarnationem Christi Britanniam inhabitaverant : nihil etiam de Arturo cæterisque compluribus, qui post incarnationem successerunt, reperissem : cum et gesta eorum digna æternitatis laude constarent et a multis populis quasi inscripta jucunde et memoriter prædicentur. Talia mihi et de talibus multoties cogitanti, obtulit Walterus, Oxinefordensis archidiaconus, vir in oratoria arte atque in exoticis historiis eruditus, quemdam britannici sermonis librum vetustissimum, qui a Bruto primo rege Britonum usque ad Cadwalladrum filium Cadwalonis, actus omnium continue et ex ordine perpulcris orationibus proponebat. Rogatu illius itaque ductus, tametsi intra alienos hortulos falerata verba non collegerim, agresti tamen stylo propriisque calamis contentus, codicem illum in latinum sermonem transferre curavi. Nam si ampullosis dictionibus paginam illevissem, tædium legentibus ingererem, dum magis in exponendis verbis quam in historia intelligenda, ipsos commorari oporteret. Opusculo igitur meo, Roberte dux Claudiocestriæ, faveas, ut sic, te ductore, te monitore, corrigatur, ut non ex
B Galfredi Monumetensis fonticulo censeatur exortum, sed sale minervæ tuæ conditum : illius censeatur editio, quem Henricus illustris rex Anglorum generavit; quem philosophia liberalibus artibus erudivit; quem innata probitas in militia militibus præfecit; unde Britannia tibi nunc temporibus nostris, ac si alterum Henricum adepta, interno gratulatur affectu.

Cœvus fuit Roberto, comiti Glocestriensi, Caradoco Lancarbanensi, Guilielmo Malmesburiensi

85 *Porro quum Robertus, quem Henricus I, rex Angliæ, Cadomi ex illicito concubitu susceperat, circa annum* 1107 *per matrimonium cum Sibylla seu Mathilde* (*variant enim de nomine chronographi*), *hærede comitatus Glocestriensis* (1), *ipse comes Glocestriensis factus sit eumque titulum usque ad supremum diem, quem pridie kalendas novembris anni* 1147 *apud Bristolium obiit* (2), *servarit; ex hoc capite sequitur a Galfredo librum suum scriptum fuisse inter annum* 1107 *et* 1147; *quandoquidem ipsi Roberto* duci *seu comiti* Glocestriensi *dicatus est. Sed accuratius tempus indicare possumus. Scripsit scilicet Galfredus, dum viverent Caradocus Lancarbanensis, Guilielmus Malmesburiensis et Henricus Hungtindoniensis : quæ ex ipsius Galfredi epilogo constant* (3) : Reges autem illorum, *ait*, qui
C ab illo tempore (*scilicet ab obitu Cadwalladri, qui anno* 689 *vita functus est*) in Gualiis successerunt, Karadoco Lancarbanensi, contemporaneo meo, in materia scribendi permitto. Reges vero Saxonum Guillelmo Malmesberiensi et Henrico Hungtindonensi : quos de regibus Britonum tacere jubeo, cum non habeant illum librum britannici sermonis, quem Gualterus, Oxinefordensis archidiaconus, ex Britannia (*Minori seu Armorica*) advexit : quem de historia eorum veraciter editum in honore prædictorum principum, hoc modo in latinum sermonem transferre curavi. *De Caradoco Lancarbanensi nil satis certi reperi* (4). *Malmesburiensis inter annum* 1114 *et* 1123 Gesta regum Anglorum *scripsisse habetur et, dum* Historiæ novellæ *scribendæ incumberet, anno* 1142 *mortuus* (5).

84 *Quod jam pertinet ad Henricum Huntingdoniensem, ante librum* VIII *ejus Historiarum hoc Savilii* (6) *annotatum reperio* : Inter librum septimum et eum, qui hic est octavus, ex codicibus manuscriptis nonnulli duos alios libros interponunt. Initium prioris : *Hic est annus qui comprehendit scriptorem;* posterioris : *De viris illustribus Anglorum et quæ per eos.* In priore libro continentur tres epistolæ : prima ad Henricum regem ejus nominis primum de serie regum potentissimorum, qui per orbem terrarum usque ad sua tempora fuerunt; altera ad Warinum Britonem de serie regum Britanicorum ex Galfredo Arthuro. Tertia ad Walterum archidiaconum Oxinefordiensem consortem suum de contemptu mundi. Posterior liber est de Miraculis ex Beda fere conscriptus. *Hos libros,* quamvis, *ut loquitur Savilius,* ab Huntingdonensi sine dubio conscriptos, *omittit ipse editor; quod de rebus Anglorum nil novi docerent. Verum nobis considerandum initium prioris libri* (7) : Hic est annus, qui comprehendit scriptorem, annus scilicet XXXV regni gloriosi et invictissimi regis Anglorum Henrici, annus LXIX ab adventu Normannorum, gentis excellentissimæ, temporibus nostris in Angliam. *Hinc enim manifesto sequitur anno* 1135 *jam Galfredi Monumetensis exstitisse historiam, quandoquidem eam breviaret Huntingdoniensis hoc ipso anno, qui convenit cum anno* 35 *Henrici regni, anno* 1100 *incepti, et cum anno* 69 *adventus Normannorum, qui anno* 1066 *Angliam occuparunt. Illa tamen videntur quatuor aut quinque annis in antecessum notata. Nam in Epistola ad Warinum, cujus pars Chronicis Roberti de Monte* (8) *præmissa est, scripsit Henricus ipsemet se frustra inquisivisse in res gestas regum Britonum ante C. Julium Cæsarem, donec tandem* anno, qui est ab incarnatione Domini 1139 (*accuratus est hic annus* (9)) cum Romam proficisceretur cum Theobaldo Cantuariensi archiepiscopo, apud Beccum, ubi idem archiepiscopus abbas fuerat, scripta rerum prædictarum stupens invenit. Siquidem Robertum de Torinneio, ejusdem loci monachum, virum tam divinarum quam sæcularium librorum inquisitorem et coacervatorem studiosisssimum, ibidem convenit. Qui cum de ordine historiæ de regibus Anglorum, *ab Henrico Huntingdoniensi* editæ. *hunc ipsum* interrogaret et id quod *ab eo* quærebat libens audisset, obtulit *ei* librum ad legendum de regibus Britonum, qui ante Anglos insulam tenuerunt; quorum excerpta, ut in epistola decet, brevissime scilicet, *ad Warinum* misit. « Æneas..... F
reperies. » *Ex quibus omnibus sequitur Galfredum in lucem non dedisse suam historiam anno* 1147, *ut alii volunt, multo minus anno* 1130 *seu* 1132, *ut dixere alii, sed inter annum* 1114 *quo Malmesburiensis rebus Anglorum explicandis cœpit dare operam et annum* 1133, *quo illam a se adhibitam videri voluisset Huntingdoniensis, aut saltem* 1139, *quo librum Galfredi reapse reperit apud Beccenses.*

AUCTORE V. D. B. *et Henrico Huntingdoniensi, ex quo constat Galfredi libros scriptos fuisse ante annum* 1135 *aut certe* 1139.

Gualterus Oxoniensis, a quo Galfredus accepit Chronicum Britannicum, diversus est a Gualtero Map,

85 *Hinc quoque corrigere licet errores nonnullos de Waltero, Oxoniensi archidiacono, a quo librum Britannicum accepit Galfredus et cui Henricus Huntingdoniensis suum de Contemptu mundi inscripsit volumen. Confunduntur scilicet a nonnullis* (10) *tres ad minimum Walteri, nempe Walterus noster ante annum* 1133 *aut saltem* 1139 *Oxoniensis archidiaconus, Walterus de Constantiis similiter Oxoniensis archidiaconus et Walterus Maps; adeoque singulo-*

(1) Cfr D. Bouquet, Recueil des histor. de France, tom. XII, pag. 764, not. *a*, et pag. 801 et 802. — (2) Ex Annalibus de Margan, ap. D. Bouquet, tom. XIII, pag. 736. — (3) Histor. reg. Britann. lib. XII, § 20, pag. 228. — (4) Cfr Tannerus, Bibliot. v° *Caradocus*. — (5) Duffus Hardy, Opp. Guilielmi Malmesbur. præf. ap. Migne, Patrologia, tom CLXXIX, col. 947.— (6) Anglicarum rerum scriptores, pag. 221. — (7) Cfr Tannerus, Bibliotheca, pag. 394, not. *a*. — (8) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VI, pag. 481. — (9) Cfr Chronicum Roberti de Monte ad annum 1138 et 1139, ibid. pag. 495 et 494. — (10) Thompson, ap. Giles, Galfredi Monum. Hist. Brit. præf. pag. XIV.

rum

AUCTORE V. D. B.

rum gesta uni tribuuntur. Verum Walterus Map, *qui et* Mapp, Maps, Mes, *nunquam videtur fuisse clericus, quum a Rusticiano Pisano, ejus coævo et socio,* Messire Gautier Map *et* chevalier le roy *appelletur* (1). *Vivebat adhuc anno* 1210. *Ex latino vertit gallice fictas aliquot historias* (Saint-Graal *et* Lancelot du Lac); *et quum id vulgarium poëtarum genus dicax esset in clericos et contumeliosum, nil vetat quin ei adscribantur aliquot carmina latina, universo statui ecclesiastico infensissima* (2).

item a Gualtero de Constantiis;

86 *Gualterius de Constantiis in Normannia Oxoniensis archidiaconus fuit ante annum Christi* 1185; *quo ad sedem Lincolniensem assumptus* (3), *id officium reliquit Hugoni de Nunant, qui id triennium tenuit, anno* 1186 *ad sedem Coventriensem seu Lichfeldensem promotus* (4). *Quandonam autem susceperit Gualterus de Constantiis archidiaconatum Oxoniensem, res satis obscura. Radulfus de Diceto, narrans ad annum* 1173 *quomodo Adulfus de Warnevilla, vitam curialem perosus, Gualtero vices suas cancellarii regis Angliæ crediderit, nude hunc vocat* Walterum de Constantiis canonicum Rotomagensem (5); *contra Benedictus Petroburgensis, Henrici II biographus, duplicem ad annum* 1177 *referens regis*
B *Angliæ legationem, alteram in Flandriam, in Normanniam alteram, priori loco eumden appellat* Walterum dè Constantiis archidiaconum de Oxenefordia sigilliferum regis (6), *dein* Walterum de Constantiis Oxenfordiæ archidiaconum, vice-cancellarium regis (7) *: ita ut inter annum* 1173 *et* 1177 *hoc beneficio auctus fuisse videatur. Adde eum anno* 1207, *medio mense Novembri, vita functum esse, postquam ab anno* 1185, *relicta sede Lincolniensi, Rothomagensem cathedram per annos viginti duos occupasset; neque tunc viribus valde fractum fuisse, quandoquidem eodem anno templum abbatiæ Insulæ Dei dedicavit* (8). *Ex quibus patet eumdem esse non posse ac Walterum, Oxoniensem archidiaconum, a quo Galfredus Monumetensis codicem Britannicum acceperit. Ejus Vitam dabunt historici rei literariæ in Gallia* (9) *et Galliæ Christianæ novæ scriptores* (10). *Apud illos etiam legitur Vita alterius archidiaconi Oxoniensis, de quo mentionem injecimus, nempe Hugonis de Nunant* (11).

sed idem est ac Gualterus, qui Calenius dicitur, vir eruditus.

87 *Ex his, quæ superius de Galfredi Monumetensis ætate disseruimus, patet quo circiter tempore vixerit Gualterus ille, qui librum Britannicum in Angliam tulit et qui vulgo Gualterus Calenius agnominatur.*
C *Jam archidiaconum Oxoniensem fuisse anno* 2 *Henrici I* (*ita saltem siglas intelligo, atque id est anno Christi* 1101) *vult Tannerus* (12), *Chartularium Abbendonense ms. allegans; certe hoc officio functus est ante obitum Roberti episcopi Lincolniensis, qui anno* 1122 *ad superos abiit* (13). *Quod beneficium anno* 1135 *tenuisse ex priori editione Monastici Anglicani* (14) *idem Tannerus perhibet, et anno* 1137 *ex Chronico Ossenensi ms. Volunt aliqui eum ad cathedram episcopalem Oxoniensem fuisse promotum : sed hæc sedes Henrico VIII antiquior non est; alii ad Excestriensem; verum id quoque stare non potest, quum* IV *idus aprilis anni* 1138 *in concilio Northamtoniensi* Exoniensi ecclesiæ, pastorali cura destitutæ de medio facti Guilielmi de Warawast, D archidiaconus nomine Robertus pastorali curæ præfectus fuerit; *et, ubi* anno 1155 obiit Robertus Exoniensis episcopus, successerit Robertus decanus Sarum (15). *Quamquam itaque episcopalibus infulis non fulserit Gualterus Calenius, negari tamen non potest virum boni nominis fuisse. Quod non tantum archidiaconale Oxoniense munus, viris gravissimis conferri solitum, patefacit, sed maxime quod Galfredus Monumetensis, ut libro suo apud Robertum, Glocestriensem comitem, auctoritatem et fidem conciliet, nil potius habet quam referre eum ad se delatum fuisse a* Waltero Oxinefordensi archidiacono, viro in oratoria arte et exoticis historiis erudito. *Recogita insuper laudem huic Waltero datum ab Henrico Huntingdoniensi.*

Galfredo Monumetensi præluxit Chronicum Britannicum, in quod frustra a nobis inquisitum est;

88 *In Britannia Armorica librum a Waltero repertum fuisse jam ex Galfredo animadvertimus : unde vero aliqui, puta Wood* (16), *resciverint Dolæ fuisse inventum aut hinc saltem asportatum in Angliam, me latet. Quibus si addamus Galfredi versionem statim fuisse vulgatam per Angliam, nec quempiam fuisse qui negarit librum Britannicum in Anglia delatum fuisse aut qui Gualterum vel Galfredum fictionis incusarit; equidem non video quomodo ullus suspicioni possit esse locus ne Gualterus hunc suo cerebro excuderit codicem, aut ne Galfredus finxerit* (*prout nunc aliquando fabularum scriptores faciunt*) *in suas manus venisse incognitum ante volumen, idque a se latine fuisse versum, dum tamen id totum excogitasset ipsemet. Fuere illo ævo qui acriter perstrinxerunt Galfredum; atque hi sane non tacuissent suppositionis crimen, si ei locus fuisset : multo minus ullus cogitavit de reo faciendo Waltero. Utrum in Anglia antiqui illius operis Britannici exemplaria supersint, mihi perquam dubium est. Complures* (17) *quidem id affirmant; atque ut quid rei esset me doceret, operam suam libenter impendit cl. v. Richardus Simpson, industrius bibliothecarum perscrutator et scriptis suis historicis, maxime de persecutionibus catholicorum in Anglia, benemeritus. Accipe quæ ad me perscripserit :* Inspexi catalogum Mss. codicum Cottonianorum, qui nunc in Musæo Britannico Londoniæ asservantur; sed nullus ibi codex, similis illi quem Galfredus Monumetensis adhibuerit, aut saltem quo aliqua de S. Ursula et sociabus capiantur. Juverit hæc paulo latius declarare. Exstat codex, notatus *Cotton Ms. Caligula. A.* VI; cujus articulo I Chronicum Walliæ, F exordium ducens ab anno 720 et in anno 1293 desinens, scriptusque anglice ab Humphrey Lloyd et absolutus 17 Julii anni 1559. Ejusdem codicis articulus II fragmentum est ejusdem Chronici, wallice ab eodem Lloydio scripti et ab anno quoque 720 seu gestis Cadwalladri exordiens : in præliminaribus nulla de S. Ursula mentio. Venio jam ad secundum codicem, notatum *Claudius cap.* 4, *pag.* 247. In eo leguntur « Annales Cambrici incerti auctoris usque ad annum 1296; » quo recentiores videntur Galfredo, nec quidquam de S. Ursula continent. Articulus V tertii codicis, signati *Claudius D.* VII, exhibet « Fragmentum de flaminibus

(1) Cfr Histoire littéraire de France, tom. XV. pag. 496. — (2) Baleus, Scriptt. Brit. cent. III, num. 61, tom. I, pag. 373 et seq.; Oudinus, Commentarii de Scriptt. eccles. tom. II, col. 1645 et seq.; Caveus, Scriptt. eccles. histor. pag. 622. — (3) Cfr Gallia Christ. tom. XI, col. 51; Godwinus, de Præsul. Angl. pag. 344. —(4) Cfr Hist. S. Thomæ Cantuariensis quadripartita, ap. Migne, Patrologia, tom. CCVII, col. 278. Godwinus, de Præsulibus Angliæ, pag. 368. — (5) D. Bouquet, Recueil des historiens de France, tom. XIII, pag. 191. — (6) Ibid. pag. 168, — (7) Ibid. pag. 169. — (8) Gallia Christ. tom. XI, col. 51 et seqq. — (9) Histoire littéraire de la France, tom XVI, pag. 535 et seqq. — (10) Gallia Christiana, tom. XI, col. 51 et seqq. — (11) Hist. litt. de la France, tom. XV, pag. 310 et seqq. — (12) Bibliotheca Britannica, v° *Calenius Gualterus.* — (13) Ibid. loc.— (14) Tom. I, pag 325. — (15) Cfr Monasticum Anglicanum novum, tom. II, pag. 315. — (16) Historia et antiquitates universitatis Oxoniensis, tom. I, pag. 47. — (17) Usserius, de Britann. eccles. primordiis, pag. 37, edit. 1639; Oudinus, Comment. de Scriptt. eccles. tom. II, col. 1413; Tannerus, Biblioth. Britannica, v° *Gallofredus;* Giles, Galfredi Monum. Hist. Britonum, præf. pag. XVI et seq.

et

A et archiflaminibus cum nominibus filiorum Bruti, » neque aliud est, ut ibidem notatur, quam « flaminum et archiflaminum commentum, quod in vetere libro Britannico, quem transtulisse Galfridus nusquam comparet. » Utut id est, nil hinc res Ursulana juvatur. Præterea aliud reperi nihil, quod modo quocumque ad Galfredi historiam referri possit; sed animadvertendum est incendio consumptos esse pluteos complures in quibus olim custodiebantur libri historici, adeoque plura chronica non amplius reperiri. Quibus adde a chronicorum præposito, qui iis disponendis operam suam ponit atque in hanc rem jam multa notavit, mihi dictum esse, numquam a se repertum fuisse Chronicum Britannicum, quod præiverit Galfredo, et jam pro certo statui amplius non exstare fundamenta, quibus ille Historiam suam Britonum superstruxit. Dolendum quod præpositus, qui Chronicis Britannicis studuerat, mense decembri anni 1856 diem obiit, neque nunc ullus est cui lingua et historia Britannica satis sit nota. *Ad hæc nil aliud observabo, nisi quod Usserius voluit codicem, primo recensitum loco, unum ex exemplaribus esse quibus contineretur Chronicum Britannicum, quo usus fuit Galfredus. Summum ad-*
B *mitti posset tria enumerata scripta partim ex illo Chronico collecta fuisse, non secus ac ipsam Galfredi Historiam.*

quod ille verisimiliter, pro prisco vertentium more,

89 *Verumtamen nequaquam dubitamus quin Galfredus librum de priscorum regum Britanniæ gestis a Gualtero acceperit et ex vulgari sermone transtulerit in latinum. Sed quam fideliter id inquirendum. Profecto operæ pretium fuisset si quis aliquando exemplaria britannica cum latinis contulisset; verum quum id a nemine umquam factum fuerit, aliunde quid sentiendum sit de Galfredi fidelitate resciri oportet. Porro is sane multum aberrarit a vero, qui æstimarit antiquos interpretes easdem sibi præstituisse leges quas recentiores observare solent. Nunc enim nil exemplari addere licet, nil detrahere; sed, quantum fieri potest, versio speculum sit quo ipse repræsentetur primigenius liber. Non eadem olim ratio et norma. Rufinus in Libello suo de adulteratione librorum Origenis :* Sicubi, *inquit* (1), ergo nos in libris ejus aliquid contra id invenimus, quod ab ipso in ceteris locis pie de Trinitate fuerat definitum, velut adulteratum hoc et alienum, aut prætermisimus aut secundum eam regulam protulimus, quam ab ipso frequenter invenimus affirmatam; *et*
C *alibi sese* interpretari *ait*, salva fidei suæ ratione (2); *quæ multis locis repetit. Idem factum ab Hieronymo, quum libros aliquot Origenis in latinum idioma transtulit :* in quibus quum aliquanta offendicula inveniantur in græco, ita elimavit omnia interpretando atque purgavit, ut nihil in illis quod a fide nostra discrepet, latinus lector inveniat (3). *Neque tantum ubi de fide agebatur, hanc sibi assumebant libertatem interpretes : in historicis etiam eadem utebantur : quis enim nescit versionem Historiæ ecclesiasticæ Eusebii Rufinianam neque ubique fidam esse neque integram* (4)? *Multa enim pro arbitrio addita, multa detracta, mutata multa* (5). *Et Hieronymus in Præfatione ad Chronici Eusebiani versionem monet lectores* ut græcorum fidem suo auctori (*Eusebio*) assignent, et quæ novo (*sic pergit*) inseruimus, de aliis probatissimis viris libata cognoscant. Sciendum etenim me esse et interpretis et scriptoris ex parte officio usum, quia et græca fidelissime expressi et nonnulla quæ mihi intermissa videbantur adjeci, in Romana maxime historia (6). *Neque monebant semper veteres quod scriptoris officium cum interpretis conjungerent : certe Ruffinus nil tale monet in Eusebii versione : neque propterea a se peccari arbitrabantur, quum non tam de versionis fidelitate quam de libri utilitate (quæcumque ejus origo esset) cogitarent.*

AUCTORE V. D. B.

nonnihil auxit et ornavit, quum id in latinum sermonem transtulit.

90 *Secundum hanc itaque normam, non vero juxta eas quas nunc in interpretandis libris sequimur leges, judicandum est de Galfredi Monumetensis versione; adeoque, quod ille antiquorum exemplo de sua penu nonnulla addiderit, nedum mirandum sit, contra exspectandum erat omnino. Quocirca non iniqua censura videtur (quamquam dura sit et parum modesta) Guilielmi Neubrigensis, Galfredo coævi; qui in præfatione rerum Anglicarum hoc Historiam Britonum notavit calculo :* Quidam, *inquit*, nostris temporibus, pro expiandis Britonum maculis, scriptor emersit, ridicula de eisdem figmenta confingens; eosque longe supra virtutem Macedonum et Romanorum impudenti vanitate attollens. Gaufridus hic dictus est, agnomen habens Arturii : pro eo quod fabulas de Arturo, ex priscis Britonum figmentis sumptas ET EX PROPRIO AUCTOS, per superdictum latini sermonis colorem honesto Historiæ E
nomine palliavit. Qui etiam majori ausu cujusdam Merlini divinationes fallacissimas, quibus utique de proprio plurimum adjecit, dum eas in latinum transfunderet, tanquam authenticas et immobili veritati subnixas prophetias vulgavit. *Specimen additamenti indicare tentavit Usserius. Hic enim Chronicum, lingua cambro-britannica conscriptum, quod ex bibliotheca Humfredi Lhuydi, in Cottonianam transiit, et exemplar libri Britannici, quo usus est Galfredus, ei habitum est, (idem id est de quo supra n.* 88*) contulit cum capite seu sectione* XIX *libri* IV *Galfredi, ubi traduntur ante Lucii regis conversionem fuisse in Britannia viginti octo flamines et tres archiflamines; quibus dein substituti fuerint tot episcopi et archiepiscopi; reperitque hæc minime in illo Chronico Cambro-britannico* (7). *Sed non videtur consentiendum Usserio id Chronicum idem habenti ac librum ex Britannia Armorica in Angliam delatum. Ast manet Guilielmi Neubrigensis testimonium, aperte declarantis Arturii gesta fabulosa et divinationes Merlini plurimum a Galfredo fuisse aucta. Quamobrem legitima suspicio est alibi quoque nonnulla fuisse addita; sed integras historias de novo fuisse fictas credibile non est; adeoque, quod ad Ursulana gesta attinet, de* F
iisdem in libro Britannico nonnulla fuisse narrata quæ cum Galfredi narratione conveniant, omnino persuasum habeo : ornamenta ad summum aliquot adjecerit Galfredus.

Non magnam posse esse hujus Chronici auctoritatem colligitur ex S. Gilda et ex ætate illius chronici;

91 *Quærendum itaque superest quæ auctoritas libro illi Britannico inesse possit. Consideranda imprimis sunt S. Gildæ Sapientis, paucis post medium sæculum* VI *annis scribentis, verba* (8) : Tacens vetustos immanium tyrannorum annos,... illa tamen proferre conabor in medium quæ temporibus imperatorum Romanorum et passa est (*Britannia*) et aliis intulit civibus longe positis mala; quantum tamen potuero, non tam ex scripturis patriæ scriptorumve monumentis (quippe quæ, vel si qua fuerint, aut ignibus hostium exusta, aut civium exsilii [*forte* exsulum] classe longius deportata, non compareant) quam transmarina relatione; quæ crebris interrupta intercapedinibus, non satis cla-

(1) Migne, Patrologia, tom. XXI, col. 122.— (2) Ibid. col. 549 et 550, Apologiæ lib. I. num. 12 et 13. — (3) Ibid. col. 122 — (4) Ibid. col. 21. — (5) Cfr Præfatio Henrici Valesii ad Eusebii Hist. eccles. — (6) Chronicum Eusebii, interprete Hieronymo, edit. Scaligeri, pag. 4. — (7) De Britannic. eccles. primordiis, pag. 57. — (8) Liber querulus, part. I hist., cap. 2 de Contumacia, ap. Migne, Patrologia, tom. LXIX, col. 535.

AUCTORE V. D. B.

ret. *Ex his autem constat medio sæculo* VI *neque in Britannia Majori, neque in Armorica, in qua Librum suum Querulum scribebat S. Gildas,* ullas scripturas scriptorumve monumenta compariusse, *quæ ad ætatem, qua Romani potiebantur insula,* (*et potiti sunt usque ad iniens sæculum* V) *spectarent; dein* relationes transmarinas *seu Britanniæ Majoris meliores visas esse S. Gildæ quam Armoricanas; tertio has ipsas* relationes transmarinas non satis claruisse, *quippe quæ interrupta essent intercapedinibus; quarto demum dubitasse tamen S. Gildam an* civium exsulum classe longius deportata *essent* scriptorum monumenta, si qua fuerint; *sed quum hi exsules in Britannia Minori, unde prodiit Gualteri, Oxoniensis archidiaconi, liber Britannicus, versati non sint, profecto id dubium ad præsentem quæstionem nequaquam pertinet. Quocirca quum liber ille Britannicus certissime scriptus sit post* XII diem kalendarum majarum anni ab incarnatione dominica DCLXXXIX, *quo Cadwalladrus in eo narratur,* contagione carnis solutus, cælestis regni aulam ingressus esse (1), *facile intelligit lector non valde magni faciendas esse traditiones quæ eo continentur; ad minimum enim integro sæculo recentiores*
B *sunt scriptione S. Gildæ Sapientis, cujus ævo eæ jam* intercapedinibus interruptæ *erant: et quidem tanto minor earum est auctoritas quo ad fabulas propensior fuit gens Britannica; cujus asserti innumeræ in opere nostro exstant probationes. Ut enim ecclesia Britannica* (*Armoricam et ultramarinam intelligo*) *Sanctorum feracissima fuit, dum paucissima habet Acta Sanctorum sincera, innumera exhibet portentosis fabulis referta.*

Neque magna est auctoritas Galfredi.

92 *Scriptor præterea ille libri Britannici et ex eo Galfredus singularem fabulandi habebant causam, scilicet vindicandæ fortitudinis Britonum, quorum passim ignavia accusabatur ab historicis. Nil proinde mirum si, ut loquitur Guilielmus Neubrigensis,* in libro, quem Britonum historiam vocat, quam petulanter et impudenter per omnia mentiatur, nemo nisi veterum historiarum ignarus ambigere sinitur. Omitto, *pergit Neubrigensis,* quæcumque in laudibus Britonum contra fidem historicæ veritatis deliravit, a tempore Julii Cæsaris, sub quo Britones Romanæ ditionis esse cœperunt, usque ad tempus Honorii, sub quo Romani a Britannia propter urgentiora reipublicæ negotia sponte recesserunt, ipsum Arthurum facit
C præclarum et spectabilem super omnes homines; adeo ut de Anglis, Pictis et Scotis ad libitum triumphet; imo et de Hibernis, Gothis, Gallis, Danis : deinde profusiore mentiendi licentia, facit adversus Arthurum convenire cum Romanis reges magnos orbis terrarum, scilicet Græciæ, Africæ, Hispaniæ, Parthorum, Medorum, Itureorum, Lybiæ, Ægypti, Babyloniæ, Bithyniæ, Phrygiæ, Syriæ, Bæotiæ, Cretæ, omnesque refert uno prælio ab eo devictos, et in concione ad suos habita gloriatur triginta alios reges a se uno subactos esse : at non inveniet fabulator tot regna in orbe nostro, præter regna memorata, quæ ubique ille nondum subegerat. *Quum tamen historia* S. Ursulæ *non proxime ad extollendam Britonum gloriam spectet, nimii essemus si eam eodem haberemus loco quo regis Arthuri gesta; et contra non peccaremus minus, si magnam ei tribueremus auctoritatem. Media itaque via incedendum est, scilicet ut ex iis, quæ de* S. Ursula *et sociabus refert Galfredus, intelligamus popularem traditionem, quæ sæculo* VIII *aut sequentibus de eis circumferebatur; neque sane ex ullo capite Galfredi narratio majoris est ponderis quam quæ in antiquiori Passione Coloniensi refertur.* D

Referuntur aliquot scriptores qui Galfredum ducem adhibuere.

93 *Quamquam hæc ita sint, complures tamen asseclas habuit Galfredus, vix tamen ullos qui proxime ejus vestigia presserint. Ponticus Virunnius, qui vixit sæculo* XV *et* XVI *ineunte breviavit tantum Galfredi Historiam* (2); *Joannes Major, Scotiæ historicus* (3), *magnam Galfredi narrationis partem probavit, nonnulla tamen e propria penu aut ex aliorum narratibus adjiciens, v. g. passas esse Ursulanas virgines anno* 225 (4). *Eodem fere tempore videbat Hector Boëthius, ipse quoque historicus Scotus, qui quum Ursulanum martyrium cum Attilæ in Gallias irruptione componendum esse arbitraretur, hujus temporis historiam, ex scriptoribus latinis cognitam, cum Galfredi placitis conjunxit* (5). *Plurimum de eo conqueritur Crombachius* (6); *et quidem aliqua refert, nulla auctoritate nixa, et parum probanda. Leslæus, episcopus Roffensis, proxime sequitur Boëthium, nisi quod pigmentorum rhetoricorum parcior sit* (7). *Quum in codicem Ms. Romanum, quo Galfredi Monumetensis libri capiebantur, incidisset* E *Baronius, thesaurum sibi detexisse visus est : quem tamen ita adhibuit in Annalibus et Notis ad Martyrologium Romanum ut, quæ incredibilia viderentur nimis, prudenti forcipe reciderit. Sed inferius conveniendus erit Baronius. Verum, ut præstantissimus vir hanc viam iniit, continuo qui se sequerentur habuit complures. Hos inter venit imprimis Hermannus Fleienus, Coloniensis S. Ursulæ canonicus, qui in hoc tamen correxit Baronium, quod quum sanctarum martyrum palæstram in insula Batavica et tempore Gratiani collocasset, ille luculente hanc laudem Coloniæ dandam esse ostendit et cædem patratam fuisse ab Attilæ militibus. Partim ad Fleienum, scilicet de loco, partim ad Baronium, quod spectat ad tempus, accessit anno* 1608 *Miræus in sua Disquisitione de SS. Virginibus Coloniensibus; sed biennio post anonymus quidam, seu potius Richardus Witus Basinstochiensis, qui latere voluit sub siglis R. V. B., maluit nude sequi Galfredum in libello cui titulus :* Brevis explicatio martyrii sanctæ Ursulæ et undecim millium virginum per R. V. B. *Duaci anno* 1610 *impressa typis Petri Auroi. Totum autem opusculum fere metaphrasis est Galfredi dictorum cum satis copioso quem vocat commentariolo. Innumeri alii de Ursulano scripsere martyrio; adeo ut, siquis bibliographiam Ursulanam conscribere velit, ille facile plura millia nomina reperturus sit. Sed id negotium nostrum non est.* F

§ X. SS. Ursulæ et sociæ an passæ sint circa ann. 238. De origine Cyriaci papæ.

Varia systemata de tempore martyrii S. Ursulæ.

Tres *præcipuæ de* S. Ursula *et Sociabus agitantur controversiæ, quarum prima ad tempus spectat secunda ad locum, tertia ad numerum martyrum. Reliquæ minoris sunt momenti. De tempore autem tria potissimum sunt systemata, quum alii velint eas passas esse anno* 237 *aut* 238 : *quæ opinio præ re-*

(1) Galfredus, Hist. reg. Brit., lib. XII, § 18, pag. 229. — (2) Pontici Virunnii Britan. Historiæ lib. V, pag. 48 et seqq. edit. Giles. — (3) De gestis Scotorum, lib. I, cap. 14. — (4) Cfr Crombach, pag. 181 et 182. — (5) Rerum Scoticarum lib. V, cap. 42, pag. 75 et seqq. edit. Edinburg, 1715. — (6) S. Ursula vindicata, pag. 182 et 183. — (7) De rebus Scotorum, lib. IV, cap. 41, pag. 129 et seqq. Romæ, 1578.

liquis

A *liquis connectitur cum fabula de Cyriaco papa; alii circa annum* 385, *alii demum anno* 451. *Prima sententia convenit cum Coloniensibus traditionibus, a sæculo* XII *exeunte fere receptis; secunda propius ad Britannicas accedit; tertia demum argumenta, quibus fulciatur, ex historia repetit. De his ordine jam disseramus, prius tamen verbo facto de quarta quadam opinione, quæ reliquis omnibus antiquior est et qua* S. Ursulæ *et sociarum cædes Maximiani imperatoris regno innectitur. Auctor scilicet Sermonis in Natali, num.* 7, *refert suo tempore aliquot argumentatos esse* sanctas virgines ex Oriente fuisse adductas (*error is, ex male intellecto Clematii titulo ortus, in tertia antiphona ad Laudes olim Coloniæ legebatur,*) quasi vel expeditionis obedientia propter Romanæ pacis custodiam cum martyribus Thebææ societatis Coloniam usque directæ vel orandi gratia ad hæc paganorum eo tempore loca pro proposito fuerint destinatæ; *quibus verbis connectitur earum Passio cum martyrio SS. Gereonis et sociorum, qui sæculo* VI *jam pars* (*nec forte immerito*) *Legionis Thebææ habebantur* (1); *qua opinione censendæ forent periisse sub Maximiano Herculio inter annum* 285 *et* 305; *quo temporis spatio Thebæa Legio tam præclare*
B *prope Agaunum, Bonnam, Coloniam Agrippinæ et Sanctos pro Deo decertavit. Sed ille idem scriptor huic narrationi alteram prætulit, æstimans scilicet ex Britannia venisse beatum manipulum, quum hæc* insula actrocissima Christianorum persecutione jussu Maximiani concussa est; *quo tempore* istæ beatæ, soli Deo in omnibus et meritis notæ, Orientem versus contenderunt *et*, occurrente lictorum immanitate, hanc Agrippinæ Coloniæ terram effusione sancti sui sanguinis decoraverunt; *quibus denuo verbis eorum martyrium ad Maximiani Herculii ævum refertur, seu potius ad annos* 304 *et* 305, *quibus in Britannia adversus christianos sæviit persecutio, a Diocletiano et Maximiano indicta.*

Non est passa tempore Maximiani Herculii;

95 *Verum quod tunc temporis crederent Colonienses* S. Ursulam *et socias, Maximiano imperante, fuisse cæsas, non alia videtur fuisse causa quam quod SS. Gereon et socii, aliique de Legione Thebæa superstites manipuli hoc imperatore crudelem necem obiverant : pronæ enim sunt gentes ad res similes connectendas; pronæ quoque ad crudelia quæque uni tyranno tribuenda, quorum nomen reliquis notius sit; ita ut in quibusdam Galliæ partibus, in quibus Juliani apostatæ fama plurimum increbuit, omnes pæne*
C *martyres ab hoc ipso cæsare dicantur interrogati et capitis pœna plexi; quamquam ex historia certum et evidens sit eum christianum voluisse videri quamdiu in Galliis degerit, neque prius ad gentilium castra aperte transiisse quam ex illis provinciis excessisset* (2). *Dein considerandum est nil certi de tempore scivisse scriptorem Sermonis in Natali, sed hæc ab eo dicta fuisse ex conjectura. Quum enim retulisset traditionem, qua sanctæ virgines perhibebantur Coloniam ex Britannia venisse, quæsivit apud se qua occasione id factum fuerit; et quum apud Venerabilem Bedam, ut num.* 16 *ostendimus, brevem narratum de persecutione Diocletiani seu potius Maximiani Herculii in Britannia habuisset obvium, statuit ex illa insula in Germaniam migrasse venerandas turmas, quum in patria tam male haberentur christiani Britanni. Verum, quum, ut postmodum manifestum faciemus, dubitandum non sit quin ab Hunnis trucidata fuerit* B. Ursula *cum sociis; Hunni autem eo tempore in Germaniam nondum venissent; nihili facienda est hæc sententia.*

96 *Neque alio argumento indigemus ut convellamus eorum opinionem, qui sanctissimum agmen, comite S. Cyriaco papa, anno* 237 *aut* 238 *cæsum statuunt. Hæc autem non aliis nititur fundamentis quam clausula Passionis Coloniensis, cujus initium est :* Regnante Domino *et Elisabethanis et Hermannianis Revelationibus; quibus quid veri inesse possit inquiramus. Ad calcem Passionis prædictæ, qualis edita est, hæc leguntur verba :* Passæ sunt anno 238; *et hæc tempore S. Elisabethæ jam similiter fuisse lecta indubium est; quum hinc pendeant potissimæ ejus Revelationes. Verum valde verisimile, ne dicam certum est id additamentum sæculo* XII *Passioni adjectum fuisse. Quod enim additamenti formam habet, planum est. Dein quum capite* XIV *dicatur* S. Ursula *cum sociabus necta fuisse ab Hunnis, qui Galliarum, Germaniæ et Italiæ terras vastarunt, aperte Attila indicatur ejusque truculentus exercitus. Nequaquam autem hæc cum anno* 238 *convenire quis nescit? Præterea Sigebertus Gemblacensis, qui certe legit Passionem* Regnante Domino, *in ea non videtur reperisse sanctissimum manipulum occubuisse anno* 238 : *quin immo ad medium sæculum* V, *quo Attila tot in his partibus strages edidit, retulit Ursulanum martyrium : idem cense de Ottone Frisingensi; quin etiam*
E *de Theodorico ædituo Tuitiensi, qui, ut Crombachius ipse testis est* (3), *scripsit Chronicum ab orbe condito usque ad annum* 1163, *dum ferveret reliquiarum effossio; in hoc autem hæc legere est* (4) : Quorum rex Attila Galliam atque Germaniam pari formidinis horrore concussit, et totis pene urbibus Europæ eversis, quidquid attingere poterat, velut ignis adurens, velut turbo dispergens absumebat, qui inter cetera sua flagitia exercitum undecim millium virginum, dum Coloniam obsideret, cum omnibus qui cum ipsis erant extinxit; *quæ eo magis consideranda sunt, quod scripta fuere aut saltem mutata non sunt, quum Revelationes suas habuit S. Elisabeth. Demum ecgrapha habemus Passionis* Regnante Domino, *desumpta ex codicibus mss. S. Ghisleni, Carthusiæ prope Trajectum inferius* (Utrecht), *S. Pauli in Sonia prope Bruxellas, Vallicellensis abbatiæ et monasterii de Moris ordinis Cisterciensis olim in diœcesi Lingonensi; atque in nullo ex his clausula illa legitur.*

AUCTORE V. D. B. *neque anno* 238; *quæ nota temporis sæculo* XII *aliquot exemplaribus Passionis* Regnante Domino *adscripta est :*

S. Elisabetha connexuit cum hoc tempore historiam fabulosi Cyriaci *papæ :*

97 *Quis autem exemplaribus aliquot annum* 238 *adscripserit, latet; sed medio sæc.* XII, *jam in aliquot codicibus appositum fuisse ex S. Elisabethæ libris compertum esse dixi. Capite enim* VII *ejus Revelationum, ubi S. Verena de commentitio Cyriaco disserit et qua lætitia Ursulanas exceperit ille papa virgines explicat, hæc occurrunt :* In tempore, quo ingressæ sumus urbem Romam, præsidebat apostolicæ sedi vir sanctus nomine Cyriacus :... et jam per annum integrum et undecim hebdomadas Romanam ecclesiam rexerat, eratque in numero Romanorum pontificum decimus nonus... Nocte vero quæ proxima erat post adventum nostrum revelatum est ei a Domino, quod, relicta sede apostolica, nobiscum esset profecturus.... Ipse autem venerandus pater Cyriacus non prius ab urbe regressus est, donec ipsius consilio alter ei, nomine Antherus, substitutus est. *Et inferius cap.* 14 : Quodam tempore, *inquit S. Elisabetha,* a S. Verena, cum videndam se mihi præsentasset, sciscitata sum, sicut mihi a fratre quodam suggestum est, quisnam fuerit auctor martyrii illius beati exercitus : nam secundum considerationem narrationis, quæ de præfato papa in præcedentibus facta est, nequaquam, sicut æstimant nonnulli, Attila, rex Hunnorum, illius persecutionis auctor exstitit, sed multorum

(1) Cfr Act. SS. tom. V Octobris, pag. 22. — (2) Ibid. tom. VII Octobris, pag. 802 — (3) Pag. 1004. — (4) Ex ms.

annorum

AUCTORE V. D. B.

annorum spatio postea ejus persecutio subsecuta est. Cui interrogationi ita respondit : Cum essemus Romæ, fuerunt ibidem eo tempore duo principes iniqui, quorum nomina erant Maximus et Africacanus, qui videntes magnam esse multitudinem nostram et multos confluere ad nos et nobis associari, indignati sunt vehementer adversum nos, ac metuebant, ne forte per nos multum crescere ac roborari deberet religio christiana. Unde cum explorassent iter nostrum quo perrecturæ eramus, miserunt cum festinatione legatos ad quendam cognatum suum nomine Julium, qui erat princeps gentis Hunnorum, hortantes eum ut, educto exercitu suo, persecutionem nobis inferret ac deleret nos. Qui cito acquiescens voluntati eorum, cum armata multitudine egrediens, irruit super nos, cum venissemus Coloniam, ibique effudit sanguinem nostrum. *In Hermannianis Revelationibus multus quoque de Cyriaco papa sermo.*

Nota illa temporis nullam auctoritatem habet.

98 *Sistamus hic paulisper. Imprimis quod ad annum* 238, *Passioni* Regnante Domino *ad finem adscriptum, spectat, nemo jam negarit nullius id auctoritatis esse. Mitto itaque additamentum :* Passæ sunt anno 238 *adscriptum fuisse verisimiliter sæculo* XII,
B *ut ad alia veniam. Ubi supra de Sermone in Natali dicebamus, aliam antiquiorem traditionem Coloniensem seu, si præplacet, conjecturam indicavimus; unde pateat nil certi de tempore apud Ubios fuisse. Deinde, Passio* Regnante Domino *non ante sæculum* X *scripta, quemadmodum supra num.* 24 *manifestum fecimus : quæ vero fides (etiamsi quis contenderet notam temporis ab initio fuisse adjectam) adhibebitur tam recenti, si cum ipsa re conferatur, monumento? Tertio demum, Ursulanæ virgines ibidem ab Hunnis dicuntur occisæ; quum certo tamen anno* 238 *Hunni nondum visi fuerint in his partibus. Quo postremo argumento concutiuntur etiam Schonaugienses et Steinfeldenses Revelationes, in quibus beatæ martyres ab Hunnis quoque ante medium sæculum* III *necatæ feruntur. Sed alias notas habent temporis Revelationes istæ, quas examinasse juverit.*

Ut hæc sibi probabilia faceret, coactus fuit Crombachius omnia perturbare;

99 *Perhibuit S. Verena, quacum sibi colloquium instituisse visa est S. Elisabeth, eodem quo Romæ essent tempore ibidem fuisse* duos principes iniquos, quorum nomina erant Maximus et Africanus. *Æstimavit Crombachius, sub his principibus consules latere, non quidem ipsius anni, sed designatos in annum sequentem* (1). *Quum enim cum Baronio* (2)
C *arbitraretur coss. C. Julio Vero Maximino Augusto et Africano annum Christi* 238 *cucurrisse, atque ex hoc quoque fonte nosset consulatum Maximini et Africani cum secundo usurpati ab illo imperii anno convenisse, et præterea videri Maximinum ab initio suæ dominationis sæviisse adversum christianos* (3); *vidit fieri non posse ut decem millium virginum Romana peregrinatio, quam tuebatur, anno* 238 *instituta fuerit. Audi eum* (4) : Longe firmior ratio nos ad annum priorem Severi et Quintiani (*hic enim secundum Baronium concurrit cum anno Christi* 237) revocat, a consensu sacræ profanæque historiæ sæpius repetita : favor enim, indulgentia et in christianos benevola cæsaris Alexandri voluntas perfacilem efficit Romanam peregrinationem; cujus auctoritas consules, senatum, populumque Romanum a nece virginibus inferenda retrahebat : quis vero credibile censeat anno sequenti, cum Maximinus jam immanissimum ecclesiæ præsulibus et doctoribus bellum edictis publicis indixisset, ausas tot virgines cum episcopis tantum itineris, per D
Italiam, spretis cæsareis legibus, impune conficere : nec Romæ a Maximo urbis præfecto, pontificis Antheri interfectore : sed nec a coss. Maximo et Africano præsentibus ac sanguinis Christiani avidissimis trucidari? *Atque hanc ob causam discedit Crombachius a clausula Passionis* Regnante Domino, *quam cæterum ut rem sacram a nemine violari posse contendit. Verum hæc omnia stare nequeunt. Ex quo enim tempore fasti consulares editi fuere et certa temporum ratio iniri potuit, apprime intellectum est consulatu Severi et Quintiani annum Christi* 235 *designari, quo Alexander Severus die* 10 *februarii aut* 19 *martii, jussu Maximini, ejus successoris, occisus est; consulatu Maximini et Africani annum sequentem; annum vero* 237 *consulatu Perpetui et Corneliani, et annum* 238 *consulatu Pii aut Ulpii et Pontiani. Quocirca his ut consentiret Crombachius, debuisset saltem anno* 235 S. Ursulæ *et sociarum martyrium adscribere.*

neque ullo modo fieri potest ut cum consulum fastis componantur.

100 *Sed, ut hic antrorsum traxit Maximini et Africani consulatum, alii retrorsum traxere; de quibus Papebrochius* (5) : Satis, *ait,* videtur ridiculum quod *Maximinus* (aliis *Maximus*) et *Africanus,* consules anni præfati (236), trahantur ad annum aliquem posteriorem, si non ut ordinarii (nam alii E
nominantur in Fastis) saltem ut suffecti : quodque non solum primus (qui utique etiam imperator erat) sed etiam secundus donetur titulo *principis,* velut collega in imperio. *Et quidem hæc mutatio longe difficiliorem facit viam; quum ita in medium Maximini imperium et in tempus, quo sæviret maxime persecutionis gladius, deducimur et certe Romam impune venire non potuisset Ursulanum agmen. Nil itaque his omnibus perficitur; et si quis velit deinceps stare traditionibus Elisabethanis, eligat inter annum* 238, *quo alicubi ad calcem vetustæ Passionis cæsæ dicuntur sanctæ martyres, et annum* 236, *quo consules processere imperator Maximianus et Africanus, in Revelationibus Schonaugiensibus indicati; nequaquam autem hæc inter se componere nitatur; adeoque si peregrinationem Romanam undecim millium virginum tueri pergat, ad alterutrum annum eam referat. Si vero videat, imperante Maximino (sævissimo Christianorum tyranno, fieri non potuisse hanc peregrinationem, ut confessus est ipse Crombachius,) satis non esset clausulam Passionis* Regnante Domino *et Revelationes eatenus deserere ut eam peregrinationem, anno* 235 *seu potius* 234 (*nam hiberno tempore* F
non facile transcendebantur Alpes) *a piis virginibus institutam fuisse affirmet : sed necesse foret ut demonstret Maximinum tunc Romæ, non autem in Perside* (6) *aut in Germania fuisse* (7); *Africanum jam fuisse notum; et quod multo magis afficit Revelationes Schonaugienses, anno* 234 *aut ante autumnum anni* 235 *S. Anterum promotum fuisse ad Romanam Petri cathedram. Nullum itaque se dat filum, quo iter dædaleum regatur inter Colonienses posteriores traditiones.*

S. Elisabethæ revelationes hac de re atque etiam de auctoribus cædis Ursulanæ ortæ partim ex falsis titulis, partim ex catalogis pontificum

101 *Sed unde demum hæc emersere? Quum, ut capite* VII *Schonaugiensium Revelationum narratur, repertus fuisset lapis, aut saltem a fossoribus oblatus, cui hæc inscripta erant verba :*

CYRIACUS PAPA ROMANUS
QUI CUM GAUDIO SUSCEPIT
SANCTAS VIRGINES ET CUM EIS
COLONIAM REVERSUS MARTYRIUM
SUSCEPIT ET S. ALINA V.

(1) S. Ursula vindicata, pag. 90 et 91. — (2) Annales ecclesiastici, ad an 238, num. 1. — (3) Cfr Pagius, Critice in Baronium, ad an. 235, num. 3 et 4.—(4) S. Ursula vindicata, pag. 89. —(5) Propylæum Maji, pag.*31.—(6) Cfr Döllinger, Hippolytus and Kallistus, pag. 70. —(7) Cfr Tillemont, Histoire des Empereurs, *Sévère Alexandre*, art. 35, et *Notes sur Maximin I*, note 1.

hic

A *hic B. Elisabethæ pro more confirmandus datus est, seu potius ut cælitus, et quidem a S. Verena, confirmationem acciperet. Non tantum confirmatus est lapis, sed audita quoque S. Cyriaci historia, qui* non prius ab urbe regressus est, donec ipsius consilio alter ei, nomine Antherus, substitutus est : *Anterum enim circa annum* 238, *quo juxta aliquot exemplaria Passionis* Regnante Domino B. Ursulam *et socias passas vidimus, Petri cathedram conscendisse colligere erat ex Ottone Frisingensi* (1). *Non enim visionibus tantum docebatur S. Elisabetha, sed libris quoque utebatur. Verumtamen nondum tunc Catalogum pontificum Romanorum inspexerat. Adeoque* posthæc cum perspexisset Catalogum pontificum Romanorum, neque usquam nomen S. Cyriaci illic reperisset, *legit tamen ad S. Anteri nomen eum martyrio* coronatum fuisse temporibus Maximini et Africani consulum (2); *et ad S. Fabiani qui S. Antero successit titulum*, hunc fuisse temporibus Maximi et Africani (3); *aut si in codicem breviatum incidit, qualis est Farfensis editus a Blanchinio* (4), *legit Anterum sedisse* temporibus Maxim. et Afric. et similiter Fabianum temporibus Maxim. et Afri-
B cani, *consulari dignitate præterita.*

et ex Ottone Frisingensi, quos frustra conata est inter se conciliare.

102 *Opportune itaque hæc norat nomina, quo facilior responsio fieret, ubi postea objectum est legi apud Ottonem Frisingensem* (5) *Attilam,* dum ubique terrarum discurreret, undecim millia Virginum apud Coloniam Agrippinam coronasse. *Ut enim objectus est hic Ottonis locus, recurrit quoque in mentem quid ad annum* 238 (*quem, ut diximus, ad calcem exemplaris sui Passionis* Regnante Domino *notatum fuisse meminerat*) *ab Ottone narraretur; adeoque, quum ibi legisset sequentia :* Anno ab Incarnatione Domini 238 Julius Maximus seu Maximinus, natione Trax, 22 ab Augusto, sine senatus voluntate, ab exercitu, eo quod bellum in Germania prospere gesserat, rex creatur. Hic propter odium prædecessoris sui Alexandri, ex christiana matri nati, sextus a Nerone civitatem Dei persequitur; *hæc, inquam, quum legisset S. Elisabetha, sibi persuasit hunc Julium Maximum, Christianorum hostem et in Germania versantem, Ursulanæ cædis fuisse auctorem; et, quoniam nosse non poterat eumdem hunc esse ac Maximum seu Maximinum consulem, cognomine permota, æstimavit eum hujus cognatum fuisse. Porro siquis meminisse velit ea quæ de ratione harum revelationum superius num.* 76 *et* 77 *disseruimus,*
C *profecto non mirabitur S. Elisabetham, quum has qualescumque notitias antea in mente repositas haberet, postmodum sibi visam esse ex ore S. Verenæ audire narratum, quem supra num.* 97 *ex capite* XVI *retulimus et quo illa omnia, utut pugnantia, ordine aliquo connectuntur. Universa itaque hæc fabula hinc orta est quod primum S. Elisabetha improviso, non inspectis pontificum Romanorum laterculis, sed lectis solum Passione Coloniensi* Regnante Domino *et Ottone Frisingensi* (*qui tamen spatium nullum inter SS. Pontianum et Anterum* Cyriaco *vacuum relinquit*), *sibi imaginata est* Cyriaco *huic, cujus titulus ei indicatus fuerat, Anterum successisse; reliqua vero omnia hujus commenti consectaria sunt, et quidem deprompta ex connexis inter se modo qualicumque notitiis quæ in Libro Pontificali* (*ubi de Antero*), *et in Annalibus Ottonis Frisingensis ad annum* 238 *continentur.*

AUCTORE V. D. B.

§ XI. Cyriacum papam plane fabulosum esse.

Celeberrimus olim fuit

Quamquam *ex dictis nemo prudens fidem adhibuerit titulis e cœmeterio Ursulano erutis aut Revelationibus Schonaugiensibus, adeoque in catalogum pontificum Romanorum admiserit* Cyriacum, *ex nullis aliis monumentis notum, cogimur tamen operis nostri ratione de commentitio hoc antistite Romano disserere. Ex quo tempore prodiere illi tituli et Revelationes, nulla fere celebrior historia. Audi Crombachium* (6) : Vix erutus e terra titulus iste fuit, statim ejus festum Coloniæ, Tuitii, variisque in locis, quo sacræ sancti Cyriaci reliquiæ sunt deportatæ, fuit solemniter celebratum : eodemque sæculo eum titulum Gerlacus (*Tuitiensis*) et Egbertus (*Schonaugiensis, frater S. Elisabethæ*), abbates Benedictini; S. Elisabeth Schonaugiensis virgo, B. Hermannus (*Steinfeldensis*) et Richardus Præmonstratensis (*quem auctorem faciunt Passionis* S. Ursulæ *abbreviatæ*) ac Rogerius Cisterciensis (*auctor alterius* (7), *sed exemplar ad manum mihi* E *est, quod ei etiam tribuitur, in quo nil de* Cyriaco *legitur*), approbarunt fuitque ad nostra usque tempora cunctis sæculis a viris gravissimis ut certus judicatus.

apud scriptores omnigenos Cyriacus *papa,*

104 *Hos dein in quatuor tribuit classes; quarum prior continet Albericum Trium Fontium, Robertum Altisiodorensem, Martinum Polonum, anonymum scriptorem Compilationis Chronologicæ, Wernerum Rollewinck* (*qui tamen ut confutet id refert figmentum*), *Jacobum Philippum Bergomatem, auctorem Chronici Coloniensis, Genebrardum aliosque complures : secunda classis, seu archiepiscoporum et episcoporum, capit Thomam Cantipratanum* (*quem tamen numquam episcopali charactere insignitum fuisse constat* (8)); *Jacobum de Voragine archiepiscopum Genuensem; S. Antoninum, Florentinum archiepiscopum; Petrum de Natalibus, episcopum Equilinum et Raymundum, titulo S. Mariæ Novæ presbyterum cardinalem Gurcensem : quarta classis constat ex jurisconsultis; et reapse, quum in Glossa ordinaria receptus fuisset commentitius ille Cyriacus, strepuit ejus nomen in scholis et libris, nemine contradicente : quarta demum classis theologorum et historicorum complectitur nomina, puta Vincentii* F *Belluacensis, Leonardi de Utino, Henrici Arnoldi, Dionysii Ryckelii, Bonfinii, Maldonati et aliorum. In Breviario quoque Romano, anno* 1550 *vulgato, Cyriacum comparere tradit Crombachius; quod etiam reperit Papebrochius* (9) *in Breviario, itidem Romano, anno* 1522 *Venetiis excuso. Sed de breviariis, maxime Romano alibi plura, ubi de* S. Cyriaci *cultu.*

donec demum dejectus fuerit a Baronio.

105 *Jam superius num.* 28 *monuimus a sæculo* XIV *et* XV *viros fuisse, qui Revelationibus Schonaugiensibus aut titulis, ex Ursulano cœmeterio* (*ut affirmabatur*) *erutis, fidem denegarent, maxime in iis quæ ad* S. Cyriacum *papam spectarent; sed eorum vox clamor fuisse videtur in deserto, donec tandem causam vicerit Baronius : non quod argumenta antea inaudita protulerit in medium, sed tantam auctoritatem dictis suis magnum et venerabile suum nomen addidit ut jam liberum cuique esset* Cyriacum *papam commentum appellare. Prius in annotatis ad Martyrologium*

(1) Res ab origine mundi gestæ, lib. III, cap. 31 et 33, ap. Tissier, Bibliotheca PP. Cisterciensium, tom. VIII, pag. 41. — (2) Bianchini, Anastasii Bibl Vitt. Rom. Pontif. tom. II, pag. 183. — (3) Ibid. pag. 186. — (4) Vide eum ap. D. Guéranger, Origines de l'Église romaine, pag. XLVI. — (5) Res ab origine mundi gestæ, lib. IV, cap. 28, ap. Tissier, Biblioth. PP. Cisterciens., tom. VIII, pag. 57.—(6) S Ursula vindicata, pag. 81. — (7) Cfr Crombach, pag. 1005. — (8) Cfr Quétif et Echard, Scriptores Ordinis Prædicatorum, tom. I, pag. 250. — (9) Propylæum Maji, pag. *29.

AUCTORE V. D. B.

rologium Romanum (1) *divinandum potius proposuit quam luculente dixit quid de* Cyriaco *papa sentiret; sed dein in Annalibus ecclesiasticis aperte id portentum explosit. Ubi enim de Antero, Pontiani successore :* Non audiendi penitus, *inquit* (2), recentiores quidam, qui post Pontianum introducunt Cyriacum quemdam Romanum pontificem, cujus nulla prorsus exstat mentio in serie Romanorum pontificum a latinis descripta, uti in libro de Romanis pontificibus, vel apud Optatum Milevitanum, vel Augustinum aut Cresconium aliosve indices Vaticanos; nec apud græcos, ut Eusebium, Nicephorum chronographum, vel alios; adeo ut ne digna quidem sit, quæ pluribus confutetur sententia, quippe quæ nulla penitus nitatur ratione, vel testimonio antiquorum, ex commentitiis tantum [*titulis et*] Actis illis martyrii sanctarum Ursulæ et sociarum petita, quæ in nostris notationibus (*ad Martyrologium Romanum*) refutavimus. Ex ea namque historia (*cui falsi tituli occasionem dederunt*) de Cyriaco papa, qui ibi nominatur, falsa hæc opinio fluxisse videtur. Sed nec illa, licet adulterina, Acta suffragantur, quibus sub Attila Cyriacus ille introducitur; *quibus ultimis verbis Acta, a Petro de*
B *Natalibus conscripta, significare voluisse videtur præstantissimus annalium scriptor.*

Absurde vindicatur a S. Elisabetha.

106 *Quid ad hoc argumentum B. Elisabetha seu, si mavis, S. Venera B. Elisabetham alloquens :* Hoc, *scilicet nomen S. Cyriaci in Catalogo Romanorum pontificum non legi,* ex indignatione cleri accidisse pro eo, quod in ordine dignitatis suæ usque ad finem permanere noluisset. *Profecto late potuit cleri indignatio, quæ non tantum impedivit scriptores catalogorum Romanorum qui sæculo* III *vixere* (*si qui tamen vixere*), *ne Cyriaci nomen laterculis insererent, sed et posteriores omnes usque ad retectos titulos Ursulanos; neque hos tantum, sed et Orientales quoque et Africanos! Hæccine quis sobrius admittat, ut ne fidem deneget titulo, qui* (*ut supra* § VI *ostensum fuit*) *nihil quod vetustatem sapiat habet, aut revelationibus, quas mera piæ phantasiæ ludibria esse manifestum est?*

Ei locus inveniri nequit inter pontifices Romanos,

107 *Verum aliud adversum hæc ursit argumentum Papebrochius, scilicet inter Pontianum et Anterum, cujus tempora probe nota sunt, spatium non esse pontificatui* Cyriaci, *qui juxta caput* VII *Revelationum Schonaugiensium* per annum integrum et undecim hebdomadas Romanam ecclesiam rexe-
C rat, *cum Urbem advenit* S. Ursula *cum comitatu. Ex Catalogo enim Liberii, cujus tres editiones Bucherii, Henschenii et Schelstratii, in modum triaplorum juxta se invicem positas, aliquot abhinc annis R. D. abbas Solesmensis* (3) *iterum in lucem dedit, præterita tamen* (*nescio quas ob causas*) *editione Georgii Eccardi* (4) *ad codicem cæsareum Vindobonensem accuratissime expressa atque aliis etiam editionibus præstantibus, ex hoc, inquam, Catalogo novimus hanc circa tempus, de quo agimus, fuisse successionem Romanorum pontificum in sancti Petri sede :* PONTIANUS annos quinque, menses duos, dies septem. Fuit temporibus Alexandri, a consulatu Pompejani et Peligniani. Eo tempore Pontianus episcopus et Hippolytus presbyter exules sunt deportati in insulam nocivam Sardiniam (*Eccardus :* deportati in Sardinia, insula Iconia), Severo et Quintiano consulibus. In eadem insula discinctus est IV kalendas octobris, et loco ejus ordinatus est Anteros XI kalendas decembris consulibus suprascriptis. (*Sic Henschenius, Schelstraete et Eccardus; Bucherius autem :* In eadem insula discinctus est IV kalendas decembris consulibus suprascriptis.) ANTEROS mense uno, diebus decem. Dormit III nonas januarii, Maximo et Africano consulibus. D

ut ostenditur ope Catalogi Liberiani, accurate S. Pontiani

108 *Equidem libens fateor olim atque etiam nunc a nonnullis justo pluris factum fuisse id monumentum. Nil scilicet juvant rationes morales, quibus aliqui persuadere conantur lectoribus, fieri non potuisse ut ecclesia Romana optimos non haberet ab initio pontificum suorum catalogos; quum constet illum ipsum Liberianum, omnium antiquissimum, erroribus scatere maximis. Verum partes in eo distinguendæ sunt plures : non enim uno eodemque tempore conscriptus fuit. Prima pars, quæ a S. Petro usque ad Urbanum, S. Pontiani decessorem, protenditur, nævis illis maculata est; reliquæ, quæ postea adjectæ fuerunt, bonæ sunt et novissimis etiam criticis probatæ* (5). *Porro sanctus Pontianus ibidem diem obiisse dicitur Severo et Quintiano coss., qui processerunt anno* 235; *et Petri sedem occupasse annos quinque, eamque proin conscendisse anno* 230, *quo consulatum gesserunt L. Virius Agricola et Sextus Cotius Clementinus. His coss. ejus decessor S. Urbanus diem obierat, ut ibidem traditur, et successerat* E *S. Pontianus; verum consules anni sequentis, Pompejanus et Pelignianus, notantur, quum moris sit in hoc catalogo ut, ubi dies non exprimitur qua ponficatum iniit novus episcopus, consules anni sequentis scribantur; sive id factum fuerit* (*ut voluit Henschenius*) *ne iidem consules bis* (*semel pro morte defuncti statuenda, semel pro novo pontificatu stabiliendo*) *scribendi essent; sive quod ii consules significent quando primum festis paschalibus novus pontifex incoharit annum ecclesiasticum, ut contendit Blanchinius* (6); *quamquam mihi verosimilius sit primis sæculis novum annum ecclesiasticum incepisse in die parasceves post absoluta officia divina; sed hæc indicasse sufficiat.*

et S. Anteri tempus sedis definiente.

109 Discinctum fuisse IV kalendas Octobris *S. Pontianum additur in Catalogo; quibus verbis utrum voluerit auctor tunc sanctum pontificem defunctum fuisse, ut statuere aliqui; an vero* (*quod multo verisimilius est* (7),) *muneri suo nuntium remisisse, an quidpiam aliud, certant inter se interpretes; in hoc tamen convenientes verbis illis significari ab hoc tempore sanctum Pontianum non amplius fuisse Romanum pontificem : sedem vacasse non dixerim, quia nonnumquam in hoc et in aliis Catalogis* F *sedes tantum vacare censetur a die depositionis seu solemnis sepulturæ. Quum itaque obierit aut potius officio pontificali functus sit S. Pontianus anno* 235, IV *kalendas Octobris seu* 28 *Septembris, quæ dies lunæ erat, et sederit annos quinque, menses duos, dies septem; ordinatus fuerit oportet anno* 230, 21 *Julii, quæ dies mercurii erat. Ante* XI *kalendas Decembris seu* 21 *Novembris, quæ sabbatum erat, successorem non habuit; sed hoc die ordinatus est S. Anterus qui mensem deinceps tantummodo sedit et decem aut potius tredecim dies, vita functus* III *nonas seu die* 3 *Januarii. Nisi itaque hæc omnia flocci velis facere, locum omnino concedere nequis ante S. Anterum* Cyriaco *Ursulano; qui, ut fere loquitur S. Elisabetha,* sublimatus in apostolicam dignitatem, jam per annum integrum et undecim hebdomadas Romanam ecclesiam rexisset fuissetque in numero Romanorum pontificum decimus nonus.

(1) Ad 21 Oct. not. *b*. — (2) Annales ecclesiastici, ad an. 237. num. 11 — (3) Origines de l'Église romaine, pag. 109 et seqq. — (4) Corpus historicorum medii ævi, tom. I, col. 25. — (5) Cfr Tillemont, Mémoires ecclésiastiques, note IV sur S. Calliste, et note I sur S. Pontien; Mommsen, Ueber den Chronographen vom Jahre 354, Döllinger, Hippolytus und Kallistus, etc. — (6) Anastasii liber pontificalis, tom. II, pag. 7, 9 et 202. — (7) Cfr Döllinger, Hippolytus und Kallistus, pag. 72

A *Inanes contra hunc catalogi locum exceptiones.*

110 *Quid ad hæc Coloniensium traditionum seu potius titulorum et Schonaugiensium Revelationum vindices? Tutum non esse Catalogo Liberiano aliisve catalogis fidere; non consentire historicos de singulorum pontificatuum duratione, aut de fide adhibenda consulibus, Catalogo Liberiano, Libro pontificali aliisque id genus monumentis inscriptis; fieri potuisse ut* Cyriacus *omissus fuerit in Catalogo Liberiano, quemadmodum ibidem omissi fuere Anicetus, Eleutherus et Zepherinus, quorum primus medio sæculo secundo, secundus circa annum* 180, *tertius ineunte sæculo tertio sedit; et quum reliqui Catalogi inde desumpti fuerint, hos tres in eos quidem fuisse illatos, sed præteritum* Cyriacum. *Verum enim vero ut universa hæc argumentatio subsistere posset, necesse esset adstruere res recentiores non magis esse notas quam antiquiores, atque in illis referendis et supputandis tam facile peccari quam in his; præterea Catalogum Liberianum ab ætate S. Pontiani non omnes habere notas, quibus dignoscatur historicum certo incedere passu et res sibi bene perspectas tenere; et demum lacunas, quæ in hoc Catalogo sunt, etiam reperiri in Catalogis, quos sanctorum Patrum diligentiæ debemus.*

B *Vicarius non fuit* Cyriacus;

111 *Intellexere hæc Bebius et Crombachius, neque multum niti audent illis conjecturis; quocirca confugiunt ad aliud inventum, scilicet ad vicariam pontificiam dignitatem, quam anno uno tribusque mensibus, vivo sed relegato in Sardiniam insulam S. Pontiano, gesserit* Cyriacus; *similia exempla non deesse : Linum et Cletum absentis S. Petri fuisse vicarios; Felicem Liberii; Vigilium Silverii; et Eugenium Martini; hos tamen omnes, vicarii quum tantum essent, appellatos fuisse Romanos pontifices; quidni* Cyriacus *quoque S. Pontiani exsulantis vicarius fuerit? Verum, si exempla hæc ad rem faciant, equidem sciscitabor quare de his omnibus memoria supersit, nulla autem de* Cyriaco. *Neque respondendum est eam ex invidia deletam fuisse ex catalogis Romanis; nemo enim sapiens dixerit eadem invidia laborasse Eusebium, Augustinum, Optatum aliosque. Sed nonne, inquient, Papebrochius ipsemet, qui* Cyriacum *Ursulanum tantopere exagitavit, admittit primis sæculis continuo fere pontificibus Romanis suos fuisse vicarios? Et quum hos irrisisset passim Pagius, nonne Blanchinius eosdem vindicavit? Ita est. Sed id genus vicariorum non omnino idem est quod volunt Bebius et Crombachius. Quos enim vi-*

C *carios introducunt Papebrochius et Blanchinius, ii auxiliatores erant pontificum Romanorum jure succedendi destituti, neque in catalogos referendi, nisi post mortem eorum, quorum erant vicarii, eligerentur ipsi pontifices; quod si eligerentur, addebantur anni vicariatus annis pontificii et dicebantur tot sedisse annos, quos vicario et proprio nomine rebus sacris præfuerant; quem autem Bebius et Crombachius vicarium facit S. Pontiani, is, quamquam numquam vere fuisset pontifex Romanus, inferendus fuisset secundum Revelationes Schonaugienses catalogis et, licet ante S. Pontianum obiisset, ejus loco (non vero S. Pontiani) ordinatus fuisset S. Anterus.*

Vicariorum systema magis magisque vacillat ex quo detecta sunt Philosophumena, quibus constat S. Callistum, quem vicarium fecere,

112 *Adde systema vicariorum, quod a Papebrochio excogitatum fuit et a Blanchinio admissum, quoniam anni, dies et menses, primis pontificibus Romanis in prima parte veterum catalogorum assignati, vulgo justo plures sunt quam ut inter se componi queant, ab initio valde vacillasse : quis enim prudens tantam numeris inesse auctoritatem credat, ubi in ipsis consulatibus tot occurrunt errores? Sed multo magis id systema vacillat et claudicat, ex quo tempore Philosophumena, quæ alii Origeni, alii Tertulliano, alii Cajo, alii S. Hippolyto et alii demum anonymo hæretico adscripserunt, in lucem edita fuere. Quamquam enim, quæ libro* IX *ibidem traduntur de S. Callisto, veneno plena sint et manifesta ubique appareat calumniandi voluntas; quæ tamen de vitæ ejus serie ibidem perhibentur neque neganda sunt, neque in dubium videntur adducenda. Habes itaque ibidem S. Callistum, ex insula Sardinia reducem, adhibitum fuisse a S. Zephyrino ut sibi in administrandis rebus ecclesiasticis auxiliaretur; præpositum fuisse cœmeterio et tantam ei in se datam fuisse auctoritatem, ut imprudens senex non aliis videret oculis et auribus audiret quam Callisti : quæ tamen nil aliud significare videntur quam S. Callistum fuisse presbyterum, nequaquam episcopum.*

AUCTORE V. D. B.

tempore S. Zephyrini presbyterum fuisse,

113 *Profecto concedimus S. Callistum diutius diaconum non fuisse quam ut ne per saltum presbyter factus esse videretur; quod vel hinc liquet quod quum S. Zephyrinum avaritiæ incusat anonymus seu (si præplacet) dubius scriptor, Callistum tamen non criminatur explendæ S. Zephyrini pecuniarum siti operam dedisse : cui criminationi facillime locum fecisset diaconi munus. Similiter quum concus-*

E *sionis, peculatus aut fraudis in administranda re temporali Callistus non arguatur a viro, qui totus est in fingendis sceleribus ex quibuscumque ejus gestis. (cujus certe reprehensionis ansam apprime dedisset diaconi officium, magna ex parte in percipiendis et expendendis pecuniis positum); plane ex hoc quoque capite verosimile est sanctum pontificem non diu in diaconali gradu stetisse, sed brevi ad presbyteralem dignitatem promotum fuisse. Quod vero hac ornatus fuit, colligi posse videtur ex imposita cœmeterii cura: huic enim nemo præponi poterat, quin presbyter ordinatus esset, quum ibidem celebranda essent sacra mysteria non tantum in festivitate martyrum, quorum nomina calendario inscripta erant (his enim solemnioribus conventibus præfuisse videntur ipsi pontifices), sed quotidie fere in depositione mortuorum; ut nil dicam de missis pro infirmis vicinis ad quos deferendum esset sacrum Viaticum. Admittendum itaque S. Callistum, vivo S. Zepherino, fuisse presbyterum.*

nequaquam vero episcopum vicarium.

114 *Sed omnino non apparet eum episcopali honore ante decessoris mortem decoratum fuisse. Philosophumenωn enim auctor reum facit S. Callistum quod, dum S. Zephyrinus adhuc viveret, de conscendendo aliquando throno episcopali Romano cogitasset; hunc omnium ejus gestorum scopum fuisse et conaminum finem. Verum quandonam istuc tandem pervenisse S. Callistum idem perhibet? Omnino post S. Zephyrini mortem; nec quidpiam suggerit quo conjicias antea Callistum Zephyrini fuisse vicarium. Re quidem vera insimulat illum quod continuo sanctum Zephyrinum deciperet et omnia sua consilia per senem imperitum et blanditiis obcæcatum perficeret; sed ne verbum quidem hiscit, quo appareat sanctum Callistum potioris quam presbyteralis dignitatis fuisse ante S. Zephyrini obitum, eumve præstitisse auctori Philosophumenωn, quocum jam tum controversias habuisse dicitur et qui aliquanto post electionem S. Callisti antipapa fuisse videtur. Porro, ut ad rem nostram veniamus, Callistus unus ex iis pontificibus Romanis est, quos aliquandiu decessorum vicarios fecerat Papebrochius* (1), *ut ne decurtandum esset temporis spatium quo sedisse legebatur in Catalogis.*

F

Quum itaque vicariatus ejus omnino expungendus videatur ex quo detecta sunt Philosophumena, valde verendum est ne reliquorum fere eadem sors futura

(1) Popylæum Maji, pag. * 27.

AUCTORE V. D. B.

Etiamsi supponatur Cyriacus *episcopus vicarius fuisse, nil hinc juvatur titulorum et revelationum causa.*

sit, ubi aliquando emerserint antiqua monumenta.

115 *Sed fac vicarios fuisse in usu nil tamen vicerint Colonienses. Nam quum ex Revelationibus Schonaugiensibus innotuerit* Cyriacum *S. Antero præcessisse, oportet ut (si tanta his attribuatur auctoritas quæ prævaleat argumentis quæ modo proposuimus) reliqua quæ ibidem narrata habes simul admittantur, (non enim scindi potest narratio), videlicet* S. Ursulam *advenisse Romam cum immenso suo comitatu paulo antequam S. Anterus cathedram Petri conscenderet, id est quum Maximini persecutio jam ferveret; nil tamen Romæ adversus eas fuisse actum, sed liberum ad eas accessum unicuique datum fuisse; consilia tantum capta, quibus Coloniæ Agrippinæ opprimerentur, et alia id genus : quæ Crombachius ipse admitti non posse judicavit, idcirco ordinem chronologicum prorsus perturbans et ad Alexandri imperatoris ævum, Christianis satis amicum, referens S. Anteri ordinationem, quam certissime exeunte autumno anni 235 fuisse factam supra num.* 109 *ostendimus, dum Alexander cæsus fuerit prope Moguntiam die* 10 *februarii* (1) *aut* 19 *martii ejusdem anni* (2). *Sed nimis diu his fabulis jam inhæsimus.*

B *Traditiones recentes, quæ in subsidium illius figmenti invocantur, ortæ ex titulis et revelationibus.*

116 *Brevibus de reliquis dicemus quibus Crombachius certum facere voluit* S. Ursulam *circa annum* 238 *cælestem promeruisse coronam. Invocat imprimis traditiones Basileenses : scilicet Joannem Stumphium* (3), *Sebastianum Munsterum* (4), *Henricum Pantaleonem* (5) *et Urstisium* (6), *viros heterodoxos sed Basileensium rerum peritissimos, consentire S. Pantulum, qui* S. Ursulam *et socias comitatus dicitur Romam atque hinc Coloniam, circa annum suprascriptum vixisse. Verum, præterquam ii omnes non affirmate loquantur, iidem testes recentissimi sunt, populi traditionem, Breviaria et Vitas* SS. Ursulæ *et comitum secuti, quæ titulis Ursulanis et maxime Schonaugiensibus Revelationibus ortum suum debebant. Convenit dein Crombachius Lucenses, Byzantinos, Antiochenos et Mediolanenses, quibus Ursulani cœmeterii fossores, prolatis titulis, affinxerunt Foilanum, Marculum, Jacobum et Marinum; sed nullo negotio magis profligantur illi tituli quam quod omnium illarum ecclesiarum vetera diptycha his nominibus careant, nedum ullas (si Lucenses recentiores excipias) habeant de his traditiones. Neque felicius transit Crombachius ad Argentoratenses; qui quidem colunt S. Aureliam eamque nonnulli* S. Ursulæ *sociam fuisse arbitrantur; sed nulla exstant*

C *documenta idonea quibus id persuadeatur* (7), *multo minus eam obiisse circa annum* 238. *S. Cuneræ Acta appellat dein Crombachius; sed frustra omnino. Vide dicta supra num.* 79. *Non majoris ponderis sunt documenta de translatione* S. Odiliæ, *utpote recentiora et ex Passione* Regnante Domino *hausta; idemque cense de Vincentio Bellovacensi, S. Antonino, Roberto Altisiodorensi, Joanne a Leidis, Joanne Magno, archiepiscopo Upsalensi, aliisque, quos rei tam antiquæ testes producit Crombachius. Ii enim omnes partim Passionem* Regnante Domino, *partim Revelationes Schonaugienses aut earum epitomas secuti fuere. Nil igitur hoc scriptorum syntagmate perficitur, recte monente Baronio* (8) : Certe quidem non numero historicorum veritatem historiæ consuevimus æstimare, sed quanta fide polleat primus auctor cujuslibet assertionis; nam reliquos primum sequi auctorem et ejus vestigiis inhærere frequentiori usu in more positum reperimus.

D

§ XII. Galfridus Monumetensis, narrans SS. Ursulam et socias passas esse anno 383, tempore Maximi Tyranni, confutatur. — Vera historia de adventu Maximi in Gallias opponitur ejus fabulis.

Brevis narratio de usurpato imperio per Maximum.

Non una sed multiplex est sententia eorum qui S. Ursulam *cum sociabus circa annum* 383 *fuisse passam statuunt. Rem paulo altius repetamus. Theodosius comes, anno* 367 *periclitantem Romanorum in Anglia ditionem, fugatis devictisque barbaris, restituerat. Belli vel domi habebat Maximum quemdam, ignotæ originis, non magnæ existimationis, sed ambitione plenum. Hic quum intellexisset Gratianum imperatorem anno* 379 *in imperii consortium adscivisse Theodosium, Theodosii comitis filium,* E *de se vero promovendo cogitare neminem, sponte sua anno* 383 *purpuram in Anglia induit, postquam militibus, male in Gratianum, optime vero in comitem Theodosium affectis, persuasisset se ex hujus genere esse. Collectis aliquot copiis, ex Britanniæ insula in partes cismarinas transfretavit, et brevi partim armis Gratiani exercitum delevit, partim favore sibi conciliavit: unde Gratianus, a suis destitutus, Lugdunum fugit ibique eodem anno* 383 *die* 25 *Augusti a proditore trucidatus est.*

Narratio Baronii secundum Galfredum Monumetensem.

118 *Quæ vero deinde secuta fuerint secundum Galfredum Monumetensem, accipe ex compendio Baronii* (9) : Cum Maximus proximas Gallias invasisset ac vicinos Armoricos sedibus expulisset, vacuam provinciam, uberes glebas Britannicis militibus novæ coloniæ tribuit ac divisit ; unde et eidem provinciæ comparatum est nomen ut Minor Britannia diceretur. Quo vero eorum etiam posteritati consuleret ex Magnæ Britanniæ insula singulis uxores quæri jussit : singulis militibus singulæ virgines ex gentilibus suis sunt in matrimonium postulatæ. Erat autem prædictorum militum præcipuus post Maximum dux Connanus, unus ex Britanniæ regulis, cui paris nobilitatis conjunx desi- F gnata est filia Dionoci regis Cornubiæ, nomine Ursula. Londini itaque cunctis coactis XI *millibus scilicet ex nobilitate et* LX *millibus plebeis,* invitæ licet, patrium solum carosque suos relinquentes, imponuntur navigiis : dumque regionem Armoricorum cogitant nautæ, mox sæva procella naves impulit in Germanicum littus; ubi dum essent, Melga Pictorum et Gaunus Hunnorum piratæ, qui, comparata classe, icto fœdere cum Gratiano imperatore adversus Maximum, ut vel hac arte eum a cœptis deturbarent, cum ad infestandam Britanniam tenderent, in has ad littus jactatas virgines ut in hostes grassati sunt, ut vim inferendi illarum pudicitiæ consilium caperent. Quæ omnes hortatu Ursulæ mortem dirissimam potius oppetere ac gladiis obtruncari christiana constantia decreverunt quam ignominiosum quid pati. Cumque ea persisterent animi firmitate, mox illorum libidine in

(1) Cfr Clinton, ap. Döllinger, Hippolytus und Kallistus, pag. 70. — (2) Tillemont, Mémoires des Empereurs, Maximin I, art. 2 — (3) De Rauracis, lib. XII, cap. 23. — (4) Cosmographia, lib. III, cap. 94. — (5) Ad an. 237. — (6) Epitome Basil. historiæ, cap. 7. — (7) Cfr Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 27 et seqq. — (8) Annales ecclesiastici, ad an. 1123, num 12. — (9) Martyrologium romanum, ad 21 Octobris, not. *b*.

barbaricum

A barbaricum furorem mutata; cum alio properarent, ne longiori more distinerentur, singulas crudelissime trucidarunt, indeque in Britanniam navigarunt, nactamque eam militibus vacuam aggressi; sed confestim, missis illuc a Maximo duabus militum legionibus, inde pulsi, solverunt in Hiberniam. *Numerum virginum omnino omisit Baronius in Martyrologio; in Annalibus ad annum* 383 *num.* 3 *resecuit a Galfredi narratione appendicem* LX *millium, satis habens, si* duabus britannicis legionibus (*censuit scilicet Baronius legiones singulas, quum plenæ essent, constitisse ex sexies mille et centum capitibus; sed a Constantini M. ævo ad mille ducentos milites redactæ fuerant* (1);) *si, inquam,* pro numero militum qui tunc in iis reperti fuerunt totidem delectæ virgines *sint,* omnes numero undecies mille.

Censura Papebrochii probanda in Galfredum non autem in Baronium.

119 *Hæc sequenti censura notavit Papebrochius* (2): Credat qui potest aut in Aremorica tantam fuisse mulierum inopiam, ut exemplo, nullis in historiis legendo, eæ debuerint trans mare accerci, aut tam facilem futurum Britannorum principum aliquem, ut totum fere feminei secus florem ex ditione sua in peregrinam mitteret regionem, maritos istic inventurum. *Equidem hanc in Baronium*
B *censuram probare non ausim. Sane, si undecim millia nobilium et sexaginta millia plebejarum virginum nobilium ponantur, ut habet Galfredus Monumetensis* (3), *res credibilis non est; quamquam hic numerus minor etiam sit numero militum quos e Britannia in Armoricam traductos fuisse scribit idem Galfredus* (4), *tradens Maximi jussu centum millia e plebe in insula Britannia collectos fuisse qui ad se venirent, et triginta millia qui insulam custodirent. Hæc enim militum multitudo æque fidem superat quam istud puellarum agmen. Britannia enim non multo plures quam viginti sex cohortes seu decies et ter mille milites Imperio dabat* (5); *et ecce, quasi in ictu oculi, dedisset, jubente Maximo, centies tricies mille. Quam absurda hæc sint, hinc quoque collige : Caledonii, quum legationibus et fœderibus omnium civitatum vires excivissent, et omnis juventus et quibus cruda ac viridis senectus in unum congregati essent, non multo plus* TRIGINTA MILLIA *armatorum adspiciebantur, Agricolæ exercitum in monte Grampio exspectantes* (6) : *et una Britannia* 70,000, *aut si mavis,* 130,000 *innuptos habuisset juvenes, bello gerendo pares. Matrimonia illa non minus admiranda. In universa scilicet Gallia, incolas nunc habente fere* 36,000,000, *quotannis* 256,000 *matri-*
C *monia celebrantur. In Britannia et Scotia* 18,000,000 *fere incolæ recensentur; fac ibidem nunc celebrari* 128,000 *matrimonia; at vero mille quingentis abhinc annis in sola Britannia, quum, ut S. Gildas* (7) *et venerabilis Beda* (8) *testes sunt, viginti octo tantum civitates majores præter castella nonnulla haberet hæc regio, quum agri ibidem vix colerentur, intra unum annum celebranda fuissent matrimonia* 70,000, *duos trientes numeri annui matrimoniorum, quæ nunc in Anglia et Scotia simul ineuntur ! Hæc plane Britannica somnia sunt, sed nequaquam Baronii; adeoque si cum præstantissimo Annalium scriptore undecies tantum mille numerantur, quem numerum dant Colonienses traditiones, non consentiendum videtur Papebrochio, scriptorem Annalium ecclesiasticorum hac de re explodenti. Certe tali emissa colonia, exhausta non fuisset Britannia, neque multum passa; maxime si ponatur inde tot juvenes prius delatos fuisse in Armoricam; neque video quid tantopere obstetissent Britanniæ principes, quum connubia ineunda essent cum populari-*
AUCTORE V. D. B. *bus.*

Confutatur Galfredus scriptis Zosimi

120 *Quocirca multo melius aggressum fuisse arbitror Galfredi, et qui eum secuti sunt, narrationem Browerum nostrum, quum, commentarium in Venantium Fortunatum et Annales Trevirenses scribens, multo post annum* 383 *colonias in Britanniam traductas fuisse demonstravit. Hac enim demonstratione subvertitur fundamentum universæ historiæ Maximi tyranni, prout apud Galfredum legitur; quum hæc in eo sit posita ut doceat Armoricam, Maximo procurante, a Britannis occupatam fuisse et, novo regno ibidem constituto, Minorem Britanniam esse factam septemdecim circiter annis ante sæculi* IV *finem. Et quidem, quod primum argumentum adversus hanc fabulam sit, nemo ex antiquis magnalia hæc docuit; et quicumque ea tradidere, a manifestis commentis non abstinent; quocirca nemo prudens eis facile fidem adhibebit. Secundum* E *argumentum dabit historia. Zosimus lib.* IV *accurate explicat quo primum Maximus, quum anno* 383 *sceptrum usurpavit, copias, quas in Britannia collegerat, deduxerit, adversus Gratianum bellaturus :* Milites, *inquit* (9), facile ad seditionem impulsi, Maximum imperatorem appellant; ac tradita illi cum diademate purpura, confestimque παραχρημα transmisso navibus Oceano, ad ostia Rheni appulerunt. Exercitibus autem, qui erant in Germania et juxta hanc regionem, summa cum benevolentia hanc designationem approbantibus, objiciebat ei se Gratianus prælio congressurus, quod non exigua pars exercitus adhuc ab ipso staret.

et aliorum veterum historicorum;

121 *Scilicet vere ejusdem anni* 383 *Mediolano venerat Patavium Gratianus; hinc perrexerat Veronam ubi medio junio versabatur* (10); *post adierat cum exercitu Alemannos, et quidem, ut æstimat Tillemontius* (11), *Juthongos supra Danubium positos. Porro cum his bellum gerebat* (12), *quando Maximi ausorum nuntius ad eum venit. Gratianus itaque a Danubio, Maximus a Rheni ostiis tenderunt in Gallias et quinque diebus velitando non procul a Parisiis manus miscuerunt* (13). Sed Merobaudis, magistri militum, proditione superatus et fugiens, Lugduni captus atque occisus est F *Gratianus* (14). *Atque hoc modo stabilius imperium Maximus accepit, et sedem suam præcipuam Treviris habuit* (15). *Hispaniam non adivit Maximus, testante Pacato* (16) Hispanum non vidisse tyrannidem *Maximi; eam tamen pacifice habuit* (17), *quod vel ex una Priscilliani controversia, quæ coram eo Treviris agitata est* (18), *liquet : quocirca pronum erat ut illuc quoque milites destinaret. Verum, ut loquitur Sozimus* (19), Maximus, qui non ex dignitate res sibi succedere putabat, si solis imperaret iis nationibus quæ Gratiano prius paruerant, de Valentiniano regno dejiciendo cogitabat, toto quidem illo, si posset; sin ea spe frustraretur, de parte illius

(1) Cfr Lingard, Hist. d'Angleterre, tom. I, pag. 40 et 41, Louvain, 1827. — (2) Propylæum Maji, Paralipomena, pag. 59. — (3) Hist. reg. Brit. lib. v, cap. 16, pag. 92. — (4) Ibid. cap. 14, pag. 91. — (5) Cfr Lingard, Hist. d'Angleterre, pag. 41. — (6) Tacitus, Agricolæ Vita, num. XXIX. — (7) Liber Querulus, part. I, cap. 1, ap. Migne, Patrologia, tom. LXIX, col. 555. — (8) Hist. eccl. lib. I, cap. 1, ap. Migne, Patrologia, tom. XCV, col. 25. — (9) Ap. D. Bouquet, Recueil des historiens de France, tom. I, pag. 583. — (10) Cfr Tillemont, Empereurs, *Gratien.* art. XV. — (11) Ibid. art. XVIII. — (12) Socrates, Hist. eccles. lib. V. cap. 11, pag. 270 et Sozomenus, lib. VII, cap. 13, pag. 720. — (13) Zosimus de Gallis, lib. IV, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 583; S. Prosper Aquit. Chron. ad an. 384, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 625. — (14) S. Prosper loc. cit. — (15) S. Sulpicius Severus, Historia sacra, lib. II, ad an. 384, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 573. — (16) Panegyricus in Theodosium, cap. 24, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 722. — (17) Cfr Eckhel, Doctrina numorum veterum, tom. VIII, pag. 164. — (18) Cfr Ferreras, Hist. générale d'Espagne, lib. II, ad an. 385, tom. I, pag. 391 et seqq — (19) Lib. IV, cap. 42, pag. 224 et seq. edit. Bonnensis.

AUCTORE V. D. B.

aliqua saltim acquirenda, quantam sane occupare posset. Hac opinione victus, ad transeundas Alpes et adeundam Italiam se parat; *Alpesque reapse cum exercitu transit exeunte mense sextili anni* 387 (1). *Omnia ei fauste initio cesserunt; sed brevi alia sorte usus est. Accurrit quippe Theodosius imperator, Aquilejam obsedit, eaque continuo capta, jussit Maximum capitali pœna ambitionem suam luere exeunte julio anni* 388 (2).

quibuscum convenit S. Gildas.

122 *Atque hæc, ex variis collecta historicis, si præ oculis habeamus, facile intelligemus quid sibi velit S. Gildas sapiens in sequenti capite de tyrannis Britanniæ :* Itemque tandem, *inquit* (3), tyrannorum virgultibus succrescentibus, et in immanem silvam jam jamque erumpentibus, insula nomen Romanum, nec tamen mores legemque tenens, quin potius abjiciens, germen suæ plantationis amarissimæ ad Gallias, magna comitante satellitum caterva, insuper etiam imperatoris insignibus, quæ nec decenter usquam gessit, nec legitime, sed ritu tyrannico et tumultuante initiatum milite Maximum mittit. Qui, callida primum arte potius quam virtute, finitimos quosque pagos vel provincias contra Romanum statum, per retia perjurii
B mendaciique sui facinoroso regno annectens, et unam alarum ad Hispanias, alteram ad Italiam extendens, et thronum iniquissimi imperii apud Treveros statuens, tanta insania in dominos debacchatus est, ut duos imperatores legitimos, unum (*Valentinianum*) Roma, alium (*Gratianum*) religiosissimum vita pelleret. Nec mora : tam fertilibus vallatus audaciis, apud Aquilejam capite nefando cæditur, qui decorata totius orbis capita regni quodammodo cervicibus dejecerat. Exin Britannia, omni armato milite militaribusque copiis (*eductis*), rectoribus linquitur immanibus; ingenti juventute spoliata (quæ comitata vestigiis supradicti tyranni domum nusquam ultra rediit), et omnis belli usus ignara penitus, duabus primum gentibus transmarinis vehementer sævis, Scotorum a circione *, Pictorum ab aquilone calcabilis multos stupet gemitque per annos. *Manifestum itaque est juventutem, quam eduxerat e Britannia Maximus,* comitatam esse vestigiis tyranni, *nequaquam vero consedisse in Armorica quam numquam vidit; Maximus enim non in quadrangulum, sed in triangulum vires suos disposuit : ita ut aulam haberet Treviris, et una exercitus ala ad Hispanias, altera*
C *ad Italiam extenderetur; si tertia ad Armoricam, certe id non omisisset Gildas, quippe qui in ea plaga scriberet.*

* Hibernia. Circio *est occidens*

Ex Britannia secum tantum duxit Maximus 12,000 *milites, qui numquam in Armoricam venerunt.*

123 *Quod vero* ingentem *juventutem ex Britannia evectam dicit, non plures quam duodecies mille intelligendi sunt; tantum enim agmen, duæ nempe pristinæ aut decem Constantinianæ legiones, Britanniam occupare solebant : et quidem ipsi S. Gildæ* ingens *hæc* juventus *eadem est ac* omnis armatus miles militaresque copiæ, *quas habebat Britannia.* Ingentem *itaque dixit, quod Britanni jam pridem majorem non viderant; sed reapse exigua erat. Quocirca Pacatus in Panegyrico* (4), *quem dixit Theodosio, agens de Maximi exordiis, ita disserit :* Quis non ad primum novi sceleris nuntium hominem risit? Nam res infra dignitatem iracundiæ videbatur, cum PAUCI HOMINES ET INSULANI TOTIUS INCENDIUM CONTINENTIS ADOLERENT, ET REGALI HABITU EXSULEM SUUM ILLI EXSULES ORBIS INDUERENT? At quan- D
tos pariebat fortuna motus, quantum reipublicæ malum pestis augenda, quantam tibi gloriam restinguenda servabat? præcipue cum perfidia ducum, defectione legionum, contra rempublicam foret versum quidquid pro republica fuerat armatum. *Quæ omnia pugnant cum Galfredi narratu, ut quam maxime. Hic enim septingenta millia militum e Britannia eductos narrat, dum ad summum duodecim millia eduxerit Maximus : atque hi quidem non Britanni natione erant, sed ex aliis provinciis collecti; quum in sua patria militare non sinerent Romani subditos, sed in alienas plagas, in quibus sedem suam habebant legiones, destinarent.*

Galfredi causa non eo juvatur quod ante eum Nennius aliique similia dixerunt.

124 *Auxilio veniunt Galfredo Galetius, ineunte sæculo* XVIII *parochus in Cempans, domo Britannus Minor* (5) ; *recentius Dieffenbachius* (6) *aliique, affirmantes hæc a Galfredo non temere fuisse asserta, sed complures ei jam pridem præivisse. Neque nos contendimus hæc ab eo fuisse inventa, quippe qui ponimus tantum ea esse falsa, undecumque ea acceperit. Esto itaque, dixerit ante eum Nennius* (7) : Septimius imperator regnavit in Britannia, dictus Maximianus. Ipse perrexit cum omnibus militibus Britonum a Britannia, et occidit Gratianum regem E
Romanorum, et imperium tenuit totius Europæ; noluitque dimittere milites, qui cum eo perrexerunt a Britannia, neque ad uxores suas, neque ad filios, neque ad possessiones suas : sed dedit illis multas regiones a stagno quod est super verticem montis Jovis usque ad civitatem quæ vocatur Contguic et usque ad tumulum occidentalem, id est, Crucochidieint. Hi sunt Britones Armorici; et numquam reversi sunt ad proprium solum usque in hodiernum diem. Propter hoc Britannia occupata est ab extraneis gentibus et cives ejus expulsi sunt, usque dum Deus dederit auxilium illis; *similia habeant Silvester Gerardus Cambrensis* (8) *et Guilielmus Malmesburiensi* (9), *qui ante Galfredum Monumetensem scripsisse videntur; eademque vestigia postea presserint Henricus Huntingdoniensis* (10). *Matthæus Westmonasteriensis* (11) *et alii bene multi : parum his omnibus juvatur sententia eorum, qui volunt sæculo* IV *jam Britonum coloniam in Armorica consedisse; nam recentia illa testimonia componi nequeunt cum coævis. Quin etiam ne conveniunt quidem cum Triadibus Britannicis, quibus alii multam, alii nullam inesse auctoritatem arbitrantur. Utut est, ecce tertia pars decimæ quartæ Triadis* (12) : Tertius invadens F
exercitus eductus ex insula fuit ab Helena Luyddawg et Cynan, fratre ejus, domino de Meirion, in Llydaw (*Letaviam, partem maritimam Britanniæ Armoricæ*); in qua obtinuerunt terram et dominationem et regnum, ab imperatore Macsen Wledig (*Maximo tyranno*), quoniam ei auxilium tulerunt contra Romanos, et nemo ex eis reversus est, et consederunt in Llydaw (*Letavia*) et in Ystre Gyfaelwg, efficientes ibi communitatem. *Sed hæc alia sunt ac ea quæ tradidere Galfredus, Nennius et reliqui, qui ipsum Maximum Britannorum ducem fecere; et cæterum incredibilia, tum quod ex S. Gilda constat, egresso Maximo cum militibus Romanis, insulam armata manu vacuam fuisse, tum quod manifestum est Maximum non sparsurum fuisse milites suos in varias partes; (valde enim exiguum exercitum habebat;) nec quidquam ejus consiliis proderat,*

(1) Tillemont, Empereurs, Théodose, art. XXXIX. — (2) Ibid. art. XLIV. — (3) De excidio Britanniæ, lib. I, cap. 10, ap. Migne, Patrologia, tom. LXIX, col. 339. — (4) Cap. 23, ap. Migne, Patrologia, tom. XXIII, col. 499.—(5) Véritable époque du principal établissement des Bretons dans l'Armorique avec l'histoire de leur premier roi, prouvée par l'histoire romaine, in Journal de Trevoux, 1720, pag. 739 et seqq. — (6) Celtica II, part. II, pag. 165 et seqq.—(7) Ap. Usserium, Brit. eccl. antiq. pag. 107; D. Morice, Mémoires pour l'hist. de Bretagne, tom. I, col. 164; Dieffenbach, Celtica II, part. II, pag. 165. — (8) Ibid. locc. citt. — (9) Ibid. locc. citt. — (10) Ibid. locc. citt. — (11) Ibid. locc. citt. — (12) Ap. Dieffenbach, Celtica, II, part. II, pag. 79.

si

A *si Britanni aliquot in Armoricam anno* 383 *descenderent. Non enim ibi vincendi erant Gratiani milites, sed occurrendum eis in Gallia orientali. Sed ad Galfredum redeamus.*

§ XIII. Prosecutio ejusdem argumenti : historia reipublicæ Armoricanæ usque ad finem sæculi v.

Galfredus, perhibens Britannos anno 383 *novum regnum in Armorica condidisse,*

Tertium argumentum, quo fabulas ab eo narrari liquebit, ex historia denuo repetemus. Si Galfredum scilicet audias, Maximus cum Britonibus, ubi in Armoricam transfretavit, continuo Gallos vicit. Inbalto duce, et quindecim millibus armatorum cæsis; mox Rhedones cepit aliaque oppida, ubique viris fuga elapsis aut cæsis; postremo cum universas provincias penitus ab omni incola delevissent, munierunt civitates et oppida militibus Britanniæ et promontoria in diversis locis statuta. Exin tantam multi-
B tudinem collegit, quantam existimabat sibi sufficere posse ad omnem Galliam subjugandam. Distulit tamen sævitiam suam paulisper ulterius ingerere, donec, sedato regno quod ceperat, ipsum Britannico populo replevisset. Fecit itaque edictum suum, ut centum millia e plebe in Britannia insula colligerentur qui ad eum venirent. Præterea triginta millia militum, qui ipsos intra patriam, qua mansuri erant, ab hostili irruptione tuerentur. Cumque omnia perpetrasset, distribuit eos per universas Armorici regni nationes, fecitque alteram Britanniam et eam Conano Meriadoco donavit. *En itaque Galli seu Armoricani exclusi ex Armorica; novum regnum fundatum; altera Britannia condita; et quidem ante medium annum* 383; *nam non prius Germaniam adivit Maximus neque cum Gratiani copiis manus conseruit, quam hæc omnia peregisset. Porro ut hæc omnia ruant, satis est post hæc tempora adhuc stetisse Armoricam, neque ullam tunc in his plagis de Britonibus eorumque regno sermonem*
C *fuisse. Accipe monumenta.*

refellitur ex eo capite quod ineunte sæculo v *Armorici eam adhuc habitabant.*

126 *Notitia imperii scripta fuit circa annum* 401 (1); *in ea autem legitur :* SUB DISPOSITIONE VIRI SPECTABILIS DUCIS TRACTUS ARMORICANI ET NERVICANI. Tribunus primæ novæ Armoricæ Grannona (Garaude *seu* Guerande *in promontorio inter ostia Ligeris et Vicinoniæ*) in littore Saxonico. — Præfectus militum Carronensium, Blabia (*seu Blavita, ad fluvium* Blavet, *castrum Armoricæ maritimum*). — Præfectus Maurorum Venetorum, Venetis (*Vannes*). — Præfectus militum Osismiacorum, Osismiis (*in hodierno pago* Finisterre (2), *in* Ocimor *prope Brestum* (3).) — Præfectus militum Superventorum, Mannatios (*imo* Nannetibus ?) — Præfectus militum Martensium, Aleto (*ad rivum Ranciam; ex Aleto sedes episcopalis anno circiter* 1150 *translata est in Sancti Maclovii* (4).) *Sequitur dein pagus postea Normannia dictus. Suberat similiter Armorica Romanis, quum anno* 408, *Britannos imitata, sese in libertatem vindicavit. Tres scilicet tyranni in Britannia sibi invicem successerant, militum favore purpuram induti. Postremus, Constantinus nomine, ejusque filius Constans legiones in Gallias et Hispa-*

nias deduxerat, Britannia exposita barbarorum incursibus. Britanni itaque, *inquit Zosimus* (5), sumptis armis et quovis adito pro salute sua discrimine, civitates suas a barbaris imminentibus liberarunt. Itidem totus ille tractus Armorichus, ceteræque Gallorum provinciæ Britannos imitatæ, consimili se modo liberarunt, ejectis magistratibus Romanis, et sibi quadam republica pro arbitrio constituta. Hæc Britanniæ Gallicarumque gentium defectio, quo tempore Constantinus tyrannidem exercebat, accidit.

AUCTORE V. D. B.

similiter ex historia horum reipublicæ, quæ annis 416 *et* 436 *adhuc stabat,*

127 *Stabat adhuc Armoricorum respublica circa annum* 416, *quum Exsuperantius Pictavus, ut ex Itinerario Claudii Rutilii Numantiani discimus, Armoricos ad officium seu sub Romanam ditionem reducere tentavit. Hæc enim ad Palladium, Exsuperantii filium, scripsit circa id tempus Rutilius* (6) :

Facundus juvenis Gallorum nuper ab oris
Missus Romani discere jura fori;
Cujus Aremoricas pater Exsuperantius oras
Nunc postliminium pacis amare docet,
Leges restituit, libertatemque reducit,
Et servos famulis non sinit esse suis.

Verum aut steriles fuere Exsuperantii conatus, aut postea denuo rebellarunt Armoricani. Iterum enim vincendi fuere circa annum 436 *a Litorio, duce Romanorum. Testem habemus Apollinarem Sidonium, in Panegyrico, Avito Augusto dicto,* vv. 243 *et seqq. hæc de Avito, ex bello Germanico reduce, canentem* (7) : E

..... Vix arma domum sordentia castris
Retulerat; nova bella iterum, pugnamque sub ipsis
Jam patriæ muris periturus commovet hostis.
Litorius schyticos * equites, tum forte SUBACTO
Celsus AREMORICO, Geticum * rapiebat in agmen
Per terras, Averne *, tuas.

* Hunnos
* Theodorici Gotthi
* Avite.

et ex his quæ paulo ante medium sæculum v *acciderunt.*

128 *Quum autem a Litorio subacti fuere Armorici, neque deleti sunt, neque eorum agri et pascua data Britannis; sed paulo post, resumptis viribus, iterum rebellarunt. Quocirca Aëtius patricius,* offensus superbæ insolentia regionis, Eocarichi, ferocissimo Alanorum *ad sinistram Ligeris ripam habitantium* (8) regi, loca illa inclinanda pro rebellionis præsumptione permiserat, quæ ille aviditate barbaricæ cupiditatis inhiaverat. *Maxima hinc impendebant Armoricanis mala; a quibus tamen servati fuere per S. Germanum, Autisiodorensem episcopum. Hic enim* vix domum de *secunda* transmarina F expeditione *in Britanniam Majorem* remeaverat *anno* 447, et jam legatio Armoricani Tractus fatigationem beati antistitis ambiebat. *Et quidem tam felicem operam impendit S. Germanus, ut* per intercessionem et meritum sacerdotis rex compressus sit, exercitus revocatus, provinciæ a vastationibus absolutæ. *Perrexit dein Ravennam beatissimus vir, ut veniam ab imperatore Valentiniano Armoricanis impetraret; et* causam sane Armoricanæ regionis, obtenta venia et securitate perpetua, ad proprium obtinuisset arbitrium, nisi titubationis perfidia mobilem et indisciplinatum populum ad rebellionem pristinam revocasset. Quo facto, intercessio sacerdotis evanuit. *Hæc Constantius in S. Germani Vita, circa annum* 488 *commendata literis* (9).

129 *His objici posset, hæc ad* Armoricam *non pertinere, sed ad Tractum Armoricanum, quo tota pars media Galliæ continebantur, a mari usque ad*

(1) Cfr D. Bouquet, tom. I, præf. pag. XIX et 127; Cfr Walckenaer, Géographie ancienne des Gaules, tom. II, pag. 375 et 376 — (2) Walckenaer, Géographie ancienne historique et comparée des Gaules, tom. II, pag. 255. — (3) Cfr de Vertot, Histoire critique de l'établissement des Bretons dans les Gaules, tom. I, disc. prélim. pag. 40. — (4) D. Morice, Mémoires pour servir à l'histoire de Bretagne, tom. I, col. 165. — (5) Lib. VI, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 586 et 587. — (6) Ibid. pag. 629, not. *d*. — (7) D. Bouquet, tom. I, pag. 805. — (8) Cfr Jornandes, Hist. cap. 45, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 26. — (9) Ibid. pag. 645.

Aurelianum

AUCTORE V. D. B. *Hæc intelligi nequeunt de divisione militari, qui Tractus Armoricanus dicebatur et universas provincias occidentales capiebat.*

Aurelianum et ultra (1). *Certe* tractus *Armoricanus et Nervicanus, quatenus ad rem militarem pertinebat, duas Aquitanias, Senonensem, et secundam tertiamque Lugdunenses provincias complectebatur* (2), *et utraque Aquitania regiones Armoricanæ, non secus ac Armorica proprie dicta, a scriptoribus appellabantur* (3), *quod Oceanum versus jacebant, vel quod potius male intellecta erant C. Julii Cæsaris verba de Lemovicibus Armoricanis* (4). *Verum ea nomina, et quidem tamquam propria, in communi fuisse usu non apparet; sane numquam alii quam vere Armorici hac appellatione donati sunt eo modo, quo in præcitato Apollinaris Sidonii carmine :*

..... Tum forte subacto
Celsus Aremorico;

et quum reliqua, quæ ad hanc diuturnam rebellionem pertinent, cum hac Litorii Celsi victoria cohæreant, satis liquet de vere Armoricis esse intelligenda. Præterea, siquis cum doctissimo abbate Dubos (5) *admittat quinque præcipuas Galliarum provincias per maximam sæculi* V *partem, id est plus octoginta annos, contra Romanos rebellasse; is videat quomodo hæc cum Romanorum in his ipsis partibus imperio componat* (6); *nuspiam profecto præfecti prætorio*
B *aliique duces habuissent ubi firmo stetissent pede. Quibus adde prælia, quæ cum Armoricanis rebellibus inita fuere, semper ad Ligerim facta esse. Sic Apollinaris Sidonius in Panegyrico Majoriani inducit Aëtii uxorem objicientem viro Majoriani gloriam his verbis* (7) :

Ligerimque bipenne
Excisum per frusta bibit. Cum bella timentes
Defendit Turonos, aberas.

Idem in epistola XII *ad Ferreolum, Aëtium* Ligeris liberatorem *vocat* (8); *quæ nemo de victis ad Ligerim Armoricanis non intelligit. Recogita insuper Alanos, trans Ligerim positos et excitatos ab Aëtio ut Armoricorum terras invaderent, impeditos vero a S. Germano : quibus omnibus suadetur Armoricorum rempublicam ad ripam dextram Ligeris constitisse, nequaquam vero extensam fuisse per omnem Galliam occidentalem. Consentiendum itaque D. Bouquet* (9), *Sharon Turner* (10) *aliisque, quibus non placet immensa respublicana Armoricana quam excogitavit Dubos.*

Reliqua historia reipublicæ Armoricanæ usque ad annum 497, quo Armorici se miscuere Francis.

130 *Ex hoc tempore, scilicet a medio sæculo* V, *Romanis amiciores, non tamen plane subditi, facti sunt Armorici; certe anno* 451 *suppetias tulerunt Aëtio adversus Attilæ cohortes; neque aliter egere circa annum* 470 *in bello Visigothico*. Procedente tempore, *inquit Procopius* (11), Visigotthi, facta in Romanum imperium irruptione, Hispaniam universam ac pro-
C vincias Galliæ, trans Rhodanum positas, subegerunt habueruntque vectigales. Militarem operam Romanis tunc navabant Arborychi (*immo Armorici* (12):) quibus Germani (*intellige Francos*) utpote finitimis, et a veteri reipublicæ forma digressis, cum legem ac jugum vellent imponere, primum prædati, deinde recto marte eos aggressi sunt, agente omnes belli prurigine. Generositatem et in Romanos benevolentiam testati, Arborychi (*Armorici*) rem in eo bello gessere fortiter. *Hæc anno circiter* 493 (13), *quo Clodovæi copiæ Nannetes obsederunt. Sed multo diuturnior non fuit Armoricorum erga Romanos* D *fidelitas. Quadriennio scilicet post defecere ab eis, ut se Clodovæo, regi Francorum subderent. Audi, ut rem narrare pergit Procopius :* Nihil vi, *inquit,* proficientes, Germani (*Franci*) illos ad societatem et affinitates jungendas invitarunt: quibus Arborychi (*Armorici*) libenter assensi sunt, quod christiani essent. Eo pacto in unam gentem coaliti, potentissimi evaserunt : alii vero Romani milites, qui erant in extrema Gallia stationarii, cum nec Romam redire possent, neque ad hostes Arianos (*Visigothos*) desciscere vellent; se ipsi cum signis regionem, quam Romanis ante servabant, Arborychis (*Armoricis*) ac Germanis (*Francis*) permiserunt, moresque omnes patrios retinuere : quos eorum posteri ad se transmissos adhuc servant. *Atque hac ratione, exeunte sæculo* V, *per commixtionem cum Francis, nequaquam per cædes et clades, a Britannis sæculo* IV *exeunte illatas, cessavit respublica Armoricana.*

§ XIV. Prosecutio ejusdem argumenti. Vera historia de constitutis Britonibus in Armorica.

Imperantibus Romanis, plures Britanni in continentem translati fuere, sed prementibus barbaris, alii plures venere sponte.

E*x hactenus dictis manifeste sequitur commentitium plane esse regnum Britannicum, quod Maximus tyrannus ante medium annum* 383 *fundasse et Conano Meriadec cessisse a Galfredo Monumetensi perhibetur. Verum id non minus luculente demonstratur ex historia adventus Britannorum in Galliam; quæ jam explicanda est. Tempore Plinii Secundi* (14) *Britannos fuisse inter Gessoriacenses et Ambianos, eaque loca tenuisse ad maris oram, ubi nunc Stapulæ, Monstrolium, Hesdinium et ager Ponthicus, videtur res indubitata. Ex Britannia Majori æque ac ex reliquis provinciis eductas fuisse auxiliares copias et in variis imperii partibus extra insulam stationem habuisse res similiter certa. Saltem viginti sex cohortes, natione Britannas, fuisse ex lapidibus ostendit Camdenus* (15), *atque inter has* Britones cum magistro equitum Galliarum. *Ex his autem delectibus, per varias provincias distributis, Britonum colonias in aliquot exteris locis atque etiam in Gallia coaluisse* F *quis dubitet? Similiter summe verisimile est ante medium sæculum* V, *quum continuo fere a Pictis et Scotis, ex Caledonia in Britanniam irruentibus, incredibilia damna, cædes scilicet, incendia, rapinas, agrorum depopulationes, paterentur; ita ut anno* 446 *ad Aetium patritium jure merito scriberent* (16) : Repellunt nos barbari ad mare, repellit nos mare ad barbaros : inter hæc oriuntur duo genera funerum, aut jugulamur, aut mergimur; *quumque insuper semel a fame, semel a peste crudelissime hoc tempore habiti fuerint; summe, inquam, verisimile est et mihi quidem indubitatum singulis fere annis complures ex insula in proximas venisse Galliæ partes, in Armoricam nempe et alias vicinas plagas :*

(1) Dubos, Hist. crit. de l'établissement de la monarchie française dans les Gaules, tom. I, pag. 104 et seqq. (2) Cfr Notitia imperii, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 127. — (3) Cfr Vita S. Basoli; ap. D. Bouquet, tom. III, pag. 463. Vita S. Eligii, ibid. pag. 552. — (4) Cfr D. Bouquet, tom. III, pag. 552, not. *a*. — (5) Histoire critique de l'établissement de la monarchie française, tom. I, pag. 343. — (6) Cfr D. Bouquet, tom. I, pag. 587, not. *a*. — (7) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 802. — (8) Ibid. pag. 800. — (9) Recueil des hist. de France, tom. I, pag. 587. — (10) The Hist. of the Anglo-Saxons, tom. II, pag. 134. — (11) De bello Gotthico, lib. I, cap. 12, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 30. — (12) Cfr Valesius, Rerum Francic. lib. VI, pag. 278; Dubos, Histoire critique, etc. tom. III, pag. 175 et seqq. — (13) Cfr Dubos, Histoire critique, etc. tom. III, pag. 94 et seqq. — (14) Hist. natur. lib. IV, cap. 17, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 56. — (15) Britannia, pag. 41, edit. Amstelod. 1648. — (16) Gildas, Liber Querulus, part. I, cap. 17 de epistolis, ap. Migne, Patrologia, tom. LXIX, col. 342.

adeoque,

A *adeoque, quando magis premebantur Britanni, plures patria emigrasse censendi sunt; sed non crediderim sæpe factum esse ut magna gentis pars simul solverit e Britannia; multo minus ut Armoricam victorum more occuparit; sed potius novis continuo advenis eorum ibidem creverit paulatim numerus, donec tandem prævaluerint. Certe Procopius, de rebus ineunte sæculo* VI *gestis scribens, continuas fuisse eorum migrationes narrat:* Brittiam insulam, *inquit* (1), nationes tres numerosissimæ, suo quæque sub rege, habitant, Angli, Frisones (*censent etiamnum complures* (2) *prædones exteros qui Britanniam initio vexaverunt ex Frisia venisse*), cognominesque insulæ Brittones. Tanta est hominum multitudo ut inde singulis annis non pauci cum uxoribus liberisque migrent ad Francos, qui in suæ ditionis solo, quod desertius videtur, sedes illis adscribunt.

Hi anno 461 habebant proprium episcopum et positi erant super Ligerim.

132 *Francis autem et Armoricis, qui inter se affinitates inibant, omnino se non miscuere Britones; sed colonias novamque gentem in Armorica condidere. Quin etiam solverunt primi arduam quæstionem, utrum, quando gens aliqua magno numero migrat in alienam diœcesim, jus ei sit proprium habere episcopum, an vero diœcesano præsuli subsit. Certe con-*

B *cilio Turonensi primo, quod anno* 461 *celebratum est, post alios episcopos subscripsit* Mansuetus episcopus Britannorum (3). *Nil itaque est* (*ut id obiter moneam*) *quod conquerantur hodierni Angli de S. Gregorio M., quasi episcoporum Britannorum jura violaverit, quando S. Augustinum et plures monachos ad Anglosaxones misit, ut ad eos* pro se prædicarent (4), *eosque partim postea episcopali dignitate auxit, quamquam plures adessent episcopi Britanni. S. Gregorio M. præiverat Mansuetus, episcopus Brito. Et sane erant quibus in provincia Turonensi operam suam hic impenderet. Ex epistola enim quam Arvandus, Galliarum præfectus, officii sui plane im memor, ad Euricum paulo ante annum* 469 (5) *dederat, qua huic Visigotthorum regi inter alia* Britannos super Ligerim sitos impugnari oportere demonstraret et cum Burgondionibus Gallias dividi debere confirmaret, *plane liquet coloniam illam Britannorum jam valde magnam fuisse.*

Ii venere ex Cantio anno 457, pulsi a Saxonibus.

133 *Ii eo advenisse videntur anno* 457; *ad quem in Chronico Anglo-Saxonico* (6) *leguntur secundam* pugnam Hengistus et Æscus ejus filius iniisse cum Britannis in loco dicto Crecganford (*Crayford*); quo prælio quatuor millia ex his cæsa fuisse; reliqui

C deseruisse Cantiam et fugisse Londoniam. *Ad eam enim fugam pertinere censenda sunt, quæ S. Gildas* (7) *et secundum eum Ven. Beda* (8) *referunt. Audi S. Gildam :* Itaque nonnulli miserarum reliquiarum in montibus deprehensi acervatim jugulabantur : alii fame confecti accedentes, manus hostibus dabant in ævum servituri : si tamen non continuo trucidarentur; quod altissimæ gratiæ stabat in loco : ALII TRANSMARINAS PETEBANT REGIONES cum ululatu magno seu celeusmatis vice, hoc modo sub velorum sinibus cantantes : *Dedisti nos tanquam oves escarum et in gentibus dispersisti nos, Deus.* (*Psalm.* XLIII, 12) : alii a montanis collibus, minacibus præruptis vallati et densissimis saltibus marinisque rupibus, vitam suspecta semper mente credentes, in patria licet, trepidi perstabant. *Certe transmarina hæc migratio facta est post ruptum anno* 455 *fœdus* (9); *sed simul ante pugnas in Wallia annis* 465 *et* 473 *initas* (10), *quæ a S. Gilda aperte designantur, ubi de trepidatione agit eorum, qui* a montanis collibus, minacibus præruptis vallati et densissimis saltibus marinisque rupibus, in patria perstabant. *Liquet insuper ex S. Gilda inter migrationem illam et Ambrosii Aureliani victoriam, anno circiter* 475 *de Saxonibus relatam* (11), *tantum intervenisse tempus ut interea domum recesserint crudelissimi prædones, et reliquiæ Britonum, a Domino roboratæ, vires recuperare potuerint* (12). *Neque audiendus est Vertot* (13), *qui illa S. Gildæ verba :* Alii transmarinas petebant regiones *de hodierna Scotia intelligi velit. Licet enim alicubi* (14) *S. Gildas et secundum eum Ven. Beda* (15) transmarinas gentes *Pictos vocent; alio tamen loco S. Gildas imperatores Romanos appellat* transmarinos reges (16) : *quod vero in præmisso loco non Scotia, sed Gallia intelligenda est, vel ex hos uno capite liquet quod Picti non minus inhiarent Britannis quam Saxones, adeoque* E *Britanni et Saxones tunc amice inter se usi dicantur a Galfredo Monumetensi* (17), *qui se librum a S. Gilda conscriptum de Victoria Aureliani Ambrosii habuisse affirmat* (18). *Neque Picti adeundi erant navibus, in quibus cantaretur :* Dedisti nos *etc. Verumtamen hanc fugam in transmarinas regiones soli Cantii et vicinarum plagarum incolæ participasse videntur, reliquis provinciis intactis. Hæc enim Britannorum insania erat vicinorum pericula sua non ducere, et, ut infirmi erant ad retundenda hostiam tela, fortes et invictos esse ad civica bella* (19). *Et quidem, si concordes fuissent, non eis deerant vires quibus non Saxones tantum, sed Pictos quoque et Scotos repulissent.*

Alii venere aliquot annis post, sed substitere in Arvernia.

134 *Sane paulo postquam anno* 457 *complures Britanni in Gallias fugissent et sedem super Ligerim occupassent, in quibusdam Britanniæ Majoris partibus sat validi erant, qui etiam suppetias ferrent Romanis in Gallia versantibus. Quum enim consilium, quod Arvandus dederat et quod paulo supra indicavimus, tanto magis placuisset quo quæ suggerebantur facilius fieri posse viderentur ob continuas imperantium conversiones reique publicæ instabilitatem,* Euricus, Vesegotharum rex, *verba sunt Jornandis* (20), crebram mutationem Romanorum principum cernens, Gallias suo jure nisus est occupare. Quod comperiens Anthemius imperator, protinus solatia Britonum postulavit. Quorum rex Riothimus, cum XII millibus veniens, in Biturigas civitatem, Oceano e navibus egressus, susceptus est. Ad quos rex Vesegotharum Euricus innumerum ductans exercitum advenit, diuque pugnans, Riothimum Britonum regem, antequam Romani in ejus societate conjungerentur, superavit. Qui, ampla parte exercitus amissa, cum quibus potuit fugiens, ad F

(1) De bello Gotthico, lib. IV, cap 20, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 42. — (2) Molhuysen, de Angelen in Nederland, in Nyhoff's Bydragen van Vaderlandsche Geschiedenis, part. III, fasc. I, pag. 50; De Angelen aen den Nederryn, part. III, fasc. III, pag. 221-222; Kemble, Preface to his Edition of Beowulf, tom. II, pag. 49. — (3) Maan, Sancta et metropolitana ecclesia Turonensis, part. II, pag. 9. — (4) Epist. S. Gregorii M. lib. XI, epist. 46, tom. II, Opp. col. 1150; Vita S. Augustini episc. Cantuar. num. 4, Act. SS. Ord. S. Bened. sæc. I, pag. 505. — (5) Cfr Tillemont, Empereurs, *Anthème* art. VI. — (6) The V. Bedes eccl. hist. of England also the Anglo-Saxon Chronicle, pag. 310, edit. Giles. — (7) Part. I, cap. 25, ap. Migne, tom. LXIX, col. 346. — (8) Hist. eccles. lib. I, cap. 16, ap. Migne, tom. XCV, col. 44.— (9) Cfr S. Gildas, part. I, cap. 23; The Anglo-Saxon Chronicle, pag. 309.—(10) The Anglo-Saxon Chronicle, pag. 310.—(11) Cfr Ven. Beda de temporum ratione, ad A. M. 4426. Opp. tom. VI, pag. 320, edit. Giles; Tillemont, Empereurs, tom. VI; Hist. des Bretons. — (12) S. Gildas, part. I, cap. 25, ap. Migne, Patrologia, tom. LXIX. col. 346.—(13) Hist. de l'établiss. des Bretons, tom. I, pag. 21. — (14) Part. I, cap. 11, ap. Migne, tom. LXIX, col. 339.— (15) Hist. eccl. lib. I, cap. 12, ap. Migne, tom. XCV, col. 38. — (16) Part. I, cap. 2, col. 335. — (17) Hist. reg. Brit. lib. VIII, cap. 3, pag. 133. — (18) Ibid, lib. IV, cap. 20, pag. 75. — (19) S. Gildas, part. I, cap 19. — (20) Histor. de Getarum origine, cap. 45, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 27.

AUCTORE V. D. B.

Burgundionum vicinam gentem, Romanis in eo tempore fœderatam, advenit. *Paucis verbis earumdem rerum meminit S. Gregorius Turonensis* (1) : Britanni, *inquiens*, de Biturica expulsi sunt, multis apud Dolensem vicum (*Bourg de Déols*) peremptis. *Mansit cum exercitus sui reliquiis Riothimus seu Riothamus in Gallia, verisimiliter in Arvernia, quandoquidem S. Sidonius Apollinaris, Claromontanus episcopus, miserit ad eum cum epistola* (2) *virum obscuri loci, qui* mancipia, Britannis clam sollicitantibus, sublata deplorabat, *eaque sibi reddi, jubente Riothimo, sperabat. Quocirca affirmare non ausim Riothimi in Gallias adventu auctos fuisse Britannos, qui super Ligerim erant positi; et quidem quid de his postea factum sit me plane latere fatebor, id unum certum habens eos relictos non fuisse in diœcesi Nannetensi et Rhedonensi, ut ex dicendis patebit. Si quis tamen voluerit eos additos fuisse aliis Britannis qui deinceps maxima multitudine appulerunt ad Cornu Galliæ, non obstabo.*

Circa annum 500 incepere Franci, Armoricæ dominantes, supplices Britannos intra certum regionis ambitum admittere, ut constat ex concilio Turonensi anni 849;

135 *Ad finem sæculi* V, *quum Clodovæus Armorica potitus est seu potius suos Francos Armoricanis per connubia miscuit, nondum multos fuisse in his partibus Britannos ex ipso scriptorum silentio concludere fas est. Quomodo vero postea tanto advenerint numero ut pristinis incolis prævaluerint, et quibus conditionibus recepti fuerint, mihi satis obscurum est. Verumtamen plane extra dubium videtur noluisse reges Francos ut in diœceses seu pagos Rhedonensem et Nannetensem se diffunderent; ideoque marchiam seu limitem ductum fuisse, quo permissa iis regio terminaretur; et præterea* marchisos, *qui et* custodes *vel* comites marchiæ *seu* limitis Britannici (3), *illic positos, qui pro mandatis haberent eos coercere. Sed utrum pacifice venerint Britanni novæ patriæ leges secuturi; an vero suo arbitratu, suis legibus, suisque principibus victuri in alieno regno, disputatum olim fuit quam maxime; quoniam an feudale esset regnum, hinc dirimenda erat controversia : neque nunc inter scriptores convenit. Quod si mihi liceat opinionem meam proponere, putem maximam rationem habendam esse dictorum patrum concilii Turonensis anni* 849. *Quum scilicet Nomenoius, qui Britanniæ Minori tunc præerat,* urbem Namneticam et Redonicam ac etiam Andegavense territorium et Cenomanense (4), *qua regione interdicebantur Britanni, invasisset; ipsi in epistola sua synodica, ut Nomenoium ad officium reducerent, his affati sunt verbis* (5) :

C Nec ignoras quod certi fines ab exordio dominationis Francorum fuerint, quos ipsi vindicaverint sibi, et certi quos petentibus concesserunt Britannis. *Petiverant itaque Britanni et bona pace utrinque res gesta fuerat.*

cujus asserta, licet alii putarint Britannos has terras victricibus armis occupasse, conveniunt cum his quæ novimus de præfixis limitibus,

136 *Re quidem vera opponi potest id testimonium recens esse; litigii causa fuisse prolatum; sæculo* IX *non bene perspectum fuisse quo tempore aut quomodo in Armoricam advenissent Britanni; creditum fuisse a nonnullis hos huc se contulisse, quum Galli seu Romani rerum adhuc potirentur in his locis; testem esse Ermoldum Nigellum, ubi de subactis anno* 818 *a Lamberto comite Nannetensi et Britannici limitis custode, de Britannis disserit* (6); *ita quoque locutum videri Eginhardum* (7) *et secundum eum Poetam Saxonem* (8), *ut habendi sint Britanni habitasse Armoricam ante Francorum adventum, sed ab* D *his victi et superati fuisse, et tributum solvere jussi; eruditissimo Adoni* (9) *scriptorique coævo et anonymo Mettensi* (10) *persuasum etiam fuisse ante annum* 799 *numquam a Francis Britanniam Minorem subjugatam fuisse, et alia id genus. Verum quamquam hæc ita habent, nec quis unquam quæ de Britannis Armoricanis tradiderunt veteres inter se apte composuit, standum tamen videtur patrum Turonensium dictis. Ii enim optime novisse poterant Britanniæ Minoris rationes, quum hæc pars esset provinciæ ecclesiasticæ Turonensis; deinde testem invocant ipsum Nomenoium : qua formula aperte significant rem sibi certissimam esse; tertio, quod dicunt certos fines ab initio præstitutos fuisse advenis Britannis confirmari potest ex S. Venantii Fortunati ad S. Felicem, episcopum Nannetensem, carminibus. Libro scilicet* III, *carmine V* (11) *eum his laudat versibus :*

Auctor apostolicus, qui, jura Britannica vincens,
Tutus in adversis, spe crucis, arma fugas :

quibus laudatur S. Felix quod auctoritate apostolica, fretus in adversis Christi auxilio, vires Britannorum vicerit et arma fugarit e Nannentensi sua diœcesi. In carmine autem VIII *ejusdem libri* (12) *habes hæc alia :* F

Proque salute gregis pastor per compita curris,
Exclusoque lupo, tota tenetur ovis.
Insidiatores removes vigil arte Britannos :
Nullius arma valent, quod tua lingua facit :

quibus verbis denuo laudatur S. Felix, quod sermonis sui auctoritate e Nannetensi diœcesi excluserit Britannos, qui armis cohiberi nequivissent. De iisdem rebus scripsit S. Gregorius Turonensis, sed multo minus magnifice : Britanni, *inquit* (13), eo anno (579) valde infesti circa urbem fuere Namneticam atque Rhedonicam : qui immensam auferentes prædam, agros pervadunt, vineas a fructibus vacuant et captivos abducunt. Ad quos cum Felix episcopus legationem misisset, emendare promittentes, nihil de promissis implere voluerunt. *Jam itaque sæculo* VI *intra certos fines Britanni continere se debebant, et diœcesibus Redonensi et Nannetensi excludebantur.*

de amicitia quæ initio erat inter Francos et Britannos, de auctoritate quam servabant reges Francorum, de donationibus piis eorumdem, etc.

137 *Quarto, videntur initio amice usi esse Britanni cum Francis, nec quidquam quod majoris momenti esset egisse absque consensu regis Francorum. In Vita S. Maglorii, quæ bonæ notæ est, hæc leguntur* (14) : Sanctus Samson simul cum Beato Maglorio, et quorumdam tam clericorum quam laicorum collegio recessit et ad prædicandum populo ejusdem linguæ, in Occidente consistenti, mare transfretavit, properans finibus territorii Dolensis : ubi, a strenuissimo rege Francorum Childeberto accepto archipræsulatus regimine, non solum inibi, verum etiam in omnem Britannorum regionem, seu in circuitu ejus longe lateque celebre nomen ejus enituit. *In Vita S. Samsonis, ab anonymo subæquali conscripta, idem rex Childebertus ubique perhibetur Armoricæ, circa annum* 550 *jam a Britannis occupatæ, dominatus esse* (15). *In Vita S. Pauli Leonensis, quæ sæculo* X *a monacho Floriacensi conscripta est, Withurus, unus e principibus Britannis Armoricæ, hæc ad S. Paulum verba habuisse refertur* (16) : Ex quo, vita mihi carior Paule frater, Francorum rex

(1) Historia Francorum, lib. II, cap. 18, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 170.—(2) Lib. III, epist. IX, ap. Migne, Patrologia, tom. LVIII, col. 502.—(3) Cfr D. Bouquet, tom. VI, pag. 38. not. *b*. — (4) Fragmentum hist. Britanniæ, ap. D. Morice, Mémoires, tom. I, col. 283. — (5) Ibid. col. 292. — (6) De rebus gestis Ludovici Pii, lib. III, v. 9 et seqq. ap. D. Bouquet, tom. VI, pag. 38. —(7) Annales, ad an. 786, ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 207.— (8) Annales, lib. II, v. 210 et seqq. ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 148 et seq. — (9) Chronicum ad an. 799, ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 320. — (10) Annales Mettenses ad an. 799, ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 349. — (11) Ap. Migne, Patrologia, tom. LXXXVIII, col. 124. — (12) Ibid. col. 130. — (13) Hist. Francorum, lib. V, cap. 32, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 125.— (14) Ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 435. — (15) Ibid. pag. 435 et seqq. — (16) pag. 432.

A Childebertus hanc regionem meæ sollicitudini regendam commisit, nec per me, nec per fidum aliquem legatum cum eo colloquium habui. *Et demum in Vita S. Leonorii episcopi legitur* (1) : Illo autem tempore (*quum scilicet ille sanctus cum discipulis in Armoricam solvit*) Childebertus rex Franciæ imperabat, simulque Britanniæ transmarinæ *seu Armoricanæ*. Audita itaque sanctitatis ejus fama, oravit eum ad se venire *etc. In iisdem Vitis passim apparet Childebertus rex pagos distribuens. Withurum modo audivimus dicentem regionem a Childeberto suæ sollicitudini regendam commissam fuisse*. Agnensem Leonensemque pagos cum sibi debito reditu regiæ auctoritatis præcepto *accepit S. Paulus. Non infelicior S. Samson, qui, Childeberto agros aliasque res necessarias donante*, monasterium magnificum *construxit. Recole insuper episcopatum per universam Britanniam Minorem S. Maglorio collatum a Childeberto. Consentiunt itaque ipsæ traditiones antiquiores Britannicæ cum patrum Turonensium assertis, scilicet supplices in Armoricam venisse Britannos et certos eis a rege Francorum, qui his dominabatur partibus, fines assignatos fuisse. Recole insuper Procopii quæ supra recitavimus verba :*

B Singulis annis non pauci cum uxoribus liberisque migrant ad Francos, qui in suæ ditionis solo, quod desertius videtur, sedes illis adscribunt.

Migrationes Britannorum continuæ fere factæ sunt, maxime ab anno 514, ut ex monumentis Anglicis

138 *Jam si quæritur quo maxime hæc facta sint tempore, equidem respondendum putem maxime ab anno 514*. Ad hunc *enim* annum, *ut in Chronico Anglo-Saxonico legitur* (2), Saxones occidentales venerunt in Britanniam, tribus vecti navibus, et appulerunt loco cui nunc nomen *Cerdic's ore;* et Stuf et Whitgar pugnarunt contra Britannos eosque fugaverunt. *Anni* 515, 516, 517 *et* 518 *vacant in Chronico; sed ad annum* 519 *hæc occurrunt :* Hoc anno Cerdic et Cynric obtinuerunt regnum Saxonum occidentalium ; et eodem anno pugnaverunt contra Britannos in loco, cui nunc nomen *Cerdicsford*. Et ab hoc tempore stirps regia Saxonum occidentalium regnavit. *Vacat dein Chronicum ab anno* 520 *ad* 526; *sed anno sequenti nova contra Britannos refertur pugna in loco,* Cerdic's lea *dicto; et anno* 530 *insulam Vectim* (Wight) *iidem leguntur usurpasse. Porro jam pridem animadversum est* (3) *ex nominibus Devonia, Cornubia aliisque id genus, novæ patriæ impositis, Armoricæ colonos maximam par-*

C *tem ex ea Britanniæ regione venisse, quæ postea regnum Saxonum occidentalium dicta est : quæ si quis inter se componere velit, facile videbit quam verisimile sit maximam multitudinem Britannorum in Armoricam venisse, dum ab anno* 514 *ad* 530 *Cerdic ejusque filius Cynric Devoniæ et Cornubiæ plagas cruentarent. Tunc tamen non cessavit Britannorum in Cornu Galliæ migratio : sed aliquot annis post novæ quoque eductæ coloniæ : scilicet quum* anno 532, *ut in Chronico Anglosaxonico legitur,* Cynric adversus Britannos pugnavit in Seare-byrig (*vetere Sarum*), eosque in fugam vertit; *et* anno 556, *quum* Cynric et, *qui ei quadriennio post in regno Saxonum occidentalium successit,* Ceawlin pugnarunt contra Britannos in Berin-Byrig (*Banbury?*), *in dies difficilior facta est conditio Britannorum in partibus Saxonum occidentalium : unde non spernenda videntur quæ in Genealogia S. Winnoci leguntur* (4) : Hic autem Riwalus (*Britanniæ dux*), a transmarinis veniens Britanniis cum multitudine navium, possedit totam Minorem Britanniam tempore Clotarii regis Francorum, qui Chlodovei regis filius exstitit. *Id verisimilius factum anno* 560, *quum Chonober, comes Britanniæ, Chramni partes contra hujus patrem regem Clotarium secutus, in fuga occisus est* (5) *et Britanniæ gubernium vacuum reliquit.* AUCTORE V. D. B.

et Gallicis colligitur. Status politicus Britannorum in Gallia.

139 *Accedunt ex Gallia non spernenda testimonia. In Chronico Britannico seu* (*si mavis*) *Nannetensi, quod quidem recens conscriptum, sed ex optimis monumentis passim collectum est, ad annum* 515 (*immo* 511) *legitur* (6) : Clodoveo successerunt Lotharius et Theodoricus filii ejus, Chlodomiris et Childebertus. Tempore cujus Clotarii venerunt transmarini Britones in Minorem Britanniam : *quibus significari videtur numerosos colonos tempore Childeberti et Clotarii venisse : et sane, regnante Childeberto, coloniam appulisse tradit scriptor Chronici S. Michælis in Periculo Maris* (7). *Porro Childebertus, paternum regnum cum fratribus dividens, Armoricam præter alias provincias in hereditatem accepit, ut tradit Cointius* (8) *et ut ex Vitis Sanctorum, quas supra delibavimus, certo constat. Tenuit hanc ditionem Childebertus ab anno* 511 *usque ad* E *exeuntem annum* 558, *quo diem obiens universum suum regnum fratri Clotario reliquit; intra hoc itaque temporis spatium quod ab anno* 511 *usque ad* 558 *excurrit longe maxima multitudo Britannorum quæ ipsi Clotario, monarchæ Francorum, anno* 560 *resistere auderet, in Armoricam advenit. Sed paulo post, ante* 20 *Novembris anni* 561, *supremum Clotarii regis diem, aliam multitudinem, duce Riwalo seu Riwalone, appulisse non videtur negandum, ut in Genealogia S. Winnoci refertur. Plurium coloniarum, quæ deinceps etiam in his partibus sedem quæsierint, supersunt vestigia. Verum hæc mittere licet. quum una origo comitatus Britanniæ Minoris investiganda nobis esset. Neque fusius quærere libet in rationes gubernii quo is regebatur; paucis tamen dicemus certum videri a medio sæculo* VI *plures plerumque ibidem fuisse comites, universam tamen regionem habitam fuisse advenis regnum Britonum, ut universa Gallia dicebatur regnum Francorum; eis idcirco placuisse regis titulum, uni præcipuo datum, denegantibus tamen Francis, et comites, duces, aliisque id genus nominibus eorum præsides appellantibus; initio eos agnovisse Francorum auctoritatem et vectigalia solvisse; postmodum vero ita se liberos* F *declarasse ut sæculo* VIII *exeunte et sæculo* IX *censerentur a nonnullis numquam ante Caroli Magni ævum paruisse Francis. Sed hæc indicasse satis fuerit* (9).

Quantum hæc pugnent cum Galfredi assertis.

140 *Quæ hactenus explicuimus quantum distant a Galfredi Monumetensis assertis! Hic statuit sæculo* IV *regnum Britanniæ Minoris conditum fuisse; nos contra ex optimis documentis demonstravimus usque ad annum* 408 *paruisse Armoricam Romanis: dein rempublicam factam esse, jam liberam, jam Romanorum armis subactam; integram tamen usque ad finem sæculi* V, *quo tempore Armorici se miscuere Francis per connubia; ante medium quidem sæculum* V *admissos fuisse ad Ligerim sat multos Britannos; sed illic eos non diu substitisse et nesciri quo demum locorum aliquando perrexerint; ante annum* 515 *non videri Britannos magno numero appulisse ad Cornu Galliæ, sed tum incepisse copiosas turbas*

(1) Ap. D. Bouquet, tom. III, pag. 452. — (2) Edit. Giles, pag. 311. — (3) Cfr Sharon Turner, The History of the Anglo-Saxons, tom. II, pag. 136, Paris, 1840. — (4) D. Morice, Mémoires, tom. I, coll. 211. — (5) S. Gregorius Turon., Hist. eccl Francorum, lib. IV, cap. 20, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 213. — (6) D. Morice, tom. I, col. 3. — (7) Labbe, Biblioth. Mss. tom. I, pag. 249. — Annales ecclesiastici Francorum, ad annum 511, num. 56. — (9) Cfr Valesius, Rerum Francicarum lib. VI, tom. I, pag. 281 et seqq.

illuc

AUCTORE V. D. B.

illuc advenire; certas sedes eis fuisse assignatas, interdictis pagis Nannetensi et Rhedonensi; desertius solum, *ut loquitur Procopius, supplicibus fuisse concessum, non armis acquisitum, ut tradidit Galfredus; qui non minus errat quum a captis Rhedonibus Britones suum regnum in Cornu Galliæ incohasse scribit; ante medium sæculum* VI regnum *dictum non fuisse Britanniam Minorem, neque incolas liberos fuisse, sed Francis et Armoricis obnoxios; sed tunc tandem numero magis quam jure eos se vindicasse in qualemcumque libertatem, quam numquam tamen reges Francorum agnoverint. Quum his itaque prorsus ruat universum fundamentum, quo nixus est Galfredus ut ad annum circiter* 383 S. Ursulæ *cædem referret, superest ut plane liberi ab eo discedamus.*

§ XV. Sententiæ aliquot, accedentes ad Galfredi Monumetensis narratum, breviter expensæ et rejectæ.

B *Conjectura Miræi, partim nixa Galfredo partim aliis monumentis,*

Verum quamquam hæc ita habeant, alii tamen iique præstantissimi viri eam sibi licentiam sumere ausi non sunt; cujus agminis dux est Aubertus Miræus. Hic scilicet anno 1608 *Antverpiæ brevem scriptionem in lucem dedit, adscripto titulo :* De Virginibus Coloniensibus disquisitio, *quæ postea Parisiis et alibi vulgata est* (1). *Eam vellicavit crudeliter Paquot* (2), *scribens eam constare ex oppositis sententiis et valere solum ad dubia creanda de martyrio Ursulano. Sed negligenter legit censor, quandoquidem hac Disquisitione nil aliud vult auctor quam suam promere sententiam de modo quo* B. Ursula *et sociæ cælestem palmam promeruerint eamque viris eruditis expendendam proponere; et tantum abest ut pretiosam earum mortem et cultum ecclesiasticum dubia facere velit, ut, statim ac sententiam suam proposuit, hæc (quod nonnihil nova illa videretur) addat :* Atque hæc quidem sic dicta accipiantur, velim, ut in omnibus salvum in primis ecclesiæ sit judicium et cultus honosque sanctarum virginum ac martyrum maneat illibatus, cui ne minime quidem volumus ire detractum. *Sed ecce universa Miræi Disquisitio :* Anno Christi 383,
C ut Baronius Annalium tomo III supputat, Flavius Clemens Maximus, arrepto in Britannia per tyrannidem imperio, in Galliam cum exercitu trajecit. Sunt autem comitatæ eum legiones Romanæ, quarum milites christianam profitebantur religionem. Cumque idem Maximus Treviris imperii sedem collocasset, turba ingens mulierum, viduarum ac virginum sexus utriusque ad maritos, parentes et consanguineos suos, relicta Britannia, properans, navigiis ad Batavicum sive Frisium littus est de-
* Bonnam lata. Quod quidem agmen inde per Veronam *, vetus Frisiæ oppidum, recta Coloniam Agrippinam, adversisque Rheno ac Mosella, Treviros tendens, in Hunnos, Gratiano imperatori adversus Maximum militantes, apud Coloniam Agrippinam incidit, atque ab iis crudeliter cæsum est. Itaque conjicere liceat fortasse, turbam istam fuisse cœtum illum virginum, quas inter S. Ursula ut agminis dux et princeps emicuit. Pro hac conjectura facit quod multa etiam puerorum, ut audio, capita Coloniæ, inter cætera puellarum ossa hodieque D
spectentur. *Sequuntur dein pauca de silentio SS. Ambrosii, Gildæ et Bedæ deque testimoniis Wandelberti et S. Cuniberti biographi et pone veniunt Bartolomæi Petri et Velseri judicia cum adjecto Fleieni de basilica Ursulana loco : atque his absolvitur universa Disquisitio.*

142 *Hæc conjectura non omnino nova erat, quæ quippe ante ab Aventino proposita fuisset* (3); *sed ut primum ea a Miræo in novo lumine collocata est, placuit plurimum : eamque suo calculo, in eamdem euntes sententiam, comprobarunt Henschenius noster* (4) *et Papebrochius* (5); *cui etiam arridere cæpit* Cyriacus *papa, ex S. Siricio scilicet effictus. Verum, si hujus sententiæ originem investigemus, iterum ad Galfredum Monumetensem deducimur. Aventinus enim ipsa Galfredi verba refert; et quamquam nec Aventini, nec Galfredi librum legisse videtur Miræus, ex Galfredo tamen indirecte hausit, quum Baronium præ oculis habuerit, ea erga historicum ecclesiasticum usus licentia, qua hic ipse erga Monumetensem scriptorem prius fuerat usus, immutando scilicet ejus dicta, quantum satis esset ut fierent verisimilia. Quam minimam itaque ex hoc capite iis inesse auctoritatem nemo homo non videt.* *placuit aliquando Henschenio et Papebrochio,*

E
143 *Sed aliunde alii probabilem hanc facere sententiam nisi sunt; quos inter eminet Henschenius : Hic enim postquam contra Baronium ostendisset fieri non potuisse ut, quum anno* 383 *Maximus tyrannus ex Britannia in Germaniam atque hinc in Galliam perrexit, Gratianus evocarit Hunnos, qui partim Britannicum mare, partim Galliam incursionibus infestarent; contendens eos post mortem Gratiani adversus Juthungos qui populabantur Rhætias a comite Banthone seu Bautone evocatos fuisse; his demum concludit verbis :* Dicamus igitur Banthonem fuisse qui, sub specie repellendi a Rhætiis Juthungos, Hunnos Alanosque exciverit post mortem Gratiani; eosque, dum Gallias occupat Maximus, populabundos excurrisse per eas omnes quæ illi se primæ adjunxerant Germaniæ superioris inferiorisque regiones, ipso fortassis anno 384, quando 21 Octobris in eosdem, Coloniam Agrippinam obsidentes, videntur incidisse Ursulanæ virgines, cum illi scilicet jam essent in reditu, Tungris Remisque et aliis pluribus urbibus destructis; quumque eorum vestigia insequeretur Maximus, ut adversus similes incursiones deinceps muniret
F regiones illas, sedemque imperii sibi Treviris constitueret. *Resecat itaque a Galfredi narratione ea omnia, quæ ad regnum Britannicum in Armorica constitutum pertinent; resecat Hunnos, piratas maritimos, qui, Guanio rege et duce, a Gratiano imperatore in Germaniam missi essent ut eos, qui Maximo tyranno faverent, inquietarent et cladibus afficerent; resecat tandem ea quibus Ursulanæ virgines in partibus maritimis occisæ dicuntur a Galfredo; atque id tantum ex ejus narratione admittit, eas cæsas fuisse ab Hunnis qui imperatorias partes contra Maximum sequebantur; eos vero Hunnos non maritimos prædones, sed auxiliares fuisse copias, in Germania versantes, assumpsit ex aliis monumentis.* *nonnihil tamen eam corrigentibus et fulcientibus;*

144 *Verum enim vero nullos Hunnos tunc temporis in Germaniam secundam venisse plane manifestum est, ut jam pridem animadvertit Browerus* (6). Hunni, *inquit,* qui Gratiani et Valentiniani imperio in subalpinis emersere, postquam, regione trans Istrum occupata, incurrissent in Alanos, visi qui-

(1) Cfr Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 154. — (2) Histoire littéraire des Pays-Bas, art. *Aubert de la Mire* — (3) Cfr Crombach, pag. 153 et 154.—(4) Act. SS. ad 13 Maji, Comment. de S. Servatio, num. 13. — (5) Propylæum Maji, Paralipomena, pag 38. — (6) Annales Trevirenses, lib. IV, num. 174 et 175, tom. I, pag. 262 et 263; et lib. V, num. 62, pag. 292.

dem

dem in Rhætiis seu Mediterraneis Illyrici et Alpium locis, sed, ut B. Ambrosius diserte prodidit, per Alemanniam retro pulsos procul haberi Valentinianus jussit : accersitos *etiam addit, non Maximi causa, quod unum Gaufredo* (Monumetensi) *patrocinari poterat; sed, ut Juthungos,* qui ex vicinia Rhætios populabantur, iis regionibus propellerent : et hos tamen, ait, Galliæ modo appropinquantes, Valentiniani junioris studio, per Alemanniæ terras, procul aversos. *Vix intelligere est quomodo gravissimi viri, hæc dum legerent, sibi in mentem potuerint inducere Hunnos, imperante Valentiniano, in Alemanniam evocatos, auctores fuisse martyrii Ursulani. Nil enim S. Ambrosii verbis de itinere illorum Hunnorum manifestius est. Vidit hoc luculente D. Berthodus, dum S. Pantuli episcopi Basileensis,* (*quem jam diximus ad Ursulanum agmen referri*), *illustraret, adeoque, Henschenii et Papebrochii relicta conjectura, in Broweri sententiam nil dubitans pedibus ivit. Danda porro hic forent et explicanda S. Ambrosii dicta, quibus hæc controversia dirimenda est; verum ne bis idem argumentum versare cogamur, præplacet hæc sequentibus paragraphis inserere, ubi Hunnorum in Europam adventus aliæque multæ historiæ Hunnicæ partes, quibuscum* B S. Ursulæ *et sociarum passio conjungitur, latius declaranda venient.*

§ XVI. Ostenditur Hunnos auctores fuisse cædis S. Ursulæ et sociarum. De sagittarum bellico usu.

Ab Hunnis occisas fuisse SS. Virgines constat ex traditionibus Coloniensibus et Britannicis, ex itinere Hunnorum et ex sagittarum præsentia.

Supra sæpius indicavimus tempus cædis S. Ursulæ *definiendum esse historia Hunnorum : quam definitionem nunc aliquando aggredimur, prius ostensuri vere ab Hunnis occisas fuisse sanctas martyres. Re quidem vera in Sermone in Natali nulla prorsus mentio fit de Hunnis; quin etiam modum ejus martyrii ignorari asseritur et duplex proponitur divinatio, quam jam improbavimus. Verumtamen ambigendum non videtur quin* S. Ursula *et sociæ ab Hunnis occisæ fuerint. Ex una enim parte id aperte traditur in antiquiori Passione Coloniensi* Regnante Domino, *et ex altera a Galfredo Monumetensi; qui* C *quum duo diversissimi fontes sint et in nullis fere conveniant, sinceri dicendi videntur, ubi secum invicem consonant. Quæ si cui nudæ præsumptionis loco habeantur, is tamen, si sequentia argumenta perpendat, facile, ni fallor, concedet dubitandi non superesse locum. Prius est Hunnos, ex Galliis redeuntes, tam longe penetrasse in Belgium ut necessario Coloniam transierint, quum hinc dextrum Rheni littus petiverunt. Alterum, quod primum explicabimus, petitur ex sagittis, quibus plurimæ SS. Virgines occisæ fuerunt. Papebrochius scilicet, testimonium dans de iis quæ ipse suis oculis hauserat, sic loquitur :* Vidimus autem, *inquit* (1), ipsi eadem ossa, unum comportata in locum, cum evidentibus cædis indiciis FRAGMINIBUSQUE TELORUM HINC INDE ADMIXTIS, SICUT ILLA CORPORIBUS IPSIS ET QUÆDAM OSSIBUS FIXA FUERUNT, QUORUM IIS ETIAMNUM INHÆREBANT CUSPIDES. *Similiter Crombachius :* Corpora lustravimus, *ait* (2), luculenta craniis exceptá vulnera, FRONTI, VERTICIQUE SAGITTAS INFIXAS INSPEXIMUS. *Demum in Passione* Regnanto Domino *legitur* S. Ursula ictu SAGITTÆ transverberata. *Alia venient in Gloria Posthuma. Manifestum itaque est* S. Ursulam *et socias trucidatas fuisse a barbaris, qui arcubus utebantur et sagitttis : quod ita non intelligi volumus ac si alia nulla adhibita fuissent arma : contra in exercitu, a quo cæsæ fuere Colonienses virgines, multos fuisse qui aliis armis uterentur contendimus, atque eos ipsos, qui sagittas tractabant, gladiis munitos fuisse; sed intendimus tantum non minimum fuisse sagittarum usum in occidendo virgineo manipulo.*

AUCTORE V. D. B.

Sagittis in bello utebantur paucissimi barbari

146 *Jam vero pauci omnino barbari utebantur hoc armorum genere. Herodianus, quem in describendis armis sæpius occupatum esse nemo non novit, pluribus locis memorat Mauros ex Africa telis pugnasse, Parthos ex Oriente sagittis; sequenti autem loco, ubi de expeditione Alexandri Imperatoris in Germanos, addit et Osrhoenos :* Alexander, *inquit* (3), Mauros complures, ac vim ingentem sagittariorum, quos secum ex Oriente adduxerat, partim ex agro Osrhoenorum partim e Parthia transfugas, pecuniave illectos, adversus Germanos instruebat. Quippe hujuscemodi milites maxime Germanos E infestant : quum et Mauri longius jaculos intorqueant, sintque faciles ad incursus recursusque, utpote leves et expediti; et sagittarii nuda Germanorum capita prægrandiaque illa corpora facile eminus, veluti signum aliquod, contingant. *Studiose itaque collegerat Alexander quotquot sagittariorum turmas inter auxiliares uspiam habebat : et Osrhoenos tantum reperit et Parthos. Quamquam enim sagittandi ars omnibus fere populis nota esset, pauci tamen satis in ea excellebant, ut utiliter inter prœliandum arcubus uterentur; unde Jornandes* (4) : Parthi... inter omnes pene Asiæ nationes soli sagittarii sunt et acerrimi bellatores; pene *dixit, ne excluderet Osrhoenos, Persas et aliquot alios. Gothos, supra mare Ponticum positos, arcubus intendendis operam dedisse collegit idem Jornandes* (5) *ex hoc Lucani versu :*

Armeniosque arcus Geticis intendere nervis;

sed plus, ni fallor, in parandis et vendendis nervis quam in iisdem adhibendis studium posuisse Gotthos sequi videtur ex his, quæ Belisarius apud Procopium (6) *de præstantia sui exercitus explicat,* hoc demum differre *inquiens*, quod Romani ferme omnes (*ex quo scilicet tempore cum barbaris Europam incurrentibus pugnandum fuerat, sagittariam doctrinam coluerant* (7),) Hunnique eorum socii, equites sagittarii sint peritissimi : HUIC AUTEM ARTI GOTTHORUM NEMO OPERAM DEDERIT. Sed horum equites hastis tantum et gladiis uti solent : sagittarii vero pedibus pugnant, ordinibus protecti militum gravioris armaturæ. *Non itaque Gotthi carebant omnino sagittariis, sed iis paucioribus et imperitis, quod hoc armorum genus genti proprium non erat.* F

et verisimiliter nulli præter Hunnos, qui per Coloniam in Gallias irruperunt.

147 *Id etiam vix usitatum fuisse a Celtis, Francis aliisque Germanis passim traditum est ab antiquis* (8) *æque ac ab recentioribus* (9). *Inter Saxonum arma similiter non occurrit sagitta* (10). *De Scythis sagittariis multa passim leguntur; verum, si quid video, iis consentiendum arbitror, qui hanc Scytharum partem, qui sagittis pugnabant, ex Tata-*

(1) Propylæum Maji, paralipomena, pag. 59. — (2) S. Ursula vindicata, pag. 981. — (3) Herodiani historiæ, lib. VI, cap. 7, pag. 277, edit. Boecleri. — (4) De rebus Geticis, cap. 6, ap. Muratori, Scriptt. Ital. tom. I, pag. 195. — (5) Ibid. cap 5, pag. 195. — (6) De bello Gothico, lib. I, cap. 27, tom. II Opp. pag. 129, edit. Bonn. Cfr Dubos, Hist. critique de la monarchie française, tom. I, pag. 278. — (7) Cfr Encyclopédie méthodique, Art militaire, v° *Archer*. — (8) Cfr Strabo, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 50; Agathias, ibid. tom. II, pag. 65; Tacitus, de Moribus Germaniæ, cap. 6. — (9) Cfr Encyclopédie militaire, art militaire, v° *Archer*. — (10) Cfr Sharon Turner, the Hist. of Anglo-Saxons, tom. I, pag. 122 et 125.

AUCTORE V. D. B.

rorum seu Mogolum genere fuisse (1), *non autem ex Slavorum aut Germanorum; quo nomine Gotthos etiam aliosque affinibus linguis utentes intelligo : Scytharum enim nomen ad diversissimas gentes et sæpissime ad Hunnos ab antiquissimis temporibus extensum fuisse res certa est. Quin etiam deveniendum videtur in sententiam sagittas propriam fuisse Tatarorum seu Mogolum armorum speciem, sive in Europa, ut Fenni ad mare Balticum* (2), *habitarent, sive in Asia super Pontum Euxinum; et certe inter barbaros, qui in Europam eruperint, nullos reperi ad stemma Germanicum pertinentes, quibus multus inter pugnandum sagittarum erat usus. De Germanis, de Francis, de Gotthis, de Saxonibus jam dixi. Alani gravi armatura pugnasse referuntur, Heruli levi, Gepidæ telis* (3); *Vandali autem dicuntur* (4) nec jaculatorii, nec sagittarii periti fuisse, nec didicisse præliari pedibus, sed equites fuisse omnes et hastis maxime atque ensibus usi. *Atque hæc pleraque luculente confirmantur a Jornande, qui prælium describens, quod barbari ex stemmate Germanico pugnaverunt in Pannonia post Attilæ mortem adversus Hunnos, singulorum arma indicat eaque inter se opponit :* Ibi, *inquit* (5), admirandum reor

B fuisse spectaculum, ubi cernere erat cunctis, pugnantem Gothum ense furentem, Gepidam in vulnere suorum cuncta tela frangentem, Suevum pede, HUNNUM SAGITTA PRÆSUMERE, Alanum gravi, Herulum levi armatura aciem instruere. *Ex his itaque omnibus soli Hunni sagittas mittebant; hoc pugnandi more erant conspicui, ut Gotthi ensibus suis; Gepidæ telis; Suevi pedites framea et jaculis pro Germanorum more; Alani* (*utut Hunnis similes*) *gravi armatura, scilicet lorica, galea scutoque necnon lancea, gladio et pilo; Heruli levi armatura, vix scuto crassiorique lacerna tecti et jaculis mittendis intenti. Cæterum ex his, quæ inferius Ammianus Marcellinus et Salvianus nobis dabunt de barbaris qui Coloniam venerunt, satis manifestum erit nullam gentem, quæ sagittis modo qualicumque utebatur, ante medium sæculum* V *per Coloniam transivisse.*

Id armorum genus proprium fuisse Hunnorum constat ex scriptoribus græcis,

148 *Hunnorum contra spem et robur in sagittis fuisse positum ex præmissis satis jam constat; placet tamen id magis confirmare, potissimum ut appareat arcum et sagittam, quibus præter gladium utebantur, insigne quoddam eorum fuisse et indicium, quod in omnium incurrebat oculos et quo secernebantur a reliquis barbaris, qui imperium Romanum vas-*

C *taverunt. Ammianus Marcellinus, qui eos vidit et accuratissime eorum faciem et mores descripsit :* Eo, *inquit* (6), omnium acerrimos facile dixeris bellatores, quod procul missilibus telis, acutis ossibus pro spiculorum acumine arte mira coagmentatis, sed distinctis, cominus ferro sine sui respectu confligunt, hostesque, dum mucronum noxias observant, contortis laciniis illigant, et laqueatis resistentium membris equitandi vel gradiendi adimant facultatem. *Incredibilem itaque in missilibus seu sagittis jaciendis atque etiam in torquendis laqueis dexteritatem admirabatur apud Hunnos Marcellinus, ipse rei militaris peritissimus. Zosimus de iisdem* (7) : Stataria quidem prorsus neque poterant neque norant hostem aggredi, sed partim circumequitando, partim excurrendo, partim op- D portune retrocedendo et ex equis sagittando (ἐκ των ἱππων κατατοξευοντες) immensam Scytharum (*idest Gotthorum*) cædem edebant. *Non aliter Agathias, ubi eos a Belisario cæsos perhibet* (8) : Tum barbari, omni ex parte jaculis icti, in se ipsos conglomerati et in arctum redacti ac compressi, tueri se bellando non poterant. Neque enim sagittare (τοξευειν) commode poterant, cum neque locus esset sagittis (βελεσιν), neque excursiones equis et alarum circumductiones facere poterant... Barbari terga vertentes incomposite fugerunt... Nam et habenas omnes equis laxarant et præterea flagella assidue urgentia præripiebant celeritatis remissionem. Defecerat autem ipsos præ pavore etiam ars ipsa, qua magnopere gloriari solent. Fugientes enim hi barbari magis propulsant eos, qui sese acriter insectantur, retrorsim sagittantes. *Verba Procopii, laudantis Hunnorum sagittandi peritiam, supra dedimus. Alibi iterum eam extollit,* τοξατους ἀγαθους ὀντας *eos dicens* (9), *atque eos ita sagittis pugnasse exhibens ac si nulla alia habuisset arma, quamquam gladium quoque gessisse novimus. Demum Olympiodorus, qui ad Hunnos legatus ivit, singularibus laudibus ipsorum regum eximiam sagittandi* E *peritiam,* εὐφυεστατην τοξειαν, *prosecutus est* (10).

149 *Latini similiter, visis Hunnis, arcuum sagit-* *latinis, gallicis aliisque*
tarumque usu movebantur maxime. Marcellinum memoravimus. S. Sidonius Apollinaris in Panegyrico, quem Anthemio Augusto bis consuli dixit, de aliis armis non meminit (11) :

Cornipedum gens altera fertur.
Hæc habitat* teretes arcus et spicula cordi; * *idem ac habet*
Terribiles certæque manus, jaculisque ferendæ
Mortis fixa fides : et non peccante sub ictu
Edoctus peccare furor.

Jornandes soluto stylo eadem de iis prædicat : Exigui quidem, *inquit* (12), forma, sed arguti motibus, expediti et ad equitandum promptissimi : scapulis latis et ad arcus sagittasque parati. *Audiamus S. Aniani biographum, ubi de obsidione Aurelianensi :* Interim, *inquit* (13), hostilis exercitus (*scilicet Hunnorum*) tela jactabat instantius. *Atque ex his quæ hactenus disseruimus sequitur* (*ni fallor*) *sagittarum in bellicis expeditionibus usum omnino proprium fuisse Hunnorum et valde parum admissum a reliquis barbaris, maxime quibus Germanica origo erat et qui Rheni ripas aliasque Galliæ partes vastarunt. Quum autem Ursulanum agmen certe partim sagit-* F *tis perierit; id si addideris traditionibus Coloniensi et Britannicæ, secundum quas beatæ virgines ab Hunnis cæsæ feruntur, equidem non video quid ultra dubites, quin vere Attilæ milites earum martyrii exstiterint præcipui auctores. Insuper quum nulli barbari, ut alibi explicabimus, tam crudeles aut tam impudici fuerint quam Hunni, quumque satis certo constet Colonienses martyres maximo fuisse numero et plerasque sequioris sexus, inde alia habemus indicia quibus Attilæ agmina eaque sola desipientur.*

150 *Quid ad hæc aliter sentientes? Complures* *Quam temere assertum fuerit cædis auctores fuisse Sunos, aut Dacos, aut Pannones,*
Hungari (14), *quibus persuasum est Magyares reliquias esse Hunnorum* (*quamquam doctissimo ethnographo d'Omalius d'Halloy* (15) *aliter visum sit*),

(1) Cfr d'Omalius d'Halloy, Introduction ethonographique, ante Diction. Ethnograph. Migne, pag. 47.—(2) Cfr Tacitus, Descript. German. cap. 46. — (3) Jornandes, de rebus Geticis, cap. 50, ap. Muratori, Scriptt. rer. italic. tom. I, pag. 216. — (4) De bello Vandalico, lib. I, cap. 8, tom. I Opp. pag. 349. — (5) De rebus Geticis, cap. 50, ap. Muratori, tom. I, pag 216.— (6) Rerum gestarum lib. XXXI, cap. 2. — (7) Historia nova, lib. IV, cap. 20, pag. 194 et 195, edit. Bonn. — (8) Historiarum lib. V, cap. 19, pag. 320 et 321, edit. Bonn. — (9) De bello Gotthico, lib. II, cap. 1, tom. II Opp. pag. 146, edit. Bonn. — (10) Ex Biblioth. Photii, cod. 80, in Corp. Scriptt. Hist. Byzant. tom. I, pag. 455, edit. Bonn. — (11) Panegyricus Anthemio dictus, Collect. Pisaur. omnium Pœmatum, tom. VI, pag. 42, col. 1.— (12) De rebus geticis, cap. 24, ap. Muratori, Scriptt. Ital. tom. I, pag. 203. — (13) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 645. —(14) Desericius, de Initiis ac Majoribus Hungarorum, lib. IV, tom. III, pag. 84.—(15) Introduction ethnographique, ap. Migne, Diction. Ethnogr. pag. 47.

contendunt

AUCTORE V. D. B.

§ XVII. Hunnorum descriptio et primæ sedes.

Hunnorum forma, mores et ingenium secundum Marcellinum.

Gens Hunnica, qualis perseverabat sæculo IV et V, pura erat et impermixta; ita ut nemo eam, qui semel vidisset, cum ullo ex Germanica stirpe populo confudisset. Omnia enim habebat indicia quibus Mogolica nunc discernitur. Audi Ammianum Marcellinum : Hunnorum gens, *inquit* (8), monumentis veteribus leviter nota, ultra paludes Mæoticas glacialem oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit. Ubi quoniam ab ipsis nascendi primitiis infantum ferro sulcantur altius genæ, ut pilorum vigor tempestivus emergens corrugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes absque ulla venustate, spadonibus similes : compactis omnes firmisque membris, et opimis cervicibus : prodigiosæ formæ et pandi, ut bipedes existimes bestias, vel quales in commarginandis pontibus effigiati stipites dolantur incomte. In hominum autem figura licet insuavi ita visi sunt asperi, ut neque igni, neque saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum E
agrestium et semicruda cujusvis pecoris carne vescantur, quam inter femora sua et equorum terga subsertam, fotu calefaciunt brevi. Ædificiis nullis unquam tecti : sed hæc velut ab usu communi discreta sepulcra declinant. Nec enim apud eos vel arundine fastigiatum reperiri tugurium potest. Sed vagi montes peragrantes et silvas, pruinas, famem, sitimque perferre ab incunabulis assuescunt. Peregre tecta, nisi adigente maxima necessitate, non subeunt : nec enim apud eos securos existimant esse sub tectis. Indumentis operiuntur linteis, vel ex pellibus silvestrium murium consarcinatis : nec alia illis domestica vestis est, alia forensis. Sed semel obsoleti coloris tunica collo inserta non ante deponitur aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defrustata. Galeris incurvis capita tegunt; hirsuta crura coriis munientes hœdinis; eorumque calcei, formulis nullis aptati, vetant incedere gressibus liberis. Qua causa ad pedestres parum accommodati sunt pugnas : verum equis prope affixi duris quidem, sed deformibus, et muliebriter iisdem nonnunquam insidentes, funguntur muneribus consuetis. Ex ipsis quivis in hac
natione pernox et perdius emit et vendit, cibum- F
que sumit et potum, et inclinatus cervici angustæ jumenti, in altum soporem adusque varietatem effunditur somniorum. Et deliberatione super rebus proposita seriis, hoc habitu omnes in commune consultant. Aguntur autem nulla severitate regali, sed tumultuario optimatum ductu contenti, perrumpunt quidquid inciderit. Et pugnant nonnunquam lacessiti, sed ineuntes prælia cuneatim variis vocibus sonantibus torvum. Utque ad pernicitatem sunt leves et repentini; ita subito de industria dispersi vigescunt, et incomposita acie cum cæde vasta discurrunt : nec invadentes vallum, nec castra inimica pilantes præ nimia rapiditate cernuntur. Eoque omnium acerrimos facile dixeris bellatores, quod procul missilibus telis, acutis ossibus pro spiculorum acumine arte mira coagmentatis, sed distinctis, cominus ferro sine sui respectu con-

A *contendunt in monumentis britannicis et Coloniensibus errorem invaluisse et loco* Hunnorum *seu* Hunorum *legendum esse* Sunos *seu* Sunicos, *Belgicam gentem, quam plerique positam fuisse volunt ubi nunc Trajectum ad Mosam cernitur aut ad orientem hujus loci* (1). *Sed hæc solum excogitata, quod Ursulanum martyrium, ut Coloniæ Agrippinæ honori, sic populo Hungarico dedecori verti posse videretur. Ad talia itaque vix respondendum est, quum Passionis* Regnante Domino *codices nulli proferantur in quibus* Suni *seu* Sunici *scribuntur, quumque Galfredus Monumetensis, libris Coloniensibus nequaquam usus,* Hunnos *quoque habeat, non* Sunos *seu* Sunicos. *Quid ergo idem error in diversissimis scriptis legatur? Sed alii aliter, scilicet nomen Hunnorum genericum fuisse medio ævo, idque datum barbaris quibuscumque, qui alicubi truculente egerint* (2); *quamobrem jure merito asseri posse occisores Coloniensum virginum Dacos fuisse, ex Pannonia ab Hunnis pulsos et errore quorumdam aliquando Hunnos vocatos* (3). *Sed quis umquam audivit in has partes venisse Dacos? Verum si Daci non placeant, offerunt nobis adversarii tirones Pannones, quos Maximinus anno* 235 *in Germaniam*
B *secum duxerat; hos vocari potuisse Hunnos, siquidem Hunni postmodum in Pannonia aliquandiu sedem habuerint* (4); *sic pristinos Gallos dici aliquando Francos, quod Franci eorum regionem occuparint : Sed hac præpostera argumentandi ratione quid umquam proficient? Ubi scriptum Pannones tirones, quum in Germania versarentur, cædem alicubi fecisse Romanorum aut qui Romanis parebant? Quæ dein memoria superest eos sagittis pugnasse et arcubus?*

aut Gothos. 151 *Habent et aliud adversarii effugium* (5) : *Maximinus nempe a quibusdam traditur patre Gotho, matre Alana natus esse; jam vero scripsit Jornandes* (6) usu pleraque nomina gentes amplecti, ut Romani Macedonum, Græci Romanorum, Sarmatæ Germanorum, Gothi plerumque mutuantur Hunnorum; *hinc constare Gotthos præcipue Hunnorum nomine gloriatos fuisse; hinc Maximinum, origine Gotthum* Hunnum *et* ducem Hunnorum *dici potuisse. Sed fucus fit lectoribus. Jornandes scilicet de alia omnino re sermonem facit. Ubi enim dixerat commemorari a Dione historico regem Gotthorum, nomine Telephum, subdidit :* Ne vero quis dicat hoc nomen a lingua gothica omnino peregrinum esse,
C nemo est qui nesciat animadverti, usu pleraque nomina gentes amplecti *etc.; ita ut numquam cogitarit Jornandes Gotthos amasse vocari* Hunnos : *sed scripsit usos eos esse nominibus propriis ex lingua hunnica seu mogolica mutuatis, quemadmodum Hunni etiam assumebant nomina origine gotthica seu germanica : cujus rei exemplum est ipsius* Attilæ *nomen, quo plurimi putant significari* nobilem *seu* ex genere avito natum; *aliis tamen sentientibus id mutuatum ex* Athel, *tartarico fluminis Volgæ nomine* (7). *Sed tædet me alios Crombachii et Hungarorum prosequi modos, quibus putant Hunnos dici posse* S. Ursulæ *et sociarum interfectores, quin vere Hunni fuerint. Progredior itaque ad Hunnorum descriptionem quo magis pateat quam dissimilis esset hæc gens ab aliis omnibus et discretu facillima.*

(1) Cellarius, Notit. Orbis antiqui, tom. I, pag. 274 et 275, edit. Brandt.; Walckenaer, Géographie ancienne des Gaules, tom. II, pag. 287 et seqq.; Schayes, Les Pays-Bas avant et durant la domination romaine, tom. I, pag. 432, not. 1. — (2) Cfr Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 103 et 104. — (3) Inchofer Annal. eccles. Hungariæ, appar. pag. X. — (4) Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 102 et 103. — (5) Ibid. pag. 102. — (6) De rebus Geticis, cap. 9, ap. Muratori, tom. I, pag. 196. — (7) Cfr Am. Thierry, Hist. d'Attila, tom. I, pag. 51, not. 5. — (8) Rerum gestarum lib. XXXI, cap. 2.

fligunt,

AUCTORE V. D. B.

fligunt, hostesque, dum mucronum noxias observant, contortis laciniis illigant, ut laqueatis resistentium membris equitandi vel gradiendi adimant facultatem. Nemo apud eos arat, nec stivam aliquando contingit. Omnes enim sine sedibus fixis, absque lare vel lege aut ritu stabili dispalantur, semper fugientium similes, cum carpentis in quibus habitant : ubi conjuges tetra illis vestimenta contexunt, et coeunt cum maritis, et pariunt, et adusque pubertatem nutriunt pueros. Nullusque apud eos interrogatus, respondere, unde oritur, potest, alibi conceptus, natusque procul, et longius educatus. Per inducias infidi, inconstantes, ad omnem auram incidentis spei novæ perquam mobiles, totum furori incitatissimo tribuentes. Inconsultorum animalium ritu, quid honestum inhonestumve sit penitus ignorantes : flexiloqui et obscuri, nullius religionis vel superstitionis reverentia aliquando districti : auri cupidine immensa flagrantes : adeo permutabiles, et irasci faciles, ut eodem aliquoties die a sociis nullo irritante sæpe desciscant, itidemque propitientur nemine leniente.

B Hoc expeditum indomitumque hominum genus.

Jornandem et S. Sidonium Apollinarem.

153 *Idem non minus noti Jornandi :* Quos bello, *inquit* (1), forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes terribilitate fugabant, eo quod erat eis species pavenda nigredine, sed velut quædam (si dici fas est) deformis offa, non facies, habensque magis puncta quam lumina. Quorum animi fiduciam torvus prodit aspectus, qui etiam in pignora sua primo die nata desæviunt. Nam maribus ferro genas secant, ut antequam lactis nutrimenta percipiant vulneris cogantur subire tolerantiam. Hinc imberbes senescunt et sine venustate ephœbi sunt : quia facies, ferro sulcata, tempestivam pilorum gratiam per cicatrices absumit. Exigui quidem forma, sed arguti motibus, expediti et ad equitandum promptissimi : scapulis lati et ad arcus sagittasque parati : firmis cervicibus et in superbiam semper erecti. Hi vero sub hominum figura vivunt belluina sævitia. *Consentit S. Sidonius Apollinaris* (2) :

Gens animis membrisque minax; ita vultibus ipsis
Infantum suus horror inest : consurgit in arctum
Massa rotunda caput, geminis sub fronte cavernis
Visus adest oculis absentibus, acta cerebri
In cameram vix ad refugos lux pervenit orbes,
C Non tamen et clausos. Nam fornice non spatioso
Magna vident spatia et majoris luminis usu
Perspicua in puteis compensant puncta profundis.
Tum ne per malas excrescat fistula duplex,
Obtundit teneras circumdata fascia nares,
Ut galeis cedant. Sic propter prælia natos
Maternus deformat amor, quia tensa genarum
Non interjecto fit latior area naso.
Cætera pars est pulcra viris : stant pectora vasta,
Insignes humeri, succincta sub ilibus alvus;
Forma quidem pediti media est; procera sed exstat,
Si cernas equites : sic longi sæpe putantur,
Si sedeant. Vix matre carens ut constitit infans,
Mox præbet dorsum sonipes : cognata reare
Membra viris; ita semper equo ceu fixus adhæret
Rector. Cornipedum tergo gens altera fertur.
Hæc habitat teretes arcus et spicula cordi;
Terribiles certæque manus, jaculisque ferendæ
Mortis fixa fides : et non peccante sub ictu
Edoctus peccare furor.

154 *Jam vero ut tempus et modus adventus Hunnorum in Europam luculentius innotescat, juverit breviter de eorum origine dicere. Porro in originem hujus gentis, a reliquis omnibus in Europa ante finem sæculi* IV *cognitis tantopere diversæ, primus erudite inquisivit Josephus de Guignes, scilicet in commentario de Hunnis, Alanis, Iguribus et Sabiris* (3) : *quo viam stravit ad Historiam suam Hunnorum. Utroque opere multa quæ ante obscurissima erant incredibili aspersisse luce visus est; ejusque vestigia dein relegit Desmoulins et denuo nonnulla examinavit Eduardus Biot* (4). *Secundum eorum itaque sententiam Hunni pars sunt ejus gentis, quam historici Sinenses* Hiong-nou *appellant et quæ aliquando dominata est immensæ terrarum plagæ, quæ ad Sinæ septentrionem sita est et a mari Orientali usque ad fluvium Irtisch porrigitur; quin etiam quæ quadraginta ante Christum natum annis imperii sui fines propagavit usque ad fluvium Jaïk, qui in mare Caspium suas aquas infundit; ita ut tunc tandem in viciniam maris Caspii venerint Hunni. Sed non omnibus hæc placuere, quod videntur Hunni in his partibus sedem habuisse duobus sæculis ante. Scribit enim Strabo* (5) : Eratosthenes tradit... in orbem circum mare post Hyrcanos esse Amardos, Anariacas, Cadusios, Albanos, Caspios, Uitios ac fortasse etiam alios quosdam usque ad Scythas. *Porro* Uitios *eosdem esse ac* Hunnos *contendunt, propterea quod Dionysius Charax seu Periegetes* (6), *qui Augusto imperatore floruit, quatuor ad ripam occidentalem maris Caspii populos ordine inverso recensens, scilicet a septentrione meridiem versus, Scythas nominat, Hunnos* (Οὐννους), *Caspios et Albanos. Priscianus* (7) *Dionysii carmina ita latine vertit :*

D *Hunni, olim ad septentrionem regni Sinici considentes, videntur anno 40 ante Christum venisse ad mare Caspium :*

Hoc igitur pelagus * quæ gentes undique cingunt — * Caspium
Incipiens numerem primis aquilonis ab oris
Quæ vergunt zephyro, quas Caspia littora claudunt,
Primi sunt Scythiæ populi, Saturnia juxta
Æquora viventes, Hyrcanique ostia ponti....
Hinc Thynus * sequitur, post fortis Caspia proles; — * Hunnus
Hinc sunt Albani bellaces marte feroci.

Jam vero quum Eratosthenes qui Uitios memorat, annis ante Christum 276 *natus fuerit* (8), *atque hi iidem videantur ac Hunni quos Dionysius appellat, dicendum est Hunnos non quadraginta ante Christum annis ad mare Caspium se locasse, sed ducentis aut pluribus. Huic argumento, quod nititur conjectura Uitios eosdem esse ac Hunnos, aliud subjiciunt, scilicet* Hiong-nou *multo ante id nomen posuisse ut* F Yuepo *seu* Yuepan *dicerentur, quum ineunte sæculo* II *refugium in Kirghizium campis quæsierunt. Tertio demum, dicunt certum fere esse* Hiong-nou *et populares* Ouigures *Turcarum majores fuisse; unde secuturum esse ut Turcæ et Hunni ad eamdem stirpem pertineant; linguam autem et corporis formam utriusque gentis huic consectario non favere.*

quæ Guignii sententia non firmis argumentis videtur impugnata fuisse.

155 *Verum enimvero primum argumentum valde infirmum esse quis neget? Secundum, præterquam quod non convenit ante sæculum* II *desiisse nomen* Hiong-nou, *parum ad rem facit. Tertium quod lingua Hunnorum non convenit cum Turcica, ludicrum est, quum de Hunnorum lingua nil supersit præter nomina ex quibus nihil certi deducere est. Vide supra num.* 151. *Quodsi tamen id urgeas, obvius tibi est Parrotius* (9), *linguarum et rerum Septentrionalium et Asiaticarum peritissimus, qui non dubitat Hunnos et Turcomannos ad eamdem stirpem reducere, quod utrorumque*

(1) De rebus Gesticis, cap. 24, ap. Muratori, tom. I, pag. 203. —(2) Panegyricus Anthemii, Collect. Pisaur. Poematum, tom. VI, pag. 42, – (3) Mémoires de l'académie des inscriptions, etc. tom. XXVIII, pag. 85 et seqq. — (4) Journal asiatique, Nov. 1843. — (5) Rerum geograph. lib. XI, pag. 749, edit. Oxon. — (6) Dionysius Periegetes, v. 730.—(7) Collectio Pisaur., tom. IV, pag. 248 et 249. — (8) Biographie universelle, v° *Eratosthènes*. — (9) Versuch einer Entwicklung der Sprache, Abstammung, Geschichte, Mythologie und Bürgerlichen Verhältnisse der Liwen, Lätten, Eesten, tom. I, pag. 39, 164, 428, etc.

A *utrorumque linguæ satis inter se conveniant. Quod vero de forma corporali Hunnorum et Turcarum est, judicet ipse lector. Convenit inter ethnographos gentem Kirghizium universæ Turcicæ stirpis purissimam esse; jam vero hujus imago et descriptio æque congruit Hunnis ac Calmucorum seu Mogolum. Horum nolim brevitatis causa lineamenta, naturam et mores aperire; nemo enim negat eorum imagine vultus et indolem Hunnorum referri : cæterum dabit viatrix Hommaire de Hell* (1). *Sed audiendus est qui Kirghizes descripsit Anglus Woods in Itinerario ad fluminis Oxi fontes :* Kirghizes, *inquit* (2), parvi sunt et longe infra staturam mediocrem : ex septem viris qui simul erant unus tantum altus erat pedes anglicos quinque, uncias quinque et dimidiam. Vultus eis mirum in modum fœdus. Nasi pars superior maxime depressa; unde ambo oculi spatio plano, et pari libella cum reliqua facie, separantur; oculi oblongi et latentes; frontis inferioris pars prominet, superior fugere videtur; genas latas et turgidas duo diceres carnis frusta vultui applicita; barba rara, et in his, quorum densa cæsaries, sponte cirrata; color fuscus, minus ardore solis quam injuria et varietate tempestatum; demum membra
B validis non constant musculis. *Notus insuper eorum galerus incurrus, quem ab Ammaniano Hunnis quoque tribui superius vidimus. Calcei eorum ex pellibus informes; equitandi et sagittandi ars et barbæ expilandæ usus a multis quoque commemorata; verbo si faciem aspexeris Sultani Kirghizis et habitum aliquot incolarum, quales exhibentur in libro* L'Univers pittoresque (3), *viros ab Ammiano Marcellino, Jornande et S. Sidonio Apollinari descriptos te cernere arbitraberis. Re quidem vera solent Hunni comparari cum Mogolibus, maxime Calmucis seu Tartaris, atque ipse eos non semel inter Mogoles retuli; ast hæc nequaquam inter se pugnant, quum Kirghizes quoque Mogolicæ stirpis partem habeam; non tantum tribuens colori, quantum cl. v. d'Omalius d'Halloy* (4), *qui, discrimine ex colore ducto, Mogoles stirpi flavæ accenset, Kirghizes candidæ. Alia enim aliis ethnographis probantur systemata.*

Illic divisi in Hunnos Nigros et Albos.

156 *Quocirca, quamquam Abel Rémusat* (5), *Klaproth* (6) *et Ritter* (7) (*tanta in rebus geographicis Asiæ nomina!*) *abjiciendam existimarint Josephi de Guignes sententiam, equidem non tantum auderem; neque eis consentire possum ab illustrissimo Hunnorum historico, Hunnorum et Hiong-nou gentem eamdem esse adstruente, nulla alia proposita fuisse*
C *argumenta quam nominum* Hiong-nou *et* Hunnorum *similitudinem. Ostendit enim manifeste Guignius Hiong-nou, quos eosdem quoque habet ac Turcas, venisse usque ad occidentem fluminis* Volga *et in* Yen-tçai *seu Sarmatiam Asiaticam transiisse; quam quum veteres historici Sinenses aliquando* Alann *appellent et in finibus Romani imperii positam fuisse referant, quis neget regionem ab Alanis occupatam designari, quos ex scriptoribus græcis et latinis ab Hunnis devictos et exturbatos fuisse novimus* (8)? *Meminerunt etiam Sinenses duplicem Hiong-nou gentem : alteram quæ apud ipsos nota est sub nomine* Ab-Tele *seu* Telites (*quod commune nomen assumpserant*) *id est* ad aquam, seu *ad Oxum; alteram quæ sedem suam habuit prope Kaschgar et Aksou et usque mare Caspium et Captchac protendebatur* (9). *Cognovere quoque latini et græci plures ad Hunnicam nationem pertinentes populos, maxime duos, quorum alter Hunni albi, alter Hunni nigri dicebantur. Quibuscum conveniunt quæ ex Jornande* (10) *recitata reperio :* Hinc jam Hunni, quasi fortissimarum gentium fœcundissimus cespes, in bifariam populorum rabiem pullularunt. *Adeoque ut occidentales* pavenda nigredine *et* tetri colore *a Jornande dicuntur, sic orientales, qui et* Ephthalitæ *et* Abtelitæ (11), cute candida *et* vultu minime deformi *perhibentur a Procopio* (12); *unde et* albi *dicti* (13). *Hi Hunnorum nigrorum confines erant; sed mari Caspio dividebantur : ita ut albi ad septentrionem Persarum essent positi et ad orientem maris Caspii* (14), *nigri ad septentrionem Caucasi montis inter mare Caspium et paludem Mæotidem* (15).

§ XVIII. Hunnorum Nigrorum sedes ad mare Caspium; adventus in Europam; sedes et gesta usque ad finem sæculi IV : quantum scilicet pertinent ad res Ursulanas.

Hunni Nigri. auctores cædis S. Ursulæ, *usque ad annum 374 vix noti Romanis, ex Asia irrumpunt tandem in Europam.*

E

F

Verum quæcumque ineatur de Hunnorum origine sententia, sive placeat Guignii, arbitrantis Hiong-nou et Hunnos eosdem esse eosque quadraginta ante Christum annis dominationem et sedes suas propagasse usque ad fluvium Jaik, in mare Caspium ad septentrionem influentem; sive statuatur eos tribum fuisse Finnorum orientalium (16) *aut alius nationis ex familia Mogolica; id certum est paulo post annum* 40 *ante Christum alteram eorum partem, Hunnos scilicet albos, descendisse inter mare Caspium et Oxum usque ad Persidem, alteram seu Hunnos nigros inter lacum Mæotidem et mare Caspium usque ad Taurum montem. Quieti illic quatuor circiter consederunt sæcula, ita ut vix Romanis et Græcis innotuerint. Augusti ævo Hunnorum nigrorum, de quibus solis deinceps dicemus, meminisse Dionysium Periegetem supra diximus et eorumdem tribum inter Rhoxolanos et Blasternos ad Tanaim positam memoravit sæculo II Ptolomæus* (17). *Alii vero neque latini neque græci scriptores de iisdem locuti videntur. Hinc literis mandavit Ammianus* (18) Hunnorum gentem monumentis veteribus levitur notam *fuisse; et Zosimus* (19) nationem *eos vocat* prius quidem incognitam, sed quæ subito tum temporis emersit, *quum scilicet anno 374 Gotthos aggressa est. Similia scripsit Eunapius* (20); *et Hieronymus* (21) *appellavit* Hunnorum novam feritatem, *quod ante suam ætatem incognita esset. Atque hæc plane subruunt*

(1) L'Univers pittoresque, Tartarie, Beloutchistan, Boutan et Népal, par Dubeux et Valmont, pag. 171. — (2) Ap. Migne, Dictionnaire d'Anthropologie, col. 1019. — (3) Tartarie, Beloutchistan, Boutan et Népal, par Dubeux et Valmont, tab. XII, XIII et I.—(4) Recherches sur les langues tartares, pag. XLVI et pag. 11. — (5) Asia polyglotta, cfr Journal des Savants, 1825, nov. pag. 655. —(6) Die Erdkunde, tom. II, pag. 545 et 544.—(7) Bulletin de l'académie royale de Bruxelles, tom. XXIII, part. II, pag. 815. — (8) Mémoires de l'académie des inscriptions et belles-lettres, tom. XXVIII, pag. 92 et seqq. — (9) Ibid. pag. 96. — (10) De rebus Geticis, cap. 24, cit. a cl. v. Am. Thierry, Attila, tom. I, pag. 207. Sed non reperiuntur ap. Muratori, tom. I, pag. 205; neque in Biblioth. Patrum Maxima, tom. XI, pag. 1060 et 1061; ex alia certe editione sumpta fuere. (11) Theophylactus Simocatta, Histor. lib. VIII, cap. 8, pag. 285, edit. Bonn. — (12) De bello Persico, lib. I, cap. 5, tom. I Opp. pag. 16. — (13) Ibid. pag. 15. — (14) Ibid. pag. 16; cfr de Guignes, Hist. des Huns, tom. II, pag. 325 et seqq. — (15) Procopius, de bello Persico, lib. I, cap. 10, tom. I Opp. pag. 48. — (16) Cfr Journal des Savants, 1825, nov. pag. 655.—(17) Geogr. lib. III, cap. 5. Cfr Cellarius, Notitia orbis antiqui, tom. I, pag. 406. — (18) Rerum gestarum lib. XXXI, cap. 2.—(19) Historia nova, lib. IV, cap. 20, pag. 194, edit. Bonn. — (20) Excerpta ex historia, num. 54, pag. 75, edit. Bonn.—(21) Adv. Vigilantium, lib. II, ap. Migne, Patrologia, tom. XXIII, col. 295.

Crombachii

AUCTORE V. D. B.

Crombachii (1) *assertum, Hunnos jam ante medium sæculum* III *in Europam venisse, quin etiam ante Christum natum. Cui asserto non minus adversatur, quod quum, Hunni nigri bellum moverunt contra Gotthos (initium id fuit eorum in occidentales partes irruptionis), inter certos fixosque fines omnino adhuc consistebant, ad orientem scilicet Ponti Euxini, lacus Mæotidis et Tanais fluminis; neque nos simunt suspicari scriptores coævi eos alibi uspiam sedem habuisse. Ammianus Marcellinus* (2) *eos* ultra paludes Mæoticas glacialem Oceanum accoluisse *plane affirmat; Zosimus* (3) *quoque tradit se* memoriæ proditum in historiis reperisse, e limo, quem Tanais devehit, Cimmerium Bosporum ad terræ formam redactum facultatem eis præbuisse terrestri ex Asia in Europam itinere transeundi, *quum Gotthicum susceperunt bellum. Procopius, de ea Tauri montis parte, quæ mons Caspius dicitur, atque etiam de Porta Caspia, quam alii volunt esse fauces* de Dervend, *ad littus maris Caspii, alii et multo verisimilius fauces* de Térek *in medio fere monte Caspio* (4), *locutus, sic pergit* (5) : Hinc (*septentrionem versus*) se campus aperit equitabilis et ubertim riguus. Regionis pars maxima equis alendis ac-
B commoda est, spatiisque porrecta planissimis. Ibi omnes fere populi, quos Hunnorum nomen complectitur, habitant, eorumque sedes ad paludem usque Mæotin pertinent. *Priscus quoque, qui legatus ad Hunnos missus fuit et res eorum, quantum ex historiæ ejus reliquiis colligere licet, accuratissime observavit, hanc* nationem sævam in Mæotide palude ulteriorem ripam, *dum Gotthi citeriorem occuparent,* insedisse *refert* (6). *Hieronymus vero, commemorans eorumdem anno* 395 *in Orientem irruptionem eos* ex ultimis Caucasi rupibus immissos *dicit* (7), *aut* ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim et Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina *scribit* (8) : *ita ut nil certius sit quam Hunnos, qui tantam in imperio Romano fecerunt stragem, usque ad exiens sæculum* IV *inter Caucasum montem et paludem Mæotidem se continuisse. Certum itaque sit oportet* (*ut id obiter denuo moneam*) S. Ursulam *et socias ab Hunnis ante medium sæculum* III *occidi non potuisse, prout voluere Colonienses, maxime Bebius et Crom-*
C *bachius.*

Confutatur Dieffenbachius qui ex Galfredo Monumetensi

158 *Sed adversarius alius hic conveniendus est, Bebio et Crombachio multo majoris his temporibus auctoritatis, scilicet Laurentius Dieffenbach, suis in Celticarum rerum origines disquisitionibus clarissimus. Hic enim æstimat multis ante Christum sæculis et simul aut proxime ante Pictorum appulsum Hunnos in Britanniam venisse* (9). *Fidem adhibet narratibus Galfredi Monumetensis de Humbro rege Hunnorum, qui pugnarit cum Albanacto, filio Bruti, abnepotis Æneæ Trojani. Remittit* (10) *quippe lectorem ad hæc verba* (11) : Illis deinde (*Locrino, Albanacto et Cambro, filiis Bruti*) concordi pace diu regnantibus, applicuit Humber rex Hunnorum in Albaniam (*Scotiam*)* : et commisso prælio cum Albanacto, interfecit eum, et gentem patriæ ad Locrinum (*qui Loëgriam seu mediam partem insulæ tenuisse ibidem dicitur*) diffugere coegit. Locrinus igitur, rumore audito, associavit sibi fratrem suum D
Kambrum et collegit totam juventutem patriæ et ivit obviam regi Hunnorum circa fluvium qui nunc vocatur Humber. Inito ergo congressu, compulit Humbrum in fugam, qui usque ad fluvium fugiens submersus est in eo et nomen suum fluvio reliquit. *Sed tota hæc fabula inventa est ad explicanda vocabula* Britanniæ *quæ a* Bruto, Loëgriæ *quæ a* Locrino, Cambriæ *quæ a* Kambro, Albaniæ *quæ ab* Albanacto, Humbriæ *quæ ab* Humbro *nomina sua mutuata fuisse ibidem dicuntur; et ut nemo sanæ mentis Bruti in Britanniam adventum commentitium non habet, sic mitiori judicio accipiendus non est Humber, rex Hunnorum. Equidem haud intelligo qua mente Dieffenbachius testimonia accumulet* (12) *aliorum, qui eadem ex Galfredo sumpserunt; nullum enim emolumentum exspectandum est ex rivis, ubi ipse fons impurus est et fabularum scaturigo. Qua vera ratione Sigebertum Gemblacensem eos inter referre possit qui Galfredi scriptis usi fuerint eaque delibarint multo minus capio. Galfredus, ut supra* § IX *satis ostensum est, Historiam suam scribere non potuit ante annum* 1125; *Sigebertus vero Chronicum suum absolvit circa annum* 1111, *et* 3 *nonas Maji anni sequentis obiit* (13).

E
et ex loco, perperam Sigeberti Chronico inserto, ostendere voluit eos multo ante Christum in Britanniam venisse.

159 *At, inquies, præivit Sigebertus Galfredo; et ii plane a vero aberrant, qui arbitrentur quæ de Britonum origine inseruntur Gemblacensi Chronico hæc interpolata esse; optima scilicet esse argumenta quibus hæc incusatio refellatur; sed hæc nondum proferre voluit Dieffenbachius* (14). *Verum enim vero superest etiamnum exemplar Sigeberti autogra-*
phum; eo olim usus est Miræus, idem nuperius adhibuit Bethmannus (15), *et ibidem omnino hæc de Britonibus et alia multa ex Galfredo excerpta omittuntur. Additamenta illa primum recepit codex Ursicampinus, inter annum* 1155 *et* 1200 *scriptus: hinc fluxere in exemplaria Divionense et S. Mariæ de Voto; quod postremum quum in editione principe procuranda usurpatum fuerit atque hæc posteris editoribus, si Miræum et Pertzium seu Bethmannum excipias, ducatum præstiterit, hinc factum est ut hæ farturæ in impressis ubique fere occurrant, quamquam a manuscriptis fere omnibus absint. Cæterum ab initio moniti fuere lectores de interpolatione. Editionem principem præ oculis habeo, atque hic ei titulus inscriptus est :* Sigeberti Gemblacensis cœ- F
nobitæ Chronicum ab anno 381 ad 1113 cum insertionibus ex Historia Galfridi et additionibus Roberti abbatis Montis et tres sequentes annos complectentibus, promovente egregio patre D. G. Parvo, doctore theologo, confessore regio, nunc primum in lucem emissum cum privilegio. Venale habetur in officina Henrici Stephani (*ubi impressum est*) e regione scholæ Decretorum sita, et in vico sancti Jacobi in officina Joannis Parvi sub Lilio aureo. *Detexerat has insertiones Antonius Rufus ope codicis Victorini Parisiensis a quo aberant, ut in præmissa editioni illi epistola dicitur. Quæ quum ita sint, quis, quæso, aurem dabit Galfredo, unico testi, Hunnos in Anglia versatos esse pluribus ante Christum natum sæculis? Catalogos insuper habemus tribuum, quæ, Romanis imperantibus, Britanniam incolebant* (16); *neque ulla illic de Hunnis men-*

(1) S. Ursula vindicata, pag. 94 et seqq — (2) Rerum gestarum lib. XXX, cap. 2. — (3) Historia nova, lib. IV, cap. 4, pag. 194. — (4) Walckenaer, Mémoires sur les dénominations de Portes Caspiennes, etc. Nouv. Mém. de l'académie des inscriptions, etc. tom. VII, pag. 210 et seqq. — (5) De bello Persico, lib. I, cap. 10, tom. I Opp. pag. 48. — (6) Cfr Jornandes, de rebus Geticis, cap. 24, ap. Muratori, tom. I, pag. 203. — (7) Epist. LX ad Heliodorum seu Epitaphium Nepotiani, num. 16, ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 600. — (8) Epist. LXXVII seu de Morte Fabiolæ, num. 8, ap. Migne, tom. XXII, col. 695. — (9) Celtica II, part. II, pag. 267 et 269. — (10) Ibid. pag. 267. — (11) Hist. reg. Brit. lib. II, cap. 1 et 2, pag. 23. — (12) Celtica II, part. II, pag. 268. — (13) Anselmi Gemblacensis continuatio, ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VI, pag. 375. — (14) Celtica II, part. II, pag. 89. — (15) Ap. Pertz, tom. VI, pag. 284 et seqq. — (16) Sharon Turner, the History of the Anglo-Saxons, tom. I, pag. 39.

tio,

A *tio, quamquam certe hæc gens omnium offendisset oculos, quum a reliquis omnibus longe diversissima esset; mente recole quem, ut primum fuit cognita, stuporem videntibus injecerit et horrorem.*

Complures egregie dixerunt de Hunnorum in Europam adventu:

160 *Disserendum nunc esset de transitu Hunnorum per lacum Mæotin eorumque in Europam adventu; verum breviter hæc tangenda sunt, quantum scilicet Ursulanæ res id exigant: qui plura volet hæc ei dabit Tillemontius* (1), *Ignatius Aurelius Fessler* (2), *Guignius* (3), *præ reliquis tamen et longe optime cl. v. Amedeus Thierry. Hic enim in opere gallico, cui titulum fecit* Historiam Attilæ et successorum ejus, *tantam sagacitatem in investigandis Hunnorum rationibus et gestis, eam prudentiam in judicandis eorum rebus, talemque copiam et accurationem in iisdem enarrandis cum consummata eloquentia historicoque splendore et gravitate conjunxit ut, siquid videam, id opus, meo judicio, perennem sit habiturum laudem. Hunnicæ gentis fata prosecutus est auctor ab anno 375 ad 924; ita ut iis, qui prosperam adversamque illius conditionem plene nosse aveant, nil desiderandum relictum sit. Sed rem nostram jam agamus.*

hic brevibus declaratur.

161 *Quum Gotthi ad occidentem, Hunni ad orientem paludis Mæotidis et Tanais sedes suas haberent,*
B *aliquot jam pridem inter utrumque populum simultates exortæ erant, quum tandem anno 374 Balamir, rex Hunnorum, in Ostrogotthos perrexit eosque sibi subdidit. Hinc Vesigotthi terrore perculsi, post aliquot adversos conatus, fugerunt ultra Danubium et vacuam liberamque fecerunt irrumpentibus Hunnis ripam septentrionalem fluvii. Dum illic consisterent, nondum plane inter omnes tribus ita conveniebat, ut una omnium esset voluntas, unum studium: hanc induxit postmodum concordiam Attila. Et quidem per libertatem, quæ ante Hunnis supererat, et factionum diversitatem licebat imperatoribus Romanis auxiliares sibi ex Hunnica gente adsciscere copias. Nil proinde mirum comitem Bautonem, quum a Valentiniano II missus fuit contra Juthungos, Rhætiam devastantes (eosdem scilicet quos medio anno 385 impugnatum ivit lacrymabilis imperator Gratianus), Hunnos in suo exercitu habuisse.*

Ex S. Ambrosio ostenditur

162 *Atque hic incidimus in S. Ambrosii locum, de quo supra num.* 145 *meminimus. Hic præclarissimus Mediolanensis antistes, ubi anno* 387 *ad Maximum tyrannum denuo legatus a Valentiniano II missus est, hanc objurgationem se ex ore Maximi accepisse ipse in epistola ad Valentinianum* (4)
C *scripsit:* Quoniam me lusistis tu et ille Bauto, qui sibi regnum sub specie pueri vindicare voluit, qui etiam barbaros mihi immisit : quasi ego non habeam, quos possim adducere; cum mihi tot millia militent et annonas a me accipiant. *Ad prius caput respondit S. Ambrosius neque se, neque Bautonem eum lusisse, quandoquidem ipse prior pacem cum Valentiniano poposcerit; ad posterius caput, quod criminationem in Valentinianum seu Bautonem, quasi hic barbaros in terras Maximo subditas misisset, continet et simul comminationem se id vice versa facturum, hæc reposuit sanctissimus præsul:* Quos immisit barbaros Bauto comes? Et quid mirum si hoc Bauto fecisset, Transrhenanus genere; cum tu miniteris imperio Romano barbarorum auxilia, et turmas translimitanas, quibus commeatus provincialium tributa solvebant? Vide autem quid intersit inter tuas minitationes et Valentiniani augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas quod barbarorum stipatus agminibus Italiæ te infunderes : VALENTINIANUS HUNNOS ATQUE ALANOS APPROPINQUANTES GALLIÆ PER ALEMANNIÆ TERRAS REFLEXIT. Quid habet invidiæ, si Bauto barbaros cum barbaris fecit decernere? Quoniam dum tu militem Romanum occupas, dum is adversum se utrinque prætendit, in medio Romani imperii sinu Juthungi populabantur Rhetias; et ideo adversus Juthungum Hunnus accitus est. Idem tamen, quia de finitimo proterebat Alemanniam et jam de vicinia mali urgebat Gallias, coactus est triumphos suos deserere, ne tu timeres. Confer utriusque factum : tu fecisti incursari Rhetias, Valentinianus suo tibi auro pacem redemit. *Hæc Ambrosius.*

AUCTORE V. D. B.

Hunnos sub annum 385, *Maximi tyranni tempore,*

163 *Ex his discimus primo Maximum causam fuisse ut Juthungi Rhætias incursarint, quum (ni fallor) per rebellionem suam impedivit Gratianum ne hos barbaros in superiori Danubio considentes protereret; secundo nullos barbaros in provincias, Maximo parentes, a Bautone fuisse inductos : nil enim aliud sibi vult hæc interrogatio :* Quos immisit barbaros Bauto comes? *quamquam id ei licuisset potiori jure quam Maximo, idem minitanti; tertio sedulo cavisse Bautonem et Valentinianum ne Maximi ditiones quidquam damni paterentur. Quum enim Juthungos adortus est Bauto, ad eos sive ex* E *orientali plaga per Noricum, sive ex septentrionali, transmisso scilicet Danubio, venerat, neque ullam Maximi imperii partem tetigerat; quum vero eosdem debellasset et Galliis appropinquaret, jussus est a Valentiniano Hunnos et Alanos ex Rhætia amovere, cavens iterum ne Maximi provincias contingeret : quocirca in mandatis accepit ut per Alemanniam, (quæ secundum Bucherium* (5) *ad orientalem Rheni plagam inter Mœnum et Lohnam seu Laugonam* * *protendebatur et parti hodiernorum ducatuum Badensis, Hassiensis et Nassoviensis fere respondebat,) barbaros ad septrionalem Danubii ripam reduceret : quibus planum omnino fit Hunnos nequaquam tunc temporis Coloniam, ad lævam Rheni positam, venisse; quum eo usque non porrigeretur Alemannia, et maxime quod in Germania secunda, cujus metropolis erat, jaceret illa civitas, atque eo nomine pars haberetur Galliarum, a quibus barbari abstinere jussi.*

* Lahn seu Lohn

Coloniam vastare non potuisse.

164 *Et quidem si remoti fuerint a Maxima Sequanorum, quæ Rhætiæ finitima erat, quamquam graves ejus appropinquandæ essent rationes, scilicet ut triumphi de Juthungis perficerentur; multo sane magis censendi sunt prohibiti fuisse ne in Germanias* F *excurrerent. Verbo, ut Maximus per arreptam tyrannidem bellum civile excitavit, quo coactus fuit Gratianus exercitum suum cum Maximi legionibus committere, Juthungis impunibus relictis et Rhætiarum via eis aperta, sic contra Valentinianus II auro suo ex Hunnis auxiliatores fecit imperii Romani, et nedum damnum ullum Maximo ejusque ditioni intulerit, propulsis e Rhætia Juthungis, pacem ei procuravit. Hæc verborum S. Ambrosii significatio; unde evidens sit Hunnos tunc temporis nequaquam fuisse in Coloniæ Agrippinæ partibus.*

Repellitur adversariorum objectio, petita ex eorum barbarie.

165 *At enim habent adversarii quod opponant : Hunnos nempe gentem indomitam fuisse; populabundam percurrisse universam Germaniam; Bautonem aliosque duces Romanos nequaquam eos cohibere potuisse; facile factum esse ut aliqua cohors Coloniam excurrerit et alia id genus. Equidem libenter dabo eum non fuisse inter Hunnos ordinem et disciplinam quam in exercitu Romano cernere erat;*

(1) Mémoires, Empereurs, Attila roi des Huns, post Theodose II, tom. VI, pag. 57 et seqq. Bruxelles. 1740. — (2) Hist. de Huns, tom. I, part. II, pag. 217 et seqq. — (3) Die Geschichten der Ungern und ihrer Landsassen, tom. 1, pag. 15 et seqq. — (4) Epist. XXIV, ap. Migne, Patrologia, tom. XVI, col. 1055 et seqq. — (5) Belgium Romanum, pag. 337.

truculente

AUCTORE V. D. B.

truculente ab eis gestum fuisse bellum; ita ut res fuisset summopere odiosa si in provincias Romanas fuissent deducti : quod constare ex ipsius Maximi, utut temeris vanisque, querelis. Verum aliud est inordinate et crudeliter bellum gerere, aliud longe lateque discurrere vastandi prædandique causa neque ipsis amicis civitatibus parcere. De auxiliatoribus barbaris non aliter judicandum quam de hodiernis Cosaccis russis et Indorum, Britannis stipendiantium, legionibus. Hæc enim Romanorum laus, quod brevi tempore dicto audientes facerent omnis humanitatis expertes copias easque militiæ legibus adstringerent : cujus rei egregia et ad hæc ipsa tempora spectantia testimonia habemus.

Quam bona disciplina Romani cohiberet auxiliares barbaros.

166 *Quum scilicet mense augusto anni* 387, *proxime post alteram quam supra memorabam S. Ambrosii legationem, Alpes transiisset Maximus, adolescentem Valentinianum II oppressurus omnique spoliaturus imperio, Theodosius I auxilium huic spopondit et continuo collegit exercitum, cujus magna pars barbari. Quæ vero inter eos vigeret disciplina tradidit Pacatus* (1) : Postremo, *inquit Theodosium ipsum alloquens*, populis barbarorum, ultroneam tibi operam ferre voventibus, commi-
B litonum munus indulges, ut et limiti manus suspecta desederet, et militi auxiliator accederet. Qua tua benignitate pellectæ omnes Scythicæ nationes tantis examinibus confluebant, ut, quem remiseras tuis, barbaris videreris imperasse delectum. O res digna memoratu, ibat sub ducibus vexillisque Romanis hostis aliquando Romanus, et signa contra quæ steterat sequebatur, urbesque Pannoniæ, quas inimica dudum populatione vacuaverat, miles impleverat. Gotthus ille, et Hunnus, et Alanus respondebat ad nomen, et alternabat excubias, et notari infrequens verebatur. Nullus tumultus, nulla confusio, nulla direptio, ut a barbaro, erat. Quin si quando difficilior frumentaria res fuisset, inopiam patienter ferebat, et quam numero arctarat annonam, comparcendo laxabat; pro omni præmio omnique mercede id unum reposcens, ut tuus diceretur. Quanta est virtutis ambitio! Accipiebas beneficium quod imputares. *At hæ vanæ panegyricorum laudes! Audio; et facile concesserim justo plures in his partes Theodosio tribui : verum reapse bene compositum fuisse hunc ex barbaris fere collectum exercitum nemo prudens negarit. Non enim solus Pacatus testis est, sed et*
C *ipse S. Ambrosius; qui, ut Theodosium dehortaretur ab ulciscendo synagogæ judaicæ incendio (quod absque Christi dedecore fieri non posse videbatur), Christum induxit commemorantem quæ imperatori contulerat beneficia, atque inter hæc recensenda his utentem verbis* (2) : Ego exercitum tuum, ex multis indomitis convenam nationibus, quasi unius gentis fidem et tranquillitatem et concordiam servare præcepi : *quibus brevioribus dictis eadem capiuntur quæ fusioribus Pacati. Nil itaque est quo fulciri queat Henschenii et Papebrochii sententia, contendentium Hunnos, quum post Gratiani obitum in Rhætias a Bautone deducti atque hinc per Alemanniam reducti fuere, Coloniam usque prædonum more populabundos vagatos esse.*

167 *Quamquam, quo nitebantur illi, fundamentum infirmum esset et imbecillum, speciem tamen veri eorum dabat opinioni epistola S. Ambrosii, non satis bene intellecta. Verum nil profecto allegare posse videtur Dieffenbachius, ubi affirmat Hunnos hoc ævo universam Europam pervagatos esse* (3). *Quam enim olim vocavere Britanni* ormes ddu, *et recentius* the black invasion, invasionem nigram, *hæc nihil ad rem facit. Ecce enim quæ in* VIII, *ut dicunt, Triade britannice scripta, leguntur* (4) : Tres sunt invadentes tribus quæ in insulam Prydain (*Britanniam*) venerunt et ex ea abierunt. Primi, Llychlynnwys... Secundi, hospites Ganfal Wyddel... Tertii fuerunt Romani, qui, violentia usi, plus quadringentos annos perseverarunt in insula, donec redierunt in regionem Romanam ad repellendam hostilem incursionem nigræ invasionis; neque umquam postea redierunt in insulam Prydain; et tantum remanserunt mulieres et pueri infra ætatem novem annorum, qui facti sunt pars Cimbrorum.

D *Confutatur Dieffenbachius, ex Triadibus Britannicis contendens sæculo IV exeunte ab Hunnis vastatam fuisse universam Europam.*

168 *Hæc verba explicatione* (5) *aliqua indigent. Ut discimus ex Zosimo,* Arcadio VI et Probo coss. (*anno Christi* 406), Vandali Suevis et Alanis permisti, superatis hisce locis (*Alpibus Cottiis, Pœninis et Maritimis*), nationes transalpinas vastarunt, editaque ingenti cæde, Britanniarum etiam exercitibus formidabiles exstiterunt; quos quidem eo perpulerunt, ut veriti ne ad se usque progrederentur (*in Britanniam, cui nullum fere erat cum reliquo imperio commercium*), ad tyrannos eligendos se converterunt, Marcum, inquam, et Gratianum et secundum hos Contantinum. Is (6) ubi Justinianum et Nevigasten Celticis militibus præfecisset, (*eos*), Britannia relicta, transmisit. *Gallias porro potitus, Constantinus barbaros devicit et ne deinceps eamdem regionem invaderent Alpes et Rhenum munivit* (7). *Hispaniam quoque sibi subdidit, et Pyrenæos montes duci cuidam, nomine Gerontio, custodiendos commisit. Ast hic, quum sibi paulo post Constantem, Constantini filium, substitutum vidit, invidia actus, Transrhenanos barbaros in Gallias et Britanniam illexit. Unde factum est ut hujus insulæ cives, omni auxilio destituti, suæ ipsi saluti consuluerint, ab imperio Romano defecisse visi* (8). *Hæc anno* 409 (9) *aut circiter. Biennio post cruentam mortem obiit Constantinus* (10), *nec tamen Britanniam recuperare umquam Romani potuerunt* (11); *non quod resisterent Britanni, sed quod barbaris undique ingruentibus, vix identidem aliquot ad eos tuendos mittere illi possent copias. Inter annum itaque* 425 *et* 451 *nuntium omnino remiserunt Romani tuendæ* F *Britanniæ eamque deseruerunt, omnigenis barbaris cohibendis ad omnes fere imperii fines occupati* (12). *Superius num.* 151 *meminimis epistolæ, quam Aetio ter consuli anno* 446 *dederunt Britanni, auxilia aliqua quam vehementissime expostulantes.* Neque hæc tamen agentes, *inquit venerabilis Beda* (13) *S. Gildam sapientem secutus,* quicquam ab illo auxilii impetrare quiverunt, utpote qui gravissimis eo tempore bellis cum Bleda et Attila regibus Hunnorum erat occupatus. *Justo itaque nimis contrahitur in Triadibus historia discessus Romanorum ex Britannia. Reapse propter* invasionem nigram *seu Hunnorum irruptionem non redierunt in insulam Romani* (14); *sed alia omnino de causa legiones eorum primum inde eductas fuisse palam est. Interea id unum ad nos pertinet,* invasionem nigram, *de qua in Triadi-*

Ostenditur in Triadibus agi de bellis Romanorum cum barbaris sæculo V, maxime de bello Attilano.

E

(1) Panegyricus Theodosio dictus, cap. 32, ap. Migne, Patrologia, tom. XIII, col. 507. — (2) Epist. XL, num. 22, ap. Migne, tom. XVI, col. 1109. — (3) Celtica II, part. II, pag. 269. — (4) Ibid. pag. 74 et 75. — (5) Historia nova, lib. VI, cap. 3, pag. 320, edit. Bonn. — (6) Ibid. cap. 2, pag. 318. — (7) Ibid. cap. 3, pag. 320. — (8) Ibid. cap. 5, pag. 321 et 322. — (9) Cfr Sharon Turner, the History of the Anglo-Saxons, pag. 106 et 107. — (10) Ibid. pag. 105. — (11) De bello Vandalico, lib. I, cap. 2, tom. II Opp. pag. 318. edit. Bonn. — (12) Cfr Tillemont, Mémoires, Empereurs, Hist. des Bretons, tom. VI, pag. 188 et 189, Bruxelles, 1740. — (13) Hist. eccles., cap. 14, ap. Migne, tom. XCIV, col. 41. — (14) Vide tamen Tillemont, Mémoires, Empereurs, Hist. des Bretons, tom. VI, pag. 190.

bus,

A bus, non anno 383 aut paucissimis post annis signandam esse, sed medio sæculo V : quo plane ruunt Dieffenbachii asserta.

Fabulæ sunt quæ de Guanio rege Hunnorum et de Melga rege Pictorum

169 Quæ quum ita sint, nil quoque probabilitatis ex hoc Triadum loco accedit ad ea quæ Galfredus Monumetensis et ex eo complures alii, quos citat Dieffenbachius (1), narrant de Guanio, rege Hunnorum, et de Melga, rege Pictorum, qui jussu Gratiani nationes maritimas et Germanicas, quod Maximo tyranno faverent, dira clade oppressissent, et qui, per maris ripas sævientes, obviassent S. Ursulæ et sociabus, in partes illas appulsis, easque quod secum lascivire nollent maximam partem sine pietate trucidassent. Dum enim Gratianus viveret, ad Danubium inferiorem consistebant adhuc Hunni; neque certe tempus illi fuit, (ut ex his quæ supra num. 117 narravimus liquet,) quo eos auxilio contra Maximum vocaret, multo minus quo illi piraticam classem instruerent. Hunnorum præterea natio, inquit Papebrochius (2), ex ea regione, quæ nunc Tartaria Crimensis ac Præcopensis dicitur, ad Mæotim paludem deducta, tam parum videtur experta fuisse expeditionum maritimarum, quam assueta percurrendis summa celeritate provinciis. Nedum navium, neque majorum
B cimbarum regendarum usum habebant Hunni; quippe qui fluvios et paludes transirent, natantium equorum caudis in altum sublati, aut convasata corioque tecta supellectile sua et cum curribus in modum ratium conjuncta, seu etiam minoribus scaphis, ex cavata arbore confectis. Hi etiamnum affinium populorum hodierni mores.

narrantur.

170 At Galfredi narrationem, ut Baronius, sic Dieffenbachius, auctoritate Sigeberti Gemblacensis fulcivit. Sed quæ in editione principe (3) et omnibus fere aliis ad annum 389 leguntur verba : Pictorum et Hunnorum ducibus Guanio et Melga regnum Britanniæ incursantibus ac devastantibus, quia rectore et defensore carebat, ex quo Maximus omnes bellicosos viros secum abduxerat, nunciata est Maximo regni sui tanta calamitas. At ille misit Gratianum municipem cum duabus legionibus ut Britonibus ferret auxilium : qui cum hostibus præliati fugaverunt eos in Hiberniam, ea absunt ab exemplari autographo et reliquis fere omnibus (4), atque unus est e locis qui in Sigeberti opus ex Galfredi Monumetensis Historia translati sunt. Lege supra num. 159. Cæterum Guanius ille, cujus nomen aliter ab aliis scribitur,
C effictus verisimiliter est ex Gaine, Gottho genere, qui Theodosio I barbaris aliquot copiis præfectus, rerum deinde novarum molitor factus, demum ab Ulde, rege Hunnorum, qui Arcadio placere studebat, occisus fuit. Hujus res gestas explicat pluribus Zosimus, Tillemontius aliique; sed hæc indicasse satis erit.

§ XIX. Attila, viribus auctus, statuit Galliam invadere; quod iter habuerit.

Hunni sæculo V propagant ditionem suam ad utramque

Superius diximus Hunnos pedetentim sedes suas ad septentrionalem Danubii ripam propagasse; ad alteram ripam anno 427 potiti videntur ea Pannoniæ parte, quæ Sirmium capit et Savo flumini adjacet, exceptis tamen munitis civitatibus; et paulo post partes quoque aliquot Thraciæ et Daciæ verisimiliter occuparunt (5). Sed aperta fere erat eorum incursionibus Germania. Quocirca jam ineunte sæculo V Burgundionum terras tentasse videntur, quas Hennebergensi comitatu et finitimis clausas fuisse firmo argumento ostendit Bucherius (6). Hinc Burgundionum pars tutiores sedes sibi ad Rheni sinistram quæsivit; altera substitit; et, suscepta fide Christi, anno 436 Hunnos fudit, decem circiter millibus peremptis (7). Unde constat illo ævo Hunnorum ditionem ne ad Salam quidem fluvium venisse, qui terminus Burgundiones ab Alemannis dividebat; adeoque eos non videri longius ad occidentem excurrisse. Similiter ipso anno 450, quum Galliis jam minarentur, nondum videntur dominati esse in Franconia aut saltem ultra Nicrum fluvium, ad quem habitabant Franci Transrhenani; sin autem, quomodo alter filius regis illius gentis, nuper defuncti, Hunnorum protectionem ambivisset, alter Aetii, ducis Romanorum (8)? Cæterum ad Pontum Euxinum multo magis quam ad occidentem spectabant tunc Hunni, quos maxime audaces fecerat Constantinopolitanæ curiæ imprudentia et imbecillitas, et ad has
E quoque partes habitabat malorum omnium incentor, Attila, qui ab anno 434 simul cum fratre Bleda et decennio post solus regno Hunnorum potitus erat. Cogitavit hic tamen aliquando non de orientali tantum, sed de universo occupando imperio. Ingenita ferocia Romanis longe superior, dolos ab ipsis didicerat, et vi fraudibusque fretus omnia audebat. Eo usque superbiæ et arrogantiæ venerat ut anno 450 trementibus Theodosio II et Valentiniano III imperatoribus significaret per suos legatos hæc verba (9) : Imperat per me dominus meus et dominus tuus Attilas, ut sibi palatium construas; se enim imperatorem, illos suos servos habebat. Imperium itaque affectans, causas quærebat continuo quibus bellum Romanis indiceret; et dum simul amicos sibi et fautores in Barbaria et in Gallia conciliaret, bellicos apparatus faciebat. Inter quæ Theodosius junior medio anno 450 Constantinopoli diem obiit et mense sextili Marcianum successorem habuit. Paulo post Placidia quoque imperatrix oculos clausit Ravennæ, imperii Occidentalis habenas liberas permittens Valentiniano III, nullius fortitudinis viro. Hac rerum commutatione Oriens reviviscere visus est, Occidens in deterius prolabi. Intellexit itaque Attila nil a se prudenter tentari posse adversus Marcianum, omnesque
F conatus in unam partem vertit et occidentale imperium potiri secum statuit.

Hic cernens omnia adjuncta favere, statuit secum Gallias invadere;

172 Quum itaque ante multis querelis et expostulationibus fatigasset Valentinianum bellique minis terruisset; nunc jam novum cum eo fœdus inire et amicitiam fingere : quo facilius Romanos decipere (10). Cæterum favebant omnia Attilæ ausis. Quæ Diocletiano imperante orta erat Bagaudia seu factio rustica aut servilis, hæc eadem, licet sæpe triumphata, perseverabat semper, quum judicum injuriæ, rectorum oppressio et exactorum rapinæ, quæ huic rebellioni occasionem dederant, non cessarent. Vim ei addebant nonnulli juvenes nobiles, quamquam esset

Armata in cædem specialem nobilitatis (11).

De hac factione, quam nunc socialem diceremus,

AUCTORE V. D. B. *Danubii ripam; non procul a Sala se continent; circa annum 450 Attila affectat imperium.*

(1) Celtica II, part. II, pag. 267, 268 et alibi.—(2) Propylæum Maji, Paralipomena, pag. 39. — (3) Sigeberti Gemblacensis cœnobitæ Chronicum, fol. 3.—(4) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VI, pag. 303. — (5) Cfr Tillemont, Mémoires, Empereurs, Attila, art. II et III, tom. VI, pag. 58 et 59.— (6) Belgium Romanum, pag. 557. — (7) Socrates, Hist. eccles. lib. VII, cap. 30 pag. 371 et 372; Cfr Tillemont, Mémoires, Empereurs, Valentinien II, art. XII, tom. VI, pag. 89. — (8) Priscus, Excerpta ex legationibus, pag. 40. edit. Paris., 1648; cfr D. Bouquet, tom. I, pag. 607, not. *a*. — (9) Chronicum Paschale seu Alexandrinum, tom. I, pag. 587, edit. Bonnæ; Joannes Malala, Chronographia, pag. 358, edit. Bonnæ. — (10) Cfr Tillemont, Mémoires, Empereurs, Attila, art. VI, tom. VI, pag. 62 et 63; Bucherius, Belgium Romanum, pag. 510 et 511; Valesius, Rerum Francicarum lib. IV, pag. 153 et seqq. — (11) Eucharisticon Paulini, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 773.

AUCTORE V. D. B

vide cl. v. Amedeum Thierry (1) *et abbatem Dubos* (2), *qui tamen ea immerito cum Armoricana confundit. Alia enim hæc erat, origine recentior, sed valida etiam, neque ullis victa cladibus, sed oppressa tantum : de ea diximus supra* § XIII. *Præterea ab ineunte sæculo* V *complures gentes barbaræ, quæ ante Germaniam incolebant, vicinium Hunnorum perosæ, Gallias invaserant : Alani, Vandali et Suevi anno* 406; *sed post quadriennalem vastationem Hispaniam et Africam petierant, aliquot tantum ex suis prope Valentiam* * *et ad sinistram Ligeris relictis. Burgundionum pars in Helvetia et Sabaudia consederat. Complures quoque Franci occuparant Belgium et Vesigotthi Aquitaniæ dominabantur. Tot damnis et impedimentis accedebant amissæ Africa Britanniaque et Hispania partim a barbaris apprehensa* (3).

* Aurelianum?

fallit Romanos et Vesigothos, utrisque persuadens se alteros oppressum venire.

175 *Ut opportunam, quæ ex his adjunctis nascebatur, arriperet occasionem impellebat Attilam non solum animo insita ambitio et arrogantia, sed externa quoque excitamenta.* Hujus mentem, *inquit Jornandes* (4), ad vastationem orbis paratam comperiens Gisericus, rex Wandalorum, multis muneribus ad Vesegotharum bella præcipitat, metuens ne Theodoricus, Vesegotharum rex, filiæ ulcisceretur injuriam. *Hæc enim Hunerico, Giserici filio, matrimonio juncta, truculente habita fuerat in Africa et in Gallias, naribus et auribus abscissis, remissa. Quid ergo Attila? Ut viderat Romanos continue in eo versatos ut barbaros dividerent, quo facilius sibi invicem oppositos domarent, sic ipse quoque hanc normam sequi constituit.* Legatos *igitur, teste Jornande* (5), in Italiam ad Valentinianum principem misit, adserens se reipublicæ ejus amicitias in nullo violare, sed contra Theodoricum Vesegotharum regem sibi esse certamen; unde eum excipi libenter optaret. Cætera epistolæ usitatis salutationum blandimentis oppleverat, studens fidem adhibere mendacio. Pari etiam modo ad regem Vesegotharum Theodericum dirigit scriptum, hortans ut a Romanorum societate discederet, recoleretque prælia, quæ paulo ante contra eum fuerant concitata sub nimia feritate. *Valentinianus et Theodoricus se his fallaciis illudi passi videntur, nec quidquam prius egisse quam periculum proximum esset.*

B

Attilæ labores et adventus descripti a S. Sidonio Apollinari.

176 *Contra non quiescebat Attila. Audi Sidonium Apollinarem hæc in Aetii laudem concinentem* (6) :

Jam præfecturæ perfunctus culmine, tandem
Sedederat ruri : numquam tamen otia, numquam
Desidia imbellis; studium et cura quieto
Armorum semper : subito cum rupta tumultu
Barbaries totas in te transfuderat Arctos,
Gallia; pugnacem Rugum, comitante Gelono,
Gepida trux sequitur, Scerum Burgundio cogit,
Chunus, Bellonotus, Neurus, Bastarna, Toringus,
Bructerus, ulvosa quem vel Nicer aluit unda
Prorumpit Francus. Cecidit cita secta bipenni
Hercinia in lintres et Rhenum texuit alno.
Et jam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos se, Belga, tuos; vix liquerat Alpes
Aetius, tenue et rarum sine milite ducens
Robur, in auxiliis Geticum male credulus agmen
Incassum propriis præsumens adfore castris.
Nuntius et postquam ductorem perculit, Hunnos
Jam prope contemptum propriis in sedibus hostem
Expectare Getas, versat vagus omnia secum
Consilia et mentem curarum fluctibus urget.

C

Secum itaque trahebat Attila universas fere gentes barbaras supra Danubium positas, et ut Vandali et Alani Gallias, trajecto Rheno, pridie Kalendas Januarias ingressi *erant* Arcadio et VI Probo *coss. id est ultima anni* 406 *nocte* (7), *sic quoque ille, pro more nomadum, per medias hiemis nives et glacies agmina sua ducebat in Gallias.*

D

Neque per destructionem Rauracorum, quippe quæ non ab Hunnis, sed terræ motu et incendio circa annum 395 facta sit,

175 *Quam vero viam tenuerit accurate quærendum, quum magna pars Ursulani martyrii hinc pendeat. Utramque Danubii ripam secutum fuisse constat ex Procopio, testante Attilam munitiones ad lævam multoque plures ad dextram Danubio impositas disturbasse* (8). *Consentit Sidonius Apollinaris eum Herciniæ silvæ arboribus usum esse significans; quæ silva ut Rheni sic quoque Danubii fontes occupabat, canente Claudiano* (9) :

Prominet Hercyniæ confinis Rhætia silvæ
Quæ se Danubii jactat Rhenique parentem.

Infra Brigantiam *, *quæ civitas ad ortum fere lacus Constantiensis jacet, loco, qui* Ad Rhenum * *dicitur, trajecisse id flumen Attilam statuit Schœpflinus* (10), *duplici de causa, ut scilicet Augustam Rauracorum* * *venire potuerint Hunni, dein ut ad ipsum Rheni transitum obvios habuerint Burgundiones. Prior ratio minus firma est quam credidit Schœpflinus. Hæc enim eo tantum nititur quod Augusta Rauracorum, quæ sæculo* IV *exeunte profligata et in castrum seu vicum mutata fuerat et Vandalorum furorem ineunte sæculo* V *experta videbatur, dein restaurata ei habita est et iterum ab Hunnis excisa* (11). *Sed quum anno* 1761, *decennio post editam Alsatiam illustratam, detecta est Augustæ officina monetaria, nulli inventi illic aut alibi fuerunt nummi, qui Valentiniano II et Theodosio Magno recentiores sint; adeoque jam ante, ut ex Rudolfo Wetstenio* (12) *observarat ipse Schœpflinus* (13), *animadversum fuerat nullos in his plagis reperiri nummos Theodosio posteriores : quamobrem æstimarunt nonnulli ne a Vandalis quidem anno* 407 *civitatem illam destructam fuisse; sed terræ motu et incendio, quorum vestigia adhuc supersunt, et quidem ante aut saltem non multo post annum* 395 *quo diem obiit Theodosius* (14).

* Bregentz.
* Rheinek.
* Augst.

E

neque per historiam Gundigarii, Burgundionum regis, qui non ab Attila, sed anno 435 *ab aliis Hunnis occisus est, demonstrari potest Attilam per Rauracos venisse in Gallias.*

176 *Alterum argumentum non magis firmum, quamquam nititur hoc Pauli diaconi loco* (15) : Attila, rex Hunnorum, omnibus belluis crudelior, habens multas barbaras nationes suo subjectas dominio, postquam Gundigarium, Burgundionum regem, sibi occurrentem protriverat, ad universas deprimendas Gallias suæ sævitiæ relaxavit habenas. *Sed hæc ex male intellectis Prosperi Aquitani et Cassiodori Chronicis deduxit Paulus. Illi scilicet ad consulatum Theodosii XV et Valentiniani IV, id est anno* 435, *scripserant* (16) : [Eodem tempore] Gundicarium Burgundionum regem [intra Gallias habitantem] bello [obtinuit] subegit, pacemque ei reddidit supplicanti; [qua non diu potitus siquidem illum Chuni cum populo suo ac stirpe deleverunt] quem non multo post Hunni peremerunt. *Hæc vero cædes, qua viginti millia Burgundionum occubuerunt, non anno* 451 *ab Attila facta est, sed anno* 437, *ut tradunt Idacius* (17) *et Prosper Aqui-*

(1) Hist. de la Gaule sous l'administration romaine, tom. III, pag. 19 et seqq. — (2) Hist. de l'établiss. de la monarchie française, tom. I, pag. 312, 313 et 452. — (3) Cfr Amédée Thierry, Hist. d'Attila, tom. I, pag. 128. — (4) De rebus geticis, cap. 31, ap. Muratori, tom. I, pag. 209. — (5) Ibid. loc. cit.— (6) Panegyricus Avito dictus, Collectio Pisaurensis, tom. VI, pag. 52. — (7) Prosper Aquit. ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 627. — (8) De ædificiis, lib. IV, cap. 5, tom. III Opp. p. 286, edit. Bonn. — (9) De bello Getico, v. 330. — (10) Alsatia illustrata, tom. I, pag. 168, not. *n* et pag. 225. — (11) Ibid. pag. 178.—(12) Dissertatio de Ursula. — (13) Alsatia illustrata, tom. I, pag. 178. — (14) Harscher, ap. Jacob-Kolb, Recherches historiques sur les antiquités d'Augst, pag. 49; Aubert-Parent, ibid. pag. 63. — (15) De episcopis Mettensibus, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 649 — (16) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 631, B et not. *a*. — (17) Ibid. pag. 617.

tanus

A *tanus* (1); *quibus testibus novimus tunc ab Aetio bellum gestum* chunis auxiliaribus, *qui Gundicarii et Burgundionum occisores fuerint* (2). *Præterea, si Jornandis* (3) *dicta cum Sidonii Apollinaris* (4) *conferas, manifestum erit non prius Romanis auxilium tulisse Burgundiones quam prope Ligerim venissent Hunni* (5). *Quocirca affirmare non ausim Attilam ex statione ad Rhenum* (Rheineck) *venisse Vindonissam* (Windisch (6), *aut, ut aliis minus recte placet,* Bruck (7)), *hinc Augustam Rauracorum* (Augst), *hinc Argentovariam* (Colmar), *atque hinc super lævam Rheni ripam Argentoratum.*

Similiter non videtur transiisse Rhenum prope ostia Nicri;
* Necker

177 *Dubos* (8), *alia sententia inita, statuit Attilam Rhenum transmisisse non procul ab ostiis Nicri* *, *quod flumen ad mœnia Mannheim Rheno undas infundit. Nititur hæc opinio testimonio Sidonii Apollinaris, auctoris integerrimi et harum rerum peritissimi; quippe qui incoharit etiam belli Attilani historiam, ut ipse libro* VIII, *epistola* 15, *docuit. Hic enim hæc duo conjungit : Hunnos ultra Rhenum transvectos fuisse ratibus et lintribus ex silva Hercinia excisis, et Francos, quorum sedes ad Nicrum erant, auxiliarium numero cum eis venisse in Gallias. Hæc reapse tradidit Sidonius : sed an hinc consequens fit ad*
B *Nicri ostia Rhenum trajectum fuisse ab Hunnis? Negat et magis aberrat Schœpflinus* (9) : *qui, Herciniam cum Marciana seu Nigra Silva confundens, eam ne eo quidem usque protensam fuisse contendit ut Hunni, hujus saltus arboribus usi, Rhenum prope Argentoratum transire potuerint. Sed Schœpflino non consentit, ipsamque Silvam Nigram seu Marcianam longius extensam fuisse docuit Gerbertus* (10), *qui ex proposito de rebus horum locorum egit. Et aliunde infirma est Schœpflini argumentatio; quoniam nil vetuisset quin Hunni lintres et cimbas adeoque arbores, Nicri aquis injectas, ad Rhenum usque deducerent. Verum enim vero hoc commune fere recentium Gallorum et qui Silvæ Nigræ accolunt piaculum est, Herciniam Silvam seu Saltum intra Marcianæ seu Nigræ Silvæ limites concludere; quamquam illius minima pars tantum erat. Audi C. Julium Cæsarem* (11) : Hercyniæ Silvæ... latitudo IX dierum iter expedito patet; non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus; rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium : hinc se flectit sinistrorsus, diversis a flumine regionibus,
C multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quisquam est hujus Germaniæ qui se adisse ad initium ejus silvæ dicat, quum dierum iter LX processerit, aut quo ex loco oriatur acceperit : *unde ipse Schœpflinus, hæc præ oculis habens, alibi scripsit* (12) *Herciniam silvam in latitudinem, Rheno fere parallelam, porrigi per Buchoniam Thuringicam et saltus Brunswicensem et Luneburgensem, quæ vocabulis* auf dem Harz *designari solent. Consentit Chronicum Gotwicense* (13), *Baudrandus* (14) *aliique; quin etiam non immerito contendit Gudenus* (15) Herciniam *vulgare fuisse nomen, quod omnibus Germaniæ saltibus datum fuerit.*

sed prope Confluentes;

178 *Hæc probe cognita habebat Eckhartus, quum Attilam saltem ad Mœnum usque processisse tradidit. Recolens scilicet Sidonii Apollinaris verba de Francis Nicro accolentibus, qui Hunnos tunc fuerint secuti, et de excisis Herciniæ silvæ arboribus :* Sub nomine, *inquit* (16), Francorum ad Nicrum Sidonius etiam Francos in pagis Mirogeve et Salogeve sive in dextra Mœni ripas residentes comprehendisse videtur. Cum enim referat Hercyniam in lintres recidisse et Rhenum alno sive lintribus texisse, hoc ipso indicat Hunnos a Pannonia venientes recta via ad Mœnum perrexisse. *Atque hæc satis conveniunt cum opinione cl. v. Amedei Thierry* (17), *quantum saltem attinet ad agmen quod sinistram seu septentrionalem Danubii ripam secutum erat :* (*alterum nempe agmen, ut partim Schœpflino consentiret, per Augustam Rauracorum Gallias adiisse æstimavit :*) *censet scilicet priorem turbam in Gallias penetrasse per viam militarem quæ prope Confluentes* * *trans Rhenum ducta erat;* * Coblence
unde dein Treviros progressa, hanc civitatem deleverit. Trajectus ille sane verisimilis : opportuna enim quam maxime locorum natura et conditio. Inter Confluentes nempe et Antunnacum * *Rheni utraque* * Andernach
ripa clivosa non est aut difficilis, neque alveus ut alibi depressa valle continetur; sed ex utraque parte commodus accessus. Hinc eo loci, prope Cunostein-Engers, *Augusto imperante, sectis lapidibus pons exstructus fuerat, cujus etiamnum apparent vestigia* (18); *et ad dextram Rheni ripam semi-leuca ab hodierno* Nieuwied *castrum positum, quo barbari a Rheno prohiberentur et cujus rudera* (*ante an.* 260 *destructum fuit*) *non ita pridem detecta sunt* (19). *Patebat itaque omnino hæc via Hunnis; atque hac revera eos venisse jam ostendendum est.*

ut colligitur ex testimonio S. Sidonii Apollinaris, quo constat Hunnos, trajecto Rheno, versatos esse in Belgio.

179 *Sidonius Apollinaris, quem belli Attilani res bene doctum fuisse jam diximus, et qui omnium proin accuratissime scripsisse censendus est, tradit in Hunnorum exercitu fuisse Francos ad Nicrum, Thuringos, Burgundiones et Bructeros; quos in transitu exercitui suo adjunxisse Attilam nemo dubitat. Porro Burgundiones, quæ pars ultra Rhenum adhuc consedebat, potentissimæ olim gentis reliquiæ, in pristina sua sede, quam circa annum* 360 *obtinebant, scilicet inter Nicrum, Mœnum et Danubium, reperti sint oportet; Franci ad Nicrum ab hoc flumine usque ad alteram Mœni ripam; Thuringi in pagis Bodegeve et Windogeve, a Boda amne ad Werram usque extensi, paulo supra Mœnum* (20); *Bructeri demum haud procul a Colonia Agrippinæ in meridiem usque ad Lohnam, Nassavii fluvium, Rhenanæ ripæ dextræ adsidebant* (21). *Ultra Lohnam itaque perrexisse Hunnos dubitandum non est; sed non multo longius.* F
Sidonius enim pro sua accuratione, ubi scripsit :

Cecidit cito secta bipenni
Hercinia in lintres et Rhenum texuit alno;

quibus carminibus significatur qua ratione Rhenum Hunni trajecerint; continuo addit ad quam provinciam altera Rheni ripa pertineret. Ait enim :

Et jam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos se, Belga, tuos.

Ostenditur Belgicam primam prope Confluentes extensam fuisse usque ad Rhenum.

180 *Ubi considerandum quod, licet utraque Germania Belgii pars esset, sæculo tamen* V *ambæ illæ provinciæ a Belgio diversæ haberentur. Recole verba Salviani num.* 182 *recitanda. Sic quoque Ausonius, quamdiu Tabernis, quæ in Germania I seu superiori ad Rhenum jacebat, versabatur, se in Belgio non* E

(1) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 631. — (2) Cfr Dubos, Hist. de l'établissement, etc. tom. I, pag. 455 et seqq. — (3) De rebus geticis, cap. 36, ap. Muratori, tom. I, pag. 209. — (4) Panegyricus Avito dictus, Collect. Pisaur. tom. VI, pag. 52.—(5) Dubos, Hist. de l'Établissem., etc. tom. II, pag. 120 et 122.—(6) Amédée Thierry, Histoire d'Attila, tom. I, pag. 146. — (7) Schœpflinus, Alsatia illustr. tom. I, pag. 179. —(8) Hist. de l'Établissem., etc. tom. II, pag. 105. — (9) Alsatia illustrata, tom. I, pag. 225. —(10) Hist. Silvæ Nigræ, tom. I, pag. 6.—(11) De bello Gallico, lib, VI, cap. 25. — (12) Alsatia illustrata, tom. I, pag. 174, not. *x*. — (13) Prodromus, pag. 620. — (14) Lexicon geographicum, v° *Hercynia*.—(15) Notitia Germaniæ antiquæ, tom. I, pag. 82 et seqq.— (16) Rerum Francicarum orientalium tom. I, pag. 30.—(17) Hist. d'Attila, tom. I, pag. 145 —(18) Hontheim. Prodromus historiæ Trevirensis, tom. I, pag. 209, not. *a*. — (19) Hoffmann, Ueber die Zerstoerung der Roemerstaedte an dem Rheine, pag. 12 et seqq. — (20) Eckhart, Rerum Francicarum Orient. tom. I, pag. 30. — (21) Bucherius, Belgium Romanum, pag. 189.

esse

AUCTORE V. D. D.

esse æstimavit; aliter ubi Nivomagi seu Noviomagi * ad Mosellam (1) :

* Neumagen.

Prætereo arentem sitientibus undique terris
Dumnissum * riguas perenni fonteTabernas *,
* Denzen. * Rhein-Zabern.
Arvaque Sauromatum nuper metata colonis :
Et tandem primis Belgarum conspicor oris
Nivomagum, divi castra inclyta Constantini...
Salve amnis laudate agris, laudate colonis,
* Trevirenses.
Dignata imperio debent cui mœnia Belgæ *.

Animadvertendum deinde est quod, quamquam sæculo V *res militaris Confluentina spectaret ad ducem Moguntiacensem* (2), *provincia tamen Trevirensis seu Belgica prima Rheni alveum tetigerit. Pluribus ex C. Julio Cæsare locis Treviros eo usque venisse ostendit Hontheimius, atque uno Strabonis, Julio recentioris* (3). *In alio opere* (4) *produxit alium ex Suetonio in Caligula, cap.* 8. *De hujus scilicet imperatoris patria disserens, testem allegat Plinium his verbis :* Plinius secundus in Treviris, vico Ambiatino supra Confluentes, genitum scribit (5). *Erat itaque Ambiatinus vicus, quod a dextris Confluentium Rheni ripæ insidebat, in Treviris. Accedit Ambiatinum vicum, Baudobricam* *, *Confluentes, Antunnacum, ad lævam Rheni sita, pristinæ diœcesis Trevirensis partes fuisse. Quum autem divisio ecclesiastica, ad normam civilis facta, sæculo forte* III *et certissime* I *recentior sit, quumque Strabo post Augusti obitum, Plinius vero Secundus libros suos non ediderit ante annum Christi* 78, *non ausim adstipulari nobilissimo viro de Walckenaer, statuenti provinciam Germaniæ primæ seu superioris, quæ ante annum Christi* 14 *instituta est* (6), *partim ex Treviris, partim ex Mediomatricis, qua parte Rheno adjacebant, recisam fuisse* (7), *atque ex hoc tempore Ambiatinum virum, Baudobricam, Confluentes et Antunnacum, non Belgicæ I, sed Germaniæ I partem factam esse. Re quidem vera Ammianus Marcellinus* (8) *videtur conterminas facere Germaniam I et II; sed facile potuit brevem angulum, pertinentem ad Belgicam I et inter utramque Germaniam jacentem, negligere; et certe ejus auctoritati præstat divisio ecclesiastica, conjuncta cum Plinii et Strabonis testimoniis.*

* Boppart.

Breviter indicatur quam viam secutus fuerit Attila.

181 *Vellent nonnulli Hunnos per Moguntiacum penetrasse in Gallias; sed non probanda hæc opinio. Imprimis nullus* (*quantum norim*) *veterum tradidit Moguntiacum aliquod ab Hunnis passum fuisse damnum. Dein S. Sidonius non scripsisset Hunnos, transito Rheno, continuo in Belgarum campos se diffudisse; sed, non secus ac Salvianus, alia omnino adhibuisset verba. Hic enim, ubi narrat Vandalos nocte ante initium anni* 407 *circa hanc civitatem irrupisse in Gallias :* Primum, *inquit* (9), a solo patrio effusa est (*gens Vandalica*) in Germaniam primam, nomine Barbaram, ditione Romanam; post cujus exitium primum arsit regio Belgarum, dein opes Aquitanorum luxurantium; et post hæc corpus omne Galliarum. *Quæ quum ita sint, et ut paucis quæ hactenus dicta sunt complectamur, videntur Hunni usque ad Reginum * secutos esse utramque Rheni ripam, hinc Caurum * versus per Franconiam, Taunum montem et Herciniam silvam perrexisse; devenisse tandem in eam Herciniæ partem quæ nunc* Westerwald *appellatur et in qua Lohna fluvius fontes suos habet; hinc excidisse lintres et rates, quæ per Lohnam in Rhenum deducta fuere prope locum, cui nunc nomen* Lohnstein; *hæc prono fluvio natasse usque ad pontem* Cunostein-Engers, *paulo infra Confluentes; atque hic tandem penetrasse in Belgicam primam barbaros.*

C

* Ratisbonne. Nord-Ouest.

D

182 *Sed an uno tantum loco Rhenum transiere? Jam diximus cl. v. Amedeo Thierry visum esse alterum agmen per Augustam Rauracorum, alterum prope Confluentes flumen trajecisse; sed nulla superesse argumenta quibus prius id iter constet. Bucherius de Augusta Rauracorum non meminit; sed a Colonia Argentoratum usque vult Rheni ripas obsedisse Hunnos, et trajectum fecisse. Testimonio scilicet fretus Historiæ Miscellæ* (10), *perhibet Attilæ* exercitum septingentorum millium numero *fuisse; ast hic locus ex Jornande* (11), *ut reliquorum verborum similitudo manifestum facit, desumptus est et* quingenta millia *scribenda sunt. Sed utervis admittatur numerus, Bucherii argumentationi eadem fere inest vis et auctoritas.* Uti tanta hominum colluvies, *inquit,* (12), simul incedere non potuit; ita nec unum Rheni trajectum tenere. Septingenta (*immo* quingenta) hominum millia eam Rheni partem facile impleverint quæ Germaniam saltem primam, (*angulum Belgicæ primæ*) et (*Germaniæ*) secundæ seu inferioris superiora loca præterfluit. Nec suspicari vereor ab Argentorato Coloniam fere usque Rhenum Hunnis tum insessum, tametsi aciem mediam cum Attila circa Moguntiam trajecisse non negaverim.

Non videtur Attilæ exercitus ab Argentorato Coloniam usque Rheni ripas occupasse,

E

183 *Re quidem vera si una hora omnibus transitus faciendus fuisset, in immensam latitudinem extendendus fuisset exercitus : at non ita res peractæ videntur. Sed quid, si singuli, ut quidam fingunt* (13), *monoxylis lintribus, quæ ex cava alno constarent et quæ plaustris ad Rhenum advectæ fuissent, transmiserint fluminis alveum? quin etiam si integræ silvæ ad Rhenum vectæ* (14)? *sane latissimum quoque spatium necessarium fuisset. Sed quis eam interpretandi aut potius absurda comminiscendi probet rationem? Lintres seu naviculas uno ligno confectas et plaustris impositas passim apud Hunnos, ut etiamnum apud Tartaros, in usu fuisse res nota est* (15); *atque hic quoque aliquot necessarias fuisse evidens est, ut rates fierent et ex arborum truncis contexti pontes; sed quum maximo numero equites et plaustrorum ductores haberet Attila, non cymbis, sed per pontes sublicios seu potius rates transvectos fuisse cum equis et curribus nemo negarit. Neque ingens bellicus apparatus Hunnis erat, utpote maxime in sagittis positus; neque magna annonæ copia, quum carne et lacte equino fere vescerentur : quo numerus equorum longe major equitibus solet esse apud has gentes; neque curandus magnopere equorum cibus, quippe qui etiam hieme sub dio pascantur. Quod sicubi prata defuerint, horrea, hiemali tempore plena, facile dederint victum. Et quidem vix aliquid ciborum, qua transibant, videntur Hunni fecisse reliquum; quo cogerent integras fere gentes se sibi sociare. Cæterum lege historiam irruptionum Tartarorum in Poloniam, Tamerlani et aliorum. Quamobrem, quamquam mirabile videatur una parte in Gallias venisse Hunnos tanto numero, non ausim tamen aliter statuere. Et quidem fatebor nonnullum scrupulum mihi superfuisse, postquam hæc literis mandaveram, et me scripto convenisse virum non minus veteris historiæ scientia quam militaribus honoribus conspicuum, ut*

sed in vicinia Confluentium ratibus transiisse Rhenum.

F

(1) Mosella, Idyllium X, Collect. Pisaur, tom. V, pag. 130. — (2) Notitia dignitatum, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 128. — (3) Hist. Trevirensis diplomatica, tom. I, pag. 2. — (4) Prodromus historiæ Trevirensis, tom, I, pag. 40. — (5) Cfr Walckenaer, Géographie ancienne des Gaules, tom. I, pag. 510 et seqq. — (6) Ibid. tom. II, pag. 312. — (7) Ibid. pag. 315, et tom. I, pag. 512. — (8) Rerum gestarum lib. XV, cap. 11. — (9) De gubernatione Dei, lib. VII, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 782. — (10) Lib. XV, ap. Muratori, Scriptores rer. Italic. tom. I. pag. 97. — (11) De rebus Geticis, cap. 35, ap. Muratori, tom. I, pag. 208 et 209. — (12) Belgium Romanum, lib. XVII, cap. 3, pag. 512. — (13) Valesius, Rerum Francicarum lib. IV, tom. I, pag. 158. — (14) Tillemont, Empereurs, Attila, art. VII, tom. VI, pag. 63. — (15) Excerpta e Prisci Historia, pag. 183, edit. Bonn.

ex

A *ex eo sciscitarer utrum fieri potuerit ut immensus Attilæ exercitus ex una parte Gallias ingrederetur, an vero dividendus fuerit in plura agmina. Ad quæ ipse pluribus disserens de conditione similium copiarum, pro sua humanitate respondit rem procul dubio prodigiosam videri; sed certo constare sæpius vetustis temporibus similia prodigia patrata fuisse. Qua auctoritate motus, continuo posui omnem dubitationem. Sane a Bucherio et ab iis qui eum sequuntur facile explicatur* S. Ursulæ *martyrium, quum, ut per reliquas utriusque Germaniæ civitates, sic quoque per Coloniam partem barbari exercitus transiisse narrant. Sed ante omnia veritas colenda est, præterquam objectio vitanda ex die natali petita, qui non ineunte anno, sed autumno celebratur. Reliquum Attilæ iter prosequamur.*

§ XX. Iter Hunnorum a Confluentibus usque ad Aurelianum; atque inde usque ad campos Catalaunicos.

B *Vere anni 451* *Ut supra vidimus, et ut Prosper Aquitanus* (1) *cum reliquis narrat,* bellum Gothis tantum se inferre, tamquam custos Romanæ amicitiæ, denuntiarat *Attila.* Sed, transito Rheno, sævissimos ejus impetus multæ Gallicanæ urbes expertæ. *Adeoque Hunnos se per omnes fere Gallias diffudisse clamant scriptores omnes. Sed* quum *jam aliquanto ante Attilæ ad Ligerim accessum* vulgatum esset in populo, quod suæ ferocitatis impetu Gothis obviam properans extenderet ad amnem Ligericum, ut subversis Aurelianensium mœnibus, satiaret suæ militiæ incrementa (2), *credibile non est exercitus ejus*
*Nord-Ouest. *partem ad Caurum* * *aut septentrionem ivisse atque tunc plures hodierni Belgii civitates, puta Tungros, Atrebates, Cameracum et alias excidisse; sed omnino*
*Sud. *censendum eos perrexisse ad austrum* * *et ad occa-*
*Sud-Ouest. *sum brumalem* *; *atque hinc quoque intelligitur quam parum verisimile sit alterum agmen per Augustam Rauracorum ingressum esse in Gallias atque hinc in septentrionem processisse.*

per Treviros, 185 *Confluentibus perrexere Hunni Treviros versus, se per campos Belgicæ I diffundentes, ut fere*
C *loquitur S. Sidonius Apollinaris. Anonymus enim Freherianus, loquens de Francis :* Venerunt, *inquit* (3), Treviris civitatem super fluvium Mosellam, vastantes terras illas, ipsamque urbem succendentes ceperunt. Nam ante a Chunis fuerat disrupta atque afflicta. *Quod si objicias tantulæ esse auctoritatis hunc scriptorem ut fabulatoris cognonem ei adhæserit, neque dicta :* Namque ante a Chunis *etc legi in omnibus codicibus* (4); *re quidem vera falsa sæpius admiscet veris, et in codice Cameracensi desiderantur indicata verba* (5) : *verum non solus hæc habet, quum scripserit Aimoinus Floriacensis* (6) : Qua tempestate etiam Hunni, Rhenum transeuntes, Mettis civitatem concremant, Treviros diripiunt, Tungrense diripiunt territorium. *In quibus verbis ordo servatus non est, quum Mettis, Treveris et Tungris non intrentur Galliæ, sed linquantur; quod tamen nequaquam voluit Aimoinus, quippe qui postea Aurelianensem obsidionem enarret; adeoque id unum hinc colligendum Treviros ab Hunnis deprædatos fuisse : quod exeunte forte Februario anno 451 factum fuerit. Sed ne Hunni Confluentibus Treviros venisse videantur, objiciunt viam militarem inter utramque civitatem non fuisse stratam. Re quidem vera neque in Tabulis Peutingerianis, neque in Antonini Itinerario hæc indicatur via. Sed an omnes in his libris indicatæ sunt id genus viarum? Nonne (ut de regione vicina loquar) multo plures repertæ sunt in agro Luxemburgensi quam illic sunt notatæ* (7)? *Nonne similiter in Africa seu, si placet, in Mauritania, ex quo tempore ea tellure potiti sunt Galli, multo plures detectæ fuere quam in iisdem describuntur voluminibus* (8)? *An credibile Confluentes et Treviros, stationes tam vicinas et momenti quam maximi, inter se strata publica via non fuisse conjunctas? Sed quod caput est, anonymus Ravennas, qui sub annum 667 scripta sua ad antiquiora documenta exegit* (9), *omnino hanc non omisit viam. Certe ubi scripsit* (10) : Item juxta prænominatum fluvium Mosela, quam Franciam Rhinensem nominavimus, sunt civitates, id est Tulla, Scarbona, Mecusa, Gannia, Treoris, Nobia, Princastellum, Cardena, E
Conbulentia; *nullus dubitavit cl. v. Walckenaer* (11) *quin his indicaretur via publica qua Tullo iretur Confluentes : scilicet Tulla* (*Tullo,* Toul) *Scarbonam* (*Scarponnam,* Scarponne) *milliariis Romanis* 10; *hinc Mecusam* (*Mettas,* Metz) 14; *hinc Ganniam* (*Caranuscam,* Canach) 42; *hinc Treoris* (*Treviros,* Trèves) 20; *hinc Nobiam* (*Noviomagum,* Neumagen); *hinc Princastellum* (Berncastell) 17; *hinc Cardenam* (Carden) 27; *atque hinc demum Conbulentiam* (*Confluentes,* Coblence) 17.

186 *Treviris Metas facilis ducebat via partim ad dextram, partim ad lævam Mosæ.* Metas ipsa Paschatis, *in 7 kalendas Aprilis seu 26 Martii tunc incidentis,* vigilia Hunnos advenisse *scribit S. Gregorius Turonensis* (12), *qui et eamdem misere depopulatam tradit, consentiente Idacio* (13), *auctore synchrono, qui* Mettas *ab Hunnis* effractas *scripsit. Effractis Mettis, ad occidentem flexit Attila, ut constat ex Vita S. Edibii, episcopi Suessionensis, quam Ms. habeo, quamque Maurini* (14) *et Le Moyne* (15) *noverunt, nemo autem hucusque edidit. Sequentia ibidem leguntur :* Igitur cum hic Attila, exercitu præmisso ad urbes Rhemensium et Trecensium, imperante Marciano, regnanteque super Francos F
Meroveo, per Ulcheium et Cungiacum oppida transiret, misit partem exercitus sui ut Suessionem everteret, aliam secum tenuit, tertiam ad castrum Theodorici subvertendum destinavit. *Ulcheium* (Oulchy-la-Ville *et* Oulchy-le-Chatel) *quatuor fere leucis a Suessionibus distat meridiem versus. Cungiacum* (Cougny-les-Oulchy) *adjacet ad orientem. Castrum Theodorici* (Chateau-Thierry) *longius ad meridiem distat et sat notum est oppidum : id quoque nomen indicium est stylo innovatam esse S. Edibii Vitam, quamquam hoc nomine spernendum monumentum non sit. Versabatur itaque Attila inter Suessiones et Theodorici Castrum, utrique loco æque minitans. Verum precibus suis et patrocinio SS. Crispini et Crispiniani obtinuit a Deo S. Edibius, ut Suessiones*

Metas, Remos et Trecas, uno interea agmine occidentem versus Suessionibus et Parisiis minitante, petunt Hunni Aurelianum.

(1) Chronicum ad an. 451, D. Bouquet, tom. I, pag. 634. — (2) Vita S. Aniani episc. Aurelian. ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 645. — (3) Gesta Francorum, cap. 8, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 546. — (4) Tillemont, Empereurs, Attila, art. VII, tom. VI, pag. 64. — (5) Cfr D. Bouquet, tom. II, pag. 546. — (6) Hist. Francorum, lib. I, cap. 6, ap. Migne, Patrologia, tom. CXXXIX, col. 640. — (7) Alexander Wiltheim, Luciliburgensia, pag. 108 et seqq. — (8) De Caussade, Notice sur les traces de l'occupation romaine dans la province d'Alger, in libro Mémoires de la société archéologique de l'Orléannais, pag. 254 et seqq. — (9) Acta SS. tom V Octobris, auctarium, pag. 19. — (10) Lib. IV, cap. 26, pag. 188, edit. Porcheron, et ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 120. — (11) Géographie ancienne des Gaules, tom. III, pag. 90. — (12) Hist. Francorum, lib. II, cap. 6, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 161. — (13) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 619. — (14) Gallia Christiana, tom. IX, col. 555. — (15) Histoire des antiquités de la ville de Soissons, tom. I, pag. 188 et 189.

missas

AUCTORE V. D. B.

missas copias revocaret Attila. Neque dubitandum quin hæc eadem Hunnici exercitus ala minitata fuerit Lutetiæ Parisiorum, S. Genovefæ orationibus servatæ. Cum agmine, quod secum habebat, ivit deinde Attila Trecas, quo procul dubio arcessivit similiter copias relictas Remis et ubi cum S. Lupo episcopo egit, interprete Hunegaiso (*de quo multa narrat Priscus Rhetor*), *eumque cum exercitu suo, donec ultra Rhenum iterum rediret, procedere jussit, divinum auxilium per sanctissimi viri præsentiam exspectans* (1). *Hæc omnia omisit S. Gregorius Turonensis, qui post narratum Mettense excidium sic pergit* (2) : Attila vero a Mettensi urbe egrediens, cum multas Galliarum civitates opprimeret, Aurelianis adgreditur; *adeoque post aliquot dierum obsidionem* bestiam crudelem 18 (3) kalendas Julii *in eo fuisse ut* gregem, *S. Aniano* creditum, laniaret *ex hujus Vita* (4) *novimus; ita ut duo menses inter Mettensem et Aurelianensem obsidiones facile effluxerint.*

quæ civitas, dum se jam dederet, S. Aniani et Aetii ope liberatur.

187 *Dum itaque Mettas et alias complures civitates effringeret et opprimeret Attila, quid Romani, quid Vesigotthi? Initio, alteri in alteros malevoli et aliena damna sibi totidem commoda æstimantes, Hunnos libere procedere siverunt : sed quum Romani incensas civitates, innumeram hominum multitudinem mactatam agrosque vastatos intellexere; similiter quum Vesigotthi eos ad Ligerim appropinquare sibique deletionem minitari audiverunt,* cito et nostris, *inquit Prosper Aquitanus* (5), et Gothis placuit, ut furori superborum hostium, consociatis exercitibus, repugnaretur; *quod fœdus, cujus historiam Jornandes* (6) *nonnihil explicat, ictum fuisse quum jam prope sedes Vesigotthorum seu prope Ligerim essent Hunni, clare indicat Sidonius Apollinaris*(7) : *sub initium itaque mensis Junii anni* 451 *pactio facta sit oportet.* Tanta *porro* Aetii patricii providentia fuit, ut raptim congregatis undique bellatoribus viris, adversæ multitudini non impar occurreret (8). *Non satis tamen tempestive adfuit ut Aurelianensem obsidionem, quam ineunte forte Junio incoharat Attila, solveret. Quin etiam,* apertis portarum repagulis, Attilæ proceres ingressi *jam* erant Aurelianis; plaustra innumera de plebis capta substantia onerabantur *et* subditis imminebat dura captivitas; *quum Aetius, a S. Aniano non sine miraculo monitus,* cum suo ac Gothorum exercitu concitus perrexit, Aurelianis pervenit, hostes imparatos repperit *et maximæ* cædis stragem super eos exercuit. Reliqua pars Hunnorum, quæ ibidem prostrata non cecidit, fugæ præsidium expetunt : donec judicante Domino in loco, qui vocatur Mauriacus, trucidanda gladiis mortis sententiam exspectaret (9).

C

Recedentes, pugnant circa initium Julii pugnam Catalaunicam.

188 *Brevissime post obsidionem Aurelianensem id factum, quum Mauriaca seu Catalaunica pugna, in qua hæc cædes peracta est, exeunte ipso mense Junio aut ineunte Julio pugnata sit. Idacius enim ad annum 4 olympiadis* 507, *seu ad annum Valentiniani* 27, *Marciani primum, paucis bellum Attilanum narrat :* Gens Hunnorum, *inquit* (10), pace rupta, deprædatur provincias Galliarum. Plurimæ civitates effractæ. In campis Catalaunicis, haud longe de civitate quam effregerant Mettis, Aetio duci et regi Theodori, quibus erat in pace societatis, aperto marte confligens, divino cæsa superatur auxilio. Bellum nox intempesta diremit. Rex ille Theodores prostratus occubuit; ccc ferme millia hominum in eo certamine occisa numerantur. *Atqui hæc omnia gesta ante provectum Julium, quum sub hujus initium, ut Garzonius* (11) *monuit, annos suos olympiacos incoharit Idacius, non mense octobri aut januario, ut alii voluere. Quod autem æstate incoharet annum, hoc ipso loco liquet; quum continuo post recitata verba, prodigia hujus anni enarrans, subdat :* Multa anno signa procedunt. Quinto kal. Octobris (*scilicet anni* 450 *secundum computum vulgarem*) a parte Orientis luna fuscatur. In diebus sequentis paschæ visa quædam in cælo in regionibus Galliarum *etc. Et quamquam quæ cohærent aliquando conjungat, post enumerata anni olympiaci prodigia hic subjicit :* Occiso Theodore (*in pugna Catalaunica*), Thorismo filius ejus succedit in regno (*Vesigotthorum*). Hunni cum rege suo Attila, relictis Galliis post certamen, Italiam petunt. *Hæc de tempore. Quod vero ad ipsam pugnam spectat, quum intellexisset Attila sibi non diutius præsidium fore in fraudibus, quibus Romanos æque ac Vesigotthos deluserat eosque in communibus armis suam singulos jam quærere salutem, Ligeris ripas reliquit et septentrionem versus reduxit sua agmina, ad Rhenum redire cogitans. Quocirca in Mauriacos seu Catalaunicos * campos deflexit, quos in Campania Gallica * sitos fuisse dubitandum non est* (12). *Illic eum convenit Aetius cum auxiliaribus, et truculentissimam cum eo inivit pugnam. Eam qui descriptam legere velit, adeat historicos* (13). *Id nobis ex Jornande* (14) *annotandum* in hoc famosissimo et fortissimarum gentium bello ab utrisque partibus CLXII millia cæsa, exceptis XV millibus Gepidarum et Francorum, qui ante congressionem publicam noctu sibi occurrentes, mutuis concidere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte pugnantibus (15). *Idacius* CCC ferme millia hominum in eo certamine cæsa memorat; *quo numero Dubos* (16) *comprehensos vult omnes qui eo bello quacumque ratione ceciderint; Pagius* (17) *errorem esse æstimat,* CCC *pro* CC *positis : quod mihi verisimilius.*

D

E

* Châlons-sur Marne.
* La Champagne

F

in qua nequaquam fusus fuit Attilæ exercitus;

189 Ad internecionem vastatum *Hunnorum* exercitum, fuga dilapsum Attilam, victoriam obtentam ab Aetio patricio cum Thorismodo, *Theodorici Vesigotthorum regis filio, Attilæ* campum spoliatum, *hunc* cum paucis reversum esse *et alia id genus narrat S. Gregorius Turonensis* (18) *et ex eo S. Isidorus Hispalensis aliique. Sed Idatius* (19), *multo melior testis,* bellum nocte intempesta (*non Romanorum aut Vesigotthorum insigni victoria*) diremptum *perhibet; Prosper Aquitanus* (20), *res quoque optime doctus* (*quippe qui Romæ apud S. Leonem degeret*), neutros cessisse *affirmat; et Prosper Tiro Attilam* gravem cladem inflixisse et accepisse. *Neque aliter pugnam cessisse ex Jornande* (21) *apparet, quandoquidem narret Attilam nocte, insequente*

(1) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 644 et 645. — (2) Hist. Francorum, lib. II, cap. 7, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 161. — (3) Cfr Surius, Vitæ SS. ad 17 Nov. pag. 375, et Valesius, Notitia Galliarum, pag. 229. — (4) Ibid. tom. I, pag. 645; et Surius, Vitæ SS. ad 17 Nov. pag. 375. — (5) Chronicum ad an. 451, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 634.—(6) De rebus Geticis, cap. 36, ap. Muratori, tom. I, pag. 209. — (7) Vide supra num. 174. — (8) Prosper Aquitanus, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 634. — (9) Vita S. Aniani, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 646.—(10) Chronicum, ap. Migne, Patrologia, tom. LXXV, col. 727 et seqq. — (11) Ibid. col. 691 et 692. — (12) Cfr Dubos, Hist. de l'Établissement, etc. tom. II, pag. 125 et seq. et Pagius, Critice in Baronium, ad an. 451, num. 25. — (13) Jornandes, de rebus Geticis. cap. 36 et seqq. Valesius, Rerum Francic. lib. IV, pag. 162 et seqq. Dubos, tom. II, pag. 127 et seqq.; Am. Thierry, Hist. d'Attila, tom. I, pag. 182 et seqq. — (14) De rebus Geticis, cap. 41, ap. Muratori, tom. I, pag. 212 —(15) Cfr Pagius, Critice, ad an. 451, num. 25. — (16) Histoire de l'Établissement, etc. tom. II, pag. 137 et seq. — (17) Critice, ad an. 451, num. 26. — (18) Hist. Francorum, lib. II, cap. 7, ap. D. Bouquet. tom. II, pag. 165.— (19) Ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 619. — (20) Ibid. pag. 634 — (21) De rebus Geticis, cap. 40, ap. Muratori, tom. I, pag. 211.

pugnam

A *pugnam,* se suosque intra septa castrorum quæ plaustris vallata habebat, reclusisse; *Aetium* reliquum noctis scutorum defensione transegisse. *Quæ quum probe perspecta haberet Sigibertus Gemblacensis, Turonensem historicum et Hispalensem chronographum corrigere non dubitavit, atque his pugnam retulit verbis* (1) : Conserto prælio in campis Catalaunicis, pugnatum est usque ad diremptionem noctis. Etius superior quidem recessit, Attilam tamen NON usque internecionem delevit. Cæsa sunt ibi centum octoginta milia pugnatorum; inter quos etiam cecidit Theoderitus rex Wisigothorum. Attila, resumpta spe ex Etii discessu, repatriavit, mature rediturus, suppleto exercitu. *Neque alia de causa Aetius superior et Attila victus habitus est, quam quod hic Rheni iter, quod ante instituebat, prosecutus est; atque ita sensit Prosper Aquitanus, scribens* (2) : In quo conflictu (*Catalaunico*), quamvis, neutris cedentibus, inæstimabiles strages commorientium factæ sint; Chunos tamen eo constat victos fuisse, quod, amissa præliandi fiducia, qui superfuerant, ad propria reverterentur.

sed utraque pars maxime passa est et sibi timuit.

B 190 *Vesigotthos præliandi fiduciam non amisisse indicat Jornandes; immo Thorismundum* patris Theodorici mortem inter reliquias Hunnorum vindicare contendisse : Aetius vero metuens, *sic pergit idem* (3), ne, Hunnis funditus interemptis, a Gothis Romanorum premeretur imperium, præbet hac suasione consilium ut ad sedes proprias remearet; regnum, quod pater reliquerat, arriperet : ne germani ejus, opibus sumptis paternis, Vesegotharum regnum pervaderent. Quo responso suscepto, relictis Hunnis, redit ad Gallias, *ultra Ligerim.* Simili et Francorum regem dolo fugavit *Aetius* (4). Attila igitur, discessione cognita Gothorum, quod de inordinatis colligi solet, et inimicorum magis æstimans dolum, diutius se intra castra continuit. Sed ubi hostium absentiam sunt longa silentia consecuta, erigitur mens ad victoriam, gaudia præsumuntur atque potentis regis animus in antiqua fata revertitur... Attila, nacta occasione de recessu Vesegotharum, et quod sæpe optaverat cernens hostium solutionem per partes, mox jam securus ad oppressionem Romanorum movit procinctum (5). *In id scilicet unum studebat Aetius ut vires omnium barbarorum, Gotthorum et Francorum æque ac Hunnorum, inter se committeret et contereret, cavens tamen ne ulla gens, splendidiori relata victoria, superbior*

C *fieret et potentior. Cæterum, quum quatuor provincias Lugdunenses, Maximam Sequanorum et potiores Belgicarum et Germaniæ primæ partes Romani adhuc potirentur, videbat legionibus Romanis adhuc viam patere; ita ut, ubi occasio se daret, facile adire possent sive per Alpes, sive per Ligerim Vesigotthos eosque opprimere. Francos vero dimittendo, eosdem redeuntium Hunnorum furori permittebat. Exsecrabilis profecto in rebus administrandis calliditas et in sociis prodendis fallacia : sed vix unum ducem Romanum hoc ævo reperire est, qui non amicos æque ac hostes luderet aut nefarie traderet. Atque ex his quæ hactenus retulimus, facile intelligere est Hunnorum vires nequaquam contritas fuisse pugna Catalaunica; eos cum immensa hominum multitudine pedem retulisse Rhenum versus; et satis validos fuisse ut civitates munitas, qualis erat Colonia, effringerent. Cæterum, priusquam Coloniam venerint, eosdem plures civitates munitas diruentes cernere erit.*

AUCTORE V. D. B.

§ XXI. De transitu Hunnorum per Belgium usque Coloniam Agrippinæ.

Prima sedes Francorum in Belgio ad Wahalim et in Toxandria;

Quoniam magna pars Ursulani martyrii ab itinere Hunnorum per hodiernum Belgium pendet, id propius investigandum est; et ante omnia Francorum sedes indagandæ. Quod posterius argumentum singulari cura versavit cl. v. Bartholomæus Dumortier (6), *non minus scientiæ laude quam patriæ amore insignis; in cujus opusculo de hac re id unum forte desiderandum est ne optimis probationibus aliæ interdum minus firmæ immixtæ essent. Sed facile has seponere licet, neque his certe impedimur quin optimum hunc ducem sequamur. Porro Francos Salios et Sicambros eamdem fuisse gentem, vel ex his solis S. Remigii ad Chlodovæum verbis constat* (7) : Mitis depone colla, Sicamber. *Octo autem circiter annis ante Christum Augustus, teste Suetonio* (8), Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. *Id in acceptis referendum Tiberio, qui, eodem teste* (9), *bello* Germanico quadraginta millia deditiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit. Quatuor *tantum* millia *habet Eutropius* (10). *Horum sedes inter Wahalim, Mosam et insulas Zelandiæ fuisse videntur* (11). *Postea eos aggressi sunt Saxones, eosque qui ad septentrionem habitabant pepulerunt in insulam Batavicam* (12) : *dum alia pars ad meridiem flexerit, scribente Ammiano Marcellino* (13) Francos eos videlicet, quos consuetudo Salios appellavit, ausos olim apud Toxandriam-locum habitacula sibi figere prælicenter. *Hodierno autem vico* Tessender-loo *in Campinia videtur repræsentari* Toxandria-locus. *Quæ pars in insula Batavica consistebat et anno* 293 *multa erat passa damna, anno* 358 *a Quadis* (*quæ Saxonicæ gentis pars erat*) *turbata est et partim expulsa* (14) : *ita ut sæculo* V *S. Sidonius Apollinaris de iis canere potuerit* (15) :

E

Sic ripæ duplicis tumore fracto
Detonsus Wachalim bibat Sicamber.

F

secunda sedes in arvis Neviorum, quæ non videntur ultra Scaldim fuisse extensa;

192 *Secunda Francis assignata in Belgio sedes sub annum* 291 *et quidem in Nerviorum arvis. Audi Eumenium in Panegyrico ad Constantium et Maximianum* (16) : Tuo, Maximiane Auguste, nutu Neviorum et Treverorum arva jacentia Lætus postliminio restitutus et receptus in leges Francus excoluit. *Læti Franci iidem mihi sunt ac censuarii seu vectigales : quæ autem Nerviorum sint arva, agitata sæpius quæstio. Tempore C. Julii Cæsaris* (17) Ambianorum... fines Nervii attingebant *et* Atrebates et Veromanduos finitimos *habebant. Ultra Scaldim adeoque ad mare usque eos porrectos fuisse censent*

(1) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VI, pag. 309. — (2) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 634. — (3) De rebus Geticis, cap. 41, ap. Muratori, tom. I, pag. 211 et 212. — (4) Gregorius Turon. Hist. Francorum, lib. II, cap. 7, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 165. — (5) Jornandes, de rebus Geticis, cap. 41, ap. Muratori, tom. I, pag. 212. — (6) Discours sur l'Établissement des Francs dans les Gaules, prononcé au congrès scientifique d'Arras, le 29 août 1853. — (7) Gregorius Turon Hist. Franc. lib. II, cap. 31, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 177.— (8) In Octav. Cæs. Aug. cap. 21, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 571.— (9) In Tiberio Neron. Cæs. cap. 9, ibid. pag. 571. — (10) Lib. VII, ibid. pag. 571. — (11) Discours sur l'Établissement, etc. pag. 9.— (12) Zosimus, lib. III, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 579. Cfr Panegyricus incerti auctoris in Maximianum et Constantium, cap. 4, ibid. pag. 714. — (13) Lib. XVII, cap. 8, ibid. pag. 553. — (14) Zosimus, lib. III, ibid. pag. 579.— (15) Carmen XIII, ibid. pag. 812. — (16) Cap. 21, ibid. pag. 714. — (17) De bello Gallico, lib. II, cap. 15 et 16.

nonnulli

AUCTORE V. D. B.

nonnulli eo indicari, quod mulieres, quique per ætatem ad pugnam inutiles videbantur, in eum locum conjecerant, quo propter paludes exercitui aditus non esset (1) : *quæ loca alibi* (2) æstuaria et paludes *appellat Cæsar, et quæ nonnullis eadem habentur ac quæ nunc obvia sunt in partibus septentrionalibus Flandriæ, vulgari nomine* Poldres *nota. Sed haud satis firma hæc argumentatio, quum facile fieri potuerit ut Nervii extra territorium uxores et liberos dimiserint. A Bononia enim seu Gessoriaco multa tunc per littus æstuaria.*

quis esset tractus Nervicani limitis.

193 *Eodem etiam referuntur S. Paulini ad S. Victricium Rothomagensem scribentis verba* (3), *quibus* Morinorum terram in remotissimo Nervici littoris tractu *ponit. Verum an temera suspicio est, verba* Nervici littoris *scripta esse loco* Nervici limitis? *Nuspiam enim alibi* Nervicum littus *reperitur. Sed Rictius seu potius Rictus Varus, ut jam pridem animadvertit Browerus noster* (4), *in Actis SS. Quintini, Crispiniani et Macri* Nervici LIMITIS *præfectus legitur et in Notitia dignitatum, sub iniens sæculum* V *conscripta, comparet* vir spectabilis dux tractus Armoricani et Nervicani *seu* TRACTUS Armoricani et NERVICANI LIMITIS (5). *Quod si* limitis, *loco*, littoris *substituendum sit in S. Paulini epistola, facile cernitur nil amplius hinc concludi posse. Ut enim quinque provinciæ quæ divisione militari, dicta* tractu Armoricani limitis, *claudebantur, non a solis incolebantur Armoricanis, sic quoque* tractus Nervici *seu* Nervicani limitis *non a solis Nerviis occupabatur, quandoquidem universa Belgica II intra ejus jacebat fines. Sub sæculum* III *videtur præfectura militaris tractus limitis Nervicani conjuncta fuisse cum præfectura Armoricani, postea vero iterum disjuncta; ita ut ineunte sæculo* V *esset sub dispositione viri spectabilis ducis Belgicæ secundæ* (6). *Attamen pristinum nomen mansit, eoque usus est S. Paulinus, quemadmodum etiamnum Picardiam, Artesiam etc. nuncupamus, et nudus titulus relictus duci tractus Armoricani. Quamobrem non ausim sinistram Scaldis ripam assignare Francis, a Maximiano Augusto in Nerviorum arva deductis; sed consentiendum cl. v. Dumortier* (7) *eos fuisse collocatos in pristina diœcesi Cameracensi, qua amplus Brachatensis pagus capiebatur.*

B

Tertia sedes Francorum in agris Tornacensi, Cameracensi

194 *Tertiam adepti sunt sedem Franci, rege Chlodione. Sed de tempore et modo frequens controversia. Verba S. Gregorii Turonensis dabimus, pauculis intermixtis notulis :* Ferunt etiam, *inquit* (8), tunc Chlogionem, utilem ac nobilissimum in gente sua, regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum (*Duysbourg, vetus castrum Diestemii*), quod est in termino Thoringorum, *qui scilicet, ut paulo ante scripserat idem historicus,* transacto Rheno, Thoringiam transmearant, ibique juxta pagos vel civitates reges crinitos super se creaverant. In his autem partibus, id est ad meridionalem plagam, habitabant Romani usque Ligerim * fluvium... Chlogio autem, missis exploratoribus ad urbem Cameracum, perlustrata omnia, ipse secutus, Romanos proterit, civitatem adprehendit : in qua paucum tempus residens usque ad Suminam * fluvium occupavit; *et quidem, priusquam Cameracum apprehendit,* Tornacensem urbem obtinuit, *ut loquitur Frelherianus anonymus* (9. *Hæc ante annum* 428, *quo* pars Galliarum propinqua Rheno, *ut tradit Prosper Aquitanus* (10), (*ita designans regionem quæ inter Somonam et Tornacum est, et* quam Franci possidendam occupaverant,) Aetii comitis armis recepta. Superati *itaque, Idacii* (11) *verbis utor,* per Aetium Franci, in pace suscepti *sunt anno* 432 *et exclusi Atrebatum finibus. Unde de occasione pugnæ, quæ verisimillime sub annum* 446 *pugnata est ad Helenam vicum* (*eumdem hunc esse locum recte statuit cl. v. Dumortier ac* Halènes-sur-Marais, *situm ad viam militarem Romanam, Tornacum inter et Atrebates, ad Deulam fluvium, proxime ad Atrebatum fines*) *scripsit S. Sidonius Apollinaris* (12) :

...Francus quo Cloio patentes
Atrebatum terras pervaserat.

C

* La Loire.

* La Somme.

D

et in Tarvannensi seu Morinensi.

195 *Videtur autem Chlodio non tantum potitus esse agris Cameracensi et Tornacensi usque ad Atrebates, verum etiam Morinensi. Sane, quum postea regnum ejus in tres partes divisum est, verisimile est Chararicum regem, quem Chlodoveus prius presbyterum fieri jussit* (13), *dein occidit* (14), *Morinensi regno præfuisse* (15). *Quod vero potioris momenti est, quum lex Salica scripta fuit, usque ad mare protendebatur Francorum Tornacensium regnum; scripta autem fuisse videtur paulo antequam Childericus, anno* 457 *propter luxuriam e regno ejectus, anno* 464 *Ægidii opera regno restitueretur* (16). *In ea porro lege, titulo* L de Filtortis, qui Salica lege vivunt, *duplex statuitur temporis spatium, intra quod rei et testes mallo se sistere debeant* (17) : Si intra Ligerim aut Carbonariam aut citra mare ambo manent, et qui cognoscitur et apud quem cognoscitur, in noctes XL placitum faciant... Quod si trans Ligerim aut Carbonariam ambo manent, ille apud quem res agnoscitur, in noctibus LXXX lex ista custodiatur. *Jam vero quid his duplum tempus conceditur, nisi quod extra regni fines habitarent? Unde consequens fit regnum Francorum Tornacensium finitum fuisse Silva Carbonaria, quæ a territorio Atrebatum vergebat ad Sabim secundum rivum Hanam *, ad septentrionem Cameracensis regni, atque hinc ad dextram Sennæ porrigebatur supra Bruxellas.* Liger *videtur fuisse qui nunc Legia,* la Lys, *fluvius dicitur; adeo ut mare apud Morinos omnino quærendum videatur. Reliquam autem Flandriam ad Legiæ sinistram Menapii, Saxones aliæque gentes occupabant. Quarta Francorum per Belgium propagatio ad posteriora tempora spectat.*

* La Haine.

E

F

Francorum in Belgio compositio tempore belli Attilani.

196 *Quum itaque Attila anno* 451 *Gallias invasit, pars Francorum utramque Wahalis ripam occupabat, interpositis Saxonibus, a reliqua fere gente separata; alia habitabat Toxandriam, cujus non minima pars hodierna provincia Antverpiensi clauditur; reliqua, Limburgensi; atque hic quidem reperire est tria loca, in quibus malli de probanda lege Salica habiti sunt, scilicet Salagheve* (Zeelhem, *prope Diestemium** *ad orientem*), *Bodogheve* (Badehoven) *et Windogheve* (Wintershoven?); *quæ capiebantur Thoringia Cisrhenana, dequa inferius, aut certe ei finitima erant. Tertia Francorum pars inter Carbonariam Silvam et Legiam habitabat; et quarta, huic finitima, diœcesim Morinensem et eam diœcesis Cameracensis partem quæ ad meridiem Carbonariæ Silvæ jacebat. Singulis*

* Diest.

(1) Lib. cit. cap. 16. — (2) Lib. cit. cap. 28. — (3) Epist. XIX, cap. 4, ap. Migne, Patrologia, tom. LX, col. 239. — (4) Cfr ibid. col. 853. — (5) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 127, col. 2. — (6) Ibid. pag. 128, col. 1. — (7) Discours sur l'Établissement, etc. pag. 19. — (8) Hist. Francorum, lib. II, cap. 9, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 166 et 167. — (9) Gesta regum Francorum, cap. 5, ibid. pag. 544. — (10) Chronicum, Coss. Felice et Tauro, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 630. — (11) Chronicum, tom. cit. pag. 617. — (12) Panegyricus, Majoriano dictus, v. 212 et 213, tom. cit. pag. 802. — (13) Gregorius Turonensis, Hist. lib. II, cap. 41, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 184. — (14) Fredegarius, cap. 27, tom. cit. pag. 401. — (15) Malbrancus, lib. II, cap. 38; cfr D. Bouquet, tom. II, pag. 184, not. *d*. — (16) Dumortier, Discours sur l'Établissement, etc. pag. 27 et seqq. — (17) Ap. D. Bouquet, tom. IV, pag. 151.

tribubus

A *tribubus singuli præfuisse videntur reges* (1); *inter quos tamen principatum obtinuisse videtur Chlodio rex Tornacensis, qui et in ipsos Francos Transrhenanos per filium, quem eis in occiduas partes proficiscens præfecerat, auctoritatem exercuisse censendus est. Atque hoc loco recitanda videntur integra Prisci Rhetoris verba, ad quæ alibi, num.* 171, *jam allusimus.*

Prætextu discordiæ inter Francos ad Nicrum et Cisrhenanos in Gallias irruit Attila.

197 *Agens scilicet de causis, quibus Attila ad bellum Galliis inferendum motus fuerat :* Attilas, *inquit* (2), in varias distrahebatur sententias et dubius hærebat quos primum aggrederetur. Tandem operæ pretium se facturum existimavit, si ad majus bellum se converteret. Illic enim sibi rem fore non solum cum Italis, sed etiam cum Gotthis et Francis : cum Italis, ut Honoriam cum ingentibus divitiis in uxorem acciperet : cum Gotthis, ut Genserichi gratiam promereretur. Attilæ Francos bello lacessendi causa fuit regis illorum obitus, (*qui non potest esse nisi Chlodio, anno* 448 *vita functus*), et de regno inter liberos ejus controversia. Major (*qui scilicet ad Nicrum Francis præerat*) Attilam, minor (*qui patrem Tornacum secutus erat*) Aetium in auxilium vocare statuerat. Hunc Romæ vidimus legationem obeuntem, nondum lanugine

B efflorescere incipiente, flava coma propter densitatem et magnitudinem super humeros effusa. *Quod iter Romanum institutum fuerit oportet, dum pater adhuc viveret; verisimiliter inter annum* 428, *quo ad fluvium Somonam pugnatum est, et annum* 432, *quo Francos in pace susceptos fuisse vidimus; non autem* (*ut quidam volunt*) *post Chlodionis mortem, quandoquidem tunc non legationem obivisset* (*quæ res necessario fit alieno nomine*), *sed ipse suas res procurasset.* Hunc Aetius in filium a se adoptatum, multisque quum ab ipso, tum ab imperatore ornatum muneribus, amicitia bellique societate promissa, dimisit, *et postea, quum pater decesserat e vita, ejus adversus fratrem majorem suscepit partes : atque hinc intelligitur cur Franci ad Nicrum se addiderint Attilæ exercitui, Cisrhenani Aetii.*

Post pugnam Catalaunicam Attila pergit Veromanduos, Cameracum et Atrebates

198 *Graves itaque impellebant Attilam causæ ut post Catalaunicam pugnam Francos in Belgio versantes impeteret, quin immo id unum erat ex tribus consiliis quæ per bellum Gallicanum perfecta volebat. Ex campis ergo Catalaunicis perrexerunt Hunni septentrionem versus et venerunt Augustam Veromanduorum, ut colligere est ex Ratbodo, qui in Vita S. Medardi, explicans quare Veromanduis Noviomum translata fuerit Veromanduensis cathedra,* intolerabilis Hunnorum irruptionis *meminit* (3). *Quin hinc Cameracum iverint barbari, dubitandum non est, quamquam nullum* (*quod sciam*), *præter obscurum Balderici* (4), *antiquum supersit testimonium : non enim alia nisi per Camerarum Suessionibus Atrebates ducebat via, quo eos devenisse certissime constat.*

C

quos omnino evertit;

199 *Mitto anonymos annales, quos laudat Bucherius* (5), *ut testimonium invocem brevioris seu vetustissimæ S. Vedasti Vitæ, quippe quæ Henschenio scripta visa sit ante annum* 667 (6) *et certe ab auctore qui dissidiorum, quæ olim inter Francos Cisrhenanos et Nicranos efferbuerant, bene memor erat, ita ut Attilam* Necaronorum regem (*quod hi sub eo militarent*) *appellet* (7); *similiter Vitam profero, ab Alcuino circa annum* 800 *emendatam* (8), *et Chronicum Balderici Cameracense et Atrebatense* (9), *sæculo* XI *collectum. Audi quid prior biographus, agens de S. Vedasti in Atrebatum urbem primo ingressu, narret :* Contigit ergo, *inquit,* ut ecclesiam introiret, quam cernens incultam, ac negligentia civium paganorum prætermissam, veprium densitate oppletam ac stercoribus bestiarumque habitaculis pollutam; memoriter cordi subdidit omnique tristitiæ colla submisit. Hæc prorsus hominis habitatio urbem frequentabat, quæ olim ab Attila, Necaronorum rege, diruta, turpi fuerat squallori relicta. *Hæc fusius explicata in Vita, Alcuini studio correcta :* Vir Dei, *ait,* favore populi suffultus, singula civitatis loca peragrans, quæsivit inter ruinas ædificiorum, si quod ecclesiæ signum inveniri valuisset. Nam in antiquis ferme temporibus, sacræ in illis locis fidei floruisse religionem agnovit; sed propter peccata habitatorum terræ illius, occulto Dei judicio, sed justissimo, tradita est cum ceteris Galliæ vel Germaniæ civitatibus pagano et perfido Hunnorum regi Attilæ urbs quoque illa deprædanda, qui propter nimiam animi sui sævitiam, nec sacerdotibus Dei honorem, nec ecclesiis Christi reverentiam impendere sciebat : sed omnia, quasi tempestas immanissina, ferro vastavit et igne. Tunc in E similitudinem Hierosolymitanæ vastationis, quæ ab impio rege Babylonis facta est, venerunt gentes in hæreditatem Dei, et pollutis manibus profanaverunt sacraria Christi, effundentes sanguinem servorum Dei circa altaria altissimi regis. Non hæc paganorum fecit fortitudo, sed populi Christiani meruerunt peccata. Invenit vero famulus Christi antiquæ ruinas ecclesiæ, inter murorumque fragmenta veprium crescere densitates : ubi quondam psallentium chori, ibi lustra et latibula ferarum visa sunt, stercoribus et immunditiis omnia plena, ita ut vix vestigium aliquod remansisset murorum. *Similia, non tamen omnino eadem, habet Baldericus.*

AUCTORE V. D. B.

Penetrarunt inde in agrum Tornacensem, unde a dextris aut a sinistris Silvæ Carbonariæ,

200 *In Tornacense quoque regnum penetravit Attila, teste Fredegario Scholastico, qui hæc literis mandavit* (10) : Wiomadus, Francus fidelissimus ceteris Childerico, qui eum, cum a Chunis cum matre captivus duceretur, fugaciter liberaverat. *Videtur nonnullis altera exercitus Attilani ala deflexisse Teruanam atque hinc visitasse partem littoris Saxonici : quod argumentum singulari studio prosecutus est Reverendissimus Dominus Malou, episcopus Brugensis, in singulari dissertatione de vastatione Flandriæ facta ab Attila* (11), *quam ad Chronicum monasterii Aldenburgensis, sæculi* XI *monumentum, adjecit; sequentem, qui in eo legitur, illustrans locum* (12) : In hac Flandria antiquorum industria civitatem statuit, munitam et fortem, ut res poscebat, quum juxta litus maris sita a barbaris insularum crebro impetebatur. Hæc civitas, quondam ab Athalo rege diu obsessa et tandem devicta, decorem et fortitudinem, atque urbanam frequentiam, hostili gladio intercepta, amisit et de sibi relictis parvum oppidum restauravit, *cui nomen Aldenburg. Verum, sive hæc vera sint, sive falsa, parum* (*ut patet*) *ad nos attinent et facile mitti possunt. E Tornacensi agro an Bagacum ad Orientem profecti sint Hunni, et deleverint castrum Ambra*[illegible], *ut sæculo* XII *tradidere* (13), *an vero septentrionem versus inter Scaldim et Sil-*

F

Saint-Hubert

(1) Cfr Gregorius Turonensis, Hist. lib. II, cap. 9, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 166. — (2) Excerpta de legationibus, pag. 40, edit. Paris. 1648. — (3) Act. SS. ad 8 Junii, et in Act. SS. Belgii, tom. II, pag. 150. Cfr. Hemeræus, Augusta Veromanduorum vindicata et illustrata, lib. I, cap. 7 et seqq. pag. 15; et Colliette, Mémoires pour servir à l'histoire du Vermandois, lib. II, cap. 58, tom. I, pag. 119. — (4) Chronique d'Arras et de Cambray, par Balderic, lib. I, cap. 7, pag. 20, edit. Leglay. — (5) Belgium Romanum, pag. 119. — (6) Acta SS. Belgii, tom. II, pag. 28. — (7) Ibid. pag. 40. — (8) Ibid. pag. 55. — (9) Lib. I, cap. 7, pag. 20. — (10) S. Gregorii Turonensis Hist. Franc. epitomata, cap. 11 ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 396. — (11) Dissertation sur les ravages d'Attila en Flandre, in Op. cui titulus : Chronicon monasterii Aldenburgensis, edit. J.-B. Malou, pag. 97 et seqq. — — (12) Opp. cit. pag. 54. — (13) Cantatorium S. Huberti, ap. Pertz, Mon. Germ., tom. VIII, pag. 568.

AUCTORE V. D. B.

ram Carbonariam, equidem definire non ausim; licet probabilius mihi sit posteriorem hanc viam, qua Chlodio cum suis Francis viginti tribus circiter annis ante Tornacum venerat, prælatam fuisse : non enim plane liberum erat Attilæ se qua vellet movere, quum instaret a tergo Aetius, impediens ne novo impetu iterum in Gallias irrueret. Utut id est, sive inter Silvam Carbonariam et fluvios Sabim Mosamque per viam militarem Tornaco Pontem Scaldis (Escaupont), *Bagacum* (Bavay), *Vodgoriacum* (Waudré), *Geminiacum* (Vieuville? Gemblours?), *Perniciacum* (Acosse *seu* Epine d'Acosse, *aliis* Perwez *aut* Branchon) *atque hinc demum Atuatucam* (Tongres) (1) *perrexerint Hunni, sive recta Tornaco Lovanium versus, itinere inter Silvam Carbonariam a dextris, et Scaldim, Rupelum, Diliamque a sinistris itinere instituto, iverint; certum omnino est eos Atuatucam seu Tungros usque venisse, aut certe in vicinam regionem. Accipe testimonia.*

a longe prosequente Aetio, venerunt in Thoringiam Belgicam, quam a sinistris Rheni,

201 *Fredegarius in Fragmentis de historia Francorum, quæ ex variis partim notis, partim ignotis scriptoribus collegit, et in quibus plura (Idacii historia, quam etiam in Historia Francorum epitomate laudat* (2), *utens) de bello Attilano refert quæ, quamquam prima specie a reliquis narratibus dissona, in concordiam sat facile reduci possunt; postquam narravit quibus fraudibus Aetius Vesigotthis suaserit ultra Ligerim abire, sic pergit* (3) : Agecius vero cum suis, etiam Francos secum habens, post tergum direxit Chunorum; quos usque Thoringia a longe prosecutus est; præcepitque suis, ut unusquisque, B nocte ubi manebant, decem sparsim focus facerent, ut immensa multitudine semilarent. Quievit hoc prælium. Agecii consilio Gallia ab adversariis liberatur. *Verum hæc prosecutio ita a longe facta est, ut ne, quantum fieri posset, in provincias Romanis adhuc parentes irrueret Attila, sed ut simul liberum ei esset Francos et civitates brevi Francis subdendas pluribus atterere cladibus et damnis. Atque hæc ex his, quæ paulo ante de Atrebatibus aliisque civitatibus vidimus, satis manifesta sunt. Consideranda potius hæc verba :* Agecius vero cum suis, etiam Francos secum habens post tergum direxit Chunorum; quos USQUE THORINGIA a longe PROSECUTUS EST, *et quærendum quæ sit Thoringia, quo usque Aëtius Hunnos prosecutus est. Nequaquam ambigendum quin citra Rhenum sita fuerit. Quis enim admittat Aetium Rhenum trajecisse cum multo paucioribus copiis quam haberent Hunni, et in Turingiam, quæ* C *in media Germania posita est, penetrasse? Et quidem, ut sæculo* V *duplex erat Burgundia et duplex Francia, sic quoque duplex erat Thoringia; altera pristina sedes gentis, altera colonorum qui e patria cesserant. De priori nulla est controversia; sed posteriorem numquam fuisse ego profecto non video quomodo affirmare potuerit R. D. Ernst* (4) *cum Germanis aliquot.*

exstitisse ostenditur ex S. Gregorio Turonensi,

202 *Prætereo locum Procopii* (5), *acerrime impugnatum, licet difficultates, quas post alios Ernstius facessivit, jam pridem probe solverit D. Bouquet. Sed audi Gregorium Turonensem* (6), *cujus quidem verba partim supra dedimus, sed hoc loco repetenda sunt :* Tradunt multi, *inquit, de origine Francorum disserens,* eosdem de Pannonia fuisse digressos; et primum quidem littora Rheni incoluisse : dehinc transacto Rheno, Thoringiam transmeasse; ibique juxta pagos vel civitates reges crinitos super se D creavisse, de prima et (ut ita dicam) nobiliori suorum familia. Quod postea probatum Chlodovechi victoriæ tradidere, idque in sequenti digerimus. Nam et in Consularibus legimus Theodemerem regem Francorum, filium Richemeris quondam et Aschilam matrem ejus gladio interfectos. Ferunt etiam tunc Chlogionem utilem ac nobilissimum in gente sua regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habebat, quod est in termino Thoringorum. In his autem partibus, id est ad meridionalem plagam, habitabant Romani usque Ligerim fluvium. Ultra Ligerim vero Gotthi dominantur. *Quibus quid clarius desiderari possit equidem non video. Franci dicuntur, e Pannonia egressi, prius Rheni littora incoluisse; dein trajecisse Rhenum atque hac ratione venisse in Thoringiam. Hinc ut se expediat Ernstius* (7), *contendit non esse legendum* Rhenum, *sed* Reganum, *vulgo* Regen, *qui fluviolus nomen suum dedit Ratisbonnæ* (Regensburg). *Verum hæc opinio cum omnibus pugnat codicibus; et cum sequentibus S. Gregorii Turonensis verbis :* In his autem partibus, id est ad meridionalem plagam, habitabant Romani usque Ligerim fluvium; *quæ* E *vera sunt, si referantur ad Thoringiam Belgicam, falsa, si ad Germanicam. Postea quidem scriptores, procul a Belgio positi, ignorarunt in eo regiunculam esse Thoringiam dictam, adeoque Chlodionis castellum, Dispargum nomine, ultra Rhenum collocatum voluere; sed qui in vicinia Thoringiæ Belgicæ scripserunt, eam nominarunt non semel.*

ex biographis S. Arnulfi Metensis, ex superstite villa Thoringia et ex Ægidio Aureæ Vallis.

203 *Scriptor coævus vitæ S. Arnulfi episcopi Mettensis hæc memoriæ mandavit* (8) : Temporibus quoque Dagoberti regis... cum patrias Toringorum cum eodem rege invisendas intrasset; *atqui quin hæ* Toringorum patriæ *citra Rhenum fuerint quis ambigat? Agitur enim hoc loco de Dagoberto quem Chlotharius* anno XXXVIIII regni, *Christi* 622, super Austrasios regem instituit (9), *et intra cujus proinde terras Thoringia erat. Accedit Umnonis in Vita S. Arnulfi latiori testimonium* (10) : Alio deinceps tempore, *inquit,* isdem præsul cum præfato rege Dagoberto Turingorum regionem intraverat, quæ non modica provinciæ pars est Germaniæ secundæ, in qua est Colonia metropolis, ubi cum in regalibus componendis demoraretur *etc. Usque ad ultima tempora exstitit in partibus Lovanii, Thenarum aut Diestemii villa,* Thoringi *nomine; certe anno* 1786 *in cubiculo capitulari de Hougarde legebatur sequens inscriptio* (11) : HIC JACET ALPAÏS, COMITISSA D'HOUGARDEN, QUÆ EX PROPRIO CASTRO EXTRUXIT ECCLESIAM, IN EADEMQUE INSTITUIT CANONICOS, HONORIFICE PRÆBENDATOS, QUÆQUE NOBIS DONAVIT GELDONIAM ET THORINGOS. (HÆC POSTREMA NIMIRUM CAP. * S. PAULI.) *Recens utique hæc inscriptio; sed certum argumentum canonicis de Hougarden villam tunc fuisse,* Thoringos *dictam, eamdem (ni fallor) ac* Tourinnes, *caput comitatus de* Tourinnes, *qui Alpaïdis dominium fuisse traditur. Ægidius Aureæ Vallis Toringorum Belgicorum quoque meminit :* Hæc, *inquit* (12), Turingiorum metropolis Francorum Tungris, quæ juxta præsagium B. Servatii coram Hunnis jussu Dei corruit, florentissima famosissimaque erat. *Neque dici potest ex nominum etymologia aut vicinitate hæc ab eo deducta fuisse; nam paulo post* F

* capellæ

(1) Cfr Walckenaer, Géographie ancienne des Gaules, tom. III, pag. 90, et Schayes, les Pays-Bas avant et durant la domination romaine, tom. II, pag. 250 et 251.— (2) Ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 394. — (3) Ibid. tom. II, pag. 462 et 465. — (4) Histoire du Limbourg, tom. I, pag. 259 et seqq.—(5) De bello Gotthico, lib. I, cap. 12, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 30.—(6) Hist. Francorum, lib. II, cap. 9, tom. cit. pag. 166 et 167.—(7) Hist. du Limbourg, tom. I, pag. 265. — (8) Act. SS. tom. IV Julii, pag. 436. — (9) Fredegarii Scholastici Chronicum, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 452. — (10) Act. SS. tom. IV Julii, pag. 445.—(11) Tableau de la ville et du diocèse de Liége pour l'an 1786, pag. 92. Cfr Moulaert, Essai sur le comté de Brunengeruz in tomo X seriei II Bulletins de la commission d'histoire, pag. 192. — (12) Ap. Chapeaville, Gesta episcoporum Leodiensium, tom. I, pag. 17.

scribit :

A *scribit :* Appellata porro traditur Tungris, quasi *tunderis*, sive *tu ungeris ; et inferius :* Sicut autem civitas Tungris, ita omnis regio Tungria, incolæ vero dicebantur Tungri. *Non itaque sensit Ægidius Tungros et Thoringos, licet eamdem fere regionem incolerent, eamdem fuisse gentem; neque id ego sensero. Tungri primævi erant incolæ; Thoringi vero advenæ, qui verisimiliter sæculo* V *ineunte Rhenum trajecerint. Sed hujus loci non est conjecturis indulgere ; id unum hic statuendum ad septentrionem Silvæ Carbonariæ sæculo* V *et deinceps plagam fuisse dictam Thoringiam, atque eo usque Aetium a longe prosecutum esse Hunnos.*

Vastant Hunni Tungrense territorium et ad 21 *Octobris Coloniæ versantur.*

204 *Quum autem in has partes venisset Attila, pronum erat ut hic, non secus ac alibi omnia popularetur et pessumdaret : neque hujus rei desiderantur testimonia.* Tungrense territorium ab Hunnis vastatum fuisse *tradunt Annales lecti Bucherio* (1) *et Aimoinus Floriacensis* (2). *Verumenimvero, quum tam alte in Belgium penetrarunt Hunni, una eis hinc trans Rhenum patebat via, scilicet per Coloniam; quod nemo revocarit in dubium, qui oculos conjecerit vel in mappas topographicas, quibus inscriptæ sunt veteres viæ publicæ aut militares, vel in antiqua*
B *itineraria. Quum autem Hunni inter* 14 *Junii, qua solverunt obsidionem Aurelianensem, et initium mensis Julii, quo in Catalaunicis campis pugnaverunt, in Campaniam perrexerint, et dein multas vastarint civitates et oppida, Coloniam Agrippinam profecto venerint oportet post medium mensem Octobrem, ita ut virginibus Ursulanis mortem intulerint circa diem* 21 *hujus mensis; qua etiamnum celebrari earum passionis anniversariam memoriam non est quod iterum moneamus lectorem.*

§ XXII. An Colonia SS. Virginum palæstra.

Omnia clamant S. Ursulam *et socias passas esse Coloniæ.*

Superius § XVI *ostendimus beatas virgines ab Hunnis fuisse cæsas; deinde* § XIX *demonstrare conati sumus eas ab Hunnis fuisse enectas, non quum ineunte anno* 451 *in Gallias irruperunt, sed quum post pugnam Catalaunicam, æstate ejusdem anni summa contentione et incredibili cæde pugnatam, Rhenum repeterent. Sed jam audio qui opponant inter eruditos non convenire eas cæsas fuisse Coloniæ Agrip-*
C *pinæ; Baronium, Lindanum, Velserum aliosque earum martyrium statuisse in ostiis Rheni, ubi inter Lugdunum * et Matilonem * Prætorium Agrippinæ * II P. M. ab Lugduno situm erat* (3) ; *quod cum Colonia Agrippina confusum fuerit. Verum hæc ea tantum mente ficta sunt, ut Galfredi Monumetensis historiæ fides conciliaretur, et aperte pugnant cum universis alicujus auctoritatis monumentis. Hæc enim omnia* S. Ursulæ *palæstram Coloniam Agrippinam fuisse clamant. Eo numero sunt quæ inferius de* S. Ursulæ *et Sociarum sepultura disseremus; similiter antiquissimus Sermo in Natali, Wandelberti Prumiensis carmina, et Passio* Regnante Domino; *deinde ea quæ de pluribus Coloniæ erectis ecclesiis novimus; insuper plura sæculo* X *ab episcopis Coloniensibus data diplomata; verbo, universa historia Ursulana (nam Hunnos umquam navibus Rheni ostia visitasse quis uspiam præter Galfredum somniavit?); atque ea quoque omnia, quæ ad Ursulanum cultum spectant; neque hæc, utpote luculentissima, latius explicanda sunt. Quamquam autem altera opinio eo ipsa corruat, juverit tamen eam directe ab Hermanno Flecieno, quem supra num.* 93 *jam laudavimus, impugnatam videre. Accipe ejus dissertationem* (4).

* Leyde.
* Rynenburg
* Romenburg

206 Alteram, *ait*, de loco passionis opinionem diximus eorum esse, qui tradunt non Coloniæ Agrippinæ passas virgines, sed alibi potius, et pleraque earum corpora Coloniam fuisse delata et condita. Sic enim Martyrologium Romanum Lugduni impressum. « Apud Coloniam Agrippinam natalis SS. Ursulæ et sociarum ejus, quæ pro virginitatis constantia ab Hunnis interfectæ martyrio vitam consummaverunt, et plurima earum corpora Coloniam delata fuerunt. » Venetiis cum Notationibus Baronii editum hoc modo : « Apud Coloniam Agrippinam natalis SS. Ursulæ et sociarum ejus, quæ pro Christiana religione et virginitatis constantia ab Hunnis interfectæ martyrio vitam consummarunt et plurima earum corpora Coloniæ condita fuerunt. » Statuit ergo Martyrologium Virgines Coloniæ non, sed alicubi martyrio affectas, nec tamen certum aliquem locum nominat. Cæterum Baronius, quod in Martyrologio prætermissum est, supplet et certum locum designat, nempe Germanici maris littus, in Notationibus. Quin et tom. IV. E
Annalium ad annum 383 cum Marco Velsero Augustano adhuc magis expresse eumdem locum indicat his verbis : « Disseruimus de his in nostris Notis ad Romanum Martyrologium, Lindanique episcopi Gandavensis viri eruditione clarissimi adstipulationem adjecimus; quibus accedant, quæ vir nobilis et cum primis disertus Marcus Velserus in fragmentis itinerariæ antiquæ tabulæ summa peritia illustratis haud pridem edidit, ubi agit de Prætorio Agrippinæ ad mare sito : cujus sententiæ, antiquorum monumentorum fide certa testatæ, haud inviti subscribimus. Tu velim ipsum consulas. » Insuper verba Velseri hæc sunt : « Ad hoc prætorium Agrippinæ quod in scheda invenitur, ubi Rhenus influit in mare, revocanda est cædes virginum Britannicarum, quam ab Hunnis Coloniæ Agrippinæ patratam fama ex nominis errore orta proditum. » Hæc illi.

Recte ostendit Fleienus errare Baronium et Velserum sentientes SS. Virgines cæsas fuisse in Prætorio Agrippinæ,

207 In alia opinione esse invenitur doctissimus vir Suffridus Petrus, lib. I de Frisiorum origine, cap. 9, ut ex his ejus verbis intelligimus : « Hæc autem civitas Frongeist, temporis successu in celeberrimum emporium excrevit. Eam Romani, posteaquam Bataviam et Frisiam istam invasissent, ob vicinitatem F
nominis, quam cum Italiæ civitate Verona habebat, etiam Veronam appellarunt. Quæ nominis similitudo eos decepit, qui historiam undecim millium virginum conscripserunt : qui cum audissent eas ex Britannia solventes, vi tempestatum Veronam appulsas, et Veronam non aliam nossent, quam istam Italicam, absurdum rati quod referebatur, pro Verona Bonnam supposuerunt, hoc est, historiam veram inscitia sua suspectam reddiderunt. Ad hanc enim Frisiæ Veronam eas appulisse nec absurdum nec incredibile erat, cum ex Britannia in hunc portum facilis trajectus esset. » Hactenus ille. Si hæc ita habent, uti referuntur, vel saltem alterutrum verum existit, corruit sane quidquid de loco martyrii nos paulo ante constituimus. Quare ut nostram sententiam veram probemus, hæc ipsa sunt refutanda. Equidem non magnopere laboro de Martyrologio, quod, si sano intelligatur sensu, nihil alienum a veritate infert. Nam totus ille ager ab ecclesia S. Gereonis ad Rhenum usque,

Suffridum Petri narrantem eas appulisse in Frongeist,

(1) Belgium Romanum. pag. 512. — (2) Hist. Francorum, lib. I, cap. 6, ap. Migne, Patrologia, tom. CXXXIX, col. 640.— (3) Cfr Walckenaer, Géographie ancienne des Gaules, tom. III. pag. 72. — (4) Ap. Lippeloo, Vitæ SS. tom. IV. pag. 789 et seqq.

AUCTORE V. D. B.

in quo campo passim corpora e terra eruta habentur, cum ecclesiis in eo ædificatis adusque annum 1180 extra civitatem Coloniensem exstitit, et quæcumque reliquiæ societatis in ipsa civitate reperiebantur extrinsecus illatæ fuerunt. Etsi enim Solinus, ut supra diximus, agrum Ursulanum ad reverentiam Virginum vallo fossaque munivisse fertur, Philippus tamen archiepiscopus dicto anno civitatem multo ampliorem, quam eo usque fuerat, reddens, novis mœnibus non tantum agrum Ursulanum, sed et multa alia pia loca et ecclesias ambientibus cingere cœpit, ut tradunt Chronica Coloniensia fol. 176.

cujus loco Veronam scriptam fuisse sibi ab Hadriano Junio perperam persuadere passus est;

208 Porro nec obest nobis opinio Suffridi Petri, quippe qui neque de loco martyrii quidquam narrat, et manifestissimum errorem continet : nusquam enim in historia virginum alicujus Veronæ fit mentio, neque a quoquam Bonna unquam fuit supposita; sed fit hoc in historia SS. Thebæorum et Maurorum præsertim Cassii, Florentii, Malhusii et sociorum, in qua aliud oppidum præter Bonnam Veronæ substitui nequivit. Cujus auctor ipse a me monitus auctorem nominavit, quem fuisset secutus, errorem non defendit. Sumpsit autem hanc
B narrationem ex Batavia Hadriani Junii, ubi ista leguntur : « Indicavit mihi per epistolam inter alia multa Nicolaus Vorstius, vir non postremæ eruditionis, Lugdunianæ scholæ moderator, se a gravis auctoritatis viro jureconsulto Coloniensi accepisse, in historia, qua undenum virginum millium profectio e Britannia insula pertexitur, narrari illas navibus impositas et fœda tempestate jactatas Veronam appulisse : id quod de hac nostrate Verona probabiliter dicitur, quod istud emporium vicinum fuerit alveo fluenti illius, quod Caninefacium terga claudebat, e Rheno productum, et præterlabens Crabbedamum, in mare decurrebat; ostenditurque etiamnum apud Veronenses campos alveus decliviore solo, ubi ostium et aditus portus fuerit e mari appellentibus navibus. De qua cum ne per somnium quidem triviale istud concionatorum genus quidquam inaudisset, fidesque historiæ transalpinam illam respueret, pro Verona Bonnam nugatorie (ne dicam falso) interpretatur, præter rationem omnem. » Hæc ille satis petulanter. Quæ enim est ratio nostros concionatores verbis tam procacibus et contumeliosis proscindendi in historia, quam ipsemet ignoravit, et in qua quicumque jureconsultus fuit,
C quem sequitur, erratum suum agnoscere debet? Sed et ad Baronii ac Velseri dicta facilis est responsio. Quis enim id umquam probet, quod nullius gravis auctoris judicio contra omnem antiquitatem, contra publica monumenta affertur?

nil juvare narrationem Galfredi Monumetensis;

209 At sequitur Baronius veteris historici auctoritatem, qui hoc affirmat. Scio Baronium ex episcopo Asaphensi contexere in Notis suis historiam virginum, in qua verba, quæ paulo ante recitavi, inveniuntur. An autem verba antiqui auctoris vere expresserit, vel ejus etiam interpretis Asaphensis, recte cognoscemus, si verba ipsa paulo diligentius discusserimus. Verba Asaphensis sic habent libro quinto istius historiæ, cap. 16 : « Parato autem navigio ingrediuntur mulieres naves, et per Thamesin fluvium maria petunt; postremo cum vela versus Armoricos divertissent, contrarii venti in classem insurrexerunt, et in brevi totam societatem dissipant. Periclitabantur ergo naves intra maria in majore parte submersæ, quæ vero totum periculum evaserunt, appulsæ sunt in barbaras insulas, et ab ignota gente sive trucidatæ sive mancipatæ. Inciderant siquidem in nefandum exercitum Guanii D
et Melgæ, qui jussu Gratiani nationes maritimorum et Germaniæ dira clade opprimebant. Erat autem Guanius rex Hunnorum, Melga vero Pictorum, quos adsciverat sibi Gratianus, miseratque in Germaniam, ut eos qui Maximiano faverent, inquietarent. Per maritima ergo sævientes obviaverunt prædictis puellis in partes illas appulsis. Inspicientes igitur earum pulchritudinem lassivire cum eis voluerunt, sed cum abnegavissent puellæ in eas ambrones irruerunt, maximamque partem sine pietate trucidaverunt. » Hæc auctor iste, ex quibus nullum arbitror certum locum haberi posse, in quo virgines nostræ cæsæ dicantur. Propalam enim dicit appulsas fuisse in barbaras insulas, et ab ignota gente trucidatas, et quamquam hanc ignotam gentem mox nominat, scilicet exercitum Guanii Hunnorum ducis et Melgæ Pictorum; tamen nusquam nominat vel insulas vel locum Germaniæ, ubi in manus eorum inciderint virgines; de quibus etiam certo affirmare non audet, an cæsæ, vel an mancipatæ fuerint. Nec obstat quod a Gratiano in Germaniam missos dicat Hunnos et Pictos, quando apertis verbis adjicit, factum hoc ut maritimas nationes simul et Germaniam, istis in locis ad vires Maximi E
frangendas, infestas tenerent. Ut ergo auctor ille in dubio relinquit, si societas illa interemta sit : ita et hoc, quo loco, an alibi in barbara aliqua insula, vel in maritima aliqua natione, vel an in Germania perierit nusquam definit. Quare virgines in littore Germanico occisione periisse ex illo auctore evinci meo quidem judicio non potest : et errat Baronius id affirmans, errat Velserus certiorem adhuc locum ostendens. Insuper et hoc ex superioribus repetendum arbitror, hanc ipsam historiam de Guanio et Melga incertam esse, et a nostra historia prorsus alienam.

universis Coloniæ monumentis significari ibi cæsas fuisse S. Ursulam *et socias.*

210 Addo et illud : in ambitu civitatis Coloniensis præter metropolitanam ecclesiam numerari decem ecclesias collegiatas, sexdecim monasteria virorum, triginta sanctimonialium, novemdecim parochiales, et quam plurima alia sacella, item oratoria virorum ac mulierum. Et cum tot sint templa et fana in hac civitate, omnia tamen reliquiis et ossibus SS. Virginum, hic et non alibi ex terra erutis, ita sunt referta, ut mirum sit inveniri, qui putent, tot olim corpora ad milliaria nostra Germanica vinginti sex aut plura fuisse ex loco passionis Coloniam usque translata, ut sepulturæ F
traderentur. Quid, quod nec alibi extat aliquod vestigium tantæ cladis præterquam Coloniæ Agrippinæ, et nemo veterum alterius alicujus loci meminit, ut jam antea etiam diximus. Denique hoc quoque ut observetur dignum judico, corpora defunctorum ex una regione in aliam numquam transferri solita, nisi ut honestiori loco reponerentur ad majorem eorumdem honorem : quod hic factum dici non potest, cum non in ipsam civitatem, sed in agrum extra situm, terræ mandata fuerint. Idcirco tandem concludimus, virgines nostras in agro Coloniensi martyrio fuisse affectas.

Fabula de martyrio S. Ursulæ *in Sclavonia.*

211 *Nolim hoc loco omnino intactam præterire Passionem quamdam* S. Ursulæ, *quam anno* 1855 *Franciscus Zambrinius* (1) *ex codice Magliabecchiano, clas.* XXXVIII, *num.* 104, *cart.* 56 *et part.* IV, *num.* 104, *lingua vulgari veteri in lucem dedit et quæ a reliquis omnibus, quoad loca spectat, omnino dissentit. In ea perhibentur parentes* S. Ursulæ *rex et regina Hungariæ fuisse; regis ultramarini filius ejus matrimonium ambivisse; pacta fere eadem,*

(1) Collezione di Leggende inedite, tom. I, pag. 177 — 205.

quæ

A *quæ in Passione* Regnante Domino *occurrunt, hic quoque leguntur; ibidem etiam dicitur* S. Ursula *cum undecim millibus virginum profecta ad Limina Apostolorum atque hinc ad Sepulcrum Domini, quod est in Jerusalem; ubi vero Romam intrarunt, earum comitatu tam vehementer gavisus esse papa, ut eam cum multis cardinalibus secutus sit; perrexisse omnes simul in Terram Sanctam, transeuntes Thusciam, Longobardiam et Allemanniam; venisse dein in desertum et ditionem regis Sclavoniæ, qui cum Sultano Babyloniæ affinitatem et amicitiam inierat; hic autem, timens ne hæc turma procederet, Sarracenorum sibi ereptura terras, misisse adversus eam exercitum centum quinquaginta millium hominum et interrogasse* S. Ursulam *quæ hæc sua gens esset; atque ubi intellexit Christianos esse, mortem aut apostasim eligendam esse dixisse; quæ ut responderunt se malle mori pro Christo, omnes peremptæ fuisse. Hujus porro Passionis scriptori præluxit procul dubio Vincentii Bellovacensis narratio aut alia similis; verum, ut eam lectoribus (quippe qui magis horrerent Sarracenos quam Hunnos) gratiorem exhiberet, pro ingenio suo mutavit tempus, loca aliasque circumstantias, omnia juxta novam, quam animo con-*

B *ceperat, normam refingens. Sed hæc vix commemoratione, nulla autem confutatione digna sunt. Redeamus itaque ex hoc diverticulo Coloniam et quæ medio sæculo* V *ejus esset facies ante omnia investigemus.*

§ XXIII. Coloniæ status politicus et moralis ante Hunnorum adventum. Ætas scriptorum Salviani.

Coloniæ Agrippinæ origo et vetera fata.

C *Quum anno U. C.* 698 *in has partes venisset C. Julius Cæsar, ad dexteram Rheni reperit Ubios, civitatem olim amplam et florentem, et ceteris Germanis humaniorem, propterea quod Rhenum attingerent, multique ad eos ventitabant mercatores, et ipsi propter propinquitatem Gallicis moribus assuefacti erant. Hos quum Suevi, gens ferox et prædæ agendæ studiosissima, multis sæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemque civitatis, finibus expellere non potuissent, tamen sibi vectigales fecerant, ac multo humiliores infirmioresque reddiderant* (1). *Hinc facile sese eo deduci passi sunt Ubii, ut Romanis, a quibus auxilium adversus oppressores exspectabant, obligarent fidem suam eamque, obsidibus datis, sacram facerent. Octodecim annis post, Ubios non invitos Agrippa citra Rhenum seu ad sinistram ripam traduxit* (2) *eosque in multo firmiorem fidem accepit. Anno vero Christi* 50, *ejus neptis, Agrippina, quo auctoritatem suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetravit; cui nomen inditum ex vocabulo ipsius* (3) *et Claudii mariti :* Colonia Claudia Agrippina Augusta (4); *brevius* Colonia Agrippina *seu* Agrippinensis, *aut nude* Colonia, *vel* Agrippina (5). *Anno Christi* 69, *quum Civilis Germanicas gentes ad bellum commovisset, cæteris plus passi a prædonibus Ubii, quod gens Germanicæ originis, ejurata patria, Romanorum nomine Agrippinenses vocarentur* (6) : *ita ut brevissimo tempore cum veteranis colonis in unum coaluissent corpus. Abstinuere tamen ab ipsa Colonia rebelles, sed paulo post in societatem suam redegerunt* (7). *Paulus* (8), *sæculo* II *jurisconsultus celeberrimus, eos* juris italici *fuisse dixit; quo præter alias immunitates tributo in caput et tributo in solum erant liberi* (9). *Quadrangulum erat et satis magnum novum oppidum, in longitudinem extensum perticas mensuræ Rhenanæ* (Rhuten) 200, *in latitudinem* 190 (10); *muris mœnibusque firmissimis cinctum* (11), *ita ut sine obsidionali labore expugnandum non esset.*

AUCTORE V. D. B.

Status politicus et civilis Coloniæ ante barbarorum adventum.

213 *Quum porro Augustus imperator Gallias in quatuor majores provincias divisit, voluit Belgicam, utpote barbaris conterminam, in tres separari partes seu minores provincias, Germaniam scilicet superiorem, Germaniam inferiorem et Belgicam : quemadmodum ex Tacito, Ptolomæo et Dione, manifestum fecit De la Barre* (12). *Singulis præerat* Legatus proprætor (15), *qui et* augusti *dicebatur* (14); *quod hæ provinciæ cæsarum sollicitudini, non vero senatus commendatæ essent. Titulus eis quoque datus* præses provinciæ (15), consularis (16) *et alii hujuscemodi. Quum nullus dux pluribus provinciis præponeretur (quod raro tantum fiebat* (17)), *supremam in provinciis quisque suis habebant singuli potestatem. Ubi sedem habuerit legatus Germaniæ secundæ seu inferioris ante conditam Coloniam Agrippinam me latet; sed postea eam metropolim fuisse ibique habitasse legatum cæsaris constat ex titulo* Q. Tarquitii Catuli, legati augusti, cujus cura prætorium in ruinam conlapsum ad novam faciem restitutum (18). *Coloniæ Agrippinæ regundæ præpositi erant decuriones, qui imago erant senatus Romani et ordinem seu curiam constituebant* (19). *Anno* 321 *rescriptum ad eos dedit Constantinus imperator* (20) *quo permisit judæos aliquot ad curiam vocari : unde constet magno illic hos fuisse numero. Ut prætorium Coloniæ erat, sic quoque theatra, ut ex Salviano* (21) *constat. Templum aquarum seu thermas exstruxere Antoninus et Hadrianus* (22). *Pontem etiam, gloriam imperii Romani et ornatum limitis, qui facultatem* F *faceret quoties liberet in hosticum transeundi, tertio aut quarto suo anno Constantinus imperator super Rhenum incohavit* (23) *eumque deinceps usque ad oppositum castrum Divitense deduxisse videtur* (24). *Coloniæ literæ quoque floruerunt, quantum colligere licet ex titulis etiamnum superstitibus* (25) *et ex Salviano, qui inde videtur ortus; neque minori in honore reliquæ artes habitæ, sculptura, musica etc. : ita ut mirum non sit eam urbem a Salviano* (26) *referri* inter præclarissimas *Galliarum, et a Zosimo* (27)

(1) C. Jul. Cæsaris Comment. de bello Gallico, lib. IV, cap. 3. — (2) Strabo, lib. IV, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 26. — (3) Tacitus, Annal. lib. XII, cap. 27. — (4) Cfr Steiner, Codex inscript. roman. Rheni, tom. II, pag. 106. — (5) Cfr Aug. Aldenbrück's Geschichte des Ursprungs und der Religion der alten Ubier, tom. I, pag. 101 et seqq. edit. J. W. Brewer. — (6) Tacitus, Hist. lib. IV, cap. 29. — (7) Ibid. cap. 63, 64, 65, 66. — (8) Cfr Justus Lipsius, ad Annal. lib. XII, not. 65, Opp. Taciti, pag. 194, — (9) Cfr Pitiscus, Lexicon Antiq. v° *Jus italicum*. — (10) Minola, Kurze Uebersicht dessen was... am Rheinstrome Merkwürdiges ereignete, pag. 270, Coloniæ, 1853. — (11) Cfr Tacitus, Hist. lib. IV, cap. 64; Zosimus, lib. I, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 576. — (12) Mém. de l'académie des inscriptions, tom. VIII, pag. 403 et seqq. — (13) Ibid. pag. 404. — (14) Cfr Steiner, Codex inscriptionum romanarum Rheni, num. 651, 768, 788, 852, 854, 446 etc. — (15) Ibid. num. 446. — (16) Notitia dignitatum, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 125; Cfr Eckhel, Doctrina numorum, tom. IV, pag. 259 et seqq. — (17) De la Barre, Mém. de l'académie des inscriptions, tom. VIII, pag. 404. — (18) Steiner, Codex inscript. num. 852. — (19) Cfr Bimard, diss. II, ap. Muratori, Inscriptt. tom. I, col. 82. — (20) Cfr D. Bouquet, tom. I, pag. 746. — (21) De gubernatione Dei, lib. VI, cap. 8, ap. Migne, Patrologia, tom. LIII, col. 116 et 117. — (22) Cfr D. Bouquet, tom. I, pag. 143 B et note *b*. — (23) Eumenius Rhetor in Panegyrico Constantini, ap. Aldenbrück, de Ponte Constantiniano, pag. 7. — (24) Cfr Opus. cit. — (25) Cfr Aldenbrück, de religione antiquorum Ubiorum dissertatio, pag. XXXII et passim. — (26) De gubernatione Dei, lib. VI, cap. 15 et 14, ap. Migne, Patrologia, tom. III, col. 123 et 124. — (27) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 576.

vocari

AUCTORE V. D. B.

vocari maximam *et ab Ammiano* ampli nominis urbem (1). *Quo magis appareat quam splendida esset hujus civitatis conditio, recole eam a Gallieno imperatore sedem assignatam fuisse Salonino filio suo, quem cæsarem dixerat et cujus nomine, utut pueri, universas Gallias administratas volebat* (2). *Quum ea occasione urbem cepit Postumus* (*quod anno* 260 *circiter factum est*), *inscripto numis* COL. CL. AGRIP. *nomine, eam honestavit tyrannus. Unum aut alterum, signatum consulatu ejus quarto, qui cum Christi anno* 264 *verisimiliter concurrit, protulit Eckhelius* (3), *monens alios plures, a Golzio atque etiam a Brewero, Aldenbrückii recentiori editore, promptos, figmenta esse. Complures alii Agrippinæ versati tyranni et imperatores; sed transeuntes potius quam commanentes.*

A Francis invaditur sub medium sæculum IV; *sed restauratur, circa annum* 400 *iterum patet barbaris.*

214 *Verum brevi minus splendida eam manserunt fata. Mense Julio anni* 355 *Silvanus Francus, magister peditum per Gallias, Coloniæque Agrippinæ consistens, inimicorum suorum perfidia eo adductus fuerat ut, quo vitæ et honori consuleret, purpuram indueret; sed viginti octo diebus post ausorum pœnas luit : quo omnia circa Rhenum turbata et Francorum irruptionibus patefacta. Julianus, cui dein* B *apostatæ nota inhæsit, creatus cæsar et Galliis præfectus. Taurinos ubi pervenit mense decembri, perlatus ad eum nuntius* Coloniam Agrippinam pertinaci barbarorum obsidione reseratam magnis viribus et deletam (4). *Perrexit sine mora ad Rhenum cæsar*

* Brumat *et prope Brocomagum* * *Germanos devicit.* Nullo itaque post hæc repugnante, ad recuperandam ire placuit Agrippinam, ante cæsaris in Gallias adventum excisam. Igitur Agrippinam ingressus, *decimo circiter mense postquam in hostium manus civitas devenerat* (5), non ante motus est exinde quam, Francorum regibus furore mitescente perterritis, pacem firmaret reipublicæ interim profuturam et urbem reciperet munitissimam (6), *seu mœnibus iterum firmaret; hæc enim munimenta, ut Juliani ad Athenienses epistola suadet, diruta fuisse videntur; quamquam et ipsa civitas plurimum passa sit, quam Ammianus* deletam *dixit et* excisam. *Ea dein potiti Romani, donec Stilico circa annum Christi* 400 *Rhenum militibus nudavit, quo barbaris Gallias invasuris viam sterneret. Hinc inter annum* 406 *et* 409 innumerabiles et ferocissimæ nationes universas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes et Pyreneum est, quod Oceano et Rheno includitur, Qua-
C dus, Wandalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni et (o lugenda respublica!) hostes Pannonii vastarunt. Etenim Assur venit cum illis Maguntiacum : nobilis quondam civitas, capta atque subversa est, et in ecclesia

Worms. multa hominum millia trucidata. Vangiones * longa obsidione deleti. Remorum urbs præpotens, Ambiani, Attrebatæ, extremique hominum Morini,

* Spire. Tornacus, Nemetæ *, Argentoratus, translati in Germaniam. *Hæc anno* 409 *ad Agurechiam scribebat S. Hieronymus* (7); *locutione* translati in Germaniam, *quam classici quoque scriptores novere, significans tot in utramque Belgicam et Germaniam superiorem Francos seu Germanos penetrasse; agrisque occupatis* (*nam urbium sedem plerique tamquam retia fugiebant*), *tanta multitudine ibidem consedisse, ut civitates Romanæ, quæ in his provinciis conditæ erant, in media Germania positæ viderentur. Expresse Germaniæ secundæ aut Coloniæ Agrippinæ* D *non meminit Hieronymus : sed quum per eam in Belgicam secundam pateret via, ejus conditio non melior fuisse censenda quam aliarum civitatum, ad Rheni ripas conditarum.*

Ante medium sæculum V *Franci Coloniam circumsedent eamque sibi vectigalem faciunt*

215 Coss. Felice et Tauro, *seu anno* 428, Actius, multis Francis cæsis, quam occupaverant propinquam Rheno Galliarum partem recepit, *ut auctor est Cassiodorus* (8) *et ante eum Prosper Aquitanus* (9). *Eos tamen non coegit ad ripam Rheni orientalem repetendam, sed tantum ad se subjectos fatendos imperio Romano et ad facienda stipendia; de qua re dictum est num.* 194. *Certe ante tempus, quo Salvianus suos de Gubernatione Dei libros conscripsit* (*quod proxime post annum* 440 *ab eo factum mox demonstrabimus*), *obsidebant Franci utramque Rheni ripam et Coloniæ Agrippinæ potentissimi erant; quod ex ipso Salviano apertum est. Hic enim, postquam docuit circenses, theatra et alia quæ vocat* spei nostræ et salutis excidia *in mediis publicis calamitatibus, non minus frequentata fuisse quam si Deus non significasset his suam accendi indignationem et iracundiam, ita pergit* (10) : Sed videlicet responderi hoc potest, non in omnibus hæc Romanorum urbibus agi. Verum est. Etiam plus ego E addo, ne illic quidem agi, ubi semper acta sunt antea. Non enim hoc agitur jam in Moguntiacensium civitate; sed quia excisa atque deleta est. NON AGITUR AGRIPPINÆ; SED QUIA HOSTIBUS PLENA. Non agitur in Treverorum urbe excellentissima; sed quia quadruplici est eversione prostrata. Non agitur denique in pluribus Galliarum urbibus et Hispaniarum. Et ideo væ nobis atque impuritatibus nostris! Quæ spes christianis plebibus ante Deum est, quandoquidem ex illo tempore in urbibus Romanis hæc mala non sunt, ex quo in barbarorum jure esse cœperunt? *Tunc tamen dominabantur adhuc Coloniæ Agrippinæ Romani; sed permixti Francis seu Germanis, quibus consuetum fuisse pacem et tranquillitatem pecunia vendere satis innotescit. Hinc* calamitas fisci, *ut loquitur Salvianus,* et mendicitas jam Romanii ærarii non sinebat ut *Coloniæ aliisque in locis* in res nugatorias perditæ profunderentur expensæ.

et cives male habent et exhauriunt.

216 *Neque fiscum tantum Agrippinensem exhauserant Franci, sed in singulos quoque cives multa impie ausi erant. Ex Salviano denuo, ad amicos* (*ut videtur*) *Lirinenses scribente, specimen accipe :* Ado-
F lescens, *inquit* (11), quem ad vos misi, Agrippinæ cum suis captus est, quondam inter suos non parvi nominis, familia non obscurus, domo non despicabilis, et de quo aliquid fortasse amplius dicerem nisi propinquus meus esset. Hoc enim fit ut minus dicam, ne de me ipso dicere videar, de illo plura dicendo. Matrem ergo is, de quo dico, Agrippinæ, viduam reliquit, probam, honestam, et de qua forsitan audacter dicere valeam, vere viduam. Nam præter cæteras castimoniæ sapientiæque virtutes, est etiam fide nobilis, quæ omnibus semper ornatibus ornamento est : quia sine hac nihil tam ornatum est quod ornare possit. Hæc ergo, ut audio, tantæ illic inopiæ atque egestatis est, ut ei nec residendi, nec abeundi facultas suppetat, quia nihil est quod vel ad victum, vel ad fugam opituletur. Solum est quod mercenario opere victum quæritans, uxoribus barbarorum locatitias manus subdit. Ita, licet

(1) Rerum gestar. lib. XV, cap. 8. — (2) Cfr Tillemont, Mémoires, Empereurs, Gallien, art. IV, tom. III, pag. 184. — (3) Doctrina numorum, tom. I, pag. 74. — (4) Ammianus Marcellinus, Rer. gest. lib. XV, cap. 8. — (5) Julianus imp. in epist. ad Athenienses, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 725. — (6) Ammianus Marcellinus, lib. XVI, cap. 3. — (7) Epist. XCI, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 744. — (8) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 650, not. *a*. — (9) Ibid. pag. cit. — (10) De gubernatione Dei, lib. VI, cap. 8, ap. Migne, Patrologia, tom. LIII, col. 116 et 117. — (11) Epist. I, ap. Migne, tom. LIII, col. 158 et 159.

per

A per Dei misericordiam vinculis captivitatis exempta sit, cum jam non serviat conditione, servit paupertate.

Quanta esset Coloniæ corruptela, antequam Salvianus libros de Gubernatione Dei scriberet.

217 *Dum tam infausta uterentur conditione Colonienses, nequaquam hinc movebantur ad demerendam sibi per castigatos mores Dei misericordiam. Testis est iterum Salvianus; qui quamquam nomen urbis non exprimat, fortassis quia patriæ, Agrippinam tamen indicasse Bucherio* (1), *Valesio* (2), *Tillemontio* (3), *D. Bouquet* (4), *Baluzio* (5) *aliisque visus est. Post descriptos scilicet Moguntiacensium corruptos mores :* Quid in alia, *inquit* (6), non longe sed prope ejusdem magnificentiæ civitate? Nonne eadem et rerum ruina pariter et morum? Nam præter cætera cum duobus illic præcipuis et generalibus malis, avaritia et ebrietate, omnia concidissent; ad hoc postremo rabida vini aviditate perventum est, ut principes urbis ipsius ne tunc quidem de conviviis surgerent, cum jam urbem hostis intraret. Adeo etiam Deus ipsis evidenter, ut credo, manifestare voluit cur perirent; cum per quam rem ad perditionem ultimam venerant, eam ipsam agerent cum perirent. Vidi ego illic res lacrymabiles, nihil scilicet inter pueros
B differre et senes. Una erat scurrilitas, una levitas : simul omnia luxus, potationes, perditiones : cuncta omnes pariter agebant, ludebant, ebriebantur, enecabantur; lasciviebant in conviviis, vetuli et honorati, ad vivendum prope jam imbecilles, ad vinum prævalidissimi; infirmi ad ambulandum, robusti ad bibendum; ad gressum nutabundi, ad saltandum expediti. Et quid plura? In hoc per cuncta illa quæ diximus devoluti sunt, ut compleretur in eis dictum illud sermonis sacri : *Vinum et mulieres apostatare faciunt a Deo* (*Eccli.* XIX, 2). Nam dum bibunt, ludunt, mœchantur, insaniunt, Christum negare cœperunt. Et miramur post ista omnia si ruinam rerum suarum passi sunt, qui tanto ante mentibus corruerunt? Nemo itaque urbem illam excidio suo tantum perisse credat. Ubi enim talia acta sunt, prius jam perierant quam perirent. *Hæc Coloniæ constitutio et mores paucis ante Hunnorum adventum annis.*

Hi libri non scripti post Hunnorum adventum, ut plures voluere,

218 *Considerate dixi* ante Hunnorum adventum. *Quamquam enim ad rem nostram plurimum faceret, si Salvianus post Hunnorum invasionem, adeoque post annum 455 suos de Dei gubernatione conscripsisset libros, (pronum enim esset ad Hunnorum irruptionem referre hæc verba :* Ad hoc
C postremo rabida vini aviditate perventum est, ut principes urbis ipsius ne tunc quidem de conviviis surgerent, cum jam urbem hostis intraret); *quamquam his, inquam, verbis, si anno 455 aut paulo post scripta essent, multum juvaremur, quanto certius faceremus coævo testimonio Coloniam ab Hunnis occupatam fuisse; id tamen debemus veritati ut ante id tempus Salviani libros conscriptos fuisse fateamur. Valde varie scilicet sentiunt varii scriptores de editi hujus operis anno. Schœnemannus* (7) *scripsit :* Opus primarium, scilicet tempore incursionis barbarorum in imperium Romanum, anno 451, aut 452, aut, ut Benedictini volunt, 455. *Benedictini autem illi scriptores sunt Historiæ literariæ Franciæ* (8), *quibus persuasum est a Salviano lib.* VI, *cap.* 12 *memorari obsidionem Romæ, quam, teste Prospero Aquitano* (9), *anno 455 fecerunt Vandali; qui Gallandium quoque in suas partes traxerunt : ita ut ii critici, quibus nunc maximum nomen, anno 455 aut paulo post libros de Gubernatione Dei conscriptos affirment. Verumtamen alii non infimi subsellii viri aliter sentiunt : Tillemontium* (10), *Baluzium* (11), *Papencordtium* (12) *nominasse satis sit. Ii enim eo nixi quod Attilanæ irruptionis mentio nulla fiat in libris de Gubernatione. eos ante annum 451 conscriptos docuere; quod vero Litorii clades, Carthaginis fraudulenta expugnatio et Siciliæ eversio memorantur, post annum 439, immo 440. Hæc illi.*

AUCTORE V. D. B.

219 *Verumenimvero nullus dubito quin his assentiendum sit. Re quidem vera, quum hæc Salviani scriptio historica non sit, sed moralis, abstinet fere auctor a nominibus propriis; ita ut nemo jure miraretur Attilam ab eo non nominari, etiam si post immanem, qua Gallias Hunni afflixerunt, vastationem libros de Dei gubernatione edidisset. Fatendum etiam sæpius de Hunnis in hoc opere mentionem fieri eosque referri inter barbaros, a quibus non nihil passæ fuerant Galliæ. Sed quamquam hæc ita habeant, nemo tamen, qui attente expenderit universæ lucubrationis modum, infitiabitur hæc quæ de Hunnis tradit Salvianus non ad cruentam Attilæ expedi-* E *tionem, sed ad damna quæ Hunni, anno 439 in auxilium ab Aetio acciti, Galliis intulerant et ad alia id genus spectare. Quæ enim recentius patrata fuerant mala, hæc non generalibus indicat verbis, sed digito quasi commonstrat. Tenendum itaque libros de Gubernatione Dei Attilæ ausis anteriores esse : quod tamen multo validiore argumento stabilire possumus. Ubi enim exprobrat Romanis quod in prœliis Dei auxilium implorare omittunt, his opponit Gotthos et Wandalos,* qui et in discrimine positi opem a Deo postulant et prosperitates suas munus divinitatis appellant. Denique, *ait* (13), probavit hoc, illo PROXIMO, infelicitas nostra. Cum enim Gothi metuerent, præsumebamus nos in Chunis spem ponere, illi in Deo. *Et memorata continuo, quam inexpectato retulerant Gotthi, victoria et clade inflicta Romanis :* Itaque, *pergit,* agnovit hoc ille dux nostræ partis, qui eamdem urbem hostium quam eodem die victorem se intraturum esse præsumpsit, captivus intravit... Atque utinam hoc ipsum breve malorum remedium cessit, non diuturna toleratio! Ille autem, quantum ad pœnarum magnitudinem pertinet, longo tempore et diuturna in ergastulo barbarorum tabe consumptus, in hanc F miseriam redactus est ut, quod plerumque homines etiam pœnis ipsis gravius atque acerbius putant, in miserationem hostium devenerit. *Narrat dein Theodoricum, Gotthorum regem, preces ante pugnam fudisse et meruisse in oratione victoriam; dein :* Non dissimiliter, *inquit,* illud etiam apud Wandalos : ad quos cum in Hispania sitos nostra pars pergeret, tantamque ad debellandos eos præsumptionis fiduciam ferret, quantam etiam PROXIME ad Gothos, pari superbiæ fastu, pari exitu corruerunt.

sed ex ipso Salviano ostenditur eos fuisse scriptos proxime *post obsidionem Tolosanam,*

220 *Bis itaque affirmat Salvianus* proxime *hanc pugnam initam fuisse; ita ut ejus scriptio* proxime *seu brevi post hanc ipsam pugnam edita fuerit : adeoque inter utramque non intercessit longius temporis spatium quam quo dux ille Romanus, Hunnis auxiliaribus præpositus, captivitatis mœrore affli-*

in qua anno 439 Litorius captus est.

(1) Belgium Romanum, pag. 428. — (2) Rerum Francicarum lib. II, tom. I, pag. 113. — (3) Mémoires, Empereurs, Valentinien III, art. 8, tom. VI, pag. 84. — (4) Recueil des historiens, tom. I, pag. 781. — (5) Ap. Migne, tom. LIII, col. 124. — (6) De gubernatione Dei, lib. VI, cap. 13, ap. Migne, tom. LIII, col. 124. — (7) Bibliotheca Hist. litt. Patrum lat. tom. II, pag. 824. — (8) Hist. littér. de France, tom. II, pag. 525. — (9) Chronicum. ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 635. — (10) Mémoires ecclésiastiques, tom. XVI, pag. 191. — (11) Ap. Migne, Patrologia. tom. LIII, col. 27. — (12) Geschichte der Vandalischen Herrschaft in Africa, pag. 381. — (13) Lib. VII, cap. 9 et 10, ap. Migne, Patrologia, tom. LIII, col. 137.

ctus

AUCTORE V. D. B.

ctus est. Porro infelix illa pugna Tolosana est, anno 439 pugnata, qua dux Litorius, quum in eo esset ut urbem expugnaret, ipse victus et captus est et aliquanto post occisus. Audi Idacium ad annum 4 olympiadis 304, *id est anni* 439 *ante autumnum* (1) : Bello Gothico sub Theodore rege apud Tolosam Litorius, Romanus dux, inconsultius cum auxiliari manu irruens, cæsis his (*scilicet Hunnis, ut exprimunt hoc anno Prosper Aquitanus, Cassiodorus aliique* (2)) ipse vulneratus capitur et post paucos dies occiditur. *Alia adjuncta in Vita S. Orientii, archiepiscopi Ausciorum, legere est* (3). *Salvianus affirmat Litorium* longo tempore et diuturna in ergastulo harbarorum tabe consumptum *fuisse, Idacius* post paucos dies occisum; *quæ ita concilianda sunt ut Litorii captivitas propter suam gravitatem et mœstitiam, quæ* miserationem *etiam* hostium *excitavit eosque ad eam morte finiendam compulit, longa et diuturna visa sit iis qui non procul aberant et captivi dolorem dolebant; brevis vero et paucorum dierum, iis qui* (*quemadmodum Idacius*) *longe distantes rem pluribus annis post mittebant in litteras. Quanto enim longioribus sive temporum, sive locorum spatiis a rebus gestis absumus et quanto*
B *minus eæ ad nos pertinent earumve fuimus participes, tanto brevius intra tempus eæ factæ esse nobis videntur : contra præsentia, maxime si nos aliquo modo attingunt, diuturna habentur propter cogitationem de iis continuam et tædium doloris. Ita ut ex hac ipsa consideratione psychologica appareat* proxime, *ut loquitur ipse Salvianus, post Litorii captivitatem et cædem scriptos fuisse libros de Gubernatione Dei.*

Argumenta quæ ii, qui volunt hos libros scriptos fuisse sub annum 455, repetunt ex expugnatione Romæ et vastatione Siciliæ et Sardiniæ,

221 *Quid vero alii qui post annum Christi 455 hos libros editos fuisse volunt? Allegant scilicet caput* 12 *libri* VI, *in quo Salvianus, increpans Romanos, quod qui corrupti erant rebus prosperis non corigerentur adversis :* Vastata est, *inquit* (4), Italia tot jam cladibus : ergo Italorum vitia destiterunt? Obsessa est urbs Roma et expugnata : ergo desierunt blasphemi ac furiosi esse Romani? Inundarunt Gallias gentes barbaræ : ergo quantum ad mores perditos spectat, non eadem sunt Gallorum crimina quæ fuerunt? Transcenderunt in Hispaniæ terras populi Wandalorum : mutata quidem est sors Hispanorum, sed non vitiositas. Postremo, ne qua pars mundi exitialibus malis esset immunis, navigare per fluctus cœperunt : quæ vastatis urbibus mari
C clausis, et eversis Sardinia ac Sicilia, id est, fiscalibus horreis atque abscissis velut vitalibus venis, Africam ipsam, id est, quasi animam captivavere rei publicæ. Ecquid? ingressis terram illam gentibus barbaris, forsitan vel metu vitia cessarunt?... Circumsonabant armis muros Cirtæ atque Carthaginis populi barbarorum; et ecclesia Carthaginensis insaniebat in circis. Alii foris jugulabantur, alii intus fornicabantur *etc. Sed ex hoc loco nil deduci potest, nisi quod Salvianus hæc non scripserit ante annum* 440. *Ut enim docent Marcellinus Comes* (5) *et Idatius* (6), *uterque in suo Chronico, medio fere mense octobri anni* 439 *Carthaginem occupavit Gensericus. Verum, inquiunt, nonne hæc verba :* Obsessa est urbs Roma et expugnata *respiciunt ad obsidionem, qua Gensericus anno* 455 *Romam obsedit eamque mense Junio occupavit* (7)?

refelluntur.

222 *Equidem non crediderim. Videtur enim toto hoc capite Salvianus ordinem chronologicum sequi,* D *adeoque antequam insularum vastationem et Carthaginis occupationem memoret, particulam* postremo *adhibet, significans quæ ante relata sunt prius esse facta. Italorum itaque clades, quas Salvianus indicat, ex maxime sint, quæ Alaricus, Gothorum rex, sæpius Italiæ inflixit; obsidio Romana, tertia, qua idem Alaricus anno* 410 *Urbem circumdedit eamque die* 24 *Augusti truculente expugnavit* (8), *dum contra Gensericus proprie Urbem expugnasse dici nequit, quippe cui eam aperuerint ipsi cives; Gallias inundarunt barbari continuo ab anno* 406 *usque ad medium sæculum* V, *neque minus deinceps; Wandali ingressi sunt Hispaniam anno* 409, *et dominationem suam continuo propagantes anno* 420 *Bæticam occupaverunt, et firmius eam stabiliverunt biennio post, quum anno* 427 *Hispali sunt potiti* (9). *Quo tempore jam cœperunt maris mediterranei insulas tentare, ut constat ex Idacio, ad annum* 425 *post æstatem incohatam scribente* (10) : Vandali barbaricas insulas deprædantur. *Atque ex hoc tempore alias quoque ab eis male habitas fuisse insulas consentiendum videtur Tillemontio, qui primam Siciliæ per Gensericum invasionem, de qua meminit Cassiodorus* (11), *ad annum* 431 *aut* 432, *seu etiam ante po-* E *nendam esse statuit* (12). *Quod si id minus placeat, habes Idacium ad annum* 440, *æstate incepta, dicentem* (13) : Gensericus Siciliam deprædatur : Panormum diu obsedit, *et Chronicum vetus, quod Ruinartius edidit, ubi legere est* (14) : Quo tempore Vandali, capta Cartagine, Siciliam quoque deleverunt. *Unde liquet quod, quum S. Victor Vitensis de Genserico scribit* (15) : Post cujus mortem (*Valentiniani scilicet* III, *qui anno* 455 *occisus est*), totius Africæ ambitum obtinuit (*Gensericus*), necnon et insulas maximas, Sardiniam, Siciliam, Corsicam, Ebusum, Majoricam, Minoricam et alias multas superbia sibi consueta defendit, *ad eamdem rem non respicit ad quam Salvianus; qui de eversione Siciliæ et Sardiniæ loquitur, dum S. Victor de earumdem defensione seu potius dominatione : quod ex sequentibus manifestum est :* Quarum illarum, id est, Siciliam, Odoacro Italiæ regi tributario jure concessit.

Quomodo accipienda sint quæ tradidit Salvianus de conditione morali et politica Coloniæ ante Hunnorum adventum.

225 *Certum itaque sit nullis probari rationibus, anno* 455 *scriptos fuisse de Dei gubernatione libros; sed contra probo firmoque argumento ostensum est proxime post annum* 440, *adeoque ante Attilæ irruptionem, eosdem in lucem fuisse datos : ita ut ex recitatis Salviani locis colligere sit quæ Coloniæ esset fortuna decennio ante Hunnorum adventum. Misera hæc utique et lacrymabilis; quamquam coloribus teterrimis pepercisse non videatur Salvianus et justo forte in accusando fuisse acerbior. Neque hoc solum loco scripta ejus exaggerationis labe maculantur : confer criminationes, quibus universos Afros (si solos monachos excipias) prosequitur, cum laudibus, quibus S. Victor Vitensis plerosque, maxime episcopos et clericos, cumulat : et immane facile invenies discrimen. Profecto grandia usitata fuisse scelera in Galliis, in Italia, in Hispania et in Africa indubitatum est; sed ea tam communia fuisse quam ubique oggerit Salvianus, concionatoris potius quam historici agens partes, nemo prudens crediderit. Passim enim sanctissimi erant episcopi et summa auctoritate utentes; plebes fidei addictissimæ : quæ duo ubi conjuncta sunt, certe peccari multum graviterque potest; tan-*

(1) Ap. Migne, Patrologia, tom. LXXIV, col. 721. — (2) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 632. — (3) Ibid. 643 et 644. — (4) Ap. Migne, Patrologia, tom. LIII, col. 122. — (5) Ibid. tom. LI, col. 926. — (6) Ibid. tom. LXXIV, col. 722. — (7) Cfr Tillemont, Mémoires, Empereurs, Valentinien III, art. 31, tom. VI, pag. 110. — (8) Ibid. Honore, art. 41, tom. V, pag. 257. — (9) Ibid. pag. 234, 283, tom. VI, pag. 82, etc. — (10) Ap. Migne, Patrologia, tom. LXXIV, col. 717. — (11) Ibid. tom. LXIX, col. 310 Epist. var. Cassiodori, lib. I, epist. 4. — (12) Empereurs, Notes sur Valentinien III, not. 6, tom. VI, pag. 14. — (13) Ap. Migne. Patrologia, tom. LXXIV, col. 721. — (14) Hist. persecutionis Vandalicæ, pag. 113, — (15) Ibid. pag. 7.

tum

A *tum vero quantum prædicat Salvianus, plane verisimile non est. Id itaque teneamus, mores Coloniensium medio sæculo* V *nequaquam castigatos fuisse; adeoque temulentiam præsertim invaluisse et avaritiam. Quod vero ad conditionem politicam attinet, ne ambigamus quin barbari mixti fuerint Romanis, et stipendia non solverint, sed acceperint. An vero dominatio Romana tunc prorsus eversa fuerit, mihi dubium; quamquam alii* (1) *statuant urbem non tantum a transeuntibus Francis raptim occupatam fuisse, sed sub eorumdem remansisse dominio. Quod vere dubitem hæc causa est, scilicet in Gestis Francorum* (2). *in veteri Moissiacensi Chronico* (3) *et in Adonis Viennensis chronico* (4) *ad annum circiter* 463 *legi* Francos cepisse Agrippinam super Rhenum, multo populo Romanorum interfecto, et Ægidium patricium, per fugam dilapsum, evasisse : *quo videantur ad hoc usque tempus Romani potiti fuisse Colonia Agrippina. Atque hæc de celeberrimæ hujus urbis conditione, antequam eam invaderet Attila.*

B

§ XXIV. Fallacia, impudicitia, atrox bellandi ratio Hunnorum. Patrata ab eis Coloniæ strages.

Vitia Hunnorum non fuerunt exaggerata ab historicis veteribus, ut nonnulli volunt;

Postquam declaravimus quo statu res essent Coloniæ, quum eo cohortes Hunnorum deductæ fuerunt, tempus est ut horum quoque mores et agendi rationem explicemus. Si plerosque audias, quorum sententias de Attila congessit Fessler in opusculo cui nomen fecit : Attila, rex Hunnorum (5), *calumniarum Romanorum, episcoporum maxime et monachorum, victima huc usque fuit Hunnorum rex : sapiens scilicet ejus gubernium; exaggerata ab hostibus sævitia; quin pulcra facies : secus enim non ita adamatus fuisset ab Honoria; quod ultimum argumentum specimen sit judicii quorumdam reformatorum historiæ. Verum neque episcopi, neque monachi Romani sunt historici Russiæ et Poloniæ, qui Tartarorum, toties in has regiones irruentium, mores, indolem agendique rationem descripserunt; neque magis Romani sunt*

C *innumeri viatores, qui medio et recentiori ævo ad Kalmucos, Kirghises aliosque Asiæ nomades penetrarunt; Romanarum simultatum non minus immunes tot ethnographi, qui gentium illarum modos et rationes quam accuratissime exhibuerunt; atque hi omnes de prædonibus illis plane eodem loquuntur modo, quo veteres de Hunnis. Præterea neque episcopi, neque monachi erant Ammianus Marcellinus, Priscus, Procopius; quos omnes christianos fuisse nedum constet, profecto aliter videtur. At fuere Romani : quæ objectio si valeat, actum est de universa fere historia. Equidem, dum antiquos historicos qui Hunnorum res tradiderunt percurro, bona et mala, prout erant cognita, ab eis relata video. Sane concedendum est Romanis, quum plerumque hostes experirentur Hunnos et multa ab iis damna acciperent, melius innotuisse vitia eorum et pravitates; sed hinc non sequitur hanc animorum corruptionem fuisse fictam neque experientia cognitam.*

224 *Cæterum virtutes paucas fuisse numero, vel hinc constat quod, quum Salvianus totus esset in exaggerandis Romanorum vitiis et in extenuanda (quantum per veritatem liceret) barbarorum improbitate et in laudandis eorumdem bonis dotibus, Hunnos hac de re tantum laudat quod, in hoc a Romanis diversi, suos pauperes iniquis tributis et exactionibus non gravarent :* Chuni, *inquiens* (6), ab his sceleribus immunes sunt. *Sed alibi ubi barbarorum, qui pagani adhuc erant, confitetur peccata, excusans tamen quod minus gravia quam Christianorum erant :* Gens Saxonum, *ait* (7), fera est, Francorum infidelis, Gepidarum inhumana, Chunorum impudica. *Et paulo post :* Si fallat Chunus vel Gepida, quid mirum est, qui culpam penitus falsitatis ignorat? *Inferius vero, ubi statuit Romanorum, utpote Christianorum, vitia Christi opprobrium esse* (8) : At e diverso, in paganis quid horum simile quæ dicimus? Numquid dici de Chunis potest : Ecce quales sunt qui Christiani esse dicuntur? Numquid de Saxonibus aut Francis : Ecce quæ faciunt qui se asserunt esse Christi cultores? Numquid propter Maurorum efferos mores lex sacrosancta culpatur? Numquid Scytharum (*Hunni intelliguntur et Alani*) aut Gepidarum inhumanis- E
simi ritus in maledictum atque blasphemiam nomen Domini salvatoris inducunt? Numquid dici de ullis istorum potest : Ubi est lex catholica quam credunt? *Demum, quum docet Afros seu Romanos Africæ nullas habere virtutes, sed vitia tantum; contra barbaros, si vitia habent, virtutes quoque habere quibus aliquatenus vitia redimant :* Gothorum gens, *ait* (9), perfida, sed pudica est; Alanorum impudica, sed minus perfida; Franci mendaces, sed hospitales; Saxones crudelitate efferi, sed castitate mirandi : *ubi nullus locus Hunnis conceditur. Atque hæc scribebat Salvianus ante Attilæ cohortium adventum, quum auxiliares tantum in Gallias venissent Hunni. Quid, si aliquot annis post, quum scilicet tot effregissent oppida, tantam ubique egissent prædam, tot cædibus et damnis Romanos in Galliis affecissent, et impudicos suos mores explicuissent libere?*

AUCTORE V. D. B. *ipse Salvianus licet multus sit in excusandis barbaris, gravissime Hunnos incusat.*

Recensentur aliquot Hunnorum vitia.

225 *Salviani testimonium, quippe qui pro librorum suorum instituto et scopo faveret potius barbaris quam adversaretur, nullis objectis debilitari potest; et ut lucem accipit ab aliis scriptoribus, sic quoque iisdem affundit. Effrenatam polygamiam apud eos fuisse in usu testis est apud Jornandem* (10) *Priscus,* F
qui de ultimo Attilæ matrimonio agens, scribit ei jam antea innummerabiles uxores, ut mos erat gentis illius, *fuisse; ex quibus* per licentiam libidinis pæne populum filiorum *genuerat* (11). *Hospitibus quoque submittebant meretrices; quæ cura uxoribus demandata* (12). *Neque immunes fuere ab infando concubitu, de quo Ammianus Marcellinus* (13) *expressim reos agit Taifalos, ejusdem Tartaricæ stirpis gentem, et quo etiamnum maculantur omnes fere Asiæ nomades : quin per illorum impudicitiam non polygamiam tantum, fornicationem et mulierum oppressionem, sed hæc maxime monstra intelligit Salvianus. Ut vero famis patientissimi erant Hunni, sic quoque (ubi occasio ferret) ventri deditissimi et vere helluones : ita Uptarus seu Oktur, eorum rex et Attilæ patruus, præ nimia ciborum ingluvie nocte quadam suffocatus est* (14); *atque ipse Attila ebrietatis*

(1) Cfr Tillemont, Mémoires, Empereurs, Valentinien III, art. 8, tom. VI, pag. 84. — (2) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 546. — (3) Ibid. pag. 649. — (4) Ibid. pag. 666. — (5) Attila, König der Hunnen. Von D. Fessler. Breslau, 1794. — (6) De gubernatione Dei, lib. v, cap. 8, ap. Migne, Patrologia, tom. LIII, col. 102. — (7) Ibid. lib. iv, cap. 14, col. 86. — (8) Ibid. lib. iv, cap. 14, col. 90. — (9) Ibid. lib. vii, cap. 15, col. 142. — (10) De rebus Getarum, cap. 49, ap. Muratori, tom. I, pag. 215. — (11) Ibid. cap. 50, pag. 216. — (12) Excerpta e Prisci historia, pag. 184. — (13) Rerum gestarum lib. xxxi, num. 9. — (14) Socrates, Hist. eccl. lib. vii, cap. 50, pag. 374.

AUCTORE V. D. B.

victima occubuisse verisimilius traditur (1). *Quod vero fallaces fuerint Hunni, et potissimum Attila, universa clamat historia; et profecto fratris Bledæ cædes, de Silvano vasisque sacris contentio, toties ficta amicitia, et rupta de nihilo fœdera, delenda prius forent, quam ab eo crimine purgaretur eorum rex. De sævitia non minus certa testimonia : sed ita sævus erat Attila ut, dum clemens et æquus esset erga subditos et in omnes qui suis faverent consiliis, immanis profecto esset in hostes, atque etiam in amicos et consanguineos a quibus timeret, et in eos omnes de quibus vindicta sumenda videretur* (2). *Quæ ut pro merito explicarentur, universa fere ejus gesta revocanda essent in memoriam. Demum ex celeberrimo colloquio quod Priscus habuit cum Græco, qui longe potius ducebat vitam inter Hunnos quam inter Romanos agere* (3), *nil aliud sequitur quam quod ex ipso Salviano, scilicet inter Hunnos unumquemque bonis, quæ sibi fortuna indulserat, tuto fruitum esse, neque quemquam alteri per exactiones, quibus magistratus Romani impotentium fortunas exhauriebant, molestum fuisse.*

Quam crudeliter bellum gereret Attila.

B

226 *Sed placet propius inspicere quo se modo gesserit Attila in bellicis expeditionibus. Ad Istrum seu Danubium civitates ab eo dirutus fuisse ex Prisco* (4), *ut alios omittam, novimus. De Italiæ vastatione nemo recusarit Jornandis, ruinarum oculati testis, asserta. Porro de Aquilejæ expugnatione hæc paucis tradit* (5) : *Hunni, duce Attila,* machinis constructis, omnibusque tormentorum generibus adhibitis, nec mora, invadunt civitatem, spoliant, dividunt, vastantque crudeliter, ita ut vix ejus vestigia, ut appareant, reliquerint.... Mediolanum quoque Liguriæ metropolim et quondam regiam urbem pari tenore devastant, necnon et Ticinum æquali sorte dejiciunt, vicinaque loca sævientes allidunt demoliunturque pene totam Italiam. *Hic Attilæ modus, hæc ratio belli gerendi; maxime si ei resisteretur, aut vindicta sumenda esset, seu etiam terror videretur incutiendus. Neque aliter bellum Gallicanum pugnavit anno 451. Prosper Aquitanus, testis cœvus, auctor est, ut jam supra vidimus, eum in accessu amicitiam cum Romanis simulasse; sed,* transito Rheno, sævissimos ejus impetus multas gallicanas urbes expertas fuisse; *similiter Idacius, alter testis, omni exceptione major,* gentem Hunnorum, pace rupta, deprædatum esse provincias Galliarum; plurimas civitates effractas; *atque has inter* Mettas. *Quid autem* effractio, *quam Idacius appellat, valeat accipe ex S. Gregorio Turonensi :* Chuni, *ait* (6), a Pannoniis egressi (ut quidam ferunt), in ipsa sancti Paschæ vigilia, ad Mettensem urbem, reliqua depopulando, perveniunt, tradentes urbem incendio et populum in ore gladii trucidantes, ipsosque sacerdotes Domini ante sacrosancta altaria perimentes. Nec remansit in ea locus inustus, præter oratorium beati Stephani primi martyris ac levitæ.

C

nisi sponte se dederent civitates.

227 *Verumtamen in aditu Galliarum Hunni non omnes tam male habuerunt civitates, ut liquet S. Genevefæ, patronæ Parisiensis, consiliis* (7). *Quum enim,* exeunte sono Attilam Hunnorum regem Galliam sævissime vastaturum, terrori perculsi Parisiorum cives bona ac stipendia facultatum suarum in alias tutiores civitates deferre niterentur, *ipsa* viris suadebat ne bona sua a Parisio auferrent : nam illas civitates, quas esse tutiores credebant, gens irata vastaret; *unde patescat civitates, quæ munimentis suis confisæ ejus cohortibus obsistebant, longe pejus ab eo fuisse habitas. Ideo miraculi fere loco habitum est quod, quum satis diu Aureliani omnes ejus conatus retudissent, civitatem non continuo destruxerit.* Apertis *scilicet* portarum repagulis, *non omnis exercitus, qui cæde et incendio civitatem delesset, sed* Attilæ proceres ingressi sunt Aurelianis, *qui censum civium et bonorum facerent, et omnia pararent ad captivos et prædam non tumultuarie, sed ordinatim distribuenda : quo novimus, quod et aliunde constat, incredibilem in suos auctoritatem fuisse Attilæ.* Sorteque ad dividendum populum missa, oneravit plaustra inumera de plebis capta substantia (8). *Quum vero Gotthorum et Romanorum copiæ, dum hæc agerentur, supervenerint et immanem, ut jam alibi indicavimus, stragem fecerint de Hunnis, non satis liquet quid de exhausta civitate acturus fuisset Attila, servaturusne an flammis sublaturus : quod posterius multo mihi verisimilius.*

D

Coloniæ truculentissime actum.

228 *Verum post pugnam Catalaunicam non potuit non magis magisque accendi crudelissimi hostis furor; neque ullus profecto miratus fuerit quæ de Atrebatum deletione et Tungrensis territorii vastatione supra memoravimus. Quum autem Coloniam venit Attila, seque plane liberum vidit ad prædandi et cædendi licentiam, Aetio cum Francis a longe non amplius prosequente; quumque vindictæ et rabiei suæ hanc ultimam prædam patere intellexit; quid a Flagello Dei, qui omnes reliquos barbaros immani sævitia superavit, quid ab ejus cohortibus, sanguine effundendo et diruendis civitatibus assuetis, quid ab hominum colluvie, quibus alienus luctus summum gaudium erat, exspectemus? Adventantibus hostibus viam claudere non poterat, tot jam cladibus affecta et partim a Francis occupata, civitas. Quod si quem resistendi conatum fecerit, tanto vehementior in eam incubuerit Hunnicus furor : satis excitatus præsentia multorum Francorum, quos omnium pessime oderat barbarus rex. Hic itaque non secus ac Mettis et Atrebatibus incredibiles cædes factæ; non parcitum ætati, non sexui, non sacerdotali majestati; nullus locus sacer reverenter habitus, aut quo magis sacer, eo majoribus periculis objectus; quod rapi poterat, abreptum; quod non poterat, fractum et ruptum; pudicitia non magis tuta quam vita, supellex, divitiæ; quin potius virginalis castitas omnium maxime periclitata. Hæc itaque Coloniæ infausta sors, quum anno 451, mense Octobri, ab Hunnis, ex campis Catalaunicis per Belgium et Francorum Cisrhenanorum terras ultra Rhenum repedantibus, occupata est. Hæc ex his quæ alibi acta sunt colligimus; hæc sepulcra, de quibus mox, certa faciunt; his consona est ipsa Passio Coloniensis* Regnante Domino. Aderat tum ibi (*scilicet Coloniæ*), *verba Passionis sunt cap.* 14, barbara Hunnorum gens; quæ, peccatis hominum exigentibus, tam Galliarum quam Germaniæ (*utriusque nempe, inferioris et superioris*) et Italiæ (*hæc tamen anno tantum* 452 *ab Hunnis invasa est*) terras cædibus jam vastaverat et incendiis, ita ut, eversis urbibus, ecclesiis crematis, religionis divinæ vix aliquæ remanerent reliquiæ. Eadem itaque barbaries, cum per idem tempus ingenita feritate etiam urbem Coloniam arcta obsidione vallaret, nondum hoc advenientibus prodente fama, virgines, jam pridem cognita humanitate incolarum, sine omni hujusmodi suspicione

E

F

(1) Cfr Am. Thierry, Hist. d'Attila, tom. I, pag. 227 et seqq. — (2) Excerpta e Prisci Historia, pag. 168. — (3) Ibid. pag. 191. — (4) Ibid. pag. 147, 171, 172, 179. — (5) De rebus Geticis, cap. 42, ap. Muratori, tom. I, pag. 212. — (6) Hist. ecclesiastica Francorum, lib. II, cap. 6, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 161. — (7) Cfr ejus Vita, ap. D. Bouquet, tom. III, pag. 369. — (8) Vita S. Aniani Aurelianensis episc. ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 646.

in

A in terram egressæ sunt (*supponuntur hic Basilea advenisse*); et ecce barbari more suo, per velocissimos discursores explorata re, subiti cum clamore super eas irruerunt, et quasi lupi in ovilia agnorum irruptione facta infinitam illam multitudinem inhumana crudelitate peremerunt.

§ XXV. Sepultura sanctæ Ursulæ et sociarum. Insigne testimonium de earum martyrio.

Quomodo sepultæ fuerint SS. Virgines, jam ante sæculum XII *ex inspectis sepulcris apertis narravit auctor Passionis* Regnante Domino.

Diu Coloniæ non substiterunt Hunni, quorum mens erat ad alteram Rheni ripam transire; neque sivisset forte Aetius, a longe eos persequens. Fugatis ergo hostibus, *iterum verba Passionis* Regnante Domino *adhibemus,* conclusis civibus, insperata pax reddita est; longoque luctu soluti Colonienses portis eruperunt, et ecce passim super nudam inhumata virginum cadavera invenerunt.... Quia facile animadverterant devotas Deo virgines pro conservandæ pudicitiæ signaculo in agone martyrii occubuisse, seque earum patrocinantibus meritis non modo mortem, sed etiam cruciatus barbarorum omni morte graviores evasisse : unanimi consensu, non quasi homines, sed quasi Deum in humanis corporibus venerantes, non privatis, non publicis sumptibus pepercerunt, dum non modo humanitatis officio, verum etiam humillimæ venerationis studio pro se quisque satagentes, alii dilaniata, disjectaque martyrum membra congerunt, alii vestibus cooperiunt, alii terram effodiunt, alii sarcophagis imponunt, brevique tempore, sicut hodie illic est cernere, sanctissimæ virginum reliquiæ ad æternam Coloniensium gloriam pausaverunt in pace.

Sepultæ fuere ut alibi martyres;

250 *Hæc manifeste ita enarrantur a teste oculato qui sepulcra retecta viderit. Dilaniata itaque et disjecta membra congesta fuerunt; quemadmodum in cœmeteriis quoque subterraneis Romanis reperiuntur sepulcra in quibus ossa jacent, non unius sed plurium corporum reliquiæ : atque hæc quoque martyrum exuvias esse volunt* (1); *quamquam fieri posset ut hæc nil aliud quam ossuaria sint. De Coloniensi-*
C *bus sepulcris aliud omnino suadet recentior, ut infra dicetur, eorumdem inspectio. Vestibus cooperta fuisse cadavera, res aliunde etiam certa : olim enim vestes simul cum corporibus extractæ et reliquiarum loco habitæ. Speciminis ergo sit sequens locus Catalogi reliquiarum sancti Trudonis in Belgio :* Multas præterea, *inquit auctor* (2), visere est reliquias aliorum sanctorum, multa redimicula, multas exuvias undecim millium : linteola, flammea, retiola et id genus alia. *Neque mirum quod vestibus exornatæ sunt; id factum pro veteri erga martyres reverentia. Eutychianus enim papa, ut ex Libro Pontificali* (3) *novimus,* constituerat ut, quicumque fidelium martyrem sepeliret, sine dalmatica, *quæ vestis manicis brevioribus erat, et candida, cum clavis purpureis,* aut colobio purpureo, *quæ tunica sine manicis erat,* nulla ratione sepeliret. *Alia sepulcra effossa, in quibus jacebant singuli; alia, in quibus integri manipuli, ita ut octona aut dena corpora pro fossæ latitudine, una in linea lateraliter juncta, tum modica interjecta humo totidem alia, atque ita plures in una fossa ordines quietem adepta fuerint. Anno* 1640, *quo fossæ aliquot apertæ fuerunt, hæc omnium civium oculis conspecta sunt. Sed hæc paulo explicatius.*

AUCTORE V. D. B.

sepulturæ locus describitur.

251 *Civitatem Coloniensem, tempore martyrii, quadrangulari specie adsitam fuisse Rheni ripæ occidentali diximus supra. Complectebatur autem duos colles, ad austrum Capitolinum, ad aquilonem eum cui metropolitana S. Petri cathedra incumbit. Post hunc autem consurgebat extra civitatem, item ad aquilonem, tertius collis, Greesbergensis olim dictus, magnam partem dein solo æquatus et Ursulanus appellatus. Quum autem eo ævo neque per civiles neque per ecclesiasticas leges liceret intra civitatum mœnia defunctorum corpora, etiam sanctorum, sepelire, passim in suburbiis extructa erant cœmeteria, cum minoris formæ ædicula, quæ basilica dicebatur, aut saltem cum altari subdiali; quarum rerum innumera adhuc in Galliis supersunt vestigia seu etiam specimina. Hæc pleraque postmodum mutata in monasteria, quibus intra civitates vix erat locus. Ita quoque actum de septentrionali seu Ursulano cœmeterio Coloniensi; quod fossa quoque et muro cinctum est, quo inviolabilius fieret;* donec, *inquit Crombachius* (4), civitatis aucto pomærio, mœnibus ejusdem clauderetur, domibus et E ecclesiis permultis in eo paulatim ædificatis, quæ fines illius agri satis indicant. Nam qua civitatem respicit ad austrum, templum S. Maximini, Societatis Jesu, S. Pauli, S. Andreæ, PP. Prædicatorum, et Mariæ Indulgentiarum continet; inde foveis antiquis hæret hodie nomen, quæ a porta aleatoria basilicam versus Ursulanam, et hinc ad arboretum Grani, post monasterium Machabæiticum ad S. Cuniberti collegiatam usque ecclesiam olim porrigebantur, ut ager ille sat capacis oppidi spatia quinasque parœcias complectatur, totus virgineis tumulis a clero populoque Coloniensi consecratus.

item fossarum forma et compositio;

252 Hisce in campis latissimis, *pergit Crombachius,* operose, magnis etiam impendiis, tot millia martyrum corpora cives funerarunt : nam ut ex inventionibus diversorum temporum et corporum colligi potuit, foveas oblongas quadratas, ad lineam rectas, ad amussim fere æquales, et ab occasu solis ortum versus porrectas, per agri vasti spatia passim effoderunt, in quibus centum, ducenta, vel quinquaginta corpora tumularunt. Constat S. Elisabethæ tempore talem unam fossam sacris ossibus plenam inventam esse : *Magnum,* inquit, *etenim acervum eorum in quodam sacro loco reservatum* F *esse audivi.* Tempore Conrardi, Coloniensis archiepiscopi, quingenta sunt una vice detecta corpora per Belgium distributa ; et Raymundus Gurcensis Cardinalis ait : *Circa tempora fel. rec. Nicolai Quinti papæ inventum est quoddam reservaculum ossibus sanctorum plenum, quod etiam elevatum, et aliis sanctis appositum existit.* Sic cum S. Constantia centum alia sunt egesta corpora : cum Gorgonio episcopo supra centum et triginta proximis e locis eruta.

ordo, alibi non visus, servatus in deponendis corporibus, innotescit ex veteribus picturis et ex inspectione sepulcrorum anno 1640;

253 Nec tamen permixta temere, vel inter se confusa membra collocarunt : neque proxime corporibus imposuerunt, sed decenter, ordinatim et honorifice, fere singula magna diligentia, curaque sita sunt, quantum temporis angustia, martyrum multitudo, redeuntium subinde hostium infestatio patiebatur. Id quomodo contigerit, licet ii, qui diversis inventionibus, variis sæculis præfuerunt, vel eas conscripserunt obscurius insinuent, et

(1) Cfr Marchi, Monumenti delle arti christiane primitive, pag. 118 et 119; Marangoni, Acta S. Victorini, pag. 114. — (2) Ap. Crombachium, pag. 685. — (3) Bianchini, Anastasius Bibliothecarius, tom. II, pag. 244 et 245. — (4) S. Ursula vindicata, pag. 470.

AUCTORE V. D. B.

picturæ nonnullæ sarcophagorum lapideorum tam dispositionem corporum, quam manuum brachiorumque compositionem satis ostendant, multo tamen apertius licuit intueri, cum in hac historia limanda desudarem. Nam admirabili divina providentia prorsus accidit, ut in corde, vel etiam centro fere totius agri Ursulani fovea persimilis eis, quas descripsi, detegeretur, in qua cum sexcentis violentæ necis, et, ut multi putant, martyrii tolerati præclaris indiciis supra centum corpora anno Societatis Jesu seculari 1640, a 3 julii sequentibusque diebus et mensibus præsertim, quibus Societas nostra referendis Deo gratiis jubilabat, sunt reperta * : quæ decenter et accuratione maxima tumulata, situm eumdem omnino referebant, quem veteres picturæ quadringentorum et plurium annorum in capitis et brachiorum collocatione nobis exhibent, ut ex his ipsis a nobis inventis corporibus velut archetypis illa credi possent ectypa fuisse adumbrata : sed cum hærerent adhuc multi dubii, biennio post, cum illustris legatus Cæsarius D. Joannes a Crane, prope tumulum S. Ursulæ, novum sacellum elegans et sumtuosum moliretur, et arena prope templum in vinea calci miscenda effoderetur, corpus persimile conditum in sabulo situ membrorum eodem statim apparuit, quas ut indubitatas exuvias Ursulanæ sodalitatis omnes ideo confitentur, quod constet, eo loci neminem hactenus ob fundi sanctitatem fuisse præter martyres humatum. Deinde nummi veteres, inter corpora recens inventa depositi, qui Domitiani, Augusti et M. Aurelii Antonini præ se ferunt imagines, satis arguunt sepulturæ vetustatem. Funerationis Ursulanæ modum licet hinc et ex aliis inventionibus talem colligere.

**juxta cœmeterium hospitalis SS. 00.*

B

pleraque corpora sunt in terra sine tumbis; sanguis appositus; situs corporum;

234 Quamvis præcipuorum corpora sint lapideis condita monimentis, quorum permulta licet quotidie in basilica Ursulana cernere, nominibus et picturis adjectis, qua membrorum dispositione, et quibus cum indiciis sint sepulta : plerique tamen martyres sine capulis in terra sunt ordine pulcro depositi, simili fere ratione. In fovea quadrangulari octo pedes alta, sedecim circiter lata, triginta, quadraginta, quinquaginta vel sexaginta pedes longa, certis in locis receptacula quædam egesserunt, in quæ sanguinem concretum et glebas cruentatas, effuderunt : vel ex argilla, lateribusque secreverunt locum, et lapidibus operuerunt, phialis, poculis, et aliis vasis fictilibus vel vitreis, sanguine vel arena sanguinolenta plenis intra cavum conclusis et firmatis, ne terræ aggestæ mole frangerentur. Deinde area tota instrata corporibus est, uno palmum vel semipedem aliquando a sequenti vel viciniore sejuncto. Situs autem corporum hic fere fuit. Non caput tantum, sed et humeri cum pectore recta versus orientem solem sunt collocata, brachiis et manibus decussatim supra pectus compositis, qui mos initio nascentis ecclesiæ fuit fidelibus, quasi Christum e cruce suspensum (cujus facies versus occidentem directa fuit) adspicerent, quod ejus virtute resurrectura sua sperarent immortalia corpora. Post primam lineam proxime pedes, alius ordo corporum versus ortum, deinde tertius, quartus, quintus ad finem usque longitudinis fossæ dispositus fuit.

C

corpora pluribus seriebus sibi invicem superposita; trunca membra in supre-

235 Area vero tota semel instrata, desuper arena vel terra corporibus est injecta, ad unius vel duorum palmorum altitudinem : tum iterum locus totus totidem fere cadaveribus impletus fuit eodem ordine; quibus iterum sabulo coopertis, tertia prioribus imposita series est : et quibusdam in locis etiam quarta. His rursus arena tectis, mutila et truncata brachia, pedes, manus, coxæ, crania, mandibulæ, vertebræ, vel quidquid mutilorum membrorum uspiam repertum est, ea supremo in loco sparsa, vel uno in loco decenter sunt collocata : quorum etiam corporum sanguis vel instrumenta necis reperiri potuerunt : eadem, urceolis, phialis vel vasis aliis juxta singula corpora positis, excepta diligenter sunt, pieque conservata. Atque hic quidem videtur ritus passim per agrum totum esse diligenter observatus; nisi quod sanguis et mutila membra prope Magdalenæum sacellum reperta, sint effusa in puteum prælatum ecclesiæ, de quo infra fusius. Ita non temere (qui modus hodie contagio serpente, multaque mortalium millia perimente, vel ingenti militum cæsa multitudine observatur) in fossam altam nullo ordine congesta multa cadavera sunt, terra diligenter aggesta, ne pestis exspiret, et aerem inficiat; sed ordinatim per camporum vastissima spatia corpora sunt pie, decenter et honorifice ritu fidelium sita, locataque, fossis artificiose tectis, et æqualibus egestis; corporibus deinde seorsim ab aliis pie summaque accuratione versus ortum ad lineam dispositis, adjectis indiciis martyrii, vel necis instrumentis, ac arenis sanguinolentis, ne quis posset de nece talibus propter fidem illata dubitare. *Recentius etiam similia sepulcra retecta; et, ut cl. v. Didron in Ephemeridibus publicis* (1) *anno* 1840 *narrabat, pauci præterlabebantur menses quin, quum fossiones caveis exstruendis aut ædificiorum fundamentis jaciendis fierent, detegerentur id genus polysoma structuræ antiquissimæ, in quibus jacebant octo et aliquando decem corpora, sibi invicem juxtaposita et superposita.*

D

ma serie; neque belli, neque pestis tempore similis ordo servatur; recentiora inventa.

Martyrii memoriam ibidem fovent nomina Agri Ursulani et Sanguinis Plateæ;

236 *In hoc ipso agro, in quo* S. Ursulæ *et sociarum corpora fuerunt recondita, easdem martyrium subiisse scribitur in Clematii titulo, anni circiter* 300 *monumento. Favet antiqua Passio Coloniensis* Regnante Domino ; *in qua quippe perhibeantur virgines occisæ fuisse ab Hunnis, ut ex navibus, quibus Basilea Coloniam vectæ fuerant, egrediebantur. Verumtamen nolim contendere omnes omnino, sed solummodo plurimas hoc ipso loco enectas fuisse virgines, ubi sepulturam adeptæ. Legenda porro sunt quæ de his tradit Crombachius* (2); *quæ, sin minus ad beatarum virginum martyrii locum, certe ad earumdem sepulturam et cultum illustranda spectant.* Collis erat, *inquit ille,* elevatior suburbanus, tunc temporis a loci natura Greesberg ob nativum collem dictus, hodieque nomen idem Boream versus retinet, is a cæsis virginibus ager Ursulanus, mutato nomine, est appellatus; ita quingentis fere ab hinc annis vocatum fuisse, in diplomate suo Philippus de Heinsberg, archiepiscopus Coloniensis, testatur, his verbis : *Notum facimus omnibus Christi fidelibus, quod capellam in memoriam SS. Virginum in loco, qui dicitur S. Ursulæ ager, in Colonia constructam, concessimus possidendam, anno* 1178. Porro collis declivitas, Rhenum versus protensa, per quam in Rhenum usque defluxisse sanguis martyrum perhibetur, *Sanguinis Platea* appellata fuit : et porta civitatis eodem venit nomine, per quam recta cruor in præterfluentem se exoneravit. Hæc centum ab hinc annis ms. codex ex archivo Machabæitarum collectus de hoc loco testatur : *Ad cujus rei perpetuam memoriam hæc ipsa adhuc platea, quæ portam cœnobii* (Machabæitici) *præterit, Rhenumque versus declinat, Sanguinis vicus, vulgo* die Blut-ſtraß *appellatur usque hodie;*

E

F

(1) L'Univers, Samedi 27 décembre, 1840. — (2) S. Ursula vindicata, pag. 473.

porta

A *porta itidem urbis ad Rhenum, licet humilis et angusta, eodem se gaudet nomine insignitam.* Consentit P. Canisius in Martyrologio ad diem 21 Octobris his verbis : *Locus Martyrii* (Ursulani) *ubi ad Rhenum occisæ sunt, usque hodie Platea Sanguinis nominatur.* Idem D. Fleien in sua historia fatetur.

similiter Puteus Sanguinis dictus.

257 Exstat in eodem SS. Machabæorum templo puteus, quem cives videntur intra sacellum loci, quod tunc S. Magdalenæ sacrum erat, nunc ampliatum SS. Machabæorum honori consecratum est, opere tumultuario excitasse : in hunc omnis, qui colligi potuit, coagulatus cruor cum glebis etiam eo purpuratis congestus est : et is videtur fuisse, qui in declivitate collis ex confluxu sanguinis diversorum corporum collectus est. Nam quorum martyrum cruor, ex corporis situ ab aliis separatim discerni potuit, cujusnam esset; is testaceis ampullis exceptus ipsis sarcophagis singulorum inditus est, vel appositus iis cum rebus aliis, quæ apud singulos repertæ sunt, ut de pectinibus etiam infra apparebit : unde in ipsam Italiam S. Ursulæ cruor quotannis ebulliens potuit transportari. (*Alludit ad sanguinem, quem Thomas Bozius* (1) *Amalphi asservari et quotannis die* 21 *Octobris, licet alias*
B *concretus sit et induratus, liquescere et in modum aquæ bullientis agitari et postea paulatim subsidere et iterum durescere tradit.*) Huic puteo, SS. Martyrum sanguine locupletato, saxea moles forma cylindri et pyramidali operimento fastigiata incumbit circa templi angulum extremum, qui ostio primo objicitur : ibidem sacri sanguinis in prælatam scrobem effusio artificiose depicta cernitur; quam traditio loci illius sanctimonialium continuata confirmat; quæ e S. Ursulana sodalitate præstantissima pignora, cum SS. Machabæis et S. Joachimi cranio, pie et religiose conservat. Cui affixa hæc est epigraphe : *Sacrum earumdem sanguinem, huic S. Magdalenæ quondam infusum sacello, reverenter colunto*s

Ex sepultura constat Coloniæ cæsas fuisse SS. Martyres.

258 Coloniam igitur sedem hujus martyrii testatur ager, mutato nomine, Ursulanus nominatus : et ne opponas ob solam sepulturam ita appellatum, clamat vicus ille, qui sanguine virgineo redundavit, clamat puteus sacri sanguinis receptaculum, plenus adhuc glebis cruentatis : ipsi etiam sarcophagi proprio multorum sanguine adjectis nominibus ditati sunt : quæ quomodo allatis aliunde corporibus fieri potuissent, ego non video. Tota
C funeratio tot millium sejunctissimis locis facta est quaquaversum ad occidentalem et orientalem agri sanguinei plagam ad ea usque spatia, quæ S. Cordulæ et S. Gereonis fere templa complectuntur : unde in S. Cordulæ templi pomario, et S. Maximini immunitate supra centum reperta aliquando corpora sunt, et S. Odilia circa S. Gereonem est exhumata : quamvis qui munivit agrum, versus occidentem ejus spatia contraxerit.

§ XXVI. Quo sensu Colonienses Hunnici furoris victimæ martyres dicantur et virgines.

Antiquitus non tam severæ observatæ

I*n Hunnorum itaque incursione beatum agmen occisum fuit. Verum hinc prima exsurgit quæstio quo titulo mors, a barbaris illata, martyrium haberi queat. Re quidem vera, si res exigenda esset ad ea principia quibus nunc martyrium definitur, omnes fuisse martyres sane non dixerim. Quibus enim hoc ævo martyrii laus datur, ii voluntarie propter Christi fidem vel alium virtutis actum, in Deum relatum, mortem toleraverint oportet. Hinc requiritur ut tyrannus seu persecutor ex odio in fidem vel in aliud ad fidem pertinens mortem naturalem intulerit vel causam mortis necessariam posuerit. Neque satis est ut martyres ab impio et virtutis inimico tyranno occidantur, sed insuper exigitur ut martyrium acceptent per voluntatis actum; adeo ut qui in fuga necentur aut inviti, inter martyres non habeantur : quæ omnia late explicat Benedictus* XIV (2). *Verumtamen quum nil certius et luculentius sit quam antiquos in assignanda martyrii palma tam severos non fuisse eosque martyrum loco habuisse quoscumque novissent cum pietate immeritam obiisse mortem, sive eis ex odio in virtutem christianam, sive nude ex odio in personam, seu etiam simpliciter ex errore infligeretur; sive libenter oppeteretur, sive invite (dummodo pie); hinc fit ut recentiores canonistæ et theologi alterum quoque genus martyrum admittere cogantur, quos martyres vocant* late dictos, improprie dictos *etc. Neque ipsi*
E *antiqui cunctos uno ordine habuisse putandi sunt, quum discrimen sole clarius sit. Attamen quum martyrium non tam arcte definirent, atque eos, ut innuimus, martyres dicerent qui pie obivissent cruentam mortem, sibi per scelus aut errorem illatam, idcirco non tantum* late *et* improprie, *sed* absolute *vocabant martyres viros bonos qui ab inimicis occisi fuerant; superiores probos quos irati inferiores necaverant; eremitas aliosque pios homines quos fures, ut demortuorum res facilius abriperent, morte straverant; principes quoque veneno aut gladio ab iis interfectos, qui eorum captabant sceptrum et coronam; virgines etiam et matronas quæ, quod stuprari se non siverant, ab impudicis, propter delusam libidinem in furorem actis, occisæ fuerant; et alios id genus.*

AUCTORE V. D. B. *leges in vindicandis martyribus quam nunc.*

Olim martyres habiti quicumque immerentes pie cruentam obiissent mortem.

240 *Ne vero hæc a me præfidentius asserta videantur, audiatur Papebrochius; qui, quum jam annos prope quadraginta Actis Sanctorum conscribendis dedisset operam, probe quæ antiqua in martyribus nuncupandis disciplina esset noverat. Exordiens itaque de S. Bonmercato, qui anno* 1578 *innocens Ferrariæ mortem accepit ab hominibus præcipiti justitiæ zelo actis, commentarium :* Priusquam, *inquit* (3), pia fidelium christianorum simplicitas cœpisset, ex placitis theologorum scholasticorum F scrupulosius discernere sanctorum titulos aureolasque, mos plurium sæculorum usu formatus erat, omnes eos *martyres* nominare et ut tales colere, qui vitam morte cruenta sancte finierant; non discutiendo causam mortis vel intentionem ipsam inferentis; an scilicet ad scelus is impulsus fuerit odio religionis aut christianæ alicujus virtutis. Nempe, quemadmodum titulus *confessoris,* primitus iis solis dari solebat, qui fidem coram judice confessi erant, post carceres et tormenta vivere permissi vel divinitus e persequentium manibus liberati; deinde vero talem titulum usus, hodiedum perseverans, communicavit omnibus quorum vita jugis fuit christianæ religionis perfectionisque confessio; sic idem usus *martyrum* nomen, a prima sua signicatione abstractum, commune fecerat universis, quorum mortem per vim, undecumque et quacumque ex causa illatam, testem Deus esse voluit suæ erga sanctos providentiæ, eam mortem sibi pretiosam fuisse ostendens per miracula (*neque*

(1) Bozius, De Signis ecclesiæ, lib. xv, cap. 10, sign. 60, ap. Crombach, pag. 696. — (2) De canonizatione SS. lib. III, cap. 11 et seqq. — (3) Acta SS. tom. III Junii, pag. 958.

hæc

AUCTORE V. D. B.

hæc semper exspectata) ipsam consecuta. Nec eum usum, siquidem antiqui temporis possessione nitatur, abrogatum voluerunt posteriores pontifices hoc tempore, quo alias cavetur martyrii titulum cuiquam tribuere, quem apostolica sedes non definierit ex odio fidei virtutisque necatum esse. *Hæc ille. Non aliter Mabillonius, licet brevius :* Martyres, *inquit* (1), appellabant pios homines, qui injuste aut nullam ob causam necati fuerant. *Et quidem hoc martyrum genus, cultu publico honestatum, in quo præter cruentam mortem nulla alia martyrii ratio observatur, tanta est multitudine ut in singulis fere operis nostri tomis plures celebrandi sint. Quocirca qui olim in barbarorum invasione enecti fuerunt, ii haberi poterant inter martyres, dummodo pie morti succubuissent, maxime si ante probi fuissent et vitam duxissent christiano nomine dignam. Unde facile cernitur nil ex hoc capite obstare quin Colonienses, ab Hunnis occisi, martyrum catalogo accenseantur.*

Frustra inquireretur an nulli inter Colonienses martyres sint, minus hoc nomine digni;

241 *Re quidem vera, ut ex Salviano multis ostendimus, lacrymabilis erat ante Coloniensium conditio et profligati mores. An itaque ii omnes qui tumulturarie a barbaris trucidati fuere, ea occubuerunt pietate, qua mors pretiosa sit in conspectu Domini? Sponte quidem enascitur hæc quæstio : sed ille solus* B *eam solvere novit qui potens est ex lapidibus creare filios Abrahæ. Id unum dixerim, superstites Colonienses, quum probe vidissent multos, maxime virgines, religiose amplexatos esse mortem, nec tamen discernere possent quomodo singuli illatam sibi tanta crudelitate necem sustinuissent, maluisse omnes singulari honore sepelire atque hac ipsa sepulturæ solemnitate eis initium aliquod cultus ecclesiastici, adhibere, quam omnes communi vulgarique habere modo; ita ut universum potius agmen, quantum sanctum esset, veneratione religiosa ambirent, quam unumquemque singillatim cælestium gaudiorum dicerent participem.*

quod qui suaderent, deberent damnare beatificationem martyrum, qui multi simul occisi fuere:

242 *Neque putem ullum esse virum doctum qui, ubi videt decem aut duodecim millia martyrum Nicomediensium ad unum diem martyrologiis inscripta (quo numero videntur ii omnes contineri qui Nicomediæ, imperante Diocletiano, occisi fuere), æstimet certum esse et indubitatum eos ad unum omnes tali fuisse animi præparatione, quæ, ubi de singulari martyre agitur, requiri solet ut beatorum albo adscribatur. Quod adeo verum est ut, etsi nunc nullius martyrium vindicetur, quin miracula, ejus mortem secuta, examinata et probata fuerint; ubi tamen de canonizando integro manipulo martyrum agitur,* C *necessarium non sit ut prodigia facta sint ad singulorum invocationem, sed sufficiat ut aliquot acciderint, quæ ad universi comitatus gloriam multo magis propter mortis societatem quam propter communem invocationem redundare censeantur. Qui procedendi modus in causis confessorum periculosus habetur,* cum contingere possit ut inter plures, qui simul invocantur, aliquis Deo acceptus non sit, et tamen miraculum Deus operetur ad ostendendam sanctitatem aliorum qui ei accepti essent, adeoque ex concessione miraculi non infertur omnes fuisse Deo acceptos (2). *Insinuavit quidem Albertus Cavalchinus, fidei promotor et dein S. R. E. cardinalis, in hac judicii forma minus periculum adesse ubi martyrum causa agitatur, quam ubi de confessore beatificando decernitur, quoniam in illis* sola mors ejusque causa spectatur, quæ sicuti eadem fuit in omnibus, ita miracula, omnium simul invocatio-

nem consecuta, omnibus adscribi omniumque beatificationi et canonizationi prodesse possunt (3); *quam distinctionem lectori relinquo expendendam ad ea quæ Benedictus XIV explicuit de causa martyrii ex parte martyris* (4). D

quam iniqua hæc esset scrupulosior agendi ratio.

243 *Equidem, ubi martyrum multitudo vindicanda est, tam morosus non sim, quam quum unius tantum causa examinanda est; maxime si quæstio instituitur de minoribus seu particularibus ecclesiasticis concedendis honoribus, quæ vulgo beatificatio dicitur et quæ explorata omnimode absolutaque sanctitatis notitia nequaquam nititur* (5). *Durum plane esset et severum nimis privari ab ecclesia cœlitum in terris gloria et veneratione veros genuinosque martyres, ea tantum causa et prætextu quod, quum aliis multis sociati fuerint et singulorum mortis adjuncta non innotuerint, in magno numero aliquot forsan minus pie profuderint sanguinem. Certe in militia terrena, quum legio aliqua strenue acriterque certavit, singulorum vix habetur ratio, sed universum agmen cumulatur laudibus et præmiis, quamquam fieri potuerit ut inter multos fortes validosque pugnatores ignavi aliquot timidique fuerint. Neque aliter actum videtur, ubi magna est martyrum corona, potissimum si eo passi fuerint ævo quo pro* F *eorum vindicatione miracula non requirebantur* (6), *et fere ignotæ erant judiciorum formulæ, quæ nunc in Christi pugilibus albo sacro inscribendis observantur : nemo enim non videt tunc multo minus de singulis cogitari potuisse quam de universæ cohortis gloria.*

Magna pars Coloniensium martyrum pro castitate passa est : quam impudici essent Hunni, ut nunc Tatari.

244 *Cæterum dubitandum non est quin magna pars Ursulani agminis pro castitate martyrium exantlarit. Supra ostendimus* § 24 *hoc Hunnis fuisse singulare vitium, quo a reliquis barbaris secernerentur, immanem infandamque impudicitiam. Errat certe, et quidem quam plurimum Papebrochius, quum Hunnos cum Tataris componens eosque sibi invicem omnino similes esse recte statuens, neutros mulieribus captarum civitatum graves fuisse narrat.* Tartari, *inquit* (7), nunc fere promiscui sexus captivos abducunt ex iis quas incursarunt terris, barbarie et inclementia magna; mulieribus tamen sic abductis, quantum hactenus inaudiimus, non magnopere sunt graves; cum et ipsi durante expeditione parvo parcoque assueti victui et facti ad ærumnarum pene incredibilium tolerantiam equitationemque quotidianam tunc temporis minus proni in venerem sint; et captivorum corpora cupiant salva et integra adducere ad mangonium, eoque vel maxime virginibus parcant. *Profecto Tatari vitam agunt æruminosam quam maxime, neque in itineribus tantum, sed domi etiam, si quam habeant. Verum, ubicumque sint, in omnia libidinis monstra proclives sunt, et bello forte magis quam quovis alio tempore. Lege libros baronis de Tott, Historiam Sobieski quam scripsit Salvandius et passim obvias Tatariæ descriptiones. Quod ad Hunnos spectat, bello tantum noverunt eos Romani; atque eo præ reliquis omnibus barbaris impudicitiæ deditos fuisse experientia didicerunt, ut supra retulimus : adeoque, ubi civitates caperentur, certæ videntur sibi fuisse feminæ vim sibi ab Hunnis illatam iri, quemadmodum ex Dignæ, feminæ Aquilejensis, historia colligitur. Ubi enim Attila expugnarat munitissimam hanc civitatem :* Diripiuntur, *inquit unus ex Historiæ Miscellæ auctoribus* (8), diripiuntur opes, captivantur vel trucidantur cives, residuum dire- E

(1) Annales benedict. lib. XVIII, num. 43, tom. I, pag. 530, edit. Lucens. — (2) Benedictus XIV de Canonizatione Sanctorum, lib. IV, part. I, cap. 5, num. 16. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Ibid. lib. III, cap. 19. — (5) Ibid. lib. I, cap. 42. — (6) Ibid. lib. I, cap. 28 et seqq. — (7) Propylæum Maji, paralipomena, pag. 39. — (8) Lib. XV, ap. Muratori, tom. I, pag. 97, not. 10.

ptioni

A ptioni igne supposito flamma consumit. Fuerat siquidem in ea civitate feminarum nobilissima Digna nomine, forma quidem eximia, sed candore pudicitiæ amplius decorata; hæc dum habitacula supra ipsa urbis mœnia haberet, turremque excelsam suæ domui imminentem, subter quam Natissa fluvius vitreis labebatur fluentis, ne sordidissimis hostibus ludibrium fieret, animæque pulchritudinem vel vi illata libidine vitiarent, mox [ac] ingressum hostium captamque urbem præsensit, e summa se eadem turre obvoluto capite in gurgitem præcipitem dedit, metumque amittendæ pudicitiæ memorabili exitu terminavit. *Res sane improbanda, quamquam eam licitam æstimarit S. Hieronymus* (1) *et innumeræ patrarint virgines; sed quæ luculento testimonio est non per bellicos labores, prædæ aviditatem, captivos colligendi studium, quotidianam equitationem, longæ obsidionis ærumnas et solitam victus parcitatem Hunnos impeditos fuisse, quin captas civitates stupris et impudicitiis conspurcarent.*

Quam absurdæ de Coloniensium martyrum virginitate instituuntur quæstiones :

245 *Atque hic incidit quæstio quæ vulgo plurimam difficultatem habere solet, scilicet an Ursulana turma ex solis virginibus constiterit. Quum kalendariis, passionalibus aliisque scriptis undecim millia virginum inserta vident, plerique arbitrantur eo ipso asseri eas omnes fuisse virgines; quod quum minus probabile*
B *videatur, hinc alii eo ducuntur ut universum martyrium fabulosum habeant et cachinnis explodant; alii* (*quos inter Natalem Alexandrum* (2), *virum doctum utique et in re historica versatum, reperiri nemo non mirabitur*) *ut paucissimas eas fuisse numero sibi persuadeant. Quod ad priores spectat, quandoquidem, suadente Spiritu Sancto, stulto respondendum est juxta stultitiam suam, placet id telum repellere* responso consulis cujusdam Coloniensis peracuto; quod is patrum mumoria, *ut loquitur Crombachius* (3), principi viro ex electorali Saxonica familia dedit. Hunc senatus exceperat epulo magnifice : sed cum is inter pocula contra catholicos varia congereret dicteria, ac joculariter perstringeret Colonienses, quod crederent undecim millia virginum, nec unam quidem reliquas inter corruptam, salse regessit consul : *Jure Colonienses, majorum nixos firma et constanti traditione, tenere et venerari hactenus tot millia virginum; si tamen celsitudo sua corruptam ex iis unam demonstraret, illico eam e virginum numero a Coloniensibus segre-*
C *gandam.* Simile responsum, *pergit ille,* nostra memoria tulit in ipsa S. Ursulæ basilica comes Mauritius, archistrategus Hollandorum, reginam Angliæ desponsam palatino comiti Coloniam comitatus, jussus et ipse monstrare, quam violatam ex omnibus existimaret, ut mihi retulit oculata et aurita testis hæretica femina. Est sane juris conforme legibus, ut tamdiu mille et quadringentis annis possessores virginitatis in jure suo defendantur, donec actor probet contrarium. *Sed hæc animi gratia. Ad seria veniamus.*

secundum pristinas Colonienses traditiones erant inter eas viri, conjugatæ, viduæ;

246 *Re quidem vera qui Passionem scripsit* Regnante Domino *et similiter Galfredus Monumetensis, aliique qui olim alterutrum ducem secuti fuere arbitrati sunt omnes fuisse virgines : sed hæc pristina Coloniensis traditio non est. Vetustus enim auctor Sermonis in Natali sanctarum virginum undecim millium, reliquis omnibus longe antiquior, ita hoc argumentum explicat :* Potuit quippe fieri, *inquit num.* 2, ut tanto earum numero conjugata quæ-

libet esset aut vidua, quibus licet centesimus ejus fructus, utputa virginitati specialiter deditus, ante martyrium negaretur : sexagesimus tamen et trigesimus per rectissimam Deoque acceptissimam suo loco hujusmodi conversationem, ipse etiam maximus per martyrii gradum humanis meritissimis purissimum redderetur. Nam quis umquam omnium mulierum, non dicimus tantummodo virginum multitudinem tantam, sine sexus alterius intermixtione crederet convenisse. Nec enim quod de amazonibus legitur, huic sanctæ spiritualis cunei virtuti comparandum esse putamus : illæ namque cædendo, ut ductor suus, istæ moriendo, ut sponsus suus, victoriam quæsierunt : possibile autem et omnino facile fuit illi, qui credentibus etiam omnia possibilia fore et promisit et dedit, et hoc quoque modo in solis virginibus, si vellet, mirabilis cunctis gentibus et populis innotesceret; nam humanitatis fragilitate circumdatus, plusquam duodecim legiones Angelorum exhibendas sibi a Patre potuit obtinere : regnans in ejusdem carnis æterna majestate cum Patre, ad sequendum se agnum immaculatum minus quam duodecim millia virginum non potuit exhibere?

AUCTORE V. D. B

E

stylo ecclesiastico etiam puellæ vittatæ et uxores sæpius dicuntur virgines:

247 *Recte dixit Deum totidem colligere potuisse virgines; quod nemo revocarit in dubium; sed non minus recte statuit nil obstare quin in illo agmine complures fuerint conjugatæ et viduæ. Vocabulum enim* virginum *in antiquo stylo ecclesiastico nequaquam ad solas puellas illibatas designandas pertinet: de conjugatis enim et viduis corruptisque virginibus æque adhibetur ac de vere virginibus. Etenim quamquam sacra esset Romanorum consuetudo nullas virgines morte plectere, aut, si plectendæ viderentur, prius vitiare; quamquam ex certissimis monumentis speciatim constet imperatores jussisse ut prius christianæ puellæ corrumperentur quam occiderentur; quamquam præterea a S. Basilio* (4) *aliisque acceperimus multas reapse fuisse stupratas antequam martyrium perfecissent : de nulla tamen omnino legitur eam fuisse violatam* (5), *non quod nullæ vim sint passæ* (*certo certius innumeris vis facta est*), *sed quod studiose hæc probra tacerentur. Quod autem ipsæ conjugatæ virgines dictæ sunt, constat id exemplo S. Monegundis, quæ quamquam virum habuerit et duas filias, ab Adone tamen et Rabano* virginis *laude ad* 1 *aut* 2 *Julii honestatur* (6); *et similiter* F *S. Sabina,* Valentini viri clarissimi uxor, *ut in Breviario Romano lectione* IX *ad diem* 29 *Augusti appellatur, in nonnullis editionibus etiam recentibus* virgo et martyr *in oratione dicitur; qui titulus ei quoque tribuitur a venerabili Beda in Martyrologio* (7) *et a Wandelberto in Martyrologio metrico ad dictam diem* (8). *Quibus id unum intendo, non quod nullæ sanctæ conjuges sacris fastis adscriptæ sint* (*in promptu enim sunt S. Felicitatis martyris et SS. Perpetuæ et Felicitatis martyrum nomina*), *sed quod maritatæ quoque feminæ in libris liturgicis nonnumquam* virgines *appellatæ fuerint.*

a potiori parte sæpe appellantur integra agmina.

248 *Accedit communis hominum usus, quo a parte majori aut saltem insigniori universa multitudo nomen suum mutuari solet: quod explicatione non videtur indigere. Quem usum si consideres, non æstimabis cum plerisque Coloniensibus scriptoribus viros, quorum reliquiæ et* (*ut perhibetur*) *nomina cum exuviis Ursulanarum virginum reperta fuere, superaddendos esse undecim millibus virginum, sed potius hoc numero*

(1) Commentarius in Jonam, cap. 1, v. 12, ap. Migne, Patrologia, tom. XXIV, col. 1129. — (2) Hist. eccles. sæculum IV, pag. 336, edit. Mansi. — (3) S. Ursula vindicata, pag. 112. — (4) Liber de vera virginitate, cap. 52, tom. III Opp. pag. 636. — (5) Cfr Guyetus, Hcortologia, pag. 133. — (6) Cfr Sollerius. Martyrologium Usuardi, pag. 377. — (7) Cfr Acta SS. tom. II Martii, pag. XXX. — (8) Cfr Acta SS. tom. VI Aug. pag. 857.

contentum

AUCTORE V. D. B.

contentum esse universum agmen, viros scilicet et fœminas. Quamquam enim in exercitibus nunc aliquot adsint fœminæ, nemo tamen, ubi generatim eos censet, fœminas seorsim a viris supputat, sed uno militum numero utrumque sexum complectitur. Quæ ratio ut Coloniæ quoque adhiberetur plura suadebant. Numquam enim catalogum occisorum habuisse videntur, quo ex una parte viri, ex altera fœminæ notatæ essent; et quum longe plures fœminæ essent quam viri, ut ex apertis sepulcris et effossis reliquiis manifestum est (1), *quid pronius quam ut a majori numero nomen inderetur universæ multitudini? Erat insuper multo insignior mors virginum multoque certius martyrii modum habebat quam virorum, quum ipsæ ante omnes ab impudicis Hunnis impetitæ fuerint et sponte mortem prætulerint perditæ castitati. Atque ego quidem putem futurum fuisse ut numquam cogitaretur de venerandis Hunnico furore interemptis, nisi virgineus cruor gloriam suam communicasset toti occisorum frequentiæ. Planum itaque sit dictionem* undecim millium VIRGINUM *accommodo accipiendam esse modo; adeo ut frustra a nonnullis congerantur ex scriptoribus classicis loci, quibus demonstretur* virginum *vocabulum latissime*
B *patuisse, et omnigenis hominibus fuisse applicitum. Hos locos vide in lexicis. Ego saltem his non multum rem illustrari arbitror, quum ex stylo ecclesiastico definienda videatur.*

§ XXVII. De numero undecim millium martyrum.

Binterim recensuit et examinavit speciali opusculo opiniones de numero SS. Virginum. Opinio Valesii

Quum modo de virginitatis laude S. Ursulæ *et sociabus tributa, ageremus, bis diximus* undecim millia virginum; *adeoque in fronte hujus commentarii scripsimus :* De SS. Ursula et undecim millibus virginum et martyrum; *quæ multis sane admirationem intulerint et nonnullis forte suspicionem statutum nobis esse fabulis indulgere : quos id unum rogamus, ut præconceptas opiniones tantisper seponere velint et judicium ferre, causa cognita et perpensa. Porro de numero sociarum* S. Ursulæ *multæ circumferuntur opiniones. Potissimas retulit R. D. Binterim in editione Kalendarii ecclesiæ Germanicæ Coloniensis exeuntis sæculi noni, quod e Ms. codice monasterii olim Assindiensis eruit ac ad*
C *illustrandam historiam* SS. Ursulæ *et sociarum virginum singulari commentatione, necnon præfatione historica instruxit et anno* 1824 *Coloniæ ad Rhenum edidit. Neque solum recenset in hoc commentario varias eruditorum sententias, sed brevibus eas examinat, ut suam tandem proponat : quæ an probanda sit, inferius apparebit. Interea ecce ejus verba : auctorum tantum aliquot nomina in margine inferiori addemus, et paucas observationes inseremus textui.* Sirmondus (2), *inquit* (3), Valesius (4) et post hos nonnulli alii (5) putavere, præter Ursulam fuisse tantum unam; nomine *Undecimillam*. In antiquis manuscriptis juxta eos ita positum fuerit : *S. Ursula et Undecimilla V. M.* id est : « Virgines Martyres. » Imperiti scriptores, queis ne minima quidem subibat cogitatio, *Undecimillam* esse nomen, fecerunt ex uno verbo duo et diviserunt Undecimillam, unde D ortus est numerus 11,000. « Amanuenses Martyrologiorum, ait Sirmondus, disjunctis vocis hujus partibus, undecies mille affirmarunt. » Sed quo fundamento id asseritur, eodem et destruitur, ut recte animadvertit auctor gallicus Diss. *Meditation. pro Festo S. Ursulæ*. Si ita conjicere liceat in rebus historicis, sine teste, sine codice adjutore, sine documento probato, actum erit de sinceritate. Aut quid certi erit in universa historia? Quam facile et plurima alia verba composita se ita disjungi sinunt, unde longe alia oriretur denominatio? Nullibi etiam apparet socia illa Undecimilla. Et quis demonstrabit ita litteris, ut supponitur, fuisse scriptum? » *Hæc Binterim.*

de Undecimilla stare non potest,

250 *Et quidem ex mera conjectura id protulerat Sirmondus, nisi potius id ei affixerit Valesius* (6) : *scilicet, quum fœminis Romanis non alia sæpius darentur nomina, quam quæ ad nativitatis suæ ordinem spectarent, eaque frequenter diminuta, ut* Secundilla, Quartilla, Quintilla, Sextilla, Septimilla, Decimilla *etc., quorum exempla sculpti tituli exhibent, sic factum esse ut virgo quædam, quoniam undecima ortu erat,* Undecimilla *dicta fuerit* (7). E *Quantum ad hæc, recte Binterim; sed in hoc errat quod* Undecimillam *nuspiam scriptam fuisse putavit; dum tamen in Missali Sorbonæ, cujus patronæ erant Colonienses virgines, legitur :* Ursulæ et Undecimillæ et sociarum virginum et martyrum (8). *Sed quis non videt singularem et recentiorem hanc lectionem nullius esse pretii, eamque positam loco :* Ursulæ et undecim millium sociarum virginum et martyrum? *Ipse Oskar Schade* (9) *in id plane consentit. Præterea licet Spiræ repertus sit lapis, cui* Decumilla *inscripta sit* (10), *dubium est an ullus uspiam in lucem venerit cum nomine* Undecimilla. *Retulit quidem Mannius in Dissertatione de picturis falso S. Lucæ adscriptis* (11) *inscriptionem in qua* Undecimila *legitur : sed an genuina sit sese vehementer dubitare profitetur eruditissimus Raoul-Rochette* (12). *Occurrit quidem mihi titulus in quo duodecim filii matris Quartanæ memoriæ consuluisse referuntur; et hæc non posse esse non rara quotusquisque cernit; sed rarius etiam fuerit oportet puellam* Undecimillam *fuisse dictam, quum hæc duo concurrere debuerint : undecim filias fuisse in una domo et ibidem in more fuisse positum ut a nativitatis ordine nomen eis inderetur : jam quis probet conjecturas, non quotidiano usu, sed fundamento maxime extraordinario nixas? Sed ad Binterimium redeamus.* F

neque opiniones eorum qui dixere millium *effictum esse ex* illustrium, *ex* mirabilium, *ex sigla* m., *ex* Ximilla *aut ex* Ximartor;

251 Rem alii aliter exponunt, sed non longe absimili modo. Scriptum erat, inquiunt, ad 21 Octobris, in antiquis codicibus ita : *Natalis SS. Undecim illtrium Virg. Ursulæ et sociarum* etc. Legendum erat : « Undecim illustrium Virginum, » sed lectores, nescientes eam abbreviationem, ex verbo : illtrium (*illustrium*) conjungentes illud ultimo m, verbi *undecim,* conceperunt *millium,* et sic orta sunt illa duo verba : « undecim millium. » Ast quamquam possibilis sit hic error lectionis, caret tamen omni testimonio; et quo artificiosior est excogitata conjectura, eo improbabilior. *Alii* millium *effictum dixere ex abbreviato* Mirabilium; *sed nil horum serium est.* Aliam igitur nonnulli (13) proferunt.

(1) Cfr Papebrochius, Propylæum Maji, Paralipomena, pag. 29. — (2) Citatus a Valesio, Valesiana, pag. 48. — (3) Kalendarium ecclesiæ Germanicæ Coloniensis, pag. 29 et seq. — (4) Valesiana, pag. 48. — (5) Leuckfeld, Antiquitates Michaelsteinenses et Amelunxbornenses, pag. 11 et 12; Acta eruditorum Lipsiensia, Supplem. tom. IV, pag. 420, etc. — (6) Cfr Journal de Trévoux, 1719, pag. 702. — (7) Cfr Baillet, Les Vies des Saints, 21 Octobre. — (8) Grandidier, Hist. de l'Église de Strasbourg, tom. I, pag. 147. — (9) Die Sage von der heilige Ursula, pag. 25. — (10) Steiner, Codex Inscriptionum Rheni, num. 178. — (11) Pag. 13. — (12) Deuxième mémoire sur les antiquités Chrétiennes des Catacombes, Nouveaux mémoires de l'Académie des inscriptions, etc. tom. XIII, pag. 182. — (13) Zaccaria, Series episcoporum Cremonensium, ap. Cancellieri, Dissertaz. sopra due iscrizioni, etc. pag. 11; et Storia letteraria d'Italia, tom. I, pag. 163; Raoul-Rochette, Deuxième mémoire, etc. pag. 182, note 2; Tartarotti, Memorie antiche di Rovereto, pag. 346; Leuckfeld, Antiquitates Michaelsteinenses, pag. 12; Rettberg;

Positum

A Positum erat; *Natalis SS. Undecim M. V. Ursulæ et Sociarum*. Littera *M.* signabat *Martyrum;* ast mutantes in numerum, scribebant dein *millium*. Res facilis est dictu, non tamen concordat cum antiquis scriptionibus. In antiquis enim Kalendariis et Martyrologiis, si non omnia recensentur distinctim nomina martyrum, littera *M*, significans martyres, in fine semper ponitur, non ante positionem nominis principalioris. Dein plerumque adjunguntur aliæ litteræ, ut communius scribatur *Mar.* non vero unica littera *M. Alii conjecerunt nomina* Ursulam et Ximillam *primitus fuisse scripta* (1); *atque hinc librariorum errore natas esse* Ursulam et XI mille Virgines : *sed mera divinatio est, nulla prorsus probabilitate nixa. Spreng* (2) *aliud invenit multo mirabilius, scilicet teutonice primitus scriptum fuisse* S. Ursula Ximartor; *unde ortum* S. Ursula XI M., *dum* S. Ursula martyrio affecta *significaretur. Sed hæc denuo divinatio est, nullo fundamento nixa, et cum lingua teutonica pugnans, quum scribendum saltem fuisset* chimartort, gemartorot, gimartirot,
B kimartrot *etc. De his vide Schade* (3).

neque sententia Natalis Alexandri Saulam *confundentis cum* Ursula *et sociarum numerum minuentis.*

252 Natalis Alexander quærendo aliam proponit sententiam. Die 20 Octobris, *inquit,* Usuardus adscribit passionem *SS. Virginum Marthæ et Saulæ cum aliis pluribus*; et quidem *Coloniæ,* ubi Martyrologium Romanum et alia recentiora SS. Ursulæ et sociarum passionem ad 21 consignant : an forte ex his verbis Usuardi *et Saulæ,* Ursaulæ ac deinde Ursulæ nomen interpolatum? Sed si ita est, cur Martha, sancti agminis ductrix altera, est omissa? Si utraque celebratur, Wandalbertus consentiet Usuardo, cum plures agminis virginei ductrices prædicat : *Ductricibus inclyta sanctis.* Verum quia Natalis conjiciendo quærit, et modeste quærendo proponit: nos tantum respondebimus : *Non sic se res habet, non sic.* Si Wandalberto sua niti velit commenta, et alia admittere cogetur. Nam ipse canit ad vigesimam primam Octobris (4) :

Tunc numerosa simul Rheni per littora fulgent
Christo virgineis erecta trophæa maniplis
Agrippinæ urbi, quarum furor impius olim
Millia mactavit ductricibus inclyta sanctis.

Scio quidem : nil certi ex Wandalbertō erui posse dicunt, cum poeta sua licentia sit usus et pro pluralitate fixum posuerit numerum. De undecim millibus aliunde altum observat silentium. Sed hac licentia non utitur in aliis ejusdem generis rebus
C historicis Wandalbertus, sed numerum accurate exprimit; cur ergo hic? Cur ductrices discernit ab aliis millibus? Cur nominat *numerosa* trophæa? Facile potuisset alia uti structura, si non voluisset fixum et certum dare numerum. Est porro Wandalbertus scriptor accuratus, et antiquissimus qui nostram refert historiam.

Censet Binterim undecim fuisse virgines, quarum memoria inscripta Kalendariis,

253 Kalendarium nostrum aliter habet, et non solum numerum refert definitum, sed et nomina sociarum, hucusque incognita. Est etiam nostrum Kalendarium aliis omnibus testimoniis præferendum, quia ecclesiasticum, publicum et ejusdem patriæ et provinciæ, ubi res contigit. Quid igitur refert? Ad XII Kal. Novembris habetur : *Sanctarum* XI. *virg. Ursule, Sencie, Gregorie, Pinose, Marthe, Saule, Britule, Satnine, Rabacie, Saturie, Palladie*. Hæc inter nomina apparent illa quoque ab Ursuardo relata : *Martha et Saula*. Habetur pariter Pinnosa, cujus meminit martyrologium Coloniæ editum circiter anno 1490, quod citat Launojus (5). Festum translationis hujus virginis specialiter adhuc consignatur in Kalendario pridie Kalend. Martii. In Litaniis majoribus codicis Mss. Bibliothecæ Dusseldorpiensis inveni quoque hæc : Sta Sentia : ora pro nobis. S. Palladia : o. p. n.

AUCTORE V. D. B.

atque his postea perperam intrusa esse millia;

254 Unde ergo vox *millia* in posteriores inserta est libros? inquies. Ex inadvertentia aut inscitia amanuensium? respondeo. Apertissimo illud demonstrabo exemplo, et quidem ex ipsomet mense Octobri. In Martyrologio Romano ad diem 25 Octobris legitur : *Roma natalis sanctorum quadraginta sex militum, qui simul baptizati a Dionysio papa, mox jubente Claudio imperatore decollati sunt, ac via Salaria sepulti : et alii martyres centum viginti et unus positi sunt, inter quos fuerunt quatuor milites Christi, Theodosius, Lucius, Marcus et Petrus*. Ita quoque habet Ado, Usuardus, Rhabanus, Notkerus et alii. Sunt hæc verba ita clara, ita definita, ut vix alicui locus errori superesse videatur, præsertim cum ea omnia etiam in actis S. Laurentii, dubiæ licet fidei, occurrant. Et tamen irrepsit in textum aliquorum martyrologiorum error, ita ut loco centum viginti in antiquo martyrologio Gellonensi (6) legatur : *Romæ natalis sanctorum quadraginta sex, seu millia centum viginti quatuor, Saturnini, Maximi* etc. sicut igitur hic irrepere potuit vox *millia;* ita et potuit ad 21 octobris, ubi de Ursula et sociabus agitur. Ex aliis, quæ eamdem ad 25 octobris referunt passionis historiam, mendum sive additamentum Gellonense facile corrigi
E potuit; in nostro autem casu deficiunt codices antiquiores et probati. In manuscriptis enim editisque martyrologiis noni sæculi nostra historia fere numquam, in illis sæculi decimi et undecimi rarissime occurrit : quo ergo ex fonte error emendandus?

quamquam præter illas undecim videantur adfuisse aliæ mille :

255 Dices forsitan : illæ undecim, quæ in Kalendario nostro nominatim referuntur, erant ductrices virgineæ turmæ, cæteræ erant sequaces. Non refragabor. Sic enim concordat nostrum Kalendarium apprime cum Wandalberto : *Ductricibus inclyta sanctis*. Sed tunc est concedendum, mille sequacium seu sociarum fuisse, ut pariter Wandalbertus habet. Inde et cogitatu facilis est error, unde opinio de undecim millibus sit orta. Erant enim ductrices illustres ac nobiles tantum *undecim*. Nobiles præprimis adfuisse duces, Acta referunt apud Gaufredum. Sequaces autem et de communi, F sed honesta plebe *mille*. Consentiunt iterum Acta. In antiquis tunc membranis fors ita lectio adornata fuerat : *Coloniæ passio SS. undecim et millium virginum Ursulæ et sociarum ejus*. Error facillimus, omisso *et* conjunctivo, originem dedit opinionis de *undecim millibus*.

adhuc sæculo XII *fiebat sermo de undecim tantum:*

256 Non est dissimulandum, in antiquis monumentis aliquoties occurrere historiam Ursulæ; et nunc assignari tantum undecim, alia autem vice plures. In chronico abbatiæ S. Trudonis, quod scripsit Rodulphus abbas hujus monasterii sæculo duodecimo ineunte, tantum undecim virgines recensentur. *Altare ad sepulchrum beatorum Trudonis et Eucherii* (scribit ad finem libri X (7)), *est consecratum in eorum honore; in eo continentur reliquiæ istæ : de capillis sanctæ Mariæ, de vestimentis sancti Jacobi apostoli Domini, de reliquiis sanctarum undecim virginum*. Sub Horneo episcopo LXXXIII Leo-

Kirchengeschichte Deutschlands, tom. I, pag. 111 et seqq. ap. Schade, pag. 26; Ayala, Christianus eruditus, lib. VIII, cap. 3, pag. 376. — (1) Leibnitz, ap. Schade, pag. 25; Leuckfeld, Antiquitates, Michaelsteinenses, pag. 12. — (2) Des Christhichen Raurachs und Basels Ursprung und Alterthum, pag. VII, 1756. — (3) Die Sage von der H. Ursula, pag. 26. — (4) Dacherius, Spicilegium, tom. V, pag. 336, edit. primæ. — (5) Opp. tom. II, part. I, pag. 185. — (6) Ap. Dacherium, Spicilegium, tom. XIII, pag. 415. — (7) Ibid. tom. VII, pag. 475.

AUCTORE V. D. B.

diensi apertum est sepulchrum S. Lamberti, in quo et adpositæ erant reliquiæ de sociabus S. Ursulæ. Nulla ibi mentio de undecim millibus, sed simpliciter dicitur: *Unum caput de sociabus S. Ursulæ* (1). E contra in fundationis documento monasterii Windbergensis, quam Canisius et Basnagius ad annum 1167 fixerunt, occurrunt modo undecim millia virginum (2).

tunc tandem ortas esse fabulas Ursulanas.

257 Est ergo maxime probabile, sæculo undecimo exeunte, et duodecimo ineunte falsam opinionem de undecim millibus virginum exortam esse, quæ incrementum accepit ex spuriis Actis a Joanne Capgravio in Legenda Angliæ editis, ubi, sicut revelatio nova asseritur, ita omnia quoque narrata plane nova et figmenta noscuntur. Novus et adhuc incognitus est papa Cyriacus, sive Cyricius in Actis nominatus, novus Cæsarius episcopus Meldensis, novus rex Olofernes Ursulæ sponsus, cætera omnia nova, et novissima sunt, unde merito explosa. Hæc omnia, quamquam satis accommode ad illustrandam vexatam et intricatam historiam dicta sunt; sic tamen ad decisionem multum agitatæ controversiæ minus sufficientia quibusdam videri possunt. Vero verius in omnibus deprehenditur illud
B Plinii Secundi in præfatione historiæ naturalis: *Res ardua, vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem.* Lubens etiam relinquo æquis censoribus mea judicandi facultatem, et si quid melioris notæ adferre possint, etiam corrigendi.

Errat Bintenim, æstimans numerum undecim millium circa iniens sæculum XII *primum invaluisse;*

258 *Doctissimus itaque vir, quem in refellendis aliorum sententiis valde felicem fuisse libenter dedero, censet* 1° *sæculo* XI *exeunte aut* XII *ineunte ortam esse opinionem, quam falsam vocat, de* undecim millibus virginum; 2° *eas reapse fuisse* undecim *numero tantum, ita ut vox* millia *infausto librarii lapsu irrepserit martyrologiis aliisque libris; aut si id non placeat,* 3° *eas fuisse* undecim et mille, *undecim scilicet præcipuas et cæterarum ductrices, mille inferioris subsellii; adeoque* undecim millia *ex omissione particulæ* et *exorta esse. Quam postremam sententiam quoque propugnavit eruditissimus presbyter Floss in sua de* S. Ursula *dissertatione* (3). *At pace optimi viri, jam in Christo quiescentis, dicere liceat ei multo recentiorem haberi traditionem de undecim millibus virginum. Non enim sæculo* XI *exeunte, multoque minus sequenti asseri cœptum virgines Colonienses* undecies mille *fuisse numero.*
C *Titulus enim Sermonis in natali in codice Coloniensi hic est:* Sermo in natali sanctarum virginum undecim millium, *et in exemplari Leodiensi:* In festivitate beatissimæ societatis XI millium virginum (4). *Nec dici potest hæc postea a scribis loco tituli adjecta fuisse: præterquam enim quod hæc inanis conjectura est, in ipso sermone passim indicatur maxima multitudo. Vocantur enim* Coloniensium virginum agmina; *laudatur* tantus earum numerus, *et* virginum multitudo tanta; *comparantur cum duodecim legionibus Angelorum; pauciores tamen dicuntur* quam duodecim millia Virginum; chorus virginum *appellatur* nullis numero comparandus; tot millium *patrocinium extollitur etc.; quibus aperte ad undecim millia alludit.*

jam sæculo IX *hic numerus innotuerat.*

259 *In pluribus item diplomatibus de monasterio Ursulano Coloniensi idem numerus occurrit. Hermannus, Coloniensis præsul, in charta publica de dotatione templi, hæc anno* 922 *scribenda curavit* (5): Monasterium sanctarum virginum extra D muros Coloniæ erectum ad laudationem Dei et S. Mariæ ac ipsarum UNDECIM MILLIUM VIRGINUM,... ubi tot pretiosarum corpora requiescunt; *et inferius:* Iram Dei omnipotentis, ac S. Mariæ atque earundem sanctarum UNDECIM MILLIUM VIRGINUM incurrat; *et de dono Vassi, viri nobilissimi:* Quod ad sanctarum UNDECIM MILLIUM VIRGINUM famulatum delegavit; *et Wichfridus, item Coloniensis antistes, in unione ecclesiæ S. Mariæ:* Sororibus, *inquit* (6), quæ in ecclesia sanctarum virginum Deo fideliter deserviunt, aliquid ex nostro ad earum refectionem addere curavimus,... propter reverentiam XI millium virginum illic requiescentium. *Hæc anno* 927. *Idem anno* 941 (7): Venerabiles sorores in ecclesia sanctarum virginum extra muros civitatis Coloniæ publice et honorifice constructa.... Actum publice in præfata sanctarum undecim millium virginum ecclesia. *Demum Warinus anno* 980 (8): Ad ecclesiam sanctarum undecim millium virginum et martyrum extra muros Coloniæ civitatis honorifice in Dei honorem constructam et ad continuanda ejusdem ecclesiæ luminaria, ad instauranda tecta, ad sustentandas etiam custodum vires inibi circumspecte et solerter pernoctantium. *Bezecha,* E *sanctimonialis ad* S. Ursulæ, *in donatione prædii Walfordensis:* Ego, *inquit* (9), in Dei nomine, Bezecha, ultima ancillarum Christi in congregatione sanctarum undecim millium virginum Dei... Actum hoc Coloniæ publice in monasterio sanctarum undecim millium Virginum. Anno Incarnationis Dominicæ 1047, indictione 16 (*immo* 15), anno 6 Henrici regnantis et imperantis. *Item Sigewinus archiepiscopus circa annum* 1080 *in donatione novalium* (10): Ob felix itaque tale remedium apud Deum nobis impetrandum sanctas Dei scilicet undecim millia virginum nobis in auxilium invocantes, notum esse cupimus etc. *Unde appareat sæculo* XI *exeunte multo antiquiorem esse traditionem de* undecim millibus virginum. *Sed id argumentum paulo latius expendendum videtur.*

Monumenta, in quibus de SS. Virginibus agitur, in tres classes dividuntur; quarum prima aliquot continet nomina,

260 *Tres scilicet in classes distribui possunt monumenta in quibus de numero SS. Virginum qualiacumque indicia sunt. Prima classis eorum est, quæ singularia habent nomina; secunda quæ indefinitum numerum significant; tertia quæ undecies mille produnt. Quum Sermo in Natali scriptus est,* paucissimæ nomine erant cognitæ; inter quas inclyta et insignis fuisse asseverabatur regis Britannorum filia, ab illis (*scilicet Britannis*) Vinnosa, a nostris (*Coloniensibus*) Pinnosa nuncupata. *Cave tamen ne hinc concludas* S. Pinnosam *seu* Vinnosam *solam fuisse cognitam; aliarum quoque innotuerat nomen, sed paucissimarum;* Pinnosa *autem præcipua habita. Quæ autem aliæ fuerint difficile dictu. Usuardus, qui anno* 859 *aut* 860 *primam Martyrologii sui editionem in lucem emisit* (11), *ad diem* 20 *Octobris meminit* (12): Civitate Colonia passionis sanctarum virginum Marthæ et Saulæ cum aliis pluribus; *eademque nomina eruditus theologus Floss reperit ad diem sequentem in Kalendario (sæculi, ut videtur,* X), *olim Assindiensi nunc Dusseldorfiensi, notato in bibliotheca publica* D, 3. *In litaniis sæculo* XI *scriptis, atque olim in bibliotheca capituli Coloniensis nunc in Darmstadiensi sub siglis* cod. Darmst. 2089 olim Col. 88 *servatis, idem scriptor legit nomina sanctarum* Marthæ, Saulæ, Paulæ, Brittolæ *et* Ursulæ; F

(1) Ap. Chapeaville, Gesta Pontificum Leodiensium, tom. III, pag. 216.—(2) Ap. Canisium, Vett. lectt. tom III, part. III, pag. 212 et seqq —(3) Aschbachs allgemeines Kirchenlexicon, v° *Ursula*, tom. IV, pag. 1102 et seqq. — (4) Crombachius, S. Ursula vindicata, pag. 989. — (5) Ibid. pag. 778. — (6) Ibid. pag. 779. — (7) Ibid. pag. 781—(8) Ibid. pag. 781 et 782.—(9) Ibid. pag. 784. —(10) Ibid. pag. 786. — (11) Cfr Act. SS. tom. VIII Oct., pag. 85 et 86.— (12) Usuardi Martyrologium, edit. Sollerii, pag. 615.

et

A *et in alteris uno sæculo antiquioribus, notatis* cod. Darmst. 2106, olim Col. 106), Brittolæ, Marthæ, Saulæ, Sambatiæ, Saturninæ, Gregoriæ, Pinnosæ, Palladiæ (1). *In Kalendario Assindiensi exeuntis sæculi* x, *quod edidit Binterim, legi* sanctas xi virgines Ursulam, Senciam, Gregoriam, Pinnosam, Martham, Saulam, Britulam, Saturninam, Rabaciam, Saturiam et Palladiam *jam vidimus; quæ nomina in litaniis insertis codici Darmstadiensi* 2040, *olim Coloniensi* 45 *et inter annum* 950 *et* 1000 *scriptis alio ordine iterum reperit Flossius, scilicet:* Martham, Saulam, Brictolam, Gregoriam, Saturninam, Sabatiam, Pinnosam, Ursulam, Sentiam, Palladiam *et* Saturiam. *In pristino breviario Ms. ecclesiæ collegiatæ SS. Apostolorum Coloniensi in fine lectionis quintæ legit Crombachius* (2) : Quarum nomina sunt hæc : Pinnosa, Maximi ducis filia, Sentia, Georgia, Martha, Saula, Brittula, Rabastia, Saturnina, Satura, Palladia, Clementia, Grata : *omissa* S. Ursula, *cujus quippe laudes ante celebratæ essent. Demum in Adonis auctario* (3) : In Galliis apud Coloniam Agrippinam sanctarum virginum undecim millium. Una dicitur Ursula, Sentia, Gregoria, Pinnosa, Mardia, Saula, Brictula, Saturnina,
B Saturnia, Rabatia, Palladia, Clementia, Grata : et aliarum nomina scripta sunt in libro vitæ.

diversis temporibus plus minus celebria :

261 *Hæc si recolligamus, videntur quatuor distinguenda tempora : primum quo* S. Pinnosa *omnium celeberrima fuerit; secundum quo* SS. Marthæ *et* Saula; *tertium quo* S. Ursula *præ reliquis claruerit; quartum quo* S. Clementia *accesserit et* S. Grata. *Unde autem orta sit hæc variatio valde obscurum est. Certe in vetustiori kalendario Assindiensi, quod sæculo* ix *exeunte scriptum diximus, ad ultimam Februarii diem legitur* translatio S. Pinnosæ ; *unde conjicere pronum est eam celeberrimam habuisse translationem eamque singulari veneratione cultam fuisse, quamdiu hujus translationis memoria viguerit. Verumtamen in Sermone in Natali, in quo nulla hujus translationis mentio fit, alio ex capite universæ turbæ princeps dicitur* S. Pinnosa, *quod videlicet ferebatur esse regis Britannorum filia, neque his insulanis minus nota erat quam Coloniensibus : quæ dein laudes in* S. Ursulam *translatæ sunt. Neque continuo* S. Pinnosa *locum cessit* S. Ursulæ; *sed prius* SS. Martha *et* Saula *præcipuum locum aliquandiu habuisse videntur. Quis hæc extricet? Tres priores mutationes sæculo nono exeunte anteriores fuisse ex*
C *kalendario Assendiensi constat; quartam seu accessionem* SS. Clementiæ *et* Gratæ *posteriorem videri vel hinc colligitur, quod* undecim virgines *in eodem kalendario expresse dicuntur; et in Chronico Trudonensi* (4) *de consecratione altaris, anno* 1117 *facta, legitur sepulcro insertum fuisse* de reliquiis sanctarum undecim virginum ; *neque aliud significant siglæ* SS. M. XI. virginum, *quæ in kalendario Frisingensi sæculi* (*ut videtur* x) *scripta sunt* (5). *Contra verba diplomatis de monasterio Ursulano Coloniensi, anno* 1047 *editi, in quo id* sanctarum undecim virginum *dicitur* (6), *verisimiliter hiatum habent, elapso scilicet* millium *vocabulo, quum vulgare ejus asceterii nomen esset* Sanctarum Virginum *aut* sanctarum undecim millium virginum. *Post sæculum itaque nonum, immo post annum* 1117 *additæ fuerint* Clementia *et* Grata; *verumtamen ante medium sæculum* XII, *quo Elisabethanæ Revelationes emerserunt; quum monumenta, quæ illa habent nomina, visionibus Schonaugiensibus pura sint. Porro quando* S. Pinnosa *præ cæteris clarescebat, paucissimas notas fuisse vidimus : quot autem et quænam, quis dixerit? An* Martha *et* Saula, *quæ et* Paula? *An præterea* Brittola *et* Ursula? *An* Sambatia *insuper,* Saturnina, Gregoria *et* Palladia? *An* Sentia *quoque et* Saturnia? *Hæc omnia alienæ sagacitati permittenda videntur.*

AUCTORE V. D. B.

nil hinc sequitur quod attinet ad numerum martyrum Coloniensium.

262 *Id unum nobis notasse sufficiat nil omnino hinc concludi posse de numero sanctarum virginum, quæ Coloniæ truculentam mortem obierunt. Nullum enim ex his monumentis antiquius est Sermone in Natali; et pleraque recentiora sunt recitatis diplomatibus, in quibus* undecim millia virginum *clare leguntur. Præterea, quod in litaniis pauca occurrunt nomina, hæc earum natura et lex est ut singulares tantum sancti expressim invocentur. Kalendariis autem id fere commune, ut, ubi plurimorum sanctorum festum indicatur, plerumque præcipua tantum recenseantur nomina, reliqua sæpius omittantur, adeoque ipse sociorum numerus taceatur : sic in Mediolanensi, quod præfixum reperit Georgius* (7) *Breviario Ambrosiano, anno* 1465 *scripto, ad* XIII *kalendas octobris nude legitur :* Sanctæ Ursulæ virg.
E *Atque ad omnes fere dies similia exempla in opere nostro, ubi de martyrum turmis, maxime Hieronymianis sermo est, obvia sunt. Demum quod Trudonense Chronicum* undecim virginum *meminit, hinc ortum videtur quod totidem tantum e terra levatæ essent : agebatur enim de inserendis altari reliquiis.*

Secunda classis continet monumenta,

265 *Secunda monumentorum classis ea complectitur in quibus Ursulana agmina* sanctæ virgines *appellantur, nullis expressis nominibus neque numeris. Verum hæc nequaquam separanda a tertia classe, qua monumenta claudimus, quibus undecim millia designantur. Scilicet, ut jam anno* 922 *et* 927 *dicebatur Ursulanum templum* ecclesia sanctarum undecim millium virginum, *sic eodem tempore nude dicebatur* ecclesia sanctarum virginum : *duplex nomen semper perseveravit; et ut nunc aliquando* die Kirche der elf tausend Jungfrauen, *aliquando* Sancter Vilgen (*quod ex latino* Sanctarum Virginum *corruptum est*) *appellatur, sic olim quoque promiscue et sæpius in iisdem diplomatibus utroque nomine designabatur; ita ut quod antiquius sit ambigi queat, quamquam in antiquiori diplomate* ecclesia *seu* monasterium beatarum virginum *occurrat; immo ut*
F *verisimile sit hanc appellationem breviatam esse ex altera* undecim millium sanctarum virginum. *Utut id est, legitur* monasterium beatarum virginum *in ordinatione Guntharii* (8), *Coloniensis episcopi; quam* XVIII kalendas februarii anno Christo propitio, regni *sui* XI, indictione XV, Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter Lotharius *roboravit. Regni initium ducitur a die* 23 *junii anni* 841, *et indictio* XV *annum* 852, *non* 853 (*ut plerique habent*) *designat. In diplomate autem, quod* publice Colonia civitate regnantibus christianissimis regibus Carolo (?) et Henrico, indictione X, III idus augusti, *id est anno* 922, *condidit Hermannus episcopus et quo plures donationes, quas rex Conradus, ejus uxor et illustris vir Vassus Ursulano monasterio fecerant, confirmavit* (9), *ipse moniales vacat* Deo sanctisque virginibus rite famulantes; *sed bis quoque ibidem* sanctarum undecim millia virginum *memorat; quod et Vassus etiam, ut jam animadvertimus, fecerat.*

(1) Algemeines kirchenlexicon von Aschbach, v° *Ursula*, t. IV, pag. 1104. — (2) S. Ursula vindicata, pag. 998. — (3) Georgius, Martyrologium Adonis, pag. 644. — (4) Lib. X ad finem, ap. Dacherium, Spicilegium, tom. II, pag. 697, edit. 1723. — (5) Ap. Eccardum, Francia Orientalis, tom. I, pag. 856. — (6) Ap. Lacomblet, pag. 182. — (7) Martyrologium Adonis, pag. 718. — (8) Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 776 et 777; Würdtwein, Nova subsidia diplomatica, tom. IV, pag. 23 et seqq. — (9) Ap. Crombach, pag. 778.

AUCTORE V. D. B. *scilicet diplomata sæculi* IX *et* X,

264 *Wichfridus episcopus in diplomate anni* 927 (1), *quod supra quoque indicavimus*, ecclesiam sanctarum virginum *appellat, simul tamen recolens* reverentiam undecim millium virginum illic requiescentium. *Idem quinquennio post diplomate, condito* publice in ecclesia sanctarum virginum, XVI kalendas augusti anno gloriosissimi regis Henrici IV *iterum prospexit* sanctimonialibus ad Sanctas Virgines Domino devote studioseque famulantibus. *Eodem fere tempore Alfuinus et dilecta ejus conjux Ada proprietatem suam largiti sunt* ad ecclesiam Sanctarum Virginum; *quo vocabulo his utuntur. Contra Wichfridus in charta subscripta anno gloriosissimi regis Ottonis* VI, *indictione* XIV, *anno incarnationis Domini Nostri Jesu Christi* CMXLI *semel nuncupat* ecclesiam Sanctarum Virginum, *semel vero* præfatam Sanctarum undecim millium Virginum ecclesiam (2). *Qui successit S. Bruno dedit testamentariis suis tabulis* ad sanctas virgines vasa *duo et alia nonnulla* (3). *Qui exeunte sæculo* X *Coloniæ sedit Warinus, is quoque in diplomate meminit* præfati Sanctarum Virginum monasterii, *prius locutus de* ecclesia Sanctarum undecim millium Virginum (4). *Alia omitto* (5). *Quæ enim retulimus,*
B *satis superque demonstrant nil elici posse ex eo, quod in scriptis de basilica Ursulana hæc sæpe, nullo addito numero,* Sanctarum Virginum *appellatur. Immo synonymum esse* Sanctarum undecim millium Virginum *vel hinc liquet, quod utraque dictio vicissim in iisdem diplomatibus occurrit.*

et kalendaria in quibus promiscue sanctarum undecim millia virginum *et* sanctæ virgines *dicuntur.*

265 *Neque aliter censendum est de paucis kalendariis, in quibus ad* XIII *kalendas novembris* festum Sanctarum Virginum in Colonia *legitur, prout legit Grombachius* (6) *in vetustissimo Missali Anglicano, et reperitur in Martyrologio Corbejensi, ante annum* 986 *Atrebatensi Vedastino conscripto* (7), *atque his quidem verbis* (8) : XII calendas sancti patris nostri *ex* Hilarionis. Colonia Passio Sanctarum Virginum; *seu etiam in additamentis ad Martyrologium Bedæ Wirceburgense, sæculo* IX *exaratis et aliquantum auctis sæculo* XI, *ubi ad* XII kal. novembr.... Eodem die Sanctarum Virginum *occurrit* (9). *Hæc enim tantumdem valent ac si scriptum esset :* Sanctarum undecim millium Virginum : *quod eodem argumento conficimus quo diplomatum vim demonstravimus, videlicet eodem tempore in usu fuisse kalendariis inscribere* undecim millium *numerum. Testimonio sit kalendarium Hornbacense in diœcesi Metensi,*
C *dein Solodorense factum, scriptumque sæculo* IX (10); *in quo ad* 21 *octobris legitur* (11) : Nat. Scarum Virginum IX mil. in Colonia civitate. *Reperitur quoque in kalendario Trevirensi inter annum* 979 *et* 993 *scripto et passim dicto Gertrudiano. Id his verbis Philippus a Turre, Adriensis episcopus, descripsit* (12) : *Codex, Kalendarium, Psalterium et Litanias continens,* sanctæ Elisabeth, Ungariæ regis filiæ, Lantgravii ducis Turingiæ conjugis, munus; quod cum hortatu Pertoldi patriarchæ Aquilejensis... dedit honestissimo canonicorum Forojuliensi collegio... Codex vero ante ducentos annos scriptus fuerat in usum alterius Geltrudæ (*quam quæ soror erat Bertoldi patriarchæ et genitrix S. Elisabethæ.*) Cujus genus in obscuro latet; quamquam ex principum progenie fuisse ex eo liquet, quod non semel ipsa orat pro Petro (*ut loquitur*) filio meo unico et exercitu ejus. Hæc codicis ætas deducitur D ex pagina duodecima, in qua visitur imago picta ejus, qui librum scripsit, offerentis librum ipsum Egberto præsuli, ut ex versu hinc inde expresso :

Donum fert Ruodpreht, quod præsul suscipit Egbreht.

Non alius hic est quam Egbertus, Trevirorum archiepiscopus, qui eam rexit ecclesiam ab anno 979 ad 993. Nam sancti, qui pictis imaginibus in Psalterio et grandioribus et aureis literis repræsentantur, sunt pariter episcopi Trevirenses. Ergo inter memoratos annos 979 et 993 codex noster exaratus fuit et quidem in urbe Trevirensi vel loco alio ejus diœcesis, in qua etiam Geltrudam principatum habuisse suum suspicari licet; *quin codicem anno* 961 *scriptum contendit Laurentius a Turre, quod in eo* VI *kal. aprilis* Resurrectio Domini *notatur : verum id omnibus fere kalendariis commune* (13), *neque hæc notatio eadem est ac Paschatis, ut male credidit Turrius junior. Porro in antiquissimo hoc Trevirensi Calendario ad* XII k. *novembris legitur :* In Colonia sacrarum virg. XI milia.

Hinc redarguuntur errores Hontheimii et Sollerii; C

266 *Hinc judicium fer de his Hontheimianis animadversionibus* (14) : Undecim millia Virginum Martyrum, quæ 21 Octobris Coloniæ honorantur, ad Treviros equidem non pertinent; convenit tamen ex domesticis calendariis, quæ edimus, obiter advertere, in horum primo (*scilicet S. Maximini sub annum* 934 *scripto*) eas plane non memorari; in secundo (*S. Simeonis sæculo* XI *exarato*) poni : Sanctarum virginum.... millia, relicto spatio, quo numerus millium definiendus erat; non obscuro indicio, tum de numero necdum convenisse apud omnes. *Quam a vero aberret hæc conjectura manifestum facit Gertrudianum Kalendarium; quo constat integro fere sæculo ante apud Trevirenses receptum fuisse numerum* XI *millium virginum. Sed hoc jam pridem omnium fere eruditorum consilium fuit vanissimis telis Coloniensium virginum impetere multitudinem. Vanissima dixi, nam in multo recentioribus fastis, scriptis eo tempore, quo nemo de* XI *millibus dubitabat, similes hiatus occurrunt. Sic in kalendario, dicto Aquilejensi, sed quod pars est Psalterii olim ecclesiæ S. Michælis in oppido S. Danielis, et circa medium sæculum* XIII *conscriptum, ad* XII kal. *novembres legitur* (15) : Scor..... millia virg. (al. man. et temp.). *Ex Hornbacensi et Gertrudiano kalendariis patet quoque quid sentiendum*
F *sit de Sollerii nostri censura; qui, quod Hieronymiani Martyrologii codex S. Udalrici Augustanus, cui nulli inscripti sunt sancti sæculo* VIII *posteriores, ad* XI kal. nov. *habet* (16) : Col. SS. Undecim millium virginum, *idcirco scripsit* (17) : Patentissimum vero augmentum præbet XXI Octobris, *undecim millium* virginum; unde de codicis ætate conjicias, cum in nullo, quod sciam, vel Usuardino Martyrologio seculo XII antiquiori, harum virginum reperiatur memoria rotundo undecim millium numero expressa. *Et jam ante in sua Usuardi Martyrologii editione ad* 21 *Octobris, in Observationibus, de undecim millibus virginum scripserat* (18) : Hoc certum hodiernas istas Usuardinas omnino non esse, nec apud ullum antiquum martyriographum sub eo numero cognitas. *Certe Usuardus sub eo numero eas non dedit; sed nulli eas cognitas fuisse antiquo martyriogra-*

(1) Ap. Crombach, pag. 779. — (2) Ibid. pag. 781.—(3) Ibid. pag. cit. — (4) Ibid. pag. 783.— (5) Ibid. pag. 783 et seqq. Cfr Algem. Kirchenlexicon von Aschbach, tom. IV, pag. 1104. — (6) S. Ursula vindicata, pag. 998. — (7) Martenne, Thesaurus Anecdotorum, tom. III, col. 1547. — (8) Ibid. col. 1602. — (9) Eckartus, Francia Orientalis, tom I, pag. 829. — (10) Gerbertus, Monumenta veteris liturgiæ Alemannicæ, pars I, præf. circa medium. — (11) Ibid. pag. 479.—(12) Ap. Althanum, de Calendariis, pag. 86 et 87.—(13) Cfr Act. SS. tom. VIII Octobris, p. 926 et seqq.—(14) De Hontheim, Prodromus Hist. Trevirensis, tom. I, pag. 371.—(15) Ap. Althanum, de Calendariis, pag. 206. —(16) Martyrologia Hieronymiana contracta, Act. SS. post Junium, pag. 22.—(17) Ibid. præf. pag. v.—(18) Martyrologium Usuardi, pag. 615.

pho

A *pho plane falsum est, nisi monumenta sæculi* IX *et* X *et reliquis omnibus vetustiorem Sermonem in natali antiqua non esse dixeris.*

et explicantur Wandelberti carmina.

267 *Porro quum ex dictis certum sit sæculo* IX *numerum undecim millium receptum fuisse, hinc quoque intelligitur quæ sit significatio carminum Wandelberti, qui medio sæculo* IX *Prumiæ in diœcesi Trevirensi Martyrologium metricum conscripsit, atque his verbis Colonienses virgines laudavit ad* XII *kalendas novembres :*

Tunc numerosa simul Rheni per littora fulgent
Christo virgineis erecta tropæa maniplis
Agrippinæ urbi; quarum furor impius olim
Millia mactavit ductricibus inclita sanctis.

Quibus verbis nequaquam innuitur, ut nonnulli voluere, martyres Colonienses numero fuisse omnino mille præter ductrices, quas dicunt esse S. Ursulam *et decem alias in Assendiensi kalendario notatas; sed* inclita millia, *numerus indefinitus, idem indicant quod gallicum* plusieurs milliers. *Neque possum non mirari quod gravissimi et eruditissimi viri, quum hunc Wandelberti locum examinarunt, in scopulum impegerint. Ingens scilicet discrimen est inter* mille *et* millia; mille *enim adjective et substantive adhi-*

B *betur, ita ut idem sit ac græce* χιλιοι *et* χιλιας, *et dicatur* mille annorum *et* mille anni. Millia *itaque plurale est, ut* mille, *substantive usurpatum, singulare : neque umquam* millia *nisi de pluribus millibus dicitur; quæ sexcentis exemplis demonstrantur a lexicographis. Haud scio an ipse Sollerius fateatur plura millia intellecta fuisse a Wandelberto, ubi scribit* (1) : Numerum hic pro poetæ arbitrio determinari perspicuum videtur. Cæterum et mille et millenas fuisse illustrissimas virgines tam indubitatum putamus, ut ferreus sit oporteat (loquor ex magistri Papebrochii sententia) qui hisce et antiquis fundamentis nixæ Coloniensium traditioni fidem negare sustineat. *Verumenimvero, si indefinitus sit numerus (plura tamen millia capiens), quem carminum forte ratio postulavit, unde definiendum quæ scriptoris fuerit mens et consilium, nisi ex aliis ejusdem fere ævi documentis? quibus undecim millia tradi jam satis superque diximus.*

Admittendi sunt undecies mille martyres Colonienses; qui numerus multo probabilior est

268 *Manet itaque inconcussus numerus undecim millium virginum, antiquissimo Sermone in natali, kalendariis Hornbacensi et Gertrudiano et plurimis diplomatibus Coloniensibus de basilica seu monasterio Ursulano confirmatus : quæ basilica seu monasterium quum longe antiquior esset ipso Sermone in Natali atque in id genus ædibus plane optime rerum*

C *veterum conservetur memoria, equidem non video quid vetustissimæ traditioni Coloniensi opponi possit. Profecto nemo eidem repugnaret, si, non undecies mille, sed undecim tantum referret martyres : at quid, quæso, tutior traditio de undecim quam de undecies mille? Sed horret ad tantum virginum numerum animus! Recte, si de tot illibatis puellis ageretur; at supra* § XXVI *satis ostendimus hoc numero pueros, viros, mulieres et viduas æque ac virgines contineri. Verum paucos tantum Coloniæ trucidavit Attilæ exercitus. Id primus, ni fallor, objecit Oskar Schade, qui, quamquam eum in lucubratiuncula sua passim diceres nil aliud velle quam meram fabulam esse universum Ursulanum martyrium, victus tamen testimoniorum antiquitate et multitudine, fatetur non semel aliquid veri subesse et quidem ab Attila Coloniæ stragem editam fuisse; sed eam non magnam fuisse contendit.*

269 *Quod nuperius et quidem acerrime in* S. Ursulæ *historiam calamum strinxit, placet latina facere ejus verba :* Hæc fabula, *inquit* (2), *loquens de* S. Ursulæ *gestis, prout in Passione* Regnante Domino *et in aliis sequioris ævi libris narratur,* hæc fabula, quod huic rerum generi commune est, aliquid veri continet, licet lineamenta vaga sint et ambigua. Nulli enim alii quam Attila ejusque Hunni latere possunt sub persona victoris universæ Europæ et barbarorum, qui trucidasse dicuntur sanctas virgines. Verum Attila ejusque viri non magnam apud Coloniam fecerunt stragem. (*Nun haben diese aber nachweislich bei Coln kein grösseres Massaker verübt.*) Quidni ibidem parva non secus ac alibi ab iis facta fuerit? (*Dass kleinere statt gefunden haben, warum sollte das nicht geschehen sein hier sowol wie auch anderwärts?*) Fieri potest ut hac strage perierint etiam virgines æque ac viri, mulieres, pueri; sed hæ singulares fuere cædes : *quocirca arbitratur opinionem de maxima undecim millium multitudine ortam esse paulatim ex memoria de immensa strage in campis Catalaunicis. At nolim examinare quid undecim millia virginum, Coloniæ cæsarum, commune habeant cum ducentis fere millibus in campis illis occumbentium; hæc lubens prætereo : sed*

E *id unum quæro ubi legatur in effractis civitatibus paucos tantummodo ab Attilæ Hunnico exercitu necatos fuisse. Profecto nemo unus ex antiquis historicis, qui Attilæ gesta prosecuti sint, ita loquitur ut non indicet immania ab eo passim facta fuisse detrimenta et occisiones. Sed id argumentum* § XXIV *prosecuti sumus; adeoque firmiter persuasum nobis est futurum esse ut, siquis allata testimonia maxime de Mettensi, Atrebatensi et Aquilejensi expugnatione et vastatione mente recolere voluerit, is (etiam nulla ratione habita tot testimoniorum quibus de undecim millibus constat) multo probabilius habiturus sit undecies mille Coloniæ occisos fuisse, quam paucos tantum, verbi gratia undecim (quæ mens est, ni fallor, Oskaris Schade), aut mille et undecim (qui numerus placuisse videtur RR. viris et Binterim et Floss.*

AUCTORE V. D. B. *quam parca cædes, quam ab Hunnis factam admittit Oskar Schade; etiamsi nulla ratio haberetur tot monumentorum, quibus* XI *millia traduntur.*

270 *Non enim nostra humanitate et moribus barbarorum gesta metienda sunt. Horremus plane quum mentis aciem in undecim millia cadaverum convertimus; sed quæ nobis horrori, Hunnis aliisque barbaris fuere gaudio et oblectamento. Quæ ut clarius pateant, quamquam bene multa de Hunnorum feritate jam retulimus, strages aliquot, quæ a barbaris patratæ sunt et de quarum amplitudine certius constat, juverit indicasse. S. Hieronymus, testis coævus et rerum sui temporis, etiam Gallicarum, scientissimus, narrat ad annum* 409 *in templo Moguntiacensi, ubi hæc civitas a Vandalis aliisque barbaris capta est, plura hominum millia occisa fuisse* (3). *Verba supra dedimus. In prologo Carminis de providentia divina, quo describuntur mala, quæ ab anno* 406 *ad* 416 *a Vandalis et Gotthis perpessi sunt Galli, hæc leguntur* (4) :

Immanes erant cædes patratæ a barbaris, puta Vandalis,

F

Heu! cæde decenni
Vandalicis gladiis sternimur et Geticis.
Non castella petris, non oppida montibus altis
Imposita, aut urbes amnibus æquoreis,
Barbarici superare dolos atque arma furoris
Evaluere : omnes ultima pertulimus.
Nec querar extinctam nullo discrimine plebem,
Mors quoque primorum cesset ab invidia,
Majores anni * ne forte et æquior ætas
Offenso tulerint quæ meruere Deo.
Quid pueri insontes? quid commisere puellæ?
Nulla quibus dederat crimina vita brevis?...

annis?

(1) Usuardi Martyrologium, pag. 615. — (2) Die Sage von der Heiligen Ursula, pag. 127. — (3) Epist. XCI ad Ageruchiam, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 744. — (4) Ibid. pag. 777 et 778.

Non

AUCTORE V. D. B.

Non honor innuptas devotæ virginitatis,
Nec texit viduas relligionis amor.
Ipsi desertis qui vitam ducere in antris
Suerant, laudantes nocte dieque Deum,
Non aliam subiere necem, quam quisque propha-
Idem turbo bonos sustulit atque malos. [nus:
Nulla sacerdotes reverentia nominis almi
Discrevit miseri suppliciis populi.

Hæc Vandalorum crudelitas et Gotthorum : quis Hunnos misericordiores dixerit a quibus, Attila duce, septuaginta civitates probe Danubium deletas fuisse norimus?

Tataris, Turcis aliisque quos crudelitate superarunt Hanni.

271 *Tataros ejusdem esse stirpis ac Hunnos monuimus sæpius : lege itaque apud Rainaldum in Continuatione Annalium Baronii ad annum* 1241 *et sequentes quot illi quantasque cædes puerorum, virginum, fœminarum, senum virorumque, quum in Russiam, Poloniam, Silesiam aliasque vicinas regiones irrumperent, edere essent soliti. Quid de Tamerlano dicam, Mogole quoque natione, quem Attilæ vestigiis insistere voluisse diceres? Nemo nescit in Ispahan collecta fuisse septuaginta millia capitum, quæ monstrum istud præcidi jusserat : et passim eamdem explicabat insolentiam et crudelitatem.*

B *Partim ex eodem sanguine creti Turcæ; atque ab his novem millia Chiensium, ut primum anno* 1822 *occupavere urbem, trucidata fuisse omnibus notum, et postea per integrum mensem tot alia millia, ut, quæ insula centum viginti millia incolarum ante habebat, per hanc stragem et quadraginta millium servorum venditionem ad octo millia redacta fuerit. Ab ipsis christianis aliquando infandas cædes fuisse factas nemini incompertum : ut uno exemplo rem confirmem, in circo Thessalonicensi, jubente Theodosio, septem aut, ut alii narrant, quindecim millia civium a militibus occisi fuere : recentiora lubens omitto. Nequaquam itaque numerus undecim millium virginum seu potius incolarum (nam eo numero omnes qui Coloniæ Agrippinæ ab Hunnis protrati sunt, contineri non satis inculcare possumus) admirationem aut stuporem ingerere debet. Neve dicas neutiquam constare numeratos fuisse martyres. Hæc mera suspicio, quales de omni re historica moveri possunt; sed nullum fundamentum habet. Qui tradidere numerum undecim millium, illi sciverint quare potius undecim quam decem dixerint aut duodecim. Neque ita difficilis supputatio fuit, quum in communibus fossis maximo ordine et reverentia corpora*
C *deposita fuerint.*

Singulare specimen civitatis a barbaris dirutæ.

272 *Verumenimvero quamquam hæc ita habeant, quum tamen sæpius post discessum barbarorum civitates dirutas denuo inhabitari a civibus cernimus et paucis annis post iterum vastari; per innatam benevolentiam, qua hominum delicta ad nos minus attinentia cogitatione minuimus potius quam augemus, facile inducimur ad æstimandum scriptores antiquos, terrore nimio perculsos, exaggerasse damna quæ illo ævo civitatibus illata fuerint : quocirca placet hic coronidis loco ob oculos ponere specimen, quod quidem ad Hunnos directe non spectat, sed quo generatim innotescat quæ effractæ seu dirutæ civitatis esset conditio; atque id quidem non minus insigne quam Herculani et Pompejæ, Vesuvii cineribus coopertarum. Id autem dabit Victoria, insignis ad dextram Rheni ripam prope Niewied una aut duplex civitas, cujus rudera descripsit Hoffmann* (1), *titulos collegit Steiner* (2). *Porro Hoffmann, postquam ostendit quam late olim extensa esset Victoria, quam validis mœniis munita, quantisque opibus locuples; quumque indi-* D
cavit ex inventis nummis et titulis eam medio sæculo III *non fuisse superstitem, sed paulo ante deletam, sic demum progreditur :* Sævum in modum Germani ulti sunt Romanos; et omnes hanc cladem planc horreremus, nisi memores essemus hanc sibi sortem ab avis nostris promeritos esse trecenaria tyrannide Romanos, quorum crimina impunia esse nefas erat. Jam vero accipe quæ de hac ultione ex Victoriæ ruinis tamquam ex aperto libro legi.

Pugnatum in ipsis domibus; animantia æque ac homines cæsa;

273 SUMMA VI ET IMPRESSIONE FACTA, EXPUGNAVERUNT GERMANI CIVITATEM ET CASTRUM; CERTATUM DEIN IN IPSIS DOMIBUS, QUO HOMINES OCCISI ET ANIMANTIA. Ubi tellus effossa est, apparuere ossa humana æque ac bestiaria, puta bovina, suina, canina; neque singularia tantum, sed maxima multitudine; adeoque integros sceletos humanos. Sic in prætorii aula detecta integra ossium compages, ad cujus pedes clavi, olim calceis suffixi, jacebant et reliquiæ solearum, in quibus æruginosa foramina supererant; sic quoque in præcipuo ejusdem prætorii cubiculo sedebat ad parietem alia ossea forma; cui adjacebat clypeolus signi argenteus, germanica cuspide transverberatus; et simul cassis instructa argentea lamina, inscriptis literis COH. V et genio veteranorum etc. : quæ signiferi fuisse indubium est. In utroque loco prope sceletum erat jaculum, profecto demortuorum telum. Eodem modo passim reperta sunt Romana æque ac Germanica arma, quæ magno numero collecta sunt. Quomodo autem hæc tanto numero ossa et arma ubique sparsa essent, E
nisi pugnatum fuisset in plateis atque in ipsis demum domibus? nisi victores, civitatis et castri domini, occidissent quoque partem pecoris, eoque pasti, ossibus terram conspersissent?

pars prædæ abacta, reliqua frusiatim destructa;

274 PARS TANTUM PRÆDÆ, QUÆ IN TAM DIVITE ET FLORENTE CIVITATE ACTA EST, POTUIT AUFERRI; RELIQUA INCREDIBILI FURORE DESTRUCTA FUIT. Ex centum fere omnigenis rebus vix una integra est, sive quod Germanis vilioris pretii aut exilioris formæ visa sit, sive quod contempta aut præterita. Pluries mille scilicet, quæ multis locis plenis corbibus collegi, fragmenta detecta sunt paterarum, catinorum, lancium, urceorum et similium utensilium; sed in immensa hac fictili supellectili, maximam partem coquinaria, nulla vasa, præter exigua aliquot, erant integra. Inventa quoque incredibilis vitrea supellex, sed nil quod fractum non esset. Quin etiam quæ fractu difficillima, ut molæ versatiles, columnæ ex F
optimo hujus regionis lapide, altaria marmorea, tofus albus et ruber, et durissima ex ære et ferro confecta instrumenta, hæc omnia rupta summa adhibita vi, cujus vestigia facile recognoscere est. Prætorium maxime, ubi longæ altarium, statuarum et idolorum erant series, hostium furorem expertum fuit. Omnia illa in rudera redacta. Neque quis umquam hanc sibi deletionem recte imaginabitur, nisi effossionibus quæ fiunt continuo adstet, aut saltem cubiculum intret in quo millena marmorea et tofina fragmenta congessi. Furor ille præprimis intelligitur ex majori fragmento altaris marmorei, cujus superficies acuto gravique lapicidæ instrumento, quod juxta repertum est, tantopere et toties concussa fuit ut impolitus lapis videatur.

fragmenta quaquaversum dispersa;

275 NEQUE SATIS HABUERE GERMANI OMNIA CORRUMPERE, SED QUAQUAVERSUM SPARSERUNT FRAGMENTA. Si enim frangendis rebus contenti fuissent, frusta utique juxta posita essent et redintegrari possent.

(1) Ueber die Zerstörung der Römerstädte an dem Rheine zwischen Lahn und Wied, durch die Deutschen in der Mitte des dritten Jahrhunderts, wie sie die Nachgrabungen bey Niewied gezeigt haben. Niewied, 1833. — (2) Codex inscriptionum Romanarum Rheni, tom. II, pag. 61 et seq.

At

A At nuspiam ita est. Altarium scilicet fragmenta, quæ ex marmore, forma et inscriptionibus unius olim molis fuisse conspiciebam, ingenti spatio dijecta erant, minora frusta longius a basi, majora propius; similiter earumdem statuarum membra et pretiosissimarum paterarum fragmina, ex proposito ad quatuor ventos projecta, integro interdum octiduo post a fossoribus retecta sunt.

flammis dein domus et civitas deletæ;

276 POSTQUAM AUTEM HOC MODO MOBILIA DESTRUXISSENT GERMANI, TUNC TANDEM APPLICUERE ÆDIBUS FLAMMAS ET CIVITATEM INCENDIO DELERUNT. Carbones et incendii reliquiæ ubique apparent jam in pavimento cubiculorum, jam in imis ruderibus. Planum quoque erat ut quo majores essent ædes, eo acrius arderet ignis et majora inferret damna : atque ex his quidem etiamnum de ædium magnitudine æstimatio fieri potest. In prætorio autem, in quo trabes integræ in carbones redactæ inventæ sunt, tantus fuit incendii ardor ut non tantum spississimum vitrum, verum etiam fragmina ænea ruptorum idolorum et alia similia fusa sint; adeoque in prætercurrenti rivo tegulas in vitrum versas reperi et imbrices in quibus fusuræ initia cernere est.

quæ incendium reliquerat, sus deque versa.

277 QUUM AUTEM INCENDIO COMBUSTA ESSET TOTA CIVITAS, TUNC TANDEM ALLABORATUM UT LAPIDEÆ ÆDES, PALATIA, MURI, TURRES ALIAQUE SUS DEQUE VERTERENTUR ET QUANTUM FIERI POSSET SOLO ÆQUARENTUR. *Manifestum*
B *enim est, quandoquidem hæc vi diruta fuerunt, ea vel ab ipsis barbaris vel multo tardius ab accolis eversa fuisse; quod autem accolæ harum ruinarum auctores non fuerint, colligitur ex præsentia ferri, tegularum aliarumque multarum rerum utilium* (*quæ hi certe, si supertites diruissent muros, in utilitatem conver-*
tissent suam;) *sed nil simile actum est. Atque hæc siquis considerarit, probe intelliget quanta sanguinis copia, quantaque ædificiorum vastitate indicarentur barbarorum vestigia, quacumque malo in civitates animo perrexissent. Absit itaque ut arbitremur cædes neque magnas fuisse, neque crudeles, et potissimum Hunnos, Coloniæ versantes, non multum civibus, maxime puellis, fuisse graves. Atque hæc nisi manifesta videantur, equidem nescio quid de historiæ luce et facibus homines loquantur.*

§ XXVIII. An Colonienses martyres natione Britanna fuerint et an ante martyrium instituerint peregrinationem Romanam.

C

Intra quos fines quæratur an Colonienses martyres domo Britannæ fuerint.

Quæ hactenus explicuimus, certa nobis videntur et historicis nixa fundamentis. Reliqua probabilia tantum et multo minus firma : quocirca brevioribus ea expediemus. Prima autem quæ proponi solet quæsto versatur circa virginum illarum ortum et patriam. Domo Britannas fuisse communis opinio est. Verumeninvero si quis hæc ita intelligat ut omnes Colonienses martyres ex Britannia Coloniam advectas fuisse arbitretur, huic profecto explicandum est quid in Britannas potius inhumani fuerint Hunni quam in Colonienses, et quo signo alteræ ab alteris discretæ fuerint. Ex altera vero parte, si quis flocci habeat eamden traditionem, non minus forte incurrit in scopulos, quoniam credibile nos est nil veri iis, quæ ab antiquissimis temporibus Britannis æque ac Coloniensibus persuasa sunt, subesse : unde enim hæc concordia esset orta? Media itaque via incedendum videtur et proin admittendum aliquot, ex iis, et forte celeberrimas, natione Britannas fuisse; et quidem eo verisimilius est præcipuam laudem feminis ex hac gente cessisse, quo certius est pudicitiam earum singularem fuisse virtutem, ut his verbis testatur Procopius (1) : Tanti enim pudicitiam faciunt illi barbari (*Britanni*), ut eam prostituisse videatur femina, cui solum nomen pacti conjugii, non res ipsa contigerit.

AUCTORE V. D. B.

Eas inter plures fuisse Britannas suadet Sermo in Natali;

279 *Quod autem antiqua et venerabilis est traditio de Britannarum præsentia et cæde, ex Sermone in Natali manifestum fit. Ab initio enim auctor eam innuit :* Sancta Coloniensium virginum agmina, *inquit,* (inde enim, *ex Colonia scilicet,* eas rectius cognominamus, ubi vitæ instantis *seu cælestis* quam ubi, *nempe in Britannia,* mortis futuræ diem habuere natalitium) nobis hodie non minus sunt admiranda quam veneranda. *Continuo eas laudat quod veniendo Coloniam* ipsam in qua natæ sunt patriam non cognoverunt carnaliter. *Num.* 7 *confutat opinionem eorum qui eas ex Oriente Coloniam advenisse volebant et num.* 9 *eorum probat sententiam, qui* plures *numero et* vigilantius rerum ordi- E
nem intuentes Britanniam insulam tradebant hujus Deo notæ multitudinis genetricem et nutricem pariter exstitisse. *Quod triplici testimonio confirmat Britannorum, Batavorum et Coloniensium.* In qua sententia, *inquit,* concordant procul dubio et hi, qui sanctum agmen misisse dicuntur, *videlicet Britanni;* et qui se suscepisse magnopere lætantur; *Colonienses intellige;* horum etiam medii *seu Batavi* convenientissimis hoc ipsum adstruunt signorum indiciis; apud quos pleraque loca sanctis his cernuntur honorata simul et illustrata reliquiis : nam et in Batavia quam Rhenus bicornis circumfluendo insulam facit, sedem fundasse, ibique aliquandiu mansisse referuntur. *Galfredum Monumetensem et Passionem* Regnante Domino *Britannicæ et Coloniensis traditionis vades esse non est quod moneam. Apud utramque gentem singularis de* S. Pinnosa *seu* Vinnosa *erat notitia; num. enim* 11 *Sermonis in Natali hæc habentur :* Inter quas inclyta et insignis fuisse asseveratur regis Britannorum filia, ab illis Vinnosa, a nostris Pinnosa nuncupata.

earum migrationem verisimilem facit status politicus Britanniæ et memoria præsentiæ Britannorum ad ostia Rheni,

280 *Aliunde verisimilis est nonnullorum utriusque sexus Britannorum in has partes migratio. Supra* § XIV *ostendimus quantum jam ante medium sæculum* V *in insula sua a Pictis et Scotis premerentur Britanni; ita ut anno* 446 *ad Aëtium scriberent* (2) : Repellunt nos barbari ad mare, repellit nos mare ad barbaros : inter hæc oriuntur duo genera funerum, aut jugulamur aut mergimur. *Creverunt eorum etiam pericula, quum anno* 449, F
ducibus Hengisto et Horsa, Angli et Saxones, specie auxilii ferendi contra Pictos, in Britannium appulerunt et aliis continuo ex Germanico littore advenis ostenderunt viam. Profugisse Britannos potissimum in Armoricanas plagas diximus num. 131; *sed in alias quoque partes, Britanniæ oppositas, adeoque Bataviam maxime verisimile est. Et quidem, quamquam admitti omnino non possit in Bataviam tot numero venisse Britannos, ut hæc a Procopio dicta sit* Brittia, *quin etiam sufficiat legisse Procopii locum ut clare constet eum libro* IV *de Bello Gotthico* (3), *non de Batavia* (*ut quibusdam* (4) *placuit*), *sed de Britannia majori esse locutum; quamquam insuper*

(1) De bello Gotthico, lib. IX, cap. 20, tom. II Opp. pag. 562 et 563. — (2) Ap. S. Gildam, Liber querulus, part. I, cap. 17, ap. Migne, Patrologia, tom. LXIX, col. 542. — (3) Cap. 20, Opp. tom. II, pag. 559 et seqq. edit. Bonn. — (4) Cannegieteri Dissertatio de Brittenburgio, matribus Brittis, Britannica Herba, Brittia Procopio memorata, Hagæ, 1737; Pars et Vander Schelling. Catti, aborigines Batavorum, dat is : De Katten de voorouders der Batavieren ofte de twee Katwyken, pag. 79 et alibi passim.

ara-

AUCTORE V. D. B.

ara ad Castra Vetera, in vico Birten, a militibus legionis XXX *Ulpiæ Victricis* MATRIBVS BRITTIS *positæ* (1), *nil forte aliud innuant quam in his partibus milites Britannos fuisse, quales et Coloniæ* (2) *et Aschaffenburgi* (3) *constitisse ex titulis novimus; neque hæc ad sæculum* V, *de quo agimus, utpote idololatrica, pertinent; quamquam hæc, inquam, ita sint, quum tamen prope Neomagum vicus supersit cui nomen* Briten *et in ipsa insula Batavica Brittannorum memoria ita adhuc vigeat ut ædificio, quod imperator Septimius Severus vetustate collapsum restituit* (4), *vulgo* Brittenburgi *nomen seu* Huis ten Britten *incolæ indiderint* (*quo jure videant alii* (5);) *et certe a sæculo* XII, *ut ex poeta theotisco Nicolao Colino* (6) *constat, Brittenburgum in his partibus celebre fuerit : hæc ex nullo alio fonte derivata esse videntur quam quod reapse sæculo* V *aliqua ex Britannia Majori colonia huc confugerit.*

ubi etiam fidem nonnihil videntur propagasse.

281 *Quo etiam factum fuerit ut christiana religio in hac insula aliquantum propagata sit, licet jam antea non omnino expers divini seminis fuisse videatur : quemadmodum jam pridem compertum est ex onyche et sarda seu carneola, ad Wahalim infra Neomagum inventis et cruce in carneola, anchora in onyche,* B *cum appositis ad utrumque tum crucis tum anchoræ latus pisciculis* (*quod christianum certissime signum est*) *insculpta* (7). *In Foro Adriani quoque* (Voorburg) *antiquitatis christianæ nonnulla cimelia reperta* (8). *Et quamquam non ita multo post, quum hæc loca occuparunt Franci et dein Frisii, non potuere hæc novalia non magnum hinc accipere detrimentum; non tamen omnes destructæ fuisse videntur ædes sacræ; quod in Britannia Majori ab Anglis et Saxonibus etiam factum non est; ita ut, de Batavis scribens, auctor Sermonis in Natali hæc literis mandare potuerit :* Apud quos pleraque loca sanctis his cernuntur honorata simul et illustrata reliquiis. *Postea tamen hæc periere; adeoque unius S. Cuneræ, quæ in Rhenen seu veteri* (*ut nunc volunt* (9)) *Carvone colitur, memoria in illo tractu superest. Quod damnum factum sit, quum Normanni sæpius ante annum* 850 *et sæpius deinceps loca pia Bataviæ* (*de Thiela certas satis notitias* (10) *habemus*) *destruxerunt* (11).

Absurda est migratio e Britannia et peregrinatio Romam versus, qualis describitur in Passione Regnante Domino *et revelationibus Schonaugiensibus.*

282 *Quæ de itinere Romano in Passione* Regnante Domino *et in Revelationibus Schonaugiensibus et Steinfeldensibus leguntur, plane absurda esse nemo unus, cui pepo loco cordis non sit* (*Tertulliani phrasi utor*), *negabit. Quid enim umquam ad Papebrochii de hac re animadversiones respondebitur?* Non potest, *inquit* (12), facilis creditu apparere narratio, quæ simul ex Britannia solvere facit plus quam ducentorum navigiorum classem (nec enim paucioribus opus erat ad transvehenda XI millia virginum cum congruo numero clericalis, familiaris ac C nautici comitatus), eamque adversis ventis actam, totam impellit in aliquod Rheni ostium, per quod Basileam usque subvecta incredibilis tali tempore peregrinarum multitudo, reliquum iter per Vindelicios Rhetosque terra confecerit, in tanta tunc scribentium copia nemini nota memoratave; eo tamen imprimis memorabilis, quod pro majori parte virginibus constaret, omnia odore sanctitatis suæ et futuri martyrii fama sic replentibus, ut complures Italicarum civitatum episcopi, reges item ac principes, ipsas fuerint usque Coloniam D comitati. Adde quod Rheni ac Mosæ commune ostium (nam de veteris Rheni medio alveo, etsi tunc adhuc patente, sed tamen propter deductos in Leckam et Vahalim aquas exili, cogitare non licet) ostium, inquam, illud, duorum tantorum fluviorum in Oceanum effundendorum capax, et multo tunc etiam quam nunc amplius, nullas a mari naves longe ultra Roterodamum transmittit; quæ autem ex Hollandia Coloniam usque subeunt navigia planioris carinæ necessario sunt, quam quorum in mari usus est : ista autem vix ultra confluentiam Rheni atque Mosellæ aut saltem Mœni pervadere possunt, quin minoribus opus sit, ut Argentinam usque perveniatur : hinc vero Basileam, propter summam fluminis rapiditatem, non datur ascensus, nisi forte exiguis lintribus, multiplicato remigum nisu impulsis, ut mihi Argentina scribit nostri nunc ibi collegii rector P. Carolus Darsonval. Ruit igitur etiam ex hac parte navigatio ex Britannia etiam eò casu, quo, mutata identidem navigiorum qualitate et quantitate, sulcatum Rhenum volueris dicere; quanto enim hæc minora feceris Basileam pervenire, tanto magis oportebit augere numerum, eumque facere tam enormem ut incredibile omnino sit, tot simul inveniri paratas cymbas po- E tuisse, quot opus fuisset XV aut XVI millibus animarum deportandis. *Hæc ille et plane inconcussa sunt.*

Alicujus peregrinationis memoria superest in Sermone in Natali

283 *At nullane paulo ante Attilæ adventum ex Coloniensi tractu Romam facta est peregrinatio? Equidem quantum abhorreo ab admittendo undecim millia virginum cum congruo comitatu Romam perrexisse, tantum probabile habeo aliquot Colonienses incolas utriusque sexus, quos inter Britannos etiam, Romanum circa id tempus instituisse iter. Certe quum auctor Sermonis in Natali lucubrationem suam edidit, supererat memoria peregrinationis alicujus a Coloniensibus martyribus susceptæ, adeoque contendit ille ea de causa Britannicas virgines Coloniam venisse, quod hinc in orientales partes pergere vellent :* Tunc, *inquit num.* 10, et istæ beatæ soli Deo in omnibus et meritis notæ, nobis in perpetuum venerandæ virginum turmæ, caput sequentes omnes omnium sponsum suum Christum Dominum nostrum, unanimiter orientem versus, unde et prius fidem receperant et tunc persecutionem ortam fuisse didicerant, cupientes paratam sibi percipere gloriam, contenderunt. *Quibus Romamne an imperium orientale designet scriptor obscurum mihi est : paulo enim ante a S. Eleutherio papa* F *prædicatores in Britanniam missos fuisse dixerat; sed altera ex parte, quum in stylo ecclesiastico Oriens fere eas regiones quæ imperio orientali subfuerunt designet; quumque insuper hæc cum iis quæ num.* 6 *de Clematio, viro consulari,* ex partibus Orientis *Coloniam transgresso, narrarat, colligata videantur: et demum quum ea quæ de persecutione, in Oriente mota, perhibet, ad Nicomediensia martyria facile spectare possint, est sane cur ambigui hæreamus. Utrovis autem modo hæc intelligenda sint, id parum ad nos; quum id unum velimus ex hoc loco constare superfuisse, quum scriptus est Sermo in Natali, memoriam alicujus peregrinationis quæ ab Ursulanis virginibus aliena non fuerit.*

284 *Eodem pertinent dicta S. Gregorii Turonen-*

(1) De aris et lapidibus votivis ad Neomagum et Sanctenum effossis G. Cuperi epistt. p. 15; Cfr Steiner, n. 648.—(2) Cfr Steiner, num. 887.—(3) Cfr id. num. 160. — (4) Pars, Catti, aborigines Batavorum, pag. 81; cfr Schayes, Pays-Bas avant et pendant la domination romaine, tom. II, pag. 395, 408 et seqq.—(5) Cfr Pars, pag. 73 et seqq. et Saxius, Monogrammata historiæ Bataviæ, pag. 4. —(6) Cfr Walckenaer, Géographie des Gaules, tom. I, pag. 499, not. 2.—(7) Smetius, de Sarda seu Carneola crucem et pisciculos referente ad quartum lapidis jactum infra Neomagum non procul a Vahalis ripa inventa.—Item Smetius, Antiquit. Neomag. pag. 33 et seqq. — (8) Cfr Schayes, les Pays-Bas avant et pendant la domination romaine, tom. II, pag. 584. — (9) Cfr Walckenaer, Géographie des Gaules, tom. II, pag. 307.—(10) Cfr Bosschaerts. de Primis Frisiæ apostolis, pag. 521. — (11) Cfr Annales Xansenses, ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. II, pag. 225 et seqq. — (12) Propylæum Maji, Paralipomena, pag. 58 et 59.

sis

A *et apud S. Gregorium Turonensem,*

sis de S. Servatio Tungrensi episcopo : Rumor erat, *inquit* (1), Chunos in Gallias velle prorumpere. Erat autem tunc temporis apud Tungros opidum Servatius eximiæ sanctitatis episcopus, qui vigiliis ac jejuniis vacans, crebro lacrymarum imbre perfusus, Domini misericordiam precabatur, ne umquam gentem hanc incredulam, seque semper indignam in Gallias venire permitteret. Sed sentiens per spiritum, pro delictis populi, sibi hoc non fuisse concessum; consilium habuit expetendi urbem Romanam; scilicet ut adjunctis sibi apostolicæ virtutis patrociniis, quæ humiliter ad Dominum flagitabat, mereretur facilius obtinere. Accedens ergo ad beati apostoli tumulum, deprecabatur auxilium bonitatis ejus, in multa abstinentia, maxima inedia se consumens; ita ut biduo triduoque sine ullo cibo potuque maneret, nec esset intervallum aliquod, in quo ab oratione cessaret. Cumque ibi per multorum dierum spatia in tali afflictione moraretur, fertur hoc a beato apostolo accepisse responsum : « Quid me, vir sanctissime, inquietas? Ecce enim apud Domini deliberationem prorsus sancitum est Chunos in Gallias advenire, easque maxima tempestate debere depopulari. Nunc igi-

B tur sume consilium, accelera velociter, ordina domum tuam, sepulturam compone : require linteamina munda. Ecce enim migrabis a corpore, nec videbunt oculi tui mala, quæ facturi sunt Chuni in Galliis, sicut locutus est Dominus Deus noster. » Hoc a sancto apostolo pontifex responso suscepto, iter accelerat, Galliasque velociter repetit : veniensque ad urbem Tungrorum, quæ erant necessaria sepulturæ secum citius levat : valedicensque clericis ac reliquis civibus urbis, denuntiat cum fletu et lamentatione quia non visuri essent ultra faciem illius. At illi cum ululatu magno et lacrymis eum prosequentes, supplicabant humili prece, dicentes : « Ne derelinquas nos, pater sancte; ne obliviscaris nostri, pastor bone. » Sed cum eum fletibus revocare non possent, accepta benedictione cum osculis redierunt. Hic vero ad Trajectensem

* Maestricht urbem * accedens, modica pulsatus febre recessit a corpore : ablutusque a fidelibus, juxta ipsum aggerem publicum est sepultus. Cujus beatum corpus qualiter post multorum temporum spatia sit translatum, in libro Miraculorum scripsimus. *Hæc S. Gregorius Turonensis* (2); *de quibus multæ disputationes.*

C *cujus dicta de Servatio aut Aravatio Tungrensi expenduntur;*

285 *Non tantum editi fere omnes, sed mss. etiam plerique codices loco* Servatii Aravatium *seu* Asavatium *habent; idemque in libro de Gloria Confessorum* (3) *et in Historia S. Gregorii ab Fredegario epitomata* (4) *observatur. Neque ex codicum antiquitate res dirimi posse videtur. Re quidem vera in antiquissimo codice Corbejensi, partim Merovingico, partim Romano charactere sæculo* VIII *scripto, legitur totus hic locus, et quidem prolixior, sub sancti* Servatii Vitæ *titulo; quæ nominis forma in subjecto quoque hymno retinetur; quin etiam Paulus diaconus in libro de Ordine episcoporum Mettensium, quem circa annum* 784 *scripsit,* Servatium *certissime edidit* (5) : *sed ejusdem ævi est codex San-dionysianus libri de Gloria Confessorum, in quo* Aravatius *legitur. Hinc alii incusant S. Gregorium erroris, quod S. Servatium Trajectensem, qui certe sæculo* IV *floruit, et S. Autorem Mettensem ad Attilæ tempora traxerit; hinc alii duos Servatios Trajectenses statuunt aut unum Servatium sæculo* IV *et Aravatium medio sæculo* V. *Equidem candide fatebor me, postquam sedulo legi quæ Henschenius, Valesius, Pagius, Ruinartius, Tillemontius, Calmetus, Chaussier aliique scripsere, plane nescire in quam partem inclinandum sit. Nam quum Aravatius aut Servatius ille, qui Attilæ coævus dicitur, templum in suum honorem a S. Monulfo constructum, ut testis est ipse S. Gregorius* (6), *Trajecti habuerit, neque nunc ante omnem hominum memoriam Trajectenses et Leodienses alium norint quam S. Servatium, qui medio sæculo* IV *cum Arianis decertavit, valde durum est eis alterum obtrudere Servatium aut ignoto nomine Aravatium : sed non minus durum duplicis erroris* (*nam loci de Servatio Tungrensi et Auctore Mettensi cohærent*) *S. Gregorium Turonensem et qui eum fere secutus est Paulum diaconum criminari; quamvis certum sit in similes errores aliquando incidisse S. Gregorium; sed non minus quoque certum sæpius inter se confusos fuisse sanctos, ita ut unius celebritate obliteratum fuerit alterius nomen. Quocirca hic nodus secari quidem, non autem solvi posse videtur.*

AUCTORE V. D. B.

E *quocumque modo hæc accipiantur, argumentum, quod hinc deducitur, ad confirmandam illam peregrinationem, idem robur habet.*

286 *In medio itaque hac relicta quæstione, id unum ex S. Gregorii ejusque sequacium narratione colligimus, brevi ante adventum Hunnorum episcopum Tungrensem, quiscumque ille demum fuerit, Romam ad limina apostolorum perrexisse et in reditu transiisse Mettas. Ut autem per Coloniam instituerent iter, suadebant quæ alias eum in Belgio, a Francis fere occupato, mansissent pericula. Præterea, quum tunc in usu esset ut episcopi equis publicis currerent, neque id fieri posset absque codicillis, ab imperatore, præfecto prætorii aut magistro officiorum concessis,* (*quos codicillos* evectiones, combinas *et* diplomata *appellabant et de quibus supra pag.* 51 *ad Vitam S. Hilarionis jam diximus*), *quumque insuper Tungrenses præsules absque epistolis formatis episcoporum Coloniensium* (*quippe qui metropolitani essent Germaniæ secundæ*) *peregrinari non possent, aliæ hinc nascebantur rationes ob quas Coloniensis via præferenda videretur. Quidni itaque Colonienses aliquot atque etiam advenæ Britanni excitati fuerint ut Tungrensem episcopum comitarentur et cum eo divinum auxilium adversus instantia pericula imploraturi Romam pergerent? Tunc enim piarum peregrinationum morem jam valde usitatum fuisse confitentur ipsimet hodierni heterodoxi* (7), *quorum patres tam vehementer hanc disciplinam adorti sunt. Atque hæc eo animo collegimus non quod præfracte hanc peregrinationem tueri velimus, multo minus quod fidem prudenter addi posse arbitremur mirabilibus adjunctis, quæ in Passione* Regnante Domino *et mirabi-* F *lioribus quæ in Revelationibus Schonaugiensibus occurrunt; sed tantum ut probabile videatur peregrinationem Romanam non plane commentitiam esse, sed ab aliquot Coloniensibus martyribus reapse fuisse susceptam, atque eam fundamentum esse, quo quæ postea incredibilia prodigia adjecta sunt nitantur. Multa alia de Coloniensibus virginibus quæri possent; sed quum hæc omnia passim recurrant in Annotatis ad Sermonem in natali, ad Passionem* Regnante Domino *et ad Revelationes Schonaugienses et Steinfeldenses aliaque monumenta illustranda, ne ad idem bis agendum cogamur, præstat illa hoc loco omittere. Superest itaque ut præcipua de undecim millibus virginum documenta historica edamus, et dein disseramus de gloria posthuma.*

(1) Hist. Francorum, lib. II, cap. 5, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 160. — (2) Hist. Francorum, lib. II, cap. 5, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 160 et 161. — (3) Cap. 72, ap. Migne, Patrologia, tom. LXXI, col. 880. — (4) Cap. 1, ibid. col. 575. — (5) Ap. Migne, Patrologia, tom. XCV, col. 701 et 702. — (6) De Gloria confessorum, cap. 72, ap. Migne, tom. LXXI, col. 881. — (7) Cfr Augusti, Handbuch der christlichen Archäologie, tom. III, pag. 364 et seqq.

AUCTORE ANONYMO.

SERMO IN NATALI
SS. VIRGINUM XI MILLIUM *a*.

a *Causa cur SS. Virgines vocet auctor Colonienses, non autem Britannicas.*

Sancta Coloniensium virginum agmina (inde enim eas rectius cognominamus, ubi vitæ instantis, quam ubi mortis futuræ diem habuere natalitium) nobis hodie sunt non minus admiranda, quam veneranda : quibus non sufficerat in orbe suo Domini sponsique sui mancipari præconio, nisi etiam cum carnis affectibus, quos olim amore ejus spreverant, renunciarent simul omnibus, quæ possederant; nec patres, nec matres, nec propinquos alios, nec ipsam in qua natæ sunt patriam cognoscentes carnaliter, in causa Dei, cui cœperant spiritualiter adhærere, fidelissimi propositi devotione currendo, et ita dilectum suum candidum et rubicundum, electum ex millibus, jugiter inclamando : Trahe me post te, curremus in odore unguentorum tuorum. In harum ergo festivitate nobis omni tempore celeberrima, quod meritum earum primum, quod dicamus ultimum ignoramus : nullum enim in eis nisi maximum scimus.

B *Præcipua tantum gesta earum sciuntur; non constat omnes fuisse virgines et ne quidem feminas.*

2 Neque abs re esse putandum est, quod earum conversatio vel prima, vel media nobis nota non est : videlicet ut de his ea tantum a fidelibus recolantur, quibus majora nulla esse alia non dubitatur. Potuit quippe fieri, ut in tanto earum numero conjugata quælibet esset, aut vidua, quibus licet centesimus ejus fructus, utputa virginitati specialiter deditus, ante martyrium negaretur : sexagesimus tamen et trigesimus per rectissimam Deoque acceptissimam suo loco hujusmodi conversationem, ipse etiam maximus per martyrii gradum humanis meritis purissimum redderetur. Nam quis unquam omnium mulierum, non dicimus tantummodo virginum multitudinem tantam, sine sexus alterius intermixtione crederet convenisse? Nec enim, quod de Amazonibus legitur, huic sanctæ spiritualis cunei virtuti comparandum esse putamus : illæ namque cædendo, ut ductor suus, istæ moriendo, ut sponsus suus, victoriam quæsierunt : possibile autem, et omnino facile fuit illi, qui credentibus etiam omnia possibilia fore et promisit, et dedit, et hoc quoque modo in solis virginibus, si vellet, mirabilis cunctis gentibus, et populis innotesceret; nam humanitatis fragilitate circumdatus, plusquam
C duodecim legiones angelorum exhibendas sibi a Patre potuit obtinere : regnans in ejusdem carnis æterna majestate cum Patre, ad sequendum se agnum immaculatum minus quam duodecim millia virginum *b* non potuit exhibere?

b *Maxima de iis manserunt tantum tradita; scilicet virginitas plurium; contemptus terrenorum, in peregrinatione; et martyrium.*

3 Ad vos ergo majorum nostrorum studio de sanctis his virginibus ea sunt tantum perducta, quæ maxima : neque singularia fuerunt, sed multiplicia. Nam virginitati soli, per se in humilitatis custodia fine tenus excellenti, nemo culmen aliud facile judicaret æquari. De contemptu vero, atque amissione parentum, et possessionum omnium, abnegationeque sui, ipsaque peregrinatione pro testamenti Domini veritate assumta, quid dicemus? cum ipsa veritas juveni evangelico de sola rerum possessarum venditione et eleëmosynarum largitione, si se tandem sequeretur, perfectionem promiserit, et apostolis pro hoc merito etiam potestatem in die judicii alios judicandi condonarit. Illi bona opera sua protestanti excellentiorem viam demonstrans : *Si vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cælo, et veni, sequere me.* Istis vero ejusdem perfectionis præmium spondens : *Amen dico vobis*, inquit, *quod vos, qui reliquistis omnia, et secuti estis* D *me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israël.* Martyrium autem quantæ dignitatis existat, nemo fere * qui * *adde* est nesciat, in cujus quotidiana memoria tanta per universum mundum frequentantur ubique tripudia.

Multa de his virginibus nobis ignota.

4 Iis procul dubio meritorum gradibus, vel potius æqualitatibus ad se suas virgines Virgo Virginis filius hortando perduxit, remunerando suscepit, beatificando æterna gloria sublimavit. Gradus autem, et profectuum ordines, quibus ad hanc arcem de virtute in virtutem adscendendo pervenerant *, secreto quo voluit a nobis nunc usque celavit : quos laudibus non solum triplicis earum supra memoratæ perfectionis, sed et simplicis unius cujuslibet impares novit. O beatus et sacer ille virginum chorus perfectissimus, merito nullis numero comparandus : qui martyrum innocentum lactenti agmini junctus, non illud tantum admirabile cum omni terra canticum novum, sed et illud speciale carmen sibi concelebrat, quod sequens agnum quocumque ierit multitudo sola virginum cantat!

* pervenerunt?

E *Traditio Coloniensium non contemnenda est, licet historia virginum nonsit hactenus scripta ob vastationes barbarorum et incensam ecclesiam Ursulanam.*

5 Non autem prætereundum, nec silentio supprimendum esse videtur, quod in ore nostratum *c* tenaci memoria semper omnino diligentissime servatum, religiosis frequenter colloquiis volvitur, credibile etiam, et aut verum, aut verisimillimum non negatur. Denique plurima per opinionis conjecturam probantur esse conscripta : quibus tamen nulla unquam autoritas refragata est : mendacii namque notam recte nequaquam incurrit, qui veritatis indagini ex majorum, horumque admodum religiosorum traditione, convenientissimoque rationis judicio sedulus cautusque quantum ad se, librator insistit. Nam cur cælestis hujus exercitus a principio gesta simul et prælia non scriberentur, ut sic demum purius, et lucidius ad aures posteritatis transmitterentur, quotus in omni gente mirari debeat, cum causam hujus negligentiæ, communis pene omnium populorum afflictio per barbaros his maxime regionibus debacchantes inflicta perdoceat? Per quam etiam hoc factum est, ut earumdem sanctarum virginum memoria, post incensam sanctorum corporum custodem ecclesiam *d*, paulatim ab ore primum, deinde ab ipso pectore religiosi dudum populi laberetur.

c

d

F *Clematius ex Oriente vocatur ut Coloniæ restauret eam; vulgat per Europam martyrium Ursulanum.*

6 Hæc nihilominus negligentia de honorandis thesauri pretiosissimi loculis in nostratibus adeo vehementer induruit, ut ex remotis valde orientalium regionum partibus Clematius *e* quidam vir, ut rerum exitus docuit clarus simul, et religiosus, atque ad honorandas illustrandasque fama pariter et munere sanctarum virginum *f* sepulturas idoneus, crebis visionum prodigiis, terroribus et documentis Coloniam invitatus accederet, et quæcumque coactus in suo loco primum timore sponderat, hic in reintegranda beatarum virginum basilica religionis devotione perficeret : cujus monimenta lapidibus istic servantur incisa, quæ et huic operi verbis iisdem putavi inserenda : DIVINIS FLAMMEIS VISIONIBVS FREQVENTER ADMONITVS (VT VIRTVTIS * MAGNÆ MAJESTATIS MARTYRII CÆLESTIVM VIRGINVM IMMINENTIVM) EX PARTIBVS ORIENTIS EXHIBITVS PRO VOTO CLEMATIVS VIR CONSVLARIS DE PROPRIO IN LOCO SVO HANC BASILICAM VOTO, QVO DEBEBAT, A FVNDAMENTIS RESTITVIT. Quod quia breviter designari veritas ipsa poscebat, quosdam minus diligenter intendentes, sensus ejus verus, et ad sententiæ totius solutionem omnimodis aptus hucusque latebat. Unde propter id, quod Clematius de proprio a fundamentis sanctarum virginum ecclesiam scribitur erexisse,

e

f

* virtutibus

A erexisse, putant eum proprium hic prædium habuisse, in quo eamdem reædificaverit; quam prius ædificatam fuisse, quamvis multo jam tempore destructam, nemo fuit, qui vel hactenus dubitaverit : sed ex proprio pecuniæ suæ pretio melius eam aliunde veniens religiosus idem Clematius creditur recuperasse; qui non solum in loco proprio pretiosorum corporum venerationem debitam redintegravit et auxit : verum etiam in exteras provincias, unde venerat, et per quas iter fecerat, famam tantam eundo et redeundo perduxit.

Virgines ex Oriente non venerunt.

7 Propter hoc vero, quod ex Orientis partibus per crebros dicitur visionum terrores exhibitus, sanctas virgines ex Oriente similiter argumentantur adductas, quasi vel expeditionis obedientia propter Romanæ pacis custodiam cum martyribus Thebææ societatis *h* huc usque directæ; vel orandi gratia ad hæc paganorum eo tempore loca pro proposito fuerint destinatæ. Nulla ergo ratione credibile videtur, quod Oriens eas transmiserit Occidenti : cum, etsi religionem excellentiorem aut vitam quietiorem appeterent, illuc potius, ubi vel vestigiorum Domini, passionisque ejus, et sepulturæ insignia, vel totius esset fastigium ecclesiæ *i* B tenderent. Quod adhuc videlicet hic non minus, quam ibi vulgata cernimus accidere : quando illuc ex omnibus hujus plagæ partibus fideles studiis infatigabilibus euntes, indeque redeuntes alloquimur *k*.

Coloniæ passæ sunt.

8 Martyrii quoque gloriam, si pro fide testimonioque Christi, quod habebant, mori ardenti animo præoptantes, moræque impatientes desiderarent : quod quidem eas ubicumque locorum ita quæsisse non ambigimus, sicut hic invenisse didicimus, credidimus, amplexati fuimus, et nunquam vita comite venerari cessabimus : ibi nimirum facilius hanc promereri potuissent, ubi Romani Imperii principem, et christiani nominis persecutorem solum aut maximum offendissent *l*. Nam in his regionibus *m* absque ejusdem decreto pariter et edicto raro movebatur ulla christianorum persecutio.

E Britannia ortæ.

9 Plures autem, quasi rubica *n* per unum oculum directa, id est, rationis æquitate sagacissimæ historiarum et temporum ducatu perspecta, vigilantius rerum ordinem intuentes, Britanniam insulam *o* tradunt hujus Deo notæ *p* multitudinis genetricem, et nutricem pariter exstitisse. In qua C sententia concordant procul dubio et hi, qui sanctum agmen misisse dicuntur; et qui se suscepisse magnopere gratulantur; horum etiam medii convenientissimis hoc ipsum adstruunt signorum indiciis, apud quos pleraque loca sanctis his cernuntur honorata simul et illustrata reliquiis *r*. Nam et in Batavia, quam Rhenus bicornis circumfluendo insulam facit *s*, sedem fundasse, ibidemque aliquamdiu mansisse referuntur.

Britannia Catholica ante Diocletiani et Maximiani persecutionem.

10 Siquidem temporibus Antonini et Commodi imperatorum Lucius, rex Britannorum, ab Eleutherio, quartodecimo post beatum Petrum apostolicæ sedis pontifice, christianæ catholicæque fidei prædicatores obtinuit : quam susceptam idem Britanniæ populus, in omni religione, et pacis tranquillitate inviolatam, omnisque persecutionis ignaram usque ad tempora Diocletiani servavit *t*. Cujus sævitia impellente, Marcellinus etiam Romanus pontifex, ordine a primo vicesimus octavus, constantiam deinde resumens, fortiter confligendo corona martyrii dignabatur *u*. Post quem undantibus sine more * per omnes terras persecutionum tempestatibus, eadem sedes principalium utique principalis, septem annis et dimidio, decem insuper diebus *x* gubernaculo præsulis, ut chronographi asserunt, privabatur. Quo tempore Britannia, transmarinarum partium insula, longitudine atque in latitudine vehementer extenta, tam diuturnæ pacis dudum otio feriata, atrocissima Christianorum persecutione jussu Maximiani concussa est : multique in ea martyrio coronati, multi de ea in peregrinationem expulsi, multi sponte profecti, multimodam patriæ suæ calamitatem in ecclesiarum, et monasteriorum deprædatione, vastatione, destructione, concremationeque, et civium nece sic quodammodo felicius evaserunt. Tunc et istæ beatæ soli Deo in omnibus, et meritis notæ, nobis in perpetuum venerandæ virginum turmæ, caput sequentes unum omnium sponsum suum Christum Dominum nostrum, unanimiter Orientem versus, unde et prius fidem receperant, et tunc persecutionem ortam fuisse didicerant, cupientes paratam sibi percipere gloriam, contenderunt *z*.

AUCTORE ANONYMO.

x

z

S. Pinnosa *omnium præcipua; reliquarum virtutes. Coloniæ omnes occiduntur.*

11 Inter quas inclyta, et insignis fuisse asseveratur regis Britannorum filia, ab illis Vinnosa, a nostris Pinnosa *aa* nuncupata : hanc omnes aliæ in Christi caritate concatenatæ sorores pari voto et studio sequebantur : quarum paucissimas nomine, omnes virtute et pietate, experimentis assiduis edocti cognoscimus. In hoc procinctu dominico ad acutissimum veræ sapientiæ intuitum corde etiam corporeque directo, quanta prudentiæ viguisset sagacitas, justitiæ æquitas, temperantiæ veritas, fortitudinis animositas, illi tantum felici- E ter, et sobrie probare possunt, qui feliciter pro more suo imitari parati sunt. Ceterum nos hodierna non solum lætitia, sed et omni tempore in hoc magnifice gloriamur. Occurrente lictorum immanitate, hanc Agrippinæ Coloniæ terram, non ut hospitam solummodo prætereundo salutaverunt; sed hic martyrii victoria coronatæ, eam ut propriam effusione sancti sui sanguinis manendo decoraverunt *bb* : nobisque in pretiosis suis corporibus tantum contulerunt patrocinii, quantum tot millia digne supplicantibus possunt impetrare remedii apud misericordiam nostri Redemptoris unici Dei Patris, qui se quocumque ierit, sequentibus sanctarum virginum agminibus, et affectum pro nobis orandi benignus inspirat, et affectum misericors præstat. Qui cum ipso Deo Patre suo et amborum caritate Spiritu sancto unus omnipotens Deus vivit, et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

aa

bb

F

ANNOTATA.

a *Prius edidit Surius in Vitis Sanctorum partem hujus Sermonis, scilicet quæ hic numm.* 5 *et* 6 *continetur; postea Crombachius eum integrum edidit ex codicibus Coloniensi et Leodiensi. In illo codice titulus erat quem et nos præfiximus; in hoc :* In festivitate beatissimæ societatis XI millium virginum. *In Commentario prævio* § 5 *ostendi verisimillimum, ne dicam certum esse Sermonem hunc conscriptum fuisse inter annum* 731 *et* 859.

b *Legiones olim constabant ex sexies mille et centum capitibus; post Constantini tempora mille ducentis : videtur scriptor supponere eas habuisse mille tantum homines; quæ cæterum vulgaris opinio seu potius loquendi ratio est. Hinc dixit virgines Colonienses pauciores quam duodecies mille fuisse, quum eas undecies mille fuisse persuasum habuerit. De hac re dictum in Commentario prævio* § 27.

c Nostrates *Colonienses ei sunt, ut ex non uno loco, maxime ex num.* 11 *patet.*

d *De hoc templo dicetur in tractatu de Gloria posthuma,* § 1 *et* 2.

e *Clematius*

A e *Clematius ille, vir consularis, plane ignotus. Nomen est reapse orientale et sæculo* V *ab episcopo Palæstinæ* (1) *et a monacho Palæstinensi* (2) *gestum.*

f *Colonienses virgines ab antiquissimis temporibus* Sanctæ *aut* Beatæ Virgines *tamquam nomine proprio dictæ fuerunt; quod in vulgari sermone sub forma* Santer Vilgen *etiamnum perseverat. Eo tamen non excludebatur altera appellatio* undecim millium virginum; *quæ promiscue cum sanctarum virginum nuncupatione usurpabatur. Vide quæ dicta sunt in Commentario prævio* § 27.

h *De martyribus Thebæis, quorum S. Gereon et socii pars sunt, in opere nostro ad plures Septembris et Octobris dies fuit dictum. Sed recentius anno scilicet* 1853 *cl. v. J. W. J. Braun Bonnæ eximium librum de eodem argumento edidit* (3), *cujus epitomen in diario Parisiensi* l'Univers *ad* 5 *Maji anni* 1856 *et in diario Bruxellensi* Journal de Bruxelles *ad* 7 *Maji legere est. Mense scilicet Majo anni* 1843 *Coloniæ retecta fuerant sexaginta septem sceleta, quorum quadraginta octo trunca; novemdecim capita ad latus dextrum longis clavis perforata. Hæc illic deposita ante Constantini ævum, ut ex inventis nummis compertum. Unum caput adhuc superest quod*
B *junioris fœminæ Ægyptiacæ fuisse judicavit M. D. Mayer. Porro trunca sceleta militum Thebæorum, quos Coloniæ numero quinquaginta decollatos perhibet S. Gregorius Turonensis, et novemdecim capita uxorum fuisse quæ pro more maritos secutæ fuerint et martyrii fuerint participes (nam et feminas inter martyres Thebæas fuisse in antiquis refertur historiis), quis non videt? Hæc omnia multo fusius in Braunii commentario explicita vide, maxime quæ ad uxores, natione orientales et maritos milites in Germaniam secutas, pertinent. Ibi enim exhibet plures titulos hujuscemodi uxorum centurionum, præfectorum cohortium etc. Atqui nonnullos suo ævo Coloniæ versatos esse qui arbitrarentur sanctas virgines ex numero uxorum Martyrum Thebæorum fuisse hic perhibet Sermonis auctor eosque simul confutat. — Quod hic dicuntur sanctæ virgines nonnullis visæ ex Oriente venisse, vide infra in Gloria Posthuma, ubi de earumdem officio ecclesiastico disserimus. In hoc enim officio, scilicet in tertia antiphona ad Laudes, reapse dicuntur ex Oriente venisse.*

i *Hierosolymam,* ubi vestigiorum Domini, passionisque ejus et sepulturæ insignia *sunt, et Romam,* ubi totius est fastigium ecclesiæ, *indicat. Vestigia*
C *Domini jam memorata a S. Hieronymo* (4), *scribente:* Certe adorasse, ubi steterunt pedes Domini, pars fidei est. *De fastigio ecclesiæ, Romæ posito, passim Patres. Quid, quod scriptor ethnicus, Ammianus scilicet Marcellinus, ejusdem rei testis est? Ubi enim narravit S. Athanasium a synodo multorum episcoporum depositum fuisse a sede patriarchali Alexandrina; neque hac re contentum, Constantium imperatorem conatum esse ut a Liberio papa condemnaretur; noluisse autem Liberium inauditum hominem damnare adeoque aperte recalcitrasse imperatoris arbitrio:* Id enim ille (*scilicet imperator*), *subjicit Marcellinus* (5), Athanasio semper infestus, licet sciret impletum (*a synodo*), tamen auctoritate quoque, QUA POTIORES ÆTERNÆ URBIS EPISCOPI, firmari desiderio nitebatur ardenti. *Sæculo* II *exeunte aut* IV *ineunte peregrinationem Hierosolymitanum jam diu in usu fuisse, certum; verisimillimum, Romanam.*

k *Insignis locus de peregrinationum Hierosolymitanæ et Romanæ sæculo* VIII *aut* IX *frequentia.* D

l *Intelligit Diocletianum qui, instigante Galerio, in Oriente anno* 303 *persecutionem incohavit et auctor fuit ut alibi quoque deinde excitaretur.*

m *Gallias innuit; in quibus reapse mota non fuisset persecutio, nisi Diocletianus eo adegisset Constantium Chlorum ut, si ipse non juberet, saltem in christianos ab aliis inquiri sineret.*

n Rubica *videtur posita pro* Rubrica, *ut* Rubicella *pro* Rubricella *apud Cangium in Glossario. Rubrica autem sæpe dicitur pro quavis* Regula *secundum quam aliquid dirigitur, ut in eodem Glossario ad verbum* Rubrica *videre est; adeoque hic pro* linea *seu* regula, *secundum quam, ut acutius videamus et situm alicujus rei cognoscamus melius, unius oculi aciem dirigimus, altero oculo clauso.* Intueri *itaque,* quasi rubica per unum oculum directa, *nil aliud hic significare videtur quam* bene recteque res perspicere.

o *Cfr de ortu sanctarum virginum Commentarius prævius,* § 28.

p *De dictione* Deo notæ *cfr infra annotatum* b *ad caput* 1 *Passionis* Regnante Domino.

r *Cfr de hoc loco Commentarius prævius num.* 17 *et* 279. E

s Rhenus bicornis *e Virgilio* (6) *sumptus; ad quem locum Servius :* Aut quia commune est omnibus fluviis (cornua enim amnibus tribuunt poëtæ) aut quia duplici alveo fluit : uno, qua Romanorum imperium est; altero, qua interluit barbaros, et insulam Batavorum facit. *Alterum cornu Wahalis erat, Mosæ quoque undas excipiens; alterum Rhenus proprie dictus, atque olim alveus potior. Sed anno* 839 *per inundationem totius fere Hollandiæ factum ut obstructus fuerit hic alveus et cessarit insula Batavica, donec anno* 1804 *novus canalis apertus est* (7). *Ex hoc loco et ex pluribus aliis collige hunc Sermonem anno* 839 *antiquiorem esse.*

t *Hic locus excerptus ex Venerabili Beda, qui anno* 731 *Historiam ecclesiasticam absolvit et quadriennio post sanctissimam hic in terris conversationem. Cfr Commentarius prævius num.* 16.

u *Hæc excepta ex Catalogo Summorum Pontificum sub Felice IV conscripto. Cfr Commentarius prævius num.* 17.

x *Nulli quod sciam Catalogi, nunc superstites,* decem *dies habent; sed* viginti quatuor *aut* quinque. *Cæterum plurimi ipso Marcellini nomine carent et* F *de ejus sedis tempore inter se maxime varii sunt. Nunc plerique eum sedisse statuunt a die* 30 *Junii anni* 296 *ad* 24 *Octobris* 304, *annos scilicet octo, menses tres, dies viginti quatuor.*

y *Hæc ex Venerabili Beda, cui S. Gildas præluxerat, desumpta et nonnihil amplificata. Scripserat Venerabilis Beda* (8) *:* Diocletianus in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente vastari ecclesias, affligi interficique christianos decimo post Neronem loco præceperunt (A. 304) : quæ persecutio omnibus fere anteactis diuturnior atque immanior fuit; nam per decem annos incendiis ecclesiarum, proscriptionibus innocentum, cædibus martyrum incessabiliter acta est. Denique etiam Britanniam tum plurima confessionis Deo devotæ gloria sublimavit. *Quod dein SS. Albani, Aaron et Julii aliorumque complurium utriusque sexus martyriis demonstrat;* qui diversis cruciatibus torti et inaudita membrorum discerptione lacerati, animos ad supernæ civitatis gaudia per-

(1) Act. SS. tom. III Februarii, pag. 644. — (2) Ibid. tom. II Januarii, pag. 309 et 310. — (3) Zur Geschichte der Thebaïschen Legion von J.-W.-J. — (4) Epist. XLVII, al. CLIV, ad Desiderium, ap. Migne, Patrologia, tom. XXII, col. 495. — (5) Rerum gestarum, lib. XV, cap. 7. — (6) Æneid. lib. VIII, v. 727. — (7) Cfr Schayes, les Pays-Bas avant et durant la domination romaine, tom. II, pag. 348. — (8) Hist. eccles. lib. I, cap. 6, ap. Migne, Patrologia, tom. XCV, col. 52.

fecto

A fecto agone miserunt. *Num tunc in Britannia monasteria fuerint, ut innuit Sermonis auctor, ambigi potest; certe in aliis tunc fuisse partibus ostensum est pluribus locis in tomo VIII Octobris atque etiam in præsenti, in Commentariis nempe de S. Hilarione et de S. Malcho.*

z *In Commentario prævio discedendum putavimus hoc loco ab auctore Sermonis, cæterum potius ex conjectura quam ex firma traditione disserente; et sanctarum virginum martyrium ad Attilani belli tempora retulimus, nempe ad annum* 451.

aa *De* S. Vinnosa, *ut Britanni vocabant, et* S. Pinnosa, *ut nomen efferebant Colonienses, pauca dicta in Commentario prævio num.* 261. *In Passione* Regnante Domino *num.* 8 *dicitur* maximi cujusdam ducis filia *et* secunda post Ursulam quasi magistra virginalis militiæ. *In breviario Ms. ecclesiæ collegiatæ SS. Apostolorum Coloniensi* Maximi ducis filia; *quem* Maximum *ex adjectivo* maximo *effictum esse nemo non videt. Sed plura in Gloria posthuma, ubi de reliquiarum elevationibus dicemus et calendarium Ursulanum dabimus.*

bb *Insignis locus quo constat sanctas virgines Coloniæ occisas fuisse. Cfr Commentarius prævius* B § 22.

PASSIO

Sanctarum undecim millium virginum *a*.

a

CAPUT PRIMUM.

S. Ursulæ ortus et propositum conjugium.

Laus patris S. Ursulæ.

Regnante Domino Christo Jesu nostro, cum post passionem, ascensionem, et resurrectionem ejus, conversis ad Deum cunctis finibus terræ, nec Oceani angulus aliquis se a calore fidei ejus absconderet, *in conveniendo populos in unum, et reges, ut servirent Domino :* fuit in Britanniæ partibus * quidam Deonotus tam vita, quam nomine *, qui religiosus in omnibus ceremoniis catholicæ professionis sic principare novit supra homines, ut non oblivisceretur, qualem suo Creatori subjectionem deberet; sic a subditis tributum exigere, ut semper se meminerit Regi suo cælesti id, quod ab eo factus est, debere. Is ergo cum sub jugo Christi, sub quo iste irreprehensibiliter militaverat, aliis irreprehensibiliter, et justissime imperaret, in benedictione seminis Abrahæ tam generositate, quam virtutum specie competentem sibi accepit uxorem : sed sicut in vasis iræ duplici contritione feriendis, ita justitia Dei hic inchoat, ut ea in judicio irreparabiliter disperdat; ita misericordia ejus diligentibus se plerumque etiam in hoc sæculo divitias bonitatis suæ concedit prægustare, ut inenarrabilem illam gloriam, quam *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit,* cum patientia discant exspectare.

b

* temporibus Gratiani et Valentiniani in Cornubia *C. U.*

* qui fratri Karadoco in regnum successerat *C. U.*

S. Ursulæ *nativitas, nominis significatio, educatio.*

2 Itaque cum summa spe utriusque parentis sexus virilis exspectaretur, qui terreni regni sui successor existeret, provida Dei misericordia, quæ etiam vota novit excedere, dedit eis prolem tunc femineam : quæ plus quam virili animo ad regni cælestis hereditatem eos præcederet, eisque succedentibus, bona sine fine mansura præpararet. Huic itaque, quia exemplo David immanem ursum, scilicet diabolum, quandoque suffocatura erat, Deo disponente (qui quos *prædestinat, vocat*) a parentibus illi in baptismate præsagum nomen Ursulæ *c* inditum est. Quæ cum, ut regiam prolem decuit, regali ambitione educata, naturalibus incrementis proficeret, teneros ætatis annos morum cœpit maturitate præcedere, et cui jam tum mundus viluerat, evangelicis imbuta præceptis, *in lege Domini, die ac nocte meditabatur,* et quia ad spiritualem sponsi sui thalamum corde et animo suspiravit, *omnis* compositio ejus, et *gloria* non deforis, sed ab *intus* fuit, ut jam tum liquido daretur cunctis advertere, quod ad magnum aliquem ecclesiæ ornatum summus ille artifex margaritum hoc vellet expolire, ac si ei jam tum patenter dixisset : *Audi filia, et inclina aurem tuam, quia concupivit rex speciem tuam.* AUCTORE ANONYMO. *c*

Exoptatur conjugium S. Ursulæ;

3 Præter has aliasque spiritualis gratiæ dotes, erat etiam incomparabilis formæ et miræ pulchritudinis, et omnium oculis gloriosa; sed *virgo* sola, *quæ Domini erant, cogitans,* minus hoc amabat in se, quod sponsi sui oculis sciebat, non multum E placere. Cum de tanta nobilissimæ virginis indole longe lateque fama percrebuisset, ad aures gentilis cujusdam tyranni permanavit, qui præpotens viribus, in robore militari gloriabatur, et barbarica feritate latius regnabat; cui cum magnopere ad regalem magnificentiam prospectum vellet, reputare secum cœpit regnum suum propagari, nomen suum, et prosperitatis gloriam nobilitari, si filio suo * *d* tam celebris puellæ matrimonio contigisset copulari. Itaque filius non minus pervicax, (utpote qui jam pubertatis annos intravit), patre annuente prosequentibusque, qui capita populi erant, legatos ad patrem virginis destinavit, multaque pretiosa transmittens; sed plura promittens, urbes egregias, situs terrarum, et tractus maris, totum denique patris regnum, et quidquid mundus deliciarum habere potest, vel potuit, in dotis computationem dictavit. Minas etiam pro magnitudine nominis sui quasi summam manum imposuit, ut saltem terroribus, quod volebat, exigeret, si blanditiis muneribusque minus profecisset.

* Conano *C. U.*

d

petitur a patre fluctuante.

4 At illi acceptis a rege mandatis, profecti sunt, emensoque grandi itinere ad patrem virginis pervenerunt, dataque fandi copia, quæ a Domino suo F jussi sunt, diligentissime peregerunt, et post blanditias, quod efficacissimum arbitrati sunt, quasi scorpiones, minas et terrores bellicos intulerunt. At senior providus, et totus caritatis visceribus diffusus, fluctuare cœpit intra se, indignissimum reputans, filiam suam, cælesti sponso arctius inhærentem, ab æterni regis amplexibus renitentem avellere, et barbaræ libidini polluendam subjugare. At ex altera parte, etsi proprii sanguinis prodigus esset, pro catholica religione et zelo justitiæ (quippe *cui vivere Christus erat, et mori lucrum*) tamen quia sub illo cura regni erat, et tam efferam barbari illius violentiam suis viribus desperabat posse sustinere, jam sibi videre visus est sub oculis suis cædes hominum promiscuæ ætatis fieri, urbes dirui, matronas et virgines constuprari, ecclesias cremari, sancta profanari, et quidquid miseriarum aliquando accidit victis, præsertim christianos vincentibus paganis.

pater orat Deum cum S. Ursula, *cui revelatur suum et con-*

5 In hoc ergo rerum cardine deprehensus rex pius, quod unicum tunc perfugium patebat, ad divinam misericordiam, quasi ad turrim fortitudinis a facie inimici, cucurrit, totusque in lacrymas effusus,

AUCTORE ANONYMO. *gregationis martyrium.*

effusus, auxilium de cælo indefessis precibus postulavit. Inter hæc cum virgo Domini, vultum patris, quamquam dissimulantis, turbulentum deprehendisset, latere eam non potuit, quod ipsa perturbationis hujus causa fuerit. Itaque pro se nimis sollicita, paternæ sollicitudini condoluit, moxque ad sua arma convolans, sicut sancta Judith et Esther pro liberatione patriæ, jejuniis et orationibus pernox incubuit, in auribus sponsi sui celerius obtentura, quod petiit, cum quo jam vere unus spiritus fuit. Cumque noctem diei, imo noctes diebus in vigiliis et jejuniis continuaret, ex infirmitate humani corporis fatiscentibus membris, cum in Deo cor ejus vigilaret, ad modicum obdormivit, et per visionem divina revelatione de toto vitæ suæ ordine, de coagonistarum suarum numero, de gloriosa martyrii palma perdoceri meruit, quod postea rerum exitus comprobavit.

S. Ursula *divinitus cognoscit quæ facienda sint; petit undecim millia virginum.*

6 Igitur sub primo surgentis auroræ diluculo patris mœstitiam relevatura (eo quippe die tyranni legatis responsurus erat) hilaris ad eum venit, blandeque arridens : Noli, inquit, mi pater super hac re aliquo ulterius mœrore contabescere, *sed jacta cogitatum tuum in Domino, qui non dabit in æternum fluctuationem justo.* Ne tamen ex puellaribus annis, quæ dico, æstimes, scito, quia præterita nocte per visum divinæ consolationis vox ad me licet indignam famulam suam facta est jubens, ut juvenem, qui me in matrimonium affectat, a spe nuptiarum non repellerem, ipsa tamen conservato virginitatis signaculo ad innuptas transirem. Conditio autem conjugii, et conscriptio nuptialis hæc erit; ut tu pater, et juvenis, qui me in amorem suum allicit, decem primævæ ætatis virgines et forma et genere lectissimas perquiratis, et tam mihi, quam singulis harum mille virgines honestissimas subscribatis, comparatisque ad numerum nostrum trieribus undenis, triennii nobis ad dedicationem virginitatis nostræ dentur induciæ, quibus expletis, quod Domino placuerit, fiet. Attamen incommutabile divinæ pietatis consilium, quod disposuit super me, nemo est, qui possit infirmare.

Sponsus jubetur fieri Christianus; classis paratur.

7 His filiæ vocibus exhilaratus pater, accitis coram legatis, quod petebant, annuit, præscriptamque quasi conjugii conditionem, quam virgo poposcerat, exposuit; id cautissime, quasi pro summa dotis conscriptione statuens, ut juvenis salutari renatus lavacro, his tribus annis per fidem catholicam institueretur in Domino *e*. His auditis, legati jam quasi compotes voti sui, per viam, quam venerant, præpeti itinere alacres reversi sunt ad suum dominum, utpote pro bona legatione honorem accepturi, gloriam et præmium : expositisque per ordinem mandatis, patre jam lætissimo, juvenis præ amoris magnitudine modum excessit lætitiæ. Audita itaque, ut fit, tanta exsultatione principum, factum est totius regni generale tripudium. Conditione igitur nuptiarum libenter accepta, juvenis cœpit patri ardentius insistere, ut ad satisfaciendum puellæ desideriis, per baptismi consecrationem legibus statim initiaretur christianis. Indicto etiam ad novam militiam novo delectu, ubique per regnum quæsitæ sunt ingenuæ et speciosæ virgines, adductæque ad palatium, pro magnificentia regali muliebrem acceperunt ornatum. Nec minori sumptu et utriusque regis pari diligentia, navium stetit fabricatura : alii enim ligna in silvis cædunt; ad littus alii convehunt; alii carinas; alii transtra fabricant; alii tabulata gracili junctura coaptant; alii hunc, alii illum ornatum, auro, argento, ære, coloribus, sculpturisque præparant : singulisque pro sua arte et officio satagentibus, certatim ubique fervebat opus.

ANNOTATA.

a *Passionem hanc damus secundum editiones Crombachii et Surii, quibuscum contulimus antiquum codicem bibliothecæ regiæ Bruxellensis notatum num.* 7984, *et apographa codicum S. Gisleni, Carthusiæ Ultrajectinæ, S. Pauli in Sonia et monasterii Cisterciensis de Moris. Sed vix aliquid quod notatu dignum videretur occurrit.*

b *Quæstio difficillima est utrum id nomen commune an proprium sit. Ut commune habeatur hæc suadent : primo, in Passione quadam* S. Ursulæ, *in vetusto codice Gladbacensi reperta, et secundum Passionem* Regnante Domino *et Revelationes S. Elisabethæ composita, cum initio :* Fuit tempore pervetusto, *nomen* Deonotus *hac periphrasi explicatur :* Rex quidam cujus nominis notitiam mundana occuluit antiquitas. *Et quidem certum est olim anonymos dictos fuisse* Deonotos; *testimonio sit sequens Gocelini de S. Augustini Cantuariensis sæculo* XI *exeunte translatione locus* (1) : Pro noto patrono Laurentio quem quærebamus (*nam non solius S. Augustini quærebatur corpus, sed cæterorum quoque sanctorum Cantuariensium antistitum et virorum*) ignotum consortem invenimus : crescitque duplicatum gaudium nostrum, dum utrumque habemus; quis sit nescimus : nisi quod illum de intimis patris Augustini pignoribus fuisse, qui tali loco consepeliri meruerit autumamus. Nomen vero quia antiquum perdidimus, novum et familiare sibi fideliter imposuimus, ut usque in diem revelationis vocetur nobis sanctus DEONOTUS. *In Sermone in natali sæpius eadem occurrit dictio : num.* 9 *legitur* Britannia hujus DEO NOTÆ multitudinis genitrix; *num.* 10 beatæ soli DEO in omnibus et meritis NOTÆ, nobis in perpetuum venerandæ turmæ *etc.; ita ut æque in Anglia ac Germania usurparetur hic loquendi modus. Cæterum in Italia quoque similes formulæ in usu erant. Prudentius de his, quæ Romæ in catacumbis viderat, hæc cecinit* (2) :

Sexaginta illic defossas mole sub una
Relliquias hominum me dedicisse hominum,
QUORUM SOLUS HABET COMPERTA VOCABULA CHRISTUS.

Et in tabulis marmoreis, quibus Paulus papa I inscribendos curavit sanctos, quos paulo ante annum 761 *ex catacumbis transtulit, sæpius occurrit locutio :* Quorum nomina Deus scit. *Secundo, in antiquissimo exemplari Passionis* Regnante Domino, *notato in bibliotheca Burgundica seu Regia Bruxellensi num.* 7984 *scribitur, non* Deonotus, *sed* Dno notus, *id est* Domino notus. *Tertio, in exemplari, quo ineunte sæculo* XII *aut* XI *exeunte usus est Sigebertus, omissum fuit vocabulum* Deo; *unde Miræus, qui Sigeberti autographum edidit, in sua illius Chronici editione habet de sancta* Ursula (3) : Quæ filia unica Nothi, nobilissimi et ditissimi Britannorum principis. *Quarto S. Elisabetha Schonaugiensis et B. Hermannus Steinfeldensis videntur* Deonotum *loco nominis communis habuisse; hic scilicet num.* 2 *satis habet loco* Deonoti *scribere :* Ceterum rex quidam de Britannia minori fuit oriundus nobilis et religiosus; *illa autem, ut sibi donum videbatur habere divinandi nomina,* Deonotum *plane omisit,*

(1) Act. SS. tom. VI Maji, pag. 417. — (2) Peristephan. Hymnus in S. Hippolyt. XI. — (3) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VI, pag. 510.

A *omisit, sed revelante* S. Verena, *scripsit num.* 7 : Pater B. Ursulæ, rex Britanniæ Scoticæ, Maurus nomine, vir fidelis. *Probabilia sunt argumenta, non tamen certa; sed operæ pretium non est ea in examen vocare. Quo autem ex altera parte suadetur* S. Ursulæ *patrem reapse* Deonotum, *seu potius* Dionotum *dictum fuisse, Galfredi Monumetensis, non dicam auctoritatem, sed concordiam cum Passione* Regnante Domino *eo facere. Nam, ut alibi fusius dixi, quamquam solius Galfredi fides vacillet, ubi tamen cum Coloniensi traditione convenit, is scriptor nequaquam negligendus est. Unde enim de hujusmodi adjunctis orta esset apud utriusque gentis scriptores eadem sententia, nisi ab initio utrobique perseverasset veritas? Hæc quippe sola una est, error in infinitum varius. Præterea* Dinoot *seu* Dinooth *nomen Britannis usitatum olim erat; quod vel ex solius abbatis Brancorensis nomine, qui cum S. Augustino sub* Augustinæs ac *de paschate disputavit* (1), *perspicuum est;* Dinotum *autem, cujus significatio Coloniensibus ignota fuerit, in* Deonotum *flexum esse pronum erat. Utramvis, quæ sibi placuerit, sententiam eligat lector. Sigebertus* (2), *ut supra monebam, exemplar habuit in quo non* Deo notus, *sed nude* Nothus *seu* Notus

B *legebatur; unde non mirum, si in Legenda Aurea Jacobi de Voragine et alibi quoque decurtata hæc forma inveniatur. Inter titulos, repertos seu potius fictos tempore Harberni abbatis, sequens legitur :* Sanctus Notus martyr et rex Scottorum et uxor sua Sara occisi sunt in eodem loco : *quæ excogitata videntur secundum exemplar simile Sigebertino. De* Mauri *nomine dicetur ad S. Elisabethæ Revelationes.*

c *De nominibus animalium assumptis a primis christianis fuse disputat Cancellierius* (3); *humilitatis causa id factum esse volunt. Equidem nil detractum velim de laude eorum qui dicti sunt* Agnella, Agnus, Aper, Aquila, Basiliscus, Bos, Buteo, Capella, Caper, Castoreus, Catulus, Columba, Columbanus, Corvus, Corvinus, Delphinus, Draconius, Felicula, Galba, Gallus, Hippasus, Leo, Leporinus, Lupercus, Luperculus, Lupus, Merula, Muræna, Musca, Ovidius, Porcus, Suillus, Taurus, Taurinus, Tigris, Ursus, Ursicinus *et* Ursa; *dummodo veritati tamen detur ab hac humilitate deterritos non fuisse gentiles. En specimen quod ex schedis Barberinis protulit Cancellierius* (4) :

D. M.
VOCONIÆ
VRSVLÆ
Q. CÆCILIVS
SECVNDINVS
VXOR

C

Ad hæc ex Gerberto (5) *adde* : Haud infrequens fuit apud Romanos atque etiam in Germania nostra *Ursuli* nomen. Ausonius epistolam XVIII inscribit *Ursulo Grammatico Trevirorum* sub Valentiniano I. Exhibet Schöpflinus in Alsatia illustrata (6) fragmentum columnæ lapideæ quam I. O. M. AVGVST. VRSVLVS TAVG. posuit, notatque ex Grutero et Muratorio, num. 473, *M. Aurelium* VRSVLVM beneficiarum consulis, qui eidem Jovi Optimo Maximo et genio loci aram votivam prope Coloniam Agrippinam Tusco II et Dextro Coss. anno Christi 225 posuit : in lapide Narbonensi item *Valerium Ursum*, alibi URSULUM *Junianum;* in Dacia vero *Lupulam* VRSVLO *fratri* posuisse monumentum, quæ christiana nonnullis (*parum doctis*) creditur, quod D. O. M. dedicatus est lapis. *Non minus Romæ notum Ursulæ nomen : ex Callisti enim cœmeterio erutus est hic lapis* (7)

AUCTORE ANONYMO.

VRSVLA ACCEPTA SIS
IN CHRISTO ☧

Da eadem re vide Gruterum (8), *Schœpflinum* (9) *et Hontheimium* (10). *Ex eo autem quod* Ursula *latinum nomen est,* Dinoot *Britannicum, hinc nequaquam concludi potest illam hujus non esse filiam. Re quidem vera Britanni, postquam insula eorum excessissent Romani, omiserunt latina nomina assumere; sed id paulatim factum est : cæterum nata forte* S. Ursula, *priusquam omnino Britanniæ occupandæ nuntium misissent Romani. Quod ait nomen in baptismate impositum, vetustisssimus mos est nomina, quum nova vita suscipitur, imponi adeoque mutari* (11). *Qui nomen dederint explorasse sibi visus est B. Hermannus Steinfeldensis, cap.* 8 *libri* 1.

d *De nomine hujus filii atque etiam parentum vide Revelationes S. Elisabethæ num.* 12.

e *B. Hermannus Steinfeldensis in Revelationum libro* 1, *cap.* 18, *tradit* S. Ursulæ *sponsum Moguntiæ baptizatum fuisse.*

E

CAPUT II.

S. Ursulæ et Sociarum nautica instituta et itinera Coloniense et Romanum.

S. Pinnosa *dux post* S. Ursulam *præcipua;* S. Ursula *instruit virgines.*

Concordi itaque duorum regum studio, juxta regalem magnificentiam mirifice perfecta classe, completoque electissimarum virginum disposito divinitus numero, inter innumeras nobilissimæ prosapiæ puellas, Pinnosa *a*, maximi cujusdam ducis filia, tam genere, quam virtute emicuit; quæ secunda post Ursulam quasi magistra virginalis militiæ fuit; quam pater ejus, ut nobile par, filiæ specialis dilectionis fœdere sociavit. Omnibus igitur magnifice perfectis, condicta die virgineæ cohortes ad reginam convenerunt, et quasi ad navalem palæstram succinctæ, jubentis imperium præstolatæ sunt. Tunc B. virgo Ursula, quod diu desiderabat, virgineo vallata exercitu, hilari vultu, F et animo primum debitas Deo gratiarum actiones exsolvit; deinde quasi fidissimis commilitonibus suis consilii sui arcanum innotuit *b*, easque in divini amoris observantiam piis exhortationibus erudivit et corroboravit, puellares autem cunei saluberrima reginæ suæ monita arrectis auribus avidissime audientes, cordaque cum manibus ad cælum levantes, quasi jam militari sacramento conjuratæ in Christum ad omnia divinæ religionis munia devotionem spoponderunt, mutuaque alacritate seipsas in hoc studium cohortatæ sunt, utpote quibus jam tunc cor unum et anima una erat, supernaque dulcedine prægustata in mentibus earum mundus, et gloria viluerat.

b

Virgines exercentur nauticis laboribus et certaminibus;

9 Posthæc dato signo, quia mare contiguum erat, raptim ad naves convolant, armamentaque explicant, altumque petentes, modo concursibus, modo discursibus, interdum fugam, interdum bel-

(1) Ven. Bedæ, Hist. eccles. lib. II, cap. 2, ap. Migne, Patrol. tom. XCV, col. 83.—(2) Ap. Pertz, Monum. Germaniæ, tom. VI, pag. 310. — (3) Dissertazione epistolare supra due inscrizione delle martiri Simplicia, madre di Orsa e di un'altra Orsa, pag. 8 et seqq. — (4) Ibid. pag. 12. — (5) Hist. Silvæ Nigræ, tom. I, pag. 8, not. *a*. — (6) Tom. I, tab. VII, num. 8. — (7) Muratori, Inscriptiones, pag. MCMLXI, num. 7. — (8) Inscriptiones, pag. 9. — (9) Alsatia illustrata, tom. I, pag. 475. — (10) Prodromus Historiæ Trevirensis, tom. I, pag. 13. — (11) Cfr Binterim. Denkwürdigkeiten, tom. I, part. 1, pag. 40 et seqq.; Moroni. Dizionario di erudizione, V^is *Battesimo, Comparatico, Confermazione, Nome, Padrino, Vescovo* (*Ordinazione*) *etc.*

lum

AUCTORE ANONYMO.

lum simulant, omnique ludorum genere exercitatæ, nihil, quod animæ occurrisset, intentatum relinquunt, sicque per dies singulos puellariter palæstrizantes, aliquando circa meridiem, aliquando ad nonam *c*, aliquando die toto in ludis assumpto, ad vesperam reversæ sunt. Ad hujusmodi ergo spectaculum pius rex cum grandævis patribus, cunctisque regni primatibus frequenter aderat : vulgus etiam promiscuum (ut semper novarum rerum cupidum est) postpositis seriis suis, virgineis lusibus suis applaudebat. Sed postquam quotidianis exercitationibus assiduitas aluit audaciam, longius a litore remigantes, cum spectaculi gratiam populo subtraherent, quædam etiam naves flabris ventorum disjectæ ante noctem minime redirent, diutina exspectatio, et satietas ludorum spectatoribus fastidium genuit, singulisque ad sua opera discedentibus, paulatim turba defluxit.

c

Instante nuptiarum tempore Deo se ardentius commendant;

10 Sic ergo cum multa jucunditate celebrato per triennium hoc martyrii præludio, cum adornatis sponsalibus condicta nuptiarum die juvenis in amorem virginis animum perurgeret, B. Ursula, quamvis divino promissionis oraculo non incredula, pro humana tamen infirmitate solicita, convirgines B suas, quas jam in Domino tam verbis, quam exemplis erudierat, ut in tali rerum articulo divinæ misericordiæ januam instantius pulsarent, admonuit, ne castitatis procinctum perderent, sub quo regi suo cælesti irreprehensibiliter militassent. His dictis cum quasi jam currentibus stimulum addidisset, devotæ Deo virgines ex toto corde in lacrymas profusæ, tam pro sua singulæ, quam pro reginæ virginitate conservanda, supernum cœperunt auxilium ardentissima spiritus contritione invocare.

Ventus abripit classem in portum Tile; dein Coloniæ applicant.

11 Pius autem Dominus, qui semper est prope omnibus invocantibus se in veritate, tam pia vota non distulit : *sed ventum de thesauris suis produxit*, impulsamque classem sub unius diei noctisque spacio, secundo cursu in portum, qui Tile * *d* dicitur, integro tam navium quam puellarum numero pertulit. Itaque arrepto litore, quod concupierant, *tanti dux fœmina facti*, quasi Maria prophetes Pharaonis exercitum per mare rubrum evasisset, sponso cælesti debitæ laudis epithalamium præcinit. Quod cum puellaris exercitus non clamoso strepitu; sed pari cordis concentu resonaret; canticum hoc lætitiæ usque ad aures Domini C Sabaoth cum odore suavitatis pervenit. Ibidem ergo cum nocte illa pausassent, sequenti die comparatis utensilibus (nam mercatus ibi erat) *e* ad naves reversæ sunt, adductisque anchoris, adverso flumine subremigantes, ad insignem illam Germaniæ metropolim Coloniam, ubi nunc corpora earum in pace requiescunt, tandem pervenerunt.

d

* *alias* Diele, Tiele, Tyle.

e

Angelus S. Ursulæ *mandat peregrinationem Romanam et prædicit martyrium.*

12 Egressis itaque, cum post vespertinam refectionem somnus diurno labore fessis obreperet, B. virgo Ursula, quæ jam Deo in angelicæ castitatis professione complacuit, vidit in somno angelicæ claritatis, et auctoritatis virum, qui adsistens primo an vigilaret, inquisivit. Quem cum illa virgo subito visu puellariter exhorresceret, ille timorem ejus blande compescens : Scito, inquit, filia, quia quod multum concupieras, in protectione Dei cæli cum dulcissimo hoc sororum tuarum contubernio Romam pervenies *f*, peractisque votis, integro comitum tuarum numero, iterum huc reverteris in pace. Hic ergo vobis a Deo requies in seculum seculi prædestinata est : hic in pace pausabitis, et quia *bonum certamen certastis, cursum consummastis, fidem servastis, de cetero* superest vobis *corona justitiæ*, quam ut a justo judice plenam accipiatis, pro bona nominis ejus confessione, cervices vestras persecutori dabitis, depositisque hic corruptibilibus corporum sarcinis ad cælestem thalamum cum gloria martyrii pervenietis. His dictis vir, qui loquebatur, disparuit. D

f

Visitatis Romæ liminibus SS. Apostolorum, redit cum virginibus Coloniam S. Ursula.

13 At illa nihil de tantæ auctoritatis oraculo ambigens, mox ut dies terris reddita est, convocata virginum concione, quæ audierit et viderit in auribus omnium exposuit. His auditis, communis exsultatio facta est, *quia dignæ habitæ essent pro nomine Jesu contumelias pati;* immolatisque laudum hostiis, unanimi deliberatione statuerunt iter hoc festinantius peragere; *cupientes* videlicet *jam dissolvi, et cum Christo esse,* et ne quam divinæ prædestinationi moram facerent, secundo vento velificantes Basileam *g* applicuerunt, religatisque *g* ibi trieribus, pedestri itinere Romam pervenerunt. Ubi cum per dies aliquot, perlustratis ubique diversis sanctorum liminibus, pervigiles in oratione Deo animas suas commendarent, lacrymisque interiorem habitum, quasi jam ad æterni regis triclinium processuræ studiosius componerent, peractis E tandem votis, itinere, quo venerant, Basileam reversæ sunt, ascensisque navibus, per decursum Rheni prono alveo defluentes, et armis spiritualibus, tam contra spirituales nequitias, quam contra omnes persecutionum pressuras se communientes, tandem Coloniam applicuerunt.

ANNOTATA.

a *Vide quæ ad Sermonem in Natali notavimus litera* aa.

b *Codex Ultrajectinus Carthusianus loco* innotuit *habet* insinuavit. *Sed* innotescere *idem aliquando est ac* cognoscere; *et scriptoribus Historiæ Augustæ et Soliloquiorum S. Augustini et S. Gregorio M. idem ac* notum facere : *cfr Forcellinius ad V*um innotescere *et Crombachius ad hunc ipsum Passionis locum.*

c *Si ab ortu solis ad ejus occasum horas duodecim ponas, æquinoctiis respondebit nona horæ tertiæ pomeridianæ; aliis temporibus alia erit convenientia.*

d Tile, Tiele, Thiel *etc. non apparet in monumentis publicis ante annum* 890 (1) *seu potius* 896, *quo ejus mentionem fecit Zuentiboldus* (2) *in diplomate quo confirmavit bona et jura, olim ecclesiæ Ultrajectensi* F *ab antecessoribus concessa. An sæculo* v *in hoc oppido, ad dextram Wahalis sito, jam portus esset, plurimum ambigo, in negantium partem proclivior. Certe in antiquis itinerariis nullus locus Tilæ respondet.*

e *Hæc ad ea quæ sæculo* XI *obtinebant videntur conficta; neque ulla (quod sciam) antiquior hujus mercatus memoria exstat. Bataviæ mercatus videtur in Foro Adriani, nunc* Voorburg, *fuisse.*

f *In Commentario prævio* § XXVIII *diximus quid verisimilius de hoc itinere sentiendum sit.*

g *Quam difficile, ne dicam impossibile, fuerit navibus, et quidem marinis, Colonia Basileam ire, dictum est in Commentario prævio num.* 282.

(1) Cfr Smids, Schatkamer der Nederlandsche oudheden, v° *Thiet.*— (2) Van Mieris, Charterboek van Holland, t. I, p. 28.

CAPUT

A

CAPUT III.

Martyrium sanctarum undecim millium Virginum.

AUCTORE ANONYMO.

Ab Hunnis obsidentibus Coloniam cæduntur Virgines.

Aderat tum *a* ibi barbara Hunnorum gens, quæ peccatis hominum exigentibus, tam Galliarum, quam Germaniæ et Italiæ terras cædibus jam vastaverat et incendiis, ita ut eversis urbibus, ecclesiis crematis, religionis divinæ vix aliquæ remanerent reliquiæ *b*. Eadem itaque barbaries, cum per idem tempus ingenita feritate etiam urbem Coloniam arcta obsidione vallaret, nondum hoc advenientibus prodente fama, virgines, jam pridem cognita humanitate incolarum, sine omni hujusmodi suspicione in terram egressæ sunt, et ecce barbari more suo, per velocissimos discursores explorata re, subito cum clamore super eas irruerunt, et quasi lupi in ovilia agnorum irruptione B facta, infinitam illam multitudinem inhumana crudelitate peremerunt *c*.

S. Ursula, frustra ab Attila tentata blanditiis, sagittis necatur.

15 Cumque belluina illa rabies ad B. Ursulam jugulando pervenisset, satellites moti, admirabili pulchritudine ejus conspecta, manum, animumque represserunt, ipseque princeps scelerum libidinis fervore *d* quasi fulmine percussus, deposito paulum rigore, cœpit ad blanditias, et amatoria verba descendere. Vere, inquiens, forma tua magnum dat specimen, quod de ingenuis magnisque puella natalibus orta es, juravitque in diis suis *e*, dicens, quia si pridem ad intercedendum ascendisses, nullam in comitatu tuo jacturam pertulisses. Sed consolare dilecta, et gaude sorte tua, et noli dolere de morte virginum tuarum, quia digna habita es, quæ me totius Europæ victorem *f*, quem etiam Romanum tremit imperium, merearis habere maritum. *Virgo* autem *cogitans, quæ Domini sunt,* cum hujusmodi sponsum liberrima vocis et habitus indignatione, quasi principem tenebrarum, exsufflasset, barbara mens, et effera bile tumens, belluæ instar infremuit, et repulsam suam non sufferens, in B. Virginem, quæ jam *dissolvi* cupie- C bat *et esse cum Christo,* sententiam mortis dictavit, sicque candidissimi exercitus regina, ictu sagittæ *g* transverberata, super nobilem comitum suarum acervum, velut cæleste margaritum corruit, purpureoque sanguine, quasi secundo baptismate dealbata, cum tot victricibus turmis ad cæleste palatium laureata migravit, suppletis fideliter *quæ deerant in corpore suo passionibus Christi.* Perfectus est igitur admirabilis ille calathus Domini, qui ne liliis tantum virginitatis albesceret, totidem martyrii rosis distinctus est, quibus ante superni inspectoris oculos decentius ruberet.

Triumphus hic virginum superat triumphos romanorum.

16 Fallant nunc, et fallantur, qui seculari gloria stupidi, triumphos regum suorum infinitis laudibus, quasi ad cælum extollunt, scribentes illa, et illa bellorum insignia, utpote victos reges currum præcedere, infinitos captivorum greges minari, victores autem milites discoloribus armis fulgentes, sua singulos militaria signa ostentare, duces autem ipsos in aureis quadrigis residentes, auratis vestibus radiare. Addant præterea, si placet, diem urbi festum, lætitiam patrum, vulgi clamorem et commune tripudium. Sed hæc si cum hoc triumpho sapienter fuerint collata, miseria potius dicenda sunt, quam gloria; cum illi purpurati et aurati descenderint ad tenebras et æterna supplicia : illæ autem, stola immortalitatis indutæ, visione Domini perfruantur, et societate angelica. Ecce juxta vocem Domini bona terra fructum sexagesimum pariter et centesimum in patientia attulit, et quæ ad horam *euntes ibant, et flebant mittentes semina sua,* modo *venientes,* et *manipulos suos portantes in exsultatione venerunt,* imo depositis corporum paleis, mundatum et bene cribratum triticum in horrea Domini intulerunt.

Colonia, fugatis magno prodigio hostibus, obsidione liberata sepelit SS. Virginum corpora.

17 O quale hac die in cælo factum est tripudium, qualis occursus supernorum civium? Quæ exsultatio apostolorum? Quam communis gloria martyrum et sanctarum virginum de augmento ordinis sui gloriantium? ut etiam Colonia illa beata, et incomparabili hoc thesauro beatior, sciret, quantum sacratissimis virginum cineribus, honoris et reverentiæ semper deberet, in sua liberatione experta est, quam *preciosa in conspectu Domini mors* earum fuisset, et quam magnifice in concilio sanctorum viverent, quarum nuda forsitan corpora tantum potuissent. Nam peracta tam belluina rabie, quasi tortoribus illis manifeste Deus calicem iræ, vertiginis et insaniæ miscuisset, *dati sunt in reprobum sensum,* videruntque tot armatorum acies, quot virginum corpora trucidaverant, per- E sequentes se, ad quarum impetum effera illa barbaries, et post triumphos jam fugere nescia, non auderet subsistere. Fugatis ergo pacis hostibus, conclusis civibus, insperata pax reddita est, longoque luctu soluti Colonienses, portis eruperunt, et ecce passim super nudam humum inhumata virginum cadavera invenerunt : nec multum eos res fefellit; quippe qui jam pridem transeuntium ibidem sanctarum puellarum vestes, habitus, et naves noverunt. Sed quia facile animadverterant devotas Deo virgines pro conservandæ pudicitiæ signaculo, in agone martyrii occubuisse, seque earum patrocinantibus meritis non modo mortem, sed etiam cruciatus barbarorum omni morte graviores evasisse : unanimi consensu, non quasi homines, sed quasi Deum in humanis corporibus venerantes, non privatis, non publicis sumtibus pepercerunt, dum non modo humanitatis officio, verum etiam humillimæ venerationis studio pro se quisque satagentes, alii dilaniata, disjectaque martyrum membra congerunt, alii vestibus cooperiunt, alii terram effodiunt, alii sarcophagis imponunt, brevique tempore, sicut hodie illic est cernere, sanctissimæ virginum reliquiæ ad æternam Coloniensium gloriam pausaverunt in pace. F

Templum erigitur; quod Clematius restaurat et perficit.

18 Ex eo autem jam crescente divina religione non modo consuetudo, sed pro consuetudine sacramentum civibus inolevit, ut intra ambitum virginalis sepulturæ nemo usque hodie cujusquam mortui corpus audeat sepelire. Aliquanto autem tempore evoluto, divinitus frequenter per visionem admonitus, et quasi legatione sanctarum virginum accitus, vir religiosus, nomine Clematius, ex Orientis partibus advenit, qui pro voto suo ecclesiam super sanctissimos cineres a fundamentis constructam in honorem sanctarum virginum conplevit. Lauda ergo Colonia Dominum, *quoniam confortavit seras portarum tuarum, et posuit fines tuos pacem* et tanto promisso pignore, *benedixit filiis tuis in te.*

ANNOTATA.

a *Hunnos medio mense octobri anni* 451 *circa Coloniam facile versatos esse ostensum in Commentario prævio,* § xx.

b *Hæc de nullis aliis Hunnis intelligi possunt quam de iis qui sub Attilla duce militarunt.*

AUCTORE ANONYMO.

c *Alibi non mitius ab iis actum esse in Commentario prævio dictum fuit* § XXIV.

d *Attila designatur, libidini ut tota Hunnica gens, deditissimus. Vide Commentarium prævium num.* 225. *Matrimonia raptim quasi et transeunter celebrare in more habebat positum Attila; adeoque grex uxorum et populus filiorum ei erat.*

e *Quos deos colerent incompertum; habebantur fere athei. Divinationem tamen aliasque id genus superstitiones frequentabant.*

f *Etiam clarius designatur Attila.*

g *Id armorum genus Hunnis proprium. Reliquias sagittarum, ossibus infixas, repertas esse diximus supra num.* 145. *Atque hinc egregie confirmari reapse ab Hunnis occisas fuisse Colonienses Virgines quis negarit?*

CAPUT IV.

Martyrium S. Cordulæ et revelatio B. Helentrudi facta *a*.

B

a

S. Cordula, timore mortis occultata, postridie offert se ad mortem.

a

Erat autem de eodem sanctissimo virginum contubernio quædam nomine Cordula, quæ ceteris virginibus in agone Christi occumbentibus, sola in unius navis alveo sub eadem nocte delituit, et in crastinum ultro se morti, quam fugerat, virili animo offerens, triumphales catervas cum pari gloria martyrii subsecuta est. Sed nemo in hoc scandalizetur, quasi beata illa virgo coronæ suæ parva hac formidine aliquid derogaverit, cum nec Petrus negans, nec Thomas dubitans, ab apostolatus honore dejectus sit. Divino enim nutu ad magnum ecclesiæ fructum Petrus de se, quasi de homine præsumens, et magistro commoriturum se asserens, ancillæ ostiariæ vocem utiliter pertimuit, qui tamen postea usque ad crucem perveniens, nec Romæ urbis principem expavit. Forsan et beata illa virgo de anteactæ vitæ puritate et fidei constantia præsumens, ad tolerandam passionem aliquid in se fiduciæ habuit : ideoque humilianda erat, ut non in se, sed in Deo gloriari disceret, et sic humiliata ad cælestem thalamum gloriosius transierit. Sic et fidelis David, cum Domino diceret :

C *Juravi, et statui custodire judicia justitiæ tuæ,* mox quasi in se revolutus, subjecit, dicens : *Humiliatus sum usquequaque :* ne autem infirma membra de salute desperarent, si quando in passionis articulo pro humana infirmitate paululum hebescerent, ipse mediator Dei et hominum, personam infirmantium assumens, dixit : *Tristis est anima mea usque ad mortem. Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Ecce qui potestatem ponendi animam suam et sumendi eam habuit, transire a se calicem petivit passionis, nec filius a Patre exaudiri aliquando potuit : sed caput pro infirmantibus membris loquebatur, quorum tunc sibi personam assumsit. Forsitan etiam superius ille agricola *fructificantem palmitem, ut fructum plus ferret,* adhuc *purgare* voluit : quemadmodum cum sigillum aliquod, sculptoris studio subtilissime expressum, omnis jam populus videt et laudat, artifex tamen adhuc imperfectum videt, et limat; ut quod oculis aliorum jam placuit, etiam suis in aliquo displicere non possit. Sed *quis cognovit sensum Domini?* ideoque supervacuum est occulta Dei judicia discutere; salva fide, sine periculo licet nescire, cum liquido hoc constet, semperque constiterit, quod athleta, Dei, ad probationem, non ad reprobationem, dilata sit. D

Apparet S. Cordula Helentrudæ, et indicit festi sui celebritatem.

b

20 Longa igitur temporum serie revoluta, sancta, quam prædiximus, Cordula, inclusæ cuidam, incomparabilis tunc vitæ et specialis meriti, Helendrudæ *b* per visum apparuit, eamque quasi contubernalem suam, an se agnosceret, requisivit. Illa autem quamvis sancta, et mente Deo jam proxima, tamen adhuc corruptibilis, et quasi corruptio incorruptelam non sufferens divinæ venustatis et gravitatis, personam exhorruit. Erat enim virgo Dei ultra omne artificium hominis vestita mirifice, coronamque liliis, rosisque alternantibus intertextam gestans in capite. Famula ergo Dei ex pavore respirans, indignam se tantæ majestatis agnitione esse respondit. Cum ego, inquiens, carnalis peccati sim legibus obnoxia; tu autem jam in ordinem cælicorum assumta totius sis corruptionis aliena. Tum illa : Noveris, inquit, me unam ex sacro Coloniensium virginum numero fuisse, quæ illis in agone Christi triumphantibus, una nocte supervixi, sequentique die mortis cupida, ultro me carnificibus obtuli, sicque in Christo moriens, nec sorores meas deserui, nec socialem martyrii coronam amisi. Itaque cum illarum glorio- E sissimi transitus diem debita jam devotione tota Colonia veneretur, mei nominis, nec brevis aliqua adhuc recordatio agitur. Proinde nunc veniens, id tibi injungo obedientiæ, quo sanctimonialibus ad corpora nostra devote excubantibus, denuncies ex me, ut cum sororum mearum triumphalem gloriam celebrant, proxima sequenti die et mihi aliquid venerationis impendant, quia minime eis expedit, ut inter omnes, quæ illic pausant, mei tantum nominis reverentia nulla sit. Cumque illa de nomine ejus requireret, jussa est a virgine frontem ejus intueri, ut hoc sibi nomen fuisse indubitanter sciret, quod illic exaratum inveniret : paruit illa, vidit, et legit, discretisque syllabis *Cordula,* distincte scriptum invenit.

Instituitur festum S. Cordulæ. B. Helentrudis illustrat vitæ sanctimonia Herise monasterium.

c

21 Famula igitur Dei ad sanctimoniales divinum oraculum retulit, creditumque est, ac deinde statutum, ut cum SS. Virginum celebritas agitur, sequens dies S. Cordulæ laudibus impendatur *c*. Sed ne cui visio hæc quasi minus auctoritatis, ludificante somnio, dubia habere videatur, revocet ad memoriam, quia et Petrus dormiens in disco vocationem gentium vidit, et Paulus virum Macedonem in Illyriam se vocantem non dubius audivit, et F patriarchæ nostri, Abraham scilicet, Isaac et Jacob, Joseph quoque, Gedeon atque Daniel, multa magna cælestium mysteriorum sacramenta viderunt; magi etiam de mutando reditu dormientes edocti sunt. Ipse quoque nutritius Domini, Joseph ab angelo admonitus est in somnis in Ægyptum fugere, extinctisque persecutoribus Christi, propter metum Archelai Nazareth secedere, ibique habitare. Sed quid his assertionibus opus est, cum famula Dei, cui hæc revelatio ostensa est, tam celebris vitæ, tamque sanctæ conversationis fuerit, ut ipsa pro certissimo veritatis testimonio habenda sit. Est enim locus in Saxonia Herse *d*, ibique *d* usque hodie gloriosa sanctimonialium congregatio, ubi sancta illa nata et nutrita, peracto sanctissimæ vitæ cursu, nunc corporaliter in pace quiescit, quamvis ultimi temporis sui aliquantum in monte, quo civitas Iburg sita est, in eadem sanctitate exegerit. Hujus vitæ et sanctitatis tot sunt testes, quot vel hodie Herse sanctimoniales sunt, vel ab inde fuerunt : et verissimæ, utpote Deo verbis hominum adstipulante. Usque hodie enim ad tumulum ejus frequenter redditur lumen cœcis, gressus claudis

A claudis, infirmi ad usum vitæ reparantur, et obsessi ab immundis spiritibus emundantur : ideoque competens ejus testimonium fuit, et nefas est dubitare, quod de sancta sanctæ, de sponsa sponsæ, de dilecta dilectæ suæ Dominus dignatus est revelare.

Exhortatio ad memoriam et cultum SS. Virginum inflammandum.

22 Glorietur ergo superna Hierusalem, et cælestis illa curia, tot ingenuis civibus ampliata, ubi non est servus, aut liber, masculus aut femina. Glorietur Britannia, quamvis in Adam generans, virgineæ tamen indolis fœcunda. Glorietur Germania, tot lectissimos Oceani flores excipiens. Glorietur Roma, numerum virginum, quem acceperat, reddens. Glorietur Colonia, talem apud se thesaurum retinens. Glorietur beata illa sanctimonialium congregatio, tot sanctarum virginum, quibus devote famulatur, patrociniis de perpetua salute præsumens. *Benedicta ergo gloria Domini de loco sancto.* Vos autem sanctimoniales, tot cælestium gemmarum servatrices, speciali obsequio specialiter satagite, ut si ad *centesimum*, vel *sexagesimum* fructum non pertingitis, saltem post vestigia earum divinæ misericordiæ spicas legatis. Omnes etiam in communi sanctissima earum pa-
B trocinia humillime flagitemus, ut quia ad socialem cum ipsis gloriam adspirare nec audemus, nec possumus : tamen quia *in domo Patris mansiones multæ* sunt, earum meritis patrocinantibus, in cælesti Hierusalem, vel novissimæ sortis municipatum capiamus, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et gloriatur Deus in sæcula sæculorum Amen. Passæ
e sunt anno 258 *e*.

ANNOTATA.

a *Voluit Crombachius hoc caput pluribus sæculis, postquam (ut ipse sibi imaginatus est) S. Cunibertus Passionem* Regnante Domino *scripsisset, adjectum fuisse; sed minus feliciter. Vide Commentarium prævium num.* 23. *Quum autem omnia, quæ in hoc capite de* S. Cordula *traduntur, ex revelatione, quam sibi B. Helentrudis habere visa est, accepta sint; quid de his sentiendum sit collige ex dictis in Commentario prævio, num.* 77.

b *Ætatem et alia ad B. Helentrudem pertinentia vide in Commentario prævio num.* 24.

c *De B. Cordulæ cultu dicetur in Gloria posthuma, sed maxime ad diem sequentem.*

C d *De Herse seu Herise monasterio vide Commentarium prævium num.* 24.

e *Hæc verba :* Passæ sunt anno 258 *inter annum* 1100 *et* 1156 *addita fuisse dictum in Commentario prævio num.* 69.

a **Liber revelationum *a* seu imaginationum S. Elisabethæ *b* Schœnaugiensis *c* de SS. Ursula et sociabus.**

b c

Præfatio Egberti abbatis in revelationes seu imaginationes S. Elisabethæ d.

d

Omnes, qui lecturi sunt verba libri istius, hoc indubitatum sciant, quoniam sermones angeli Dei *e*, quos hic perhibetur habuisse ad ancillam Dei Elisabeth, quosdam quidem ex toto proferebat latino sermone, quosdam autem omnino teutonica loquela, quosdam quidem ex parte latine, et ex parte verbis teutonicæ linguæ pronunciabat. Ego autem Egbertus, germanus ancillæ Dei, munificentia Dei ad Schœnaugiense cœnobium *f* de Bonna *g* attractus : et primum quidem monachus, deinde gratia Dei ad abbatiam *h* vocatus, conscripsi omnia hæc, et alia, quæ de revelationibus ejus leguntur : ita quidem, ut ubi erant latina, verba angeli immutata relinquerem : ubi vero teutonica erant, in latinum transferrem, prout expressius potui, nihil mea præsumptione adjungens, nihil favoris humani, nihil terreni commodi quærens : testis mihi est Deus, cui nuda et aperta sunt omnia *i*.

AUCTORE EGBERTO.

e *f* *g* *h* *i*

ANNOTATA.

a *Quid de his Revelationibus tenendum sit diximus in Commentario prævio* § v.

b *Papebrochius ejus Acta edidit ad* 18 *junii* (1); *brevem synopsim dedimus supra* § v *Commentarii prævii.*

E c Notandum est, *inquit Hartzheimius* (2), triplicem fuisse Schonaugiam. Prima monachorum ordinis S. Benedicti in sylva Hercinia sub ditione comitum Nassaviorum in extrema diœcesi Trevirensi : hanc ingressus est Egbertus S. Elisabethæ frater, *post annum* 1134, *prius canonicus ecclesiæ SS. Cassii et Florentii Bonnæ* (3), *et ab exeunte anno* 1167 *ejusdem Schonaugiæ abbas factus* (4). Altera Schonaugia est monialium, ordinis ejusdem, priori vicina, quæ circa annum 1590 vel 1600 desiit, fundo et possessionibus in primam Schonaugiam, quæ et S. Florini dicitur, translatis. Porro secundæ Schonaugiæ quondam abbatissa (*immo rectrix*) fuit Elisabeth, soror Egberti hujus. Tertia Schonaugia est monasterium ordinis Cisterciensis monachorum diœcesis Wormatiensis altero ab Heidelberga lapide.

d *Huic Præfationi sequentia præmisit Crombachius :* Quoniam non ignorabam viros quosdam eruditissimos subdubitasse num hæc a S. Elisabetha manarit narratio, autographum censui consulendum esse, quod in superiore Wesalia reperi apud abbatem Schonaugiensem, Casparum Schwan, virum religiosissimum. Is mihi illud Egberti abbatis manu, ut ipse testabatur, exaratum, legendum F tradidit : in cujus fronte pulcherrimam præfationem hactenus ineditam, in qua juratus modum explicat quem in dictando libro S. Elisabeth observarit. *Hæc Præfatio convenit cum iis quæ Trithemius de S. Elisabethæ Revelationibus scripta reliquit et Papebrochius* (5) *in fronte actorum hujus virginis edidit. Videtur æstimare Crombachius hanc præfationem pertinere ad librum* IV *Revelationum seu ad revelationes de sacro exercitu virginum Coloniensium; sed non ita est : spectat quippe quam proxime ad librum* III, *cui est titulus* (6) : Hic est liber viarum Dei qui annunciatus est ab angelo Dei altissimi Elizabeth ancillæ Christi et Dei vivi in quinto anno visitationis ejus, in quo visitavit eum spiritus ad salutem omnium, qui paternas admonitiones Dei grata benedictione percipiunt. Et erat in anno dominicæ incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto. *Verum quum Revelationes Ursulanæ eodem habitæ sint tempore, quo Annuntiationes Angelicæ, adeoque libri* III *et* IV *inter se cohæreant,*

(1) Acta SS. tom. III Junii, pag. 635. — (2) Bibliotheca Coloniensis, pag. 72. — (3) Cfr Revelationes S. Elisabeth, lib. II, cap. 2, pag. 175 et Acta SS. tom. III Junii, pag 617. — (4) Acta SS. tom. III Junii. pag. 604. — (5) Ibid. pag. 607. — (6) Revelationes SS. Virginum Hildegardis et Elisabethæ. pag. 187.

nil

AUCTORE S. ELISABETHA.

nil vetat quin de Revelationibus libri IV *intelligatur quoque Egberti Præfatio.*

c *Cfr Annotatum proxime præcedens.*

f *Vide Annotatum ad literam* c.

g *Vide Annotatum ad literam* c.

h *Abbas Schonaugiensis factus est anno* 1167, *quum S. Elisabeth, ejus soror biennio ante obiisset; ita ut post ejus mortem curam poliendi et latine vertendi ejus libros assumpserit.*

i *Etiam seposito hoc juramento, fidem ei omnino habendam arbitror, quippe qui vir probus passim appareat doctus et religiosus* (1). *Sed facilior fuit in admittendis Revelationibus divinis; ipse sibi aliquando visiones cælestes habere visus* (2). *Simili autem facilitate nimia alios quoque doctissimos et pientissimos viros, absque ullo sanctimoniæ suæ detrimento, laborasse quis ignorat? Neque desunt ejusdem rei recentia exempla. Quocirca ferendi non sunt qui, ubi tale quidpiam erratum est, nil præter fraudes et lucri spem vident. Certum itaque sit hæc omnia ab Egberto in ordinem redacta et latinitate (ubi opus erat) donata optima fide : sed hinc nequaquam sequitur Revelationes S. Elisabethæ non fuisse pia vigilantis somnia.*

B

a

CAPUT PRIMUM *a*.

Revelationes de S. Verena, Cæsario, Cyriaco papa et plurimis episcopis.

CAP. I. *S. Elisabetha, negligens obloquentium linguas,*

Vobis *b*, qui pios affectus ad ea, quæ sancta sunt, geritis, Elisabeth famula *c* ancillarum Domini, quæ sunt in Schönaugia, aperio ea, quæ mihi per gratiam Dei sunt revelata, de illo virginali exercitu S. Ursulæ Britannicæ reginæ *d*, qui in suburbio Coloniensis civitatis pro Christi nomine in diebus antiquis martyrium passus est *e* : de his enim me silere non permittunt quidam bonæ opinionis viri, qui ad hæc investiganda diutina postulatione me multum renitentem compulerunt *f*. Scio quidem, quoniam et hi sumpturi sunt occasionem flagellandi me linguis suis *g*, qui adversantur gratiæ Dei in me : sed voluntarie sustinebo, quia aliquid mercedis me recepturam spero, si tot martyrum honor aliquid incrementi acceperit ex his, quæ per meos labores Dominus de eis revelare dignatur.

b
c
d
e
f
g

C

CAP. II. *aperit quæ anno* 1156 *et deinceps audiit ex ore* S. Verenæ, *cujus corpus Schonaugiam delatum fuerat, et imprimis de illius nomine.*

2 Quando complacuit Domino misereri super martyres suas pretiosas, quæ per multa tempora jacuerant sine honore sub pedibus hominum et jumentorum, secus muros urbis Coloniæ *h* : accidit, ut viri quidam ibi manentes, accederent ad locum martyrii earum, et aperirent multa monimenta sanctorum corporum, atque ea inde sublata transferrent ad loca religiosa, quæ erant in circuitu, sicut a Domino fuerat ordinatum. Erat autem annus Dominicæ Incarnationis millesimus centesimus quinquagesimus sextus *i*, his fieri incipientibus, et tenebat Romani Imperii principatum Fridericus Imperator, cathedræ autem pontificali in Colonia præsidebat Arnoldus Secundus. Tunc inter ceteras una pretiosa martyr ibidem inventa est, in cujus sepultura titulus talis legebatur : *Sancta Verena Virgo et Martyr j*. Hæc per manum venerandi abbatis nostri Hildelini *k*, inde in locum nostrum *l* translata est, data ei a Tuitiensi abbate, domino Gerlaco *m*, qui ad colligenda et honoranda illius sanctæ societatis corpora pia multum devotione fervebat. Quæ dum a conventu fratrum nostrorum, qui eam suscepturi erant, ad ingressum ecclesiæ exspectaretur : ego in conclavi nostro residens, antequam de adventu ejus quidquam audissem, testimonium sanctitatis ejus tale accepi a Domino. Veni in mentis excessum, et vidi in via, per quam sacra ossa ferebantur, quasi flammam candidissimam, habentem formam globi, quam antecedebat Angelus speciosus nimis, habens in manu sua thuribulum fumigans, in altera vero candelam ardentem. Sicque pariter in aere læto meatu migrabant usque intra ecclesiam *n*. Cumque die altera in ejus veneratione Missarum solemnia celebrarentur, fui in spiritu; et apparuit mihi eadem virgo stans in cælesti claritate mirifice coronata, et palma victoriæ gloriose adornata. Ego igitur eam alloquens interrogavi, an vere ita esset nomen ejus, sicut relatum nobis erat *o*, pariterque sciscitata sum de nomine cujusdam martyris, cujus corpus absque certo nomine cum ipsa erat allatum. Et respondit dicens. Ita est nomen meum, ut audistis : pene tamen per errorem aliter scribi debuerat : sed ipsa ego scribentem prohibui : venit autem mecum Cæsarius martyr : quando introivimus in hunc locum, intravit pax nobiscum.

h
i
j
k l
m
n
o

D

E

CAP. III. *Apparet* S. Cæsarius *et refert passionem suam.*

3 Rursus die altera cum de eodem martyre divinum officium celebraretur, apparuit et ipse mihi gloria magna, et cum ab eo requisissem, cujus officii in sæculo exstitisset, et qua occasione cum illis virginibus martyrium subiisset; ait : Miles fui in sæculo, filius materteræ hujus sacræ virginis, cui nunc adjunctus sum. Dilecta mihi valde erat, ideoque cum egrederetur de terra sua, comitatus sum eam. Ipsa vero ad martyrium suscipiendum me confortavit, et ego videns constantiam in passione, simul cum ea passus sum. Fuerunt autem longo tempore ossa nostra ab invicem separata, et nunc impetravimus a Domino, ut sic conjungerentur. Hoc igitur sermone in magnam dubitationem adductus sum. Existimabam enim, quemadmodum opinantur cuncti, qui legunt historiam Britannicarum virginum *p*, quod absque virorum comitatu peregrinata fuerit illa beata sodalitas *q*. Præterea et aliud quiddam comperi, quod nihilominus hanc opinionem vehementer infirmabat.

p
q

F

CAP. IV. *Eodem tempore multa alia corpora reperta cum titulis, de quibus est dubitatum.*

4 In tempore eodem, quo prædicti duo martyres inventi sunt : reperta sunt inter sepulcra virginum, multa corpora sanctorum episcoporum, atque aliorum magnorum virorum. Erantque in monimentis singulorum repositi lapides habentes titulos sibi inscriptos : quibus dignoscebantur, qui, aut unde fuissent. Horum præcipuos, et maxime notabiles transmisit ad me ex supradicta urbe præfatus abbas; sperans aliquid mihi per gratiam Domini de eis posse revelari, et cupiens certificari per me, utrum credendum eis esset, an non. Habebat quippe suspicionem de inventoribus sanctorum corporum : ne forte lucrandi causa, titulos illos dolose conscribi fecissent *r*. Quales autem fuerint tituli illi, et quid de eis mihi revelatum sit, in præsenti sermone per diversa loca oculis legentium anteponere curavi, ut hinc animadvertatur, quam digne a fidelibus Christi omni honore prosequenda sit illa sancta sodalitas, quam tam sublimium personarum comitatu divina paternitas honorare dignata est.

r

CAP. V. *S. Elisabetha*

5 Eram aliquanto tempore cogitans super his, quæ dicta sunt, et desiderans accipere a Domino

(1) Cfr Hartzheim, Bibliotheca Coloniensis, pag. 72 et seq. —

(2) Visionum S. Elisabeth, lib. IV, cap. 6, pag. 212.

A revelationes, quæ exspectabantur a me. Et factum est, ut superveniret festivitas BB. Apostolorum Simonis et Judæ : de quibus dum officium Missæ celebraretur, venit super me quædam passio cordis, quam pati solebam, quando primum mihi revelari inceperunt mysteria Dei. Cumque diu fatigata fuissem*s*, veni in ecstasin, et sic quievi. Cum ergo in spiritu meo, sicut mos mihi est, in cælum intuerer *t*, vidi supradictos martyres de loco claritatis, in quo visiones sanctorum videre soleo, longe in inferiorem aërem procedentes : eosque fidelis custos meus Angelus Domini præcedebat. Quos ego ita, ut eram in spiritu, allocuta sum, dicens : Magnæ benignitatis vestræ hoc est Domini mei, quod nunc ita me visitare dignamini, cum nihil servitii vobis exhibuerim. Ad hæc beata Verena ita respondit : Sensimus quoniam multum nos invitavit desiderium cordis tui, et propterea venimus visitare te. Tunc interrogans dixi : Domina mea, quid hoc sibi vult, quod in loco martyrii vestri etiam corpora episcoporum sepulta inveniuntur? et numquid credendum est superscriptionibus titulorum, qui in quibusdam lapidibus illic reperiuntur? et quis fuit scriptor eorum? Et dixit B ad me : Ante multa tempora ad hoc ipsum præelegit te Deus, ut ea, quæ hactenus de nobis incognita fuerunt, per se faceret manifesta. Propterea noli ferre moleste, quod ad hæc inquirenda quorundam precibus solicitaris. Sit autem injunctum tibi, ut omni tempore vitæ tuæ per singulos annos in vigilia passionis nostræ in pane et aqua jejunes : aut si hoc implere non potes, unius Missæ celebratione redimi te facias, quatenus tibi revelare dignetur Dominus ea, quæ de nobis manifestare disposuit, et ut tu nostro consortio quandoque adjungi merearis. Post hæc cœpit loqui ad me sermones istos in magna vultus sui hilaritate dicens.

interrogat S. Verenam *et jubetur quotannis jejunare;*

s

t

CAP. VI. S. Venera *narrat de adjunctis episcopis, maxime de* S. Pantulo *Basiliensi et patre* S. Ursulæ.

6 Quando primum in patria nostra congregari incepimus, sacra fama nostra late dispersa est, et multi ad spectandum nos undique confluxerunt. Contigit autem, Deo ordinante, ut etiam quidam episcoporum Britanniæ nobis adjungerentur, atque in nostra societate mare transeuntes usque Romam nobiscum pervenirent *u*. In quo itinere et B. Pantulus Basileensis episcopus *x* nobis associatus est, et usque ad Romam nos perduxit. Factusque est nostræ passionis socius. Hujus titulus talis erat: C *Sanctus Pantulus Basileensis episcopus, qui virgines sacras cum gaudio susceptas Romam perduxit : unde reversus Coloniam pervenit; ibique cum eis martyrium suscepit.* Post hæc objeci dictis ejus illud, quod in historia ipsarum legitur, videlicet, quod cum esset B. Ursula, quasi ludens in mari secundum consuetudinem suam, cum associatis sibi virginibus, ductis plus solito in altum navibus, quas ipsæ virgines gubernabant : repentino vento adspirante, cunctæ naves a finibus illis ablatæ sunt, neque ultra redierunt illuc. Juxta hæc etenim verisimile est, quod absque virorum comitatu perrexerunt. Adhæc ita respondit : Pater B. Ursulæ rex Britanniæ Scoticæ *z*, Maurus nomine, vir fidelis, conscius erat voluntatis filiæ suæ; et quid de ea Deus ordinasset, cognoscebat, quemadmodum et ipsa : atque hoc quibusdam, quos familiares habebat, detexit. Acceptoque consilio caute præordinavit, ut filia sua, quam tenerrime diligebat, viros, quorum solatio tam ipsa, quam exercitus ejus indigebat, in comitatu suo discedens haberet.

u

x

z

CAP. VII. *Item historiam* S. Cyriaci *Papæ narrat*

7 Excellentium titulorum, qui maxime notabilis erat, hunc habebat modum : *Cyriacus Papa Romanus, qui cum gaudio suscepit sanctas virgines, et cum eis Coloniam reversus martyrium suscepit* aa. Et alius secus hunc repertus est talis : *Sanctus Vincentius presbyter cardinalis* bb. De quibus cum B. Verenam interrogassem, ait : In tempore, quo ingressæ sumus urbem Romam, præsidebat apostolicæ sedi vir sanctus nomine Cyriacus : hic ingressus fuerat Romam de finibus nostris, et cum esset vir prudens, et nobilis, omnibus acceptus, sublimatus erat in apostolicam dignitatem, et jam per annum integrum, et undecim hebdomadas Romanam ecclesiam rexerat, eratque in numero Romanorum pontificum decimus nonus; qui cum nos advenisse audisset, lætatus est cum omni clero suo, et in magna honorificentia nos suscepit. Habebat quippe cognatas quam plurimas inter nos *cc*. Nocte vero, quæ proxima erat post adventum nostrum, revelatum est ei a Domino, quod relicta sede apostolica nobiscum esset profecturus, simulque martyrii palmam nobiscum accepturus. Ipse vero erat celans apud se revelationem hanc : deditque sacri baptismatis benedictionem multis sodalium nostrarum, quæ nondum erant renatæ in Christo *dd*. Cumque opportunum tempus accepisset, manifestam fecit voluntatem suam, atque in conspectu totius ecclesiæ resignavit officium E dignitatis suæ *ee*, reclamantibus cunctis, præcipue cardinalibus, qui velut deliramentum arbitrabantur, quod quasi post fatuitatem muliercularum declinaret, nescientes admonitionem divinam, quæ eum urgebat. Ipse autem constanter in proposito suo permanebat, propter amorem virginitatis nostræ. Nam et ab infantia sua ipse immaculatam virginitatem custodierat in seipso. Ab illo ergo tempore omnem gratiam, quam in conspectu Romanæ ecclesiæ prius habebamus, amisimus; et obscuri nobis facti sunt, qui prius applauserunt nobis. Ipse autem venerandus pater noster B. Cyriacus non prius ab urbe regressus est, donec ipsius consilio alter ei, nomine Antherus, substitutus est *ff*.

AUCTORE S. ELISABESTA.

aa

bb

cc

dd

ee

ff

CAP. VIII. *et respondet ad objectionem petitam ex catalogis Romanorum pontificum.*

8 Posthæc cum perspexissem Catalogum Pontificum Romanorum, neque usquam nomen S. Cyriaci illic reperissem, rursum interrogavi B. Verenam, cum se mihi die quadam præsentasset, quare inter ceteros Romanos præsules adscriptus non fuisset : et dixit, hoc ex indignatione cleri accidisse pro eo, quod in ordine dignitatis suæ usque ad finem permanere noluisset *gg*.

gg

ANNOTATA.

F

a *Liber* IV *Visionum seu Revelationum S. Elisabethæ initium sumit in editione Coloniensi anni* 1628 *a visione de assumptione B. Mariæ Virginis. Sequitur dein caput primum seu* Protestatio angeli de annuntiatione libri Viarum Dei. *Post venit caput secundum seu* Sermo Elisabeth de undecim millibus virginum aliisque martyribus passis inter eas Coloniæ: *quem jam edimus, secuti editiones Parisiensem Henrici Stephani anni* 1515, *Coloniensem Brigittinorum anni* 1628 *et Crombachii anni* 1647 *et codicem Ms. Carthusiæ Ultrajectinæ.*

b *Quibuscumque piis lectoribus hæc dicta sunt.*

c *Alibi se* magistram *vocat, non* abbatissam: *quippe quæ præposita quidem esset sororibus Schonaugiensibus, sed ipsa cum toto parthenone subdita abbati vicinæ Schonaugiæ virorum.*

d *In passione* Regnante Domino *regis tantum filia dicebatur; hic jam* regina, *scilicet propter titulum* Ætherii, *qui, apposito monogrammate* A ☧ ω *in* REX *converso, a S. Elisabetha sponsus assignatus est* S. Ursulæ.

e *Multo*

A c *Multo verisimilius est magnam partem passim per civitatem Coloniensem esse occisam, sed in suburbano cœmeterio sepultam. Quum hæc dictavit anno* 1156 *S. Elisabetha, nondum pomœrio urbis inclusus erat ager Ursulanus; quod circa annum* 1180 *a Philippo Heinsbergensi factum.*

f *Brevi post aperit maxime Gerlacum Tuitiensem harum rerum studiosum fuisse.*

g *Passim in suis libris de adversantium linguis conqueritur.*

h *In Gloria posthuma dicetur de situ quo diu jacuerunt Sanctarum Virginum ossa.*

i *Cœpit Gerlacus, abbas Tuitiensis, anno* 1155 *reliquiarum effossionem; vide Commentarium prævium, num.* 44.

j *De minori fide horum titulorum dictum est in Commentario prævio* § VI.

k *Hildelinus fuit Schonaugiæ virilis et puellaris abbas usque ad nonas Decembres anni* 1167.

l *Quem* locum nostrum *dixit S. Elisabetha, non est Schonaugia puellaris, sed virilis; inde factum ut ignorare potuerit reliquiarum adventum.*

m *Gerlacus fuit abbas Tuitiensis usque ad annum* 1161; *quo ei successit Hartbertus seu Harbernus.*

B n *Visio hæc nil aliud refert quam quæ vulgo in repræsentandis translationibus pingi aut sculpi solebant.*

o *Passim videbimus dubitantes de sinceritate nominum titulis inscriptorum.*

p *Intelligit Passionem* Regnante Domino.

q *Quum scriptus est Sermo in natali, complures arbitrabantur viros etiam inmixtos fuisse Virginum agmini. Vide Commentarium prævium,* § XXVI.

r *Vide de hoc loco dicta in Commentario prævio* § VI. *Illo ævo non tantum Coloniæ, sed alibi quoque fraudulenti erant homines qui ex confictis reliquiis et titulis quæstum facerent. Passim exempla obvia sunt. Animadvertendum tamen episcopos, abbates aliosque prælatos ecclesiæ sæpius videri talium fraudum victimas, auctores (quantum sciam) numquam.*

s *Ad hæc Crombachius :* Modus revelationis describitur : præcedebat cordis palpitatio, corporisque defatigatio ob commotionem humorum et spirituum, in cerebro maxime exsistentium : hac animus ab externorum sensuum usu revocabatur, ut vacaret Deo et sanctorum alloquio, qui visione imaginaria præsentes ipsi videbantur : succedebat quies sopitis jam externis sensibus, et lumen in
C intellectu diversum a speciebus : ipsaque visio imaginaria. *Sed ex hac ipsa corporis comparatione ostendit Amortius (vide supra Commentarium prævium num.* 33) *visiones in tali statu habitas imaginandi viribus non autem divinis illustrationibus (quod saltem ad res aut species spectat) tribuendas esse.*

t *Hunc morem figendi in cælum aut in alium quemcumque locum oculos aptissimum medium esse non tam ad divinas percipiendas illustrationes quam ad intendendas phantasiæ vires passim animadvertunt scriptores de rebus mysticis.*

u *In Passione* Regnante Domino, *multo minus in Sermone in Natali, de episcopis Britannis comitibus nullum vestigium est. Sed B. Hermannus Steinfeldensis, qui multa quæ in S. Elisabethæ Revelationibus plena non erant supplevit, lib.* I, *cap.* 7, *designat* SS. Wilhelmum, Columbanum, Iwanum, Eleutherium *et* Lotharium; *pleraque nomina Britannis inusitata.*

x *De S. Pantulo ante detectum titulum nemo umquam audiverat. De eo scripsit D. Berthodus in* D
Actis nostris ad diem 12 *Octobris, huc remittens ut recognosceretur ejus commentarius. Porro quum omnia, quæ de S. Pantulo feruntur, conficto titulo nitantur et S. Elisabethæ Revelationibus; ex his quæ de titulis et Revelationibus sat aperte dixi, facile intelligere est quid de hujus sancti gestis sentiam. Hic solum animadvertam stare non posse quæ de Rauracorum destructione tradidit Berthodus, statuens hanc civitatem, cujus episcopus fuerit S. Pantulus, deletam fuisse bello Attilano. Ostensum est in Commentario prævio,* § XIX, *Rauracos sæculo* IV *ruinam traxisse.*

z *Ex hoc loco, ubi pater* B. Ursulæ *dicitur* rex Britanniæ Scoticæ, *et ex capite* 2 *libri* I *Revelationum B. Hermanni Steinfeldensis, ubi* rex de Britannia minori oriundus *perhibetur, compositis cum dictis plurium veterum geographorum, collegit Crombachius* (1) *Hiberniam fuisse patriam* S. Ursulæ. *Sed hæc traditio non convenit cum Sermone in Natali, duobus saltem sæculis antiquiori, ubi num.* 9 *Britannia proprie dicta aperte designatur, neque cum Galfredo Monumetensi, cujus etiam ratio habenda est. Si quid divinare liceat, fabulam de Hibernia* S. Ursulæ *patria natam dicerem in Coloniensi Scotorum seu Hiberno-* E
rum S. Martini monasterio, de quo in Commentario de S. Eliphio nonnulla explicui (2). *Scotis enim, Hibernis et Britannis hoc commune fuisse ut propter nominum gentis suæ confusionem sanctos sibi invicem eriperent, passim notum est. Ex eadem officina ortum arbitror, quod nunc primum apparet,* S. Ursulæ *patris nomen* Maurum. *Id enim idem est ac Britannicum seu Hibernicum* Mor (3) *aut* Mawr (4); *quod idem sonat ac latine* Magnus *aut* Maximus; *encomium nonnullis regibus Hiberniæ concessum. Et sane erat cur hæc laus daretur* S. Ursulæ *patri, ne ulla in re inferior videretur* S. Pinnosæ *patre, quem* Maximum *fuisse agnominatum alibi videmus. Cfr Annotatum* aa *ad Sermonem in Natali. Non ausim itaque fidem ullam addere cl. v. Miorcec de Kerdanet* (5), *tradenti* S. Ursulæ *patrem britannice dictum fuisse* Dinot Mawr; *si* Mawr *loco nominis proprii habeatur.*

aa *De* S. Cyriaco *papa Romano sat multa diximus in Commentario prævio* § XI.

bb *Innumeri fere de cardinalium origine et dignitote scripsere; nemo vero huc usque ostendit documentis genuinis appellationem* cardinalis presbyteri
medio sæculo V *fuisse in usu. Hinc judicium fer* F
quantum valeat ille titulus et S. Elisabethæ de eo revelatio seu explicatio.

cc *Earum nomina detexisse sibi visus est B. Hermannus, lib.* I, *cap.* 17.

dd *Aliquot nomina iterum dabit B. Hermannus lib.* I, *cap.* 16.

ee *Plura sæcula insonuit in juris prudentiæ scholis id exemplum (nullo alio nixum fundamento quam titulo et malefidis revelationibus), quo demonstraretur posse Romanos pontifices dignitatem suam abdicare!*

ff *De S. Anteri ordinatione vide Commentarium prævium* § X. *Porro quum S. Anterus ordinatus fuerit exeunte anno* 235, *qua ætate valentibus baptismus non dabatur nisi in vigiliis paschatis et pentecostes, hinc sequeretur undecim millia Virginum cum suo comitatu ultra medium annum Romæ substitisse.*

gg *Quam absurda sit hæc objectæ difficultatis so-*

(1) S. Ursula vindicata, pag. 233 et seqq. — (2) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 819 et seqq. — (3) S. Ursula vindicata, pag. 238.—(4) Miorcet de Kerdanet, la Vie des Saints de la Bretagne Armorique, par Albert-le-Grand, pag. 633, not. 6. — (5) Ibid. loc. cit.

lutio.

A *lutio, vide in Commentario prævio num.* 111. *Non enim de solis catalogis Romanis agitur, sed de successione pontificum Romanorum, prout in patribus orientalibus æque ac occidentalibus exhibetur.*

CAPUT II.

Cælitus cognoscit S. Elisabeth laudes SS. Jacobi, Maurisii, Foilani, Ætherii, Marculi, Constantiæ, Gerasinæ et Dorothei.

CAP. IX. *Narrat S. Jacobi Antiocheni iter Romanum, curam in scribendis titulis et passionem triduo post alios.*

Rursus die alia cum eam interrogassem de quodam Jacobo, cujus nomen in sepultura ejus absque omni adjunctione scriptum inventum est : visa mihi est quodammodo gratulari super interrogatione mea, responditque mihi hilariter dicens : Fuit in tempore illo quidam nobilis pater venerabilis vitæ Jacobus archiepiscopus, qui de patria nostra *a* in Antiochiam profectus fuerat, ibidem ad honorem præsulatus adscenderat, et septem annis rexerat ecclesiam illam. Hic cum audisset B. Cyriacum, suæ gentis virum, Romæ in apostolicam dignitatem sublimatum, venerat visitare eum : jamque nobis advenientibus nuper de urbe fuerat egressus : quod cum nobis indicatum fuisset, missus est velociter nuncius ad revocandum eum, et inventus est in castello quodam, quod erat remotum a Roma duabus diætis. Cumque audisset de adventu nostro, continuo reversus est ad nos, et factus est socius itineris nostri et particeps passionis nostræ in Colonia. Habebat autem et ipse neptes aliquot in nostra Societate. Hic, exhortante B. Cyriaco papa, cum esset vir prudens, magnam diligentiam adhibuerat, ut sciret nomina sororum nostrarum, atque ea ex magna parte, cum interemptæ fuissent, lapidibus inscripta corporibus nostris adhibuit. Sed antequam hoc perficere potuisset, deprehensus est ab impiis in hoc opere, et trucidatus est in medio nostri. Hinc est quod quædam ex nostris titulatæ inveniuntur, quædam autem non *b*. In ipsa autem hora passionis suæ, cum jam C feriendus esset, hoc solum a percussoribus postulavit, ut tantum differretur passio ejus, quousque sui ipsius nomen posset lapidi inscribere, et concessum est ei *c*. Interrogavi etiam de die passionis ejus, quia non erat credibile secundum narrationem hanc, quod eodem die, quo virgines passæ sunt, ipse quoque fuisset interemptus. Ad hoc quoque ita respondit : Post diem passionis nostræ tertia die passus est ab eodem tyranno, qui B. Cordulam interemit *d*.

CAP. X. *Explicat res gestas S. Maurisii Lavicani et S. Foilani Lucensis;*

10 Addidit etiam de quodam martyre, cujus titulus : erat ***S. Maurisus episcopus,*** et ait. Adjunctus est etiam nobis B. Maurisus episcopus, cum adhuc Romæ essemus. Hic fuerat episcopus in Lavicana *e* annis duobus, habens et ipse originem de patria nostra, filius cujusdam comitis de genere magnorum principum, eratque avunculus duarum virginum Babilæ, et Julianæ, cum quibus sepultus inventus est. Fuit autem vir sanctissimæ vitæ, et virtutem magnam habebat prædicatio illius, eratque maximum ei studium, ut quicunque infidelis sive Judæus, sive Gentilis ad eum venisset, non discederet ab eo, quousque sacri baptismatis aqua eum lavisset : et ita recte officio ejus nomen Lavicanæ congruebat *f*. Hic secum adduxit ad nos B. Claudium Spoletanum, quem ipse in diaconum ordinaverat, et Focatum adolescentulem laicum, fratrem ejus, qui nondum ad militiam fuerat promotus. Hi duo adhæserunt episcopis nostris, et diligenter eis ministraverunt, et martyrium cum eis subierunt. Hæc dicebat, quia et de his fueram sciscitata, propter titulos eorum, quos videram *g*. Adjecit etiam ultro dicens : Cuncti episcopi, qui in itinere nobiscum fuerunt, segregatas a nobis mansiones habebant, sed in diebus Dominicis in medium nostri venire solebant, confortantes nos divino sermone, et Dominici sacramenti communione. Habebam quodam tempore interrogandi desiderium de duobus episcopis, quorum titulos acceperam, talem habentes formam : ***S. Foilanus Lucensis episcopus ab apostolica sede missus, hoc in loco fuit occisus, et ferro peremptus, et cum istis virginibus est sepultus h.*** Item ***S. Simplicius Ravennensis episcopus i.*** Et factum est, ut quadam die ageremus memoriam B. Virginis Dominæ nostræ S. Mariæ, et ostendit mihi faciem suam secundum solitam benignitatem, cumque mecum plurima verba contulisset, interrogavi eam de eisdem episcopis, et ait : Hi duo in tempore illo profecti E fuerant Coloniam, et inde revertentes obvium habuerunt sacrum exercitum, sicque associati sunt papæ et clero, qui illic erat, et cum eis iterum redeuntes palmam martyrii cum eis adepti sunt.

AUCTORE S. ELISABETHA.

CAP. XI. *mirabillimo modo declarat titulum genuinum S. Ætherii.*

11 Rogata eram ut investigarem de titulo cujusdam venerabilis monimenti, quod intitulatum erat hoc modo : ***Hic jacet in terris Ætherius, qui vixit annos viginti quinque fideles, in pace recessit k.*** Et subscriptum erat capitalibus literis rex et erat figura R grandis atque ita disposita, ut in ea notari possent duæ literæ, scilicet P et R : erantque duæ literæ E et X in sinistro latere figuræ ejusdem; in dextero autem latere capitale A scriptum erat. Itemque in lapide quodam juxta invento scriptum legebatur : ***Demetria regina.*** Interrogavi igitur B. Verenam de his, simulque de infantula quadam quæ juxta inventa est, habens titulum : ***Florentina puella.*** Et respondit mihi ad omnia dicens : Ætherius rex sponsus fuit S. Ursulæ reginæ, Demetria vero fuit mater Ætherii, Florentina autem soror ejusdem : et addidit ultro dicens : Narrabo etiam tibi, quid significat A litera, quæ titulo regis adscripta est. Sume tribus vicibus eamdem literam A, et adjunge ei tres literas X. P. R. et habebis F AXPARA : quod est nomen cujusdam ducissæ, quæ in vicino reperta est : fuit autem filia materteræ Ætherii, magnoque dilectionis vinculo ei adstricta : quod significare voluit tituli scriptor, cum ita admiscuit nomen ejus nomini regio : hoc manifestius exprimi non oportebat, quia futurum erat, ut per te hæc omnia manifestarentur *l*.

CAP. XII. *Angelus narrat ei historiam hujus Ætherii. sponsi S. Ursulæ.*

12 Cum ergo essem mecum admirans super his, et cogitans omnino incredibile esse, secundum tenorem historiæ *m*, quod et sponsus S. Ursulæ huic martyrio interfuisset : obtulit mihi quadam die specie sua Angelus Domini, qui me visitare consuevit, et interrogavi eum dicens : Domine, quo modo factum est, ut etiam adolescens ille, qui B. Ursulam desponsasse legitur, ei in passione jungeretur, cum scriptum sit ipsam a connubio ejus per fugam se abstraxisse? Et ait : Cum reverteretur a Roma exercitus BB. Virginum, in ipsa nocte, qua sextæ diei iter consummatum erat *n*; Ætherius rex, qui erat manens in Britannia Anglica, per visionem a Domino admonitus est, ut matrem suam Demetriam *o* hortaretur fieri Christianam : nam pater ejus Agrippinus in primo anno, quo ipse

AUCTORE S. ELISABETHA.

ipse baptismatis susceperat gratiam, e vita decesserat. Simulque annunciatum est ei, quod egressurus esset de terra sua, et venturus in occursum sponsæ suæ, quæ jam erat a Roma regrediens, quodque in urbe Colonia cum ea passurus esset, et immarcessibilem coronam a Deo accepturus. Qui confestim divinæ admonitioni acquiescens, matrem suam exhortationi ejus consentientem regenerari fecit in Christo. Assumptaque ea, et parvula sorore Florentina etiam Christiana *p*, properavit in occursum beatissimæ sponsæ suæ, et factus est ei socius in passione, et in gloria cælesti. Adhuc autem interrogavi dicens : Quid est Domine, quod dicit titulus ejus, vixisse eum viginti quinque annos fideles, cum ex historia habeamus, eum nondum suscepisse fidem christianam, cum inciperet tractari de nuptiis ejus et B. Ursulæ, et quod tribus annis ante nuptias debuisset imbui fide catholica? et respondit : Quamquam hoc ita fuerit, tamen antequam fidem christianam suscepisset, tam modeste, tamque innocenter vixerat secundum statum vitæ illius, quam tunc gerebat, ut videretur scriptori tituli ejus recte omnes annos illius fideles posse appellari *q*.

p

B

q

CAP. XIII. *B. M. V. pauca ei dicit de* S. Clemente *episcopo.*

13 Post hæc de quodam sancto viro cujus titulus erat : *S. Clemens episcopus, et martyr* r per B. Dominam nostram quadam die, cum mihi loqueretur, instructa sum : quod præfatus rex de patria sua egrediens, secum illum adduxerit.

r

CAP. XIV. *Angelus* S. Marculi, *episcopi Constantinopolitani, et* S. Constantiæ *res significat;*

14 Cum requisivissem de quodam, cujus titulus erat : *S. Marculus episcopus in Græcia,* responsum tale ab Angelo acceptum : Fuit in urbe, quæ Constantinopolis dicitur, rex quidam, Dorotheus nomine, de Sicilia oriundus, et nomen uxoris ejus Firmindina, eratque illis filia unica dicta Constantia : et factum est, ut morerentur parentes ambo, dum adhuc filia esset absque solatio mariti, et incognita viro. Desponsaverunt igitur eam proximi ejus cuidam adolescenti, alterius regis filio in conjugem; sed et ille ante nuptiarum tempora morte præventus est, et lætata est illa de absolutione sua, et vovit Deo integritatem virginitatis suæ, orans, et petens, ut numquam eam alligari permitteret alteri viro. Et accedens ad virum Dei episcopum præfatæ urbis, ipsum de quo interrogasti, qui secundum carnem erat avunculus ejus, petiit ab eo consilium de custodia virginitatis suæ, et ut in hoc esset adjutor ejus instantissime postulavit : quidam circa hæc solicitus esset apud se, revelatum est ei nocte quadam per visionem a Domino, de S. Ursula et exercitu virginum ejus, quod in proximo Romam essent venturæ : dictumque est ei, quod assumpta nepte sua Constantia regina festinus pergeret illuc, earumque societati pariter cum ea adjungeretur. Et credidit revelationi Domini, assumensque illam spernentem regnum et omnia quæ sunt huic mundo, propter Dominum, venit Romam, cum nondum illuc venissent illæ, de quibus revelationem acceperat. Cumque non post longum tempus advenissent, adjunxerunt se earum consortio, et cum eis Coloniam venientes, martyrium pro Christo susceperunt. Ipsa autem Constantia hæc est, quam in proximo frater tuus *t* in hunc locum advexit. Ad quod ita respondi : Domine, hæc, quæ ab eo huc advecta est, ut dicunt, hoc nomen Firmindina in titulo suo habebat : et quomodo tu dicis eam Constantiam fuisse appellatam? et ait : Multi in temporibus antiquis cognominari solebant nominibus parentum suorum : ita ut vel binis, vel ternis nominibus nuncuparentur. Unde et hæc nomine matris suæ Firmindinæ cognominata fuerat : et ex hoc forte accidit, ut quando scribendus erat titulus ejus, hoc nomine scriberetur, et proprium nomen ejus, quod erat Constantia, negligeretur, quia res cum festinatione gesta est. Idipsum et aliis multis accidit, ut eadem occasione negligerentur nomina earum, et adscriberentur eis alia, quæ propria non erant.

C

t

D

CAP. XV. *Revelantur ei nomina trium corporum Schonaugiam translatorum et res* SS. Gerasinæ *et* Dorothei.

15 Missus est hujusmodi titulus ad me : *S. Gerasina, quæ duxit sacras virgines,* de qua, ut interrogarem, sæpe et multum rogata sum pro eo, quod magna, et notabilis fuisse videretur, quæ tanti exercitus ductrix esse debuisset. Sed cum sæpe opportunitatem, et voluntatem interrogandi haberem, non est concessum mihi, quod labebatur a memoria mea interrogatio; ita ut mecum ipsa mirarer, cur ita eveniret. Tandem autem contigit, ut ipse, qui de ea me interrogare rogaverat, mitteret ad nos tria corpuscula sancta *u*, quæ fuerant ex societate præfatarum virginum; et erat post triduum festivitas B. Andreæ Apostoli, et apparuit mihi ipse inter silentia Missæ, et cum eo martyr unus valde gloriosus, et virgines duæ : et intellexi eos esse, quorum corpora venerant ad nos. Interrogavi ergo B. Andream de nominibus eorum, quia omnino nesciebantur : et dixit mihi : Ab ipsis inquire, et dicent tibi. Quod cum fecissem, respondit una virgo, et dixit : Ego Albina vocata sum, et hæc mecum est Emerentiana : sorores secundum carnem fueramus filiæ cujusdam comitis, cujus nomen Aurelianus : hic autem martyr, qui nobiscum venit, Adrianus vocatus est, et erat filius regis; et cum esset decem annorum, passus est pro Christo martyrium. Et dixi : Domina, quomodo discernemus corpora vestra, quod cujus nominis sit : et ait, maximum meum est, minimum sororis meæ; medium autem S. Adriani : non adjeci eam amplius interrogare. Posuit autem Deus in ore duorum testium hoc verbum. De nomine præfati martyris, quomodo, et quod hoc esset nomen ejus, et quod filius regis fuisset eidem fratri, per quem allata fuerant corpora, in præcedenti nocte pervisionem fuerat revelatum. Post hæc cum essem cogitans de eodem martyre, et cupiens certius aliquid de eo cognoscere, nocte quadam visum est mihi in visione somnii, quasi daretur mihi liber aureis literis scriptus; et legi in eo sermonem magnum de ipso, et de parentela ejus, et qualiter cum sororibus suis fuisset egressus de terra sua, et quomodo cum eis martyrium susceperit. Nomina autem earumdem sororum, quæ ibi legebam hæc erant : Babila, Juliana, Aurea et Victoria : sed quamvis omnia sæpe, et diligenter in eadem visione legisse mihi viderer, tamen ordinem rei, sicut erat, retinere in memoria non potui. Post paucos autem dies aderat festivitas B. Nicolai : et cum de eo Missæ officium celebraretur, apparuit mihi secundum solitam benignitatem, et rursum cum eo tres martyres prædicti. Rogavi igitur eum, ut de S. Adriano aliquid certius mihi indicaretur : pariterque tunc menti meæ incidit, ut de S. Gerasina, de qua prædictum est, sciscitarer : et respondit mihi cum magna benevolentia, et ait : S. Gerasina, de qua interrogas, fuit regina Siciliæ *x*, et vere erat de fideli radice Aaron, et habebat spiritum Dei abundanter : virum suum Quintianum regem, cum esset primo tyrannus crudelissimus, convertit, et quasi de lupo, agnum mansuetissimum fecit. Hic eam sumpserat de Britannia, et erat sororS. Maurisii episcopi, et Dariæ matris S. Ursulæ reginæ. Tres habebat filios, et filias sex : et erat minimus in eis S. Adrianus martyr, hic, de quo interrogasti; frater ejus senior Dorotheus erat rex Græciæ, qui erat pater S. Constantiæ, quæ ad vos delata est.

u

E

F

x

A est. Eo autem tempore, quo B. Ursula de sancto suo proposito occulte tractabat, pater ejus magnam habens solicitudinem illius negotii, direxit epistolam ad B. Gerasinam, aperuitque ei voluntatem filiæ suæ, et revelationes quas divinitus acceperant ei detexit, et quærebat audire consilium ejus : quia sciebat eam esse magnæ scientiæ mulierem. Illa autem divina virtute inspirata, et intelligens verbum exisse a Domino, iter aggressa est cum quatuor filiabus suis Babila, Juliana, Victoria, et Aurea, et parvulo filio suo Adriano, qui amore sororum suarum ultro se ingessit peregrinationi, et relicto regno in manus unius filii sui et duarum filiarum, usque in Britanniam navigavit. Ejus itaque consiliis totus ille exercitus sacer virginum collectus et ordinatus est : et erat ductrix omnium, in cunctis viis peregrinationis earum, per consiliorum suorum gubernationem, et ad ultimum cum eis martyrium passa est. Hæc cum dixisset, sensit, quia valde mirabar intra me de hac ordinatione; et ait ad me : Merito admiraris, quia omne hoc negotium divina dispositione mirabiliter ordinatum est; et adjecit adhuc dicens : Pretiosi valde sunt martyres, quos misit Dominus ad vos, propterea B estote devoti ad exhibendum eis honorem et servitium : quia adventus eorum magnæ gratiæ principium est.

ANNOTATA.

a *Jam ante* Cyriacus *papa natione Britannus dictus fuerat; ecce nunc* Jacobus, *archiepiscopus per septem annos Antiochenus, atque hic quoque ex Britannia oriundus. Frustra monerem nil de hoc* Jacobo *in serie patriarcharum Antiochiæ reperiri.*

b *Alibi animadvertimus nomina latina generatim in fictis titulis bene scripta esse, græca sæpius mala : hinc collige quam verisimilis sit hæc narratio de titulorum conscriptione.*

c *Ex hoc loco manifesto patet S. Elisabetham totam fuisse in cogitando de Sanctis Virginibus; ita ut minima quæque præviderit et difficultatibus solvendis sponte occurrerit.*

d *Ex hoc loco patet S. Cordulæ Passionem, quæ altera pars est Passionis* Regnante Domino, *medio sæculo* XII *a S. Elisabetha lectam fuisse.*

e *Ex Martyrologio Usuardi nomen* viæ Lavicanæ C *procul dubio didicerat S. Elisabetha; quomodo vero sibi imaginata sit in via, quæ urbis Romæ pars censebatur, constitutam fuisse sedem episcopalem contra ecclesiæ leges, illo ævo omnium maxime venerandas, equidem non video, nisi dicatur beata Schonaugiensis virgo credidisse Lavicanam seu Lavicam fuisse civitatem suburbanam.*

f *Putavit scilicet* Lavicanæ *vocis originem esse verbum* lavare. *Quod si hæc deductio etymologis displicitura est, non minus displicebit archæologis qui* S. Maurisio *tribuitur mos, scilicet neminem gentilem a se dimittendi quin eum prius baptizasset. Id enim non ferebat ejus ævi disciplina, certa habens baptismo conferendo tempora.*

g *Hi fictitii tituli hæc insculpta habebant :* S. Claudius martyr Spoletanus. S. Maurisius episcopus cum Babyla et Juliana est sepultus. S. Maurisius, *de quo pluribus disputavit Crombachius* (1), *quiescit cum iisdem virginibus apud SS. Macchabæos Coloniæ; pars ejusdem reliquiarum in Monteveteri.*

h S. Foilanus, *qui et* Fullanus *et* Frollanus, *ex titulis Coloniensibus et Revelationibus Schonaugiensibus inter episcopos Lucenses relatus est. De eo* D *dicemus in calendario Ursulano.*

i *Ex iisdem fontibus, ex quibus emersit* S. Foilanus, *prodiit* S. Simplicius *Ravennas. Ipsa forma* Ravennensis *loco* Ravennas *indicium est fictionis hujus tituli.*

k *Non dubitandum quin hic titulus sincerus sit; (numquam enim sæculo* XII *eum ad antiquam formam effingere potuissent iidem qui tot alios absurdissimos protulerunt;) sed paulo aliter scribendus, scilicet :*



Etenim quamquam Romæ et in aliis Italiæ partibus formula : Hic jacet *rara sit, ejusque loco fere dicatur :* Hic depositus, Hic quiescit, Hic dormit *etc.; in quibusdam tamen locis usitatissima erat, deducta ex græca* Ἐνθαδε κειται. *Sic in Sardinia insula, ut constat ex opere Bonfanti de Sanctis Sardiniæ putatiis (Sanctorum enim corporum loco habuerunt ea omnia, quæ in cœmeterio quodam cum literis* B. M. E *titulo inscriptis repererant); neque in Sardinia insula tantum, sed etiam Treviris, ut constat ex inscriptionibus, Annalibus Trevirensibus Broweri inspersis, iisdemque a Wiltheimio in Luciliburgensibus et a Steinero in Codice inscriptionum Rheni repetitis. Ecce unum speciminis gratia :*

HIC. IACET. PERPETVVS
IN. CRISTO. DEO. SUO
BENE. ME RITVS
QVI VI XIT. ANNOS
XXV. LECONTIA
MATER. TITVLVM
POSVIT. IN. PACE

Appositum : In terris *rarius est; sed ex initio hexametri sumptum; cæterum dubitari potest an adscriptum fuerit, quum in codice titulorum Crombachii non legatur; in nostro secus.* Ætherius, *nomen,* F *vix in titulis apparet; sed ideo non inusitatum; quo quippe in indice universali operis nostri sex saltem Gallicanos episcopos appellatos repererim.* Qui vixit annos XXV *communissima formula est. Vox* fideles *a codice titulorum Crombachii abest; sed retinenda, quum de ea S. Elisabeth inferius agat. In aliis quoque Germanicis titulis occurrit. Wiltheimius in Luciliburgensibus fig.* 68 *id Trevirense specimen exhibet :*

.. IC. REQVIESCET
IN. PACE. FIDELIS. VIGVR
(Columba) (Columba)
LIVS. PSIVS. PATRI PI
entissimo. TITVLVM PRO
SVIT.

Fidelis *autem videtur idem esse ac* neophytus, *qui sabanum seu stolam baptismalem nondum deposuit. Certe in anonymo titulo, a Muratorio* (2) *edito, ubi vox* fidelis *occurrit, repræsentatur vir baptismum accipiens. Oculos conjice in sequentem epigraphem.*

(1) S. Ursula vindicata, pag. 350 et 351. — (2) Inscriptiones, pag. MDCCCLXXXVIII, num. 5.

A

* Spiritui
* Dominus

INNOCENTI SPO * QVEM
ELEGIT. DOMS * PAVSAT
IN P ACE
FIDE LIS
X KA L SEPT
SEPT EMBER

Loco hic vacuo cernere est in lapide neophytum, pedibus in balneo humili stantem, et perfusum aqua, quæ a Spiritu Sancto, specie columbæ supra caput apparente, effunditur; dextris adstat episcopus, a sinistris patrinus. Sed alibi de significatione vocabuli fidelis *aliquid disserere conatus sum* (1), *atque ejus quidem ope æram provinciæ Mauritaniæ stabilivi. At vero, si* Ætherius *cum* S. Ursula *mense octobri anni* 451 *ab Hunnis cæsus est, quomodo paucissimis diebus ante baptismum in paschatis et pentecostes vigiliis tantummodo conferri solitum, recipere potuit? Ad hæc nulla alia est responsio nisi quod, Hunnis advenientibus, collatus baptismus fuerit : et quidem pluribus exemplis ostendi potest a disciplina ordinaria discessmus fuisse, quum subitaneæ ingruerent calamitates* (2). *De forma* fideles *loco* fidelis *dicetur infrc. Præterea quod additur :* In pace recessit *nequaquam*

B *rarum est. Obvium promo ex Boldettio* (3) *exemplum :*

RECESSIT SABBATIA IN SOMNO
PACIS. P. M. XXVIIII

id est : Vixit annos plus minus viginti novem; *et hoc alterum ex Floresio* (4) :

hic IVLIANVS FAMVLVS XPI. EPISCOPVS
ECCLESIAE EBORENSIS H· * SITVS EST
VIXIT ANN. PLVS. MIN. LXX. REC. IN
PACE KAL. DECE. ERA DCIIII

id est anno Christi 566. *Venio jam ad monogramma Christi. Teste Crombachio* (5), *in codice titulorum Tuitiensi autographo figura, lapidi insculpta, picta non fuit; sed scriptum erat :* In titulo S. Ætherii regis corona, crux et alia quædam regalia signa descripta videntur, quæ nos prætereuntes scripturam solam digessimus. *In codice autographo Egberti fratris S. Elisabethæ, quo ille sororis revelationes latine conscripserat, similiter repræsentata non fuit titulo apposita figura, teste iterum Crombachio* (6). *Unde manifestum est figuras, quas in codice Herbipolensi Hermanni Mylii et in Leodiensi P. Roberti*

C *Crombachius reperit atque inde exscripsit, nequaquam fidas habendas esse, sed librariorum, S. Elisabethæ verba interpretantium, genio excogitatas esse et margini appositas. Cæterum ingens quod inter utramque apparet discrimen argumento est eas librariorum figmentum esse. Ecce priori loco Herbipolensem et juxta Leodiensem :*



Sed neutra admitti potest. Imprimis omittitur corona, monogrammati Christi sæpe circumscripta et expresse memorata in titulorum Catalogo Tuitiensi Sed præstat oculos iterum conjicere in suprapositum monogramma, quod hic denuo repræsentandum esse

duximus : D

Ejus elementa desumpsimus partim ex titulo Salonitano, partim ex Romanis. Monogramma, inscriptum Salonitano VI *inter titulos christianos* (7), *dedit figuram literæ græcæ rho* P, *forma latini* R; *monogramma cruci superpositum exhibuere duo tituli inventi in cœmeterio S. Agnetis* (8) *Romæ : facile detegere ibidem est* figuram R grandem atque ita dispositam ut in ea notari possent duæ literæ, scilicet P et R; *capitale* A *in latere dextro et in sinistro* E *germanicum jacens, ex* ω *conflctum,* (*sic enim omega ubique in monumentis Trevirensibus depicta reperit Wiltheimius* (9),) *difficultatem non habent; quod* X *quoque in sinistro latere positum fuisse dicitur, planum non est : sed quis miretur aliquid in* E *indicando unius literæ loco fuisse erratum? Stat itaque Broweri* (10) *censura, his verbis S. Elisabethæ revelationes explodentis :* Subscriptum REX; et erat figura R grandis...; ad latus sinistrum E et X, ad dextrum A capitale. Mox in viso cognoscit hunc Ætherium B. Ursulæ fuisse sponsum, aliaque non idonea ut hic repetantur. Ex quo certe intelligitur imaginem tituli apud veteres christianos pervulgati, ritum in pace quiescendi vel recedendi, symbolum nominis Christi, rem adeo claram et certam, a virginis notitia refugisse et quamdam obscuritatis latebram habuisse. *Demum notandum est ex hoc lapide confirmari sanctissimum agmen, siquidem pars ejus fuerit* S. Ætherius, *mortem non toterasse anno* 257 *aut* 258. *Hoc enim ævo Christi monogramma nondum erat in usu, post divictum anno* 312 *Licinium tandem introductum. De ea re fuse disputavi alibi, demonstrare conatus non constare per ulla monumenta genuina chrisimon seu Christi monogramma ante Constantini ævum in usu fuisse, sed omnia historica et archæologica elementa eo vergere ut tunc tandem cœpisse nonnihil frequenter adhiberi dicendum sit. Postea editus est egregius commentarius cl. v. Joannis Baptistæ de Rossi de*

F *christianis monumentis* IXΘYN *exhibentibus* (11), *in quo de Christi monogrammate, quod antiqui temporis non esse dixerat, hæc legere est* (12) : Quidquid enim plurimi, iique doctissimi viri, hac de re scripserint, ego certe nullum adhuc reperire potui *christianum* monumentum quod vel mediocri mihi se fide probaverit, quodque monogramma ☧ ante Constantinum incisum a christianis pictumve fuisse indubie demonstraverit. Attamen non is ego sum, qui hujuscemodi monogramma ante id tempus vel nondum a christianis excogitatum, vel ne eorum monumentis nec semel incideretur lege aut more cautum putem fuisse : quare nonnulla hoc Christi signo nobilitata monumenta ante annum 312, quo Constantinus ejus signi ductu auspicioque victoriam adeptus est, facta fuisse, nec negare profecto possum; et si paulo certiora suppeterent argumenta

(1) Explication de deux épigraphes chrétiennes trouvées, l'une à Sétif et l'autre à Tiharet, en Algérie, ou détermination de l'ère de la province en Mauritanie, in collectione : Précis historiques, 1854, pag. 478 et seqq. — (2) Cfr S. Augustini Serm. XX, cl. I, tom. V Opp. col. 105. — (3) Osservazioni sopra i cimiteri de' SS. Martyri, tom. II, pag. 397.—(4) España sagrada, tom. XIV, pag. 114. — (5) S. Ursula vindicata, pag. 754. — (6) Ibid. loc. cit. — (7) Marmora Salonitana, illustrata a Zaccaria, ap. Farlatum, post tom. II Illyrici Sacri, pag. XL. — (8) Boldetti, Osservazioni, pag. 344 et 352. — (9) Cfr Luceliburgensia, fig. 49, 55, 67, 68, 71, 72, 74. — (10) Annales Trevirenses, tom. I, pag. 289 et 593 — (11) Ap. D. Pitra, Spicilegium Solesmense, tom. III, pag. 545 et seqq — (12) Ibid. pag. 552.

A ultro ipse affirmarem. Interim, dum hæc argumenta desidero, et conjecturis transigenda quæstio est, hoc unice statuo, quod monumenta ipsa aperte me docuerunt, ejus monogrammatis usum secundo et ineunte tertio ecclesiæ sæculo, vel nullum plane fuisse vel certe rarissimum, exeunte vero tertio et ineunte quarto facile aliquem, fortasse etiam non infrequentem, pervulgatissimum demum ac plane solemnem inde ab anno Constantinianæ victoriæ 312. *Quæ ille prudenter concludit suadendo ne quis titulorum, monogrammate* ☧ *signatorum,* ætatem ultra annum 312 attollere præsumat.

l *Quis talia legens quæ hic de imaginaria* S. Axpara *perhibentur, cum Papebrochio* (1) *non exclamet :* Quidlibet profecto toleraverim potius quam pro cælestibus revelationibus talia suscipiam?

m Tenor historiæ *est Passio* Regnante Domino.

n *Narrat eamdem rem B. Hermannus per anticipationem lib.* I, *cap.* 10 *et* 18, *et supplet hic prætermissa de baptismo Moguntiæ celebrato.*

o *Didicit S. Elisabetha* Demetriam S. Ætherii *matrem fuisse ex eo quod in ejus, quem sibi obtulerunt, titulo legeretur :* Demetria REGINA.

B p *Numero proxime præcedente de* S. Florentinæ *titulo dixit S. Elisabetha. Illius brachium argento inclusum et in Coloniensi S. Cordulæ templo asservatum.*

q *Hic denuo mirabilia habemus. Quis ignoret passim in imperio Romano maxime in Galliis, vulgatissimum barbarismum fuisse quo* i *brevis mutaretur in* e? *Sic in monumentis funebribus Trevirensibus* (2), *etiam gentilium, qui plerumque melioris notæ sunt, sæpius* tetulus *quam* titulus *legitur,* menus *occurrit pro* minus, dulcesime *pro* dulcissimæ, *aliaque id genus: sed quid hæc refero, quum titulus christianus inter illos reperiatur, cui vox* fideles *loco* fidelis *inscripta? Ecce autem* (3) :

HIC. IN. PACE. QVIESCIT
DIGNISSIMA. FIDELES
QVA *. VIXIT. AN. I. M. VIII. D. V
DIGNANTIVS. ET. MEROPIA
PATRIS * TITVLVM
POSVERVNT
(*Columba*) IN. PACE

* quæ

* parentes

Supra in annotato k *diximus verbo* fidelis *probabilius significari* neophytum : *quæ vero hic dicuntur de annis* fidelibus, *quos* S. Ætherius *rex vixerit, nigro* C *calculo, neque alia animadversione digna sunt.*

r *Hujus* S. Clementis *corpus Coloniæ apud Machabæos quiescit; pars capitis olim apud Crucigeros Colonienses; nonnullæ reliquiæ Ulyssiponem delatæ.*

s *Totus hic numerus stuporem excitat. Quum oblatus esset S. Elisabethæ fictus titulus :* S. Marculus episcopus in Græcia; *atque hæc non aliam forte in Græcia (a qua medio ævo non distinguebat commune vulgus Thraciam) nosset civitatem præterquam Constantinopolim, sibi visa est intelligere Constantinopolitanum episcopum fuisse, quamquam anno* 238, *quo* S. Ursulam *passam credidit Schonaugiensis magistra, Constantinopolis nondum condita esset, sed vetus perseveraret Byzantium.* Dorotheus, *Constantinopolitanus rex, et quidem ex Sicilia oriundus, inauditum monstrum; anno enim post Christum natum* 46 *Claudius imperator* (4) *aut certe* 75 *Vespasianus* (5) *Thraciam, deletis regibus, in provinciam redegit. Et quasi satis non esset hic fictitius rex Thraciæ, paulo post additur alterius regis vicini filius, quamquam omnia vicina regna jam pridem cessassent.*

t *Scilicet Egbertus : de quo in Annotatis ad Præfationem hujus libri.* AUCTORE S. ELISABETHA.

u *Tria hæc corpora sæculo* XVII *Schonaugiæ adhuc servabantur.*

x *Sicilia, jam plura sæcula in provinciam redacta, neque reges habebat, neque reginas.*

CAPUT III.

Manifestantur permulta de martyrio et gloria SS. Virginum.

CAP. XVI. S. Verena *auctores cædis Ursulanæ indicat,* *a*

Quodam tempore a S. Verena, cum videndam se mihi præsentasset, sciscitata sum, sicut mihi a Fratre quodam suggestum est, quisnam fuerit auctor martyrii illius beati exercitus *a :* nam secundum considerationem narrationis, quæ de præfato papa in præcedentibus facta est, nequaquam, sicut æstimant nonnulli, Attila rex Hunnorum illius persecutionis autor exstitit, sed multorum annorum spatio postea ejus persecutio subsecuta est. Cui interrogationi ita respondit : Cum essemus Romæ, fuerunt ibidem eo tempore duo principes iniqui, quorum nomina erant Maximus et Africanus; qui videntes magnam esse multitudinem nostram, et multos confluere ad nos, et nobis associari, indignati sunt vehementer adversum nos, ac metuebant, ne forte per nos multum crescere ac roborari deberet religio Christiana. Unde cum explorassent iter nostrum, quo perrecturæ eramus, miserunt cum festinatione legatos ad quemdam cognatum suum nomine Julium, qui erat princeps gentis Hunnorum, hortantes eum, ut educto exercitu suo persecutionem nobis inferret, ac deleret nos. Qui cito acquiescens voluntati eorum, cum armata multitudine egrediens, irruit supra nos cum venissemus Coloniam : ibique effudit sanguinem nostrum. E

CAP. XVII. *et corpus* S. Ursulæ *nondum fuisse levatum* *b*

17 Sed nec hoc silendum, quod cum de corpore ipsius B. Ursulæ eam interrogassem, dixit : Non est levatum corpus ejus unquam super terram, nisi in diebus istis : et vere illic est, ubi servatur superscriptio ejus *b*. [Feci quoque inquisitionem capitis ipsius S. Verenæ et dixi ad eam : Ecce, Domina, corpus tuum apud nos est repositum, sed quid faciemus de venerabili capite tuo, quod omnino deest nobis? Indica, obsecro, nobis ubinam sit, ut tentemus requirere illud et adjungere capiti tuo. Et respondit mihi : Est in loco qui dicitur Cluinstat, et parvi penditur; sed magis ibi esse vellem ubi est veneratio corporis mei.]

CAP. XVIII. *et aliquando manifestatum iri totam* S. Ursulæ *societatem.*

18 Et ad hoc addidit dicens : Quod ita his diebus manifestata sunt nostra corpora, orationes nostræ impetraverunt a Domino, qui jam ultra ferre non vult gemitus nostros, quos habebamus pro eo, quod tam negligenter absconditæ eramus : neque aliquid dignum laudis Domino pro nobis exhibebatur. Futurum autem est adhuc ante novissimum diem, ut manifestetur totus exercitus noster. [Quoniam *c* autem B. Verena revelante didiceram, *c* quod S. Jacobus Antiochenus episcopus sepulturas SS. Virginum titulasset; orta est dubitatio apud me, et quosdam qui de hoc mecum conferebant, quomodo hoc fieri posset, ut cum die tertia post eas passus fuerit, sicut habet supradicta narratio, tot virginum, aliorumque martyrum titulos in tam brevi spatio conscribere potuisset : magnum etenim

(1) Propylæum Maji, paralipomena, pag. 31. — (2) Steiner, Codex inscriptionum Rheni, tom. II, pag. 87 et seqq.— (3) Ibid. pag. 103, num. 841.—(4) Cfr Tillemont, Mémoires, Empereurs, Claude, art. XIV, tom. I, pag. 92.—(5) Ibid. Vespasien, art. XIV, et note XI, tom. II, pag. 14 et 200.

AUCTORE S. ELISABETHA.

nim acervum eorum in quodam sacro loco reservatum esse audivi. Et factum est die quadam, cum de ipsis SS. Virginibus solemne officium ageremus, quædam ex eis mihi apparuerunt circiter duodecim et antecedebat eas una, quæ ceteris omnibus miro quodam et notabili decore præeminebat. Nam ipsa quidem erat ipsa Verena : hanc ergo cum rogassem, ut de supradicta dubitatione me expediret, responsum tale reddidit mihi : Non solum titulationes nostras scripsit Jacobus episcopus; sed clerici cum eo plurimi. Elegerat enim ad hoc opus XI clericos, et singulos singulis millenariis virginum præfecerat, et cura eis commiserat conscribendi nomina earum. Illi ergo cum adjutoribus, quos sibi singuli adhibuerant, nomina, quæ illic inveniuntur, scripserunt, et sepulturis nostris adhibuerunt. Nomina autem quædam, quæ ipsis ignota, per B. Jacobum, qui diligenter ea notaverat, cognoverunt, quædam autem eis divina revelatione manifestata sunt : plurima etiam omnino neglecta sunt.]

CAP. XIX. *In festo* S. Ursulæ *videt S. Elisabetha totam sodalitatem.*

d

19 Hæc verba revelationum Domini non meis quidem justificationibus, sed meritis SS. Virginum Martyrum Christi impetrantibus, per diversas festivitates Sanctorum, sicut Domino placuit, accepi; et infra anni unius spatium, et paulo amplius consummata est *d*. Et factum est completis pene cunctis sermonibus his, aderat festus dies passionis earumdem SS. Virginum undecim millium; cumque interessem officio divino, perlecta evangelica lectione, veni in excessum meum solito more, et vidi in regione luminis, cujus adspectus præ oculis mentis mihi jugiter est, multitudinem copiosam spectabilium virginum coronatarum quasi auro purissimo, et in manibus earum similitudo palmarum coruscantium valde. Vestimenta earum candida, et micantia apparebant in similitudinem nivis, cum irradiatur a splendoribus solis, et in frontibus earum rubor sanguineus, in testimonium cruoris, quem in confessione sancta fuderunt. Apparuerunt et cum iis viri gloriosi perplures, cum signis iisdem : inter quos etiam multi pontificali decore insigniti præfulgebant. Habebam autem desiderium adhuc interrogandi de eis; sed propter multitudinem earum nesciebam, quam ex eis alloqui possem : et confestim duæ earum valde insignes de cœtu aliarum progredientes stabant sensim ante alias adspicientes contra me. Et intellexi, quod propter me factum esset hoc; et allocuta sum eas dicens : Oro, dominæ meæ, ut dignemini mihi indicare, quæ sitis, et quæ sint nomina vestra : et ait una ex eis : Ego sum Ursula, et hæc quæ mecum stat soror, Verena est, filia patrui mei, cujusdam principis magni : et ajo ad eam, quæ mecum loquebatur, dicens : Obsecro, sanctissima Domina; ut quoniam tam multa mihi indignæ peccatrici de vobis per gratiam Dei revelata sunt : tu nunc digneris rem consummare, meque velis expedire de modo sepulturæ vestræ : quinam illi fuerunt, qui in tempore tantæ persecutionis tam diligenter sacra ossa composuerunt, tamque honestas vobis sepulturas exhibuerunt? Ad hæc ita mihi respondit :

B

C

CAP. XX. *Cognoscit* S. Aquilinum *curasse earum funus.*

e

20 Fuit in Colonia in tempore illo quidam sacer pontifex, plenus Spiritu sancto, qui quartus post B. Maternum ecclesiam illic gubernabat nomine Aquilinus *e*. Hic cum essemus regressuræ a Roma, jamque ad reversionem nos præpararemus, vidit demonstrante sibi Deo universam multitudinem nostram, ac totum ordinem passionis nostræ, quam eramus suscepturæ, perspexit. Audivit etiam vocem dicentem sibi, ut ad sepelienda corpora nostra præparatus esset, ut cuncta, quæ necessaria essent nostræ humationi cum festinatione conquireret. Dum autem circa hæc solicitus esset, venerunt ad eum duo illi pontifices, de quibus jam quædam audisti, videlicet Lucensis *f*, et Ravennensis, narraveruntque ei, quomodo per visionem eis fuisset revelatum a Deo, se in loco illo martyrium suscepturos; sed adhuc incertos esse fatebantur, qualiter, aut qua occasione id esset futurum. Is autem qui ab apostolica sede missus fuisse in titulo suo dictus est, a præsule sedis apostolicæ consilium de itinere suo antequam nos advenissemus acceperat. Cum autem et ipsi a prædicto præsule Coloniensi ejus visionem, quam de nobis viderat, audissent, rursus per viam, qua venerant, revertentes, obvii nobis facti sunt, sicque adhæserunt nostræ societati usque in finem.

D

f

CAP. XXI. *Discit modum martyrii* S. Ursulæ *et duos Clematios esse distinguendos.*

21 Hæc cum dixisset, subjeci ego verba hujusmodi dicens : Scire velim, Domina mea, quam notabilem causam habuerint contra vos adversarii vestri, ut trucidarent vos, ac specialiter de te ipsa certificari cupio, quali morte finieris vitam : et respondit dicens : Impius ille tyrannus, qui fuit auctor nostræ interemptionis, hoc et terroribus, et blandimentis exigebat a nobis, ut sponsum nostrum, qui in cælis est, Dominum Jesum Christum negaremus, et suis suorumque amplexibus jungeremur; sed non ob talem causam veneramus illuc; et constanter recusavimus consentire iniquæ voluntati ejus, et elegimus mori magis, quam a sponso nostro separari. Propter quod diversis cruciatibus desævierunt in nos : ego autem ictu sagittæ in corde meo percussa sum. Nobis ergo omnibus in sanguine nostro jacentibus, venerandus ille præsul, sicut præceptum illi fuerat, opus magnæ pietatis operatus est in nos, et cum magna diligentia, et honore sepeliendi officium nobis impendit. Ipsi autem, et his, qui cum ipso laborabant in nobis, adfuit majestas Dei, et ministrabant illis Angeli Dei, et velociter impletum est opus sepulturæ nostræ. Nos autem non distulimus rogare Dominum pro eo, ut redderet ei mercedem laboris sui : factumque est, ut cito posthæc subtraheretur ab hac vita, deditque ei Deus honorem singularem pro ea honorificentia, quam exhibuerat nobis. Non post multos autem dies completa humatione nostra venit Clematius vir venerabilis, et tulit corpora quædam, quæ in loco quodam adhuc supererant, et sepelivit ea cum honore magno, sicut et ipse a majestate Domini præmonitus fuerat *g*. Et continuo subjeci interrogationem dicens : Numquid, Domina, hic erat ille Clematius, qui ecclesiam vestram dicitur construxisse? et ait : Nequaquam; sed post longum tempus ille advenit; et cum consummasset hos sermones, in fine adjecit dicens : Et qui renovaverit passionem nostram, reddat ei Deus mercedem operis sui. Et nunc ei *h*, qui absconditorum est cognitor, et quibus vult ea revelat, nec accipiens personam magnorum, neque despiciens humilitatem parvulorum, benigno et misericordi Domino sit honor et gloria, et gratiarum actio in sæcula sæculorum. Amen.

E

F

g

h

ANNOTATA.

a *De universo hoc numero et de fontibus unde hæc hauserit et inter se composuerit S. Elisabetha diximus in Commentario prævio*, § x.

b *De hoc numero dicetur in Gloria posthuma. Uncinis clausa addidi ex editione Henrici Stephani.*

c *Quæ uncinis inclusa sunt sumpsit Crombachius ex Weierensi exemplari Ms.*

d *Hinc sequitur hæc ab anno* 1156 *ad* 1157 *conscripta*

A *scripta esse; neque titulos omnes explicuit S. Elisabetha, sed priorem partem tantum.*

e *Equidem nolim implicari difficillimæ quæstioni de primis Coloniensibus episcopis; verumtamen, quum decessores nostri inter prætermissos ad* 26 *Maji et* 29 *Septembris ad præsentem diem disceptationem qualemcumque de* S. Aquilini *habendam remiserint, per nos non stat ut de eo taceamus. Porro in omnibus fere recentioribus catalogis episcoporum Coloniensium, Democharis intelligo, Severtii, trium editionum Galliæ Christianæ, Cratepolii, Gelenii, Harzheimii, Kolbii, Morckensii, Binterimii aliorumque* Aquilini *nomen legitur; aliis id ad annum* 237 *aut* 238, *aliis ad* 451, *aliis ad utrumque, aliis etiam ad alios quoque annos id reponentibus. Neque hic dissensionum finis, quum alii eumdem eum habeant ac Solinum, alii contra ab eo distinguant. Sed Cramer* (1) *tutius arbitratus est eum omnino omittere; quod et laudavit Georgius Franciscus Edlen von Blum* (2); *neque Morckensius videtur multum ab his dissentire, claudens disputationem sua de* Aquilino *his verbis* (3) : Miror equidem Gregorium Turonensem de illo ne meminisse quidem; quod suspicari me facit num ante Gregorii
B tempora Coloniæ Agrippinæ fuerit episcopus : non tamen quod fuisse negem; sed quod eum apud priscos scriptores necdum invenerim. *Minoris momenti est silentium S. Gregorii Turonensis tot alias res silentis; sed quod rei caput est, ignoratum fuit* S. Aquilini *nomen donec id demum detexerit S. Elisabetha. Audi Albericum Trium Fontium ad annum* 238 *ita disserentem* (4) : Passio sanctarum undecim millium virginum apud Coloniam mirabiliter facta; et quorumdam aliorum, qui in eadem societate fuerunt, episcoporum et militum, et ipsius papæ Ciriaci memorat secundum visiones Elysabeth; de quarum sanctarum tempore et de revelatione hujus historiæ omnes usque ad tempus Elysabeth istius errabant historiarum scriptores et chronographi. In eisdem etiam visionibus continetur quis in hoc anno erat Coloniensis episcopus. Hoc modo verba S. Ursulæ ad Elysabeth : Fuit, inquit, in Colonia *etc.* De omnibus igitur aliis episcopis Coloniensibus, qui fuerunt a beato Materno usque ad Effratam, quem sanctus Servatius deposuit, nusquam nomina reperi præter Aquilinum memoratum (*notum ex S. Elisabethæ revelationibus.*) *Ex quo autem prævaluere hæ revelationes, locum in catalogis Colonien-*
C *sibus reperit* S. Aquilinus *eodem jure quo* S. Cyriacus *in Romanis; quod si quæritur an legitime, equidem satis aperte dixi quo pretio habeam Schonaugienses visiones. Neque dissentiam a decessoribus meis, qui in Commentario de S. Remigio ad diem* 1 *Octobris* (5) *ostenderunt non minus a vero aberrare Cointium, qui in Annalibus Francorum ecclesiasticis, nullo nixus fundamento, anno* 509 S. Aquilinum *Coloniæ sedisse voluit. Hic* S. Aquilinus *ab aliquibus idem est ac S. Aquilinus qui Mediolani colitur die* 29 *Januarii et qui, fugiens Coloniensem et alteram episcopalem cathedram ad quas electus fuerat, Mediolanum tandem venisse dicitur ibique post veneratas S. Ambrosii reliquias et impugnatos Arianos pie obiisse; sed universa hæc historia tam incerta est ut lectio de hoc S. Aquilino, quæ in Breviario Ambrosiano anni* 1635 *legebatur, jam non amplius appareat in eodem breviario, anno* 1841 *excuso; sed nude memoria fiat S. Aquilini* presbyteri et martyris. *Qui plura de eo volet, adeat Acta Sanctorum ad* 29 *Januarii* (6). D

f S. Foilanum *Lucensem intelligit et* S. Simplicium *Ravennatem, utrumque ex fictitiis titulis notum.*

g *Hæc non conveniunt cum Sermone in Natali, quo constat diu post, forte medio sæculo, advenisse Clematium, sed hausta sunt ex fictitio titulo :*

HIC JACET SEPVLTVS S. CLEMATIVS
QVI MANIBVS SEPELIVIT SACRAS VIRGINES.

Opportune itaque habuit S. Elisabetha hanc visionem, qua solveretur difficultas orta ex errore fictorum hujus lapidis.

h *Ante hæc verba in pervetusto Weierensi exemplari visio quædam alia narratur de eo, qui S. Ursulam interfecit, et sagittis duabus, quibus confixa est; eam visum est attexere :* Post hæc infra octavam diem ejusdem festivitatis, quando nobis memoriam illius sanctæ societatis agentibus, in tempore divini officii gloriosa illa regina, cum comitum suarum, quasi duodecim, iterum adspectui meo se offerre dignata est, et allocuta sum eam, sicut a quodam fratre prænonita fueram, dicens : Dixisti mihi, beatissima regina, cum de modo passionis tuæ te interrogassem, quoniam ictu sagittæ in corde percussa finieris vitam. Comperi autem E
postea per eos, qui hoc vidisse testantur, quod inventione sacri corporis tui reperta fuerit sagitta brachio tuo infixa, quæ ut fertur ita adhuc permanet, ei adhærens. Numquid ergo vulnere illius sagittæ, vel alterius occisa fuisti? Adhæc ita respondit, dicens : Tyrannus ille, per quem interfecta sum, primam sagittam brachio meo injecit : et cum vidisset nondum me ad mortem superatam, secundam in cor meum direxit. Illa autem continuo per judicium Domini regressa a corde meo, percussit cor illius, qui miserat illam : moxque ille demens factus est, et rapido cursu ad flumen Rheni properans, seipsum aquis immersit, sicque mortuus est.

Revelationes seu imaginationes B. Hermanni Josephi, canonici regularis Steinfeldensis, de undecim millibus Virginum.

F

LIBER PRIMUS.

Incipit epistola ad Virgines, Christi universas, super historiam novam undecim millium Virginum cælitus nuper revelatam *a*.

a

Universis Christi virginibus piis ecclesiæ sanctæ * *alias* T *aut* C
filiabus Frater N* salutem ac interminabilem perennis vitæ jucunditatem. Anno millesimo centesimo octogesimo tertio inspirante Domino, piaque ipsius genitrice cooperante cunctorum regina, novam undecim millium virginum historiam describentes, admonitione persuasi sumus divina,

(1) De veterum Ripuariorum et præcipue eorum metropolis Coloniæ statu civili et ecclesiastico, pag. 52. — (2) Die Lage der Kölnischen Kirche in den ersten Jahrhunderten ihrer Entstehung, pag. 40. — (3) Series episcoporum et archiepisc. Coloniensium, pag. 53. — (4) Leibnitz, Accessiones histor. tom II, pag. 21. — (5) Act. SS. tom. I Octobris, pag. 99. — (6) Act. SS. tom. II Januarii, pag. 970 et 971.

hanc

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

hanc vestræ caritati dedicare, et sanctitati. Hæc enim sunt verba cælorum reginæ dicentis : Tu communi universorum utilitati providere dispone, hoc opus virginibus dedicando. Igitur eis ex parte mei scribas, eisque dicas, quatenus illas et castitate imitentur, et sanctitate. Vos itaque virgines venerandæ, atque in Christo diligendæ, animo lætanti, cordeque devoto suscipite munus vobis cælitus transmissum, scientes, quoniam si eisdem sacris virginibus debitam exhibueritis reverentiam, devotoque honore, et studio eas dilexeritis, meritis illarum apud Dominum suffragantibus præmio vos donari perpetuo. Porro et fratribus Præmonstratensis Ordinis eamdem quoque dedicari jussit historiam, dicens, illos amatores undecim millium virginum et veneratores esse præcipuos. Beata quoque Ursula earumdem sanctissimarum dominarum princeps, et magistra, hoc opere ferme peracto, cuidam visibili specie apparuit, dicens : Cum hic idem Notarius hoc opus describeret, nos undena virginum millia coram Domino stantes oravimus, quatenus ipse Dominus pro labore hujus opusculi, retributionis illi mercedem restituat. Lectores igitur monentes obsecramus, ne subito
B mentis vulnere scandalizati saucientur, dicentes : Quis diebus istis et modernis antiquorum facta, personas, nomina, conditiones, et genealogias scire poterit, aut stylo veraci depromere? Amice Christi, cur super his ambigendo dubitas? Nonne idem Spiritus, qui quondam patribus nostris ea, quæ ab ipso mundi exordio acciderunt, cælitus inspirando manifestavit, potest et nunc sacrarum virginum suarum expeditionem sanctam et mirabilem illarum dilectoribus ad laudem, et gloriam suam, atque ad plurimorum ædificationem pandendo revelare?

ANNOTATUM.

a *Hanc epistolam declaratam habes in Commentario prævio* § VII.

Incipit revelatio nova itineris et passionis undecim millium virginum.

C

CAPUT PRIMUM.

S. Ursulæ et sociarum gesta usque ad susceptam peregrinationem Romanam.

CAP. I. *B. Hermannus anno* 1183 *a* S. Ursula *accipit quæ de ejus et sociarum gestis adhuc latebant.*

Deus ab æterno cuncta sapienter disponens, occasione nuptiarum nobilissimæ virginis Ursulæ, suique sponsi juvenis regii et præclarissimi, totius orbis nobiliores domicellas virgines, et juvenculas, sapienti suo consilio, ac providentia ad cælestes invitare dignatus est nuptias, Filio suo regi æterno desponsandas, perpetuoque secum permansuras, quare beatarum undecim millium virginum sacræ reliquiæ apud Christi fideles non sunt parvi pendendæ. In uno siquidem loco civitate Colonia universæ pro sponso suo cælesti et amatore martyrii palmam assecutæ sunt gloriosam. Nunc itaque per orbem Dei providente clementia, dispersæ suis veneratoribus apud Dominum precibus assiduis succurrunt, ipsarumque suffragiis, et meritis pia cælorum regina earumdem ductrix et patrona amatoribus illarum pie opitulari non cessat. Denique
D in passione ipsarum satis ostenditur illustris gloria earum, et martyrii triumphus, evidentius tamen in virginis cujusdam memoriæ felicis Elisabeth visione, nobilis illarum profectio, et magnificentia habetur conscripta. Præterea et Dominus ipsarum sponsus et amator, ampliori eas adhuc volens gloria clarificare, nuper anno millesimo centesimo octogesimo tertio, quæ huc usque super illarum peregrinationis itinere latebant, et gestis, dignatur revelare. In exordio itaque narrationis hujus juxta ejusdem B. Ursulæ admonitionem, quæ ceterarum ductrix exstitit virginum, et magistra, passionis earum seriem tangemus, et quæ, vel unde fuerint : atque genus, et patriam ostendemus. Plures sane religiosorum vidimus, qui ignorabant penitus, cujus conditionis forent aut nationis. De diversis siquidem partibus erant, Anglorum *a*, Britonum, *a*
Wallionum, Scotorum, atque ex aliis adhuc pluribus regnis, et regionibus fuerunt oriundæ. Porro et reges quidam, duces, comites, ac principes, atque episcoporum plerique cum eis sunt profecti, et matronarum plures, gloriosum cum illis martyrii subeuntes tropæum.

E

CAP. II. *Rex paganus* S. Ursulam *filio suo sponsam rogat;*

3 Ceterum rex quidam de Britannia minori *b* fuit oriundus, nobilis et religiosus, uxorque illius generosa similiter erat, illustris et religiosa. Qui, cum liberis carerent, quotidianis beneficiorum obsequiis, jugique orationum instantia obtinuerunt a Domino filiam, qui se filium speraverunt impetraturos. Quam educantes secundum legem Domini eam docebant incedere, Ursulamque proprio nomine appellabant. Hæc cum ad annos pervenisset nubiles, elegans valde fuit et decora, universorumque oculis gratissima. Denique et morum illius honestas atque modestia ubique prædicabatur, ubique laudabatur. Fama tandem ipsius felix et suavis, odorque bonæ opinionis ejus ad regem quemdam pervenit paganum, sed divitiis atque potentia hujus puellæ patre fortiorem. Rex siquidem hic idem austeri erat animi, sed uxor illius ab infantia bonis pollebat moribus. Qui filium habebant juvenem et honestum in omnibus. Porro juvenis bonæ exstitit indolis, speciosus forma et decorus. Cui pater et mater ejus præfati regis boni filiam in matrimonium copulare quærebant. Consilio sane habito, mittunt legatos, cum blanditiis tentant, et promissis parentum animum ad consensum allicere, cum
F etiam minis gestiunt nolentes compellere. Quid plura? Religioso rege super filia nihilominus religiosa et pudica titubante, nimisque fluctuante quid sibi esset agendum, mittitur de cælo angelus hujus copulæ paranymphus, suadet filiam præbere consensum legatis, sponsam vocari, dotalitia suscipere, et proprium patrem de imminentibus periculis eruere, alterumque regem una cum filio promissis nuptiis lætificare. Præterea suadet Ursulam virginem undecim millia virginum expetere, quarum ex societate triennio instruatur præparanda nuptiis futuris.

et consentit in præstitutas conditiones.

4 Suscepto igitur nuncio bono, legati revertuntur in regionem suam, hilares; bona nunciant, regem et filium lætificant. Continuo universarum provinciarum convocantur filiæ, regum, ducum, principum, comitumque ac nobilium, et militaris generis puellæ. In plures siquidem reges, et regiones tunc temporis illa fuere regna divisa *c*. Rex tamen idem pater juvenis labore permaximo acies virginum electarum plures congregans prædictæ virgini Ursulæ, cum ingenti dirigit apparatu et gloria. Pater sane ejusdem virginis, virgines electas, elegantes, nobiles, ubique colligens, et adunans

c

A adunans illi donavit. Quas illa velut cælitus sibi transmissas suscipiens, fide Christi et religione, virgo et nobilis et gloriosa nobiliter instruxit. Venerunt sæpius angeli inter eas de cælis directi, visitare illas, atque in bono corroborare proposito. Denique et angeli tenebrarum crebrius venerunt nuptias eis suadere legitimas, atque opera maligna, et desideria carnis adimplenda incitare. At illæ Dei adjutæ gratia, atque angelorum sanctorum munitæ custodia, in religioso fuerunt quotidie proficientes studio : angeli siquidem, de cælis B. Ursulam omnem futuri triumphi seriem edocentes, prædicunt eas Coloniam ituras pariter, gloriosoque martyrii tropæo omnes coronandas.

CAP. III. *Instituenti* S. Ursulæ *cum sociabus iter, comites se dant episcopi, principes, et parvulæ puellæ et maritatæ.*

5 Interim dum in fide Christi et amore tot virginum instruuntur millia ad iter dispositum, a rege patre virginis præparantur navigia. Exstiterunt inter eas etiam puellæ plures parvulæ lactentes, et infantulæ, quæ cum adhuc inveniuntur *d*, non modicum quibusdam generant ambiguitatis scrupulum. Quarum quædam septennes, vel quinquennes et infra fuerunt, unius etiam anni, quædam vel dimidii, ac duorum mensium vix exstiterunt, et hæc erat ratio (quemadmodum nuper earumdem

d

B virginum quædam apparentes testatæ sunt) : Ex nobis, inquiunt, multæ fratres habuerunt, et sorores, cognatas etiam et sibi propinquas, atque caras matronas, quæ quando, Angelis sibi annunciantibus, peregrinationem præscierunt instare futuram, coronam quoque martyrii, virginitatis præmium sibi cælitus promissum, sorores et cognatas cum filiabus parvulis sibi associantes, retributionis æternæ præmia, et illas pariter optant consequi secum. Pervenit præterea rumor earum et fama felix ad episcopos terræ illius, ad nobiles quoque et militares, qui scientes vere, quod Deus erat cum eis, per quem talia fiebant, relictis quamplures illorum divitiis, dignitatibus et terris, patria et cognatis, associati sunt eis, peregrinari et ipsi cupientes, atque mori pro Christo. Erant nihilominus inter eas regum quædam, ducum, comitum ac principum filiæ, quarum priores exstiterunt fratres et amici, quidam etiam sponsi, qui eas in proximo fuissent (si in patria remansissent) connubii legitimo jure ducturi. Interea dum expensæ ad iter peregrinationis atque navigia præparantur, Angeli veniunt de cælis, aliique sancti ac virgines sacræ, consocias suas visitantes, illas-

C que ad propositum salubre et sanctum confortantes.

CAP. IV. S. Ursulæ *et aliquot aliarum genealogia.*

6 Prædictus itaque rex pater sanctæ virginis Ursulæ, tres habuit sorores, et tres fratres; una sororum, Josippa dicebatur, et Thelindris alia, tertia vero Eulalia. Porro fratrum unus Helvidius vocabatur, secundus Ludvicus, tertius autem Herwicus. Uxor namque Ludvici Hermegardis est appellata, quorum filia beata fuit Pinnosa, quæ post S. Ursulam totius collegii beatarum virginum gerebat principatum. Cujus soror sancta Evodia secum profecta est, sequens eam. Herwicus siquidem uxorem habebat, quæ nuncupata est Hadewigis, et tres in hoc sacro exercitu filias habuerunt. Quarum una Sapientia, alia Serena, tertia Eulalia vocabatur. Beata sane Sapientia super mille virginesmagisterium habebat *e*. Denique dux Helvidius[a], filium etiam habuit probum juvenem, Helvidium nomine, de uxore sua, quæ Malcha est appellata, et filia erat nobilissimi principis cujusdam. Sane uxor junioris Helvidii, illorum filii, Anna vocabatur, qui duas in eodem comitatu filias habebant, quarum una Spes, et altera Euphrosyna dicebatur. Josippa siquidem, illorum fratrum soror prima, maritum habebat Eusebium. Et hic fuit dux nobilis, et tres in hoc cœtu sancto habuit filias, quarum una Eleutheria dicta est, et altera Josippa. Tertia vero Nestoria, quæ de alia uxore procreata est. Eleutheria nempe post S. Ursulam, Pinnosam et Cordulam, super omnes virgines est constituta magistra, posteaque beata Florentia præfuit universis, quæ filia regis exstitit cujusdam inclyti, qui dictus est Ægidius, uxorque illius Helena vocabatur. Hic idem sane rex, consobrinus erat regis B. Ursulæ patris. Sancta siquidem Florentia, Ægidii regis filia, sororem secum habebat nomine Placentiam, magnæ virtutis, virginem valde illustrem et inclytam, quæ præ morum suorum virtute, animique constantia et suavitate, tam Deo cara exstitit et amabilis, quam hominibus commendabilis. Quæ ambæ illustrissimis fuerunt desponsatæ juvenibus multum nobilibus. Porro sponsus virginis Placentiæ nobilissimi ducis cujusdam filius, nomine Florinus, ipsius amore illectus, cum ea ceteris adjunctus, proficiscitur. Porro sororum prædictarum altera Thelindris filiam quoque inter ceteras habuit Placidam. Tertia vero Eulalia secuta est virgines sanctas, exulans et ipsa pro Christo. Inter

E illas nihilominus virgo quædam exstitit illustris nomine Celindris, filia materteræ regis virginis Ursulæ patris, et hæc mille virginibus præerat *f*. Cujus soror dicta est Virgilia, cum ea in eodem existens comitatu. Cordula siquidem virgo illustrissima, cujus jam supra mentionem fecimus, filia illustrissimi fuit comitis, qui appellatus est Quirinus, uxorque illius est Hadwigis dicta, quæ filia fuit Harderici illustrissimi comitis. Mortuo itaque Quirino, duxit eam Helvidius frater ejus patruus B. Ursulæ in uxorem. Hardericus vero comes, vir multæ probitatis, avunculus erat piæ reginæ matris Ursulæ virginis, cujus uxor Ursula dicebatur, et erat de Dania nobilissimi cujusdam principis filia de regali prosapia, qui proprio nomine Ebbo dictus est. Duas itaque filias virgines illustrissimas in hoc cœtu sacro habebant Juliam et Ebbinam magnæ virtutis et probitatis domicellas.

f

CAP. V. *SS. Luciæ et Sapientiæ, consanguinearum S. Cyriaci papæ, et* S. Eustachii *cum familia sua profectæ.*

7 Beata Lucia virgo prudentissima, et illustris genere, ac moribus, cognata fuit S. Cordulæ, et hæc secum sororem habebat nomine Sapientiam, quarum pater rex erat, sed paganus. Hujus autem consobrinus sanctus fuit Donatus, qui postea Romæ factus fuit papa, mutato nomine dictus est Cyriacus *g*, qui etiam relicto papatu easdem virgines est secutus, cum illis occubuit interemptus. Præfata itaque Lucia prudens et generosa exstitit, una de

g

F principalibus undecim virginibus, quæ capita fuerunt, et principes totius sacri collegii, et hæc mille præfuit virginibus, magistra illarum existens. Sancta quoque Osanna erat filia Rogerii ducis, cognati B. Pinnosæ. Porro sancta Sapientia, virgo sapiens et nobilis, cujus paulo ante mentionem fecimus, B. Ursulæ consobrina, una etiam de principalibus undecim, avunculum in eodem habuit comitatu sacro, Eustachium nomine. Qui comes illustris erat et potens, cujus uxor Sibilia vocata est. Hic idem sane comes septem habuit filias, quarum una in terra jam obierat nativa, sed sex reliquæ, virginum beatarum secutæ sunt agmina, quarum nomina hæc sunt : Margarita, Florentia, Eusebia, Margarita, Walburgis, Eleutheria : harum siquidem sororum tres maritis copulatæ, et tres reliquæ virgines fuerunt. Pater itaque filiarum earumdem sex, et mater, cum illarum affectu, tum spe martyrii excitati, relictis dignitatibus et terris, secuti sunt filias, pro Christo mori desiderantes. Denique idem comes Eustachius fratrem habebat episcopum,

e [a] *Edit. H. S. hic passim* Helindius.

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

episcopum, qui Eleutherius est appellatus. Hic similiter, abjecta pontificatus dignitate, fratrem secutus est et neptes, exulans et ipse pro Christo. Porro comitissa uxor Eustachii jam dicti comitis, fratrem habuit nobilem principem et probum, qui dictus est Macharius, et hic cum quatuor filiabus adjunctus est illis, quarum una Margarita dicebatur, Serena, Alcidis, Micronia : Helvidius etiam junior dux nobilis, supradictus filius patrui beatæ Ursulæ, cum Anna uxore sequebatur duas filias, sanctam Spem, et beatam Euphrosynam. Adhæsit nihilominus eis beata Blandula, comitis cujusdam illustrissimi filia, cujus mater erat matertera B. Sapientiæ, et S. Ursulæ cognata.

CAP. VI. *Instructio et comparatio exercitus Ursulani aditer: præsunt undecim virgines:*

8 Beata Ursula ceterarum ductrix et regina, nutu Dei, episcoporumque consilio, qui cum ea fuerunt, navigiis præparatis, ad se accitis prudentioribus tam virginum, quam virorum, numerant sodalium acies, constituunt principes, eligunt sanctiores, animoque constantiores undecim virgines. Divisis itaque virginum millibus, cuilibet millenario unam deligunt ex his undecim magistram et principem. Super universa quippe sociarum virginum agmina istæ primæ exstiterunt et majores : Beata Ursula, B piissimi regis filia, omnium erat caput, princeps, prudens valde, et mente sagax. Post quam beata Pinnosa illustris cujusdam ducis filia patrui beatæ Ursulæ, et ipsa virgo fuit prudentissima, ab infantia semper vivacis exstitit animi. Post quam sancta Cordula, filia nobilissimi comitis cujusdam. Post quam B. Eleutheria, filia amitæ S. Ursulæ, et ducis cujusdam. Post quam beata Florentia, quæ filia erat regis Ægidii, qui consobrinus fuit patris beatæ Ursulæ. Istæ quinque virgines quasi capita et priores exstiterunt super exercitum omnem virginum *h*. Post has undecim elegerunt virgines regum filias, ducum, principum ac comitum, animo prudentes, mente intelligentes atque sagaces, quarum quævis mille præficitur virginibus, illas instruendo, quarum ista sunt nomina : Prima fuit beata Jotha, filia regis cujusdam, virgo sapientissima, moribus insignis, et ornata virtutibus. Et hæc habuit secum duas sorores Geminianam et beatam Justitiam, quæ beatæ Ursulæ fuerunt cognatæ. Secunda erat sancta Benigna, cujusdam ducis filia illustrissimi, quam quatuor sequebantur sorores, sancta Sibilia, Mobilia, Euphrosyna et Eustachia. Tertia beata Clementia, C filia potentissimi comitis, quæ duas secum habebat sorores, sanctam Julianam et beatam Inductam. Quarta sancta Sapientia, principis cujusdam nobilissimi filia, patrui S. Ursulæ, et ipsa virgo illustrissima, sapiens, et decora, quæ duas secum duxit sorores, sanctam Eulaliam, et beatam Serenam. Quinta beata Carpophora, regis cujusdam filia boni hominis et religiosi : quæ duas secum habuit sorores, Eutropiam et Pallodoram. Sexta sancta Columba, et ipsa similiter filia erat regis cujusdam, et hanc sequebatur soror una beata Cordula. Septima sancta Benedicta, filia principis cujusdam inclyti et devoti, et isti quatuor erant sorores secum comitantes, decoræ et prudentes, sanctæ Cornula, Prudentia, Sapientia, Illustris. Octava sancta Odilia, cujusdam filia potentis, et ista duas sorores secum habebat, unam adultam et alteram lactentem, beatam Juliam et sanctam Urstitiam. Nona beata Celindris, quæ exstitit filia comitis viri potentis, nobilissimi et divitis, et ipsa illustrissima moribus et genere, prudensque valde fuit et elegans. Quæ solam secum habuit sororem sanctam Virgiliam. Decima sancta Sibilia, quæ filia fuit regis viri prudentis et strenui; et hanc tres secutæ sunt sorores, beatæ Juliana, Lucia et Eugenia. Undecima beata Lucia virgo prudentissima, et illustris animo et genere, regis filia cujusdam, et hæc cognata exstitit sponsi sanctæ Ursulæ, quæ solam secum sororem duxit parvulam nomine Placidam. Porro istæ undecim virgines super universum sanctarum virginum cœtum gerebant magisterium, et quælibet earum mille præfuit virginibus, regens eas et gubernans. D

sed adsunt alii multi.

9 Fuerunt præterea inter eas, ut supra dictum est, episcopi, principes, et nobiles quamplures earundem virginum plurimarum parentes. Quidam etiam ipsarum sponsi exstiterunt multarum, sed ad illarum nuptias necdum pervenerant, sponso cælesti eas præveniente. Comitissæ similiter interfuerunt quædam et ducissæ, atque reginæ, exceptis nobilibus adhuc matronis compluribus. Exstiterunt etiam inter eas nutrices quamplures, quæ simili ardore martyrii et desiderio passionis anhelabant. Denique rex junior filius beatæ Ursulæ, sponsus duas illic sorores habebat, unam infra annos puellares, et alteram nubilem, quæ comiti cuidam nobili desponsata est juveni. Quæ cum sancta Ursula et ceteris virginibus Christum habere sponsum recusavit, comitem illi præponens, ad matrem rediit nuptura marito. De qua frater ejus B. Ursulæ sponsus ait : Soror mea plus gloriam et dignitatem dilexit terrenam, quam cælestem, reversa ducens comitem maritum, qui postmodum in brevi male obiit interemtus. Tunc illa sero pœnituit sacrarum virginum deseruisse comitatum, et ipsa in brevi post mortua est. E

CAP. VII. *Enumeratio episcoporum qui exercitum Ursulanum secuti sunt; i*

10 Regum et episcoporum, qui cum eisdem Christi sacris virginibus de Britannia sunt profecti, et de illarum patria venerunt, breviter hic genealogia et series tangitur; sed in fine historiæ hujus in alio volumine conversio illorum et status exponetur latius *i*. Quinque siquidem episcopi eas de Anglia sunt secuti, sed plures illis postea sunt additi in diversis regnis et regionibus. Priorum autem episcoporum hæc est series et genealogia : quorum unus sanctus erat, Wilhelmus dicebatur, qui proprie vocatus est Michaël; pater vero illius Wilhelmus dicebatur : inde iste traxit cognomen : vir sane prudens et sapiens erat, nobilique ortus prosapia, ac de regali stirpe progenitus. Consobrinus etenim erat regis S. Ursulæ patris, et multas in hoc sacro virginum comitatu habuit cognatas. Porro S. Jacobus vir strenuus, frater ipsius, et beata Gerasina soror illius matrona illustris, cum tribus filiabus secum proficiscentes fuerunt. Alter episcoporum sanctus Columbanus dicebatur, vir nobilis, de regali ortus prosapia, filius fuit sanctæ Alexandriæ illustris ducissæ, sororis Ursulæ matris. Vir namque prudens erat, castus, magnique consilii, ac sanctæ conversationis. Tertius vero episcoporum beatus erat Iwanus, vir grandævus, bonæque vitæ, sagax et prudens, atque ab utero matris suæ semper castus exstitit; erat enim ipse de nobilissima stirpe progenitus, avunculus matris Ursulæ virginis, et beatæ Alexandriæ, ac sanctæ Eulaliæ. Quartus episcoporum sanctus fuit Eleutherius, vir nobilis et sapiens, magnique consilii, et industrius. Iste frater erat beati Eustachii comitis, cujus uxor Sibilia secum fuit in eadem expeditione cum sex filiabus. Quintus itaque fuit episcopus sanctus Lotharius, et ipse vir generosus, ac de regali stirpe progenitus. Consobrinus vero nobilissimi juvenis beatæ Ursulæ sponsi, vir prudens et boni testimonii, castus, animoque strenuus, et bene discretus. Porro de episcopis, qui postmodum F

A dum illis sunt in itinere associati, nihil nos scimus, excepto Cæsario Meldensi episcopo, nobili viro, cujus nos caput habemus, partemque corporis
k ejus *k*. Denique felicis memoriæ virgo Elisabeth, hæc satis de illorum serie scribens exponit, quæ inter ceteros episcopos sanctos sanctum Maurisium esse narrat fratrem matris Ursulæ virginis.

similiter regum et principum.

11 Nunc de regum quorumdam serie, quæ nuper sunt cælitus revelata, narremus; quorum quidam patres ac fratres, avunculi et sponsi exstiterunt quarumdam virginum illarum, quas ipse rex cælestis mirabili sua et dulci gratia per easdem virgines mirabiliter convertit. Primus illorum fuit sanctus Holofernes juvenis præclarissimus, rex et filius regis, B. Ursulæ sponsus. Hic cum eis non est profectus; sed postmodum illis de Roma revertentibus magnifice associatus, pergit cum eis Coloniam, et felicem una cum illis martyrii est adeptus palmam. Hoc autem nomen Holofernes neque illi est proprium; sed propter virtutem animi multam, et corporis pulchritudinem, ita est cognominatus, quem domina Elisabeth Ætherium vocat. Secundus autem erat inclytus juvenis rex Oliverius, nobilissimi regis Oliverii senioris filius, qui
B per sponsam suam virginem Olivam illustrissimam est conversus, quæ magni regis Cleopatri fuit filia, qui patruus exstitit Ursulæ patris. Tertius fuit Crophorus juvenis præclarissimus rex, et regis Pinnosi filius illustrissimi, qui cum uxore Cleopatra virginum associatus est collegio, etiam erat hic idem Crophorus virginis Ursulæ cognatus. Quartus rex erat Lucius, pater Jothæ virginis, quæ prima fuit undecim virginum principalium. Vir etiam erat nobilissimus et potens, et vitæ bonæ. Hic, uxore piissima regina mortua, per Jotham filiam et duas illius sorores conversus cum illis proficiscitur. Erat et ipse virginis Ursulæ cognatus. Quintus sane rex Clodoveus fuit, vir strenuus et fortis, et religiosus, qui cum uxore regina nomine Blandina pia et religiosa per filiam Eugeniam nobilem ducissam, et per maritum ipsius ducem pissimum Alexandrum convertitur, et duas filias secum ducentes sacris associantur virginibus. Sextus siquidem rex erat Canutus vir nobilis et grandævus, magnæque probitatis, honoris et virtutis, una cum uxore Balbina illustri regina et prudentissima, conversus est: qui filiorum duorum ac quatuor filiarum exemplo attracti atque
C exhortatione persuasi, uni filiorum suorum Carolo regnum relinquentes, peregre pro Christo universorum rege et Domino profecti sunt. Septimus regum Pipinus de Orientali terræ illius plaga, cum uxore illustri Margarita proficiscitur. Erat autem ipse rex virginis Ursulæ consanguineus. Quatuor sane filii eorum, tres filiæ religiosum regem, et matrem devotam reginam et piam cum filiis et filiabus undecim liberis sequuntur, pro Christo vero rege contemnentes omnia. Octavus etiam rex Adulphus, jam dicti regis Pipini filius, homo religiosissimus, cum uxore Dionysia honesta valde regina et virtuosa, patri et matri adjunctus pergit cum illis. Filios vero et filias secum ducentes, omnibus mundi pompis abrenunciantes, læti Dominum sequuntur. Nonus quoque regum Avitus nomine, vir dives et probus filias duas secutus illustrissimas virgines, beatam Columbam et Cordulam sororem ejus. Sancta denique Columba ex numero fuit virginum undecim principalium. Avunculus præterea erat Odiliæ virginis, quæ una fuit virginum principalium. Decimus sane regum Siranus, qui multa morum probitate pollebat, et hic cum uxore Sibilia illustrissimam filiam Sibiliam, et tres illius sorores secuti sunt. Denique beata Sibilia, virgo prudens et honesta valde, de principalibus undecim fuit virginibus, mille virgines gubernans. Undecimus siquidem regum erat inclytus rex Danorum Refridus, qui per uxorem Olivam adhuc valde juvenculam conversus, illam sequitur, jungens se sanctarum virginum cœtui. Hæc eadem Oliva filia ducis de Saxonia, viri nobilissimi, quasi apis studiosissima circuit, quærens, quos ad Dominum convertat. Nos sane omnes hos reges et reginas, duces et comites sequentes, non audemus affirmare legitimos, sed tamen virtute, potentia, divitiis et genere regibus comparari, et regum nominibus appellari. Nos itaque veritatem diligentes, puræ veritatis tramite incedentes, revelata scribimus, falsitatisque ambaginem prorsus detestantes. Erant enim tunc temporis regum regna modica, sicut in libro regum legitur, quod triginta duo reges contra tres ad bellum venerant præparati; et etiam filii regum reges, et ducum duces, et comitum comites appellari solent.

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

CAP. VIII. *B. Hermannus Revelationes S. Elisabethæ et titulos confirmat et plurium reginarum res explicat;*

12 Et autoritate aliorum et testimonio nostram tutamur parvitatem, virginis Christi Elisabeth devotæ in medium proferemus testimonium, et quid illa de tam sublimium personarum profectione sentiat, ostendemus. Ait enim de Colonia se titulos sibi transmissos vidisse episcoporum, virginum, reginarum et ducissarum nobilissimarum undecim millium sociorum et sociarum. Inter quos B. Gerasinæ Siciliensis reginæ reperit titulum, et quatuor filiarum ejus virginum, uniusque filii sui adhuc pueri. Et hanc totius exercitus virginum dicit esse principem et ductricem atque sororem reginæ matris Ursulæ virginis. Præterea et reginam Constantiam regni Constantinopolitani imperatricem, et virginem asserit interfuisse cum S. Marculo episcopo ipsius avunculo. Sanctam quoque Axparam illustrissimam ducissam, et filiam materteræ præclarissimi juvenis Ursulæ sponsi, adfuisse descripsit. Nos itaque Christi ancillæ, quam numquam vidimus, testimonium in hac parte perhibemus, quod quæ de jam dictis scribendo protulit personis, vera sunt. Et multo minus, quam ejusdem materiæ veritatis exposcat, scripsit: quod tamen juvante Domino per nos latius supplebitur. Axpara sane hæc eadem et ducissa fuit et regina sapiens valde et industria ac provida. Porro alias de ipsa et filiabus ejus atque consobrinis ipsius Anchira ducissa, et filiabus suis quatuor, et Eleutheria comi- F
tissa, ac filia sua virgine Lucentia præclarissima tractabitur. Aderat etiam Sibilia regina magnæ virtutis juvencula, S. Eulaliæ filia, Ursulæ virginis matertera. Regina vero Norwendorum Hodierna cum filia virgine Hodierna adfuit. Regina præterea Suavorum Benedicta, cum duabus filiabus virginibus Hiacyntha et Sophia similiter aderat. Regina etiam Lucretia jam ante pagana, ab angelo Christi admonita, cum duabus reginis ac filia ejus decenni virgine sanctissima cum eis proficiscitur. Regina siquidem Clara nomine, religiosa valde, et eleemosynaria maxima, cum duabus filiabus virginibus Sapientia et Caritate, sequitur illas.

item aliquot regum earumque filiarum

13 Rex sane Bonifacius jam ante paganus cum filia Bonifacia virgine religiosissima aderat. Rex etiam Laurentius jam ante paganus, atque Christianorum inimicus ac sævus tyrannus, postea nutu Dei correptus, mirabiliterque conversus ex lupo agnus efficitur. Qui sponsam suam sequitur Resindem virginem beatissimam regis Corchaniæ filiam de Hibernia. Denique et ipsam reginam Resindem sponsæ suæ matrem cum duabus reginis Eustora et Maginorach secum ducebat, quarum una

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

una soror erat ipsius. Adfuerunt adhuc plures tam de Hibernia, quam de ceteris regnis principum filiæ, et regum, ducissarum, et comitissarum, filia etiam Arthuri regis de Britannia, beata Natalia, atque sancta Polodoxia cum sorore Julia ipsius cognata Polycarpi regis filia, virgines illustrissimæ cum nobili virginum aderant comitatu. Filia nihilominus adfuit magni regis, et ducis inclyti Nicomedis. Eustemia virgo prudentissima, et devota valde, cum sororibus Eudonia et Eugenia virginibus prædictarum virginum cognatis. Filiæ vero quondam regis Normannorum : qui nunc comes appellatur de Normandia. Beata Dorothea, et soror ejus Lucia cum suo adfuerunt comitatu nobilissimo. Filiæ præterea quondam regis Flandrensium, qui nunc comes dicitur, Lucia, Germana cum matre Theodora præclarissima matrona adfuerunt, peregrinantes pro Christo. Filia sane ducis Brabantini Lovaniensis Gyana, atque cognata ipsius Hywana filia avunculi ejus, et duæ filiæ comitis Hywanensis Isanna et Herdara cum illis proficiscuntur. Filia etiam ducis Frisonum Elisabeth cognata reginæ Danorum, et soror ipsius similiter pergunt cum illis; dux vero Alexander cum uxore,
B et tribus sororibus, dux etiam Sincerus Iwani regis filius cum uxore et filia Thaisi et duabus sororibus illis adhæserunt.

et aliarum. 14 Præterea cum ceteris principibus, et comitibus adfuit Hardericus comes illustrissimus avunculus reginæ virginis Ursulæ matris, cum uxore Ursula muliere devota et strenua, multumque laudabili. Ab ista Ursula comitissa regina virgo Ursula nomen accepit.' Habebant sane secum tres filias, Julianam et Ebinam virgines præclaras, atque Hadwigem ducissam, Cordulæ virginis matrem. Elisabeth virgo sanctissima Joannis magni principis filia, cujus mater Elisabeth dicebatur, et erat soror S. Cæsarii episcopi Meldensis. Inter cetera, quæ agebant opera bona, mater hæc et filia Dominam nostram intimo affectu dilexerunt. Unde ipsa regina cælorum materiam dans fratri expeditionem earum scribenti, injunxit, ut eam scriberet; est enim series expeditionis ejus pulchra. Sancta etiam Nestoria virgo adfuit illustrissima, cujus mater Ægidia filia fuit Hunerici regis magni Walliorum. Pater siquidem Nestoriæ virginis dux erat Eusebius, et eadem virgo soror Eleutheriæ et Josippæ virginum ex parte patris. Ecce prædictorum
C regum, et reginarum, ducum, comitum et principum, illustrissimarum virginum, et matronarum expeditionum seriem pulcherrimam singillatim descripsimus in alio volumine, et pleniorem, in quibus lector, si eam usque in finem perlegerit, virginum plurimarum nobilium, et domicellarum laudabilem vitam, mirabitur, et religiosam con-
l versationem earum pudicam *l*.

ANNOTATA.

a *B. Hermannus, qui censuit Colonienses virgines anno* 238 *mortem exantlasse, Anglos hoc ævo in Britannia fuisse credidit! Neque magis placent Walliones.*

b *Vide de hoc loco annotatum* z *ad caput I Revelationum S. Elisabethæ.*

c *Apprime falsum est Britanniam sæculo* III *in plura regna fuisse divisam; in provinciam redacta erat, et regibus plane vacua.*

d *Locus valde notandus, quo constat omnis ætatis homines inter Colonienses virgines recenseri.*

e S. Sapientia *non recensetur inter undecim, quarum nomina primum innotuere et quæ vulgo dicuntur singulæ præfuisse mille virginibus.* D

f *Neque hæc inter illas undecim occurrit.*

g *Usum mutandi nomina sua, quum Petri cathedram ascenderent, non adoptarunt Romani pontifices ante medium sæculo* X (1). *Anno* 956 *Joannes XII, prius Octavianus dictus* (2) *et anno* 974 *Bonifacius VIII antipapa, antea Franco nuncupatus* (3), *primi aliud sumpsere nomen. Anno* 984, *Petrus, episcopus Papiensis, ad Romanam sedem promotus, pro S. Petri reverentia, item suum nomen posuit et Joannes XIV vocari voluit* (4). *Id institutum dein frequentius usurpatum. Verumtamen post Joannem XIV fuere adhuc aliquot pontifices qui pristinum suum nomen retinuerint, sed ii rariores.*

h *Neque hic B. Hermannus singulis millibus præposuit undecim, antiquioribus temporibus notas, exceptis* SS. Ursula *et* Pinnosa.

i *Designatur liber secundus Revelationum. Cfr Commentarius prævius num.* 63.

k *Medio sæculo* XVII *Steinfeldiæ non amplius id erat caput; aut certe scheda, nomen continens, deperdita. Vix est quod moneam* S. Cæsarium *a Meldensibus non agnosci; quippe qui sibi anno* 257 C *episcopum proprium habuisse non videantur.*

l *Quot fere verba, tot fere absurde dicta. Frustra tempus tereret qui errores adeo patentes detexerit.*

CAPUT II.

Peregrinatio Romana; reditus Coloniam; martyrium.

CAP. IX. *Mœrentibus parentibus, læta discedit sodalitas.*

Dumque virginum earumdem a Deo dispositum peregrinationis tempus instaret, sacræque dies expeditionis adfuisset, divinitus admonentur iter arripere, atque ad naves confugere. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ cursim ad navigia festinantes, et nulli dubium, quin sanctorum multi, tam angelorum, quam ceterorum adfuissent, illas ducentes, illisque congratulantes. Aderat præterea et Satan cum innumerabili satellitum suorum multitudine, aliquas ex ipsis impedire volentes. At illæ divina protectione munitæ, et maligni spiritus vacui revertuntur et inanes! Quantus ibi luctus! quantusque mœror et planctus! cum filiæ tam F nobiles, tamque decoræ et elegantes a parentibus et amicis ab invicem separarentur, atque spes nulla de cetero foret remeandi? Gladius tui amoris hoc fecit, bone Jesu, bis acutus, qui separavit filios et filias a parentibus, a caris et notis. Confestim itaque oculis parentum, amicorumque obtutibus velificantes subducuntur, Angelica visitatione gaudentes confortantur, illorumque præsentia delectatæ, quæ retro oblitæ sunt, ad gaudia sibi promissa festinant. Porro lactentes infantulæ, quæ uberum lacte nutriri solebant, jam nullo prorsus mamillarum nutrimento alebantur; sed digitos in ora mittebant, et statim de ipsis digitis rorem sibi cælitus ministratum sugebant, cujus vigore sustentabantur. Numquam in eodem itinere, ut parvulorum mos est et natura, sordebant se madefacientes; sed nec plorantes vagiebant, aliis inferentes molestiam, et istæ in numero undecim millium non fuerunt, sed supra sunt adnumeratæ, quarum numerus parvularum fere ad quingentas habebatur.

(1) Cfr Papebrochius, Propylæum Maji, Conatus, pag. 136*. —(2) Ibid. pag. 160*.—(3) Ibid. pag. 167*.—(4) Ibid. pag. 168.

16 Sed

A *Quæ de infantibus referuntur exemplis confirmantur.*

16 Sed ne alicui ista incredibilia videantur et frivola, quæ de ipsis infantibus diximus, ecce quæ nuper in nostra parochia contigisse percepimus, ad confirmationem horum proferemus. Denique matrona quædam tres uno partu edidit infantulas, harum una quindecim supervixit diebus, alia tribus hebdomadibus, et tertia quatuor. Nulla siquidem earum vel uberum vel cibi alicujus alebatur nutrimento, dum adviverent. Ecce adhuc in medio proferemus, quæ ab honestis abbatibus quibusdam, et viris, et mulieribus pro certo comperimus. Virgo quædam provectioris existens ætatis, sanctæque conversationis et vitæ, multis annis lecto decumbens, in inferiori corporis parte præmortua ferme, nullum cibi vel potus degustat alimentum, aliquando tamen parum escæ ingerit ori, qua masticata ipsam substantiam exspuens egerit, ac sic solo illius succo alitur. Præterea vix ovi unius testam vino plenam hauriens sumit, et hæc est dieta illius. Idem sane vini tantillulum taliter haustum intrinsecus consumitur naturali æstu, et non eget, ut saltem raro de lecto moveatur. Sed nec propter requisita naturæ movetur de stratu suo. Item ex pluribus Dei miraculis, quæ ipse pia
B dignatione sua in quibusdam bene notis operatur, ad illorum testimonium, quæ de ipsis adhuc sacris virginibus sumus dicturi, narrabimus. Quamdam Dei famulam novimus et virginem, quæ frequenter in oratione, dum Spiritus Sancti succenderetur calore, sursum in aerem sublevata stabat orationes suas perficiens. Quod similiter abbati cuidam religioso, quem satis cognovimus, accidisse percepimus. Denique aliquando de rebus suis quædam cistellæ nostræ imposuimus, diligenti cura, clave ferrea firmantes, quæ postmodum illa obserata arca, manu tenebat nobis ostendens. Quid ergo mirum, si Dominus sacrarum virginum sponsus aliqua mira cum illis operatur, Romam eas deducendo, atque Coloniam reducendo? Ecce cum nuper hic idem Notarius super quibusdam, quæ in hoc volumine continentur, dubius hæsitaret miraculis, cælitus illi dicebatur, quod quæ scripsisti, omnino vera sunt, atque adhuc tanta, et tam admiranda inter easdem virgines Dominus patravit miracula, quæ si scripta forent, vix aliquis hominum illis credendo fidem præberet.

C CAP. X. *Britannia luget discessum SS. Virginum et regis Ætherii. Comitatur S. Joannes apostolus; obsistunt dæmones.*

17 Maligni autem spiritus, qui ad illarum discessum venerant, tentantes, si aliquid sui juris in eis reperirent, frustratos sese dolentes aggrediuntur principes, quorum filiæ sorores abierant, et cognatæ, dolore nimio illorum corda sauciant. Adeo vero plurimorum mœror exstitit gravis super illarum absentia, ut vix multis temporibus consolationis medelam reciperent. Sicut enim Ægyptii quondam suis spoliabantur principibus et caris in mari rubro demersis, ita nunc multa terrarum regna illustrissimis spoliantur virginibus, matronis et principibus. Quocirca gravi gemunt luctu, flentes numquam reversuras. Adhuc autem dolor additur dolori lethalis ferme et exitialis, cum in brevi post filius regis rex junior Holofernes inclytus et pius, totique populo carus et acceptus, beatæ virginis Ursulæ sponsus, gratia inspiratus divina, patriam et regnum deserere disposuit, qui spes totius regni exstitit terræ illius. Ipse quidem divino fretus auxilio, cælestique adjutus adminiculo : sponsam suam, exercitumque illius piarum virginum agmina animo insequitur virili, angelica protectione deductus. Beatus quippe Joannes apostolus, atque angelici quidam spiritus sæpe illi adfuerunt et pie ducentes eum a malignorum spirituum infestatione defensabant. Hic idem vero evangelista dulcissimus ab ipso virginum earumdem peregrinationis exordio semper illis aderat in bono confortans proposito, et usque in finem eas pia solicitudine gubernavit. Cumque idem juvenis cum suis comitibus virgines sacras summa insequeretur festinantia, dæmones illum frequenter impetentes retrahere nitebantur, mala suggerentes. Qui Dei protectus custodia angelicoque munitus præsidio cœptum iter devotus prosequitur. Jam enim animus multo dilectionis ardore æstuans, eamdem sponsam utpote rex inclytus, pius, et mitis sua præsentia, gloria magna, nobili apparatu, et honore regio visitavit. Unde secretorum ejusdem virginis, quæ cælitus revelata illi exstiterant, conscius, constanti animo institit, et fideli, quatenus honorifice secundum Dei dispositionem omnia consummata perficerentur.

CAP. XI. *Mirabiliter navigant Coloniam, ut inde Romam petant:*

18 Quemadmodum quondam Moyse de Ægypto populum Israeliticum in terram repromissionis ducente aderat divina custodia, nocte dieque illos protegens; ita nunc virginum istarum sanctis agminibus angelorum adfuit frequentia, et tanta sanctorum, ut supra et circa conversantes, omnem eis metum auferrent et mœstitiam, dulci sua visione et præsentia. Denique et infantulæ, quæ in E ceterarum ulnis gestabantur et sinibus, visiones angelicas admirantes, insolitasque illarum personas, et effigies rutilantes, et sursum in aere digitos extendentes præ admiratione sonos emittebant, dicentes : Ha, ha. Velocissimo siquidem cursu naves mare secantes ad magnum Rheni fluvium tranquilla navigatione, Deo ducente angelicoque ductu regente, prospere pervenerunt. Ubi contra ejusdem Rheni cursum et impetum velificantes tertia die circa sextam Coloniensi civitati applicuerunt, et plusquam octo dierum iter in duobus et dimidio perfecerunt. Porro scriptor passionis earumdem virginum *a* dicit, eas inter diem et noctem a portu, quo ingressæ sunt naves, ad dietam prope Coloniam pervenisse in vicum quemdam, qui dicitur Tile forense. Potuit enim fieri, ut aliquorum principum caritate detinerentur, et sic tertia die Coloniam pervenerunt. Illic ab archiepiscopo et civibus ejusdem civitatis honorabiliter exceptæ quieverunt. Necdum sane advenerat felicis illarum triumphi tempus et agonis, quo in eodem loco pretioso erant coronandæ martyrio. Nam gens Hunnorum barbarica et crudelis longe F adhuc aberat, a quibus fuerunt pro Christo perimendæ. Unde rursus angelico admonentur responso, quatenus Romam proficiscantur, ibique Deo ac Genitrici ejus, atque apostolis, et sanctis, quorum illic reliquiæ habebantur et corpora, sese commendent. Asserentes etiam pollicentur, quoniam de Roma revertentes, in eadem civitate beati agonis adepturæ sint triumphum. Quorum acquiescentes monitis, naves repetunt; atque ab archiepiscopo, reliquisque civibus et nobilibus, cum summo deducuntur honore *b*, a quibus etiam necessaria, quibus indigebant, copiose ministrantur.

a

b

CAP. XII. *Admiranda et modesta earum processio in Basileam.*

19 Igitur Domino, gloriosaque Matre ejus virginum sacrarum regina, nec non angelis sanctis eas prospere ducentibus, denuo contra ictum fluvii et cursum tendentes, tribus diebus et dimidio, plus quam octo dierum iter expleverunt, Basileam adeuntes civitatem. Quo cum pervenissent, ab ipso episcopo nomine Pantulo, civibus et magnatibus honorifice excipiuntur. Illic naves relinquentes, Domino, suæque Matri benedictæ se commendantes, ad iter se præparant desideratum, acies instruunt pulcherrimas, processiones ordinant decentissimas. Præfata etenim Elisabeth virgo Christi devota

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

devota Basileensem episcopum cum eis Romam scribit profectum, atque martyrii palmam Coloniæ una cum illis consecutum. Siquidem bigis non subvehuntur, nec quadrigis; sed nec mulorum et equorum relevabantur ministerio. Habebant tamen episcopi et principes, nec non de ipsis matronis et virginibus, quæ inter eas fuerunt excellentiores quædam, ferme ad centum equos fortes, et mulos somarios, qui eorum apparatus deferebant et sarcinas. Porro decenti ordine suas instituunt acies et processiones. Una fuit undecim omnium millium virginum processio; beata sane Ursula quandoque in medio, quandoque etiam in capite omnium cum episcopis quibusdam et sacerdotibus præcessit, cum matronis et virginibus ad hoc sibi assumptis; habebat vero secum sororem patris sui B. Eulaliam, et duas matris suæ sorores matronas honestas et prudentissimas S. Eulaliam et B. Eugeniam, quæ Alexandria dicebatur. Concordi namque processione illis incedentibus, nulla, ut mos est, juvencularum ac virginum, hac aut illac prorumpens, se disjungebat. Tanta denique angelorum ac virginum sacrarum frequentia de cælis ad earum custodiam aderat directa, ut illarum personas miro
B videreni ubique splendore refulgentes. Non solum adultæ et majores illarum adspectum mirabantur et præsentiam, verum et parvulæ, ut supra dictum est, in eorum intuitu jucundabantur, et super illorum splendore jocantes vehementer gaudebant. Summa namque disciplina gradientes incedebant, modestissime in verbis et gestibus se habebant.

Explicatur Passio Regnante Domino.

20 Porro plerique lectorum, qui passionis earumdem virginum legebant historiam, arbitrabantur eas virorum carere solatio et comitatu, quia nulla ibi fit mentio virorum; sed tamen diligentius si eadem consideretnr historia, facillime animadvertent, illas virorum gubernari consilio, adjutorio et ministerio. Legitur in passione illarum, quod sub unius diei et noctis spatio prope Coloniam velificantes venerunt ad oppidum forense, ubi navium vela demittebantur, anchoræ exponebantur, hospitia eis præparabantur, vela in malis suspendebantur, classesque gubernaculis regebantur. Per quos ista fiebant, nisi per viros in hac arte peritos? Audemus sane confirmare, ut paulo ante divinitus est revelatum, plus quam trecentos fuisse viros in eodem comitatu, quorum ducenti et pauci plures cum eis voluntarie martyrii palmam subierunt.
C Propter numerositatem vero virginum multarum, nulla in passione illarum fuit mentio matronarum aut virorum. Domina siquidem Elisabeth, et viros et matronas, reginas et comitissas in earum scribit societate fuisse, quod et nos approbamus.

CAP. XIII. *Earum peregrinatio continuis miraculis illustrata est.*

21 Porro vestimenta illarum, et calceamenta nullo atterebantur labore; sed nec magno aliquæ earum tædio laborabant, aut gravi difficultate. Nec etiam ægritudinis alicujus senserunt dispendium, neque minimo lassitudinis gravabantur fastidio. Omnia eis exstiterunt jucunda, universa illis succedebant prospera. Denique et puellæ octo et quinque annorum cum ingenti alacritate ibant, et vix ullam quandoque lassitudinem sentiebant. Mirabile est satis, quod nunc referemus, sed duris cordibus, et obturatis auribus fere videbitur incredibile, quia nulla eis via, quantacumque arcta fuerit, et angusta, esse potuit impedimento. Adeo sane expedite in laboriosis gradiebantur viis, quemadmodum si in planis irent ac spatiosis. Sicut enim quædam earumdem virginum sacrarum nuper respondebant, cum super ipsarum viis interrogarentur, et itinere, si aliquam in angustis itineribus difficultatem paterentur, nullo se viarum incommodo gravari fatebantur, vel arctari, D atque adjicientes dicebant, veluti si multæ animæ in parvo alicujus paradisi regno, vel loco tenerentur modico : ita et nos in ipso itinere nullius viæ arctabamur gravamine : nullaque via nobis fuit angusta. Quæ cum sæpe ad rivos, ad fluminum vada, ad arctissimos fluviorum transitus venissent : absque difficultate, et absque sui læsione transierunt sine ministerio navigii alicujus aut pontis. Qualiter ista fierent, et quomodo per arduas incederent vias, ac montium ardua transcenderent et fluminum vada transirent, penitus ignoramus, nec etiam ut revelentur, orando investigare audemus. Nos sane cum mirantibus pariter admiramur, et in his, sicut in ceteris Deum mirabilem prædicamus. Divina siquidem opera et judicia nostro sensu comprehendere non possumus, nec æstimare audemus, revelata scribimus : et ad ea, quæ non sunt revelanda, Deum et sanctos ejus, ut revelentur, nequaquam cogimus. Legitur, quod Dominus quinque millia hominum de quinque panibus et duobus piscibus satiavit, et quod duodecim cophini pleni de fragmentis supererant comedentibus. Operabatur ibi Dominus in hominibus, operatur et hic prout vult in virginibus : sed cum E ipsæ virgines sacræ, quomodo hæc fierent, summa instantia interrogarentur, adfuerunt statim plures respondentes : Quid nos tantum distringitis interrogando? absque difficultate, et sine læsione nostri transivimus. Sed scias pro certo, quia plura de nobis non scripsisti, quæ sint admiranda. Quæ cum sero vel mane dietam sibi deliberantes proponerent, ibi, vel ibi pernoctabimus; absque dubio, et sine impedimento cum permaxima sui cordis jucunditate illuc sero pervenerunt.

CAP. XIV. *Pluvia non perfunduntur et B. M. V. et SS. Angeli*

22 Ex quo sane ab aula regis B. Ursulæ patris discesserunt, nullo perfundebantur imbre pluviali, euntes Romam, sive redeuntes; quia divina eas clementia ab omni molestia protexit. Sed ne alicui hoc incredibile videatur, narrabimus quoddam simile, quod multis bene compertum est. Denique B. Bernardus abbas Claravallensis, dum aliquando sub divo, videlicet sub aere cum fratre quodam sedens, literas dictaret, alterque illas scribendo notaret, ecce ubique in circuitu pluebat, et ipsi a pluvia scribentes illæsi permanserunt et intacti. Aderat sane virginibus sacris in omnibus piissimæ cælorum reginæ custodia et gratia : fida illorum ductrix, pia fideliter eas ducens, quam imitatæ F sunt virginitatis suæ florem filio suo virginum piarum sponso offerentes. Porro infantuli, qui in sinibus quorumdam gestabantur, nullo, uti dictum est, cibo vel lacte alebantur : sed cum forte digitum ori imponerent, nutrimentum sibi divinitus datum suxerunt. Reliquarum vero quam plures virginum nequaquam multo indigebant cibo, quoniam Dei gratia, qui illas forinsecus conservans gubernabat, intrinsecus aderat confortans eas et sustentans. Qui autem horum, quæ scripsimus, incredulus fuerit, legat Vitas Patrum, et inveniet plures semel in hebdomada modico cibo gustato sustentatos. Legat et vitam B. Mariæ Ægyptiacæ, et inveniet eam duobus panibus et dimidio per decem et septem annos sustentatam, ac postmodum paucis herbarum radicibus vixisse. Denique plus quam valerent istæ virgines in edendo consumere, omnium illorum administrabatur copia.

earum victui providebant. Alpes

23 Angelorum enim quidam ipsorum ductores, quemadmodum Domina nostra nuper ait, eas semper præcedentes, honestorum species virorum sibi assumpserunt, accedentesque ad majores civitatis et primos, quo nocte fuerunt venturæ, super illarum

A rum eis adventu prædixerunt. Qui cum gaudio de pluribus occurrerunt leucis nobiles et matronæ, plebei et villani, cum devotione ferventi offerentes necessaria. Fertilis quidem erat annus, tempusque abundans bonis universorum copiam præbebat. Noctibus sæpissime in pratis quiescentes dormierunt, nullius molestiæ sentientes gravamen : tota namque nocte immensi luminis claritas super eas, atque in circuitu illarum coruscans radiabat. Ad arduos tandem montes Alpium venientes, nec non ad ipsum montem, qui ceteris et altitudine præeminet, et horrore accedentes, qui solo etiam adspectu robustissimorum quoque virorum terrere solet corda, facilitate summa transilierunt. Tanta quippe agilitate, ut quædam ait, earumdem virginum, tam illæ, quæ infantulas gestabant in brachiis, conscendebant, quanta et istæ, quæ absque onere nihil portantes, scandebant : adeo revera facile, ut illa dixit, ipsis patuit ejusdem montis ardui adscensus et alti, quemadmodum alicui nostrum in domo aliqua commanenti concederetur, usque ad ostium ejusdem domus pervenire. Denique et Domina nostra, cum de ipso monte, atque super aliis ejusdem itineris difficul-
B tatibus interrogaretur, ait, quod videretur illis ipsum montem conscendentibus, quasi in planissima via incedentes, atque bene spatiose ambularent. Quomodo autem hæc fierent, fateor me penitus ignorare.

CAP. XV. *mirabili felicitate transeunt.*

24 Beata siquidem Ursula, uti testabatur, nec non et aliæ quædam, cum super harum difficultatibus viarum interrogarentur, tunc temporis sese vehementer admirari dicebant, et qualiter eosdem montes, ceteraque itinera difficillima transierint. Porro Domina nostra dulci sua eas gratia crebrius confortans lætificavit, ita ut consolatione ipsius benignissima, omnis illis labor levis fieret et delectabilis, omne præterea cibi corporalis delectamentum multis fastidio erat. Aderat plane illis dulcis virginum regina gubernando eas, et regendo cum suis angelis et sanctis illas custodiens. Unde nullus latronum, furum aut prædonum eis obesse potuit, aut corruptor. Plures siquidem virginum et matronarum nobilium, quæ occurrerunt eis visitantes illas, bono exemplo ipsarum attractæ, Christique gratia cælitus operante, patriam, et ipsæ, atque parentes reliquerunt, Chris-
C tum secutæ sunt omnium regem verum. Poterit aliquis lectorum super his et ceteris, quæ supra diximus, vacillando dubitare, aut irridendo ea improbare, dissimulans Dei omnipotentiam, ejusdemque clementiam considerare : qui quando vult, et quomodo vult, in suis operatur servis et ancillis, ipse mirabilis Deus mirabiliter agens.

Quam mirabilia hæc fuerint.

25 Consideret primo, earumdem virginum quanta sit multitudo; quanta nobilitas et teneritudo, quod cælesti responso, angelico nuncio, dum adhuc in terra forent nativa, prædicuntur Romam proficisci. Navigio usque Basileam venientes defecerunt tantæ multitudini bigæ et quadrigæ, equi et muli; pedes ire non valebant, nisi Dominus illarum dirigeret gressus, pie operando in eis. Qui sane quondam Israeliticum populum de Ægypto fugientem duce Moyse per mare rubrum sicco pede, atque per desertum in columna nubis et ignis in terram perduxit repromissionis : multisque signis et prodigiis illos certificavit. Ilic idem Deus potens et clemens suas etiam virgines teneras et nobiles, atque puellas, signis, virtutibus, prodigiis et magnalibus, quibus ipse magnus et mirabilis voluit, per vias aretas, semitas et silvas, montes arduos et Alpes, rivos et fluvios traducere potuit et perducere. Si cui autem ista impossibilia videntur, et Deum, cui omnia sunt possibilia, in suis virginibus ista nolle operari, si Passiones sanctorum legit et Vitas, atque sanctarum virginum et matronarum martyria et gesta, nec non et Vitas Patrum in memoria habuerit, Dominumque in illis mirabiliter operantem cognoverit, credet et cognoscet, in his etiam virginibus suis illum magnifice agentem. Legitur etiam de beatissima Maria Ægyptiaca, quoniam Cœnæ Dominicæ nocte, signo crucis edito, pede sicco per Jordanis fluvium ad Zosimum pervenit *c*, et, sumpto corpore Domini et sanguine iterum remeans, in spatio unius horæ viginti dierum iter corpore adhuc corruptibili explens *d*, ad interiora deserti divinitus adjuta pervenit : ubi et mortua postmodum est inventa. Scripsimus superius, quia angeli et supra et circa illas visibiliter conversantes apparerent, quod tamen non audemus adstruere, quod qualibet die, et quavis hora visibili specie, velut apparentes ab eis cernerentur.

CAP. XVI. *Cæsarius Meldensis eis adjungitur,*

26 Quæ cum ad unam dietam prope Romam venissent, B. Cæsarius Meldensis episcopus, vir prudens et honestus, cum suo supervenit comitatu : nam et ipse similiter Romam erat profecturus. Qui cum occurrisset, cognita illarum itineris causa, junctus est eis pariter cum illis proficiscens. In eodem sane virginum collegio hic idem episcopus sororem reperit S. Elisabeth matronam religiosam et valde honestam cum filia sua Elisabeth præclarissima, virgine devotissima. Filium etiam illic reperit alterius sororis suæ, juniorem Helvidium, ducem illustrissimum, uxoremque ipsius, filium patrui B. Ursulæ patris. Invenit etiam ibi duas filias ejusdem ducis S. Spem et B. Euphrosynam. Sed et plures inter eas reperit cognatas. Qui Spiritu Dei accensus, sequitur etiam virgines sacras, corpusque pro Domino traditurus et animam. Hunc etiam duo de suis sequuntur capellanis, et quatuor de comitatu suo laici.

E

et Cyriacus papa eis obviat, qui et catechumenos baptizat.

27 Cumque prope Romam omni mentis alacritate sanæ et incolumes venissent, ipse quidem apostolicus cum clero et cardinalibus, principibus, matronis, virginibus, plebeis, et civibus cum magna exsultatione, nobilique processione, ut dignum erat, illas excepit. Præterea et de vicinis civitatibus, vicis et castellis properabant tam nobiles quam plebei gloriam earum certatim videre. Tota denique civitas illis obviam venit admiratione capti simul et novitate. Virgines autem Christi virginali gratia refulgentes, mirabilem de se cunctis opinionem virtutis, et decus sparserunt insigne cælestis gratiæ, et boni odoris fragrantiam omnibus ministrarunt. Quæ cum illic quatuor diebus moram traherent, orationis gratia Sanctorum loca circumeuntes et ecclesias, agonis sui triumphum, atque martyrii sacri calicem, quem in proximo erant bibituræ, Domino et suæ Genitrici gloriosæ, atque apostolis, reliquisque sanctis devote commendarunt. Fuerunt inter eas virgines quamplures catechumenæ, quæ cum adhuc in palatio regis essent S. Ursulæ patris, acceperunt cælitus responsum, quoniam Romæ forent baptizandæ. Illæ vero tunc temporis, adstante clero, et cardinalibus, et magnatibus, ab ipso apostolico cum ingenti gloria baptizantur et honore. Quarum primæ et nobiliores beata erat Lucia et sancta Anastasia, duorum filiæ regum, quæ ambæ exstiterunt cognatæ juvenis illustrissimi B. Ursulæ sponsi.

F

CAP. XVII. *Cyriacus cælitus monetur de abdicando pontificatu iisque sequendis.*

28 Paucis itaque diebus illic sacræ virgines moram facientes licentiam expetunt redire proponentes. Quarum exemplo Cyriacus papa tunc Romanæ sedi præsidens accensus, resignata sui apostolatus dignitate,

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

gnitate, Romanis multis tamen cum retrahere volentibus, earumdem comes efficitur virginum, atque caput de cetero illarum et magister. Ipsi denique papæ Cyriaco tres in visu sancti apparuerunt candidi, exhortantes eum, quatenus relicta dignitate papatus sui, cum sacris virginibus comitaretur, exemplumque bonum ceteris præberet tantæ sublimitatis contemptu; promittentes etiam pollicentur ei, quod et ipse coronam foret æternam per martyrii palmam adepturus. Præterea inquiunt asserentes, quoniam si Romæ remanserit, in brevi sit moriturus. Qui quod contra voluntatem cardinalium, Romanique senatus consilium illinc discedens proficiscitur : de catalogo Romanorum pontificum nomen ipsius deletur. Cujus revera nomen coram Domino inter Christi martyres pretiosos in libro vitæ perpetuo descriptum continetur. Habebat et ipse quasdam in hoc sacro virginum collegio cognatas proxima sibi consanguinitate conjunctas. Denique S. Sibilia uxor B. Eustachii martyris et comitis cum sex filiabus suis ejus exstiterunt cognatæ; insuper et aliæ de cœtu illarum quam plures. Porro ducente illas Jesu Christo cælesti pio duce, gubernanteque eas mundi regina semper
B virgine Maria, denuo revertuntur. Inanes siquidem et vacuæ redire non poterant, quoniam nutu Dei, præceptoque divino iter istud perfecerunt. Sane eundo Romam, et redeundo, juxta virginis Elisabeth bonæ memoriæ visionem, plures illis adjuncti sunt episcoporum, itineris earum et coronæ facti participes.

CAP. XVIII. *Cardinales aliique eas comitantur; e*

29 Beato siquidem Cyriaco papæ subrogatur in summum pontificem Hilarius *e* vir prudens et bonus, multaque morum honestate conspicuus, miræ vero fuit abstinentiæ, castus amator Dei et pauperum. Porro beatum papam Cyriacum duo sequuntur cardinales, Pontius et Petrus, quorum unus Petrus Vincentius dicebatur, quod binomius erat. Sequuntur et illos diacones duo, Calistus et Kilianus : horum prior filius erat sororis Cyriaci papæ, et alter cognatus. Proficiscuntur cum eis subdiaconi tres, Ambrosius, Justinus atque Christianus. Sequebatur similiter eum B. Florentius ecclesiæ Romanæ archidiaconus, qui et ipse cognatus fuit ejusdem apostolici. Principes etiam duo comitabantur cum eis, S. Eugenius et B. Nicostratus, parati et ipsi una cum virginibus animas suas dare pro Christo. Denique et septem de familia ipsius papæ
C secuti sunt eum. Porro matrona quædam nobilis ejus neptis, quæ dicta est Herrengardis, cum filia sua et tribus puellis eum sequebatur. Exercitus itaque Christi tantus virginum et tam sublimium personarum, de Roma proficiscens cum ingenti gaudio, ad civitatem Coloniam exsultationis tripudio tendebant, cælitus sibi promissam felicis triumphi coronam præ oculis habentes, totoque affectu illam desiderantes ad bravium festinant. Paucis sane diebus civitatem Basileam, ubi naves suas reliquerant, adierant. Quas denuo intrantes insigni civitati Moguntiæ applicuerunt, quæ est super Rhenum sita.

et Moguntiæ invenitur Holofernes, S. Ursulæ *sponsus qui ibidem baptizatur :*

30 Quo dum pervenissent, repererunt ibi juvenem illustrissimum beatæ virginis Ursulæ sponsum, moribus et genere nobilissimum. Hic pridie ante ductu angelico cum pluribus sociis, quorum quidam erant christiani et quidam catechumeni, venerat paratus ipse et comites ejus pariter cum sponsa sua pro amore Christi proprium sanguinem fundere. Denique virgo Christi Elisabeth dicit illum et matrem suam cum filia parvula et episcopum quemdam nomine Clementem adduxisse. Cujus adventum B. Ursula triduo ante, quam illuc venisset, Angelo sibi annunciante, præscivit. Continuo itaque lætitiæ et gaudii universis ingens oritur exsultatio, quoniam D super ejus adventu omnes fuerunt jucunditate immensa gratulantes. Egredientibus eis de navibus occurrit cum clero archiepiscopus et civibus, excipientes universas virgines atque socios illarum nobili processione in lætitia magna et exsultatione. Biduo sane ibi pausantes moram faciunt. Interim juvenis regius beatæ virginis sponsus jam triennio ante catechumenus exstiterat : cum ingenti nobilium gloria et principum, a B. Cyriaco papa baptizatur. Qui corde devoto baptismi gratiam suscipiens, Deo et hominibus dilectus, universisque, qui eum noverant et viderant, amabilis erat et gratiosus : adsistente illi B. Ursula ipsius sponsa, cum omnibus episcopis, cardinalibus, et regibus, et principibus, atque universo illius civitatis clero. Baptizati sunt etiam cum eo quidam sociorum ejus, qui cum ipso venerant, quoniam jam ante catechumeni exstiterunt.

CAP. XIX. *ejus laus et cognatæ; necnon patris conversio.*

31 Aperto siquidem cælo angeli lucis a Deo directi veniunt illuc præsentes, cum aliis compluribus sanctorum personis, huic tam festivæ solennitati congaudentes. Denique ipse juvenis regius E tantæ virginis sponsus adhuc virgo existens numquam mulierem cognovit, aut uxorem, custodiente illum matre sua, et doctrinante optima muliere, et regina piissima. Quæ in omni castitate, munditia, et honestate morum eum instruens erudivit. Discant ergo matres ab ista sumentes exemplum, et doceant filios et filias suas, atque familiam caste vivere, juste et pie incedere. Porro et ipse ex earumdem sacrarum virginum cœtu plures habebat cognatas, de quarum numero istæ fuerunt : Beata Benedicta, et Lucia, quæ de undecim principalibus erant virginibus, atque Anastasia, virgines illustrissimæ, et prudentes valde, nec non aliæque plures. Fuit etiam beata Lucentia cum eo, virgo prudentissima, et nobilis tam animo, et genere, filia patrui patris ipsius Ursulæ sponsi, cum matre honestissima comitissa. Pater itaque ejusdem juvenis rex senior de lupo et urso crudeli mutatus in ovem, in proprio regno baptizatus bona obiit morte, et vera Christi confessione. Quanti tunc gaudii jucunditas universos lætificavit, cum juvenem tam generosum et nobilem sponsæ nobili viderent in omni probitate coæquari et honestate. Elegantissimæ vero erat illa pulchritudinis, elegans et iste nimis fuit, et decorus. Viginti sane et quinque annorum et septem mensium ferme eo tempore ipse idem juvenis, et illa F vero decem et septem annorum erat et trium mensium. Quid plura? Filius ille regis, et rex junior inclytus et illustris, atque ipsa nihilominus filia regis inclyti et regina nobilis ac generosa immensam cunctorum lætitiam, qui ad tam admirandi gaudii spectaculum venerant, subito convertit in lacrymas : mœroreque nimio universos sauciavit. Festinant ergo quantocyus ad bravium; properant ad diu desideratum sibi martyrium. Filiæ regum, principum et ducum, imo reges ipsi cum reginis et ducissis, festinanti cursu pergunt Coloniam.

Bonis in pauperes distributis, in Hunnorum Coloniam obsidentium manus incidunt.

32 Quo cum pervenissent, repererunt gentem Hunnorum barbaricam, ipsam obsedisse civitatem. Princeps igitur eorumdem barbarorum extra murum residens, super tanta puellarum multitudine, atque domicellarum exercitus admiratus, eas sibi fecit præsentari. A quibus mox genus, patriam, atque adventus illarum causam diligenti inquirit investigatione. Beata quippe Ursula cum sponso suo pariter præsentata tyranno, protinus oculis ejus placuit, et animum in illam totum injecit, admirans virginis elegantiam, pulchritudinis expavit decorem, eamque sibi sociari concupivit. Quem virgo

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

A virgo jam antea cælesti sponso, et regis filio æterni dotalitiis subarrhata cælestibus contemnens, nefandis ejus acquiescere desideriis refugit. Porro antequam in manus incidissent tyrannorum, bono et salubri utebantur consilio : atque B. Laurentii exemplo, qui thesauros ecclesiæ dedit pauperibus, agentes, quidquid illis expensarum, vestium pretiosarum, thesaurorum, atque ornamentorum erat residuum, civitate Colonia expendentes, ecclesiis, Christi pauperibus eroganda reliquerunt. Considerent ista divites, prælati, et nobiles, episcopi, et comites, qui ecclesias Christi, et pauperes spoliant, qui de alienis laboribus se ditant, et post mortem res pauperum imperatoribus, et divitibus in vanos usus consumendos relinquunt, sibique infernalia supplicia mercantes conquirunt. Ecce virgines istæ, suique comites, reges, duces et principes, reginæ, comitissæ et ducissæ, terras, divitias, patriam, honores, dignitates et parentes contemnunt, exsultantes pro Christo corpora sua tradiderunt pro Deo ad supplicia, pro quibus æternæ vitæ consecuti præmia perennis gaudii jucunditate regnantes cum
B Christo perfruuntur.

CAP. XX. *Ipsa S. Ursula suum et sociarum narrat martyrium.*

33 Item princeps ille Hunnorum dirus nimis et truculentus, cum virginis ipsius Ursulæ sodaliumque suarum invictam cerneret mentem; nec ad ea, quæ voluit, illas posse deflecti, astutia circumventus diaboli agit, ut sociæ virgines, sociique et sodales viri prius sub B. Ursulæ interimantur præsentia : arbitratur enim quod illa ceterarum nece territa, tanto celerius ei consentiat, voluntati ipsius prębens effectum. Porro sponsus felicis virginis inclytus a latere sponsæ suæ gladio percussus interimitur, optatam felicis martyrii palmam pro Christo jugulatus accepit. Debinc grassantur carnifices; innoxium sanguinem fundentes, noxio se maculavere piaculo. Ipsa denique virgo beata debacchari cernens in sodalium nece malignos, stat imperterrita, nec minis tyranni vincitur, nec promissis delinita circumvenitur. Porro hæc eadem virgo Ursula nuper cuidam adsistens super serie passionis ejus sciscitanti sic ait : Princeps ille putabat mentem meam ad amorem suum inclinare; unde omnes prius fecit coram me interfici virgines, quo territa facilius ipsi consentirem; sed cum nollem iniquis ejus consiliis pravæque acquiescere voluntati, omnium fere novissimam me fecit occidi, et sagitta in corde percussa interii. Universis
C sic sociabus meis interemptis et sociis, me in sui jussit adduci præsentiam, ibique necari : unde accidit, ut a sponso meo unius lapidis jactu semota perimerer. Ecce hæc sunt virginis ejusdem verba : ita sane loquebatur, latine autem adhuc adjungens, dixit : Cumque jam essemus interficiendæ, en infinita dæmonum multitudo adfuit, diversas species et formas habentium : qui armis variis armati, per totum campum ubi eramus jugulandæ, hac et illac discurrentes, ad nostrum interitum excitant interfectores. Denique et aer totus usque ad cælum angelis et sanctis atque virginibus sacris et matronis beatis apparuit plenus, qui ad nostrum venerant agonis triumphum.

CAP. XXI. *Cælites occurrunt SS. Virginibus,*

34 Universi cælestium ordinum chori tam angelorum, quam reliquorum sanctorum (inquit eadem virgo) de suis consociis plura nobis obviam millia miserunt; præter thronos, qui paucos de suo agmine in occursum nostrum direxerunt. Throni namque ita in Dei præsentia sunt confirmati, ut facile ab eo separari non possint. Sed cum ab angelis in cælum deferremur, ipsi sancti nobis ubique lætantes occurrerunt; vicinius tamen nobis erant, propiusque ad nos accesserunt sacrarum virginum multitudines, atque beatarum matronarum acies, quæ quasi certatim ad nos properantes familiarius nobis adhæserunt. Et cum jam apertis cælis, ab angelis, ceterisque sanctis, qui nobis gaudentes occurrerant, cum ingenti tripudio introduceremur : universi ferme sancti, qui in cælo remanserant, cum summo nobis gaudio occurrerunt; omnia cantibus dulcisonis ac jubilatione replent suavissima, in præsentiam Domini atque in conspectu matris ejus nos gloriose perducunt. Qui nostræ continuo congratulantes victoriæ, jubent angelis, quatenus stolis induamur virginalibus, coronisque adornemur præfulgidis. Introducimur siquidem in mansionem quandam a ceteris virginibus sejunctam, jam ante nobis a Domino præparatam : ubi pariter nos undecim millia virginum, cum perenni sumus jucunditate lætantes.

et singulis suus assignatur locus.

35 Juxta autem nos in parte una, meus est sponsus, et B. Papa Cyriacus, cum reliquis sodalibus nostris viris in mansione quadam perlucida, æterna lætitia gaudentes. Ex latere sane uno matronæ sacræ consortes nostræ deputatam sibi habent mansionem ineffabili claritate coruscantem, E in qua et ipsæ felici gaudio sunt exsultantes perpetuo. Porro B. Michaël et S. Evangelista Joannes, qui comites individui fuerunt, ac custodes toto itinere nostro exstiterunt, cum pluribus angelorum obsequiis et sanctorum, cum ego fere omnium novissima interimerer, animam meam cum summa lætitia suscipientes, Domino suæque genitrici eam offerunt præsentantes. Hic revera beatus exstat finis virginum beatissimarum undecim millium, sociorumque illarum laudabilis et sanctus : quæ universæ triumphalis necis palmam, perennisque vitæ coronam rosei effusione cruoris adeptæ sunt gloriam, atque cælestis sponsi amplexibus beatis perpetuo associatæ, pro cujus dulci amore patriam, parentes, divitias, atque delitias relinquentes florem virginei pudoris et immaculati mundiciam conservaverunt candoris, ab ipso sane in æternæ beatitudinis thalamum introductæ, perpeti cum eo gaudio jucundantes perfruuntur.

ANNOTATA.

a *Intelligit scriptorem Passionis* Regnante Domino; *cujus vide verba num.* 11.

F b *Solvitur hic* (*quam bene videant alii*) *implicatissima quæstio de administratione ecclesiastica Coloniensi, scilicet an Colonia haberet episcopum proprium, an vero Tungrensium aut Trevirensium præsuli subesset; quodsi habuerit episcopum proprium, an huic essent jura metropolitica. De his multum disputatum superiori sæculi, neque nunc inter omnes convenit. Monet hic Crombachius addi in multis mss., puta Weierensi et Ultrajectinæ Carthusiæ :* Per biduum quieverunt.

c *Hæc in Vitis patrum, et quidem in Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, auctore Sophronio et interprete Paulo diacono, leguntur cap.* 22 (1).

d *Hæc in eadem Vita habes, cap.* 26 (2).

e *Operæ pretium erit hic recitasse unum ex locis, quibus Crombachius, ut Papebrochius ajebat, multo magis incredibilem fecit Passionem* S. Ursulæ. *Scripsit autem ad hunc locum :* Subrogatur in summum pontificem Hilarius : Hic lapis quidam offensionis est cur apertæ falsitatis et cum B. Elisabetha repugnantiæ condemnetur hæc revelatio, nostraque

(1) Ap. Rosweydum, Vitæ Patrum, pag. 390. — (2) Ibid. pag. 391.

chronologia

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

chronologia prorsus destrui videatur : nam Hilarius pontifex, successor Cyriaci, anno 461 pontificatum auspicatus est, demortuo Leone Magno, sub quo Attila Romanum vastavit imperium, ut B. Hermanus favere saltem Attilano tempori credi possit, si nolimus eum penitus id comprobare. Sed expedita responsio : idem qui hic latina voce Hilarius a B. Hermanno, græco et genuino nomine Antheros a B. Elisabeth aliisque nominatur : nam græca vox Ανθηρος latine idem quod *Floridus* significat, seu *Hilarus* vel *Hilarius. Hæc ille; verum errat bonus vir, quum S. Anterum græce* Ανθρος *dictum fuisse credidit; ex lapide sepulcrali, quem supra num.* 64 *attuli,* (*ut alia monumenta omittam,*) *de vera ejus nominis forma constat : dictus scilicet fuit* Αντερως, *idoli impurissimi nomine. Quum enim tunc nondum prodiissent Benedicti* XIV *decreta adversus ritus Malabaricos, partim a Patribus Societatis Jesu toleratos, atque his nondum vetitum esset ne christiani, exemplo trium puerorum qui se passi sunt appellari Sidrach, Misach et Abdenago, nomina gentilia, tamquam rem natura sua indifferentem, servarent, idolorum nomina communissima erant; ita ut media fere pars martyrum nomina habuerit quibus aliquid*
B *gentilitatis inerat. Sed hæc parum morabantur eos paucos, quibus Crombachii merces adhuc placent : si enim* Floridus *idem ac* Hilarus, *quanto magis amoris reciproci deus eis* Hilarus *habebitur? Immo laudabunt B. Hermannum quod illi monstro Hilarum substituerit.*

CAPUT III.

Explicantur difficultates ortæ ex præsentia infantium, adultarum et virorum.

CAP. XXII. *Unde fiat ut multi infantes inter SS. Virgines reperiantur;*

Quandoque inter virginum earumdem sacrarum reliquias et corpora, tam parvula inveniuntur ossa et corpuscula, ut vix trium mensium tempus et spatium a die conceptionis eorum videantur habere. Unde sane plerique titubantes non modice quid ea portendant, sunt admirantes. Super quibus
C B. Ursula interrogata respondit, dicens : Matronarum aliquæ inter nos exstiterunt, quarum quædam, cum de terra nostra egrederemur, fuerunt prægnantes, noviterque in utero concipientes, amore Christi, et ipsæ nihilominus spe regni cælestis nos secutæ, nobiscum pariter occubuerunt interemptæ. Harum infantes, quæcumque in matrum utero spiritum vitæ habebant, animamque viventem, cum matres occiderentur, licet gladius eos non attingeret, in morte tamen matrum et martyrio, atque in illarum sanguine baptizati, absque dubio ab angelis una cum matribus ad regna cælestia perducebantur. Et hæc est ratio verissima parvulorum, qui cum ceteris inveniuntur robustioribus. Huic capitulo inveniuntur lectorum aliqui refragari, prætendentes illam Domini sententiam, dicentis : Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest salvari. Plures autem abbatum et literatorum, pietatem Domini, ac matrum fidem, atque in Deo dilectionem, puramque illarum confessionem ad martyrium pro Christo sponte properantium commendant, dicentes, eosdem infantes in confessione matrum et sanguine earum baptizatos. Pace dixerim lectorum, quod pietas Christi multum foret dormitans et languida, si pro suo nomine occisos sineret damnari. Sed cum vice quadam ejusdem D historiæ et capituli Notarius legentium apud se sententias tacitus revolveret, cælitus illi dicitur : Pro certo scias, quod si infantes in matrum uteris moriantur, damnantur, sed pia illorum erit damnatio. Sed hoc scias, quod si mater pro Christo occidatur, puer in utero matris, confessione matris et sanguine ejus plene cum matre salvatur. Non attendas, inquit, quid magistri super hoc loquantur : nusquam enim divina severitas habet in his, ut damnentur : quia sicut divina justitia ubique se extendit, ut feriens corrigat, ita divina pietas ubique se dilatat, ut salvans subveniat. Item alia vice : Nam sicut divina veritas, ipsaque Dei justitia et severitas ubique sese extendit, quatenus nihil impunitum relinquat, ita ineffabilis ejus misericordia et caritas se ubique dilatat, ut innocentibus misericorditer parcat *a*.

a

CAP. XXIII. *Quod præmium competat his infantibus. Declaratur nullum inter martyres locum fuisse virginibus corruptis*

56 Puellæ siquidem parvulæ, quæ inter eas fuerunt, et lactentes, quæ cum virginibus pariter sunt jugulatæ, supra undecim millium numerum reputantur : istæ vero licet inter sanctos Innocentes non maneant, qui sub Herodiana persecutione sunt interemti, præmium tamen innocentiæ ac æternæ beatitudinis cum iis sortiuntur. Adhæc sane quibusdam non modicum ambiguitatis generat, quod tanta multitudo undecim millium virginum dicatur, et non aliqua earum saltem in domo patris sui sub habitu sit virginali corrupta. Dum itaque die quadam harum Notarius stans super his mente revolveret, ecce cælitus cogitationi ejus respondetur : Quia non est ita, ut tu putas, nam integer numerus undecim millium ibi erat virginum *b*. Cui et alia virgo illustris de illarum numero interrogata dicebat : Erant in terra illarum, ut tu existimas, in quarumdam domo paterna tres aut quatuor juvenculæ, quarum aliqua ex his fuit corrupta, et nudo capite ac virginali habitu incedens, dissimulabat se fuisse corruptam *c;* sed cum ad id fuisset ventum, ut virgines eligerentur, nutu divino actum est, cælestique providentia gestum, ut vere virgines eligerentur ad B. Ursulam mittendæ, ac corruptæ in domo paterna relinquerentur. Unde accidit, ut plenus undecim millium sacrarum virginum numerus, atque integer foret, et perfectus. Ecce quantum et quale miraculum, ac satis super earum electione admirandum, quod sic tantus virginum numerus absque corruptarum intermixtione eligi potuit ac discerni.

b

c

F

CAP. XXIV. *Quomodo inter eas repertæ Virgines adultæ.*

57 Accidit sæpe, ut magna corpora inter easdem inveniantur virgines, et robusta. Quorum quædam prædictorum, qui cum illis pariter perimebantur, sunt virorum, quædam etiam matronarum, quarum multæ cum eis martyrizatæ exstiterunt *d :* quædam vero quarumdam virginum illarum sacrarum. Porro ut quædam virgo sacra de ipsarum numero asserens nuper attestabatur, quod fuerint inter virgines quædam adultæ, ætatisque provectæ, quæ Domino, gloriosæque Matri ejus, virginitatem suam devoverant, se usque ad mortem illibatam servare. Erant præterea inter eas quædam satis perfectæ ætatis, quæ viris exstiterunt desponsatæ, quarum sponsi bellicis intenti negotiis, et morte præventi, sive etiam quidam interempti, sponsas suas reliquerunt intactas : ita enim Dei providentia, qui solus novit, quid de illis sibi foret agendum, nuptiæ illarum sunt dilatæ plurimarum : et hæc est certissima causa corporum robustorum, quæ passim inter ceteras virgines tenellas inveniuntur.

d

Viri fuere inter eas.

58 Personarum sublimium, atque virorum, qui in earumdem virginum beatissimarum fuerunt societate

A Societate intererempti, numerus erat aliquantulum plus quam ducentorum : sic enim duobus constat cælitus esse revelatum. Fuerunt etiam inter illas matronæ, quæ de virginum illarum non erant numero, plus quam ducentæ. Licet enim in Passione illarum nulla virorum, qui cum illis erant, fiat mentio præ numerositate virginum et multitudine; tamen quivis hominum, qui sanæ fuerit mentis, facillime intelligens advertet, illas virorum, sicut supra diximus, non potuisse carere obsequio et ministerio, tam navigio, quam pedestri itinere, Romam tendentes. Funiculus, ut quidam ait, triplex difficile rumpitur. Tribus sane cælitus revelatum est, quod virorum quidam in earum fuerunt comitatu, et matronarum; fratri quidam, atque virginibus duabus *e*. Felicis memoriæ virgo Elisabeth scribit Cyriacum papam cum cardinali Vincentio illarum interfuisse cœtui et societati. Et nos scribimus eumdem papam cum duobus cardinalibus Pontio et Petro, atque cum pluribus adhuc personis, qui eum sequebantur, interfuisse. Binomius siquidem erat unus illorum cardinalium : B nam Petrus Vincentius appellabatur.

Modus conciliandi apparentes contradictiones.

59 Nec hoc quidquam derogat veritati, quod illa non scripserit plures fuisse cum illo comitatos, et nos plures scripserimus, eum fuisse secutos : ita enim evangelistæ videntur impares inter se, discordantes in pluribus locis. Scribit unus illorum, Dominum quemdam dæmoniacum, in quo erat legio dæmonum, curasse : scribit alter duos de sepulcro processisse, atque a legione dæmonum per Christum curatos. Scribit unus latrones Dominum convitiantes : scribit alter unum solum. Porro virgo Elisabeth prædicta docet plures episcoporum virginibus sacris in eodem itinere fuisse associatos, quod nos satis approbamus. Hic revera beatus exstat virginum finis sacratissimarum undecim millium, sociorumque illarum, sanctus et laudabilis; quæ universæ triumphalis palmam, perennisque vitæ coronam rosei cruoris effusione sunt adeptæ, atque cælestis sponsi amplexibus beatis perpetuo associatæ. Universarum siquidem virginum sanctarum, reginam cælestis Sponsi sui Genitricem imitantes piam, usque ad finem virgines immaculatæ permanserunt, sanguinem suum pro eo fundentes, ab Angelis in cælum suis consortibus sanctis, videlicet virginibus, associandæ perferuntur : ubi felices sponsæ, dulcissimo Sponso summi C Patris Unigenito, benedictæ virginis Mariæ dilecto conjunctæ Filio, lætitia inenarrabili, et exsultatione gaudentes æterna, sine fine regnabunt : qui est una cum Matre sua, virginum sanctarum pia et perpeti regina, benedictus in sæcula. Amen.

ANNOTATA.

a *Hanc quæstionem post bene multos theologos scholasticos versat Benedictus XIV* (1), *eamque solvit eodem sensu quo B. Hermannus, docens cum S. Thoma aliisque infantes in utero matris pro Christo occisos eodem titulo esse martyres ac adultos et inter ambo genera id tantum intercedere discrimen quod infantibus non competit* aureola *seu præmium accidentale, quod est gaudium quoddam de operibus factis quæ habent rationem victoriæ excellentis; quandoquidem in infantibus pugna deest et proin victoria proprie dicta. Qui fuerint abbates aliique literati viri qui faverint sententiæ B. Hermanni, me latet : eos inter Gerlacum, abbatem Tuitiensem, re-*

(1) De canonizatione SS. lib. III, cap. XV, numm. 4 et 5.

censet Crombachius; sed minus feliciter, quum jam pridem ante diem obiisset venerabilis ille vir.

b *Scriptor Sermonis in Natali non audebat asserere omnes fuisse virgines, et ne quidem omnes feminas.*

c *Insignis locus de habitu virginum illibatarum in Germaniæ partibus sæculo* XII.

d *Alia lectio, inquit Crombachius, habet :* Multæ cum eis occidebantur maritatæ.

e Fratrem *fuisse B. Hermannum et unam ex ambabus virginibus S. Elisabetham Schonaugiensem, res certa; quæ altera virgo, nuspiam proditur. Alludit forte ad Helentrudem Herisiensem. Cfr Comm. præv.* § IV.

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

LIBER SECUNDUS *a*.

a

EPILOGUS LIBRI PRIMI ET PROOEMIUM SECUNDI *b*.

b

Quod Notarius hujus Passionis cælitus est admonitus expeditionis SS. Virginum describere.

E Ecce in longum extensa est virginum, tuarum, Jesu Christe, novæ historiæ materia, et multo facta est prolixior, quam in ipso scribendi exordio eam putaremus extendi. Testis enim mihi es, Domine, quia vix duorum aut trium foliorum in ipso scribendi initio me consummare seriem existimabam. Nosti etiam, quoniam frequenter contra voluntatem meam ad scribendum multo tædio affectus excitabar. Accidit quoque crebrius, dum stylum apposuissem paginæ, jussus ponere pennam, ignorare me penitus scribendi materiam : sed quemadmodum cum pueris agitur parvulis, cum primum literis sunt imbuendi, ita sæpius nobiscum agebatur; syllabæ, dictiones, commata, versus medietas, integer versus prænominabatur : et hoc pracipue tamen in subsequenti volumine expeditionum earum nobis evenit, ut nimio tædio ferme deficeremus. Sed cum repente religiosissimarum juvencularum, nobilissimarum regum filiarum, et principum admiranda religio tam paganarum, quam Christianarum, earumque laudabilis castæ F et arctæ vitæ conversatio, caritatis et abstinentiæ, sobrietatis et modestiæ virtus, totiusque honestatis et fervoris decus nobis cælitus occurrisset, mox omne prorsus tædium ab animo pellebatur. Ita sane fiebat, ut inter spem et desperationem, inter mentis fastidium spiritusque delectamentum, expeditionis illarum seriem consummaremus. Præterea nobis aliquoties accidit, ut impatienti animo menteque parata, pennam ad scribendum aptaremus, en subito cælitus dicebatur : Dimitte : quidquid enim scripseris, totum erit mendacium. Gratanti siquidem corde cælicam admonitionem suscipiens, ilico manum retraxi, otio vacans aliquando per mediam diem, quousque mentis perturbatione sedata, sperata tranquillitas rediret. En quicumque lectorum his, quæ diximus, credere voluerit, credat, neminem allicimus : neque propriam laudem, te Jesu teste, ab hominibus quærimus; scilicet in his, et in cunctis operibus nostris et studiis gloriam tuam, benedictæque genitricis tuæ universorum reginæ laudem amplificari desideramus, ac magni-

ficentiam

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

licentiam sanctissimarum virginum tuarum undecim millium, quas miro et ineffabili honore sublimique gloria coram te in cælestibus fulgere fecisti : nos, prout tu dederis et concesseris, magnificamus in terris et glorificamus. Confidimus enim et speramus, quia quicumque debitum nunc honorem impenderint et reverentiam, post hanc vitam gloria et honore donari perenni, perpetuaque beatitudine et gaudio perfrui cum Christo earundem virginum Sponso : nec non matre ipsius regis æterni, sanctarum omnium virginum regina, quæ una cum eodem filio suo in sæcula sit benedicta. Amen. Explicit Deo juvante nova undecim millium passio, earumdem Christi virginum interventu nuper revelata.

ANNOTATA.

a *Fuse explicat Crombachius* (1) *quomodo hunc secundum librum, diutissime tenebris latentem, tandem repererit. De ejus origine diximus in Commentario prævio* § VII. *Scribi cœptus est anno* 1187, *qua driennio post priorem.*

b *Vocat hunc Prologum Crombachius* Epilogum
B præcedentis libri et quasi proœmium sequentis; *et reapse horum locum retinet. Similium Prologorum genus cernere est in Hymnis Abælardi, quos in Patrologia Mignii edendos curavi.*

Incipit liber secundus expeditionis undecim millium virginum, et peregrinationis earum ; in quo series narratur earum atque sociarum illarum, matronarum, et sociorum, qui principaliores inter eos fuerunt, anno 1187 revelatus *a*.

CAPUT PRIMUM.

C

Quos comites de genere suo adduxerint episcopi.

CAP. I. *Juvante Deipara, B. Hermannus genealogias maxime hoc libro prosequitur.*

Rex cælestis Jesus Christus, pius SS. Virginum sponsus, piissimæ Virginis Mariæ Unigenitus, virgines suas undenorum millium agmina, episcoporum et regum, atque reginarum societate consolatur et comitatu. Præterea et ducum, comitum ac principum quamplures eis adhærentes profecti sunt cum illis. Denique et filii regum plurimi, juvenes illustrissimi, earumdem virginum fratres, et sponsi cum ipsis pergentes palmam martyrii pro Christo universorum rege adepti sunt. Harum siquidem virginum temporibus regna regum non adeo erant, uti nunc dilatata sunt, nec tam immensa : quoniam in plures divisa fuere tunc temporis reges, qui passim eis principabantur. Nos itaque reginæ cælorum piissimæ instinctu, admonitione simul et exhortatione, quæ fida et fidelis earumdem virginum ductrix exstitit et gubernatrix, episcoporum quinque, qui una cum illis de Anglia proficiscebantur, atque D regum et reginarum conversionem, seriem et genealogiam hic descripsimus plurimarum. Adjuncti sunt eis postmodum, Romam pergentibus illincque revertentibus, episcoporum plures, nobilium matronarum et principum. Venerabilis describit Elisabeth virgo Christi devota. Sed de his pauca nos scimus : sic enim divina providit gratia, ut quæ a jam dicta Elisabeth Christi virgine sunt omissa, per nos ceterorum ædificationi profutura pandantur. Porro sacrarum virginum multarum hic generationes et nomina sunt descripta : et hoc cælestis reginæ agitur providentia, quod per universam Christi ecclesiam illarum sunt reliquiæ et corpora dispersa, si quando per aliquem Dei servorum vel ancillarum, nutu Christi et spiritu, earum nomina revelentur, facilius credant, majoremque fidem adhibeant, majore dilectione illas amplexantes. Sed cum fere hoc eodem opere perconsummato orantes investigaremus, si reges universi, duces comites hic descripti forent legitimi : cælitus nobis dicitur, quia etsi nequaquam cuncti legitimi fuissent electi, cum virtute, potentia et nobilitate illis merito exstiterunt comparandi. Deum itaque testamur, qui universarum conscius est conscientiarum, E quoniam plura hujus historiæ descripsimus capitula, et quidem invitis injungebantur nobis, seriesque ipsarum et materia sigillatim revelabatur, et uno perscripto, interim aliud, velut coacte, imperabatur cælitus describendum.

CAP. II. S. Wilhelmus *episcopus cum Jacobo fratre, sorore et nepte,*

42 Episcoporum quinque, de Britannia cum virginibus Coloniam proficiscentium, primo genealogiam narrabimus, ac deinde regum ac reginarum pandemus conversionem. Beatus itaque Wilhelmus episcopus illarum unus consors et consocius, de nobilissima progenitus fuit prosapia, cum ex parte patris, tum etiam ex parte matris, de regali erat stirpe oriundus, vir siquidem strenuus, justitiæque tenax et veritatis. Consobrinus pii regis exstitit virginis Ursulæ patris, atque SS. Virginum cognatus Pinnosæ, Sapientiæ et Margaritæ. Tres namque fratres habuit ac duas sorores. Frater autem ipsius senior Jacobus dicebatur : et hic cum duabus eum sequebatur filiabus, uxore jam mortua. Filiarum sane una Florentina dicta est, et altera Verena. Porro sororum ejus prima Gerasina vocabatur, et hæc cum filia parvula, quæ similiter Gerasina nuncupata est, ambos secuta est fratres. Altera quippe sororum Florentina dicebatur, quæ duas cum eis F direxit filias, S. Gelasiam et Florentinam. Alter namque fratrum unam cum illis filiam misit nubilem, quæ Gerasina est appellata. Tertius siquidem illorum duas direxit filias, S. Genovefam et S. Bilonnam. Pater S. Wilhelmi sane fratrumque ipsius magnus erat princeps, filius regis cujusdam : habebat quoque in eodem cœtu virginum cognatas plures : consobrinorum itaque suorum filiæ quædam cum eo mittebantur virgines. Denique trecentas ferme virgines ipse et frater ejus Jacobus, atque soror illorum Gerasina ad sanctam duxerunt Ursulam.

earumque sponsi Ursulanum exercitum secuti sunt.

43 Secuti sunt illos et juvenes duo præclarissimi ipsorum consanguinei, nobiles, probi, quorum unus Antonius ducis cujusdam erat filius, qui sponsam habebat in eodem virginum agmine honestissimam comitis unius filiam, quæ Sirapionia vocabatur. Alter vero Sigemundus dicebatur, filius comitis nobilissimi, et ipse sponsam illic habuit magnæ virtutis et probitatis virginem, et hæc dicta est Pionia, de stirpe regali exstitit, avunculum ha-

(1) S. Ursula vindicata, pag. 565 et seqq. et 798.

bens

A bens regem. Multæ revera virginum in eorum fuere comitatu nobiles valde et elegantes, quæ sponsis erant nobilissimis desponsatæ : super quarum discessu illi mœrore ingenti languebant. Præterea inter ceteras fuerunt quædam virginum illustrissimæ in hoc eodem conventu ejusdem episcopi cognatæ ipsius. B. Chelindris cum sorore Virgilia, filiæ comitis unius præpotentis, quarum mater filia fuit regis cujusdam ditissimi. Filiæ nihilominus Aviti regis boni viri, et honestissimi S. Columba, sororque ipsius B. Cordula, illis adhærentes in earum societate pergebant. Itaque S. Chelindris, atque B. Cordula, cognationis sibi affinitate jungebantur, et de principalibus undecim fuerunt virginibus : quævis illarum millenario præfuit nobiliter, et istæ illustrissimis erant viris desponsatæ : qui multo dolore super earum absentia mœrebant. Habebant et neptes secum, et consobrinas quamplures. Porro S. Agatha, sororque illius B. Agnes nobilissimæ virgines, filiæ sororis S. Columbæ fuerunt, quarum pater rex earum erat inclytus et fortis. Beata vero Agatha sponsum habuit nobilissimum, qui duas sorores in earum habebat collegio virgines, S. Frontoniam et B. Eligendam, decoras
B et honestas.

CAP. III. *Secutus est quoque* S. Columbanus, S. Ursulæ *consobrinus*

44 S. Columbanus episcopus homo bonæ conversationis exstitit et laudabilis vitæ : hic B. Wilhelmi cognatus erat, et tam stirpis generositate, quam morum virtute clarus refulgebat. Denique S. Ursulæ ipsius matertera fuit. Habebat sane ipsa regina mater virginis octo fratres et sex sorores. Primus itaque fratrum Eustachius dicebatur, alter Willebrordus, ac tertius Gilo : de reliquis autem fratribus et sororibus, alias latius tractavimus. Eustachius vero comes erat illustris, tam generis nobilitate, quam animi probitate refulgens, qui duas in comitatu virginum filias habuit, B. Eutropiam fere nubilem, et Bertham quinquennem. Willebrordus siquidem alter fratrum vir strenuus, duas cum eis similiter filias direxit S. Justinam et B. Philomenam. Tertius fratrum Gilo vir fortis, potens, solam cum eis filiam misit, quæ dicta est Adhamara : hæc nempe pulchra erat valde et decora, moribusque optimis adornata, et plus ceteris dilecta; fuit enim nobilis, et comiti quidam in proximis desponsanda. Sororum autem ipsius reginæ una vocabatur Alexandria, sed proprio nomine dicta est Eugenia : ab avo namque suo, qui Alexander dicebatur, et erat rex strenuus et potens,
C ac multum valens, ista traxit cognomen. Altera quippe sororum Eulalia est appellata. Porro S. Alexandria duos in hoc sancto virginum comitatu filios habuit : quorum unus Columbanus episcopus fuit, et alter Evodius dux inclytus erat, atque valde honestus. Denique Columbanus episcopus vir prudens fuit, magnique consilii, honestæque vitæ, integer erat corpore : nam virgo exstitit, multa vigens castitate. Plurimum sane in illo sacrarum valebat virginum agmine : nunc omnem illas terrorem hortabatur atque tristitiam deponere, nunc ad servandam virginitatis pudicitiam, nunc ad tolerandam pro Christo virginum Sponso martyrii passionem eas sedulus admonebat.

cum pluribus ex cognatione sua.

45 Evodius siquidem dux illustris frater ipsius, relictis terris, patria et divitiis, uxore et filiis, cum sola filia virgine Eugenia per matrem et episcopum fratrem secutus est Dominum, cum sacris profi-
ciscens virginibus. Uxor namque ipsius ducissa duræ mentis erat et protervæ, unde illum sequi nolens, quæ post, in brevi cognita ejus morte, alium duxit maritum. B. sane Alexandria, istorum mater, fratrum filiam quoque secum duxit matronam illustrem, comitissam nobilem, nomine Marcellam : hæc autem per omnia tam matri, quam fratribus coæquabatur meritis et virtutibus, virum habens comitem probum et honestum, qui dictus est Joannes, quæ contra ipsius voluntatem est profecta : nam eo multum resistente, vix tandem abeundi licentiam extorsit. Quæ filias secum duas duxit virgines : unam duodennem Cleopatram nomine, quæ moribus erat insignis, et bene composita. Altera siquidem erat parvula, et Pretiosa dicebatur. Pater itaque illarum B. Alexandriæ maritus dux exstitit inclytus et illustris, et Pipinus vocabatur, fraterque fuit regis magni de Britannia Arthuri magnifici et potentissimi : qui jam ante SS. Virginum expeditionem ab hoc mundo migrans transierat. Soror quippe ipsius S. Alexandriæ, S. Eulalia, tres secum filias ducens, sequebatur sororem ac filios ejus. Prima siquidem filiarum ipsius Hodierna est nuncupata, et erat nubilis cuidam comiti desponsata, quæ relicto sponso terreno, sponsum elegit cælestem, B. Mariæ Virginis Unigenitum. Secunda dicebatur Odilia, et tertia Sibilia, quæ matrona fuit illustrissima, et regina nobilissima. Hæc finxit se apud maritum regem invisere matrem, atque ceteros cognatos atque co- E
gnatas, ac Ursulam virginem suam consobrinam, et ita instante peregrinationis earum tempore cum eis proficiscitur, regnum contemnens temporale, Christi amore, gloriosæque Matris ejus dilectione, ab eis interminabilem vitæ, et gloriose recipiens coronam. Juvencula siquidem erat vix annorum viginti : nam discessu suo inopinato multorum corda dolore vehementi vulneravit. Dolebat rex ipse maritus ejusdem reginæ super ipsius absentia, mœrebant populi regni sui, imo universi, qui eam noverant, ejus discessum cum lacrymosis vocibus plangebant. Erat enim juvenis ætate, sed mentis intelligentia, atque animi sagacitate, et discretione multa vigebat, omnibus erat amabilis, universis dilecta. Ecce regina hæc adhuc juvencula, omnia contemnens reliquit, ut Christum lucrifaceret. Reliquit terras, regnum et divitias : reliquit maritum regem, atque liberos tres parvulos, masculum unum, duasque puellulas : præterea corpus et animam pro Deo contemnens peregre profecta moritura coronam martyrii pro corona regali concupivit.

F

CAP. IV. S. Iwanus *episcopus adduxit* S. Pinnosam

46 B. Iwanus episcopus vir nobilis erat, ac filius regis Simeonis illustrissimi principis : sapiens enim fuit valde, ac boni homo testimonii, castus, et virginitatis adhuc flore decoratus. Avunculus exstitit reginæ matris Ursulæ, et S. Alexandriæ atque B. Eulaliæ. Iste Dei ac martyrii fervens amore, cum sacris profectus est virginibus. Porro virgines in suo comitatu adduxit nobilissimas, elegantes et decoras ad B. Ursulam plusquam quingentas. B. siquidem Pinnosa filia ducis illustrissimi Ludvici Ursulæ virginis patrui in sua erat societate. Et hæc secum adduxit sponsum nobilissimum ducis cujusdam filium juvenem decorum, animique virtute præclarum, nomine Canutum. Hujus mater filia regis erat cujusdam strenuissimi. Habuit hic idem juvenis Canutus fratrem Simeonem probissimum adolescentem, qui B. Cordulæ sponsus exstitit, Pinnosæ virginis cognatæ. Et iste similiter sponsam Cordulam, atque fratrem consecutus est. Porro B. Evodia illustris virgo S. Pinnosæ soror, sequens illam, suum quoque secum duxit sponsum juvenem, comitis unius filium valde honestum et elegantem, qui dictus est Moanander. Adhæsit etiam illis S. Eleutheria earum consanguinea, filia amitæ virginis S. Ursulæ, prudentissima

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

sima virgo, æquitate severa, et veritatis amatrix, cum suo sponso illustri viro, sagaci, et multum commendabili : qui principis cujusdam magni exstitit filius. Hic Segemundum regem habebat avunculum, materque ipsius filia regis erat unius, nomenque sponsi illius Sicherus dicebatur.

et alias ex præcipuis,

47 Tres siquidem virgines istæ S. Pinnosa, Cordula et Eleutheria cum sorore Josippa super omnem exercitum virginum habebant principatum. Atque S. Florentina ipsarum consobrina ex illis erat, magisterium habens : sed in alio hæc fuit comitatu. Multas sane de sua cognatione jam dictæ secum duxerant illustres et decoras virgines. Sequebatur autem B. Pinnosam atque sororem ejus Evodiam adolescens regius, pulcher et decorus, nomine Siphredus, animo valde probus et honestus atque maturus : qui multis præ honestate morum magna exemplo erat tam viris, quam virginibus. Illarum filius avunculi fuit : præterea in earum comitatu magnificus, et filius Sigemundi regis præclarissimi. Hic idem princeps proprio nomine Magnus vocabatur, vir vitæ honestate animique virtute multa vigens : uxorque illius cum illo pergit matrona nobilis, multumque valens, B nomine Matrona. Et hæc soror erat Iwani episcopi, mulier prudens et religiosa. Beata siquidem Benedicta virgo prudentissima, ac valde universis accepta, quæ fuit ex undecim principalibus, mille regens virgines, illorum exstitit filia. Habebat sane hic idem princeps cum S. Benedicta quatuor filias, duas virgines S. Sapientiam et B. Illustrem, matronas duas S. Cornulam et B. Prudentiam. Porro S. Cornula tres secum duxit filias, B. Columbam, Ursulam, et Melchiam virgines honestissimas. Altera filiarum Prudentia duxit duas filias Luciam et Euticiam. Aderat in eodem cœtu B. Odilia, virgo sapiens valde, omnique animi virtute conspicua et honesta : et hæc mille præfuit virginibus, una de principalibus undecim existens. Filia siquidem sororis Magni fuit principis jam dicti, optimæ matronæ, filiaque comitis viri prudentis et strenui. Hæc eadem virgo illustris duas secum duxit sorores virgines, S. Juliam et Ursiciam.

simul cum Magno et Sibaldo pluribusque de eorum familia.

48 Habebat sane hic idem princeps secum probissimum fratrem nomine Sibaldum, fortem, strenuum et decorum : cujus uxor Cleopatra dicta est, et erat filia regis cujusdam, qui ambo secum filiam ducebant parvulam, quæ similiter Cleopatra dice- C batur. Sequebantur vero eum duæ sororis virgines B. Formosa et S. Eligentia. Præterea etiam de consobrinis suis septem eum secutæ sunt virgines nobilissimæ. Porro princeps præfatus Magnus tres filios habuit : quorum unus Sigemundus nomine adolescens præclarus secum pergens a multis plurimum diligebatur, ob morum bonorum honestatem. Filiorum namque illius senior unam secum direxit filiam virginem S. Philogenam. Denique fratres isti ambo Magnus et Sibaldus duodecim virgines secum duxerunt, consobrinorum filias et consobrinarum. Quarum tres inter ceteras fuerunt valde prudentes, magnæque virtutis et honestatis, S. Agatha, Emerentia, Immeria, quæ nobilissimis fuere sponsis desponsatæ. Primus itaque illorum dicebatur Evodius, et erat filius comitis unius, et alter ducis cujusdam filius, tertius dictus est Siranus, et hic filius fuit regis cujusdam probissimi. Tres vero juvenes isti, cum sponsarum amore illecti, tum ceterorum, tam juvenum, quam virginum capti exemplo, et contemnentes omnia, secuti et ipsi Dominum cum virginibus proficiscentes. Porro et filius sororis B. Iwani episcopi Selantius, juvenis regius ac valde egregius, morumque honestate præclarus, frater S. Benedictæ virginis præfatæ in D alia societate suam sequitur sponsam illustrem Sapientiam filiam patrui Ursulæ, quæ mille quoque præfuit virginibus, una ex undecim principalium virginum magistra, illius amore illectus, atque avunculi Iwani episcopi sororisque ipsius Benedictæ tractus dilectione.

CAP. V.

S. Eleutherius, a fratre Eustachio conversus, comitatur hujus filias

49 B. Eleutherius episcopus, et ipse similiter vir erat nobilis, ac bonæ conversationis et vitæ, hic per fratrem suum comitem Eustachium conversus efficitur comes itineris, et socius virginum sacrarum. Qui comes sex in illo sacro virginum conventu filias habuit, quarum tres erant virgines, ac tres matronæ nobiliter viris copulatæ nobilibus : prima B. Margarita fuit comitissa : secunda Florentia, cuidam nobilissimo comiti nupta. Tertia Eusebia, quæ uxor similiter exstitit illustrissimi principis, et prædivitis atque potentis. Reliquæ tres fuerunt virgines honestissimæ et sagaces, Deoque devotæ. Harum prima S. Margarita erat virgo illustrissima, et B. Walburgis, atque S. Eleutheria. Tres siquidem virgines istæ tribus illustrissimis viris fuerunt desponsatæ; sed B. Margaritæ, et S. Eleutheriæ sponsi Felix et Euticius, duorum comitum filii sponsarum juncti amore, eas et pa- E trem illarum sequebantur, se et omnia sua relinquentes. Porro ipse comes pater earumdem virginum, cum uxore Sibilia nobilissima matrona, et multum commendabili, sacrarum virginum comites effecti, cum eis profecti sunt. Denique prima filiarum trium matronarum tres cum illis direxit filias, S. Eunomiam, Praxedem et Julittam : secunda duas, Hermolaam et Gertrudem : tertia similiter duas, S. Genovefam et Ermingardem.

neptes et abneptes

50 Prædictus sed enim episcopus Eleutherius, fraterque ipsius comes Eustachius, tres fratres habebant honestissimos, valde vero probos, quorum Hardingerus dux fuit illustris, atque alter comes Florentius : tertius Rogerius princeps magnus, magnæque potentiæ, ac vir bellicosus. Quorum primus tres filias misit virgines, S. Pallodoram, Amœnam et Florentiam : atque quarta filiarum ejus nobilis comitissa Hermolaa illas sequitur. Secundus etiam fratrum tres cum illis filias direxit, B. Philomenam, Helprodiam et Helpridiam. Tertius duas, S. Julianam et B. Hermolaam. Tres quoque filios habuit idem comes, Hionam, Florentium, Galonem. Quorum primus comes duas misit filias virgines, quæ præclarissimis fuerunt juvenibus F desponsatæ, S. Eunomiam et Filademam. Secundus filius tres cum illis direxit filias, B. Julittam et Floram virgines præclaras, atque tertiam, quæ matrona fuit nobili viro nupta, quæ Philadelphia dicebatur : et hæc cum tribus filiabus sequitur ceteras. Tertius autem filius tres misit filias, S. Veronam, Eutropidam et Illustrem. Habebant quippe tres sorores idem Eleutherius episcopus, et frater illius Eustachius illustres et honestas : quorum una, Gertrudis nobillissima matrona, ducens secum tres filias, cum illis proficiscitur; quarum ista sunt nomina, Margarita, Gelamia, Probantia. Reliquæ vero duæ quinque cum eis miserunt filias virgines : secunda tres filias, Eustragiam, Meldoniam, Principalem. Tertia duas, Præpotentiam et Amantiam.

et Sibiliæ proximos consanguineos et affines.

51 Denique mater sex filiarum comitissa Sibilia ducis cujusdam erat filia, quæ duos habuit fratres illustrissimos, et quatuor sorores viris nobilibus nuptas. Unus fratrum dux inclytus et potens duas cum eis misit filias virgines, B. Genelaam et S. Balbinam. Alter Macharius princeps nobilis, bonæque vitæ, vir honestus et multum commendabilis, cum quatuor filiabus istis adjunctus, pergit cum eis

A eis, pro Christo se et omnia sua relinquens. Filiarum sane tres virgines fuerunt, et una matrona : quarum nomina sunt hæc : Margareta, Serena, Aleidis, Micronia. Denique sorores quatuor prædictæ, novem filias cum eis miserunt : inter quas B. Justina, Perionia, Regedia et Alstrides, nobilissimis sponsis desponsatæ. Quorum unus Oriones juvenis præclarissimus avum regem habebat. Qui ambo divino inspirati amore, suas sequuntur sponsas, atque sorores quinque honestissimas, quas in eodem virginum cœtu habebant virgines, quarum quatuor fuere viris desponsatæ nobilibus : una sane illarum Tiberia, filium regis cujusdam sponsum habuit. Eutitius itaque B. Philogenæ sponsus, sponsæ tractus amore, illam sequitur, ceteris associatus. Frater B. Euticii, adolescens bonæ indolis, Folquinus nomine, ac multus pro honestate ipsius gratus et amabilis, sponsam nubilem in domo paterna relinquens, Germano adhærebat, cum eo proficiscens. Mater nihilominus eorumdem juvenum Tiburtia comitissa nobilis cum tribus filiabus illis adjuncta sequitur eos, omnia relinquens. Duæ quidem filiarum virgines fuerunt, B. Margarita et S. Tiburtia, tertia juvenis matrona Eusebia nomine,
B cum matre pergebat, eam sequens. Habebat autem hæc eadem comitissa Tiburtia sororem ducissam, nomine Praxedem, quæ cum sola virgine Europa sorori adjungitur, cum ea et ceteris virginibus proficiscens. Matrona siquidem quædam jam ætate provecta nobilis, quæ dicta est Eustragisilis avia regis cujusdam viri magnifici et divitis, proficiscitur cum illis : ducens et ipsa secum virgines decem filiorum et filiarum suarum, prudens et honesta, magnarumque virtutum femina.

CAP. VI. *S. Lotharius episcopus comitem se dat*

52 Venerabilis Lotharius episcopus vir fuit autenticus et nobilis, ætate vero juvenis, sed castus erat, multarumque virtutum gratia pollebat. Consobrinus siquidem exstitit regii juvenis, qui B. Ursulæ sponsus erat, patrem habens illustrissimum ducem. Mater sane episcopi soror erat reginæ matris prædicti juvenis. Quæ duos fratres habebat, totidemque sorores. Ipsa vero regina Lotharium nepotem suum episcopum ad beatam direxit Ursulam filii sui sponsam, cum multo virginum comitatu stipatum. Frater siquidem ipsius reginæ senior duas cum eo direxit filias virgines, Daulam et Genovefam. Alter sane solam misit filiam Eusebiam. Sororum autem prima nobilis ducissa, duas misit
C filias, Symphroniam et Magmaram. Altera similiter duas, Euphrosynam et Procham : harum quædam erant nubiles, et sponsos habebant illustres. Jam dictus episcopus duos fratres habuit, et tres sorores. Prima siquidem sororum tres cum illis filias direxit, Ellederam, Zoyam, Phylædriam. Altera duas, Genovefam et Pallodoram. Tertia unam Pallemoniam, quæ magnæ fuit probitatis virgo et vivacitatis. Hæc autem honestate morum, et animi probitate, multis potuit comparari reginis. Quam filius cujusdam regis, Euphromus nomine, desponsaverat probissimus adolescens, illustris valde, multa vigens animi honestate. Vix enim erat decem et octo annorum : et tamen serius fuit in mente, satis modestus et mansuetus, humilis et pudicus. Hic quippe sponsæ suæ invitatus amore pariter cum ea ad Ursulam pergebat virginem, tres secum ducens virgines sorores, Carpophoram, Eutropiam et Pallodoram : novem præterea virgines consobrinas secum duxit nobilissimas, quarum quædam fuerunt illustrissimis viris desponsatæ. Tres sane fratres habebat : quorum primus tres cum illo misit filias, Serapiam, Nazariam, Eutropiam; alter vero fratrum duas direxit filias, Eleonoram et Eudoxiam. Porro soror ipsius B. Carpophora virgo exstitit prudentissima, et vivacis valde animi, atque misericordissimi, omnique probitate virginali conspicua. Quæ pariter cum fratre profecta est : nam multo se invicem amore dilexerunt, uterque sane eorum, magna castitate vigebat; hæc eadem virgo Carpophora una postmodum de principalibus undecim fuit virginibus : nam mille præerat virginibus sibi subjectis. Porro una materterarum ejus Evodia nobilis ducissa, ipsi virgini suæ nepti, fratrique illius Euphromo associatur adolescenti regio : duas secum filias ducens, Sophiam et Mariam. Valde revera istæ sorores duæ fuerunt valentes, multaque prudentia, sagacitate, atque eloquentia, morumque virtute pollentes.

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI

53 Denique Petrus, qui et Vincentius dicebatur, cardinalis, qui S. Cyriacum secutus est papam, cum sacris virginibus proficiscentem, B. Evodiæ fuit frater, harum virginum duarum avunculus. Hic idem sane cardinalis, cum eamdem sororem suam, filiasque ipsius, ac ceteras virgines, quas in eodem habebat sacro collegio, cognatas esse comperisset, ingenti gaudio repletus, summo illas honore excepit. Præfatus igitur Lotharius episcopus, atque matrona jam dicta, et B. Carpophora virgo, fraterque E ipsius adolescens regius, in suo habuerunt comitatu virgines mille septingentas et triginta. Profecta est etiam cum eis nobilis quædam matrona, quæ dicta est Sapientia, cum filiabus duabus illustrissimis virginibus, Benedicta et Juliana. Sane et neptes ejusdem matronæ Sapientiæ, tres filiæ sororis ejus cum ea profectæ sunt, Viventia, Justina et Æmiliana. Venerat quoque cum eis et alia quædam matrona nobilis Evortia de stirpe regia : et hæc secum quinque filias duxit et neptes novem virgines : filiarum autem ejus hæc sunt vocabula, Evortia, Palladia, Ephemeria, Sincera, Alexandria. Erant etiam cognatæ magni ducis Alexandri, et B. Jothæ virginis. Quæ cum ad S. Ursulam venissent, ipsarum mater Evortia illustris matrona mortua est in Domino, et honorifice Deo commendata est anima, atque terræ corpus ipsius. Quod autem episcoporum quinque prædictorum series regibus ac reginis præponitur, hoc suggestione actum est Dominæ nostræ : ita enim ipsa fieri persuasit.

cardinali Vincentio et 1750 *virginibus.*

ANNOTATUM.

a *Hunc librum in codice Coloniensis abbatiæ, cui prius nomen* de Piscina, *quæ dein ad S. Cæciliæ translata est et Præmonstratensium gubernabatur legibus, reperit Crombachius.*

CAPUT II.

Quem comitatum reges miserint.

CAP. VII. *S. Holofernes, S. Ursulæ sponsus, hunc Moguntiæ occurrit*

Regum atque reginarum, quæ in sacrarum virginum comitatu undecim millium fuerunt, revelante Domina nostra, quæ gloriosa universorum regum et reginarum exstat regina, series hic et genealogia describitur. Reges siquidem, relictis terrenis regnis, quorum Deus dulci sua gratia tetigerat corda, filias suas secuti, patriam, terras, dignitates et divitias contemnebant, et cælestia perpetua regna possidere meruerunt. Quorum summus juvenis fuit illustrissimus B. Virginis Ursulæ sponsus, qui ob probitatem morum, animique virtutem, et propter

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

propter elegantiam corporis et pulchritudinem dictus est Holofernes. Hoc autem nomen nequaquam erat ei proprium. Hic siquidem juvenis communi patris sui regni consilio, a principibus in regem est electus, atque legitime coronatus, qui tamen cum prædictis non est tunc temporis virginibus profectus, sed postmodum divina revelatione admonitus, illis de Roma revertentibus occurrit Moguntiæ. Sponsa namque sua virgo Ursula si in patria remansisset propria, patris sui foret regnum habitura, quia parentes ejus liberis carebant aliis.

et multæ ex ejus genere virgines ad eamdem mittuntur;

55 Porro pater ipsius juvenis Holofernis præfatæ virginis sponsi nobilis rex, armis potens et divitiis, quinque fratres habuit, totidemque sorores, quorum quatuor nobilissimis erant conjugibus juncti, quinto adhuc adolescente existente. Unus sane illorum filiam regis cujusdam duxerat in uxorem : sorores etiam nobiliter nuptæ viros habebant præclarissimos. Primus itaque fratrum duas ad B. Ursulam direxit filias virgines, Philippiam et Eunomiam : quarum Philippia multa vigens astutia, virtute et prudentia, sponsum habebat fratrem regis cujusdam : secunda sororum unam misit filiam Nicolittam. Tertia duas, Europam et Nobilia-
B nam. Quarta tres misit filias, Euchodiam, Probam et Hiacyntham. Denique hæc prima sororum B. Nicolitta cum eisdem profecta est virginibus, ducens secum filias tres, Nicolittam, Euphrasiam, et Eunomiam. Hæc autem matrona sapiens erat valde, moribusque honesta, unde ductrix fuit totius expeditionis regalium juvencularum, quæ in suo fuere cŏmitatu, et princeps. Reliqui vero fratres tres, quinque direxerunt filias virgines. Præterea et multæ adhuc domicellarum de prosapia regali sunt directæ, illustres valde et præclaræ plusquam ducentæ virgines Holofernis cognatæ.

nec non aliæ multæ, præfecta S. Lucia; *comitatus fuit* 1640, *ductore episcopo.*

56 Inter ceteras juvenculas mittebantur illustrissimæ siquidem virgines duæ, B. Lucia atque Anastasia, duorum regum filiæ, jam dicti Holofernis consanguineæ, in illa fuerunt expeditione, cum ingenti apparatu et pompa regia. Quarum virgo Lucia postmodum una de principalibus effecta est undecim virginibus, super mille virgines gerens principatum, quæ sororem secum habuit puellam nomine Placidam. Virgo sane Anastasia, illustris alterius regis filia, ipsius Luciæ fuit cognata, comes et individua sodalis, quæ duas secum duxit soro-
C res, Eusebiam et Chelindrem. Sancta denique Lucia tres habuit fratres, et unam sororem : quorum illa quinque secum duxit filias, Eumorphiam, Splendidam, Chorindam, Willenam, Porthuram. Porro virgo Anastasia fratrum et sororum filias secum duxit octo, Euchodiam, Venustam, Resindem, Ipochridiam, Lacedomiam, Verenam, Apollineam, Floram. Habebat etiam consobrinorum filias et consobrinarum virgines secum quamplures comitum et ducum valde inclytas juvenculas. In istarum siquidem virginum cœtu fuerunt mille sexcentæ quadraginta virgines. Harum omnino ductor erat episcopus quidam, atque frater regis cujusdam, nec non et B. Nicolitta soror regis supradicta. Episcopus autem et frater regis cum ad virginem pervenissent, relictis ibi virginibus, reversi sunt in regionem suam. Quas omnes cum summo gaudio rex et regina S. Ursulæ parentes exceperunt, honestissime illas tractantes.

CAP. VIII. S. Oliverius *junior convertitur a sponsa* S. Oliva *et proficiscitur*

57 Rex etiam alius sancto virginum interfuit sacrarum cœtui, adolescens strenuissimus, multumque commendabilis Oliverius dictus, probissimi regis cujusdam filius, qui similiter Oliverius dicebatur, uxorque illius regina illustris Luminosa. Filius itaque illius rex junior Oliverius, filiam alterius regis nobilissimi, qui Cleopater est ap- D
pellatus, desponsaverat virginem valde honorabilem, et omni populo acceptabilem, quæ Oliva vocabatur : pulchra nimirum ista erat, elegans facie : sed morum fuit præstantior honestate : quocirca ab universis diligebatur, gratiamque magnam opinionis bonæ omnibus præbebat. Cujus mater Nicostrata dicta est, matrona et regina honestissima, comitis cujusdam filia strenuissimi et hominis optimi. Cleopater autem rex ejusdem virginis Olivæ pater, patruus exstitit regis B. Ursulæ patris vir potens, fortis et probus : atque per omnia illi potuit æquiparari virtute, divitiis et probitate, sed tantæ non erat religionis. Porro ipsa virgo Oliva ipsius filia illustrissima, coram omni principum conventu patris sui et concilio celebriter in reginam est electa, et nobiliter coronata, quia parentes ejus filiis carebant. Habebat tamen sorores duas, quarum major, quæ dicebatur Luminosa, secum ad virginem Ursulam profecta est : nam et ipsa soror virgo erat illustris et decora, multumque commendabilis. Invitata siquidem fuit hæc eadem virgo Oliva et regina a patre virginis Ursulæ venire ad filiam. Denique soror ipsius Luminosa
E cuidam adolescenti filio regis cujusdam erat desponsata. Cumque postmodum rex junior Oliverius sponsam Olivam pergeret invisere, moramque ipsius, atque absentiam ægre ferret, ab eadem sponsa conversus, patri et matri, terris et regno abrenuncians, peregreque proficiscens, sacrarum virginum socius efficitur.

cum multis de genere suo et S. Olivæ

58 Regina siquidem mater Olivæ virginis et reginæ fratres duos habebat, et sorores duas. Quorum unus duas filias cum Oliva virgine direxit, et alter fratrum unam, Pinnosam, Vulturam et Luminosam, virgines honestissimas. Miserunt et alias etiam cum ea virgines quasdam præclaras. Denique soror eorumdem fratrum una solam misit filiam virginem Simeram, bonæ opinionis juvenculam. Inter ceteras siquidem virgines, quæ in illius fuerunt comitatu, virgo Tecla, filia patrui ejusdem Olivæ virginis et reginæ, multa morum honestate, animique virtute ingenti resplenduit. Cujus mater filia erat regis cujusdam potentissimi. Associata est etiam huic Olivæ virgini illustrissima virgo quædam Natalia magni nominis, ac bonæ opinionis, filia regis Arthuri principis magni cum nobilissimo illustrissi-
F marum virginum comitatu. Porro de his duabus B. Virgine Tecla atque Natalia nobili domicella, plura restant congruo loco referenda. Habebat tamen Oliva virgo et regina in suo comitatu proprio, excepta illustris Nataliæ virginis societate, centum quadraginta et duas virgines honestissimas et decoras. Altera tres direxit Silvanam virginem præclarissimam, quæ morum suavitate, animique honestate omnibus exstitit grata : elegans enim forma fuit et nobilis prosapia, quæ nobilissimo juveni cuidam erat desponsata Balduino, ducis cujusdam filio, atque hæc secum duxit duas sorores Eunomiam et Geramiam. Fuerunt præterea in earum comitatu S. Juliana comitis unius filia, illarum cognata, ac B. Sincera virgo nobilissima, earum etiam existens consanguinea, illustres et plæclaræ.

hujusque patruorum filiabus et S. Fuchelingo.

59 Rex siquidem, senior Olivæ et Luminosæ virginum pater, quinque fratres habuit et duas sorores, qui universi undecim cum illis direxerunt virgines. Primus itaque fratrum duas misit filias, Eustachiam et Menandram. Secundus solam Alburgem castissimam virginem et bene morigeratam. Tertius duas, Walburgem et Alquinam. Quartus solam Perpetuam virginem præclaram et bonæ opinionis juvenculam. Quintus sane liberis carebat : qui

A qui uxoris suæ duas misit sorores Polodoxiam et Gelidoniam. Polodoxia siquidem optimæ indolis domicella erat, virgo casta et prudens, quæ sponsum habebat juvenem nobilissimum ducis cujusdam filium. Hæc omnibus exstitit amabilis præ suavitate morum et honestate. Mater vero illarum optimi principis erat filia ditissimi et præpotentis. Denique soror regis prior duas misit filias, Euticiam et Sacrosam. Secunda solam nomine Lætitiam virginem omnibus adornatam virtutibus, quæ juxta nomen ipsius multos bonæ conversationis suæ exemplo et opinionis lætificavit. Modestissima quippe animo fuit, et verbo, loquens raro; utilibus intenta colloquiis. Ista sponsum habuit adolescentem regis cujusdam filium Fuchelingum nomine, qui sponsæ suæ moribus et virtute per omnia erat comparandus. Porro hic idem adolescens regius, nimio virginis tractus amore, suis omnibus notis, cognatis, parentibus dolorem ejus discessu relinquens, sponsæ suæ adhærens cum illa proficiscitur, martyrque gloriosus efficitur. Qui quum cum sponsa sua, ceterisque virginum sodalibus Coloniæ Hunnorum principi trucidandus præsentaretur, constanti animo tyrannum super sua reprehendit malitia et
B tyrannide. Qui si in paterno regno permansisset, utique rex esset futurus, legitime coronandus. Denique multum in comitum suorum et virginum conventu, suo profecit exemplo. Sorores equidem duas secum duxit virgines, S. Lucretiam et Helenam puellam parvulam. Ipsa sane Lucretia soror ipsius, multa vigebat virtute, et tam morum honestate, quam generis nobilitate insignis refulgebat. Constantissima vero fuit animo et discreta, fratrique in omnibus comparanda. Quæ sponsum habebat regem cujusdam regis filium, siquidem et ista gravi doloris vulnere suo discessu multos sauciavit.

CAP. IX. S. Crophorus *proficiscitur similiter cum magno comitatu.*

60 Rex siquidem tertius, qui in earundem virginum sacrarum erat collegio, Crophorus vocabatur, et filius regis exstitit Pinnosi nobilissimi viri et sagacissimi : cujus uxor regina Pallodoxia est nuncupata, matrona nobilis et honesta valde. Horum sane filius illustrissimus juvenis Crophorus prudentissimi fuit animi, probus et honestus, omnique morum probitate ornatus, filiam ducis Harderici principis nobilissimi Cleopatrem nomine duxerat uxorem. Hic cognatus sanctæ fuit Ursulæ et
C B. Pinnosæ, atque S. Sapientiæ. Porro et ipse Crophorus, uxorque ipsius Cleopatra, ambo, priusquam hæc sacra virginum foret expeditio, biennium ante coram principibus regni patris sui legitime sunt coronati. Quoniam consanguineus erat regis virginis Ursulæ patris, iuvitabatur uxor ejus regina Cleopatra visitare filiam illius, ac ceterarum virginum sacrarum conventum. Venerunt ergo de Australi terræ illius parte cum nobili virginum et juvencularum comitatu, virgines fere ducentas secum habentes. Denique rex ipse et uxor ejus regina, ambo fuerunt Ursulæ virginis parentum consanguinei : ille ex parte patris, et ista ex parte matris : qui dum apud virginem Ursulam, ceterasque ipsius sodales moram facerent, summa jucunditate lætantes, manifeste cognoverunt, evidentissimisque signis viderunt, cælitus illic perpetratis, quoniam a Deo facta sunt omnia, et ipsi divino admoniti responso, consenserunt sancto illi virginum aggregari cœtui. Porro et comitissa quædam nobilis, ipsius regis Crophori cognata, pariter cum ea profecta est, ducens et ipsa virgines in suo comitatu sexaginta : Berengardis enim vocabatur, quæ duas quoque secum filias duxit, quarum una Berengardis, et altera dicta est Lucia, quæ post discessum virginum denuo ad maritum rediit : non enim venit, ut cum illis proficiscens abiret, sed ut ductrix foret regalium juvencularum : dolorem siquidem permaximum et mœrorem hic idem rex juvenis, conjunxque ipsius regina suis post discessum eorum reliquerunt.

CAP. X. S. Lucius, *conversus per filiam* S. Jotham, *proficiscitur*

61 Rex etiam quidam magnificus, animi virtute et morum honestate refulgens, nomine Lucius, pater S. Virginis Jothæ præclarissimæ, relicto uni filiorum regno, secutus est universorum regem Jesum Christum per filiam Jotham conversus. Erat enim hæc eadem virgo illustris in numero undecim principalium virginum, prima, sapiens valde, omnique animi virtute adornata resplenduit : et hic duas habuit secum sorores, Geminianam et Justitiam. Hic idem vero rex septem filios habebat, totidemque filias. Quatuor itaque filiarum maritis exstiterunt copulatæ nobilissimis. Reliquæ tres jam dictæ sunt virgines ingenti castitate, prudentia et honestate fulgentes. Porro rex pater illarum a S. Joanne apostolo per visum admonetur, quatenus relictis omnibus Christum sequens, cum sacris proficiscatur virginibus. Denique uxor illius, regina piissima, jam ante ab hoc seculo moriens
E migraverat. Erat itaque hic idem rex cognatus patris Ursulæ virginis, unde B. Jotha cum suis sororibus invitatur ad cognatam suam venire Ursulam, illamque invisere, ac virginum aliquas ducere secum. Soror etiam istarum virginum una S. Eugenia illustris ducissa, cum duabus filiabus Margarita et Verena proficiscitur cum illis. Quos ipse dux Sicherus nobilis maritus illius divino afflatus spiritu lætus sequitur, omnia relinquens. Reliquæ tres filiæ regis istarum sorores matronæ, quinque cum eis direxerunt filias virgines clarissimas, Eutropiam, Evodiam, Marcellam, Dionysiam, Syntheriam.

cum comitatu ex genere suo et aliis 330.

62 Denique septem filii regis, B. Jothæ fratres, novem cum illis filias direxerunt virgines. Primus namque illorum frater rex Illerus, unam direxit filiam nomine Balbinam, virginem valde præclaram, multaque animi virtute præditam. Hanc illustrissimus adolescens Honoratus filius regis cujusdam frater S. Nobilianæ subarrhando desponsaverat : quem illa convertens de milite seculi martyrem fecit et militem Christi. Alter vero fratrum duas misit filias, Mariam et Martham. Tertius etiam duas, Margaritam et Joannam. Reliqui fratres quatuor direxerunt filias, Venustam, Placen- F
tiam, Sibiliam et Euphrasiam : quarum quædam nobilibus viris exstiterunt desponsatæ. Regina siquidem Justitia mater illorum, uxor regis Lucii duos habuit fratres, atque sororem unam. Quorum unus Alexander dux egregius et illustris, vir honestus valde, amator religionis et pauperum quinque filias illuc misit. Alter sane fratrum solam direxit, quæ Melliflua dicebatur, quia moribus dulcissima fuit et eloquio : quæ tamen proprio nomine dicta est Balbina. Soror autem istarum unam misit filiam, quæ Symphoriana dicebatur, et erat magnæ indolis et bonæ opinionis ista, multumque ab omnibus dilecta. Filium itaque regis cujusdam habebat sponsum, magnæ probitatis juvenem, qui post discessum virginis multo languebat dolore super illius absentia. De jam dicto Alexandro duce nobilissimo et viro eximio, et super ejus conversione, uxorisque illius alias suo loco post regum seriem tractabimus. Habuit vero rex idem trecentas secum virgines et fere triginta.

CAP. XI. S. Clodoveus. *similiter conversus opera filiæ.*

63 Rex similiter Clodoveus, totus de partibus illis religiosus, bonæque vitæ existens, cum uxore Blandina bene religiosa valdeque honesta regina, exemplo

AUCTORE F. HERMANNO STEINFELDENSI.

exemplo filiæ suæ Eugeniæ pii Alexandri ducis supradicti uxoris, ipsiusque ducis generi sui exhortatione attracti, regnum Hermolao filio suo relinquentes, viro forti et strenuo, se sacris virginibus Christi associarunt, cum eis proficiscentes. Quatuor itaque filios habebant, et quinque filias, quarum duæ virgines fuerunt, et tres nobiliter nuptæ. Rex sane et regina easdem virgines filias secum duxerunt, Walburgem sanctissimam, et Sabinam Deo et hominibus acceptas. Porro filius eorum rex duas cum illis direxit filias, Sapientiam et Illustrem, honestas valde et decoras : quæ ambæ duobus erant ducibus desponsatæ. Tres sane reliqui, tres miserunt filias, Evodiam, Deponentiam, Salutariam. Prima namque filiarum, duas direxit filias, Evodiam et Clementiam : altera, solam Mariam : tertia duas, Eunomiam et Eracleam. Quarum quædam nobilibus erant viris desponsatæ. Sponsus siquidem S. Clementiæ nobilissimi cujusdam principis filius Eutropius nomine, sponsæ suæ tractus amore, aliorumque juvenum exemplo persuasus, relicto principatu, dignitatisque honore, conventui se virginum sacrarum jungens, cum illis
B proficiscitur.

proficiscitur cum 203 virginibus.

64 Ipse denique rex tres habuit fratres, et duas sorores. Quorum primus dux inclytus, duas misit filias, Europam et Alexandriam. Secundus tres filias direxit, Euchoniam, Silvanam et Historiam. Tertius duas, Ichoniam et Probam. Porro sororum prima, duas misit filias, Plenariam et Euchoniam. Secunda tres, Præclaram, Fulgenam et Eustajam. Quarum Præclara virgo, juxta nomen suum, clarueràt nomine ac bona opinione. Fuit quippe in omni morum virtute composita, facieque decora. Hæc siquidem sponsum habuit probissimum, prudentem et honestum, Isichium nomine, regis cujusdam filium, qui sponsæ ejusdem attractus amore et exemplo, per eam secutus est Christum : atque avunculo sponsæ suæ Clodoveo regi pio illustrique reginæ adhærens, cum eis peregre profectus est, corpus et animam pro rege cælesti traditurus. Hic idem juvenis regius, virginem honestissimam sororem secum duxit, nomine Blandulam. Denique et ista a quodam gloriosissimo juvene filio regis cujusdam desponsata est, dotalitiisque nobilibus subarrhata. Porro et aliæ complures de genere et prosapia illius virginis nobilissimæ, cum eo comitantur. In ejusdem autem regis piissimi, uxorisque
C ipsius reginæ bonæ comitatu, virgines fuerunt ducentæ et quinque.

CAP. XII. S. Canutus *cum uxore*

65 Rex etiam quidam nobilis et virtute insignis Canutus nomine, una cum uxore Balbina illustri et optima regina, filiorum atque filiarum exemplo attracti, persuasione etiam illorum admoniti, cum sacris virginibus iter arripiunt, dantes prius uni filiorum Carolo regnum. Habebat sane duas filias virgines, Fidem et Floram, omni animi probitate conspicuas, prudentes et honestas valde, secum proficiscentes. Quarum B. Fides nobilissimo cuidam juveni desponsata fuit. Porro sex filias habebant, et quinque filios, quorum duo cum eis pergunt. Urbanus dux illustrissimus et religiosus una cum uxore Cafinea, quæ filia regis erat cujusdam, honestissima matrona. Frater illius juvenis quidam valde probus et commendabilis, nomine Philippus, cum parentum affectu, tum sponsæ suæ Beatricis nobilissimæ virginis illectus amore, associatur eis, cum illis pergens : erat etiam hæc eadem virgo filia ducis strenuissimi viri, juvencula felix, et secundum nomen suum, beataque Beatrix est appellata.

66 Duxerunt sane rex et regina quatuor secum filias, virgines duas, Fidem et Floram, atque matronas duas, Sperantem et Florentiam. Quarum Florentia duas secum duxit filias, Pretiosam et Caritatem. Altera solam B. Caritatem. Habebant quippe matronæ istæ maritos principes nobilissimos, et valde honoratos. Filiæ siquidem virgines jam dictæ nobilissimis et illustrissimis erant viris desponsatæ, comitum et ducum filiis. Porro rex Carolus illorum filius nullam cum eis filiam direxit; sed uxor ipsius regina duas cum eis misit sorores, Euphrosynam et Euticiam. Duo vero filii eorum residui quatuor miserunt filias, Justinam, Cordulam, Luciam et Cyprianam. Filiarum una ex his duabus, quæ remanserunt, tres direxit filias, Sperantem, Florentem et Floram : altera duas, Eugeniam et Felicissimam. Consobrinas etiam secum duxerunt virgines tredecim præclarissimas, aliasque quamplures de parentela sua juvenculas, quarum multæ illustribus sponsis nobiliter fuerunt desponsatæ. In comitatu namque suo duxerunt virgines centum septuaginta tres, et quatuor matronas, quarum S. Sperans et Florentia filiæ regis erant Canuti, et duæ cognatæ illius, Eugenia et Felicissima, nobiles matronæ. Harum quævis duas secum habuit filias, Praxedemam, Genovefam, Alexandriam et Polemiam. Sequebatur quoque illos adolescens regius Alexander cognatus illorum filius sororis regis cujusdam cum sororibus tribus, Eugenia, Felicitate, Perpetua. Secutus est eos præterea juvenis quidam Anacho nomine, illorum consanguineus nobilis, cum sponsa sua, quæ Hildegundis dicebatur. Fuit siquidem hæc virgo de stirpe regia, dulcis moribus, honesta valde et decora, ac prudens. Præterea et præclarissimæ fuerunt inter eas virgines B. Berta filia amitæ illorum, et B. Pinnosa filia avunculi eorum, et S. Generosa, Felicitas et Perpetua, prudentissimæ virgines, et multa virtutum gratia valentes, quæ sponsos suos secum duxerunt nobiles valde et præclaros, atque potentes.

D *et aliis multis de domo sua agmini Ursulano se comitem dat.*

CAP. XIII. S. Pipinus *cum uxore, filio* S. Adulpho

67 Rex etiam quidam Pipinus nomine, de orientali terræ illius plaga erat, uxorque illius illustris Margarita dicebatur. Illustres ambo exstiterunt genere, atque morum nobilitate fulgentes, ingenti etiam Dei amore ferventes, desiderabant et ipsi peregrinari pro Christo, sacrarum virginum associari conventui. Erat autem ipse rex virginis Ursulæ cognatus, atque B. Jothæ atque sororum illius. Habebat nempe quatuor filios, et tres filias, quo- F rum Adulphus nomine rex est electus, atque in regno confirmatus una cum uxore Dionysia illustri regina, quæ religiosis pollebat moribus. Rex siquidem junior Adulphus incredibili Christi ardens dilectione religiosus fuit, et Deo devotus, humilis, pius, mansuetus, misericors, veritatis amator et justitiæ, pauperum atque humilium defensor exstitit, sui fere et totius dignitatis ac regni contemtor. In cibo parcus ac potu, moderatus in vestitu, atque in omni animi virtute conspicuus. Porro duo fratrum illius erant uxorati, sed tertius adolescens Sidonius nomine, honestus valde fuit et virtuosus, morumque probitate multa vigens. Qui alterius regis filiam desponsarat, optimam, rara etiam virtute fulgentem, nomine Præclaram. Rex itaque Adulphus junior duos habuit filios et tres filias, quarum duæ sponsos habebant generosos, fratres germanos, unius regis filios. Rex itaque senior Pipinus a patre simul et a matre invitatus est, reginæ virginis Ursulæ parentibus filias illorum cum virginum agmine sibi dirigere. Qui volentes ipsorum petitioni parere et voluntati, eligunt virgines de regni sui ditione et potestate nobiles atque elegantes Ursulæ virgini mittentes. Accepit autem idem

E

A idem rex Sidonium adolescentem filium suum cum sponsa Præclara virgine præclarissima et amabili cunctis, atque filiam suam virginem Sinceram nomine, commendabilem valde et sagacem : nam virgo erat vivacissimi sensus et ingenii, puræque religionis amatrix, et has cum multis aliis direxit. Porro et sponsum ejusdem filiæ suæ cum ea direxit Eipredium nomine, filium ducis cujusdam, bonis ornatum moribus, et valde probum.

cum multis consanguineis et affinibus et cum comitatu 260 *virginibus iter instituit.*

68 Denique rex Adulphus filius regis tres filias, quas habuit, cum eis misit, Encleticam, Sinceram et Nobilianam. Duo sane fratres residui tres filias direxerunt Pinnosam, Hermolaam et Geminianam, virgines probissimas et valde honestas, quæ illustrissimis fuere viris nobiliter desponsatæ. Duæ siquidem filiæ regis ipsius illustres matronæ Eunomia et Juditta cum illis pergentes tres secum filias duxerunt Hermolaam et Nicolittam sorores, atque Præclaram virginem castissimam et religiosissimam, quæ semper patri restitit duci nobili Euticio atque matri Judittæ, ne marito copularetur. Habebat itaque idem rex quinque fratres et tres sorores. Fratres itaque isti quatuordecim miserunt filias, et tres sorores illius septem direxe-
B runt filias. Porro fratrum suorum quidam duces et comites exstiterunt ac principes magnifici. Fuerunt vero inter easdem virgines quædam majoris nominis et excellentiori genere, et præclaris viris desponsatæ. Ultima siquidem harum Magna dicebatur, quæ magnæ probitatis fuit virgo et honestatis : filia sororis ipsius regis, et hæc sponsum habebat illustrissimum filium regis cujusdam probatissimum. Denique et ipsa illustris Margarita regina duos habuit fratres et septem sorores. Fratres autem ambo septem direxerunt filias : et quatuor sorores novem miserunt filias. Reliquæ vero sorores tres virgines fuerunt, Philadelphia, Philomena et Pallodora : erant etiam istarum quamplures nobiliter illustribus viris desponsatæ. Fuerunt siquidem in illarum comitatu ducentæ sexaginta virgines electæ, exceptis matronis quibusdam ducentibus illas. Cumque postmodum fama felix earumdem virginum undecim millium dulci odore dilataretur, venit ipse pius rex Pipinus cum Adulpho filio rege piissimo, filias suas ac virgines atque B. Ursulam invisere cognatam suam. Qui cum pro certo cognovissent, quod expeditio hæc a Deo fieret, compuncti et ipsi, unum de filiis regem pro se et pro
C filio rege Adulpho rex constituit, atque ingenti apparatu revertentes cum uxoribus et multis adhuc virginibus sanctissimæ sacrarum virginum juncti societati, pro Christo omnium rege mortem subire desiderantes, peregre cum illis profecti sunt.

CAP. XIV. S. Avitus *mittit filias* SS. Columbam *et* Cordulam *et sexaginta de stirpe sua;*

69 Rex præterea quidam Avitus nomine, vir fortis et potens, pius et mitis, duas in eodem virginum beatarum conventu filias habebat, S. Columbam et B. Cordulam. Quarum Columba ex his undecim una fuit principalibus, quæ magisterium super universas gerebant virgines, singulæ mille virginibus principantes. Denique sic idem rex vir bonus existens, justitiæ tenax, ac pietatis exsecutor, quinque filios habuit et tres filias. Duæ autem jam dictæ virgines ipsius filiæ cum nobili comitatu virginum patrem præcesserunt ad S. Ursulam proficiscentes. Tertia siquidem filiarum illius major natu, regi quidam nupta, bonæ opinionis exstitit, omnibusque accepta, quæ Agatha dicebatur. Et hæc filias duas cum præfatis direxit sororibus, Agatham illustrissimam virginem, ac sororem ejus Agnetem, piam virginem, mittens cum eisdem filiabus sexaginta virgines, quarum plures de regali exstiterunt prosapia. Beata siquidem Columba,

et soror ipsius Cordula, atque neptes illarum jam dictæ, Agatha et Agnes, nobilissimis fuerunt viris desponsatæ, qui multo dolore sauciati, super illarum absentia languebant. Porro duo filiorum regis Aviti fuerunt uxorati, quorum unus filiam regis duxerat cujusdam, et alter ducis filiam illustrissimi. Tres autem reliqui sine uxoribus erant adolescentes. Porro prior filiorum duas misit filias, Eudoxiam et Philomenam. Alter similiter duas, Ursulam et Luciam.

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

70 Denique ipse rex tres habuit probatissimos fratres et strenuos comites et duces, atque duas sorores nobiliter nuptas. Fratres sane illius septem filias miserunt virgines, quarum quædam nobilissimis exstiterunt principibus desponsatæ. Posterior namque sororum tres direxit filias, Juvenalem, Vlatimalem et Viventiam. Altera duas, Melchydem et Euphrosynam. Ipsa siquidem regina conjunx Aviti regis, mulier pietate plena et misericordia, jam biennio ante defuncta est, multæ virtutis et caritatis matrona humilis existens, atque pauperum amatrix. Hæc nempe fratres duos habuit et septem sorores. Qui universi quatuordecim filias direxerunt virgines nobilissimas, quarum tres majores erant nominis, ac virtute præclariores ceteris, sponsos habentes illustrissimos et decoros. E
Harum una fuit Eulalia, altera Tiburtia, tertia Macharia dicebatur; sponsi namque duarum virginum istarum, Eulaliæ et Tiburtiæ, duorum erant filii regum, quorum prior Nicolaus, et alter Nicanor vocabatur, qui ambo cum illis peregrinantes proficiscuntur. Porro S. Chelindris virgo præclarissima, comitis cujusdam filia cum sorore Virgilia in hujus virginis Columbæ fuerunt expeditione. Erat enim et illa cognata virginis Columbæ, ducens secum quadraginta virgines : nam et ipsa sapiens valde, casta, et multa probitate animi fuit vigens, atque una de principalibus undecim existens. Denique et ipsa ducem habebat sponsum nobilem et probatum omni virtute juvenem.

ejusdem fratres et leviri alias mittunt cum S. Chelindra

71 In harum siquidem comitatu trecentæ fuerunt virgines præclaræ, nobiles et decoræ ad S. Ursulam tendentes. Conjunctæ sunt virgines istæ expeditioni B. Wilhelmi episcopi simul pergentes. Rex quippe Avitus instante peregrinationis sanctarum virginum tempore, suorum filiorum uni cælestis regni desiderio regnum terrenum relinquens associatur virginum choris, et cum illis proficiscitur. Hic idem sane rex avunculus beatæ fuit Odiliæ virgi- F
nis, quæ similiter exstitit una undecim principalium virginum, et hæc duas habens secum sorores, Juliam et Ursitiam, quæ filia fuit potentissimi comitis et boni viri. Sane rex iste multis bonorum morum virtutibus pollens, animique vigens multa probitate, Dominam nostram intimo dilexit affectu, atque circa ejus obsequium tota mentis intentione fervebat. Ecclesiam quippe nobilem in ipsius honorem construxit, multis ditatam honoribus et prædiis : unde ipsa piissima cælorum regina misericordiæ mater perennis, beneficiorum nequaquam immemor sibi ab eo collatorum, materiam Fratri et seriem ista scribenti dedit universa, quæ hic continentur, in corde, et in ore ponens illius. Affinis erat rex iste regi patri Ursulæ virginis, proxima illi consanguinitate junctus.

et comitatu 300 *virginum, quas inter* S. Odilia.

CAP. XV. S. Siranus *mittit filios duos aliosque de domo sua*

72 Rex præterea Siranus nomine, dives et inclytus, multaque animi virtute pollens, quinque filios habuit, et totidem filias. Quarum quatuor cum ingenti apparatu, pompaque multa et nobili comitatu ad S. Ursulam diriguntur. Duæ siquidem illarum virgines erant, S. Sibilia et Eugenia: reliquæ duæ matronæ, B. Juliana comitissa et S. Lu-

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

cia ducissa. Beata vero Juliana comitissa una secum duxit virginem filiam Luciam, et altera ducissa duas, Euphrosynam et Eudoniam. Porro et mater istarum regina Sibilia dicebatur, et erat cognata matris virginis Ursulæ. Filia sane ipsius S. Sibilia una exstitit ex his undecim virginibus, quæ super ceteras erant principales, quæ et ipsa mille præfuit virginibus. Quinta namque filia regis puella fuit absque marito. Filiorum itaque reginæ quatuor erant uxorati, et isti omnes cum illis quinque filias direxerunt virgines, Elpidem, Gelasiam, Fulchiram, Gelasiam et Euphroniam. Ipse autem rex solum habebat fratrem et quatuor sorores, qui universi novem miserunt filias virgines decoras et elegantes : quarum S. Euphronia et Virgulta, atque Carpophora, et Julitta, multa morum honestate vigentes, sponsos habuerunt nobiles. Sponsus sane B. Virgultæ illustrissimus juvenis filius exstitit regis Arthuri strenuissimi et præpotentis atque ditissimi, frater nobilissimæ virginis Nataliæ. Hic idem vero juvenis et prædictæ virginis sponsus Arthurus dicebatur, qui amore tractus sponsæ ipsam sequitur, virginum choris adjunctus sacrarum. Qui sponsus, si in terra remansisset nativa,
B sine dubio rex erat futurus. Multis revera hic idem juvenis, ac soror ipsius B. Natalia, fuerunt exemplo : nam multa pollebant animi virtute, prudentia, discretione, honestate, elegantia et pulchritudine refulgentes.

cum comitatu 180 virginum et septem matronarum.

75 Quid plura? Centum et octoginta virgines in istarum fuerunt societate, ac septem matronæ illustres illarum custodes. Quarum tres cum ad beatam pervenissent Ursulam, relictis ibi virginibus denuo revertebantur. Natalia siquidem virgo præfata in istarum non erat collegio. Quatuor denique matronarum, quæ apud B. Ursulam remanserunt, beata erat Juliana, et soror ejus Lucia, filiæ regis Sirani, atque S. Lupina, nobilissimi cujusdam principis filia, et uxor præclari viri, multumque divitis et egregii hominis : quæ tres secum duxit filias virgines, Eugentiam, Elegantiam et Præpotentiam. Quarta namque matrona fuit cognata virginis Sibiliæ, mulier bona, misericors et devota, Christi pauperibus et egenis multa bona faciens. Et hæc dicta est Serena, uxorque fuit nobilissimi comitis. Denique et ista duas secum duxit filias, Eugeniam et Geminianam. Regina quippe Sibilia, mater virginis Sibiliæ, tres habebat fratres et duas
C sorores, quæ omnes septem cum eis direxerunt filias, pulchras et elegantes, ac decoras. Ex his quinque sponsos habebant illustres, divitiis opibusque ditatos. Sed cum postmodum ipse rex Siranus Dei admonitus spiritu, filio resignato regno, cum uxore Sibilia regina ad sanctas proficiscens virgines pergeret, duo jam dictarum virginum sponsi, beatarum videlicet Serenæ et Euticiæ, illustrissimi juvenes Falconius et Nitidius, cum eis pergentes pro Christo animas dant et corpora.

CAPUT III.

Ducum profectio et genealogia.

CAP. XVI. S. Alexander *dux cum uxore, quinque filiabus et* 158 *virginibus proficiscitur.*

Alexander frater reginæ illustris Justitiæ, dux erat nobilis et inclytus, potens et strenuus, consilio prudens, honestate et probitate animi præstans, omni populo acceptus. Avunculus siquidem erat beatæ virginis Jothæ prudentissimæ, regis Lucii filiæ; quæ prima fuit undecim principalium virginum : nam mille præfuit virginibus. Porro uxor ejusdem D
ducis Eugenia mulier erat christianissima, omniumque virtutum gratia et honestate virum imitabatur. Tres namque filios habuerunt et septem filias, quas summa nutrierunt diligentia, omni castitate et modestia. Filiarum sane duæ in claustro virginum erant et sanctimonialium. Quarum una exstitit abbatissa, femina valde religiosa et virgo magnifica. Altera similiter sanctæ fuit conversationis, cunctis sororibus exemplo existens religionis et speculo. Sorores autem quinque reliquæ patrem et matrem in honestate virtutum et castitate fuerunt imitantes, quarum ista sunt vocabula, Angelina, Mathildis, Symphoriana, Veronia, Hedewigis. Sane illarum duæ fuerunt adultæ, et tres in puellari statu et ætate degentes. Pater vero earum dux illustris Alexander et mater Eugenia nobilissimi regis Clodovei filia virique prudentissimi, Jotham virginem atque sororem suam, neptes honestissimas cum filiabus quinque sequentes, adjunxerunt se virginum sacrarum collegio, cum illis proficiscentes. Præterea et duorum filiorum secum tres duxerunt filias, quorum unus duas misit filias, Ivorittam et Phileriam, alter unam Martinam : multo revera dolore adjacentes ille regiones et E
subditos suo vulneravit discessu. Erat enim princeps magnificus et valde honestus, plebis sibi subditæ defensor, non sinens milites et prædones violentiam inferre villanis. Habebat siquidem in suo comitatu ad virginem Ursulam proficiscentes centum quinquaginta octo virgines electas.

CAP. XVII. S. Leo *dux cum sororibus et neptibus*

75 Leo, dux inclytus et regis Ancharamni potentissimi filius, cujus mater illustris regina Martha dicebatur, tres sorores in hac virginum sacrarum societate habebat inclytas et illustres, quarum duæ virgines Eutonia et Euphrasia dictæ sunt. Porro prior illarum acutioris erat ingenii, et virgo multæ probitatis, multaque animi probitate et virtute vigens. Sponsum habebat illustrissimum juvenem, optimis etiam moribus pollentem et probum, filium regis cujusdam, nomine Pipinum; cumque ipsius sponsa ad S. Ursulam mitteretur, valde ei obstitit, ne dirigeretur. Denique et ipse idem regius juvenis duas sorores habuit honestissimas, elegantes et decoras in istarum collegio, Anchiranam et Venustam; quæ nobilissimis desponsatæ fuerunt juvenibus. Itaque filia regis Ancharamni soror ducis Leonis, Euticia dicta, F
comitem habebat maritum illustrissimum, virumque bonum et honestum : qui duas virgines filias secum ducens, Eudoniam et Amphyteam, cum eis proficiscitur : quarum prior comiti cuidam erat desponsata, virgo illustrissima, siquidem ipse Leo dux, inclytus regis filius, S. Alexandri ducis piissimi fuit consobrinus : ætate quidem juvenis erat, sed probitate mentis ingenti pollebat : juvenis exstitit atque bellicosus, negotiis intentus bellicis, qui regis cujusdam filiam nomine Honestam, magna virtutum gratia pollentem, duxerat uxorem : juvencula quidem erat ætate, sed religiosis et honestissimis moribus pollebat, pia existens, casta et misericors : ipsius enim studio et industria Leo maritus ejus est conversus. Quæ tres sorores in sanctarum virginum collegio habuit virgines, Papiam, Mariam et Resideam : quarum Papia multum erat animo composita, prudens eloquio, et magna morum gratia pollens. Habebat namque sponsum probissimum regis cujusdam filium, Leonis ducis consobrinum. Quem tandem hæc eamdem sponsa ipsius, atque ducis Leonis conjunx Honesta convertentes, quatenus et ipse cum virginibus proficisceretur.

Porro

cum uxore Honesta

A 76 Porro illustris dux Leo virginis Ursulæ et B. Jothæ exstitit cognatus, multasque propterea in illo virginum cœtu sacro habuit cognatas et propinquas. Unde uxor illius Honesta ab iisdem virginibus est invitata. Regio apparatu et nobili militum comitatu et virginum venit illas invisere: amitam etiam suam ibi invenit patris sui sororem Euchariam nomine, matronam valde honestam, et illustrem comitissam, cum duabus filiabus Eucharia et Blanditia. Verum cum per octo dies moraretur in lætitia magna gaudens et exsultatione, atque in tam stupenda virginum sacrarum et admiranda societate jucundaretur : nimirum et ipsa S. Spiritus ardore succensa illarum comes effici desiderat et socia : quæ cum moram faceret, Leo dux ipsius maritus cum amore conjugis tractus, tum etiam novitate opinionis bonæ earumdem virginum, quæ itaque dulcis et felix spargebatur, captus, insequitur illam. Quo cum pervenisset, summaque lætitia omnes reperisset gaudentes, peregrinationem quoque pro Christo illas cerneret tanto affectu desiderantes, insistente conjuge, sororibus, cognatis, amicis, flectitur animo : dans fidem cum illis proficiscendi, revertitur cum Honesta B uxore ad iter dispositum se præparaturus. Sed cum jam tempus instaret profectionis universarum, congregata multarum virginum acie nobilissimarum, dux illarum factus, sanctarum conjungitur agminibus, una cum Honesta uxore honestissima et multum commendabili : quæ licet legitime coronata non foret, tamen diebus jucunditatis suæ, utpote filia regis, et uxor regii mariti, coronam gestabat in capite. Hæc omnia velut stercora pro Christo, universorum rege, reputans dereliquit.

et 335 virginibus sequitur S. Ursulam.

77 Habebat sane idem dux Leo in suo comitatu virgines trecentas triginta quinque, atque matronas quinque, quæ illarum fuere ductrices et custodes : quarum duabus revertentibus, tres remanserunt, Euticia filia regis comitissa illustris, et S. Gertrudis cujusdam principis uxor, atque B. Gyafridis cum duabus filiabus Geminiana et Beatrice virginibus : habebant vero et ipse dux Leo, uxorque ipsius S. Honesta secum consobrinas et neptes honestissimas, inter quas sancta fuit Anacleta, virgo illustrissima, amabilis multum, morumque suavitate et virtutum gratia valde commendabilis. Ista filia fuit amitæ Leonis ducis, cujus mater erat illu- C stris ducissa et ditissima : tres enim sorores secum habuit virgines, quarum una fere adulta prudentis erat animi, nomine Sophia : reliquæ duæ Sapientia et Chelindris dicebantur. Ipsa siquidem Anacleta prudentissimo juveni filio principis cujusdam fuit desponsata, qui multum illius obstitit viæ, ne mitteretur : dilexit etiam Dominum toto corde et animo, matremque ipsius Dominam nostram intimo dilexit affectu. Beatum etiam Joannem Evangelistam sincera mente dilexit. Porro et soror ejus Sophia similiter sponsum habuit illustrem, comitis unius filium. Erant præterea in hac eadem societate virginum quamplures præclarissimæ, sponsos habentes nobilissimos et valde præclaros.

CAP. XVIII. S. Sincerus *cum filia et aliis consanguineis et affinibus,*

78 Dux etiam quidam Sincerus, Iwani regis fortissimi et potentissimi filius, cujus mater regina Gyslah dicta est, cum uxore Sibilia, in earumdem virginum fuit comitatu sacrarum. Habebat etiam solam secum filiam, nomine Thasim, puellam decennem. Fratres quoque habebat quinque et tres sorores, quarum duæ virgines Anna beatissima et Amata, devotæ, prudentes, castæ, omnique suavitate morum erant ornatæ : quæ contra suam voluntatem sponsis exstiterunt nobilissimis desponsatæ : quorum unus virginis Annæ sponsus erat regis cujusdam filius, et alter Amatæ sponsus filius fratris cujusdam regis fuit ducis cujusdam. Denique juvenes hi duo earumdem virginum sponsi duarum, quatuor sorores in hac eadem societate habebant Donatam et Pretiosam (quæ filiæ regis fuerunt) atque Eleutheriam ac Vedastem sorores, quæ filiæ ducis exstiterunt fratris ipsius regis, et istæ similiter illustribus sponsis erant desponsatæ.

cum neptibus et Richaro, instigante

79 Tres siquidem fratrum ducis Sinceri filiorum regis Iwani erant uxorati, et duo absque sororibus adolescentes illorum trium fratrum. Primus tres misit filias virgines, Aldegundem, Mobiliam et Præclaram : alter duas, Mobiliam et Devotam : tertius solam Odiliam. Porro soror fratrum istorum tertia filia regis Iwani Methildis vocabatur, et erat regina optimi regis Oswaldi uxor et ditissimi : matrona in omnibus honesta, bonæque coversationis et vitæ optimæ, Dei atque pauperum amatrix existens, ipse siquidem rex maritus ipsius piissimus in omni virtute et bonitate conjugi reginæ comparabatur. Erat sane humilis, religiosus, mitis, misericors, et totius honestatis amator : tres namque filias virgines direxerunt ad Ursulam virginem, Eunomiam, E Præclaram et Eudoniam. Habebant præterea tres filios nobiliter uxoratos, quorum medius Richarus filiam habuit conjugem ducis unius nomine Melchiam, qui ambo religiosissimæ conversationis fuerunt. Nam patri Oswaldo religionis honestate comparari potuerunt. Tandem divinitus inspirati, relictis dignitatibus, divitiis et honoribus, cum sola filia Placida abeuntes, virginum se sacris choris associarunt.

uxore Sibilia. est profectus cum 230 virginibus.

80 Dux autem Sincerus regis filius per Sibiliam uxorem conversus est : uxor itaque ipsius Sibilia mulier fuit prudentissimi ingenii, atque sagax valde, quæ cognatam in cœtu virginum habebat nomine Præclaram, virtutis magnæ virginem; et hæc filia regis erat Elpronii, Sibiliæ avunculi, multoque sese invicem fuerunt amore diligentes : hæc vero ab illa invitata, simul et a patre virginis Ursulæ evocata venit cum duce marito invisere Ursulam beatam ipsius cognatam, atque jam dictam virginem Præclaram, aliasque quamplures in illarum collegio consanguineas et virgines, et matronas. Quo dum paucis diebus moram facerent, cum divini amoris instinctu, tum virginum sacrarum admonitione et exemplo persuasi, cum et nobilis- F simorum juvenum exhortationibus admoniti, consenserunt ire cum illis, atque universas mundi divitias, omnesque seculi delicias spernentes peregre profecti sunt : pro amore Christi se et sua relinquentes. Fuit sane uterque illorum tam dux Sincerus, quam uxor Sibilia virginis Ursulæ cognatus. Porro hic idem dux cum duabus suis sororibus Anna et Amata præclaris virginibus venit, atque cum nobilissimo virginum conventu supradictarum et aliarum multarum remansit, illis adhærens; secum plus namque quam ducentæ quinquaginta virgines venerunt in suo adductæ comitatu : quarum plus quam quinquaginta de regali exstiterunt oriundæ prosapia, virgines honestæ, elegantes et decoræ, multaque pompa adornatæ fuerunt refulgentes.

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

CAPUT IV.

Genealogia feminarum de comitatu S. Ursulæ.

CAP. XIX. *Matris* S. Ursulæ *fratres, sorores*

Regina nobilis et inclyta mater Ursulæ virginis octo fratres habebat, et sex sorores : quorum Maurisus episcopus atque comes Nicolaus, et Gerasina Siciliensis regina ex parte patris, de matre altera illius erant fratres. Pater itaque ejusdem reginæ Gelasius nomine, prima ipsius uxore mortua, quæ filia erat regis de Sicilia, utpote princeps fortis, magnus et inclytus filiam duxit strenuissimi regis Alexandri viri probissimi et valde honesti nomine Sibiliam; de qua sex genuit filios, et sex filias. Gelasium et Alexandrum, et Magnum, Eugeniam quæ Alexandria vocabatur, Marcellam, Eulaliam, Euticiam, Gerasinam, et Victorinam. Porro Gelasius fratrum horum unus erat; princeps præclarus erat et robustus : cujus uxor de stirpe fuit regali oriunda, magni comitis Hilderici filia, quæ dicta
B est Hildelina. Hic idem Gelasius junior ex ea tres genuit filios et sex filias. Denique tres ipsius filii quinque filias virgines ad Ursulæ nuptias direxerunt, decoras valde et honestas. Quarum tres optimis exstiterunt desponsatæ juvenibus et nobilibus. Margarita, quæ speciosissima fuit, multumque decora et amabilis, Mobilia honestissimæ conversationis et vitæ erat laudabilis. Meandra virgo sapiens fuit, optimis pollens moribus, reliquæ duæ erant puellæ, prædictarum siquidem sex filiarum. Horum fratrum sororum duæ virgines erant, et quatuor matronæ honestissimis copulatæ maritis. Itaque duæ jam dictæ ad Ursulam mittebantur garrulæ, procaces et linguosæ, quæ multum sæpe sua superfluitate verborum socias gravabant turbantes. O quam indecens est signum in juvenculis et juvenculabus, in adolescentibus et virginibus domicellis præsumptio mentis et obduratio cordis! Per linguæ procacitatem et animi proterviam, animæ virginitas perditur et integritas mentis. Unde si facultas daretur, occasio atque opportunitas, facillime castitas corporis, integritas et virginitas carnis violata perderetur. Bonum signum, ait Seneca, est
C in adolescente verecundia.

aliæque consanguineæ et affines.

82 Ceterum sorores earumdem virginum duarum non laudabilium honestæ quæcumque matronæ novem filias miserunt virgines : quarum quædam puellæ fuerunt necdum nubiles. Quinque autem ex his erant adultæ, præclarissimis viris desponsatæ. Harum prima Margarita sagacissimæ fuit mentis, et ingeniose prudens, quæ valde decora; alia Prudentia, omnibus erat amabilis et accepta, præ multa animi sui virtute et suavitate; modesta fuit in verbis, moderata in moribus, composita in gestibus. Tertia Amantia, et ipsa nihilominus viguit multa morum honestate et gratia. Quarta Melandria, speciosa fuit ac mente composita, ac sagacis animi. Quinta super omnes erat prudens atque devota, multumque orans et psalmos jugiter habebat in ore, Dominumque frequenti meditatione gestabat in corde : ista in habitu, verbis et gestibus, religionis exemplum atque honestatis cunctis præbebat. Prudentia siquidem dicebatur ista, et Iwana : Istæ quinque virgines a B. Ursula exstiterunt multum dilectæ. Alexander fratrum reginæ secundus fortis erat robore, potens, inclytus et dives. Hic filiam regis cujusdam duxerat uxorem Benignam nomine, optimam matronam, animo pacatam, semper ad pacem maritum ac ceteros, quos potuit, D
instigantem. Porro et illi tres filios genuerunt et septem filias, quarum quatuor virgines Ursulæ mittebantur. Verena virgo honestissima et multæ intelligentiæ ac prudentiæ fuit, magnumque locum inter principaliores ac prudentiores habuit, propter multam animi sui probitatem. Secunda sororum Verenia, et tertia Jeronia, quarta Illustris. Quatuor sane virgines istæ optimam matrem imitantes, animo fuere constantes, in omni honestate et probitate virginali vigentes, universis gratæ exstiterunt et acceptæ. Omnes denique viris erant desponsatæ nobilibus : sorores namque tres maritis copulatæ illustribus, septem cum illis filias miserunt, quarum tres puellæ fuerunt, et quatuor nubiles. Porro tres filii præfati principis Alexandri quatuor filias direxerunt virgines, et unam matronam prudentem valde et honorabilem nomine Metildem.

CAP. XX. *Materteræ* S. Ursulæ *seu sorores matris ejus,*

83 Tertius nempe fratrum reginæ matris Ursulæ Magnus dicebatur, et paucas misit virgines : quia nequaquam multa probitate vigebat, ignavus siquidem erat corde, satisque stolidus mente, a ceteris fratribus et cognatis degenerans exorbitavit, potationibus et ventri deditus erat, cujus vestigia uxor fœda sequebatur, mulier proterva et linguosa. Potest aliquis lectorum mirari, quare quorumdam per nos vitia detegantur, cum in serie virginum sanctarum virtutes illarum et probitates debeant propalari, quod et fecimus, et adhuc facturi sumus : non enim a nobismetipsis loquimur; sed hæc quæ spiritu Dei cælitus nobis suggeruntur, ea pandendo scribimus, et notando. Nunc prædictarum sex sororum seriem tangemus : quarum prima fuit B. Eugenia, quæ cognominata est Alexandria, propter multam morum bonorum probitatem, animique virtutem, quæ regem Alexandrum avum suum magnæ virtutis virum et probitatis imitabatur. Qualis ista fuerit, satis ostendimus, cum seriem ipsius atque filiorum ejus B. Columbani episcopi sapientis viri, fratrisque illius Evodii ducis inclyti virtutem, et S. Marcellæ piissimæ sororis ipsorum comitissæ describeremus. Porro et S. Eulalia soror ejusdem Alexandriæ ducissæ, matrona nobilis animo et virtute, cum duabus filiabus Hodierna et Odilia virginibus honestissimis, ac tertia Sibilia viginti annorum matrona et regina sorori adhærens Christum sequitur regem verum. Hæc eadem siquidem Sibilia regina fuit, magnæ virtutis et opinionis matrona.
F

quam B. Hermannus Marcellam, *S. Elisabetha* Dariam *vocat, plures quoque mittunt filias.*

84 Denique Marcella sororum una, mater Ursulæ reginæ, nequaquam infructuosa exstitit, filiam enim misit Ursulam, quæ caput, princeps et ductrix totius virginum sanctarum fuit exercitus. Hanc siquidem reginam domina Elisabeth alio vocat nomine : binomia sane erat, eadem Marcella regina. Euticia quarta mulier fuit religiosissima, Dominum timebat, et hominem propter Deum reverebatur. Sapiens siquidem erat, valde modesta, clemens et honesta, maritum etiam habebat virum nobilem, sed edacem et vini multi potatorem, quem tamen illa frequenti admonitione et pia ex parte magna emendatum correxit; qui filios habebant duos, et novem filias, quinque autem ex his virgines erant, et quatuor matronæ viros habentes honestos : filiæ namque virgines mittebantur, quarum quædam honestate multa præditæ matrem imitabantur. Præterea et quatuor sorores illarum quinque direxerunt filias virgines : unus sane fratrum uxoratus, duas misit filias virgines. Quinta siquidem sororum reginæ Gerasinæ nobiliter nupta filio regis cujusdam nobiliter se gerens honestate præcipua vivebat. Ista quinque filios habuit totidemque

A demque filias, qui universi novem filias miserunt virgines. Sexta vero sororum Victorina mulier erat præclaræ conversationis et honestæ, et multum orans, atque in lectione assidua. Hæc maritum habebat illustrem, comitis Sigebaldi filium, juvenem strenuum, fortem et probum, qui tres habentes filias, solam direxerunt virginem infra annos puellam nomine Placidam.

CAP. XXI. S. Oliva *cum* S. Fideana,

85 B. Oliva virgo dulcissima, et regina illustrissima, nobilissima regis Antipatri filia, qui patruus erat virginis Ursulæ patris, regi Oliverio, nobili multum et juveni, fuit desponsata, uti jam supra in serie regum habetur descriptum. Hæc ad virginem Ursulam cognatam suam cum nobilissimo virginum comitatu venit invitata. Venit præterea cum ea Fideana ducis cujusdam Herdingi nobilissimi filia, cujus illustrissima mater matrona nomine Fida regis unius erat filia. Porro eadem virgo Fideana ingenua exstitit generis nobilitate, ingenua quoque multum erat mentis et animi generositate, atque universis, qui eam noverant, bonæque opinionis ejus famam audierant, commendabilis valde et accepta. Cognata siquidem ejusdem Olivæ fuit reginæ, et proprio nomine Fideana dicebatur. Quæ

B tres secum duxit sorores, duas virgines Placentiam et Placatam : quarum prior illustrissimum sponsum ducis cujusdam filium habuit. Tertia namque sororum, quæ secum gradiebatur, Methildis vocabatur, matrona nobilis et honesta comitissa, solam secum ducens filiam virginem Endaram nomine, juvenculam valde præclaram, sponsum habentem nobilissimum principis cujusdam magni filium, qui Eucharius dicebatur : iste autem cum amore sponsæ illectus, tum divina inspiratione admonitus, cum tribus sororibus, Anna, Cleopatra et Juliana : nec non et cum novem virginibus cognatis suis, aliisque quam pluribus sacrarum virginum cœtui associatus, cum illis proficiscitur. Harum denique virginum quædam præclarissimæ fuerunt, præclaros habentes sponsos. Porro virgo præfata nobilis Fideana, fere quadraginta secum virgines ducebat illustres et generosas, atque decoras.

S. Thecla *altisque multis comitatur* S. Ursulam.

86 Præterea in comitatu Olivæ virginis et reginæ, quædam venit virgo nobilissima nomine Tecla, quæ et probitate morum, animique virtute, ac generis nobilitate virgini Olivæ comparari potuit : nam filia patrui ejus erat, ipsius etiam col-

C lega fidelis. Pater itaque virginis Teclæ Reformius vocabatur, et erat frater regis Antipatri, Olivæ patris, princeps nobilis et honoratus : qui jam ante ex hoc sæculo migrans obierat; et mater Anacleta filiam sequitur Teclam, cum Oliva proficiscens. Porro hæc eadem Anacleta, virginis Teclæ mater, filia cujusdam exstitit inclyti regis. Fuit etiam cum prædictis virginibus, et illustrissima virgo Natalia, nobilis valde, cum suarum virginum collegio associata, regis Arthuri filia potentis et magnifici, de qua loco suo latius, ut dignum est, tractabitur. Denique rex idem Arthurus, duos fratres habebat, quorum unus episcopus dicebatur Benedictus, et alter Pipinus, dux egregius et nobilis, B. Alexandriæ maritus existens, virginis Ursulæ materteræ, illustrissimæ et multum valentis matronæ. Pater quippe dux idem fuit B. Columbani episcopi, fratrisque illius Evodii ducis nobilissimi, atque sororis illorum S. Marcellæ optimæ comitissæ. Tres siquidem fratres illi, rex et duo reliqui, sororem habebant egregiam nomine Zaphirinam, quæ multum erat honesta, commendabilis, et vitæ bonæ, comitis Rogerii, viri prudentis et honesti uxor existens. Tres filias ex illarum sacro habuerunt cœtu virgines, Benignam, Nicolittam, Zoyam : quarum Benigna virgo per omnia fuit honesta, prudens, animique virtute insignis, cunctis amabilis, specie decora, moribus dulcis et affabilis. Hæc autem sponsum habuit nobilissimum Dagobertum, regis cujusdam filium, tres sane sorores istæ, cum pluribus adhuc virginibus, ad Ursulam virginem sunt directæ. Beatam namque Benignam sponsus illustris ipsius Dagobertus insequitur, gratia Dei inspiratus, et ipse sacrarum virginum una cum nobili sua sponsa societati aggregatus, cum illis peregre proficiscitur.

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

CAP. XXII. *B. Hermanno revelatur se accepturum* S. Olivæ *reliquias*

87 Cumque Frater, harum visionum notarius, vice quadam orationi et precibus insisteret, vidit corpus quoddam aperto sepulcro supinatum jacere, coronamque auream in capite illius. Super quo Frater admiratus, sciscitans a Domina nostra quæsivit, quidnam ista portenderent. Cui misericordiæ mater respondens ait : Nonne ante annos quatuor, virginis cujusdam Olivæ tibi corpus est promissum? Ecce hæc eadem virgo est, cujus tu corpus habebis; regina siquidem erat, coronam in capite gestans; adhuc, inquit, sub terra latet sepulta : sed tu corpus habebis illius. Super quo Frater gavisus adhuc evidentius scire cupit, si certa foret E visio; a sacris virginibus quærit, quæ fuerit illa Oliva, cujusque sit stirpis et conditionis; cui B. Cleopatra, S. Marcellæ comitissæ filia, respondit, dicens : Pater Olivæ virginis ejusdem Cleopater dictus est, et erat patruus regis Ursulæ patris, cujus mater Nicostrata dicebatur insignis regina. Qui cum filios non haberet, desponsabat illam Oliverio juveni quidam probissimo, regis senioris Oliverii filio. Cleopater autem, Olivæ virginis pater, regni sui principes convocans, ambos coronavit : tam sponsum filiæ, quam ipsam sponsam. A die vero desponsationis illius celeberrimæ plusquam trium mensium defluxerat spatium, quo jam in brevi erat legitimo connubio ducenda. Interim convocantur virgines, ad S. Ursulam virginem dirigendæ. Tunc et Oliva virgo et regina venit cognatam ejus visitare, ipsius nuptiis volens interesse; quæ nobili comitum stipata conventu, adduxit secum virgines fere trecentas. Insecutus est eam postmodum sponsus ejus rex Oliverius, ducens et ipse de regni sui ditione adolescentulas et virgines fere trecentas.

F *et caput* S. Theclæ. *Utriusque item historia retegitur et sanctitas scriptoris magnifice extollitur.*

88 Hic vero idem Frater, cum alia vice orans sanctam nominaret Olivam, adstitit illi virginum quædam dicens : Quotiescumque beatam nominaveris Olivam, statim nominabis et Teclam juxta illam. Et quæ est, inquit, illa Tecla; et si tu es eadem Tecla? Sum, ait illa : nam S. Oliva mea fuit cognata et collega, et non erat mulier, quam tanto diligerem affectu. Tu habiturus es corpus illius, similiter et caput meum : sed scias, nequaquam quia ab invicem separari facile volumus, vix unquam in vita sumus ab invicem sequestratæ, unde nec in morte separamur. Adhæsi namque lateri ejus, cum interficeretur jaculo, et ego interempta gladio occubui. Scias, inquit illa, pro certo, quia ex quo civitas tua fundata est, numquam monachus eam intravit, qui tantum in ea profecerit, quantum tu profecisti, et adhuc proficies. Thesaurus enim te magnus exspectat et pretiosus, tam martyrum sanctorum, quam virginum sacrarum. Tu sane nos in terris juxta posse tuum exaltas, et nos tamen in terris, quam in cælis juxta nostrum posse exaltabimus. Sed tu nostra nequaquam indiges exaltatione, quoniam Domina nostra, quam tanto diligis affectu, et jam exaltavit, atque adhuc in miro modo exaltabit. Cumque hic idem Frater

hæc

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

hæc scribens notaret, ipsa virgo Tecla cum pluribus illi adstitit virginibus, ponens hæc verba in ore ipsius. Aderat et Oliva rogans, ne ipsa et B. Tecla ab invicem separentur.

Discit quoque se caput S. Sinceræ *possidere.*

89 Adhuc virgo Tecla subjungens ait : Cumque ego et mater mea ad B. Ursulam pergeremus, quædam etiam cognata nostra nobilis matrona nobiscum venit, quæ dicta est Elisabeth, cum tribus filiabus, quarum una cum Elisabeth, juncta erat matrimonio, sed reliquæ duæ fuerunt virgines, Sincera et Nicolitta. Tu autem scias pro certo, quoniam caput S. Sinceræ habes cognatæ meæ virginis nobilissimæ. Præterea te scire volo, quod corpus quod habes virginis Julianæ, quæ et ipsa mea est consanguinea, multumque mihi est affinis. Pater itaque ipsius, patris erat consobrinus mei, comes illustris et valde valens. Denique et ipsa sororem nobiscum habebat, nomine Teclam, quæ ambæ illustres exstiterunt, et bonæ conversationis, atque cum summo desiderio martyrii palmam subierunt. Beata siquidem Juliana et S. Sincera cum sororibus suis S. Olivæ virginis et reginæ proximæ fuerunt cognatæ.

B

CAP. XXIII. S. Natalia, *filia alterius Arthuri quam de quo fabulatus est Galfredus, cum* 308 *virginibus.*

90 Natalia virgo beatissima, elegans et decora, tam morum honestate nobilis et inclyta, quam generis prosapia illustris et generosa. Regis Arthuri erat filia Britannici et hominis magnifici, hæc cum nobilissimo virginum comitatu venit a patre virginis Ursulæ invitata, quatenus et ipsa filiæ illius nuptiis interesset. Rex itaque pater Ursulæ consanguineus erat regis Arthuri, B. Nataliæ patris. Trecentas sequidem et octo secum duxit virgines, et matronas nobiles septem, sub quarum disciplina virgines erant et custodia. Licet hic idem Arthurus rex fuit magnus, potens et fortis, non fuit tamen ille bellicosus rex, de quo tanta in historia Britonum narrantur *a* : erat tamen illi proxima consanguinitate conjunctus. Uxor namque Isenbaldi fratris Nataliæ virginis S. Porphyria, regis cujusdam filia nobilissimi et præpotentis, cum ea comitabatur, relinquens omnia. Beata sane Porphyria duas secum duxit filias virgines valde præclaras, Eusebiam et Jotham, sponsos habentes nobiles. Porro et B. Natalia Philippi ducis uxor magnifici, quasi consobrina erat prædictæ virginis Nataliæ, pariter illi associata secum comitabatur, sequens eam cum tribus filiabus, Egera, Hermolaa, Ermina. Quarum hæc prudentissima virgo et multum commendabilis sponsum habuit illustrem filium regis cujusdam. Præterea et comitissa nobilis ipsius Nataliæ virginis consanguinea, quæ dicebatur Helena,' venit cum ea, filias duas secum ducens, Helenam et Elisabeth. Similiter et Euphemia nobilis matrona, de regali existens prosapia illius cognata, cum sola filia Hodierna illam sequebatur. Sancta itaque virgo Natalia una secum duxit sororem Octoniam, atque duas filias sororis suæ Perpetuam et Gerburgem parvulam. Sanctam quoque Agnem fratris sui filiam, ac ducis avunculi sui filias Liburtiam et Adelinam secum ducebat. Præterea et S. Gibonia illustris virgo et cognata ipsius et collega dilectissima, cujusdam magni principis filia, et viri optimi, atque B. Simenia virgo valde omnibus amabilis, unius comitis filia, eusdem Nataliæ virginis consanguinea, cum ea venerunt.

a

C

multisque cognatis et affinibus Ursulanæ societatis sit consors.

91 Denique et sorores duæ ipsius materteræ filiæ illi adhærentes cum ea profectæ sunt, Florentia et Flora. Porro et S. Benedicta et soror illius Euphrosyna, ipsius Nataliæ cognatæ nobilissimæ : nec non et B. Brigida, Euphemia et Eulalia, secutæ sunt illam : sorores etiam duæ unius materteræ ipsius, B. Benigna atque Illustris, virgines præclaræ, necnon et S. Eupltrosyna ipsius cognata, comitis cujusdam nobilissimi filia, cum ea sunt profectæ. Harum quamplures sponsos habebant nobilissimos, comitum et ducum filios, divitiis multis ditatos. Præterea et Gyramanus puer præclarissimus quidam sedecim annorum, filius avunculi ejusdem virginis Nataliæ, immenso illius tactus amore, illam sequebatur : pergens cum ea elegantissimus et decorus valde. Hic idem puer eundo Romam et redeundo illi adhæsit, pariterque cum illa trucidatus occubuit : filius siquidem illustrissimi erat principis et ditissimi, nam sororem parvulam in illo habebat comitatu, Placidam nomine. Porro quidam episcopus cum tribus viris nobilibus et matronis quibusdam virgines ducentibus venit cum egregio apparatu, et sumptibus, muneribus et donativis ingentibus, qui cum ad S. Ursulam venisset, ingenti gaudio sunt ab ea excepti; sed cum viderent nuptias differri, relictis ibi virginibus et matronis quibusdam redire nolentibus, episcopus cum paucis reversus est in regionem suam. In ejusdem virginis Nataliæ societate trecentæ fuerunt virgines, sexaginta quinque, exceptis matronis quibusdam nobilibus.

D

E

CAP. XXIV. S. Elisabetha *cum avunculo* S. Cæsario *episcopo Meldensi*

92 Inter ceteras virgines undecim millium, Joannis nobilissimi principis fuit filia Elisabeth, devotissima virgo, de stirpe regia, honestæ conversationis et vitæ, timens Deum ac diligens valde. Quæ cum multis animi floreret virtutibus, præcipue tamen, et super omnia ipsam omnium Dominam virtutum, matrem misericordiæ Mariam, et sanctarum virginum reginam toto corde et affectu dilexit. Porro et mater ipsius Elisabeth dicta est, nobilis matrona, et præ honestate morum cunctis erat amabilis et gratiosa. Denique et ipsa Dominam nostram plurimum diligens, filiam docuit, quatenus eamdem cæli reginam, totius gratiæ matrem præ omnibus diligeret, eamque jugiter in corde haberet et memoria. Multas præterea, præ amore Dominæ nostræ, pauperibus et egenis eleemosynas largiens erogabat, devota. Beatus sane Meldensis episcopus Cæsarius, vir honestissimæ vitæ, totiusque virtutis et probitatis amator, matris hujus matronæ fuit frater, qui Romæ ipsis virginibus est adjunctus, passionisque earum factus est socius. Habuit etiam hæc eadem matrona sorores quinque nobiliter nuptas, quarum una ducis Helvidii uxor fuit, virginis Ursulæ patrui : pater hic idem erat ducis Helvidii junioris, qui cum beatis profectus est virginibus, ducens uxorem secum et filias duas, S. Spem et Euphrosynam virgines præclarissimas.

F

cum sponso aliisque multis abit.

93 Beata siquidem Elisabeth virgo illustris et præfata, et genere nobilissima exstitit et morum virtute, sponsum habuit illustrissimum strenuissimi regis Herderici filium, ingenti probitate conspicuum. Cum virgines ubique ad B. Ursulam eligerentur mittendæ, venit et ista jam a cognatis suis S. Spe et sorore ipsius virginibus evocata, pulcherrimo virginum comitatu stipata. Quinque namque habuit fratres, quorum quivis filiam unam secum direxit, Eustorgiam, Resindem, Amabiliam et Florentiam. Denique virgo præcipua constantior fuit ceteris et virtuosior, majorisque famæ et nominis, prudens fuit et astuta, ac morum probitate refulgens insigni. Habebat præterea sponsum nobilissimum regis cujusdam filium, adolescentem probissimum. Quædam et ceterarum sponsis exstiterunt nobilissimis desponsatæ. Virgo itaque Elisabeth sorores duas habuit matronas, comitissam unam et alteram ducissam, quarum prior tres secum filias misit, Eleutheriam, Boninam et Florentiam; altera sane duas, Floram et Elpridem. De consobrinis suis

A suis secum duxit virgines septem illlustres, Genovefam, Vulturam, Amabiliam, Cleopatram, Despondeam, Electam, Amarantiam, quarum quædam nobiliter fuerunt viris nobilibus desponsatæ. Habuit et virginem secum collegam suam et coguatam, comitis cujusdam filiam, castam, et verbo et gestu modestissimam, quæ proprio nomine Modesta dicebatur. Et ista plures secum duxit virgines consanguineas, neptes et consobrinas, atque sororem parvulam nomine Peregrinam. Beatam sane virginem Modestam mater secuta est nobilis matrona, quæ Peregrina vocabatur, ducens secum sororem matronam, quæ strenui erat animi, fortis et constantis, quæ dicebatur Elledera, et hæc duas ducebat filias, Sinceram et Elisabeth. Siquidem virgines istæ Elisabeth et Modesta virginum aciem habebant centum nonaginta, decem minus ducentis. Erat autem Cæsarius episcopus supradictus, et soror ipsius mater B. Elisabeth virginis, de nobilissima regum Francorum oriundi prosapia.

Pietas B. Hermanni in Deiram.

95 Quicumque ergo præfatæ virginis Elisabeth corpus habuerit, sciat se magnum habere thesaurum, Dominæque nostræ cælorum reginæ dilectum. Ipsa denique sanctarum virginum regina, Genitrix Christi pia, Fratri ista scribenti, et nomen
B virginis, et genealogiam illius sponte revelatam, verbaque in ore posuit scribentis. Quam et miræ testabatur esse sanctitatis virginem. Ubi vero corpus habeatur virginis ejusdem, penitus ignoramus : præsens autem capitulum exhortatione piissimæ cælorum reginæ constat esse conscriptum : quæ sibi pure famulantibus semper et ubique misericordissimo affectu, utpote mater misericordiæ, misericorditer succurrit, juvando, justificando, confirmando et glorificando illos exaltat. Beati sunt ergo, qui tibi sunt pura mente servientes, domina virtutum, unica spes et salus omnium, perennis es vita ferventi tibi corde et affectu famulantium. Quæ una cum Filio, universorum creatore et domino, in sæcula sæculorum sis benedicta, Amen. Amen dicat omnis spiritus, laudans te et glorificans.

CAP. XXV. S. Lucia *filia comitis Flandrensis,*

94 Virgo Christi Lucia sororque ipsius Germana de nobilissima fuerunt Francorum prosapia : quarum pater comes exstitit terræ Flandrensis, princepsque magnificus : Gundefridus enim dicebatur, et ex parte matris de Anglia fuit natus, multique terræ illius reges et principes ejus cognati fuerunt, ex parte vero patris nobiliores Francorum principum proxima illi consanguinitate pertinebant. Erat
C et regis illustrissimi virginis Ursulæ patris consanguineus, uxor siquidem illius Theodora vocabatur, et erat de nobiliore Saxonum stirpe oriunda, mulier bona et fidelis matrona, humilis, pia et mitis, multa denique morum honestate insignis refulgebat. Tres sane filios habebant et quinque filias, sed filiorum nullus erat uxoratus, quoniam adhuc ætate adolescentes exstiterunt. Filiarum itaque duæ nobilissimis copulatæ maritis, quarum una filio regis erat in matrimonium juncta, et altera duci nobilissimo, reliquæ tres exstiterunt virgines, B. Lucia et Germana, sed quinta adhuc puella fuit parvula. Cumque in diversas partes terræ et regna rex pater Ursulæ mitteret, virgines convocari nobiles, invitatus est et iste comes filias suas dirigere.

cum sorore S. Germana *et sponsis et triginta virginibus,*

95 Pater utique istarum utpote nobilis princeps, fortis et dives, cum ingenti apparatu et nobili ornatu, illustrique virginum comitatu, ambas illo direxit filias, fuerunt nempe sponsis desponsatæ generosissimis : quorum sponsus Luciæ Saphyrus dicebatur : et alterius sororis virginis dictus est Adamans. Fratres quidem erant Germani, unius nobilissimi principis filii, qui ambo sponsarum dilectione juncti, ductores illarum sunt effecti, ad Ursulam virginem illas ducentes. Porro filiæ duæ comitis prædicti harum virginum sorores matronæ illustres, Andolphia et Blasilla, cum tribus suis filiabus, Germana, Blasilla et Felicitate comitantur : tum eis custodes virginum efficiuntur et ductrices. Sponsi sane virginum Luciæ et Germanæ de regali existentes prosapia triginta virgines adduxerunt illis addentes : quarum tres sorores illorum erant Nicolitta, Suffragia et Adwigis, illustrissimæ virgines : duæ quippe illarum sponsos habebant præclaros. Præterea inter easdem habebant consobrinas septem : harum duæ Rigildis et Aleidis præclaræ virgines, nobilissimis viris exstiterunt desponsatæ juvenibus regiis; prædictæ namque virgines Lucia et Germana complures de sua consanguinitatis parentela secum duxere juvenculas elegantes et decoras, quarum quatuor. Aleidis, Residis, Prothera et Nicolitta, multa animi virtute erant refulgentes, magnaque morum honestate insignes, quæ nobilissimis viris desponsatæ exstiterunt.

E *cum matre* S. Theodora *et aliis multis fit* S. Ursulæ *socia.*

96 Quorum duo filii regum fuerunt, mater vero Luciæ et Germanæ comitissa illustris Theodora maximæ fuit virtutis matrona, honesta valde et misericors, cum septem nobilibus matronis associatur illis, ducens et secum materteras et cognatam suam virginem nobilissimam, illustrissimi ducis Brabantini principis filiam, nomine Gyanam cum regio apparatu et regalibus ornamentis decoratam; quæ sexaginta in suo comitatu habuit virgines electas : hæc eadem Gyana virgo præclarissima, sapiens erat multum, animoque constans et fortis, pudica, totiusque honestatis gratia insignis : fama nihilominus bonæ opinionis illius jam in multas respersa pervenerat regiones. Quam dux Saxonum illustris et magnificus, dotalitiis regiis subarrhando desponsaverat, atque infra quatuor mensium spatium legitimo illam connubio erat ducturus in conjugem. Sed cælesti virginum Sponso, Virginis Mariæ Unigenito præveniente, cælestibus dotalitiis subarrhatur. Igitur ignorante sponso, Saxonum duce potentissimo, cum sodalibus suis Flandrensis comitis filiabus, præclaris virginibus, atque cum nobili earum matertera discessit. Proficiscitur præterea cum illis virgo illustrissima, nobilis et decora filia avunculi ejus Iwana nomine, cum decem virginibus, et ista sponsum F
habuit probissimum, adolescentem ingenuum, de genere regio progenitum. Denique illustrissimi comitis filiæ duæ Hymwanensis regionis præclarissimæ virgines Isamia et Herdara illis adjunguntur : quarum prior nobilissimo ducis cujusdam erat filio desponsata. Virgo siquidem quædam nobilissima, hujus Iwanæ collega et cognata, nomine Sibonia, valde honesta et magnæ virtutis, ei adhærens proficiscitur cum ea : quæ similiter plures secum duxerunt virgines de sua ditione existentes. plusquam quingentæ virgines electæ in earum omnium societate Anglicum mare transeuntes ad Ursulam Christi virginem felici navigio felices sunt profectæ. Despoliatæ sunt regiones istæ virginibus suis nobilioribus, quas longo post tempore luctu flebili defleverunt : si autem scissent parentes illarum, quia denuo non forent reversuræ, nequaquam eas sivissent abire.

CAP. XXVI. SS. Dorothea *et* Lucia *sorores*

97 Dorothea virgo et virtute animi nobilis et generis prosapia fuit insignis; hæc erat illustrissimi regis Dorothei filia, et Luciæ nobilis reginæ, qui regno Normannorum principabantur. Regina siquidem ista comitis erat Flandrensis consobrina, beatarum

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI.

beatarum virginum Luciæ et Germanæ illustrissimarum ex parte patris. Denique jam dicta filia regis Dorothea sororem habuit nomine Luciam, virginem similiter omni morum virtute præclaram. Porro filius regis cujusdam juvenis honestissimus, Dorotheæ virginis exstitit sponsus : nam uno ante anno priusquam sacra foret virginum sanctarum expeditio, nobili more regalibus illam dotalitiis subarrhando desponsarat. Erat virgo hæc eadem ex nobilissima Francorum, Anglorum, Flammensium et Normannorum principum oriunda progenie : elegantissima quippe fuit pulchritudine, ita ut vix ulla aliqua virginum aut feminarum specie comparari et elegantia posset : præterea et virtute animi, morumque honestate et suavitate ita erat composita, ut nihil ei videretur in ulla deesse gratia virginali. Quocirca sponsus ipsius, regis filius, multis urgebatur amoris stimulis, vehemensque sui pectoris eam ignis inflammans, accelerare nuptias persuasit : sed cælesti consilio et divinæ dispositioni quis obviare potest? Dei siquidem actum est providentia, ut aliis intervenientibus causis et negotiis, dulcium nuptiarum negotia impedirentur optata. Soror equidem ipsius virgo
B Lucia nobilis, elegans, honesta et decora, elegantissimum sponsum quoque habuit juvenem et decorum, omnique honestate præditum et refulgentem, de regali ortum prosapia, nomine Sicharum, illustrissimum ducis cujusdam filium.

evocatæ a SS. Ursula Pinnosa *et* Sapientia,

98 Cumque tempus instaret per universas regiones, regna et provincias in Anglia virginum coadunandarum, excitæ sunt nihilominus et istæ, et evocatæ a suis cognatis virginibus, Ursula, Pinnosa et Sapientia, quarum patres consanguinei fuerunt regis Dorotheæ patris et Luciæ. Pater itaque virginum earumdem rex regem constristare nolens et reginam parentes Ursulæ, elegit virgines ex regni sui ditione nobilissimas, honestas et decoras, suis associans eas filiabus. Porro rex hic idem solum habebat filium puerum, et filiam matronam prædictarum sororem filiarum, viro nobilissimo et duci optimo copulatam, quæ duas cum eis direxit filias virgines, Elmoidam et Spretianam. Habebat sane tres fratres et duas sorores, quorum tres filias misit primus, Hermolaam, Erdelaam et Eudoniam. Secundus duas, Eustochiam et Amœnam. Tertius duas similiter, Evioram et Virgiliam, harum quædam nobilissimis fuerunt viris desponC satæ valde illustribus sponsis. Porro sororum prima duas direxit filias, Eustochiam et Virgineam. Altera vero sororum solam misit filiam Alquinam. Sponsus namque virginis Luciæ sororis S. Dorotheæ, tres illi adduxit sorores, duas virgines Armingeram et Ermoniam. Tertia quippe illustris exstitit matrona, nobilissimo viro nobiliter copulata, quæ Adela dicebatur, quæ solam duxit filiam Eimoniam virginem probissimam et sagacem, illustrissimo juveni desponsatam.

cum comitatu 119 *virginum se viæ dant.*

99 Centum siquidem atque decem et novem in harum comitatu virgines fuerunt electæ, nobilesque valde et decoræ, ac quatuor matronæ virginum earumdem custodes et ductrices, apparatu sane regio et nobili pompa exstiterunt adornatæ, atque ingenti gaudio ad virginem Ursulam proficiscentes, ab ea et a ceteris virginibus secum degentibus honorifice excipiebantur. Filius itaque regis Dorotheæ virginis sponsus, super sponsæ suæ absentia plurimum languens, fere usque ad mortem nimio sauciatus dolore deficit. Sicharus autem B. Luciæ sororis ipsius illustris sponsus, assupmtis secum virginibus multis et nobilibus, sponsam suam insequitur, illius amore attractus. Arbitrabatur nimirum ipsam sororemque ipsius Dorotheam ac ceteras virD gines cum illis proficiscentes peractis nuptiis reducere : sed secus accidit, illaqueatus est profecto et ipse aliorum juvenum, quos ibi reperit, persuasione captus virginumque et reginarum exemplo irretitus, patriam, terras, parentes, delicias et divitias relinquens, sponsæque suæ adhærens, suisque sodalibus peregre proficiscitur, corpus et animam pro Christo universorum rege traditurus.

CAP. XXVII. S. Nestoria *cum sororibus,*

100 Beata virgo Nestoria illustrissima, et genere nobilissima, virtuteque morum et suavitate exstitit insignis. Pater itaque virginis hujus Eusebius, dux inclytus, fortisque robore et potentia. Mater quippe illius Ægidia vocabatur, et erat filia magni regis Walliorum Hunerici, prædivitis et potentis : soror siquidem fuit jam dicta virgo Nestoria, B. Eleutheriæ virginis et Josippæ, ex parte patris, quæ filiæ fuerunt amitæ virginis Ursulæ : erat vero B. Nestoria ætate sororibus junior, sed animi virtute nequaquam inferior. Sancta denique Eleutheria illustrissima virgo, soror ipsius super omnem virginum exercitum post B. Ursulam principatum habebat : de primis quarta existens. Porro tres istæ sorores præclarissimis viris desponsatæ fuerunt. Sponsus namque Nestoriæ illustris erat et inclytus, E regis cujusdam filius, adolescens pulcherrimus, magna morum virtute pollens, nomine Simeon. Hæc eadem sane virgo Nestoria in comitatu sororum suarum non fuit : nam magno virginum agmine stipata nobilium, postea ad Ursulam tendens illas insequitur. Beata siquidem Jotha, prima ex principalibus undecim virginibus, ac soror ipsius S. Geminiana consanguinitate illi proxima sunt conjunctæ.

cum S. Jotha *et Angelo hæc scripta probantibus, et* 145 *virginibus comites fiunt* S. Ursulæ.

101 Unde et eadem Regia virgo Jotha optimi regis filia, primo Fratrem hujus historiæ notarium exhortando monebat, quatenus et prædictæ virginis Nestoriæ seriem describeret. Aderat et ei nihilominus Angelorum unus, qui earumdem virginum exstiterat ductor, monens ut ea notaret, et dicens : Quia cetera, quæ de ipsis scripsisti virginibus, vera sunt. Habebat hæc sane virgo in comitatu suo inclytas virgines et nobilissimas centum quadraginta quinque. Sequebatur præterea illam adolescens Simeon sponsus illius, atque frater ejus adolescens probissimus et bonæ indolis nomine Alphæus. Virginum itaque illam sequentium quædam consobrinæ ipsius fuerunt, avunculorum filiæ, et materterarum, plures etiam cognatæ et sodales carisF simæ : inter quas B. Pinnosa virgo quædam, et Nestoria, atque Virginea, atque Illustris, Sapora, Sephronia, et Balbina exstiterunt illustres, majorisque opinionis. Tres etiam juvenes præclarissimi B. Virgineæ et Illustris atque B. Saporæ sponsi eas postmodum subsecuti ad beatam proficiscentes Ursulam, cum illis pergebant pro Christo exulantes, cum quibus mater S. Balbinæ pergens filiæ adhærebat.

CAP. XXVIII. S. Axpara *cum filiabus et sororibus*

102 Axpara consobrina regis Holofernis Ursulæ sponsi, fuit filia sane materteræ illius, gloriosissimi regis Authmari, et Luciæ multum nobilis reginæ exstitit filia. Hæc autem Axpara commendabilis regina et ducissa, de commendabili prosapia fuit oriunda, et præ morum suorum virtute, atque eximia qua pollebat honestate, cunctis cara exstitit et accepta. Septem siquidem fratres habuit et duas sorores. Porro regem maritum habebat nobilem valde et illustrem, et quinque ex eo genuit filias et tres filios. Filiarum namque illius tres fuerunt virgines, Rubetha, Lucia et Godelviach. Prima vero Rubetha cuidam erat duci desponsata. Lucia sane regem legitimum sponsum habebat et coronatum,

A tum, juvenem illustrem. Tertia parvula infra annos fuit. Cumque virgines dato decreto ubique nobiles adunandæ colligerentur in regno patris Ursulæ sponsi, regnisque finitimis, Axpara regina et ducissa illas colligens, elegit et probavit mittendas et refutandas. Erat siquidem hæc eadem matrona in mariti sui regno regina, atque illic unde fuit oriunda illustris ducissa. Denique dignitas optime per eam gubernabatur : virilis itaque fuit animi, magnæque intelligentiæ et ingentis sapientiæ, atque honestatis, et summæ moderantiæ : constans enim erat animo, et in omnibus prudentissima, quæ duas direxit filias, Rubetham et Luciam, contradicentibus illarum sponsis : filiæ vero illius duæ reliquæ matronæ fuerunt honestissimæ viris copulatæ præclarissimis atque principibus magnis, quarum nomina sunt hæc : Juliana et Julitta. Quævis namque illarum duas direxit filias virgines : Juliana misit Genovefam et Prudentiam : Julitta misit Chelindrem et Cleopatram. Harum prior Chelindris multa morum virtute vigebat, sponsum habens illustrem regis cujusdam filium.

et multo comitatu proficiscitur,

B 103 Filiorum sane illius primus tres misit filias virgines, Euphrodiam, Thelindrem et Apollam. Euphrodia siquidem virgo exstitit speciosissima, prudens et honesta, omnique morum probitate decorata. Hæc sponsum habebat nobilissimum, atque in omni refulgentem honestate, Folquinum nomine, Folquini magni regis filium. Quem illa pulchritudinis suæ zelo, specieique laqueo, morumque ipsius suavitate cepit, illaqueavit, et convertit, secum ducens gloriosum martyrem fecit. Duo namque filiorum illius reliqui, liberis carebant. Quorum unus adolescens et alter puer. Supradictæ siquidem illius filiæ nobiles matronæ, Juliana et Julitta cum matre proficiscuntur. Fratres denique ipsius Axparæ reginæ et ducissæ filias direxerunt octo virgines et duas matronas nobiles ad custodiam virginum. Primus itaque illorum rex, qui pro patre fuit regnaturus, duas misit filias, Luciam et Axparam, decentissimas virgines, atque multum honestas, quæ ambæ præclarissimis exstiterunt sponsis dote magna subarrhatæ, inter easdem octo virgines : beata siquidem Rubetha et S. Anacleta multa viguerunt animi honestate et virtute. Sorores sane ejusdem Axparæ reginæ, Athlea et Liburgis, cum quinque filiabus abierunt sequentes Christum, matremque ipsius, cælorum reginam, per sororem

C Axparam ducissam et reginam : quarum prior Athlea duas duxit filias Euchoniam et Protheam : altera Liburgis tres, Annibalem, Luciam et Chimæram.

CAP. XXIII. S. Anchira, *cum quatuor filiabus,* 1232 *virginibus,*

104 Habuit secundo in suo comitatu Axpara regina consobrinam moribus et genere nobilissimam, multaque animi virtute pollentem, Anchiram nomine, ducissam honorabilem, multumque insignem, prudentia et directione præcipua vigentem. Hæc quatuor filias secum ducens proficiscitur cum sacris virginibus, tres siquidem illarum virgines erant, et una matrona : Quarum hæc sunt nomina : prima dicta Prochdea, secunda Hiacyntha, tertia Sophia : quarta matrona Penecchia : et hæc duas secum duxit filias Feneam et Prodieham virgines honestas. Porro de sua stirpe et prosapia istæ duæ illustres matronæ Axpara regina et Anchira illius cognata, honorabilis ducissa, multas duxerunt nobiles virgines regales, elegantes, tam genere quam moribus honestas, illustres et præclaras, valdeque conspicuas. In suo itaque comitatu virgines habebant ad Ursulam proficiscentes mille ducentas et triginta duas : universæ quippe virgines, quæ ex parte regis et reginæ, Holofernis Ursulæ sponsi parentum, mittebantur, per has duas matronas Axparam reginam, et Anchiram ducissam sunt electæ et probatæ nuptiis regalibus dignæ.

AUCTORE B. HERMANNO STEINFELDENSI. *et cum* S. Lucentia *aliisque Ursulanum iter instituit.*

105 Erat præterea in illarum societate B. Lucentia virgo illustrissima, nobilissimi comitis Placidi filia, cujus mater Eleutheria dicebatur, et erat de prosapia regali, cognata regis patris Ursulæ sponsi, fuit et cognata sæpe dictæ Axparæ reginæ et S. Anchiræ illustris ducissæ. Denique et S. Lucia filia regis præclarissimi et B. Natalia, regis etiam cujusdam filia, illius exstiterunt cognatæ. Hæc eadem Lucentia matrem propriam convertit, eamque secum duxit, ac martyrem fecit ex ea preciosam. Habebat sane sponsum illustrem valde et nobilem, nomine Zachariam, qui post discessum illius multo dolore languens mœrebat. Fratres itaque quatuor habuit et quinque sorores, quarum unam secum duxit, Euparam nomine, virginem formosam et bonæ indolis juvenculam. Fratrum sane illius uxorati tres, septem cum ea filias direxerunt virgines : quarum una Lucentia vocata honorabilis erat virgo, atque in cunctis honestissima, omnique virtutum decore ornata, magnæque opinionis existens juvencula, et hæc præclarissimo fuit desponsata juveni nobilissimo. Erat etiam cum ista soror ejus Praxedes virgo juvencula. Porro E sorores supradictæ Lucentiæ, Placidi comitis filiæ, tres matronæ fuerunt, præclaris copulatæ viris : quarum quævis cum illa virgine direxit filiam Euchariam, Eusthodiam et Mellifrodicam. Denique et Praxedes virgo illustrissima, quædam illius cognata, secum profecta est, matrem relinquens nobilissimam, et sponsum refugiens honestissimum juvenem et decorum, Christi efficitur sponsa. Matertera præterea illius videlicet et Lucentiæ virginis, matrona nobilis et præclara, soror matris ejus cum duabus filiabus, Pinnosa et Hirmegarde, cum eis proficiscitur : quæ dolo maritum decipiens nobilissimum duosque filios ejus, non reversura discedit : cujus maritus super conjugis absentia nimium dolens languebat. Erat enim mulier prudentissima, magnæ virtutis et consilii matrona : binomia sane fuit, quia Eusebia dicebatur et Præclara. Siquidem hæc eadem Eusebia et soror ejus Eleutheria comitissa mater Lucentiæ virginis consobrinæ exstiterunt præfatæ Axparæ reginæ et ducissæ illius materteræ filiæ *b*. *b*

ANNOTATUM.

a *Videtur hinc constare B. Hermannum legisse Galfredi Monumetensis libros.*

b *Cum tandem ad finem secundi libri Revelationum B. Hermanni venisset Crombachius, universi agminis recensionem instituens, hæc disserit :* Comitatus fuit (*S. Anchiræ*) 1232. His addi possunt 3570 ex cap. 6 et 7. Consurget numerus virginum, quas Ætherius sponsus misit, 4602. Reliquæ vero virgines, aliis in capitibus recensitæ, invitatu S. Ursulæ parentum et agnatorum vel agnatarum videntur præcipue accessisse. Ex parte igitur S. Ursulæ hoc in libro circiter 5214 numerantur virgines convenisse, ita ut numerus virginum hoc libro descriptus totus sit circiter 9816 : desiderantur ergo 1184. Unde has petemus, ut undecim chiliades conficiantur? Quod si dotalibus ex pactis medium uterque sponsorum numerum colligere exercitus parthenici debuit (quod vetus insinuat historia), restabant a sponso virgines 898, a S. Ursula 286 supplementi loco conscribendæ. *Sed id supplementum facile et cum usura reperit Crombachius non tantum in Anglia, verum etiam in Dania, Germania, Belgio, Sicilia, Græcia etc. Sed quibus hanc incredibilem credulitatem videre libet, ii adeant ipsum Crombachium.* F

AUCTORE CROMBACHIO.

NOMINA
VIRGINUM ET MARTYRUM
ALIORUMQUE,

Quæ in revelationibus S. Elisabethæ et B. Hermanni continentur : præsertim in libro ejus secundo : nam cum e libro primo citantur, duo sunt appositi numeri, prior librum, alter caput designans : cum e secundo, sola capita numerantur. Capita ubique notantur secundum pristinam divisionem.

B

Adamans f. principis 25
Adela f. D. cum f. Eimonia 26
Adelina V. f. ducis avunculi Nataliæ 25
Adhamara V. f. Gilonis, fr. Dariæ 5
Adrianus decennis f. Gerasinæ Elis. 15
Adulphus rex cum uxore Dionysia 15
Adwigis V. f. principis 25
Adwigis ducissa mater S. Cordulæ 18
Adwigis uxor Herwici D. cum 3 fil. 14
Ægidius rex cum uxore Helena et 2 fil. ibid.
Æmiliana V. soror Viventiæ 6
Ætherius rex Britanniæ sponsus S. Ursulæ 17
Agatha V. f. Agathæ 14
Agatha f. R. Aviti, mater Agathæ ibid.
Agathya V. cum sponso Evodio 4
Agnes V. f. Agathæ f. regis Aviti 14
Agnes V. neptis R. Arthuri 25
Albina V. soror Emerentianæ Elis. 15
Albina V. soror Juliæ 14
Alburgis V. cognata Olivæ reginæ 8
Aldegundis V. neptis R. Iwani 18
Aleidis V. f. Macharii principis 5
C Aleidis V. consanguinea Luciæ Flandrensis 25
Aleidis V. consanguinea sponsi Luciæ Flandr. ibid.
Alexander filius regis sororis 12
Alexander dux cum uxore Eugenia et 5 fil. 16
Alexandria V. f. Evortiæ 6
Alexandria V. neptis Clodovei ex fr. 11
Alexandria V. f. cognatæ R. Canuti 12
Alexandria uxor D. Pipini cum 3 fil. 5
Alphæus fil. regis, frater Simeonis 27
Alquina V. cognata Olivæ reginæ 8
Alquina V. neptis R. Dorothei ex sorore 26
Alstrides V. neptis Sibiliæ ex sorore 5
Amabilia V. consanguinea Elisabeth 24
Amabilia V. neptis Elisabeth ex fratre ibid.
Amantia V. neptis Eustachii ex sorore 5
Amantia V. neptis Gelasii ex fil. 191
Amarantia V. consanguinea Elisabeth 24
Amata soror D. Sinceri 18
Ambrosius subdiaconus 1.18
Amœna V. f. Hardingeri D. 5
Amœna V. neptis Dorothei R. ex fratre 26
Amphytea V. f. Euticiæ 17
Anacho sponsus Aldegundis 12
Anacleta V. f. fratris Axparæ 28
Anacleta V. filia amitæ Leonis D. 17 D
Anacleta uxor Reformii cum fil. Tecla 8
Anastasia V. f. R. consanguinea Ætherii 7
Anchira ducissa cum 2 fil. 29
Anchirana V. fil. regis 27
Andolphia f. com. Flandr. cum filiabus 24
Angelina V. filia Alexandri et Eugeniæ 16
Angelina V. abbatissa filia eorumdem ibid.
Anna V. soror D. Sinceri 18
Anna V. f. Magni principis 21
Anna uxor Helvidii cum 2 fil. 24
Annibal V. f. Liburgis ducissæ 28
Antonius f. D. sponsus Sirapioniæ 2
Apolla V. neptis Axparæ ex filio 28
Apollinea V. neptis Anastasiæ 7
Apollonia V. f. consobrini Ætherii 6
Armingera V. f. f. ducis 26
Arthurus f. R. Arthuri 15
Athlea soror Axparæ reginæ 28
Avitus rex pater Cordulæ et Columbæ 14
Aurea V. f. Gerasinæ reg. Siciliæ Elis. 15
Aurelianus comes ibid.
Axpara V. neptis Axparæ ex patre 28
Axpara regina ibid.
Babila V. f. Gerasinæ Elis. 15 E
Balbina V. f. D. 5
Balbina V. fil. Illeri R. 10
Balbina Melliflua V. ibid.
Balbina V. consanguinea Nestoriæ 27
Balbina uxor Canuti regis 12
Beatrix V. f. D. ibid.
Beatrix V. f. Gyafridis 17
Benedicta V. chiliarchis f. magni principis 4
Benedicta V. f. Sapientiæ 6
Benedicta V. cognata Nataliæ 25
Benedicta reg. Suavorum cum 2 fil. 18
Benigna V. chiliarchis cum 4 sororibus 16
Benigna V. soror materteræ S. Nataliæ 25
Benigna V. f. Zaphirinæ 21
Berengardis V. f. Bereng. 9
Berengardis comes, mater Bereng. ibid.
Bertha V. f. Eustachii fratris Dariæ 5
Bertha V. f. amitæ Alexandri 12
Bilonna V. neptis ex sorore Wilhelmi episc. 2
Blandina uxor R. Clodovei 11
Blanditia V. f. Euchariæ comitissæ 17
Blandula V. f. regis 11
Blandula V. f. comitis 15
Blasilla V. neptis comitis Flandrensis 25 F
Blasilla f. comitis Flandr. cum fil. ibid.
Bonifacia V. f. Bonifacii R. 18
Bonifacius rex cum filia ibid.
Bonina V. neptis Elis. ex sor. 24
Brigida V. consanguinea Nataliæ 25
Cæsarius episcopus Meldensis 24
Cæsarius miles Elis. 5
Cafinia f. R. uxor Urbani D. 12
Calistus diaconus 1.18
Canutus rex cum Balbina ux. 12
Canutus sponsus Pinnosæ 4
Caritas V. f. Claræ reginæ 18
Caritas V. fil. Florentiæ 12
Caritas V. soror Sperantis ibid.
Carpophora V. chiliarchis 6
Carpophora V. neptis R. Sirani 15
Chelindris V. chiliarchis 14
Chelindris V. soror Anastasiæ 7
Chelindris V. cognata Leonis 17
Chelindris neptis Axparæ ex filia 28
Chimæra V. f. Liburgis ducissæ ibid.
Chorinda V. neptis Luciæ 7
Christianus subdiaconus 1.18

AUCTORE CROMBACHIO.

A Clara regina eleemosynaria 18
Claudius diaconus 1.18
Clemens episcopus Britanniæ Elis. 13
Clementia V. chiliarchis 16
Clementia V. neptis R. Clodovei 11
Cleopatra V. fil. Marcellæ 3
Cleopatra V. f. Cleopatræ et Sibaldi 4
Cleopatra V. f. magni principis 21
Cleopatra V. consanguinea Elisabeth 24
Cleopatra V. neptis Axparæ ex filia 28
Cleopatra coronata uxor Crophori R. 9
Cleopatra f. R. uxor Sibaldi 4
Clodoveus rex cum uxore Blandina 11
Columba V. chiliarchis f. R. Aviti 14
Columba V. f. Cornulæ 4
Columbanus episcopus f. Alexandriæ 3
Constantia V. f. Dorothei R. 18
Cordula V. una 4 principalium, f. comitis 14
Cordula V. f. R. Aviti 14
Cordula V. neptis R. Aviti 12
Cornula f. magni principis cum 3 fil. 4
Crophorus R. cum Cleopatra regina 9
Cypriana V. neptis R. Canuti 12
Cyriacus papa romanus 18
B Dagobertus f. R. sponsus Benignæ 21
Daria mater S. Ursulæ Elis. 15
Daula V. f. avunculi Ætherii 6
Demetria mater sponsi Ætherii Elis. 11
Deponentia V. neptis R. Clodovei 11
Despondea V. consanguinea Elisabeth 24
Devota V. neptis R. Iwani 18
Dionethus Maurus pater S. Ursulæ Elis. 6
Dionysia V. neptis Lucii regis 10
Dionysia uxor Adulphi R. 15
Donata V. f. ducis 18
Dorothea V. f. regis Dorothei Norw. 26
Ebina V. fil. Harderici et Ursulæ 14
Eimonia V. f. Adelæ ducissæ 26
Eipredius f. D. sponsus Sinceræ 15
Egera V. f. Nataliæ ducis 23
Electa V. consanguinea Elisabeth 24
Elegantia V. f. Lupinæ 15
Elemora V. neptis regis 6
Eleutheria V. f. comitis Eustachii 5
Eleutheria V. f. ducis 18
Eleutheria V. neptis Elisabeth ex sorore 24
Eleutheria V. e 4 principalibus 4
Eleutheria comitissa mater Lucentiæ 29
C Eleutheria f. D. Eusebii soror Nestoriæ 18
Eleutherius episcopus frater Eustachii com. 5
Eligenda V. soror sponsi S. Agathæ 2
Eligentia V. soror Formosæ 4
Elisabeth V. f. D. Frisonum 18
Elisabeth V. f. Helenæ comitissæ 23
Elisabeth V. filia Elisabeth princip. 24
Elisabeth V. f. Ellederæ ibid.
Elisabeth cognata Olivæ cum 3 fil. 22
Elisabeth uxor Joannis principis 24
Elledera V. f. consobrinæ Ætherii 6
Elledera soror Peregrinæ cum 2 fil. 24
Elmoida V. neptis Dorothei R. Norm. 26
Elpis V. f. filii reginæ Siciliæ 15
Elpris V. neptis Elisabeth ex sorore 24
Emerentia V. cum sponso ducis filio 4
Emerentiana V. f. com. Aureliani Elis. 15
Encletica V. f. regis Adulphi 15
Endara V. f. Mathildis comitissæ 21
Ephemeria V. f. Evortiæ 6
Erdelaa V. neptis Dorothei R. Norm. 26
Eraclea V. neptis R. Clodovei 11
Ermina V. f. Nataliæ ducissæ 23
Ermonia V. f. ducis 26
Eucharia V. neptis Lucentiæ ex sorore 29
Eucharia V. filia Euchariæ comitissæ 17
Eucharia cum 2 filiabus ibid.
Eucharius f. principis magni 21
Euchodia V. f. amitæ Ætherii 7
Euchodia V. neptis Anastasiæ ibid.
Euchonia V. neptis Clodovei r. ex fratre 11
Euchonia V. neptis Clodovei r. ex sorore ibid.
Euchonia V. f. Athleæ ducissæ 28
Eudomia V. f. r. Oswaldi 18
Eudomia V. neptis Dorothei r. Norm. 26
Eudonia V. f. r. Nicomedis 18
Eudonia V. f. Luciæ filiæ Sirani r. 15
Eudonia V. f. Euticiæ sororis Leonis 17
Eudoxia V. neptis regis Aviti 14
Eudoxia V. neptis regis 6
Eugenia V. f. r. Nicomedis 18
Eugenia V. neptis regis 12
Eugenia V. f. ducis Evodii M. 3
Eugenia V. f. r. Sirani 15
Eugenia V. f. Serenæ ibid.
Eugenia V. neptis r. Canuti 12
Eugenia V. f. soror Sibiliæ 16
Eugenia uxor d. Sicheri cum 2 fil. 10 E
Eugenia uxor Alexandri d. 16
Eugenia cognata r. Canuti 12
Eugenius princeps Romanus, comes Cyriaci 1.18
Eugentia V. f. Lupicinæ 15
Eulalia V. soror Sapientiæ 14
Eulalia V. f. sororis uxor Aviti regis 14
Eulalia V. consanguinea Nataliæ 23
Eulalia V. soror Dionethi r. 14
Eulalia soror Dariæ cum 3 fil. 3
Eumorphia V. neptis regis 7
Eunomia V. neptis r. Clodovei 11
Eunomia V. f. Nicolittæ 7
Eunomia V. f. materteræ Olivæ 8
Eunomia V. f. Hionæ comitis 5
Eunomia V. cognata Ætherii 7
Eunomia V. f. Margaritæ 5
Eunomia V. f. r. Oswaldi 18
Eunomia f. r. Pipini cum filia 15
Evodia V. soror Pinnosæ 4
Evodia V. neptis Lucii regis 10
Evodia V. neptis r. Clodovei ex fil. 11
Evodia neptis r. Clodovei ex filia ibid.
Evodia ducissa cum 2 fil. 6
Evodius dux fil. Alexandriæ 3 F
Evodius nepos r. sponsus Agathyæ 4
Evortia V. f. Evortiæ stirpis regiæ 6
Evortia cum 3 fil. ibid.
Euphemia V. consanguinea Nataliæ 23
Euphemia cum fil. Hodierna 23
Euphrasia V. f. r. Ancharamni 17
Euphrasia V. f. filii r. Lucii 10
Euphrasia V. f. Nicolittæ 7
Euphrodia V. f. consobrini Ætherii 6
Euphrodia V. neptis Axparæ ex filia 28
Euphromus f. r. sponsus Palamoniæ 6
Euphronia V. f. filii reginæ Sibiliæ 15
Euphronia V. neptis Sirani r. ibid.
Euphrosyna V. f. Luciæ r. Sirani filiæ ibid.
Euphrosyna V. f. sororis uxor Caroli r. 12
Euphrosyna V. f. d. soror Benignæ 16
Euphrosyna V. f. amitæ Ætherii 6
Euphrosyna V. f. consobrini Ætherii ibid.
Euphrosyna V. f. sororis Aviti r. 14
Euphrosyna V. cognata Nataliæ f. com. 23
Euphrosyna V. soror Benedictæ ibid.
Euphrosyna V. soror Spei f. Helvidii 24
Europa V. f. Praxedis ducissæ 5
Europa V. f. amitæ Ætherii 7

AUCTORE CROMBACHIO.

Europa V. neptis r. Clodovei ex fratre 11
Eviora neptis Dorothei r. Norman. 26
Eusebia V. f. Porphyriæ 25
Eusebia V. f. annunculi Ætherii 6
Eusebia V. soror Anastasiæ 7
Eusebia soror Eleutheriæ matris Lucentiæ 29
Eusebia f. Eustachii com. uxor principis 5
Eusebia maritata f. Tiburtiæ ibid.
Eustachia V. f. ducis, soror Benignæ 16
Eustachius comes cum 6 filiabus 5
Eustaja V. neptis r. Clodovei ex sorore 11
Eustochia V. cognata Olivæ reginæ 8
Eustochia V. neptis Dorothei r. Norm. 16
Eustochia V. neptis ex filia r. Dorothei 26
Eustodia V. neptis Lucentiæ ex sorore 29
Eustorgia V. neptis Elisabeth ex fratre 24
Eustora regina cum r. Bonifacio 18
Eustemia V. f. r. Nicomedis ibid.
Eustragia V. neptis Eustachii ex sorore 5
Eustragisilis avia regis cum 10 nepotibus ibid.
Euticia V. neptis reginæ Sibiliæ 15
Euticia V. soror uxor Caroli r. 12
Euticia V. f. Prudentiæ 4
Euticia V. fil. sororis r. Cleopatri 8
B Euticia f. r. Ancharamni cum 2 fil. 17
Euticia soror Leonis ducis ibid.
Euticia f. r. ibid.
Euticius f. comitis 5
Euticius f. Tiburtiæ comitissæ ibid.
Eutonia V. f. r. Ancharamni 17
Eutropia V. f. Eustachii fratris Dariæ 5
Eutropia V. neptis regis 6
Eutropia V. filia r. ibid.
Eutropia V. f. Lucia r. 10
Eutropia V. f. r. soror Carpophoræ 16
Eutropida V. f. Galonis 5
Eutropius f. M. principis 11
Eupara V. soror Lucentiæ 29
Falconius sponsus Serenæ 15
Felicissima V. neptis Canuti r. 12
Felicissima cognata Canuti r. cum 2 fil. ibid.
Felicitas V. neptis regis ibid.
Felicitas V. consanguinea r. Canuti ibid.
Felicitas V. neptis com. Fland. 25
Felix f. comitis 5
Fenea V. f. Penechyæ 29
Fides V. f. r. Canuti 12
Fideana V. filia d. Hertingi 21
Filadema V. f. Hionæ comitis 5
Firmindina dicta Constantia Elis. 15
C Flora V. f. materteræ Nataliæ 25
Flora V. neptis Elisabeth ex sorore 24
Flora V. filia com. Florentii 5
Flora V. neptis Anastasiæ 7
Flora V. f. regis Canuti 12
Flora V. neptis Canuti r. ibid.
Florens V. neptis r. Canuti ibid.
Florentia V. f. Hardingeri d. 5
Florentia V. f. materteræ Nataliæ 25
Florentia V. neptis Elisabeth ex fratre 24
Florentia V. neptis Elisabeth ex sorore ibid.
Florentia V. ex principalibus 4, f. Ægidii r. 14
Florentia f. r. Canuti cum 2 fil. 12
Florentia f. c. Eustachii cum 2 fil. 5
Florentina V. soror Ætherii 118
Florentina V. f. Jacobi principis 2
Florentina V. neptis r. ex sorore Jacobi ibid.
Florentius S. R. E. archidiaconus 118
Florinus D. f. sponsus Placentiæ 14
Focatus frater Claudii diaconi Elis. 10
Foilanus episcopus Lucensis Elis. 9
Folquinus f. r. Folquini 28
Folquinus f. Tiburtiæ comitis 5 D
Formosa V. soror Eligentiæ 4
Frontonia V. soror sponsi Agathæ 2
Fuchelingus r. f. sponsus Lætitiæ 8
Fulchira V. f. filii Sibiliæ reginæ 15
Fulgena V. neptis r. Clodovei ex sorore 11
Gelamia V. f. Gertrudis 5
Gelasia V. f. Jacobi sororis 2
Gelasia V. f. filii reginæ Sibiliæ 15
Gelasia V. f. filii ejusdem Sibiliæ ibid.
Gelidonia V. f. principis filiæ 8
Geminiana V. soror Jothæ 10
Geminiana V. neptis r. Pipini 15
Geminiana V. f. Serenæ comitissæ 15
Geminiana V. fil. Gyafredis 17
Genelaa V. f. ducis 5
Generosa V. stirpis regiæ 12
Genovefa V. f. fratris Wilhelmi episcopi 2
Genovefa V. f. avunculi Ætherii 6
Genovefa V. f. consobrinæ Ætherii ibid.
Genovefa V. f. Eusebiæ fil. Eustachii com. 5
Genovefa V. f. cognata R. Canuti 12
Genovefa V. consanguinea Elisabeth 24
Genovefa V. neptis Axparæ ex fil. 28
Geramia V. f. materteræ Olivæ reginæ 8 E
Gerasina V. neptis Wilhelmi episc. ex fratre 2
Gerasina V. fil. Gerasinæ ibid.
Gerasina soror Jacobi cum fil. Ger. ibid.
Gerasina regina Siciliæ cum 5 liberis 19
Gerasina soror uterina Dariæ dubium sitne M. 20
Gerburgis V. neptis R. Arthuri 25
Germana V. soror Luciæ Flandrensis 25
Germana V. neptis harum ibid.
Gertrudis V. f. Florentiæ 5
Gertrudis soror Eustachii cum 3 fil. ibid.
Gertrudis uxor principis 17
Giramanus puer f. principis 25
Godelviach neptis ex filia Axparæ 28
Gyafridis cum 2 fil. 17
Gyana V. f. ducis Brabantini 25
Hardericus comes cum uxore Ursula 18
Hectoria V. f. consobrini Ætherii 6
Hedewigis V. f. Alexandri et Eugeniæ 16
Helena V. f. R. 14
Helena V. f. Helenæ comitissæ 25
Helena comitissa cum 2 filiab. ibid.
Helena uxor Ægidii regis cum 2 filiab. 14
Helpridia V. f. Florentii comitis 5
Helprodia V. f. Florentii comitis ibid. F
Helvidius dux junior cum uxore Anna 24
Herdera V. f. com. Hymwanensis regionis 25
Herengardis cum 2 fil. 118
Hermegardis V. f. materteræ S. Lucentiæ 29
Hermingardis V. f. Eusebiæ 5
Hermolaa V. f. Hardingeri D. ibid.
Hermolaa V. f. Florentiæ ibid.
Hermolaa V. f. Rogeri principis 5
Hermolaa V. neptis regis Pipini ex filia 15
Hermolaa V. neptis r. Pipini ex filio ibid.
Hermolaa V. f. Nataliæ ducissæ 25
Hermolaa V. neptis r. Dorothei ex fratre 26
Herwicus frater Dionethi cum 3. fil. 14
Hiacyntha V. fil. amitæ Ætherii 7
Hiacyntha V. f. Benedictæ reg. Suavorum 18
Hiacyntha V. f. Anchiræ reginæ 29
Hildegundis V. stirpis regiæ 12
Historia V. neptis r. Clodovei ex fratre 11
Hiwana cognata Gyanæ 25
Hodierna V. f. Eulaliæ 5
Hodierna V. f. Euphemiæ 25
Hodierna V. f. Hodiernæ r. 18
Hodierna regina Norwendorum cum fil. ibid.

A Honesta uxor Leonis ducis 17
Honoratus f. r. sponsus Balbinæ 10
Jacobus patriarcha Antiochenus Elis.9
Jacobus nepos regis cum 2 filiabus 2
Ichonia V. neptis r. Clodovei ex fratre 11
Ieronia V. f. Alexandri fratris Dariæ 19
Illustris V. f. Galonis 5
Illustris V. f. Magni principis 4
Illustris V. f. regis Hermolai 11
Illustris V. soror Benignæ 25
Illustris V. consanguinea Nestoriæ 27
Illustris V. f. Alexandri fratris Dariæ 19
Immeria V. cum sponso 4
Inducta V. soror Clementiæ 1.6
Joanna V. f. filii Lucii regis 10
Joannes princeps, dubium sitne martyr 24
Josippa V. soror Eleutheriæ 27
Josippa V. f. Josippæ 1.4
Josippa soror Dionethi, uxor Eusebii ibid.
Jotha V. chiliarchis f. Lucii r. 10
Jotha V. f. Porphyriæ f. r. 25
Ipochridia V. neptis Anastasiæ 7
Isamia V. f. comitis Hymwanensis 25
Isichius f. r. sponsus Præclaræ 11
B Juditta f. r. Pipini cum filia 15
Julia V. f. r. Polycarpi, soror Polodoxiæ 1.8
Julia V. soror Ebbinæ 1.4
Julia V. soror Odiliæ 4
Juliana V. f. Rogerii principis 5
Juliana V. f. r. soror Sibiliæ 1.6
Juliana V. f. Sapientiæ 6
Juliana V. f. comitis 8
Juliana V. f. Magni principis 21
Juliana V. f. com. cognata Olivæ reg. 22
Juliana V. f. com. soror Clementiæ 1.6
Juliana V. f. Gerasinæ reg. Siciliæ Elis.15
Juliana uxor principis, f. Axparæ 28
Juliana f. r. Sirani cum fil. 15
Julitta V. f. Margaritæ 5
Julitta V. f. Florentiæ comitis filii ibid.
Julitta V. neptis r. Sirani 15
Julitta uxor principis f. Axparæ 28
Justina V. f. Willebrordi fratris Dariæ 3
Justina V. neptis Sibiliæ ex sorore 5
Justina V. soror Viventiæ 6
Justina V. neptis r. Canuti 12
Justinus subdiaconus 18
Justitia V. f. R. Lucii, soror Jothæ 10
C Ivoritta V. neptis Alexandri 16
Juvenalis V. f. sororis r. Aviti 14
Iwanus episcopus, avunculus Dariæ 4
Killianus diaconus 1.18
Lacedomia V. neptis Anastasiæ 7
Lætitia V. f. sororis r. Clodovei 8
Laurentius rex 1.8
Leo dux, f. r. Ancharamni cum ux. Honesta 17
Liburtia V. f. d. avunculi Nataliæ 25
Liburgis soror Axparæ reginæ 28
Lotharius episcopus 6
Lucentia V. f. Eleutheriæ 29
Lucentia V. neptis ex fratre Lucentiæ ibid.
Lucia V. f. Berengardis comitis 9
Lucia V. f. Liburgis 28
Lucia V. f. Prudentiæ 4
Lucia V. f. R. soror Sibiliæ 1.6
Lucia V. chiliarchis, f. R. 7
Lucia V. neptis R. Canuti 12
Lucia V. neptis R. Aviti 14
Lucia V. neptis R. Sirani 15
Lucia V. f. com. Flandrensis 25
Lucia V. f. Axparæ 28
Lucia V. f. R. fratris Axparæ ibid.
Lucia V. f. R. Normann. 26 AUCTORE
Lucia f. R. Sirani, uxor ducis cum fil. 13 CROMBACHIO.
Lucius rex pater Jothæ. 10
Lucretia V. f. R. soror Fuchelingi 8
Lucretia decennis f. R. Lucretiæ 1.8
Lucretia regina cum 2 reginis ibid.
Luminosa V. soror Olivæ 8
Luminosa V. fil. avunculi Olivæ ibid.
Lupina f. principis cum 3 fil. 15
Macharia V. f. sororis uxoris Aviti regis 14
Macharius princeps cum 4 fil. 3
Magmara V. f. ducissæ 6
Magmorach regina a Laurentio R. adducta 1.8
Magna V. neptis regis Pipini 15
Magnus princeps cum uxore et 4 fil. 4
Manander f. com. sponsus Evodiæ ibid.
Marcella V. neptis Lucii regis 10
Marcella f. Alexandriæ cum 2 fil. 3
Marculus episcopus Byzantinus Elis.9
Margarita V. f. Eustachii comitis 3
Margarita V. f. Gertrudis ibid.
Margarita V. f. Macharii principis ibid.
Margarita V. f. Tiburtiæ comitis ibid.
Margarita V. neptis R. Lucii ex filio 10
Margarita V. f. Eugeniæ ducis ibid. E
Margarita V. neptis Gelasii 19
Margarita V. neptis ejusdem ex filio 19
Margarita uxor Pipini R. cum 7 liberis 13
Margarita f. Eustachii com. cum 3 fil. 3
Maria V. neptis R. Lucii ex filio 10
Maria V. f. ducissæ 6
Maria V. neptis R. Clodovei 11
Maria V. soror Honestæ ducis 17
Martha V. neptis Lucii R. ex filio 10
Martina V. neptis Alexandri D. 16
Matrona uxor Magni principis cum 4 fil. 4
Mathildis V. f. Alexandri D. 16
Maurisus episcopus Lavicanus 19
Meandra V. neptis Gelasii ex filio ibid.
Melandria V. neptis Gelasii ex filio ibid.
Melchia uxor Recharii cum fil. 18
Melchia V. f. Cornulæ 4
Melchis V. f. sororis Aviti R. 14
Metildis fil. Alexandri principis 19
Metildis f. D. Hardingi cum filia 21
Meldonia V. neptis Eustachii ex sorore 3
Mellifrodica V. neptis Lucentiæ 29
Menandra V. cognata Olivæ reg. 8
Micronia f. principis Macharii 5 F
Mobilia V. f. D. soror Benignæ 1.6
Mobilia V. neptis R. Iwani ex filio 18
Mobilia V. neptis ejusdem ex filio alio ibid.
Mobilia V. neptis Gelasii ex filio 19
Modesta V. f. com. cognata Elisabeth 24
Natalia V. f. R. Arthuri 25
Natalia uxor D. Philippi cum 3 fil. ibid.
Nazaria V. neptis regis 6
Nestoria V. f. D. Eusebii 27
Nestoria V. consanguinea Nestoriæ V. ibid.
Nicanor f. R. sponsus Tiburtiæ 14
Nicolaus f. R. sponsus Eulaliæ ibid.
Nicolitta V. f. amitæ Ætherii 7
Nicolitta V. f. Zapherinæ 21
Nicolitta V. f. Elisabeth 22
Nicolitta V. f. principis 25
Nicolitta V. consanguinea Luciæ Flandr. ibid.
Nicolitta V. neptis Pipini R. ex filia 13
Nicolitta V. f. Nicolittæ, soror Euphrasiæ 7
Nicolitta mater Nicolittæ, amita Ætherii ibid.
Nicostratus princeps Romanus 1.18
Nitidius sponsus Euticiæ 15
Nobiliana V. f. amitæ Ætherii 7

AUCTORE CRUMBACHIO.

Nobiliana V. f. regis Adulphi 15
Nobiliana V. f. R. soror Honorati 10
Octonia V. putatur f. R. soror Nataliæ 25
Odilia V. chiliarchis, f. comitis 4
Odilia V. Eulaliæ sororis Dariæ 5
Odilia V. neptis R. Iwani ex fil. 18.
Oliverius R. sponsus Olivæ 8
Oliva V. regina coronata, sponsa Oliverii 7
Oliva uxor Residi regis Danorum 17
Oriones avum habens regem 5
Osanna V. f. ducis Rogerii 1.5
Palladia V. f. Evortiæ 6
Pallemonia V. f. consobrinæ Ætherii ibid.
Pallodora V. f. Hardingeri D. 5
Pallodora V. f. consobrinæ Ætherii 6
Pallodora V. f. R. soror Carpophoræ ibid.
Pallodora V. soror reginæ Margaritæ 15
Pantulus episcopus Basileensis Elis.6
Papia V. soror Honestæ ducis 17
Penechya f. Anchiræ cum 2 fil. 29
Peregrina V. f. Peregrinæ 24
Peregrina comitissa cum 2 fil. ibid.
Perionia V. neptis Sibiliæ 5
Perpetua V. cognata Olivæ reg. 8
B Perpetua V. neptis regis cujusdam 12
Perpetua V. consanguinea Canuti R. ibid.
Perpetua V. neptis R. Arthuri 25
Philadelphia V. soror Margaritæ reg. 15
Philadelphia neptis Eustachii com. cum 3 fil. 5
Philædria V. f. consobrinæ Ætherii 6
Phileria V. neptis Alexandri 16
Philippia V. cognata Ætherii 7
Philippius f. R. Canuti 12
Philogna V. neptis Magni principis 4
Philogena V. sponsa Eutichii comitis 5
Philomena V. f. Willebrordi 5
Philomena V. f. Florentii com. 5
Philomena V. neptis R. Aviti 14
Philomena V. soror reg. Margaritæ 15
Pinnosa V. f. D. Ludvici patrui S. Ursulæ 4
Pinnosa V. f. avunculi R. Olivæ 8
Pinnosa V. f. avunculi Alexandri 12
Pinnosa V. neptis R. Pipini 13
Pinnosa V. consanguinea Nestoriæ 27
Pinnosa V. f. materteræ Lucentiæ 29
Pionia V. stirpis regiæ 2
Pipinus rex cum uxore Margarita et 7 liberis 1.7
Placata V. f. D. Herdingi 21
C Placentia V. f. filii Lucii R. 10
Placentia V. f. D. Herdingi 21
Placentia V. f. Ægidii regis 14
Placida V. soror Luciæ f. R. 1.5
Placida V. f. Thelindris 1.4
Placida V. soror Giramani 25
Placida V. f. Richardi D. 18
Placida V. f. Victorinæ 20
Plenaria V. neptis R. Clodovei ex fratre 11
Polemia V. f. cognata R. Canuti 12
Polodoxia V. f. Polycarpi R. 1.8
Polodoxia V. sponsa f. D. 8
Pontius episcopus cardinalis Elis.9
Porphyria R. f. cum 2 fil. 25
Porthura V. neptis Luciæ 7
Præcipua V. neptis Elisabeth ex fratre 24
Præclara V. neptis Clodovei R. ex sorore 11
Præclara V. neptis Pipini R. 13
Præclara V. f. R. Oswaldi 18
Præclara V. f. R. Elpronii ibid.
Præclara V. neptis R. Iwani ibid.
Præclara V. sponsa Sidonii 19
Præpotentia V. neptis Eustachii ex sorore 5
Præpotentia V. f. Lupinæ 15
Praxedema V. f. cognatæ Canuti R. 12 D
Praxedes V. soror Lucentiæ 29
Praxedes V. cognata Lucentiæ ibid.
Praxedes V. neptis com. Eustachii 5
Praxedes ducissa cum fil. ibid.
Pretiosa V. f. R. 18
Pretiosa V. f. Marcellæ 3
Pretiosa V. f. Florentiæ 12
Principalis V. neptis Eustachii ex sorore 5
Proba V. f. amitæ Ætherii 7
Proba V. neptis Clodovei R. ex fratre 11
Probantia V. f. Gertrudis 5
Procha V. f. amitæ Ætherii 6
Prochdea V. f. Anchiræ 29
Prodicha V. f. Benechyæ ibid.
Prothea V. f. Athleæ 28
Prothea V. consanguinea Luciæ Flandrens. 25
Prudentia V. neptis Gelasii ex filiabus 19
Prudentia V. neptis Gelasii ex filiabus ibid.
Prudentia V. neptis Axparæ ex filia 28
Prudentia f. M. principis cum 2 fil. 4
Recharus f. R. Osswaldi cum uxore et fil. 18
Refridus rex Danorum cum uxore Oliva 1.7
Regedia V. neptis Sibiliæ ex sorore 5
Residea V. soror Honestæ ducis 17
Residis V. consanguinea Luciæ Flandrens. 25 E
Residis V. f. R. Corthaniæ de Hibernia 1.8
Resindis V. neptis Anastasiæ 7
Resindis V. neptis Elisabeth ex fratre 24
Resindis regina Hiberniæ cum 2. reginis 1.8
Rigildis V. regiis stemmatis 25
Rubetha V. f. Axparæ 28
Rubetha V. f. fratris Axparæ ibid.
Sabina V. f. Clodovei R. 11
Sacrosa V. soror Cleopatri R. 8
Salutaria V. neptis Clodovei R. 11
Saphirus f. Principis 25
Sapientia V. chiliarchis 1.4
Sapientia V. soror Luciæ 1.5
Sapientia V. f. Claræ reginæ 1.8
Sapientia V. f. Magni principis 4
Sapientia V. f. Hermolai R. 11
Sapientia V. f. consanguineæ Leonis 17
Sapientia nobilis cum 2 fil. 6
Sapora V. consanguinea Nestoriæ 27
Selantius nepos R. Simeonis 4
Sephronia V. consanguinea Nestoriæ 27
Serapia V. neptis R. 6
Serena V. neptis Sibiliæ reginæ 15
Serena V. soror Sapientiæ 1.4 F
Serena V. f. Macharii principis 5
Serena uxor comitis cum 2 fil. 15
Sibaldus f. R. Sigemundi 4
Sibilia V. chiliarchis, f. Sirani R. 15
Sibilia V. soror Benignæ 1.6
Sibilia V. f. filii Lucii regis 10
Sibilia regina filia Eulaliæ 20
Sibilia reg. uxor Sirani R. 15
Sibilia uxor Sinceri 18
Sibilia uxor Eustachii com. cum 6 fil. 1.5
Sibonia V. f. Magni principis 25
Sibonia V. cognata Iwani comitis 25
Sicharus f. D. cum 3 sororibus 26
Sicherus dux cum uxore Eugenia 10
Sicherus sponsus Eleutheriæ 11
Sidonius f. R. Pipini 15
Sigemundus f. Magni P. 4
Sigemundus sponsus Pioniæ 12
Silvana V. f. materteræ Olivæ R. 8
Silvana V. neptis Clodovei R. ex sorore 11
Silvaria V. f. consobrini Ætherii 6
Simera V. materteræ Olivæ reginæ 8

A Simenia V. f. comitis 23
Simeon R. f. sponsus Nestoriæ 27
Simeon sponsus Cordulæ 4
Simplicius episcopus Ravennas Elis. 12
Simphoriana V. f. sororis Justitiæ 10
Simphoriana V. filia Alexandri 16
Simphronia V. f. amitæ Ætherii 6
Sincera V. f. Evortiæ ibid.
Sincera V. f. consanguinea Olivæ 8
Sincera V. f. regis Pipini 13
Sincera V. f. regis Adulphi ibid.
Sincera V. f. Elisabeth 22
Sincera V. f. Ellederæ 24
Sincerus dux cum uxore Sibilia 18
Sintheria V. neptis Lucii R. 10
Siphredus adolescens regius 4
Siranus rex cum uxore Sibilia 13
Siranus f. R. sponsus Immeriæ 4
Sirapionia V. sponsa Antonii D. 2
Sophia V. f. ducis 17
Sophia V. f. Benedictæ Reginæ 18
Sophia V. f. ducis 6
Sophia V. f. Anchiræ ducis 29
Sperans V. neptis Canuti R. 12
B Sperans f. Canuti R. ibid.
Spes V. soror Euphrosynæ 24
Splendida V. neptis Luciæ 7
Spretiana V. neptis Dorothei R. 26
Suffragia V. f. principis 23
Thasis V. f. Sinceri D. 18
Tecla V. f. Reformii principis 21
Tecla V. soror Julianæ 22
Thelindris V. neptis Axparæ ex filio 28
Theodora comitissa Flandr. cum 4 fil. 23
Tiberia V. sponsa filii regis 3
Tiburtia V. f. Tiburtiæ comitissæ ibid.
Tiburtia V. f. sororis Aviti R. 14
Tiburtia comitissa cum 3 liberis 3
Vedasta V. f. D. 28
Venusta V. f. Lucii R. 10
Venusta V. neptis Anastasiæ 7
Venusta V. f. R. 17
Verena V. f. Jacobi principis 2
Verena V. neptis Lucii R. 10
Verena V. f. Alexandri fratris Dariæ 19
Verenia V. f. Alexandri fratris Dariæ 19
Verenia V. neptis Anastasiæ 7
Verona V. f. Galonis 3
C Veronia V. f. Alexandri 16
Victoria V. f. Gerasinæ Elis. 13
Vincentius presbyter cardinalis Elis. 7
Virgilia V. soror Chelindris 14
Virgilia V. neptis Dorothei R. ex sorore 26
Virginea V. neptis Dorothei R. ibid.
Virginea V. consanguinea Nestoriæ 27
Virgulta V. neptis Sirani R. 13
Viventia V. f. Sapientiæ 6
Viventia V. f. sororis Aviti R. 14
Vlatimalis V. soror Viventiæ ibid.
Urbanus dux f. R. Canuti cum uxore Cafinea 12
Ursitia V. soror Odiliæ 4
S. Ursula V. Regina
Ursula V. fil. Cornulæ 4
Ursula V. neptis Aviti R. 14
Ursula uxor Harderici cum 3 fil. 3
Vultura V. f. avunculi Olivæ reg. 8
Vultura V. consanguinea Elisabeth 24
Walburgis V. f. Eustachii com. 3
Walburgis V. cognata Olivæ reg. 8
Walburgis V. f. Clodovei R. 11
Wilhelmus episcopus 2
Willena V. neptis Luciæ 7
Zaphirina soror R. Arthuri 21
Zoya V. f. Zaphirinæ ibid.
Zoya V. f. consobrinæ Ætherii 6

AUCTORE CROMBACHIO.

PASSIO S. URSULÆ,

Auctore Galfredo Monumetensi.

Excerpta ex ejusdem Historia regum Britanniæ, lib. v, *capp.* 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18 *et* 19, *secundum editionem Giles.*

Denique *a* senio confectus [Octavius], disponere populum volens, quæsivit a consiliariis suis, quem post ipsius fata in regem de progenie sua erigere affectassent? Unicam tantum filiam habens, filio caruerat, cui regimen patriæ permitteret. Fuerunt itaque qui laudabant ut filiam suam alicui nobilium Romanorum cum regno maritaret, ut pace fruerentur firmiori. Alii vero censebant Conanum Meriadocum, nepotem ejus, in solium regni initiandum : filiam vero alicui alterius regni principi cum auro et argento copulandum. Dum hæc inter ipsos gererentur, accessit Caradocus Cornubiæ dux, consiliumque dedit ut Maximianum senatorem invitarent, filiamque ei cum regno donarent, et sic perpetua pace fruerentur. Erat autem ei pater Britannus : quia Leoninus Constantini avunculus, de quo superius mentionem feceram *b*, ipsum genuerat. Matre vero et natione Romanus, ex utroque sanguine regalem ferebat procreationem. Idcirco pacis stabilitatem promittebat, quia sciebat illum, et ex imperatorum genere, et ex origine Britonum jus in Britanniam habere. Cum itaque tale consilium dedisset Cornubiensium dux, indignatus est Conanus, regis nepos, qui omni nisu in regnum anhelabat, totamque curiam propter talia turbavit. At Caradocus cœptis suis desistere nolens, misit Mauricium filium suum Romam, ut ea Maximiano *c* indicaret. Erat ipse Mauricius magnæ et pulcræ staturæ, magnæque probitatis atque audaciæ : et qui ea quæ indicabat, armis, si contradictio fieret, et duello probabat. Qui ut Maximiani præsentiam adivit, ab illo ut decebat receptus est, et supra commilitones honoratus. Erat tunc maxima inquietudo inter ipsum Maximianum, et duos imperatores Gratianum, fratremque suum Valentinianum, quia passus fuerat repulsam de tertia parte imperii quam petebat. Ut ergo vidit Mauricius Maximianum ab imperatoribus oppressum, eum in hæc verba effatur : « Ut quid Gratianum times, Maximiane; cum tibi pateat via qua ei imperium eripere poteris? Veni mecum in Britanniam insulam : et regni diadema possidebis. Octavius enim rex et senio et languore gravatus, nihil aliud desiderat, nisi ut aliquem talem inveniat, cui regnum suum cum filia donet. Masculina namque prole caret, consiliumque a proceribus suis quæsivit, cui unicam filiam suam cum regno copularet, et ut affatui qui ejus parerent heroes, decreverunt ut tibi concederetur regnum et puella, et direxerunt me ad te, ut id tibi notificarem. Si igitur mecum veniens inceptum istud perfeceris, auri et argenti Britanniæ

E *Senescente Octavio, Britanniæ rege, accersitur ex Italia Maximus ut filiam regis sponsam simul cum regno accipiat;*

a

b

c

F

AUCTORE GALFREDO MONUMETENSI

niæ copia, multitudine etiam bellicosorum militum ibidem manentium, Romam valebis redire, expulsisque imperatoribus eam subjugare. Sic enim egit Constantinus cognatus tuus, pluresque reges nostri qui imperium ascenderunt. »

Maximus, in Britanniam appulsus, caute pugnam cum Conano vitat.

2 Acquiescens igitur verbis ejus Maximianus Britanniam petivit, petendo Francorum urbes subjugavit : subjugando aurum et argentum coacervabat : milites undique sibi associabat. Postmodum Oceanum mare ingressus, in portum Hamonis secundis velis applicuit. Cumque id regi nuntiatum esset, expavit stupore vehementi, existimans hostilem exercitum supervenisse. Vocato igitur Conano nepote suo, jussit eum omnem armatum militem insulæ colligere atque hostibus obviam procedere. Collegit itaque Conanus omnem regni juventutem, venitque ad portum Hamonis, ubi tentoria sua Maximianus erexerat. Qui ut tantæ multitudinis adventum comperit, maximis angustiis cruciabatur, quia ignorabat quid faceret. Paucioribus namque catervis comitatus, dubitabat et virorum multitudinem et audaciam, quia de pace nullam spem habebat. Convocatis igitur majoribus natu et Mau-
B ricio, dicere præcepit, quid contra talem adventum agendum foret? Cui Mauricius : « Non est nobis cum tot bellicosis militibus pugnandum, nec ea de causa venimus, ut Britanniam prælio subjugaremus. Pax roganda est et hospitandi licentia, donec animum regis sciamus. Dicamus nos missos esse ab imperatoribus, eorumque mandata Octavio deferre, et calidis verbis populum istum mulceamus. » Cumque id omnibus placuisset assumpsit secum duodecim canos proceres sapientiores ceteris, et olivæ ramos in dextris habentes : venitque Conano obviam. Videntes igitur Britones viros reverendæ ætatis, et olivam in pacis signum gestantes, eis honorifice assurgunt et viam patefaciunt, ut ducem liberius adeant. Mox illi in præsentia Conani Meriadoci stantes, eum ex parte imperatorum et senatus salutaverunt, dixeruntque Maximianum missum ad regem Octavium, ut mandata Gratiani et Valentiniani eidem portaret. Ad hæc Conanus : « Non decebat tantum virum inglorium sine commilitonibus incedere : præsertim cum propter Romanam potentiam, et propter actus avorum suorum pluribus regibus odiosus habeatur. Nam si raro comitatu incederet, fortassis ab inimicis reipublicæ
C perimeretur. Pace venit, pacemque petit, quod ex actu ipsius credi decet. Ex quo namque applicuimus, sic nosmet ipsos habuimus, ut nemini injuriam intulerimus. Expensam nostram ut gens pacis fecimus, quia necessaria ementes, nihil vi cuipiam subripuimus. » Cumque hæsitasset Conanus, an prælium committeret : accessit Caradocus dux Cornubiæ : accesserunt cæteri proceres, et dissuaserunt Conano post hanc petitionem bellum ingerere. Qui licet dimicare maluisset, depositis armis, concessit eis pacem. Duxitque Maximianum Londonias ad regem, et rem ordine manifestavit.

Consentit Octavius in filiæ matrimonium; hinc bellum oritur inter Conanum Meriadocum, qui id quoque ambiebat, et Maximum.

3 Tunc Caradocus Cornubiæ dux, assumpto secum Mauricio filio suo, jussit astantes semoveri : regemque in hæc verba adivit : « Ecce quod longo tempore desiderabant qui fidelitati tuæ veriori affectu obedientiam servant, disponente Deo, successibus tuis accessit. Præceperas namque procetibus tuis consilium dare, quid de filia tua, quid de regno tuo tibi agendum foret : cum tua ætas in tantum his diebus repugnet, ut populum tuum diutius gubernes. Alii itaque censebant diadema Conano nepoti tuo tradendum, filiamque tuam alicubi digne maritandam : timentes civium exterminationem si alterius linguæ princeps superveniret. Alii concedebant regnum filiæ, et alicui nostræ D
loquelæ nobili, qui tibi post obitum succederet. Major autem pars laudabat, ut ex genere imperatorum mandaretur aliquis, cui nata cum diademate donaretur. Promittebant enim firmam et stabilem pacem inde proventuram, si Romana potestas ipsos protegeret. Ecce ergo tibi dignatus est Deus istum subvectare juvenem, et ex Romanorum genere, regalique prosapia Britonum creatum, cui filiam tuam meo consilio maritare non differes. Quamquam autem illud abnegares, quid juris tibi contra illum in regnum Britanniæ fieret? Constantini etenim consanguineus est, et nepos Coel nostri regis, cujus filiam Helenam *d* nequimus abnegare *d*
hereditario jure regnum istud possidere. » Cumque hæc retulisset Caradocus, acquievit ei Octavius, communique consensu ilico regnum Britanniæ cum filia sua illi donavit. Quod videns Conanus Meriadocus, indignatus est ultra quam exprimi posset : secessitque in Albaniam, et exercitum colligere vacavit, ut Maximianum inquietaret. Multitudine ergo consociata, præterivit Humbrum flumen, quasque provincias ultra et citra depopulans. Quod cum Maximiano nuntiaretur : collecta tota fortitudine sua, festinavit obviam ire : et cum illo E
præliatus est, et cum victoria rediit. Nec tamen deficiebat Conanus, sed resociatis catervis, destructioni provinciarum imminebat. Redibat ergo Maximianus, et commissis præliis quandoque cum triumpho, quandoque superatus revertebatur. Denique cum alter alteri maximum damnum intulisset, concordiam annuentibus amicis fecerunt.

Maximus Armoricam invadit, novum regnum conditurus;

4 Emenso deinde quinquennio, superbivit Maximianus propter infinitam auri et argenti copiam quæ illi quotidie affluebat : paravitque navigium maximum, omnemque armatum militem Britanniæ collegit. Non sufficiebat ei regnum Britanniæ, quin affectaret Gallias subjugare. Ut ergo transfretavit, adivit primitus Armoricum regnum, quod nunc Britannia dicitur, et populum Gallicum, qui inerat, debellare incepit. At Galli duce Inbalto, obviam venientes, pugnam fecerunt contra illum : sed in majori parte periclitati fugam inierunt. Ceciderat namque dux Inbaltus, et quindecim milia armatorum, qui ex omni regno convenerant. Ut ergo tantam cladam ingessit Maximianus, maximo fluctuavit gaudio, qui interitu tot virorum sciebat patriam leviter deinde subdendam. Vocavit ergo Conanum ad se extra turmas, et paulisper subridens F
ait : « Ecce unum ex potioribus Galliæ regnis subjugavimus. Ecce spem ad cetera habere possumus. Festinemus urbes et oppida capere; antequam rumor hujus periculi in ulteriorem Galliam evolans, universos populos ad arma provocet. Nam si istud regnum habere poterimus, non hæsito quin totam Galliam potestati nostra subdemus. Ne pigeat te ergo, regnum Britanniæ insulæ mihi cessisse, licet possidendi eam spem habuisses, quia quicquid in illa amisisti, tibi in hac patria restaurabo, promovebo te etenim in regem hujus regni, et erit hæc altera Britannia, et eam ex genere nostro, expulsis indigenis, replebimus. Patria namque fertilis est segetibus : et flumina piscosa sunt, nemora perpulcra, et saltus ubique amœni. Nec est uspiam, meo judicio, gratior tellus. » Ad hoc inclinato capite grates egit Conanus, promisitque se fidelem in obsequio ejus mansurum donec viveret.

Redonum oppidum capiunt Britanni et maximam ibi edunt stragem;

5 Post hæc convocatis catervis iverunt Redonum, ipsamque eodem die ceperunt. Audita namque Britonum sævitia, peremptorumque casu, diffugerant cives cum festinatione, mulieribus relictis atque infantibus. Exemplo ipsorum fecerunt ceteri per

A per urbes et per cetera oppida, ita ut facilis aditus Britonibus pateret. Qui quocumque intrabant, interficiebant quicquid erat masculini sexus, solis mulieribus parcentes. Postremo cum universas provincias penitus ab omni incola delevissent, munierunt civitates et oppida militibus Britanniæ et promontoria in diversis locis statuta. Sævitia igitur Maximiani, per ceteras Galliarum provincias divulgata, timor nimius quosque duces, et quosque principes invadebat : ita ut nullam aliam spem nisi in votis diis solvendis haberent. Diffugiebant itaque ab omni pago ad civitates et oppida et ad quæcumque loca quæ tutum præstabant refugium. Maximianus ergo sese timori esse comperiens, majorem resumit audaciam : exercitumque suum profusis donariis augere festinat. Quoscumque enim aliena captare callebat, sibi associabat, et nunc auro, nunc argento, ceterisque muneribus illos ditare non cessabat.

Maximus impletæ Armoricæ Britannis militibus præficit Conanum Meriadocum, et ipse, Gallia Germaniaque subacta, sedem suam Treviris collocat;

6 Exin tantam multitudinem collegit, quantam existimabat sibi sufficere posse ad omnem Galliam subjugandam. Distulit tamen sævitiam suam paulisper ulterius ingerere, donec sedato regno quod ceperat, ipsum Britannico populo replevisset. Fecit itaque edictum suum, ut centum millia e plebe in Britannia insula colligerentur, qui ad eum venirent. Præterea triginta millia militum, qui ipsos intra patriam, qua mansuri erant, ab hostili irruptione tuerentur. Cumque omnia perpetrasset, distribuit eos per universas Armorici regni nationes : fecitque alteram Britanniam, et eam Conano Meriadoco donavit. Ipse vero cum ceteris commilitonibus suis, ulteriorem adivit Galliam, gravissimisque præliis illatis eam subjugavit, necnon et totam Germaniam in omni prælio victoria potitus. Thronum autem imperii sui apud Treveros statuens, ita debacchatus est in duos imperatores Gratianum et Valentinianum, quod uno interempto, alterum ex Roma urbe fugavit.

Conanus petit sibi a Dionoto, rege Cornubiæ, filiam Ursulam, *et militibus suis alias mulieres;*

7 Interea inquietabant Conanum Armoricosque Britones Galli atque Aquitani, crebrisque irruptionibus sæpissime infestabant. Quibus ipse resistens, et mutuam cladem reddebat, et commissam sibi patriam viriliter defendebat. Cum autem ei cessiset victoria, voluit commilitonibus suis conjuges dare, ut ex eis nascerentur heredes qui terram illam perpetuo possiderent. Et ut nullam commixtionem cum Gallis facerent, decrevit ut ex Britannia in-
C sula mulieres venirent, quæ ipsis maritarentur. Direxit itaque nuncios in Britanniam insulam ad Dionotum regem Cornubiæ, qui fratri suo Caradoco in regnum successerat, ut curam hujus rei susciperet. Erat ipse nobilis et præpotens : et cui Maximianus insulæ principatum commendaverat, dum ipse prædictis negotiis intenderet. Habebat autem filiam miræ pulchritudinis, cui nomen Ursula, quam Conanus super omnia exoptaverat.

11,000 nobiles et 60,000 plebeiæ, Armoricam versus navigantes, vento pelluntur ad ostia Rheni et a Pictis et Hunnis cæduntur. Ili dein vastant Britanniam majorem, donec vincantur a Gratiano municipe.

8 Dionotus igitur, viso Conani nuncio, volens mandatis ejus parere, collegit per diversas provincias nobilium filias, numero undecim millia : de ceteris ex infima gente creatis sexaginta millia : et omnes intra urbem Londoniæ convenire præcepit, naves quoque ex diversis littoribus jussit adduci ; quibus ad prædictos conjuges transfretarent. Quod licet multis in tanto cœtu placuisset, tamen pluribus displicebat, quæ majori affectu et parentes et patriam diligebant. Nec deerant forsitan aliquæ, quæ castitatem nuptiis præferentes, maluissent in qualibet etiam natione vitam amittere, quam hoc modo divitias exigere. Quippe diversas diversa juvarent, si optatum suum ad affectum ducere quivissent. Parato autem navigio, ingrediuntur mulieres naves, et per Tamensem fluvium maria petunt. Postremo cum vela versus Armoricanos divertissent, contrarii venti in classem insurrexerunt, et in brevi totam societatem dissipant. Periclitabantur ergo naves intra maria, in majori parte submersæ : quæ vero totum periculum evaserunt, appulsæ sunt in barbaras insulas, et ab ignota gente sive trucidatæ sive mancipatæ. Inciderant siquidem in nefandum exercitum Guanii et Melgæ, qui jussu Gratiani nationes maritimorum et Germaniæ dira clade opprimebant. Erat autem Guanius rex Hunnorum, Melga vero Pictorum, quos asciverat sibi Gratianus, miseratque in Germaniam, ut eos qui Maximiano faverent, inquietarent. Per maritima ergo sævientes, obviarunt prædictis puellis in partes illas appulsis. Inspicientes igitur earum pulchritudinem, lascivire cum eis voluerunt : sed cum abnegavissent puellæ, in eas ambrones irruerunt, maximamque partem sine pietate trucidaverunt. Deinde nefandi Pictorum et Hunnorum duces Guanius et Melga, qui partibus Gratiani et Valentiniani favebant, cum didicissent insulam Britanniæ ab omni armato milite vacuatam, iter
E festinatum versus illam direxerunt : associatisque sibi collateralibus insulis, in Albaniam applicuerunt. Agmine igitur facto invaserunt regnum quod rectore et defensore carebat, vulgus irrationabile cædentes. Abduxerat enim secum Maximianus (ut prædictum est) omnes bellicosos juvenes qui reperiri potuerant : inermesque colonos atque inconsultos reliquerat. Quos cum prædicti Guanius et Melga compererunt minime resistere posse, stragem non minimam facientes, urbes et provincias, ut ovium caulas, vastare non cessabant. Cum ergo tanta calamitas Maximiano nunciata fuisset, misit Gratianum municipem cum duabus legionibus, ut auxilium subvectaret : qui ut in insulam venerunt, præliati sunt cum prædictis hostibus, et acerrima nece affectos ipsos in Hiberniam fugaverunt. Interea interfectus fuit Maximianus Romæ ab amicis Gratiani et Britones quos secum duxerat, interfecti sunt et dissipati : qui evadere potuerunt, venerunt ad concives suos ad Armoricam, quæ jam altera Britannia vocabatur.

ANNOTATA.

F a *Ante narravit Galfredus Octavium, ducem Wisseorum, post Constantini Magni ex Britannia discessum, insurrexisse in proconsules Romanos, quibus insulæ regimen permissum fuerat, ipsisque interfectis, solio fuisse potitum; post a Constantino missum fuisse S. Helenæ, matris suæ, avunculum, nomine Trahern; a quo victum Octavium et in Norwegiam fugatum; sed hujus insidiis brevi prope Londonias occisum Trahern; quo accepto nuntio, rediisse Octavium in Britanniam et regnum ab illo tempore usque in dies Gratiani et Valentiniani feliciter obtinuisse. Hæc meras fabulas esse non est quod moneam; neque sequentia meliora sunt. Non tamen est quod singula confutem; in infinitum disserendum foret. Quod ad rem nostram attinet, satis de Galfredi narratibus diximus in Commentario prævio* § XI. *Sicui vero libet veram historiam de rebus Britannicis hujus ævi legere, adeat Tillemontium* (1).

b *Supra, scilicet cap.* 8, *vocatur Leolinus et S. Helenæ, quam origine Britannam fuisse voluit Galfredus, avunculus dicitur et a Constantino Magno, e Britannia discedente, Romam adductus.*

(1) Mémoires des Empereurs, Histoire des Bretons, tom. VI, pag. 187 et seqq.

AUCTORE V. D. B.

c *Intelligitur Maximus, qui post ob arreptum imperium Tyrannus dictus est.*

d *S. Helena iterum intelligitur, quæ cap.* 6 *filia fuisse traditur Cæl, ducis Kærcolvin, id est Colecestriæ, et victo Ascleprodoto, regni diademate insigniti. Ita Galfredus.* D

GLORIA POSTHUMA

SS. URSULÆ ET UNDECIM MILLIUM VIRGINUM ET MARTYRUM.

§ I. De basilicæ Ursulanæ Coloniensis antiquitate et fatis.

Basilicam, in loco in quo SS. Virgines pro nomine Christi sanguinem suum fuderunt, ædificatam, restituit Clematius, ut ex titulo novimus:

B *De gloria posthuma sanctarum undecim millium virginum dicturi, initium facimus ab explicando cultu, quem in ipso sepulturæ loco adeptæ fuere. Si Crombachio aliisque, quibus SS. Elisabethæ et Hermanni Revelationes aliaque id genus loco historiæ fuerunt, fides adhibenda foret, ab origine nil incompertum esset aut obscurum, sed clara omnia et in meridiana luce posita. Verum enimvero id genus placitorum tam exiguæ auctoritatis sunt apud ipsos eruditiores Colonienses, ut frustra operam collocare viderer, si vel minimum me iis detineri paterer. At vitandus non minus excessus oppositus. Si enim passim audias viros, etiam non indoctos, de rebus Ursulanis disserentes, cultum SS. Virginum sæculo* denum XII, *quum magna pars ossium levata est et fabulosæ Revelationes conscriptæ, adolevisse disces; quæ antea facta sint jacere in tenebris; monumenta nulla esse aut fere nulla. Quam hæc falsa sint, jam intelligere fuit ex his quæ in Commentario prævio retulimus. Verum his contenti esse nolumus; adeoque tantam hic afferemus aut saltem indicabimus monumentorum copiam, quanta de paucis admodum antiquioribus Sanctis exstat; neque hæc recentia; sed pleraque omnia sæculo* XI *anteriora. Sed hanc rem jam agamus. Supra in Commentario prævio* § XXV *ex retectione sepulcrorum, quæ anno* 1640 *facta est, intellexiimus quanta reverentia primum sepultæ fuerint SS. Virgines. Insuper in loco,* ubi sanctæ virgines pro nomine Christi sanguinem suum fuderant, (*verba sunt tituli de quo mox,*) *circa id tempus ædificata est* sanctorum corporum custos ecclesia, *ut eam appellat auctor Sermonis in natali. Hæc* incensa, *ut idem testatur; sed aliquanto post* a fundamentis restituta

C *curis Clematii, viri clarissimi. Quæ postrema nituntur titulo lapideo, de quo modo et qui etiamnum superstes est et choro templi Ursulani calce insertus* (1). *Accipe hunc titulum :* DIVINIS FLAMMEIS VISIONIBVS FREQVENTER ADMONITVS VT VIRTVTIS MAGNÆ MAIESTATIS MARTYRII CÆLESTIVM VIRGINVM IMMINENTIVM EX PARTIBVS ORIENTIS EXHIBITVS PRO VOTO CLEMATIVS V. C. DE PROPRIO IN LOCO SVO HANC BASILICAM VOTO QVO DEBEBAT A FVNDAMENTIS RESTITVIT. SI QVIS AVTEM SVPER TANTAM MAIESTATEM HUIVS BASILICÆ VBI SANCTÆ VIRGINES PRO NOMINE XRI SANGVINEM SVVM FUDERVNT CORPVS ALICVIVS DEPOSVERIT EXCEPTIS VIRGINIBVS SCIAT SE SEMPITERNIS TARTARI IGNIBVS PVNIENDVM.

quem nil impedit sincerum esse visiones de quibus in eo fit mentio :

2 *Hunc ego titulum et sincerum habeo et omnium, quæ de Coloniensibus virginibus supersunt documenta, antiquissimum. Ejus enim prior pars, quæ a* DIVINVIS FLAMMEIS VISIONIBVS *usque ad* RESTITVIT *excurrit, recitatur in Sermone in natali; adeoque sæculo* IX *seu etiam ante tantæ jam erat antiquitatis ut non amplius ab omnibus intelligeretur, seu potius ut diversæ jam de ejus significatione sententiæ (quemadmodum aperte tradit Sermonis auctor) circumferrentur : manifestum indicium, tantum jam a posito lapide elapsum fuisse temporis spatium ut memoria gestorum Clematii interea perire potuerit. Neque aliquid in hoc titulo occurrit quod ab illius ævi moribus abhorreat. Imprimis usitatissimum fuisse ut in titulis, non secus ac in diplomatibus, indicaretur ob quam causam aliquid fieret, conveniunt omnes et innumera testificantur monumenta. Re quidem vera nullum ego novi præter præsens Coloniense monumentum, quod antiquum sit et sincerum et cui simul inscriptum sit templum fuisse conditum aut restauratum propter* E *cælitus habitas visiones; verum nullum etiam inveni quod ad templum ullum pertineat, quod feratur Deo jubente aut visionibus invitante exstructum. At hæc visionum memoria titulum falsum esse ostendit et fictitium! Parum æquum id judicium. Siquis enim ita animo comparatus est ut omnes visiones totidem figmenta habeat, equidem cum eo non disputabo, sed ad opera remittam in quibus fuse de hoc argumento adversus incredulos agitur. At parum saltem fidendum id genus narrationibus; facile enim fieri potest ut quis putet sibi cælestia ostenta visa esse, quum nil aliud quam phantasiæ ludibria internis mentis oculis conspexerit. Modestior hæc animadversio; sed cavendum tamen ne generali suspicione omnia subvertantur.*

quum negari non possit multas cælestes visiones revera fuisse;

3 *Quis enim prudens in dubium revocet visionem quæ Cartusiæ condendæ viam stravit? Quis nihili faciat visiones quæ in Actis passionis SS. Perpetuæ et Felicitatis leguntur, quibus quæ prænuntiabantur, paucis diebus post impleta cernere erat? Quis flocci faciat visiones quibus, teste S. Victore Vitensi, persecutio Vandalica sæpius prænuntiata est? Eas inter non una quæ visio flammea dici potest :* Nam ferme ante biennium, *inquit S. Victor* (2), quam fieret F (*persecutio*), vidit quidam Fausti ecclesiam solito in ornatu fulgentem, cereis quoque fulgentibus, palliorumque velamine ac lampadibus rutilantem; et dum lætaretur candore tanti fulgoris, subito, ait, luminis illius concupiscibilis exstinctus est fulgor... Alius conspexit rugiente cælo atque turbato sulphureas nubes ingentes lapides jaculari : qui lapides dum cecidissent in terram plus accendebantur et majoribus flammis ardebant, atque intrantes in penetralia domorum, quos invenerant incendebant; qui autem vidit, ait, quia cum se in quodam cubiculo abscondisset, miseratione divina ad eum flamma non potuit pervenire. *Et ut de Tertulliano aliisque taceam, quis vanas imagines habeat quas S. Cyprianus sæpius viderit et quibus frequenter et quæ agenda sibi essent aut patienda præsciverit? Sane fuerunt etiam tunc temporis qui hæc riderent, ita ut scripserit beatus Carthaginensis præsul* (3) : Quamquam sciam somnia ridicula et visiones ineptas quibusdam videri, sed utique illis qui malunt

(1) Fr. Vill, Guide dans l'Église de Sainte Ursule à Cologne, pag. 23 et seq.; cfr Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 982. — (2) Hist. persecutionis Vandalicæ, lib. II, cap. 6, pag. 26 et seqq. edit. Ruinartii.—(3) Epist. LXIX, ad finem; Opp. pag. 266, edit. Baluzii.

contra

A contra sacerdotes credere quam sacerdoti; *et quidem quæ continuo accidebant, plenam sacerdotum Dei visis fidem faciebant, quemadmodum ex historia satis constat.*

cæterum, etiamsi putatitiæ essent, nil obstarent.

4 Profecto quæ prodigii rationem habent, singulari auctoritate confirmanda sunt, quum ordinario rerum usu et consueta Dei ordinatione non nitantur, neque proin illa eis insit verisimilitudo, quæ ex ipso ordine naturali sponte enascitur. At licet hæc ita sint, ubi nil est quo impediamur quin eis addamus fidem, difficilior ille fuerit qui hoc solum nomine quod visiones sunt, non maxima testium auctoritate stabilitæ, eas omnino negligendas esse ducat. Quocirca quum quæ titulus Coloniensis de visionibus contineat plane non abhorreant ab his quæ aliquando facta fuisse Vitæ Sanctorum et Historia ecclesiastica perhibeant (1), *nil est cur hæc rejiciamus; quod si tamen alicui libeat acriorem censorem agere, ad summum licebit ei æstimare Clematium hæc sibi videre visum esse et divinarum visionum loco habuisse quas phantasia ipsa sibi creaverat imagines. Utrumlibet eligatur, nil hinc patitur titulus : quod unice hoc loco contendimus.*

B *Confirmantur verba tituli* ex partibus Orientis, pro voto, de proprio, CV;

5 Quod additur ex partibus Orientis *venisse Clematium, mirum plane non est, quum mos esset, si quid ab aliis quam inquilinis fieret, titulis inscribere id a peregrinis factum esse, notata aliquando patria regione, civitate, tribu, vico, via; aliquando generalioribus adhibitis verbis : satis fuerit in memoriam revocasse titulum Remi et Archontiæ, fratris et sororis,*

QVI NATIONE GALLA... VNA DIE MORTVI PARITER ET TVMVLATI SVNT.

Dictio pro voto *innumeris inserta inscriptionibus; neque rara* de proprio *aut alia similis; siglæ* V. C. *quibus* virum consularem *significari perhibet auctor Sermonis in natali, alii multo melius* virum clarissimum *significari ajunt, passim quoque obviæ : quæ omnia simul videre est in sequenti titulo, quod olim in S. Joannis de Laterano musivo opere exstabat :*

AVLA DEI HÆC SIMILIS SYNAI SACRA IVRA FERENTI
VT LEX DEMONSTRAT QVÆ FVIT EDITA QVONDAM
LEX HINC EXIVIT MENTES QVÆ DVCIT AB IMIS
ET VVLGATA DEDIT LVMEN PER CLIMATA SECLI
FLAVIVS CONSTANTIVS FELIX V. C. MAGISTER
VTRIVSQVE MILITIÆ PATRICIVS ET CON. ORD.
ET PADVSIA EIVS FŒMINA VOTI COMPOTES
DE PROPRIO FECERVNT.

C. Fab. Flavius Constantius Felix, Valentiniani III ex altera uxore Placidia pater, consul ordinarius
C *fuit annis* 414, 417 *et* 420; *ita ut ad unum ex his tribus annis pertineat illa inscriptio* (2).

item in loco suo;

6 Neque est quod hæreas ad hæc verba loco suo : *quum enim passim tituli rationem habeant diplomatum, hinc omnia brevibus iisdem inscripta legere est quæ chartis fusius inscribi solebant : quod autem in diplomatibus non secus ac in historiis sæpius non omitteretur in cujus loco, domo, villa, vinea ædificata esset basilica aut monasterium, non est quod moneam. Id autem fiebat ne aliquid de beneficii memoria periret, vel ne propter leges de non ædificando in alieno fundo ulla injuria irrogaretur novo ædificio. Clematius itaque aut incensi templi locum, ab aliis ante occupatum, sibi coemerat, aut certe licentiam adeptus erat renovandæ basilicæ : quæ res solebant in titulis exprimi dictionibus :* In loco coempto, concesso, accepto, impetrato, adsignato, *aut magis generalibus* in loco proprio, suo *etc. Neque hæc in privatis tantum structuris observabantur, verum etiam in publicis : exempla abundant.*

7 Vetitum ne alia in basilicam inferantur cadavera ibique sepeliantur convenit quoque cum illius ævi moribus. Ecce exemplum a Fabrettio (3) *acceptum :*

AVR. SATVRNINVS. DIAC. SIBI. ET
AVR. VENERIÆ. DVLCISSIMÆ
CONI *. DE. PROPRIO. SIBI. FECERVNT
ROGO ET PETO OMNEM CLERVM
ET CVNCTAM FRATERNITATEM VT NVLLVS
DE GENERE VEL ALIQVIS IN HAC SEPVLTVRA
PONATVR.

Neque satis habebant precibus amovere homines ne aliena corpora inferrent sepulcris; sed pro more, qui gentilibus et hebræis quoque fuit communis, *omnigenis diris eos avertebant. Accipe a Jaculio duas id genus formulas* (4) :

MALE. PEREAT. INSEPVLTVS
IACEAT. NON. RESVRGAT
CVM. IVDA. PARTEM. HABEAT
SI. QVIS. SEPVLCRVM. HVNC
VIOLAVERIT.

NEMO SVVM VEL ALIENVM CADAVER
SVPER ME MITTAT QUOD SI HOC PRÆ
SVMPSERIT SIT MALEDICTVS ET IN
PERPETVVM ANATHEMATE CONSTRICTVS. E

Alias formulas dabit idem Jacutius. Quod si opponas has prohibitiones ad sepulcra spectare, ecce aliquam quæ ad basilicam S. Petri Perusinam pertinet (5) :

MEMMIVS SALVSTIVS
SALVINVS DIANIVS VS
BASILICAM SANCTORV
ANGELORVM FECIT IN
QVA SEPELLIRI NON LICET.

Sed de sepulturis in basilicis inferius.

AUCTORE V. D. B. *similiter vetitum ne cadavera inferantur;*

* conjugi

et demum vocabula majestas, *et* imminentium.

8 *In Coloniensi titulo vox* majestas *bis occurrit, mira significatione et inexspectato loco. At nedum id falsisatis indicium sit, sinceritatis probum testimonium est. A sæculo enim* II *aut saltem* III *adhibitum fuit id vocabulum ad significandum quidquid in quibusvis religiosis rebus eximium esset; ita ut, quo minus vera ejus intelligeretur significatio, tanto pronior esset ejus usurpatio : græco verbo* μεγαλειοτης *respondebat* (6). Imminentium, *quod in Sermone in natali legitur, non vero* minentium *quod edidit Villius, idem est ac* instantium, urgentium; *quo sensu jam a Tertulliano libro de Pœnitentia, cap.* 6, *adhibitum est* (7). *Sensus porro universæ inscriptionis hic videtur esse :* Clematius, vir clarissimus, frequenter admonitus divinis flammarum visionibus, quæ tamquam virtutes et prodigia erant, patrata a Deo ad glorificandum martyrium sanctarum virginum petentium ut ædes suæ restaurarentur, adeoque ex Orientis partibus Coloniam transgressus, pro voto quo se obstrinxerat, de proprio in pristino cœmeterio, cujus ædicula incendio perierat et quod Franci aliive occuparant, ipse vero denuo acquisivit, hanc basilicam a fundamentis restituit. Si quis autem in tam augusta basilica, ubi sanctæ virgines pro nomine Christi sanguinem fuderunt, corpora alia deposuerit quam virginum seu monialium quæ hic habitant, sciat se sempiternis tartari ignibus puniendum. F

Certo non noscitur quando restaurarit Clematius basilicam.

9 *Ex hac itaque inscriptione constat jam ante Clematii adventum illic stetisse basilicam, quales passim in cœmeteriis antiquis reperire erat; hanc basilicam multum fuisse passam, scilicet ab incendio, a Francis forte civitatem occupantibus excitato;*

(1) Cfr Index Annalium Baronii et Raynaldi, vo *Visiones*. — (2) Cfr Ciampini, de sacris ædificiis a Constantino M. extructis, pag. 16; l'Art de vérifier les dates, tom. I. pag. 556. — (3) Inscriptiones, pag. 757. — (4) Christianarum antiquitatum specimina quæ in vetere Bonusæ et Mennæ titulo.... illustrantur, pag. 40.—(5) Mai, Scriptt. Vett. nov. Collectio, tom. V, pag. 99. — (6) Cfr Glossarium Cangii, vo *Majestas*. — (7) Cfr idem opus, vo *Imminet*.

et

AUCTORE V. D. B.

et tandem eam a Clematio a fundamentis fuisse restitutam. De his quidem dubium nullum moveri posse videtur; at quo tempore hæc a Clematio facta restauratio? Cernitur ibidem sepulcrum cujusdam S. Viventiæ, quam Pippini Heristaliensis filiam esse volunt et de qua in opere nostro jam disputavit Henschenius (1); *atque in uno latere hujus mausolæi legitur hæc inscriptio :*

CLEMATIVS HOC TEMPLVM A° 462 RESTAVRANS IN EO ALIORVM CORPORVM SEPVLTVRAM SUB PŒNA VETVIT;

at recentior est hic titulus (ut indicatur vel solo anno Christi, sive arabicis, sive latinis literis scriptus fuerit), quam ut fidem faciat. Multo etiam recentior alia inscriptio (2) :

TEMPORE S. SEVERINI EPISC. COLON. BASILICA S. VRSVLÆ ET SS. VIRGINVM RESTAVRATA EST PER CLEMATIVM KLEINGEDANK DE MOMMERSLOCH VBIO-ALEXANDRINVM VIRVM : HINC EST MONVMENTVM.

Placuit scilicet aliquando patriciis viris Coloniensibus genus suum connectere cum viris, quorum sanctitatem aut nomen singulari esset Coloniæ veneratione. Aliud nullum suppetit argumentum quo accurate annus determinetur.

B

probabiliter tamen sub annum 500 et certe ante sæculum VII,

10 *Conjecturis itaque indulgendum est; atque ego quidem putem sub annum 500 Clematium ex Oriente venisse Coloniam ibique restaurasse sanctarum virginum basilicam. Quamquam enim clarissimatus omni ævo fuit notus, ut apud Moronium* (3) *videre est, siglæ tamen* VC *non semper fuere intellectæ, ut vel ex Sermone in natali constat, ubi in* virum consularem *mutatæ fuere; neque putem in Gallia ullum earum post sæculum* V *vestigium superesse. Huc accedit quod Clematii, quorum ætas innotuit, sæculo* IV *aut* V *vixerint, ut alibi jam monuinus. Stylus præterea implicatus et difficilis, qui in illo titulo observatur, facile ad id ævum reduci potest. Verum quidcumque de his conjecturis aut divinationibus statuat lector, nequaquam ambigendum est quin ante sæculum* VII *basilicam Ursulanam restituerit Clematius.*

ut ex his quæ S. Cuniberto, ibidem sacris operanti, acciderunt colligere est.

11 *Etenim in Vita S. Cuniberti, qui circa annum 623 ad Coloniensem cathedram evectus est* (4), *hæc leguntur* (5) : Quadam die dum singulare redemptionis nostræ mysterium et solum infirmitatis nostræ remedium plenus Deo super mensam dominicam in basilica sanctarum Virginum immolaret, adstans clerus et populus vidit columbam splendidissimam primum hac et illac per omnem ecclesiam circumvolitando vagari, deinde pontificis insi-

C

dere capti : mox deinde reversum et juxta tumulum cujusdam virginis, stupentibus simul et mirantibus universis qui aderant, ab omnium oculis elapsam. Acclamatum est confestim ab omnibus vere dignum hunc esse qui ministraret Domino sacerdotem, felicem fore ecclesiæ pastorem : *sequuntur alia nonnulla, quibus pateat hæc ad initium episcopatus S. Cuniberti spectare. Porro nostri non interest quærere prodigiosa hæcne fuerit columba an naturalis; sitne commentum populare an proba traditio; (quamquam aperte fatebor mihi hanc historiam plane veram haberi et solummodo naturam columbæ incertam esse); sed id animadvertamus oportet sæculo* IX, *quo hanc jam scripto servatam fuisse S. Cuniberti Vitam statim ostendemus, scriptori Coloniensi prudenti nec inerudito indubium fuisse ineunte sæculo* VII *seu ducentis annis ante Ursulanam basilicam exstitisse, ibique accidisse rem singularem, quod prodigiosum* D *omen fuisse videbatur; eademque persuasa fuisse populo, quandoquidem ea ex traditione orali retulerit biographus. Quodsi hæc non considerentur singillatim, sed junctim cum titulo, superius illustrato, facile cernitur quantum ambo documenta sese invicem confirment; ita ut certum sit (quæcumque demum de S. Cuniberti Vita, seorsim inspecta, sententia ineatur) initio sæculi* VII *jam exstitisse in Coloniensi suburbio S.* Ursulæ *basilicam.*

Ostenditur Vitam S. Cuniberti, quo hæc capiuntur, scriptam fuisse non solum ante annum 890,

12 *Sed promissis, quæ modo faciebamus de inquirenda ætate Vitæ S. Cuniberti, satisfaciendum jam est. Alii eam sæculo* VII *scriptam volunt* (6); *sed coævæ Vitæ solent accuratiores esse et res diligentius expositas continere. Melius æstimavit eruditus presbyter Floss* (7) *eam non fuisse scriptam ante sæculum* IX; *quo tardius etiam scriptam eam sibi videri dixit Oscar Schade* (8). *Equidem Schadio consentire non possum, quum ad finem illius Vitæ hæc legantur :* Completisque demum feliciter quadraginta villicationis suæ annis, pridie iduum novembris perveniens ad diem lucis hujus extremum, creatori suo ditandum bonis omnibus reddidit spiritum. Corpus autem ejus, sicut vivens præceperat, positum est cum magna gloria in ecclesia sancti Cle- E
mentis, quam ipse construxerat : regnante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et gloriatur in sempiterna sæculorum sæcula. Amen. *Ex quibus verbis planum est scriptam fuisse hanc Vitam priusquam e terra levaretur beatissimi præsulis corpus; quod ab Hermanno I, qui anno* 890 *Coloniensem cathedram cleri populique suffragio adeptus est, initio sui pontificatus factum fuisse novimus.* Susatum, *inquit Morckens* (9), corpore S. Cuniberti effosso et istuc translato, ab iniquis et injustis invasoribus duello defendit et obtinuit, auxitque mœnibus : (*Susatum autem, vulgo* Soest, *ab anno* 1821 *non amplius diœcesis Coloniensis pars est, sed Paderbornensis* (10)).

verum etiam ante an. 845.

13 *Videmur et altius conscendere posse : quum scripta est S. Cuniberti Vita, templum S. Clementis nondum suum posuerat nomen ut S. Cuniberti assumeret; atqui anno* 852 *id ei nomen jam erat, ut constat ex Lotharii imperatoris alibi jam indicato diplomate,* dato XVIII Calendas februarii anno Christo propitio regni Lotharii gloriosi regis XI, indictione XV. *Eo enim confirmans ordinationem Guntharii Agrippinensis ecclesiæ gubernatoris, qui* statuerat ut deinceps canonici servirent in sancta matre ecclesia et in ceteris monasteriis quæ ad eumdem F
episcopatum et ecclesiam sancti Petri pertinebant, *inter ea recenset* monasterium quoque sancti Cuniberti (11). *Certum itaque sit ante medium sæculum* IX *jam literis fuisse mandatam S. Cuniberti Vitam; quanto autem tempore ante quis dixerit? Satis autem est eam legisse ut continuo appareat eam fabulatoris non esse opus, sed viri qui quæ vulgo de S. Cuniberto tradebantur et doctioribus probabantur sedulo collegerit. Quæ tamen res sufficiens non videtur ut ei plenam auctoritatem conciliet, sed tantum ut nihili non fiat, quin etiam ut facile admittatur aliquid veri subesse iis etiam locis quæ minorem fidem inveniant. Sed ex hoc diverticulo in viam redeamus.*

Utrum templum, a Clematio restitu-

14 *Controversia est an id ipsum templum, quod restituit Clematius, adhuc exstet, seu potius pars sit hodierni templi. Re quidem vera R. D. Vill, de*

(1) Act. SS. tom. II Martii, pag. 604 et seqq. — (2) Vill, Wegweiser in der Kirche der H. Ursula, pag. 25. — (3) Dizionario di erudizione ecclesiastica, v° *Chiarissimo.* — (4) Cfr Mörckens, Conatus chronologicus ad catalogum episcoporum, etc. Coloniæ, pag. 42. — (5) Ap. Surium, Vitæ Sanctorum, ad 12 novembris, pag. 275, edit. 1618. — (6) Cfr Crombachius, S. Ursula vindicata, passim. — (7) Allgemeines Kirchenlexikon von Aschbach, v° *Ursula.* — (8) Die Sage von der heiligen Ursula, pag. 14. — (9) Series episcop. archiep. etc. Coloniens. pag. 70. — (10) Cfr Binterim et Mooren, Die alte und neue Erzdiözese Köln, tom. I, pag. 306. — (11) Ap. Würdtwein, Nova subsidia diplomat. tom. IV, pag. 24.

antiquissima

tum ad hanc usque diem exstet?

A *antiquissima parte agens :* Nullæ sunt, *inquit* (1), inscriptiones quibus qua ætate exstructum sit templum innotescat. Modus, quem vulgo Romanum (*Romanische Bauart, style Roman*) dicunt et secundum quem navis media et ambæ laterales ædificatæ sunt, id temporis spatium sapit quod inter exiens sæculum XI et iniens XIII lapsum est. *Neque alia est sententia omnium fere scriptorum qui recentius scripserunt de hoc templo. Architectus Coloniensis Weyer* (2) *æstimat id exstructum fuisse a S. Stephano, qui anno* 1002 *imperatorio diademate caput cinxit; sed non alio videtur niti argumento quam quod statua ejus deaurata juxta altare S. Annæ collocata est. Verum his nequaquam movetur cl. v. Bartholomæus Du Mortier, jam alibi a me laudatus : cujus judicium tanto pluris faciendum est quo majorem posuit operam in investigandis originibus templi cathedralis Tornacensis : quorum studiorum fructus etsi omnes non probarint, nemo tamen est qui neget clarissimum virum sagacitatis eximiæ dedisse signa atque ea omnia accurate perscrutatum fuisse quæ ad ædificia ecclesiastica primorum temporum pertinent. Hic itaque, nulla ratione habita testimoniorum quæ modo ex S. Cuniberti Vita, ex Sermone in Natali et*

B *ex Clematii titulo supra dedimus; quin etiam me percunctatus quo ævo vixisset Clematius, cujus nomen in Passione* Regnante Domino *apud Surium legerat; sed ea tantum recogitans quæ oculis suis Coloniæ inspexerat; nullus dubitavit partem templi antiquissimam sæculo* VI *aut* VII *constructam censere.* Id templum, *inquit in literis ad me datis,* (navem intelligo) omnes habet characteres, quos ego ad illud tantum tempus referre possum. Cernuntur enim ibi portæ geminæ, altera viris, altera aperta fœminis : quas reperire tantum est in templis antiquissimis, puta in Tornacensi B. Mariæ Virginis, in Hierosolymitano et Arelatensi. Reperitur etiam ibidem duplex narthex, alter usui virorum, alter fœminarum destinatus. Demum omnia architecturæ elementa, columnæ scilicet, capitella, abaci, tori aliaque id genus ævum Merovingicum sapiunt. *Neque ulla uspiam memoria est hanc ecclesiam dejectam fuisse, licet a medio sæculo nono abundent documenta; quin etiam licet accurate sciatur quando reliquæ partes additæ fuerint. Verum alii viri, rei archæologicæ etiam peritissimi, qui Coloniense* S. Ursulæ *templum examinarunt, nequaquam probant hæc asserta. Affirmant enim inter Rhenum et Mo-*

C *sellam complures esse ecclesias sæculi* XI *et* XII, *quæ portas geminas et duplicem narthecem habeant; præterea architecturæ elementa Coloniensis templi eisdem videntur omnino sæculum* XI *aut* XII *sapere : ita ut eadem de hoc templo exsurgant dubia quæ de Tornacensi. Deinde exeunte sæculo* IX *videtur id templum, non secus ac alia Coloniensia, plurima damna a Normannis perpessum; ita ut facile sæculo* X *renovari debuerit. Sed ad alia veniamus.*

Circa annum 1135 accedit chorus S. Cordulæ, postea fornix et turris.

15 *Paulo ante annum* 1135 *Ursulanæ Basilicæ porticus vel nova absis et quidem prope turrim, oppositaque choro præcipuo, accessit. Ea per Reginbernum, canonicum S. Petri Coloniensem,* solum elaborata *fuit. Atque ibi anno* 1135, *indictione* XIII, *Bruno secundus aram consecravit. Diploma ex quo hæc certa sunt infra dabimus. In eo mentio fit de monasterio S. Lamberti : de quo uti et de porticu S. Cordulæ hæc notat Crombachius :* Distinguit Bruno, *inquit* (3), a porticu S. Cordulæ, quam postea chorum S. Cordulæ video ab annis fere quadringentis fuisse nominatum, ipsum monasterium S. Lamberti, seu chorum templi primarium, in festo S. Lamberti dedicatum ; *unde appareat tunc quoque refectum fuisse hunc chorum. Postea fornix imposita templo et exstructa turris* (4).

AUCTORE V. D. B.

Ante medium sæculum XVII *Stravius, Cranius aliique idem templum*

16 *Ineunte sæculo* XVII *ædificatus perpulcher chorus stylo quem vulgo gothicum appellamus, et additæ alæ septentrionalis et meridionalis* (5). *Multa alia quoque tunc accesserunt ornamenta; de quibus Gelenius, anno* 1645 *librum suum edens, sic scripsit* (6) : Ad nostra tempora venio. Templi restaurandi primam occasionem dedit Polona femina, nomine Ursula, quæ centum fere imperiales ad dealbandam ecclesiam submisit. Postea reverendissimus et illustris D. Georgius Paulus Stravius, Joppensis episcopus, suffraganeus Coloniensis ejusdemque collegii canonicus, aram principem opere magnifico splendidoque construxit, totam auro venustavit, nobili pictura martyris virginis Ursulæ decoravit *anno* 1640 (7). *Anno* 1642 *Stravii* exemplum secutus D. Joannes a Crane, *qui olim evangelicorum placita secutus erat* (8), sacræ cæsareæ majestatis legatus, sepulcrum S. Ursulæ virginis nobili sacello longiuscule in vineam usque porrecto E exornavit, pavimentum tessellis marmoreis Pariis nigrisque variegavit; et, ara veteri S. Nicolai diruta, (in cujus meditullio vitrum cum sanguine adhuc fluido et carne Sanctarum Virginum continebatur) novam elegantem et concinnam excitavit, eodem sanguine novæ pariter aræ incluso. *Hinc in summo hoc altari legitur :* DEO OPT. MAX. VIRGINI MATRI S. NICOLAO EP. AC S. VRSVLÆ PATRONÆ. *Infra autem :* IOANNES CRANE SAC. CÆS. MA. CONSILIARIVS IMPERIALIS AVLICVS ET VERENA HEGEMIHLERIN CONIVGES F.F. ANNO M. DC. XLIII (9). *Sacravit id altare Stravius die* 12 *Octobris anni* 1642 (10). Idem generosus dominus, *pergit Gelenius,* pro suo in S. Ursulam incredibili affectu et pietate antiquam cameram auream ob angustias ejus et fuliginem, parietibus et hierothecis inductam, laxavit, augustiori sacrario recens ædificato. Aram loci marmoream, *addit Crombachius* (11), episcopus Joppensis, Georgius Paulus Stravius, S. Alexio et S. Ursulæ propterea consecravit, quod hujus ædificationis occasione necesse fuerit altare S. Alexii diruere, dote translata.

mirum in modum ornarunt :

17 *Mausolæum quoque marmoreum splendidissimum, in cujus superficie jacet ex marmore albo perpulcra* S. Ursulæ *statua, ornatu regio et columba ad pedes sedente, suis quoque sumptibus Cranius sculpendum curavit a J. F. W. Lentz, cujus ibi adscriptum nomen. Hæc quoque alia adscripta* (12) : SEPVLCHRVM S. VRSULÆ INDICIO COLVMBÆ DEDECTVM IONNES CRANE SAC. CÆS. MAI. CONSILIARIUS IMP. AVLICVS ET MARIA VERENA HEGEMILERIN CONIVGES HOC VIVO MARMORE INCLUDI FECERUNT A° 1639; *ita ut vetus* S. Ursulæ *sepulcrum intra id mausolæum nunc lateat. Hujus figuram in fronte editionis Gallicæ et Germanicæ libelli sui de* S. Ursulæ *templo edidit R. D. Vill. Septemdecim annis ante, anno scilicet* 1642, *absoluta nova ara sumptibus doctoris Cornelii Silling. Sic de ea Gelenius* (13) : Cum altare medium in navi templi, prope igressum chori, prospectum ad aram principem impediret, collegium S. Ursulæ, remoto eo et valvis amotis adeoque et ligneis clathris, ferreis præmunivit chorum et illustrem fecit : ara proxime choro admota et [*S. Cruci*], S. Cuniberto [*et S. Leonardo*] consecrata; proxime quam, intra

F

(1) Wegweiser zur Kirche der H. Ursula in Köln, pag. 25. — (2) Sammlung von Ansichten..... in Köln, p. 63, ed. 1827. — (3) S. Ursula vindicata, pag. 788. — (4) Vill, Wegweiser, etc. pag. 25. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) De Magnitudine Coloniæ, pag. 335. — (7) Crombach, pag. 1144. — (8) Vill, Wegweiser. pag. 35. — (9) Ibid. pag. 34. — (10) Crombach, pag. 1144. — (11) S. Ursula vindicata, pag. 1144. — (12) Vill, Wegweiser, pag. 33 et 34. — (13) De Magnitudine Coloniæ, pag. 336.

chorum

AUCTORE V. D. B.

chorum rudera visuntur aræ veteris, ad quam S. Cunibertus faciens, indice columba, reperit corpus S. Ursulæ; quam aram exornandam suscepit clarissimus U. J. doctor Cornelius a Silling. *De indicio illius columbæ dicetur inferius : id unum hic observamus rudera hujus aræ aliquale testimonium forte visum iri numquam penitus destructam fuisse ipsam navem, intra quam sita erat.*

turris incendium; præsens status. Reliquiæ.

18 *Anno* 1680 *fulmine incensa fuit turris; quæ non sola partim in cineres redacta est, sed pars templi quoque damna passa. Hujus rei memoria servata est picta tabula, quam in sacristia hodiedum cernere est. Cæterum templum, tot nominibus venerandum, nunc ruinas trahit; adeoque ne omnino collabatur, propera restauratione præcavendum est* (1). *Faxit Deus ut ne Colonienses patiantur tam celebre, tamque vetustum monumentum perire! Quæ cimelia habet id templum accurate recenset R. D. Vill* (2). *In camera aurea, cujus superficies sexcentis sexaginta pedes extenditur et quæ quadraginta est alta, crania Ursulanarum virginum servantur, vario modo ornata, septingenta septuaginta octo; quæ inter cranium* S. Ursulæ, *pretiossimo diademate exornatum. Aliæ quoque ejusdem sunt reliquiæ, puta ejus annulus sponsalitius, fragmenta vestium, sagitta martyrii instrumentum, brachium ejus dextrum, pes et reticulus. In ipso templo ad altare maximum in feretro ex ære deaurato, cujus imago ante alterum Crombachii tomum expressa est, et quæ ædiculæ formam habet, servatur* S. Ursulæ *corpus et in altero* S. Ætherii; *præterea in reliquiariis capsis seu potius byssinis tegumentis mille et octo sunt crania; insuper in chori ambitu, aliæ multæ reliquiæ spatium occupant* B *pedes octoginta longum, decem altum, duos latum; et aliæ demum clauduntur novemdecim sepulcris, quæ inter* S. Cyriaci *e regione cameræ aureæ. Plura dabit R. D. Vill.*

§ II. Fata monasterii Colòniensis SS. XI millium virginum a sæculo VI usque ad annum 922, quo introductæ fuere canonissæ.

Ex solo vocabulo basilica,

C Postquam hujus templi historiam, quantum licuit, explicuimus, prima occurrit quæstio, fueritne ab initio basilica monasterialis, an cæmeterialis tantum. *Obscurum non nihil id argumentum et implexum satis : paucis tamen respondere conabimur. Imprimis, si civitates patriarchales excipias* (*Romam intelligo, Alexandriam, Antiochiam et forte Hierosolymam*) *una tantum intra mœnia civitatum episcopalium ecclesia erat* (3); *sed circumcirca erant posita alia templa, quæ vulgo basilicæ dicebantur. Has omnes in Galliis fuisse monasteriales censuit Mabillonius* (4) *scribens :* Optime probatum fuit a D. Valesio in sua contra D. de Launoy de basilicis dissertatione basilicam sexto et septimo sæculo apud Gallos semper significasse monachorum ecclesiam; cathedrales et parochiales ecclesias appellatas *ecclesias. Hæc ille. Re quidem vera ostendit Valesius plures* basilicas *reapse monasteria fuisse; adeoque videri rarius id nomen datum fuisse ecclesiis cathedralibus, datum tamen aliquando* (5); *atque ipse* D *Mabillonius alibi* (6) *non tam affirmate locutus est; et certe promiscue* ecclesiæ *et* basilicæ *eædem aliquando dicuntur ædes sacræ* (7). *Insuper considerandum est præter monasteriales et cathedrales* (*quibus junge parochiales*) *ecclesias, oratoria fuisse, capellas et ædiculas cæmeteriales; de quibus nil profecto dixit Valesius : adeoque ne cogitasse quidem videtur num, ut Romæ* (*de qua re dubitari nequit*) *cæmeteriales ædiculæ* basilicæ *nuncupabantur, sic quoque in Galliis eadem appellatione ornarentur idem ædicularum genus. Et quidem Flodoardus, loquens de priscis templis christianis Remensibus, aperte basilicas cæmeteriales distinguit a monasteriis his verbis* (8) : Plures denique apud nos quondam sanctorum fuere basilicæ, sed et monasteria infra vel circa Remensem hanc urbem, quæ modo non haberi probatur; *eæque suburbanæ basilicæ tot erant numero ut porta, qua ad illas ibatur,* basilicaris *diceretur, seu* basilicarum porta : *quod autem cæmeteriales erant, constat ex sepultura S. Balderici,* in ecclesia *seu* basilica *S. Mariæ extra muros civitatis Remorum condita* (9). *Ex hoc itaque capite quod ecclesia* S. Ursulæ *tum in recitato titulo tum in S. Cuniberti Vita* basilica *vocatur, nequaquam* E *colligi posse videtur eam ab initio monasterialem fuisse.*

neque ex apposito sanctarum virginum, *sed ex licentia sepeliendi ibidem* virgines *collata cum vocabulo* basilica, *colligitur templum Ursulanum ab initio fuisse monasteriale.*

20 *Neque juvat eam in eadem Vita dici basilicam* sanctarum virginum : *sane sæpius moniales dicuntur* sanctæ virgines, *ut in hoc SS. Bovæ et Dodæ Vitæ loco* (10) : Gregeque sanctarum virginum inibi collocato; *sed in Vita S. Cuniberti* basilicam sanctarum virginum *idem valere ac* basilicam S. Ursulæ et Sociarum *liquet ex Clematii titulo hæc capiente verba :* Hujus basilicæ ubi sanctæ virgines pro nomine Christi suum sanguinem fuderunt; *neque minus ex hi quæ in Commentario prævio num.* 264 *disputavimus, ostendentes* sanctas virgines, *ubi de Coloniensibus agitur, easdem esse ac* undecim millia virginum *et utramque dictionem synonymam esse. Atque hæc, ut ne fucum facere velle videremur. At si hæc argumenta parum habeant roboris, aliud indicium latet in Clematii titulo, quo virgines seu moniales ibidem degisse significetur. Non enim vetuit Clematius ne quis omnino in basilica sepeliretur; sed* exceptis virginibus *dixit : quæ non aliæ esse possunt quam moniales quæ ibidem habitarent : ut supra num.* 8 *vertimus in titulo Clematii. Quæ si conjungas cum ordinaria hoc tempore vocabuli* basilicæ *significatione, ita crescit argumenti vis, ut nil ei deesse videatur.* F

Videntur moniales eo reductæ ante annum 852, *quo ibidem etiam constituti canonici.*

21 *Manifestum itaque est ex titulo Clematii et S. Cuniberti Vita, inter se collatis, jam sæculo* VI *illic fuisse puellare asceterium. Quum autem conscriptus est Sermo in natali, diceres non amplius ibidem exstitisse. Auctor enim, licet historiam Ursulani templi conscribere velle videatur, ne minimum quidem verbum profert unde conjiceres monasterium tunc ibidem fuisse. Verumtamen exstabat anno* 852, *ut ex sæpius citato Lotharii diplomate quo confirmavit ordinationem Guntharii, Coloniensis episcopi, de monasteriis urbanis et suburbanis. Guntharius videlicet,* clero S. Petri in memorata Agrippinensi civitate consistente et reliquis sanctæ ecclesiæ fidelibus communi consensu parique voto ordinaverant atque solemniter roborando statuerant ut deinceps canonici in eadem sancta matre ecclesia seu et in ceteris

(1) Vill, Wegweiser, pag. 25. — (2) Guide dans l'Église de Sainte Ursule, pag. 32 et seqq. — (3) Cfr Examen historicum et canonicum, p. 159. — (4) De antiquit. S. Dionysii, Opp. posthuma, tom. II, pag. 355. — (5) Discept. de basilicis, cap. 2, pag. 11, edit. Paris, 1657. — (6) Annales Ord. S. Benedicti, lib. VII, num. 7, tom. I, pag. 161. — (7) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 952. — (8) Hist. Remensis, lib. IV, cap. 58. — (9) Cfr Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 914, 915 et 918. — (10) Ibid. ad 24 Aprilis, cap. 1, num. 5.

monasteriis,

A monasteriis, tam infra ipsam civitatem quam quæ et extra, quæ ad eumdem episcopatum et ecclesiam S. Petri pertinere noscebantur : id est monasterium martyris Christi Gereonis et sociorum ejus, sed et monasterium S. Cuniberti, MONASTERIUM BEATARUM VIRGINUM, necnon et ecclesia S. Pantaleonis, quæ ad thesaurum et luminaria ejusdem matris ecclesiæ pertinere dignoscebatur, sed et hospitale inibi ob pauperum receptionem constructum, deinceps absque alicujus sumptuum indigentia perennibus temporibus consistere quivissent. *Quæ quum medio mense Januario anni* 852 *probasset Lotharius, substituti fuere presbyteris sæcularibus qui antea puellare hoc monasterium in spiritualibus administrabant alii presbyteri qui regulam canonicam, illo ævo a potestate ecclesiastica et regia tantopere commendatam, sequebantur.*

Anno ante destructum non fuerat id asceterium a Normannis,

22 *Volunt* (1) *anno antequam hæc fierent a Normannis occupatam fuisse Coloniam et cæsis civibus penitus devastatam; qua occasione multum passa fuerit Ursulana basilica non secus ac reliquæ. Verum scriptorem novi neminem probum et antiquum satis, qui tradiderit anno* 851 *Coloniam usque venisse Normannos. Re quidem vera in Chronico S. Martini*
B *Coloniensi* (2) *legitur, regente Heyniano qui ab anno* 817 *ad* 849 *abbatiale et aliquando etiam episcopale pedum tenuit,* destructum fuisse monasterium *S. Martini* a Normannis; *quo referunt quæ in Annalibus Xantensibus* (3) *aliisque monumentis ad annum* 852 *traduntur :* Ferrum paganorum incanduit; nimius ardor solis; et fames subsecuta est et pabula animalium defecerunt; et pastus porcorum exuberans : *unde apud Colonienses chronographos legere est Normannos hujus penuriæ auctores fuisse. Verumtamen hæc non placent; nam Chronicum S. Martini Coloniense, quamquam maximam partem ex bonis fontibus haustum, recentius est* (4) *quam ut solum fidem faciat; dein Annales Xantenses, nedum faveant, obstant omnino ne admittamus anno* 851 *aut sequenti vastatam fuisse Coloniam. Sane ad annum* 851 *tradit* (5) Nordmannos in Fresia et circa Rhenum fluvium nocuisse; *sed ex aliis Chronicis novimus vastationes has fuisse factas in insula Batavica et aliis vicinis locis* (6); *quin etiam, quum propius Xantum accederent Normanni et majora monasterio crearent pericula, non omittebat hæc annotare Xantensis annalista : et quidem, quum prius Xantense vastassent illi cœnobium quam*
C *Coloniam usque pertingerent, hanc tot nominibus memorandam irruptionem indicasset clarissime, quemadmodum ad annum* 864 *fecit, quo a barbaris incensum est et direptum monasterium* (7).

sed detrimenta gravissima passum anno 881.

23 *Omissa itaque hac fabula, ad annum* 881 *deveniendum est, quo Colonia truculentissimo habita modo. Hoc nempe anno altera Normannorum turma Rheni ostia ingressa erat, sed brevi abire coacta. Altera felicior. Etenim* eodem anno mense novembrio duo reges Normannorum, Godefridus et Sigefridus, cum inæstimabili multitudine peditum et equitum consederunt in loco, qui dicitur Haslon * juxta Mosam. Et primo quidem impetu finitima loca depopulantes Leodium civitatem, Trajectum castrum, Tungrensem urbem incendio cremant. Secunda incursione Ribuariorum finibus effusi, cædibus, rapinis ac incendiis omnia devastant. Coloniam Agrippinam, Bunnam civitates, cum adjacentibus castellis, scilicet Tulpiacum, Juliacum et Nuisam igne comburunt. Post hæc Aquis Palatium, Indam, Malmundarias et Stabulaus monasteria in favillas redigunt. *Hæc Annales Mettenses* (8). *Quæ ad Coloniam spectant Annales Fuldenses paulo luculentius tradunt* (9) : Agrippinam Coloniam et Bunnam civitates cum ecclesiis et ædificiis incenderunt; qui autem inde evadere potuerunt, sive canonici, sive sanctimoniales, Moguntiacum fugerunt, thesauros ecclesiarum et sanctorum corpora secum portantes. *Nequaquam itaque dubitandum quin anno* 881 *Ursulanum asceterium, non secus ac reliqua pia Coloniensia instituta, plurima a Normannis detrimenta acceperit.*

* Hasselt.

AUCTORE V. D. B.

Hermannus Coloniensis archiepiscopus, monasterio in Gerritsheim ab Hungaris incenso, transfert moniales

24 *Sed licuit hæc ineunte proximo sæculo nonnihil resarcire, pluribus a nonnullis collatis beneficiis : sed an redierint eædem moniales quæ id prius incolebant mihi incertum et minus probabile. Certe vacasse videtur anno* 922, *quo ab Hermanno Coloniensi archiepiscopo in illud introductæ sunt Gerritzheimenses sacræ virgines, quarum cœnobium, anno* 870 *ad orientem Dusseldorpii fundatum* (10), *incenderant Hungari, anno* 917 *et* 922 *ipsum Rhenum transgressi* (11). *Partem Hermanni diplomatis dedit Hermannus Fleien* (12), *alteram partem Crombachius* (13) : *quin tamen ambo simul integrum dederint. Utramque partem, quum plus non liceat, accipiat lector, et prius quidem eam quam dedit Fleienus :* Qui loca sacra rationabiliter gubernat, eisque famulantibus, stipendia augmentando deliberat, remunerationem in futuro sibi præparat : ideoque in nomine sanctæ et inviduæ Trinitatis, ego Hermannus sanctæ Coloniensis ecclesiæ divina opitulante clementia archiepiscopus, omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis ac filiabus præsentibus et futuris scilicet notum fieri volo, quia exusto per Ungaricam tyrannidem monasterio in loco Gerritsheim nuncupato in honorem sancti Salvatoris et sanctæ Mariæ sanctique Hypoliti martyris constructo, cunctisque et ipsius venerabilis abbatissæ Lacsuindæ * omniumque honorabilium sororum divinitus utique sibi subjectarum habitaculis specialibus sibi profecto et communibus pari modo flammivomis consumptis incendiis, mancipiis interfectis et captivatis atque in exilium ductis, omnibusque quæ habuere direptis; ipsa etiam prænominata Deo devota abbatissa una cum sanctimonialibus sibi unanimiter adhærentibus sororibus ex improviso et subitaneo Ungarorum impetu mortis periculum formidando Coloniensis civitatis confugia adeuntibus, nullumque per omnia in præfato loco castel-
F lum, vel aliud quodcumque tutamentum habentibus, ut in Dei omnipotentis famulatu, veluti propitia divinitate in primis cœperunt, permanere mererentur, per amicorum probabilium interventum monasterium sanctarum virginum extra muros Coloniæ erectum ad laudationem Dei et sanctæ Mariæ ac ipsarum undecim millium virginum sibi a nostra concedi mediocritate devote proposcerant, ea pro certa ratione quo se cum sibi subjectis omnibus sub patrocinium ac defensionem primitus Christi Domini ac almi patroni nostri Petri, necnon et sub alas pastoris ejusdem sanctæ Coloniensis ecclesiæ cum ipsius præfati martyris reliquiis submittendo quidquid prædii vel hæreditatis sive ex traditione Gerrici bonæ memoriæ viri, vel

* Lantswinde

(1) Cfr Eckhartus, de rebus Franciæ orientalis, tom. II, pag. 415; Mörckens, Series Chronolog. episcop. Coloniensium, pag. 64. etc.—(2) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. II, pag. 214. —(3) Ibid. pag. 229 —(4) Cfr ibid. pag. 214.—(5) Ibid. pag. 229. —(6) Cfr D. Bouquet, tom. VII. pag. 68 et 153.—(7) Ap. Pertz, pag. 230 et 231. — (8) Ap. D. Bouquet, tom. VIII, pag. 63.— (9) Ibid. pag. 40 .— (10) Binterim et Mooren, die alte und neue Erzdiözese Koln, tom. I. pag. 89 et 225. — (11) Cfr Dussieux, Essai historique sur les invasions des Hongrois en Europe et spécialement en France, pag. 52 et 54. — (12) Ap. Lippeloo, Vitæ SS. tom. IV, pag. 779 et seqq. — (13) S. Ursula vindicata, pag. 777 et 778.

quidquid

AUCTORE V. D. B.

quidquid post ejus obitum ab aliis religiosis viris sive fœminis traditum fuisset sine diminutione totum et ad integrum ad altare S. Petri infra Coloniam honorifice in principali loco fundatum spontanea contraderent voluntate suscepturæ.

in Ursulanum monasterium, ea conditione ut Gerritsheimium, quantum fieri posset, redintegraretur

25 Item e contra per hujusmodi traditionem quidquid bonorum traditione virorum seu honestarum mulierum ad ecclesiam sanctarum tradebatur virginum, et sic perpetualiter Domino largiente in eodem sub regulari constitutione degendo loco utrumque suis usibus deputatum sine ulla possiderent contradictione, minime tamen ea intentione, quo illud monasterium in memorato loco constructum, ubi antea divinis invigilabant laudibus, sine cura omnino relinqueretur : sed aliquatenus illic prout congruum visum fuerit relictis sororibus cum presbytero missarum solemnia et omnem canonicum cursum, cum aliarum frequentia supplicationum quotidie explerent. Quæ audientes, earumque calamitatibus ex animo compatientes, sanctum quoque locum, ubi tot preciosarum Christi corpora quiescunt, summopere procurare nitentes, consultu fidelium nostrorum tam clericorum idoneorum, quam etiam laicorum nobilium,
B juxta earum petitionem et nostrorum suggestionem vota suscepimus, et martyris Christi Hypoliti reliquias super altare almi Petri ponentes in conspectu totius circumstantis populi ejus se humiliter subdidere dominio, omnia ipsorum usibus communiter deputata, Ewerwini advocati sui manu in medio posita, secundum subscriptam submittentes sententiam, tali itidem tenore.

* Lantswind.

et ut electionem abbatissæ e corpore suo liberam servarent moniales :

26 Quatenus eadem Lanchuind*, quæ instanti præest abbatissa tempore, omnibus vitæ suæ diebus sine alicujus objurationis impulsu præfixo utatur privilegio, postque ipsius, cum Dominus voluerit, decessum liberum omnimodis electionis suæ habituræ arbitrium, inter se illam quæ optima, et in sanctimonalibus vitæ proposito devotissima tunc temporis inventa fuerit, cum consensu atque consilio reverendi antistitis, quicumque illis temporibus jam dictæ præesse sacræ videbitur sedi, ab infantia secum multam ac regularem atque monasterialis vitæ norma bene instructam, ex nobili progenie ortam, in abbatissæ sibi præferre honore. Nec ullus unquam successorum nostrorum aliquam cujuslibet famulationis in eisdem ancillis Dei potestatem sibimet vendicare præsumet, nisi tantum
C paterno affectu sanctarum precum exercitia. Nec suæ cognationis vel familiaritatis abbatissam, contra earum voluntatem ejus præpositionem attentet, sed ipsarum electio atque petitio cum adjutorio primi pastoris, sanctissimi Petri apostolorum principis, firma in omnibus munitaque permaneat. (*Hoc loco interjiciuntur bona et curtes monasterio assignata; et illis enumeratis, pergit in fundatione his verbis.*)

quæ omnia solitis comminationibus confirmantur.

27 Hæc omnia et superius comprehensa cum omnibus ad hæc jure pertinentibus domibus, ædificiis, silvis, campis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, ingressibus et exitibus cunctisque appendiciis, omnia et ex omnibus, totum et ad integrum de jure nostro, in jus et dominationem præfatæ ecclesiæ, et sanctimonialibus sororibus ibidem Deo sanctisque virginibus rite famulantibus tradimus atque transfundimus ea, pro certa conditione, quatenus illic perpetualiter in divinis laudibus pro animæ nostræ remedio, omniumque supra nominatorum virorum vel feminarum, augmenta capiendo proficiant. Si quis vero quod fieri minime credimus, si nos ipsi, quod absit, aut ullus successorum nostrorum, seu quælibet alia oppo-
D sita vel extranea persona, qui contra hanc donationis chartam venire tentaverit, et eam infregerit, aut immutare voluerit, primo iram Dei omnipotentis ac sanctæ Mariæ atque earumdem sanctarum undecim millium virginum incurrat, et a liminibus ipsius sancti loci excommunicatus appareat, et insuper veniat super eum lepra Naaman et sic marcescat in radice, ut non florescat in palmite, et si aliquid exinde repetit nullo unquam tempore evindicare prævaleat, et adhuc pro totius rei firmitate inferat, eum constringente socio fisco, juxta legum decreta auri libras quinque et argenti pondera viginti, ne factum nostrum irrumpere valeat, sed præsens traditionis charta omni tempore firma stabilisque permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum publice Colonia civitate, regnantibus christianisissimis regibus Carolo et Henrico, Indictione x, tertio idus Augusti in Dei nomine feliciter. *Erat is annus* 922, *quo Carolus Simplex Galliæ et Henricus Auceps Germaniæ potiebatur, et Hermannus ecclesiæ Coloniensi adhuc præsidebat, anno tantum* 925 *tertio idus Aprilis vita functus.*

Referuntur donationes quæ antea Ursulano monasterio factæ fuerant.

28 *In lacuna, quam sponte in hoc diplomate fecit Fleienus, recitabat Hermannus nomina virorum et feminarum qui de templo virginum quam optime erant meriti, ajebatque inter cætera, teste Crombachio :* Reliqua vero loca et familiæ nostræ aliorumque
E piorum virorum, seu feminarum, quibus divina hoc pietas inspiravit, donatione addita acquisivimus sane atque tradidimus, coram beatæ memoriæ Conrado rege, ipso pariter tradente, ac regali majestate nobiscum pariter firmante, in pago Momacensi in villa Burgedestat ecclesiam in honore S. Mariæ dedicatam mansa 28 etc. Item in Vinzerum ecclesiam unam cum duobus mansis. In Flaradeshim mansos duos etc. Præterea addidimus ad eumdem venerabilem locum in loco Zummerdesielde nuncupato in pago Winckesfeldensi curtem dominicatam cum duabus terris salaritiis, et cum 12 mansis, cum mancipiis utriusque sexus, et cum omnibus illuc jure pertinentibus. *Et infra redit ad Conradum :* Insuper tradidit prænominatus memorabilis rex Conradus Bopardiensem ecclesiam unam cum ecclesiasticis signis et libris atque omni sacerdotali ministerio, cum horreo et torculari. *Subdit de regina :* Etiam tradidit regina in pago Tulpiacensi in villa Nivenheim. *Nec prætereunda illustris viri Vassi donatio, quæ virginum undecim millium meminit :* Præterea tradidit nobilissimus Vassus
F post finem vitæ suæ quidquid in pago Juliacensi, in marca vel villa Pirna ex traditione Lintelbigiæ sanctimonialis feminæ sibi traditum esset, in usus parentum suorum, et in ipsius jam fatæ honorabilis feminæ, ejusque patris vel matris eleemosynam, id est curtem cum casis dominicatam, et ecclesia, atque terra salaritia, cum mansis quinque, illo excepto prædio, quod eidem domini regis Caroli collatione donatum est (quod ad S. Gereonem donandum disposuit) ad vestituram ejus, quod ad SS. undecim millium virginum famulatum delegavit, ad suæ commemorationis offertorium singulis annis modii duo de triticea farina se daturum spopondit.

§ III. Donationes et alia quæ ad statum temporalem pertinent usque ad sæculum XII.

Quinquennio post nova huic asceterio collata dona ab Alfwino nobili viro ejusque conjuge Ada, ut ex diplomate Wichfridi, Coloniensis archiepiscopi, quod

anno 927 Alfwinus et ejus conjux multa donant monialibus sanctarum virginum,

A *quod ex autographo edidit Reiffenbergius* (1). *Ecce illud cum suppletis ex editione Lacombletii* (2) *lacunis :* Ille caducis rebus præsentis sæculi feliciter utitur, qui sibi ex his æterna comparat præmia. [Sciens quod Christus Dominus noster non in tantum conspicit muneris quan[ti]tatem in quantum devotionis offerentis]; ideo ego in Dei nomine Alfwinus ac dilecta conjunx mea Ada ad ecclesiam sanctarum virginum quæ est extra muros Coloniæ civitatis publice constructa, ubi vir venerabilis Wichfridus, gratia Dei archiepiscopus, præesse videtur, pro animæ nostræ remedio, et pro æternæ mercedis intuitu nec non et propriæ nostræ recordationis debito, donamus nostram proprietatem et in proprium tradimus [ac de jure nostro in jus et dominationem illius ab hodierna die transfundimus, ut hæc eadem proprietas sanctis sororibus Domino die noctuque fideliter famulantibus omni tempore proficiat in augmentis perpetualiter in Dei nomine possidenda] hoc est curtem unam sitam in *Kuningessundere* *, *in comitatu Everhardi comitis,* in villa *Birgides-Statt* * dicta, cum casis diversis, cum terra salaricia, pratis, campis [silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et

* Königssondern
* Birstat?

B reditibus, quæsitis et inquirendis], omnibusque rebus ad eamdem curtem juste legitimeque pertinentibus; cum mansis xxx totidemque mancipiis utriusque sexus ea inhabitantibus, quorum hæc nomina sunt [Ruothgoz et uxor ejus Ruotwich, Hupolt, Rateri et uxor ejus, Frithegart cum filiis III, Sigithrud et filius et ejus Rantalach, Heribolt, Warburch, Routhrud, Waldrat, Nitzo, Folcolf, Criemilt, Eugila, Imma, Focko, Thiedo, item Waldrat, Wanburch, item Ruothwich, Unano, Boagrat, Garaman, Werinbrat, Wielant, Hugibrat]; et cum duabus partibus ecclesiæ inibi constructæ et census exinde proveniendi, ac terra salaricia, pratis, vinea, et mancipiis ad eam pertinentibus, nominibus his Hezo, Alfgart cum filiis suis. Jacent autem ipsæ xxx mansæ in subtersignatis locis, in præfata villa *Birgides-Statt* viij, præter terram salariciam [in Clopheim IV, in Ersinesheim * IIII, in Wickara * IIII præter terram salariciam] et ecclesiam quæ ibi constructa est, de qua annis singulis ad censum solvendi sunt sol. xv; in *pago Achgowe* appellato in *comitatu Kuonradi comitis,* in villa *Blitgeres-Wilere* viij, præter terram salariciam.

* Ersheim.
* Witkert.

C *usufructu sibi reservato.*

30 Hæc itaque omnia prælibata ego supra memoratus Alfwinus et dilecta conjunx mea ad antedictam ecclesiam sanctarum virginum, ut jam dictum est, tradentes, fuit nostra postpetitio ut sanctimoniales ibi constructæ * nobis ea in beneficium præstarent cunctis diebus vitæ nostræ, quod et fecerunt ea videlicet ratione, ut ipsa tantum usualiter possideremus, et ne haberemus potestatem alicubi vendere nec condonare, nec per ullum ingenium de parte sæpe memoratæ ecclesiæ abstrahere, et ad censum exinde annis singulis ad missam S. Martini sol. v de argento persolveremus; et post nostrum quandoque de hac luce discessum cum omni melioratu et superaugmentatione illuc iterum reverterentur. Et ut hæc quidem præstaria firmior stabiliorque manere possit, rogavimus hanc cartam inde conscribi, manuque nostra subtus illam firmavimus, manibusque bonorum et probabilium testium subter nominatorum firmari fecimus. Signum Alfwini et Adæ, dilectæ ejus conjugis, qui hanc cartam donationis et præstariæ fieri rogaverunt. Signum Wichfridi archiepiscopi; signum Everhardi comitis; signum Adalhardi comitis. Scripta iiij id. martii ab Heriberto presbytero atque cancellario et anno dominicæ incarn. DCCCCXXVII ann. vero Henrici gloriosi regis viiij. Actum publice in civitate Wormatiæ in Dei nomine feliciter. Amen.

* constitutæ.

AUCTORE V. D. B.

Quomodo fieret ut, licet abundasse videantur illæ moniales, reapse egenæ essent :

31 *Verum quum Alfwinus et Ada rerum, quas donarant, non secus ac illustris vir Vassus, usumfructum penes se retinuissent, hinc parum proficiebant Ursulanæ moniales. Re quidem vera, præter ecclesias, curtes aliquot aliasque terras, ab imperatore Conrado et Hermanno archiepiscopo quadraginta quatuor mansos acceperant, quorum singuli ad minimum duodecim bunnaria seu jugera cepisse censendi sunt* (3), *universim vero hectara* 673, *aut potius* (*quum sæculo* x *singulis mansis bunnaria viginti aut hectara viginti quinque cum dimidio assignare liceat* (4),) *hectara* 1122. *Verum quum maxima tunc esset in his administrandis difficultas, passim magnis oneribus essent gravata bona domicalia et exigua essent locationis pretia aut census* (5), *ita ut longe minor redituum pars in manus possessorum veniret : (vide de hoc argumento Rev. D. Tostium in Historia abbatiæ Casinensis, quæ ditissima olim videbatur, licet vix sibi sufficeret; et Bruxellis etiamnum exstat puellare monasterium, quod insigni baronia dotatum fuerat, sed tam exiguo commodo ut, dum ea frueretur, nedum aliquid utilitatis ex hac fundatione perciperet, quotannis ducenta florena addere de suo deberet reditibus, quibus scabini aliique id genus homines stipendiarentur;) quum, inquam, ex tanta mansorum copia non magna emolumenta haberent Colonienses moniales, tanta premebantur penuria ut propter stipendii inopiam vagarentur et divinum officium remisse peragerent. Quodsi id mirum videatur, oculos conjiciamus in diploma, uno sæculo posterius. Hermannus II, Coloniensis archiepiscopus, anno* 1043 *dedit S. Severini monasterio quasdam res proprietatis suæ :* hoc est, *inquit* (6), III mansa, in villa Ohtenethinc dicta, jacentia, libram unam persolventia; atque in Saxonia, in villa Berenberg dicta VI mansa, quæ emi erga militem Frethericum, Cobbonis filium, nonaginta libris, iterum libram unam persolventia; insuper cum communi consilio meorum fidelium, tam laicorum quam clericorum de ecclesiæ rebus mansum unum addere curavi, in villa Kestenich dicta jacens, libram dimidiam aut vini carratam persolvens. *Ex quo loco patet nonaginta librarum fœnus vix unam fuisse libram, et undecim mansorum reditus libras fuisse duas cum dimidia. Atqui singulæ libræ pendebant francis* 87, *et duæ cum dimidia francis* 217,50; *et si eodem valore æstimes* 44 *mansos, hæc dederint annuatim libras* 10 *seu francos* 870. *Ast sæculo decimo pecuniæ potentia octies circiter major erat quam quæ nunc est* (7), *ita ut, quo pondo nunc unus tritici saccus emitur, tunc eodem octo emisses. adeoque quadraginta quatuor mansorum aut* 880 *hectarorum terræ arabilis reditibus non plus facere poterant Colonienses moniales quam quæ nunc præstare possumus annuo censu francorum* 6960 : *quæ pecunia fere impendenda est sartis tectis tem-*

D

E

F

(1) Compte-rendu des séances de la commission royale d'histoire, tom. VIII, pag. 272. — (2) Urkendenbuch für die Geschichte des Niederrheins, tom. I, pag. 47 et 48. — (3) Ducange, Glossarium, v° *Mansus.* Carpentier, Supplementum, v° *Mansus.* — (4) Cfr Guérard, Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres, tom. I, prolégomènes, num. 22. — (5) Id. Statistique de Palaiseau à la fin du règne de Charlemagne, in opusculo : Essai sur le système des divisions territoriales de la Gaule, pag. 186 et seqq. — (6) Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins, tom. I, pag. 111. — (7) Cfr de his omnibus Leber, Mémoires sur l'application de la fortune privée au moyen-âge, in Mémoires présentés par divers savants à l'académie royale des inscriptions et belles-lettres, première série, tom. I, pag. 230 et seqq.

AUCTORE V. D. B. *alia paradoxa de reditibus bonorum sæculo* IX.

pli publici et solemniter agendis divinis officiis.

32 *Et quoniam id argumentum neque utilitate caret neque singularitate, atque hinc intelligere est quomodo monasteria, quæ remotis illis temporibus egena erant, deinceps quum ordo politicus nonnihil immutatus est et melior et facilior facta est bonorum administratio, absque ulla novorum mansorum accessione ditissima facta sint; placet aliud addere exemplum quo constet necesse fuisse ut, quæ nunc immanis videretur, possiderent fortunam, ne cum paupertate luctandum sibi esset. Concilium Aquisgranense anni* 816, *canone* 122, *statuens quæ mensura potus et cibi danda esset canonicis, communem vitam agentibus :* Communi voto, *inquit* (1), communique consensu sacro conventui statuere placuit, ut in omnibus locis, majoribus scilicet et minoribus, accipiant singuli canonici per singulos dies quatuor libras vini. In locis vero ubi majores facultates sunt ecclesiæ, verbi gratia, tria aut quatuor, aut certe octo et eo amplius millia mansi (*mansorum*), si eadem regio vinifera fuerit, accipiant per singulos dies quinque libras vini, si tamen sterilitas impedimento non fuerit temporis. Si vero vinifera plene non fuerit, tres libras vini
B et tres cervisiæ. Et si penitus vini ferax non fuerit, accipiant libram vini et quinque libras cervisiæ. In mediocribus enim locis, mille aut mille quingentos, vel certe duo millia mansos (*mansorum*) habentibus, si regio (ut præmissum est) vini ferax fuerit, quatuor libras vini : et si plene vini ferax non fuerit, duas libras vini, et tres potus ex diversis materiis confecti. Quodsi etiam vini ferax minime fuerit, quatuor libras memorati potus, et libram vini accipiant. Porro in minoribus locis, ducentos aut trecentos mansos habentibus, accipiant duas libras vini. Quod et si eadem regio (ut jam dictum est) vineis caruerit, tribuantur eis tres libræ cervisiæ, et, si facultas suppetat, libra vini. *Fac majora loca a triginta fratribus et decem pueris habitata fuisse; mediocria a viginti fratribus et quinque pueris; parva a decem fratribus et duobus pueris : hæc sæculo* IX *locupletia censebantur monasteria quæ sexaginta, octoginta, centum et sexaginta millia hectarorum possidebant; mediocria, quæ viginti, triginta aut quadraginta millia habebant; egena, quæ quatuor aut sex millibus tantum potiebantur. Addidisse juverit libram canonicam Aquisgranensem ex citato canone* 122 *et ex canone* 13 *ejusdem concilii pro monialibus,*
C *comparatis cum capite* 39 *Regulæ S. Benedicti, videri quartam fuisse partem libræ Benedictinæ; hanc autem sesquilibram Romanam* (2) : *ita ut in ditioribus capitulis pro prandio simul et cœna litrum fere vini daretur; in aliis capitulis minus pro cujusque facultate. Sed quamquam hæc a rebus monasterii* S. Ursulæ *non omnino aliena sint* (*observabatur enim in eo Aquisgranensis Regula, ut inferius patefiet*), *in viam tamen redeundum est.*

Anno 927 *Wichfridus, Coloniensis archiepiscopus,* propter reverentiam XI millium SS. Virginum inibi requiescentium *nonnulla eis donat.*

33 *Quum itaque moniales asceterii SS. Virginum, licet multis mansis dotatæ, ita pauperes essent ut mendicato vivere deberent, eodem anno* 927, *quo Alfwinus et Ada, nonnulla etiam eis contulit Wichfridus, Coloniensis archiepiscopus, cujus diploma ex autographo edidit, quem supra laudabam, Reiffenbergius. Ecce id quoque* (3) : In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Wichfridus divina opitulante clementia Coloniensis archiepiscopus. Noverit omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium præsentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos divina inspiratione admoniti venerabilibus sororibus, quæ in ecclesia sanctarum virginum Deo die D
noctuque fideliter deserviunt, aliquid ex nostro ad illarum refectionem addere curavimus : nobis namque inquirentibus compertum est, illas in quotidiano victus sui alimento magnum habuisse dispendium. Non enim ignoramus quod ad peragendum divinum officium tanto minus desudabant, quanto majorem cibi penuriam sustinuerint, et quod ab illis unum non exigetur, si alterum subtrahitur. Unde juxta consensum communeque consilium nostrorum fidelium tam clericorum quam laicorum propter amorem Domini Salvatoris, propterque reverentiam undecim millium sanctarum virginum inibi requiescentium, nec non et propter nostri recordationem, concessimus eis habendam ad augmentationem illarum præbendæ ecclesiam Sanctæ Mariæ proxime statutam, post obitum Ruithberti presbyteri, scholaris videlicet magistri, qui ipsam nunc jure beneficiario tenet, cum omnibus rebus ad se pertinentibus, id est ecclesia in honorem sancti Desiderii confessoris prope constructa LX jugeribus per circuitum illius in suburbanis jacentibus, et manso dimidio in villa *Niele* habito. Insuper etiam cum altera ecclesia in villa
E *Bozilesthorf* nuncupata fundata, et suis appenditiis, hoc est ædificiis, terra sallaricia, præter jurnales X ex quibus solidus unus solvetur; cum duobus etiam mansis servilibus, de quibus solidi V reddentur; cum tribus aliis quorum IJ jacent in *Walathorpe*, tertiam in villa Lunrike, de ipsis autem tribus solidi XIIIJ annis singulis provenient. Famuli ea incolentes in mense Junio de capitibus suis solidum unum persolvent. Uxores autem illorum denarios V ad missam S. Martini dabunt : præterea quoque cum VJ vinearum particulis circa Riogomagam jacentibus et arpennuis IJ et dimidio in *Gunderespumere* sitis; cum silva etiam speciali ad porcos XX juxta supra nominatam villam *Walathorpi*, et manso dimidio juxta castellum *Julicham*. Hæc omnia sæpe memoratis sanctimonialibus ex nostro addere curavimus, quatenus propter stipendii inopiam usquam vagari occasionem non haberent. Sed ut potius victum necessarium habentes in Dei cultu absque ullo impedimento devote perseverare possent. Et ut hujusce nostræ auctoritatis largitio firma stabilisque in perpetuum maneat, jussimus hanc cartam inde conscribi, manuque nostra subtus illam firmavimus manibusque testium probabilium roborari fecimus. Signum domini Wichfridi F
archiepiscopi qui hanc cartam fieri jussit.

Signum	Odilonis prepositi.	*Signum*	Alurici presbyteri.
	Erfgisi presbyteri.		Adilini id.
	Thrudwici id.		Gauberti id.
	Alberti id.		Engilberti id.
	Gerberti id.		Gerhardi id.
	Wanonis id.		Ruethberti id.
	Hildelberti id.		Thiedrici id.
	Henwardi id.		Adalhardi id.
	Meginolfi id.		Engilgeri.
	Trancolfi id.		Gerberti.
	Wolfhardi id.		Uroldi.
	Reginoldi vicedomini.		Thiedonis.
	Rathberti.		Olhberti.
	Eiquini.		Heriradi.
	Everwini.		Mathfridi.
	Hildiboldi.		Wolfridi.
	Hathageri.		Heimerici.
	Beroldi.		Witarii.
	Ruothpoldi.		Luitberti.
	Almarici.		Salethonis.

Data IIIJ kal. Augusti et scripta ab Heriberto pre-

(1) Labbe, Concilia, tom. VIII, col. 1592. — (2) Cfr Martene, Commentarius in Regulam S. Benedicti, pag. 516 et 517.

(3) Compte-rendu des séances de la commission royale d'histoire, tom. VIII, pag. 294.

sbytero

A sbytero atque cancellario anno dominicæ incarn. DCCCCXXVII, an. vero Heinrici gloriosi et invictissimi regis VIII, indict. XV, in Dei nomine feliciter. Amen.

et alia anno 927 aut 929;

54 *Neque hic stetit Wichfridi liberalitas. Anno Henrici aucupis* IV, *initio regni ducto, non ab anno* 919, *ut supra, sed ab anno* 923 *vel* 925, (*triplex enim æra in chartis occurrit,*) *aliud dedit diploma cujus partem edidit Crombachius* (1), *integrum Lacombletius* (2) : In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Noverit omnium Dei ecclesiæ fidelium præsentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos diligenter perscrutari jubentes de congregationibus singulis monasteriorum in circuitu curæ nostræ divinitus commissorum, quam in divinis ferverent, et doctrinæ insisterent, nec non si eis victualia ad peragendum die et nocte ecclesiasticum beneficium abundarent, an non; nostris enunciatum est auribus, quod sanctimonialibus ad sanctas virgines Domino devote, studioseque famulantibus, panis alimentum per singulos annos deficeret. Unde nostris fidelibus clericis et laicis in unum coadunatis, juxta illorum commune consilium, dedimus illis ecclesiam, quæ in villa Kelse * nuncupata constructa habetur, [*cum terra salarica*
B *et omni decimatione et quatuor mansis, tribus in eadem villa, uno in villa quæ vocatur Wudesheim sito* (3); *et*] hæc omnia sicut ad nostrum opus habuimus, præfatis sanctimonialibus concessimus habenda, ut ob eleemosynam et memoriam nostri ibi proficiant incrementis perpetualiter, in Dei nomine ad possidendum, et ut ultra propter alimenti defectum occasionem derelinquendi officium divinum non habeant; sed magis voluntate in eo die nocteque perseverent. [Quocirca hanc chartam describi jussimus manuque propria similiter cum aliorum plurimorum probabilium testium subter descriptorum (*ea nomina omissa sunt*) manibus muniri ac corroborari decrevimus; quatenus ab hodierna die ac deinceps firma et inconvulsa in perpetuum perseveret. Siquis autem ea infringere vel emutare voluerit, divina mox ultio eum digna afficiat plaga ac insuper omnipotentis Dei simul et omnium sanctorum iram habeat.] Actum publice in ecclesia sanctarum virginum 16 Kalend. Augusti anno gloriosissimi regis Henrici IV. Heribertus presbyter et cancellarius.

item anno 941.

C 55 *Aliquot annis post copiosis his largitionibus nova dona adjecit Wichfridus sequenti diplomate, edito a Crombachio* (4) : Wichfridus divina annuente clementia sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus. Noverit omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium industria, qualiter nos superna inspiratione admoniti, cum consensu fidelium nostrorum tam clericorum, quam laicorum, de rebus domini nostri almi Petri, ac ejus sanctæ matris ecclesiæ, venerabiles sorores in ecclesia sanctarum virginum extra muros civitatis Coloniæ publice et honorifice constructa, Deo die nocteque devote ac religiose famulantibus, alimoniam sui victus augmentando ampliavimus, dedimus, atque illis de jure nostro in jus et donationem illarum transfudimus in villa nostra, quæ Engelstat nominatur, in pago Wormacensi, in comitatu Leonardi comitis, curtem unam cum casa, diversisque aliis ædificiis, cum terra salaritia, et mansis XXX cum mancipiis cunctis utriusque sexus ea incolentibus, cum arpennis XX, cum omnibus cultis et incultis, etc. quatenus, ab hodierno die et deinceps pro animæ nostræ remedio ibi proficiant in augmentis perpetualiter in Dei nomine ad possidendum. Actum publice in præfata sanctarum undecim millium virginum ecclesia IX Kalendas Decembris. Anno gloriosissimi regis Ottonis VI ind. XIV. Ego in Dei nomine Heribertus presbyter, atque cancellarius scripsi hanc chartam anno incarnationis domini nostri Jesu Christi 941.

AUCTORE V. D. B.

S. Bruno legatum facit ad SS. Virgines,

56 *S. Bruno, Ottonis Magni frater, imperii Germanici columen, Wichfrido, circa Julium anni* 953 *successit : vir ad omnia summa natus, eloquio præcipuus, philosophicis scientiis excultissimus, bellica gloria nulli secundus : nam regnum Lothariense, non imperio tantum universo, sed infulæ adjecit Coloniensi maximam partem. Idem tamen quod mireris sanctitatis eximiæ laude claruit, cujus vitam Surius et decessores nostri ad* 11 *octobris recensuerunt, a coævo luculenter scriptam, quam Ægidius Gelenius in Hierotheca S. Engelberti etiam illustravit et nuperius novis curis in Monumentis Germaniæ edidit Pertzius. Is in testamentariis tabulis meminit Ursulani templi, quod in legato suo recepto more, ad* sanctas virgines *nominat : sic enim ait :* Ad sanctas virgines vasa duo, candelabra duo, pallia duo, cortina, tapete unum, scamnalia duo, ipsis vero sanctimonialibus auri libræ decem mensale.

E

et Warinus multa largitur.

57 *Eodem sæculo Warinus vixit et floruit circa annum* 980: *qui similiter captus religione loci, et insigni pietate virginum illic Deo militantium, multa largitus est : confirmat numerum undecim millium, vocat martyres, testes temporis sui præpositos et alios adjungit hoc modo* (5) : Quisquis divinitus inspiratus aliquid sibi refrigerii solatium fore prospexerit, qualiter inconvulsum et durabile ad notitiam posterorum fiat, consulto opus est. Ideo ego in Dei nomine Warinus divina præveniente gratia Coloniensis metropolios, licet nullis suffragantibus meritis, infulatus archiepiscopus, trado et transfundo in memoriam decessorum nostrorum archiepiscoporum, quasdam ecclesiæ nostræ res, usui nostro quotidiano habitas, ut nostra etiam intersit, ad ecclesiam SS. XI millium virginum, et martyrum extra muros Coloniæ civitatis honorifice in Dei honorem constructam, ad continuanda ejusdem ecclesiæ luminaria, ad restauranda tecta, ad sustentandas etiam custodum vires, inibi circumspecte et solerter pernoctantium, scilicet ecclesiam in honorem XII apostolorum constructam, cum III mansis et dimidio in villa Gunderstorp dicta sitis : mancipia quoque XVII, et in suburbio juxta dictam ecclesiam mansum dimidium cum III territoriis, appenditiis infra urbem habitis. Insuper etiam ut in processu temporis Dei servitium in præfato SS. Virginum monasterio vigilantius, instantiusque suppleatur, trado ad victualia sanctimonialium ibidem Deo egregie pro viribus militantium curtem dominicatam in villa Ossendorp. *Meminit ibidem etiam parochiæ S. Columbæ et concludit :* Si quis successorum nostrorum hanc donationis chartam infringere, aut diminuere, quod absit, in aliquo attentarit, audiat vocem terribiliter minantem : Mihi vindicta, ego retribuam. Signum Warini archiepiscopi. Signum Evergeri vicedomini (*fuit is successor ejus*) signum Ruochberti præpositi, Aichfardi presb., Virduni præpositi, Dissonis præpositi, Gerardi, Godefridi, etc. Ego Mullfbertus indignus et peccator hanc traditionis chartam scripsi.

F

58 *Mitto quæ hoc loco dicenda forent de S. Adelheide, Geldriæ comitis filia et Ursulani parthenonis aliquando incola; mitto item quæ S. Heribertus, Coloniensis*

(1) S. Ursula vindicata, pag. 780. — (2) Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins, tom. I, pag. 50 et 51. — (3) Binterin et Mooren, die alte und neue Erzdiözese Köln, tom. I, pag. 197; Lacomblet, tom. I, pag. 50. — (4) S. Ursula vindicata, pag. 780 et 781. — (5) Ibid. pag. 781.

AUCTORE V. D. B. *Liberalitatem quoque in Ursulanum asceterium manifestat Richeza, regina Poloniæ,*

louiensis præsul in sanctarum virginum honorem peregit; ut diploma recitem Richezæ, reginæ Poloniæ, quo se suosque posteros cultui earumdem obstrinxit, annuo censu pacto viginti librarum; in templi archivo id reperit Crombachius (1) : In memoriam et laudem sanctissimæ et individuæ Trinitatis, omniumque sanctorum Dei. Quamplurimi Dei fidelium ecclesiis dedicari se de suis rebus a Deo collatis sibi, et præstitis effecerunt, hoc autem vel ob amorem futurorum bonorum, seu metum infernalium tormentorum, quibus condigne remunerandi, prout gesserunt,* sive malum, cum venerit, qui venturus est, actus cujuscumque nostrum *: quod ego Richeza sæpe animo volvens, et mutua confabulatione cum amicis meis disserens, insuper animata a domino archiepiscopo Piligrimo, cum essem ingenua, deliberavi esse ancilla, et sub tributo. Quia vero post pusillum facillime quocumque casu obliviscimur, quod hodie factum fuerat, manuscripto petii fieri memoriale, quatenus sic sit manifestum tam futuris, quam præsentibus Christi fidelibus, quomodo vel quo facta sim sub tributo. Ego enim Richeza, alicujus cupida cum essem patrocinii ab insurgentibus in me, archiepiscopum Piligrimum
B advocatum feci in omnibus, nullo excepto, exclusove, donans me in urbe Colonia ad sanctas virgines ea professione, videlicet, quatenus singulis annis persolverem duas denariatas ceræ et ut mei posteri sint ejusdem conditionis : post obitum etiam id statui, ut detur ad altare supradictarum virginum mea pretiosa vestis, seu meorum successorum, videlicet, quæ fuerit elaborata nendo vel texendo, nec deinceps sumus ulli conditioni subditi, sed nostri sumus liberi arbitrii. Ad hanc meam traditionem testes idonei præsentes fuerunt, quorum subscripta tenentur nomina : archiepiscopus Piligrimus, comes Cathelo frater ejus, Idelolphus præpositus.

[*sive bonum] *[discussurus]

anno 1035, *ut ex stabilita chronologia archiepiscoporum Coloniensium patefit.*

39 *Hæc acta ante* VIII *kal. Sept. anni* 1035, *quo obiit Piligrimus* (2). *Richezam enim, cui regni habenæ post mortem mariti Micislæ II creditæ fuerant, sed quæ ob pravum gubernium cum filio Casimiro ad Conradum imperatorem confugere debuerat, in Saxoniam atque hinc Coloniam adulto dicto anno venisse certum est. At, inquies, Piligrimus, Coloniensis præsul, qui Richezæ donationem accepit,* VIII *kal. Septembris anni* 1037 *obiit* (3). *Plane error hic est. Exeunte quidem anno* 1043 *currebat Hermanni II, ejus successoris, episcopatus annus nonus, ut ex clausula Theodorici cujusdam chartæ constat* (4) : Anno dominicæ
C incarnationis MXLV, indictione XIII, II kal. Januarii, anno vero regni gloriosissimi regis Henrici VI, et Hermanni S. Coloniensis ecclesiæ archipræsulis venerandi episcopatus VIII. *Atque secundum hæc forte corrigendum est alterum Hermanni diploma* (5), *quo narrat se in S. Severini* monasterii dedicatione, anno 1043, indictione XI, et III regni junioris Heinrici regis atque VIII præsulatus sui *nonnulla contulisse hujus asceterii fratribus :* quæ acta sunt publice ante cornu ipsius altaris, cum Romam ibi ante præibat sexto idus septembris. *Etenim hæc corrupta sunt, quum a mense Junio anni* 1043 *cucurrerit Henrici regni annus* IV (6); *ita ut legendum forte sit* : IIII regni junioris Heinrici regis atque VII præsulatus mei. *Considerandum enim Hermannum annos suos numerasse ab ordinatione sua, quæ, teste Sigeberto, anno* 1037 *facta est.*

40 *Bezechæ, sanctimonialis Coloniensis, donatio, necnon S. Annonis et aliorum pietas jam commemoranda esset; sed præplacet de eis inferius suis locis agere. Quum Sigewinus, cui vivens S. Anno infulas Colonienses prædixerat, hac circa annum* 1079 *dignitate auctus fuisset, sequenti anno omnem suam erga undecim millia virginum pietatem explicuit, sequenti dato diplomate* (7) : In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Sigewinus, cooperante gratia Spiritus Sancti, licet indignus Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus. Cum incerto fugientis sæculi, et brevi teneamur spatio, solicitos nos esse oportet, ac in futuro remedium aliquod nobis providere; et quia humanæ fragilitatis occasione peccatum adjicimus supra peccatum quotidie, optimum est et salubre sanctos Dei et patronos nostros cum precibus, cum facultatibus nostris implorare, quatenus eorum interventu Dei misericordia nos liberare dignetur a tanto peccati contagio, et expeditiores suo reddere servitio. Ob felix itaque tale remedium apud Deum nobis impetrandum, sanctas Dei scilicet XI millia virgines nobis in auxilium invocantes, notum esse cupimus cunctis Christi nostrisque fidelibus, qualiter iisdem sanctis virginibus, dedimus ad supplementum scilicet abbatissæ, in præbenda sororibus danda, pro interventu
E et servitio intimo ejusdem loco domnæ Mectheldis abbatissæ, quidquid novalium nostris in temporibus erutum fuerit, in termino ecclesiæ S. Dionysii in Lunricho *. Huic traditioni testes aderant Huprecht præpositus, capellani Gerardus, Gero *, Hermannus, Joannes, Hezel, Reginaldus, Gerardus, Wilhelm, Fridericus *. Laici vero Huprecht, Gisel-
bertus. Facta est autem traditio ista anno 1080, indictione VI* V idus Novembris episcopatus nostri anno secundo, in basilica prædictarum virginum.

D *Alia confert anno* 1080 *Sigewinus archiepiscopus invocans* Sanctas Dei, *scilicet* XI millia virginum.

* Longerich
* Bero?
* Thiederich
* V?

41 *Anno* 1039 *Fredericus cathedram conscendit Coloniensem seditque in ea usque ad medium annum* 1137; *cujus tempore quædam reperta sunt et solemniter elevata translataque in varias orbis regiones SS. Virginum corpora divinitus indicata : et S. Norbertus, olim archiepiscopi hujus familiaris et domesticus, cælesti comperit admonitione locum reliquiarum ejusdem partheniæ sodalitatis; quibus et aliis compluribus a Friderico donatus, Belgium et Franciam decoravit : unum hujus archiepiscopi facinus ad jura basilicæ* S. Ursulæ *defendenda non est prætermittendum. Invaluerat exemplo Richezæ reginæ consuetudo Coloniæ mancipandi se servitio SS. Virginum cum omni posteritate : quem in finem*
F *annuum censum ad earum altare sub divinis offerebant : cum hæc mancipia niterentur alii sacrilego plagio emancipare, Friderici hujus sententia reducta sunt in sanctam servitutem. Rem ipsam, inquit Crombachius* (8), *lubet ex Ms. pervetusto codice transcribere : quo cultus illius antiquitas firmius stabiliatur :* Temporibus S. Annonis archiepiscopi Bertolphus presbyter, et filia sua Enesa tradiderunt Heriburgam et ejus posteritatem ecclesiæ sanctarum virginum, quæ est in Colonia, tali constitutione, ut annis singulis duas denariatas ceræ pro capitali censu illuc persolverent : post mortem autem vestis, quæ operatione propriarum manuum suarum esset confecta, persolveretur. Postea tempore Friderici archiepiscopi quidam Berelbinus nomine ex parte mulieris piæ volens hæc mancipia ecclesiæ subripere, Walburgim, Weresonem, Terzerardi, Richmodin, Theodoricum, Helvicum, Meregardum, Hardungum, Walburgim, Richmodim, quod rectori ecclesiæ ac suo votum fecerunt : ex quo factum est, ut inter se utrique taliter convenirent, ut Christia-

Tempore S. Annonis mancipia S. Ursulæ *eorumque posteri offerunt annuc ceram duorum denariorum.*

(1) S. Ursula vindic. p. 859 et seq.—(2) Cfr Mörckens, series, epp. Coloniensium, p. 87 et seqq. — (3) Gallia christiana nova, tom. III, col. 657 et 659.—(4) Lacomblet, tom. I, p. 112.—(5) Ibid. pag. 111. — (6) Cfr l'Art de vérifier les dates, tom. II, pag. 15. — (7) Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 786; Lacomblet, Urkundenbuch, tom. I, p. 149.— (8) S. Ursula vindicata, p. 787.

nus,

A nus, qui prædictum censum recipere consueverat, jurejurando hunc ecclesiæ retinuit : et abbatissa, Guadegilt, et Heresuint custos ecclesiæ prædicto juramento hoc ita esse confirmarent; comes autem Gerardus judex illorum postremo etiam jurejurando, uti prædicti fecerant, sanctis virginibus sua mancipia detinuit : quæ omnia archiepiscopus Fridericus sua sententia hoc modo stabilivit, ut quicunque Dei adversarius postmodum hæc sanctis virginibus abstrahere conaretur, a Deo omnipotente, beatoque Petro, et sanctis virginibus æternaliter damnaretur.

Bruno II consecrat altare S. Cordulæ et confirmat hujus altaris dotem.

42 *Friderico Coloniensium archiepiscopo, fatis sublato, suffragiis communibus Bruno comitis de Altena filius subrogatur. Is cultus S. Cordulæ virginis insignis propagatur fuit. Nam cum Ursulanæ basilicæ porticus vel absis potius nova accessisset, in ea constructum altare S. Cordulæ consecravit : quod Regnibernus metropolitanus canonicus dotavit, cujus superest instrumentum authenticum, hoc tenore* (1) : In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. Quia sicut præsens ecclesia a Christi fidelibus defenditur, ita ab infidelibus impetitur; idcirco statuta nostri temporis ad notitiam futurorum transmittere cura-

B vimus. Siquidem ego Bruno secundus Dei misericordia sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus in porticu ecclesiæ SS. Virginum altare quoddam dedicavi; ut vero sanctimonialibus illic devote famulantibus aliquod temporale subsidium exhibeatur, ut qui altario deserviunt, de altario vivant, consilio et auxilio Regniberni canonici S. Petri ad idem altare dotandum 20 solidos Coloniensis monetæ contradidi, ex quibu sin villa Greverode, quæ est in parochia Walda, persolvantur ad Vincula Petri 12 solidi de decima, quos abbatissa Gepa consensu sororum et Regniberni ad augendam dotem dicti altaris a quodam Rudolpho ministeriali SS. Virginum, qui eas in beneficio possidebat, quadam commutatione, una videlicet præbenda redemit. De tribus cameris in parochia S. Columbæ 5 solidos, sic tamen ut in Purificatione S. Mariæ 30 denarii, et ad Vincula S. Petri reliqui solvantur. De domo quadam juxta claustrum sanctimonialium 21 denarii solvantur in die SS. Virginum; de Wevelinnckhoven undecim denarii de decimis in festo S. Cordulæ exhibeantur. Ex his vero 20 solidis 40 denarii in dedicatione ejusdem altaris congregationi dispensentur : totidem in festivitate S. Cordulæ. Quin-

C que vero solidi ad duo luminaria singulis noctibus, unum ad altare prædictum, alterum in monasterio S. Lamberti erogentur. In anniversario autem Reginberni, per quem solum hæc omnia elaborata sunt, ob memoriam suæ devotionis 20 denarii sub hac discretione distribuantur : quatenus ex illis sacerdotibus ibidem commorantibus quinque; et ad luminaria disponenda, veluti fieri solet in anniversariis abbatissarum, alii quinque; et sororibus, pro qualicumque consolatione quæ eis placuerit decem contingant. Præterea 5 solidos presbiter unus ex confratribus prædicto altario deserviens accipiat; qui etiam, electione sororum et dono ipsius abbatissæ, statutos reditus procuret et suscipiat. Huic etiam procuratori 20 denarios qui supersunt ad supplementum constituimus, ut ne quid in supradictis cameris labefactetur restaurando, simul et universos reditus præfatos colligendo, diligenter provideat et constitutis temporibus sine querela dispenset. Ut autem hæc traditio firma permaneat, hanc inde cartam fieri jussimus, anno dominicæ incarnationis MCXXXV, indictione XIII, eorumque qui testes aderant nomina subscribi, Arnoldus præpositus S. Petri. Hugo decanus. Arnoldus præp. S. Andreæ. Thiedericus præp. SS. Apostolorum. Gerhardus abbas S. Pantaleonis. Albanus abbas S. Martini. Walterus abbas de Gladebach. Widego capellarius. Thiepoldus, Gerhardus, Rudolfus capellani. Walraven dux, Gerhardus comes de Juleche. Adolfus comes de Saphenberg. Goswinus de Heimesberch. Heinrich de Alpheim ministerialis S. Petri. Thidricus de Ulft ministerialis. Lambertus de Palmeresheim ministerialis. Ministeriales SS. Virginum Rudolfus, Thiedricus, Rudolfus. Ne quis autem futurorum hanc assertionem nostram infringere moliatur, banni nostri auctoritate et sigilli impressione confirmare curavimus. *De porticu et ara S. Cordulæ deque monasterio S. Lamberti nonnulla supra num.* 15 *animadversa sunt.*

AUCTORE V. D. B.

Anno 1159 *Adrianus IV confirmat bona Sanctarum Virginum.*

43 *Anno* 1155, *quum magna opera cæpit impendi exhumandis sanctarum virginum corporibus, Ursulano parthenoni præerat Gepa, Reinoldi paulo post creati Coloniensis archiepiscopi soror. Fuit illa in Deum et sanctorum cultum religiosa, bona ecclesiæ suæ, quæ fuerant abalienata, sollicite investigavit, et solerter restituit, voluitque sedis apostolicæ defensione communiri : eam illi Reinoldus, tunc in Italia Friderici Barbarossæ grammateus, ab Adriano* IV *obtinuit : quam is paucis ante mortem suam mensibus eidem Gepæ libenter impertiit hac bulla , qua vetustissima templi nominatio toties repetita confirmatur* (2) : Adrianus Episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Gepæ abbatissæ ecclesiæ sanctarum virginum, ejusque sororibus tam præsentibus, quam futuris canonice instituendis in perpetuum. Dicatis Deo virginibus, quæ spretis connubiis maritalibus, ac relicto mundo ac pompis ejus, se totas contulerunt in obsequium conditoris, et sub religionis habitu, et proposito voluntatis, mortificata carne, accensis lampadibus, cum Christo Domino ad cæleste convivium satagunt introire, nostrum convenit adesse præsidium, et contra mundanorum fluctuum tempestates apostolicum munimen impendi, ut apostolica tuitione vallatæ, ab omnibus reddantur securæ molestiis, et in Christo se recuperare lætentur opem, quam in sæculo perdiderunt. Eapropter in Christo dilectæ filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam ecclesiam, in qua divino mancipatæ estis obsequio, sub beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti tradi-

E

tione communimus : statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentarium juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, et largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, et ipsis quæ post vos successerint, et illibata permaneant. *Enumeratis deinde bonis subdit :* Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur, earum, pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis proficua, salva sedis apostolicæ autoritate, et diœcesani episcopi canonica justitia : si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque

F

(1) S. Ursula vindicata, pag. 787 et 788; Lacomblet, Urkunden-buch, tom. I, p. 215. — (2) Crombach, S. Ursula vindicata, p. 788.

sui

AUCTORE V. D. B.

sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore et sanguine Dei ac Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat : atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ operationis percipiant, atque apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniat, Amen. Ego Adrianus catholicæ ecclesiæ episcopus. Ego Georgius Sabinensis episcopus. Ego Hubaldus Hostiensis episcopus. Ego Bernardus Portuensis et S. Rufinæ episcopus. Ego Gualterus Albanensis episcopus. Ego N. presbyter cardin. tit. S. Crucis in Jerusalem. Ego Iacinthus diacon. cardin. S. Mariæ in Cosmid. Ego Guido presbyter card. tit. S. Calisti. Datum Laterani per manum D. Hermanni D. Papæ subdiaconi, et scriptoris x Kal. Junii, Indict. VII. Anno Incarnationis Dominicæ 1159. Pontificatus D. Adriani papæ IV anno v.

Anno 1168 *Hillinus, archiepiscopus Trevirensis, adjudicat SS. Virginibus duas partes decimæ in Reinse.*

44 *Ea tempestate Trevirensem metropolim regebat Hillinus. Is anno* 1152 *Alberoni successerat, quem præcipua quædam animi moderatio, præstans philosophiæ, ceterarumque disciplinarum scientia : sed inprimis insignis in Deum cælitesque religio commendabat. Cum Fridericus Barbarossa anno* 1160 *ad schisma dirimendum e Germania episcopos accersivisset, et Hillinus jam itineri se accinxisset morbo correptus subduxit se, ne schismate polluetur, et Confluentiæ substitit; ubi conventus a Gepa, Reinoldi tum Coloniensis archiepiscopi sorore, pro decimis oppidi Rhens diœcesis Trevirensis, obtinuit Hillini pium et religiosum diploma pro jure ecclesiæ sanctarum virginum defensione* (1) : Hillinus Dei gratia Trevirorum humilis minister et servus ecclesiæ sanctarum virginum in Colonia in perpetuum. In eo sumus loco licet indigni auctore Domino constituti, ut unicuique jus suum debeamus conservare, et quo possumus munimine, quia in modico plerumque fundatur occasio malignandi, confirmare. Eapropter dilecta in Christo soror G. abbatissa SS. Virginum in Colonia de petitione vestra, quam benigne suscipere dignum judicamus, ecclesiæ, cui præesse et prodesse cognoscimini, duas partes decimæ in villa Reinse, et pastori tertiam partem, ut de cetero totius ambiguitatis scrupulus tollatur de medio, auctoritate qua nos possumus, et debemus in perpetuum confirmamus. Ab hac vero solvendæ decimationis universitate dominicalem terram, quæ vulgariter dicitur Manelberg *, ipsi ecclesiæ sanctarum virginum excipiendam decernimus, statuentes, ut siqui ejusdem loci parochiani aliquid de prædicta decima sibi usurpare contenderint, et ipsi vel aliaquæ aliæ personæ ecclesiasticæ, secularesve hanc nostræ confirmationis paginam scientes ei contraire tentaverint, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et sanctarum virginum incurrant, et quousque resipuerint, a christiana communione alieni fiant. Huic confirmationi interfuerunt testes, quorum nomina hæc sunt : Petrus archidiaconus Tullensis, et ecclesiæ Trevirensis custos; Rupertus vicedominus S. Mariæ in Palatiolo præpositus; Reginerus capellanus, ecclesiæ Trevirensis canonicus; Conradus, Theodorus *, Gerardus, Fridericus capellani; de laicis Walterus camerarius, Ludewicus dapifer. Actum est hoc et datum Confluentiæ anno incarnationis dominicæ 1160. Indictione VIII. Regnante gloriosissimo Imperatore Friderico, anno regni ejus IX, imperii vero V, pontificatus nostri nono, prænominatæ ecclesiæ sanctarum virginum Gepa venerabili abbatissa providentiam gerente, Rodelbino * magistro scholarum S. Florini, pastore ecclesiæ de Reinse existente et consentiente. *Ita, quem iter aggressum morbus in via detinebat, dum sanctarum virginum cultui et juribus intendit, is pene solus inter Germaniæ archiepiscopos a schismatis contagio liberatur : sic enim de eo Bambergensis episcopus apud Radevicum coævum scribit ad Everardum Salisburgensem itidem dissentientem,* Arelatensis, Viennensis, Lugdunensis, et Bisuntinus episcopi, per literas et nuncios consenserunt. Solus Trevirensis de regno nostro superest in parte illa de numero archiepiscoporum, qui non consenserint, ejus tamen suffraganei omnes consenserunt.

* Maneverch *l. c.*

* Thedericus.

* Rudewino.

Quam præclare ex illis elucescit SS. Virginum cultus.

45 *Alia multa præterea diplomata recitat Crombachius : sed quum origines hujus cœnobii tantum illustrandæ videantur, atque eæ maxime partes, quibus constet cultum SS. Virginum Coloniensium non clancularium fuisse* (*ut multi sibi persuadent*) *ante medium sæculum* XII, *quo generalis reliquiarum elevatio facta est, sed splendidum, solemnem et multis diplomatibus confirmatum; hic sistendum arbitror, id unum monens ex sequentibus chartis constare sæculo* XII *exeunte gravi cum penuria adhuc conflictasse moniales* sanctarum virginum; *quod ordinarium et commune illarum nomen, addito interdum* Coloniensium *seu* in Colonia, *erat. Sed jam iter nostrum relegendum et quærendum prius quæ instituta et leges sequerentur hujus domus incolæ.*

§ IV. Fata varia disciplinæ et constitutionis canonissarum sanctæ Ursulæ.

Quæ canonici, ineunte sæculo IX *maxime introducti,*

Ante annum 852, *quo canonicos introduxit Guntharius Coloniensis archiepiscopus* in beatarum virginum monasterium, *jam monasticam illic disciplinam observatam fuisse, videtur certum; quum ibidem, ut ex contextu satis patet, vox* monasterium *non pro qualicumque ecclesia, sed pro monastica sede significanda usurpetur. Incolerentne viri an mulieres, ex apertis testimoniis definiri nequit; sed longe verisimilius est constitisse ibidem moniales, quum secus, quando istuc introductæ sunt anno* 922 *Gerritzheimenses moniales, perrexissent viri præcipuum occupare locum; quem penes eos nequaquam fuisse brevi manifestum erit. Præterea primitus ad hanc basilicam degisse virgines seu moniales ex Clementi titulo num.* 21 *ostendimus. At quas leges servavere primævæ illæ moniales? An S. Columbani regulam, an S. Benedicti? An syllogen quamdam quæ sanctorum Patrum instituta seu regula dicebatur? Hæc in medio relinquere debemus, divinandi licentia asserta lectoribus. Canonicorum leges probe notæ. Sequebantur ii statuta Aquisgranensia, anno* 816 *condita de quibus pauca animadvertemus, maxime Largium* (2) *secuti. Teste Joanne Sistaricensi in charta anni* 812 (3), *erant illo ævo* plerisque locis regulares canonicæ, *in quibus canonicus ordo* plenissime servabatur *a clericis canonicis atque ab episcopis, qui* devote ac religiose cum sibi subditis canonicam tenebant institutionem (4). *Tunc etiam imperatori Ludovico*

(1) Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 789 et 790; Lacomblet, Urkundenbuch, tom. I, pag. 276 et 277. — (2) De ordine canonicorum regularium, pag 309 et seqq. — (3) Ap. Mabillonium, de re diplomatica, lib. VI. — (4) Præf. concil. Aquisgranensis anni 816 ap. Labbe, Concilia, tom. VII, col. 1508; Monumenta ecclesiæ Viennensis, ap. Baluzium, Capitul. reg. tom. II, Act. vett. cap. 25, 54, 27, 114, etc.

Pio

A *Pio persuasum fuit religionem canonicam, quæ sic a multis servabatur, olim ab omnibus clericorum congregationibus susceptam, deinceps quoque servari oportere. Itaque pius imperator statuit ubique imperii Gallici clericos canonicos auctoritate sua ad claustrum revocare et canonicæ religioni in cœnobiis addicere. Sed quoniam canonicam institutionem, ut quæ non privati cujuspiam legislatoris proprium opus sit,* sacris canonibus ac sanctorum patrum dictis, *actisque apostolorum, seu* aliarum sanctarum scripturarum documentis *passim consignatam reperit, inde in animum induxit canonicorum regulam unam excerpendam esse, ut iis maxime proficeret, a quibus forte* ob tarditatem ingenii seu inopiam librorum sparsim digesta comprehendi non possit. *Præcipuam in colligenda hac regula operam navasse dicitur Amalarius Metensis ecclesiæ diaconus* (1); *tametsi eamdem* tot ecclesiasticorum virorum vigilanti studio congestam esse *pronunutiet ipsa synodus Aquisgranensis.*

communia haberent cum monachis

47 *Valde fusa est hæc regula, utpote integra sanctorum patrum loca continens atque eo maxime spectans ut clericorum vita pia sit et decora. Multa in ea præcipiuntur quæ monachis communia sunt et*
B *canonicis, nonnulla satis diversa : præcipua tantum attingenda. Art.* 142, 143, 144 *et* 145 *statuitur ut* quamvis canonicis proprias licitum sit habere mansiones, *hæ tamen intra claustrum sint, quod plane interdictum sit feminis; et ut* eligatur frater probabilis vitæ, cui officium sit portam canonicorum competenti tempore claudere ac reserare, ut nulli per eam nisi per licentiam aditus pateat intrandi aut exeundi; *dein ut* quotidie ad collationem veniant, *et* in refectorio pariter reficiantur; quibus etiam in refectorio comedentibus et religiose silentium tenentibus continuatim legatur lectio; *præterea ut* in dormitorio, nisi quem infirmitas detinuerit, omnes dormiant; *qui vero infirmi sunt, occupent mansiones suas, ita tamen ut* debeat a prælato mansio infirmorum et senum intra claustra canonicorum fieri, ut qui suam forte non habent in eadem suam aptissime possint tolerare imbecillitatem; *insuper ut* mox, ut signum datum fuerit, ad ecclesiam omnes festinato veniant et horas canonicas non negligenter, sed cum omni religione pariter celebrent; *præceptum etiam ut* singuli, juxta capacitatem suam, diversarum artium erudiantur disciplinis, ut nullus in collegio canonico inutilis appa-
C reat, nec vota fidelium otiosus commedat; *art.* 135 erga pueros, qui nutriuntur vel erudiuntur in congregatione canonica, instantissima adhibenda custodia *commendatur; quam ob causam* in uno atrii conclavi commorentur *sub custodia fratris qui sit* probatissimus senior; *art.* 121 *et* 122 *declaratur quod* in hac societate, seclusa personarum acceptione, una debet cibi et potus qualitas esse; *demum ut in proposito suo perseverent, gravissimis inculcatur verbis art.* 83 : qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus, neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam : aut hoc tentantes et non agentes pœnitentiam, quominus redeant ad hoc quod propter Dominum primitus elegerunt, anathematizari. *Obedientiæ lege constringebantur quoque canonici, et prælatos habebant, quos, ut art.* 139 *legitur,* præpositos vocari usus obtinebat; *atque oportebat, quemadmodum art.* 138 *dicitur,* ut *hi* de congregatione sibi commissa tales eligerent boni testimonii fratres, in quibus onera regiminis secure possent partiri. *Hos inter veniebat cellerarius, cujus officium art.* 140 *explicatur, et hospitalarius, qui quam curam pauperibus exhibere deberet, art.* 141 *docebatur. Art.* 43, 44 *et* 45 *stabilitas in eodem loco præcepta canonicis. De castitate servanda nil est quod moneam, quum hæc res per se pateat. Atque hæc omnia canonici, legibus Aquisgranensibus subditi, communia habebant cum monachis.*

AUCTORE V. D. B.

quæ ab his diversa.

48 *Sequentia vero illis erant propria. Quamquam vi professionis suæ monachi pars cleri censerentur adeoque professio monastica loco subdiaconatus aliquando haberetur* (2), *alia tamen omnino erat initiatio; una scilicet ordinaria clericorum, altera communis monachorum. Dein monachi ad ordines sacros non promovebantur, nisi quum foras ad parochias et diœceses regendas emitterentur, aut quantum necesse esset ad officia ecclesiastica conventualia; contra ex art.* 97 *communis conditio canonicorum erat sacris occupari ministeriis. Art.* 125 reprehensibilis et ecclesiastica emendatione dignus *dicitur* usus, quod canonici contra morem ecclesiasticum cucullas, quibus solis monachis utendum est, induant; *sed art.* 124 *præcipitur ut* vestem et calceamenta vel lectualia ex moderato et competenti habitu *habeant,* nec nitida nimium, nec abjecta plurimum. *Vix ulla* E *canonicis, præter ecclesiastica* (*de quibus cfr art.* 68 *et* 69), *imposita jejunia, secus omnino quod ad monachos attinet; atque his quoque præcepta perpetua a carnibus abstinentia, dum earum usus per art.* 65 *et* 65 *canonicis est licitus. Sed paupertatis aut proprietatis ratio imprimis diversa. Permittebantur scilicet canonici per art.* 120 *rerum proprietatem servare, et præter cibum et potum, omnibus communem, certa ab ecclesia stipendia accipere, quæ in usus suos pro voluntate sua converterent;* placuit *tamen art.* 89 ut episcopi, presbyteri, diaconi vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, et tempore episcopatus vel clericatus sui agros, vel quæcumque prædia nomine suo comparant, tamquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in ecclesia eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicujus vel successione cognationis obvenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitaverint, honore ecclesiastico indigni, tamquam reprobi, judicentur. *Nihilominus art.* 120 *laudantur,* qui nec suas, nec ecclesiæ velint habere possessiones, *stipendia scilicet et forte præbendas, et jubentur prælati* horum F necessitatibus providentissima gubernatione de facultatibus ecclesiæ subvenire.

Quæritur essentne vere religiosi.

49 *Quæritur autem utrum ii, qui id vitæ institutum sequebantur,* religiosi *dicendi sint seu* canonici regulares. *Qui omnem proprietatem abdicabant, eos profecto* religiosos *fuisse quis neget? Habebant enim* propositum *seu firmum statum, vi cujus obedientiæ, castitatis et omnimodæ paupertatis legibus obligabantur, eumque ab ecclesia agnitum : quæ sola ad religiosum statum requiri consentiunt præstantissimi canonistæ et theologi. An vero alii, qui bona sua conservabant atque ad id tantum obligabantur ut mediocriter ex iis viverent atque in iis dispensandis a suo proposito retrorsum non exorbitarent, etiam* religiosi *et* canonici regulares *dicendi sint, obscura quæstio est. Certe id eis nomen difficilius competeret secundum præsentem ecclesiæ disciplinam, qua jure ordinario nemo religiosus habetur, nisi omnem proprietatem abdicarit, aut saltem usum liberum. Verum enim vero olim non eædem erant leges : sufficiebat*

(1) Ap. Ademarum Chabanensem, in Chronico ad an. 816. — (2) Cfr Examen historicum et canonicum de sæcularium et regularium clericorum juribus et officiis, p. 150.

enim

AUCTORE V. D. B.

enim vestem pullam induere cum animo segregem a mundo ducendæ vitæ, ut quis religiosus atque etiam monachus esset (1); *et certe antiquiores monachos, ipsum Antonium, Hilarionem* (2) *aliosque priscos patres cernimus de rebus suis absque ullius licentia, etiam testamento, disponentes; et satis videtur fuisse ut ne avaritiæ essent dediti et mediocre vitæ genus ducerent. Hanc qui amplectuntur opinionem, certe consentire debent omnes canonicos, Aquisgranensibus capitulis institutos, vere fuisse regulares seu religiosos; qui autem negent, ii ut aliter de iisdem sentiant oportet : adeoque omnia pendent a definitione status religiosi, maxime ab iis quæ sunt de paupertate. Porro quum Aquisgranenses leges conditæ fuere, nata nondum erat theologia scholastica, cujus pars non minima posita est in disputando de rerum definitionibus; unde fiebat ut sæculo* IX, X *et* XI *parum aut nihil versaretur id argumentum : canonicorum institutio optima habebatur et Evangelio nixa; de monachorum conditione præclare etiam sentiebatur : sed nil quærebatur ulterius. Ast ne videar hæc in suspenso relinquere, paucis aperiam ipse meam sententiam : et quidem quum plurima ex Vitis Patrum loca considero; quum libros Salviani de avaritia*
B *volvo; quum testamenta multa veterum sanctissimorum monachorum et monialium de bonis patrimonialibus verso; quum decreta lego, quæ etiamnum vigent de hereditatibus adeundis per religiosos, promotos ad episcopatum; quum responsa congregationum Romanarum et facultates concessas religiosis, quos turbo proxime præteriti sæculi ex claustris ejecerat, perpendo; atque hæc omnia fieri video,* salva substantia voti paupertatis : *equidem mihi in animum inducere nequeo omnem proprietatem pugnare cum essentia hujus voti, etiam solemnis; aut per id votum religiosum incapacem fieri omnis proprietatis. Re quidem vera proprietas hæc nunc per ecclesiæ leges et ordinum religiosorum regulas interdicitur; quæ de jure ordinario sancte servandæ sunt. At quis dubitet quin in his ut in aliis ecclesiæ legibus locus esse possit epikeiæ, v. g. ubi necessitas ita agendum esse suadet propter legum civilium immutationem? Certe vulgaribus paræmiis traditur :* « *Necessitas non novit legem;* » *et :* « *Prius est vivere et dein philosophari.* » *Verumtamen aperte simul fatendum est, quum solemnitas votorum plerisque theologis et jurisconsultis videatur de jure esse ecclesiastico, ecclesiæ præpositis jus esse declarandi vota nulla, porro*
C *emissa, solemnia fore, nisi religiosi omnis proprietatis incapaces fiant : quale tamen decretum generale nullum hactenus, multo minus ante sæcula decem, latum fuisse novimus. Atque hæc de statu canonicorum Aquisgranensium; quæ etiam ad canonissas spectant.*

Ex capitulis Aquisgranensibus describitur canonissarum vitæ status

50 *Venio jam ad virginum Coloniensium instituta. Has quoque canonicas seu canonissas fuisse, Aquisgranensibus legibus institutas, plane certum est. Nec recentioribus tantum temporibus hanc vitæ formam observarunt, sed ab eo tempore, quo Gerrilsheimenses in* S. Ursulæ *monasterium introductæ sunt. Quid vero ante factum sit, latere in tenebris diximus. Atque illa jam manifesta facienda sunt, initio ducto ab ipsis Aquisgranensibus regulis. In prologo autem vocantur ex canonissæ* sanctimoniales canonice degentes, *eisque deinde illa omnia præcipiuntur quæ superius monachis et canonicis communia fuisse diximus, nisi quod de stabilitate in eodem loco issdemque observationibus nulla uspiam fit mentio; ita ut cum antistitum bona venia ad aliam religiosam domum transire possent. Sed quæritur an per-*

D *petuæ castitatis voto obstringerentur seu an, relicta canonicali domo, matrimonio jungi eis liceret. Nequaquam licuisse manifestissimum est. Art.* 6, 7 *et aliis dicuntur* sponsæ Christi; *art.* 9 ob amorem Christi castimoniæ se dicavisse; *art.* 8 vinculum continentiæ et virginitatis arripuisse; *art.* 10 se castimonialis nominis professione Domino devinxisse; *art.* 12 ob amorem Christi sanctimoniali proposito in una societate se vivere proposuisse *et alia id genus. Accipiebant itaque virginum velum, quod art.* 10 velamentum corporis, *videlicet peculiare, appellatur; et ibidem* vestibus nigris *ex lana* indutæ *fuisse perhibentur, quibus velum capitis tantum intelligitur, quum reliquæ lineæ et quidem albæ essent, ut inferius apparebit. Porro art.* 5 *monebantur ut* vestimentorum habitum nec nimis abjectum, nec notabiliter pomposum aut periculose elegantem habere consuescerent; *hunc ipsæmet, nisi infirmæ essent, conficiebant; quamobrem jubebantur art.* 13 *abbatissæ* (*hoc enim præpositarum nomen*) *ut* darent etiam eis annis singulis lanam et linum, e quibus sibi conficerent necessaria indumenta. *Cæterum non secus ac canonici interdiu habebant mansiunculas privatas, noctu dormitoria communia;*
E *carnibus vescebantur et vino; quin etiam per art.* 21 licitum erat Deo dicatis canonice viventibus vernulas secum famulandi gratia in monasteriis habere; *et quidem unaquaque habebat suas, et cavebatur tantum* ut non amplius quam necessitas exigit sibi ad serviendum congregarent. *Omnibus idem potus dandus et cibus, art.* 13; *eleemosynarum oblationes inter omnes æqualiter devidendæ, eodem articulo; et alia ut in canonicis.*

et maxime paupertatis forma,

51 *Quod spectat ad paupertatem, erant etiam, ut art.* 15 *legitur,* quæ nihil proprium habere vellent et quibus misericorditur studerent abbatissæ necessaria quæque præbere; *omnibus vero hæc erant statuta art.* 9 : Providendum est his quæ ob amorem Christi castimoniæ se dicaverint et in collegio sanctimonialium se admitti postulaverint, ut res suas, antequam monasterium ingrediantur, ita sapienter prudenterque deliberent atque disponan, ut ad vitam tendentes æternam, nullam earum occasione patiantur perturbationem. Proinde si aliqua sanctimonialium res suas proprias ecclesiæ ita contulerit ut nihil ex his sibi proprium vindicare, sed tantum rebus sustentari velit ecclesiæ, huic sufficienter in congregatione stipendia lagiantur necessaria. Si autem ecclesiæ eas tradiderit et usu-
F fructario habere voluerit, quæstor ecclesiæ, utpote ecclesiæ, defendat. Quod si eas ecclesiæ conferre noluerit, abbatissa et ceteris sanctimonialibus conniventiam adhibentibus, committat eas per scriptum publice roboratum aut propinquo aut alio (*alii*) cuilibet bonæ fidei amico, qui eas jure fori defendat. Secundum hanc igitur constitutionis formam sanctimoniales suas proprias res deliberent et disponant, et aut servis aut certe aliis, quibus illis libuerit, eas ad procurandum, sibique fideliter earum fructus administrandum commendent : quoniam ante ingressum monasterii cuncta, ut præmissum est, rationabiliter illis disponenda sunt, ut, remota quarumlibet forensium rerum occupatione, suum liberius et quietius possint custodire propositum.

cujus exemplum hic datur ex diplomate quod 1047 *Bezecha,*

52 *Hujus imperfectæ paupertatis exemplum dabit diploma Bezechæ, ultimæ ancillarum Christi in congregatione sanctarum virginum* XI *millium, anno Christi* 1047 *confectum et a Crombachio* (3) *et a*

(1) Cfr Examen historicum et canonicum, pag. 16 et seqq. — (2) Cfr Commentarius de S. Hilarione, supra, pag. 32. — (3) S. Ursula vindicata, pag. 783 et 784.

Lacombletio

A *Lacombletio* (1) *editum :* Oportet unumquemque hominem semper esse paratum ad omne opus bonum, qualiter cogitando et operando terrena despiciat : et caduca hujus sæculi, ut inveniat propitio Deo indulgentiam et misericordiam de peccatis suis, et apud retributorem bonorum operum veniam consequi mereatur. Ideo ego in Dei nomine Bezecha, ultima ancillarum Christi in congregatione sanctarum undecim millium * Virginum Dei, per manum advocati mei Kristiani de Lomundesheim dono a die præsenti, seu trado de jure meo in jus et dominationem ecclesiæ sanctarum virginum, in aquilonari parte extra muros Coloniensis civitatis constitutæ, ubi vir venerabilis Hermannus secundus præesse videtur, pro remedio animæ meæ, seu parentum meorum, quidquid prædii hereditarii possidere videor in pago Bonnensi, in comitatu Sickonis, in villa Walathorp, videlicet lætilem mansum I, habentem jurnales LX, cum vineis appendiciis, solventem ipsum mansum solidos X singulis annis, insuper et vinum quod de appendiciis vineis provenire poterit; ea utique ratione, quatenus præfatum prædium, diebus vitæ meæ, sub usu fructuario possideam; post meum autem quando
B Deus voluerit discessum, cum omni emelioratu aut amplificatione res præfatæ absque ulla diminutione, ad supra nominatum sanctarum virginum monasterium valeant reverti : eo modo, quatenus nulla abbatissa, vel aliqua præposita persona congregationis in ipso monasterio habeat ullam potestatem, in ipsis rebus alicui dandi, aut præstandi, sed secundum petitionem meam electio sit in ipsis monialibus ejusdem monasterii, cuicumque sororum suarum velint supradictas res a me traditas sub manu tantum, et conscientia suæ abbatissæ, quæ tunc temporis ibidem præesse videbitur, taliter commendare, ut quidquid inde usus fructus provenire poterit, sanctimonialibus ibidem Deo famulantibus, in eleemosynam meam, seu parentum meorum provenire possit, non in computatione constitutæ stipendiæ suæ : sed tantum, ut dixi, pro remedio animæ meæ tribuatur. Sed quia patres antiqui, et statuta eorum sanxerunt, quod et nobis pro futuris temporibus conservare oportet, ut quicumque de rebus suis propriis, ad loca sanctorum, vel ad necessaria Deo famulantium aliquid donare, vel firmare voluerint, hoc coram testibus, per scripturarum seriem omnimodo plenius debeant
C obligare, ideo ego ipsa Bezecha, pro posse meo non acquievi, quoadusque hanc ipsam paupertatis meæ, sive voluntatis meæ traditionem coram domino venerabili Herimanno secundo dignæ memoriæ, cum testibus idoneis confirmavi, ideoque eam ejus sigillo feci subtus notari. Actum hoc Coloniæ publice in monasterio sanctarum undecim millium Virginum anno incarnationis Dominicæ MXLVII, indict. XV, anno VI Henrici regnantis et imperantis. Signum Æzelini domnicati præpositi. Signum Isaac domnicati decani. Signum Hezelini præpositi. Signum Thederici præpositi. Signum Erimfridi præpositi. Signum Wolmari præpositi. Signum Heinrici palatini comitis. Signum Thederici comitis. Signum Kristiani comitis. Signum Gerbardi comitis. Signum Roperti advocati. Signum Willerii camerarii.

* millium *deest ap. Lacomblet.*

Habitæ tamen sunt canonissæ vere religiosæ.

55 *Ex his itaque patet omnem bonorum proprietatem ab canonissis illis abdicatam non fuisse, sed cautum tantum ne earum administratione impedirentur a custodiendo liberius et quietius suo proposito.*

Redit hic itaque quæstio, quam paulo supra de viris proponebam, essentne canonissæ veri nominis religiosæ. Sane passim dicuntur in Aquisgranensibus decretis sanctimoniales; *habitatio* monasterium *appellatur; de* proposito, *seu de* proposito sanctæ religionis, *quod in re monastica tantumdem valet ac nunc* vota religiosa, *sæpius mentio fit;* abbatissæ ducatum sanctæ religionis *art.* 7 præbere *jubentur, et passim ita de iis fit sermo ut alibi de veri nominis monialibus : unde affirmandum videatur Patribus Aquisgranensibus persuasum fuisse nihil in eis defuisse quæ ad statum religiosum necessario requirantur. At si quis ita hunc statum definiat ut omnem bonorum aut redituum liberum usum excludat, ab Aquisgranensibus Patribus dissentiat oportet; nam certe non minus sanctimonialibus illis quam canonicis indultum* dare et accipere, proprias res et ecclesiæ cum humilitate et justitia habere, *quemadmodum cap.* 115 *regulæ virorum traditur.* AUCTORE V. D. B.

54 *Porro non temere a nobis assertum fuisse Ursalanas sanctimoniales Aquisgranensibus legibus rectas fuisse constat ex fundationis diplomate, superius recitato, in quo legimus Gerritzheimenses moniales* specialia *et* communia, *quum in prima adhuc sede degerent, habuisse; quod institutum canonissis proprium erat; sed multo clarius idem liquet ex Vita S. Adelheidis, Megingozi comitis filiæ.* Hæc *enim ut in ejus Vita, a Berta moniali coæva conscripta, traditur* (2), nondum transcensis annis puellaribus, *adeoque priusquam* animal *esset* rationale *et quum vix* dulcis præsignare *posset* infantia quantæ probitatis futuræ ætas exornanda esset præstantia, in monasterium *Coloniense* sanctarum virginum subiit suave jugum Domini secundum regularem institutionem S. Hieronymi. *Porro* regularem hanc institutionem S. Hieronymi *eamdem esse ac regulam canonissarum Aquisgranensem, facile consentiet lector, si oculos conjecerit in Aquisgranensis concilii librum* II, *qui est de institutione sanctimonialium. Exordium enim ibidem ducitur a S. Hieronymi scriptis; adeoque primum caput est* excerptum ex epistola Hieronymi ad Eustochium, *secundum* ejusdem ad Demetriadem excerptum, *tertium* item ejusdem ex epistola ad Furiam; *quin etiam hæc sequentium capitulorum fundamentum sunt et basis.* *Hæc capitula observata fuisse in monasterio SS. Virginum demonstratur ex Vita* E

55 *Educanda porro tradita est S. Adelheidis in Coloniensi parthenone ibique subiit suave jugum Domini secundum institutionem S. Hieronymi seu Aquisgranensem circa annum Domini* 960; *ut ex sequentibus colligitur.* Cum *scilicet* Godefridus frater ejus processisset in robur virile, imperatorem, Bohemos cum exercitu adeuntem, est comitatus honorifica suorum militia omnique bellico apparatu heriliter stipatus; ubi factus belligerator insignis et fortis, meruit accipere victoriam gloriosæ mortis (3). *Quæ anno* 976 *acciderunt, quum imperator Otto II in Bohemiam profectus est, debellaturus Henricum ducem Bavarorum, qui illic cum suis copiis apud Bolezlavum, Bohemorum ducem, manebat* (4). *Ast hac occasione Godefridi et S. Adelheidis parentes uni Deo deinceps famulari statuentes,* in loco, qui Vilika dicitur *et ad dextram Rheni e regione Bonnæ situs est,* templum honorabile Domino erexerunt a fundamentis, illud decenter prædiorum vel mancipiorum cumulantes supplementis... Tunc in prædicto loco adunata virginum sedulitate, a quibus divina excolerentur servitia, filiam a monasterio sanctarum virginum redimentes prædiis, *S. Adelheidis, quæ illic educata fuit ab anno circiter* 960, F

(4) Urkundenbuch, tom. I, pag. 115. — (2) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 715. — (3) Ibid. pag. 716. — (4) Cfr Thietmari Merseburgensis Chronicum ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. III, pag. 760.

 tradiderunt

AUCTORE V. D. B.

tradiderunt illi curam regiminis (1). *Atque hæc ante finem anni* 985, *quo obiit Otto II, et verisimilius antequam mense septembri anni* 980 *idem imperator Italiam petirit. Constat saltem ex diplomate Ottonis III, dato* XV *kal. februarii anni* 987, *a Megingozo et Gerbirga conjuge sua* monasterium, in loco qui Vilike dicitur, pii parentis Ottonis imperatoris augusti auctoritatis consensu constructum fuisse (2). *Verum quum S. Adelheidi cura regiminis tradita est, aperte dicitur a biographo* adhuc juvenis *fuisse* (3); *quæ si conferas cum iis, quæ supra vidimus de puerili ejus ætate qua Coloniensibus monialibus addita est, facile cernere erit sanctissimam virginem parthenonem Coloniensem ingressam esse circa annum* 960 *atque tum ibi S. Hieronymi seu Aquisgranensem institutionem fuisse in usu.*

et quæ eadem instituta in parthenonem Villicensem introduxit, postea tamen ea mutans cum Benedictinis.

56 *In Villicense monasterium usus et consuetudines, quas Coloniæ didicerat, transtulit S. Adelheidis. Ast optassent parentes ut regulam S. Benedicti amplecteretur; unde quum pugna aliqua orta fuerit, quam descripsit Berta biographa, est unde paulo clarius discamus quæ Coloniensium monialium esset conditio. Quum itaque rogassent Megingozus et Gerbirga* ut, mutato habitu, monachicæ conversationis
B subiret vitam, *S. Adelheidis,* quia adhuc juvenis cultum vestium suæ religioni congruentium multum concupivit, humili responsione illorum petitioni contraivit, affirmans Deum non quærere coacta servitia, sed quod voluntarii cordis simplex offert munditia : *quæ verba non significant liberum fuisse S. Adelheidi, cononica vita deserta, ad sæculum redire; sed Deo non placere vim quam vehementioribus precibus ei inferre videbantur parentes, eam ad vitam monasticam et perfectiorem amplectendam impellentes. De hac vi intelligenda* coacta servitia, *quibus opposuit pia virgo* voluntarii cordis munditiam. *Quod enim sui juris non erant, sed per canonicæ religionis leges incorporabantur capitulo seu monasterio virgines, id institutum professæ, et proin id pro arbitrio deserere non poterant, vel ex hoc solo liquet capite, quod S. Adelheidis* a monasterio sanctarum virginum prædiis redimenda fuit, *ut posset ad Villicensem ejusdem generis domum transire. Quo patet canonissas illas non secus ac monachas vere* servas Dei *habitas fuisse, quæ non magis quam mancipia suo arbitrio relictæ essent : qua in re etiamnum consistit solemnitas professionis religiosæ. Porro quum aliquot annis post diem obiisset mater*
C *Gerbirga, alia sensa paulatim iniit S. Adelheidis et cæpit* reputare qualiter ad monasticam religionem pervenire posset. *Voluit itaque experire* si forte sufficere posset ad subeundam regulam B. Benedicti. *Quocirca* quotidianæ refectionis hora, spretis carnibus ceterisque variis et exquisitis alimentis, monachilis edulii tantum contenta est alimentis. Lineis etiam indumentis foris nitebat ad oculos hominum, subtus autem laneæ vestis asperitate se afflixit propter Deum, edomans corpus nobilis et mollis naturæ ad sufferendam institutionem legis duræ. *Hæc quum per annum esset experta, vitam monasticam introduxit in Villicensem parthenonem :* hoc quibusdam *subditarum* nolentibus, sed retro sæculum abeuntibus, illa vehementer condoluit. *Ex quibus omnibus facile colligere est vitam canonicam satis facilem fuisse,* (*nam ipsa S. Benedicti regula nequaquam severa est;*) *videri tamen nil defuisse ex iis quæ illo ævo ad professionem religiosam requirerentur.*

57 *Quando autem introductum fuerit ut liceret canonissis abire e monasterio et pro libitu nuptias contrahere obscura res est et incerta habens initia. Traditur quidem Henricus Auceps, qui ab anno* 918 *ad* 936 *regnavit, primus fundasse capitula quæ nobilibus puellis paterent; idque ab eo fuisse factum ut refugium esset filiabus militum qui, adversus Hungaros bellantes, in acie ceciderant; iisque canonissis liberum fuisse asceteria sua deserere et maritis se matrimonio dare* (4). *Sed excipe ea de re Leibnitzii censuram :* Si Engulhusio, *quem secuti fuere Maurini, ait* (5), credimus (quem tamen exaggerare apparet), Henricus inter alia bene acta fundavit in Germania ultra viginti ecclesias abundanterque dotavit pro dominabus sæcularibus, quæ canonicæ nominantur, utentes habitu canonicorum regularium ordinis S. Augustini, nullam tamen profitentes religionem (id est nullo se voto obstringentes), quæ nubunt in Domino, quando volunt. Inventæ sunt autem hujusmodi institutiones (ut addit idem) pro sustentatione nobilium puellarum, quarum parentes pro fide Christi cum infidelibus pugnantes ceciderant, quas inter Quedlinburgense, prudentum virginum dictum, rex voluit eminere. Hæc ille. Sane in antiquo Saxonico carmine Everhardi de Gandeshemensibus rebus, quod tomo scriptorum nostrorum *Brunswicensium* tertio extsat, ejusdem appellationis vestigium apparet, ubi Quedlinburgenses vocat *witte en gude vrawen,* candidas a veste, bonas a vertute. Cæterum voto illic abstinuisse et libertatem exeundi retinuisse haud facile reperietur. *Hactenus Leibnitzius. Et quidem Gottfridus Christianus Voigt in Historia Quedlinburgensis parthenonis* (6) *aperte profitetur sibi non constare ante Lutheranas rerum conversiones ullam umquam Quedlinburgensem canonissam monasterium sæculo mutasse et ad nuptias transiisse, aliaque deinde confutat quibus nonnulli statuere voluerunt religiosæ vitæ legibus moderatas non fuisse illas puellas. Duplex itaque opinio est : alii volunt instituta canonissarum sæcularium sæculo* X *orta esse; alii sæculo* XVI, *neque aliunde quam ex regularium canonissarum cœnobiis, in quibus fides et disciplina religiosa præsidentium negligentia pessum iverat.*

D *An per plura sæcula Ursulanæ canonissæ castitatem professæ fuerint.*

Exeunte sæculo XII *et certe ineunte* XIV *canonissæ sæculares factæ sunt.*

58 *Sed putem mediam inter utramque sententiam viam tenendam esse; scilicet omnes canonissas initio fuisse regulares, sed per disciplinæ corruptionem plures ex eis factas esse sæculares et nubendi licentiam introductam; multo tamen ante sæculum* XVI. *Equidem crediderim exeunte sæculo* XII F *sanctarum virginum moniales ad conditionem canonissarum sæcularium deflectere cœpisse* (*cfr n.* 67); *et certe anno* 1244 *institutum earum non amplius habebatur* religio (*cfr n.* 71); *adeoque ineunte sæculo* XIV *sæcularis jam facta erat earum ecclesia, ut constat ex hac diplomatis parte* (7) : Ego Hermannus de Lindeberg armiger notum esse cupio me recepisse a V. D. abbatissa sæcularis ecclesiæ sanctarum XI millium virginum decimam sui bladi sitam in campis Juliacensibus ad sex annos. Datum anno 1317 : *ubi vocabulum sæcularis refertur ad* ecclesiæ, *non autem ad* abbatissæ, *quippe quæ illo saltem ævo debebat castitatem professa esse; item in testamento condito circa annum* 1334 (8) : Nos Aleidis D. G. secularis ecclesiæ sanctarum XI millium virginum in Colonia *etc.; similiter in diplomatibus sequentium annorum* (9) *occurrunt dictiones* abbatissa, canonica, capitulum sæcularis eccle-

E

(1) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 716. — (2) Lacomblet, Urkundenbuch, tom. I, pag. 74. — (3) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 716. — (4) Art de vérifier les dates, tom. II, pag. 10. — (5) Annales imperii, tom. II, pag. 446. — (6) Geschichte des Stifts Quedlinburg, tom. I, pag. 86. — (7) Ap. Crombach, pag. 1012. — (8) Ibid. pag. 1015. — (9) Ibid. pag. 1014, 1015 et seqq.

siæ

AUCTORE V. D. B.

A siæ sanctarum XI millium virginum. *Quo tempore canonissæ Ursulanæ vendebant etiam domus suas claustrales aut pro annuo censu locabant personis quæ erant bonæ famæ : cujus rei insigne specimen exstat, ad annum* 1338 *referendum* (1). *Porro canonissæ, ut loquitur Concilium Coloniense anni* 1536 (2), sæculares ob id appellantur, quod perpetuæ castitatis ac reliqua vota monastica non emittant. *Neque hæc corruptela Coloniæ tantum irrepserat, sed passim in Germania et vicinis regionibus vigebat aliquanto ante medium sæculum* XIII, *ut ex Jacobo de Vitriaco constat. Hic enim postquam docuit quomodo ex canonicis regularibus sæculares facti essent, sic pergit universam earum miserrimam conditionem describens* (3) : Ad imitationem et exemplum prædictorum canonicorum in partibus Hannoniæ et Brabantiæ, et in quibusdam Teutonicorum et Alemannicorum provinciis quædam sunt mulieres, quas canonicas sæculares seu domicellas appellant. Non enim moniales nominari volunt, sicut canonici sæculares monachi non dicuntur. Hæc siquidem adeo personas accipiunt, quod nonnisi filias militum aut nobilium in suo collegio volunt recipere, religioni et morum nobilitati sæculi
B nobilitatem præferentes. Purpura autem et bysso, et pellibus griseis et aliis jocunditatis suæ vestibus induuntur, circumdatæ varietatibus cum tortis crinibus et ornatu pretioso circumamictæ ut similitudo templi, gaudentes cum gaudentibus, liberales valde et hospitales. Pellibus autem agninis quantumcumque subtilibus et delicatis utuntur... Clericorum autem et puellarum et juvenum servorum etiam sibi ministrantium cinctæ obsequio, in domibus propriis honorifice et splendide epulantur; nec desunt mensis eorum consanguinei, in primo gradu sibi propinqui, quos cognatos suos appellant. In dormitorio autem juxta ecclesiam suam de nocte quiescunt... Facile eis conceditur causa recreationis et relevationis in domibus propriis aliquanto tempore remanere, vel amicos et propinquos suos equitando visitare. Sunt autem in eisdem ecclesiis pariter canonici sæculares, in diebus festis et solemnibus ex altera parte chori cum prædictis domicellis canentes... Similiter et in processionibus compositæ et ornatæ : canonici ex una parte et dominæ ex alia parte concinentes procedunt. Quædam autem ex ipsis, postquam diebus plurimis de Christi patrimonio vixerunt, relictis præbendis et
C ecclesiis, carioribus sibi personis matrimonio copulantur, filiosque et filias procreantes matresfamilias efficiuntur. Aliquas autem ex earum congregatione vidimus, quæ saniori usæ consilio,... sumpto Cisterciensis ordinis habitu, ad magnum perfectionis cumulum pervenerunt. Quam plures etiam inter eas commorantes agnovimus, quæ cum omni humilitate et castitate salutem animarum suarum studiose procurantes, tanto Deo magis acceptabiles exstiterunt, quanto in igne positæ non arserunt.

Canonici videntur plerumque quini fuisse;

59 *Postquam itaque in pristinas sanctarum virginum monasterii leges inquisivimus, nonnulla specialia indicemus oportet. Quot initio essent canonici, quot canonicæ, nuspiam, ni fallor, legitur. Verumtamen anno* 1080 *sequentes viri videntur canonici fuisse et sacris operati in sanctarum virginum monasterio : Humbrecht, præpositus, capellani Gerhard, Bero, Hereman, Johan, Hezel, Regenold, Gerhard, Wilhelm, Thiederich. Hæc enim occurrunt nomina ad calcem supra relati diplomatis, quod Sigewinus dicto anno,* V *idus novembris in basilica sanctarum virginum condidit; neque illo tempore ulli alii capitulo Coloniensi videtur quispiam præpositus fuisse nomine Humbrecht* (4). *Postea interiit id præpositi nomen, si tamen certo exstitit; adeoque inter testes chartæ, quam anno* 1171 *Philippus, Coloniensis præsul, de emptione alodii cujusdam confieri voluit, sequentes tantum veniunt* (5) : Adam, presbyter, sanctarum virginum canonicus, Egilolphus, Gerlinus, Theodoricus ejusdem ecclesiæ canonici. *Dicuntur iidem* fratres *in diplomate, quod anno* 1174 *Philippus, Coloniensis archiepiscopus, et Gepa, in ecclesia sanctarum virginum abbatissa, conscribendum curarunt* (6). *Hoc vero nomen eis in concilio Aquisgranensi jam assertum; sed postea placuit eis* dominis *dici : contra quem usum nonnihil invehitur Eckardus* (7). *Ineunte sæculo* XVII *canonici erant numero quinque* (8); *idemque numerus perseverabat anno* 1647, *quum Crombachius suum absolvit opus* (9).

Canonissarum numerus varius, donec ad sex redactus est.

60 *Eodem tempore dicebantur adhuc canonissæ* sorores (10), *olim eis in Aquisgranensi quoque synodo datum nomen; adeoque totus conventus* fratres et sorores *appellabantur* (11); *sed eodem anno et quidem in eodem anni* 1174 *diplomate sororibus jam placebat* dominarum *nuncupatio, quam canonissæ sæculares singulariter amasse monuit supra Jacobus de Vitriaco. Tunc abbatiale pedum tenebat Clementia, cujus maximum profecto studium positum fuit in augenda sæculari honestate, quæ ante eam introducta jam fuerat, ut inferius constabit. Penes moniales universarum rerum, si excipias sacramentales, administratio. Hinc numquam in antiquioribus diplomatibus, raro autem in recentioribus, puta in diplomate anni* 1176 (12) *et* 1202 (13), *sermo fit de consensu fratrum, sed tantum* de consensu omnium dominarum *aut* sororum totius capituli (14). *Laborabant scilicet ibidem fratres primis sæculis et stipendia merebant, capellanorum vice fungentes; sed postea mera facta sunt beneficia absque ullo fere onere : unde intelligitur quare feminæ præcipuas haberent partes. Dum sæculum* XII *adolesceret, erant in Ursulano monasterio ad minimum quadraginta moniales; sed ante medium idem sæculum suppressæ sunt præbendæ duodecim, et nonnullæ aliæ venditæ et donatæ, et anno* 1188 *emissæ fuerunt pauperes aliquot sorores : unde factum fuit ut tunc in parthenone remanserint hæc nomina : Clementia abbatissa, Irmidrudis decana, reliquæ sorores seu dominæ altera Clementia, Friderundis, Mabilia, Melindis, Gertrudis, Sophia, Euphemia, Beatrix, Elisabeth, Christiana, Jutta, Beatrix, Constantia, Benedicta, Ida, Heilewigis, Agnes, Hewigis et Friderunis* (15), *universæ viginti et una; triennio vero post solum septemdecim* (16). *In diplomate anni* 1202 (17) *recensentur tantum abbatissa et novem sororum nomina et quinque virorum qui canonici fuisse videntur; et in diplomate anni* 1207 (18), *abbatissa, sex nomina sororum et quatuor virorum; sed præcipuas tantum moniales indicari vel inde constat quod rem peragi non earum tantum consensu, sed* et capituli *subditur : ita ut sex illæ habendæ sint* quæ choro inserviebant (19) *et quæ sæculo* XVII *ineunte* canonissæ illustres *dictæ fuere et*

E

F

(1) Ap. Crombach, pag. 503 et 504. — (2) Ap. Hartzheim, Concilia Germaniæ, tom. VI, pag. 300. — (3) Historia Occidentalis, cap. 51, pag. 547 et seqq. edit. 1596. — (4) Cfr Gallia Christ. tom. III, col. 716 et seqq. et Lacomblet, Urkundenbuch, tom. I, pag. 415 et seqq. — (5) Ap. Crombach. S. Ursula vindicata, pag. 791 et 792. — (6) Ibid. pag. 794. — (7) Historia Franciæ orientalis, tom. II, pag. 681. — (8) Winheim, Sacrarium Agrippinæ, pag. 78. — (9) Ap. Crombach, pag. 1144. — (10) Ibid. pag. 794. — (11) Ibid. pag. cit. — (12) Lacomblet, Urkundenbuch, tom. I, pag. 524. — (13) Ap. Crombach, pag. 796. — (14) Ibid. pag. 794. — (15) De Coloniæ magnitudine, pag. 546. — (16) Ap. Crombach, pag. 795. — (17) Ibid. pag. 796. — (18) Ibid. pag. cit. — (19) Cfr ibid. pag. 795.

ad

AUCTORE V. D. B.

ad minimum comitissæ esse debebant (1). *Baronissam tamen videbimus, quæ etiam abbatissa electa est. Aliæ moniales inferioris subsellii paulatim desierunt. Jam pauca de præbendarum natura.*

Præbendarum varia ratio, et sæculo XII *initium datum destructioni vitæ communis.*

61 *Quum per Aquisgranensis synodi decreta triplex intra ejusdem monasterii muros monialium genus esset, aliarum omne proprium abdicantium, aliarum reservantium sibi usum fructum, aliarum demum proprietatem et usum fructum, sola administratione viro extraneo concredita : facillimæ profecto hæ paupertatis leges nequaquam obstabant ne præbendæ beneficiorum rationem haberent; atque hæc reapse præbendarum species videtur ab initio exstitisse, et quidem eo modo ut nonnullæ moniales ab his præbendis excluderentur. Certe inter canonicos, secundum art.* 120 *regulæ, erant qui non suas tantum, sed* ecclesiæ *etiam* facultates habebant, *dum alii, licet omnem proprietatem non abjecissent,* ecclesiæ non haberent possessiones; *quæ* possessiones *seu* facultates ecclesiæ *nil aliud esse possunt quam præbendæ canonicales. Quod ad moniales attinet, iis non secus ac viris, omnibus eadem ex eleemosynis assignata portio; necessaria lana et linum data, ex quibus vestes sibi conficerent; panis etiam*
B *et potus præscripta certa mensura; reliqui cibi communiter sumpti. Sed præter hæc alia eisdem tribuebantur, quum commendetur art.* 13 *regulæ puellaris ut iis, quæ nil proprium habere volebant, necessaria quæque præterea concederentur; quod aliis nequaquam faciendum innuitur; sed eis aliunde hæc sibi acquirenda, scilicet ex præbendis, nisi forte sibi servassent bona propria. Verumtamen Coloniæ usque ad finem sæculi* XII, *nisi abbatissæ præbenda excipienda sit, singulis præbendis non assignabantur reditus ex certis bonis, sed meræ portiones erant redituum, qui ex communibus bonis percipiebantur; anno autem* 1202 *decanæ præbenda a communibus bonis separata est : quo exemplo porta aperta fuit ad constituendas singulas præbendas in certis bonis. Paulatim, quæ reliqua de communi vita supererant vestigia, deleta. Dormitorium et cœnatio communis sæculo* XII *et* XIII *adhuc in usu, dein sublata* (2). *Renovata tamen sæpius sæculo* XVI *communis dormitorii lex* (3). *Sed non diuturno effectu. Reliqua non minus male composita; atque eo res exeunte sæculo* XVI *devenerat in sanctæ* Ursulæ *collegio nobilium virginum, ut quemadmodum Lindanus, Ru-*
C *remundensis episcopus, ad Baronium anno* 1583 *scribebat* (4), una vix aut altera superesset sanctimonialis, lutheranismo eas ad thalanos maleblandos a suavissimo Christi jugo abliciente : *nec mirum : vix enim biennio ante apostata Truchsesius de Walburg a Coloniensi sede depositus fuerat : sed paulatim meliorem deinde faciem parthenon induit.*

§ V. Abbatissarum catalogus et præcipua gesta.

Abbatissæ Lantsuinda, Mehtheldis, Heizzecha, et Guadegilt, quarum gesta explicata superius.

De abbatissis S. Ursulæ, *ait Dionysius Sammarthanus* (5), vix quidquam nobis suppetit; *ac dein tria tantum recitat nomina. Quidni aspexit saltem diplomata, numero conspicua, quæ edidit Crombachius et alii? Hanc lacunam, quantum licebit, conabimur implere. Quum Gerritzheimio, ab Hungaris incenso, Coloniam confugere moniales seu canonissæ ibique anno* 922 *sanctarum virginum monasterium, extra muros Coloniæ erectum, adeptæ fuerunt, abba-* D *tissa eis præerat* LANTSUINDA. *Quæ continuo post successerint latet in tenebris. Sed anno* 1080, *die* 9 *Novembris, quum Sigewinus, Coloniensis archiepiscopus,* sanctis virginibus dedit ad supplementum scilicet abbatissæ in præbenda sororibus danda, quidquid novalium *suis* in temporibus erutum fuerit in termino sancti Dionysii quod est in Lunreko, *abbatissa erat* DOMNA MEHTHELDIS. *Gerritzheimense monasterium restituendum esse neque a sanctarum virginum prorsus separandum vidimus supra num.* 25; *hinc anno* 1106, *die* 9 *Januarii,* HEIZZECHA, in Gerichesheim et apud sanctas virgines Coloniæ tunc temporis abbatissa, *impetravit a Friderico I, Coloniensi archiepiscopo, ut in Gerichesheim advocatus tria tantum quotannis haberet placita, eique in unoquoque placito quatuordecim tantum solidi solverentur* (6). *Dum Fridericus I ab anno* 1099 *ad* 8 *Kalendas Novembris anni* 1131 *Coloniensem occuparet cathedram,* GUADEGILT, abbatissa et Heresuint custos ecclesiæ sanctarum virginum *erat. Ille autem statuit ut decem mancipia, quæ tempore S. Annonis Bertolfus presbyter et filia sua Enesa dederant, pergerent* annis singulis duas denariatas ceræ pro capitali censu illic persolvere; E post mortem autem vestis, quæ operatione propriarum manuum suarum esset confecta, persolveretur. *Fusius id monumentum supra recitatum est.*

Sæculo XII *præsunt duæ Gepæ, quarum posterior ex comitibus de Dassel.*

63 *Veniunt dein duæ ejusdem nominis abbatissæ Gepæ; quæ quo anno sibi invicem successerint latet, uti etiam ex quo genere prior orta sit; posterioris contra domus probe cognita est. Porro prior Gepa anno* 1153 consensu sororum et petitione Reginberni, *canonici S. Petri Coloniensis,* ad augendam dotem altaris, *quod Bruno, Coloniensis præsul in novo porticu ecclesiæ sanctarum virginum dedicaverat,* a quodam Rudolfo, ministeriali sanctarum virginum, qui decimas in villa Greverode beneficio possidebat, quadam commutatione, una videlicet præbenda, redemit. *Diploma Brunonis hac de re supra num.* 42 *dedimus; quo multa alia explicantur. Ad priorem etiam Gepam spectare videtur diploma, quo Robertus Gladbacensis abbas anno* 1170 *statuit ut fructus beneficii cujusdam in ecclesia apud Hude* (Oedt) *constituti patribus Gladbacensibus cederet,* ea de causa ut octava paschæ in cappis celebraretur et anniversarium pie memoriæ domne Gepæ abbatissæ SS. Virginum Coloniæ in plena memoria ha- F berent (7). *Hæc tum jam decennium et forte ultra obiisse videtur; adeoque quum anno* 1160 *Hillinus, Trevirensis episcopus, ecclesiæ SS. Virginum in Colonia* duas partes decimæ in villa Reinse *asseruit et* G. venerabilis abbatissa prænominatæ ecclesiæ providentiam gereret; *ut in diplomate, quod num.* 44 *edidimus, fusius legitur; hæc Gepa videtur posterior fuisse et quidem soror Reinaldi, qui ab exeunte anno* 1159 *usque ad* 19 *Kal. Septembris anni* 1167 *Coloniensem sedem occupavit. Hæc ex nobilissimo genere comitum de Dassel (quod oppidum est Westphaliæ) progenita : similes enim natales legibus, fundationis diplomati insertis, conformes erant; in quibus quippe juberentur moniales unam ex suis* ab infantia secum multam ac regularem atque monasterialis vitæ norma bene instructam, ex nobili progenie ortam, in abbatissæ sibi præferre honore.

Hæc rem temporalem bene procuravit,

64 *Dum autem hæc basilicæ sanctarum virginum præsideret, recruduit sub annum* 1162 *controversia jam pridem agitata inter Machabæiticum conventum*

(1) Winheim, Sacrarium Agrippinæ, pag. 78.—(2) Crombach, pag. 794. — (3) Cfr Hartzheim, Concilia Germaniæ, tom. VI, pag. 645, 750, etc. — (4) Martyrologium Romanum, edit. Rosweidi, pag. 446, ad 21 Oct. in notis. — (5) Gallia Christiana nova, tom. III, col. 772.—(6) Lacomblet, Urkundenbuch, tom. I, pag. 173. — (7) Ibid. pag. 306.

et

A *et Ursulanum* (1); *de qua inferius. Actuosissimæ naturæ videtur fuisse hæc abbatissa; præterquam enim quod adversus Machabæiticas moniales, quantum potuit, singularem domus suæ laudem et gloriam tuita est, anno* 1169 *Alberonem, sacerdotem de Kentenich judicio vicit; quocirca voluit Philippus, Coloniensis archiepiscopus, literis publicis constare* decimam præfatæ ecclesiæ ad præbendam congregationis SS. Virginum ita libere pertinere ut quicumque pastor in eadem ecclesia fuerit de terra et quadam decimatione sibi specialiter adsignata, censum episcopalem [*et*] servitium archidiaconi suo tempore absque omni contradictione persolveret : nec aliquando omnino ab abbatissa vel congregatione requireret. Duas autem, *sic pergit*, partes luminarium ecclesiæ nocturnalium abbatissa administrare debet; tertiam vero sacerdos procurabit. *Eadem Gepa et universus conventus*, inita pactione pro 112 marcis ad tenuitatem præbendarum supplendum, per manus advocati sui Wilhelmi comitis Juliacensis acquisiverunt ecclesiæ tres mansos cum molendino in Emmichove *a Rheinoldo de Olpe ejusque uxore Kunegildi* (2); *quæ confirmavit*
B *Philippus, Coloniensis præsul : atque hic idem, quia in ecclesiæ sanctarum virginum Coloniensium stipendiis præbendarum tenuitatem magnam invenerat, concessit anno* 1172 ejusdem loci venerabili abbatissæ Gepæ, ut silvam quam *Coloniensis parthenon* habebat in parochia Maræ auctoritate sua extirparent et terram arabilem inde facerent; quum vero ejusdem terræ decima *ratione novalium archiepiscopalis* juris esse dignosceretur, ipsam quoque ad supplementum præbendarum eis in perpetuam possessionem tradidit (3). *Porro his laudibus hanc abbatissam prosequitur Crombachius* (4) : Obiit sequenti, ut reor, anno Gepa : hoc nomine felicior omnibus ante se loci abbatissis, quod novem illis annis etiam præfuerit, quibus Deus Opt. Max. multa SS. Virginum millia mundo, cum magnis prodigiis declaravit : viderit in iisdem innumera martyrii signa, decorarit congruis ornamentis, et per orbem terrarum distribuerit, ut cultus SS. Virginum latius propagaretur. Eadem multum ecclesiæ profuit, ut latifundia deperdita, vel alienata recuperarentur. Instruxit ædificiis : plurima de suo comparavit, et acquisivit ecclesiæ : auxit sti-
C pendia canonicorum et canonicarum, instrumentum sacrum mirifice vasis argenteis, vestibusque sacris exornavit. Denique quamplurimas anni festivitates, ut solemnius peragerentur, lautis stipendiis donavit.

sed spirituale satis neglexit.

65 *Verum ego quidem vehementer dubito an singularibus laudibus prosequenda sit Gepa de Dassel. Ea enim abbatissa, nisi jam sub altera Gepa rerum facies conversa fuerit, introducti sunt in monasterium sanctarum virginum mores nequaquam religiosi. Quocirca in libro* IV *Visionum S. Elisabethæ, cap.* 4, *hæc leguntur :* Simili modo posuit Deus in labiis meis verba hæc in tempore alio : Quædam parva scintilla emissa de sede magnæ majestatis et vox tonans in os cujusdam vermiculi hominis, clamat ad sorores sanctarum virginum in Colonia, dicens : Filiæ meæ sunt quasi derelictæ, et evanuerunt in vanitatibus suis : et sicut arundo, quæ a vento movetur huc atque illuc, sic sunt filiæ meæ in omnibus viis suis, dicit Dominus. Sanguinem sanctorum meorum, qui effusus est in terra, calcat pes vester; et sub pedibus vestris sunt qui vos accusant coram me dicentes : Quare non vindicas nos, Domine sabaoth, quia gens ista non reveretur nos, et in multis pauci sunt, qui nos honorant, qui magna sustinuimus propter te, sed calcat nos terra cum genere suo. Ecce, filiæ, maculastis lectum meum, in quo requiescere debueram cum sanctis meis : redite ad cor, et recordamini quomodo præcesserunt vos antecessores vestræ, et cum omni humilitate et castitate amaverunt sponsum suum cælestem; imitatæ sunt etiam in morte sua, ideo coronantur et accipiunt palmam. Convertimini a viis vestris, et sequimini eas et estote paratæ, ut quando veniet sponsus vester et pulsabit ad ostium vestrum, confestim aperiatis ei et introducatis eum ad cor vestrum : certe si placuerit ei esse ibi, dabit vobis locum nominatum in regno suo, quod vobis præstare dignetur, qui nunc est et semper erit, et regni ejus non erit finis. *Atque hæc ad Ursulanas moniales scripsit Schonaugiensis Virgo : unde hæc in libro* V, *cap.* 8, *inter epistolas, divina* (*ut ajunt*) *inspiratione scriptas, reperiuntur. Quo anno visa et literis mandata sint, non satis constat, certe inter annum* 1156, *quo magis cœpit S. Elisabetha de* S. Ursula *occupari et annum* 1164, *quo diem obiit supremum.*

AUCTORE V. D. B.

E *Clementia, quæ successit, multa in præbendis, in anno gratiæ etc. mutat;*

66 *Utrique Gepæ successit* CLEMENTIA, *quæ omne etiam studium posuit in curandis et augendis præbendis. Confirmavit imprimis seu etiam extendit non nulla acta Gepæ de Dassel, eodem spectantia. Hæc scilicet,* considerans fratrum ibi laborantium stipendia in vino minus sufficere, cum consensu omnium dominarum totius capituli, quæ minus sufficiebant, suppleverat; *quod anno* 1174 *Clementia ratum habuit. Gepa* dominabus quoque, per licentiam absentibus, pietatis et misericordiæ intuitu, id indulserat ut vinum suum, quod totum abbatissæ debebatur, per decem absentiæ suæ septimanas, et si minori spatio abessent, sibi retinerent. *Extendit hanc concessionem Clementia, ita ut dominæ omni absentiæ suæ tempore vinum suum sibi obtinerent, ea tamen lege ut, quod ipsa hinc amitteret, sibi a conventu suppleretur : plurimum his concessionibus legem de claustro incolendo solutam fuisse quis non videt? Jam Gepa annum gratiæ, a conciliis Coloniensi et Trevirensi tantopere deinde improbatum* (5), *induxerat*; *ita scilicet ut mortui præbenda integrum annum vacaret et interea reditus*
F *vivis cederent : triginta diebus annum illum auxit Clementia; quæ omnia anno* 1174 *probavit diplomate Philippus I Coloniensis præsul. Biennio post, confirmante eodem Philippo, Clementia sanctarum virginum abbatissa totusque conventus* ad supplementum tenuitatis præbendarum suarum ex communi consilio ecclesiæ suæ conquisierunt pro duodecim marcis liberum allodium, videlicet mansum unum, *a Conrado de Asmundeslo et Winrico fratre ejus et Alstradi, uxore Conradi* (6). *Eodem anno* 1176 *pactio inita cum Wernero de Monticulo, cive Coloniensi, qua monasterium aliquando bona sua recuperavit. Hic* propter devotionem et fidelitatem, quam ecclesiæ sanctarum virginum gessit, a fratribus et sororibus ejusdem capituli promeruerat ut in fratrem ab eis assumeretur, et licet laicus esset, stipendium tamen unius præbendæ acciperet. Qui etiam ab eadem ecclesia beneficiatus erat bonis feodalibus et bonis censualibus, quæ vulgo *leengut* et *lazgut* dicuntur. Cum autem procedente tempore idem Wernerus prole careret et majori devotione

(1) Cfr Gelenius, de admiranda magnitudine Coloniæ, pag. 557 et seq.; Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 790 et seq.— (2) Ap. Crombach, pag. 791. — (3) Ibid. pag. 792. — (4) Ibid. pag. cit. — (5) Cfr Du Cange, Glossarium latinum, v° *Annus gratiæ*. — (6) Crombach, pag. 794.

atque

AUCTORE V. D. B.

atque dilectione ecclesiæ traheretur, ipse una cum uxore Gertrude prædicta bona omnia tam feodalia quam censualia sub tali forma conditionis addixit et assignavit, ut tam ipse quam uxor sua Gertrudis ea omni tempore vitæ suæ possiderent et fructus inde pro arbitrio suo perciperent; post utriusque vero mortem ipsa præscripta bona omnia ad ecclesiam redirent; ita quod nullus hæredum sive præfati Werneri sive uxoris suæ Gertrudis quicquam juris in eis obtineret. *In compensationem Wernero et uxori pro amborum vitæ tempore nova assignata præbenda, quæ penes Clementiam abbatissam erat. Hæc denuo confirmavit Philippus archiepiscopus* (1).

sorores pauperes inde emittit, unde Sammaximianus Coloniæ conventus ortus est;

67 *Invenit Clementia aliam etiam viam, qua rem domesticam sui monasterii egregie promoveret, sed spiritualem (meo judicio) magis magisque pessumdaret. Non procul a sanctarum virginum parthenone, in cujus jus et rem transierat, distabat S. Maximini templum. Porro anno* 1188 cum licentia Clementiæ per Dei misericordiam abbatissæ et totius conventus ejusdem loci ad ecclesiam S. Maximini et omnem locum ad eamdem spectantem ob honorem Domini Salvatoris et sanctissimæ Matris ejus libere dimissæ sunt pauperes aliquot sorores et pia consideratione accepta libertate * ecclesiæ adjutæ (2). *His assignata aliqua dos, sed certe minor quam præbendæ qualescumque, quibus ante fruebantur. Favit tamen eis magis Deus quam majoribus suis; ita ut vitam canonicam, suscepta etiam regula S. Augustini, observare perrexerint, dum Ursulanæ dominæ ab ea prorsus desciverint. Et quidem, quum Sammaximiana colonia vere regularis fuerit, hinc novum exsurgit argumentum quo constet Ursulanum parthenonem tunc temporis regulare adhuc institutum fuisse. Sed verisimiliter pauperes illæ inde translatæ, ut reliquæ deinde sequerentur sæcularium canonissarum instituta.*

B

* liberalitate?

alia mutat in præbendis.

68 *Sequentibus annis, quum schisma Fridericianum ejurasset Philippus archiepiscopus et tamen ipsius imperatoris gratia domi bellique validissimus factus esset et imperialibus partibus formidandus,* contra Coloniensem ecclesiam domini imperatoris offensa exsurrexit, *ut in diplomate Clementiæ abbatissæ legitur. Hinc nonnulli sibi res ecclesiarum vindicare ausi fuere; neque ex hac tantum causa verum etiam ex grandine et impositis a Coloniensi et Trevirensi præsulibus contributionibus nonnihil reditus Ursulani attriti. Quocirca,* ne conventus, *inquit* (3), gravem querimonia dignum pateretur defectum, præbendam meam D. Gotscalco ejusque conjugi Richildi, filioque Wilhelmo ad decem annos cum omni integritate stipendiorum exposui, *certa pecuniæ ratione percepta. Neve miretur lector quod Clementia duas abdicet præbendas; sex penes se initio habebat, ut ex sequenti ejus scripto constat* (4) : D. Gepa felicis memoriæ, in ecclesia nostra abbatissa, ob multiplicem defectum duodecim præbendas in usus suos retinuit. Qua defuncta, et alia, quæ etiam Gepa dicta est, substituta, per ordinationem domini archiepiscopi et priorum sex ei ad supplementum defectus concessæ sunt, et aliæ sex illis, quæ in choro servirent, collatæ sunt. Ego vero Clementia in ejus dignitatis sollicitudine, licet indigna, per manum Dei assumpta, easdem sex præbendas retinui. *Ex his postquam duas abdicasset, curavit sibi* XIV *Kal. Maji anni* 1192 *quatuor reliquas,* quas bonæ memoriæ Philippus archiepiscopus prædecessori suæ et sibi ad supplendum præbendarum defectum et curtes monasterii restaurandas concesserat, auctoritate apostolica *Cælestini III confirmari* (5).

C

D

reliqua ejus de rebus temporalibus cura.

69 *Anno* 1202, *quo Ungelo, unus de fidelibus, majori securitate et diligentiori cura laboraret in curte quadam in Germrode, quam ipse, quum sterilitate et bellorum calamitate in miserum statum redacta esset, cæperat restaurare, eam eidem colono, uxori et posteris jure hæreditario concessit Clementia, constituta annua aliquot malderorum tritici pensione; quæ singula maldera seu maltra claustralis mensuræ unum modium cum duobus trientibus capiebant* (6). Quoniam vero, *sic pergitur in diplomate* (7), usque ad hoc tempus decana nostra nullos aut indivisos habebat reditus, placuit nobis et toti conventui atque immutabiliter statutum est ut prædicta maldera decana recipiat. *Biennio post novi reditus additi decaniæ; sed superius jam aliquid de singularium præbendarum erectione diximus. Obiit Clementia anno* 1205 (8). *Eam laudat Crombachius* (9) *quod turbulentissimis temporibus multum de sibi debitis reditibus libenter remisit, ut augeret stipendia congregationis. Eadem in ecclesias et ædificia restauranda multum impendit pecuniæ. Utinam, quæ sub utraque Gepa pessum iverat, regularem disciplinam restaurasset, nedum magis magisque vitam communem abolevisset!*

E

Gesta Euphemiæ et Frederundis.

70 *Clementiæ successit* EUPHEMIA; *cui, quum juvencula adhuc esset, virgines duæ Ursulanæ loca sepulturæ suæ manifestasse feruntur; quæ postea reperta Heisterbacum ab illa missa fuisse perhibet Cæsarius* (10), *scriptor coævus. Eadem anno* 1207 *subscripsit fundationi, quam Wilhelmus, canonicus ad sanctas virgines, fecit pro festo omnium sanctorum solemnius celebrando* (11). *Quum circa annum* 1222 *dialogos suos de illustribus miraculis scriberet Cæsarius* (12), ante paucos annos defuncta erat *Euphemia* (13), *et successerat* BENEDICTA; *inter quam et S. Engelbertum, anno* 1216 *Coloniensem archiepiscopum creatum, orta est controversia* super hominibus quibusdam, Ludvico scilicet de Hagane et suis sororibus et materteris, quos *hic* Coloniensi ecclesiæ pertinere dicebat, et ipsi abbatissæ seu ecclesiæ jure censuali attinere asserebat; *sed* abbatissa cum suo conventu de voluntate et assensu prænominati *Engelberti* coram ministerialibus sculteto et scabinis de Kempena juste et rationabiliter homines obtinuit prænominatos (14). *Post Benedictam abbatissa creata est* FREDERUNDIS, *quæ anno* 1229 *collatis aliquot bonis novum parthenonem de Piscina Coloniensem sub regula S. Norberti juvit, et mense augusto anni* 1254 *idem beneficium præstitit Brigidiano puellari asceterio in Marienforst prope Bonnam. Neque res sui monasterii neglexit; quas quippe mense Junio anni* 1258 *obtentis a Conrado, electo archiepiscopo Coloniensi, decimis novalium in Oisendorp auxerit, et plura anno sequenti statuerit et contulerit ad incrementum sustentationis totius collegii, quo magis floreret divinus cultus* (15). *Alia mitto.*

F

Tempore Elisæ duplicatur annus gratiæ;

71 ELISAM, *inquit Crombachius* (16), *post Frideruden præfuisse docent vetustæ subscriptiones. Primam ejus mentionem anno* 1241 *reperi : quo contulit Abelino apothecario, beneficiali jure, novalia quædam in Oisendorp. Ejus tempore Conradus archiepiscopus ob varios bellorum tumultus, coactus*

(1) Lacomblet, Urkundenbuch, tom. I, pag. 324. — (2) Gelenius, de admiranda Coloniæ magnitudine, pag. 546. — (3) Ap. Crombach, pag. 974 et 795. — (4) Ibid. pag. 795. — (5) Ibid. pag. cit. — (6) Cfr ap. Cangium, Glossarium, v° *Maltra*, additiones anni 1733. — (7) Ap. Crombach, pag. 795 et 796. — (8) Ibid. pag. 1125. — (9) Ibid. pag. 796. — (10) Illustrium miracul. et histor., lib. VIII, cap. 86, pag. 657 et 658, edit. 1599. — (11) Crombach, pag. 796. — (12) Lib. X, cap. 48, pag. 765. — (13) Ibid. lib. VIII, cap. 86, pag. 657. — (14) Ap. Crombach, pag. 796 et 797. — (15) Ib. pag. 798 et 799. — (16) Ib. pag. 799.

est

A *est caritativum subsidium ab ecclesiis postulare : vicissim gratus et munificus, ut monstrant ejus litteræ templo SS. Virginum collatæ de secundo anno gratiæ : qui quis esset supra indicavimus, num.* 66. Conradus D. G. S. Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus dilectis in Christo Elisæ abbatissæ, et conventui ecclesiæ SS. Virginum in Colonia, salutem in Domino. Cum vos nostris compatiendo necessitatibus, et damnis de vestra mera liberalitate, et voluntate spontanea decimam fructuum præbendarum vestrarum, et præsentis anni vicesimam in nostrum subsidium donare decreveritis, nos vestræ benevolentiæ gratam vicissitudinem rependere cupientes, vobis indulgemus, ut præter annum gratiæ, quem hactenus habere consuevistis, unum annum gratiæ singulæ bonorum, sive moriamini in claustro vestro in statu, in quo nunc estis : sive religionem intraveritis, a tempore istius nostræ concessionis, tam vos, quam successores vestræ in perpetuum obtineatis : ita quod decimam, et vicesimam dantes, quidquid de fructibus præbendarum vestrarum anni gratiæ vobis concessi sive per nos, sive per fideles vestros fuerit ordinatum, ratum et firmum permaneat. De successoribus vero, quia
B decimam et vicesimam non dederunt, ita statuimus, ut omnes fructus anni gratiæ sequentis cedant integraliter ad usus ecclesiæ, et vestris successoribus similiter annum gratiæ concedimus, sub forma præscripta districte præcipientes, prædictam nostram concessionem sive indulgentiam sub pœna excommunicationis jam latæ inviolabiliter in perpetuum observari. Datum Coloniæ anno 1244 mense Julio. *Observationae dignum est jam tum canonissarum institutum non amplius habitam fuisse* religionem : *verumtamen vix propterea liberum eis erat redire ad sæculum et vulgo vacabant tantum præbendæ per obitum canonissarum aut transitum ad religionem.*

præbenda datur feminæ laicæ;

72 *Eadem forte bellorum tempestate, nisi paulo citius malis, indulsit Elisa cuidam, præcipua quadam veneratione sanctas virgines prosequenti, quidquid ad vitæ sustentationem annuo stipendio canonissis tribuebatur; id enim religiosum ducebatur, et ad fovendam in cælites pietatem opportunum, eorum quasi familiaribus accenseri :* Elisa abbatissa totusque conventus SS. Virginum in Colonia. Cum Sophia relicta vidua Gerardi affectuose a nobis sæpius postulasset, ut fructus unius
C præbendæ sibi ad tempus vitæ suæ venderemus : quia durante guerra inter R. P. nostrum Conradum Coloniensem archiepiscopum ex una parte, et ducem de Limburg, et alios complices ex altera, curtes ecclesiæ nostræ incendiis, rapinis et exactionibus adeo essent devastatæ, ut propter defectum stipendiorum non possent diutius subsistere aliquatenus in eodem, nos pensato affectu, quem prædicta Sophia circa nostram ecclesiam gerere videbatur : ex hoc insuper spe concepta, videlicet, quod eadem bona fide promisit, quod modis omnibus ecclesiæ nostræ intendere debeat promotioni, unius fructus præbendæ pro certa summa pecuniæ de consensu communi sibi vendidimus, quoad vixerit percipiendos : ita videlicet, ut in pane, vino, denariis, annona, et omnibus, quæ sunt de corpore et præbenda, tantum singulis annis percipiat, quantum in ecclesia personaliter servientes percipiunt annuatim : post obitum suum annum gratiæ nihilominus habitura.

FF. Prædicatores faciunt

73 *Florebant eo tempore Coloniæ Patres Dominicani : præsertim cum Albertus M. ibidem philoso-*

AUCTORE V. D. B.

collegium Ursulanum particeps bonorum operum;

phiam profiteretur : iidem cultum sanctarum virginum concionibus promovebant. Quam ab causam trecenta sodalitatis hujus corpora dono collegii et antistitæ obtinuerunt : eidem ut se patres vicissim gratos exhiberent, anno 1246 *in comitiis generalibus Argentinensibus congregationi toti sanctarum virginum, id flagitanti, communionem bonorum Ordinis totius obtulerunt diplomate : quod recitat Crombachius* (1). *Manet hodie, addit ille idem, singularis unio dictorum patrum cum collegio Ursulano. Id premebatur illo tempore magna rerum necessariarum penuria, et ut antea insinuatum, vix ut ritu consueto divina peragi valuerint : ideo obtentis sedis apostolicæ indulgentiis, et assumptis sanctarum virginum reliquiis, non provinciam tantum Coloniensem, et sedes ejus suffraganeas : sed et extra eam varias Germaniæ diœceses elcemosynarum corrogandarum gratia peragrarunt : magna frequentia populorum, ad decenter augusteque reliquias excipiendas religioso cum apparatu se effundente. Duorum hac super re episcoporum Paderbornensium mandata, tota diœcesi publicata, recitavit Crombachius* (2). *Prius dedit Bernardus anno Domini* 1247, *feria* II *post* Misericordia Domini, *seu* II *Dominicam post Pascha; alterum Simon anno Domini* 1267, *feria* II *post* Jubilate, *seu* III *Dominicam post Pascha. Sed de his infra.*

E

parochia Kelsensis unitur eidem collegio;

74 *Ut ecclesiam Ursulanam pressam inopia sublevaret Conradus archiepiscopus anno* 1248, IV *Kalendas Septembres eidem parochiam Kelsensem, in qua jus patronatus obtinebat abbatissa, univit diplomate, quod edidit Crombachius* (3) *et Lacomble-*
tius (4). *Anno sequenti confirmavit eamdem unionem sedis apostolicæ potestate, cujus legatione fungebatur : quod operæ pretium fuerit adnotare :* Conradus Dei Gratia S. Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus et apostolicæ sedis legatus. Cum nos ad preces dilectæ in Christo Elisæ abbatissæ, et capituli ecclesiæ sanctarum virginum Coloniensum, ecclesiam de Kelse, de consensu viri venerabilis loci archidiaconi majoris præpositi Coloniensis propter piam et rationabilem causam ipsis concesserimus, ac sustentationem in dicta ecclesia Deo servientium, nos eamdem concessionem nostram ratam haberi volentes, et ab omnibus inviolabiliter observari : ipsam autoritate legationis nobis a sede apostolica concessa confirmamus, et excommunicamus omnes contradicentes, et impedientes tam pium et laudabile factum nostrum, et omnes qui se præmissis opponere, aut ea infirmare moliuntur. Actum anno F
Domini 1249 IV Idus Aprilis. *Interea Henricus de Vienna, major præpositus, electus est Trajectensis episcopus, obtento sedis apostolicæ privilegio reditus beneficiorum suorum percipiendi, quorum administrandorum in parochia Kelsensi potestatem tunc fecit abbatissæ Elisæ, ut literæ probant, anno* 1251 *datæ. Et idem ipse quadriennio post his fatetur patentibus :* Henricus de Vienna D. G. Trajectensis electus majorque in Colonia præpositus et archidiaconus, cum D. Papa de sedis apostolicæ benignitate consueta nobis gratiam fecerit specialem, ut omnia nostra ecclesiastica beneficia, ante nostram confirmationem habita, ad certum tempus retinere, vel habere possimus, nos etiam aliis gratiam facere volentes, ecclesiam nostram de Kelse, quæ a V. P. ac D. N. Conrado archiepiscopo de nostro et capituli majoris consensu est ecclesiæ sanctarum virginum Coloniensium adunita in augmentum præbendarum, et ad sustentationem Deo servientium ibidem concessa, liberaliter resignavimus ad petitionem dilectæ nobis abbatissæ, et conventus

(1) S. Ursula vindicata, pag. 800.—(2) Ibid. pag. 692 et 695.—(3) Ibid. pag. 800.—(4) Urkundenbuch, tom. II, pag. 174 et 175.

ejusdem,

AUCTORE V. D. B.

ejusdem, reservantes nobis fructus ejusdem ecclesiæ, sicut nobis sunt ad certum tempus a D. Dapa concessi et confirmati. Datum Coloniæ anno 1253, v kal. Aug.

componitur lis cum comitibus Juliacensibus, advocatis collegii Ursulani;

75 *Fuerunt Juliacenses comites multo tempore collegii Ursulani advocati; quæ occasio videtur exstitisse, ut Elisa Walramum comitem repetundarum apud Conradum egerit : is satisfecit oblatis fidejussoribus nobili viro D. Ottone de Wilkerode, Godefrido Rufo de Angersdorf, Gerardo Aquensi de pondo. Actum Coloniæ in præsentia D. Coloniensis archiepiscopi in suo palatio anno Domini* 1253 *in die Lamberti episcopi et martyris. Eadem Elisa biennio post cum a diœcesis Moguntinæ inquilinis non levia damna pertulisset, cum Gerardo Moguntino electore feliciter litem composuit; qui in diplomate morem recenset veterem, vindictam cælitum cultu reliquiarum supplici expetendi :* Gerardus D. G. S. Moguntinensis sedis archiepiscopus. Notum vobis esse volumus : quod super quæstione, quam habent contra nostros homines D. Abbatissa et conventus ecclesiæ sanctarum virginum in Colonia, de XXIII vini vasis et rebus aliis, per nostros homines, apud Laynstein ablatis, ita inter nos et ipsas convenit etc. Ea ad-
B jecta conditione, quod si aliquo eorum terminorum in solutione defecerimus, eædem abbatissa et conventus, humiliationem reliquiarum et imprecationes contra nos facere poterunt etc. Præterea promittimus bona fide, quod ipsas in bonis suis in districtu nostro, et alias ubi poterimus, promovebimus, et injuriatoribus earumdem nobis subditis cum requisiti fuerimus, eis justitiam faciemus. Actum præsentibus Ottone de Everstein, Burchardo de Waldenberg, comitibus, Siffrido præposito de Runckel, nec non et Ulrico cantore Majoris, Joanne de Rennenberg S. Andreæ, Henrico ipsius SS. Virginum canonicis, actum in domo D. Udalrici, vigilia Pentecostes. Anno Domini 1257. *Eodem anno litem aliam Elisa cum curione ad SS. Indulgentias feliciter composuit : in ejus tractatione hoc se modo nominat :* Ego Elisa D. G. Abbatissa SS. undecim millium virginum Coloniens. *Sequentium abbatissarum nomina tantum, quæ innotuerunt, indicabinus.*

Reliquæ abbatissæ usque ad medium sæculum XVII.

76 *Successit Elisæ* FRIDERINIS *circa annum* 1269, *quæ in controversia quadam appellavit ad sedem apostolicam. Post Friderinem venit* ELISABETH, *pro cujus memoria soror ejus Aleidis, canonissa item sæcularis in sanctarum* XI *millium virginum, duo dedit maldera circa annum* 1334. *Successit* PEYRONETTA *seu* PERNETTA *ex comitibus de Arnsberg, cujus diplomata ab anno* 1337 *ad* 1366 *partim a Crombachio recitantur* (1). *Juxta Catalogum ms. abbatissarum* S. Ursulæ, *quem ad manum habeo, successit anno* 1371 GRETA *seu* MARGARETA *de Isenburg, cujus primum diploma, quod indicat Crombachius* (2) *datum est anno* 1374; *ultimum, anno* 1379 (3). IRMGARDIS *de Isenburg Margaretæ occupavit locum, ejusque nomen legitur in diplomatibus ab anno* 1384 *ad* 1391 (4); *verum id munus gessisse usque ad annum* 1398 *legitur in præcitato catalogo. Ibidem die* 23 *Septembris anni* 1486 *obiisse dicitur* AGNES *de Wede, abbatissa ad* S. Ursulæ *et* 1 *Julii anni* 1499 MARGARETHA *von Westerburg, quæ illi successerat. Margarethæ locum occupavit* AGNES *von Dauhn, comitissa in Falkenstein, electa anno* 1501 *in festo Inventionis S. Crucis; obiit die* 14 *Octobris anni* 1534. *Quæ successit* JUSTINA *von Lugffen* (5), *comitissa in Bulingen, decessit anno* 1572, *die* 19 *Februarii.* D *Post venit* MARGARETA, *comitissa in Hohengeroltzeck et Sultz, quæ requievit die* 10 *Novembris anni* 1602. *Vacavit dein abbatialis sedes usque ad annum* 1604, *quo electa est* MARGARETA, *comitissa de Isenburg Grensaco; mortua anno* 1607. *Ejus loco electa est* JOANNA HELENA, *baronissa de Stauffen, quæ diem obiit anno* 1638, *die* 2 *Octobris.* (*Crombach* (6) *habet : die* 30 *Octobris.*) *Ejus loco electa est eodem anno die* 9 *Novembris* ERICA CRISTINA *ex comitibus de Manderscheidt Geroldstein et Blanckenheim, quæ anno* 1647, *quo Crombachius librum suum absolvebat, adhuc collegio Ursulano præerat. Longius non procedit catalogus Ms. quo usus fui, et frustra Coloniam dedi literas, quibus de reliquis abbatissis scisciţabar.*

§ VIII. Lis de nomine agri S. Ursulæ agitata inter Ursulanas et Magdalenæas seu Machabæiticas moniales.

E

Lis de nomine agri Ursulani inter Ursulanas et Magdalenæas moniales anno 1162 *a Reinoldo archiepiscopo in illarum favorem dirimitur;*

Extra mœnia civitatis stetit Ursulana basilica usque post medium sæculum XII; *unde in præmissis diplomatibus toties occurrit* monasterium sanctarum virginum extra muros Coloniæ erectum. *Hanc locorum conditionem mutavit Philippus I seu de Heinsberg. Hic enim, anno* 1180 *auctus ab imperatore Friderico ducatu Westphaliæ et Angariæ* (7), quum decessores pene omnes suos gloria superaret, *ut recte loquitur Crombachius* (8), ingens molitus opus, agrum ursulanum mœnibus clausum, intra pomerium urbis Agrippinæ constituit, ne pateret hostium insultibus. *Multa disceptatio fuit de eo agro, de quo in Commentario prævio num.* 236 *nonnulla retulimus; quæ repetere necesse non est. Exstabat autem ibidem ante hominum memoriam sacellum S. Mariæ Magdalenæ, eique adjunctus erat parthenon. Quum autem medio sæculo* XII *celebris fieri cœpit is ager ob retectas sanctarum virginum exuvias, exorta est lis inter Gepam de Dassel, abbatissam Ursulanam Reinoldique archiepiscopi sororem et Magdalenæas moniales, quod hæ* S. Ursulæ *et sociarum gloriæ fieri vellent participes : in suc scilicet ambitu eas cæsas; pomerium suum earum* F *sanguine consecratum; ibi puteum in quem receptus glebis purpuratis coagulatus cruor;* agrum sanguineum, Ursulanum *aliisque honorificis appellationibus sedem suam appellandam; basilicam quoque suam titulum sanctarum virginum mereri et alia id genus. Non æquo animo hæc tulisse Ursulanas canonissas quis miretur? Verumtamen sedanda hæc dissidia. Quod ut præstaret Reinoldus, dedit monialibus S. Magdalenæ anno* 1162 *trium Magorum corpora et anno sequenti septem Machabæorum et matris capita cum aliis multis reliquiis, quas, Mediolano expugnato, Coloniam transvexerat* (9); *ea lege ut ne deinceps* Ursulani agri *nomen sibi usurparent, sed canonissis basilicæ sanctarum virginum integrum relinquerent. Lis tamen ideo non cessavit.*

contra a Philippo Heinsbergico in posteriorum gratiam anno 1178

78 *Quum enim Reinoldus anno* 1166 *aut* 1167 *Romæ peste extinctus esset, Philippus Heinsbergicus, qui ei successit, aliam omnino mentem iniit; et quidem, quum in S. Magdalenæ basilicam introduxit moniales ordinis S. Benedicti,* capellam *voca-*

(1) Ap. Crombach, pag. 801. — (2) S. Ursula vindicata, pag. 804, 1014, 1015 et 1016. — (3) Ibid, cap. 1016. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Ibid. pag. 1143. — (7) Gallia Christiana nova, tom. III, col. 682. — (8) S. Ursula illustrata, pag. 793. — (9) Crombach, Historia SS. Trium regum Magorum, pag. 615 et seqq.

vit

A *vit* in memoriam sanctarum virginum, in loco qui dicitur S. Ursulæ ager, in Colonia, constructam. *Res ipsa clarius ex fundationis literis cognoscetur :* Philippus Dei gratia Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, universitati fidelium tam præsentium, quam futurorum, notum facimus omnibus Christi fidelibus, quod capellam in memoriam sanctarum virginum, in loco, qui dicitur S. Ursulæ ager, in Colonia constructam, cum omnibus pertinentiis suis, sanctimonialibus ordinis S. Benedicti in eadem Deo et sanctis virginibus in perpetuum serviturис, de communi fratrum S. Cuniberti assensu (intra quorum terminos ipsa capella sita esse cognoscitur) præsentibus etiam Coloniensis ecclesiæ prioribus, pro reverentia sanctarum virginum, nec non et pro consideratione religionis, et honestatis sanctimonialium earumdem, quiete et pacifice perpetuis temporibus concessimus possidendam : statuentes, ut nulli omnino hominum liceat ea ipsa auferre, diminuere, seu exinde eas quomodolibet temere perturbare, ex autoritate S. Petri, et nostra, bannum et damnationem omnibus denuntiantes, qui adversus hujus facti veritatem aliquam injustitiæ, vel violentiæ audaciam tentarint inferre. Ad im-
B mortalem igitur hujus rei memoriam, præsentem paginam sigilli nostri impressione fecimus communiri. Facta sunt hæc anno dominicæ incarnationis 1178, Indictione v. *Opus erat, ut severioribus minis arceret violentiam, quod multi studiosi fautoresque Reinoldi et Gepæ sororis, demortuorum, rem ægrius ferrent, arbitrati decedere nonnihil honoris Ursulanæ Basilicæ, ubi recens inventa, solemniter elevata, maximo concursu fidelium* Ursula *regina colebatur, nomen tamen agri Ursulani alteri parthenoni tribui. Archiva loci breviter rem gestam his consignant verbis :* Successu proinde temporis Philippus de Heinsberg archiepiscopus, Reinoldi successor meritissimus, templum illud, quod Solinus erexerat, et ob hanc præmemoratam pertinacem Ursulanarum simul et vestrarum virginum cœnobitarum contentionem in eum usque diem non consecratum fuerat, in Dei omnipotentis, et matris Dei, necnon undecim millium virginum, priorum * videlicet martyrum omnium honorem magnifice consecravit, et ipsorum sacris reliquiis opplevit (1). *Credibile non est id sacellum a Solino extructum fuisse; neque ulla hujus rei exstant vetera*
C *testimonia.*

* piorum?

Favet S. Engelbertus Ursulanis, et ne Magdalenææ obsistant beneficiis eas sibi devincit;

79 *Verumenimvero causa in perpetuum se non cecidisse arbitratæ sunt Ursulanæ canonissæ; neque immerito meliora præstolatæ sunt tempora. Quum enim anno* 1216 *Colonienses infulas induisset S. Engelbertus,* displicuit sancto præsuli, *inquit Crombachius* (2), gliscere adhuc occultis factionibus litem de nomine agri Ursulani : quod Philippus Heinsbergicus clivi Greensbergensis parthenoni (*scilicet monialium S. Benedicti*), frustra multis obnitentibus, impertierat. Probabat sapiens Reinoldi consilium, qui translatis eo SS. Machabæorum reliquiis, ab iis locum optarat nominare, hoc pacto suaviter controversiam omnem sopiturus. Sed jam res amplius integra non esse videbatur, templo jam sanctis virginibus consecrato : itaque re mature deliberata, virgines illas Benedictinas beneficiis sibi variis obligavit. Nam templi chorum iis a fundamentis erexit, aramque principem sacris Machabæorum pignoribus opplendam esse censuit, ipsisque consecrandam, ut ita cœnobio, vicinæque plateæ nomen deinceps a SS. Machabæis adhæreret. Pium Engelberti mentis propositum, martyrium ejus præmaturum intervertit : nam anno 1225, dum Schwelmensem parat ecclesiam dedicare, in itinere gladiis impiorum occubuit, quorum sacrilegas manus a Christi patrimonio vitæ prodigus averterat.

AUCTORE V. D. B

Chorus, quem incoharat, dedicatur sub ejus successore, omisso nomine SS Virginum.

80 Perfecit tamen laudabile decretum successor ejus Henricus Molenarck, qui Joanni Mithylenæo episcopo, sedis apostolicæ legato, commisit anno 1228, ut recens adjectum chorum ad SS. Machabæorum honorem ritu solemni sacraret (3). Legatus, translatis partim in principem aram SS. Machabæorum cineribus, partim in elaboratam opere magnifico lipsanothecam, locum dedicavit, et aræ summæ literas indidit testes, ut ad posteros ea, quæ de tot sæculorum contentione dicta sunt, certius pervenirent. Literæ signis integris in ara principe casu repertæ sunt. Cum enim chorus fatisceret, et templum incendio funestatum egeret instauratione, Helias Mercæus director conscientiarum sanctimonialium eam in se suscepit curam; et amota mensa principalis altaris, literas in membrana signatas invenit; quæ loci vetustatem et hactenus narrata, testimonio nuncii apostolici roborata, complectebantur. Ita enim Ortuinus Gratius Heliæ æqualis, qui hæc ipsa jussu ejusdem monimentis tradidit, affirmat : *Quo facto,* ait *ea omnia, quæ antea a nobis narrata sunt, luce clarius a prædecessoribus et majoribus nostris in eo literis et monimentis commendata, munita atque recondita conspiciuntur* (4). Inventa tunc etiam talis epigraphe fuit : ANNO INCARNATIONIS DOMINI 1228. VII KAL OCTOBRIS DEDICATVM EST MONASTERIVM ISTVD, ET HOC ALTARE A V. IOANNE MITHYLENENSI ARCHIEPISCOPO, IN HONOREM S. MARIÆ VIRGINIS, ET SS. MACHABÆORUM, ET SS. PETRI ET PAVLI, ET ALIORVM APOSTOLORVM, ET S. MICHAELIS, ET OMNIUM SANCTORVM. Hunc tandem finem habuit tot annos continuata dissensio, utrum in Clematiani templi fundo, vel Machabæitico sedes præcipua lanienæ fuerit, adeoque uni loco per excellentiam sanctarum undecim millium virginum nomen deberetur. Clematianæ virgines ob S. Ursulæ et præcipuarum virginum illic conditarum reliquias : Machabæiticæ vero ob sacri cruoris martyrum custodiam, Ursulani nomen agri sibi vindicabant, nemine tot seculis umquam de palæstra Coloniensi talis martyrii dubitante : licet amborum locorum incolæ vix ducentis passibus a se disjungerentur, nominis tamen sibi præ-
F rogativam, pari studio vindicabant, donec, translatis ad alterum locum sanctis Machabæis, horum denominatio litem composuit. *Anno* 1802 *quum ex centum sedecim ædibus sacris, quas Colonia habebat, septuaginta sex suppressæ sunt, quadraginta tantum relictis, misera illa fata quoque expertus Machabæiticus parthenon et dein, ut pleraque alia suppressa templa et monasteria, destructus* (5).

E

§ VII. Examinatur fabula quod nulla in agro Ursulano sepeliri queunt cadavera.

Deveniendum nunc tandem est ad sanctarum virginum exhumata cadavera seu ad difficillimam de

(1) Crombach, S. Ursula illustrata, pag. 792 et 793. — (2) Ibid. pag. 796. — (3) Vide commissionis diploma ap. Crombach, Historia SS. Trium magorum regum, pag. 672. — (4) Cfr modo citatum diploma. — (5) Historische Beschreibung der Dom-Kirche zu Köln, von A. E. d'H***, pag. 351 et seqq.

AUCTORE V. D. B. *Cœmeterium ursulanum, quod neque Francorum neque gentilium Romanorum est, dicitur alia numquam tulisse corpora quam SS. Virginum.*

reliquiarum sinceritate controversiam; quam ego summa qua potero reverentia (agitur enim de sanctorum cultu) nec minori animi libertate (veritatem quippe anquirimus) versare studebo. Imprimis non putem audiendos eos, qui gentilium cadavera in Ursulano agro sepulta fuisse velint. Romanos enim gentiles combussisse passim cadavera res notissima est; neque minus notum pristinos Christianos summopere curasse defunctorum suorum corpora, neque passos esse ut cum gentilium confunderentur : quod argumentum innumeri tractarunt, maxime qui de romanis cœmeteriis christianis, quas vulgo catacumbas appellamus, scripsere. Neque Francorum aliorumve Germanorum sepulturæ esse possunt, quum eorum sepulcra aliam omnino haberent formam. Verumtamen his non præciditur difficultas, quum hæc in eo posita sit utrum ante et post S. Ursulæ *martyrium ibidem tumulata non fuerint christianorum corpora, et proin an inter hæc, quæ de S.* Ursulæ *comitatu fuisse feruntur, plura vulgarium christianorum non sint. Nonnulli rem facile absolvunt, affirmantes* S. Ursulam *et socias in loco fuisse conditas, in quo nulla umquam antea posita fuerant cadavera; et post earum sepulturam locum, tot sacris pignoribus consecratum, non amplius tulisse alia corpora, sed divina virtute, si quæ inferrentur, ejecisse. Prius mera conjectura est, nullo testimonio firmata neque nos morabitur; posterius assertum documentis aliquot nititur sed non satis antiquis quæ fidem faciant, et cæterum ineluctabilibus probationibus confutatur. Atque hæc jam explicanda et demonstranda sunt.*

B

Crombachius, hoc limitans ad basilicam Ursulanum, propugnat, nixus titulo Clematii,

82 *Audiatur imprimis Crombachius, qui quum dixisset in more non esse positum ut in basilica sanctarum virginum mortuorum condantur corpora, quod Clematius id vetuerit, sic pergit* (1) : Sed an etiam humari possint, disceptatur. Asserunt posse nonnulli, quibus favet D. Hermannus Fleien, quia apud Machabæos passim alii funerantur, et cur SS. Virgines consortium aliorum corporum refugerent, cum quibus in cælis sunt æternum regnaturæ? Ego tamen plurium puto sententiæ doctissimorum virorum adhærendum, qui antiquam Coloniensium traditionem, (quod etiam sepulta ibi alia corpora terra sæpius removerit), suo calculo comprobarunt. Moveor primo tanta admiratione Clematii, ut ipse ait, *virtutis magnæ majestatis* (de qua num. 8 est dictum) et exsecratione subjecta : *Si*

C

quis super tantam majestatem hujus basilicæ corpus alicujus deposuerit, ut ea majestate non videatur aliud significari, quam factam sæpius ejectationem profanorum corporum, a civibus ipsi commemoratam : ita ea (quam incidi templo fecit) comminatio, monitio quædam est, ne iram Dei provocent, ibi condendo alia corpora cum salutis periculo, qui offensam suam, et loci majestatem virtute sua, et ejectione cadaverum sæpius declaravit.

similibus exemplis,

83 « *Nec novum id, ut prosequitur, et inusitatum videri debet. S. Gregorius* (2), *ait, auctor est viros sanctos demortuos non passos, præsertim si contaminati flagitiis, eorum ecclesiis inferri. Alia tamen hic urget causa, cur etiam infantes recens baptizati, ab hac sepultura divinitus arceantur, quam refert Lindanus episcopus Ruremundanus, ne ossa sacra cum profanis misceantur; nec id novum et inauditum Rainaudus noster in indiculo Sanctorum Lugdunensium fol.* 125, *de ecclesia S. Romani idem ex traditione loci commemorat :* Ferunt sanguinis locum in ima valle collectum eo loco, ubi nunc est S. Romani ecclesia, stagnante ibidem cæsorum cruore, qui e colle, in quo passi sunt, plenis rivis defluebat. Qua etiam ex causa fama est, nemini intra eam paroeciam sepulturæ jus, vel etiam facultatem esse, solo hic sanctificato non sustinente cadavera excipere. D

tabula publice in basilica exposita,

84 « *Coloniensium traditionem complectitur tabula in templo* S. Ursulæ; *hisce versibus antiqui sæculi experientiam rei manifestat, et miracula templi prædicat.*

Ista legat civis, peregrinus et advena quivis,
Hæc tria non celet gens genti, sæpe revelet,
Quæ Deus ob memorem sacris concessit honorem
Virginibus, quarum caput Ursula, Christus earum
Sponsus, ut expresse declaret eas nimis esse
Munere magnorum claras magno meritorum.

Primum miraculum, quod alieni non possint hic sepeliri :

Primus honor talis, et gratia tum specialis,
Quod sacer hic vitat locus, et sibi nulla maritat
Corpora, dedignans aliena, solum sibi signans,
Septaque, quæ florum quondam data virgineorum
Sunt tumulis, temere tumulata nequit retinere
Funera quæcumque, [et] mira virtute, solumque
Projicit oblata; sunt hæc bis terque probata.
Testis ut esse solet Pipini regia proles, E
Nobilis istarum quam conventus Dominarum.

atque auctoritate Petrarchæ, Martini de Werdena, Lindani et Broweri.

85 « *Hanc traditionem suo confirmavit calculo circa anno* 1350 *Franciscus Petrarcha, cum Coloniæ sacras reliquias inspiceret; ita enim scribit* (3) : Vidi tot simul trunca membra sacrarum Virginum, et terram generosis dicatam reliquiis, ac degenerum, ut ajunt, cadaverum expultricem. *Initio sæculi superioris prodiit Ursulana historia typis Martini de Werdena, in qua res sic memoratur :* Ex quo in illo loco seu ambitu virginalis sepulturæ nemo usque hodie mortui cujusquam corpus ibidem valeat sepelire. Quod patet per quemdam puérum filium regis Britanniæ; quo mortuo, magna devotione affectavit pater hunc sepeliri in ecclesia undecim millium virginum; quo humato, omni mane reperiebatur tumba cum puero ejecta, et supra terram stans, quod in hoc sancto loco merito nullum cadaver requiesceret. *Lindanus vero Ruremundensis episcopus apud Baronium in notis ad* 21 *octobris hæc refert :* Hunc autem locum, ubi nunc visitur S. Ursulæ collegium virginum nobilium fuisse certaminis arenam, inde pii non imperite videntur adstruere, quod templi area nullum suscipit sepeliendum; imo F pueros recens baptizatos de nocte quasi evomens in superficiem rejicit visendos, cujus rei miracula narrant incolæ non rara, quæ non alibi temere inveniantur : *hujus viri auctoritas eo pluris facienda, quod Baronius ejus judicium præcipue de Ursulana sua narratione exquisierit, idemque de verbo ad verbum recitet. Favet ad annum* 451 *Christophorus Browerus, aliique veteres et recentiores.*

Conatur respondere objectionibus Fleieni.

86 « *Objicit D. Hermannus Fleien posse apud Machabæitas sepeliri alios. Sed alia est ratio loci hujus; alia basilicæ Clematianæ, cujus* tota templi area uni virginum memoriæ sanctione inviolata custodita est, *ut recte Browerus ait : in hac enim præcipui reges, episcopi, virgines : et totius sodalitatis duces* Cyriacus, Ursula, Ætherius *sunt funerati : paucula vero corpora et concisa fere mutilaque martyrum membra, cum sacro sanguine in exiguo S. Magdalenæ sacello condita : cujus cum angustiæ a Solino episcopo anno* 465 *laxarentur, ædificato templo augustiore, facile fuit sacras virginum reliquias certis in locis et honestioribus collocare, ut in reliqua satis ampla templi area fideles alii sepelirentur. Clematius*

(1) S. Ursula illustrata, pag. 476 et seqq. — (2) Lib. IV Dialog. cap. 55 et 54 — (3) Lib. VII epist. cap. 4.

vero,

A *vero, cum totius basilicæ suæ fundum oppletum cerneret tot sanctarum virginum reliquiis, et consuetudine receptum, ne quis alius ibi sepeliretur, forte et prodigiosa jam tum facta ejectione cadaverum* (*quam videtur* virtutem magnæ majestatis, *iterumque* basilicæ majestatem *appellare*), *addidit recte adjurationem, quam Deus postea sæpe ratam habuit, et tum imprimis, quando Pipini proles Viventia ibi sepulta est, quam terra rejecit. Nec ideo lividas dicemus sacras virgines : cuperent et ipsæ alia secum condi corpora, nisi voluntas obstaret Numinis, qui martyres potissimum eo loci multis et prodigiis et visis nobilitati voluit celebrari, et eorum sacras exuvias secernere ab aliis, ut, cum ex fida S. Elisabethæ revelatione liqueat, cunctas aliquando orbi manifestandas, facilius veræ reliquiæ ab aliorum corporibus distinguantur.* » *Hæc Crombachius.*

Verum Crombachii argumenta, petita ex experientia et traditione, nequaquam solida sunt;

87 *Verumenimvero universa hæc oratio nil omnino evincit. Si enim, ut consentit Crombachius observata fuit lex, præstituta a Clematio* (*de qua tamen vide quæ diximus num.* 1, 7 *et* 8;) *quid ergo experientia disci potuit sepeliri ibidem non posse cadavera? At etiamnum servatur in* S. Ursulæ *templo mausolæum, columnis supra terram elevatum, in cujus altero*

B *latere legitur* (1) :

CLEMATIUS HOC TEMPLUM Aº 462 RESTAURANS
IN EO ALIORUM CORPORUM SEPULTURAM SUB PŒNA VETUIT

in altero :

VIVENTIA BIS HIC SEPULTA TOTIES A TERRA
EJECTA MODO HOC MAUSOLÆO INCLUSA

in fronte tandem : Aº 644

Verum id recentioris esse ævi supra num. 9 *vel ex solis annis incarnationis collegimus, sive romani sive arabici numeri adhibiti fuerint; quod suadetur quoque siglis Aº, non ita pridem in usum invectis. Neque difficile scitu est, unde hæc opinio orta sit Viventiam bis ibi sepultam toties a terra ejectam fuisse. Quum enim populus cerneret mausolæum id columnis supra terram elevatum, neque intelligeret id ad beatificationis rationes pertinere, et Clematii titulum ita interpretaretur ac si nemo ibi sepeliri posset, quamquam ab hac communi lege* exceptas *ille voluit* virgines (*quibus intelligendas esse moniales illic habitantes supra num.* 1 *diximus*); *pronum erat ut* (*quum vulgus res sanctorum, etiam maxime ordinarias, vix sine prodigiis et miraculis esse posse sibi persuadeat*) *corpus id e terra semel et iterum propulsum fuisse*

C *diceret. Reliqua omnia quæ afferuntur nil aliud indicant nisi quod jam sæculo* XIV *narraretur nulla cadavera humari posse nec terra recipi in agro Ursulano; dum sæculo* XI *auctor Passionis,* Regnante Domino *et alterius non multo dissimilis, quæ in codice ms. Vallis Lucentis reperta est, satis habuerit scripsisse* pro consuetudine sacramentum inolevisse, ut intra ambitum virginalis sepulturæ nemo usque hodie cujuscumque mortui corpus audeat sepelire. *Unde prodiit popularis illa narratio quod nulla ibi ante sepulta erant corpora, aut postea sepeliri potuerant. At hæc ne admittebatur quidem ab iis, qui toti in effodiendis erant sanctarum virginum corporibus : ut enim inferius videbitur, habebantur sacra corpora aliis intermixta et certis indiciis recognoscenda : de qua re plura occurrent testimonia.*

neque traditio de basilica erat, sed de agro Ursulano, utut pugnans cum quotidiano usu.

88 *Neque hæc traditio ad solam basilicam sanctarum virginum spectabat, ut innuere videntur Crombachius et R. D. Vill* (2); *multo minus alibi non fuisse sepulta defunctorum corpora quam prope paræciale templum S. Mariæ ad Indulgentias, ut idem R. D. Vill* (3) *perhibet; sed, quemadmodum ex his ipsis locis, quæ supra cum Crombachio recitavimus, planum est totum agrum Ursulanum ita sacrum esse habitum ut nulla præter sanctarum virginum corpora ferre crederetur. Et sane, nisi hæc ita fuissent mente concepta, quam auctoritatem habuisset, quod hinc promebatur argumentum, ad demonstrandum corpora, non in basilica tantum, sed in universo Ursulano agro condita,* S. Ursulæ *comitum fuisse? Profecto hæc erat vulgaris opinio. Neque hoc mihi mirum quod invaluerit; sed id pæne incredibile,* (*nisi experientia quotidiana doceret quam creduli sint homines et ad vulgares narratiunculas examinandas pigri,*) *perstitisse hanc opinionem, licet in monasterio Machabæorum, quæ potior fere pars agri Ursulani habebatur, sæpius sepelirentur cadavera. Hermannum Fleien testem hujus rei adducit ipse Crombachius; audiatur et Erhardus Winheim, Carthusianus* (4) : Sciendum pro colophone quod Colonienses post SS. Virginum funerationem in tali honore non diu post erectam basilicam habuerint, ut nullius mortui corpus (*exceptis virginibus*) ibidem umquam sepelierint; quod dum imperiti ignorant, videntes tot mausolæa persuasum sibi habent, quasi templi area, SS. Virginum cruore purpurata, nullum suscipiat sepeliendum; immo pueros re- E
center baptizatos, de nocte, in superficie terræ visendos, rejiciat; quos in dictis mansolæis (in quibus corpora certarum virginum repausant) asservari putant : quod et ipse olim credidi. Sed stare non posse inde colligi potest, quod in ecclsia Machabæorum, in qua magno quoque numero ex societate SS. Virginum corpora reperta, inde ab initio passionis coluntur, quotidie adhuc Christi fideles, quos tamen certaminis arena non evomit, sepulturæ mandantur; ita ut fidem meam pro obside interponere ausim virgines illas non tam lividas, ut in Domino obdormientes, regni Dei cohæredes, confratres et consortes, multo minus modo genitos a suis cubilibus excludant. *Hæc ille. Profecto pudet me his tamdiu inhæsisse; sed quum hæc fabula omnem nondum amiserit auctoritatem, nemo me jure reprehendet quod eam iterum ad examen revocarim.*

AUCTORE V. D. B.

§ VIII. De elevatione et translatione corporis S. Ursulæ. Aliæ translationes ante sæculum XII. F

Volunt S. Ursulæ *corpus translatum fuisse a S. Cuniberto;*

Quum itaque falsum sit nulla umquam in Ursulano agro præterquam sanctarum virginum sepeliri potuisse aut sepulta esse cadavera, ex certis indiciis distinguenda fuerunt ea quæ de pio comitatu erant; et quidem horum indiciorum rationem habitam fuisse videbimus, dum elevationum, quæ factæ fuerunt, perlustrabimus historiam. Quando autem primum cœpta sint sanctarum virginum supra terram elevari corpora, nullis antiquis documentis constat; verisimile tamen id esse factum, quum Clematius restituit basilicam; et certe aliquot jam supra humum elevata erant sepulcra sæculo VII *ineunte, quum, ut ex S. Cuniberti Vita jam intelleximus, columba, quæ hujus pontificis, sacris operantis, capiti insederat,* juxta tumulum cujusdam virginis *ab omnium oculis elapsa fuerit. Tunc itaque exstabat jam et eminebat tumulus* cujusdam virginis; *quæ dictio innuit alios*

(1) Vill, Guide dans l'Église de Sainte Ursule à Cologne, pag. 25. — (2) Ibid. pag. 29. — (3) Ibid. pag. cit. — (4) Sacrarum Agrippinæ, pag. 106.

quoque

AUCTORE V. D B.

quoque similes tumulos ibidem tunc exstitisse. Quænam autem sit virgo, juxta cujus tumulum elapsa est columba, in S. Cuniberti Vita omittitur. Volunt S. Ursulam *esse; et idcirco nonnumquam ejus beatissimæ virginis imaginibus et statuis apponitur columbæ figura; quam avem cernere etiam est in mausolæo, quod Joannes Crane in basilica sanctarum virginum collocandum curavit : de quo diximus supra num.* 17. *Equidem refragari huic sententiæ non ausim, non quod moveor inscriptione quadam alterius sepulcri, qua Crombachius* (1) *ostendere conatur reapse suo ævo adhuc exstitisse vetustum illum tumulum, brevi post intra mausolæum, Cranii donum, includendum : hæc enim inscriptio multo recentior est quam ut fidem faciat : sed carminibus, inscriptis tabulæ juxta id sepulcrum affixæ, vim et auctoritatem inesse arbitror; quippe quæ, etsi non coæva, medio tamen sæculo* XII *antiquiora videantur, quo alteri corpori affinxerunt* S. Ursulæ *nomen, contendentes hanc beatam virginem prius e terra non fuisse levatam.*

et quidem ita traditur in vetusta tabula

90 *Refertur autem iisdem priori loco miraculum de cadaveribus e terra propulsis, dein hæc memorantur*:

B

Post illud signum sequitur memorabile dignum,
Ut manifestetur Deus, indeque magnificetur,
Dum foret incerta cunctis novorumque reperta
Ursula, quæ tumba niveo candore columba
Sic tua monstravit, hoc ordine, sicque probavit,
Cum sacer innumero populo, præsenteque clero
Præsul in istarum Cunibertus relliquiarum
Æde sacra staret, Missæque sacrum celebraret
Officium, celeri volatu nuncia veri,
Ecce columba viri recipit se vertice, miri
Splendida candoris, rediens et iens tribus horis,
Post medium tandem populus videt omnis eamdem
Condere se pulchro, quo quondam sancta sepulcro
Ursula membrorum loculum sortita sacrorum
Delituit, toto dubio scrupuloque remoto,
Indicio certo, mandato corpus aperto
Præsulis extrahitur loculo regale, venitur
Ad tumulum, legitur nomen cum re reperitur.
Quas populus gaudens, clerusque Deus sibi plaudens,
Mente pias hilari laudes dat nescio fari.
Hinc opus exstruitur auro, gemmisque politur,
Cella beatarum custos bona reliquiarum.

C

et confirmatur festivitate quæ olim 28 *Januarii in hujus translationis memoriam agebatur :*

91 *Secundum hæc itaque carmina, quum in sanctarum virginum basilica nonnulli eminerent tumuli, qui quarum singuli essent nesciebatur, quumque prodigii loco habitus fuisset columbæ volatus* (*quem naturalem etiam esse potuisse nemo non videt; nam quod additur :* Post medium tandem populus videt omnis eamdem condere se sepulchro *a S. Cuneberti Vita abest*)*; quum hæc, inquam, stuperent omnes, mandavit sanctus Cunibertus loculum aperiri, in quo invenit corpus cum apposito* S. Ursulæ *nomine. Extrahi has sacras exuvias jussit sanctus præsul:*

Hinc opus exstruitur auro gemmisque politur
Cella beatarum custos bona relliquiarum.

Neque ego hæc negare ausim, quum de hac translatione olim Coloniæ festum actum sit ad 28 *Junuarii; quæ res tanto majoris ponderis est, quo minus timendum videatur ne orta sit hæc solemnites ex translatione alterius corporis,* S. Ursulæ *attributi. Hæc enim posterior translatio ex ordinatione Hartberni, Tuitiensis post Gerlacum abbatis, celebrabatur die* 4 *Julii, ut inferius explicabitur. Festivitas porro, quæ* 28 *Januarii solemnis erat, in editione Usuardi Lubeco-Coloniensi, in Greveniana et in aliis nonnullis recentioribus, quas ad dictam diem inter Prætermissos in opere nostro videre est, legitur* (2) : Apud Coloniam Agrippinam, translatio S. Ursulæ reginæ (*Grevenus* : virginis) et sodalium ejus undecim millium virginum et martyrum, quæ facta est per sanctum Cunibertum, Coloniensis civitatis archiepiscopum; *ejusdemque festivitatis meminere Gelenius* (3), *Crombachius* (4) *aliique. Re quidem vera eorum ætate jampridem interierat, atque in illis martyrologiis verisimiliter annotata tantum fuit, quod scribæ eam in antiquioribus reperissent. Sed quid mirum id non multo post medium sæculum* XII *perstitisse? Nonne cum translatione, a Gerlaco abbate facta, pugnabat omnino?*

D

92 *Cura scilicet* domini Gerlaci, abbatis *Tuitiensis seu potius fossorum opera* inventus *immo fictus* est *anno* 1155 *aut paulo post* titulus S. Ursulæ reginæ, beatissimæ virginis, *cum hac epigraphe :* SANCTA URSULA REGINA (5); *cui appositum fuisse corpus affirmabant operarii, idque pro more extulit Theodoricus ædituus. Porro quantam admirationem hæc inventio crearit compluribus, quum in feretro aureo jam sanctæ* Ursulæ *corpus servarent canonissæ sanctarum virginum, quotusquisque facile intelligit. Et quidem seligendum videbatur inter vetus et novum corpus; neganda translatio, facta a S. Cuniberto et annua memoria celebrata, vel inter figmenta habendi tituli continuo a fossoribus oblati. Dum itaque animi suspensi essent Gerlacus suique, itum ad S. Elisabetham Schonaugiensem, quam divinitus destinatam arbitrabantur ad dubia omnia solvenda. Hæc quam primum* S. Veneram, *sibi apparere solitam, hac de re sciscitata est; quod vero acceperit responsum his consignavit ipsa num.* 17 *Revelationem verbis :* Sed nec hoc silendum quod cum de corpore ipsius B. Ursulæ eam interrogassem, dixit : Non est levatum corpus ejus umquam super terram nisi in diebus istis; et vere illic est, ubi servatur superscriptio ejus. *Et quum hæc fidem paulatim invenirent apud ipsas canonissas sanctarum virginum, debuit profecto oblivioni tradi prior translatio; adeo ut mirabile esset inscriptionem, versibus conceptam, non fuisse abolitam, sed servatam, nisi quæ publice proposita sunt difficilius amoverentur.*

quæ res maximi ponderis est, præcipue quod ob fictos titulos alia translationis festivitas sæculo XII *instituta est.*

E

F

Exceptiones Crombachii refutantur. Corpus et caput genuina S. Ursulæ *adhuc sunt in ejus basilica Coloniensi.*

93 *At quid de his Crombachius?* Potuit, *inquit* (6) caput *a S. Cuniberto* fuisse sepulcro exemptum et pretiosis decoratum ornamentis; corpus vero, carne tunc nondum forte redacta in cineres, relictum esse videtur. Sepulcrum S. Ursulæ, licet a S. Cuniberto cognitum cælitus, longa tamen sexcentorum annorum serie et ob crebras vastationes, Longobardorum, Hungarorum et aliorum populorum ignorari potuit, uti S. Gereonis. Inde S. Elisabetha divinitus didicit eum ipsum tumuli S. Ursulæ locum esse, in quo titulus ejus sepulcralis inventus est; quem a S. Cuniberto olim inspectum, repositum fuisse suspicor. *Sed nil harum conjecturarum stare potest. In veteri enim tabula non legitur* caput *e loculo extractum, sed :*

..... Mandato CORPUS aperto
Præsulis extrahitur loculo regale.

Præterea sæculo VII *ineunte nondum moris erat in Occidente* (*de Oriente non loquor*) *sanctorum membra separare; quemadmodum jam docui alibi* (7), *frustra contradicente R. D. Pitra* (8). *Præterea*

(1) S. Ursula vindicatæ, p. 483. — (2) Sollerius, Usuardi Martyrologium, pag. 67. — (3) De Coloniæ Magnitudine, p. 665. — (4) S. Ursula illustrata, pag. 483 et 884. — (5) Vide infra catalogum titulorum. — (6) Crombach. pag. 741; cfr pag. 483, 487 et 775. — (7) Acta SS. tom. VII Octobris, pag 824. — (8) Études sur la collection des actes des saints, pag. 146.

quod

A *quod a S. Cuniberto repertum traditur corpus, id in ipsa basilica sanctarum virginum tumulo clausum erat; contra quod sub annum* 1156 *detectum volunt, repertum est cum aliis multis in subdiali cœmeterio* secus muros urbis Coloniæ, *in loco ubi* per multa tempora jacuerant sine honore sub pedibus hominum et JUMENTORUM, *quemadmodum loquitur ipsa S. Elisabeth, num. seu cap.* 2 *Revelationum. Quid vero tum egerint sanctarum virginum moniales altum est apud historicos silentium : abjecerintne quod prius servabant* S. Ursulæ *corpus, an novum adhiserint; passæne sint hoc alio transferri, an vero in suam receperint ecclesiam : hæc totidem prima specie ænigmata videntur. Recensentur enim a Crombachio* (1) *quatuordecim* S. Ursulæ *corpora aut capita variis in locis religiose habita; et quidem in templo sanctarum virginum* S. Ursulæ *reginæ, universo agmini præfectæ, corpus in tumba olim argentea, nunc ex ære deaurato custoditur, caput vero in capite argenteo, ditissimo diademate circumdato, et simul ibi habetur alterius* Ursulæ, *quæ et regina quoque et prioris* Ursulæ *neptis dicitur, caput, olim clausum*
B *sacrophago lapideo dein capite argenteo* (2).

Moniales admiserunt caput non genuinum, sed ideo neque vetus corpus, neque caput abjecerunt : quam difficulter etiamnunc abjiciuntur pseudonymæ reliquiæ.

94 *Verumtamen, si consideremus moniales sanctarum virginum partem habuisse nullam in effossionibus quas curabat Gerlacus abbas, neque ad earum basilicam ulla tunc translata fuisse corpora, non possumus in eam non abire sententiam moniales illas nil initio motas fuisse ea quæ prædicabatur sanctæ* Ursulæ *inventione; quin etiam eas ex eorum fuisse numero, quibus retecti tituli habebantur figmenta et S. Elisabethæ revelationes mera somnia; tanto facilius id esse factum quo acrius eas increparit pia virgo, cujus epistolam supra num.* 63 *dedimus; easque proinde perrexisse vetus venerari* S. Ursulæ *corpus et novum libenter permisisse Tuitiensibus monachis. Neque hæ nudæ sunt conjecturæ. Die* 4 *Julii a temporibus Hartberni, Gerlaci successoris, peragebatur quotannis* Tuitii translatio S. Ursulæ virginis et martyris, *ut loquitur Theodoricus Tuitiensis cœvus* (3), *seu celebrabatur* in monasterio Tuitiensi super littus Rheni, translatio quarumdum reliquiarum sanctæ Ursulæ virginis et reginæ de civitate Colonia, *ut in Usuardo Greveni et Lubeco-Coloniensi* (4), *necnon apud Crombachium legitur* (5); *quam solemnitatem, quod in ea partem habuerat nullam, plane ignorabat sanctarum virginum basi-*
C *lica. Præterea difficillime abjici veteres reliquias quis ignorat? Quum enim medio sæculo præterlapso ab omnibus fere agnitum sit atque ab ipso Benedicto papa XIV* (6) *palmas, tumulis inscriptas, neque esse, neque unquam fuisse sincerum martyrii indicium, ubi locorum iterum terræ mandata sunt e catacumbis Romanis olim eruta cadavera et sacrarum reliquiarum loco passim exposita? Et quum mense martio anni* 1843 *R. P. Marchi detexit tumulum S. Hyacinthi, martyris Romani, integrum adhuc et bene clausum, cum hac epigraphe :*

DP. III IDVS SEPTEBR
YACINTHVS
MARTYR

et probe ostendisset S. Proti sepulcrum a Leone IV apertum fuisse et caput translatum in basilicam SS. Quatuor Coronatorum (7); *quæ, quæso, Italiæ, Galliæ et Germaniæ civitates, sanctorum Proti et Hyacinthi corporum et capitum possessione olim gloriantes (sunt autem complures), eadem deinde seposuerunt et iterum inhumarunt? Nullæ profecto.*

AUCTORE V. D. B.

Decepti item Tuitienses monachi et S. Martini Tornacenses. Ara, ad quam sacra fecit S. Cunibertus, diu superstes.

95 *Tuitienses itaque, falsis titulis delusi, suum* S. Ursulæ *corpus servarunt; quin etiam anno* 1170 *ejus partes aliquot communicarunt cum monachis S. Martini Tornacensibus, qui hujus translationis memoriam celebrabant die* 6 *Junii, ut ex antiquo hujus asceterii Martyrologio docet Crombachius* (8); *ex altera vero parte sanctarum virginum moniales perrexere venerari, quod a S. Cuniberto retectum fuerat,* S. Ursulæ *corpus; quod testatum est vel hoc solo, quod veterem tabulam* (*de qua supra*) *caute retinuerunt; quamquam aliquando cessarint translationem, a S. Cuniberto factam, festive celebrare, atque etiam nonnulla receperint corpora, aliunde non nota quam ex malefidis titulis et revelationibus : non enim logicæ apices observare solent homines in rebus agendis. Quocirca nullus dubito* (*quantum in hoc rerum genere veritatem investigare licet*), *quin corpus, in tumba ærea deaurata Coloniæ clausum, et caput, pretiosa corona circumdatum, veræ et genuinæ sint* S. Ursulæ *reliquiæ, olim a S. Cuniberto retectæ et ex apposito nomine cognitæ. Coronidis loco hæc ex Crombachio* (9) *adjecerim :* Ara quidem, ad quam S. Cunibertus sacris operatus est, mille stetit ad E ætatem usque nostram annis, ad initium, choro in medio : sed arcuato diligenter opere, clatris etiam ferreis undique circumsepta, mensa tamen altaris amota, rei vero gestæ series in muro veteri expressa videbatur. Sed ara principe recens a reverendissimo D. Georgio Paulo Stravio Joppensi episcopo, proepiscopo Coloniensi, sumptuosissimo opere constructa, cum prospectum in chorum et aram primariam vetusta moles impediret, eam dejicere visum est capitulo : ruderibus tamen aræ Cunibertinæ reliquis stantibus, et ara nova priori adsita, S. Cuniberto ad rei memoriam ab eodem episcopo Joppensi consecrata, ne rei gestæ memoria sepeliretur : ideoque eidem aræ S. Cuniberti sacrificantis effigies imposita cum columba visitur.

Transferuntur ante medium sæculum IX *sanctarum virginum corpora in insulam Batavicam; item transfertur corpus* S. Pinnosæ *et aliarum.*

96 *Ante medium sæculum* IX *alia quoque translata fuisse SS. Virginum corpora ex Sermone in Natali, quem ante id ævum scriptum fuisse toties jam adstruximus, manifestum est; neque translata tantum et intra ambitum basilicæ Coloniensis servata, sed asportata in insulam Batavicam. Scriptor enim illius Sermonis, de hujus insulæ incolis loquens, hæc adhibet verba :* Apud quos pleraque loca sanctis his cernuntur honorata simul et illustrata reliquiis. *Præterea ante annum* 889 *seu saltem* 891, *intra quod temporis spatium calendarium Assendiense scriptum fuisse jam diximus, translatum certissime fuit* S. Pinnosæ *corpus, quum kalendario illi ad ultimam Februarii diem inscribatur* translatio S. Pinnosæ (10); *quæ solemnitas quoque nulla addita explicatione annotatur in Greveni Usuardo, in Wallasseri Martyrologio Germanico, vulgo Canisiano nuncupato, et in catalogo sanctorum generali Ferrarii; in sacris autem et piis fastis Agrippinensibus Gelenii* (11) *his annuntiatur verbis :* Translatio S. Pinnosæ virginis et martyris ex societate S. Ursulæ; *sed nuspiam annotatur quo translatum fuerit id corpus : atque ego vix dubito quin hæc translatio sit mera super terram elevatio : sæpe enim* translationis *nomine vocari hanc celebritatem, qua sanctorum exuviæ feretris imponuntur aut in mausoleo super humum eminenti collocantur, complures demonstrarunt, et quidem ex*

(1) S. Ursula illustrata, pag. 757. — (2) Ibid. pag. cit.; Vill, Guide dans l'Église de Sainte Ursule, pag. 52, 54 et 58. — (3) Ex ms. codice. — (4) Sollerius, Usuardi martyrologium, pag. 381. — (5) S. Ursula illustrata, pag. 885. — (6) De beatificatione et canonizatione SS. lib. IV, part. II, cap. 72, num. 26, edit. 1788. — (7) Monumenti delle arti christiane primitive, pag. 258 et seqq. — (8) S. Ursula illustrata, pag. 885. — (9) Ibid. pag. 484. — (10) Binterim, Kalendarium ecclesiæ Germanicæ Coloniensis sæculi noni, pag. 13. — (11) De Coloniæ Agrippinensis Magnitudine, pag. 673.

his

AUCTORE V. D. B.

his, quæ præcedenti paragrapho de S. Ursulæ *corpore vidimus, id facile colligere est. Quo tempore translatio illa seu elevatio sit facta nuspiam traditur. Putem intra temporis spatium, quod inter scriptum Sermonem in Natali et Calendarium Assendiense effluxit. Licet enim illius auctor, quod forte eam apud Britannos sub* Vinnosæ *nomine celebrem repererat, præclare celebret, nullam tamen de ejus translatione mentionem facit. Hæc scilicet solum tradit :* Inter quas inclyta et insignis fuisse asseveratur regis Britannorum filia, ab illis Vinnosa, a nostris Pinnosa nuncupata : hanc omnes virtute et pietate experimentis assiduis edocti cognoscimus. *Et quidem, quum singulares hæ laudes* S. Pinnosæ *datæ fuerant, pronum erat ut quam primum e tumuli tenebris in apertam lucem educerentur ejus reliquiæ. Utut id est, certe id factum ante annum* 891. *Ubi vero ejus nunc sit corpus, quis dixerit? Complurium* Pinnosarum *corpora in ecclesiarum thesauris servantur; sed hæc morari nos non debent, utpote afficta nomina. Benignius judicium ferendum videtur de capite, quod integerrimo capillitio et non ingrato odore olim in hierotheca, quæ hermæ formam habebat, in monasterio S. Martini*
B *Majoris (de quo plura in tomo VII Octobris in Commentario de S. Eliphio disputavimus) servabatur* (1).

97 *Quandonam autem præter corpora in insulam Batavicam delata, necnon* SS. Ursulæ *et* Pinnosæ, *alia novem, quarum nomina sæculo* IX *cognoscebantur, e sepulcris deprompta fuerint, quæri potest. De hac iterum translatione nulla uspiam exstat memoria; verumtamen, ut verisimile est earum sepulcra supra humum exstitisse in basilica Clematiana, sic quoque probabile est earum corpora ex iisdem fuisse sublata saltem ante initium sæculi* XII; *quandoquidem anno* 1115, *ut paulo infra videbitur, Weissenburgum aliquid ex corpore* S. Saulæ, *unius* de undecim, *translatum sit, et anno* 1117 *altare consecratum sit in S. Trudonis monasterio insertis sepulcro particulis* de reliquiis sanctarum undecim virginum (2); *quibus verbis significari videtur aliquid de singularum corporibus usurpatum fuisse : sed nolim his immorari, quum fere conjecturæ rationem habeant. Usque ad iniens sæculum* XII *alia omnia sepulcra (si excipias quæ corpora continebant jam pridem ante delata in Bataviam) omnino intacta videntur esse relicta. Nulla saltem de earum aperitione exstat memoria.*

C

§ IX. Corpora inventa anno 1105 et sub annum 1143 Walciodorum translata.

Anno 1105, *dum occasione belli inter Henricum IV ejusque filium Henricum V Colonienses civitatem suam munirent, retecta sunt aliquot sanctarum virginum corpora,*

Hoc eodem sæculo XII *vix incohato, cœpta sunt corpora e cœmeterio effodi et in alias ecclesias transferri; quam secundam translationum appellabo seriem. Hujus autem rei hæc fuit occasio. Paschalis papa II renovarat die* 2 *Aprilis anni* 1102 *excommunicationis sententiam, jam antea in imperatorem Henricum IV latam. Quam occasionem ejus filius, Henricus V deinde dictus, pertæsus regii tituli, lucro sibi apposuerat ut imperatoria corona caput cingeret. Absolutis itaque festis natalitiis anni* 1104, *e Bavaria Romam miserat legatos, qui nomine suo schisma* D *abjurarent seque absolvendum curarent juramento quo patri se devinxerat. Continuo post collegerat copias, patrem adoriturus. Verum hic a suis desertus, in Bohemiam confugerat atque hinc in inferiorem venit Lotharingiam et mense Novembri et Decembri anni* 1105 *Coloniæ resederat aliquandiu : ubi dum moraretur, cives novis fodiendis vallis exstruendisque muris operam aliquam dederunt. Brevi pacis iciendæ spe ductus convenerat Henricus IV filium; sed ab eo in carcere fuerat conjectus. Hinc feliciter aufugerat, venerat Coloniam, dein Aquisgranum, Leodium, et congregatis quotquot potuerat militibus, post festa paschalia anni* 1106 *Coloniam redierat,* Colonien-sibus, *ut loquitur Sigebertus* (3), fidem imperatori servantibus, at eorum archiepiscopo (*Friderico I*) filium imperatoris contra patrem suum animante. *Continuo* urbem vallo et fossis munit *Henricus IV, ut legitur in Chronicis regiis S. Pantaleonis* (4); *et post incohatum Julium mensem advenit cum exercitu Henricus V* (5). *Verum, licet obsessio tres durarit hebdomades* (6), *Colonia obsessa oppugnatur, nec tamen expugnatur* (7). *Cessavit paulo post id bellum, Henrico patre vita functo Leodii die* 7 *Augusti ejusdem anni* 1106. *Qui plura volet adeat præstantissimam historiam Limburgicam R. D. Ernst* (8), *doctissimis curis cl. v. Eduardi Lavalleye editam. Porro dum autumno anni* 1105 *vallo et fossis civitatem suam munirent Colonienses, detecta fuerunt tria corpora sanctarum virginum Coloniensium, deinde Walciodorum *, olim insignem diœcesis Na-* E *murcensis abbatiam, translata.* * Waulsort.

99 *Quis hujus rei historiam scripserit, accipe ab auctore coævo Chronici Walciodorensis. Hic de Widrico agens, qui ab anno fere* 1101 *ad* 1129 *abbatiale pedum tenuit* (9) : In diebus ejus, *inquit* (10), florebat ecclesia præsens arcta religionis censura et rerum temporalium affluentia; cujus fama tacti sapientes et litterati viri undique conveniebant jugo levi obedientiæ colla submittere... Hujus gustata suavitate dulcedinis, magister Wilbaldus et magister Richerus sine ulla deliberationis mora præfatum abbatem adeunt, atque illi æstus suos confitentes, consilio ipsius vestem cum spe priori mutant, religionemque sub eo profitentur. Exstant magistri Richeri penes nos præclari monimenta ingenii in opusculis quæ de translatione corporis martyrum Candidi et Victoris, et sanctarum virginum Coloniensum edidit. *Posterioris translationis* F *descriptionem in antiquo Ms. codice, quem Petrus Poilnache, ibidem abbas, Rayssio exhibuit, et qui Walciodorensis cœnobii originem referebat, legit Duacensis ille canonicus; qui et exemplar Athi in Hannonia impressum vidit* (11) : *quæ omnia annotare libuit, quoniam in historiis literariis omittuntur. Porro ecgraphum Richerii scriptionis habemus,* IX *Kal. Januarii anni* 1612 *in Hasteriensi cœnobio absolutum, et olim ad decessores transmissum a Gamansio. Id hoc loco describemus, quod Athensis editio periisse videtur et primæ translationis coæva historia est. Titulus sequens est, nisi quod initio præponitur* incipit, *et auctor non designatur. Quæ uncinis [ ] inclusa sunt a scriba interserta fuere; italico charactere glossas nostras distinximus.*

quæ sub annum 1129 *Walciodorum translata sunt. Hanc translationem descripsit Richerus monachus.*

(1) Gelenius, de Coloniæ magnitudine, pag. 377; Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 754. — (2) Chronicum Trudonense, lib. x ad finem ap. Dacherium, Spicilegium, tom. II, pag. 697, edit. 1723. — (3) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VI, pag. 371. — (4) Ap. Eccardum, Corpus historicorum medii ævi, tom. II, col. 924. (5) Cfr Annalista Saxo, ap. Eccardum, tom. II, col. 612. — (6) Chronica S. Pantaleonis, ap. Eccardum, tom. II, pag. 924.— (7) Sigebertus, loc. cit.—(8) Histoire du Limbourg, tom. II, pag. 191-222. — (9) Gallia Christiana nova, tom. III, col. 573. —(10) Dacherii Spicilegium, tom. II, pag. 725, edit. 1723.—(11) Auctarium ad Natales SS. Belgii, pag. 223 et 224.

A

TRANSLATIO

Trium corporum sanctarum virginum Coloniensium e numero undecim millium,

Auctore magistro Richero Walciodorensi monacho.

AUCTORE RICHERO WALCIODORENSI.

Dum anno 1105 Colonienses munirent suam civitatem, duæ virgines nuntiant sua corpora et episcopi brevi repertum iri.

Quum anno Domini millesimo centesimo quinto, in Coloniam Agrippinam bellum a nobili quodam, (*tacet nomen Henrici V, quod adhuc viveret,*) patrem suum cæsarem persequente, pararetur; illius universitatis incolæ, obsidionem formidantes et præcaventes, ad urbis tuitionem portas muniunt, muros exaltant, vallo vallum adjiciunt. Cumque rustica manus, a civibus conducta, muri ambitum sine reverentia fodiendo vallarent; eis extemplo venusti ornatus incredibilisque speciei duæ mulieres habitu apparuere, dulcique affatu cautius fodiendum dixere, glebasque illas decentius amovendas. A quibus tantæ auctoritatis quænam forent feminæ sciscitati sunt. Nos, inquiunt, ex undecim millium virginum collegio sumus, circumcirca quiescentium, nostrumque ductorem ac episcopum in medio nostri tumulatum vobis nuntiamus, post modicum temporis inveniendum. Quibus prolatis, disparuere. Statim itaque fodientium turbam perculit rumor, ac per operum magistros fama divulgabatur : sanctas scilicet virgines in quibus non sperabatur locis delitescere, suique spiritus apparitione tumulos suaque membra sui alloquii obtestatione revelasse. Ab omnibus sexus utriusque, ordinis et ætatis ad tantæ rei novitatem concurritur. Deus in sanctis suis cunctorum ore mirabilis acclamatur, ac summis laudibus attollitur; harum denique patrocinium, ut ab imminenti urbis obsidione subveniant, obsecratur. Preces quoque suas exauditas fuisse creditur, quia tunc liberatam ab excidio, absque suæ partis pe-
C riculo aut sanguine, urbem, haud beneficii immemores, usque hodie commemorant.

Reliquiæ aliquot, a presbytero sumptæ, sæpius miro lumine coruscant et corpus reperitur sanguine adhuc rubens.
** lege* profuturum.

II Fides denique in miraculorum ostensione adhibetur : nam ecclesiæ beati Cuniberti, quæ operi contigua erat, vitæ commendabilis presbyter exstitit, qui hora vespertina, collaborantibus se ingessit, et quod occurrebat, quamvis modicum de sanctarum virginum pignoribus aut reliquiis, humili devotione sibi suisque profuturas *, domum retulit. Sed quia pro brevi temporis spatio, quas de sanctis collegerat reliquias, congruo cum honore locare, ut decebat, nequivit; secus beati Cuniberti scrinium ibidem quiescentis posuit, ut postera die decentius eas reponeret. Inde amotus, domesticis parere rebus studens, subito lumen miratur succensum et per manus suas illico extinctum; ac tertio ecclesiam præfatam repetens, iterum lumen tertio ardens ut intuitus est, expavit; illudque divinitus accensum credens, ac ipsarum meritis deputans, pie omnibus mirandum istud postea aperuit. Fuit denique inter sancti Cuniberti presbyteros sanctarumque virginum sanctimoniales non parva pro eisdem reliquiis contentio. Hæ enim reddendas sibi acclamabant, quia ipsarum sodalium corpora in sua continebantur ecclesia. Illi autem sibi eas assumere conabantur, quia infra suæ ecclesiæ terminos reperiebantur. In ipso itaque tam devoto litigio, dum reficiendi gratia fossores ad propria remeassent, monialibus relatum est aliquid compacti instar sarcophagi in fovea apparere, indeque reliquias sine difficultatis molestia extrahi posse. Tum læto sanctimoniales excitæ nuntio, præfato presbytero cum cruce præcedente, ac cereis, aliisque quæ tam sanctis congruunt obsequiis, eo festine venerunt; fractoque diligenter sarcophago, id, quod interius erat, sacro cum corpore, quod adhuc recenti rubebat sanguine, reppererunt et ad sanctarum ecclesiam virginum asportarunt, sanctimonialibus cum himnis et canticis devote sequentibus, illudque in condigno loco deposuerunt. Haud omittendum existimavimus, quod, cum præfatus presbyter manus suas ablueret (quippe qui reliquias cunctis qui aderant intuentibus contrectaverat), de manibus ejus defluebat quasi unda sanguinis. Miraculum succedebat miraculo, gaudium continuabat gaudio. Quid autem eis, qui ossium aut cinerum portiones sustulerunt, contigerit Domino Deo favente, aperiemus.

Femina sanitati redditur postquam restituit abreptas reliquias.

III Femina quædam diuturnæ imbecillitatis fatigata anxietate, de eisdem, dum forte foderentur, reliquiis subripuit : sperans vel sic sospitatis subsidium se adepturam. Eas vero dum in loco non decenti collocasset, puellam quamdam in somnis sibi astare conspexit, monentem ac minantem, nisi reliquias, apud se non decenter locatas, amoveret, optatæ salutis gaudia minus adepturam fore. Quæ a somno excitata, jussioni statim parere studuit, diuque amissam sanitatem cum gaudio recepit.
E

Suevus, qui reliquias etiam sumpserat, non potest porro pergere, priusquam eas restituit.

IV Quidam Alemanniæ gentis, Sueviam, natale repetens solum, cum multa stadiorum spatia per silvam, inclinato jam ad occasum sole, transegisse gauderet, retrogrado fessus itinere, qua intraverat parte, se in frustrato reperit labore. Cumque se delusum ignoto semitarum orbe crederet, iterato conamine alia notiori via repatriare maturat, tribus continuis diebus, ignorans sibi divinitus fieri itineris obstaculum ob sanctarum reliquias inique præsumptas. In se tandem reversus, (quia singulis diebus, vergente ad occasum die, mœreret se advenisse quo nollet,) sacrarum virginum templum, sui spiritus angore victus, ingreditur, reatum pandit, furtum aperit, ultro sublata reddit, liber sic abiit, nulla ulterius obviante itineris gressuumque difficultate.
F

Navis a naufragio liberatur, quum Anglus, similiter reliquiarum fur, spopondit se eas Coloniam relaturum.

V Alter denique, Anglus natione, ad littora maris descendens, navim scandit paratam; sed excitata ventorum procella, motu maris conteri navis periclitabatur, adeo sævissima tempestate orta, ut nec ad aridam navigare, nec ancoram ad sistendum figere possent. Ita navi undique crebra fluctuum collisione quassata, jam vita functos crederes. Anglus autem ille, velut Jonas, conscientiæ reatu gravatus : « Scio, inquit, scio quare mei causa mors hæc ingruit repentina. Hoc enim opus meum, hæc sanctarum pignora pertinaci sumere præsumpsi audacia, cujus præsumptionis me et vos ultio absorbebit insontes. Quod si earum, ait, intercessionibus Deus placatus, imminentem hanc mortem aut differre aut moderare dignetur; mox terris redditus, nulla diei vel noctis indulta quiete, ad tumulum sacrarum virginum regressus, digna satisfactione hujus sacrilegii expiabor contagione. Ad hanc compuncti cordis sponsionem, suffragiis (ut pie creditur) sanctarum virginum, insperata Dei adfuit clementia; quare aura mitiori tumultus æquoris mitigati sunt, et ad terram advecta navis. Emittitur Anglus, sponsione sua se liberaturus. Pauca itaque quæ de earum revelatione ac miraculis diximus [quia cetera scriptorum incuria neglecta exstitere] nunc satis sint. Harum autem in præsentem

AUCTORE RICHERO WALCIODORENSI.

Monachus Walciodorensis insignes reliquias obtinet, easque Walciodorum portat,

præsentem basilicam adventum aut translationem, divina freti ope, succincte ad prolixitates subterfugiendas, quæ nauseam generant, perstringemus.

VI Quidam pollens sanctitate non exigua, ex Walciodorensis cœnobii contubernio, sub prælati regimine (dequo supra satis, *scilicet Theodorici II, qui ab anno* 1129 *ad* 1148 *abbatiale pedum gessit* (1) *et de quo in historia translationis SS. Candidi et Victoris martyrum egerat,*) vitæ spiritualis amore arctiorisque institutionis et propositi gratia, ad beati Pantaleonis in præfata Agrippinensi universitate cœnobium se contulit ea tempestate, qua hæc sacrarum virginum pignora e terris assumpta fuere. Is patri ac domino Herimanno, ejusdem cœnobii prælato, adeo, gratus charusque extitit, ut cum ejusdem piissimi abbatis consensu et permissione liberalique benedictione (ille enim tunc temporis illam puellarum congregationem *sanctarum undecim millium virginum* regebat) tria ex integro corpora ex collegio undecim millium virginum et martyrum, ea qua præmisimus revelatione repertarum, quoquo a custodibus pacto, emendicata et acquisita emeruerit. Qui exinde, pie suorum memor hoc in cœ- B
nobio degentium, his margaritis nostram dotavit ac decoravit basilicam. Appropinquante igitur præfato fratre cum sanctarum pignoribus virginum (velùt Martha circa Dei ministerium occupata) sollicite fratribus claustralibus thesauri pretiosi adventum nuntiari procuravit. Insperato bono exhilarati fratres, ordinatis decenter præparatisque necessariis, eis solemniter obviam prodierunt, atque in monte, qui vulgariter Solotanus dicitur, subsistentes, sacrarum reliquiarum exspectarunt adventum. Plebs etiam plurima ex vicis et oppidis circumquaque sitis in laude Dei canora occurrit, quam cum nostris fratribus fratres sancti Perpetui comitati, magnæ cum exultationis tripudio, hæc sanctarum virginum pignora in beatæ ac perpetuæ virginis Mariæ basilicam Walchiodorensem transtulerunt.

ubi honorifice recipiuntur et servantur.

VII Sciendum denique non uno eodemque die horum exstitisse adventus exceptionem : nam sexto kalendas Junii unius totum ex integro corpus obtinere promeruimus, octavo kalendas novembris alterius cum portione media tertii corporis, ac non multo post tempore reliquam partem dimidiam. Temporibus domini Theodorici II, *scilicet postquam* C
anno 1143 *SS. Candidi et Victoris reliquiæ eo delatæ sunt,* has excipere meruimus reliquias, necnon sanctorum martyrum Candidi et Victoris MM., ut superius liquet. (*Præmiserat enim Richerus, ut dictum jam est, historiam translationis horum martyrum.*) Gaudeat itaque felix Walchiodorensis ecclesia de tantorum, ac tot patronorum perenni gloria! Felix, inquam, quam sic honor divinæ dignationis his luminariis condecoravit. In ea namque misericordiæ mater cælorumque regina piissima semper Maria, virgineis lætatur virgo choreis. E regione virgineæ sponsæ gaudent de virgine matre. Semper denique fatendum has gratuita sanctæ Dei genitricis mediante opitulatione, locum hunc, consodalibus suis relictis, in suæ habitationis domum elegisse perpetuam. Omnes itaque, charissimi fratres, congregati Dominum pariter collaudemus, eique immensas referamus gratiarum actiones pro tantis in nos collatis beneficiis. Denique ad nostrarum recurramus auxilium patronarum, earum implorando suffragium, ut ab antiquæ nos vetustatis contagione peccatorumque rubigine D
inveterata absolvat Omnipotens, earum devictus intercessionibus, nostraque remittat facinora; ac ad virtutes nos inflammet exercendas; vitamque quoque nostram in melius corrigendi, moresque emendandi, nobis præstet hoc in tam calamitoso tempore gratiam; et gloriam ac æternæ felicitatis jucunditatem in altero nobis impertiatur, qui cum Deo Patre ac Spiritu Sancto vivificante vivit et regnat in sæculorum sæcula. Ad laudem et gloriam sanctissimæ ac superbeatissimæ Trinitatis ac Deiparæ virginis Mariæ cælitumque omnium honorem. *Reliquias has condidere Walciodorenses in altari, non autem in loculis portatilibus : quod eo ævo ita plerumque actum fuisse apparebit inferius.*

§ X. Reliquæ translationes usque ad medium sæculum XII.

E
Anno 1113 *plures reliquiæ sanctarum virginum transferuntur Weissenburgum.*

Postquam fortuito initium factum est effodiendis sanctarum virginum reliquiis, pronum erat ut non statim cessaretur. Tuitienses, quos paulo post totos in hoc opere desudantes cernemus, videntur jam tum id negotium cordi habuisse. Certe ex eorum thesauro depromptum videtur corpus S. Palmatiæ *et potior pars aliarum reliquiarum* (*dens* S. Saulæ *unius de undecim acceptus probabiliter est ex monasterio sanctarum virginum*), *quæ anno* 1113 *ad Weissenburgense olim in Alsatia inferiori et diœcesi Spirensi monasterium delatæ fuerunt. De his pignoribus ex reliquiarum illius loci indice et codice ms. membraneo hoc vetustissimum et forte coævum testimonium recitavit Crombachius* (2) : Anno dominicæ incarnationis 1113, indictione VI Henrico V imperatore, Wolframus apud Tuitium Coloniæ secundum monasticam professionem laudabiliter educatus, corpus S. Palmatiæ virginis et martyris cum aliis quamplurimis reliquiis in cœnobium Weissenburgense sub abbate Meningaudo, qui eum in fratrum suorum consortium dudum collegerat, solemniter transtulit. S. Palmatia, de qua diximus, tertia fuit in ordine primatus ex undecim millibus virginum, quæ Coloniæ passæ sunt propter Dominum, sanctissima Ursula regiæ dignitatis nomen in illa expeditione sortiente; Pinnosa quoque æquæ F
sanctitatis ducatus signum nobiliter administrante. *Unde tunc innotuerit* S. Palmatiæ *nomen latet. De piis reliquis cimeliis hæc alio scribit loco Crombachius* (3) : Erat inter alia sacra pignora caput S. Coronæ virginis et S. Fidei martyris, cum dentibus S. Salnæ (*immo* Saulæ) de undecim : ac S. Fidei quidem caput archiepiscopus Coloniensis igne explorarat : cujus cranium cum flammæ applicitum nullam ustionis notam relinqueret, vox querula de medio ignis insonuit : Cur me iterum cruciàs? Visus est antistes temeritatis luisse pœnam, qui duos intra menses occubuit. *Necesse non esse arbitror ut id prodigium falsum esse demonstrem : quis non videt permittere non posse Deum ut sancti præter veritatem dicant se iterum cruciari, quum male habentur eorum reliquiæ? Neque archiepiscopus Coloniensis intra duos menses diem obiit ut temeritatis lueret pœnas, quum Fridericus I ab anno* 1099 *usque ad annum* 1131 *Coloniæ sederit* (4). *Id unum hinc colligendum dentes aliquot* S. Saulæ, *unius* de unde-

(1) Gallia Christiana, tom. III, col. 573. — (2) S. Ursula illustrata, pag. 1002.—(3) Ibid. pag. 657.—(4) Gallia Christiana nova, tom. III, col. 671.

cim

A cim (*quæ verba confer cum dictis in Commentario prævio n.* 262 *et* 265 *et in Gloria posthuma n.* 97), *Weissenburgum delatos una cum aliquot novis reliquiis, quas Coloniensis præsul pro more tunc usitato igne probaverat. De hoc usu lege Mabillonium* (1), *Martenium* (2), *Gerbertum* (3), *aliosque.*

Exeunte anno 1121 S. *Norbertus, fusis precibus, nanciscitur corpus cœlitus indicatum; id transfert partim Floreffiam partim Præmonstratum.*

102 *Non anno* 1125, *ut in auctario Sigeberti Præmonstratensi* (4) *traditur, sed exeunte anno* 1121, *quemadmodum ex Præmonstrati* (5) *et Floreffiæ* (6) *fundationibus, intra quarum quippe spatium res peracta est, Coloniæ reliquias sanctarum virginum adeptus fuit S. Norbertus. Negotium id narrat ejus biographus coævus sequentibus verbis* (7): Post hæc (*post plura scilicet Præmonstrati patrata miracula*) devenit Coloniam, ubi et libenter suscipitur et libentius in sermone et confessione auditur; eo quod ipsum prius juvenem noverant, et modo mirabiliter immutatum videbant. Et quia populorum consuetudo novitatum imitatrix esse solet, multi ad verbum et exhortationem ejus tam clerici quam laïci concurrentes, imitatores paupertatis Christi effecti, ipsum secuti sunt. Habebat et ipse jam tunc in voluntate ædificare ecclesiam, in qua coadunatos reciperet. Ob hanc causam petivit ab archiepiscopo
B Frederico et ceteris fidelibus ut aliqua sanctarum reliquiarum mereretur patrocinia suscipere, e quibus non minimum ab antiquo repleta et dotata erat felix Colonia. Annuit episcopus, annuit clerus justam esse petitionem judicans, et populus. At ille fratribus suis, quos secum habebat, et quos ibidem Deus ei contulerat, jejunio indicto, hoc pretiosum donum Deo commendabat, quatenus venerabile patrocinium daret invenire. Nocte vero eadem, virgo ex numero undecim millium virginum, et nomen ipsius virginis, et locus ubi jaceret, per visionem cuidam designatus est : et in crastinum ex ordine visionis, corpus ibidem quæsitum, integrum repertum est. Quo cum hymnis et laudibus Dei et gratiarum actione suscepto, de reliquiis etiam aliarum virginum aliorumque quorumdam martyrum, videlicet Gereonis, Maurorum, duorum Ewaldorum, duo vascula, in modum feretri, ad efferendum ei impleta sunt.... Assumptis non post multum reliquiis, collectoque fratrum tam clericorum quam laïcorum collegio, quos Deo per verbum prædicationis genuerat, redeundi iter aggressus est; qui ubique in ecclesiis et congregationibus cum processione magnifice suscipiebatur. Audiens autem
C transitum ejus matrona quædam nobilis, Ermensendis nomine, Namurcensis comitissa, *uxor Godefridis comitis,* velociter occurrit ei; obnixe deprecans, ut ad imponendos fratres et religionem quamdam ecclesiolam suam in villa Floreffia vellet suscipere... Videns autem ille affectuosam mulieris devotionem, respexit eam et suscepit quod petebat. Et ibi altero reliquiarum vasculo derelicto, festinavit Præmonstratum (erat enim instans Nativitatis dies) habens clericorum et laïcorum fratres circiter triginta novitios.

Anno 1142 *transferuntur reliquiæ Breitenawam, et anno* 1145 *Sponheimum,*

103 *In pristina Moguntina diœcesi olim situm erat Breitenawense S. Benedicti monasterium, quod anno* 1142 *moderabatur S. Henricus, divinis et humanis literis instructissimus, cujus laudes et scripta ad annum* 1152 *celebrat Trithemius* (8). *Hic idem chronographus hæc ad annum* 1142 *tradit* (9) : Anno Volmari abbatis *Hirsaugiensis* XXII S. Henricus ex monacho hujus cœnobii Hirsaugiensis secundus abbas monasterii in Breittenawe, de quo supra diximus, quatuor corpora de collegio sanctarum undecim millium virginum et martyrum ab Arnoldo Coloniensium archiepiscopo impetravit, quæ in solemnitate Visitationis B. Mariæ semper virginis, hoc est VI nonarum Julii, ad monasterium suum cum reverentia introduxit. *Eadem, sed paucioribus verbis reperit Crombachius* (10) *in codice ms. Breittenawensi. His procul dubio excitatus est Bernhelmus, Spanheimensis in eadem Moguntina diœcesi abbas, ad similem sibi thesaurum acquirendum. Et quidem ille idem Trithemius in Chronico Sponheimensi hæc tradit* (11): Anno 1143 Bernhelmus abbas duo corpora de collegio undecim millium virginum et martyrum, per interventum Megenhardi comitis *de Sphonheim, fundatoris illius asceterii* (12), ab Arnoldo archiepiscopo Coloniensi impetravit; quæ cum ingenti honore accipiens, huc ad monasterium portavit, et in duobus scriniis ligneis deauratis collocavit; capita vero confracta fuerunt, sed singulæ partes cum suo corpore dispositæ. *Quomodo autem repertæ fuerint et de comitatu* S. Ursulæ E *agnitæ tum Breittenawiam tum Sponheimum translatæ virgines, neutro loco indicatur. Ea de re judicium tulerat Arnoldus I, Coloniensis archiepiscopus, judex* (*eheu!*) *non omni exceptione major, utpote simoniacus* (13); *in quo tamen idcirco nullam malam fidem suspicari ausim.*

AUCTORE V. D. B.

in montem S. Disibodi

104 Hoc *eodem* anno 1143, *inquit Dodechinus, scriptor coævus et monasterii S. Disibodi, in quo res gestæ sunt, abbas* (14), indictione VI dedicatum est novum monasterium in monte sancti Dysibodi... Ipso nihilominus anno vel die reconditæ sunt reliquiæ sancti Dysibodi, patris nostri, a supradicto præsule *Henrico Moguntinensi,* III kalendas octobris, in tumulo lapideo retro principale altare, positæ in locellis duobus plumbeis : altero eorum scilicet minore ossa continente, altero majore cineres. Impositæ sunt ipso tumulo tria corpora sanctarum de collegio undecim millium virginum in loculis ligneis, et quædam de Thebæa legione. Acta sunt hæc domino Cunone cooperante, ejus loci quarto abbate. *Non dubitandum quin hæc quoque ab Arnoldo Coloniensi accepta sint pignora.*

et Zwifaltum.

105 *Eodem anno* 1143 *in Sueviam quoque delata sunt duo sanctarum virginum corpora, in Zwifaltense nempe cœnobium. In hujus scilicet asceterii Chronico, quod anno* 1138 *scribi cœptum et dein continuatum atque anno demum* 1784 *a Gerardo Hess, Weingartensi monacho et priore, editum est, hæc ad annum* 1143 *leguntur* (15) : Duo corpora de XI millibus virginum a Berchtoldo abbate sunt allata III nonas septembris. *Paulo latius hæc explicantur ab Ortliebo, qui usque ad annum* 1141 *Zwifalti monachum egit, dein assumptus in abbatialem sedem Nereshemensem anno* 1164 *obiit* (16). *Scripsit autem hic librum de Zwifaltensibus originibus, ab alio Zwifaltensi coævo monacho continuatum: cujus excerpta quædam edidit Sulger in Annalibus imperialis monasterii Zwifaltensis, reliqua fere laudatus Gerardus Hessius in Monumentis Guelficis.* F

(1) Ouvrages posthumes, tom. I, pag. 285 et seqq. — (2) De antiquis ecclesiæ ritibus, tom. III, pag. 495 et seqq. — (3) Vetus liturgia alemannica, tom. II, pag. 556. — (4) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VI, pag. 448 et 449. — (5) Act. SS. tom. I Junii, pag. 852, num. 40 et pag. 853, not. *h*. — (6) Ibid. pag. 835, num. 49 et not. *d*. — (7) Ibid. pag. 855. — (8) Chronicum Hirsaugiense, tom. I, pag. 594, edit. 1690. — (9) Ibid. pag. 410. — (10) S. Ursula vindicata, pag. 1002. — (11) Jo. Trithemius, secundæ partis Chronica insignia duo, pag. 249, edit. 1601. — (12) Ibid. pag. 253. — (13) Cfr Gallia Christiana nova, tom. III, col. 675. — (14) Ad Chronica Mariani Scoti continuatæ historiæ, ap. Pistorium, Scriptores rerum gemanicarum, tom. I, pag. 675. — (15) Monumentorum Guelficorum pars historica, pag. 220. — (16) Sulger, Annales imperialis monasterii Zwifaltensis, pars prior, pag. 111 et 139.

AUCTORE V. D. B.

Porro quum Bertoldus abbas anno 1141 *loco cessisset et S. Ernestus, postea in Oriente martyr, ejus occupasset sedem, ille* ne sua ex præsentia successori molestiam generaret, aut aliunde, *ut Ortliebus habet,* aliqua scandalorum zizania germinaret, in Saxoniam et inde Coloniam secessit, suo tempore non sine manubiis reversurus (1). *Audi Ortliebi continuatorem* (2) : Duo integra corpora sanctarum undecim millium virginum et martyrum. Reliquiæ item sanctorum martyrum Gordiani et Epimachi, S. Sebastiani martyris, de cista S. Agathæ et de capillis ejus pio labore domni Bertholdi patris hujus loci quarti nobis sunt acquisitæ. Quippe in Saxoniam pergens, dum Coloniam Agrippinensem pertransiret, auxilio cujusdam presbyteri religiosi, nomine Luitolfi de titulo S. Mariæ, qui dicitur de Pascha (*seu* in Pasculo *vulgo* S. Maria im Pesch) duo corpora de numero XI millium virginum ibidem passarum acquisivit. Hæc itaque inibi sub cautela per aliquod tempus tutavit et postea rediens illic millesimo quadragesimo tertio anno ad nos ante Nativitatem sanctæ Mariæ virgi-
B nis, pro magnis xeniis ea transferri curavit.

ubi recognoscuntur per aquam frigidam;

106 Nos vero, utpote homines rei veritatem ignorantes, ne forte pro certis incerta susciperemus, præmissis jejuniis et orationibus, per judicium aquæ frigidæ veraciter et clara luce, cunctis qui aderant Deum collaudantibus, virginea corpora sancta pro Christo Coloniæ passa ac de numero XI millium virginum esse comprobavimus; qua examinatione peracta, albis et cappis ornati easdem reliquias congruis laudibus gaudenter suscepimus. Deinde rogatu præfati patris alterum quidem de ipsis corporibus apud nos retinuimus, alterum apud S. Joannem Baptistam in monasterio virginum collocavimus. *Judicia Dei quæcumque, quæ ex India Orientali (ubi etiamnum in usu sunt) populi indo-germanici introduxerunt in Europam, illicita esse passim docent theologi; verumtamen sæpius Deum hominum simplicitati cessisse et eximia patrasse, ut per hæc veritas innotesceret, miracula nemo diffitebitur, cui certum non sit et præfixum testatissima et luculentissima prodigia negare. Ast, licet hæc ita habeant, nequaquam sequitur judicio aquæ frigidæ aliquid probari. Id enim ea fiebat ratione ut inter preces homo aut reliquiæ immitterentur in aquam frigidam, et, si ad fundum descenderent, haberentur probæ et sinceræ; si autem natarent in superficie, viderentur ab aqua rejici et improbari* (3). *Porro quum ossium et plerorumque viventium hominum corporum pondus aquæ pondere, pro*
C *eadem quantitate seu spatio, majus sit, naturaliter illa merguntur aqua. Atque idcirco raro prorsus judicium aquæ frigidæ in probandis reliquiis adhibebatur; adhibitum tamen aliquando est cum evidentissimo miraculo.*

quæ forma judicii Dei raro in explorandis reliquiis adhibebatur.

107 *Exemplum esto quod accidit* in domo claustrali dominarum ordinis B. Augustini quæ dicitur Hodunc, Leodiensis diœcesis, in terra ducis Brabantiæ, anno Domini 1244 mense augusto in octava B. Augustini. *Id relatum est diplomate publico* (4) *a S. Bonifacio episcopo Lausanensi; qui, tunc versans in Belgio, præcipua universi negotii pars fuit.* Didicerat *scilicet* olim Lausanæ ab episcopo Gebennensi, qui hoc didicerat ab alio, quod lignum dominicæ crucis in aquam missum descendat in fundum, cum alia ligna in aquis missa soleant naturaliter supernatare : quo experimento usus, affirmabat se certum esse quod haberet particulam quamdam sanctæ D crucis dominicæ. *Fecit itaque id quoque experimentum S. Bonifacius, et particula ligni* statim descendit in fundum ad modum lapidis. *Quam quum dein levasset ex aqua,* exierunt guttæ multæ sanguinis spissi de inferiori parte ejusdem ligni, una post aliam descendentes in fundum scyphi; *quæ ter repetita sunt, aliis quoque comitantibus prodigiis. Sed de his satis; quum hæc ea tantum mente retulerimus ut constet non igne tantum, quod eruditissimis viris persuasum est, sed judicio quoque aquæ frigidæ examinatas fuisse reliquias.*

§ XI. Generalis corporum elevatio cœpta anno 1155 et titulorum fictio.

Anno 1155 *generalis incipit reliquiarum elevatio; mille martyrii signis distinguuntur,* E

P*ost hæc secuta est tertia series translationum seu generalis, quam dicunt, inventio et elevatio corporum sanctarum virginum, quæ anno* 1155 *fieri cœpit.* Occasionem, *inquit Crombachius* (5), inquirendi ea tempestate sacra pignora reperi in mss. codicibus, carthusiæ Coloniensis, natam ex diversis factis civibus SS. Virginum visionibus qualis S. Norberto fuit, oblato indicato sepulcro. *Porro S. Elisabeth num. seu cap.* 2 *Revelationum indicat locum cœmeterium subdiale fuisse, his verbis :* Quando complacuit Domino misereri super martyres suas pretiosas, quæ per multa tempora jacuerant sine honore sub pedibus hominum et jumentorum, secus muros urbis Coloniæ; accidit ut viri quidam ibidem manentes accederent ad locum martyrii earum, et aperirent multa monimenta sanctorum corporum, atque ea inde sublata transferrent ad loca religiosa, quæ erant in circuitu, sicut a Domino fuerat ordinatum. *Hos inter eminuit Tuitiensis abbas Gerlacus doctrina et vitæ integritate : qui, quum non unum tantum, sed novem annos Coloniensium incredibile studium sacras reliquias inquirendi duraverit, quoad vixit,* (*nam operi sancto immortuus est,*) *nulli pepercit labori, nullam subterfugit molestiam. Non tamen ipse, ut vult Crombachius, sed Theodericus, ædituus et chronographus Tuitiensis, titulos e sarcophagis extulit, sacra corpora manibus suis levavit, ut hic testatur in ms. codice his verbis :* Quia devotionem SS. Martyrum, quas præter
F opinionem cunctorum viventium oculis nostris transferri vidimus, et quorum insuper corpora, vel titulos e tumulis manibus nostris eruimus, in quibus etiam mille martyriorum signa et adspeximus, et venerati sumus, arctius posterorum memoriæ commendare curamus. *Quidni clarius dixit quæ hæc essent* mille martyriorum signa quæ adspexit?

quæ videntur ordinarie sagittæ fuisse capitibus aut corporibus infixæ.

109 *Videmur tamen nobis non temeri esse, si asseruerimus hæc vulgo sagittas fuisse capitibus infixas et capitum vulnera, sagittarum ictibus cranio impressa. Certe in diplomate, quo anno* 1256, 16 *Kalendas Augusti sociatum voluerunt moniales conventus SS. Machabæorum Coloniensis corpus cujusdam virginis, in Salsiniensem prope Namurcum parthenonem deferendum, ita de eo loquuntur :* Nuper, *inquiunt,* unum corpus Virginis de eadem sancta societate per revelationem divinitus factam, fuit apud nos inventum, CUM CERTO ET EVIDENTI MARTYRII SUI SIGNO, CARELLO (*id est* sagitta *seu* telum. *Cfr*

(1) Sulger, Annales imperialis monasterii Zwifaltensis, pars prior, pag. 110. — (2) Ibid. pag. 111 et 112. — (3) Cfr Ducange v° *Judicium Dei,* per *aquam frigidam;* Martenius, de Antiquis ecclesiæ ritibus, tom. III, pag. 461. — (4) Foppens, Historia episcopatus Silvæducensis, pag. 292 et seqq. — (5) S. Ursula illustrata, pag. 486 et 487.

Cangius

A *Cangius v° Carellum*) VIDELICET IN CAPITE SUO QUO FUERAT SAGITTATA TEMPORE PASSIONIS, ad similitudinem B. Ursulæ, quæ tunc extitit regina et dux earumdem virginum beatarum. *Multis capitibus et corporum reliquiis, quæ Coloniæ adhuc servantur, sagittas adhuc infixas esse diximus in Commentario prævio num.* 145. *Adde inter innumeras, quæ in Monte Veteri sæculo* XVII *servabantur, reliquias complures fuisse in quibus sagittæ capitibus adhuc infixæ ostendebantur* (1). *Insuper in Catalogo reliquiarum sancti Trudonis legitur :* Anno salutis 1271 ossa SS. Ægidii fratris S. Imaynæ, qui unus de grege XI millium virginum earum, quæ Coloniæ ob Christum a barbaris trucidabantur, per medium pectus jaculo confixus periit (2). *Demum in Pragensi S. Clementis templo, dum Societatis nostræ esset, servabatur pars posterior cranii, quæ* S. Ursulæ *fuisse dicebatur, atque olim a Coloniensibus Carolo IV, regi Bohemiæ, donata fuerat, atque ex ejus thesauro venerat in manus matronæ Manriquez et ex ejus manibus in id templum. Id sedulo examinavit anno* 1648 *Theodorus Moretus noster, et de eo ad Bollandum scripsit apparere in hoc Pragensi pignore ictum sagittæ per cranium penetrantis, ita ut auri-*
B *cularis digitus per vulnus immitti posset. His præmissis, sequitur jam scriptio Theoderici, Tuitiensis monachi et æditui, qui horum omnium longe maxima pars fuit.*

Incipiunt revelationes titulorum, vel nominum SS. Martyrum et SS. Virginum, auctore Theoderico æditio Tuitiensi a.

a

Anno 1155 *cœpta reperiri corpora magno numero et tituli fingi.*

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1153, Indictione quarta, et continua novem sequentium annorum revolutione, Romanum regente imperium Friderico cæsare, Romanæ quoque ecclesiæ pontificatum Adriano papa IV administrante, præsidentibus etiam per successiones S. Coloniensi ecclesiæ archiepiscopis, videlicet Arnoldo II, Friderico II et Reinoldo archicancellario,
C in ecclesia Tuitiensi Gerlaco abbate existente, levata sunt corpora SS. Martyrum et SS. Virginum in suburbio Coloniensis civitatis. Quorum nomina vel titulos in eorum sepulcris inventos, et in archivis ejusdem ecclesiæ reconditos ad posterorum notitiam, idcirco schedulis et apicibus dignum duximus adnotari : quia devotionem SS. Martyrum, quos præter opinionem cunctorum viventium oculis nostris transferri vidimus, et quorum insuper corpora, vel titulos e tumulis manibus nostris eduximus, in quibus etiam mille martyriorum signa adspeximus, et venerati sumus, arctius posterorum memoriæ commendare curamus; singillatim ergo singulorum titulos, uti in lapidibus cum eis inventis exaratum esse perspicitur, incipientes a majoribus, hoc modo digessimus.

Tituli afficti corporibus virorum sub Gerlaco abbate;

b

II. TITULUS S. CYRIACI PAPÆ *b*. S. Cyriacus papa Romanus, qui cum gaudio suscepit sacras virgines, et cum iisdem reversus, martyrium suscepit, et S. Alina V.

TITULUS S. JACOBI. In titulo S. Jacobi nihil aliud repertum est, nisi, Jacobus.

TITULUS S. SIMPLICII *c*. S. Simplicius Ravennensis archiepiscopus.

TITULUS S. MARINI *d*. Hic jacet S. Marinus Mediolanensis sextus, qui veniebat de Roma cum sacris virginibus, et S. Verasia V.

TITULUS S. MARCULI *e*. S. Marculus episcopus in Græcia, qui cum sacris virginibus, martyrium suscepit.

TITULUS S. FOILANI EPISCOPI ET M. *f*. S. Foilanus Lucensis episcopus veniens ab apostolica sede missus, hoc in loco fuit occisus, et cum istis sacris virginibus est sepultus, et ferro peremptus.

TITULUS S. MAURISI * EPISCOPI ET M. Maurisius episcopus cum Babila et Juliana est sepultus.

CLEMENTIS. S. Clemens martyr et episcopus.

TITULUS S. PANTULI EPISCOPI *g*. Pantulus Basileensis episcopus virgines sacras cum gaudio susceptas Romam perduxit, unde reversus, Coloniam pervenit, ibique cum eis martyrium suscepit, et S. Grata junior.

TITULUS S. JOVINII *h*. S. Jovinius Eborensis episcopus, frater S. Pantuli.

TITULUS S. MAROMII *i*. S. Maromius episcopus Novariensis et cardinalis.

VINCENTII. Vincentius presbyter et cardinalis. E

TITULUS S. VISMARI *k*. S. Vismarus martyr et episcopus de Monte Jurano.

NICETII. S. Nicetius capellanus et sacerdos.

TITULUS S. QUIRILLI. Hic jacet in antro S. martyr Quirillus presbyter sepultus, qui vixit sex dies post martyrium suum.

TITULUS S. CORIMII. S. Corimius martyr et cardinalis.

TITULUS S. FIRMINI. S. Firminus martyr, et cardinalis.

TITULUS S. POLIMII. S. Polimius martyr et cardinalis.

TITULUS S. JUSTINIANI. S. Justinianus martyr Parminensis.

TITULUS S. CLAUDII. S. Claudius Spoletanus martyr.

IN TITULO S. ÆTHERII REGIS corona, crux, et alia quædam regalia signa descripta videntur, quæ nos prætereuntes, scripturam solam digessimus *l* :

Hic jacet Ætherius, qui vixit annos viginti quinque, in pace decessit. Demetria Regina.

TITULUS CLEMATII *m*. Clematius invenit ista corpora occisa cum aliis virginibus, et sepelivit ea in pace.

TITULUS S. POLOCRONII *n*. S. Polocronius, qui missus fuit a Roma cum SS. Virginibus. F

TITULUS S. GENESII MARTYRIS *o*. S. Genesius Anconensis consul.

TITULUS S. SUCCESSI MARTYRIS. S. Successus martyr et frater S. Genesii.

S. POOEMII. S. Poœmius martyr et frater S. Pamphyli.

S. QUIRILLI. Hic jacet S. Quirillus martyr et frater S. Marculi.

S. POLIFEMUS, martyr. Carriarius. Focatus martyr.

ALIUS *p*. Hic jacet sepultus S. Clematius, qui manibus suis sepelivit sacras virgines.

[III. Quæcumque ergo sanctorum martyrum hactenus descripta sunt, eorum corpora in diebus domni Gerlaci abbatis devotissimi eorum translatoris advenerunt; quæ vero jam deinceps sequuntur, in tempore domni Hartperni, successoris ejus advenisse noscuntur *q*.

TITULUS S. EVERGISI ARCHIEPISCOPI. Sanctus Evergisus Agrippinensis episcopus.

TITULUS S. JOHANNIS. Sanctus Johannes martyr et patriarcha Jerosolimitanus et Cælestinus capellanus,

AUCTORE THEODERICO TUITIENSI.

c
d
e
f
*Mauricus.
g
h
i
k
l
m
n
o
p
et sub Hartberno.
q

(1) S. Ursula illustrata, pag. 664. — (2) Ibid. pag. 1011.

AUCTORE THEODERICO TUITIENSI.

lanus, qui divino nutu huc venerunt et hic martyrium susceperunt.

Sanctus Cassinus patriarcha qui venit de Græcia.

Sanctus Macharius archiepiscopus et martyr de Constantinobili.

ITEM. Sanctus Nonnus martyr et episcopus de Antiochia.

ALIUS TITULUS. Sanctus Aquilinus martyr et episcopus de Aquileja.

ITEM. Sanctus Notus martyr et rex Scottorum et uxor sua Sara occisi sunt in eodem loco.

ITEM ALIUS TITULUS. Sanctus Papunius martyr et rex Hiberniensis frater sancti Noti qui venit visitare corpora sanctarum virginum.

ITEM TITULUS. Sanctus Picmenius martyr et rex de Anglia, ex cujus terra venerunt II millia et regina Alpsint et filia ejus Eria virgo.

ALIUS. Sanctus Cendeboldus rex qui tunc temporis fuit et Theophenilla regina qui regnavit XII annis.

TITULUS S. EUSEBII. S. Eusebius Parminensis episcopus.

TITULUS S. KALENDINI. S. Kalendinus martyr et episcopus.

TITULUS S. PONTII. Sanctus Pontius cardinalis et epi-
B scopus.

TITULUS S. MALLUSII. Sanctus Mallusius martyr et episcopus Laudi.

TITULUS S. FOCIFERI. Sanctus Fociferus martyr et episcopus.

TITULUS S. CÆSARII. Sanctus Cæsarius martyr et episcopus Boenuensis.

TITULUS S. JOCUNDI. Sanctus Jocundus martyr et episcopus Mascunensis.

TITULUS S. EUTICII. Sanctus Euticius martyr et episcopus de Bara.

TITULUS S. IGNACII. Sanctus Ignatius martyr et episcopus.

TITULUS S. HIRENEI. Sanctus Hireneus martyr et episcopus Achonensis.

TITULUS S. SEBASTIANI. Sanctus Sebastianus martyr et episcopus.

TITULUS S. KALENDII. Sanctus Kalendius martyr et episcopus.

TITULUS S. BARACHII. Sanctus Barachius martyr et episcopus Hiberniensis frater S. Noti regis.

TITULUS S. MATHEI. Sanctus Matheus martyr et episcopus Hiberniensis.

TITULUS SANCTI PIMENII. Sanctus Pimenius martyr et
C episcopus Parmensis.

TITULUS SANCTI MARCII. Sanctus Marcius martyr et episcopus Corbonensis.

TITULUS SANCTI AMANDI. Sanctus Amandus martyr et episcopus de Lauduno quod est in Anglia.

MARINI. Sanctus Marinus martyr et episcopus Geneve.

TITULUS S. MONOLDI. Sanctus Monoldus martyr et episcopus Trajectensis frater Cendeboldi regis.

ITEM. Sanctus Tutunalus martyr abbas Aquicliensis.

TITULUS S. BASSANI. Sanctus Bassanus martyr Cremonensis.

TITULUS S. SALVII. Sanctus Salvius martyr et diaconus, frater sancti Evergisi.

SANCTI PARMERII. Sanctus Parmerius martyr et capellanus.

TITULUS SANCTI ARIMUNDI. Sanctus Arimundus martyr et capellanus.

TITULUS S. POLIMII. Sanctus Polimius martyr et episcopus Adiatrensis, quod est in littore maris.

TITULUS S. FIRMINI. Sanctus Firminus martyr et capellanus.

TITULUS S. VALERII. Sanctus Valerius martir et sacerdos.

TITULUS S. MACHARII. Sanctus Macharius dux et D
martyr.

ITEM. Sanctus Abararius martyr et dux ejus Faravix.

ITEM. Pater sanctæ Pinnosæ virginis.

TITULUS S. FLAVINII. Sanctus Flavinius martyr Romanensis.

TITULUS S. MARSILII. Sanctus Marsilius martyr. Sanctus Florentius martyr de Italia.

ITEM. Sanctus Bonifacius martyr. Sanctus Marinus martyr.

ITEM. Sanctus Fabarius martyr, frater sancti Johannis patriarchæ Jerosolomitani. Sanctus Malusius martyr et signifer sancti Gereonis martyris Thebeorum. Sanctus Valerius martyr unus de sociis.

TITULUS S. FLORENTII. S. Florentius martyr de collegio S. Gereonis martyris unius ex Thebeis.

ITEM. Sanctus Vitalis martyr de eodem collegio.

TITULUS S. GAYI. Sanctus Gayus martyr Albanensis humilis.

TITULUS S. CANDIDI. Sanctus Candidus martyr qui martyrium suscepit [cum] sancto Gereone. Sanctus Vitalis martyr unus ex Thebeis princeps.

TITULUS S. CHARCHARBERI. Sanctus Charcharberus E
martyr et Maurus de Ethiopia.]

IV. Descriptis in priori pagina nominibus titulisque SS. Martyrum, qui virilis sexus robore, gloriam calcantes, pro amore Jesu Christi, mortis atrocitatem oppetiverunt, operæ pretium duxi, sanctarum etiam virginum, quæ cum seculo et sexum vicerunt, nomina titulosque paginæ sequenti inserere, et inventæ sunt cura domini Gerlaci abbatis studiosissimi earum, qui in eis colligendis, fovendis, honorandis, pervigili studio dies pariter continuabat et noctes. *item feminarum sub Gerlaco,*

TITULUS S. URSULÆ, REGINÆ, BEATISSIMÆ VIRGINIS. Sancta Ursula Regina.

TITULUS S. FLORENTINÆ. S. Florentina puella.

TITULUS S. ORTMARIÆ. Hic jacet S. Ortmaria, quæ attulit S. Ursulæ de Scotia ad dotum suum mille virgines, quæ fecit titulari omnes excellentissimas virgines.

TITULUS S. ALBINÆ VIRGINIS. S. Albina Britannica, de undecim, quarum quælibet mille virgines adduxit.

TITULUS S. ESSENTIÆ. S. Essentia virgo, una de illis undecim virginibus.

ITEM S. BARAGIÆ. S. Baragia virgo, una de illis un- F
decim virginibus.

ITEM. S. Pinnosa virgo, principalium una.

ITEM TITULUS. S. Panafreta virgo, una de illis undecim virginibus.

ITEM. S. Tisma virgo, et soror S. Cordulæ virginis, una de illis undecim.

ITEM. S. Gerasina, quæ duxit sanctas virgines

ITEM TITULUS. S. Axpara ducissa. S. Carisma virgo, filia ducis.

TITULUS. S. Secunda virgo, filia ducis, vixit annis 28.

ITEM TITULUS. S. Ursumaria virgo, filia Ararisi ducis.

TITULUS S. EUPHROSYNÆ. S. Euphrosyna virgo, filia ducis.

TITULUS S. PAPHIÆ. S. Paphia virgo, filia ducis.

TITULUS SANCTÆ CORDULÆ *r*. Hic est sepulta sancta Cordula virgo quæ sequente die fuit occisa. Fælix est qui timet Deum.

TITULUS MAXIMUS S. FLORINÆ VIRGINIS. Divinis flammeis visionibus frequenter admoniti, et virtutis magnæ majestatis, ego Quirillus presbyter, et Clematius, sepelivimus corpus S. Florinæ virginis.

TITULUS

A TITULUS S. PERIMENIÆ S. Periminia virgo, quarta sororum S. Pinnosæ virginis.
* Pynnera. S. Penera * virgo, soror S. Pinnosæ virginis.
S. Femellea virgo, soror S. Gratæ virginis.
S. Femellina virgo, soror sanctæ alterius Verenæ virginis.
S. Faragia virgo, soror S. Sigillindis virginis.
S. Carasia virgo, soror S. Verenæ virginis.
S. Essentia virgo, soror S. Pantulæ virginis.

S. Alma V.	S. Fala V.
S. Pusinna V.	S. Venapia V.
S. Pantula V.	S. Victorina V.
S. Columbina V.	S. Juliana V.
S. Sanbaria V.	S. Sigillindis V.
S. Paphia V.	S. Patmia V.
S. Grata junior II V.	S. Caila II V.
S. Casia V.	S. Werumia V.
S. Brittula V.	S. Barginia V.
S. Hebora V.	S. Symphonia V.
S. Coumata V.	S. Secunda V.
S. Teumata V.	S. Corbilia II V.
S. Saffarina V.	S. Bobbilia V.
S. Finnira V.	S. Vania V.
S. Getramia V.	S. Alva II V.
B S. Flarinia V.	S. Carissa V.
S. Terentia II V.	S. Urbina V.
S. Palladia V.	S. Viraga V.
S. Beta V.	S. Udia V.
S. Karisa V.	S. Triphonica V.
S. Valeria V.	S. Foraminia V.
S. Babyla V.	S. Acarisma V.
S. Urbina V.	S. Balagia V.
S. Firmindina V.	S. Juliana V.
S. Carisia V.	S. Caradumia V.
S. Exspara V.	S. Carthagiana V.
S. Juliana V.	S. Patripalia V.
S. Barga V.	S. Samia V.

S. Smarina II V.

et sub Hartberno; V. Hæc quoque virginum corpora sanctarum, quarum nomina subjecta pagina descripta continet, in diebus domni Hartperni abbatis advenisse noscuntur; in cujus utique tempore majorem sanctorum virorum numerum quam fœminei sexus huc advenisse manifestum est.

S. Pannafreta, una de illis undecim virginibus.
S. Lefania virgo, filia ducis Britta.
S. Lufra virgo, filia Carumi regis.
S. Fenagaria virgo, filia comitis.

S. Romana virgo Britta.	S. Clamata V.
C S. Raoximia virgo.	S. Terentia V.
S. Frigta virgo	S. Sannia V.
S. Caraoxmia V.	S. Pallipadia.
S. Assabaria V.	S. Tamaria.
S. Margaria.	S. Saturnia.
S. Faravina.	S. Glimaria V. nobilis
S. Bobilia V.	martyr.
S. Dumiana V.	Sorores Verena V. Ben-
S. Gadamia virgo.	nivia V.

S. Verena virgo

Multa alia reperta corpora altari, arcis et scriniis inclusa. [VI. Præter *s* hæc igitur sanctorum pignora, quorum nomina hic notata videntur, sunt et alia apud nos sine nominibus quidem in terra, sed in cælum luminata, centenarium numerum excedentia; quorum media fere pars principali altari, quædam vero arcis juxta idem altare positis; cætera quoque scriniolis inscripta dispositis inclusa tenentur; quæ utique promiscuo sexu non dubitamus esse permixta; et quidem ea quorum hactenus susceptione fruiti sumus, sive nota per nomina fuerint, sive ignota, diligenter descripsi; si vero, ut opto, aliqua deinceps venerint, sive ego ea describam, sive alter, pro hoc alteri idem quod mihi exopto, scilicet peccatorum veniam, Christi ejusque genitricis, et sanctorum istorum gratiam, vitæque æternæ consorcium promereri. *s*

AUCTORE THEODERICO TUITIENSI.

VII. Sed] o quam magna multitudo dulcedinis tuæ, et quam valde redolens odor unguentorum tuorum, Domine Jesu Christe! qui hos sanctos martyres de ultimo Oceani litore, et de longinquæ finibus terræ coadunavit, et non solum virgines, uti secundum textum Passionis earum cunctorum viventium habet opinio, verum etiam ipsum apostolicæ sedis præsulem, et quosdam patriarchas, ac magnarum urbium archiepiscopos, episcopos, cardinales, presbyteros, diaconos, et omnis ecclesiasti ordinis ministros, reges quoque, duces, comites, milites, et totius professionis christianæ homines, utriusque videlicet sexus, in unum corpus hujus beatæ legionis aggregavit, quos omnes ad generale quoddam concilium in campis Agrippinæ convocans, pro corruptione incorruptionem, pro morte carnis animæ immortalitatem, pro dimissione terrenarum dignitatum vel patrimoniorum cæleste regnum divitiasque perpetuas contulisti : et o quam mira- E
bilis adhuc in his sanctis existis, qui sicut in primordio mundi de tenebris lucem, et posthæc in homine apparens de tenebris errorum et infidelitatis lumen fidei et veritatis splendere fecisti; sic nunc absconsa revelans, eos, qui hactenus erant ignoti, cum titulorum et nominum ipsorum testimonio ad omnium hominum salutem mundo innotescere voluisti. Quapropter, quoniam in hac causa altitudinem sapientiæ tuæ et scientiæ investigare nequimus, tibi immortali regi sæculorum honorem deferimus et gloriam in sæcula sæculorum. Amen. *t.* *t*

Laudatur Coloniæ felicitus de possessione tot sanctorum.

ANNOTATA.

a *Maximam partem edidit Crombachius ex libro Tuitiensi, qui videtur fuisse scriptus ab ipso auctore Theoderico ædituo. Ecgraphum quoque habemus quo quæ omisit Crombachius supplevimus, ea uncinis* [ ] *includentes. De fictione plerorumque titulorum diximus pluribus locis, maxime* § VI *Comm. prævii.*

b *De ficto hoc S. Cyriaco dictum est in Commentario prævio* § XI *et inferius de ejus cultu dicetur.*

c *Hunc ad annum* 237 *aut* 238 *ignorant Ravennatenses catalogi; anno vero* 451, *quo Attila Coloniensem edidit stragem, Ravennæ sedebat sanctus Neon, qui anno proxime antecedenti S. Petro Chrysologo successerat* (1). F

d *Hic quoque Mediolanensibus plane ignotus, seu potius abire jussus* (2).

e *Fecit ex eo S. Elisabetha Revelationum num.* 14 *episcopum Constantinopolitanum. Vide dicta nostra ad hunc locum.*

f S. Foilani, *quem et* Frolanum *appellant, festum adhuc agunt Lucenses die* 21 *Octobris. Hunc ex his titulis et S. Elisabethæ Revelationibus sibi acceperunt; sed merum figmentum esse jam pridem statuit Ughellius* (3).

g *De S. Pantulo, episcopo Basileensi, integrum commentarium scripsit in opere nostro Berthodus ad diem* 12 *Octobris, eoque ostendere conatus est S. Pantulum reapse in rerum natura fuisse. Verum,*

(1) Cfr Ughellius, Italia sacra, tom. II, col. 333, et Bacchinii notæ in Agnelli librum pontificalem Ravennensem, ap. Muratori, Scriptores rerum italicarum, tom. II, pag. 58, 65, etc. — (2) Cfr Saxius, Series archiepiscoporum Mediolanensium, tom. I, pag. 36. Cfr supra, pag. 86. — (3) Italia sacra, tom. I, col. 793 et 794. Cfr supra, pag. 86.

quod

A *quod laboris sui forte vitium est, nullum auctorem nullumque monumentum in medium adducere potuit, quod non nitatur titulis et Revelationibus, ex quibus orti sunt Cyriacus papa, Marinus Mediolanensis et tot alia somnia. Hæc tamen nequaquam scripsi quasi mens mea fuerit præfracte negare Basileensem præsulem comitem se dedisse* S. Ursulæ, *Roma in has partes redeunti : iter enim id verisimile esse diximus alibi : facile enim fieri potuit ut Basileensis præsul (ubicumque demum Rauracorum episcopalis sedes tunc fuerit) Coloniam venerit cum pio agmine, tutius id refugium adversus Attilanum furorem arbitratus. Adde in historia coæva* Translationis trium corporum sanctarum virginum Coloniensium, *quæ anno* 1105 *aut* 1106 *detecta fuerunt et quadraginta fere annis post translata sunt Walciodorum, mentionem fieri de earumdem* ductore ac episcopo, *ut titulus forte fictus sit secundum hanc traditionem, quæ non potuit latere fossores. Sed hæc hactenus : viderint Basileenses.*

h *Neque inter episcopos neque inter sanctos suos Jovinio locum dant Eborenses* (1).

i Maromius *ignotus in probis Novariensium episcoporum catalogis. De eo sic Coletus in notis ad*
B *suam Ughelli editionem* (2) : S. Maromium Novariensi in cathedra per hæc tempora (*scilicet belli Attilani*) sedisse sunt qui asserant, martyremque obiisse Coloniæ dum sacrum D. Ursulæ comitatum sectaretur. Et hæc satis sint (*quod nempe Simplicius tunc sederit et anno* 451 *concilio Mediolanensi subscripserit, successerit vero Victor*) ut ignotum alias Novariensem episcopum numquam exstitisse recte censeant cordati. Cæterum reliquias S. Maromii, quas e Coloniensi diœcesi ad Benedictum cardinalem Odescalcum tum Novariæ episcopum missas et ejus jussu in cathedrali repositas enarrat Cotta in Musæo Novariensi, haud negaverim alicujus sancti et etiam episcopi exsistere, sed in qua sede quove tempore vixerit ulterius inquirendum puto : neque enim fidendum recentiori inscriptioni, quam circa easdem reliquias exstitisse docet idem Cotta, hujus tenoris : S. MAROMIVS EPISCOPVS NOVARIENSIS ET CARDINALIS. *Equidem martyrem fuisse ex iis, quos accidit Attila, non inficias ibo : sed non ex meliori documento constat fuisse episcopum, quam episcopum Novariensem.*

k *In ecgrapho nostro legitur* Ursmarus. *Bebius et Crombachius putant Monte Jurano designari*
C *Aventicum, unde postea sedes episcopalis translata est Lausannam. Verum ego putem fictorem titulorum persuasum habuisse Montem Juranum, in quo olim S. Claudii monasterium, nunc autem sedes episcopalis est, episcopalem civitatem fuisse. Cæterum dictionem* Montem Juranum *primum in Roberti Chronico reperit Valesius* (3).

l *De hoc titulo, qui sincerus est, plura diximus supra in annotato* k *ad caput* II *Revelationum S. Elisabethæ. In codice nostro legitur :* Hic jacet in terris Etherius, qui vixit annos XXV fideles in pace recessit. (Demetria regina.)

m *Quinquaginta forte annis post hanc cædem Coloniam advenit Clematius.*

n *Fingitur Clematius scribendos curasse hos titulus; et ecce quamquam ex Oriente advenerit, multo magis peccat in nominibus origine græcis quam in latinis.* Polychronius *intelligitur. Similia animadverte in nominibus* Polimio, Pamphylo, Polifemo *etc.*

o *Anconensis* CONSUL : *ii consules orti sæculo* XII. D

p *Æmulati videntur inter se fossores in egerendo Clematii titulo. Ecce jam alter apparet.*

q *Sequentes virorum titulos omisit Crombachius, quod ad finem adjecti sunt aliquot S. Gereonis socii; quorum primus S. Mallusius; verumtamen nulla adest confusio. Nolim tempus terere indicandis erroribus manifestis quæ in his apparent; uno verbo dixerim adhuc pejoris esse furfuris (si possibile sit) quam præcedentes.*

r *Omisit Crombachius S. Cordulæ titulum, quoniam admittendum duxit veram S. Cordulam translatam fuisse a B. Alberto Magno.*

s *Quæ uncinis inclusimus, omisit etiam Crombachius.*

t *In eodem codice legebatur dein accurata notatio temporis translationis S. Heriberti; post veniebant festa quæ Hartbernus in honorem SS. Virginum instituit et de quibus nos alio loco; et demum sequebatur Chronicum ab initio mundi usque ad annum Christi* 1162. — *Ad calcem harum annotationum adjiciam titulos illos fictos nil commune habere cum lapideis monumentis quæ in basilica Ursulana cernuntur, nominibus et picturis adjectis, quam membrorum dispositione et quibus cum indiciis fuerint* E *sepulta : de his in Commentario prævio num.* 234 *secundum Crombachium diximus. Hæc enim pleraque vetera sunt sepulcra, in Coloniensi agro reperta, quæ calce aliquando obducta fuere atque illis figuris et nominibus ornata, pristina inscriptione deleta. Hujus generis est monumentum, quo claudebatur unius Ursulanæ virginis corpus, et quod in superlita calce imaginem exhibebat puellæ, pectus sagitta transfixæ; ubi vero calx sublata est, titulum* APOLLONIÆ VICTORINÆ *ostendit* (4). *Fieri potest ut prius hoc et similibus monumentis etiam gentilium cineres conditi fuerint. Sæpenumero enim christiani hujusmodi mausolæa et titulos in suos usus converterunt* (5). *Imprimis multa id genus reperta in cœmeteriis Romanis, quæ a solis christianis occupata fuisse jam extra controversiam est. Inferius in Commentario de S. Mauronto Massiliense exemplum etiam occurret. Huc quoque sequentia faciunt : anno* 1643, *cum Joannes Cranius, cæsareus legatus, quem sæpius laudavimus, reficiendam curaret et exornandam cameram auream, in qua Ursulani templi thesaurus servatur, magna loculamenta reliquiarum in altaribus et cistulæ sacris ossibus plenæ apparuerunt;*
F *suppedaneis autem et parietinis quidam cippi et lapides sepulcrales immurati erant,* forsitan a gentilium sepulcris, *inquit Gelenius, ex quo hæc depromimus* (6), in honorem et opus sacræ structuræ mutuo accepti : *quorum dein duo refert specimina; verum, ut auctor ille recte subdit,* alius illorum usus non fuit quam inædificationis, *spoliis Ægypti in filiorum Dei utilitatem traductis. Omni ævo id factum cum maximo sæpe damno : cujus rei exemplum esto pretiosissima antiquitatis monumenta, tanto studio et labore ab Alexandro Wilthemio nostro Luxemburgi collecta, quæ sæculo proxime præterlapso in pristinarum ædium Societatis nostræ fundamenta jacienda visa sunt* (7). *Sed his longius forte quam par est a fictis titulis Coloniensibus abducti fuimus.*

(1) Cfr Florez, España sagrada, tom. XIV, pag. 113 et pag. 116. — (2) Italia sacra, tom. IV, col. 691 et 692. — (3) Cfr Notitia Galliarum, v° *Jura mons.* — (4) Weyer, Sammlung von Ansichten in Köln, pag 46. — (5) Marangoni, delle Cose Gentilesche trasportate ad uso delle chiese, pag. 46, 293 et seqq. 314 et seqq. — (6) De Coloniæ magnitudine, pag. 536. — (7) Cfr Luciliburgensia sive Luxembvrgum Romanum, pag. XI.

§ XII

A

§ XII. Singulares aliquot narrationes de inventis et translatis corporibus. Vetitum Bonifacii IX ne alia deinceps ex Colonia transferrentur corpora.

Amplius mille corpora sub annum 1182 *transferuntur in Montem Veterem;*

Ex catalogo Theoderici, quem modo primi integrum edidimus, nequaquam judicari potest de copia reliquiarum, quæ, Gerlaco et Hartberno abbatibus, ex agro Ursulano effossæ sunt. Quanta vero fuerit hinc potius intellige quod Goswinus, anno 1182 *abbas Montis-Veteris seu* Aldenberg, *quatuor a Colonia milliariis distantis,* amplius quam mille corpora *diceretur accepisse* (1). *Similiter Hemmerodensi, pristinæ diœcesis Trevirensis monasterio, præter multa integra corpora, septuaginta supra trecenta capita donata* (2). *Quæ ubi ex Browero indicavit Crombachius, addit :* Prodigi tunc erant

B Colonienses, nec centurias tantum, sed et chiliadas capitum et corporum aliis largiebantur. *Atque hoc maxime tempore factum, ut omnia fere Belgii, Westphaliæ aliaque vicina monasteria, quin etiam in Dania et Anglia, maxime ordinum Benedictini, Præmonstratensis et Cisterciensis, sanctas reliquias de collegio* S. Ursulæ *acceperint. Neque dubitandum quin Coloniensia quoque templa et asceteria de eodem thesauro participarint : iis enim refertas fuisse omnes, quæ tunc temporis exstabant Coloniæ ædes, quis ignorat? Sed quæ singularia sunt, hæc tantum indicabo. Cæsarius, de diversis visionibus agens, introducit Apollonium hæc quærentem* (3) : Cum in stratis et hortis civitatis Coloniæ beatarum virginum undecim millium passim ossa reperiantur, videtur mihi vix fieri posse quin sæpe aliena eis ossa admisceantur; *quibus verbis vulgare videtur exprimi dubium. Ad hæc Cæsarius :* Retulit mihi monachus quidam de Veteri Monte, in quo amplius quam mille dicuntur esse corpora, quod nullas falsas inter se esse patiantur reliquias. *Relationem autem, aliquantum contractam, accipe : Cum monachi, tot corporibus ditati, pie recepto more lavissent ossa, eaque nitidis substratis pannis per sedilia*

C *domus capitularis, ut vocant, distribuissent, quo facilius siccarentur, tam tetra mephitis afflavit præsentes, ut loc odepulerit : Goswinus abbas, tartareum dolum subodoratus, stipatus comitatu sacerdotum, linteatus carmine sacro cacodæmonem adjurat : inde facessat : exesse etiam jubet omnem fœtoris originem. Vix sacra verba protulerat, cum attonitis visu novo cunctis, prægrande quoddam os equinum exsilit : et extra fenestram excutitur velut turbine. Continuo fœtore sublato gratissimus odor præsentes reficit, index cælestis fragantiæ, quam virginitatis lilia rosæque martyrii virginibus conciliarant.*

Anno 1157 *Geraldus abbas Viconiensis, non parcens pecuniis et a comite Hannoniæ et duce Limbur-*

111 *Neque videtur ab his donationibus omnem avaritiæ speciem (ut ne simoniam dicam) abfuisse, judicet lector ex historia translationis Viconiensis, quæ narratur in Historia hujus monasterii. Hujus priorem partem, translationi huic coævam, edidit Dacherius* (4) *eamdemque cum continuatione Nicolai prioris repetiit Martenius* (5). *Neque intacta relicta est eadem translatio in libro de Fundatione ecclesiæ Viconiensis secundum fratrem Nicolaum de Montegni* (6); *neque in Annalibus Hannoniæ Guysii* (7); *multo minus a Crombachio* (8). *Descripsit etiam Nicolaus de Montegni librum de translatione virginum, quem manibus trivit Blanpinius, ille idem qui notas ad librum de Fundatione Viconiensi ejusdem Nicolai de Montegni adjecit. Conveniunt autem hæc omnia scripta inter se, nisi quod Crombachius abbati Viconiensi Gerardo male substituerit Guarinum, et quod nonnullas notas temporis non adscripserit. Satis fuerit hic exhibuisse primam narrationem, inspersis pauculis notis : præplacet sequi editionem Martenii. Postquam itaque Guarinus, qui Widonis primi abbatis Viconiensis locum occupaverat, abbatiali sedi S. Martini Laudunensis impositus fuisset,* successit alius, nomine Geraldus, præfixi cœnobii *Viconiensis* canonicus *regularis Præmonstratensis.* Hujus itaque temporibus, cum et in spiritualibus et in temporalibus ecclesia nostra, *inquit chronographus,* floreret, quidam e fratribus nostris ob amorem et honorem sanctorum vas quoddam, quod feretrum vulgo vocatur, ipso consentiente et cooperante, ædificaverunt auro et argento ac pretiosis lapidibus decoratum. Cujus rei causa, scilicet E
ne tanto vase vacuo remanente, frustra laborasse dicerentur, ubicumque potuerunt ab ecclesiis tam vicinis quam longinquis sanctorum pignora perquirentes, magnam ex eis copiam aggregaverunt... Accidit præterea ut Balduinus, comes Hainoniensis, Coloniam orationis gratia proficisci pararet : cujus peregrinationis fama cum fratrum nostrorum ad aures usque pervenisset, suaserunt jam dicto abbati, ut aliquem de fratribus cum eo dirigeret, qui ejus auctoritate et precibus ab *Gerlaco* abbate S. Heriberti *Tuitiensi* corpus integrum unius virginis de societate XI millium virginum mereretur suscipere nobisque deferre : quod factum est. Enimvero, Domini cooperante gratia, precibus comitis nostri necnon et auctoritate atque imperio Henrici ducis Lemburgensis abbas S. Heriberti pulsatus, immo victus, unam e pluribus virginibus, quæ in sacrario conservabantur, cujus nomen est Karissa, protulit nobisque transmisit. Hujus ergo sacræ virginis sacras reliquias cum hymnis et laudibus die sancto Paschæ suscepimus, et post Pentecosten convenientibus quampluribus viris religiosis atque abbatibus ac multa plebe sæculari, a domino Frumaldo, archidiacono Atreba- F
tensi, cum honore debito in jam dicto feretro repositæ sunt.

auctore V. D. B. *gico adjutus, obtinet* S. Karissæ *corpus,*

quod solemniter recipitur in festo Paschatis et in festo Pentecostes feretro includitur.

112 Sacrum pignus in capsula, auro, argento et gemmis coruscante, repositum esse sacro die Pentecostes anni 1157, præsente Atrebatensi archidiacono Frimaldo, episcopi Godescalci, tunc senio confecti, postmodum successore, non immediato tamen, *tradit Blanpinius, nixus auctoritate libri de Translatione sanctarum virginum : neque dubitandum quin reapse reliquiæ Viconiam advenerint in festo Paschatis, incidente anno* 1157 *in* 31 *Martii et feretro clausæ fuerint in festo Pentecostes seu die* 19 *Maji, ita tamen ut hujus celebritatis solemnitas integro mense post deinceps acta fuerit. Crombachius enim, quocum optimi de hac re commentarii communicati fuere, sequentia habet :* Hoc S. Karissæ *corpore* accepto, *inquit,* cœnobitæ læti paschalibus feriis Viconiam redierunt. Excepti

(1) Cæsarius Heisterbacensis, Miraculorum et historiarum lib. VIII, cap. 88, pap. 659. Cfr Crombachius, pag. 665. — (2) Ibid. pag. 666. — (3) Cæsarius Heisterbacensis, Miraculorum et historiarum lib. VIII, cap. 88, pag. 659. — (4) Spicilegium tom. II, pag. 847; edit. in-fol. — (5) Vett. Scriptt. amplis ima collectio, tom. VI, col. 290 et 291. — (6) Ap. Hugo, Sacræ antiquitatis monumenta, tom. II, pag. 202. — (7) Histoire de Hainaut, tom. XII, pag. 155 et seqq. edit. Fortia d'Urbain. — (8) S. Ursula vindicata, pag. 668 et 669.

AUCTORE V. D. B.

pompa solemni, et cum harmonia melica thesaurus sacer inductus est in ecclesiam : ut tamen ea translatio celebriore pompa perageretur, abbas communicato cum Atrebatensi episcopo consilio, in Pentecosten indixit solemnem sacri corporis translationem. Ad quam plurimi ecclesiastica, et seculari dignitate illustres viri, abbates seni, cum innumera hominum multitudine confluxerunt. Subinde dies 19 Junii decretus est, qui quotannis officio duplici et sanctis virginibus ageretur. In cujus Prosa sic canunt Viconienses. *O felix prælatura, cui præest omnis cura rerum spiritualium, sed felix Viconia, cui præbet Colonia, lætitiam et gaudium.*

Alia refert ipse Geraldus, alia obtinet per legatum.

113 *Sed cum primo chronographo Viconiensi pergamus :* Interea, *ait*, cum hujus unius sacræ virginis adeptio acriorem sitim amplius acquirendi in corde abbatis Gerardi succendisset, visa opportunitate temporis, ipsemet, nonnullis sibi fratribus associatis, Coloniam profectus est; et quantum potuit, a quibuscumque potuit, opportune importune precibus, donis ac promissis, ab ipso etiam jam sæpius memorato abbate *Gerlaco* S. Heriberti, ignorantibus licet monachis, sanctarum virginum
B et martyrum, qui cum eis passi sunt, sacra ossa recepit, et huc ad nos die festo sanctæ Trinitatis attulit. Verum cum necdum semel accensus ignis desiderii cordi suo suadere posset lentescendo, ut diceret : sufficit; tertio nihilominus, non quidem ipse, sed per priorem legatum suum, sanctum locum Coloniæ adiit, et sicut semel et iterum, sic etiam tertia vice sanctorum martyrum et virginum corpora collegit; de quibus ecclesiam nostram, ut rei veritas probat, magnifice ditavit. Horum ergo martyrum ossa, Deo sacrata, paratis loculis ligneis, in quadam structura lignea, auro et coloribus venuste composita, desuper altare apostolorum in ipso fronte capitis ecclesiæ, ut intuentibus facile patet, cum reverentia et timore collocaverunt : ubi eorum usque hodie venerantur merita ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi.

et quidem datis donis et soluta pecunia. Postea Viconienses etiam alia obtinuerunt.

114 *Quum ipse Geraldus Coloniam ivit, minime pepercit* donis et promissis : *et quum postea legatum misit, oneravit quoque eum pecunia. Audi Crombachium :* Priorem suum eodem destinat; virum uti pium, ita in exsequendis negotiis industrium : informat mandatis, quos adeat : quibus
C patronis rem ex sententia transigat : addit ei magnam argenti vim, qui omnes mundi thesauros ne venire quidem cum sanctis exuviis in contentionem volebat. Gnaviter rem urget prior, et ex voto prælati perurget; nam multis allatis corporibus reversus est : quæ festiva solemnitate anno 1159 illata in ecclesiam Viconiensem, eam ita ditarunt, ut vicina omnia cœnobia sanctarum reliquiarum thesauro longe Viconia superarit. *Ad quæ Blanpinius ex sequioris ævi scriptore hoc annotatum refert:* Illo enim tempore nondum fuerat, ne reliquiæ venales existerent, constitutum. *Priusquam autem Geraldum Viconiensem deseram, annotandum videtur errasse Crombachium, quum ad eumdem retulerit, quæ de Philippo, abbate Parchensi prope Lovanium, a Joanne Le Paige* (1) *referuntur. Postea Ægidius de Lewis,* XI *abbas, aliquot alia obtinuit corpora gratia et auctoritate Joannis, comitis Flandriæ; eademque de causa Nicolaum de Valencenis destinavit in Allemanniam, qui anno* 1236 *nonnulla corpora Aquisgrano Viconiam detulit.*

115 *An pecuniam quoque solverit Simon, Sithiensis seu S. Bertini abbas, quum quatuor corporibus donatus est, non satis liquet. Hæc tantum tradit coævus Sithiensis monachus, qui vulgo Simonis continuator audit* (2) : Regiminis sui anno tertio, qui erat incarnationis dominicæ [millesimus centesimus] septuagesimus octavus, cum, secundum antiquam consuetudinem, nuntius abbatiæ Coloniam Agrippinam pergeret pro redditibus nostris, jussu venerabilis Simonis abbatis, sanctarum reliquiarum cupidi conquisitoris, missis cum eo utriusque status personis, de collegio undecim millium virginum quatuor fere corpora cum multis diversorum sanctorum reliquiis ad nos detulit, et ad monasterium suum transferri fecit; et in feretro de argento, cupro et lapidibus cristalinis decoro opere fabrefacto et ornato, cum magna parte corporis sancti protectoris nostri Audomari et pigneribus sanctorum Columbani abbatis et Vualberti, duo corpora illarum virginum reposuit; reliqua pignera earum in scrinio eburneo recondidit cum magno gaudio et alacritate.

D *Anno* 1178 *Simon, abbas Sithiensis, quatuor nanciscitur corpora.*

116 *Dum Clementia ab anno circiter* 1173 *ad* 1206 *abbatissa esset sanctarum virginum, degebat ibidem monialis, nomine Friderundis seu Friderindis, de qua apud Cæsarium Heisterbacensem* (3) *narratio est, quam nonnihil contraxit Crombachius* (4). *Eam accipe, ut hinc constet sæculo* XII *moniales quoque Ursulanas, licet initio hæc nequaquam curasse videantur, corporibus quærendis dedisse operam, quin etiam fossorem habuisse, quo plurimum utebatur abbatissa in rimandis et eruendis sacris corporibus; et demum visionibus illo ævo incredibilem adhibitam fuisse fidem.* In Thuringia, *itaque ait Crombachius,* situm est Cisterciensis ordinis cœnobium, Folckenrode vocant : ei præerat archimandrita insignis sanctarum reliquiarum cultor; unde meruit per quietem tali a Deo visione illustrari. Coloniæ putabat se consistere eo loci, ubi basilica Ursulana consurgit, ac prope murum certum sibi monstrari tumuli locum, in quo virgines ternæ Theomata, Cleomata et Christantia conderentur. Lætus Coloniam pergit, adit antistitam, declarat ei sibi cælitus oblatum per quietem visum, potestatem exorat quærendi latentem in terræ visceribus thesaurum, et repertum ad suum asceterium transferendi. Erat Agrippinæ Ulricus quidam fossor reliquiarum industrius, quo plurimum utebatur antistita in rimandis et eruendis e terra sacris
F exuviis : hunc conducit abbas. Qui dum alte terram emolitur, duos reperit sarcophagos, unoque patefacto : ecce tibi pectinem elegantissimum, cujus incensus cupiditate, eum in chirothecam abdit : sed is manu subito prægravi fodientem impedit : ergo educit, et loco eminentiori super egestam humum collocat. Forte transivit una canonicarum, Friderindis dicebatur, quæ invitata pectinis elegantia, sublegit eum, et pedem inde concita retulit.

E *Sub finem sæculi* XII *abbas Folckenrodensis, visionibus excitus, venit Coloniam ad abbatissam Clementiam, corpora rogaturus :*

hæc proficisci nolunt, quia pecten sublatus.

117 Jam corpora tria effossa scrinio decenter incluserant, ut cum iis postridie cœnobiarcha in Thuringiam discederet, cum nocte concubia tres ei virgines adstant, negantesque se comites itineris fore. Mirari abbas, et : Quare, obtestatur, ita dominæ meæ? Cui una, quia pectinem perdidi, quem e patria discedenti mater reliquerat. Rogare abbas, quisnam illum sustulisset; a Friderinde virgine sublectum cognoscit. Experrectus mane convenit antistitam, fossoris nomen indagat : quo accersito, de pectine cum percunctatur : qui a se eductum e

(1) Bibliotheca Præmonstratensis, lib. II, pag. 507. — (2) Guérard, Cartulaire de l'abbaye de Saint Bertin, pag. 341 et 342. — (3) Miraculorum, etc. lib. VIII, cap. 85, pag. 634 et seqq. — (4) S. Ursula illustrata, pag. 671.

monimento,

A monimento, a Friderinde sublatum, confitetur : rogare abbas virginem pectinem, ut martyri loculoque restituat, quo sublato, negare virgines loco se commovendas : tum eo recuperato maturatoque discessu nullo negotio in Thuringiam cum sacris lipsanis remeavit : quæ magno honore tam ipse, quam religiosi omnes sunt prosecuti : donec refrigescente illa veneratione, virgines eædem Coloniam redierunt, *quum Friderindis illa abbatissa facta esset; et quidem reditum illum sponte a sanctis virginibus susceptum narrat Cæsarius. Simile prodigium narratur in Historia translationis brachii S. Simonis apostoli in monasterium Præmonstratense in Sein de tribus virginibus, quarum corpora servabantur in monasterio Thuringiæ in Ollersleuben, quod reliquisse dicuntur quoniam disciplina corruerat* (1). *Hæc parum certa.*

Ope visionum duo deteguntur corpora.

118 *Ille idem Cæsarius testatur paucis annis antequam anno circiter* 1222 *librum suum scriberet, Euphemiam ad D. Ursulæ antistitam decessisse; quæ cum ætate tenera in cœnobio S. Ursulæ educaretur, duas vidit intempesta nocte virgines : eæ graviter querebantur, nullo se cultu et honore delitescere extremis in ædibus; sprevit puella rem, interpretata somnium : sed cum confirmata jam ætate bis terve*
B *eodem loci virgines vidisset vultu speciosissimas, umbilico tenus eminentes : nam reliqua sui parte terra condebantur : ut opem flagitare viderentur, quo e terræ visceribus educerentur; Euphemia non immemor primæ visionis teneris in annis sibi oblatæ, eam, quæ inter ipsas princeps esse videbatur, rogat de nomine, quæ se Anastasiam dici affirmavit : tum Euphemia urgere antistitam, ut loci illius structuram ad finem usque dormitorii produceret, fore enim, ut duo sanctarum virginum corpora reperirentur : persuasit antistitæ, et aliis sanctimonialibus, acciloque Rembodo (qui postea Cisterciensem professus regulam, rem omnem, ut gesta erat, Cæsario exposuit) curam illi omnem totius operis demandavit : is humo ejecta, sub ipsis muri fundamentis præsente Euphemia reperit duo corpora, quæ ante, quam Ursulanis virginibus præficeretur eadem virgo, Heisterbacensi transmisit cœnobio : quo cum pervenissent, de iis solemni ritu cœnobitæ Deo sacris sunt operati. Hæc quum paulo fusius retulisset Cæsarius, ad Apollonii, quocum colloquium ibidem habere fingitur, nonnullas de admirabili visionum nocturnarum virtute animadversiones, subdit :* Sæpe per ardentia luminaria corpora
C earum ostenduntur; nec tamen eadem luminaria, ut ajunt, quis videre potest, nisi corpore sit virgo. *Quibus similia ad annum* 1229 *narrantur in Magno Chronico Belgico :* Apud Coloniam, *inquit ejus auctor, Nussiensis canonicus* (2), ineunte augusto, sunt viginti quatuor corpora inventa de societate undecim millium virginum. Ubicumque autem corpora istarum virginum debent inveniri, candelæ videntur ardentes super tumbas apparere, quas candelas non possunt nisi virgines videre, pueri vel puellæ. *Exid genus luminibus, quæ in cœmeteriis passim apparent, nil manifestari, quum mere naturalia sint, nemo nunc ignorat; sed operæ pretium est annotasse ea quoque in effodiendis corporibus observata fuisse.*

Hymana, Salsinensis abbatissa, accepit anno 1256 *corpus cœlitus revelatum, cum infixa sagitta;*

119 *Extrahendis sanctis corporibus operam quoque dederunt moniales SS. Machabæorum Colonienses, ut ex Salsinensi translatione constat. Porro Salsinense asceterium prope Namurcum ad Sabim fluvium Deo dicatas virgines Bernardinas alebat, exstructum S. Bernardi ævo, cujus ædem sacram Innocentius II papa anno* 1150 *dedicavit. Prærat ei Hymana, Conradi archiepiscopi Coloniensis soror uterina. Hæc cum venisset eo tempore Coloniam, quo multæ e terra sanctarum virginum exuviæ eruebantur, avida tantorum cimeliorum, ab antistita ad SS. Machabæos corpus pro suo monasterio flagitavit. Commodum eo tempore virgo quædam per quietem visa, monstrato sepulcri loco fuit exhumata, certis martyrii notis in corpore insignita, quam lubens ei cessit, ut latius SS. Virginum veneratio diffunderetur : atque ut ea posteris testatior redderetur, ipsa chirographo sigilloque suo seriem omnem historiæ communivit hoc tenore* (3) : Universis Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis soror Elisabeth, totusque conventus monialium SS. Machabæorum in Colonia orationes suas in Domino, etc. Universitati vestræ præsentiarum volumus constare rescripto : quod cum per divinam providentiam multa corpora sanctarum undecim millium virginum in loco nostro requiescant, quæ in magna veneratione habentur, nuper unum corpus virginis de eadem sancta societate per revelationem divinitus factam fuit apud nos inventum, cum certo et evidenti martyrii sui signo, carello videlicet in capite suo, quo fuerat sagittata tempore passionis, ad similitudinem B. Ursulæ, quæ tunc E exstitit regina et dux earumdem virginum beatarum. Igitur cum esset venerabilis domina Ymana, venerabilis domini Conradi Coloniensis ecclesiæ archiepiscopi uterina, abbatissa vallis S. Georgii, ordinis Cisterciensis, Coloniæ constituta, et aliquas sibi reliquias de undecim millibus virginum conferri a nobis humiliter supplicasset; nos ob reverentiam prædicti domini nostri Conradi Coloniensis archiepiscopi, fratris sui, et ad preces ipsius devotas, corpus præfatæ virginis secum sibi deferendum contulimus. In tantum, ut ubicumque translatum fuerit nomen sæpe dicti domini Conradi archiepiscopi Coloniensis, ob cujus reverentiam hoc factum est, fraternitati damus ipsius, perpetuo inscribatur. Ut autem præfatum corpus de undecim millibus virginum sodalitatis S. Ursulæ non dubitetur, præsentes literas eidem tradidimus, sigilli nostri munimine confirmatas. Datum Coloniæ anno Domini 1256, 16 kalend. august. *Superius diximus* carellum *telum esse seu sagittam, utique probum martyrii testimonium.*

AUCTORE V. D. B.

et alia sub annum 1258 *secundum S. Julianæ Corneliensis prophetiam.*

120 *Salsinenses paulo post acceperunt et alias multas reliquias; quarum inventionem narrat scriptor coævus Vitæ S. Julianæ Corneliensis :* Referre, *inquit* (4), solebat ipsa venerabilis abbatissa (*Hymana*) prædixisse hospitam suam Julianam longo tempore postea futura, idque in rebus quam plurimis se percepisse. Ex quibus hoc unum ex pluribus non credidi reticendum, quod ipsis quodam die ad invicem de illis beatis undecim millibus virginum colloquentibus, soror Juliana dixit abbatissæ quod per ipsam (*Hymanam*) et ejus sororem videlicet dominam Aleydem S. Walburgis (*olim in diœcesi Eichstadensi monasterii*) venerabilem abbatissam dictæ virgines honorarentur. Quod dictum post obitum prophetissæ (*obiit S. Juliana anno* 1258) sic adimpletum est. Memoratæ siquidem abbatissæ et sorores, obtenta licentia fodiendi in cœmeterio Coloniensi sanctarum virginum prædictarum, in altum fodi terram fecerunt et ex insperato inventa sunt quingenta et eo amplius corpora virginum earumdem : thesaurus videlicet in agro absconditus, desirabilior auro, pretiosiorque argento. Quæ per curam dictarum sororum et solicitudinem in Flan-

F

(1) Crombachius, pag. 1007. — (2) Ap. Pistorium, Rerum germanicarum scriptores, tom. III, pag. 256.—(3) Crombachius, pag. 675. — (4) Act. SS. tom. I Aprilis, pag. 470 et 471.

AUCTORE V. D. B.

driam deportata, ab illustri matrona Margareta, Flandriæ comitissa, cum exultatione universæ illius terræ suscepta sunt, et in illis locis et ab illis personis quibus distributa sunt, habita in summo honore et immensa reverentia. Sicque factum est, ut vera fuisse probaretur illa, quæ per dictas reverendas abbatissas sanctas virgines prædixerat honorandas. *Quibus signis recognitum fuerit hæc sanctarum virginum corpora esse, nullo indicatur modo; sed quum uno die retecta fuerint, vix dubitandum quin ea inventa fuerint in fossis, quales in commentario prævio,* § xxv *descripsimus. Atque hæc sepulturæ ratio manifestum nobis martyrii signum habetur, multo certius quam visiones et aliæ id genus res.*

Multa corpora obtinet Margareta comitissa Flandriæ.

121 *Nemo facile enumerarit ecclesias omnes quibus distributas voluit comitissa Margareta has sacras reliquias. Flinense monasterium indicat Crombachius* (1), *Tornacense S. Martini* (2), *quod jam alias ante acceperat, capitulum Marcolense* (3), *ecclesiam S. Petri collegiatam Duacenum* (4), *et præter alia multa* (5) *monasterium Cisterciense Bisontinum, dictum de Battand* (6). *Exstant etiamnum testimoniales litteræ, quas edere visum est:* B Nos Margareta comitissa Flandrensis et Haynonensis notum facimus universis : quod nos de sacrosantis reliquiis undecim millium virginum, quæ olim apud Coloniam Agrippinam martyrium susceperunt, et quas apud Coloniam effodi fecimus in loco martyrii earundem, unum sanctum corpus per sororem Alaydim monialem S. Antonii Parisiensis, monasterio de Battand ordinis Cisterciensis, juxta civitatem Bisontinam, duximus transmittendum, ut prædictum beatum corpus in prædicto monasterio honorabiliter collocetur. Rogamus universos, ut prædictis reliquiis debitam reverentiam exhibeant et honorem. Datum anno Domini 1267 dominica post exaltationem S. Crucis.

Anno 1287 *donatur Huyum reliquiis, juxta quas vasa, plena arenæ sanguine concretæ, reperta erant,*

122 *Translatio Huyensis in Belgio multis de nominibus celebranda, maxime quod ex diplomate curiæ episcopalis Coloniensis constat* circa reliquias collegii sanctarum sæpius inventa esse vasa et clenodia, IN QUÆ FUERUNT RECONDITÆ ARENÆ SANGUINE COHÆRENTE. ita quod ex hujusmodi circumstantiis, *sic pergit officialis,* et aliis, odore suavissimo et mirifico, de iisdem reliquiis refragante, firmiter credimus eas esse de collegio sanctarum virginum C numerato. *Et quidem, quum ii etiam, qui non omnes phialas rubricatas quæ in catacumbis Romanis reperiuntur æstimant martyrii signa esse, ea tamen vasa quæ arenam sanguine cohærentem continent genuina testimonia fusi pro Christo sanguinis habeant* (7), *non video quomodo consentiendum non esset officiali Coloniensi eas reliquias esse de collegio sanctarum virginum. Suavissimus odor minus robur habet, quum priscis temporibus in more esset positum tumulos thure aliisque odoriferis rebus onerare. Quis verba ignorat hac de re Tertulliani, Juliani apostatæ et tot aliorum veterum? Sed ecce jam diploma* (8) : Omnibus præsentem paginam inspecturis officialis curiæ Coloniensis præsentis vitæ gratiam, et futuræ gloriam sempiternam. Non fallit, neque fallitur fides catholica, quam tota per orbem sancta confitetur ecclesia; sed quod aliquoties quidam peccatis exigentibus in fide tepescant, hoc divina pietas sanctorum meritis, et intercessionibus, signis et prodigiis ac cælestium spirituum suasionibus visa est frequentius quamplurimum reformasse. Sanctorum igitur reliquiæ, quorum in D cælis requiescunt animæ, et apud Deum sentimus patrocinia, sunt a Christi fidelibus dignis venerationibus, laudibus, et præconiis excolendæ.

ut testatur officialis Coloniensis.

123 Cum itaque frater Joannes, dictus Nouilan, alias Eppa, ordinis sanctæ Crucis, B. Augustini domus villæ Parisiensis, vir religiosus vita et conversatione laudabili, regula et habitu approbatis insignitus, victualibus et commodis cœnobii sui de licentia superiorum suorum pro exquirendis et extumulandis reliquiis corporum de collegio sanctarum undecim millium virginum derelictis, ad laudem Dei et prædictarum virginum se paupertati et mendicitati nunc, ut alias, in Domino decreverit submittendum : hoc ut didicimus motus spiritu, quod sicut anno præterito Parisiis existens in trina visione receperat se iturum, ut fecit, Coloniam, et tria corpora, quorum uni nomen est Christina, alteri Basilia, tertio Imma, reliquiarum de collegio dictarum virginum inventurum, quod facti ut scimus experientia veraciter demonstrabat : quas reliquias deferens in diversis ecclesiis collegiatis honorifice et solenniter collocavit. Iterato existens in suo cœnobio similes de Ida et Odilia E virginibus dicti collegii receperat visiones, propter quod, ut prius, veniens Coloniam earum reliquias infra fossatum, quod propriis effodit manibus, gratia divina ob merita dictarum virginum dignus est invenire in loco, ubi dictum sanctum collegium in antiquis codicibus scribitur felici martyrio ad cælestia transmigrasse. Circa quas reliquias, ut sæpius visum est in aliis ejusdem collegii, inventa sunt vasa et clenodia, in quæ fuerunt reconditæ arenæ sanguine cohærente, ita quod ex hujusmodi circumstantiis, et aliis, odore suavissimo et mirifico de iisdem reliquiis refragrante, firmiter credimus, eas esse de collegio sanctarum virginum numerato. Dies autem exaltationis, et exhumationis reliquiarum dictarum Idæ et Odiliæ est anno Dom. 1287 (*dies excidit, sed est* xv kal. Septembris) Kal. Septembris. Rogamus igitur et hortamur in Domino universos Deo devotos, quatenus ubicumque eæ reliquiæ delatæ fuerint, digne ob laudem Dei et sanctarum virginum venerentur, ut ex hoc peccatorum suorum veniam, et post hujus vitæ cursum, cum ipsis et earum meritis possidere cælestem patriam mereamur, in cujus rei testimonium sigillum Curiæ Coloniensis præsentibus est appensum. Datum anno Domini et die præscriptis. F

Mira persuasio de absentia dentium in familia S. Ursulæ.

124 *Aliis quoque collatæ grandes reliquiarum copiæ. Circa annum* 1271 *S. Trudonis in Belgio monasterium nonaginta accepit capita cum innumeris ossibus; anno* 1280 *Dunense item in Belgio ascaterium duo corpora; sub annum* 1345 *Osnabrugum multo plura, pleraque inventa anno* 1527 *in pomario Joannistarum Coloniensium. In coævo Osnaburgensi catalogo hæc notatu digna leguntur* (9) : In capsella vero a sinistris dicti altaris versus aquilonem positum requiescit corpus B. Cordulæ virginis octodecim annorum : cujus caput caruit dentibus maxillaribus; una de stirpe regali S. Ursulæ creditur fuisse, progenita ex Britannia : nam hoc est signum illarum virginum, quia carent illis dentibus; *similiter in catalogo Hemmerodensi* (10) : Caput unius virgines de consanguinitate S. Ursulæ, propterea non habet dentes molares. *Has inscriptiones physicorum et medicorum judicio disceptan-*

(1) S. Ursula illustrata, pag. 678. — (2) Loc. cit. — (3) Loc. cit. — (4) Ibid. pag. 678. — (5) Ibid. pag. 680 et 681. — (6) Ibid. pag. 678 et seqq. — (7) Hujus specimen vide apud Boldettum, Osservazioni Cimeteriali, pag. 183. — (8) Crombachius, pag. 685. — (9) Ibid. pag. 687. — (10) Ibid. pag, 667.

das

A *das relinquit Crombachius* (1). *Quod mira persuasio est, equidem tantum refero.*

Anno 1520 *transfertur* S. Victoriæ *corpus Burgos in Hispania.*

124 *In ipsam Hispaniam penetrarunt anno* 1520 *Ursulani cineres. Solemnis maxime* S. Victoriæ *translatio, Colonia facta, cujus celebris perennat cultus Burgis, et festum ejusdem martyris : occasionem ejus indicant lectiones horariæ, quas visum est inserere :* Laudabili consuetudine fieri consuevit, ut ubicumque sanctorum corpora requiescunt, ibi devotius et festivius honorentur. Verum quia Domino disponente corpus integrum beatissimæ Victoriæ virginis ac martyris Christi in illa Burgensi ecclesia quiescit, et specialiter a clero et a populo festum fit, ideo tantæ causa solemnitatis non debet a fidelibus ignorari. Ne igitur ex temporum mutatione fiant in oblivione gesta nobilium in futurum, cur in ista ecclesia hujusmodi festivitas celebretur, juxta ingenii mei imbecillitatem, prout vidi et scivi, et in parte corporaliter laboravi, de translatione videlicet ipsius sacratissimæ Victoriæ V. qualiter de Colonia in civitatem Burgensem translatam fuerit corpus ejus, veraciter intimabo. Nisi enim talia scripto præsentibus exarentur, cito a futurorum memoria dilabuntur. Accidit igitur
B anno Domini 1520 regnante in Francia illustri rege Philippo, quod reverendus in Christo pater et dominus Gundissalvus Dei providentia Burgensis episcopus, ad preces et instantiam devotissimæ feminæ D. Mariæ reginæ Castellæ uxoris illustrissimi regis Sancii, et ad preces similiter Ildefonsi nepotis ejus regis Castellæ, statuit ire legatus ad dictum regem Franciæ, pro negotio D. Elisabethæ, filiæ dicti regis Sancii, uxoris D. Joannis ducis Britanniæ super dote, quæ sibi ablata fuerat, ut sibi per dictum regem Franciæ fieret debita restitutio, et justitiæ complementum. Sed quia judicia Dei abyssus multa, qui pro arduo negotio ierat, Domino revelante, pro alio magis arduo laboravit. Cum ergo esset Parisiis, pro causa dictæ ducissæ expedienda, suæ tamen Burgensi ecclesiæ veluti sponsæ suæ mentaliter præsens erat. Semper enim et assidue cogitabat, qualiter eam posset margaritis pretiosis, hoc est sanctorum corporibus insignire. Unde merito posset psallere cum Propheta : Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, Domine adjutor meus. Insuper et eadem ecclesia sponsa sua volens non solum Burgensem civitatem, verum etiam
C totam Hispaniam margarita præfulgida decorare, sibi divinitus inspiravit, ut a rege prædicto Franciæ ad archiepiscopum Coloniæ et ad abbatissam et conventum ejusdem loci literas impetraret, quatenus sibi pro dicto episcopo unum corpus integrum de illis undecim millibus virginum, quæ ibi conservantur, concedere dignaretur. *Hæc ex Breviario Burgensi anno* 1502 *impresso.*

Anno 1381 *vetat Bonifacius papa IX ne amplius efferantur SS. Virginum corpora.*

125 *Quum autem tot efferrentur Colonia sanctarum virginum reliquiæ, timuit tandem civitas ne ipsa minus dives aliquando fieret quam alia loca extera. Quocirca adiit Bonifacium IX, qui vetaret ne deinceps sacra eveherentur corpora; atque ille id præstitit anno* 1381 *sequenti bulla* (2) : Bonifacius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecti filii magistri civium, consules, et commune civitatis Coloniensis ad nos et Romanam gerunt ecclesiam, promeretur, ut votis illorum, illis præsertim, quæ ex devotionis fervore prodire conspicimus, quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos dictorum magistrorum civium, consulum et communis in hac parte supplicationibus inclinati, ut nullus cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis exstiterit, etiamsi archiepiscopali præfulgeat potestate, reliquias sanctorum in ecclesiis, aut aliis sacris seu piis locis dictæ civitatis reconditas, vendere, vel emere, seu alias quovis quæsito colore aliquo ab ipsa civitate alienare præsumat, sub excommunicationis pœna, quam contra facientes incurrere volumus ipso facto, et a qua vel aliquo alio, quam a Romano pontifice, præterquam in mortis articulo, absolvi nequeat, auctoritate apostolica tenore præsentium districtius inhibemus. Decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire : si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, tertio nonarum Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

AUCTORE V. D. B.

E

§ XIII. Translationes factæ sæculo XVI. Societatis Jesu in hac re studium et opera. Translatio Ulyssiponensis.

Cum licentia pontificia moniales S. Maximini donant anno 1543 *duo capita.*

Ex eo tempore remisit ea sacras reliquias exportandi Colonia frequentia : nec nisi sedis apostolicæ accedente consensu, viris etiam principibus, vel regibus tribuebantur : ut e sequentibus apparebit : Nos domina et magistra totusque conventus B. Maximini civitatis Coloniensis in Germania constituti, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, quibus præsentes venerabiles reliquias ostendi contigerit, salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod in ecclesia nostra venerabiles reliquiæ de societate sanctissimæ virginis et martyris B. Ursulæ reservatæ existant, et in summa, ut dignum est, veneratione habeantur. Tandem quorumdam magnorum, et præcipue nobilis viri domini Francisci de Prado Calderor Hispani, reverendissimi archiepiscopi Rossanensis, F per universam Germaniam legati apostolici secretarii, devotioni et petitioni duo capita, quorum uni B. Prudentiæ, alteri vero B. Beatricis ossibus de prædicta societate S. Ursulæ et undecim millium ipsius sodalium sanctarum de speciali S. Sedis apostolicæ desuper concesso indulto ad communis populi, ubi eas transferri contigerit, devotionem duximus donandas : prout donamus per præsentes, certificantes quoque eosdem omnes, et singulos supradictos, et quemlibet eorum, quod hujusmodi capita et ossa veræ et indubitatæ reliquiæ existant, prout nos easdem pro talibus, et ut tales cum populo Coloniensi reputavimus, honoravimus, et venerati sumus, et ante mille annos simulatione, et dubitatione post positis. In quorum fidem et testimonium præmissorum, præsentes nostras testimoniales literas exinde fieri et consueto conventus nostri sigillo sigillari fecimus et mandavimus. Anno domini 1543 die 20 mensis Junii.

128 *Eodem fere tempore per societatis nostræ homines* (*liceat quæ vera et manifesta sunt absque*

(1) Crombachius, loc. cit. — (2) Ibid. pag. 698.

ullius

AUCTORE V. D. B. Anno 1544 Petrus Faber obtinet sex crania, quæ in Lusitaniam defert,

ullius invidua promere) renovatus est et insigniter auctus sanctarum virginum cultus. Princeps fuit Petrus Faber, primus S. Ignatii in societate erigenda socius, primusque in Germania collegiorum Societatis auctor. Hic anno 1544 Colonia discessurus, nec eo rediturus, cum ibi varia cœnobia sermonibus asceticis excoluisset, ea sponte, non invito senatu, sex crania virginum comitatus parthenici e sacris thesauris suis pro sua in hominem observantia et liberalitate eidem obtulerunt; vel quod oblivioni (ut videtur) datum esset pontificium diploma id genus donationum vetans, vel quod missionem habens apostolicam, ipse Faber sufficiente auctoritate potiretur. Lætus tanta gaza et stipatu martyrum, in itinere periculoso Lusitaniam versus feliciter solvit, quando jactata tempestate navi, cum se in preces dedisset, et dubio procul sanctas præsentes, quarum sacra servabat pignora, deprecatrices adhibuisset, tranquillato mari portum brevi optatum tenuit. Orlandinus testatur et fidem faciunt scripta ejus de animæ suæ negotiis, quorum exemplar ms. penes me est, non esse facile cogitatione, nedum stylo assequi, quam multus esset Faber in cultu beatorum, et sacrarum eorumdem reliquiarum, non modo ad eorum Deique

B *gloriam, sed etiam ad degentium in terra præsidium: nam cum tantum intersit pietatis publicæ, summorumque ad eum cultum principum habere propensos animos; ipse Faber interiore præsensit admonitu, eoque perillustri, tanti esse suffragia cælestium omnium, ut vel unius præsidium plus habeat efficacitatis ad corrigendos hominum mores, quam cunctorum edicta regum et conatus industrii. Ideo cum Lusitaniam salvam Faber cuperet, cujus regis Joannis ea exstabant in Societatem Jesu merita illa compestate, ut vix in orbe profusior in ea fundanda reperiretur alius; statuit etiam has tutelares Ursulanas regi et regno conciliare, quarum preces noverat ob multitudinem tantæ sodalitatis plurimum apud Deum semper valuisse. Ergo solemni luce D. Matthiæ apostoli e sacris craniis virginum, quæ Colonia tulerat, geminum regi et reginæ dedit, ea præfatione se cupientem earum virginum honorem, nec potuisse hactenus excogitare quemadmodum cumulatius honoraret, quam si in talium regum manibus collocaret. Gavisi sunt eo dono principes, et ab ipsomet voluere Fabro in oratorio reginæ decora in capsa reponi; scilicet verebantur profanis tam sancta pi-*

C *gnora contrectare manibus. Hæc ex Crombachio.*

alia obtinet V. Petrus Canisius, quæ Romam atque inde in Siciliam asportat.

129 *Alia deinde a Carthusianis patribus auctoritate apostolica accepit V. S. D. Petrus Canisius, qui eas Romam ad S. Iguatium detulit; a quo ad Messanense nostrum collegium, quod Canisius rhetoricam docturus petierat, destinata sunt. In eo solemni pompa recepta; quam epistola, ad Carthusiam Coloniensem e Messanensi collegio die 5 Junii anni 1551 data, descripsit Canisius. Integram edidit Crombachius* (1); *particulam accipe :* Addam nonnihil de sacris reliquiis undecim millium virginum et martyrum Coloniensium : ex his capita duo mihi jam pridem Coloniæ data et auctoritate apostolica Romam uti postulaveram sunt deportata, huc denique transmissa. Igitur ut in nostrum templum deferrentur, solemnis honestissimaque habita est pompa; totius civitatis ordines convenerunt; præcedebat cum canonicis episcopus; comitabantur nobilissimi cives, suum tenebant locum amplissimi magistratus. Quatuor, ut dicimus, ordinum, et fratrum aliorum sodalitates aderant, concinebant musici, clangebant tubæ, scholasticorum cerei collucebant. Adhæc sacris capitibus parata erat sua capsa, pulchris distincta imaginibus, certis ornata versibus, D undique auro refulgens. Sunt hæc fateor non per se satis, neque ad pietatem prorsus necessaria, sed quæ tam religiose gesta vidimus, ut vel impios Germanos ad pietatem aliquam excitare potuerint. Quasi vero Sanctus ille sanctorum idcirco contemnatur, quod in sanctis suis prædicetur martyribus, quod in divorum reliquiis agnoscatur, aut in sacris imaginibus intelligatur. Ego felicem sane semper Coloniam putavi, cum cælestibus illis thesauris, et sacratissimis pignoribus affluat : feliciorem vero dixerim, bona si sua norit, ut debito cultu scilicet, ac majore indies reverentia ditissimum penum reliquiarum prosequatur, Deumque sic laudet, sic veneretur in sanctis suis, ut etiam exteri hoc exemplo pietatem suam augeant, magisque confirment, aut certe quidem non imminuant.

Quum anno 1548 Gaspar Barzæus et Antonius Gomius diversis navigiis Indias peterent, utraque navis E

130 *Acceptæ præterea aliæ sanctarum virginum reliquiæ, quæ in Lusitaniam atque hinc in Indiam delatæ mire profuerunt augendo Ursulano cultui. Rem in hunc modum ex societatis nostræ annalibus explicat Crombachius* (2) : Anno 1541 Societas Jesu primum duce sancto Francisco Xaverio penetravit in Indiam Orientalem; in eamdem rogatu S. Xaverii crebro ex Europa coloniæ submittebantur sacerdotum, qui novis statim oppidis, regnis, et regionibus etiam numquam aditis vexilla crucis primi intulerunt. Nobilis inter reliquas ea profectio fuit Indica, quæ anno 1548, ex Lusitania est instituta : in hac eminebant P. Gaspar Barzæus et Antonius Gomius diversis distributi navibus. Ille quidem summus sanctæ Ursulæ cultus toto Oriente propagator, hic vero duorum in hac navigatione per sanctarum virginum deprecationem prodigiorum patratorum occasio. Sacrum is secum sumpserat cranium sodalitatis Ursulanæ, quod et solatium esset, ac præsidium in naufragiis, et origo parthenicæ sodalitatis, cultusque Ursulani propagandi. Utraque navis ventorum turbine divisa, ingens naufragii discrimen adiit, et quidem ea, qua Gaspar Barzæus vehebatur, tantis agitata fluctibus est, ut negarit navarchus, unquam se simili jactatum tempestate. Profuit ea procellarum vis ad morum emendationem; nam quos nulli inferorum metus ad correctionem vitæ, et sacram exhomologesin perduxerant, hæc immitis tempestas adegit ut continuo flagitiis expiati ad frugem F se receperint.

maxime Gomesii periculum naufragii adiit;

131 Sed altera navis, quæ Antonium Gomium cum capite uno sodalitatis Ursulanæ (quod Carthusianorum Coloniensium ms. codex diserte affirmat paucis annis ante summi pontificis licentia Coloniæ a patribus fuisse impetratum) majus discrimen adiit naufragii..... Pridie quam tenerent Mozambicum, prope in portu passi naufragium, cum ab eo septem non amplius abessent leucis, et in anchoris starent, quod jam sibi navarchus metuerat ne ab aqua destituerentur; neque frustra : jam enim in scopulo stabat navis, quod bolide demissa, quia plenus erat æstus, navarchus non adverterat : verum eo paulatim recedente, sub quartam noctis horam navis subito alliditur ad scopulum : primus impetus parum terruit causæ ignaros : cum enim ex eo unum e tormentis excidisset, in illum tormenti casum navis concussionem dejecerunt : at cum jam secundo navis impingeret, territi jam permulti, cœperunt id quod erat suspicari : interim qui navi præerant, studiose, qua profundius esset æquor explorabant, ut ea parte

(1) Pag. 712 et 713. — (2) Pag. 713 et 714.

die

A die insequenti discederent : quod cum faciunt, non procul a patrum tuguriolo asseruit e nautis unus, stare in sicco navim : quem cum mendacii impotenter navarchus arguisset, permisit Deus litis sedandæ causa, ut jam tertio sic navis impingeret, ut suis e retinaculis omnibus clavus integer exsilierit. Inde a lite ad salutis curam versi, ad clavum accurrunt : sed altero etiam impetu plane etiam e loco suo excussus est : oneraria contremuit, omnes præsentis mortis imagine obriguerunt : tanto enim impetu allisa fuerat, et tanto fragore, quanto turris aliqua corruisset. Hactenus discrimen ingens, et desperationem omnium ex præsenti mortis imagine audivimus : nunc prodigium admirabile sequitur S. Ursulæ et undecim millibus virginum precibus obtentum, quo totus Oriens et Occidens, postea plusquam Europa unquam ad cultum S. Ursulæ propagandum incubuit.

sed prolato Ursulano capite, servantur : inde maxime per Indias crevit cultus SS. Virginum.

152 Vehebatur, ut ante dixi, ea navi Antonius Gomez designatus Goani collegii rector : qui in tanta omnium desperatione insigni religione protulit unum e D. Ursulæ sodalibus cranium, recens allatum Colonia, quod Goam deferebat : et universos gravi oratione ad implorandam Dei opem hujus B divæ patrocinio adhortatur. Hic permulti cereis accensis patrem cingere, eas quisque preces fundere, ea concipere vota, quæ cuique extrema vitæ necessitas, grande semper pietatis invitamentum, suggerebat. Tandem ubi quinto impegisset navis, e vadis emersit, mirabiliter inquam : nam inter duos scopulos utrimque divino plane ductu cœpit iter angustum, ut ne quidem navis latera caperet : itaque navis nullo adjuvante mortalium, in alteram partem ita se deposuit, ut tantum non aquam hauriret, qua adversa parte sublata in arctum quodammodo se contraheret : atque ita evasit, ut ipsa navis vere, quod de Argo poetæ fabulantur, animata videretur. Sed nondum prodigiorum finis : supererat clavi cura, quem cum suo loco nulla arte restituere potuissent, et jam de portu tenendo desperarent : Agite, clamat P. Gomez, ac etiamnum postremo in hujus virginis nomine tentate : si neque sic fieri potuerit, illius erit etiam nos, sine clavo in portu securo collocare. Dixerat, atque illi parendi magis studio, quam spe rei perficiundæ iterum connituntur, nec magno negotio perficiunt, sentientes vim aliquam diviniorem cum suis conatibus concurrisse. Atque ita postridie sexto augusti C Mozambicum tenuere.

Nuntius apostolicus concedit Patribus Societatis Jesu generalem facultatem efferendi Colonia sanctarum virginum reliquias.

153 *Hæc et similia quum per literas, quarum usum ab initio summopere commendavit S. Ignatius, per universam nascentem societatem circumferrentur, incensa magis magisque sunt pectora studio adipiscendi sacras sanctarum virginum reliquias. Quum autem Bonifacii IX diploma continuo impedimento esset (singulis enim vicibus a sede apostolica aut a nuntio pontificio per Germaniam facultas petenda erat) boni consuluerunt Canisius et Kesselius, collegii Coloniensis rector, a nuntio apostolico, ad Carolum V imperatorem legato, generalem postulare potestatem; quam hic sequenti concessit diplomate* (1) : Sebastianus Pighinus Dei et apostolicæ sedis gratia, archiepiscopus Sipontinus, et sacri palatii apostolici rotæ locum tenens, ad invictissimum principem Carolum Romanum imperatorem semper augustum, ac universam Germaniam S. D. N. Julii divina providentia Papæ III et apostolicæ sedis nuncius cum potestate legati de latere. Dilectis nobis in Christo Petro Noviomago theologo, et Leonardo Kesselio Coloniensis et Leodiensis respective diœcesis clericis salutem in Domino sempiternam. Sinceræ devotionis affectus, quem erga sanctorum, et sanctarum reliquias gerere comprobabimini, nos inducit ut vos specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Hinc est, quod nos per dictæ sedis literas (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate muniti vobis, et cuilibet vestrum, ut quascumque sanctorum, et sanctarum reliquias vobis, et unicuique vestrum, ut asseritis, in istis Germaniæ, et aliis inferioribus partibus donatas, et imposterum donandas recipere, et ad partes Hispaniarum, seu alias regiones, provincias, terras, civitates, seu loca ad quæ vos, seu quemlibet vestrum declinare contigerit, asportare, et in aliqua ecclesia, seu ecclesiis, capella, vel capellis, aut alio loco sacro, vel sacris oratorio, vel oratoriis, ubi debita cum reverentia venerentur, reponere, et depositare, seu per quemcumque alium, vel alias personam, vel personas, idoneum, vel idoneas vobis fideles, ad hoc per vos eligendos, hujusmodi reliquias nomine vestro recipere, et recipi, et sicut præmittitur transportari, transferri, et reponi, ac repositari facere, absque aliquo conscientiæ scrupulo, et alicujus pœnæ ecclesiasticæ incursu libere et E licite possitis et valeatis, ac illi possint ac valeant, licentiam ac facultatem concedimus pariter et indulgemus. Non obstantibus apostolicis, ac provincialibus, et synodalibus constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Augustæ anno a Nativitate Domini, 1551 XIII Kal. Maji, pontificatus S. D. N. Julii Papæ III Anno II.

AUCTORE V. D. B.

S. Archiepiscopus Sipontinus Nuncius Apostolicus.

Loc. Sig. Nicolaus Driel Secretarius.

Celeberrima translatio Olyssiponensis facta anno 1588.

154 *Hoc diplomate muniti Societatis nostræ patres, miram operam collocarunt in acquirendis a Coloniensibus sanctarum virginum reliquiis; et quidem tam feliciter illa eis cessit, ut brevi pauca essent collegia aliæque domus quæ nil de hoc thesauro haberent. Abundant Societatis nostræ universæ annales; abundant provinciarum historiæ narratibus de translatis et pie cultis Ursulanis pignoribus; neque desunt gratiæ quæ naturam miraculorum habere videantur. Sed nolim ea prosequi, contentus ex Crombachio referre regium apparatum et triumphum quo anno* 1388 *undecim capita sodalitatis Ursulanæ in templum Olyssiponense S. Rochi Societatis Jesu* F *illata sunt. Id specimen esto rationis, qua tunc temporis hæ fierent solemnitates :* Dum furit, *inquit Crombachius* (1), hæresi limphata Germania, divorumque sacros cineres impio sacrilegoque pede proterit, inde, dono præcipue Rodulphi secundi imperatoris ac archiducum Austriæ, per Joannem Borgiam et Franciscum de Aragonia undecim parthenici cœtus Ursulani capita Olyssiponem transferuntur, et admirabili totius urbis confluxu, triumpho vix hactenus audito, summa et incredibili omnium ordinum ætatis, sexus et conditionis hominum pietate, in ædem S. Rochi transportantur. Ac licet etiam aliorum divorum exuviæ conjunctæ fuerint; collegii tamen Ursulani numero et magnitudine reliquas simul sumptas multum superarunt. Res integro vulgata libro, selectis præcipuis, ad unum caput contrahetur.

Constabat pompa ex pueris, sodalitatibus, re-

155 Examinatis igitur attestationibus imperatoriis, pontificalibus et aliorum virorum principum, a quibus hæc sacra pignora tradita fuerant, ut de veritate nullus maneret dubitandi scrupulus, indi-

(1) Crombachius, pag. 700 et 701. — (2) Ibid. pag. 706 et seqq.

cta

AUCTORE V. D. B.

lygiosis, clero et sacerdotibus ferentibus reliquias.

cta solemnis urbi toti est supplicatio in diem 25 januarii. Nox quæ eum præcurrit, tota consumpta in viis ornandis, domuum foribus, et plateis singulis, per quas ducenda pompa fuit, tela varia et pretiosa peristromatum vestiendis, ad quod invitabat nocturnus æris campani pulsus, et lumen continuum, quo tectum templi S. Rochi cæli stellati more renitebat. Ipsa conversionis S. Pauli die, sub horam nonam ex æde primaria cœpit egredi prævium pompæ parvulorum agmen coronatum sertis : et ramos virides dexteris prætendens. Sequebantur pueri monastico vario vestitu, decorati iisdem insignibus, quibus priores redimiti : videre in his erat Jesulum, quem Lusitani duo pusiones blanditiis variis ad epulas invitabant, quos ipse vicissim ad cæleste regnum evocabat; varia passim ab his pueruli Christi emblemata de scripturis, expressa literis, et picturis illustrata, populo spectanda ferebantur : hic eum Agnum Dei, ille lilium convallium, coronam capitis nostri, vel titulo simili prædicabat. Hos officiorum urbis insignia cum interpolato gravi et modesto saltu excipiebant. Succedebant sodalitates quinquaginta, propriis ornatæ vestibus, et signis coloris varii, sodales ipsi floribus
B redimiti lilia gestabant manu, cruces in medio ferebantur. Postea trecenti variorum ordinum religiosi, quos inter de Societate Jesu linteati, funalibus collucebant. Sequebatur clerus frequentissimus : sed reliquiæ argento, auro, gemmisque fulgidæ, inter utrosque in feretris duodecim ditissimis religiose ferebantur a sacerdotibus dalmaticis exornatis.

Ursulano agmini occurrit ecclesia triumphans,

136 Eminebant in his capita brachia et ossa varia sodalitatis Ursulanæ, tam episcoporum, quam virginum etiam nominatarum : diversæ partes de S. Ursula duce collegii parthenici, de S. Cordula, quæ postridie mortem oppetiit, de S. Ynes, Odilia : et de aliis ad quinquaginta quatuor; ossa S. Josippæ sororis patris S. Ursulæ brachium : et S. Clementis episcopi Britanni, quem secum sponsus Ætherius adduxerat, integrum cranium, cum denis aliis ejusdem cœtus virginei capitibus, quasi chiliarchiæ singulæ symbolam ad hunc triumphum admirabilem contulissent. Hoc erat corpus totius supplicationis, quasi militantis ecclesiæ : cui triumphans in via, quasi cælis effusa, prodivit obviam, ex iis delecta divis, quos Lusitania præcipuo honore, ut præsides et custodes regni veneratur.
C Præibat S. Engratia cum octodecim sociis martyribus, quorum sacrum cruorem Gallicanum solum bibit : equis vehebantur omnes, ornatu raro, decori palmis. Agminis princeps, sic verbis salutat venientes :

Nosco solum patriæ cum Gallica regna petebam,
  Lusitana mei sceptra parentis erant.
Templa licet teneam procul hinc distantia divum,
  Huc amor, huc patriæ me trahit alma fides.
Gratulor hospitibus, felici gratulor urbi,
  Unica thesauros urbis et orbis habet.
Munera quærebam, sed abest sua gratia campis,
  Ruris odoratas bruma negavit opes :
Et tamen agmen ago, rubro quod flumine mersum
  Vertit in albentes sæva pruina nives.
Hos aliis igitur pro floribus offero divos :
  Sit precor hospitibus læta corona meis.

Postea cum suis inter cruces urbis miscuit se, junxitque turbæ supplicanti.

et triplex cœlestis hierarchia. Primæ,

137 Cum ecce tibi progredientibus cælestis palatii specie auro luceque renidens occurrit ad ædium usque fastigia summa faberrime educta, et constructa : quadraginta gradibus adscendebatur : triplices apparebant hierarchiæ locis, et ordinibus singulæ tribus distinctæ : chori singuli angelis D quam plurimis, suis quique propriis insignibus, vestibus, ornamentis variegati : diverso musicorum instrumentorum genere instructi, melicis vocibus et harmonia prorsus angelica, cælestis patriæ gaudia resonabant. Tum subductis vel sexaginta primæ hierarchiæ genii subito effusi cælo prodeunt, et melodia dulci sic Ave concinunt sanctorum exuviis :

Salvete o cineres, ossaque principum
Qui jam sidereis mœnibus imperant :
Ad vos aligeri labimur æthere
Rapturi in patriam dulcia pignora,
Dulces exuvias; ni foret impium
Rectores mediis tollere fluctibus,
Ductores gravibus demere præliis.
Ollis digna polo templa locavimus,
Templorum volumus figere postibus
Insignes clypeos, quos violentiæ
Pulsavit toties ira tyrannidis :
Pulsarunt avidæ tela cupidinis,
Pulsarunt stygii fulmina tartari;
Dum non vos patria sede reponimus,
Lusitana damus templa nitentibus
Quæ fecit pietas æmula sedibus. E
Hic jam Lysiacæ vos colit inclyta
Gentis religio; quid polus amplius
Addet, cum patriæ vos Deus inferet?

secundæ

138 Subducto dein sypario, media prodit aureo e cælo fulgens hierarchia junctura se ceteris, pari concentu, sic intonans.

Quid non terras sperare jubent
Debita cælo pignora divum?
Urbs consiliis clara vigebit,
Cui tot capitum ducitur ordo;
Dum Lysiadæ pia bella gerent,
Hæc firmabunt brachia dextras :
Dum rite colent sacra dona pedum,
Pede calcabunt fera tartarei
Colla draconis : ducite pompam,
Spes o cives ducite vestras.
His stare potest ossibus orbis :
Nil suffultum pietate ruit,
Has nescit opes gemmifer Indus,
Nescit tales Babylon merces,
Deus hoc pretio vendet Olympum.

et tertiæ gratulationes.

139 Jam spiritus illi cælestes mortalibus se conjunxerant : demum reductis summis cortinis effundit hierarchia suprema se; prodit obviam; F salutat ossa sanctorum, et laudes melice talibus celebrat versibus :

Quisquis hæc divum monumenta cernis,
Cerne, quæ divi documenta præbent,
Hi quibus cæli studiosa plaudit
Aula, cælestem coluere vitam,
Audit attolli sua facta cantu,
Qui suas laudes sapiens tacebat.
Incubant auro, gravibusque gemmis
Membra, quæ duris jacuere saxis;
Quæ sacri tollunt humeri, profanis
Sub tyrannorum pedibus jacebant.
Nescit extingui generosa virtus
Cum cadit, numquam ruitura surgit,
In polum terris volat, unde ridens
Turbines rerum nihil extimescit.
Sancta virtutis pete castra miles,
Sperne vibrantis fera tela mortis,
Quo Deo, quando moriere, vives.

Horum claudit agmen cælestis militiæ polemarchus, et ecclesiæ defensor Michael : omnes pariter cælo relicto jungunt se mortalibus, et supplicantes pie comitantur.

140 Novum

A *Sancti patroni Braccarenses,*

140 Novum ecce cælum radiat columnis fabre sustentatum, e quo Lusitani indigites et patroni prodeunt, cœtum supplicantium, et in his sacra divorum lipsana excepturi. Longum et fastidiosum ire per singulos, ac civitatum singularum tutelares suis insignibus, ornatu, comitatu, vel ipsis etiam nominibus recensere. S. Petrus martyr et præsul primus Bracharensis cum sanctis regionis Interamnis tali plausu excepit venientes :

Deseruere polos superi, cælum adspice, nostra
Clauditur urbe; suos en Lusitania divos
Evocat e cælo, vos ut sacra dona salutent
Brachara ad obsequium studet officiosa præire.
Pastor ego primus tanti gratator honoris
Agmen ago, quem sanguineo mors purpurat ostro.
Insignes baculis et majestate tiaræ,
Hinc Martinus adest : hinc stat Gerardus, et ille
Cui fructu nomen virtutum exuberat : ardens
Ignescit radiis Victor, cui palma triumphi
Purpuream intexit chlamydem Gonsalvus; amico
Arridet vultu, roseoque Rosendius ore;
Victricis monimenta necis, cui dextera servat,
Adspice Pantaleon : ille est lux maxima regni.

B Idem omnes simul ardor agit, sacrata tueri
Ossa, triumphalemque sequi primo ordine pompam.
Hesperiæ primas ego sum : nunc cedere præstat,
Primus ad obsequium titulo meliore præibo.

Conimbricenses

141 Sic S. Damasus pontifex maximus, adlectis sibi sodalibus Conimbricensibus tutelaribus, una cum ipsis majestate magna hoc elogio venientes excipit :

Lysiaci quondam regni caput, æmula Athenis,
Huc me sidereo Conimbrica traxit olympo,
Divinas ut opes, augusta sacraria divum
Excipiens, patriis gratator honoribus adsim.
Ultro se comitem, vultu regina verendo,
Elisabeth meritis, quam sceptro ingentior, addit.
Accedunt alta socii de stirpe Minorum,
Qui Marrochæas calcarunt ter pede Lunas,
Grandia pro Christo pugnando vulnera passi.
Consortes aquilas titulis et honore Columba
Pone sequens, fert diva sui monimenta triumphi.
Stemma crucis lectum claudit Theotonius agmen,
Inconcussa Dei qui nomine numina servans,
Altius ætherium sub pectore figit amorem.
Ergo omnes nova cura movet, novus allicit ardor

C Obsequi : sed me vinclis propioribus arctat
Dulce solum patriæ, meritas exsolvere grates
Hospitibus jubet, et solemni incedere pompa.
Ibo pedes dulci cœtu stipante meorum
Celsior in solio, quam cum me Roma locavit,
Et pedibus totum provolvit ad oscula mundum.

et Ulyssiponenses similiter salvere jubent novas advenas.

142 Cælestium agmen clausit S. Vincentius, cum patronis Olyssiponis, Eboræ et Scalabis : cælum sibi jam quoddam illi videntur Olyssipone habitare, quod deinceps tot indigites velut stellæ firmamentum vermiculabunt : horum non possum salutationem festivam præterire :

Queis vos obsequiis, queis vos sacra fercula pompis
Excipiam? studiis urbs hæc sua facta minora
Demiratur amans, nec vota æquare valebit,
Ars licet, immensusque labor desudet honorum.
Hactenus urbis eram patronus : jam mihi cæli
Patronus videor, quantum cæli instar in urbe est?
Cælituum spectanda cohors, quos gloria tangit
Urbis Ulyssææ, et stimulis proprioribus urget,
Accurrunt faustum inprimis Antonius astrum,
Plurima per totum spargens miracula mundum;
Sidera terna dehinc rubro lita sanguinis ostro
Irradiant, Giliusque Erebo virtute tremendus
Hyrenem sequitur Scalabim, quæ nomine clarant,
Mancius Eboreæ primus pater urbis et alter
Morte mihi et vitæ similis Vincentius adstat,
Cui Christeta soror, fortisque ad bella Sabina.
Huc nos vester honos, et cælo gloria traxit :
Non erat hospitio par terra : adscivit Olympum.

AUCTORE V. D. B.

Coierat jam cum militante triumphans cælitum ecclesia, sua ut præsentia festivum novorum tutelarium divorum ingressum in Lusitanam Olyssiponem decorarent : novis igitur præsidibus arcus erecti triumphales, ii palmas eorum, decora, victorias et tropæa venienti pompæ prædicabant.

Arcus triumphalis cum emblematibus et figuris castitatis

143 Primus occurrit quadraginta latus palmos : altus decem, qui fastigia domorum plateæ pulcherrimæ adæquabat. Frons prima episcopis, doctoribus et confessoribus erat consecrata, quorum nonullæ reliquiæ feretris in sublimibus portabantur : inerant emblemata, symbola, lemmata, raræ picturæ et inscriptiones, cum statuis prægrandibus. Prætereo puncta; parum enim ad institutum faciunt. Altera facies ejusdem sacris virginibus et viduis erat dedicata : eminebant statuæ majores, una cum leone frenato, adjecto lemmate : Continua pugna, rara victoria castitatis. Aderant Virginitas et Pudor cum symbolis et hac epigraphe : Ornamentum Virginitatis Pudor. Et :

E Purpureo velo obnubens pudor afflat honorem.
Casta sub hoc ostro pulchrius ora latent.

Custos alter Virginitatis Rigor hanc præferebat fronte inscriptionem : Defensor Castitatis Rigor; carmen subjectum legebatur :

Virginibus dat tela rigor, rigor arma ministrat :
Hunc habet armigerum regia virginitas.

ejusque mercedis.

144 Videre erat et aureolas virginum in cælis : agnum choris diversis florido in monte sequentium omni fidium, psalteriorum ac melicorum instrumentorum genere vocibusque delicatissimis carmen novum concrepantium, spargebant interim cælestes genii desuper plenis canistris flores, rosas, lilia : et oculis visendam offerebant hanc epigraphen : Hi emti sunt de terra, primitiæ Deo et agno : et hinc sequuntur Agnum quocumque ierit; virgines enim sunt. Cantabunt canticum novum. Amoris item et Timoris adjectæ statuæ versum hunc ostentabant.

Hinc timor, hinc custos, virginitatis amor.

F quorum schema varium, hæc subjecta declarant carmina. Amoris quidem,

Crux mihi pro pharetra atque arcu : sic pectore figo :
Vincitur alter : at hic omnia vincit amor.

Timoris hæc faciem exprimunt :

Judicium mortemque inter cæli arma tremiscit :
Præstet hic in terris omnia tuta timor.

Præter alias castitatis comitum varias statuas, symbola, lemmata, Josephi patriarchæ continentia solis et stellarum submissione remunerabatur : at orbis incontinentia flammis et undis obruebatur, his adjectis epigrammatis :

Hinc atque hinc gemino Josephus pegmate surgens
Bina verecundæ sidera lucis habet.
Disce hinc quid possit castæ vis inclyta mentis,
Et quantum mittat sub sua jura pudor.
Hic solem et lunam, numerosaque sidera fratrum
Subdita jure sibi vidit : at ille Deum.

Contra juncta nemesis in prostibula castitatis sic detonabat :

In Venerem quatit arma tonans, hic sulphure cælum
Rumpitur,

AUCTORE V. D. B.

Rumpitur, hinc validis terra voratur aquis.
Pœnarum exhaustum satis est : sed ut improba cesset
Luxuries, non est flamma, nec unda satis.
Castus amor satis est : namque hic cælestibus armis
Arma pharetrati vincit amoris amor.

Arcus triumphalis apostolorum et martyrum. S. Rochus excipit novas reliquias.

145 Progressa dein pompa longius in via statuas oculis obvias virtutum habuit, quæ digito arctam cæli viam divorum tritam vestigiis intendebant. Sequebatur arcus triumphalis alter, apostolorum et martyrum tropæis inclytus : via ducibus virtutibus directa : et arcus ultimus victoriosæ Christi cruci et gloriosæ Dei Genitrici Mariæ dedicatus, silentio potius involvendi, quam verbis imparibus, quæ artem et elegantiam non assequantur, obscurandi. Ventum tandem ad S. Rochi basilicam, aulæis, auro gemmisque fulgurantem. S. Rochus visendus prodibat, hospites novos gratulabundus festivo plausu excepturus. Ejus hæc imagini carmina subjiciebantur :

Divorum sacra ossa, quibus cæli aurea templa
Debentur, nostræ tecta subite domus.
Nostrum hoc limen erat : vestrum hinc erit : inclyta posthæc
Nomina vos titulo nobiliore date.
Vos procul hinc petiisse mei penetralia templi,
Id mihi divini stemma decoris erit :
Id mihi sat tanti cumulo contentus honoris
Aut cedam, aut hospes, si retinentis, ero.
Respondent cælites, quorum reliquiæ templo inferebantur :
Gallorum decus, et dubiæ spes fida salutis,
Quem canit Europæ dedita fama plagis,
Hic ubi sensit opem, gens Lysia sæpe vocatam,
Hic te perpetua posteritate colet;
Hic tibi semper honos : hujus tibi numina templi
Semper erunt, meritis nec satis illa tuis.
Nos, ubi tanta viget superi reverentia regni,
Excipere hospitio te voluisse sat est.

Quanta tunc emicuit pietas et Dei beneficentia.

146 Postridie festum translationis celebratum est, cantato in pontificalibus solemni de omnibus sanctis sacro : continuatæ per dies octo supplicationes, ad ædem S. Rochi, variarum sodalitatum : studiosorum etiam et pauperum civitatis : ingens concursus populi ad honorandas dictas reliquias : in multam indies noctem productæ preces. Multa per totum illud tempus mira contigere : nihil in tanto triumpho turbatum uspiam : nihil in urbis totius divitiis usurpatis deperditum : defluxerant ex S. Elisabethæ reginæ veste paulatim uniones mille quingenti : omnes eodem die reperti redditi sunt, similia referuntur quamplurima : D. Antonii Paduani meritis inventio adscribitur, divinæque providentiæ. Sanitates eo tempore divorum suffragiis impetratæ reticentur, donec exactius discussæ pontificali autoritate probentur. Proposita deinde præmia poetis, qui de SS. reliquiis quam elaboratissimos versus pangerent : ac ei, qui palmam referret, Ferdinandus Mascarenas quadraginta ducatos obtulit. Hæc fusius retuli, ut omnes cum Lusitanis hoc de reliquiis judicium forment, nusquam gloriosius divitias omnes impendi, quam in sacris his exuviis exornandis : nusquam ingenii vires exerceri melius, quam in laudibus divorum celebrandis. S. D. Sixtus V postea jubilæum amplissimum contulit omnibus, qui in festo S. Ursulæ sodalitatem partheniam percepta sacra synaxi venerarentur.

§ XIV. Quod judicium ferendum videatur de reliquiis sanctarum virginum, quæ passim servantur in templis.

Extra controversiam est multa ex rectis corporibus vere martyrum esse;

Translationes reliquiarum præcipuas retulimus, easque maxime ex quarum historiis aliqua intelligerentur indicia, quibus veras eas esse sanctarum virginum reliquias statutum fuerat. Multa elata fuisse corpora, quibus apponebantur vasa plena sanguine arena mixto, vidimus; multa, quibus capita, pectora aut alia membra sagittis et telis transfixa, offendimus; multa, in quibus mille martyriorum signa adspexerè Tuitienses, obvia habuimus : quæ omnia quin vere martyrum corpora sint quis ambigat? Atque hoc loco vellem relegat scriptor quæ superius in Commentario prævio numm. 252 et seqq. retulimus de retectione aliquot polysomorum seu fovearum, quibus multa capiebantur corpora cum sexcentis violentæ necis præclaris indiciis. Hæc scilicet inventio recens est, quippe quæ anno 1640 facta fuerit; hæc descripta a testibus oculatis Crombachio et Gelenio et a suppare Papebrochio; hæc accurate cognita, ita ut ne res quidem minima lateat; et ut qui ejus descriptionem legat, videatur non posse non exclamare cum Papebrochio ferreum esse qui se his victum non fateatur. Atqui veteres picturæ Colonienses sæculi XIII *seu etiam antiquiores sanctos martyres, in sepulcris conditos, eadem exhibent capitis et brachiorum compositione, qua illi anno* 1640 *inventi sunt. Quocirca dubitandum non est quin, ut nemo prudens negarit vere martyrum fuisse quæ paulo ante medium sæculum* XVII *inventa sunt corpora, sic quoque martyrum fuerint quæ quatuor aut quinque sæculis ante extracta fuerunt, quum scilicet tabulæ illæ sunt pictæ. Neque minus favens judicium ferendum videtur de reliquiis, quæ aliquando judicio Dei per ignem examinatæ et probatæ fuerunt.*

sed fieri potest ut inter ea sint quæ ad Ursulanum agmen non pertinent;

148 *Verum quæri potest an nulla effossa sint corpora, nullis martyrii signis comitata, sed nudis indicata visionibus (quæ quam facile fallere possint, ignorat nemo) et, quod multo pejus est, solis ignibus fatuis seu volaticis. Equidem nullis dubito quin foderint sæpius terram, non aliis inducti indiciis; sed quum inciderent in corpora, quæ martyrum esse nil aliud suadebat, an tunc ea extraxerint et reliquiarum habuerint loco, dicendo non sum : nil habens cur affirmem, nil cur negem. Dici quidem potest præsumendum esse omnia rite et prudenter fuisse gesta : sed an præsumptio hæc validis nitatur fundamentis vehementur dubito, quum universum id negotium parum curasse videantur Colonienses episcopi, rebus politicis omnino immersi, et unusquisque, cui liberet* industrios *adhibere* fossores, *reliquias extrahere posset. Hæc mihi pro veritatis amore fatenda sunt. Quæ ut paucis complectar, plane persuasum mihi est plerasque reliquias de collegio* S. Ursulæ, *quæ olim cultæ sunt atque etiamnum coluntur, vera et genuina sacra esse pignora; sed fieri posse ut immixtæ sint nonnullæ quæ eumdem honorem non merentur : quin distingui possit (si excipias corpus* S. Ursulæ *quod in ædе sua primaria servatur cum capite corona ornato pretiosa) quæ sint certæ, quæ dubiæ originis.*

sed propterea nil mutandum in cultu, ut suadetur au-

149 *Neque his ego ullo modo detractum aliquid velim de cultu illorum cinerum : duobus abhinc annis translationem procuravi ipsemet unius ejuscemodi capitis, quamquam quæ modo scripsi jam firmiter inhærebant*

A *ctoritate Lipomanni, Leibnitzii et Gabrielis a S. Vincentio,*

inhærebant animo. Quid ergo? Liceat mihi hic denuo repetere quæ alio de hac re scripsi loco (1) : *Placet sententia doctissimi Veronensis episcopi et aliquando concilii Tridentini præsidis, Aloysii Lippomani, a quo, priusquam describerentur raræ aliquot Veronenses reliquiæ,* fuit *per archipresbyterum* facta admonitio pro fide ipsarum reliquiarum... nimis scrupulosum esse in sanctis reliquiis honorandis mirabile non esse, cum eo major sit honor Dei in sanctis reliquiis, quum etiam eas, quæ non vere essent reliquiæ, fideles populi amore Dei studio devotionis, quando complectantur (2). *Placent eamdem in rem ipsius Leibnitzii verba; qui, postquam sanctarum reliquiarum probavit cultum, hæc sapienter subdit* (3) : Quoniam autem pii tantum affectus res est, nihil refert, etiamsi forte contingeret reliquias, quæ pro veris habentur, suppositias esse. Interea danda opera est ne imprudenti devotione nos risui, ecclesiam contemptui exponamus apud eos qui foris sunt. *Placent demum principia, quibus innixus est præstans theologus carmelita discalceatus, Gabriel a S. Vincentio, quum, interrogatus ab episcopo quodam de reliquiis, de quibus dubium erat essentne sancti cui tribuebantur, sententiam*

B *suam hac de re aperuit :* Habent, *inquit* (4), sancti jus ut eorum reliquiæ publicæ venerationi exponantur; quo jure non sunt privandi, nisi luce clarius sit, tales reliquias non esse alicujus sancti... Item si essemus in dubio de reliquiarum veritate, ad illarum favorem concludere deberemus. Nam in rebus ad animam pertinentibus juris apices non attenduntur. Id ipsum pro jure et honore Dei et sanctorum, in quibus Deus honoratur, dici debet. Et si episcopi in rebus aliis dubiis v. g. dispensationis matrimonii, quando sequitur præjudicium, possent declarare in favorem matrimonii; id multo magis facere poterit idem episcopus in favorem cultus erga sanctos.

quum cultus reliquiarum relativus sit.

150 *Rectissime enim dixit Leibnitzius cultum reliquiarum* pii tantum affectus rem esse, *seu cultum relativum, quo non proprie inanimatos cineres, vestimenta et alia hujuscemodi veneramur, sed ipsos sanctos; neque singulare id obsequium diversi ordinis est quam imaginum veneratio : adeoque, ut omnes plane consentiunt parum interesse utrum imagine vera sanctorum facies exprimatur necne (idem est de honore qui regibus et principibus aliisque viris eximiis per publice proposita simulacra*

C *adhibetur*); sic quoque, *ut recte conclusit Leibnitzius,* nihil refert, etiamsi forte contingeret reliquias, quæ pro veris habentur, supposititias esse. *Verumtamen, quamquam hæc ita sint et certissime valeant ad superstitionis avertendam calumniam, procul absum ut inficias eam quin, quemadmodum optandum esset ut omnes imagines accuratæ essent et ad vivum expressæ, sic quoque omnibus votis expetendum sit ut nullæ uspiam essent falsæ reliquiæ, et ne dubiæ quidem : longe enim in omnibus præstat aperta veritas. Idcirco, ut hæc (quantum fieri potest) procurarentur, jussit concilium Tridentinum sessione* XXV novæ reliquiæ ne recipiantur, nisi episcopo recognoscente et approbante; qui simul atque de his compertum habuerit, adhibitis in consilium theologis et aliis piis viris, ea faciat quæ veritati et pietati consentanea judicaverit. *Sed durius esset reliquias amovere quæ non novæ seu nuper detectæ, sed jam pridem in honore sunt; eo nomine aut præ-*

AUCTORE V. D. B.

textu quod dubitari potest utrum nil falsi subsit; et nedum ea severitas pietati faveret et religioni, officeret quam plurimum absque ulla spiritalis damni compensatione. Recte itaque sacra congregatio interpretum concilii Tridentini in causa Cæsaraugustana 20 *Octobris* 1581 *et in Albana* 3 *Martii* 1668 *respondit* (5) reliquias, si antiquæ sint, (*etiamsi certis documentis demonstrari nequit eas genuinas et sinceras esse,*) in eadem veneratione esse habendas. *Utique abjicienda ossa et alia id genus, quæ vere supposita videntur aut ad nullum sanctum, qui probe cognitus sit, referuntur; non enim umquam antiquitas erroris præjudicare potest perpetuæ novitati veritatis; sed mitius agendum, ubi vaga tantum emergunt dubia, maxime si ii, quorum reliquiæ dicuntur, certe in sanctorum habentur numero.*

Nomina certo servanda, atque etiam ea quæ potius communia quam propria sunt,

151 *Nil itaque est quod culpem cultum et venerationem quibus passim prosequuntur fideles reliquias de societate* S. Ursulæ : *unum tamen mihi non placet, quod, quemadmodum superiora, sic summo quoque candore proferre atque explicare liceat. Corpus* S. Ursulæ *et caput corona pretiosa redimitum* (*est enim alterum caput, de quo aliud sit judicium*), *in basilica Coloniensi asservata, rectissime hujus sanctæ virginis reliquias haberi, arbitror satis manifestum a me esse factum. Titulum quoque Ætherii genuinum esse quis dubitet? Nomina præterea* SS. Senciæ, Gregoriæ, Pinnosæ, Marthæ, Saulæ, Britulæ, Satuinæ, Rabaciæ, Saturiæ *et* Palladiæ *in usu erant, priusquam opera data fuisse videtur procudendis nominibus : verum ubi harum nunc sint reliquiæ, quæ olim certe in Coloniensi suburbana æde servabantur, nemo dixerit. Alia vero omnia nomina incertæ originis, et meo judicio* (*si aliqua forte excipias, de quibus tamen non constat*) *pro libitu eis afficta. Neque id institutum* (*si recte intelligatur et observatur*) *improbandum est; quum, ut Ferrandus animadvertit* (6), experientia usuque quotidiano videamus fideles multo minori affectu, studio et pietate affici et ferri erga divorum illorum exuvias, quorum nomina mortales latent, quam adversus eas, quæ certis nominibus indigitantur; potentius enim nobis nota et certa quam obscura, ignota et incerta solent movere animos, ideoque major divinæ gloriæ atque cælitum cultus ac venerationis plerumque accessio fit.

E

F *quemadmodum gravissimi viri suadent,*

152 *Et* certe, *addit Mabillonius in opusculo, cui finem præfixerat castigationem nævorum, quos in venerationem sanctorum et reliquiarum irrepsisse dolebat* (7), certe recens inventum non est sanctis martyribus, quorum nomina ignota essent, adscititia imponere nomina, modo ut de vero ac legitimo eorum martyrio constaret. Exemplo sit Adauctus, qui cum S. Felice martyre colitur tertio calendas septembris : cui, quod ejus nomen ignoraretur, Adaucti nomen tributum ab ecclesia est. Ita sanctis quatuor Coronatis, ita multis aliis veris ac indubitatis, quos ab antiquo colit ecclesia, aliena nomina imposita sunt, ut ab aliis distinguerentur. Non ergo recens inventum est (tametsi forte rarius olim fiebat) quod sanctis anonymis, quales sunt plerique illi, quorum corpora e Romanis cœmeteriis eruuntur, subdititia imponantur nomina, modo cum receptis et authenticis non confundantur, quod Romani vitari student. Et certe iniquum videtur innumeros martyres, qui simul uno in loco unaque die passi sunt, quales fuere quadraginta

(1) Act. SS. tom. VIII Octobris, pag. 553. — (2) Ap. Biancolini, dei Vescovi di Verona, diss. II, pag. 165. — (3) Systema theologicum, num. 40, pag. 116, edit. Lovaniensis; 1845. — (4) Ap. Boldetti, Osservazioni sopra i cimiteri de' santi martiri, pag. 704. — (5) Ibid. pag. 700. — (6) Disquisitio reliquiaria, lib. I, cap. 5, art. 1, pag. 186. — (7) Epistola de cultu sanctorum ignotorum, altera editio, pag. 83.

AUCTORE V. D. B.

quatuor millia in Ægypto, qui ex edicto decimi noni anni Diocletiani martyrio coronati sunt, teste Ignatio patriarcha Antiocheno : iniquum, inquam, videtur tot martyres debito fraudare cultu eo tantum prætextu quod nomina eorum ignorata sint. *Quæ omnia postquam calculo suo probavit Benedictus* XIV (1), *quærit quæ nomina sanctis ignotis imponenda sint. Ad quæ respondet* (2) : Dicimus autem nomina esse appellativa „ quæ omnibus sanctis communia sunt. *Dein recitat in hanc rem decretum sacræ congregationis indulgentiarum et sacrarum reliquiarum, editum die* 25 *junii* 1670, *in quo hæc leguntur :* Actum est de nominibus, quæ sanctorum martyrum reliquiis fere imponuntur, cum nullibi apparet quo nomine appellarentur : et sacra congregatio dixit : In decretis. Statuerat enim felicis recordationis Clemens papa IX ea sola nomina adhiberi quæ omnium sanctorum communia sunt atque appellativa; omnes enim et Justi, et Candidi, et Deodati, et Victores vocari merito possunt.

sed ficta, quæ propriorum rationem habent, et dignitates falsæ nequeunt probari.

153 *Hæc proba et secundum rectam rationem præcepta; sed aliam omnino regulam secuti sunt Colonienses fossores. Principes excogitarunt et reges; episcopos certarum sedium, presbyteros et diaconos nonnullarum civitatum; et, quod multo pejus est, quum ante omnia* S. Ursulæ *reliquiæ et aliarum,* B *quarum nomina vere nota erant, a fidelibus expeterentur, plurima corpora dixere esse* S. Ursulæ, S. Pinnosæ *et similium. Cum Baldellio* mendacium *et* deceptionem *id vocat Benedictus* XIV (3) *et rem* confusioni *afferendæ aptissimam cum Mabillonio. Quocirca laudandi ii mihi viderentur qui abolerent suppositarum* Ursularum, Pinnosarum *et aliarum id genus nomina, reliquiis affixa aliis quam quæ in Coloniensi* S. Ursulæ *basilica servantur. Quod ad reliquos spectat, retineant* Cyriacus, Pantulus, Permerius, Foilanus *aliique sua nomina, sed pontificis seu vicarii Romani, episcopi Basileensis, Parmensis, Lucensis etc. deponant titulos; idemque faciant fictitii reges et principes : satis sit dixisse eos cum* S. Ursula *martyrium fecisse. Nomina quippe eorum, si non communia, ejus tamen sunt generis ut confusio cum aliis sanctis timenda non videatur : contra tituli mendacio et deceptione sunt pleni. Quod vero attinet ad alia nomina, quæ B. Hermannus tanto numero sibi cælitus intellexisse visus est et quæ alii etiam excogitarunt, hæc pleraque ejusdem sunt generis ac* Cyriacus *aliique, de quibus mox dicebam. Sed tanta* C *consuetudinis vis est et pondus ut vix sperare audeam quemquam fore qui his aurem adhibeat eaque exsecutioni mandet; quamquam profecto communi ecclesiæ sensu nitantur, et a theologis et juris canonici interpretibus, qui has res versarunt, passim tradantur et inculcentur. Sed hæc hactenus. Subjicio catalogum reliquiarum quem olim contexuit Crombachius, ea mente ut, qui aliquid de his lipsanis apud se servent, ii sciant de his mentionem fecisse hunc scriptorem, apud quem forte (multa enim quæ de reliquiis habet Crombachius, neque pauciora quæ eum latuerunt, ipse lubens omisi) historiam translationis reperturi sint. Gallice vertit hunc catalogum Damasus a S. Ludovico* (4) *eique inseruit nonnulla nomina quorum ipse pleraque capita aut corpora Colonia in Gallias detulerat. Sed operæ pretium visum non est ea huc intrudere, multoque minus hunc catalogum augere nominibus, quæ maxima copia facile daret Italia.*

D

§ XV. Nomina martyrum Ursulanarum collecta ex titulis sepulcralibus, et indicibus ecclesiarum, in quibus reliquiæ corum adservantur, vel fuerunt, et aliis quibusdam auctoribus.

Fidem meam, *inquit Crombachius initio hujus catalogi* (5), quoad singula recensenda nomina nolo interponere, licet enim ea, quæ constant e veris titulis sepulcralibus, probem universa : vereor tamen, ne in quosdam indices ecclesiarum assumenta quædam irrepserint : unde tantum autoritatis tributum his nominibus volo, quantum merentur, unde deprompta sunt. *Multo minus ipse meam fidem interponere vellem, maxime quoniam post rerum publicarum conversiones et tot bella, quibus hoc sæculo et sæculo proxime præterlapso tot templa et monasteria destructa et in alios usus conversa* E *sunt, innumeræ quoque in sanctorum reliquiis mutationes contigerunt.*

Abararius dux, catal. Tuitiensis.
Abbatissa, caput Mediolani in S. Petro, Paulus Morigi, in Med.
Acarisma V. cat. Tuitiens.
Acarisma V. cat. ad albas dominas, Coloniæ.
Aconina V. translata Osnabrugum circa ann. 1545.
Acytus f. regis dictus Magnus cat. Cæcilianus.
Adalecta, pars capitis ejus Magdeburgi.
Adjutor cat. ad Minores Coloniæ.
Adjutus, mandibula ejus Abbatis-Vallæ, in Franc. Gonzaga.
Adrianus decennis f. regis, pars ad Machabæos, pars in Schœnaw, cat. loci utriusque.
Adrianus frater Anastasiæ, Parisiis, Gonzaga.
Adwigis ducissa, ad S. Cæciliam.
Ægidius rex cum uxore et liberis, ad Joannitas Colon. pars in S. Cæcilia, ubi vocatur nepos Dionethi; caput in Horto Mariæ Coloniæ.
Ægidius F. S. Imaynæ, ossa ejus Trudonopoli.
Ætherius sponsus, ad S. Ursulam in tumba argentea, pars cranii in veteri Monte, miraculis clara.
Æthiops M. Cnechsteinii. F
Afra V. Cnechsteinii caput.
Afra V. ad Joannitas. Greffgen.
Afra V. Mariæ cellæ, Hondius in Metr. Salisb. f. 505.
Afrina V. vertex ad corpus Christi, corpus in S. Cæcilia.
Agalisa V. Magdeburgi, cat. Magdeb.
Agaria in Carthusia Col.
Agarius dux, pater S. Pinnosæ Tuit. et Minores.
Agaricus M. Carthus. Colon.
Agatha V. ad S. Gereonem cum spiculo ferreo caput.
Agnes V. ad S. Gereonem, quædam ejus reliquiæ.
Agnes soror Ursulæ et Barbaræ, Cæcilianus.
Agnes corpus totum in Hemmenrode Cister. Ord.
Agnes cum Martha et Afra, Joannitæ. Greffgen.
Agnetis V. reliquiæ in Carthus. Rutelana ad ripam Mosæ.
Agonida V. caput Gorneii in Normandia. Gonzaga.
Alandra Trudonopoli.
Albana V. Mediolani apud Ursulinas. Paulus Morigi.

(1) De canonizatione SS. lib. IV, part. II, cap. 28. — (2) Ibid. num. 15. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) S. Ursule triomphante, pag. 445 et seqq. — (5) S. Ursula vindicata, pag. 745.

Albinus

A Albinus Monachii caput et os, ex lit. S. Michaelis.
Albina V. translata in Schœnaw, ubi hodieque est.
Albina V. adduxit mille virgines, Tuit.
Albina matrona regina Trudonopoli.
Albinæ caput Gerundæ in Hispania, Gonzaga.
Albina V. regalis ad S. Claram.
Albina ad albas dominas alia.
Aldegundis caput in monasterio Aldenbergensi.
Aldegundis V. caput in Carthusia, corpus Magdeburg.
Algundus, ad S. Cæciliam.
Aleidis V. f. comitis Cæcil.
Aleidis Izannorum Osnaburgi. Greffgen.
Aleidis caput in Steinfeldt.
Aleidis caput in Cnechstein.
Alexander dux cum uxore Eug. et filia Angelina, Cæcil.
Alexander dux Monachii ex lit. S. Michaelis.
Alepsindis regina. Tuitiensis.
Alina V. Tuit.
Alva Tuit. et Trudonopoli.
Alma V. Tuit.
Alverna, caput ejus Biturigis. Gonzaga.
Amanda ducissa, ad S. Maximinum.
B Amanda neptis Ætherii, caput Mediolani apud dominicanas.
Amandus episcopus de Lauduna, Tuitiensis, Tremoniæ, et pars Trudonopoli.
Amandus miles, ad S. Ursulam.
Amandus pædagogus pueri regis de Hispania, ad S. Ursulam.
Ambetta in monte Andacensi, Chronicon.
Ambrosius cardinalis Osnabrugi. Greffgen.
Ambrosius, ad Joannitas.
Ambrosius episcopus, caput ad S. Ursulam.
Amerus rex Portaniæ, ad sanctum Maximinum.
Amicus, Trudonopoli.
Ammetta, cat. Conradi L. Rechlinghusani.
Amor, caput Baraduci in Francia. Gonzaga.
Anastasia neptis S. Ætherii, ad S. Maximinum.
Anastasia, Heisterbacum translata, Cæsar. lib. VIII, cap. 86.
Anastasia V. Magdeburg.
Anastasius comes de Antiochia, Cæcil.
Ancilla V. f. regis, cognata S. Ursulæ, Cæcil.
Angelina V. filia Alexandri et Eugeniæ, Cæcilia.
Anna V. ad S. Gertrudem Coloniæ.
Anna soror regis Hispaniæ brachium ad carmelitas, pars ad Cruciferos.
C Anna V. socia S. Cordulæ, ad Joannitas.
Anna V. Cæcil.
Annerius de Antiochia, Brulæ.
Antia, Cat. Conradi L. Rechlinghulsani.
Antonia V. in Cnechstein.
Antonina V. Osnabrugi. Greffgen.
Antonina V. ad S. Joannem Baptistam claret miraculis.
Apollinia dens ejus Trudonopoli.
Apollonia V. in S. Ursula. Greffgen.
Apollonia V. pars capitis in Horto Mariæ Coloniæ.
Aquilinus M. et episcopus de Aquileia, Tuit. et Trudonopoli.
Arthemia Argentorati, ad Joannitas clara miraculis.
Arthemia regina in Cilicia ad sanctam Ursulam.
Ariapila V. corpus Andaini in sancto Huberto. Raise.
Arimundus capellanus et martyr Tuitii.
Armonia V. digitus pedis ejus Magdeburgi.
Ascabaria V. Tuitii.
Asbæus Romanus et M. Cæcil.
Aspasia nova V. Magdeburgi.
Aspasia V. regina caput in S. Gertude Colon.
Asteriolus M. ad Minores.
Assuerus rex. Cæcilianus.
Astradia V. ad S. Claram.
Auctamia V. in Beninghausen.
Audoontus archiepiscopus sacellanus S. Ursulæ. Raise 91.
Avina V. Magdeburgi.
Avitania V. in Beninghausen.
Aurea caput Cremonæ apud Sanctimoniales.
Aurea V. Minores : item in lit. Monacensi S. Michaelis.
Aurea V. f. Gerasinæ reginæ ad Machabæos.
Aurea Corona, caput Monachii, in lit. S. Michaelis.
Aurelia V. non martyr Argentorati febrientibus opitulatur.
Aurelia caput in Weissenburgensi monasterio, Coccius in Dagoberto.
Aurelianus M. ad albas dominas.
Aurelius rex Dardaniæ.
Australia V. ad Minores.
Auta V. translata Olyssiponem. Osorius, lib. XIII, f. 515.
Axpara ducissa, Tuit.
Babyla V. Tuit.
Babyla Trudonopoli. E
Babyla V. alia, Tuit.
Babylia reginæ Gerasinæ filia ad Machabæos.
Babylia, caput ad Gradus Mariæ. Sacrarium Coloniense.
Babylia V. ad S. Cæciliam.
Babylia Liesbornæ.
Babylia, pars apud Cruciferos Coloniæ.
Babylia Magdeburgi.
Babylia translata Viconiam anno 1158. Raise.
Babylia, pars capitis ad SS. Apostolos.
Babylla Venetiis ad S. Jacobum. Gonzaga.
Balagia V. Tuit.
Balbana, caput in abbatia Campoliliorum in Austria.
Balbina regina ad S. Maximinum.
Balbina ad S. Ursulam.
Balbina ad S. Pantaleonem.
Balbina regina matrona, Trudonopoli.
Balbina V. consocia S. Ursulæ ad albas dominas.
Balbina Magdeburgi.
Balbina V. caput in S. Gertrude Coloniæ.
Baldina in monasterio Bonæspei, Raise f. 118.
Balthasar M. ad Minores et in Cnechstein.
Balthus Cæcil.
Bapcaria V. Viconiæ, Raise f. 529. F
Barachia V. Tuit.
Barachius episcopus Hiberniensis, Tuit. et Carthus.
Baragia Magdeburgi.
Barbara V. soror Agnetis et Ursulæ, Cæcil.
Barbara V. de Hispania, Cæcil.
Barga V. Tuit.
Bargaria V. Lisbornæ.
Barginia V. Tuit. et Trudonopoli.
Bargona V. cognata S. Ursulæ. Cæcil.
Bargonia V. ad S. Claram.
Barthurius M. et miles de Britannia, Cæcil.
Barthymia regina in Cilicia soror Arthemiæ, ad S. Ursulam.
Basila ad Minores.
Basilia anno 1286 reperta, Bannelius.
Basilius dux, cognatus Ætherii regis, Cæcil.
Basilla ad Minores.
Bassanus M. Cremonensis, Tuit. Magdeburgi, Trudonopoli : corporis maxima pars cum capite in Monte veteri.
Beata V. ad albas dominas.
Beatrix ad S. Maximinum, anno 1545 donata Hispano cuidam.

Bela

AUCTORE CROMBACHIO.

Bela V. M. Monachii in lit. S. Michaelis.
Benedicta V. ad Joannitas.
Benedicta V. capite abscisso, ad S. Ursulam.
Benedicta alia cum 4 sororibus, ad Joannitas.
Benedicta corpus Viconiæ, Raise 529.
Benedicta caput Gerundæ in Hisp. Gonzaga.
Benedicta translata ad Caricampense monasterium anno 1262.
Benedicta V. Borburgi in Flandria caput.
Benedictus Cæcil.
Benigna V. Maura, ornata crinibus, ad S. Ursulam.
Benigna V. Pragæ in insula. August. eremitarum.
Benigna Monachii in lit. S. Michaelis.
Benigna matrona regina Trudonopoli.
Benigna ad Clarissas.
Benigna Mediolani in S. Maria, Paulus Morig.
Benigna V. caput in horto Mariæ Coloniæ.
Benignitas, caput ejus Mosiliæ. Gonzaga.
Berdunis, cat. Conradi L. Recklinghusani.
Berengaria V. M. rex Hispaniæ filia cum Christicola Pragæ apud Augustinianos, Felix Milesius. f. 215.
Beta V. Tuit.
Bimiana V. cat. Magdeburg.
B Binnidia Trudonopoli.
Bipinnaria una ex principalibus, Greffgen.
Biunida V. et M. corpus in Monte veteri.
Blichtildis V. in Weissenburgensi monasterio.
Blitthildis ad Minores.
Bobilia V. Tuit.
Bobilia V. alia Tuit. et translata quædam est anno 1166 ad S. Mart. Laudunensem a Guarino.
Bonifacius M. Tuit.
Brictula martyr. Adonis additiones.
Brittula Tuit. et Trudonopoli.
Brigida V. nata de Hispan. Cæcil.
Brigida V. Trudonopoli : caput olim Brulæ.
Brigida V. f. Kiliani ducis, ad Joannitas.
Brigida V. neptis S. Ursulæ, caput olim fuit Colon. apud Patres societ. Jesu.
Bugsta, cat. Conradi L. Recklinghusani.
Bymiana V. Leisbornæ.
Cæcilia V. Trudonopoli.
Cæcilia matrona S. Ursulæ ad S. Maximinum et Magdeburg.
Cæcilia, cujus caput in Cantabria. Gonzaga.
Cæsarius episcopus de Moldeder, ad S. Ursulam.
Cæsarius episcopus Boemiensis, Tuit.
C Cæsarius miles, Schœnaugiæ.
Caila V. Tuit. et Minores.
Cancianilla, ad Minores.
Cancilla, cat. Conradi Recklinghusani.
Candida V. Magdeburgi.
Candida V. Dertosæ in Hisp. Fer. 22 Oct.
Candida cum Flora Friburgi Fer. 22 Oct.
Canibaria V. in monte veteri.
Capiena V. ad Minores.
Caraoxima Tuit. et in S. Salvio, Raise.
Caradumia, Tuit.
Caradumia ad albas dominas et Trudonopoli.
Caradumia in Salvio.
Caradumia V. corpus in Monte veteri.
Carisia soror Verenæ, Tuit.
Carisia, Tuit.
Carisma V. f. ducis, Tuit.
Carissia, Tuit.
Carissa translata Viconiam, anno 1157.
Carofera, in Corona cæli.
Carthagiana, Tuit. et Trudonopoli.
Carumna, ad Minores.
Cassa in Benninghausen.
Cassia V. Tuit. et ad Minores.
Cassia V. in Monte veteri. D
Cassiana V. Venetis, ad S. Jacobum. Gonzaga.
Cassianus patriarcha de Græcia, Tuit. caput apud prædicatores.
Casta V. Minores.
Castor presbyter caput in S. Michaele Coloniæ.
Castulla V. caput Araosiæ, Raise.
Catharina, quæ sagittam in capite habet, ad S. Ursulam.
Catharina V. fil. comitis. Cæcil.
Catharina pedissequa S. Ursulæ ad S. Maximinum.
Catharina cujus caput Cæsaraugustæ. Gonzaga.
Catharina regina, caput in Carthus. Wesalien.
Catharina V. in S. Gertrude, Coloniæ.
Celerinus diaconus, ad albas dominas, Trudonopoli et in Monte veteri.
Cemmata V. Trudonopoli.
Centeboldus rex, Tuit.
Ceumata V. Tuit.
Chelindris V. pars cranii Mechliniæ, Raise fol. 496.
Childegonia, ex lit. S. Michaelis Monacensi.
Christantia V. caput in Carthus. Trevirens.
Christantia V. ad S. Ursulam, eo rediit e Thuringia.
Christantia V. ad S. Cæciliam.
Christantius miles, ad S. Cæciliam. E
Christiana V. caput in Majore Nazareth Coloniæ.
Christiana V. f. Clodovæi rex, caput in Normandia. Gonzaga.
Christiana V. non martyr prope Basileam.
Christianus dux, ad S. Ursulam, Greffgen.
Christianus M. et miles, Cæcilianus.
Christianus, ad S. Maximinum.
Christianus, Tremoniæ.
Christianus, Osnaburgi. Greffgen.
Christicola, in Chnechstein.
Christicola Pragæ apud Augustinianos, Felix Milesius in alphabeto f. 255.
Christiniana V. Magdeburgi.
Christiana V. caput, in Horto Mariæ Coloniæ.
Christina f. Romani cujusdam nobilissimi, caput in S. Cuniberto.
Christina V. in S. Ursula servat adhuc roseum cruorem.
Christina V. ad S. Gertrudem Colon. Greffgen.
Christina V. regina caput in Carthusia.
Christina V. regina Tremoniæ.
Christina V. caput Viennæ in Austria. Gonzag.
Christina V. corpus Viconiæ, Raise f. 529.
Christina V. ad S. Cæciliam. F
Christina V. Mariæ cellæ Hond. in Metr. f. 471.
Christina inventa, anno 1286 cum aliis. Bannel.
Christina caput Gerundæ in Hisp. Gonzaga.
Christophorus infans Argentorati, caput in S. Margareta.
Cirinus M. et miles, Cæcil.
Clamata V. Tuit.
Clara V. caput Gannagi in diœcesi Trecensi.
Caudiana V. ad albas dominas et ad Minores.
Claudius Spoletanus M. Tuit.
Clematius caput, ad S. Pantaleonem.
Clemens episcopus Brit. caput Olyssipone ab anno 1588.
Clemens episcopus caput Coloniæ apud Cruciferos.
Clemens item apud Machabæos.
Clemens abbas Osnabrugi. Greffgen.
Clemens sacerdos cognatus Cyriaci, Cæcil.
Clemens M. ad Joannitas.
Clementia V. ad S. Ursulam capite contuso.
Clementia V. f. rex ad Joannitas, caput ad Præd.
Clementia V. regina, Cæcilianus cat.
Clementia cum Paulina Osnabrugi. Greffgen.
Clementia caput Gerundæ in Hisp. Gonzaga.

Clementiana

A Clementiana V. ad S. Ursulam. Greffgen.
Clementiana V. capita in M. Nazareth Coloniæ.
Clementina V. capita in M. Nazareth Coloniæ.
Clementinus rex Hispaniæ, ad S. Maximinum.
Cleomata V. ad S. Ursulam reversa e Thuring.
Clerithoa comitissa cum fil. cat. Conrardi L. Rec.
Clivaria V. in monte Andacensi. Chronicon.
Clodoveus dux ad Machabæos.
Colendus M. corpus ad S. Ursulam.
Collobona V. Magdeburgi.
Collochilla V. Minores.
Collumbina V. Tuit. et ad Minores.
Columbina V. M. Pobleti in Hisp. Fer. 21 Oct.
Commertia V. in Cnechstein, et ad alb. dom.
Composunda, Minores.
Concordiæ caput Gerundæ in Hisp. Gonzaga.
Constans M. caput Oropressæ, Gonzaga.
Constantia rex ad Joannitas, anno 1527 reperta.
Constantia junior, ibidem simul inventa.
Constantia translata in Schœnaw anno 1156.
Constantia, caput in monte Andacensi. Chron.
Constantia, caput Cæsaraugustæ, Gonzaga.
Constantia Trudonopoli.
Constantia, Aureæ in Gallæcia Ferrar. 22 Oct.
B Constantia, caput in S. Vincentio, Coloniæ.
Constantina V. caput ejus Gerundæ, Gonzaga.
Constantinus miles, de stirpe regia, Cæcil.
Constantinus M. et miles, Cæcil.
Corada caput Gerundæ, Gonzaga.
Corbilia V. Tuit.
Corbinella V. caput Mediolani, Gonzaga.
Cordiana, in monte Andacensi, Chronicon.
Cordula V. ad Joannitas inventa anno 1278.
Cordula, caput ad S. Ursulam.
Cordula V. regina 18 annorum Osnabrugi. Greffgen.
Cordula, totum corpus Viconiæ, clara miraculis.
Cordula corpus in Marchianensi monasterio, Raise,
Cordula caput Antverpiæ, apud patres soc. Jesu.
Cordula, caput et pars corporis in Andacensi monte.
Cordula, caput Cæsaraugustæ, Gonzaga.
Cordula Monachii, in lit. S. Michaelis.
Cordula Tremoniæ.
Cordula, caput Mediolani, Gonzaga.
Cordula, caput Parisiis in parochia SS. Lup. et Ægidii, Saus. 21 et 2 Oct.
Corimius card. Tuit.
Cornelius M. caput in Monte veteri.
C Cornula V. inventa apud Joannitas, an. 1527.
Corona, in Weissenburgensi monaster. caput.
Corona, corpus Viconiæ, Raise f. 529.
Costinus dux, caput ejus Brulæ.
Crescentinus M. minores.
Crispina V. ad albas dominas, pars Trudonop.
Cruna V. Trudonopoli.
Cunera f. regis Orcadum, strangulata in Rhenen.
Cunera, caput in Swiveck, Raise f. 500.
Cunera, caput in S. Vincentio, Coloniæ.
Cunegundis regina, Cæcil.
Cunegundis V. non martyr prope Basileam.
Cyriacus papa Romanus in S. Ursula, Tuit.; pars capitis Mediolani; Gonzaga, pars ad S. Cunibertum, os in Carthusia Colon.
Cyriacus episcopus, alius, in S. Cæcil.
Daria V. apud Glastonenses, ab anno fere 1170, Usserius.
Daria V. ad Machabæos.
Daria regina mater S. Ursulæ, os unum apud patres Societatis Jesu, Coloniæ.
Decentius M. minores.
Delphinus M. in Carthusia.
Demodis Treviris in S. Paulino, cat. loci.
Deodota V. Viconiæ, Raise f. 521.
Demetria regina mater Ætherii sponsi. Tuit
Diasina V. Tremoniæ et ad Minores.
Digna V. f. rex Cæcil. et Trudonopoli.
Dionethus rex pater S. Ursulæ, Cæcil. dicitur prope Weyer cum 15 militibus inventus, pars capitis Madriti, Gonzaga.
Dionysia V. caput in majori Nazareth Colon.
Dionysia V. minores.
Dionysius miles, Cæcil.
Dogomenia V. minores.
Domicella M. Monachii, ex litan. Michaelis.
Dorologia V. de Sicilia, Tremoniæ et Cæcil.
Dorothea V. Cæcil.
Drugildis V. minores.
Drusiana, soror regis, minores, Cæcil.
Dumiana V. Tuit.
Eclycha regina, ad S. Ursulam.
Effriata V. caput in S. Gertrude Coloniæ.
Einbetta V. non martyr, Argentinæ, socia fuit S. Aureliæ.
Elevena V. in Drolshagen.
Eleutheria V. ad S. Ursulam.
Eleutherius f. Valerii ducis Britan. Osnabrugi.
Eligiata V. regalis progeniei, in S. Cuniberto. E
Elimphanus M. de progenie S. Ursulæ, Cæcil.
Elisabeth V. Osnabrugi, Greffgen.
Elisabeth V. decollata, Trudonopoli.
Elisabeth, caput in Cnechstein.
Elisabeth V. cum sorore Gerasina, in Corona cæli.
Emenia V. minores.
Emerentiana V. et M. Cæcil.
Emerentiana V. caput in Mommersloch, Col.
Emeria V. Magdeburgi.
Emerita V. minores.
Emma et Jutta inventæ cum Odillo, Brev. Crucif. in Glindfelt.
Engela, Magdeburgi.
Engela, Trudonopoli.
Engelina, caput ad albas Dominas.
Engelmarus M. in monte Andacensi. Chronicon.
Engardis caput Gerundæ in Hispan. Gonzaga.
Erasma V. Trudonopoli.
Eria f. regis Pigmenii, Cæcil. Tremoniæ, Tuit.
Ermentrudis, Tremoniæ in S. Catharina.
Eruvinus rex avunculus Constantiæ Cæcil.
Eruvinus miles, ad S. Ursulam frat. S. Cordulæ.
Eruvinus M. de genealogia S. Ursulæ, Cæcil.
Essentia una de præcipuis Tuit. Cæcil. F
Essentia, ad minores.
Essentia V. soror S. Pantulæ, Tuit. in Monte vet.
Eva Æthiops Osnabrugum anno 1545 translata.
Eucharia V. filia regis Siciliæ, in majore Nazareth, Coloniæ.
Evergisla uxor Ameri regis Portamiæ, ad S. Maximinum.
Eufra V. Trudonopoli.
Eufratia f. Loycæ, reginæ caput ad corpus Christi. Sacrar.
Eugenia uxor ducis Alex. in Cæcil.
Eugenia V. cujus caput in Cantabria, Gonzaga.
Eulalia V. caput Methymnæ, Gonzaga.
Eunomia V. ad minores.
Eunomia V. alia ad minores.
Evodia sponsa Menandri, caput ad corpus Christi. Sacrar.
Euphemia V. S. Ursulæ neptis, caput translatum in Bavariam.
Euphemiana carthus. Colon.
Euphrosyna f. ducis, Tuit.
Euphrosyna uxor Clementini regis Hispan. ad S. Maximinum.

AUCTORE CROMBACHIO.

Eusebius

AUCTORE CROMBACHIO.

Eusebius episcopus Parminensis, Tuit. pars capitis in Monte veteri.
Eusebius sacellanus in S. Martino Laudunensi, anno 1166.
Eustachius, caput in Francia, Gonzaga.
Eustaja vel Austaja Cappenbergæ in Westphal.
Eutropia, cat. Magdeburg.
Euticia infantula in Schœnav. Elis. 5, cap. 14.
Euticius episcopus de Bara, Tuit.
Expara V. Tuit.
Fabarius, corpus in Monte veteri.
Fabiana V. caput in Francia. Gonzag.
Fabiana V. caput in majore Nazareth, Colon.
Facundinus episcopus, Minores.
Fala, Tuit.
Fala alia, Tuit.
Faragia, soror Sigillindis, Tuit.
Faramina, Trudonopoli.
Faraminia, Tuit.
Faranina, Trudonopoli.
Faravia uxor Abararii ducis, Tuit.
Faravina V. Tuit.
Faravina alia, Tuit. et in Carthusia.
Faravina, corpus Viconiæ. Raise 529.
B Faravina caput in Monte veteri.
Faustinus comes cum uxore Gertrude, Cæcil. Carthus. ad albas Dominas.
Feliciaria, cat. Conrardi L. Recklingh.
Felicitas in Marchianensi monasterio, Raise f. 491.
Felicitas, ad Clarissas.
Felicitas, in capitolio.
Felicitas in S. Gallo, Canis. tom. V ant. lect.
Felicula in monasterio Bonæspei, Raise f. 119.
Felix dux, cognatus regis.
Felix V. Magdeburgi.
Femellia V. soror S. Gratæ, Tuit.
Fenagaria V. f. comitis, Tuit. et ad S. Pantaleonem.
Fenegaria V. Magdeburgi.
Fenella in reliquiis Ernesti archiepiscopi.
Fenellina V. in Monte veteri.
Fenellina, Tuit., translata in Schœnau, Elis. l. 5, c. 14.
Feramna, ad Minores.
Fevagaria V. Trudonopoli.
Fevellina V. Trudonopoli.
Fidelitas, caput Gerundæ, Gonzaga.
Fides, caput translatum anno 1115 ad Weissenburgense mon.
Fides, caput Gerundæ in Hispan. Gonzaga.
C Fides nomen suum S. Azelinæ indicavit.
Finnita V. Tuit.
Firmindina uxor Theodi regem Sicil. ad S. Maximinum.
Firmindina V. Tuit. et Tremoniæ.
Firmundina, ad albas dominas.
Firmundina, Trudonopoli.
Firminus cardinalis, Tuit.
Firminus Trudonopoli.
Firminus sacellanus, Tuit.
Firminus, Tremoniæ.
Flarina virgo, in Monte veteri.
Flavia, caput Mediolani, Paulus Morigi de nobil. Med.
Flavina V. Tuit.
Flavina ad Minores.
Flavinus Romanensis, Tuit.
Flavinus, ad albas Dominas, et Trudonopoli, corpus in Monte veteri.
Flora V. Friburgi. Ferrar. 22 Oct.
Flora V. Magdeburgi.
Flora V. Minores.
Flora, ad Machabæos in cat. impresso.
Flora in Phanosinensi monasterio, Raise fol. 450.
Flora in monasterio S. Azelinæ, cui nomen suum D indicavit.
Florena V. ad minores.
Florenia V. ad minores.
Florentia regina ad S. Ursulam.
Florentia filia ducis Maurorum, ad S. Ursulam.
Florentia V. una principalium, ad Joannitas.
Florentia V. Magdeburgi.
Florentiana V. caput in majore Nazareth, Coloniæ.
Florentia Ætherii sponsi soror, ad Joannitas.
Florentina V. caput Gerundæ, in Hisp. Gonzaga.
Florentina V. caput apud Muisenses, virgo, Raise.
Florentius de Italia, Tuit.
Florentius M. et comes, Cæcil.
Florentius dux, ad S. Ursulam.
Florentius sororius regis de Hispania, ibidem.
Floreta Viconiæ, Adrianus David.
Floriana V. f. rex soror Ursulæ et Mobiliæ Magd.
Floriana V. ad minores.
Floriana alia, apud minores.
Florida V. Magdeburgi.
Florida in reliquiis Ernesti archiepiscopi.
Florigera cat. reliquiarum Ernesti.
Florina V. cognata S. Ursulæ.
Florina V. in reliquiis Ernesti. E
Florina sepulta a Quirillo et Clematio.
Florina translata Tornacum anno 1170.
Florina, Magdeburgi.
Florina et Valeria, Lingonis, Saussaius.
Florinus comes consiliarius regis Hisp. Cæcil.
Focatus de Britannia, inventus Tuitii, teste manuscripto codice mon. S. Alexii.
Fociferus episcopus et M. Tuit. et minores.
Foilanus episcopus Lucensis, corpus ad Machabæos.
Formosa V. ad minores.
Formosa V. ad Joannitas.
Formosa V. translata Osnabrugum.
Fortunata V. catalogus SS. non canonizator.
Frandemia V. f. regis Aquilini, Coloniæ.
Frangia virgo translata Viconiam anno 1158.
Frigia. V. Tuit.
Frenella V. minores.
Frigia V. alia, Tuit. et Trudonopoli.
Frigiæ V. totum corpus in ecclesia S. Martini Laudunensis anno 1166 a Guarino translata. Bib. Præm.
Frinderna regina de Britannia, caput in S. Gertrude Coloniæ. F
Frondelicisma f. regis Ciliciæ, Coloniæ in S. Cuniberto.
Frondelina V. caput Mediolani, in S. Maria, Paulus Morigi.
Frondelina V. caput in majori Nazareth Col.
Fulgentia V. minores.
Gabila V. et M. f. rex Siciliæ, Cæcil.
Gadamia V. Tuit.
Gadiagia V. Trudon. et in Monte veteri.
Galla V. Ruremundæ, Greffgen.
Galla ad minores.
Galatia V. ad albas Dominas.
Gaudentia, cat. impressus, ad Machabæos.
Gaugericus episcopus Ravennas, Viconiæ.
Gebertrudis, ex veteri lit. monasterii Ewick
Genesius Anconensis consul, Tuit.
Georgius presbyter, capitis pars in majori Nazareth Coloniæ.
Gerasina regina Treviris in ecclesia S. Germani.
Gerasina regina Siciliæ cum 4 fil. ad Machab.
Gerasina mater Theodori rex Sicil. ad S. Maxim.
Gerasina parvula, soror Elisabeth, in Coron. cæli.
Gereon miles de S. Ursulæ familia, Cæcil.

AUCTORE CROMBACHIO.

A Germanus episcopus martyr, Cæcil.
Germanus miles de Britannia, Cæcil.
Germatia V. minores, et Benninghausen.
Germeria V. minores, item et in Benninghausen.
Gertrudis caput ad S. Ursulam.
Gertrudis parvula obtenta a B. Herm. Vita ejus.
Gertrudis V. caput ad albas dominas.
Gertrudis uxor Faustini comitis, Cæcil.
Gertrudis matrona Trudonop. et de ejus filia.
Gertrudis V. in Corona cæli.
Gerwigis V. albas dominas.
Getramia, cat. Cæcil. et ad S. Pantaleonem.
Getramia V. minores.
Getromia V. Trudonopli.
Geva M. et virgo de progenie comitum, Cæcil.
Glimaria V. Tuit.
Godestia V. Magdeburgi.
Gordragia, Magdeburgi.
Gorgonius episcopus confessar. regis ad S. Maximinum.
Govilla cat. Magdeburgi.
Grata Junior secundæ, Tuit.
Grata Junior V. sepulta cum S. Pantulo, Tuit.
Grata V. brachium ejus Magdeburgi.
B Grata V. ad S. Claram.
Grata corpus Andaini, in S. Huberti, Raise.
Grata translata in Schœnau, cum Euticia et Fenellina, Elis. l. 5, cap. 14.
Gratia V. Liesbornæ.
Gregoria V. Vetustæ additiones Adonis, et lectiones Colonienses antiquiores.
Gregorianus sacerdos et M. de Britannia, corpus in monte veteri.
Gregorius cognatus S. Ursulæ, ad albas dominas.
Gregorius M. caput in S. Gertrude Coloniæ.
Gudila filia regis Daniæ pars capitis in S. Vincentio.
Gumfreda V. pars ejus Trudonopoli.
Gunthildis V. cat. minorum.
Guta V. caput in S. Gertrude Coloniæ.
Haergerus M. Minores.
Hebora Tuit.
Hedwigis Magdeburgi.
Hedwigis V. f. ducis cat. Cæcil.
Helena V. f. ducis Kiliani ad Joannitas.
Helena uxor Ægidii regis ad Joannitas.
Helena regina matrona, Trudonopoli.
Heliana V. caput in majori Nazareth. Colon.
Henricus M. in Cnechstein.
C Heranta V. ad albas dominas.
Herbertinus miles, ad S. Ursulam, Greffgen.
Herena cat. Magd.
Hermelende, Trudon.
Hermolaus confes. Theod. regis, Greffgen, ad S. Maximinum, presbyter dicitur.
Hervicus rex Cæcil.
Hester f. regis cat. Cæcil.
Hieronymus, qui a sede apostolica virginibus a Roma socius datus, Trudonopoli.
Hilarius episcopus, cat. Clarissarum.
Honorata V. translata Tornacum anno 1170, Raise.
Honorata Belliloci, Raise f. 9.
Honorata translata anno 1300 ad Belionense monasterium, quæ nomen suum indicavit, Raise f. 90; alii vocant eam Honoriam.
Honoratus M. in Bonæspei mon. Raise fol. 118.
Hortula V. cat. Conr. L. Recklinghusani.
Hostia, corpus Andaini in S. Hub. Raise.
Hunnus M. minores.
Hydropa Trudonopoli.
Jacobus archiep. Antioch. Tuit. in S. Ursula caput, pars Tremoniæ et Trudonopoli.
Jacobus episcopus alius, caput in S. Ursula.
Jacobus episcopus alius, in S. Cæcilia.
Ida Trudonopoli.
Ida cum S. Odilia Huyum translata, officialis Colon.
Ignatius episcop. et M. Tuit. caput in S. Ursula.
Ignatius episcop. et M. caput in Monte veteri.
Imayna V. frater ejus Ægidius, Trudonopoli.
Imma V. inventa anno 1286 cum Basilia.
Immeria V. regis de Mauritania, Cæcil.
Immeria V. et M. f. regis, Cæcil.
Inclyta V. cat. Cæcil.
Inducta V. in Cnechstein.
Joanna V. caput Hordumiæ, in cat. Gonzaga.
Joannes archiepiscopus de Scoria, Cæcil.
Joannes episc. de Armenia, cum S. Cordula inventus.
Joannes miles de Brit. Cæcil.
Joannes presbyter caput in S. Ursula.
Josippa soror Dionethi brachium Olyssiponæ ab anno 1588.
Jovinius episcopus Eborensis, Tuit. et ad albas dominas.
Irenæus episcopus Agoniensis, Tuit.
Irmtrudis V. caput, ad S. Ursulam.
Isala V. Argentinæ, apud Joannitas in Insula.
Isala V. ad Clarissas. E
Iseldrudis, cat. Magdeburg.
Jubella V. M. monachii, ex Lit. S. Michaelis.
Jucundus episcopus Mascunensis. Tuit. et Minores, in Trudonopolitano cat. vocatur Jucundinus.
Judicia f. regis cat. Carthus.
Julia, cat. Machabæorum.
Julia, minores.
Julia inventa in horto abbatissæ ad S. Ursulam.
Juliana V. f. Gerasinæ, ad Machabæos.
Juliana V. cat. Tuit.
Juliana alia in Tuit. cat.
Juliana caput in Cnechstein.
Juliana V. cum Eustachio abbatis-vallæ in Francia.
Juliana alia Horduniæ in Cantabria. Gonzaga.
Juliana, totum corpus Magdeburgi.
Juliana Osnabrugi, cat. loci.
Julianus, Osnabrugi, Greffgen.
Justianus Parminensis, Tuit.
Justina V. in Andacensi monte. Chron.
Justina et Sabina, Tremoniæ.
Justina f. regis Hung. in reliquiis Ernesti archiepiscopi.
Justinus archiepiscopus, Cæcil. et Brulæ.
Justinus comes, os ejus Monachii, ex lit. S. Mi- F
chaelis.
Jutta apud Huyum cum S. Odilia, nisi eadem sit cum Ida.
Kalendinus episcopus. Tuit.
Kalendius episcopus, Tuit.
Kilianus dux cum 3 fil. Brigida, Helena, Sapientia, ad Joannitas.
Kilianus comes, Osnabrugi, Greffgen.
Lambertus f. regis Cæcil.
Lambertus M. Trudonopoli.
Lamnia V. Trudonopoli.
Languida V. Tornaci, Crucigeri, Raise.
Lauda, Trudonopoli.
Laurentius Romanus et M. Cæcil.
Læfania V. f. ducis Britt., Tuit.
Læfania alia, ibidem, et Trudonopoli.
Lætentius, cat. ad S. Joannem Baptistam.
Leonardus dux, ad Clarissas.
Leophania V. comitissa Hisp. ad S. Maximinum.
Leophania principissa, cat. Magdeburg.
Leophania V. f. ducis Britanniæ.
Leimarus presbyter, Tremoniæ.
Levina, ad minores.

Libera

AUCTORE CROMBACHIO.

Libera, cat. Conrardi Luth. Recklinghusen.
Liberia, pars brachii, Magdeburgi.
Lifania caput in Catalonia, Gonzaga.
Lisa V. in Cnechstein.
Lismodis, Osnabrugi, Greffgen.
Livina V. ad Minores.
Livoldus subdiaconus, qui sepelivit sacras virgines, corpus in veteri Monte.
Lonica V. regina, soror Valerii regis Hispaniæ, Cæcil.
Loyca V. regina Antiochena, caput ad corpus Christi.
Loscia, caput in monasterio Loci spinosi, Raise.
Luboldus comes, Cæcil.
Lucia V. et M. Cæcil.
Lucia V. regina ex Sicil. cat. Magdeburg.
Lucia Samaritana, Minores.
Lucia V. quæ duxit virgines Basilea Romam, corpus ad Joannitas.
Lucretia V. f. regis, decennis, ita inscriptio habet, caput Coloniæ, apud patres Societatis Jesu.
Ludemilla V. in Cnechstein.
Lufra V. f. Caracuni regis Tuit.
Lyra V. in Cnechstein.
B Mabila V. ad Clarissas.
Mabilia V. nobilis ad Joannitas in statu pectorali.
Machada, cat. Carthus.
Macharius comes cognatus Pinnosæ, Cæcil.
Macharius episcopus Viconiam translatus anno 1158, ad S. Mar. Laudunensem anno 1166 a Guarino.
Macharius dux et martyr, Tuit.
Macrominus, Minores.
Magnacius, Cæcil.
Magnus f. regis Cæcil.
Magnus martyr Orchadensis Cæcil. et ad albas dominas.
Mallusius episcopus Laudi, Trudonopoli, corporis pars est in Monte veteri.
Marcellina, corpus in Francia Moncelli, Gonza.
Marcius episcopus Corbonensis, Tuit.
Marculus episcopus in Græcia, Tuit. Machab. caput in Monte veteri.
Maromius episcopus Novariensis, Tuit. in Monte veteri.
Marenisus is vocatur in Trudonopolitano.
Margaria V. f. comitis, ad albas dominas.
Margaria V. Tuit.
C Margaria in monasterio Bonæspei, Raise vocat Margaritam.
Margareta, caput ad S. Ursulam.
Margareta abbatis-vallæ, in Francia, Gonzaga.
Margareta, corpus totum Magdeburgi.
Margareta, caput Parisiis, Gonzaga.
Margareta cognata S. Ursulæ Mediolani, ad S. Apollinarem.
Margareta, caput Clivis in collegiata ecclesia.
Margareta Trudonopoli.
Margareta alia Viconiæ, Raise f. 529.
Margareta in Bonæspei monasterio.
Margarita alia ibidem, Raise f. 118.
Marienes M. Cæcil.
Maria V. caput in S. Gertrude, Coloniæ.
Mariana cujus corpus Liesbornæ.
Marina regina de Mauritania, caput ad corpus Christi.
Marinus episcopus Mediolanensis, Tuit., caput ad albas dominas.
Marinus episcopus de Geneve.
Marinus M. Tuit.
Marius M. et sacellanus, corpus in Monte veteri.
Marius diaconus, Clarissæ.
Marius sacellanus Monachii, in Mart. Laud. anno 1166. D
Marmenia V. Minores.
Marsilius M. Tuit. et Trudonopoli, pars Cremonæ in cathedrali ecclesia.
Marsodina, pars Trudonopoli.
Martha, Agnes, Afra, ad Joannitas. Greffgen.
Martha et Saula adjungitur, in vetustioribus litaniis et lectionibus, Ursulanæ societati.
Martula V. Trudonopoli.
Martialis dux de Hispania, ad S. Maximinum et Pantaleonem.
Martius, in Bonæspei monasterio, Raise.
Marthama Liesbornæ.
Matrona, Magdeburgi.
Matrona Monachii in lit. S. Michaelis.
Matthæus episcopus Hiberniensis, Tuit.
Matthæus miles, Cæcil.
Maurina V. et M. Cæcil. et Carthus.
Maurina regina de Mauritania, caput ad corpus Christi. Sacrarium.
Maurina, cat. Machabæorum.
Maurisus episcopus Lavicanus, ad Machab. et Treveris, et in Monte veteri.
Maurus cum Willebrando, Osnabrugi. E
Maxentia, ad Clarissas.
Maximiana V. ad Minores.
Maximianus dux Constantinopolitanus, ad S. Ursulam.
Maximiliana V. Cæcil.
Maximiliana rex Hung. caput, ad corpus Christi.
Maximilla, Minores.
Maximinus decollatus se manifestavit, ad S. Ursulam.
Maximinus, pars capitis apud patres Societatis Jesu, Coloniæ.
Maximus episcopus cujus cognata erat Albina, ad Clarissas uterque.
Mechtildis V. in Cnechstein.
Mechtundis V. non martyr prope Basileam.
Medigina V. caput in Majore Nazareth, Coloniæ.
Medropia V. ad albas dominas.
Medropia V. ad Minores.
Metrudis V. ad albas dominas.
Mercurius in Marchianensi monasterio, Raise.
Mercurius episcopus et M. caput in Monte veteri, f. 292.
Mezentia V. ad Minores.
Mirandus M. ad S. Ursulam. F
Mitberta V. non martyr socia Aureliæ Argentinæ.
Mobilia f. regis Hung. soror Ursulæ et Florianæ Cæcil.
Mobilia V. f. comitis Hungariæ, Cæcil.
Modulipa V. f. ducis, ad Clarissas.
Monoldus Tuit.
Moprianus rex Hungariæ cum f. Ursula, Cæcil.
Moprianus miles, f. Loycæ reginæ, Cæcil.
Moretta regina Monachii ex lit. S. Michaelis.
Naufragina ex lit. S. Walburgis, Susati.
Nestoria V. caput Occaniæ in Castella. Gonzaga.
Nicetius sacerdos Tuit.
Nicomedes V. cat. Clarissarum.
Niobe, cat. Magdeburgi.
Nostræ corpus montibus in ecclesia collegiata S. Waledetrudis, festum ejus feria quarta post Dominicam Quasimodo.
Nothus rex Scotarum, Tuit.
Noitburgis V. Ursulana in Hemmerode.
Nicolaus M. de sodalitate Ursulana, Trudon.
Nympha V. apud Minores.
Odelria, in Porta cæli.
Odibilia V. f. principis, caput in Hispan. Gonzaga.

Odilia

A Odilia regina, ad S. Ursulam quiescit.
Odilia inventa ad Joannitas, anno 1527.
Odilia cujus pars translata Olyssipon. anno 1588.
Odilia V. Huyum translata anno 1287. Bannel.
Odilia cujus caput in Capitolio.
Odilia cujus caput in Cnechstein.
Odilia V. caput in S. Apro Coloniæ.
Odilia V. Parisiis, Gonzaga.
Odrada V. pars Trudonopoli.
Officia V. in Carthus. Confluentina. Greffgen.
Oldilia, dens Cremonæ apud Clarissas.
Olibia V. cujus crus Gerundiæ in Hisp. Gonz.
Oliva Magdeburgi.
Oliva V. ad Minores.
Oliva caput Tungris. Raise f. 330.
Oltilla V. caput Laudæ in Insubria, Gonzaga.
Onica nutrix et cognata S. Ursulæ. Cæcil.
Onopia Viconiæ. Adrianus David de reliq. Vic.
Orator M. Minores.
Orphetus ad Clarissas.
Ortmaria, quæ scripsit titulos, Tuit., et ad albas dominas.
Osanna, Minores.
Osilia caput ad Clarissas.
B Osilia f. principis de Italia, Osilia f. comitis, Osilia V. } inventæ ad Joannitas cum Constantia anno 1527.
Osinanna V. Parisiis, ad S. Dionysium. Gonzaga.
Othilia V. in S. Gertrudis Coloniæ.
Ozia V. regin. fil. sororis ducis Hung. Cæcil.
Ozia V. et M. Cæcil.
Pachomius sacerdos et M. Tuit.
Pacifica V. Parisiis in monasterio Avemarian. Gonzaga.
Padusia principissa, cat. Magdeb.
Palladia V. Tuit.
Palladia, Minores.
Palladia, totum corpus Cistercii. Jongelinus.
Pallipadia V. Tuit.
Palmatia V. translata anno 1113 ad Weissenburgense monasterium.
Pamphilus corpus in Monte veteri.
Panafreta V. Tuit.
Panafreta V. alia Tuit.
Panafreta Tremoniæ.
Panafreta Liesborna translata in Wilbasen.
Panafredis corpus Parisiis in S. Dionys. Saussaius.
Pannofresa Trudonopoli.
C Panosa Reitenburgi in Bavaria.
Panpheta corpus Viconiæ, Raise f. 529.
Pantalia V. caput in Majori Nazareth Colon.
Pantulus protoepiscopus Basileensis, Tuit., ad S. Ursulam, Trudonopoli.
Pantula V. Tuit.
Papunius rex Hiberniensis, Tuit.
Parmenia V. soror Pinnosæ, cat. Magdeb.
Parmerius M. et capellanus, Tuit.
Pastelasus episcopus Agriensis ad Machabæos.
Patmia V. Tuit.
Patralia V. corpus in Monte veteri.
Patraria, cat. Minorum.
Patripalia V. Trudonopoli et Tuit.
Paubriralia V. in S. Foilani monasterio Raise f. 220.
Pavia V. f. ducis, Tuit.
Pavia, alia Tuit.
Paula ducissa matertera Cordulæ, Cæcil.
Pavia in S. Salvio, Raise, et costa Lovanii.
Paula, totum corpus in Morimundensi, abbas Jongelinus.
Paula Trudonopoli.
Paulina et regina, ad S. Martinum majorem.
Paulina, cognata S. Ursulæ, Osnabrugi. Greffgen.
Paulina, caput apud Muisenses Virg. Raise.
Paulina, ad Joannitas.
Paulina, apud albas dominas.
Paulinæ dens Trudonopoli, pars apud cruciferos.
Paulina V. ad S. Gereonem.
Paulinus dux, ad S. Ursulam. Greffgen.
Paulinus, ad Clarissas.
Pelagia, Magdeburgi.
Penera V. soror S. Pinnosæ, Tuit.
Periminia V. soror Pinnosæ, Tuit.
Permerius episcopus Cremonensis, Osnabrugi.
Perpetua V. cat. Claris.
Perpetua V. collectanea S. Ursulæ in Bochem. Greffgen.
Persilius M. et comes. Cæcil.
Petronilla comitissa in Hispania ad S. Maximinum.
Petronilla f. reg. Sicil. ad albas dominas.
Petronilla V. f. regis, Cæcil.
Petropalia cat. Carthus.
Petrus M. Trudonopoli.
Philippa V. Cæcil.
Philippa V. Carthus.
Philippa V. Clarissarum.
Philippus rex, Cæcil.
Philippus sacerdos, Cæcil.
Philippus miles, Cæcil.
Pigmenius rex, Tuit.
Pignosa V. ad S. Claram.
Pignosa V. ad Minores.
Pignosa V. V. f. regis Siciliæ ad Maximinum.
Pignosa neptis S. Ursulæ Mediolani, Paulus Morigi.
Pignosa caput in Marienbaumensi monasterio Cliviæ.
Pignosa V. f. regis ad albas dominas.
Pimenius M. et episcopus Parmensis, Tuit.
Pinnosa regina caput ad S. Martinum majorem.
Pinnosa ducissa, Tremoniæ.
Pinnosa secunda principalium, pars in Andacensi monte, pars Trudonopoli.
Pinnosa Monachii, in lit. S. Michaelis.
Pinnosa V. ad Joannitas, et Osnabrugi.
Pinnosa V. caput in Majori Nazareth Colon.
Pipigaria regina, cat. Conradi lit. Recklingh.
Piraria V. soror D. Piri, Clariss. et Carthus.
Pirus dux, Claris. et Carthus.
Pisona V. f. regis Siciliæ, Tungris, Raise f. 330.
Placentia V. f. Ægidii regis ad Joannitas.
Placida V. Liesbornæ.
Plectrudis V. ad Clarissas.
Poemius M. frat. S. Pamphylii. Tuit.
Polemius M. et medicus, Tuit. et Clariss.
Polibra V. in Hispania. Gonzaga.
Polimius episcopus et cardinalis. Tuit.
Polimius episcopus Adriatensis. Tuit.
Polimius Osnabrugi, cat. loci.
Polina V. f. D. Dagoberti. Cæcil.
Polinus archiepiscopus. Cæcil.
Polycarpus in Bonæspei monasterio, Raise.
Polychronius missus Roma cum SS. Virginib. Tuit.
Polyphamus Carriarius, Tuit.
Pontius cardinalis, Tuit.
Praxedes regina caput in Carthusia.
Praxedes caput in Horto Mariæ, Coloniæ.
Prisca ducissa Hispaniæ. Cæcil.
Prisca V. Cæcil.
Prisca V. ex Britania. Cæcil.
Prontulus in Monte veteri.
Prosilius comes, Cæcil.
Protha V. ad Minores.
Proxima V. f. regis. Cæcil.
Prudentia V. f. ducis, ad Clarissas.
Prudentia V. f. regis, Cæcil.

AUCTORE CPOMBACHIO.

E

F

AUCTORE CROMBACHIO.

Prudentia V. cognata S. Ursulæ ad Joannitas.
Prudentia V. ad S. Maximinum, anno 1545 donata Hispano cuidam.
Pusinna V. Tuit.
Quarantus M. Minores. Catal. Trudonop., vocat Quaratum.
Queamura V. Trudonopoli.
Querela V. corpus in Weissenburg.
Querillus episcopus, caput ad S. Ursulam.
Quirilla V. Magdeb.
Quirillus M. frater S. Marculi. Tuit.
Quirillus presbyter, qui vixit sex dies, post accepta vulnera, ad Machab. et Tuit. præcipua corporis pars est in Monte veteri.
Rabata martyr. Adonis additiones.
Rachilda, cat. Magdeburg.
Raoxmia V. Tuit.
Raraonia V. M. translata ad S. Martinum Laudunensem anno 1166 a Guarino. Bibl. præmonst. f. 507.
Ratisponsa ad carmelitas. Greffgen.
Regina V. ad Martinum majorem.
Regina V. Osnabrugi.
Regina V. Tremoniæ.
B Regina V. alia Tremoniæ, pars capitis in Horto Mariæ Coloniæ.
Regius martyr, caput apud Joannitas, pars capitis in majore Nazareth.
Reinerus frater regis Hisp. Cæcil.
Remaldus episcopus de Græcia, ad Joannitas, pars translata Osnabrugum, circa annum 1343.
Respondiasticus episcopus ad S. Maxim.
Richildis V. corpus in Summuntorio HochWard, Hundius.
Rixa Æthiopissa, corpus ejus Osnabrugi.
Rodiana Magd.
Romana V. Britta Tuit.
Romana V. alia Tuit. et ad Clarissas.
Rosa V. ad albas dominas.
Rosina cat. Magdeb.
Sabaria V. Minores.
Sabatia in Herendal. Wichmans.
Sabina caput in ab. Campoliliorum in Austria.
Sabina cum aliis in Corona cæli.
Sabina et Justitia Tremoniæ.
Sabina V. caput in S. Agathæ Coloniæ.
Sallamena V. in S. Gisleni, Raise fol. 234.
Salandrina f. S. Viti, cat. Magd.
C Salmena V. Monachii, ex Lit. S. Michaëlis.
Salomena, cujus corpus Osnabrugi, Greffgen.
Salva, caput translatum ad Wisenburgense Mon.
Salvator M. Tremoniæ.
Salustia Liesbornæ.
Sambatia Lisbornæ, Tuit.
Sambaria Tremoniæ in S. Catharinæ.
Sambaria in Bonæspei monasterio, Raise, f. 118.
Sambaria Viconiam translata anno 1158, ibique manet.
Sambaria translata anno 1166 ad S. Mart. Laudunensem a Guarino Viconia, ubi abbas fuit.
Sambariæ corpus Aquicincti dono Marg. Constant. imperatricis.
Samcaria in Benninghausen.
Saminia Lisbornæ.
Samna V. Tuit.
Sancta Atrebati in cathedrali ecclesia, Raise.
Sancta V. Lisbornæ.
Sanctina in S. Gereonis, pars costæ Magdeb.
Sanctula, cat. Magdeb.
Sannia V. Tuit.
Sannia V. alia Tuit.
Sapientia V. f. Kiliani ducis, ad Joannitas.
Sapientia V. caput Oropressæ in Hisp. Gonzaga. D
Sapientia V. caput Alensonii in Francia. Gonzaga.
Sapientia V. nobilis Tuit.
Sapientia crus Gerundæ in Hisp. Gonzaga.
Sapientia Monachii in lit. S. Michaëlis.
Sapientia V. ad Clarissas.
Sapientia, corpus Pragæ in tumba auro et argento ornata, dono Caroli quarti imperatoris.
Sara regina, uxor Nothi regis Tuit.
Sassarina Tuit. et Trudonopoli.
Saturia V. Tuit.
Saturnia V. Adonis additiones.
Saturnina. Adonis additiones.
Saturnina, Minores.
Saturninus dux et M. caput in Monte veteri.
Savina V. Cistercii post altare. Jongelinus.
Savina, Clarissæ, Coloniæ.
Savina, Minores.
Savina Trudonopoli.
Saula V. martyr Romana. Usuard. Adon. Lit. et Lect. vetus.
Sechia V. caput ad S. Cæciliam.
Secunda V. Romæ; caput in domo professa Societatis Jesu.
Secunda Parisiis, corpus in S. Dionys. Saussaius. E
Secunda V. f. ducis, Tuit. vixit annis 28.
Secunda in S. Foilano, Raise f. 220.
Secunda in Capitolio.
Secunda, ad albas dominas.
Secunda alia Tuit.
Semibaria, corpus Parisiis in S. Dion. Saussaius.
Sempronia V. Trudonopoli.
Sentia V. Adonis additiones.
Septimalla, caput Cremonæ apud patres Societatis Jesu, cum 5 aliis integris capitibus, et 24 ossibus magnis.
Sexcila V. caput ad albas dominas.
Sicarnia V. cat. Magd.
Sidonius miles, Cæcil.
Sigillinda Trudonopoli.
Sigillindis ad Machabæos.
Sigillindis Tuit.
Simplicius Ravennensis episcopus Tuit. Trudonopoli.
Sirinus episcopus, caput in Majore Nazareth.
Smarina V. Tuit. Trudonopoli.
Sophia cognata Agnetis et Barbaræ, Cæcil. et Trudonopoli.
Sophia cujus hianti ori telum insertum, ad S. Ursulam. F
Sophia V. Pragæ donata a Carolo IV, imperatore.
Sophia Monachii ex Litan. S. Michaëlis.
Speciosa V. in S. Ursula caput.
Speciosa, ad Minores.
Speciosa V. Clarissæ Trudonopoli.
Spes Trudonopoli.
Spes V. caput in S. Agatha Coloniæ.
Sponsa V. ad Clarissas et in Carthusia.
Stepana V. Minores.
Stephanus, Raise, f. 118.
Successus M. frater Genesii, corpus in Monte veteri.
Suffia ad S. Ursulam.
Surdephia V. ad Clarissas.
Susanna V. caput in Francia. Gonzaga.
Susanna V. consanguinea S. Ursulæ, pars capitis in Hemmerode.
Susannæ V. reliquiæ in Carthusia Rutilana ad Ripam Mosæ.
Sutragia, cat. Magd.
Sydelosa V. Cæcil.
Symphonia V. Minores.
Symphonia Tremoniæ.

Symphonia

AUCTORE CROMBACHIO.

A Symphonia V. Tuit.
Tendemada in Herendal, Wichmans.
Tenella V. Cordubæ, Gonzaga.
Tenertuna V. in Porta cæli.
Terentia V. Tuit.
Terentia V. alia Tuit.
Terentia V. in monasterio Bonæspei, Raise f. 118.
Terentius episcopus Hispaniæ. Brulæ Minores.
Teumata V. Tuit.
Teumata V ad albas dominas.
Thalita V. pars capitis Magdeburgi.
Thamaria Tuit.
Thamaria cum Theusta socia, in breviario Frisingensi.
Thamaria Trudonopoli.
Theamata V. Monachii ex Lit. S. Michaelis.
Themata ad S. Pantaleonem.
Theodosius f. Theodori R. Hisp. ad S. Ursulam, Greffgen.
Theodoricus patruus S. Ursulæ, caput in S. Michaele Coloniæ.
Theodorus rex Siciliæ ad S. Maximini.
Theodorus episcopus Antiochenus ad S. Ursulam.
Theodorus presbyter pars capitis in Majori Naza-
B reth.
Theomata in S. Ursula, Cæsar. lib. VIII, cap. 85.
Theonasius in Carthus.
Theonasius ad S. Claram.
Theophania in S. Autberto, Raise.
Theophania comitissa cum duabus sagittis in S. Maximino.
Theophenilla f. Cendeboldi rex Tuit.
Theophilus rex Mauritaniæ Cæcilia.
Theumata V. Tuit.
Theusta V. cum Thamaria in Frisig. Brev.
Tiberia V. Minoritæ.
Tiburtius dux, caput in S. Cuniberto.
Thilphilda Magdeb.
Timiana V. Trudonopoli.
Timianus M. apud albas dominas.
Tinnianus M. in Carthusia.
Trema V. una ex principalibus Tuit.
Torpinus episcopus Tremoniensis.
Tranus M. Tremoniæ.
Triphonica V. Tuit.
Tronica V. cujus corpus Venetiis, Gonzaga.
Tutuvalus abbas Aquileiensis Tuit.
Valentius M. ad albas dominas.
C Valeria V. Tuit.
Valeria et Florina Lingonis, Saussaius.
Valerianus miles, Cæcil.
Valerius rex Hispaniæ inventus in S. Ursulæ templo, pars Monachii, ex Lit. S. Michaelis.
Valerius episcopus Cæcil.
Valerius sacerdos Tuit.
Valerius ad S. Pantaleonem.
Valerius in monasterio Bonæspei, Raise, f. 118.
Valerius martyr in Monte veteri.
Validia V. Liesbornæ.
Vania V. Tuit.
Vania V. Trudonopoli.
Vaspasius M. et sacerdos, in Monte veteri corpus.
Udia V. Tuit.
Venantia cum Elisabeth in Corona cæli.
Venapia virgo Tuit.
Venturata V. Cremonæ in Sacello S. Geroldi.
Veraga V. Tuit.
Verasia V. Tuit.
Verena V. in Schœnaw.
Verena alia. Tuit.
Verena in Porta cœli.
Verenia V. ad albas dominas.
Verennia Tuit.
Verlenda V. Trudonopoli.
Verona V. Tuit.
Verxina Trudonopoli.
Vevissa Trudonopoli.
Victor episcopus et M. in Salvio, Raise.
Victoria V. in Belgium translata.
Victoria V. ad Machabæos, filia Gerasinæ.
Victoria V. ad albas dominas.
Victoria V. ad Clarissas.
Victoria V. Osnabrugi, telum capiti infixum hæret.
Victoria V. caput monachii in lit. S. Michaelis.
Victoria Burgos in Hispaniam translata anno 1320.
Victorina, Tuit.
Victorina, Minores.
Victorina, Magdeburgi.
Victorina, Trudonopoli.
Victorina, in Marchianensi monasterio, Raise.
Victorina V. valde nobilis in Monte veteri.
Vincentia V. Minores.
Vincentius presbyter card. Tuit. caput in S. Ursula.
Vinciana V. Minores.
Viniana V. Trudonopoli.
Vittora F. regis, ad albas dominas.
Viventia V. Minores. E
Viventia alia, Minores.
Viventia tertia ad Minores.
Undelina V. apud Prædicatores.
Vorbetta V. non martyr, Argentinæ, socia S. Aureliæ.
Urbanus miles, Cæcil.
Urbina V. Tuit.
Urbina, Tremoniæ.
Ursmaria ducissa, Tremoniæ.
Ursmaria V. f. Ararisi ducis, Tuit.
Ursmaria, Liesbornæ.
Ursmarus episcopus de monte Jurano. Tuit.
Ursina V. Trudonopoli.
Ursula regina Britanniæ, in S. Ursula in tumba argentea, Tuit.
Ursula regina neptis S. Ursulæ, caput ejus in choro S. Ursulæ, in sarcophago lapideo est.
Ursula Junior cum Paulina Osnabrugi, Greffgen.
Ursula V. f. Mopriani regis Hung. Cæcil.
Ursula V. cognata Ursulæ ducis Hungariæ, Cæcil.
Ursula Virgo soror Agnetis et Barbaræ.
Ursulæ alterius, caput Bergomi.
Ursulæ caput in ecclesia S. Jacobi in Hispan.
Ursulæ caput Auronæ, Gonzaga. F
Ursulæ caput Nannetis, Gonzaga.
Ursula quædam regina, Tremoniæ.
Ursula translata ad Glastonense monasterium, Usserius.
Ursulæ caput Parisiis, Saussaius in martyr. 21 Oct.
Ursulæ caput in Loci spinosi monasterio, Raise f. 289.
Urundelina V. in Wilbasen, diœcesis Paderb.
Walbina, Magdeb.
Walbina, Tremoniæ in S. Catharina.
Walbina, V. caput in Majore Nazareth.
Walbina regina, ad S. Maximinum.
Walburga matertera S. Ursulæ, caput Mediolani, Paulus Morigi.
Walburgis regina, caput ad corpus Christi, Sacrarium.
Walda V. caput in Majore Nazareth.
Wibrandis non martyr, circa Basileam.
Wibretta cat. Magdeburg.
Wilfuldis, pars capitis Magdeburgi.
Wilhelma f. regis Dagoberti Brit. ad corpus Christi.
Wilhelmus, caput in monasterio S. Michaelis, Coloniæ.

Withildia,

AUCTORE CROMBACHIO.

Willibrandus dux Italiæ, inventus apud Joannitas, translatus Osnabrugum.
Willina V. Liesbornæ.
Windrudis, ad albas dominas.
Withildis, Magdeburg.
Wiviniana, cat. Magdeb.
Xpinna nobilis puella, ad S. Ursulam.
Xystus patruus Cyriaci.
Ymna V. Argentinæ, ad Joannitas.
Ynes translata anno 1588 Olyssiponem, ad S. Rochum.
Ziphana V. caput Ilerdæ. Gonzaga.
Zwunilia, Magdeburgi.

Monitio Crombachii circa præcedentia nomina.

Chiliadem hanc nominum Ursulanarum martyrum attuli fide periculoque catalogorum vel librariorum : nec enim per occupationes licuit loca singula inspicere : quod tamen ante me conatus est facere R. D. Conrardus Lutherus Rercklinghusanus, serenissimi archiepiscopi et electoris nostri B commissarius, e cujus excerptis collectisque nominibus quædam delibavi : poterit, cui plus otii, catalogum augere, et quanta quolibet in loco portio sit : unde et quando translata conscribere accuratius, præsertim ubi capita quiescant, inde numerus personarum ejusdem nominis certus colligetur. Nec diffitebor irrepsisse in quosdam catalogos assumenta quædam recentiorum regnorum ac dubiæ fidei : ut Hungariæ, Lombardiæ, Constantinopolitani imperii, Angliæ, Franciæ, quandoque tamen occasionem, ut voces similes adjicerentur, veri dedere tituli sepulcrales : Inventus fuerat titulus Pastelasii episcopi Agriensis, huic adnexuit quidam Hungarici : quia Agria civitas Hungariæ est : Willibrandus in titulo dux Italiæ scribebatur, eum posteriores Longobardiæ ducem nominarunt : Constantia Thraciæ, vel Græciæ, et in revelatione altera Byzantini, vel Constantinopolitani dicebatur regis filia : hinc reliquiis S. Constantiæ imperatricis Constantinopolitanæ titulus adjicitur. Certe quoties licuit primigenias a coævis conscriptas narrationes inventionum legere, puta Tuitiensem Gerlaci, aliam Joannitarum, et quamdam C cœnobii S. Maximini, nihil in iis unquam vocum recentioris ævi reperi : quod minimum ab Ursulana chronologia posset abhorrere : sic in catalogis manu recentiore scriptis nonnumquam episcopi, vel cardinalis vocem adjectam vidi, quæ in primigeniis exemplaribus deerat. *Hæc ille, meliori fide quam judicio.*

Selecta nomina numerusque eorum, quæ ex indicibus templorum excerpta vel eadem, vel affinia sunt eis, quæ in Revelationibus continentur.

Adrianus decennis et alius 2
Ægidius rex et alius 2
Ætherius sponsus
Adwigis ducissa
Agnes 3
Albana
Albanus
Albina 5
Alcidis 4
Alexander dux
Aldegundis
Amanda 2
Amandus
Ambrosius 2
Anastasia 5
Anastasius
Antonia
Antonina 2
Angelina
Angela, vel Engela 2
Anna 3
Apollinia
Apollonia
Aurea 3
Aurelia 2
Aurelianus
Axpara ducissa
Babyla 2
Babylia 7
Babylla 2
Balbana
Balbina 6
Beata
Beatrix
Benedicta 3
Benigna 6
Benignitas
Brigida
Bonifacius
Cæsarius 2
Chelindris
Claudius
Claudiana
Clara
Clemens episcopus
Clemens 3
Clementia 2
Clementinus
Christiana 2
Christianus 3
Christantia 2
Christantius
Christina 11
Christiniana
Clodoveus rex
Columbina 2
Constans
Constantia 7
Constantina
Constantinus 2
Cordula 11
Cornula
Cyriacus papa.
Daria 2
Dionethus rex pater S. Ursulæ
Dionysia
Demetria mater Ætherii sponsi
Dorothea
Eleutheria
Elisabeth 4
Emerentiana
Eugenia 2
Eucharia
Eulalia
Eunomia 2
Evodia
Euphemiana
Euphemia
Euphrosyna 2
Eustachius
Eustaia
Eusebius
Euticia
Euticius
Eutropia
Exspara.
Felicitas 4
Felix 2
Fidelitas
Fides
Firmindina 4
Firminus 4
Flora 3
Floriana 3
Florida 2
Florigera
Florena
Florenia
Florentia 2
Florentina 3
Floreta
Florentius 2
Florina
Florinus
Foilanus episcopus Luc.
Focatus
Formosa 3
Gerasina 4
Germanus 3
Gertrudis 2
Helena 3
Hedwigis 2
Herwicus
Honesta
Hermolaus
Honorata 3
Honoratus.
Jacobus episcopus Ant.
Josippa soror Dionethi.
Joanna
Joannes 3
Immeria 2
Inducta
Julia 2
Juliana 7
Julianus
Justina 3
Justinus 2
Kilianus
Lucia 2
Lucretia
Mabilia 2
Macharius 3
Magnus 2
Marculus
Margareta 1
Martha 2
Matrona 2
Maurisus episcopus
Mechtildis
Mobilia 2
Nicolaus
Nicomedes
Odilia 6
Oliva 3
Palladia 3
Pantulus episcopus 2
Pantula
Perpetua 2

D E F

Petrus

A Petrus
Philippus 5
Philippa 5
Pinnosa 5
Pignosa 6
Placentia
Placida
Pontius cardinalis
Praxedes
Protha
Prudentia 5
Richildis
Sabina 5
Sapientia 7
Sophia 4
Simplicius Ravennensis episcopus
Spes
Theodora
Theodorus
Tiberia
Verena 5
Verenia 2
Verona
Victor
Victoria 6
Victorina 5
Vincentius
Viventia 5
Ursula 14
Walburgis 2
Willina.

§ XVI. Unde factum sit ut plura Martyrologia, dicta classica, SS. Virginum commemorationem non habeant.

Explicatur quare in Hieronymianis Martyrologiis, quorum indoles indicatur,

Proxime ad S. Ursulæ *et sodalium reliquias pertinent quæ in earum honorem celebrabantur festa, quæ quippe pleraque ex translationibus orta sint. Quum vero hæc passim ex martyrologiis intelligenda sint, occurrit statim plurimorum interrogatio unde factum sit, ut tam celebre et tam magnum martyrium omnes fere antiquos martyrologos latuerit. Ad quam quæstionem ideo maxime respondendum est, quod qui ei plurimum inhærent, videntur ea interrogatione concutere velle universum Ursulanum martyrium. Verumenimvero hæc nullam difficultatem habet. Martyrologia scilicet in plures classes dividenda sunt. Veniunt primo loco quæ Hieronymiana dici solent : optimum textum edidit Florentinius, alium Dacherius, alios Sollerius noster, alios quoque Martenius et sic deinceps; præcipuos vero codices singulari accuratione descripsit et pro uniuscujusque merito laudavit Sollerius in præfatione ad suam Usuardi editionem. Porro hæc illius libri natura est ut potissimum referat martyrum Romanorum nomina*
C *non tamen omnia, et alia quoque quæ ejus scriptori innotuerant. Id vero non magno præstitit delectu. Quum enim ei prælucerent complurium ecclesiarum Kalendaria, ad singulos dies ea nomina suo martyrologio intulit, quæ in Kalendariis ad eosdem dies reperisset, nulla ratione habita an ea aliis jam diebus signasset secundum alia Kalendaria : ita ut aliquando ter, quater, quinquies atque etiam sæpius iidem martyres redeant, quin etiam martyrum phalanges. Alter vero character non minus insignis est et ad rem nostram proprius facit : nulli scilicet sinceris hujus martyrologii exemplaribus inscribuntur martyres, qui post æram quam vocant persecutionum vitam cum sanguine pro Christo profuderint. Frustra itaque in iisdem quæres illustres christianæ veritatis athletas, qui tanta constantia sub Vandalis atrocissima tormenta in Africa passi fuerunt. Quæ quum ita sint, quis mirabitur Colonienses virgines, medio sæculo* V *et eodem fere tempore quo martyres Afros passas, in hoc martyrologio præteriri? Quid, quod (nisi certum) valde verisimile est id longe ante hoc tempus fuisse conscriptum?*

auctore V. D. B. S. Ursulæ *et sociarum mentio non fiat;*

157 *At, quum exemplaria postea descripta sunt, plura addita fuere nomina! Ita est, addita fuere, sed fere pauca numero, atque ea tantum quæ celebria erant his ipsis in locis, in quibus conscribebantur codices. Porro codicem habemus nullum Coloniensem, cui insint sancti qui die* 21 *Octobris coluntur : codex quippe S. Mariæ ad Gradum, quæ ecclesia Coloniensis erat, desinit die* 9 *Octobris in S. Dionysio Parisiensi. Præterea omnes fere codices sæculo* IX *posteriores sunt; atqui certissima habemus monumenta, hoc sæculo seu etiam ante conscripta, quibus constat sanctas virgines, quin etiam undecies mille Coloniæ cultas fuisse. Quid inde? Negabimusne has res certissimas, quod in apographis Hieronymianis ejusdem ævi seu etiam recentioribus non reperiantur? Quod si nemo prudens id fecerit, quamquam tunc præcesserat Caroli Magni regnum, intra quod notitiæ ecclesiasticæ per universam fere Europam sparsæ fuerant; majoremne vim habebit argumentum depromptum ex codicibus scriptis, dum singulæ ecclesiæ sibi fere viverent et alienas res parum curarent?*

item quare omittatur a Ven. Beda, qui omnes fere sanctos Britannos præterivit et ex ipsis Anglis signavit tantum celeberrimos : E

158 *Valere jussis codicibus Hieronymianis, Bedam appellant quem rerum Britannicarum ponunt fuisse scientissimum. Verum hic confusio fit manifestissime. Certe Beda res Anglosaxonicas ita novit, ut nemo unus ante aut post ipsum. At aliæ sunt res Anglosaxonicæ, aliæ Britannicæ. De Brittonum negotiis nil fere aliud scivit quam quæ legit apud S. Gildam Sapientem et quæ Anglosaxonibus innotuerant per suas cum Brittonibus controversias. Non enim tam amice ambæ inter se agebant gentes ut sua invicem facile communicarent. Quamobrem nemo huc usque miratus est, quod, quamquam Brittones et Scoti millenos colunt veteres sanctos, venerabilis tamen vir hæc tantum Britannicæ et Scoticæ ecclesiæ nomina in suum Martyrologium intulit : ad* 1 *Februarii S. Brigidæ virginis; ad* 7 *ejusdem mensis S. Augusti episcopi et confessoris; ad* 17 *Martii S. Patricii confessoris; et ad* 22 *Junii S. Albani martyris. Alios sanctos, qui ad has proprie spectant ecclesias, non reperi. Adde luculente a Mabillonio* (1) *ostensum fuisse a Venerabili Beda in suo Martyrologio omissos fuisse ipsos sanctos Anglosaxones, quos in Historia sua ecclesiastica cultos fuisse docet; adeoque eorum tantum posuisse nomina quæ in universa ecclesia celebriora erant.*

potuit insuper Colonienses virgines plane ignorare : F

159 *At, inquies, non potuit non plena esse universa Britannia fama martyrii undecim millium virginum, domo Britannarum. Non bona hæc oppositio. Nequaquam contendimus et quidem profecto absurdum esse demonstravimus eas omnes natione Britannas dicere et virgines. Inter eas Britannas aliquot fuisse et quarum forte fama omnium celeberrima, maxime verisimile; virginum quoque triumphus cæterarum gloria fuerit præclarior : verum agmen illud martyrum nil aliud esse quam Colonienses cives utriusque sexus, admixtis aliquot exteris, ab Attilæ turmis occisos, abunde demonstravimus alibi. Quocirca, quamquam Colonia hos inter martyres retulerit, aliæ vero civitates, ab iisdem excisæ barbaris, omiserint eadem veneratione necatos suos incolas prosequi, necesse non est ut per Britanniam multo magis vagata fuerit Coloniensis cædis fama quam tot aliarum civitatum stragis. Sane, innotuit Britannis; ejusque memoria, quod Britannæ nonnullæ inter martyres essent, sæculo* VIII *aut* IX *adhuc servabatur (quemadmodum ostensum est alibi); sed valde celebris fuisse non videtur, quandoquidem auctor Sermonis in natali, qui Britannos ea de re audivit, nil certi aut accurati tradere potuit. Quæ vero de venerabilis Bedæ Martyrologio*

(1) Annales Benedictini, tom. I, pag. 544. edit. Luc.

AUCTORE V. D. B.

logio dixi, de ejusdem quoque valere Historia vix est quod moneam.

quod et de S. Gregorio Turonensi censendum est, quippe qui de bello Attilano fere nihil novit.

160 *Qui Bedæ silentium opposuerunt et Hieronymianorum codicum, iidem objiciunt S. Gregorium Turonensem aliosque Gallos et Francos similiter de cæde Ursulana tacuisse. Quid mirum? Operam ponant adversarii excutiendis veterum de bello Attilano scriptis; atque id unum stupebunt bellum tam atrox, tam crudele, vix attingi a scriptoribus coævis, et supparibus quam imperfectissime innotuisse. Adeoque siquis hujus belli historiam colligere velit, vix juvabitur generalibus historiis et chronicis, sed singularum civitatum traditiones anquirendæ ei sunt, episcoporum Vitæ legendæ et alia id genus : secus si fecerit, numquam intelliget quid sibi velint Idacii coævi verba,* plurimas civitates effractas *fuisse testantis et* provincias Galliarum deprædatas. *Ut uno exemplo contentus sim, quis, quæso veterum historicorum meminit, Atrebates non minus crudeliter habitos ab Attila quam Metensium civitatem? Et tamen hæc illorum fata ex antiqua S. Vedasti Vita, cujus auctoritatem nemo flocci fecerit, novimus. Profecto argumento negativo vis inest non minima; atque eo usi sumus frequenter in explodendis episcopis aliisque*
B *primariis viris, quorum nomina lateribus inscripserunt fictores Coloniensium titulorum. Verum, id ut valeat, necesse est ut scriptores, quorum silentium subsidio vocatur, censeantur potuisse et voluisse res omissas literis mandare, si ex reapse exstitissent : secus nil infirmius quam hæc argumenti forma. Verum ad martyrologia redeundum est.*

Nil quoque mirum, si hæc memoria scripta non sit in Martyrologiis Flori, Romano parvo, B. Rabani,

161 Martyrologium, quod venerabilis Flori *Lugdunensis* studio, in labore Domini Bedæ accrevit, *(verbis utor S. Adonis in præfatione ad suum Martyrologium) me non morabitur; quum ille suppleverit tantum ingentem dierum numerum, quos prædecessor Saxo vacuos reliquerat; omissis sexcentis adeoque nonnumquam celeberrimis sanctis. Romanum Parvum, quod S. Adoni præluxit, non magis me detinebit; pauciores enim habet citramontanos sanctos; quin ipsi martyres Afri, cæsi a Vandalis, ei illati non sunt. Porro quum circa annum* 843 (1) *Martyrologium suum scripsit B. Rabanus, Moguntinensis archiepiscopus, implevit ille ex Hieronymianis fastis dies a Beda et Floro relictos vacuos, superadditis sanctis qui propius ad Fuldenses spectarent. Neque aliam normam circa annum* 858 (2) *secutus est S. Ado in conscribendo suo Martyrologio. Præ oculis tantum*
C *habebat Bedam a Floro auctum, Romanum Parvum et Hieronymianum : unde facile cernitur nil profecto mirum esse si neuter (Rabanum intelligo et Adonem) Colonienses virgines laterculis suis inscripserint, quippe quas in libris, quibus utebantur, non reperirent.*

S. Adonis

162 *De S. Adone speciatim novimus ejus institutum nequaquam fuisse ut omnes recenseret sanctos (et quidem plerosque Hieronymianos omisit), sed* ut supplerentur dies qui absque nominibus martyrum in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore domini Bedæ accreverat) tantum notati erant. *Dein ut fratrum infirmitati consuleret ex collectis undecumque Passionum codicibus brevia encomia conscripsit, quibus quæ præcipua erant continerentur; quo factum est* ut fratres minus legere valentes in memoriis martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in parvo codice, quod multo labore alii per plures codices exquirunt. *Hæc* D *ille in prologo. Verum, quum dies* 21 *Octobris nequaquam vacua esset, quumque tunc temporis, ut scriptor Sermonis in natali testis est, nondum exstaret Ursulani martyrii historia, profecto nemini ex neutro capite exspectandum erat ut sanctarum virginum festum signasset sanctus Ado. Sed, inquies, præ cæteris sanctorum Galliæ nomina servavit Viennensis martyrologus : ita est, servavit eorum videlicet quorum habebat Vitas aut Passiones, aut quorum festa celebriora erant; quibus demum, quum Viennensis archiepiscopus factus est, adjecit hujus ecclesiæ sanctos. Ast, iterum dices, nonne S. Ado in monasterio Prumiensi, quod diœcesi Trevirensi claudebatur, degit aliquandiu, priusquam Martyrologium suum moliretur : quomodo itaque factum ut tunc de* S. Ursula *nil audierit? Audieritne de ea me latet; sed id unum animadvertendum S. Adonem, quum Prumii versaretur, animum nondum applicuisse conscribendo Martyrologio : quod consilium se tunc tandem iniisse testatur, quum Ravennæ descripsisset Martyrologium Romanum Parvum. De his vero omnibus adeundus est Sollerius in præfatione ad suam Usuardi editionem.*

163 *Veniunt jam B. Notkerus Balbulus, asceterii* *et B. Notkeri.* E *Sangallensis in Helvetia monachus, et Usuardus, sancti Germani Parisiensis asceta : quorum hic priorem operis sui editionem edidit anno* 859 *aut sequenti, posteriorem inter annum* 869 *et* 877 (3); *ille vero quo anno, ut ipse loquitur* (4), caput S. Georgii et aliud quoddam membrum cum plurimis et ad novum monasterium suum, *videlicet ad cellam S. Georgii in insula Augia,* a Formoso apostolico impetratis, asportavit *Hatto Moguntinensis archiepiscopus; qua notatione designatur annus* 896 (5). *Verum jam ab anno saltem* 843 *cæperat huic operi curas impendere* (6). *Jam vero B. Notkerus nil fere aliud egit quam vestigia Rabani sequi et Adonis,* adeo ut videri possit unum e duobus conficere voluisse, *quemadmodum loquitur Papebrochius* (7) : *quocirca planum erat ut Colonienses virgines omitteret.*

Usuardus, licet nonnulli aliter senserint, ad 20 *Octobris*

164 *Usuardus vero, qui raros tantum Adoniano Martyrologio inseruit* (8), *passim contentus fusiora Viennensis archiepiscopi encomia breviare, eas nequaquam omisit, sed ad diem* 20 *octobris his tum in prima, tum in altera editione annuntiavit verbis :* Civitate Colonia, passio sanctarum virginum Marthæ et Saulæ cum aliis pluribus. *Verum in dubium vocant nonnulli, alii prorsus negant eas de sodalitate* F S. Ursulæ *esse. Audiatur Sollerius noster in observationibus ad hunc locum* (9) : Sequitur, *inquit,* classis virginum Coloniensium, quam diu, sed frustra, apud martyrologos aut alios scriptores antiquos, immo apud Colonienses ipsos, quæsiveram, donec casu incidi in locum Crombachii de Ursula lib. II, cap. 12, ubi Usuardum *primarum virginum cæsarum pridie cladis generalis Ursulanæ* per textus nostri verba meminisse contendit, addens, *Colonienses has vel non colere, vel tantum postridie cum tota sodalitate Ursulana.* Hic paucis edoctus sum cur in vanum quæsierim : at unde virgines suas Usuardus aut acceperit, aut efformaverit, æque incertum relinquitur. Utrum vero satis comperta sint, quæ de Usuardina nostra commemoratione censuit Crombachius, atque item an satis consona vulgatis Actis Ursulanis alterius loci et examinis

(1) Cfr Sollerius, Præfatio ad Usuardum, pag. XIX.—(2) Ibid. pag. XXXX.— (3) Cfr Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 85 et 86. (4) In Martyrologia ad VIII kal. Maji, ap. Migne, Patrologia, tom. CXXX, col. 1070. — (5) Cfr Joannis Egonis liber de viris illustribus Augiæ Divitis, cap. 18 ap. Pez, Thesaurus anecdotorum, tom. I, part. III, pag. 679; Muratori, Annali d'Italia ad annum 896; Herimannus Contractus, ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. V, pag. 110, etc. — (6) Cfr de Magistris, Acta Martyrum ad Ostia Tiberina, pag. 8. — (7) In Præfatione ad Martyrologium Ven. Bedæ, ante tom. II Martii. — (8) Sollerius, in Præfatione ad Usuardum, pag. XXXXIV. — (9) Usuardi Martyrologium, pag. 613 et 614.

est.

A est. At enim ex Usuardo, tamquam de recepta suo sæculo, nempe nono, opinione testimonium ferente, id eruitur virgines plures apud Coloniam, ut sequenti die etiam Wandelbertus testabitur, id, inquam, eruitur virgines plures, et si ita vis, plurimas ibi pro fide Christi occubuisse. Poterunt forte Martha et Saula curiosioris indaginis materiam aliquando suggerere. Interim si de societate undecim millium fuisse censeantur, mirari liceat inter tot Ursulanas, ab aliquibus nominatim expressas, hæc duo nomina fere ubique desiderari. *Viden', lector, ut Sollerius ipse, vir ingenii moderatissimi, post ambages complures, inclinarit ad negandum* SS. Martham *et* Saulam *cum sociabus ex* S. Ursulæ *sodalitio fuisse? quo fieret ut ne Usuardus quidem Coloniensium virginum meminisset.*

vere meminit sanctarum virginum Coloniensium.

165 *Verumenimvero rebus clarissimis offudit Sollerius lubens tenebras. Seponantur inprimis Crombachii divinationes* Martham *et* Saulam *uno die ante reliquas cæsas fuisse. Experientia sua satis noverat ipse Sollerius sæpius in diebus errare martyrologos. Nonne ipse vidit continuo circa* 20 *octobris Notkerum in pluribus sanctis uno die præcurrere? Nonne ipse ad* 20 *octobris iterum notarit, quod jam ad*
B 27 *augusti observarat* SS. *Georgium, Aurelium et socios martyres Cordubenses ab Usuardo, errore solidi mensis, signatos fuisse ad dictam* 27 *augusti diem, dum annuntiandi fuissent die* 27 *Julii? Atque hæc dum scribimus, conjecturis nequaquam indulgemus. Exstat enim etiamnum in bibliotheca Dusseldorfiensi, notatum* D. 3. *Assendiense diœcesis Coloniensis Kalendarium, quod sæculo* X *scriptum statuit Flossius* (1) *et cui procul dubio simile omnino fuit id quod præluxit Usuardo; atqui ibidem non ad diem* 20, *sed ad* 21 *eadem omnino leguntur verba quæ apud Usuardum. Præterea recte non animadvertit Sollerius* Martham *et* Saulam inter tot Ursulanas, ab aliquibus nominatim expressas, fere ubique desiderari. *Quid enim ad rem, si* Saula (*aliud est de* Martha) *desideretur in Revelationibus BB. Elisabethæ et Hermanni et in titulorum recensione et reliquiarum? Nomina enim ibi omnia fere ficta, ut satis ostendimus. Contra in monumentis probis* Martha *et* Saula *apertissime leguntur. In Commentario prævio num.* 261 *codices excitavimus complures; sed hic præstat audivisse Crombachium, ut constet quam præpropere multa falso asserta sint de Ursulanis rebus :* Alcuini, *inquit* (2), circa annum 800 bis
C earum meminit : primo in Litaniis patronorum Galliæ, quas in ejus operibus mss. bibliothecæ metropolitanæ Coloniensis hactenus ineditas reperi, ante octingentos fere annos scriptas. (*Codicem sæculo* X *scriptum æstimat Flossius* (3).) Septem in iis Ursulanas virgines hoc ordine recenset : *S. Brittola, S. Martha, S. Saula, S. Sambaria, S. Saturnina, S. Gregoria, S. Pinnosa, S. Palladia.* Similes litanias in pervetusto Coloniensi missali ejusdem ecclesiæ inveni, cum earumdem virginum eodem ordine nominibus iisdem : nisi quod inter Sambariam et Saturninam collocetur S. Ursula. (*Easdem litanias ad ævum imperatorum Ottonum refert Flossius* (4).) Easdem virgines, pluribus adjectis, velut sodalitatis Ursulanæ chiliarchas recensent Adonis additiones quadringentorum annorum : solum nomen Marthæ in Mardiam commutando, hoc ordine : *In Galliis apud Coloniam Agrippinam SS. Undecim millium virginum : una dicitur Ursula, Sentia, Gregoria, Pinnosa, Mardia, Saula, Brictula, Saturnina, Saturnia, Rabatia, Palladia, Clementia, Grata.* Desumpta sunt hæc nomina ex vetustissimis lectionibus Coleniensibus quibusdam : earum exemplar reperi in membranco breviario in folio collegiatæ ecclesiæ SS. Apostolorum in lectionis quintæ fine. *Quarum nomina sunt hæc : Pinnosa Maximi ducis filia, Sentia, Georgia, Martha, Saula, Brittula, Rabastia, Saturnina, Satura, Palladia, Clementia, Grata :* nam Ursulæ nomen et martyrium præmiserat : ut dubitari non possit, quin ea nomina virginum apud Alcuinum sint sodalitatis Ursulanæ. *Sed plura de his jam meminimus eo, quem paulo supra indicabam, Commentarii prævii loco.*

AUCTORE V. D. B

166 *Sed quid hæc prosequor? Quacumque scilicet de causa factum sit ut Florus et Rabanus, Ado et Notkerus sanctas virgines omiserint, Usuardus autem erroneo die et satis jejune de iisdem mentionem fecerit; id certum eas, antequam tres posteriores Martyrologia sua ediderint, a Wandelberto Prumiensi egregie celebratas fuisse; adeo ut ex illorum silentio nil aliud colligi posse videatur quam eos non tanta usos esse diligentia in conquirendis undique sanctis, quam vulgo sibi persuadent qui parum ad institutum et rationes eorum consideranda animum applicarint. Wandelbertus ipsemet accurate annum designat quo metricos suos fastus in lucem edidit. In prævio enim carmine* ad Cæsarem *hæc habet* (5) :

Wandelbertus Prumiensis, qui martyrologium suum edidit sub 5 *Aprilis anni* 847, *jam pridem ante de sanctis virginibus magnifice locutus erat.*

E

Lustra per orbem
Quinque recurrunt,
Nomine postquam
Clarus et armis
Cæsariana
Jura retentas.

Hæc itaque scripta sunt, quum recurrerent quinque lustra seu quum annus vigesimus quintus ageretur ex quo Lotharius, Ludovici Pii filius, (*ad eum enim carmen dirigitur*) *cæsariana jura adeptus erat. Verum Ludovicus Pius filium in imperii consortium accersivit die* 31 *julii anni* 817; *adeo ut annus* 25 *regni Lotharii cucurrerit a die* 31 *julii anni* 841, *et quidem sub hoc tempus Wandelberti Martyrologium in lucem venisse vult Mabillonius* (6). *Sed quidni animadvertit eruditissimus vir alterum initium Lotharii regni esse, scilicet diem* 5 *aprilis anni* 823, *quo pascha Romæ celebravit et simul coronam a Paschali I papa accepit? Manifeste enim ab hujus coronationis die regni annos computat Wandelbertus. Accipe quæ continenter ante recitata præmisit carmina :*

F

Aurea celso
Vertice Roma
Te decorando
Nomine sanxit
Cæsaris orbi
Mox fore regem.
Itala primum
Te duce tellus
Eminuit; post
Francia, temet
Sceptra regentem
Mundus adorat.

Secundum Wandelbertum itaque, Roma decoravit Lotharium nomine cæsaris, eaque ratione sanxit eum mox orbi regem fore. Unde consequens est annum 25, *quo Ludovici Pii filius* cæsariana jura retentabat *et Prumiensis monachus in lucem dedit suum Martyrologium, a die* 5 *aprilis anni* 847 *computandum esse. Quamquam alibi Wandelberti carmina de sanctis virginibus jam recitavimus, liceat ea*

(1) Aschbach's Kirchen Lexicon, tom. IV, pag. 1105. — (2) S. Ursula illustrata, pag. 998. — (3) Aschbach's Kirchen Lexicon, tom. IV, pag. 1104. — (4) Ibid. pag. cit. — (5) Ap. Migne, Patrologia, tom. CXXI. col. 583 et 584. — (6) Annales Benedictini, lib. XXXII, num. 50, tom. II, pag. 588, edit. Luc.

hic

AUCTORE V. D. B.

hic denuo lectorum oculis subjicere. Post laudatos ad 21 *Octobris SS. Asterium et Hilarionem hæc subdit :*

Tunc numerosa simul Rheni per littora fulgent
Christo virgineis erecta tropæa maniplis
Agrippinæ urbi, quarum furor impius olim
Millia mactavit ductricibus inclita sanctis;

quæ verba alibi comparavimus cum monumentis sæculi noni et decimi et luculente ostendimus iis prædicari undecim millia virginum et martyrum. Conferatur Commentarius prævius, § XXVII; *ubi alia multa testimonia, sæculo* XI *anteriora, collegimus de cultu sanctarum virginum Coloniensium in diœcesibus Coloniensi et Trevirensi.*

Quum sæculo IX *non in ipso templo cathedrali Coloniensi, sed tantum in basilica Ursulana, festum sanctarum virginum ageretur,*

167 *Nolim tamen hanc disputationem de inepta admiratione quod in martyrologiis (ut dicuntur) classicis* SS. Ursulæ *et sociarum non celebratur memoria absolvere, quin addiderim per aliquam sæculi noni partem non videri in earum honorem festivitatem seu officium divinum alibi celebratum fuisse quam in basilica earum nomine et patrocinio consecrata. Certe id suadet codex, sæculo nono ad usum ecclesiæ cathedralis Coloniensis scriptus, quem in ejusdem bibliotheca Hartzheimius* (1) *num.* 102
B *notatum reperit et qui præter cycli Dionysii novemdecennales viginti septem ab anno Christi* 532 *ad* 1044 *et varios Bedæ de chronologia libros, sed mutilos pæne omnes, Kalendarium antiquissimum ecclesiæ Coloniensis continebat. In hoc enim Kalendario, quod in voluminis fronte erat, ad diem* 21 *Octobris nulla sanctarum virginum memoria fiebat. Neque mirum; nam, ut Hartzheimius testis est,* ternos, aut binos aut denos, numquam vicenos de mense dies sanctis inscriptos habebat, præter Christi Domini, Deiparæ et apostolorum. Pridie idus Novembris Coloniæ S. Cuniberti confessoris unicus est, *ait idem*, ex sanctis episcopis nostris; 10 Octobris nulla mentio martyrum nostratium, *videlicet S. Gereonis et sociorum, quorum tamen in suo Martyrologio meminit Beda.* V Kalendas Octobris natale sanctorum Cosmæ et Damiani; Coloniæ dedicatio ecclesiæ S. Petri apostoli : hac ipsa die ex concilio Coloniensi a Williberto nostro archiepiscopo consecratam fuisse basilicam metropolitanam constat.

C *nil mirum, si ejus notitia non multum propagata fuerit, nec credibile est Missale Pantaleonitarum, quo id continetur, esse sæculi* VIII.

168 *Profecto, quum tam parci essent Colonienses in colendis sanctis etiam popularibus, et quum universa quæ Ursulano agmini adhibebatur veneratio intra angustam ædem suburbanam clauderetur, planum erat ut ne harum fama ad exteros pertingeret; adeoque, siquid mirer, id unum est quod Wandelbertus eas noverit. Atque hac quoque de causa non crediderim sæculi* VIII *esse Missale Pantaleonitarum Coloniensium, ut nonnulli voluere, et quod Schultingus* (2), *Fleien* (3), *Winheim* (4) *et Crombachius* (5) *vocant Anglicanum, et cujus kalendario ad* 21 *Octobris inscriptum erat :* In Colonia sanctarum virginum undecim millium. *Facile quidem dederim id origine Anglicanum esse, ita ut descriptum fuerit ex Missali, ab evangelii præconibus Anglosaxonicis in Germaniam delato, et dein sanctis Coloniensibus aliquot auctum : (inde enim passim in his partibus obvia sunt kalendaria sub titulo Ven. Bedæ martyrologiorum :) sed quum in priori sæculi noni parte festum* S. Ursulæ *non ageretur in cathedrali templo Coloniensi, quis admiserit id in alia æde, nisi singularis adesset (ut pro sanctarum virginum basilica)* D *ratio, fuisse celebratum? Plane verisimile est Coloniæ tunc tandem crevisse* S. Ursulæ *et sociarum cultum, quum anno* 852 *in earum basilicam canonicos introduxit Guntharius, Coloniensis præsul, atque hoc quoque ævo recentius esse id Missale.*

§ XVII. Ostenditur S. Ursulæ et sociarum cultus et celebritas ex Kalendariis et Martyrologiis.

Indicantur permulta Kalendaria sæculi XI *et sequentium,*

Quum autem scribi cœpissent martyrologia quæ non nuda nomina, sed brevem sanctorum laudationem continebant, eaque inter officia divina publice legerentur, passim auctum esse sanctorum cultum et plura nomina inscripta fuisse kalendariis res notissima est. Non est quod repetam quos in Commentario prævio § XXVII, *aliud agens, in medium jam produxi e vetustioribus fastis sacris Coloniensium virginum commemorationes; sed aliquot alias addidisse hic juverit. In calendario Verdinensi, quod Martenio* (6) *sæculo* XI *scriptum visum est, ad* 21 *Octobris legitur* (7) : S. Hilarionis monachi et SS. XI millium virginum. *In Brixiano sæculi* XIII, *quod ex Zaccariæ Antiquitatibus medii ævi nuperius iterum edidit Mignius* (8) : Ursulæ virg. et mar. cum 1000 virg.; *excidit, ni fallor,* IX, *et scriptum erat* mille; *in Lyrani monasterii Kalendario sæculi* XII (9) : Coloniæ undecim millium virginum *in Vallumbrosano sæculi* XII (10) : S. Ilarionis abb. et conf. et undecim millium virginum; *sed in alio paulo antiquiori omittitur* (11) : *ita ut exeunte sæculo* XII *id festum in illas partes transiisse videatur, videlicet post retectos a Gerlaco et Hartberno Ursulanos tumulos. In kalendario, sub titulo martyrologii Bedæ præmisso Missali, quod in bibliotheca Laurentiana, pluteo* XVI, *num.* 6 *servatur, quodque non sæculi* XI (*ut voluere*), *sed sæculi* XIII *est* (*quippe cui prima manus adscripserit S. Dominicum conf. de ordine FF. Prædicatorum et S. Franciscum conf. de ordine FF. Minorum*), *ad* 21 *Octobris legitur, ad diem præcedentem retracto S. Hilarione :* S. Modesti et SS. undecim millia virginum (12): *qui solœcismus nequaquam rarus, ita ut in omni casu dicerentur* undecim millia virginum, *non secus ac medio ævo* F Vitas Patrum *et sæculo aureo et deinceps* triumviri, *loco* tres viri *etc. In Mosacensi I, quod sæculo* XII *pro monasterio S. Viti in Carinthia scriptus videtur, legitur* (13) : In Colonia IX mil. virg. ut de S. Agna. Hylarionis mart. *immo* mon. *In altero, quod Mosaci (id monasterium exeunte sæculo* XI *incohatum fuit a Vodolrico patriarcha Aquilejensi) sæculo* XIII *cœpit esse in usu, hæc habes* (14) : Hilarionis m. XI milia vir. et XI.

quibus undecim millia virginum inscripta sunt.

170 *In Kalendario quod S. Elisabeth Thuringica anno* 1220 *Forojuliensibus dono dedit, sed quod ante sæculum* XII *scriptum est, utpote carens nominibus SS. Ludovici, Dominici, Francisci, Bernardi, quin etiam S. Thomæ Cantuariensis, desideratur annuntiatio* (15); *contra in Aquilejensi I sæculo* XIII *scripto* (16) *et in Bononiensi sæculi sequentis* (17) *et in altero Aquilejensi sæculi quoque* XIV (18) *undecim*

(1) Catalogus codicum mss. bibliothecæ ecclesiæ metropolitanæ Coloniensis, pag. 140 et 141. — (2) Bibliotheca ecclesiastica, ap. Crombach, pag. 998. — (3) Ap. Lippeloo, tom. IV, pag. 789. — (4) Sacrarium Agrippinæ, pag. 95. — (5) S. Ursula illustrata, pag. 998. — (6) Vett. scriptt. amplissima collectio, tom. VI, col. 615. — (7) Ibid. col. 683. — (8) Patrologia, tom. CXXXVIII, coi. 1275. — (9) Ap. Martenium, Thesaurus anecdotorum, tom. III, col. 1615. — (10) Ap. Migne, Patrologia, tom. CXXXVIII, col. 1285. — (11) Cfr ibid. 1290. — (12) Cfr ibid. col. 1298, 1299 et 1500. — (13) Althanus, de Calendariis, pag. 148. — — (14) Ibid. pag. 170. — (15) Ibid. pag. 186. — (16) Ibid. pag. 206. — (17) Ibid. pag. 231. — (18) Ibid. pag. 250.

millia

AUCTORE V. D. B.

A *millia virginum et martyrum laudantur; sed post S. Hilarionem : quod in Parmensi sæculi* XIV *quoque observatur, nisi quod scribitur :* Sancti Yllarionis abb. Sanctæ Ursilinc consodalibus suis. *Verum id pro veteri instituto : non enim quod Colonienses secundo loco veniunt, ideo credendum est tunc temporis minus quam S. Hilarionem cultas fuisse. In libello enim, quo Aquilejensis ecclesia sæculo* XIII *utebatur in annuntiandis singulis diebus dominicis quæ festa in choro et foro et quæ jejunia infra hebdomadem observanda essent, hæc leguntur* (1) : Crastina die, III feria, IV feria, V feria, VI feria, sabbato venturo, dominica ventura, passio erit sanctarum XI M. virginum et martyrum Christi : omnes ab opere abstinentes devotissime celebremus : *ne tamen hæc eximia quædam videantur, animadvertendum est sæculo* XIII *ab Aquilejensibus (si adjungas dies dominicas) tertiam anni partem tam festive actam fuisse seu saltem agi jussam : et quidem mense Octobri celebrabant ea ratione festa SS. Francisci, Marci papæ, Gereonis, Galli, Lucæ,* XI *millium, Simonis et Judæ et duos jejunabant dies. In Mediolanensi I, quod ad caput Breviarii Ambrosiani anno* 1465 *scriptum,* sancta Ursula *colenda*
B *præcipitur die* 20 *Octobris, quod dies sequens a S. Hilarione occupata esset* (2); *verumtamen in Mediolanensi II* (3) *die* 20 *Octobris* S. Maximus mart. et Ursula virg. cum XI millibus virg. *et die* 21 S. Ilarion abbas et S. Cordula virg. et mart. *veniunt. Ex his putem manifestum esse quantum post elevatas medio sæculo* XII *et deinceps sanctarum virginum reliquias incrementum acceperit earum cultus; ante exstabat, etiam extra Coloniensem diœcesim; sed rarus et parcus; et quidem aberat earum memoria a kalendario Laureshamensi sæculi* IX *inclinantis; tamen recentior manus adscripsit post S. Hilarionis festum* (4) : Et solemnitas sanctarum virginum ad Agrip.; *a Vaticano similiter quod certe origine Germanicum est et verisimilius Trevirense, adeoque initio sæculi* XI *scriptum* (5); *et demum a Palatino-Vaticano, sæculo* XII *ad Rhenum superiorem scripto* (6). *Edidit cardinalis Majus* (7) *eruditissimum commentarium Nicolaï Alemanni de kalendario buxeo pugillari, origine Belgico, et procul dubio antiquissimo; quippe quod habeat quinquaginta quinque solummodo festa et careat SS. Dominici, Francisci, Ludovici et Thomæ Cantuariensis natalibus. Porro in eo ad* 21 *Octobris reperit Alemannus*
C *signum (nomina enim non habet, sed cujusque sancti insignia, non secus ac Amstelodamense editum ab Isaaco Lelong* (8), *Danica ab Olao Wormio* (9) *et Gallo-Belgicum a Ludovico Frati* (10) *illustratum*); *quo signo, ut loquitur Alemannus,* pictor Coloniense cœmeterium ob oculos proponit, in quo Ursulæ ejusque sodalium virginum corpora condita sunt. *At, quod damnum est, perditæ fuerunt imagines. In Kalendariis runicis ab Olao Wormio editis notantur quoque ubique undecim millia virginum, plerumque sagittæ indicio. In simili kalendario Venetensi, quod procul dubio sæculo* XVII *sculptum est et sæculo sequenti a Lancellotto illustratum* (11), *(putabant ante homines characteres esse magicos), SS. Virginum festum nullo modo indicatur.*

In auctariis Martyrologiorum,

167 *Quum Beda, Florus, Rabanus, Ado et Notkerus nil de sanctis virginibus haberent, Usuardus vero ad diem* 20 *Octobris earum meminisset, fieri non poterat ut, quum sæculo* XII *ubique propagaretur earum cultus, memoria earum passim illorum non adderetur martyrologiis. In auctariis itaque Bedæ et Flori Atrebatensi, Tornacensi et Lætiensi legitur* (12) : In Colonia Agrippina passio sanctarum undecim millium virginum. *Auctum quoque fuit Adonis martyrologium; adeoque in codicibus Coloniensi et Belgicis, quibus in editione sua paranda usus est Rosweidus, reperit hanc annuntiationem, quæ, quamvis longa, Elisabethanis tamen et Hermannianis commentis pura est :* In Galliis apud Coloniam Agrippinam sanctarum virginum undecim millium : una dicitur Ursula, Sentia, Gregoria, Pinnosa, Mardia, Saula, Brictula, Saturnina, Saturnia, Rabatia, Palladia, Clementia, Grata : et aliarum nomina scripta sunt in libro vitæ : *de quibus nominibus in Commentario prævio diximus.*

etiam Usuardinis, passim notantur.

168 *Quum Usuardus multo magis in usu fuerit quam martyrologi reliqui hinc quoque exstant multo plures codices quibus additamenta ad* 21 *Octobris intrusa fuere. In codicibus, quos Sollerius Antverpiensem majorem et Rosweydinum appellare solet et qui origine Anglicani sæculo* XII *conscripti sunt, hæc habes* (13) : Civitate Colonia, [passio] sanctarum undecim millia virginum. *Eadem, nisi quod loco* E passionis natale *scribitur, leguntur in codicibus Antverpiensi altero et Ughelliano et editione Maxima Lubecana, quæ sæculo* XIII *in Cisterciensium claustro orta sunt. Sed quid hæc prosequor? Ex magna codicum et editionum caterva, quam Sollerius in parando Usuardo suo adhibuit, sequentes tantum omittunt ad* 21 *Octobris martyrum Coloniensium commendationem : Pratensis; Tornacensis sæculi* XIII, *origine Altovillariensis in Rhemis; Pulsanensis sæculi* XII; *Centulensis ejusdem ævi; D. Le Mare signatus A, scriptus Augustoduni sæculo* XI; *Vaticanus sæculo* XII *pro ecclesia Beneventana S. Sophiæ collectus et demum Heriniensis seu Rhemensis sæculi* XI, *quamquam et hunc recentior manus hac commemoratione vacare non sivit; reliqui omnes aut fuse laudant Ursulanas virgines secundum BB. Elisabethæ et Hermanni revelationes aut saltem ea breviori, quam supra referebam, ornant annuntiatione. Atque hinc quoque colligitur, quod paulo supra et alibi animadvertimus, singulariter propagatum et extensum fuisse* S. Ursulæ *et sociarum publicam venerationem, post quam medio sæculo* XII *innumera earum corpora e terra levari cœpta sunt et in quasvis mundi partes transferri; quum prius inter angustiores fines coar-* F *ctaretur earum cultus.*

Hinc passim obscuratum est S. Hilarionis nomen.

169 *Atque ex hac paulatim crescente celebritate factum est ut obscuraretur S. Hilarionis festivitas et primus locus daretur sanctis virginibus. Quod quidem ex ingenti Missalium et Breviariorum tam veterum quam recentiorum copia, qua musæum nostrum instructum est, maxime ex donis nobilissimi viri Baronis de Viron non ita pridem defuncti, facile demonstraremus de universo fere Belgio et Germania, de Anglia, Scotia, Dania et Hungaria, de Italia partim et Gallia atque etiam de plurimis peninsulæ Hispaniæ diœcesibus; similiter de plerisque ordinibus religiosis, Prædicatorum scilicet, FF. Minorum, Præmonstratensium, Cisterciensium, Augustinianensium, Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, pluribus congregationibus Benedictinis; ita ut longe facilius recenserentur ecclesiæ in quibus sanctarum*

(1) Althanus, de Calendariis, pag. 296. — (2) Ap. Georgi, Martyrologium Adonis, pag. 718. — (3) Ibid. pag. 723. — (4) Ibid. pag. 693. — (5) Ibid. pag. 701. — (6) Ibid. pag. 708. — (7) Patrum nova bibliotheca, tom. VI, pag. XLVI. — (8) Historische beschryvinge van de reformatie der stadt Amsterdam, pag. 256. — (9) Fasti Danici, pag. 87, 90, 92, 96, 100, 102, 119. — (10) Di un Calendario runico della pontificia Università di Bologna, Bologna, 1841. — (11) Mémoires de l'académie des inscriptions, tom. IX, pag. 255 et seqq. — (12) Act. SS. ante tom. II Martii, pag. XXXV. — (13) Ap. Sollerium, pag. 616.

AUCTORE V. D. B.

virginum festum omittebatur, quam in quibus celebrabatur solemnius. Sed ex quo tempore correctio Breviarii Romani prævaluit, in quo nuda fit commemoratio absque lectionibus de Coloniensibus martyribus, nonnullis in locis decrevit sanctarum virginum cultus, quamquam complures ecclesiæ et integra regna privilegium consecuta sunt celebrandi SS. Ursulæ *et sociarum festum ritu duplici cum lectionibus propriis, desumptis ex Annalibus ecclesiasticis Baronii seu ejusdem notis ad martyrologium Romanum, aut, si mavis, ex Galfredo Monumetensi. Usque ad ipsos Slavos penetravit* S. Ursulæ *et sociarum cultus. Passim notum est in Dalmatia et in parte Illyrici celebrari liturgiam sacram et universum officium divinum lingua Slavica secundum ritum Romanum. Porro in codice Slavico, sæculo* XIV *conscripto, et Breviarium, Missale et Rituale illius ritus simul continente, festum undecim millium virginum peragendum præcipitur* (1). *Verum ad martyrologia redeamus.*

Memoria SS. Virginum in Martyrologiis Romanis,

170 *Exeunte sæculo* XVI *plura conscripta fuere martyrologia ad usum ecclesiæ Romanæ; hæc inter venit primo loco* martyrologium secundum morem sacrosanctæ Romanæ et universalis ecclesiæ R. D. Francisci Maurolyci abbatis Messanensis, B multo quam antea purgatum et locupletatum; *cujus exemplar anno* 1576 *Venetiis apud Juntas excusum mihi præ oculis est. In eo ad* 21 *Octobris legitur :* Coloniæ sanctarum undecim millium virginum, quæ pro virginitatis constantia martyrio vitam consummaverunt, ab Hunnis interfectæ, sub Attila militantibus, quarum princeps fuit Ursula, Brittanorum regis filia. *Pone illos fastos sacros prodiit anno* 1578, *item Venetiis, sed apud Antonium de Antoniis* martyrologium S. Romanæ ecclesiæ usui in singulos anni dies accommodatum ad sanctissimum patrem Gregorium XIII pontificem optimum maximum, Petro Galesinio, protonotario apostolico auctore. *In eo ad dictam diem habes :* Coloniæ sanctarum undecim millium virginum, quæ pro Christi religione et virginitate tuenda ab Hunnis necatæ, quarum principem locum Ursula tenuit, ad duplicatæ coronæ præmium abierunt in cælum.

et mutationes in Baroniano. Martyrologia hæreticorum.

171 *Quum vero Gregorius papa XIII in mandatis dedisset doctis aliquot viris martyrologium Belini, quod olim Romanum quoque dicebatur, sed merum Usuardinum auctum erat, recognoscendum, atque in hac adornanda sparta imprimis sudasset Baronius,* C *qui sibi persuaderi ab alienis passus erat Ursulanas virgines ad ostia Rheni passas atque hinc magno numero Coloniam translatas, fidemque haberet Galfredi Monumetensis fabulis, jam anno* 1583 (*habemus scilicet exemplar martyrologii Romani reformati hoc anno Romæ ex typographia Dominici Basæ editum, quæ editio propter menda suppressa fuit*) *hoc sanctarum virginum encomium insertum est* : Apud Coloniam Agrippinam natalis sanctarum Ursulæ et sociarum ejus, quæ pro Christi fide et virginitatis constantia ab Hunnis interfectæ martyrio vitam consummarunt : quarum plurima corpora Coloniam delata fuerunt; *arbitrabatur scilicet Baronius ea huc lata fuisse ex ostiis Rheni. Verum, licet hanc opinionem numquam posuerit, mutavit verba brevi post in editione, quam authenticam haberi voluit, in hunc modum :* Apud Coloniam Agrippinam natalis sanctarum Ursulæ et sociarum ejus, quæ pro Christiana religione et virginitatis constantia ab Hunnis interfectæ martyrio vitam consummaverunt : et plurima earum corpora Coloniæ condita fuerunt : *hæc forma ad hanc usque diem servata. Juverit et hæreticorum martyrologia,* D *quæ sæculo* XVI *prodierunt, consulere. Gaspar Holtwurm Athesinus anno* 1559 *in lucem dedit germanico idiomate Calendarium ecclesiasticum,* Kirchen Calender, *martyrologiorum forma conscriptum : in eo ad* 21 *Octobris brevibus secutus est passionem* Regnante Domino, *et ad annum* 450 *martyrium retulit. Postea Andreas Hondorff, parochus lutheranus in Droyssig, et secundum eum Vincentius Sturmius, ludimagister in Bitterfeldt, aliud Calendarium sanctorum et historiarum anno* 1579, *in quo graviter invehuntur in superstitiosam credulitatem catholicorum, compendio tamen complexi sunt historiam Ursulanam, non omisso Cyriaco papa, secundum B. Elisabethæ Revelationes, quæ jam catholicis compluribus non sapiebant. Sed hæc hactenus.*

Complura olim festa celebrata Coloniæ, maxime Tuitii.

172 *Neque sola dies* 21 *Octobris sanctis virginibus colendis destinata fuit. Diximus jam de festis translationum* SS. Ursulæ *et* Pinnosæ, *sed alia supersunt. Theodoricus, monachus et ædituus Tuitiensis, qui præcipuas partes habuit in effodiendis et transferendis sanctarum virginum corporibus, Gerlaco et Hartberno abbatibus, in extremo capite scriptionis de his gestis, hæc tradidit :* Hartbernus abbas instituit ut dies quæ est XII kal. Novembris [*celebraretur*] in honorem sanctarum virginum; sequens vero, quæ est XI kal. ejusdem mensis, in honorem sanctorum martyrum; *ita ut una dies alterutri sexui venerando assignata esset; præterea* translatio sancti Cyriaci IIII kal. Maji; translatio S. Ursulæ reginæ et martyris IIII nonas Julii; translatio S. Evergisi, Coloniensis archiepiscopi, (*hic huc non attinet*) V kal. Octobris. Reliquorum autem sanctorum festivitates idem abbas hoc modo celebrari decrevit, quatenus per duodecim menses omnes æqualiter dividantur, ut in unoquoque mense in haiis * kalendis quibus virilis sexus martyres sunt annotati XII lectionibus honorentur; similiter et in singulis mensibus feminini sexus martyres in kalendis quibus sunt annotati XII æque lectiones sortiantur; *adeoque singulis mensibus duo habebant Tuitienses festa de aliquot sanctis ex comitatu* S. Ursulæ, *unum de aliquot viris, alterum de aliquot feminis, quorum penes se conservabant reliquias : quamdiu id institutum durarit, mihi plane incompertum; medio sæculo* XVII *id ignorasse videtur Gelenius, atque ipse Crombachius.* E

* iis?

F

§ XVIII. Calendarium Ursulanum; seu festa Martyrum Ursulanæ Sodalitatis per singulos menses distributa.

Ut § II *Commentarii prævii videre fuit, incohaverat Bollandus Calendarium Ursulanum, continens festa martyrum Ursulanæ sodalitatis per singulos menses distributa, idque ad Crombachium destinarat. Publici juris id fecit Ursulanus vindex, additis aliquot nominibus. Verum id ipse, multo pluribus auctum, typis quoque edam; quoniam vix alius est modus quo mentio fiat de plurimis, Ursulanæ societati adscriptis et singulari honestatis veneratione. Mea tamen nequaquam mens in his colligendis fuit omnia breviter recensere quæ olim certis anni diebus facta sunt atque etiamnum fiunt. Ne tentare quidem illud volui. Id solum cogitavi præcipua quædam annotare et alia*

(1) Martinof, les Manuscrits slaves de la bibliothèque impériale de Paris, pag. 71.

quæ

A *quæ sponte occurrebant, et simul aliquid singulare habebant : nam ea quæ die* 21 *Octobris, in omnibus fere fiebant templis in quibus Colonienses servabantur reliquiæ, omnino negligenda duxi. Pleraque etiam præterivi quæ supra, ubi de reliquiarum translationibus dixi, jam scripseram. Porro accipe id Kalendarii specimen, in quo quæ uncinis inclusa sunt, ipse inserui; pauca reliqua sunt Bollandi et Crombachii.*

JANUARIUS

[17. S. Sulpitii Ravennatis : *ita Florarium ms., quod penes decessores erat. Ortum id nomen ex fictitiis titulis et Revelationibus. Ravennates tamen aliquot historici archiepiscopum hunc, aliis archidiaconum, priscis temporibus incognitum, in libros suos intulerunt.*]

19. Coloniæ translatio S. Antoninæ et aliarum sex virginum et martyrum, de societate XI millium virginum, ad ecclesiam parochialem S. Joannis Baptista. *Additiones Usuardi* [*in editione Lubeco-Coloniensi*], *Ferrarius, Canisius Gelenius.* [*Ejusdem meminit Joannes Wilsonus in editione Martyrologii sui Anglicani, quam anno* 1640 *in publicam lucem dedit, ad* 15 *Januarii. Decessores nostri de eadem*
B *translatione breviter meminerunt ad* 15 *et* 19 *Januarii et ad* 11 *et* 12 *Maji. Ejusdem quoque memoriam fecit Bailletus ad* 21 *Octobris. Celebrabatur solemnissime id festum feria* II *Pentecostes supplicatione publica in qua corpus deaurato loculo inclusum portabatur per parochiam, et proprium officium fiebat cum commemoratione feriæ.* Multis, *addit Gelenius* (1), claret divinis beneficiis, præsertim impetratis contra febres. Est B. Antoniæ et sociarum præclarus manipulus virginum veneratione quoque dignissimus propter suavissimum quem exhalant odorem et quod carne cuteque multum illæsa spectentur corpora, præferentia martyrii plagas. *Eadem leguntur in tomo II libri ms. cui titulus* Colonia metropolis sacra. *Tomus ille II, quem sæpius citabo sub nomine Menologii Coloniensis ms., fastos sacros continet Colonienses, Osnabrugenses, Monasterienses, Leodienses, Mindenses et Ultrajectenses.*]

22. Coloniæ in ecclesia S. Cuniberti commemoratio undecim millium virginum et martyrum. [*Habent quoque hanc commemorationem Gelenius et Martyrologium Coloniense ms.; sed infrequens festum erat.*]

25. Olyssipone illatio templo S. Rochi capitis
C S. Clementis episcopi et decem aliorum craniorum, brachii S. Josippæ cum multis aliis ossibus martyrum sodalitatis Ursulanæ. [*De hac translatione fuse supra actum est* § XIII.]

28. Apud Coloniam translatio S. Ursulæ reginæ et sodalium ejus XI millium virginum et martyrum, quæ facta est per S. Cunibertum Coloniensis civitatis archiepiscopum. [*De hac translatione diximus* § VIII.]

[Eodem die, Heisterbaci anno Domini 1227 dedicata sunt a D. Wetzelino, episcopo Revaliensi, altaria, primum in honore S. Ursulæ etc. *Membranæ Heisterbacenses* (2).]

29. S. Otiliæ vel Odiliæ virginis, quæ fuit una ex XI millibus, *Ferrarius. Saussaius ita habet :* Apud Hujum in Belgio, susceptio corporis S. Odiliæ V. et M. ex S. Ursulæ sodalitio. [*Celebrabatur hæc translatio Huji apud Cruciferos die* 18 *Julii. Facta est anno* 1287 : *de ea fuse egerunt Chapeauville* (3), *Crombachius* (4), *Baronius* (5), *Raynaldus* (6), *Artu-*

rus a Monasterio (7) *aliique, prodigiis non parcentes. Ejus meminere decessores ad* 29 *Jan.*, 17 *Julii,* 18 *Julii et* 10 *Septembris, et Bailletus ad* 21 *Octobris. Satis habuimus supra* § XII *genuinum de hac translatione diploma exhibere. Meminit ad eamdem diem ob nominis similitudinem Gelenius in Fastis alterius* S. Odiliæ *ex societate Ursulana, Mediolanum translatæ. Sed hujus nomen ne reperitur quidem in Martyrologio Mediolanensi.*] AUCTORE V. D. B.

FEBRUARIUS

[1. Coloniæ, in ecclesia sanctorum Joannis et Cordulæ, sanctarum Brigidæ, Helenæ et Sapientiæ virginum, filiarum S. Kiliani ducis et neptum S. Ursulæ. *Sic Gelenius in Fastis et Menologium Coloniense ms.; verum alibi* (8) *inter Festa, illi ecclesiæ propria, id non recenset Gelenius. De iisdem vide in Opere nostro prætermissos ad hanc diem et Bailletum ad* 21 *Octobris.*]

5. In Marcolensi asceterio anno 1261, susceptio corporis unius V. et martyris ex S. Ursulæ sodalitio. *Saussaius et ms. loci,* [*Gelenius et Menologium Coloniense ms. Id corpus, Marcolensibus prope Atrebatum regularibus canonicis dono datum a Margareta comitissa Flandriæ.*] E

[Eodem die Calaffæ in diœcesi Vicensi in Catalonia S. Calamandæ; *quam Bailletus ad* 21 *Octobris commemorat.*]

12. Treviris S. Gerasinæ reginæ in cœnobio S. Matthiæ cum honore sanctitatis approbatæ quiescentis. *Saussaius; addit Ferrarius ex Menologio Scotiæ : Hæc regina Siciliæ traditur S. Virginis Ursulæ matertera, cujus corpus in cœnobio S. Matthiæ Treviris requiescit.* [*Hæc ex Revelationibus B. Hermanni excepta. Quinque* Gerasinas *novit Crombachius. De hac quoque agunt Gelenius, Menologium Coloniense ms. decessores nostri in Prætermissis ad hanc diem, Bailletus ad* 21 *Octobris aliique.* S. Gerasinæ, *Adriani, Aureæ, Babillæ, Julianæ et Victoriæ meminit Cajetanus noster* (9) *ad* 21 *Octobris, ubi tradit* S. Gerasinæ *caput Assisii servari, eo, ut fama est, delatum per S. Bonaventuram.*]

14. Coloniæ S. Valerii martyris, quem necatum ob pietatis Christianæ confessionem a barbaris, qui S. Ursulam ejusque socias trucidarunt, eadem causa Agrippinensis ecclesiæ traditio testatur. *Additiones Carthusianæ et Ferrarius vocant eumdem regem; addit MS. Joannitarum eum cum Theodora filia et plurima familia repertum esse.* [*Hæc inventio* F *a coævo conscripta est anno* 1320; *particulam dedit Crombachius* (10); *sed nil singulare habet.*]

Item eodem die Inventio S. Cordulæ V. et M. de eadem societate, facta per Albertum M. quondam Ratisbonensem episcopum anno 1278, *Ferrarius, Additiones.* [*Ambæ proxime præcedentes annuntiationes leguntur in additionibus Usuardinis editionis Lubeco-Coloniensis, Greveni et aliquot codicum. Eosdem memorarunt Gelenius, Menologium Coloniense ms. et decessores nostri in Prætermissis ad hanc diem. Notaverim tantum jam sub Gerlaco inventum fuisse corpus, cui affixerunt titulum, brevibus capientem S.* Cordulæ *historiam : quidni proba documenta habemus, quibus constet huic quoque S.* Cordulæ *pro libitu non affictum fuisse nomen? Cæterum de ea dicetur fusius ad diem sequentem.*]

[16. S. Julianæ Osnabrugæ in Westphalia, *de qua meminit Bailletus ad* 21 *Octobris.*]

[24. SS. Polycarpi, Martii et sociorum martyrum

(1) De Coloniæ Magnitudine, pag. 415. — (2) Ap. Crombachium, pag. 1006. — (3) Hist. Leod. Episcopp. tom. II, in Annotationibus de Joanne Hocsemio, cap. 14. — (4) S Ursula illustrata, pag. 684 et seqq. — (5) In notis ad Martyrologium Romanum, ad 5 Sept.— (6) In Continuatione Annalium Baronii ad annum 1285, num. 85. — (7) Gyneceum sacrum ad 18 Julii. — (8) De Coloniæ Magnitudine, pag. 445. — (9) Sancti Siculi, tom. I, pag. 169. — (10) S. Ursula illustrata, pag. 1012.

ex

AUCTORE V. D. B.

ex sodalitio Ursulano transpositio in monasterio Bonæ-Spei. *Ita Gelenius in Fastis. Sociorum nomina exprimit Rayssius in Hierogazophylacio Belgico, scilicet* Valerii, Honorati, Terentiæ, Margaritæ, Baldinæ, Sambariæ *et alterius* Margaritæ. *Horum corpora, ut hic idem addit, in Belgicis Geusiorum tumultibus ab iconomachis redacta fuere in cineres; quos ibidem collectos habuerunt in veneratione, donec sæculo proxime præterito exeunte abbatia suppressa est. Iidem recurrent ad* 29 *Octobris* etc.]

[28. Translatio S. Pinnosæ. *Ita in Calendario Assindiensi, scripto inter annum* 889 *et* 891. *Alia citavimus in Commentario prævio num.* 262 *et in Gloria posthuma num.* 96.]

MARTIUS

[2. Translatio SS. Benedictæ et Felicitatis martyrum. *Sic additiones ad Martyrologium Usuardi ms. ecclesiæ S. Gudulæ Bruxellensis. Videntur esse martyres Ursulanæ e quarum sodalitio servabatur olim corpus* S. Benedictæ *in abbatia Viconiensi apud Valentianas et* S. Felicitatis *in abbatia Marchianensi ad Scarpum flumen. Ferebantur tamen tot alia corpora* SS. Benedictarum *et* Felicitatum *de* S. Ursulæ *comitatu, ut nil statui possit. Cfr Acta Sanctorum ad hanc diem in Prætermissis.*]

B

[11. Coloniæ in ecclesia S. Maximini S. Gorgonii ducis et martyris ex societate Ursulana. *Ita Gelenius in Fastis et Menologium ms. Coloniense : verum ubi Gelenius hujus ecclesiæ reliquias recenset* (1), *eum* episcopum *appellat. Prudentius putem titulum taceri; nomen haberi pro communi.*]

24. In monasterio Bonæspei transpositio sanctorum martyrum Policarpi, Martii et aliorum sociorum e Societate S. Ursulæ. [*Iidem sunt quos supra dedimus ad* 24 *Februarii et recurrent ad* 29 *Octobris et* 4 *Novembris.*]

APRILIS.

Dominica post festum Paschæ, in Belianensi cœnobio festum S. Honoriæ vel Honoratæ V. et M., Coloniæ cum S. Ursula passæ, et inde circa annum 1300 allatæ; cujus cum nomen ignoraretur, oratione ad cognoscendum fusa, super altare e cælo in schedula scriptum repertum est. [*Hæc ex Arnoldo Rayssio* (2). *Habent eadem Gelenius et Menologium ms.*]

Feria IV post Dominicam Quasimodo, Montibus in

C

ecclesia collegiata S. Waldedrudis corpus S. Nostræ sodalis Ursulanæ anniversario festo recolitur. [*Non tamen reperitur aliquid in ejus honorem in Officiis propriis hujus ecclesiæ, ineunte sæculo* XVII *impressis.*]

[4. Coloniæ in ecclesia SS. Joannis et Cordulæ requiescit S. Ambrosius martyr ex societate Ursulana. *Ita Gelenius et Menologium Coloniense ms. Verisimiliter exponebantur hac die reliquiæ.*]

[16. In monasterio de Aqua ordinis Cisteriensis in agro Carnotensi, S. Honoratæ virginis et martyris e sodalitio Ursulano. *Ibi ob corpus, Colonia acceptum, festive honorabatur, teste Chalemoto. Cfr Acta Sanctorum ad hanc diem inter Prætermissos.*]

[23. In conventu S. Antonii de Alcacer do sal, S. Responsæ et sociæ ex Ursulanis, cujus illic reliquiæ honoratæ. *Ex Hagiologio Lusitano Cardosi et Actis Sanctorum inter prætermissos hujus diei.*]

28. Tuitii in monasterio S. Heriberti translatio reliquiarum aliquarum S. Cyriaci papæ romani. [*Id festum institutum ab Hartberno, abbate Tuitiensi, quemadmodum supra diximus num.* 172. *Translatæ fuere Tuitium omnes putatitii hujus* S. Cyriaci *reliquiæ; ideo Gelenius aliique omittunt particulam* aliquarum; *quam Crombachius adjecit, quoniam suo ævo, ut etiamnum, hujus* S. Cyriaci *reliquiæ in tumulo lapideo servari dicebantur e regione cameræ aureæ. Nolim tamen negare partem servatam fuisse a Tuitiensibus, reliquis tributis aliis ecclesiis, videlicet* S. Ursulæ, *S. Cuniberti et Carthusiæ Coloniensibus, et parte capitis templo Mediolanensi. Habet etiamnum* S. Ursulæ *basilica* S. Cyriaci *caput, argento inclusum. De his omnibus dixerim : Serventur reliquiæ, omittatur titulus et nomen commune habeatur. De hoc* S. Cyriaco *multa disputavimus in Commentario prævio, nempe* § XI. *Pauci pontifices eo celebriores fuerunt propter admirabilia quæ ei adscribebantur gesta. Extra Tuitium tamen nuspiam de eo celebratum festum. In compluribus etiam Breviariis Coloniensibus antiquioribus, quæ apud me sunt, altum de eo silentium; in quibus quippe lectiones desumptæ sint ex Passione* Regnante Domino. *Sed melior ei fortuna apud Romanos. Re quidem vera hi ante finem sæculi* XV *non leguntur ullam commemorationem fecisse de* S. Cyriaco *et ne quidem de* S. Ursula : *certe nulla de eis mentio in* Missali secundum morem Romanæ ecclesiæ per fratrem

D

E

Philippum de Rotingo Mantuanum, ordinis Minorum de Observantia, bona diligentia et fideli studio purgato *et* impresso Venetiis arte et impensis Nicholaï de Franckforda anno Domini 1487; *neque in* Breviario ad usum sanctæ Romanæ ecclesiæ cum multis novis officiis additis ac diligentissime emendato *et* Venetiis impresso anno salutis 1503 die 21 mensis Augusti; *verum in* Missali secundum usum et consuetudinem Romanæ ecclesiæ cum summa diligentia et fideli studio purgato anno salutis christianæ 1492, die vero 11 mensis Decembris *et in* Missali Romano noviter impresso cum annotationibus in margine, jussu et impensis nobilis viri Lucantonii de Giunta Florentini, anno a nativitate Domini 1513, IV nonas Januarii, in alma Venetiarum urbe, *in prævio calendario legitur ad* 21 *Octobris :* Undecim millium virginum. *Non transfertur.* Hylarionis abbatis; *ita ut formam fere haberet officii, quod nunc ad libitum vocamus. Breviarium, huic Missali respondens, non habemus; sed in Breviario Romano, anno* 1522 *itidem Venetiis excuso, novem lectiones de* S. Ursulæ *comitatu et martyrio habes, excerptas ex Revelationibus SS. Elisabethæ et Hermanni, aut, si mavis, ex S. Antonini Chronico,*

F

qui universam fabulam contraxerat : multa hic de S. Cyriaco *papa. Similiter in Breviario, anno* 1550 *typis dato et indicato a Crombachio seu potius Bebio* (3). *Utrumque locum omittimus, utpote ab aliis* (4) *recitatos.* Breviarium Romanum quod vulgo Cameræ vocant, innumeris pene locis integritati suæ ex authoribus unde conflatum est optima fide restitutum, *quod* Parisiis ex officina libraria Jolandæ Bonhomme, viduæ spectabilis viri Thielmanni Kerver, *anno* 1555 *prodiit, ad eamdem diem officium semiduplex sex lectionum habet de undecim millibus virginum et secundo loco alterum novem lectionum de B. Hilarione. Illic lectiones* III *et* IV *magnam partem de* S. Cyriaco : De Colonia ergo civitate ad Basileam navigio venientes, abinde Romam pedestres advenerunt. Quas omnes papa Cyriacus et clerus cum lætitia et honore suscepit; quod et ipse de Britannia erat et consanguineas inter illas nonnullas habebat. Huic cum et ipse virgo existeret, revelatum est quod martyrii palmam cum eis

(1) De Coloniæ Magnitudine, pag. 547. — (2) Hierogazophylacium Belgicum, pag. 90. — (3) S. Ursula illustrata, pag. 82 et 83. — (4) Ibid. et Propylæum Maji, pag. *29.

esset

A esset consecuturus. Cum ergo aliquamdiu ibi Romæ moram traherent, fecit papa Cyriacus aliquas nondum baptismi gratiam consecutas sacro fonte lavari. Demum manifestans voluntatem suam coram omni clero, papatui renuntiavit, cum anno uno rexisset ecclesiam et mensibus tribus, novusdecimus post Petrum apostolum. Quod nimis ægre clerus accepit, ut, relicta sede Petri, post illam multitudinem pergeret mulierum : nescientes consilium Domini. De consilio tamen et suasione sua alium elegerunt Antheros vocatum, de catalogo pontificum illum Cyriacum removentes.... Egressus itaque de urbe Cyriacus papa cum dicta multitudine virginum ac etiam associatis eis pluribus episcopis sanctis, Coloniam proficiscebatur.... Passæ sunt autem circa annum Domini 257 tempore Antheri papæ et Maximiani imperatoris. *Quæ omnia cum visionibus B. Elisabethæ conveniunt. Nil horum, nec commemorationem quidem admisit cardinalis Quignonius in suum Breviarium, cujus duo habemus exemplaria, alterum editionis Lugdunensis anni* 1546, *alterum in eadem civitate impressum anno* 1559. *Nunc vero, quum non amplius exstet Tuitiense cœnobium, nulla amplius de* S. Cyriaco *agitur uspiam festivitas; neque*
B *putem alicubi in officiis divinis ejus nomen pronuntiari. In Breviariis Coloniensibus sæculi* XV *et* XVI *ne alludebatur quidem ad eum; post in officiis propriis allusum, sed nomen silentio pressum; an recentius hæc mutata, dicendo haud sum.*]

[29. Valentiæ in Hispania, in templo FF. Prædicatorum S. Angelinæ seu Anglinæ, virginis et martyris, corporis inventio *memoratur ad hanc diem a Marietta, lib.* IV, *cap.* 62, *Ferrario in Catalogo generali, Arturo de Monasterio in Gynecæo sacro aliisque. Hæc inventio casu facta est dicta die, anno* 1588. *Tunc scilicet retectum post vetustiorem in capitulo seu sepulcro familiæ Baylorum* sacellum affabre et antiqua arte confectum quasi græcum armariolum, et intus arca, in cujus fronte apparebat, ab eodem (ut videtur) artifice, qui veterem tabulam pinxerat, vivis expressa coloribus diva quædam innixa genibus; cui lictor prætendens gladium, lata sententia judicis, caput abscindit, atque eam tres aliæ divæ consectantur, quasi ejusdem sociæ comitesque martyris... Porro aperta arca, pulvinarium integumentum apparuit et intra ipsum aliud integumentum ejusdem materiæ, paulo quidem deterioris; intime denique plura ossa reperta sunt, et mantile
C et chartaceum involucrum aromatum vel alterius nobis incognitæ rei, *inquit Antistitius, qui hujus inventionis relationem conscripsit, quam partim aut integram ediderunt F. Joannes Marieta, Historiarum sanctorum Hispaniæ, lib.* IV, *cap.* 62, *Thomas Tamayus in notis ad Pseudo-Luitprandum anno* 960, *fol.* 244, *Joannes Tamayus de Salazar in Martyrologio Hispanico ad* 21 *octobris aliique. Pseudo-Luitprandus et Pseudo-Julianus eam natione Hispanam et martyrem sub Diocletiano fecere, sed hæc mera commenta. Apud reliquias reperta schedula, his conscripta verbis :*

CORP^{S}..... PARTICVLA BEATE VRSVLE
CORP^{S}.... SCE ANGLINE

quibus manifestum est reliquias esse origine Colonienses. Alias fabulas de S. Anglina vendiderunt; de quibus vide doctissimum Nicolaum Antonium (1).]

MAJUS.

[1. Coloniæ in Majoris Nazarethi monasterio S. Walburgis virginis et martyris ex societate Ursulana. Ejus caput *ibidem* honorifice custoditur. *Ita Gelenius in Fastis, qui antea* (2) *jam tradiderat id caput cum centum quadraginta sex aliis visitatum fuisse anno* 1525. *Hac die facta S. Walburgis memoria, quod eadem alterius Walburgis, SS. Willibaldi et Winibaldi sororis, festum ageretur.*] AUCTORE V. D. B.

[3. In Marchianensi cœnobio dedicatio altaris in honorem SS. Josephi, Piati et undecim millium virginum. *Hæc dedicatio, anno* 1419 *facta, his vetustis carminibus celebrata est* (3) :

Milleno glomere, quadringenteno comitante,
Inque nonodecimo, maji lucenteque terno,
Conditur in plana crucis araque nudaque plana
Ossaque mitrati Joseph, necnonque Piati.
Ast de virginibus undenis millibus inde.]

[Eodem die Parisiis S. Aureæ virginis et martyris Ursulanæ. *Ita Lahierus in Menologio virginum ad hanc diem. Est eadem ac S. Avia, de qua inferius singulari commentario dicetur.*]

9. Tornaci apud Cruciferos exceptio S. Languidæ virginis e S. Ursulæ sodalitio. *Ms. loci.* [*Ejusdem meminerunt Gelenius, Menologium Coloniense ms. et decessores inter prætermissos ad hanc diem et Bailletus ad* 21 *octobris; sed nil aliud suggerunt.*] E

[13. Parmæ in ecclesia S. Joannis evangelistæ monachorum Casinensium translatio corporis S. Margaritæ virginis et martyris et quinque sacrorum capitum aliarum S. Ursulæ sodalium, quæ solemniter facta est die 13 maji anni 1660. *Hæc ex Bordoni Thesauro sanctæ ecclesiæ Parmensis, lib.* VII, *num.* 45 *et* 96.]

[16. In cœnobio B. Mariæ de Gaudio juxta Compendium, S. Claræ, virginis et martyris ex Ursulanis, ubi sacra ossa coruscant miraculis : item in Parco Dominarum colitur in feriis Pentecostes, quo caput ejus ex priori cœnobio translatum est. *Ita Chalemotus in Serie sanctorum Cisterciensis ordinis. Ejusdem meminit Bailletus ad* 21 *Octobris, addens ejus memoriam celebrari in pluribus monasteriis diœcesis Suessionensis et Silvanectensis.*]

17. In agro Tornacensi, ad Elnonem fluvium, cœnobio S. Amandi, illatio trium virginum Coloniensium. *Loci martyrologium, Saussaius, Raissius.* [*Ejusdem translationis meminerunt ad hanc diem decessores nostri, Molanus in additamentis ad Usuardum, Gelenius et Menologium ms. Coloniense; sed nil habent de tempore.*] F

[18. Coloniæ, S. Felicis Spolitani, quem alii melius dicunt Spolatensem episcopum fuisse. *Sic Gelenius et secundum eum Menologium ms. Coloniense. Ad hanc diem relatus est propter alterius S. Felicis festum. De illo diximus alicubi supra in Gloria posthuma.*]

[21. Viennæ in Austria commemoratio octo virginum ex societate S. Ursulæ, quarum capita ibidem cum reliquiis aliorum sanctorum utriusque sexus coluntur. *De his vide Bailletum ad* 21 *octobris.*]

30. Lobiis tria capita undecim millium virginum anno Domini 1174 obtenta. *M S. loci. Raissius.*

Vigilia Pentecostes Grimbergæ anno 1247, translatio quatuor corporum sodalitatis Ursulanæ per comitissam de Weda : quæ lacte lota, et soli siccanda exposita, sponte se in alterum latus converterunt. [*Eadem ante narrarat Crombachius* (4) *ex codice ms. Grimbergensi : sed quidni addiderit an scriptio coæva esset? Anno* 1247 *litera dominicalis erat* F, *et vigilia Pentecostes incidebat in* 18 *maji. Sed ubi paulo latius hæc explicat Crombachius, non*

(1) Censura de Historias fabulosas, pag. 322.— (2) De Coloniæ Magnitudine, pag. 560. — (3) Ap. Crombachium, pag. 1022. — (4) S. Ursula illustrata, pag. 673.

ait

AUCTORE V. D. B.

ait id factum anno 1247, *sed circa hunc annum; ita ut anniversaria dies incerta sit.*]

JUNIUS.

6. Translatio sanctorum virginum et martyrum Christi Honoratæ et Florinæ, insuper et multarum reliquiarum Colonia Agrippina ad civitatem Tornacensem; inter quas reliquiæ de sacratissimo corpore eximiæ virginis ac M. Ursulæ translatæ sunt, et reconditæ in ecclesia S. Martini Tornacensis in suburbio civitatis; quod actum esse constat clementia divinæ misericordiæ, anni Verbi incarnati 1170 : harum unaquæque millenario numero præfuisse scribitur. *Ex antiquo Martyrologio ecclesiæ ejusdem.* [*Repositæ nunc sunt eædem reliquiæ in templo cathedrali Tornacensi, pretiosa hierotheca clausæ.*]

12 Elevatio S. Cuneræ V. et M. in oppido Rhenensi. *Ipsa de numero* XI *millium virginum legitur superstes fuisse : sed postea per reginam Rheni, ejusque pedissequam manutergio strangulata : eam multis miraculis gloriosam Rhenenses venerantur. Iidem dicuntur per B. Willibrordum ejus translationem petivisse; idque, præmissis fide dignorum testimoniis, cum gaudio eum perfecisse die* 12 *Junii docent Molanus, Saussaius, Ferrarius.* [*De* S. Cunera *in opere nostro ad* 12 *Junii fuse egit Papebrochius, omniaque quæ de ea traduntur neganda duxit. Equidem arbitror eam de* S. Ursulæ *comitatu fuisse, quum ex Sermone in natali constet in insula Batavica aliquot sanctarum Coloniensium virginum corpora olim delata fuisse; reliqua certe fabulam sapiunt.*]

16 In Eichsel diœcesis Constantiensis, Elevatio SS. Virginum Cunegundis, Mechtundis et Wibrandis S. Ursulæ Sodalium. *Molanus, Ferrarius.* [*Ad hanc* 16 *Junii diem in opere nostro commentarium de eis dedit Papebrochius, recte affirmans eas nequaquam de Ursulana sodalitate esse, idemque ibidem sensit de S. Christiana quæ sequitur et de qua simul egit.*]

17 In diœcesi Constantiensi S. Christianæ virginis elevatio.

18 Coloniæ in ecclesia S. Cordulæ inventio et elevatio S. Constantiæ V. et M., S. Reinaldi episcopi de Græcia, Joannis episcopi de Armenia, Willibrandi ducis de Italia, et multorum aliorum martyrum de societate S. Ursulæ. *Breviarium loci.* [*Ejusdem inventionis instrumentum partim dedit Crombachius* (1); *paucis meminit in Fastis Gelenius; qui et alibi* (2) *ait :* Corpus S. Constantiæ virginis et martyris ex societate Ursulana divinitus ostensum est Petronellæ de Scherve, ordinis S. Francisci, abbatissæ Coloniensi ad divæ Claræ, anno 1527, die BB. Marci et Marcelliani. Monumentum in pomario sepit locum inventionis et hæc habet incisa :

ANNO M.CCC.XXVII HIC INVENTA EST S. CONSTANTIA REGINA
FR. HENRICUS LANGENBERGH M.CCC.LXVI.

Cum S. Constantia plusquam mille corpora sanctorum divinitus ostensa sunt et revelata; inter quæ singularibus hermis inclusa capita reperta cum diva Cordula (*Constantia?*), videlicet sanctorum Reinaldi episcopi græci, Joannis episcopi ex Armenia, Ambrosii episcopi cardinalis et martyris, Clementis abbatis et martyris, Regii martyris, Chiliani ducis avunculi S. Cordulæ, Helenæ filiæ S. Chiliani, Florentinæ affinis S. Ursulæ; reliquiæ Brigidæ et Sapientiæ filiarum S. Chiliani, Luciæ quæ sanctas virgines Basilea Romam antesignana deduxit, Clementiæ reginæ, Annæ consodalis S. Cordulæ et cui mirabiliter apparuit, Afræ, Formosæ, Paulinæ, Pinnosæ etc.; ex societate Ursulana multa capita, ossa, dentes etc. *Hæc nomina efficta secundum Revelationes B. Hermanni et alia id genus documenta.*]

19 Viconiæ in Hannonia S. Carissæ V. et M. e sodalitate S. Ursulæ, anno 1137 Colonia translatio. Festum ejus hoc die celebratur. [*De hac translatione diximus supra num.* 111 *Gloriæ posthumæ.*]

20 Eodem die Pragæ translatio. S. Christicolæ, V. et M. e societate sanctarum undecim millium virginum. [*Antea ex codice ms. sequentia recitaverat Crombachius* (3) : Anno Domini 1410, 19 die mensis Junii, in die sanctorum martyrum Gervasii et Protasii in consecratione altarium, tempore fratris Joannis de Dobrowicz, pro tunc sacristani conventus Pragensis, tumulata sunt hæc duo corpora in sepulcro elevato prope altare sanctarum virginum Christicolæ undecim millium virginum et Berengariæ filiæ regis Hispaniæ etc.; quæ corpora donata sunt per dominum Stephanum, antiquum protonotarium regni Bohemiæ; quæ corpora fuerunt eidem domino Stephano donata per serenissimum principem D. D. Joannem regem Bohemiæ, patrem D. D. Caroli, imperatoris IV et regis Bohemiæ V.]

JULIUS.

2 In Breitenawensi monasterio illatio quatuor corporum de collegio undecim millium virginum, quæ Henricus abbas anno 1142 ab Arnoldo Coloniensium archiepiscopo impetravit, et cum honore maximo cœnobio intulit. *Ms. loci et Trithemius.* [*De hac translatione actum in Glorio posthuma num.* 105.]

4 In monasterio Tuitiensi translatio quarumdam reliquiarum S. Ursulæ V. et reginæ de civitate Colonia. [*Id festum ab Hartberno abbate institutum docuimus supra in Gloria posthuma num.* 172. *Gelenius habet :* Tuitii translatio S. Cyriaci, Pontiani papæ exulantis vicarii, et aliarum reliquiarum Ursulanarum ex urbe (*scilicet Colonia*) translatarum. *Sed male; pugnat quippe cum Theoderici æditui testimonio.*]

Item S. Florentinæ V. et M. de societate SS. Virginum undecim millium.

7 [In Dania, SS. Euphrosynæ et Florentiæ e numero undecim millium virginum. *Locum habent ad hanc diem in Breviario Slesvicensi anni* 1512, *ubi earum lectiones cum aliis confunduntur. Dicitur eas transtulisse archiepiscopus Lundensis* (*Tuvo*) *easque coli præcepisse anno* 1445. *Tuleritne hæc secum Tuvo ex itinere germanico, quod anno* 1444 *instituit, acceperitne ab Esromensibus Cisterciensibus in Dania monachis, qui tredecim habebant Ursulana capita de quibus mira narrat Crombachius* (4), *me latet. Cæterum vide Acta Sanctorum ad hanc diem inter Prætermissos.*]

[10 S. Kunegundis virginis et martyris Ursulanæ. *De ea Camerarius in Martyrologio Scotico.*]

[12 In cœnobio sanctimonialium abbatiæ Liberæ in Gallia Belgica seu Picardia et diœcesi Noviomensi S. Sponsæ virginis et martyris e numero sociarum B. Ursulæ. *Ex Chalemoto in Actis Sanctorum inter Prætermissos hujus diei.*

14 In Dacia translatio duorum capitum SS. Virginum de societate undecim millium. *Additiones Usuardi* [*in editione Lubeco-Coloniensi et Greveni.*]

(1) S. Ursula illustrata, pag. 1012 et 1013. — (2) De Coloniæ Magnitudine, pag. 444. — (3) S. Ursula illustrata, pag. 681. — (4) Ibid. pag. 668.

17 Rhodii

A 17 Rhodii ad S. Foilanum festum SS. Secundæ et Paubriraliæ et aliarum incerti nominis e sodalitate S. Ursulæ. [*Sic quoque Gelenius et Menologium ms. Coloniense.*]

Item Salsinii prope Namurcum translatio corporis integri e civitate Colonia virginis Ursulanæ anno 1156. Item 14 integrorum capitum; *cum his notabiles reliquiæ SS. Cordulæ et Cuneræ, cura Hymanæ, quintæ loci antistitæ, allatæ :* [*de hac translatione superius dictum num.* 118.]

18 Apud civitatem Huyensem territorii Leodiensis translatio S. Odiliæ V. et M. de civitate Colonia : ex nobili illa societate XI millium virginum. *Molanus in additionibus ad Usuardum.* [*Ejus meminerunt decessores nostri inter Prætermissos ad* 29 *Januarii et* 18 *Julii. Nos de ea paulo supra diximus ad* 29 *Januarii et in Gloria posthuma, num.* 121. Odiliæ Immam *et* Idam *sorores addit ad hanc diem in Fastis Gelenius aliique. Miracula nonnulla recitat Crombachius lib.* X, *capp.* 42, 43, 44, 45, 46 *et* 47.]

[19 Coloniæ in B. M. V. Horto Praxedis, Ursulanæ sociæ, caput in honore est cum capitibus SS. Christinæ et aliarum ejusdem sodalitii. *Sic Gelenius in Fastis, quod hac die alia S. Praxedis*
B *colitur. Alias, quas hic indicat, reliquias enumerarat magna copia, ubi de Cisterciensi hoc cœnobio dixerat.*]

[22 S. Verenæ virginis et martyris, sociæ S. Ursulæ. *Eam ad hanc diem commemorat Camerarius, et secundum eum Arturus, qui eam* Veronam *vocat. Vide de ea supra Revelationes S. Elisabethæ.*]

[26 Coloniæ in ecclesia SS. Joannis et Cordulæ S. Annæ, consodalis S. Cordulæ, cui S. Cordula dicitur statum suum revelasse; *sic Gelenius ad hanc diem, non alia de causa quam quod festum S. Annæ, matris Deiparæ, hac die agatur.*]

[30 Coloniæ Agrippinæ in ecclesia SS. Joannis et Cordulæ beatarum Helenæ, Brigidæ et Sapientiæ virginum et martyrum filiarum S. Kiliani ducis ex societate Ursulana. *Sic ad hanc diem Gelenius, iterum quia homonyma S. Helena, Constantini M. mater, hoc die celebraretur Coloniæ. Hæc nomina occurrerunt ad* 18 *Junii.*]

AUGUSTUS.

1 Coloniæ, inventio viginti quatuor corporum de societate undecim millium virginum indicio candelarum ardentium in sepulcris earum appa-
C rentium anno 1229. *Chronicon M. Belgii.* [*De his dictum est supra, num.* 116.]

[Eodem die, Coloniæ, inventio SS. Ursulanarum viginti corporum. *Ita Florarium Ms. quod penes decessores erat. Cfr Prætermissi ad hanc diem.*]

[3 Requiescunt Coloniæ in ecclesia SS. Joannis et Cordulæ corpora sanctarum Afræ, Formosæ, Paulinæ et Pinnosæ virginum et martyrum ex societate Ursulana : *hæc ad hanc diem Gelenius, quoniam eadem colitur S. Afra, martyr Augustana. Vide de his supra ad* 18 *Junii.*]

12 Coloniæ Agrippinæ, commemoratio S. Ursulæ reginæ et sodalium ejus undecim millium virginum in ecclesia earumdem. *Additiones* [*ad Usuardum in editionibus Greveni et Lubeco-Coloniensi; item Gelenius aliique. Sed jam pridem abolita hæc commemoratio.*]

[13 Duaci translatio multorum capitum et ossium sodalitatis Ursulanæ Colonia per Margaritam Flandriæ et Hannoniæ comitem impetratorum : quæ eo die in deauratum scrinium religiose sunt recondita in ecclesia collegiata S. Petri. *Hæc quoque Gelenius aliique. Porro in ea theca inaurata* VI *kal. Martias anni* 1607 *a decano et canonicis illius ecclesiæ repertæ sunt duæ membranæ, in quarum altera legebatur* (1) : Anno incarnationis dominicæ 1261, mense Augusto, die Assumptionis B. Mariæ Virginis, fuerunt positæ in præsenti scrinio reliquiæ undecim millium virginum, quas isti ecclesiæ dedit et concessit illustris et nobilis domina Margareta, Flandriæ et Hannoniæ comitissa: *in altera membrana :* Ad honorem D. N. Jesu Christi et sacrarum reliquiarum undecim millium virginum, quas quondam dedit et concessit isti ecclesiæ S. Petri illustris et nobilis Domina Margareta Flandriæ et Hannoniæ comitissa : videlicet ann. Incarnationis dominicæ 1261 ad instantiam V. viri Domini Walerici de Mergnia dictæ ecclesiæ præpositi residentis, hoc præsens scrinium seu feretrum, quod ex toto erat in ruinam, anno ejusdem Domini 1440 omnino reparatum fuit. Actum in die B. Lucæ Evangelistæ, die vero 18 Octobris. *Eodem tempore ejusdem Margaretæ munificentia ecclesia collegiata S. Amati Duacena, obtinuit caput unius virginis et martyris : quamvis triginta et pluribus annis ante similibus reliquiis fuisset exornata. Exstat apud Arnoldum Raissium diploma, anno* 1225 *scriptum, in quo inter* E
reliquas divorum exuvias authentice probatas, recensentur reliquiæ de virginibus Coloniæ.]

[21 Coloniæ, in ecclesia Majoris Nazareti sanctæ cujusdam ex societate Ursulana apud Machabæos repertæ hoc die, anno 1607; cujus caput in Nazareth translatum miraculis claret. *Ita Gelenius. Rem latius narrat Crombachius, lib.* VII, *cap.* 33, *et ex duorum testium ocularium declaratione explicat sanationem mirabilem Gertrudis, monialis Nazarethanæ, quæ anno* 1608 *in festo S. Agnetis contigit.*]

Dominica ultima Augusti. In Viconiensi ecclesia festum sanctorum et sanctarum utriusque sexus undecim millium : SS. Carissæ, Cordulæ, Floretæ, Deodatæ, Onobiæ, Christinæ, Bapkariæ, Coronæ, Sambariæ, Panphetæ, Faraninæ, Benedictæ, Margaritæ et S. Gaugerici episcopi Ravennatis, anno 1632 inventa : quorum inventionis anniversaria memoria ibidem hac dominica celebratur, [*quod circa finem Augusti illius anni, ut habet Gelenius, eorum corpora ibidem reperta sunt. Quando Viconiam primum devenerint, diximus supra num.* 111.]

SEPTEMBER.

1 Coloniæ prodigiosa inventio et elevatio Odiliæ F
et Idæ virginum et martyrum sodalitatis S. Ursulæ. [*De his jam dictum ad* 29 *Januarii,* 18 *Julii et in Gloria posthuma num.* 121.]

[2 In diœcesi Osnabrugensi omnium patronorum et reliquiarum diœcesis. *Inter eos veniunt sequentes qui ad comitatum* S. Ursulæ *pertinent :* Permerius, *episcopus dictus Cremonensis,* Regina, Juliana. Cordula et Cordua. *Officium proprium ritu duplici et Missa de iis exstant, edita anno* 1632 *jussu Francisci Guilielmi episcopi. Servabantur in Osnabrugensi ecclesia aliæ quoque de Ursulano agmine reliquiæ; omnesque anno* 1543 *dono datæ per Godefridum de Arnsberg, Osnabrugensem episcopum; pleræque autem Coloniæ exhumatæ anno* 1527. *De his vide Crombachium lib.* VIII, *cap.* 28.]

[5 Coloniæ, in ecclesia SS. Joannis et Cordulæ, S. Remacli, archiepiscopi græci, ex societate S. Ursulæ martyris. *Ita Gelenius. Pro more nomen et titulus ficta; commemoratio vero propter festum homonymi S. Remacli, Tungrensis episcopi.*]

[9 Coloniæ, in ecclesia S. Maximini, B. Gorgonii

(1) Ap. Crombachium, pag. 678.

martyris

AUCTORE V. D. B.

martyris e sodalitate Ursulana, cujus mentio habetur 26 Septembris. *Ita Gelenius, denuo quia hac die S. Gorgonius, martyr Nicomediensis, celebratur.*]

[12 Serwalli, in territorio Ulyssiponensi, translatio S. Auctæ, virginis et martyris ex societate S. Ursulæ. *Ejus corpus, petente Eleonora, Joannis II uxore, Colonia Ulyssiponem advectum et in cœnobio sanctimonialium Matris Dei collocatum. Vide Arturum a monasterio in Gynecæo sacro ad hanc diem et Tamayum de Salazar in Martyrologio Hispanico ad 21 Octobris.*]

[20 In Colonia Agrippina, virginum XI millium, quarum dux fuit S. Ursula, virgo ex Britannia, quæ dum filio regis cujusdam nuptui tradi debuisset, ex revelatione divina petiit, ut illi dentur decem virgines, quarum quælibet habeat mille socias : ipsi totidem assignatæ. Inter quas Pinnosa, Maximi (*immo* maximi) ducis filia, post Ursulam fuit secunda... De quarum numero corpus S. Sapientiæ obtinuit Carolus imperator, et caput ejusdem atque tumbam ornatam auro et argento donavit ecclesiæ Pragensi. *Hæc de reliquiis, anno 1360 translatis, Martyrologium Pragense Ms. apud Crombachium* (1). *Aperte ibi legitur* XII kal. Octobris; *dubito tamen an*
B *legendum non sit* XII kal. Nov., *id est 21 Octobris.*]

24 Apud Walciodorenses anno 1105 translatio trium corporum Colonia ex societate S. Ursulæ. *Primum* VI *kal. Julii receperunt, alterum cum dimidio tertii 24 Septembris et paulo post alteram etiam medietatem tertii corporis obtinuerunt. Raissius in Auctario 21 Octobris.* [*De his dictum in Gloria posthuma* § IX.]

26 Apud Coloniam Agrippinam in ecclesia S. Maximini inventio et translatio S. Gorgonii episcopi et martyris et sociorum ejus : qui Gorgonius confessor fuit regis et reginæ Hispaniæ; et de collegio SS. XI millium virginum. *Additiones* [*ad Usuardi martyrologium in editionibus Lubeco-Coloniensi et Greveni. De eo jam dictum ad 9 Septembris. Jam pridem hæc memoria sublata.*]

[26 Aquisgrani in monasterio monialium S. Justinæ virginis et martyris ex societate S. Ursulæ. *Ex epistola ad Bollandum constat eam ad hanc diem cultu aliquo ornatam fuisse et filiam regis Hungariæ habitam. De ea dictum in Actis Sanctorum inter Prætermissos hujus diei.*]

OCTOBER.

C [2 In Gallia, in monasterio Montis Regalis S. Bergæ unius ex sociabus S. Ursulæ. *Colebatur hac die, teste Chalemoto in Serie sanctorum Cisterciensium. Eo delatum fuerat Tuitio ejus corpus tempore S. Ludovici regis anno 1260, ut dictum est in opere nostro* (2). *In diplomate testatur Conradus, archiepiscopus Coloniensis,* quod corpus istud eximiæ et sanctæ virginis exstitit, quæ Berga proprio nomine vocabatur, natione Britannica, nata cujusdam comitis illustris. *Verum, quum ibidem quoque dicatur* per divinam revelationem effossum fuisse ac in sacrario monasterii Tuitiensis reconditum multis annis, *ego non ausim fidem habere proprio nomine vocatam fuisse* Bergam, *nisi eo sensu quod id ei nomen Tuitienses dederint. Major Conradi auctoritas est, ubi testatur* corpus fuisse martyris, in quo certa martyrii signa et passionis apparent indicia : *hæc enim oculis conspici poterant.*]

6 In monasterio Schonaugiæ translatio SS. Cæsarii et Verenæ V. et aliorum de societate XI millium virginum. *Additiones* [*ad Usuardi martyrologium in editionibus Lubeco-Coloniensi et Greveni.* D *De ea translatione plurimum egit B. Elisabeth in suis Revelationibus.*]

12 S. Pantuli, episcopi Basileensis martyris, qui tempore Maximini imperatoris D. Ursulam, adeoque sacrum illum XI millium virginum chorum Romam, et in reditu Coloniam usque comitatus est; ubi cum illis ab Hunnis interfectus, martyrii palmam obtinuit. *Martyrologium Basileense.*

15 Argentinæ natale S. Aureliæ virginis, quæ cum esset ex nobili illa Societate XI millium virg. apud præfatam urbem in reditu ab urbe Roma infirmata obiit in pace. *Galesinius, Martyrologium Romanum.* [*De ea ad hanc 15 Octobris diem actum est in opere nostro, uti etiam de præcedenti ad 12.*]

Eodem die Coloniæ commemoratio undecim millium virginum, S. Gereonis cum Thebæis, S. Gregorii cum Mauris : qui civitatem ab hostium occupatione liberarunt. [*De eadem re alibi hæc refert Crombachius* (1) : Circa annum 1266 vel 1269 cum hostes urbem nocte pene intercepissent, S. Ursula cum virginibus, Gereon cum Thebæis, Gregorius cum suis Mauris singuli funalibus corusci mœnia visi sunt circuire, portas urbis roseis signare crucibus, eumque metum obsidentibus incutere, ut E postridie fugerint, et cives metu liberarint.]

16 Anno Domini 1166 sub papa Alexandro III, abbas Philippus de Parco Lovaniensis abdicans se dignitate, transtulit ad ecclesiam B. Martini Laudunensis de undecim millibus virginibus corpora, SS. Frigiæ, V. et M. filiæ ducis; S. Sambariæ V. et M. filiæ ducis; S. Baraoniæ V. et M.; S. Bobiliæ V. et M.; S. Macharii episcopi, S. Eusebii et Marii Capellani ejus qui in strage sanctarum undecim millium sunt martyrio coronati et XVI Kal. Novembris, in S. Martino perhonorifice collocati. *Ex authentico loci instrumento.* [*Hæc eadem habet Gelenius; et desumpta sunt ex Bibliotheca Præmonstratensi, pag.* 507.]

20 Civitate Colonia passio SS. Virginum Marthæ et Saulæ cum aliis pluribus. *Usuardus.* [*Errore esse factum ut Usuardus ad 20 octobris hæc nomina retulerit quæ ad diem sequentem signanda essent, dictum est in Gloria posthuma, num.* 160.]

21 Coloniæ Agrippinæ martyrium S. Ursulæ, XI millium virg. et multorum aliorum utriusque sexus. [*Anno 1505 Henricus a Virnberg, archiepiscopus Coloniensis,* festo XI millium virginum præcepit per totam archidiœcesim feriari (2). *Vide plura* F *infra num.* 187.]

Ipso die in Scotia transitus S. Dariæ matris S. Ursulæ et martyris, quæ cum numeroso sociarum virginum agmine pretioso cruore in assertione pietatis et pudicitiæ effuso, Coloniam purpurando decoravit. *Saussaius, Kalendarium Scotiæ, Ferrarius.*

Eodem die S. Foilani Lucensis episcopi. [*Habet etiamnum Lucæ officium ecclesiasticum de communi. De eo dictum jam in Commentario prævio num.* 48 *et in Gloria posthuma* § XI, *lit.* f.] *Videntur etiamnum aliquot Lucenses hunc sibi vindicare episcopum. Scilicet in Diario sacro ecclesiarum Lucensium, scripto a celeberrimo Mansi et anno 1856 a R. D. Barsocchini iterum edito et aucto, ad 21 Octobris vindicias legere est hujus* Foilani *seu* Follanii. *Nituntur autem Kalendariis præmissis Missali Parmensi anni 1565, et Breviario ms. sæculi* XIV, *in quibus ad 21 Octobris ejus nomen legitur : sed quid inde, nisi quod Lucenses, jam hoc ævo ejus reliquias a Coloniensibus acceperant? Invocatur præterea titulus, anno 1155,*

(1) S. Ursula illustrata, pag. 1015. — (2) Act. SS. tom. V Augusti, p. 470. — (3) S. Ursula vindicata, pag. 1087. — (4) Ap. Crombachium, page. 1012.

Coloniæ

A *Coloniæ repertus. Sed tituli hujus fictionem universæ fabulæ causam fuisse satis diximus. Plura addere non juvat. Id unum sciant Lucenses, a se suum* Foilanum *non posse defendi nisi iisdem argumentis quibus ab omnibus jam repudiatus* Cyriacus *papa defendi posset.*

[*Eodem die*] in Hispania S. Columbinæ V. et M. [*Arturus a Monasterio in Gyneceo eam ad hanc diem pluribus prosequitur :* Popleti, *inquit*, ad radices montis Pradensis Tarraconensis diœcesis, in Catalaunia, sanctæ Columbinæ V. et M. et alterius sociæ ejus virginis. *In annotatis subdit :* « *Hanc commemorant Saussaius in supplemento Martyrologii Gallicani, Ferrarius in Catalogo generali sanctorum hoc die; Manrique, tom. II Annalium Cisterciensium ad annum Christi* 1153, *cap.* 18, § 10; *Joannes Vincentius Domeneccus in Sanctis Catalauniæ* (*pag.* 191); *Antonius d' Yeppes in Chronicis Benedictinis tom. VII;* (*Jacobus Finestres y de Monsalvo, in Historia regii monasterii Pobleti, tom. I, pag.* 281.) *Porro ossa circumdata auro et argento fabricato, earumdem virginum figuram præ se ferentia, circumferuntur in anniversaria earum solemnitate* (*a monachis et ab incolis de Monteblanco, Espluga, Francoli et Vimbodi, quorum antecessores, ut tradit Domeneccus, eo*
B *se olim voto obligarunt*); *atque item quoties populi conveniunt petendæ pluviæ seu serenitati, aut aliud a Deo beneficium impetraturi.* » *Officium ibidem celebrabatur, ut a Domenecco docemur de* SS. Ursula *et sociabus; sed specialis fiebat de* S. Columbina *commemoratio. Sexaginta sex alia corpora, singula in loculis suis quiescentia, præter* S. Columbinam *ibidem in honore fuisse auctor est præterea Jacobus Finestres, Pobletensis monachus.*]

[Eodem die, Lingonis in Gallia SS. Valeriæ et Florinæ. *In Breviario anni* 1604 *earum commemoratio facienda præscribitur ad omnes horas. Earumdem meminit Bailletus ad* 21 *Octobris.*]

[*Eodem die*] Auriæ in Gallæcia, S. Constantiæ virginis et martyris. *Ferrarius.*

22 Coloniæ S. Cordulæ V. et M. ex S. Ursulæ sodalitio. Hæc aliorum suppliciis et cæde perterrita in navi se occultavit : cujus rei pœnitens postridie mane se ultro patescit, sicque singulari certamine instaurato, coronam martyrii cum reliquis obtinuit. [*De hac et de proxime sequentibus in hoc ipso tomo dicetur ad sequentem diem.*]

Eodem die Dertosæ in Hispania S. Candidæ V. et M.

Friburgi in Brisgoia S. Candidæ et Floræ sodaC lium S. Ursulæ. *Ferrarius, Saussaius.*

[Eodem die in S. Dionysii prope Parisios S. Panefredis, Secundæ et Sambariæ. *Earum meminit Bailletus ad* 21 *Octobris; ubi notat eadem fere nomina data fuisse aliquot sanctis Ursulanis, quarum corpora aut capita servabantur in abbatia Grandimontensi in diœcesi Lemovicensi. Hæ posteriores reliquiæ cum aliis multis non ita pridem inter ecclesias diœcesis Lemovicensis distributæ fuere; de qua re dictum est in opusculo gallice scripto* de Ostensione reliquiarum.]

[Eodem die, Osnabrugæ S. Permerii, Cremonensis episcopi. *De eo plura dicentur ad sequentem diem in prætermissis. Vide quæ de eodem occurrerunt supra, ad* 2 *Sept.* S. Permerii *corpus Colonia Osnabrugum delatum fuerat anno* 1345 *per Godefridum de Arensberg, episcopum Osnabrugensem. Id cum aliis multis iterum levavit et recognovit anno* 1645 *Franciscus Guilielmus de Wartenberg, Osnabrugensis, Mindensis et Verdensis episcopus. Instrumenta dedit Crombachius lib.* VIII, *cap.* 28.]

[Eodem die, in cœnobio S. Dominici de Calervega in Hispania depositio sacrorum pignorum S. Orophrigiæ martyris, quæ una cum aliis virginibus pedisequis S. Ursulæ martyrium complevit, et corpus ministerio angelorum illuc allatum, ibidem summa pietate servatur. *Hæc Tamayus; qui in notis ex Joannis Marietæ Historia sanctorum Hispaniæ, lib.* IV, *cap.* 58, *fol.* 109, *col.* 4, *addit ejus officium peragi post* SS. Ursulæ *et sociarum festum, asserique seu potius fabulari in lectionibus matutinalibus ejus corpus, post agonem intra arcam immissum, per maris undas, Deo duce, ad portum fidelium pervenisse, et in arcæ fronte cælata fuisse hæc verba :* EGO SVM OROPHRIGIA HISPANA QVÆ VNA CVM XI MILLE VIRGINIBVS MARTYRIVM PERTULI. *Ferrarius eam recte die* 22 *Octobris quo colitur signavit; Tamayus ad* 21 *ejusdem mensis.*] AUCTORE V. D. B.

24 Apud Coloniam passio S. Jacobi episc. Antiocheni et M. scriptoris titulorum virg. XI millium. [*Apud Crombachium, tom. I, cap.* 43, *multis agit Bebius de putatitio hoc Jacobo. Omnia nixa titulis fictis et Revelationibus B. Elisabeth.*]

25 Translatio multorum corporum sanctarum XI millium virginum et episcoporum cum iis coronatorum Viconiam anno 1256, per Nicolaum de Valencenis loci cœnobitam in octava earumdem virg. [*Eadem habet Gelenius aliique. Eamdem rem* E *breviter commemoravimus in Gloria posthuma num.* 114. *Plura qui volet, adeat Crombachium, tom. II, lib.* VIII, *cap.* 14.]

27 Coloniæ apud Machabæos, S. Quirilli martyris : qui sex dies post accepta 21 Oct. cum S. Ursula letalia vulnera decessit. [*Præiverat Gelenius, eadem docens. Hæc accepta ex fictitiis titulis. Vide supra* § XI, *pag.* 245.]

28 Rhenæ in Batavia passio S. Cuneræ V. et M. triennio post S. Ursulam, cujus cognata erat, strangulata, virginitatis et martyrii lauream obtinuit. *Molanus, Ferrarius.* [*Vide quæ annotavimus supra ad* 12 *Junii.*]

29 Translatio SS. Martyrum Martii, Polycarpi, Valerii, Stephani et Honorati, et BB. Virginum Terentiæ, Margaritæ, Baldinæ, Sambariæ et Margariæ, qui omnes in collegio XI millium virg. Coloniam devenerunt, ibique Hunnorum persequente malitia martyrium pariter compleverunt, longo vero post tempore, D. Reinoldo archiepiscopo Coloniense ecclesiæ præsidente, de ecclesia S. Heriberti in ecclesiam de Bona Spe disponente Deo sunt translati, et in eadem cum honore et reverentia debita collocati. *Calendaria loci.* [*Vide supra ad* F *24 Februarii et* 24 *Martii.*]

[Coloniæ, in ecclesia S. Ursulæ, B. Maximini, episcopi et martyris, apparitio facta vinitori vites amputanti et inventio circa annum Christi 1520. *Ita Gelenius.* S. Maximini *nomini altare erectum, cui hæc inscripta* (1) : A. MCCCXXIII QVIDAM VINITOR INHABITANS DOMVM DICTAM ZO ISENBERG APVD PORTAM IMMVNITATIS ECCL. XI. M. VIR AVDIVIT VOCEM DIVINITVS DICENTEM SIBI : FODE PROFVNDIVS ET INVENIES THESAVRVM. DVABVS VICIBUS : ET TERTIA VICE DIXIT : VOCOR MAXIMINVS VNVS DE SOCIET. XI. M. VIRG. FODE ET INVENIES CORPVS MEVM SINE CAPITE : QVO FACTO INVENIT RELIQVIAS DE QVIBVS PARTEM DEDIT ET PARTEM ISTIC ET PARTEM SIBI RESERVAVIT. TANDEM IN AGONE LABORANS MORI NON POTVIT, SED CONSILIO SVI CONFESSORIS PARTEM QVAM RESERVAVIT DEDIT AD ECCLESIAM PRÆFATAM, QVO FACTO CITIVS DE HOC SECULO MIGRAVIT. *Hæc nequaquam normam videntur habere narrationis coævæ, quum nomina propria desint.*]

NOVEMBER.

[4 Translatio sanctorum ex societate Ursulana ad monasterium Bonæ Spei Tuitio. *Ita Gelenius. De iisdem jam dictum ad* 24 *Februarii,* 24 *Martii et* 29 *Octobris.*]

(1) Ap. Crombachium, pag. 504 et 1012.

AUCTORE V. D. B.

24 Præmonstrati susceptio aliquot SS. Virginum ex S. Ursulæ sodalitio, quas S. Norbertus Coloniæ accepit, et ad matricis ecclesiæ suæ munimen et ornamentum Præmonstratum magno cum gaudio advexit, et in sanctuariis magna reverentia collocavit. *Saussaius.* [*De hac translatione actum in Gloria posthuma, num.* 102.]

27 Schœnaugiæ translatio SS. Adriani decennis, Albinæ et Emerentianæ virginum et martyrum e sodalitate S. Ursulæ, qui hoc ipso die per visionem nomina sua declararunt. *S. Elisabeth cap.* 15.

[28 In monasterio Windbergensi (1) in Bavaria, consecratio altarium S. Crucis et S. Ægidii; quibus cum aliis multis reliquiis inclusa sunt lipsana XI millium virginum. *Hæc eo jam ante annum* 1142 *delata fuerant. Peracta est illa consecratio anno* 1167 *a Stilcone, episcopo Olomucensi in Moravia. Postridie iterum adhibitis* XI *millium virginum reliquiis ibidem consecratum est altare SS. Mauritii, Gereonis, Victoris et sociorum. Ibidem quoque erat altare S. Martini et crux, in medio monasterio pendens, similes reliquias capientia.*]

DECEMBER

B 2 [Coloniæ Agrippinæ in ecclesia SS. Joannis et Cordulæ ex undecim mille virginum et martyrum cœtu sanctarum Paulinæ, Formosæ, Afræ et Pinnosæ et aliorum. *Ita Gelenius. De iisdem jam dictum ad* 3 *Augusti. Putem hac die et similibus, indicatis a Gelenio, factam fuisse ostensionem reliquiarum.*]

13 [Coloniæ Agrippinæ, in ecclesia SS. Joannis et Cordulæ, requiescit corpusculum S. Luciæ virginis et martyris, quæ traditur dux et antesignana fuisse sanctarum undecies mille virginum, dum Basilea Romam tenderent. *Ita Gelenius, quod hodie celebratur S. Lucia Syracusana. Illa* S. Lucia *jam occurrit ad* 3 *Augusti et* 2 *Decembris.*]

31 S. Sophiæ V. et M. de numero XI millium virginum, cujus sacras reliquias Carolus imperator et Bohemiæ rex obtinuit in monasterio Orbaniensi, et donavit ecclesiæ Pragensi. *Martyrologium loci.* [*Sic quoque Gelenius.*]

§ XIX. Antiqua Missa et Officium cum præcipuis mutationibus.

Recitatur antiquissima Missa,

C *Fert etiam operis nostri ratio ut officia ecclesiastica, quæ de sanctis celebrantur, exhibeamus, si quid speciale aut proprium habeant : maxime si antiquitate commendentur. Verumenimvero quum ex nostra industria, multoque magis ex dono nobilissimi viri baronis Guilielmi de Viron de Diéval uberrimam librorum liturgicorum copiam possideamus, selectus aliquis omnino faciendus est. Ante omnia autem exhibenda sunt Coloniensia, quæ cæterum pluribus ecclesiis Germaniæ communia fuerunt. Veniat itaque primo loco officium Missæ de* S. Ursula *quæ multis sæculis die* 21 *Octobris Coloniæ celebrata est, et quam etiam reperio in Missali Constantiensi, impresso Augustæ Vindelicorum anno* 1505; *item in Missali secundum institutionem ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolymitani ejusdem fere ævi; in Missali Cameracensi, anno* 1507 *impresso per Henricum Stephanum; in Leodiensi, excuso Parisiis anno* 1515; *et in Passaviensi edito Venetiis anno* 1522. *Alia multa omitto. Sed ecce illa Missa :* INTROITUS. Gaudeamus omnes in Domino, D diem festum celebrantes in honore sanctarum virginum, de quarum passione gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *Cameracense loco* sanctarum virginum *habet :* undecim millium virginum. *Omnibus communis est.* PSALMUS. Exsultate justi in Domino, rectos decet collaudatio. COLLECTA. Deus qui tibi digne sacratis virginibus mirandi agonis robur indidisti, quo per martyrii palmam ad supernæ contemplationis pertingerent gloriam : da quæsumus earum nos intercessionibus adjuvari, quas hodierno die transcenso mortis stadio in cælestibus fecisti triumphare. Per Dominum. EPISTOLA. De virginibus præceptum. *Constantiense :* Reddet Deus mercedem, *vel* de virginibus; *Leodiense :* Lingua sapientium; *Hospitalis :* Respondens unus. *In Coloniensi sequebatur hoc* GRADUALE. Timete Dominum omnes sancti ejus; quoniam nihil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono. Alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam proximæ ejus adferentur tibi in lætitia. *Aliud Graduale habebant Passaviense, Constantiense, Leodiense et Hospitalis :* Gloriosus Deus in sanctis, mirabilis in majestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute; E dextera manus tuæ confregit inimicum. Alleluia. Te martyrum candidatus laudat exercitus, Domine. *Cameracense :* Vindica. ℣. Posuerunt. Alleluia. ℣. Adducentur.

175 *Habet etiam aliam Sequentiam. Prius Colonienses videntur habuisse Sequentiam, cujus initium :* Jucunda Deo sit laudatio in die sanctis consecrata; *quam apud Crombachium* (2) *legere est; post usurpaverunt sequentem, cujus usus multo latior fuit :* *cum recentiori prosa,*

Virginalis turma sexus
Jesu Christi quæ connexus
Dono sentis gratiæ.
Flos candoris tui rubet
Trucidari dum te jubet
Tortor pudicitiæ.

Britannorum insulæ
Rector pater Ursulæ
Dionetus * claruit.
Hanc Conanus Virginem
Propter pulchritudinem
Sponsam thori voluit.

* *Constant.* Theonotus; *Leodiense* notus Deo, *Passaviense et Hospitalis* Deonotus.

Procos mittit, et precatur,
Minis terret, si spernatur,
Sibi poscens Ursulam.
Pater ejus jam baptismi
Fonte lotus, paganismi
Prorsus vitat copulam.

F

Interim Ursula
Christi discipula
Docta per somnium
Statuit nuptias
Petens inducias
Trimatus spacium.

Vice dotis conjugii
Reginæ votis habiles
Dato sumptu navigii
Coævæ dantur nobiles.
Undena demum millia
Sponsæ transmittit Virginum.
Ducunt naves per maria
Curam spernentes hominum.

(1) De fundatione monasterii Windbergensis, ap. Canisium, Lectiones antiquæ, tom. III, part. II, pag. 212 et seqq. edit. Basnage. — (2) S. Ursula vindicata, pag. 1078.

Aura

A Aura flante lenius
Discedunt a litore,
Huc illucque sæpius
Plano ludunt æquore.
Hic manus feminea
Rexit dante Domino
Naves, quas Basilea
Brevi vidit termino.

Relictis navibus
Ordinant acies,
Ventis et æstibus
Exponunt facies
Et Romam adeunt.
Per monasteria
Fundentes lacrymas,
Trahunt suspiria,
Commendant animas
Sanctis, et redeunt.

Quam in portu reliquerunt,
Classem simul invenerunt.
Magnum flumen et amœnum
Navigantes intrant Rhenum
Per Dei clementiam.
B Hinc ad locum passionis
Ducit eas dux agonis,
Florem suæ juventutis
Parvipendunt spe salutis,
Euntes Coloniam.

O felix Colonia,
Juxta cujus mœnia
Barbarorum rabies,
Enses, tela, frameas,
Cultros in virgineas
Cruentavit acies.

Turmæ cæli sponsas regi,
Adduxerunt quæ steterunt
Ante regem gloriæ,
Palma fretæ victoriæ.
Speciali has Angelica
Divina ditavit gratia.
Hæ sponsæ novæ cantica
Voce pangunt melliflua.

Felicia sunt virginum
Connubia tot millium,
Agnumque sine macula
C Duce sequuntur Ursula.
Quarum orationibus
Felices cum felicibus
Pace fruamur sedula
Per sæculorum sæcula.

*quæ Coloniæ et in multis aliis locis olim usurpabatur. * alias* offerentur

176 EVANGELIUM. Simile est regnum cælorum decem virginibus. *Hospitalis :* Descendens Jesus de monte. OFFERTORIUM. Adferentur * regi virgines, proximæ ejus adferentur tibi in lætitia et exsultatione, adducentur in templum regi Domino. *Hospitalis :* Exultabunt sancti in gloria; lætabuntur in cubilibus suis : exultationes Dei in faucibus eorum. *Cameracense :* Mirabilis Deus in sanctis suis... benedictus Deus. SECRETA. Votiva Domine dona mystici libaminis pro sanctarum virginum tuarum veneratione majestati tuæ oblata nostra expurgent facinora; et purificatos tantis mysteriis exsequendis nos reddant acceptos. Per Dominum nostrum. *Cameracense et Passaviense :* Intende, quæsumus, Domine, munera tuis altaribus pro sanctarum [*Camer.* undecim millium virginum martyrumque] tuarum commemoratione proposita, ut sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per. *Hospitalis :* Munera, Domine, plebis tuæ, quæsumus, beatarum virginum et martyrum tuarum fiant grata suffragiis, et pro quarum triumphis nomini tuo offeruntur, ipsarum digna efficiantur et meritis. Per. COMMUNIO. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus, media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviam Christo Domino. *Hospitalis :* Posuerunt mortalia... punitorum. *Cameracense :* Justorum animæ,.. in pace. COMPLENDA. Cælestis Domine alimoniæ refecti sacramento, quæsumus, ut intercedentibus sanctis virginibus ac martyribus tuis, quæ pro earum celebramus * gloria, ad nostræ salutis proficiant incrementa. Per Dominum nostrum. *Constantiense :* Deus, qui beatis virginibus inviolabilis castitatis donum desiderabile contulisti, mentes nostras a carnalibus concupiscentiis emunda et castimoniæ puritatem et in sanctis moribus perseverantiam nobis misericorditer præsta. Per. *Hospitalis :* Natalitiis sanctarum virginum et martyrum tuarum, Domine, sacramenti munere vegetati, quæsumus, ut bonis quibus per gratiam tuam nunc fovemur, perfruamur æternis. Per. *Cameracense :* Præsta nobis, Domine, quæsumus, E intercedentibus sanctis undecim millibus virginibus martyribusque tuis, ut quæ ore contigimus pura mente capiamus. Per. *Passaviense :* Sumpsimus, Domine, pro sanctarum martyrum virginumque tuarum solemnitate cælestia sacramenta, quarum suffragiis nobis, quæsumus, largiaris ut quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis consequamur. Per.

AUCTORE V. D. B.

* *alias* gerimus

177 *In Missali Strigoniensi, quod anno* 1512 *Venetiis impressum est, alia omnino legitur Missa, scilicet :* INTROITUS. Sapientiam sanctorum. ORATIO : Deus, qui nos in tantis periculis... da nobis per merita sanctarum virginum castitatem, pacem, salutem mentis et corporis; ut ea quæ pro peccatis nostris patimur te adjuvante vincamus. Per. EPISTOLA : Sancti per fidem. GRADUALE : Vindica. Alleluia. ℣. Adducentur. EVANGELIUM : Cum audieritis. OFFERTORIUM. Lætamini in Domino. SECRETA : Concede, quæsumus, Omnipotens Deus, ut hujus sacrificii munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat et sanctarum virginum meritis ac precibus a præteritis malis exuamur et futuris. Per. COMMUNIO : Et si coram. COMPLENDA : Munera tua nos, Deus, supplicatione F sanctarum virginum a delectationibus terrenis expediant et cælestibus nos spiritus instruant alimentis. Per. *In Missali Sarum, anno* 1527 *excuso typis, hanc Missam legere est :* INROITUS. Vultum tuum. ORATIO : Deus qui sanctam nobis hujus diei solemnitatem pro beatarum virginum martyrumque tuarum gloriosa passione fecisti : adesto familiæ tuæ precibus et da ut quarum hodie festa celebramus meritis et intercessionibus adjuvemur. Per. EPISTOLA : O quam pulchra est casta generatio. GRADUALE : Exultabunt. ℣. Cantate. Alleluia. ℣. Adducentur. EVANGELIUM : Simile est regnum. OFFERTORIUM. Offerentur regi. SECRETA : Præsentia munera, quæsumus, Domine, ita serena pietate intuere, ut Sancti Spiritus perfundantur benedictione, ut in nostris cordibus eam dilectionem avidius capiamus, per quam sanctæ virgines martyresque tuæ omnia corporis tormenta devicerunt. Per. COMMUNIO. Quinque prudentes. POSTCOMMUNIO : Sumpsimus, Domine, sanctarum solemnitate cælestia sacramenta, quarum suffragiis, quæsumus, largiaris, ut quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis consequamur. Per.

Missæ olim usitatæ in diœcesibus Strigoniensi et Sarum.

178 Ut

AUCTORE V. D. B. *Prosæ seu Sequentiæ Cameracensis et Zwifaltensis.*

178 *Ut modo monebam, subjicio sequentiam secundum Missale Cameracense anni* 1507 :

Cælesti connubio
Virginalis concio
Sit Messiæ socia.
Jubilemus igitur
Quia Deo jungitur
Fragilis materia.

Infirmitas substantiæ
Fit templum pudicitiæ
Plebe sub incredula,
Jam vere pater luminum
Effectus erat virginum
Sponsus absque macula.

Inter illas principalis
Est matrona triumphalis
Quæ vocatur Ursula.
Minas vires * spernens regis
Dux est facta sui gregis
Velut Dei famula.

* virgo

O felix acies
Hæc est undecies
B Undena millia;
Quam nullo scelere
Potest involvere
Fervens insania.

Muliebri metu deposito,
Intraverunt carinas solito :
Sunt pro remis brachia.
Navigando per mare properant,
Intrant Rhenum, fluctus exuperant :
Felix est audacia.

O quam durum
Parant murum
Virginum suspiria !
Spernunt procos,
Quorum jocos
Pellunt et ludibria.

Quæ dum gentem prophanam fugiunt
Basileam tandem perveniunt,
Susceptæ cum gratia.
Commendatis ibidem navibus,
Romam tendunt festinis gressibus
C Duce pœnitentia.

Quæ probitas, quæ dignitas,
Ubi carnis integritas
Ad vitæ currit gaudia !
Divinitus est editus
Vigor hic, non humanitus
Mente boni conscia.

Mente, carne tam sinceres
Judicandæ sunt proceres
Pro virtutum copia.
Quæ non mutant discorditer,
Nec commutant deformiter
Therebinti lilia.

Revertentes Coloniam
Mactavit ob invidiam
Gens Hunnorum misera.
Sed Cordula, quæ latuit,
Ut pateretur affuit
Dierum præsens altera.

Solo sexu vel nomine D
Judicandæ sunt fœminæ
Nec tam distant ab homine
Veritatis regula.
O regum rex et Domine
Virgineo cum agmine
Sub alarum nos tegmine
Protege per sæcula. Amen.

Cameracensis Sequentia videtur rarissimi usus fuisse, dum contra Coloniensis passim usurparetur. Et quidem legitur hæc non tantum in Missalibus, verum etiam in libris scholasticis (1); *inseruitque eam Daniel collectioni Hymnorum et Sequentiarum quam edidit* (2). *In pervetusto Missali ms. abbatiæ Zwifaltensis ordinis S. Benedicti in Suevia reperit P. Gretserus et ad Crombachium misit aliam Sequentiam seu Prosam non minus raram. Ejus initium est :* Patri summi Filii, Angelo consilii, laus sit danti septem dona. *In ea dicuntur sanctæ virgines Roma Coloniam rediisse,* consulto papa, *et ab Hunnis occisæ. Sed hæc vide apud Crombachium* (3).

Missa et Officium Coloniensia videntur sæculo IX *antiquiora esse.*

179 *Si Sequentiam excipias, Missa Coloniensis videtur esse antiquissima; neque minus antiquum Officium, quale recitabatur, antequam sæculo* XVII *paucis locis mutatum est. Inest enim antiquitatis maximæ vestigium; quod certo deletum fuisset, si umquam mutassent Colonienses Officium sanctarum virginum. Tertia scilicet antiphona ad Laudes sic habebat :* Quæ divino nutu a partibus Orientis exhibitæ, pro Christi nomine fudere cruorem, quia numquam in persecutione potuerunt divelli ab ejus confessione. Alleluia. *Quæ procul dubio antiquiora sunt Sermone in Natali, ante medium sæculum* IX *certissime scripto; quum hæc, ex male intellecto Clematii titulo desumpta, ab auctore Sermonis improbentur : quemadmodum supra videre est, pag.* 133 *num.* 7. *Quum autem Officium dixi, Invitatorium intellexi, Antiphonas et Responsoria. Manifestum enim est lectiones, acceptas ex Passione* Regnante Domino, *recentiores esse; et vix hymni proprii fuere in usu ante iniens sæculum* XVI. *Ecce autem id Officium, quale id legitur in* Matutinali secundum ordinarium majoris ecclesiæ Coloniensis, diligenter correcto per Johannem de Bell, arcium magistrum ejusdem civitatis incolam impresso, anno Domini 1481, VII kal. Septembris; *in secunda parte* Diurnalis secundum majorem ecclesiam Coloniensem, *sine nomine typographi et anno, sed ejusdem ævi ac Matutinale; et demum in* Breviario secundum morem et consuetudinem sacrosanctæ ecclesiæ Coloniensis majoris, sumptibus et impensis Johannis de Ravesberg civis Coloniensis, arte item Joannes Hertzog Alemanni in Venetiarum urbe inclyta impresso anno 1498 pridie kalendas Octobris. *Mutationes simul adjiciam.* E F

Recitatur id Officium ad I Vesperas,

180 *Ad primas Vesperas ante sæculum* XVI *dicebantur Antiphonæ* Insignes sponsæ Christi, *quæ infra veniunt ad Nocturna I et II; et dicebantur psalmi feriales; postea sequentes Antiphonæ et psalmi adhibita fuere :* AD PRIMAS VESPERAS. ANTIPHONA. Pangamus Deo nostro gloriam, qui sanctis dedit talem virginibus victoriam, ut carnis calcarent desideria, et pervenirent ad regna cælestia. ***Psalmus* 112.** Laudate pueri. ANTIPHONA. Rogamus vos virgines beatæ, ut nos precibus vestris sacrosanctis jugiter commendare dignemini Christo Domino. ***Psalmus* 111.** Laudate Dominum omnes gentes. ANTIPHONA. Adsit nobis virginum sanctarum benigna

(1) Sequentiæ et hymni cum diligenti difficiliorum vocabulorum interpretatione. Torrentini novissima editio, anno 1522, fol. 33. Textus sequentiarum cum optimo commento, anno 1494, fol. 89. — (2) Thesaurus hymnologicus, tom. II, pag. 260. — (3) S. Ursula vindicata, pag. 1077 et 1078.

precatio,

A precatio, quæ nos a cunctis defendat adversis, et in Christi confortet servitio. *Psalmus* 145. Lauda anima mea Dominum. ANTIPHONA. Deus qui es corona virginum, nos adjuva per merita earum, ut te largiente et ipsis intercedentibus ab omnibus malis defendi mereamur nunc et in perpetuum. *Psalmus* 146. Laudate Dominum quoniam bonus. ANTIPHONA. Venerandæ estis sanctæ virgines, quæ carnis desideriis restitistis, et in Jesu Christi servitio permansistis, ipsum rogate ut nobis indignis propitius esse dignetur in hoc sæculo atque in futuro. *Psalmus* 147. Lauda Jerusalem Dominum. CAPITULUM : De virginibus præceptum Domini non habeo; consilium autem do tamquam misericordiam consecutus a Deo ut sim fidelis. Deo gratias. ℣ Isti sunt sancti... stolas suas. ℣ Tradiderunt corpora... perpetuas. HYMNUS. Jesu corona, *ut in communi de virginibus, cum* ℣ Lætamini in Domino. AD MAGNIFICAT ANTIPHONA. Istæ sunt prudentes virgines quæ, accepto oleo in vasis suis, cum lampadibus exierunt obviam sponso et sponsæ; quo veniente, intraverunt cum eo paratæ ad nuptias.

ad tria Nocturna,

181 AD MATUTINUM INVITATORIUM : Regem regum Dominum venite adoremus : Quia ipse est corona B sanctarum virginum. *Psalmus*. Venite exultemus. *Non videntur olim Colonienses hymnum recitàsse ante I Nocturnum; sed post annum* 1618 *usurpaverunt hymnum ex communi Romano :* Virginis proles, *nisi quod tertium et quartum versum ita mutarint :*

Ursulæ partos canimus triumphos
Atque sodales

et decimum quintum et sequentem in hunc modum :

Sanguine undenis sociata vicit
Millibus orcum.

IN PRIMO NOCTURNO. ANTIPHONA. Insignes sponsæ Christi a puerilibus annis pudicitiam Deo amabilem fideliter servaverunt. *Psalmus*. Beatus vir. ANTIPHONA. Ipsæ vero integritatem pueritiæ Domino Deo suo consecrarunt. *Psalmus*. Quare fremuerunt. ANTIPHONA. Quarum mentium inhabitator est Christus, qui consolationis solatium contra tribulationem illis semper ingerit. *Psalmus*. Domine quid. ℣ Lætamini in Domino et exultate justæ. ℟ Et gloriamini omnes rectæ corde. AD LECTIONES PRIMI NOCTURNI. ℟ PRIMUM. Feliciter virgines vincunt mundum : Quæ post victoriam vinci non norunt. ℣ Beatæ de prælio re-

* *alias* aut

deunt, quæ* hostem victrices moriendo devincunt. Quæ post victoriam vinci non norunt. ℟ SECUNDUM. C Has virgines fidei et corporis commendat integritas : Has vitæ sinceritas et meritorum exaltat sublimitas. ℣ Nomen ergo sempiternum dabit eis Deus, quod non peribit. Has vitæ, etc. ℟ TERTIUM. Innumerabilis virginum chorus, spreta liberorum propagine : Sponsum, qui est in cælis, perenni mente,

* *alias* applicari,

actu et habitu amplexari* maluit. ℣ Ecce florentem mundum mentis despectu calcando. Sponsum. Gloria Patri. Sponsum. IN SECUNDO NOCTURNO. ANTIPHONA. Sacratissima virginitas, Deo disponente, in suo gradu usque ad sanguinis effusionem permansit. *Psalmus* 14. Domine quis habitabit. ANTIPHONA. Igitur dum nimis hanc dilexit, nec supplicia, nec gaudium tyranni furentis expavit. *Psalmus* 15. Conserva. ANTIPHONA. Una etenim fides sanctas Dei in passione exercuit, et diverso genere meritorum reddidit cælo victrices. *Psalmus* 23.

* *alias* justi.

Domini est terra. ℣ Justæ* autem in perpetuum vivent. ℟ Et apud Dominum est merces earum. AD LECTIONES SECUNDI NOCTURNI. ℟ PRIMUM. Simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas : Exierunt obviam sponso et sponsæ. ℣ Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Exierunt. ℟ SECUNDUM. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviam Christo Domino. ℣ Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornaverunt lampades suas. Media. ℟ TERTIUM. Media nocte clamor factus est : ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt prudentes virgines : Et ornatis lampadibus suis, intraverunt cum eo ad nuptias. ℣ Fatuæ autem non sumpserunt oleum secum : prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis *etc.* Gloria Patri, *etc.* IN TERTIO NOCTURNO ANTIPHONA. Hæ sunt, quæ non nubent, neque nubentur : sed sunt sicut Angeli Dei in cælo. *Psalmus*. Exsultate justi. ANTIPHONA. Ideo laudabilis virginitas, quia et in martyribus reperitur, et ipsa martyres facit. *Psalmus*. Benedicam Dominum; *seu Psalmus*. Te decet. ANTIPHONA. Merito mirantur, quæ Angelis comparantur, et Angelorum Domino copulantur. *Psalmus*. Deus noster refugium; *seu Psalmus*. Quam dilecta. ℣ Justarum* animæ in manu Dei sunt. ℟ Et non tanget illas tormentum malitiæ. HOMIL. IN EVANGEL. Simile est regnum cælorum decem virginibus. *Ut in communi virginum.* ℟ PRIMUM. Audivi vocem de cælo dicentem* : venite omnes virgines sapientissimæ : oleum recondite in vasis vestris, dum sponsus advenerit. ℣ Media autem nocte clamor factus est : vigilate virgines, ecce sponsus advenit. Oleum. ℟ SECUNDUM. Adducentur* regi virgines Domino post eam, proximæ ejus adferentur tibi ; In lætitia et exsultatione. ℣ Adducentur in templum regi Domino. Gloria Patri, *etc.* In lætitia TE DEUM LAUDAMUS. *Hymn. SS. Amb. et Augustini.*

* *alias* justorum

* *alias* venientem

* *alias* offerentur.

182 AD LAUDES ANTIPHONA. Pangamus Deo nostro gloriam, qui sanctis dedit talem virginibus victoriam, ut carnis calcarent desideria, et pervenirent ad regna cælestia. *Psalmus*. Dominus regnavit. *Prima hæc Antiphona in libris sæculo* XVI *antiquioribus non legitur, sed ejus loco dividebatur Antiphona sequens in duas, post* in Sion, *posito* alleluia. ANTIPHONA. In choro sanctorum jugiter divinæ laudis resonat jubilatio, ubi laudatur Deus Deorum in Sion. Inter quos undena virginum millia, sequentes agnum sine macula, laudant illum gaudentes cælesti laude per sæcula, allel. *Psalmus* 99. Jubilate Deo. ANTIPHONA. Quæ divino nutu a partibus Orientis exhibitæ pro Christi nomine hic fudere cruorem, quia numquam in persecutione potuerunt ab ejus divelli confessione. *Ejus loco substituta est anno* 1618 *sequens* ANTIPHONA. Quæ F divino nutu e Britannia Romam profectæ, pro Christi nomine hic fudere cruorem : quia numquam in persecutione potuerunt ab ejus convelli confessione. *Psalmus* 62. Deus Deus meus. ANTIPHONA. Benedicamus ergo Deum cælorum cum omni creatura, qui tam pretioso locum istum decoravit martyrio. *Psalmus*. Benedicite omnia opera. ANTIPHONA. Clematius igitur vir clarissimus voto quo debebat a fundamentis sanctum templum erexit, in quo et virgines venerantur merita et populorum laudantium Deum concurrit frequentia. Allel. *Hujus loco anno* 1618 *inducta sequens*. ANTIPHONA. Istæ sunt prudentes virgines, quæ accepto oleo in vasis suis, cum lampadibus, exierunt obviam sponso et sponsæ, quo veniente intraverunt cum eo paratæ ad nuptias. *Psalmus* 148. Laudate Dominum de cælis. CAPITULUM. De virginibus præceptum. *Ut in Vesperis.* ℣ Exultent justæ. *Post annum* 1618 ℣ Adducentur regi. AD BENEDICTUS ANTIPHONA. O beata virginum corpora, quæ Christi confessione prostrata, solo jacent hic sepulta : quarum animæ æterna cum illo regnant in victoria, quas cæli regio cum Angelis regnaturas excepit.

ad Laudes,

AUCTORE V. D. B. *ad Horas et II Vesperas, cum Hymnis*

185 *Ad Primam et reliquas Horas nil singulare. Aliquando introducta sequens* IN SECUNDIS VESPERIS ANTIPHONA AD MAGNIFICAT. O sanctæ virgines Deo amabiles per coronam gloriæ et palmam, quam habetis victoriæ, pro nobis benignum orate Dominum, ut faciat nos omnia mala vitare, et suo in famulatu perdurare. *In Breviario Magno Coloniensis ecclesiæ, anno* 1521 *impresso Parisiis, sequens legitur Hymnus :*

Gaude sancta Colonia,
Devote laudans Dominum;
Qui per undena millia
Te sublimavit virginum.
Quas Ursula de finibus
Anglorum et Britanniæ
Tuis adduxit mœnibus
Ut forent salus patriæ.
In Basilea navibus
Relictis, Romam adeunt,
Fusis ad sanctos precibus,
Coloniam post redeunt.
Ubi telis et gladiis
Sub rabie barbarica
Multisque pœnis aliis
B Regna mercantur cælica.
Trinitati sit gloria
Pro sacratis virginibus
Quæ nos ad cæli gaudia
Suis adducant precibus. Amen.

variis et antiphonis.

184 *Dein substitutus est sequens :*

Jesu Christe,
Patris unigenite,
Natus ipse Virginis,
Amator castitatis.
Te inspirante,
Mentes tibi devotæ,
Annos, sexum superant,
Viriliterque decertant.
Inter stupenda,
Quæ facis miracula,
Magnum dat spectacullum,
Triumphus fœminarum.
Quæ splendida
Castitatis lilia,
Ut sic magis luceant,
Fuso sanguine purpurant.
Inter quas sancta,
C Cum sociis Ursula,
Ut rosa in Jericho,
Floret coram Domino.
Hæc limina
Petens apostolica,
Conduxit a pueritia,
Undena secum millia.
Illuc instructæ,
Sacræ sedis a præsule,
Agrippinam redeunt,
Ibique martyrizatæ sunt.
Ergo lauda
Deum, sancta Colonia,
Qui te tam sublimibus
Decorat pignoribus.
Laus, gloria,
Et honor et victima
Patri et Filio
Spirituique sancto. Amen.

℣ *et* ℣ *et Antiphona in sequentem quoque modum mutata :* ℣ Exsultent justi in conspectu Dei. ℣ Et delectentur in lætitia. AD MAGNIFICAT. ANTIPHONA. De numero prudentum virgines beatæ, sponsum vestrum pro nobis Christum interpellate, ut ad amoris sui desiderium excitet dormitans cor nostrum, ne nos, quod intercessio vestra prohibeat, ad januam vestræ receptionis velut fatuas nesciat. *Anno* 1618 *multo graviores mutationes factæ sunt. Ad* VESPERAS *eædem receptæ antiphonæ ac ad Laudes cum Psalmis* Dixit Dominus *et reliquis de Dominica et loco ultimi* Laudate Dominum omnes gentes. CAPITULUM : De virginibus. *Hymnus ex communi Romano desumptus, nisi quod prima stropha hanc formam acceperit :*

Rex Christe, sponse virginum,
Regina mater Ursula
Undena dote sanguinis
Tibi sacravit millia.

℣ Adducentur. *Ad* MAGNIFICAT ANTIPHONA. De numero prudentum etc.

et ad Completorium.

185 *Ad* COMPLETORIUM *mutabant olim Colonienses ad singula festa hymnum; quod in aliis quoque multis ecclesiis observabatur. Dicebant itaque ante sæculum* XVI *hymnum* Jesu corona *cui postea substitutus hymnus sequens :*

Gaude cælestis curia
Quæ virginum tot millia,
Laureata suscepisti,
Regi regum conjunxisti. E
Cujus ingressa thalamum,
Per cruorem purpureum,
Et castitatis lilia,
Pingunt, serenant omnia.
Gaude regina virginum,
Tibi dulcem exercitum,
Tuus transmisit Filius,
Cui nil matre suavius.
En ante thronum gloriæ,
Sion resultant filiæ,
Hymnizantes, jubilantes,
Contemplantes, adorantes.
Inebriantur suavitate,
Contemplata majestate,
Totæ ardent in amore,
Summo laudant cum dulcore.
O Jerusalem filiæ,
Cum cantico lætitiæ,
Dilecto citharizantes,
Conservate laudantes.
Laus, honor sponso virginum
Nunc et per omne sæculum,
Qui nos sanctorum meritis F
Cæli conjungat gaudiis. Amen.

Ad NUNC DIMITTIS *antiphona quarta ad Laudes :* Benedicamus ergo Deum *recitabatur. Lectiones primi Nocturni desumebantur ex Passione* Regnante Domino, *initio facto a verbis :* Beata Ursula, quamvis divinæ promissionis oraculo non incredula; *et sic pergebatur etiam per lectiones secundi Nocturni, fine imposito ad verba :* Iterum huc reverteris in pace; *ita ut particula tantum Passionis recitaretur. In multis aliis ecclesiis exordium fiebat a verbis* Regnante Domino. *Idem observatum in templo S. Ursulæ; ita ut de eadem Passione legeretur per totam octavam.*

Alia alibi propria.

186 *Non Coloniensis tantum ecclesia Officium proprium habebat* (*Antiphonas iterum intelligo et Responsoria*); *sed aliquot aliæ etiam, paucæ tamen, idem frequentabant. In* Breviario ad usum insignis collegiatæ divæ Gudilæ oppidi Bruxellensis Cameracensis diocesis, *impresso anno* 1515, *simile Officium legere est, Antiphonas proprias habens ad utrasque Vesperas et Laudes et Responsoria ad tria Nocturna; in* Breviario *autem* secundum usum chorumque ecclesiæ Babenbergensis noviter reviso ac

A ac summa cum diligentia emendato atque correcto, *et excuso Dilingæ anno* 1575, *Antiphonæ etiam propriæ leguntur ad Parvas Horas : hic pauca quædam ex Officio Coloniensi prompta, nulla in S. Gudulæ Breviario, si tamen lectiones de Passione* Regnante Domino *excipiantur. Sed infinitus essem, hæc si omnia explicare velim. Unum animadvertam in tribus illis Breviariis psalmos ex communi virginum non desumi, sed ex communi plurimorum martyrum : an factum sit, quod in sancto agmine viri non defuerint, alii statuant. Breviarium Aberdonense seu Scoticum, anno* 1509 *impressum et nuper anno* 1854 *novis typis secundum pristinam formam iterum editum, Officium quoque continet omnino proprium; idemque Aroasiensis in Galliis collegiata ecclesia magnam partem frequentabat. In eo duo hymni proprii :* Jesu, rex salvator virginum *et* Resonet ecclesia laudum modulamina; *sed non indicatur psalmos ex Communi Martyrum præscriptos fuisse. Vetus Constantiense et Argentinense anni* 1478 *hymnos quoque proprios habebat; cujus alterum incohabatur a verbis :* Festum nunc celebre, magnaque gaudia; *adeoque Herbipolensis ecclesia canebat ad Completorium hymnum quoque proprium :* Illustrat clare
B sæculum. *Officium proprium, Breviario Romano anni* 1550 *insertum, concordabat satis in antiphonis cum Cisterciensi. De quibus omnibus videri potest Crombachius* (1); *quamquam quæ habet nequaquam plena sunt, ita ut (quemadmodum jam monui) ope vel unius musæi nostri facile duplicarentur.*

§ XX. Specialia de cultu SS. Virginum Coloniæ.

Ineunte sæculo XIV *festum SS. Virginum Coloniæ erat de præcepto;*

Postquam *de antiquitate et propagatione cultus* SS. Ursulæ *et sociarum, quantum satis visum est, diximus, Coloniam redeamus oportet, celebritatem earumdem denuo conspecturi. Nullam esse Coloniæ ecclesiam, quæ aliquot non habeat sanctarum virginum reliquias, lectori jam perspectum esse debet, neque ullam in qua singularis iisdem non adhibeatur veneratio : de quibus rebus præ reliquis videndum est Gelenii opus de Admiranda Coloniæ Agrippinæ Magnitudine, in quo singula accurate recensentur. His omissis, refert ex statutis Coloniensibus Crombachius, anno, ut habet,* 1305 *ab Henrico a Virneburg,*
C *archiepiscopo Coloniensi, conditis, hæc verba* (2) : Festo XI millium virginum præcepit per totam archidiœcesim feriari; *quæ, si recta sunt, facta fuerint oportet post* 18 *Decembris anno* 1305, *quum tunc tandem sedem suam adire potuerit Henricus; et ut hæc renovarit die* 4 *Martii anno* 1307, *quo secundam suam Coloniensem synodum celebravit et multa, etiam a prædecessoribus instituta, novo vigori restituit. Certe in primo capite, quod est* de festorum celebratione, *mense Octobri jubentur* Christi fideles tenere et celebrare et solemniter observare, *adeoque cessando ab operibus servilibus,* festa beatorum Gereonis et Victoris, undecim millium virginum, Severini episcopi, Simonis et Judæ apostolorum (3).

quod medio fere sæculo XVII *renovavit Ferdinandus Bavaricus, in* S. Ursulam

188 *Postea tamen in desuetudinem abiit festiva hæc sanctarum virginum celebratio, quam paucis aliquot annis ante medium sæculum* XVII *restauravit Ferdinandus Bavarus, Coloniensis et plurium aliarum civitatum antistes; quem Crombachius in colendis* S. Ursula *et sociabus multum fuisse his in operis sui dedicatione tradit verbis :* Horum, *inquit, scilicet prædecessorum, qui pietate aut largitionibus ecclesiam undecim millium virginum honestarant,* horum, serenissime princeps, insistis vestigiis : solesque cum per vires et negotia licet annua recurrente solemnitate martyrii Coloniam et Ursulanam adire basilicam; nocturnas ibi multas horas diurnis conjungere, Deo sanctisque virginibus pro subjectis populis et diœcesibus commissis percepta sacra synaxi diu supplicare, et ipsum S. Ursulæ caput ex altari in sacellum aureum insigni pietate quandoque deportare. Ardet ibidem prope aram principem et corpus S. Ursulæ martyris ingens illa moles cerea trecentilibris, quam annuis instauras igni fovendo alimentis, quasi cum regina Richeza virginum sanctarum te cerocensualem vel vectigalem profitearis. Quin et Huji S. Odiliæ virgini Ursulanæ lampadem argenteam cum lumine perpetuo consecrasti. In hoc eodem agro Ursulano cum parente Wilhelmo Bavariæ duce et fratre Maximiliano electore magnificentissimum et ornatissimum Societati Jesu templum Marianum a fundamentis ad æternam Serenissimæ Bavaricæ domus gloriam condidisti, ut ager ille tot martyrum sanguine pur- E
puratus, pietate frequentiaque civium, ad conciones, sacra tribunalia, divinissimamque synaxin percipiendam illuc confluentium religiosius, et augustius honeretur. Festum etiam sanctarum virginum vacuum laboribus, ut civitati præcipuum propriumque, lege lata sancivisti, ut innato tibi sanctas has tutelares colendi desiderio satisfaceres.

AUCTORE V. D. B.

Nunc iterum cessavit id præceptum; sed celebre adhuc est festum. Insignia civitatis. Jubilæus celebratus anno 1857.

189 *Quamquam autem, ex quo tempore ubique numerus festorum diminutus est, cessarit etiam Coloniæ obligatio sanctarum virginum festi in choro et foro celebrandi, perseveravit tamen id esse celebre, atque universa octava quam solemnissime peragitur. Neque mirum : Coloniæ enim patrona est* S. Ursula *cum suo comitatu; quocirca quum olim civitas scutum seu arma haberet duobus coloribus, albo et purpureo, distinctum, (superior purpureus erat, tribus angulis denticulatus), postea, angulos omisit et purpureo colori tres coronas aureas in honorem Trium Regum Magorum et in campo albo undecim atras flammulas seu sanguinis guttulas in honorem undecim millium virginum inspersit. Quo id factum sit tempore non satis constat. In senatus sacello et*
F *in altero, mæniano dicto exstructoque anno* 1371, *scutum cernitur album, tribus coronis aureis distinctum; ita ut exeunte sæculo* XVI *recentiora videantur insignia quæ nunc Colonia habet. Quin etiam olim plures quam undecim inspersæ erant campo albo flammulæ aut guttulæ; unde putant nonnulli insignium campum nil aliud esse quam vellus ponticum* (hermine) (4). *Verum quæcumque demum origo fuerit, nunc numerus undecim accurate servatur et undecim millium virginum symbolum est. Ut vero olim alibi S. Remigii seu S. Bavonis festum scholis aperiendis statutum erat, sic Coloniæ* S. Ursulæ *festivitas in hanc rem electa est; quem morem ad hanc usque diem servant* (5). *Anno* 1857 *pro vulgari persuasione, quam maxime Crombachius ingessit Coloniensium mentibus,* S. Ursulam *martyrium passam esse anno* 237, *celebrata sunt jubilaria festa, quasi annus millesimus sexcentesimus post immanem illam stragem absolutus esset. Descripsit hæc singulari libello, cujus editio iteranda fuit, L. Reischert* (6).

(1) S. Ursula vindicata, pag. 1072 et seqq. (2) — S. Ursula illustrata, pag. 1012. — (3) Ap. Hartzheim, Concilia Germaniæ, tom. IV, pag. 107. — (4) Weyer, Sammlung von Ansichten... in Köln, pag. 57. — (5) Vill, Guide dans l'Église de Sainte Ursule, pag. 42. — (6) Lebensgeschichte und Martertod der H. Ursula. Prinzessin von Britannien und ihrer Gesellschaft, etc.

AUCTORE V. D. B. *Quam festiva olim esset annua supplicatio.*

190 *Olim annua supplicatio valde celebris erat, et ad eam honestandam sacrorum virorum institutum erat sodalitium. De eo hæc tradit Crombachius* (1) : Virorum ecclesiasticorum, et sacerdotum primariorum instituta congregatio est, in qua more receptum erat, ut primi subsellii viri sacras reliquias apparatu magnifico diebus solemnibus ex ara principe referrent in sacellum aureum : quæ pietas sic refrixerat, ut infimæ sortis laici nulla reverentia eas reportarent : huic ut irreverentiæ sacerdotes quidam primarii mederentur, cœtum conflatum his novis legibus sub S. Ursulæ patrocinio stabilierunt. Prima est, ut sodales omnes sint sacerdotio, vel certe sacris ordinibus initiati. Secunda. Adsint statutis festis, quibus juxta receptam basilicæ Ursulanæ consuetudinem sacra pignora exponuntur circa quartam post Vesperas, si per tempus et occupationes liceat, et sacras exuvias, quas congregationis moderator singulis offeret, magna pietate, ac religione supplicantium ritu bini et bini ad sacrarium reportent. Tertia. In sacrificio missæ aliisque precibus sodalium semper sint memores. Quarta. Quisquis eorum pro quavis necessitate sodalium preces desiderat : is B moneat moderatorem, cujus erit reliquis missa scedula preces indicere. Quinta. Qui etiam quinque ex iis nominabit, servato ordine, ut pro defunctis sodalibus postridie in S. Ursula faciant. Sexta. Ut vero ad legum illarum viridem observationem magis incumbant omnes, manu sua subscribant nomina, reservata ipsis potestate rogatas leges augendi, vel corrigendi. Sed hæc jam pene concidit. *Nunc autem sola memoria superest.*

§ XXI. Alia loca et templa, quorum sanctæ virgines loco patronarum sunt habitæ.

Oratoria aut templa erecta sub patrocinio S. Ursulæ *Coloniæ, in Eidenhausen,*

C *Quamquam* SS. Ursulæ *et sociarum cultus tam late patuit et per tot loca earum sparsæ fuerunt reliquiæ, paucæ tamen admodum ecclesiæ earum nomine et patrocinio decoratæ fuerunt; si tamen excipias templa monialium Ursulinarum, de quibus dicendum speciatim non crediderim. De aliis tantum faciendus videtur sermo. Præter templum SS. Virginum, de quo initio Gloriæ posthumæ fuse dixi, erat insuper Coloniæ nosocomium* S. Ursulæ; *quod breviter illustravit Gelenius* (2). *Dies dedicati oratorii festus habebatur* 21 *Octobris. Deinde sunt in Westphalia, inquit Crombachius* (3), *a multis sæculis ædes sacræ* S. Ursulæ *dedicatæ : non sine sacris ejusdem sodalitatis pignoribus. Unam Sigewandus, Mindensium antistes, ante quingentos annos a fundamentis erexit, et sacerdoti sustentando ad ejus cultum proventus uberes adsignavit : in qua condi etiam sub virginum undecies mille patrocinio tutelaque voluit, ut Mindense Chronicon Hermanni de Lerbeck Dominicani his verbis attestatur :* Sigewandus, episcopus tertius, Deo et hominibus gratus, ex nobilibus parentibus natus, ab Adolpho de Schawenburg, seniore nepote suo monasterio S. Pietri in Minda oblatus puer, et Dei servitio mancipatus, tandem per diversos dignitatum et beneficiorum successus de communi consensu beneficiatorum, et petitione fratrum permotus, provisor et pastor Mindensis ecclesiæ est constitutus. Hic ecclesiam in Eidenhausen plumbo coopertam cum quatuor altaribus, ex propriis sumptibus ad honorem undecim millium virginum et martyrum fundavit : intus picturis pulcherrimis decoravit. Hæc, inquam, ecclesia ceteris paribus est pulchrior ecclesia villana, quam habet Mindensis sedes ecclesiam : unde statuit, ut hæc ecclesia nulli nisi sacerdoti, qui stabiliter ibi habitaret, Deoque fideliter serviret, conferatur. Hic præsul, a domino Gunone apostolicæ sedis legato, et diacono cardinale, ordinatus, consecratus est præsidente ac jubente Domino et universali papa Calixto, regnante glorioso Henrico V, Romanorum imperatore augusto, anno 1124. Postquam rexisset viginti annis, obiit anno 1140, sepultus in medio ecclesiæ Idenhusen. D

in Wilbasen in diœcesi Paderbornensi,

192 *Eodem tempore Paderbornensi fulgebat infula Bernardus, qui pro suo in* S. Ursulam *studio et religione sacellum eidem erectum et consecratum virginibus, Deo dicatis et S. Benedicti regulam profitentibus, tradidit, circa annum* 1148, *indictione* XI, *Conradi secundi anno* XII, *Bernardi fundatoris anno* XXII *præsulatus : locus Wilbasen appellatur : cui cum sensim ob loci religionem ædes piorum hominum accessissent, excoli paulatim magis cœpit et inquilinis abundare, ut oppidum jam muris et portis cinctum evaserit.* S. Pignosæ *regis filiæ corpus, et alterum* S. Panafredæ *diu religiose conservarunt. Virgines vero cum ante centum annos* S. Ursulæ *sodalitati (quam Naviculam appellabant) dedissent nomen, ut infra dicetur, ejusdem cultum late per vicina loca et cœnobia propagarunt. Lubet etiam hoc loco attexere, quoniam alius nullus opportunior occurrit, duo diplomata, quæ simul ad Paderbornensem diœcesim et ad sanctarum virginum cultum spectant. Utroque autem constat canonissas Ursulanas obtinuisse vel a summo pontifice, vel ab aliquot cardinalibus et episcopis qui in curia versabantur, ut mos fere erat, literas indulgentiarias, quibus de thesauro ecclesiæ conferebantur spiritualia beneficia iis omnibus qui templo sanctarum virginum manus auxiliatrices porrexissent : quem modum concedendi indulgentias jure merito suppressum voluit concilium Tridentinum. Utut id est, accipe literas alterius Bernardi, Paderbornensis episcopi, quibus missos ab Ursulano collegio cum sanctarum virginum reliquiis nuncios pro corroganda stipe jubet excipi perhonorifice, et ad eam rem opem conferre suam* (4) : Bernardus Dei Gratia Paderbornensis episcopus, universis plebanis, capellanis, aliisque rectoribus, in sua civitate, et diœcesi constitutis salutem in vero salutari. Laboribus vestris, et expensis, quæ in capitulationibus sive convocationibus vestris fieri solebant parcere cupientes, per laborem præsentium vobis transmittimus chartulas indulgentiarum, ecclesiæ sanctarum virginum undecim millium, in Colonia, quas pro colligendis Christi fidelium eleemosynis, in civitate et diœcesi nostra, nostri capituli accedente consensu, duximus admittendum, vobis in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipientes, ut ipsum negotium statim visis literis præsentibus, diebus dominicis et festivis, dedicationibus dumtaxat exceptis (quas Ecclesiæ nostræ specialiter reservamus), plebibus vestris fideliter exponatis, usque ad octavam apostolorum Petri et Pauli, et tunc in generali capitulo oblationes per Dei gratiam conquisitas fideliter reportetis. E F

(1) S. Ursula vindicata, pag. 838. — (2) De Coloniæ Magnitudine, pag. 610. — (3) S. Ursula vindicata, pag. 672. — (4) Ibid. pag. 692 et 693.

A tetis. Si quis vero vestrum huic mandato nostro rebellis exstiterit, non solum se noverit ab officio suspensum : immo etiam ab ipso tantum requiri volumus, quantum posset per benevolum et intentum, et in loco quolibet obtineri. Datum anno Domini 1247, feria II post Misericordia Domini. Reliquias solemniter recipiatis. *Successit Bernardo Simon comes a Schwalenberg : is simili in re diem festivum et vacuum a laboribus esse jussit, quo sanctarum virginum reliquiæ adducebantur, negotiaque tractabantur; quod sancivit hoc diplomate :* Simon Dei G. Paderbornensis episcopus, universis et plebanis, et capellanis, ecclesiisque et ecclesiarum rectoribus, in sua civitate, et diœcesi constitutis, salutem in nostro salutari. Auctoritate præsentium vobis in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna suspensionis districte præcipiendo mandamus, quatenus omnes parochianos vestros, annos discretionis habentes, ad diem, locum et horam, quæ lator præsentium vobis assignaverit, convocetis, præcipientes iisdem auctoritate nostra, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna excommunicationis, ut ibidem devote permaneant, quousque negotium sanctarum undecim millium virginum
B de Colonia fuerit fideliter expeditum, omnibusque aliis negotiis, sive petitionibus postpositis, dies illa ad honorem Dei, et pro reverentia tantarum reliquiarum tamquam dies dominica celebris et festiva ab omnibus habeatur, donec Missarum solemnia fuerint celebrata. Si quis autem vestrum huic mandato rebellis exstiterit, suspensionem a divinis se noverit incurrisse. Datum anno Domini 1267, feria secunda post Jubilate.

Wittenbergæ et Osnabrugi. 193 *Vidimus jam* S. Ursulæ *cultum non multo ante misera Lutheri tempora a familia Saxonica mirifice fuisse promotum. Jam pridem dederat hæc domus pietatis illius testimonia. Rudolphus secundus, Saxoniæ dux, Wittenbergæ primarium civitatis templum anno* 1533, *sub patrocinio et titulo* S. Ursulæ *et undecim millium virginum ædificarat* (1). *Sub initium sæculi* XIV *Goldewinus, trigesimus secundus episcopus Osnabrugensis, cum capitulo cathedrali condidit extra muros suæ civitatis hospitale undecim millium virginum, pro insigni in has sanctas pietate, in quo sacerdotes emeriti debilesque viverent : exstat de anno* 1510 *bulla successoris ejus Engelberti, quæ indulgentias confert iis, qui pecuniis incohatum opus promovent, hoc exemplo :* Engelber-
C tus D. G. Osnabrugensis ecclesiæ episcopus omnibus Christi fidelibus, ad quos notitia præsentis literæ pervenerit salutem in salutis autore. Cum dilecti in Christo præpositus, decanus et capitulum ecclesiæ nostræ Osnabrugensis pro pauperibus sacerdotibus, propter virium destitutionem lecto jacentibus, hospitale in honorem D. N. Jesu Christi, et gloriosæ Matris ejus Virginis Mariæ, et undecim millium virginum, apud ecclesiam suam receperint, nec ad eorum sustentationem propriæ ipsius hospitalis suppetant facultates, nos de omnipotentis Dei misericordia, BB. Petri et Pauli apostolorum ejus autoritate confisi, omnibus Christi fidelibus vere contritis et confessis, qui ad sublevandam indigentiam dictorum sacerdotum, vel ad structuram ibidem manum porrexerint adjutricem, seu ad ecclesiam dicti loci causa devotionis accesserint, quadraginta dies et unam carenam de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus. Datum Osembrug in crastino Annuntiationis B. Mariæ virginis, anno Domini 1510 (2).

AUCTORE V. D. B. *Romæ, Novocomi, et in Neerlandia,*

194 *Romæ ædificatum sub* S. Ursulæ *patrocinio sacellum ineunte sæculo* XVII. *Quum enim anno* 1599 *auctoritate apostolica in urbe excitata fuisset sodalitas, ea continuo ex variis orbis nationibus coaluit ob reliquias ex humero* S. Ursulæ *: quæ ita crevit oblatis etiam pecuniis, ut eorum impendiis anno* 1607 *sacellum sanctæ suæ tutelari erexerint, in quo sacra lipsana adservantur. Porro sodalibus hisce multa, quæ aliis alibi, solemnia sunt; hæc vero singularia :* Primo, *in congregationis exercitationibus sacco seu rubro amictu, viridi adstricto cingulo, vestiebantur.* Secundo, *ipso sanctæ* Ursulæ *festo dotem constituebant puellis quibusdam pauperibus : hoc etiam gaudens privilegio, quod unum mortis reum vinculis liberarent* (3). *Jam pridem ante exstabant in diœcesi Comensi duæ Humiliatorum domus, quibus* S. Ursula *patrona erat, altera in suburbio civitatis, altera Surici, vulgo* Sorego, *ad lacum Larium. Suburbana prius dicta est S. Vitalis; sed post extructam* S. Ursulæ *ecclesiam utroque nomine appellari cœpit. In charta anni* 1578, 11 *Aprilis, legitur :* Congregato capitulo dominarum monialium, Humiliatorum ordinis, sanctæ Ursulæ de sancto Vitali de Cumis, in domo ipsarum dominarum Humiliatarum, sita in parochia sancti Systi Cumis in contrata de sancto Vitali E foris. *Duravit id cœnobium usque ad iniens fere præsens sæculum. Domus de Sorego ab initio, id est ab ineunte fere sæculo* XIII *videtur* S. Ursulæ *titulum et patrocinium habuisse. Usque ad extinctionem Humiliatorum exstitit, dein domus data Minimis, redditus alteri commendati* (4). *In Neerlandia quoque plura reperio templa et monasteria, quæ* S. Ursulæ *seu undecim millium virginum patrocinio fruebantur. Sola nomina referam : qui earum historiam velint et misera sæculo* XVI *exeunte, quo præter fas a Protestantibus suppressa sunt, fata adeant Heussenii Historiam episcopatuum fœderati Belgii; Bataviam sacram seu Antiquitates Bataviæ sacras, potissimum editionem theotiscam, latina multo auctiorem; Lelongii Descriptionem reformationis ecclesiasticæ Amstelodamensis et alios id genus libros. Accipe nomina civitatum : Leidæ, monialium ordinis S. Augustini; Delphis, ubi alterum sæculare templum secundam patronam habebat* S. Ursulam; *Ultrajecti, tertiariarum S. Francisci; item ejusdem instituti in Schiedam, Warmondæ, Harlemi, Amstelodami et Enkhusæ; et demum Sororum in communi viventium Daventriæ. In Beghinasiis quoque compluribus secunda patrona erat* S. Ursula *cum pientissimo suo comitatu.* F

Sorbonense Parisiis. 195 *Sorbonæ Parisiensis, celeberrimæ olim theologicæ scholæ,* SS. Ursulam *et undecies mille socias patronas fuisse passim tradunt scriptores. De hujus patrocinii origine multi olim multa commenti sunt. Voluit Piganiol* (5) *jam a medio sæculo* XIII, *quum hæc schola fundata est, orsum esse id patrocinium et oratorium titulo* SS. Ursulæ *et sociarum fuisse nuncupatum; sed nullo testimonio id assertum nititur; quin etiam sola B. Maria virgo videtur per integrum fere sæculum patrona fuisse. Ex vetere Necrologio Sorbonensi collegit Lebeuf* (6) *mense Majo anni* 1526 *novum incohatum fuisse oratorium, quod anno* 1547 *die* 21 *mensis Octobris a Francisco Placentino, ex ordine Minorum, episcopo Tiberiadis* in partibus, *nomine cardinalis Annibaldi, consecratum fuisse in honorem B. Mariæ virginis, et* SS. Ursulæ *et sociarum, quoniam harum reliquiæ in altari S. Emerentianæ reconditæ fuerant. Porro arbitratur Lebeuf valde diu* SS. Ursulæ *et sociarum festum actum non*

(1) S. Ursula vindicata, pag. 687. — (2) Ibid. pag. 858 et 859. — (3) Tiraboschi, Vetera Humiliatorum monumenta, tom. II. pag. 28 et 29. — (4) Crombach, pag. 855. — (5) Description de la France, tom. V, pag. 507. — (6) Histoire de la ville et de tout le diocèse de Paris, tom. I, part. I, pag. 240.

AUCTORE V. D. B.

fuisse a Sorbonensibus; sed celebratam fuisse die 21 *Octobris templi dedicationem: quæ inde confirmat, quod quum usque ad annum* 1432 *quatuor tantum ibidem haberentur sermones publici, quæ* collationes *dicebantur, puta in festis Nativitatis Domini, Pentecostes, Corporis Domini et Assumptionis B. Mariæ Virginis, die* 10 *Martii illius anni decretum tulerunt doctores* quod fient aliæ tres collationes; scilicet in festo dedicationis capellæ collegii, quæ celebratur in festo undecim millium virginum, in festo Purificationis B. M. et in festo Ascensionis : *adeo ut de dedicatione, non autem de* S. Ursula *verba fierent; quod anno* 1437, *quum numerus collationum undecim aliis auctus est, eadem ratione observari perrexit. Postea autem sermoni de dedicatione templi substituta est oratio panegyrica undecim millium virginum. Cardinalis Richelius multo splendore a fundamentis ædificavit novum templum; quod quum sæculo* XVIII *nondum consecratum videretur, suggessit Lebeuf ut* SS. Ursulæ *et sociarum patrocinio substitueretur titulus S. Euphemiæ, martyris Chalcedonensis, cujus corpus anno* 1606 *illuc illatum fuerat: sed absurdum id consilium, ea tantum de causa datum quod ipsum martyrium sanctarum virginum*
B *perspectum non haberet, nemo umquam secutus est.*

Cultus ejusdem in Universitatibus Conimbricensi et Viennensi, atque in Indiis.

196 *Conimbricensis universitatis patrocinium paulatim, et usu potius quam decreto aut dedicatione, collatum est sanctis virginibus. Ea de re sequentia habet Crombachius* (1): Sane, *inquit*, parum est solemnitatem Ursulanam festo Paschali contulisse, ubi habetur adinstar Jubilæi; ut non immerito sedes apostolica, tanto in SS. Virgines cultu cognito, per omnia societatis Jesu Lusitaniæ templa jubilæum plenissimum impertierit. Atque uti Conimbrica jure nominatur in præcipuis regni civitatibus, sic S. Ursulam præcipua sibi sumpsit religione venerandam. Academia, quam Franciscus Suarez multis annis docendo illustravit, videtur imitata Sorbonam Parisiensem, et sibi studiorum præsidem martyrem Ursulam delegisse : tota enim confluit ad orationem, quæ de laudibus ejusdem divæ pro more solet haberi : sodalitas urbis celeberrima, in cathedrali ecclesia sub nomine S. Ursulæ coit : ea tota incumbit in festum illud augustissime peragendum. Est vero non leve cultus illius incitamentum, quod toto regno habeatur exploratissimum, S. Ursulam cum suo comitatu succurrere morituris, qui eam virginesque singulas quotannis una salutatione
C Angelica fuerunt venerati. *Pergit dein Crombachius pluribus docere quanta medio sæculo* XVII *floreret apud Lusitanos Coloniensium martyrum veneratio, et sequentia demum addit :* Videas, *ait* (2), ex his literis in posteris vigere eam S. Ursulæ venerationem, quam Petrus Faber Coloniæ haustam, translatis inde reliquiis, primo in regibus plantavit, quorum exemplo floruit pietas constans adhæc usque tempora, societate Jesu eamdem fovente et suo exemplo provocante : ita, ut jam S. Ursula regni diva tutelaris haberi possit; et prorsus nesciam, an ulla in orbis regione tam incensis animis honoretur. Iidem Lusitani toto Oriente cultum SS. Virginum mirifice propagarunt; de quo Franciscus Baretus, procurator noster Malabaricus, anno 1645, 24 Decembris ad me scripsit. « Scio nullam in » provincia Goana et Malabarica esse nostræ societatis ecclesiam, in qua unum ex præcipuis alta» ribus illis non sit dicatum; universim sanctarum » virginum dies inter majora totius anni festa ha» betur : unum ex quatuor jubilæis societatis illi » festo annexum : magna eo die in nostris ecclesiis » frequentia; sunt adhuc aliquot sanctarum virgi- D
» num confraternitates; et ubique nobiliores de » festo magno sumptu peragendo decertant. » Quod vero patronam universitatis suam panegyri Conimbricenses celebrent, facit hoc etiam Universitas Viennensis. Ea quatuor in classes secatur, Austriacam, Rhenanam, Saxonicam et Hungaricam. Rhenana patronam habet S. Ursulam, ejus festum augustissime peragit in urbis primario S. Stephani templo, congregato rectore magnifico et universitate ad sacrum solemne et orationem panegyricam.

Item Luneburgi apud ipsos Lutheranos. Item in Hungaria et Brasilia.

197 *Luneburgenses etiam quasi patronarum loco habuere sanctas virgines; a qua religione non omnino cessarunt, quum, ecclesia Dei vivi relicta, Lutherana amplexi fuere placita. Hujus instituti occasio fuit, quod anno* 1371 *Luneburgum festo* S. Ursulæ *divinitus est servata. Perrexerunt itaque cives hujus rei memoriam annuis festivis gaudiis et hymnis Ursulanis decantandis refricare : de quo Schultingius* (3) *ex* Psalmodia seu canticis sacris veteris ecclesiæ, selectis ad ecclesiarum usum per Lucam Lossium Luneburgensem, quæ certo ordine et melodiis cantari solent in templis de Deo et sanctis ejus, Wittenbergæ excusa anno 1569, *citat hunc titulum :* De ordine cantionum in die Ursulæ, seu undecim E
mille virginum, qui in ecclesia Luneburgensi celebris est, propter victoriam divinitus majoribus hujus inclytæ urbis concessam hoc die anno 1571 fol. 257, 258. *Historiam sine prodigio narrat Crantzius, et Hermannus Lerbeccius : sed Lucam Lossium Lutheranum et civem Luneburgensem audiamus; sic autem refert :* Cum longo tempore discordia fuisset inter ducem magnum Luneburgensem et civitatem nostram, tandem cum non tolerandæ injuriæ inferrentur civitati a satellitibus, qui montem Calcarium, imminentem urbi, tenebant, cives montem pridie Purificationis Mariæ ex cæsario mandato occupabant. Postea a duce collectus clam exercitus nocte ea, quæ diem Ursulæ proxime præcedit, murum urbis transcendit, eam ex improviso occupat. Cives strepitu armorum et alio tumultu excitati subito occurrunt. Occiduntur in primo concursu præter cæteros viri consulares tres de honestis et patriciis familiis. Deinde cives in curia paulatim conveniunt. Præfectus civitatis, Ulricus Weissenburgicus, vir magnanimus, et rei militaris peritus, cives monet, ne quid temere agant in tanto periculo. Ipse interea hostem exsultantem in foro de victoria placare bonis verbis F
studet, rogat a grassando abstineat, quandoquidem jam civitas in ejus manu et potestate esset. Hæc diutius data opera egit præfectus, nunc ad cives, nunc ad hostem equitans, hoc consilio ut cives mora colloquii frequentes in curia convenirent. Interea hosti affatim vini ex œnopolio adfertur, quod multi haurientes avidius, inebriati sunt : defatigati longo itinere, et labore adscendendi urbem. Deinde cum cives se jam paratos satis ad adoriendum hostem putarent, ex inopinato irruentes ex curia, impetum in hostem faciunt. Præfectus renuncians hosti senatum non posse præstare, quæ iniqua peterentur, circumventus ab hoste primus occumbit. Editur deinde miserabilis strages ab utraque parte. Tandem cives superiores, hostes ex foro repellunt : qui per plateam, quæ pistoria vocatur, ad portam rubram, quæ meridiem spectat, contendit, ut per eam partem muri, qua transcenderant in urbem, elabatur : sed cives a tergo insequentes magnam partem hostium occidunt, qui numero erant septingenti. Et ferunt obviam venisse

(1) S. Ursula vindicata, pag. 860. — (2) Ibid. pag. 861. — (3) Bibliotheca, tom. IV, part. I, fol. 26.

A ex arena, quæ platea est spatiosa, novam aciem armatorum militum, cujus conspectu territus hostis in fugam se dedit. Ductores hostium fuerunt Joannes de Homborg Baro, qui in conflictu periit, et Sigfridus de Salderen, qui captus est. Annus his rythmis vetustis continetur :

Anno milleno Cter uno septuageno
Nocte puellarum monos et deca mille sacrarum,
Muros conscendunt, Luneburg subvertere tendunt,
Sic occiduntur, velut in sacco capiuntur.

Hactenus Lossius, qui fuse hymnos et sacra cantica recitat, quæ ipsi etiam Lutherani ad laudem martyris Ursulæ sodaliumque ritu anniversario concinebant : testes victoriæ tot millium patrocinio cælitus impetratæ. Hic mos nunc verisimiliter intercidit. Obiter addiderim S. Ursulam *et socias recenseri ab Antonio Macedo inter patronas Hungariæ, quasi Hungari reparare vellent sævitiam Hunnorum, quos majores suos fuisse putant. Sunt quoque patronæ Brasiliæ.*

Insula Helgoland seu Heiligland, tempore S. *Willebrordi*

198 *Exstat etiam insula, cui aliquando nomen* S. Ursulæ *inditum fuisse videtur et quo voluere piissimam virginem appulsam esse, quum ex Britannia in Germaniam solvisset. Lubet paulo latius de ea disserere, ut appareat præsens ejus nomen* Helgo-

B land (*agitur enim de hac insula, e regione ostiorum Albiæ posita*) *nequaquam a veneratione sanctarum virginum ortum esse, neque proin stare posse ea omnia, quæ super ruinoso hoc fundamento a nonnullis ædificata fuere. Æstimant scriptores aliquot hanc ipsam insulam esse in qua Reudigni, Aviones, Angli, Varini, Eudoses, Suardones et Nuithones* in commune Hertham, id est, Terram matrem, colebant, *ut tradidit Tacitus* (1). *Sed hæc parum probanda sententia : nam ut modo videbimus, penes Frisios erat Helgolandia; neque dea Hertha, sed Fosites deus ibidem colebatur. Quamobrem multo verisimilius est aliam insulam, sive Fermern, sive Rugen, a Tacito fuisse designatam. Statuendum potius videtur ineunte sæculo* XIII *cœpisse innotescere Helgolandiam. Certe de S. Willibrordo hæc narrat Alcuinus* (2) : Cum ergo pius verbi Dei prædicator iter agebat, pervenit in confinio Fresonum et Danorum ad quamdam insulam, quæ a quodam Deo suo Fosite ab accolis terræ *Fositesland* appellatur; quia in ea ejusdem Dei fana fuere constructa. Qui locus a paganis in tanta veneratione habebatur, ut nil in ea vel animalium ibi pascentium, vel aliarum qua-

C rumlibet rerum gentilium quisquam tangere audebat, nec etiam a fonte qui ibi ebulliebat aquam haurire nisi tacens præsumebat. Quo cum vir Dei tempestate jactatus est, mansit ibidem aliquot dies, quousque sepositis tempestatibus opportunum navigandi tempus adveniret. Sed parvipendens stultam loci illius religionem vel ferocissimum regis (*Frisiorum, Radbodi,*) animum, qui violatores sacrorum illius atrocissima morte damnare solebat; tres homines in eo fonte cum invocatione sanctæ Trinitatis baptizavit. Sed et animalia, in ea terra pascentia, in cibaria suis mactare præcepit. Quod pagani intuentes arbitrabantur eos vel in furorem verti, vel etiam veloci morte perire. Quos cum nil mali cernebant pati, stupore perterriti, regi tamen Radbodo quod viderant factum retulerunt. *Sed præter minas et increpationes nil Dei servo illatum est; unus vero ex neophytis, sorte designatus, martyrio affectus fuit.*

199 *Allfridus, recensens quæ S. Liudgerus, primus Mimigardefordensis episcopus, sub annum* 785 *egit :* Curavit quoque, *ait* (3), ulterius doctrinæ derivare flumina; et consilio ab imperatore accepto, transfretavit in confinio Fresonum atque Danorum ad quandam insulam, quæ a nomine Dei sui falsi Fositeland, Fosetesland est appellata... Pervenientes autem ad eamdem insulam, destruxerunt omnia ejusdem Fosetis fana, quæ illic fuere constructa, et pro eis Christi fabricaverunt ecclesias. Cumque habitatores terræ illius fide Christi imbueret, baptizavit eos cum invocatione sanctæ Trinitatis, in fonte qui ibi ebulliebat; in quo sanctus Willibrordus prius homines tres baptizaverat, a quo etiam fonte nemo prius haurire aquam nisi tacens præsumebat. Cujusdam etiam eorum principis filium, Landricum nomine, accepit a fonte; quem sacris litteris imbutum, ordinavit presbyterum. Qui multis annis genti Fresonum in doctrinæ præfuit studio.

AUCTORE V. D. B. *et S. Liudgeri, qui eam visitarunt,*

200 *Sed novalis ille ager, bis a sanctissimis viris excultus, iterum derelictus fuisse videtur. Quocirca Adalbertus, Hamburgensis archiepiscopus, christianæ religionis per septentrionales plagas propagandi studio illustris, circa medium sæculum* XI de suis clericis ordinavit... in Funem Eilbertum, quem tradunt conversum (*seu, ut volunt, fugientem*) a pyratis, Farriam insulam, quæ in ostio fluminis Albiæ longo secessu latet in Oceano, primum reperisse, constructoque ibi monasterio fecisse habitabilem. Hæc insula, contra Hadeloam sita est. Cujus latitudo * vix octo milliaria panditur, latitudo quatuor. Homines stramine fragmentisque navium pro igne utuntur. Sermo est piratas, si quando prædam inde vel minimum tulerint, aut mox periisse naufragio aut occisos ab aliquo, nullum domum redisse indempnem. Quapropter solent heremitis ibi viventibus decimas prædarum offerre cum magna devotione. Est enim hæc insula feracissima frugum, ditissima volucrum et pecudum nutrix; collem habet unicum, arborem nullam; scopulis includitur asperrimis, nullo aditu præter unum: ubi et aqua dulcis, locus venerabilis omnibus nautis, præcipue vero pyratis. Unde accepit nomen ut *Heiligland* dicatur. Hanc in Vita sancti Willebrordi Fosetisland appellari discimus; quæ sita est in confinio Danorum et Fresonum. Sunt et aliæ insulæ contra Fresiam et Daniam; sed nulla tam F memorabilis (4). *Atque hinc liquet nomen hujus insulæ,* Heiligland, *id est,* terra sancta, *nequaquam ortum esse sive ex cultu, sive ex falsa quadam traditione de* S. Ursula *et sociabus, sed jam in usu fuisse integro sæculo, priusquam per reliquiarum dispersionem per universas septentrionales plagas sanctarum virginum veneratio propagata esset.*

nota nomine Fositeland ab idolo Fosite, dicta est ob reverentiam a piratis Heiligland.

E

* Longitudo

201 *Postea vero in magno honore videtur ibidem fuisse* S. Ursulæ *vocabulum, ita ut dicta fuerit* insula S. Ursulæ et undecim millium virginum (5). *Quod nomen videtur medio sæculo* XIII *antiquius, quum in polyptycho, descripto sæculo* XVI, *sed quo quæ essent anno* 1240 *in Frisia septentrionali foci et ecclesiæ indicatur, veniat :* Insula S. Ursulæ vulgo Helgerlandt (6). S. Ursulam, *cum sociabus in navi positam, appictam olim fuisse insignibus hujus insulæ tradit Lappenberg* (7); *verum Pontanus* (8) *solius navis veliferæ meminit; et sola navis, fluctibus*

Postea S. Ursulæ *nomen accepit, pluribus fabulis additis.*

(1) Germania, cap. 40. — (2) Vita S. Willibrordi, cap. 10, ap. Mabillonium, sæculum Benedictinum III, part. 1, pag. 609 — (3) Vita S. Liudgeri, cap. 19, ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. II, pag. 410. — (4) Adamus Bremensis, De situ Daniæ, cap. 210, ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VIII, pag. 369. — (5) Lappenberg, Ueber den ehemaligen Umfang und die alte Geschichte Helgolands, pag. 45 et seqq.; Michelsen. Nordfriesland im Mittelalter, ap. Schade, Die Sage von der heilige Ursula, pag. 66. — (6) Falck, Staatsburgerl. Magazijn. tom. IV, pag. 179—200, ap. Schade, pag. 66 et 114. — (7) Op. supra cit. pag. 34. — (8) Rerum Danicarum descriptio, Chorographia, pag. 739.

jactata,

AUCTORE V. D. B.

jactata, in Ordine et insignibus insularum, a Meibomio (1) *editis, cernitur. An fuerit ibidem ecclesia, patrocinio* S. Ursulæ *honestata, me latet : quæ nunc ibidem exstat, S. Nicolai titulo erat insignita; sed olim septem erant paræciæ; quarum sex, quod fluctibus marinis insula continuo corrasa fuerit ut nunc saxum fere supersit, suppressæ aut deletæ sunt. Quum Lutherana sacra illuc quoque illata sunt, non desiit continuo omnis SS. Virginum memoria. Appulerat eo paulo ante annum* 1599 *Bertramus Powischus, nobilis Holsatus; ei ostenderunt incolæ loca quædam in gramine, reliquis viridiora; quæ volebant vestigia esse* S. Ursulæ *et sociarum, quæ hac transissent, e Britannia Coloniam pergentes* (2). *Ejusdem narratiunculæ meminit Pontanus* (3) *et auctor Brevis descriptionis insulæ Terræ sanctæ* (4), *quam Meibomius ms. habuit. Audivit etiam Powischus narrari Deboram a sorore sua* S. Ursula *illic matrimonio collocatam fuisse principi Heligoni; alii addiderunt nuptialium chorearum locum probe adhuc dignosci. Verumenimvero in his fabulis nil singulare est : passim, ubi cultus sanctorum plurimum floret, exsurgunt id genus historiunculæ; quibus nil aliud significatur quam hominum mentes in* B *cogitando de cælitibus multas fuisse; res eis minus fuisse perspectas; unius alteriusve vanas conjecturas probabiles visas esse et brevi loco compertæ veritatis habitas. Atque similia exoriri cernere est non tantum in republica religiosa, sed in civili quoque et militari. Cæterum qui historiam seu descriptionem velit hujus insulæ, adeat libros quos in margine indicavimus, et præterea Cimbricæ Chersonesi descriptionem novam, quam anno* 1559 *fecit Henricus Ranzovius* (5), *accuratissimas observationes La Martinière* (6) *et recentiores geographos. Addiderim tantum eam jam pridem ante Lutherana exordia diœcesis Bremensis fuisse; a pluribus domibus principalibus fuisse possessam, donec hoc sæculo ea potiti sunt Angli : verum his omnino abducimur a* S. Ursulæ *et sociarum cultu, quo redeundum est.*

§ XXII. Monumenta picta et sculpta in honorem SS. Virginum.

Tabula picta Coloniensis pulcherrima;

C *Fieri vix potuit ut, quum* SS. Ursulæ *et sociarum cultus et fama per universum terrarum orbem propagata essent, nulla fierent in earum honorem ab eximiis pictoribus et sculptoribus, quos ætas tulit, opera : et quidem exstant nonnulla, quæ commemorasse juvabit. Jam de mausolæo, quod medio sæculo* XVII *erectum est, superius num.* 17 *satis dixi; atque id omnium recentissimum. Contra omnium antiquissimum monumentum, singulari laude dignum, tabula picta est* (*oleo, lacte an glutino disputant periti*), *quæ in templo cathedrali Coloniensi asservatur. Ejus origo hæc est : quum sub annum* 1396 *statuisset senatus Coloniensis singulis sessionibus suis initium factum iri a fusis aliquot ad Deum precibus, boni consuluit curare ut pictura confieret, præcipuos civitatis exhibens patronos. Absoluta fuit anno* 1410, *et pro more triptychi formam habet. Ornatui prius fuit sacello senatus, anno* 1426 *consecrato; unde anno* 1810 *in quintam capellam cathedralis templi venit. Ubi clausæ sunt valvæ, cernitur* D *annuntiatio B. Mariæ virginis; ubi apertæ, pars media et præcipua oculis sistit adorationem Magorum; alia sinistra S. Gereonem cum sociis, dextra* S. Ursulam *cum suo comitatu. Hæc autem manu tenet sagittam qua confixa fuit, ad latus habens sponsum suum S. Æthereum, et infinito virginum agmine circumdata. Posterius apparent episcopi, mitris et pastoralibus pedis conspicui; quibus majestas et eximia quædam species, quæ in universo hoc opere elucet, manifesta magis fit. Quemadmodum ex altera parte S. Gereon commilitiones suos ad Christum Dominum ducere videtur, sic quoque* S. Ursula *sanctissimas suas sodales; ut omnes simul cum Magis divinum Salvatorem suum venerabundi adorent. Habetur triplex tabula omnium præstantissima, quæ ante renatas in partibus Cisalpinis artes pictæ sint. Qui plura volet, adeat Fridericum Schlegel* (7), *Walraffum* (8), *historicum Coloniensis templi* (9), *de Keverberg* (10) *aliosque, qui nuperis temporibus magno numero similia argumenta versarunt.*

feretrum pictum Brugense;

205 *Secundum monumentum quod procul dubio multo celebrius est quodque sesqui millione francorum valere dicitur* (*quamquam talium rerum vix videtur esse pretium*), *feretrum est reliquiarium,* E *quod in Brugensi S. Joannis nosocomio servatur. Nil, quod ad materiam spectat, eximium est, utpote cista tantum lignea in ædiculæ formam absque turribus constructa; sed celeberrimi Joannis Memlingi, qui sæculo* XV *floruit, venustissimis pieturis exornata est. In parte anteriori seu priori frontispicio cernitur B. Maria virgo puerulum Jesum brachio gerens, stantibus ad utrumque latus monialibus; in opposito frontispicio* S. Ursula *apparet innumero virginum agmine circumdata. Ambo autem latera in tria tympana seu tabulas dividuntur, singulis partem historiæ* S. Ursulæ *referentibus. In prima adveniunt sanctæ virgines Coloniam; in secunda Basileam; in tertia Romam, ubi recepitur pius manipulus a S. Cyriaco papa et complures beatæ* Ursulæ *comites baptismum accipiunt; in quarta tabula* Cyriacus *papa, transgressus Alpes, navim cum* S. Ursula *conscendit et jam cum eximio comitatu Basilea solvit Coloniam versus; in quinta martyrium comitum* S. Ursulæ; *et in sexta demum ipsius* S. Ursulæ, *sagitta transfigendæ, passio. In ædiculæ tecto ob oculos ponitur* S. Ursulæ *gloria duabus tabellis rotundis : in priori tota pia sodalitas, virilis æque ac feminea, simul repræsentatur; in* F *altera coronatur in cælo* S. Ursula *a divina Trinitate. Integro volumine descripsit id feretrum baro de Keverberg* (11); *feretri formam omnesque imagines arte lithographica maximisque curis edidit Gaillard. Plures minori forma ejusdem feretri imagines excudit lithographus Brugensis Daveluy; ita ut qui plura de eximio hoc opere nosse velit, facile habiturus sit unde hanc suam expleat voluptatem.*

navicula Remensis, cujus basis,

204 *Tertium monumentum indicavit Crombachius* (12), *testatus hactenus se nullum reperisse augustius, quod undecim virginum millibus positam fuerit : quod dictum de materiæ pretio maxime accipiendum est. Die* 5 *Februarii anni* 1575, *quo inauguratus est, templo cathedrali Rhemensi obtulit Henricus III, Galliæ et Poloniæ rex, id donum per manus Ludovici Lotharingi, cardinalis Guisii et episcopi Metensis, quod hujus nepos, item Ludovicus*

(1) Monumenta inedita rerum Germanicarum, tom. I, tab. *c*. — (2) Ware Bericht weder den vermeinten Ecclesiasten ed. Hederbui, anno 1599, art. 1, pl. E, III, ap. Meibomium, Opp. cit. tom. IV, præf. num. XXX, pag. 220. — (3) Op. supra cit. pag. 719 — (4) Ap. Meibomium, loc. cit. — (5) Ibid. tom. I, col. 68 et seqq. — (6) Dictionnaire géographique, v° *Helgoland* — (7) Europa, tom. II, part. II. — (8) Taschenbuch für Freunde Altdeuscher Zeit und Kunst. pag. 349 et seqq. — (9) Historische Beschreibung der Domkirche zu Köln, von A. E. d'H***, pag. 162 et seqq. — (10) Ursula, princesse britannique d'après la légende et les peintures d'Hemling, pag. 186 et seqq. — (11) Opus modo cit. — (12) S. Ursula vindicata, pag. 703.

Lotharingus

A *Lotharingus nomine, nondum sacratus esset archiepiscopus Rhemensis. Id cimelium, quo reliquiæ Ursulanæ, ab ipso Henrico ex Polonia in Gallias delatæ, continentur, descripsit P. Petrus Casræus, literis datis die* 21 *Februarii anni* 1631 (1); *similiter auctores Inventarii thesauri Rhemensis anni* 1669 (2) *et cl. v. Prosper Tarbé, qui quatuordecim abhinc annis id Inventarium illustravit* (3), *et imaginem pulcherrimi illius doni, arte lithographica et opera J. J. Maquart expressam edidit* (4). *Accipe itaque P. Casræi descriptionem doni, quod Henricus III in honorem* S. Ursulæ *consecravit:* Basis, *inquit,* operi subjecta est sexangula, pedem longa, semipedem lata, palmum fere alta, ex argento inaurato conflata. Supra basin mare fluctuat semipalmum altum, ex argento, quod smalto diversicolore variegatur. Mari pisces varii innatant. In ea basi, quæ mari subjicitur, in longioribus lateribus hinc inde geminæ leguntur inscriptiones, prima talis est : Henricus III, Galliarum Poloniarumque rex, hanc Deiparæ virgini naviculam, ut res Gallica, diuturnis seditionum jactata fluctibus, ope divina tandem conferretur in tranquillum, more majorum inauguratus posuit. Anno 1574. In adverso autem
B latere habetur hæc gallica epigraphe : De Saincte Ursule et des XI mil Vierges : indicat nimirum in navis alveo clausas SS. Virginum reliquias. In quatuor minoribus lateribus scutellata sunt quatuor insignia, singula superadditis coronis illustria. Ad dexteram puppis lilia gallica aurea, in smalto sive encausto expressa, pariterque ad proram eadem e diametro depicta. Ad sinistram vero puppis quadripartitum stemma est geminatis Poloniæ Galliæque insignibus decorum; eidem ad sinistram proræ plane consimile respondet; supra mare navis exstat, interjecto fulcro argenteo innixa.

carina * cornaline * *alii* octo pollices.

205 Ejus carina, totaque alvus mirabili uno achate * constat, cujus longitudo pedem * prope æquat, latitudo, qua maxime alvus distenditur, dimidiatum pedem, altitudo latitudinem superat; color subrubeus accensus intercurrentibus diversorum colorum venis. Hunc achatem vincula sustinent argentea, superinduta auro. Navis alvus argentea lamina superiore in parte tamquam tabulato contegitur. In medio navis, utrimque depressi jacent versus alvum cancelli, per quos inclusæ divarum reliquiæ conspiciuntur. Ad proram et puppim adsurgunt et cancelli murorum instar,
C quos inædificatæ exornant turriculæ, omnes septem numero; qua prora in rostrum desinit, Galliarum insignia solido in auro sculpta pendent. Puppis quoniam in cuneum non desinit, duabus turriculis instructa est; in harum una pendent quadripartita Poloniæ Galliæque insignia; in altera vero Galliæ Florentiæque bipartita. Hæc porro omnia stemmata una cum dictis dicendisve inscriptionibus ex auro solido conflata sunt. Ad puppim appensum est gubernaculum hoc lemmate insignitum :

Hæc merito servatæ hærent insignia puppi.

et superior pars describitur.

206 Ad gubernaculi latus dexterum anchora ex solido auro, aureo fune alligatur. Supra tabulatum navis stant virgines undecim numero, sex tantum ex auro fabrefactæ, quinque ex argento, omnes opere smaltico elaboratæ; una præ ceteris in tabulati medio prominet S. Ursula habitu regio, corona lapillis insigni, aureo torque, e quo smaragdus pendet : duo pariter saphiri regiam stolam fibularum instar sustinent : palmam illa læva gestat, dextera vexillum; hac utrumque notatum inscriptione : Tetigi diva auspice portus. Malus e tabulato medio ad dimidiatum pedem erigitur, trunco palmæ squamis prominenti non absimilis, corbita binos digitos alto, circulo aureo terminatur, circa quam palæ aureæ octo affiguntur hisce literis signatæ : IIII. Supra corbitam stat angelus ex argento smalto inustus, auream protensa dextera coronam præfert. Ceterum funes nautici omnes aurei a tabulato ad corbitam protenduntur numero decem, præter duplicem scalam ibidem auream, per cujus gradus argenteus nauta conscendit. Ad alia officia tres alii nautæ occupantur. Ad antennam auream vinculis aureis vela complicantur; ea autem solido achate constant candidi coloris subnigrescentibus lineolis distincta, quibus mali complicati rugæ ita mirabiliter exhibentur, ut id spectare naturam crederes. Argenteus draco, aureo smalticove emblemate insignis, proræ rostrum exhibet : ceterum omnia tam subtili tamque felici opere perfecta sunt, ut materiam superet industria, nec solum singulare faciat regiæ munificentiæ monimentum, sed etiam supra regum inauguratorum dona, quæ inibi plurima preciosissimaque adservantur, longe faciat eximium.

AUCTORE V. D. B.

E

§XXIII. Societates et maxime Navicula in honorem SS. Ursulæ et sociarum erectæ.

Antiquissima societas S. Ursulæ *Cracoviensis, sæculo* XIV *instituta et ineunte* XVII *renovata. Navicula*

Multis in locis et regionibus institutæ olim fuerunt confraternitates laicorum, quibus B. Ursula *et undecies mille ejus sociæ nomen suum communicabant et præstabant patrocinium; jam aliquot, ubi dabat occasio, commemoravi; adeoque libellos ad manum habeo, theotisce seu flandrice atque etiam italice scriptos, quibus leges et officia similium sodalitatum continentur : sed hæc omnia præterire juvat, ut ad antiquissimam, quæ Cracoviæ instituta est, et dein ad longe illustrissimam, quæ* Navicula S. Ursulæ *dicebatur, veniam. De priori ita scripsit Crombachius* (5) : « *Ursulanas inter sodalitates hactenus vix reperi vetustiorem Polonica, quam a ducentis et quinquaginta retro annis constat floruisse. Fuit ea Cracoviæ velut in regni metropoli constituta ad S. Stephani parochialem ecclesiam : quam anno* 1387
F *Joannes episcopus Cracoviensis indulgentiis amplissimis dotavit; has auxit Joannes Cerestensis anno* 1405 *et Wenceslaus Sareptensis episcopus. Cessit postea parochialis ecclesia tirocinio Societatis Jesu, quæ circa annum* 1604 *adjecit animum, ut instauraretur fere collapsa : contulit in rem præsentem multum episcopus loci Bernardus Maciciorski S. R. E. cardinalis, præsertim cum eamdem sedis apostolicæ legatus Claudius episcopus Rangonius confirmasset, et novis auxisset indulgentiis. De hac loquuntur sic annuæ literæ novitiatus.* Est et sodalitas B. Ursulæ a ducentis et pluribus annis erecta : sed injuria quorumdam neglecta, rursum excitata, suoque flori opera nostrorum in templo nostro restituta, et liberalitate illustrissimi nuncii apostolici, et reverendissimi episcopi Cracoviensis munificentia adaucta firmataque. Accessit denique anno 1610 sedis apostolicæ confirmatio, cum maximis indulgentiis, quas eidem Paulus V liberaliter contulit die 18 Septembris. *Crescit ea pietas indies sodalium : qui, ut mihi anno* 1640 *Cracovia perscribitur, tutelari suæ*

(1) S. Ursula vindicata, loc. cit. — (2) In opere cui titulus : Trésors des églises de Rheims, pag. 62 et 65. — (3) Ibid. in notis. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) S. Ursula vindicata, pag. 857.

AUCTORE V. D. B.

D. Ursulæ *templum perelegans architectantur, ubi statis diebus ad sodalitatis consueta pietatis officia conveniant : habent enim hoc peculiare, quod omni die Dominico congregati, sacrum de undecim millibus virginum audiant, in quo pariter undecies orationem Dominicam totiesque salutationem Angelicam recitant.* »

S. Ursulæ, *altera similis sodalitas, instituitur sæculo* XV *Coloniæ et Argentorati:*

208 *Verum si Cracoviensis præstat antiquitate, frequentia et splendore longe vincit Navicula* S. Ursulæ; *ita ut de ea vere scribere potuerit Crombachius* (1) : Fuit sane hæc inter celeberrimas totius Europæ sodalitates referenda, si numerum in eum adlectorum ex omni pæne totius orbis natione spectes et nobilitatem personarum; quarum præcipuum erat institutum manu fere propria nomen referre in album sodalitatis, quæ in aureo S. Ursulæ oratorio Coloniæ celebratur : et undecies quotidie ad undecim millium virginum honorem Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica recitare. *In ejus originem inquirentibus obscura sunt omnia. Sæculo* XIV *jam videntur circumlata fuisse idiomate vulgari pia carmina de navicula et chlamyde* S. Ursulæ; *quæ præludia haberi possunt sodalitii, postea sub eodem titulo instituti* (2). *Id porro*
B *Gelenius* (3) *Coloniæ natum esse medio sæculo* XV *refert; Crombachius* (4) *contra dubitare videtur an Argentorati primum ortum sit anno* 1480. *Ad veritatem prope accedere autumo Gelenium, quandoquidem libellus exstat, anno* 1500 * *Norembergæ impressus, quo describuntur ratio, consuetudines, legesque Naviculæ Brunensis, quam Fredericus III, Saxoniæ dux, agnomine Sapiens, pro auspicato Maximiliani cæsaris imperio et gubernatione instituendam curavit ad exemplar Coloniensis. Hæc autem non tantum ibidem* matrix *dicitur* (5); *verum etiam de universa sodalitate hæc leguntur verba* (6) : Initium cœpit Coloniæ longe ante hæc tempora. *Præterea in altero libello, quem Carthusianus Argentinensis, auctor nonnullis visus illius instituti, edidit, refertur prodigiosa castigatio Nicolai cujusdam, theologiæ magistri, qui anno* 1477 *publice pro suggestu hanc piam sodalitatem Coloniæ riserat* (7). *Et quidem facile fieri potest ut sodalitas* S. Ursulæ, *quæ Navicula dici amabat, pars sit et filia alterius sodalitatis, de qua sequentia tradit Crombachius* (8) : Coloniæ circiter anno 1456 coiit optimatum sodalitas virorum consularium, senatorii ordinis, patritiorum vel honoratiorum, in quam etiam adlecti
C postea ecclesiastici viri primarii, præpositi, decani etc. Hi pridie S. Ursulæ templum adibant, in quo tria sacra pro vivis et defunctis sodalibus dicebantur : tunc et undecim cereos prægrandes, singulos librarum 12 et unum librarum 13, offerebant. Sic enim ab initio moribus receptum legi : habent et agapen : viget hodieque. Quamvis et ante hanc congregationem tribus una civium veteri more solita sit cereos etiam grandiores sanctis virginibus incendere, qui navis templi, sicut priores chori, sacras reliquias collustrant.

* 1505?

ejus leges, ratio

209 *Quoniam autem Navicula Brunensis in Saxonia ad Coloniensis exemplar institutum fuit, utrumque cognoscere licebit ex epitome Brunensis libelli, quam in hunc modum exhibet Crombachius :* « *Principio, inquit* (9), *navis inter Oceani fluctus emicat, cujus malus est Christi simulacrum e cruce pendentis; media in navi residet Deipara, utrimque stipata choro undecim millium virginum : proram puppimque sancti tenent apostoli. Titulus imagini præfigitur.* Sodalitas S. Ursulæ Brunensis : *subditur ejus hæc origo.* Initium cœpit Coloniæ longe ante D
hæc tempora : hisce vero in locis propagata est a D. Georgio Ranshover Brunensi, vicario Trostbergensi. Nulli sanctorum hoc sodalitium honorem suum derogat : nam sanctis omnibus dedicatur : delecta tamen sancta martyr Ursula patrona est, ut spiritualis hujus navigii præses sit, et gubernatrix. Pensum a sodalibus semel in vita solvendum; si sacerdotes fuerint, statuitur ut vel undecies de S. Ursula faciant; vel de sanctis hoc ordine : 1, de SS. Trinitate; 2, de passione Dominica; 3, de Domina; 4, de sanctis angelis; 5, de sanctis apostolis; 6, de sanctis martyribus; 7, de sanctis confessoribus; 8, de sanctis virginibus; 9, de S. Ursula, 10, de omnibus sanctis; 11, pro fidelibus defunctis. *Adjungitur ordinis istius hæc ratio :* Nam sodalitas sanctis omnibus et in his potissimum S. Ursulæ dedicatur : laicis vero incumbit, semel in vita dicere undecies millies Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica. Intentio precibus hæc præfigitur, ut sacra Deo per Dominicam perpessionem ad S. Ursulæ, millium virginum, omniumque sanctorum honorem offerantur pro potentissimo nostro
E imperatore Maximiliano, ejusque diuturna et victoriosa de hostibus gubernatione, pro christianorum principum, ecclesiasticorum et secularium pace et concordia; denique pro gratia misericordiaque sodalibus vivis et mortuis impetranda. Quod siquis infirmitate vel morbo detentus, ea nequeat recitare, satis fecerit si pro se undecies sacrum Missæ officium legendum curavit, vel quotidie dum vivit quinquies ad Christi patientis memoriam dixerit Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam : potest autem qui vult, seipsum adoptare in numerum sodalium; potest et alios adlegere : nec quis ad impendia facienda, vel aliquid contribuendum obligatur : unde pauperrimus quisque in eam cooptatur.

et splendor secundum vetustum libellum, scriptum pro societate filiali Brunensi.

210 « *Subnectit ea, quæ ad splendorem Ursulani navigii faciant : sodalitatem esse a sede apostolica confirmatam, magnis privilegiis decoratam : binis etiam cardinalium literis roboratam; earum alteræ septem, alteræ viginti patrum purpuratorum sigillis muniuntur. Sodales deinde nominat illustriores archiepiscopos et electores Moguntinum et Trevirensem, archiepiscopum Salisburgensem, episcopos Herbipolensem, Brandenburgensem et alios. Adhæc Fridericum Septemvirum Saxoniæ sodalem vocat, et Brunensis Naviculæ auctorem et fundatorem, qui ut patronæ cultum propagaret, sodalitio statuam* S. Ursulæ *argenteam faberrime laboratam donavit : cui etiam pene omnia monasteria Franconiæ, Sueviæ, Bavariæ, Austriæ, Styriæ, Carinthiæque dederunt nomina : collatis eum in finem innumeris pietatis officiis. Canitur hebdomadatim Brunæ die lunæ solemne sacrum de* S. Ursula, *in quo pro vivis et defunctis sodalibus Ursulanis publicæ preces indicuntur. Hic ille Fridericus est, ad quem exstat Henrici octavi regis Angliæ scripta epistola, ne Saxoniam inficiant erroribus Lutheri, cujus etiam soror Margarita, desponsa Henrico juniori duci Brunsvigico, suum, mariti, et multorum aliorum principum nomen curavit in album sodalitatis Coloniensis referendum : ita plurimum incrementi cepit ineunte sæculo* XVI *cultus Ursulanus e domo Saxonica. Faxit Deus, ut eadem postliminio redeat ad Petri naviculam, et majorum exemplo pro sedis apostolicæ defensione,*
F

(1) S. Ursula vindicata, pag. 848. — (2) Cfr Schade, Die Sage von der H. Ursula, pag. 96. — (3) De Coloniæ Magnitudine, pag. 337. — (4) S. Ursula vindicata, pag. 847 et seqq. — (5) Ibid. pag. 855. — (6) Ibid. pag. 856. — (7) Ibid. pag. 848 et 854. — (8) Ibid. pag. 858. — (9) Ibid. pag. 856.

cultuque

A *cultuque Sanctorum propagando depugnet viriliter.* » *Hactenus Crombachius, cujus vota sæculo post implevit Deus. Sed Coloniam redeundum est.*

Literæ, quibus indulgentiæ conceduntur iis qui huic inscripti sunt Naviculæ.

211 *Ut modo in libello Brunensi videre fuit,* Naviculam S. Ursulæ *confirmarat sedes apostolica, multisque auxerat privilegiis : præterea cardinales septem et alii dein viginti concesserant indulgentias.* Bullam tamen, *inquit Crombachius* (1), non reperi pontificiam; *neque priores cardinalium literas reperisse videtur; sed posteriores habuit, anno* 1489 *datas atque his conceptas verbis :* Rodericus Portuensis, Oliverius Sabinensis, Marcus Prænestinensis, Julianus Ostiensis, Joannes Albanensis, episcopi; Joannes Michaël tituli S. Marcelli, Georgius tituli S. Mariæ trans Tiberim, Paulus tituli S. Sixti, Hieronymus tituli S. Chrysogoni, Dominicus tituli S. Clementis, Joannes tituli S. Vitalis, Joannes Jacobus tituli S. Stephani in Cœlio Monte, Laurentius tituli SS. Joannis et Pauli, Antonettus tituli S. Anastasiæ, presbyteri; Raphael S. Georgii ad Velum Aureum, Petrus SS. Cosmæ et Damiani, Joannes Mariæ in Aquiro, Baptista Mariæ in Dominica, et Ascanius Maria S. Viti in Marcello, diaconi S. R. E.
B miseratione divina cardinales : universis et singulis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Dum præcelsa meritorum insignia, quibus regina cælorum, virgo Dei genitrix gloriosa, sedibus prælata sidereis, quasi stella matutina prærutilat, devota considerationis indagine perscrutamur, et dum etiam inter pectoris arcana revolvimus, quod ipsa utpote via misericordiæ, mater gratiæ et pietatis, amica humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere prograyantur, sedula oratrix, et pervigil ad regem, quem genuit, intercedit, dignum quinimo reputamus, et congruum, ut loca cuncta in honore nominis sui dedicata, grossis remissionum prosequamur impendiis, et indulgentiarum muneribus decoremus. Cupientes igitur, ut capella seu altare B. Mariæ Virginis situm in collegiata ecclesia undecim millium virginum Coloniensi, in qua, ut accepimus, notabilis quædam confraternitas ad laudem Trinitatis, B. Mariæ, et undecim mille virginum inibi fore dignoscitur, et ad quam confratres utriusque sexus singularem gerunt devotionem, congruis frequentetur honoribus, et a Christi fidelibus jugiter frequentetur; nec non in suis structuris, et ædificiis debite reparetur,
C conservetur, et manu teneatur, ac libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis, et rebus aliis pro divino cultu necessaris decenter muniatur; utque fideles Christi eo libentius devotionis causa confluant ad eamdem, et ad reparationem, conservationem et munitionem hujusmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem domo cælestis gratiæ se uberius conspexerint refectos : Nos cardinales præfati, videlicet quilibet nostrum de omnipotentis Dei misericordia, et BB. Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis Christi fidelibus, utriusque sexus, vere pœnitentibus et confessis, qui dictam capellam, seu altare in Dominica de S. Trinitate, et Annuntiatione B. M. Virginis, ac undecim mille virginum, nec non et S. Hippolyti martyris, et ipsius altaris dedicationis festivitatum diebus a primis vesperis usque ad secundas inclusive devote visitaverint annuatim, et ad præmissa manus porrexerint adjutrices, pro singulis dictarum festivitatum diebus, quibus id fecerint, centum dies de injunctis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus, præteritis temporibus, futuris duraturis. In quorum omnium fidem præmissorum, literas nostras hujusmodi fieri, nostrorumque singulorum sigillorum fecimus appensione muniri. Datum Romæ in domibus nostris sub anno a Nativitate dominicæ incarnationis millesimo quadringentesimo octuagesimo nono : die vero quinta decima mensis Julii, pontificatus nostri sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostri, Domini Innocentii divina Providentia Papæ octavi. *Patet ex his literis (quod etiam ex libello Brunensi colligere fuit) hanc sodalitatem augendis B. Mariæ virginis honoribus dedisse operam; secundo tantum loco venisse* S. Ursulam *cum undecim millibus sociarum; neque exclusum S. Hippolytum, qui die* 15 *Augusti celebre in* S. Ursulæ *Coloniensi templo festum habebat et cujus servabantur in thesauro reliquiæ* (2).

AUCTORE V. D. B.

Scriptis promovetur id sodalitium, quod bonæ nanciscendæ mortis causa maxime inibant homines. Prodigium Bruxellis.

212 *Utut id est, referta tum jam erat* S. Ursulæ *Navicula spiritualibus nautis et vectoribus; quorum pietas ut cresceret, historia* S. Ursulæ, *de ea revelationes factæ, et miracula germanico ac latino idiomate jam anno* 1494, *et initio sequentis sæculi typis vulgata sunt* (3). *Plura exemplaria absque certa nota temporis, sed certissime paulo ante aut paulo post annum* 1500 *edita, mihi ad manus sunt; quorum unum desinit per* Miraculum *seu potius phantasma* quoddam de sancta Ursula cuidam heremitæ nomine Johanni revelatum de Anglia. *Vivebat ille in* quodam *Roberti Lee armigeri, Domini de Rodon et Langeley, et Petronellæ uxoris ejus* manerio sive prædio de Langeley, *in comitatu Salopiæ, anno Domini* 1411, *et nomen ei* Johannes heremita de Warwick. *Jam dæmonem, jam* S. Ursulam *sibi videre visus est; de multorum inconstantia in fide conqueritur; Judæos destruendos suadet et mercatus diebus dominicis supprimendos; se quoque ex ore* S. Ursulæ *didicisse perhibet quot Orationes Dominicæ et salutationes Angelicæ in honorem SS. Trinitatis, B. Mariæ, SS. Ursulæ, Julianæ, Cordulæ et* XI *millium virginum dicendæ ei essent; atque hæc omnia tot rebus miris immixta sunt ut non facile in hoc genere mirabiliora inveniantur. Duo libelli, quos habeo germanice scriptos, continent versiculos de* S. Ursulæ *Navicula, qui in uno inscribuntur :* Eyn carmen van sant Ursulen Schyff ader Broderschafft, *in altero :* Eyn suverlich Liedt van sent Ursulen Schiff ader Broiderschaff. *Exemplar, anno* 1516 *impressum, præ manibus habuit Crombachius* (4), *qui et* F *mentem et sensum carmine latino reddidit. Paucos hinc decerpam versus :*

E

Confluit huc Italus, Gallus, Germanus, Iberus,
  Rusticus et princeps, Crœsus et Irus adest;
Hanc hierarcha tiaratus, patrumque senatus
  Purpureus, pueri, femina virque subit...
Undecies qui mille preces numerarit Jesu
  Et toties Mariæ qui numerarit Ave,
Non dubius speret, dum vivit et occidit umbris,
  Præsidium præsens Ursula virgo feret.

Quæ plane conveniunt cum his quæ ex Brunensi libello accepimus. Atque ut id hoc loco animadvertam, specialis scopus, qui pietati in SS Ursulam *et socias præfigitur, hic et alibi solet esse beata mors in in Domino et cita liberatio a purgatoriis pœnis. Id autem a remotissimis temporibus fieri solet. Ejus rei jam mentio fit in visionibus eremitæ Joannis de Warwick, eique (ni fallar) ortum dedit prodigium quod sæculo* XIII *adolescente in hospitali Bruxellensi factum esse perhibuit Thomas Cantipratanus :* Bru-

(1) S. Ursula vindicata, pag. 847. — (2) Gelenius de Coloniæ Magnitudine, pag. 337. — (3) S. Ursula vindicata, pag. 848. — (4) Ibid. loc. cit.

xella

AUCTORE V. D. B.

xella, *inquit* (1), urbs nobilis est et magna Brabantiæ. In hac hospitale pauperum est, præcipuæ caritatis ac religione præclarum. In isto sororem quandam multo labore satagentem vidimus, quæ gravi infirmitate detenta, rebus humanis exempta est. Cumque ab hora diei tertia usque post vesperas mortua jacuisset, revixit subito et erexit se; convocatisque sororibus et omnibus qui præsentes erant, dixit : Virginalem illum exercitum Coloniensem vivens quotidie venerata sum, et earum precibus nunc a purgatorio liberata, et ob hoc ad vitam redire compulsa sum, ut omnibus earum digne memoriam habentibus, affutura in morte harum suffragia nuntiarem, dummodo de vita tales exeant, quibus oratio valere possit. In hoc testimonio nunc iterum spiritum reddo. Nec mora, sicut dixit et fecit.

Quanto studio Carthusiani Argentoratenses similem Naviculam promoverint per Germaniam,

213 *Interea non minus prospere navigabat sanctæ* Ursulæ *Navicula, quam anno* 1480 *Argentorati exstruxerant Carthusiani patres, eam promoventes vulgatis typo libellis de ejus incrementis, seu etiam submissis ad alias similes societates literis encyclicis; quarum exemplar reperit Crombachius in parthenone de Wilbasen; sed præstat eum audiisse :* Wilba-

B sen, *inquit* (2), Paderbornensis diœcesis cœnobium virginum est, S. Benedicti regulam profitentium, ab anno salutis partæ 1148 fundatum a Bernardo episcopo; id sacellum habet S. Ursulæ consecratum; et inter Ursulanæ societatis sacra corpora gaudet S. Pignosæ regis filiæ reliquiis. Sanctimoniales illæ colunt impense martyrem Ursulam; a 150 annis adscriptæ Naviculæ ejusdem. Exstant apud eas in membraneo codice transcriptæ literæ encyclicæ, quas ante 140 annos sacerdos Carthusianus dedit ad ipsas, et ad alia Germaniæ monasteria, quibus finem institutæ sodalitatis, ejus utilitates et fructus, thesauros ejusdem spirituales et miracula quædam, recens ad S. Ursulæ invocationem patrata recitat, quæ merito videntur breviter ex ipsis contrahenda : easdem editas postea vidi. Finem Navis Ursulanæ proponit eum, ut Christi fideles in ejus ingressu gratiam et amicitiam Dei consequantur, et aliorum sodalium precibus et operum bonorum exercitationibus, velut remigio et ventis quibusdam secundis, per mundi procellosum mare sine naufragio portum et stationem cælestis patriæ feliciter in morte attingant : anceps enim et formidolosum salutis ostendit esse negotium,

C nisi tam sodalium quam cælitum auxilio præsidioque in hoc tempestuoso mari fulciamur. Ideo patres Carthusianos Argentorati sodalitatem hanc inchoasse, multis eum in finem collectis et importatis piorum operum divitiis spiritualibus ad Deum placandum, Deiparæ et sanctarum undecim millium virginum suffragia sodalibus impetranda, ut quotquot earum tutelæ gubernationique se commiserint, iis pœnitudinem et veniam vitæ præteritæ delictorum obtineant, et ad portum cælestem securos perducant. Enarrat deinde sodalitatis hujus præcipuos fructus et emolumenta : *quæ, quod omnibus confraternitatibus fere communia sunt, omittenda visa fuere.*

et curarint eam implendam spiritualibus thesauris et rectoribus;

214 Commodis his recensitis, thesaurum et ærarium Naviculæ describit, quod sodales collatis symbolis in utilitatem communem confecerunt : Missæ sacrificia 6435, Psalteria integra 3330, Rosaria 20000, psalmos pœnitentiales cum litaniis 4025, precationes de passione Dominica 180000, diverberationes 76000, undecies millies Pater et Ave S. Ursulæ et SS. Virginibus recitatum 6330, vigi- D lias novem lectionum prodefunctis sodalibus 33000. Deinde aliarum precum, eleemosynarum et piorum operum, quæ multa millia hominum contulerunt, infinitus et innumerus est numerus. Præterea multi undena in annos singulos sacrificia, nonnulli quindena, vel vicena etiam chirographo stipulantur suo. Accessere jam sodalitati integra virorum et virginum cœnobia 80, luculentis cum donariis : Domini Joannitæ 330 Missæ sacrificiis, S. Wilhelmitæ 350, totidem Crudenhuhenses religiosi se inscripsere; Weissenburgenses Franciscani præter voluntarias diverberationes quamplurimas, sacra ducenta promiserunt. Carthusiani patres Argentinenses 900 sacra præter alias preces spoponderunt. Unum sanctimonialium S. Benedicti regulam profitentium cœnobium in thesauros navigii psalmos pœnitentiales intulit cum litaniis 300, totidem rosaria, diverberationes, officia novem lectionum pro defunctis. Adhæc generales et provinciales ordinum cum omnibus subjectis cœnobiis adscribi voluerunt; anno 1480 eremitarum ordinis S. Augustini in Germania Generalis cum triginta monasteriis suis nomen dedit, oblatis 1500 sacrificiis. E

quid his præstandum.

215 Modus admissionis in hanc Naviculam talis præscribitur. Qui sodalis esse desiderat primo coram Christi pendentis in cruce effigie brachiis expansis ter recitet Orationem Dominicam, cum Salutatione Angelica genibus incurvatis; quibus gratias agat Christo Jesu, quod pro salute nostra nudus et vivus affixus cruci tribus horis in mortis agone maximo cruciatu et ignominia perstiterit : oret pariter Christum, ut per dolores, angustias, et opprobria tui sodaliumque cunctorum misereatur ea præsertim hora, qua corpus et anima sunt separanda. Repetet vero semper diebus veneris eamdem triplicem Orationem Dominicam sedens, stans vel inambulans, ut cuique libitum fuerit, et citra ullam obligationem. Deinde proponet certa pietatis obsequia pro arbitratu ad incrementum Naviculæ thesauri. Demum semel saltem meminerit virgines singulas una oratione Dominica salutare, eam undecies millies iterando, quod naulum Naviculæ, vel Chlamys Ursulana nominatur. *Miracula, nequaquam insignia, omittimus.* F

Sæculo XVI incredibilis numerus plebejorum et magnatum inscriptus est Naviculæ Coloniensi,

216 *Dum paulo ante medium sæculum* XVII *scriberet Crombachius, supererant in* S. Ursulæ *templo tria volumina, quibus nomina continebantur inscriptorum Coloniensi* S. Ursulæ *Naviculæ : antiquissimum ab anno fere* 1514 *exordiebatur : anteriora perierant. In hoc videre erat splendidissima illius ævi nomina : cardinales videlicet, episcopos, abbates cum integris suis monasteriis, cæsares regesque, reginas, archiduces, electores, duces, marchiones, comites, oratores regios, militiæ magistros aliosque præcipuos viros ex omni fere gente, maxime ex Hispania, Germania et Italia : hos vero omnes in certas classes divisit Crombachius, ut in ejus libro videre est* (3). *Quod vero animadversione indignum non videtur, numquam magis efferbuit ardor dandi nomina pio sodalitio quam quum alibi, in sanctorum cultum debacchante Luthero, tot religiosa instituta ruinam traherent, tot perirent virtutis adjumenta. Juvabit aliquot particulas excerpere ex epitome chronologica, quam ad calcem sui libri adjecit Crombachius* (4) : *hinc profecto facile intelligetur quanta olim fuerit hujus sodalitii gloria.*

ut ex Regesto annorum 1517.

217 « *Annum Christi* 1517, *funestissimum certe Lutheri contra indulgentias declamationibus, auspi-*

(1) Miraculorum et exemplorum memorabilium sui temporis, lib. II, cap. 53, num. 7, pag. 494, edit. 1605. — (2) Ibid. pag. 853. — (3) Ibid. pag. 849 et seqq. — (4) Ibid. pag. 1133.

catissimum

A *catissimum habuit cultus* S. Ursulæ, *mire Coloniæ propagatus : nam hoc anno Vita ejus bis diversis excusa typis est, et de Navicula Ursulana vernaculi vulgati rythmi sunt. Mox ingens secuta sodalium accessio est, ad nostram usque ætatem continuata : inter quos eminet Georgius, episcopus Spirensis comes Palatinus, et Odilia, marchio Badensis, cum omni comitatu. Inscripta sunt eo anno supra quatuordecim millia sodalium; adjunxere singuli fere suos familiares : quod plurimi singillatim ad parentes, fratres, filios, cognatos, affines vivos et defunctos extenderunt, quos si connumeres, ad quadraginta fere millia excurret multitudo.*

1518 218 « *Anno* 1518 *et sequenti anno supra quinque millia dederunt nomina. Familiam in his ducunt Georgius, marchio Brandenburgensis : alius ex eadem familia cum marischallo et comitatu omni. Ericus, dux Brunsvicensis et Luneburgensis, cum Catharina, Saxoniæ duce, conjuge. Albertus, dux Saxoniæ. Zedena, regina Bohemiæ, cum parentibus, et tota familia, item cum conjuge defuncto Sigismundo, archiduce Austriæ. Wilhelmus, dux Brunsvicensis, parens dictorum principum, cum suis. Varii item comites Rhenani, Schwarzenburgici, Sal-*
B *menses et Silvestres. Bernardus de Saxonia suffraganeus Monasteriensis, complures abbates cum integris cœnobiis.*

anni 1520 219 « *Anno* 1520 *Carolus V, imperator,* 25 *Octobris Aquisgrani coronatus, dum Coloniæ moratur, indicit comitia imperii et invisit* S. Ursulam : *quando viri principes plurimi sua dederunt nomina sodalitio Ursulano : quos inter numerantur Wilhelmus de Croy cardinalis cum Carolo de Croy; Marinus Caracciolus, nuncius apostolicus ad Carolum imperatorem; Joannes, episcopus Hildesiensis, dux Saxoniæ; Henricus, dux Brunsvicensis, filius Ottonis; Margareta filia ducis Saxoniæ, dux Luneburgi; dux Joannes, comes Palatinus, administrator Zwenburgens s; dux Otto Henricus, comes Palatinus. Ingens eo tempore numerus accessit ducum et principum familiarum Hispaniarum : Fridericus a Toleto, dux Albæ, Fridericus Osorius a Toleto, nepos ducis Albæ et filius major marchionis Villafranca; Petrus de Mendoza; Rodericus de Montealvo; Alphonsus Ramires; Petrus de Toleto, marchio de Villafranca, filius ducis de Alba; aliique de Guzman, Velasco, Sanchetz et aliarum familiarum. Accessit et Joannes comes de Me-*
C *dellyn, comes Montis Leonis, vicerex Siciliæ, cum magna Siculorum nobilitate. Christophorus de Frangipanibus, Vegliæ, Segniæ, et Modrusiæ comes, cum multis Senensibus, Italis, Hungaris, et omnis nationis supra mille. Everwinus, comes Bentemensis et Steinfordiensis, cum conjuge, liberis, et omni familia; Trojanus de Villachiara, comes in Martigneno; Ambrosius Sarckan de Aboschasa, liber dominus de Onad et comes Zaladiensis, orator regis Hungariæ ad imperatorem, cum magno Hungarorum nobilium stipatu; Antonius de Mendoza, comes de Montagno et Dealmacan; Gerlacus, comes de Isenburg; Hunterus et Ernestus comites Mansfeldici; Georgius, comes Wirtenbergensis et Mumpelgardensis : multi etiam nobiles Navarræi. Atque hi cum plurimis aliis ipsi* S. Ursulam *inviserunt, et nomina sua vel suis ipsi manibus, vel per alios albo sodalium inscripsere.*

1521, 220 « *Anno* 1521 *adscripta ad duo millia sodalium. Primas in his tenet Gaspar Contarenus, Venetus orator apud cæsarem, postea cardinalis; Franciscus Litus, nuncius apostolicus; Joannes dux de Moldavia; Aloysius Gonzaga, Ferdinandus a Toleto, commendator ordinis de Alcantara, filius ducis Albæ; Alfonsus de Fonseca, capitaneus generalis cæsareæ majestatis, cum magno militum Hispanorum comi-*

tatu, consiliarii, secretarii et medici cæsaris; Wilhelmus, comes Hennenbergensis; Henricus, comes Nassoviæ; Joannes Caraffa, comes de Territo, et Diomedes Caraffa, comes de Mataluna. AUCTORE V. D. B.

221 « *Anno* 1523 *et superiore supra duo millia sunt adjecta nominum : in his, Rhodo jam a Turcis capta, R. D. Vestin Turcopellerius sacræ religionis Rhodii, et orator ad serenissimum regem Angliæ ex parte R. D. magistri Rhodi : et cum eo comitatus omnis et nobiles multi Anglicanæ nationis. Anno* 1524 *ea viguit Germanorum, Hungarorum, Sclavoniorum, Polonorum et Bohemorum pietas, et peregrinorum* S. Ursulam *invisentium frequentia, ut ad septem millia nomina dederint Ursulano sodalitio.* 1522 *et* 1523.

222 « *Anno* 1529 *et superioribus annis singulis aliquot accessere Sodalium centuriæ, quæ collectæ chiliadem excesserint. Gerebantur tunc comitia Spiræ ob Budam captam, et debellatam pene Hungariam. Tunc adjuncti sodalibus Antonius de Mendoza, orator cæsaris ad regem Hungariæ Ferdinandum; Petrus de Corduba, Ferdinandi regis magister sta-*
E *buli et magnus scutifer; Didacus de Guzmam; Jacobus Truchses baro, et Jacobus Romani Imperii hereditarius dapifer a Waltpurg, aliisque nonnulli familiares ac domestici regis Ferdinandi, qui hoc etiam tempore videtur* S. Ursulam *visitasse.* 1529 *et superiorum,*

225 « *Annis* 1550 *et* 1551 *accessere ad quinque fere millia sodalium : licet enim Hungariam teneret Turca, non tamen vetus desiit* S. Ursulam *invisendi religio : e viris principibus auxerunt numerum Stephanus Gabriel, archiepiscopus Barensis; Joannes Ludovicus, marchio Salutiarum; Franciscus de Bellagrada Sabaudus; Antonellus Sachus de Valentia; Joannes Vitus de Constantinis; Aquaviva e regno Neapolitano; Constantinus de Constantinis et familiæ ejusdem complures alii; Joannes Baptista Guicciardinus; Diomedes Caraffa : e Bohemia comites Schlickii : Siculorum magnus numerus : iterum tamen reliquas nationes Hispani multitudine et nobilitate superarunt.* 1550 *et* 1551,

224 « *Anno* 1552 *Ratisbonæ comitia celebrantur pro bello Turcis inferendo. Imperator eo Colonia faciens iter, ipse* S. Ursulam *invisit, et ad mille sexcentos albo sodalium se inscripsere : eminent inter alios Petrus de Toleto cum fratre; Antonius de Toleto; Petrus de Mendoza; Joannes Borgia; Petrus Alvarus Aquilarius; Ferdinandus, aliusque item Ferdinandus Alvaretz a Toleto; Didacus ab Avila; Garzias Lassus de la Vega : reliquos inter dux Su-*
F *niga se his inscripsit verbis :* Franciscus a Suniga Gudman ac Sotomajor, dux de Begar, marchio de Aiamonte Bellereis, comes ex Hispania pro se et uxore et liberis venit visitaturus D. Ursulam Coloniæ cum XI millibus virginum anno 1551, 12 Novembris, rediens ex bello Turcico : actum sub Carolo imperatore et rege Ferdinando ante Viennam. *Sequenti quinquennio chiliades aliquot accessere.* 1552 *et sequentium*

225 « *Anno* 1558, *pactis induciis auspiciis Pauli III inter Carolum V et Franciscum I, Galliarum regem, ingens peregrinorum multitudo Coloniam venit : licet enim (ait Catalogus sodalium) totus in maligno positus mundus bellis ubique divideretur, supra quatuor millia ex omni natione sua dederunt nomina. Solos abbates nominabo, qui cum suis ascetis sodales esse voluerunt. R. D. Ægidius cum toto suo conventu Vallecellensi; Joannes, abbas in Jardineto, cum FF. Jardinetensibus; Joannes de Lanoy, abbas Alnensis, cum omnibus religiosis et amicis. Joannes Florbertus, abbas Cambronensis, cum ascetis; Petrus de Flandria, abbas Molinensis etc.* Fusius, *inquit, Crombachius,* hæc sodalitatis Ursulanæ per viginti

 1558. *et demum*

AUCTORE V. D. B.

annos sic efflorescentis incrementa volui attexere, ut cognoscant posteri eo tempore, cum hæresis, maxime totam Germaniam pervagata, peregrinationes et sanctorum cultum detestaretur, et ubique subvertere niteretur, S. Ursulæ cultum maxime viguisse, et forte tot millium precibus Germaniam conservatam, ne funditus interiret. *Pergit dein Crombachius sodales, sequentibus annis inscriptos, recensere. Sed nolim diutius ejus vestigia premere, quum pro operis nostri ratione satis fuerit similium rerum specimen dedisse. Renovatum fuit id sodalitium anno* 1648 *a Ferdinando, Coloniensi archiepiscopo, et ab Innocentio papa X indulgentiis plenariis et particularibus auctum. Quum vero aliquot adhinc annis fere cessasset, restauratum fuit anno* 1849, *quemadmodum in libello suo germanico tradit R. D. parochus Vill* (1).

§ XXIV. Pietas aliquot sanctorum in Colonienses virgines.

B

Pietas in SS. Virgines SS. Cuniberti, Brunonis, Norberti, Julianæ, S. Audoëni, qui ad eas peregrinationem instituit,

Quum ex his quæ huc usque præmisimus profecto manifestum sit in universa fere ecclesia Dei SS. Ursulæ *et sociarum cultum in honore fuisse atque etiamnum esse, nil mirandum si sancti aliquot singulari Coloniensium virginum veneratione conspicui fuerint. Equidem omitto complures, quos laudat passim Crombachius, sed quorum mihi Acta non satis certa sunt ut hinc aliquid promi mereatur. Præterea de S. Cuniberto et S. Brunone, utroque Coloniensi antistite, jam diximus, uti et de S. Norberto, Magdeburgensi archiepiscopo, necnon de S. Juliana Leodiensi seu Corneliensi. Sed præter hos alii supersunt complures. Venit scilicet primo loco S. Audoenus, Rothomagensis episcopus, qui quum paulo ante mortem, quæ verisimilius anno* 685 *accidit* (2), *ad urbem Coloniam filius pacis advenisset* (iter scilicet *assumpserat qui discordiam Austrasios inter et Francos sedaret*); dehinc explorandorum [templorum] gratia civitatem ingreditur, ex martyrum multitudine reliquias secum tollens, quas in sua civitate maximo honore recondidit. *Atque hæc biographus suppar* (3); *per* martyrum multitudinem *verisimillime intelligens non Thebæos tantum aliosque hujus turmæ martyres, sed virgines quoque nostras : de utrisque enim simul convenientius* multitudo martyrum *dicitur, quam de illis solis.*

C

S. Annonis, qui quotidie solebat adire earum basilicam

227 *Multo præclarior S. Annonis in beatas virgines pietas, qui a verno fere tempore anni* 1056 *ad exeuntem annum* 1075 *Coloniensem cathedram obtinuit. Ei scilicet mos aliquandiu fuit quotidie nocturno tempore Sanctarum Virginum basilicam adire. Accipe biographi coævi testimonia :* Alia quædam, *inquit* (4), subierat nox et vir Deo devotus æstimationis humanæ fugiens oculos, venerandos sanctarum virginum cineres cœpit adire. *Quod, quum quotidie fieret,* una ex consuetis mulierculis sollicite prævidens, necessitate simul et arte constricta, filiolum suum ante venientis vestigia clam media deposuit in via; *cujus dein curam gessit sanctus præsul. Inferius, ubi S. Annonis in peccatores misericordiam narrat biographus, ait :* Siquidem nocte quadam, profundis tenebris omnia circumdantibus, ipse more suo sanctarum virginum D limen ingressus, aliquem secessit in angulum, quo secretius stans precibus obnixius inserviret. *Dein refert sanctum virum ex querelis et ploratibus* unius ex consororibus *intellexisse eam esse gravidam; quod quum postridie confessa esset, eam ab eo fuisse secreto commendatam militi cuidam de Saxonia; et post partum* mox pium pastorem, alibi delegato parvulo, ovem quæ aberraverat alacriter ad consororum suarum domicilia destinasse, *quin ullus præter ipsum et militem aliquid de hac re resciverit : ubi simul animadvertas, quod alibi quoque docuimus, nequaquam canonissis tunc liberum fuisse ad nuptias transire : certe id si licitum fuisset, sororem hanc, ut de puellis sæcularibus solebat S. Anno,* ad honestæ copulæ conjunctionem deduxisset : *quæ verba quoque sunt biographi* (5). *Sed ad S. Annonem revertamur.*

et cujus ævo eæ Coloniæ celebres erant,

228 *Profecto planum erat ut, quum sanctus hic vir multus esset in colendis cælitum exuviis,* SS. Ursulam *et socias peculiari veneratione honestaret. Erat enim tunc temporis Coloniæ celeberrimus beatus manipulus, ut liquet vel ex cantione de S. Annone, sæculo* (*ut videtur*) XII *ineunte scripta. Ecce particula antiqui hujus monumenti linguæ germanicæ* (6) : E

Die troiâniscen Vranken
Si soln is iemer Gode danken
Daz hern sô manigin heilgin havit gesant,
So iz dâr in Kolne is gewant.
Da dir restit ein solich menige
Van sent Mauricjin herige
Unt eilf tûsent megide
Dorch Cristis minne irslagine.

Quæ ita vertit Crombachius satis accurate, nec ineleganter :

Trojugenæ Franci, grati pro munere, laude
Continua celebrate Deum; qui millia divûm
Tot vobis misit, quos sancta Colonia servat.
HicThebæa cohors, hic Mauri cæde necati;
Hic et, amore Dei suadente, undena sagittis
Millia parthenici cœtus cecidere perempta.

Sagittæ non memorantur in cantione germanica, sed dicuntur tantum undecim millia virginum pro Christi amore cæsa.

S. Elisabethæ Schonaugiensis, quæ in eas ad mortem usque mire affecta fuit,

229 *Quanta autem fuerit S. Elisabethæ Schonaugiensis in SS. Virgines pietas facile discere est ex ejus Revelationibus, utut fabulosis. Pauca tantum addiderim. Anno* 1156, *quo cœpit sibi videri Revelationes hujusmodi habere, dum Angelus ei viam martyrum indicaret, illuxit SS. Virginum festivitas : unde mirum in modum excitata est ejus in sanctissimum agmen devotio. Mota plurimum ejus mens his divini officii verbis :* Et deducet illos in via mirabili; *adeoque Angelum hæc sibi explicantem audire visa est et docentem quam mirabile sit fragilem hominem ita Deo adhærere ut, sui oblitus, pro illius amore gravissima quæque sustineat, et continuo post addentem* (7) : Hoc intueri potes in sacris illis virginibus, quarum hodie martyrium celebratis : fragiles erant et sexu et ætate, neque aliquem habebant defensorem; et tamen non timuerunt tyrannos et gladios eorum, sed cum omni constantia obtulerunt tenera membra sua in mortem pro Domino : quia divini amoris incendio confortabantur in spiritu, ut eam foris non sentirent. *Quum vero medio mense Junio anni Christi* 1164, *ætatis* 36, *morti proxima* F

(1) Wegweiser zur Kirche der H. Ursula in Köln, pag. 45 et seqq. — (2) Act. SS. tom. IV Augusti, pag. 799. — (3) Ibid. pag. 808. — (4) Vita S. Annonis, lib. I, cap. 10, ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. XI, pag. 471. — (5) Ibid. cap. 12, pag. 472. — (6) Schade, pag. 20; Schilterus, pag. 6. — (7) Visionum S. Elisabeth, lib. III, cap. 11, pag. 192.

esset,

A *esset,* congregatio fratrum processionem fecit in albis usque ad cellam; et portabamus, *inquit biographus,* nobiscum in scriniis cunctas reliquias societatis sanctæ Ursulæ reginæ, quatuordecim videlicet corpora quæ velut integraliter apud nos sunt, exceptis diversorum corporum portionibus multis. Celebrantibus autem illic (*in Schonaugia puellari*) nobis priorem missam festive de Spiritu Sancto, rapta est in extasim ac per longum tempus, ut referebant nobis sorores, quieta permansit, sicut mos illi erat in tempore excessus sui, quando aliqua ei divinitus revelabantur. Post hæc autem cum ad seipsam rediisset, sciscitabamur ab ea quomodo se habuisset et utrum aliquam consolationem a Domino accepisset et referebat nobis dicens : Vidi in visione spiritus mei sanctissimam Dominam nostram et proxime ei assistentes beatam Ursulam reginam et sanctam Verenam, cujus corpus apud nos est, simulque omnes sanctas virgines quarum reliquiæ huc allatæ fuerant *, multitudinem videlicet copiosam, omnes mirifice coronatas et ingenti claritate vestitas et habentes in manibus palmas victoriæ. *Dein B. Elisabeth sibi visa est audire Deiparam consolantem dolores suos* B *his verbis :* Aspice istas quæ stant in circuitu meo, quomodo coronatæ sunt et quatenus est decor earum. Perpessæ sunt angustias multas et valde dura martyria propter Dominum; et ideo non solum honorem habent ante Deum, sed etiam ab hominibus multum honorificantur et late eis in mundo servitur. *Visiones has excitatæ nimium phantasiæ nullus dubito adscribere; sed pietatem in sacras virgines præcipuam hujus excitationis causam fuisse persuasum habeo : neque aliud in præsentiarum curo. In Commentario prævio satis docui quid de S. Elisabehæ visionibus et revelationibus censendum sit.*

* fuerunt?

et B. Hermanni Steinfeldensis, qui non solum Revelationes, verum etiam Officium rythmicum et musicum in earum honorem composuit.

230 *Ibidem quoque egimus de revelationibus B. Hermanni Prænonstratensis seu Steinfeldensis, cognomine Josephi. Earum eamdem fuisse originem quam Schonaugiensium certum est. Hinc tamen non impedimur quin, quam reverenter coleret beatus vir SS. Virgines, indicemus. Integrum fere caput de hac re in ejus Vita legitur* (1), *quod compendio hic exhibebimus.* Ut ergo intimum circa has sacras virgines comprobaret affectum, novi cantus historiam in illarum honorem componere proposuit et amorem. Cumque applicuisset dexteram ad scribendum, ecce C una virginum illi evidenter apparuit; et stans coram eo, quid scripturus esset benignissime et familiarissime informavit. Quin etiam columbam pulcherrimam super humerum suum residere conspexit, quæ rostrum suum dictantis auriculæ incessanter infixit. Hanc quoque unam fore de numero sanctarum virginum intellexit : unde et postea totam sacram sodalitatem illam necnon omnes virgines Domino devotas Columbellas vocare quasi nomine usitato consuevit. Sed cum melodiam historiæ jam conscriptæ (quod majoris difficultatis erat) deberet componere, quotiescumque ad hoc animum applicabat non parvum virginum chorum super se in aëre audire consuevit, concinentem cum jucunditate cælesti talem quæ verbis conscriptis competeret melodiam. *Quæ sibi ex colloquio, cum beato viro habito, constare pluribus dein explicat biographus, et sic pergit :* Solebat autem quædam verba ejusdem historiæ cum melodia sua nobis sæpius recitare : quæ concinendo, doctrices suas tanta dixit alacritate commotas, hæc eas cum tanta hilaritate multoties asseruit repetiisse, ut et ipse hæc nobis referens mira jucunditate et oris et animi moveretur. *Hanc historiam seu jubilum, cui forma est Parvi (ut vulgo loquimur) Officii, habemus apud Crombachium* (2) *atque etiam in Mss.*

AUCTORE V. D. B.

231 *Quum mirum in modum sit pius atque olim celeberrimus, non omittendus visus est. Ecce autem :*

Recitatur id officium ad Matutinum,

AD MATUTINAS.

O vernantes Christi rosæ,
Supra modum speciosæ!
O ridentes margaritæ,
Diligenter exquisitæ,
Eleganter expolitæ,
Advenite, me audite,
In servum me suscipite.
Ego pauper, atque talis,
Ut sim vester specialis,
Vestro fervens in amore,
Vestro fiat cum favore.
Dum vos oro, vel honoro,
Gratum vestro sit in choro,
Et vicem quæso reddite.
O puellæ! o agnellæ!
Christi caræ Columbellæ, E
Sine dolo, sine felle,
Cæli stellæ, Dei cellæ,
Jubilate purpuratæ,
Coronatæ conregnate
Cum agno innocentiæ.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, sicut erat etc.

ANTIPH. Sanctæ undecim mille virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus; media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviam Christo Domino. VERS. Tunc surrexerunt omnes virgins illæ. RESP. Et ornaverunt lampades suas. COLLECTA. Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosam atque laudabilem virginem, ac martyrem tuam Ursulam cum suo collegio ineffabilibus privilegiis exornasti in terris, et inenarrabilibus gaudiis decorasti in cælis, præsta nobis per merita ipsius, ac sodalium ejus tuæ propitiationis abundantiam, ut quarum memoriam pio amore agimus in terris, earum meritis et precibus præmia æterna consequamur in cælis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

252 AD PRIMAM. F

ad Primam.

O quam estis vos securæ!
Deo semper fruituræ,
Cum quo estis permansuræ,
Numquam eo carituræ,
Quem videtis, quem tenetis,
Qui vos ulnis stringit lætis,
Serena ridens facie.
O reginæ puellares,
Passione sancta pares,
Deo vos familiares,
Prædilectæ, singulares,
Nunc florete, nunc gaudete,
Semper novæ, semper lætæ,
Festivum chorum ducite.
Vos jucundæ philomelæ,
Quarum turbæ sunt undenæ,
Sponsæ Dei, Deo plenæ,
Decantate laudem bene,
Virginales per choreas,
Et cælestes per plateas,
Jucundum carmen dicite.
Gloria Patri, etc.

(1) Act. SS. tom. I Aprilis, pag. 697 et 698. — (2) S. Ursula vindicata, pag. 867 et seqq.

ANTIPH.

AUCTORE V. D. B

ANTIPH. Benedictus es rex gloriæ, qui palmam victoriæ, dedisti fragilibus, et sexum sine viribus vincere fecisti dæmonis virtutem; quarum piis precibus, nobis supplicantibus tribuas corporis et animæ salutem. VERS. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui. RESP. Visita nos in salutari tuo. COLLECTA. Deus, qui ut humanum genus ad confessionem tui nominis provocares, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti, præsta quæsumus, ut ecclesia tua XI millium virginum, de quarum commemoratione lætatur, exemplo commonita, nec pati pro te metuat, nec mundi blandimentis succumbat; sed cælestis præmii gloriam concupiscat et comprehendat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

ad Tertiam, 233 AD TERTIAM.

Date voces in sublimi,
Angelorum chori primi,
Locum dantes admirentur,
Jucundantes collætentur,
Vestram novam melodiam,
Inauditam harmoniam
Auscultet Sancta Trinitas.
B O Dilectæ consorores,
Quarum numquam marcent flores,
Ipse sibi vos prævidit,
Qui de valle vos præcidit,
Vos elegit, vos collegit,
Et in sertum sibi fregit
Pulcherrima divinitas.
Te, o turba generosa,
Præit illa florens rosa,
Sola rosa principalis,
Nec est ibi rosa talis,
Quæ sit sibi coæqualis,
Mater tota curialis,
Quæ tulit cæli Dominum.
Gloria Patri, etc.

ANTIPH. O flos campi, et lilium convallium, Jesu Christe, qui es sponsus, et amator virginum, quam jucundum est interesse tuo semper conspectui, quem laudantes prosequuntur virginales cunei, ubi dulcis resonat melodia, virgo Ursula simul cum Thamaria frequenter ingeminant, tibi Christe sit laus, et gloria. VERS. Adducentur regi virgines post eam. RESP. Proximæ ejus adferentur tibi. COLLECTA. Deus qui nos in tantis periculis con-
C stitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis per merita sanctarum undecim millium virginum et martyrum salutem mentis et corporis, ut ea quæ pro peccatis nostris meremur, te adjuvante vincamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

ad Sextam, 234 AD SEXTAM.

Ipsa est dilecta mea,
Vos præcedens in chorea,
Cui nomen, et persona
Sua lucet in corona,
Quam inscripsit Deus Pater :
Hæc est illa Jesu mater,
Maria virgo virginum.
Hæc vos præit cum honore,
Trahens suo vos odore,
Ferens signum vexillare.
Modulatur vobis clare,
Per floreta, per roseta,
Promit ipsa carmen læta;
Cantantes subsequimini.
Summas voces Angelorum,
Omne melos musicorum
Hæc suprema philomela
Sua vincit cantilena,
Quam sequentes condecenter,
Diligenter et ardenter
Dilectum complectimini.
Gloria Patri etc.

D

ANTIPH. Sponsa Christi Ursula, cum tua virginali turma accede ad thronum gloriæ, preces pro famulantibus tibi funde, ut ab hoste in mortis hora liberemur sine mora. VERS. Mirabilis Deus in sanctis suis. RESP. Ipse dabit virtutem et fortitudinem. COLLECTA. Auxilientur nobis Domine Jesu Christe merita sanctarum virginum et martyrum : ut in hora mortis nostræ earum protectione muniti, te miserante laqueos inimici evadere valeamus, quæ ob tui nominis amorem sanguinem suum fuderunt. Qui vivis et regnas etc.

235 AD NONAM. *ad Nonam*

Dulcis Sponsus, qui vos amat,
Sic ad vos de throno clamat.
O dilectæ consodales,
Sponsæ meæ speciales,
Me videte, me habete,
Memetipsum possidete, E
Sentite, perfruimini.
Per meipsum vos complector,
Et in vobis condelector,
O victrices ! O felices !
Meæ caræ dilectrices,
Vester ego sum, et ero
Quem amastis corde vero,
Me sponsum osculamini.
Ad hanc vocem, o athletæ,
Lætas aures adhibete,
Quid decantet peraudite,
Et post agnum mitem ite,
Novis stolis decoratæ,
Post dilectum ambulate,
Cantantes cum tripudio.
Gloria Patri etc.

ANTIPH. O castitate phaleratæ, humilitate coronatæ, patientia adornatæ, virtutum floribus fulcitæ, temperantia politæ ! O pretiosæ margaritæ, atque virgines exquisitæ, in hora mortis subvenite. VERS. Lætamini in Domino, et exultate justi. RESP. Et gloriamini omnes recti corde. COLLECTA. Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas; concede propitius, ut F qui sanctarum virginum et martyrum memoriam agimus, a cunctis malis imminentibus earum intercessionibus liberemur. Per Dominum nostrum etc.

236 AD VESPERAS. *ad Vesperas*

Eia modo jubilemus,
Laudem Deo decantemus,
Qui a mundo nos protexit,
Et de mundo nos transvexit,
Nos de terris adunavit,
Et in cælis coronavit,
Nos implens omni gaudio.
Exsultemus, et lætemur,
Et cum agno jucundemur,
Novo cantu modulemur;
Hic est annus jubilæus,
O quam dulcis es o Deus !
Post te ardenter currimus.
Æstuantes præ amore,
Nos consperge dulci rore,
Sponse noster prædilecte,
Trahe nos post te directe,
Te sitimus, et sentimus,

In

A In cor tuum omnes imus,
De vena vitæ bibimus.
In te omnes commoramur,
Te in nobis complexamur,
Quem amantes inflammamur,
Et non satis admiramur,
Quod de te non satiamur,
Excedis enim omnia.
Tibi laudem cum Maria,
Quæ nos duxit in hac via,
Nostro damus Salvatori,
Pro quo fuit dulce mori,
Qui amasti, qui juvisti,
Qui ad te nos pertraxisti,
Tibi laus, et gloria.
Gloria Patri etc.

ANTIPH. Lux orta est in Britannia, dum Angeloram socia Ursula generatur, quæ filium regis Anglicorum traxit ad fidem christianorum, quam turma virginum comitatur. VERS. Ora pro nobis beata Ursula cum tuo virginali collegio. RESP. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. COLLECTA. Deus qui digne tibi sacratis virginibus mirandi agonis robur indidisti, quo per martyrii palmam
B ad supernæ contemplationis pertingerent gloriam; da nobis quæsumus earum intercessionibus adjuvari, quas transcenso mortis stadio in cælestibus fecisti triumphare. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum etc.

et ad Completorium.

237 AD COMPLETORIUM.

O insignes sponsæ Dei,
Mementote quæso mei,
Non sit vobis hoc indignum
Paupertatis meæ signum,
Et hoc vobis carmen carum,
Quamvis parvum, quamvis parum,
Feratis cum lætitia.
O præclaræ vos puellæ,
Nunc implete meum velle,
Et dum mortis venit hora,
Subvenite sine mora :
In tam gravi tempestate
Me præsentes defensate,
A dæmonum instantia.
Nulla vestrum ibi desit,
Virgo Mater prima præsit,
Si quæ mihi fæx inhæsit,
C Quæ me sua labe læsit,
Vestra prece procul fiat,
Vos præsentes hostis sciat,
Et se confusum doleat.
Quidquid unquam feci mali
Vestro flore virginali,
O puellæ, palliate,
Et me Deo præsentate,
Coram Deo mecum state,
Causam meam defensate,
Ne draco locum habeat.
Gloria Patri etc.

ANTIPH. Voce cordis et oris, in laudem summi redemptoris consurgat omnis fidelis, cujus mediante gratia, sanctarum undecim millium virginum turma, facto clamore hora matutina exivit obviam Christo sponso, qui sedet super Cherubim, cuncta videns in absconso, ferens sertum rosæ et lilii cum triumpho martyrii, evasit minas tortorum. O beata virginum turma, ora pro reatibus supplicum tuorum. VERS. In Christo dormiamus, RESP. ut cum sacris virginibus resurgere mereamur. COL-

LECTA. Omnipotens sempiterne Deus, qui has sacratissimas undecim mille virgines, dum aurora nocti finem daret, ad thalamum dilecti filii tui sponsi ipsarum, cælestibus spiritibus comitantibus introduxisti, stola quoque immortalitatis ac lætitia inenarrabili circumdedisti, tribue nobis meritis ac intercessionibus earum, quatenus in fine vitæ nostræ, spiritus noster ad regnum cæleste ducatu ipsarum perveniat, ubi te sine fine laudare, et perfrui mereatur. Per eumdem Dominum nostrum etc.

AUCTORE V. D. B.

B. Hermanni gaudium de acceptis Ursulanis reliquiis.

238 Accidit Dei nutu aliquando (*æstimat Henschenius* (1) *id esse factum circa annum* 1200) beatum virum fuisse præsentem, ubi illum nobilissimum thesaurum, in agro terræ absconditum, et illas pretiosissimas margaritas (reliquias dico virginum beatarum) contigit inveniri. Inventum fuit tunc temporis inter cetera, sed præ ceteris amabile, corpusculum virgunculæ parvulæ, cujus caput accipiendi summo Joseph, virgo et ipse. desiderio ferebatur. *Repulsam tulit beatus vir a monialibus et abbatissa, alias reliquias offerentibus.* Petivit ergo ut, secundum consuetudinem suam, in eadem ecclesia sanctarum virginum sacrosancta permitteretur mysteria celebrare : intra quæ tanta se Domino et sacris virginibus devotione prostra- E
vit, ut certus fieret (sive revelatione, sive inspiratione, nescio) se, quod petierat, accepturum. Nec mora. Ab altari recedens ad abbatissam accessit... Ipsam tam mirabiliter mutatam invenit, ut offerendo, quod ante tam dure negaverat, etiam prævenire videretur humilitatem petentis. Accepto igitur tam desiderato thesauro, fulgidam ad nos (*Steinfeldiam*) detulit margaritam, et quod Gertrudis nomen haberet (sicut ei fuerat revelatum) nobis congratulantibus revelavit. *Multis deinde narrat biographus zelo zelatum fuisse servum Domini, quum aliquando in castello cujusdam piæ matronæ versatus vidit ibidem virum aliquem sedentem super capsa, qua duo Ursulana capita claudebantur et rogasse Deum oratione mentali ut irreverens ille experiretur mitem vindictam quæ olim cuidam inflicta est, dum similiter S. Martini reliquiario feretro insideret : quod, miro excitato ardore, continuo factum est. Tanto scilicet amore ferebatur vir optimus in sanctas virgines!*

B. Adelaidis de Schaerbeek in SS. virgines pii affectus.

239 *Non minus fervebat in easdem caritatis igne B. Adelaides, seu Aleides, Scharembecana natione, et in Camera B. Mariæ prope Bruxellas ante medium sæculum* XIII *sanctimonialis Cisterciensis. Hæc leprosa erat et a reliqua congregatione separata seorsim in domuncula vivebat. Porro* in festivitate undecim millium virginum, contigit sanctam virginem hora matutina domus suæ transgredi limen; et versa facie ad ecclesiam, post voces Deum devote laudantium et duodecimum responsorium illa hora cantantium, aliquantulum auscultare. Animo quoque cœpit non modicum turbari, eo quod ceteris in choro psallentibus et sanctarum virginum festivitatem cum jubilo colentibus, non valuit sociari; et confestim refugit ad Dominum, solitum cordis sui solatium, dicens : Rogo te, Pater sancte, licet modo, prout desidero, cum ceteris virgines sanctas laudare nequeo; et pro speciali dono, quo me ditasti, ad præsens conventui meo non liceat conjungi : propter magnam tuam clementiam, post hujus vitæ miseriam, ab earum saltem societate non patiaris me separari. Et Dominus ad eam : Dulcissima filia, non te, ut desideras, istis virginibus sociabo; sed in loco multum eminentiori in regno meo collocabo (2). *Mitto dicere de S. Angela*

F

(1) Act. SS. tom. I Aprilis. pag. 699. — (2) Act. SS. tom. II Junii, pag. 480.

Mericia.

AUCTORE V. D. B.

Mericia, fundatrice monialium S. Ursulæ *et de compluribus aliis sanctis et beatis. Antiquiora tantum aliquot pietatis specimina eligere placuit. Qui plura volet adeat Crombachium, maxime libris* VIII, IX *et* X; *ubi etiam plura occurrunt quæ prodigii rationem habere videntur. Alia collegit anonymus, verisimiliter Felix Astolfi, S. Salvatoris canonicus; qui in opusculo italico, anno* 1671 *impresso Bassani, contulit* (*ut titulus fert*) Gratias, memoriæ dignas, quibus Deus affecit pios cultores S. Ursulæ et undecim millium sociarum et decem millium martyrum crucifixorum.

§ XXV. Epilogus et præcipuorum capitum recensio.

Recensio monumentorum a sæculo V *aut* VI *usque ad Normannorum adventum :*

B *Quum autem nunc tandem aliquando ad calcem hujus commentarii devenimus, placet oculos retrorsum conjicere et confectum iter mente emetiri; quo quasi uno conspectu, si non universam Ursulanam historiam, præcipua saltem ejus capita videamus et quæ sparsim sita sunt in unam formam referamus et imaginem. Planum imprimis et apertum est a vero aberrare quam maxime qui arbitrantur nulla vetera de sanctis Coloniensibus virginibus exstare monumenta et omnia sæculo* XI *aut saltem Normannorum direptionibus esse recentiora. Etenim quin Clematii titulus, quo nil continetur quod absonum videatur a pristinis moribus, sincerus sit et genuinus, dubitare non licet per antiquissimum Sermonem in natali, cui prior ejus et potior pars inserta est. De hoc titulo præcipue dictum in Gloria posthuma* § 1. *Qui titulus si componatur cum S. Cuniberti Vita, quam ante medium sæculum* IX *conscriptam fuisse ibidem ostendimus, manifestum fit in præcipuo martyrii loco exstructam aut restauratam fuisse a Clematio in honorem sanctarum virginum basilicam monasterialem, idque factum circa annum* 500. *aut certe ante initium sæculi* VII : *ita ut titulus ille et parthenon perennis memoria fuerit cædis Ursulanæ; quo quid validius desiderari queat ad certam faciendam hanc cædem equidem non video. Succedit Sermo in natali, quem modo memorabam et quem inter annum* 731 *et* 834 *compositum fuisse* § 3 *Commentarii prævii declaravimus. Ex hoc*

C *documento certum est tunc temporis sanctarum virginum memoriam viguisse non tantum apud Colonienses, verum etiam apud Batavos et Britannos, et præterea Clematii titulum tunc a nonnullis jam male fuisse intellectum. Porro quum error, quem Sermonis auctor illic confutat, in antiquo sanctarum virginum Coloniensi Officio legatur, certe habendum est id Officium, quod in Gloria posthuma* § XIX *dedimus, hoc ipso Sermone vetustius. Pone veniunt permulta diplomata, quorum vetustissimum anno* 832 *conscriptum est et quæ pleraque omnia spectant ad* monasterium sanctarum virginum *aut* sanctarum undecim millium virginum; *quæ duæ appellationes promiscue in usu erant. Retulimus hæc diplomata in Gloria posthuma* §§ II *et seqq., licet jam ante in Commentario prævio* § XXVII *præcipua loca indicassemus. Ejusdem ævi magnam Kalendariorum aut Martyrologiorum messem eodem* § *collegimus, quorum aliquot etiam medio sæculo* IX *conscripta sunt, triginta fere annis antequam Normanni in has partes venerint : eos enim anno tantum* 881 *in Coloniam incubuisse ostendimus num.* 23 *Gloriæ posthumæ.*

241 *Falsum itaque profecto est nil superesse quod prædonum illorum vastationibus anterius sit, seu omnia ficta fuisse et inventa, postquam quies et pax denuo in his oris nata est, et ampla fictoribus materia subministrata fuit per veterum documentorum interitum. Contra, ut nemo non fatebitur, series ingens monumentorum ad manum est, quorum pars proxime accedit ad ipsum martyrii tempus : hæc inter præcipuum fere locum obtinet basilica monasterialis, res sane aptissima ad veterum rerum cum omni posteritate adæquandam memoriam. Quæ siquis recolligat, animo fixum non habens et præstitutum de certissimis quibusque historiis dubitare, consentiet plane Coloniæ* sanctas virgines pro nomine Christi sanguinem suum fudisse, *quemadmodum in Clematii titulo legitur. Neque testimoniis tantum res confici potest; sed ipsa corpora, vulneribus affecta et sociata martyrii instrumentis aliisque indiciis, prope intueri licuit. Recole quæ in Commentario prævio* § XXV *de sepulcro, anno* 1640 *die* 3 *Julii et sequentibus aperto, retulimus. Antiquum id erat, ut in eo reperti nummi testabantur; christianum, quum cadavera combusta non essent; corpora continebat, uno tempore mortua, neque tamen bello aut peste, ut venerabunda eorum* E *compositio indubitatum faciebat; hæc involuta vestimentis, ut lex et consuetudo volebant de martyribus; plurima transfixa sagittis aliisque telis; alia trunca, alia integra; sparsa quarto ordine* (*pluribus enim seriebus erant superposita*) *brachia, crura, capita aliaque membra; vasis, arenam sanguine mixtam continentibus, ad angulos alibique appositis : quibus visis, tunc demum intellectum est vetustis tabulis pictis, quæ sepulcra exhibebant plena corporibus eadem ratione dispositis, significari corpora, aliquot sæculis ante e tumulis eruta, similibus in fossis fuisse reperta. Quum autem hæc patuerunt; quum inventa non tantum* ossa omnia integra, *sed sparsa quoque membra; quum collectum non solum* plurimum sanguinis. *sed sagittæ etiam et ensium fragmenta; quis non dixerit cum S. Ambrosio* (1) : Inveni signa convenientia? *et cum S. Gaudentio* (2) : Nihil amplius requirimus : habemus testes passionis?

D *ex illis certa fit Coloniensium martyrum cædes.*

Constat ex multiplicibus argumentis

242 *Quum itaque de Coloniensi cæde absurdum foret dubitare, quærendum fuit quinam ejus exstitissent auctores. Alia ab aliis sæculo* IX *fuisse proposita ex auctore Sermonis in natali audivimus; unde ex sola traditione Coloniensi, quæ postea prævaluit,* F *nil certi concludere liceret. Verum quum cum ea conspiret Britannica narratio, in reliquis omnibus quam maxime dissona, quis utriusque non sigillatim, sed simul consideratæ, auctoritatem abjiciat? Atqui a Coloniensibus æque ac Britannis Hunnos in sanctas virgines sæviisse accepimus. Quæ si sola fidem non extorqueant, adde potiorem partem beati manipuli secundum Coloniensem traditionem pro servanda virginitate occubuisse, et nullos barbaros veneri magis fuisse deditos quam Hunnicam gentem, quemadmodum* § XXIV *fuse ostendimus. Quod autem multo validius argumentum est, nefas est dubitare sanctas virgines maximo numero sagittis occisas fuisse; sagittas autem ita Hunnorum proprium armorum genus fuisse, ut nulli barbari, quos Coloniam transiisse novimus, iisdem in bellicis expeditionibus uterentur. Lege* § XVI *Commentarii prævii; ubi simul testimonia nonnulla dedimus de magna sagittarum copia, quæ in sepulcris sparsim, atque etiam capitibus, brachiis, pectoribus inhærentes repertæ sunt, alia reservantes pro Gloria posthuma,* §§ XI. *Et quidem hæc facile*

(1) Classis I epist. XXII, num, 2, ap. Migne. Patrologia, tom. XVI, col. 1019. — (2) Sermo in dedicatione SS. XL martyrum, ap. Migne, tom. XX, col. 963.

augere

A *augere possemus* (1); *unum tantum documentum hic addere placet. In* Historia undecim millium virginum, breviori atque faciliori modo pulcherrime collecta, cum nonnullis additionibus quæ in prima defuerunt, *et circa iniens sæculum* XVI impressa Coloniæ per Henricum de Nuscia, *hæc legere est :* Multa ibidem, *scilicet in templo* S. Ursulæ *Coloniensi,* cernuntur capita adhuc tela in capitibus ferentia et variis modis trucidata, quæ omnia scribere esset difficillimum : *sed licet clarum et manifestum id sit testimonium, præstant tamen quæ anno* 1640 *ab optimis testibus visa sunt, quum sepulcrum, continens plus centum sceletos, apertum est, ut* §§ XVI *et* XXV *declaratum fuit : sparsim in eo repertæ sagittæ.*

quæ junctum consideranda sunt, sanctas virgines anno 451 *ab Hunnis, ex Galliis redeuntibus, Coloniæ occisas fuisse.*

245 *Atque his demum tamquam cumulus accedit Hunnorum post pugnam Catalaunensem per Coloniam transitus. Universum eorum iter accurate investigavimus. Vidimus eos* § XIX *Commentarii prævii Gallias prope Confluentes intrantes hiemali tempore, ita ut* 25 *Martii anni* 451 *Metas occupaverint; hinc pergentes ad Aurelianensem civitatem, cujus obsidionem medio mense Junio solverunt; postea ineunte Julio eosdem pugnantes cernimus in campis Mau-*
B *riacis seu Catalaunicis, donec certamen nocte dirimeretur; deinde repetentes Rhenum per Viromanduos, Cameracum, Atrebates, Tornacensem et Tungrensem agros, Aetio a longe sequente usque ad Thoringiam; quam citra Rhenum in Germania II fuisse positam plurimis testimoniis* § XXI *Commentarii prævii demonstravimus : quibus adde locum ex testamento ampliori S. Remigii depromptum; quod testamentum interpolatum quidem aut suppositum habetur nobis, verumtamen antiquum documentum est, utpote ab Hincmaro et Flodoardo cognitum atque etiam usurpatum* (2). *In eo itaque legitur S. Remigius inter alia multa dona ecclesiæ Remensi legasse* villas in Austria sive Thoringia (3); *quæ profecto de Austria Cisrhenana intelligenda sunt. Quum vero his in partibus versarentur Hunni, una eis patebat trans Rhenum via, scilicet per Coloniam. Quod vero sæpius monuimus, hic iterum iterumque monitum volumus, nempe satis nobis manifestum esse rem singulis illis argumentis non magis confici, quam duos triangulos pares esse, quod vel unus angulus, rel unum latus in utraque figura ejusdem mensuræ sit; sed oportere ut simul considerentur Coloniensis*
C *cædes, quæ totius disquisitionis fundamentum est; traditionum Britannicarum cum Coloniensibus de hujus cædis auctoribus convenientia; sævities et impudicitia Hunnorum, sanctarum virginum castimoniæ inimicissima; eorumdem sagittandi peritia sagittarumque reliquiæ repertæ in vulneribus et in sepulcris; illorum barbarorum certissima inter Colonienses præsentia; et demum, quod etiam negligendum non est, concordia temporum, quandoquidem Hunni non potuerunt circa diem* 21 *Octobris, qua sanctarum virginum natalis celebratur, Coloniæ non versari. Atque his, quod præcipue propositum nobis fuit, absolutum arbitrati fuimus.*

AUCTORE V. D. B.

De numero martyrum; an omnes virgines; quo titulo dicantur martyres; de itinere Romano; an Britannæ natione, etc.

244 *Inquisivimus deinde in numerum martyrum et* § XXVII *ostendimus non spernenda monumentorum copia, quorum unum ineunte sæculo nono aut etiam prius scriptum est, numerum undecim millium ante omnem hominum memoriam receptum fuisse, eumque tanto majori fiducia esse admittendum, quo propius ille adhærebat ipsi Ursulanæ basilicæ, quæ quippe promiscue diceretur* sanctarum virginum *et* sanctarum undecim millium virginum *et quo facilius inter succedentes sibi invicem monasterii incolas genuina de maxima hac multitudine traditio servari potuit. Cæterum cogitandum non esse monuimus omnes fuisse virgines, sed præcipuas tantum; quarum scilicet omnium illustrissimum fuerat martyrium; reliquos ex utroque fuisse sexu, ut antiquiore Coloniensium traditione perhibetur; neque hunc numerum superare fidem, si quis animadvertat atrox barbarorum et maxime Hunnorum bellandi genus, quod* §§ XXIV *et* XXVII *Commentarii prævii explicuimus. Quod si quis miretur amplæ civitatis incolas, a bar-* E
baris cæsos, loco martyrum fuisse habitos, neque id omisimus; sed § XXVI *ex optimis auctoribus demonstravimus olim non eamdem de hac re fuisse disciplinam, quæ nunc viget : tunc enim martyres fuisse dictos quicumque immerentes violentam mortem pie subiissent. Diximus demum* § XXVIII *ejusdem Commentarii absurdam quidem esse narrationem de itinere Romano, quæ in Passione* Regnante Domino *et in Revelationibus SS. Elisabethæ et Hermanni legitur; sed simul ostendimus verisimile esse ab aliquot id institutum fuisse iter; multo autem verisimilius aliquot in martyrum agmine natione fuisse Britannas, siquidem sæculo* IX *apud Britannos, Batavos et Colonienses hæc vigeret traditio. Atque hic quidem addere placet, (quod in Commentario omisimus, quoniam statutum nobis erat a conjecturis, quæ nullis fulcirentur testimoniis abstinere,) videri nobis vero proximum inter sanctas virgines complures fuisse, quas ex Galliis captivas abduxerant Hunni, easque simul cum Coloniensibus ab eis fuisse cæsas; quoniam, Constantini ponte jam pridem rupto aut numquam absoluto, Rhenum transgressuris impedimento erant : morem enim fuisse Attilæ civitatum incolas abducere et inter suos dispertire ex S. Aniani Aurelianensis* F
Vita plane certum est. Quæ vero disseruimus de nominibus aliquot virginum, de translationibus aliisque ad publicum et privatum cultum pertinentibus, non videntur recensenda : nil enim juvat hæc in uno vidisse conspectu.

(1) Cfr Baillet, Vies des Saints, 21 Octobre. — (2) Act. SS. tom. I Octobris, pag. 108. — (3) Miræus, Opp. diplomatica, tom. I, pag. 2, edit. 1723.

DE

A D

DE S. REPARATO

DIACONO NOLANO IN CAMPANIA

V. D. B.

SYLLOGE CRITICA.

§ Unicus. De epitaphio et cultu.

ANNO DLIII. S. Reparatus, *cujus nomen aliquot fastis sacris inscribitur* 21 *Octobris et* 1 *Novembris,*

Nolam in Campania, regni Neapolitani, civitatem, S. Paulini patriam, nemo non novit. Tot autem hæc jam sæculo IV *et* V *abundabat sanctorum memoriis, ut, quum primas daret Romæ, secundas Nolæ deferret sanctissimus poeta. Canebat enim* (1) :

Tu quoque post urbem titulos sortita secundos :
Nam prius imperio tantum et victricibus armis
Nunc et apostolicis terrarum, et prima sepulcris.

B *His sanctis, quos jam venerabatur S. Paulinus, accessere dein alii complures, quos inter* S. Reparatus; *de quo pauca tantum colligenda supersunt. Ad diem* 1 *Novembris ejus meminit, qui Hagiologium Italicum, magnam partem ex Ferrarii Servitæ Catalogo Sanctorum Italiæ desumptum, adjectis tamen aliquot sanctorum encomiis, anno* 1775 *Bassani excudendum curavit; atque hæc tantum de eo habet* (2) : Ecclesiam Nolanam, administrante sancto Paulino juniore, S. Reparatus, diaconus et martyr, in cathedrali ecclesia repositus fuit anno 515, ut notatum legitur im marmorea epigraphe, cujus hæc sunt verba :

DEP. SANCTI MARTYRIS
REPARATI DIACONI
AN. DXIII KAL. NOV. XII IN
PACE. RAS. NIVI

Hæc hauserat ex Ughellio (3); *qui hæc ipse desumpserat, ut mihi testis est Remondinius* (4), *ex canonico thesaurario Ferrario, nisi quod hic scripserat, non* RAS NIVI, *sed* RAS NIVC. *Ughellius quoque præluxit procul dubio Castellano, qui quod in illa tituli forma sanctus diaconus in pace depositus diceretur* XII *kal. Novembris anni* 515, *eum ad* 21 *Octobris retulit in Martyrologio universali, his quæ latina facio verbis :*
C In Italia S. Reparati diaconi et martyris, quem Nolani præcipue colunt. *Et certe quamdiu legeretur inscriptio eo quem diximus modo, laudandus erat Castellanus, quod ad* 21 *Octobris* S. Reparati *memoriam celebraret : nulla vero erat ratio, neque nunc est, cur beati* Reparati *nomen ad diem* 1 *Novembris in Martyrologiis et Hagiologiis signaretur.*

depositus est 19 *Octob. an.* 555 *et colitur ultima dominica Octobris.*

2 *Sed male lecta fuit epigraphe, quamquam, ut loquitur Remondinius* (5), *tam clara sit et tam bene servata, ut sufficiat ad eam legendam oculos habere in fronte. Genuina lectio est hæc* (6) :

DEP. SANCTE. M. REPARATI
DIAC. DPS. D. XIIII. KAL. NOVEMB.
XII. P. C. BASILI V. C.

id est : Depositio sanctæ memoriæ Reparati diaconi. Depositus die XIII kalendas Novembres, *seu die* 19 *Octobris, anno* XII post consulatum Basilii viri clarissimi. *Porro quis nescit Basilium juniorem consulem fuisse anno* 541; *postea cessasse usum signandi annos consulum nominibus, sed aliquandiu in more fuisse æram, cujus initium a Basilii consulatu sumebatur? Non itaque anno* 515, *neque* XII *kal. Novembres, sed* XIII *kalendas seu* 19 *Octobris anni* 555 *terræ mandatus est beatus diaconus. Quamobrem dicendum fuisset de sancto hoc viro ad* 19 *Octobris; sed quum in nullis eum obvium habuissemus Martyrologiis et Hagiologiis ad hanc diem, ne inter prætermissos quidem ejus memoriam fecimus. Verum neque die* 21 *Octobris nunc* S. Reparati *festum Nolæ* E *peragitur; quemadmodum intelleximus ex annotatis aliquot, quæ cl. v. Petrus Cernazai, Utinensis J. C., operis nostri fautor eximius et quo nullum uspiam adjutorem habemus præstantiorem, ad nos destinavit, quæque ille a Reverendissimo Josepho Formisiano, episcopo Nolano, efflagitavit. Secundum hæc scilicet* S. Reparati *memoria celebratur ultima die dominica mensis Octobris. Ast, quum hæc dies fixa non sit, quumque insuper ea sit fama Castellani Martyrologii universalis ut ad eum passim recurratur ab hagiophilis, maluimus hac die de eo dicere; quamvis, ut diximus, manifestum sit eam idcirco illius venerationi a Castellano assignatam fuisse, quod male descriptum titulum habuisset ob oculos.*

Fuit diaconus Nolanus, nequaquam martyr.

3 *Cæterum præter ea quæ ex titulo innotuere, nil de ejus gestis novimus. Constat autem imprimis eum floruisse ante medium fere sæculum sextum; adeoque, nisi ad maximam ætatem pervenerit, diaconus esse non potuit S. Paulini junioris, quem Remondinius post Papebrochium Paulinum III facit* (7); *sed Leonis I, qui usque ad annum* 560 *Nolanam cathedram tenuisse dicitur* (8). *Difficilia tempora vixit* S. Reparatus, *quum tunc temporis a Gothis occupata* F *esset Italia, donec Belisarius et dein Narses eorum destruxere regnum et maximam peninsulæ partem imperatoribus Constantinopolitanis denuo subdiderunt : quæ perfecta tantum sunt eo ipso anno, quo beatus diaconus ad meliorem vitam transivit. Verumtamen hinc nequaquam fit ut martyr dicendus sit* S. Reparatus; *quam laudem ei tribuerunt canonicus Ferrarius, Ughellius, Castellanus, Hagiologus Italicus, jam laudati; Orlendius* (9) *præterea et nuper cl. v. Cajetanus Moronius* (10); *ipsos sequentibus sculptore et pictore, quicumque ii fuerint, qui beati viri statuam, supra sepulcrum collocatam, dalmatica diaconali coloris rubri et palma martyrii in sinistra manu ornarunt. Nemini enim dubium esse potest, quemadmodum jam olim animadverterunt Remondinius* (11) *et Andreas Ambrosinus* (12), *atque ipse Reverendissimus Josephus Formesianus in annotatis supra laudatis, quin hæc de* S. Reparato *martyre persuasio orta sit ex male lecto lapide sepulcrali,*

(1) Natale S. Felicis III, ℣ 86 ap. Migne, Patrologia, tom. LXI, col. 457. — (2) Hagiologium Italicum, tom. II, pag. 269. — (3) Italica sacra, tom. VI, col. 253, edit. Venetæ. — (4) Della Nolana ecclesiastica Storia, tom. III, pag. 74. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Ibid. loc. cit. et tom. I, pag. 510. — (7) Ibid. tom. III, pag. 65 et seqq. — (8) Ibid. pag. 74. — (9) Orbis sacer et profanus, tom. IV, pag. 1671. — (10) Dizionario di erudizione ecclesiastica, vo *Nola*, tom. XLVIII, pag. 71. — (11) Della Nolana ecclesiastica storia, tom. II, pag. 510, tom. III, pag. 74. — (12) Cimitero di Nola, lib. III, cap. 2, pag. 309.

verbis

A *verbis* sanctæ memoriæ *in* sancti martyris *commutatis. Neque est quod opponas truculentos aliquando fuisse Gothos et facile potuisse in* S. Reparatum *cruentas extendere manus; non negarim, quamquam paucissimi ab illis barbaris facti fuerint martyres; verum quum nil suadeat hanc* S. Reparati *fuisse sortem et quum sepulcralis ejus lapis nulla de perpesso martyrio mentionem faciat, justo credulior est ille qui obliteratam hanc opinionem adhuc admittere pergat.*

Ejus cultus, ortus ex inscriptis tumulo verbis sanctæ memoriæ.

4 *Jam si quæritur quod hujus sancti cultus initium sit et origo, in difficillimam quæstionem delabimur. Scriptum est ad me constare de ejus sanctitate ex titulo, in quo* sanctæ memoriæ Reparatus diaconus *legitur. Verum ex hoc ipso fonte scaturiunt difficultates maximæ. Nemo enim ex eis qui bene legerunt titulum dubitavit quin hic lapis ad primam* S. Reparati *depositionem referendus sit; quamquam probe scirent sanctos, ubi in nova sepulcra transferrentur, denuo* deponi *sæpius dictos fuisse. Si enim hæsitassent an ille lapis forte ad posteriorem aliquam depositionem pertineret, nequaquam pronuntiassent* S. Reparatum *diem obiisse anno* 555; *posterior enim hæc quæ supponitur depositio facta esse*
B *potuisset anno* XII *post consulatum Basilii, ipse vero sanctus multo ante mortuus. At si ad primam depositionem referendus sit hic lapis, ut nullus dubito, adeoque si appositus fuerit proxime post mortem, sponte exsurgit quæstio an ex verbis* sanctæ memoriæ *tutum de ejus sanctitate, et quidem tanta ut ecclesiasticis honoribus dignus sit, argumentum deduci queat? An sæculo* VI *in more esset positum ut confessores continuo post mortem sanctorum albo accenserentur? Quod si quæ exempla sint, nonne hæc virorum quorum fama longe celeberrima esset? Quid ergo S. Gregorius Magnus, qui tot Italorum sui ævi aut non multo antiquiorum sancta gesta recensuit, tacuerit de* S. Reparato, *quamquam hic meruisset statim post mortem per formulam* sanctæ memoriæ *fastis sacris inscribi? Nonne itaque timendum ne Nolani, quum ex siglis* SANCT. M. sanctum martyrem *effinxere, admiserint errorem similem ei quo laborarunt Sardiniæ incolæ, quum, ineunte sæculo* XVII *incidentes in titulos quorum magna pars siglas M. B., id est* bonæ *aut* beatæ memoriæ, *habebat, sibi in animum induxerunt penes se esse cœmeterium,* beatorum martyrum *sepulcris refertum* (1)?

maximis difficultatibus implicatur;

5 *Augentur difficultates quod alibi similes exstant tituli, quin ullus sibi persuaserit verbis* sanctæ memoriæ *ibi significari mortuum ecclesiastico cultu*
C *ambiendum esse. Accipe exemplum. Vasione in Galliis servabatur olim in templo cathedrali titulus marmoreus, cui hæc insculpta erant* (2) :

☩ HIC IN PACE REQVIESCIT SANCTÆ MEMORIÆ
ERIPIVS PBR. QVI VIXIT ANS. XXVII. MENS.
X. D. XVIII. OB. VIII. KL. FEBRVAR. PC ITERVM
AGAPITI V. C. CONS. ☩

Hic lapis positus est eodem sæculo quo Nolanus, anno scilicet 519 *aut* 520 : (*Sigonius enim præmanibus habuit epistolam S. Hormisdæ papæ ad Joannem, archiepiscopum Constantinopolitanum, scriptam Agapito extraordinarium consulatum gerente; quo alterutrum annum ob Joannis mortem designari necesse est* (3):) *atqui nemo Vasionensis ad hanc usque diem cogitasse videtur satis auctoritatis in verbis* sanctæ memoriæ *esse positum ut Eripium presbyterum in sanctorum classem referrent et publice venerarentur. Verum enimvero, quamquam hæc ita sint, ego non ausim suadere Nolanis ut* S. Reparatum *e kalendariis suis liturgicis, quibus abhinc tantum decennio insertus fuit, expungant. Id ut fieret, oporteret ut certo constaret* S. Reparatum *ecclesiasticis honoribus, in quorum possessione est, indignum esse : quod, quum de eo nil sciatur nisi quod ante annum* 555 *diaconus Nolanus fuerit, nemo asseruerit. Præterea sustineri forte potest verba* sanctæ memoriæ, *sepulcris adscripta, non esse inanes laudes mortuorum, sed iis datas qui vere christianis virtutibus eminuerint. Eis certe ornat Marius Mercator S. Ambrosium, scribens* (4) : A quodam Paulino diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis episcopi, *et S. Augustinum, addens* (5) : Sanctæ ac beatæ memoriæ Augustini episcopi. *Habent et Nolani lapidem sepulcralem S. Aureliani episcopi, in quo similiter siglæ* SANC. M. *occurrunt; scilicet* (6) :

AUCTORE V. D. B.

☩ DPS. SANC. M. DMN
AVRELIANI. EPISC. IN. PACE
QVI BIXIT. ANNS
PL. M. LXXX
SEDIT. ANN. XXXVIII
DP. ES. OCTABV. KAL. AVG

E

atque hinc quidem probum deduci posset argumentum sanctos viros a Nolanis dictos fuisse sanctæ memoriæ, *si melius constaret de hujus episcopi sanctimonia et si hujus quoque qualiscumque cultus ortus non videretur ex mutatis a Ferrario, Ughellio aliisque siglis* SANC. M. *in* sancti martyris. *Sed de his hactenus.*

his ultimis temporibus crevit aliquantum.

6 *Utcumque autem hæc habeant, jam plus duo sæcula publice eum venerantur Nolani. Re quidem vera Philippus Ferrarius ex ordine Servorum B. M. V. ejus mentionem non fecit neque in Catalogo Sanctorum Italiæ, neque in Catalogo generali Sanctorum qui in Martyrologio Romano non sunt; unde conjicere est ineunte sæculo* XVII *nullos adhuc* B. Reparato *adhibitos fuisse honores; sed non multo post canonicus Ferrarius, Ughellius, Carolus Guadagnius* (7) *aliique eum ut sanctum celebrarunt. Insuper in basilica, ad cœmeterium martyrum sita, post altare S. Felicis in Pincis cernitur et pie visitatur beati diaconi sepulcrum, clausum magno marmore, palmum fere infra pavimentum demisso, et clatris* F *ligneis ad arcendos homines circumdatum : ita ut numquam levatæ fuerint reliquiæ. Supra vero in loculamento exstat ejus imago, de qua superius diximus. Quæ claudimus his Reverendissimi D. Josephi Formisiani ad cl. v. Petrum Cernazay scribentis verbis :* Notandum est quod, quamquam sancto diacono semper adhibita fuerit religiosa veneratio, cultum tamen ejus pauco tantum abhinc tempore crevisse; et decem tantum annos celebratur solemniter ejus festivitas ultima die dominica Octobris : dona autem et pretiosa etiam anathemata, quæ offeruntur, spem ingerunt fore ut cultus deinceps augeatur. *Tradit Carolus Guadagnius* (8) *ejus maxime implorari patrocinium ab iis qui febri tertiana aut quartana laborant.*

(1) Cfr Bonfant, Triumpho de los Santos del reyno de Cerdeña, et Muratori, Antiquitates Italiæ, tom. V, col. 17. — (2) Royer, Histoire de l'église cathédrale de Vaison, pag. 35.—(3) Sigonius, edit. Argelati t. I, Operum, col. 624.—(4) Commonitorium, § 1.—(5) Ibid. cap. 9. — (6) Remondinius, della Nolana ecclesiastica storia, tom. I, pag. 510. — (7) Nola sacra, lib. XI, pag. 205. — (8) Ibid. loc. cit.

A D

DE S. CILINIA VIRGINE

MELDIS IN GALLIA

V. D. B.

SYNOPSIS HISTORICA.

§ I. S. Ciliniæ memoria, patria, vitæ tempus et veli religiosi susceptio.

ANTE ANNUM DXXX. S. Celiniæ *memoria in martyrologiis;*

Quamvis S. Ciliniæ *seu* S. Celiniæ, *virginis Meldensis, cultus valde antiquus sit, ejus tamen nomen in nullis vetustioribus legitur martyrologiis. Dat id tamen auctarium Usuardinum Tornacense sæculi* XIII (1) *his verbis :* Meldis civitate, sanctæ Ciliniæ virginis; *similiter editio Lubeco-Coloniensis, pro* Celinia *sistens* Celinam; *necnon auctarium Usuardinum editionis primæ Molani,* Ediniam *eam nuncupans, auctarium vero secundæ* Celiniam (2). *E recentioribus martyrologis eam laudant complures ad præsentem diem : videlicet Galesinius in Martyrologio Sanctæ Romanæ ecclesiæ; Saussaius in Martyrologio Gallicano; Ferrarius in Catalogo generali sanctorum, eam* Edimiam *vocans seu* Ediniam; *Arturus a Monasterio in Gynecæo; Castellanus in Martyrologio universali seu additamentis ad Romanum; Martyrologium Parisiense auctoritate cardinalis de Noaliis editum; et demum Martyrologia Ebroicense et Autissiodorense. Ejus præterea nomen in Kalendariis ecclesiasticis Meldensi, Parisiensi et Trecensi legitur, quod ejus ibidem celebratur memoria. Cernitur insuper ipsius imago ad* 21 *Octobris in Kalendario Galio-Belgico, runis conscripto et anno* 1841 *illustrato a Ludovico Frati. Repræsentatur in cellula, tribus turriculis coronata : qua re alluditur ad baptisterium, quo confugit sancta virgo. Demum Bailletus ad hanc diem in Vitis suis Sanctorum* (3) *atque etiam Godescard in collectione vitarum sanctorum Butleri* (4) S. Celiniæ *gesta enarrarunt; quibus præiverat Tussanus de Plessis in historia ecclesiastica Meldensi* (5), *et jam anno* 1645 *Lahierus* (6), *ad diem* 2 *Octobris, qua piam virginem obiisse tradit, quod suo ævo hac die*
B *coleretur Parisiis. Atque ut obiter id animadvertam, Parisienses valde instabiles fuere in assignanda die*
C *venerationi* S. Celiniæ. *In Breviario diœcesano, quod anno* 1584 *excudendum curavit cardinalis Petrus de Gondy, adhuc omissum est ejus officium. Sed in Breviario itidem diœcesano, quod cardinalis Joannes de Gondy anno* 1650 *edidit, officium ritu simplici cum lectionibus propriis ad* 20 *Octobris indictum est : quod in Breviario ad usum abbatiæ S. Genovefæ Parisiensis, anno* 1765 *impresso, adhuc observabatur, nisi quod ritus semiduplex esset. Contra in editionibus Breviarii Parisiensis, quas curarunt cardinales de Harlay, de Vintimille et de Juigné, celebrandum præcipitur die* 21 *Octobris.*

patria Meldæ; 2 *Paucissima autem de* S. Celinia *innotuere. Eam ex civitate aut saltem ex agro Meldensi oriundam fuisse perhibet Fulcoius, natione Bellovacensis et Meldensis sæculo* XI *subdiaconus, in Vita metrica B. Blandini, anachoretæ Brigensis. Ita enim canit* (7) :

Meldis, sanctorum mater fœcunda virorum,
Walberti justi, sacri necnon Canoaldi,
Faronis, Faræ quæ Christum novit amare,
Pro quo terrenum sponsum facit hæc alienum.
Meldis Celiniam, vita cum celebe diam,
Hostibus austerum Meldis tulit et Rigomerum.

3 *Sæculis* V *et* VI *eam floruisse scribit Bailletus;* *vitæ tempus,* *circa annum* 470 *du Plessis* (8); *ad finem sæculi* V E *Godescard : verum nil manifesti definiri potest. Certe vixit tempore S. Genovefæ, celeberrimæ et numquam satis laudatæ patronæ Parisiensis; quæ, annos plus octoginta nata, circa annum* 509 *aut* 512 *innocentissimum spiritum Deo reddidit* (9). *Verisimile est sanctam* Celiniam *veste sacra indutam fuisse, dum Childericus filius Merovei ab anno* 463 *ad* 481 *Francis præsset* (10); *quandoquidem id ordo rerum gestarum qui in S. Genovefæ Vita occurrit innuere videtur* (11) : *postquam enim narravit biographus S. Genovefam a Childerico aliquot reorum hominum obtinuisse liberationem et dein interjecit mentionem de ejus fama ad S. Simeonem styliten Antiochenum perlata, continuo sermonem vertit ad beneficia quæ sancta Parisiensis patrona Meldensi virgini aliquando contulit, quum ejus mutavit vestem : ita ut regnante Childerico seu inter annum* 463 *ad* 481 *adolevisse videatur* S. Celinia. *De mortis tempore nil aliud novimus quam quod ad superos jam abierat, quum circa annum* 550 (12) *S. Genovefæ biographus hujus Vitam in lucem daret.*

4 *Jam danda sunt quæ de* S. Celinia *huic S. Genovefæ Vitæ inserta fuere* (13) : Puella quædam, jam *laus celebrata a S. Genovefæ biographo;* F nubilis et jam desponsata, nomine Cilinia, ut comperit gratiam Christi Genovefæ collatam, petiit sibi ab ipsa vestem mutari. Quod cum adolescens, cui fuerat promissa, audisset, protinus indignatione repletus, Meldis urbem, ubi Cilinia cum Genovefa morabatur, advenit. Mox Genovefa, ut advenisse adolescentem comperit, cum summa festinatione ad ecclesiam perrexit. Magni miraculi res fuit; quemadmodum eis, fugientibus ad ecclesiam, baptisterium quod interius erat sponte se reseravit. Sic itaque prædicta puella ab hujus mundi naufragio vel contagione liberata, usque in consummationem in abstinentia et castitate perseveravit. Per idem tempus supradicta Cilinia obtulit Genovefæ puellam de ministerio suo; cui biennio fere ægrotanti etiam pedum usus fuerat ablatus. Quam ut manibus Genovefa contrectavit, confestim sanitatem consecuta est. *Hactenus de* S. Celinia *S. Genovefæ biographus.*

(1) Ap. Sollerium, Martyr. Usuardi, pag. 616. — (2) Ibid. pag. 617 et 618. — (3) Vies des Saints, tom. VII, pag. 329, edit. 1739. — (4) Vies des Pères, des Martyrs, etc. ad 21 Oct. — (5) Histoire de l'Église de Meaux, tom. I, pag. 9. — (6) Le grand Ménologe des Saintes et bienheureuses Vierges, tom. II, pag 280 et 281. — (7) Du Plessis, tom. II, pag. 455. — (8) Ibid. tom. I, pag. 9 et 757. — (9) Tillemont, Mémoires ecclésiast. tom. XVI, pag. 650 et 804, edit. 1712. — (10) Gebhardi, Reges Francor. Merovingici, pag. 25 et seqq. — (11) Cfr Act. SS. tom. I Januarii, pag. 140, numm. 25 et 27. — (12) Tillemont, Mém. ecclés. tom. XVI, pag. 802. — (13) Act. SS. tom. I Januarii, pag. 140.

AUCTORE V. D. B.

§ II. Situs Meldarum, Matronæ fluminis et ecclesiæ cathedralis mutatus. Amphitheatrum Meldense. Abbatia seu prioratus S. Celiniæ. Cultus.

Templum in quod S. Celinia *confugit erat cathedrale, situm prope amphitheatrum.*

De *templo, in quod* S. Celinia *confugit cum S. Genovefa, multa disputat du Plessis* (8); *quæ Galliæ Christianæ scriptoribus* (9) *placuisse videntur, et nedum mihi displiceant, roboranda esse puto. Porro quum apud S. Genovefæ biographum legimus, utramque virginem, adventante irato sponso Meldas,* fugisse ad ecclesiam *et* baptisterium quod interius erat sponte se reserasse, *simulque animo volvimus rariores illo ævo fuisse ecclesias baptismales, et certe in universa civitate Meldensi et suburbio nullis aliis præter cathedalem hoc fuisse jus et titulum (ita enim ferebant illius temporis disciplina et mores); sponte subit* Celiniam *et Genovefam in ecclesiam cathedrarem confugisse. Verum in Breviario Meldensi anni* 1546 *hæc, teste Plessæo* (10), *leguntur verba :* Christi autem famulæ ut cognoverunt [*iram et accessum sponsi*], Meldis egressæ, furori juvenis cesserunt... et ecclesiam sitam in loco qui ab antiquis amphitheatrum dicebatur, ingressæ, Dominum precan- E

tur. *Quæ quum ex antiqua traditione servata videantur, cum S. Genovefæ biographi dictis concilianda non autem contemptim abjicienda sunt.*

Olim Meldæ erant ad sinistram Matronæ; ut ex Hincmaro constat

* Marne

9 *Imprimis itaque sciendum est situm Meldarum omnino mutatum videri : nunc enim jacet ad dextram Matronæ, ita ut Silvanecto Meldas itinerantibus solus rivulus* le brasset *transeundus sit, dum ante Normannorum populationem posita esset civitas ad sinistram et iisdem viatoribus Matrona * fluvius transmittendus foret; quemadmodum ex his quæ in Bertinianis, imo potius in Hincmari Remensis Annalibus ad annum* 862 (11) *perhibentur ostendit Plessæus* (12). *Atque hæc aliunde egregie confirmari queunt.*

et ex divisione Belgarum et Gallorum, necnon provinciarum et diœcesium;

10 *Tempore C. Julii Cæsaris Matronam Belgas inter et Gallos fluxisse testatur ipsemet :* Gallos, *inquit* (13), a Belgis Matrona et Sequana dividit; *eamdem divisionem exstitisse sæculo* IV *auctor est Ammianus Marcellinus :* A Belgis, *ait* (14), eamdem gentem (Gallos, qui Celtæ sunt) Matrona discernit et Sequana, amnes magnitudinis geminæ; *et similiter Ausonius, ita de Mosella flumine canens* (15) : Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps, Matrona non, Gallos Belgasque intersita fines. *Quæ quidem non ita intelligenda sunt ac si nullæ partes pagorum, qui spectarent ad Gallos, citra Matronam et Sequanam excurrerent;* (*idemque vicissim de pagis Belgicis dixeris;*) *verum hoc sensu ut capita pagorum seu urbes Gallorum essent ultra Matronam et Sequanam, quamquam ipsi pagi utramque sæpius occuparent ripam : ita ut urbs Meldorum, quam antiqui geographi* Jatinum *vocarunt, ad sinistram Matronæ jacuisse censenda sit; si Galliorum, non vero Belgarum fuerit. Atqui ex vetusto titulo, iis posito temporibus, quibus Lugdunensis provincia nondum* F

divisa

5 *Quæ si minuculatim perpendamus, colligemus primo* S. Celiniam *rebus temporalibus satis instructam fuisse, quum* ministerium *haberet seu servorum gregem. Ejus parentes e nobilioribus fuisse totius pagi adstruit du Plessis* (1), *vadem habens amplificatorem S. Genovefæ Vitæ* (2), *qui* S. Celiniam adolescentulam valde nobilem *appellat. Non repugnabo, dummodo nobilitatem pro temporum illorum moribus intelligas, eamque adscribas non genti victrici Francorum, sed victo Gallorum Romanorumve generi;* Celiniæ *enim seu* Ciliniæ *nomen non usitabatur Francis, sed Romanis, ut* S. Celiniæ *seu* Ciliniæ *matris S. Remigii et* Celinæ *S. Evodii genitricis nomina satis manifestum faciunt.* *genere Galla seu Romana est;*

suscepto velo, nuntium non remittit suis bonis;

6 *Venerat forte Meldas S. Genovefa, quod in vicinia agros habebat, ut ex miraculo de aversa pluvia constat :* In territorio Meldensis urbis, *inquit biographus* (3), congregatis messoribus, cum PROPRIAM messem meteret sæpedicta jam virgo *etc. Quod testimonium eo quoque valet ut ne credamus* S. Celiniam *suum ministerium aliaque bona abdicasse, quum a S. Genovefa sacrum indumentum accepit. Ut enim Parisiensis pia virgo, licet Deo consecrata, agros suos Meldenses aliosque retinebat, ita et* Celiniam, *hospitæ et amicæ suæ vitæ genus amplexam, factitasse* B *indubium est. Licet enim virgines Deo sacræ plane religiosæ essent et eo tunc haberentur numero ab ecclesia quo nunc sanctimoniales (quod in alio opere* (4) *satis ostensum est); non tamen jubebantur se omni prorsus exuere proprio : quam doctrinam erudite defendit R. D. Emery, egregiæ S. Sulpitii congregationis superior* (5). *et post eum R. D. Carrière, ejusdem instituti præcellentissimus theologus* (6). *Similiter necesse non erat religiosa petere claustra : vivebat unaquæque in parentum aut sua domo: cujus rei vestigium adhuc superest in Neapolitanis* monache di casa. *Singulari cura id argumentum olim versavit Yvo Valesius, quatuor virginum ordines distinguens, quorum primus nullo vestis discrimine virginitatem profitebatur; secundus tunicam pullam et pallium furvum cum velo privatim assumebat; tertius in festo Epiphaniæ, feria* II *Paschatis aut in Apostolorum festivitatibus iisdem indumentis publice inter Missarum solemnia ab episcopo vestiebatur, domi tamen, non secus ac duo primi ordines, victurus; et demum quartus ordo, non minori solemnitate velatus, sed vitam acturus in monasterio : atque simul ostendit Valesius nullum tempus medium olim fuisse inter* C *mutationem vestis et professionem. Vide tomum IX Historiæ academiæ inscriptionum.*

fit monacha professione privata.

7 *Quod* S. Celinia *petiit a S. Genovefa, non a presbytero aut episcopo, sibi vestem mutari, cum illis ævi moribus convenit. Erat enim alia vitæ religiosæ professio publica, alia privata; utraque autem ejusdem firmitatis; qui duplex ritus, hodiedum Græcis usitatus,* officium parvi habitus et officium magni et angelici habitus *ab his dici solet; adeoque siquis tunc temporis sive vir, sive femina, externo aliquo signo sufficienter manifestaret se talem esse velle quales tunc erant religiosi, eo ipso vere religiosus erat. Et quidem, si propriis manibus sibi imposuisset* S. Celinia *vestem fusciorem* (*hæc enim* mutata *illa vestis est*), *non autem accepisset a S. Genovefa, æque virgo Deo sacra, monialis seu religiosa professa fuisset : Atque hæc disciplinæ forma saltem usque ad finem sæculi* XI *in ecclesia latina viguit* (7).

(1) Tom. I, pag. 9. — (2) Cfr Act. SS. tom. I Januarii, pag. 145, num. 25. — (3) Ibid. pag. 142, num. 49. — (4) Examen hist. et can. de regularium et sæcularium cleric. juribus et officiis, pag. 44 et seqq. — (5) Mémoires sur cette question ? Les religieuses peuvent-elles, etc. — (6) De Jure et Justitia, part. I, sect. I, cap. IV, § 2, num. 195 et seqq. — (7) Examen hist. etc. pag. 16 et seqq. — (8) Hist. de Meaux, tom. I, pag. 9 et 10; 628 et seqq. — (9) Tom. VIII, col. 1715. — (10) Ibid. pag. 628. — (11) Pertz, Monum. German. tom. I, pag. 456. — (12) Ibid. pag. 707. — (13) De bello Gall. lib. I, cap. 1. — (14) Lib. XV, cap. 2. — (15) Versu 461, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 470.

AUCTORE V. D. B.

divisa fuerat (quod vel Diocletiani vel Constantini Magni tempore factum esse videtur), manifestum est Meldos Gallis non Belgis accensitos fuisse. Eccum monumentum (1).

ÆTE. MEMORIÆ. AVRELI
DEMETRI. ADIVTORI
PROCC. CIVITATIS. SENONVM
TRICASSINORVM. MELDO
RVM. PARISIORUM. ET CI
VITATIS ÆDVORVM.

Idem constat ex Notitia provinciarum et civitatum, condita (ut videtur) Honorio Augusto, et in qua civitas Meldorum *provinciæ Lugdunensis Senoniæ seu quartæ attribuitur* (2); *et similiter ex divisione ecclesiastica juxta quam Meldensis diœcesis provinciæ Senoniensis pars fuit usque ad annum* 1322, *deinceps vero provinciæ Parisinæ.*

item ex ruderibus.

11 *Verum præter hoc argumentorum genus supersunt alia ex ipsa locorum compositione petita. Ad sinistram enim Matronæ ripam, ubi postea exstructa est abbatia seu canonia de Chagia (de qua iterum inferius recurret sermo), detectæ fuere multæ structuræ et fornices subterraneæ, aliaque antiquæ civi-*
B *tatis vestigia.*

Vastantur Meldæ sæpius a Normannis; alio loco ædificantur; Matronæ alveus mutatur;

12 *Neque difficile est assequi unde fuerit factum ut civium sedes ita mutarentur, ut quæ olim esset urbs, deinceps fieret suburbium. Quum enim anno circiter* 865 (3) *Meldas irruissent Normanni,* prima parte noctis eum occupant et sorte igni desolatorio accendere destinant; flammæ quoque ejus incommode lucentes vertunt noctem quasi in diem, ignotasque vias circumquaque penetrant. Domos etiam gementium atque diversas semitas urbis miserrime sanguine humano maculant, ecclesiasque olim venerandas omni spurcitia fœdant. Pulsat ad hæc clamor confusus cælum, terra atque ær gemitibus prægnantium atque lactantium concutiuntur, aureaque sidera flammis ejus voracibus subtrahuntur (4). *Periisse in hac strage cathedrale templum ex eo colligere est quod Hildegarius, Meldensis præsul, quum anno* 868, *regni Caroli XVIII, indictione II,* XV *kal. Novembris, presbyteros suos collegit, hanc suam synodum in suburbano sanctæ* Celiniæ *templo habuit* (5). *Anno* 887 *et* 891 *civitatem iterum vastarunt Normanni eamque penitus flammis sustulerunt* (6). *Exinde pronum erat ut superstites incolæ casas non*
C *in mediis ruderibus, sed potius in septentrionali plaga exstruerent, et similiter ut episcopus in media nova civitate cathedrale conderet templum : quo fieret ut pristinæ civitatis sedes evaderet Meldense suburbium. Neque tamen idcirco in dexteram Matronæ ripam transeundum eis erat, quum olim hic fluvius non recto sed flexo cursu per ampliorem rivi* le Brasset *alveum suas undas circumduceret, vicum Cregy septentrionem versus alluens; adeoque præsens Matronæ alveus, quo Meldæ recentiores dividuntur ab antiqua civitatis sede, effossus videtur anno* 1235 *curis Theobaldi VI, comitis Campaniæ* (7).

Locus olim dictus Cavea, *dein* Cagia *seu* Chagia,

13 *Iis positis, cum Plessæo arbitramur ecclesiam cathedralem eo in loco ante Normannorum invasionem fuisse positam, in quo postea ecclesia de* Chagia *stetit, in suburbio nempe meridionali* (le faubourg de Châge) *ad sinistram præsentis Matronæ alvei, atque* D *hoc suburbium aliquando fuisse ipsam civitatem. Hic scilicet locus olim non dicebatur* de Chagia *seu* de Cagia, *sed* de Cavea. *Hinc in diplomate de dividenda mensa episcopi et canonicorum, anno* 1005 *conscripto* (8), *venit in limine partis canonialis S. Mariæ* in Cavea. *Neu mireris* Caveam *in* Cagiam *seu* Chagiam *mutari : nam litteræ* v, f, ph, p, b, *quæ ejusdem sunt familiæ, sæpe transeunt apud Francos seu Gallos, Theutonicos, Germanos, Anglos aliosque generis Indogermanici populos in* g, ch *etc : sic apud Gallos* abbreviare *factum est* abréger; levis, léger; rubeus, rouge; diluvium, déluge; sapiens, savio, sage; cambio, change; *apud Theutonicos* levis *est* ligt; suavis, zoft *et* zacht; *et ex* graven, *fodere, venit* gracht, *fovea : mitto alia. Secundum hanc itaque legem linguisticam pronum erat ut* cavea *mutaretur in* cagiam, *et reapse quotidie dicimus* une cage d'oiseaux, *manifesto a* cavea *derivatum. Sed quid excurrimus? Quæ anno* 1005 *dicebatur ecclesia* S. Mariæ in Cavea, *anno* 1135 *in diplomate de erecta hac æde in canoniam regularem appellatur* ecclesia B. Mariæ de Cagia (9) *et in ejusdem pontificia confirmatione* (10); *verum ab anno* 1155 *incipit ecclesia* B. Mariæ de Chagia *vo-*E *cari* (11), *sæpius tamen postea* Cagiensis *adhuc vocata et* de Cagia (12).

olim erat amphitheatrum, prope quod erat cathedrale templum.

14 *Jam vero amphitheatra, ut* arenæ (*remansit hucusque id nomen amphitheatro Nemausensi et Tinteniacensi*), *sic et* caveæ *dicebantur sæpius, post eversam saltem rempublicam : cujus rei testimonia collegit Lipsius* (13) *ex Apulejo, Tertulliano, Julio Firmico, Ammiano, Salviano et Prudentio. Hoc nomine designata fuisse aliquot Galliæ amphitheatra nequaquam dubium est Valesio* (14), *Plessæo* (15), *Galliæ Christia nascriptoribus* (16), *iis qui Cangii Glossarium auxerunt additamentis* (17), *Le Moine* (18) *aliisque : quod maxime deducunt ex nomine abbatiæ Suessionensis, S. Crispini in* Cavea, *vulgo* S. Crespin en Chaie *appellatæ, quod pristini amphitheatri locum occuparet. Addere potuissent amphitheatrum Augustodunense etiamnum vulgo vocari* Caves-Juliot, *seu* Caves-Joyaux, *quod forte a Julio Sacroviro extructæ essent* (19). *Neque aliter sentiendem est de* cavea *Meldensi, quum antiquum breviarium aperte meminerit* amphitheatri, *in cujus vicinia posita erat ecclesia et baptisterium,* S. Celiniæ *refugium. Imperatoribus enim cæsaribus augustis, multæ Galliarum civitates arenis, aliis intra, aliis extra mœnia constructis seu congestis, ornatæ sunt. De Augusta Suessionum, Durocortoro Remorum, Divoduro Mediomatricorum, Augusta Trevirorum, Agedinco Senonum, Rotomago, Lutetia Parisiorum et Nemauso* * *mentionem facit Valesius : quibus Mongez* (20) *addit Forum Julii, Arelatem, Sanctonas, Augustodunum et Tinteniacum* *, *omittens Xantas* (21) *aliaque oppida. Ut nil mirum sit suum quoque fuisse Meldis. amphitheatrum. Plura ex his vix sui reliquerunt vestigia, vel quod solum ex ligno aut ex congesta terra constarent, vel quod vix aliud essent quam naturalis vallis, gradibus in orbem dispositis. Atque hæc sufficere videntur ut appareat olim ad sinistram Matronæ Meldorum civitatem fuisse positam; in ea exstitisse amphitheatrum* caveam *dictum; in ejus*
F

* Soissons, Reims, Mets, Trèves, Sens, Rouen, Paris, Nîmes.
* Fréjus, Arles, Saintes, Autun, Tinténiac

(1) Gruterus Inscript. pag. 371, num. 8; D. Bouquet, tom. I, pag. 130, num. 14. — (2) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 122. — (3) Cfr du Plessis, tom. I, pag. 708. — (4) Vita S. Faronis, cap. 128, ap. D. Bouquet, tom. VII, pag. 358.— (5) Mabillonius, Analecta, pag. 412, edit. in-fol.—(6) Du Plessis, tom. I, pag. 87. — (7) Ibid. pag. 3. — (8) Ibid. tom. II, instr. VII, pag. 7. — (9) Ibid. instr. XLVII, pag. 29. — (10) Ibid. instr. LIII, pag. 32. — (11) Ibid. instr. LXXIV, pag. 42.— (12) Ibid. pag. 43, 52, 60. Cfr Valesius, Notitia Galliæ, pag 331 et 332.— (13) De amphitheatro, cap. II, tom. III, opp. pag. 558 et 559. — (14) Notitia Galliæ, pag. 58, 332, etc.—(15) Tom. I, pag. 629.—(16) Tom. IX, col. 464. — (17) V° *Cavea.* — (18) Histoire des antiquités de Soissons, tom. I, pag. 152.—(19) Hist. de l'antique cité d'Autun, par Edme Thomas, pag. 63, 64 et 217, Paris, 1846.—(20) Encyclopédie méthod. Antiquités, tom. I, pag. 155. — (21) Act. SS. tom. V Oct. auctar., pag. 19.

vicinia

A *vicinia conditum fuisse cathedrale SS. Mariæ et Stephani templum, ad quod confugere* SS. Celinia *et Genovefa; fuisse id verisimiliter destructum a Normannis et dein alio in loco fuisse reædificatum; in pristina ejus sede postea fuisse conditam S. Mariæ ædiculam, quam ineunte sæculo* XI *occuparunt canonici regulares; et demum scriptorem Breviarii, quum dixit* SS. Celiniam *et Genovefam* Meldis egressas *fuisse ut se in cathedrale seu baptismale templum conferrent, locutum esse secundum locorum suo ævo dispositionem, nulla ratione pristinæ civitatis sedis habita. Plura ad nos non pertinent.*

Abbatia seu prioratus et pons S. Celiniæ.

15 *Honestabatur olim Meldis* S. Celiniæ *memoria templo non spernendo, cujus prima origo fuerat ædicula super sanctæ virginis sepulcro ædificata. Progrediente ætate additum etiam fuit monasterium quod sæculo nono plus sexaginta monachos cepisse traditur, veste alba indutos, quamquam S. Benedicti regulam servasse censendi sunt : non enim olim tanta de coloribus sollicitudo. Anno* 868 *illic habitam fuisse synodum diximus supra. Verum postea per Normannorum forte anno* 887 *et* 891 *iterum ingruentium strages id asceterium ad eam inopiam devenit ut sæculo* X *vix uni monacho alendo par* B *esset. Miseranda monasterii conditione perculsus, avunculus Hugonis* d'Oisy, *Meldensis vicecomitis, novos induxit aliunde accersitos monachos, qui rem sacram et temporalem restituerent; sed male cessit tentamen, nova illa colonia in morum improbitatem prolapsa. His itaque expulsis, convenit Hugo vicecomes Bernardum Majoris Monasterii, tunc in agro Turonensi florentissimi, abbatem, qui aliquot ex suis cum priore mitteret. Probavit id consilium Gualterius II Meldensis præsul anno* 1096. *Atque exinde* S. Celiniæ *ædes prioratus Majoris Monasterii fuit, donec anno* 1658 *nonis Decembris, prioris titulo intacto, mensa conventualis adjuncta est prioratui B. Mariæ de Bono-Nuncio Aurelianensi, quem tunc temporis denuo monachis frequentare satagebat Benedictus Brachet, congregationis S. Mauri generalis præpositus* (1). *Præterea unus ex quatuor Meldensibus pontibus, quod proximus esset* S. Celiniæ *templo ab anno saltem* 1262 S. Celiniæ *pons* (pont sainte Celine) *appellatur.*

AUCTORE V. D. B.

Cultus ecclesiasticus Meldis.

16 *De cultu* S. Celiniæ *in diœcesi Parisiensi supra num.* 1 *dixi. In Breviario Meldensi, quod anno* 1640 *auctoritate Dominici Seguier, Meldensis episcopi, prodiit, officium* S. Ciliniæ *virginis sub ritu semiduplici indicitur. Oratio est* Exaudi nos *de communi. Lectiones* II *Nocturni et Responsoria propria sunt, atque his concepta verbis :* LECTIO IV. Celinia virgo, nobili prognata familia, et ob formæ præstantiam ab illustri juvene in conjugem expetita : cum sancta Genovefa Meldis degeret, se in illius disciplinam tradidit, et studio virginitatis servandæ in sociam adjunxit. Quod ubi rescivit ille juvenis, mox furore fervens Meldas advolat, dira in Genovefam meditans, dilectamque puellam, qua vi, qua prece sibi vendicaturus uxorem. ℟. Non eris inter virgines fatuas, dicit Dominus : sed eris inter virgines prudentes accipientes oleum lætitiæ cum lampadibus suis! * Obviantes obviaverunt sponso cum palma virginitatis. ℣. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Obviantes. LECTIO V. Hunc advenisse ira plenum ubi ambæ Christi famulæ cognoverunt, divinum sub præsidium confugere. Ecclesiam itaque festine petunt, E cujus occlusas ostendunt * fores, insequente juvene, qui cum valida manu adventabat : cum ecce baptisterii januæ sacræ tremulis virginibus ab angelis reseratæ sunt atque illis divinitus eo ad tutelam admissis, mox adyta clausa furenti juveni sociis apparuerunt. ℟. Simile est regnum cælorum decem virginibus *etc.* LECTIO VI. Concussit persequentis animum tam stupendus eventus, quem divinæ virtuti (ut par erat) tribuens, cui impium sit repugnare, in pace puellam dimisit et ad propria regressus est. Porro Celinia, voti compos prorsusque libera, se Christi sponsi amori totam addixit, moresque sanctæ Genovefæ invitata *, * imitata quam conversatione tota vita æmulata fuerat, post mortem etiam ad cæli gloriam secuta est. ℟. Hæc est virgo sapiens... accepta lampade, etc.

* offendunt

(1) Cfr Du Plessis, tom. I, pag. 10, 11, 13 et 14 Gallia; Christ. tom. VIII, col. 1675; Valesius, Notit. Galliæ, pag. 332.

DE S. ANATOLIO CONFESSORE

C F

EPISCOPO CADURCENSI

IN OPPIDO S. MICHAELIS AD MOSAM

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

V. D. B.

§ Unicus. Fontes unde cognoscuntur quæ ad S. Anatolium pertinent. An fuerit Cadurcensis episcopus. Corporis translatio sæculo VIII. Cultus in monasterio S. Michaelis ad Mosam.

VERISIMILITER CIRCA ANNUM 500. *Jam dudum non coluere*

Felicem culpam dixerim sacrilegum furtum, *quo forte factum est ut ne omnino perierit* S. Anatolii *episcopi Cadurcensis memoria. Non enim ulla ejus apud Cadurcenses fama superest, ita ut ne in episcoporum quidem catalogo ejus legatur nomen; dum olim in S. Michaëlis ad Mosam monasterio, quo clanculo delatum fuerat, bis quotannis ejus ageretur festivitas. Id jam pridem moniti*

Cadurcenses S. Anatolium *episcopum suum,*

AUCTORE V. D. B

moniti fuere Cadurcenses a Dionysio Sammarthano (1); *cujus tamen rei rationem habendam non esse arbitrati videntur, quum non ita pridem novum Proprium auctoritate Summi Pontificis approbandum Romam detulerunt. Sane nulla in eo de* S. Anatolio *memoria. Re quidem vera innuerat Sammarthanus non tanti facienda esse quæ de Cadurcensi* S. Anatolii *episcopatu traderentur, quum* officio proprio *niterentur* non ita vetusto; *sed quum ii qui id Proprium consarcinarunt ita a severiori critice abhorruerint, ut et fictitium* Flavium Dexterum, sancti Hieronymi coævum, *adsciverint in auxilium* (2), *nequaquam putandum videtur ab iis omissum fuisse* S. Anatolium, *quod non satis certæ eis haberentur S. Michaelis monachorum traditiones.*

de cujus translatione libellus scriptus est tempore Caroli Magni,

2 *Verum, quascumque demum ob causas neglectus fuerit* S. Anatolius *a Cadurcensibus, non tamen ambigendum est quin ad eos pertineat. Etenim, si recens sit quod Sammarthano præluxit officium proprium, recentia nequaquam sunt quæ de eo comperta habebant S. Michaelis monachi. Etenim in Chronico monasterii S. Michaelis* [a] *in pago Virdunensi, cujus editionem Mabillonii* (3) *debemus curis, hæc legimus :* De abbatibus autem qui loco præfuerunt ante tem-
B pora Caroli Magni nihil dictum reperimus. In privilegio autem, quo prædictam libertatem confirmat exemplo patris sui Pipini, asserit se Ermengaudo episcopo ac abbati idem privilegium concedere : quem utique Ermengaudum illum esse credimus qui in quodam ipsius ecclesiæ libello legitur in expeditionem cum rege profectus corpus beati Anatholii de Cadurcensi urbe detulisse. *Quum itaque id Chronicum scriptum est, tenebant S. Michaelis ascetæ libellum de translatione corporis* B. Anatolii *de Cadurcensi urbe. Atqui hunc libellum statim post translationem factam conscriptum fuisse pronum concludere est. Chronographus enim ille ineunte sæculo* XI *scribebat; quemadmodum ex ipsius volumine colligimus. Videlicet, ubi suscepti laboris rationem dat :* Postulatus, *inquit* (4), a patribus monasterii S. Michaelis, amplius autem a domino Nantero abbate ejusdem loci, patre meo, senectutis baculo, cujus ope utcumque sustentor et amminiculor, statui summatim succincteque de loci ejusdem structura a fundamento, veluti superficiem tangendo, perstringere. *Et paulo post addit se cum eodem Nantero abbate* fere quinquennio morari. *Quocirca, quum Nanterus Adalberto abbati anno* 1020
C *suffectus fuerit, (ita enim fert Gallia Christiana nova* (5) *et catalogus ms. abbatum S. Michaelis qui penes me est,) manifestum est id Chronicum anno fere* 1025 *conscriptum fuisse.*

[a] Saint-Mihiel (Meuse).

ut colligitur ex Chronico S. Michaelis ad Mosam, scripto ineunte sæculo XI.

3 *Admodum senex erat jam tunc temporis chronographus ille, ut ipse passim innuit, et a Nantero, ut videtur, ex S. Vitoni asceterio eductus qui apud S. Michaelis monachos disciplinam et literas restauraret. Ut autem hujus cœnobii res scripto mandaret, scrutatus est omnia quam diligentissime et seniores percunctatus est* (6). *Verumtamen originem et auctorem libri de translatione* S. Anatolii *assequi non potuit, quemadmodum aperte fatetur, eum* libellum quemdam ipsius ecclesiæ *nuncupans; qui idcirco sæculo* XI *ineunte jam antiquus dicendus fuisse videtur : cui rei si addatur solemne fuisse ut id scriptionum genus conficret quam primum, nemo non videt quam probabile sit lucubrationem illam jam tempore Ermengaudi abbatis et Caroli Magni imperatoris conditam fuisse; maxime quod tunc ibidem florerent* D
literarum studia, ut Smaragdi scripta aliaque documenta testatum faciunt.

Non ambigendum quin episcopus Cadurcensis fuerit S. Anatolius;

4 *Nequaquam igitur ambigendum est quin de Cadurcensi urbe ad S. Michaelis cœnobium delatum fuerit* S. Anatolii *corpus. Sed quum Chronicum S. Michaelis de ejus episcopatu non meminerit, nonnemini forsan de eo dubitare libebit. Verum nequaquam prudens id dubium fuerit. Ex citato enim Chronico et ex lectionibus inferius edendis manifestum est nullis apud S. Michaelis monachos de* S. Anatolio *fictionibus locum fuisse; ita ut ne lectiones quidem de ejus vita haberent, sed de translationibus tantum. Quocirca ea pauca, quæ apud ipsos tradebantur, cum fiducia accipi posse videntur. Et certe Ermengaudus ea Cadurci vel ab accolis acceperat, priusquam ejus ossa eruenda curasset, vel potius ea legerat in lapide sepulcrali : videlicet Anatolium fuisse episcopum et die* 6 *idus Februarii diem obiisse. Nil enim aliud compertum habuisse videntur. Cæterum ipsa festivitatis norma non spernendum argumentum est. Quum enim olim inter officium ecclesiasticum de confessore non pontifice idem fere observaretur discrimen, quod nunc in omnium incurrit oculos, (ex comparatione officii de S. Benedicto* E
cum officio de confessore pontifice facile id deprehendes in antiquis libris liturgicis (7),) *illud ipsum recentius officium, quod de* S. Anatolio *tamquam de confessore pontifice peragebant S. Michaelis monachi, necessario cogit ut dicas ab initio certum fuisse Ermengaudo abbati* S. Anatolium *fuisse episcopum, vel aliquando mutatum fuisse ejus officium : quod nullo jure supponas. Quando enim ejuscemodi mutationes inducuntur, id propterea fit quod uni sancto affinguntur alterius acta, aut saltem quod ejus cultores non norunt amplius eumdem sobrie laudare. At neutro vitio se umquam macularunt S. Michaelis monachi, quum ad finem usque sibi ignota esse* S. Anatolii *laudes professi fuerint. Neque est quod objicias in vetustissimis codicibus, v. g. in editione Antiphonarii S. Gregorii Magni, quam non ita pridem singulari cura in lucem dedit noster Ludovicus Lambillotte* (8), *Graduale de S. Felice, presbytero Nolano, idem esse ac de confessore pontifice, scilicet* Juravit; *id re quidem vera ita est; verumtamen alius est introitus, nempe* Os justi, *ad solos confessores non pontifices pertinens. Quibus omnibus adde sæculo* VIII *valde rarum adhuc fuisse confessorum non pontificum cultum.*

F

verisimiliter paulo ante annum 306.

5 *Jam si quæratur quo tempore* S. Anatolius *Cadurcenses infulas gesserit, conjecturis tantum locus fit. Certi tamen aliquot temporis limites statui possunt. Imprimis ex his quæ inferius de translationis tempore disseremus manifestum erit S. Anatolium anno* 778 *multo esse antiquiorem, ejusque proin episcopatum signandum esse ante S. Ambrosii tempora, qui ab anno circiter* 745 *ad* 778 *Cadurci sedit* (9). *Quin etiam, quum sepulturam* S. Anatolii *omnino a Cadurcensibus neglectam repererit Ermengaudus circa annum* 778, *pronum fit credere eum jam plus centum annos humatum jacuisse; quo filo ad S. Desiderii tempora deducimur, qui aliquanto post medium sæculum* VII *e vivis sublatus est. S. Desiderii decessores apprime noti usque ad Maurilionem* (10), *qui facile ab anno* 565 *Cadurcensem sedem occupavit* (11). *Leocadius, qui et Maximus, anno* 549 *Aurelianensi concilio interfuit; quem præcedunt in catalo-*

(1) Gallia Christ. nov. tom. I, col. 117. — (2) Vide lectiones S. Amatoris ad 16 Augusti. — (3) Vett. Analecta, pag. 352, edit. 1723. — (4) Ibid. pag. 351. — (5) Tom. VIII, col. 1274. — (6) Analecta, pag. 351. — (7) Cfr Opp. S. Gregorii M. tom. III, col. 810, etc. — (8) Antiphonaire de S. Grégoire, Fac-simile du Ms. de Saint-Gal, pag. 47 et 48. — (9) Cfr Act. SS. tom, VII Oct. pag. 1034 et 1044. — (10) Gallia Christ. nov. tom. I, col. 119 et seqq. — (11) De la Croix, Series episc. Cadurc. pag. 22.

gis

A *gis tria græca nomina, Alithius a Paulino presbytero laudatus; Boethius, qui anno* 506 *concilio Agathensi, et quinquennio post Aurelianensi I subscripsit; et Sustratius, qui anno* 533, *anno* 538 *et anno* 541 *trium conciliorum Aurelianensium decreta firmavit* (1). *Equidem crediderim ad id fere tempus pertinere* S. Anatolium. *Etenim passim olim per Gallias sparsos fuisse homines origine græcos res indubia est. Ejuscemodi viros priori sæculi* VI *parte prævaluisse in ecclesia Cadurcensi ipsa episcoporum nomina testatum faciunt : quocirca quum* S. Anatolii *nomen græcum quoque sit, planum est ut ad id quoque ævum referatur. Deinde non spernenda est S. Michaelis monachorum traditio, qua* S. Anatolius, devastantibus ecclesiam infidelibus qui a Gothis quondam originem duxerant, episcopatum gessisse *dicitur. Atque hæc ad Alarici regnum spectant* (2), *qui ab anno* 484 *usque ad annum* 507 *Gothis præfuit* (3), *et qui, licet patre suo Eurico in catholicos benignior, non tamen suos impedivisse videtur quin catholicos multis afficerent calamitatibus. Quamobrem non a vero forte abluderetur, si inter Alithium et Boethium poneretur in Cadurcensi diptycho* S. Anatolii *nomen, ejusque obitus signaretur*
B *paulo ante annum* 506, *quo Boethium Agathensi synodo interfuisse diximus.*

Anno 778 *Cadurco translatæ ejus reliquiæ*

6 *De tempore translationis reliquiarum ita disserit Calmetus* (4) : Scriptor Vitæ S. Anatolii (5), *inquit,* asserit hanc translationem factam septuaginta annis posteaquam S. Michaelis abbatia fundata est, videlicet quum Carolus Magnus a bello Saxonico redux obsidione Cadurcum cingeret et potiretur. Jam vero annus septuagesimus a fundata abbatia cum anno Christi 778 convenit, quo Carolus Magnus bellum intulit non Saxonibus, sed Sarracenis, et inter redeundum Wasconum impetum sustinuit in Pyrenæis montibus et insignem in
* Roncevaux Roscida Valle * cladem accepit : adeo ut si loco *Saxonum* legamus *Wascones*, facile intelligetur quid sibi voluerit scriptor. *Et quidem error videtur ortus ex eo quod, quum Eginhardus a bello Saxonico transiret ad Hispanicum, ita locutus est* (6) : Cum enim assiduo ac pene continuo cum Saxonibus bello certaretur, dispositis per congrua confiniorum loca præsidiis, Hispaniam quam maximo poterat belli apparatu adgreditur; *unde factum sit ut Saxones Hispaniæ populum fecerit ille. Utut id est, certe* Saxones *ibi* Wasconum *locum*
C *occupant; nam, ut Calmetus pergit,* quid ex Saxonia reditus cum capto Cadurco commune habet? Quod si de capto Cadurco apud historicos altum silentium est (*excipe tamen antiquum S. Michaelis chronographum*), *id fieri potuit quod* hæc res inter tot ingentia bella non tanti visa sit momenti, quum forte vix Caroli armis restiterint Cadurci. *Reliqua autem, quæ ad translationem hanc aliasque dein secutas pertineant, satis explicantur in Officio ecclesiastico, quod subjicimus.*

in monasterium S. Michaelis ad Mosam ibique deinceps cultæ

7 *Celebrabatur olim in S. Michaelis asceterio duplex* S. Anatolii *festum, alterum die octava Februarii, alterum die vigesima prima Octobris. Dionysius Sammarthanus ponit prius die* septima *Februarii, sed manifesto errore. In lectione enim prima dicitur* S. Anatolius æternæ gloriæ laurea donatus VI idus Februarii, *eumdemque diem habet Calmetus* (7). *Die* 7 *Februarii recolitur in vetustis aliquot martyrologiis memoria* S. Anatolii *martyris, cæterum incogniti* (8). *Hinc forte illa assertio orta; verum ambo illi sancti nil inter se commune habent. Idem dixerim de aliis sanctis Anatoliis, quos Gallia plures numerat et colit. Die et loco cultus, necnon episcopali sede satis distinguuntur.*

AUCTORE V. D. B.

TRANSLATIONES ET MIRACULA

S. ANATOLII EPISCOPI.

Ex officio monasterii S. Michaelis ad Mosam a.

a

Anatholius, Cadurcinæ urbis in Gothia *b* episcopus, devastantibus ecclesiam infidelibus qui a Gothis quondam originem duxerant, episcopatum gessit. Is post multos labores, pro Christi nomine et fide catholica perpessos, plenus meritis, dives operibus, æternæ gloriæ laurea donatus VI idus Februarii. Cujus corpus cum in ecclesia sepeliri propter ingentes ab infidelibus calamitates, eo tempore suscitatis *c*, minime potuisset, extra urbem inter vineta *d* indecenter tumulatum est *e*. Quamdiu vero ecclesiam illam rexerit, eoque loco ignotus post mortem jacuerit, solus ille novit, cui nihil perit : præsertim cum inter tot temporum injurias bellorumque procellas, quibuscum Christi agitabatur ecclesia, vixerit et obierit. Verumtamen ne debito honore fraudaretur, cujus mors in conspectu Domini extiterat pretiosa, sepulchrum ejus jam inde miraculorum luce coruscantium in dies universim clarescere cœpit.

S Anatolius *Cadurcensis episcopus, post multa pro fide certamina, Cadurci sepultus est,*

b

E

c

d *e*

2 Igitur cum post devictos Saxones *f* in Gallias redeuntem Carolum Magnum Hermengaldus præsentis monasterii abbas tertius *g* fuisset secutus *h*, (quem ille pro singulari pietate et in rebus agendis prudentia plurimum venerabatur), Cadurcina urbe expugnata et pristina populo fideli restituta libertate *i*, illico præsulis Anatholii undequaque diffusum sanctitatis odorem pius abbas sensit, sacrumque corpus apud barbaros incultum jacere diutius ferre non potuit. Itaque inito consilio qua ratione sacratissimum pignus ab incuria eximeret, noctu cum
F suis thesaurum optatum sustulit *k*, et confestim ad propria reversus, monasterium, quod ante septuaginta annos in monte Castellione, nunc Ecclesia Veteri * nuncupato, fuerat exstructum *l*, sacris reliquiis magna cum pietate parique populi utilitate locupletavit.

atque inde, ubi neglectus jacebat, tempore Caroli Magni ab Ermengaudo abbate

f

g *h*

i

k

* Vieux-Moûtier,

l

3 Sed quoniam post honorem Sanctorum reliquiis exhibitum utilitatem animarum imprimis attendendam sciebat vir prudentissimus, ideo ut devotioni fidelium subveniret, quos sua sponte ad sanctos colendos et invocandos religiose propensos noverat, sacra pignora in ecclesiam sanctorum martyrum Cyrici et Julittæ reposuit; veritus ne si in monasterium *m* suum inferret, quod exstructum fuerat in monte Castellione, ex quo huc illud transferre jam diu statuerat, populus sacrorum distantia et montis asperitate deterritus a pio visitationis et religiosi cultus obsequio averteretur.

in ecclesiam SS. Cyrici et Julittæ, dein S. Stephani dictam, prope S. Michaelis fanum asportatæ sunt;

m

4 Postquam ergo Smaragdus, ejus successor abbas quartus *n*, vir insigni pietate et doctrina

hinc anno 1253 *transla-*

n

(1) Gallia Christ. tom. I, col. 117. — (2) De Cathala-Coture, Hist. de Querci, tom. I, pag. 49 et 50. — (3) Cfr D. Bouquet, tom. II, pag 66 et 68. — (4) Histoire de Lorraine, liv. XIII, num. 29, tom. I, col. 659 et 640. — (5) Officium S. Anatolii, San-Miheli impressum anno 1625, in-8°. — (6) Vita Caroli M., num. 9, ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 92. — (7) Hist. de Lorraine, tom. I, col. 659. — (8) Act. SS. tom. II Februarii, pag. 13.

prædītus,

AUCTORE ANONYMO.

præditus, authoritate apostolica monasterium de monte Castellione seu Ecclesia Veteri in vallem prope pagum Godonis Curiam, nunc sancti Michaelis urbem vocatum, transtulisset *o;* venerabilis Petrus *p* Virdunensis suffraganeus anno Domini 1255 ex ecclesia præfata sanctorum martyrum Cyrici et Julittæ, nunc sancti martyris Stephani papæ, easdam sacras reliquias in ecclesiam sancti Michaelis solemni pompa transtulit, easque Gualterius abbas vigesimus octavus argentea capsula, gemmis et auro ornata, honestissime inclusas, in altari post majus, in extrema chori parte, in honorem sancti antistitis Anatholii de novo erecto, religiose collocavit.

te in templum S. Michaelis;

o

p

anno 1469 *solemniter recognitæ;*

5 Anno vero millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, præsente Anglicano episcopo Thoma *q*, ad instantiam piæ cujusdam ac nobilis matronæ et Ulrici *r* prædicti hujus monasterii abbatis, prædicta capsula recognita fuit : in qua sacrum corpus tribus pannis sericis diversicoloribus honestissime involutum repertum est, simulque cum eo litteræ cum quatuor sigillis appensis fidem indubitatam facientes. Quæ omnia integra et salva ad hæc usque tempora remansisse compertum est.

q

r

B

et anno 1619 *loco mutatæ.*

6 Aperta est anno millesimo sexcentesimo decimo nono prædicta capsula ut restauraretur, et in decentiore atque ad populi devotionem promovendam accommodatiore loco, in altari de novo in dextra chori parte erecto, reponeretur *s* : ex quo in dies major honoris accessus frequentiore solito populi devotione fieri incepit.

s

Miracula, sanctitatis signa,

7 Quia vero miracula viam ad Christi fidem quam latissime sternunt, iisque quasi sigillo eadem fides consignata a Christo et apostolis tradita ac per orbem terrarum propagata est, quantæ putamus fidei dedit Deus in sanctissimo præsule Anatholio indicium; cujus sanctitatem tot signis testatam nobis reliquit, ut non immerito sacras ejus reliquias velut salutares ac vivificos fontes, miraculis scaturientes, ac cælestium gratiarum balsamum, spiritalemque unctionem exsudantes nobis esse paterna providentia disposuerit. Et quidem rei eventus veritatem comprobavit.

olim Cadurci facta et dein in S. Michaelis.

8 Collocato siquidem ab Hermengaldo abbate in ecclesia sanctorum martyrum Cyrici et Julittæ sacro corpore, longi temporis præterlabentis spatio populus, qui non nisi ut plurimum rerum novitate ac utilitate ducitur, a primaria solitaque in sancti præsulis reliquias devotione et cultu cœpit tepescere, eo quod nulla tunc apud sepulchrum ejus fierent signa, ut ante in Gothia ab indubitatæ fidei Hermengaldo olim facta fuisse relatum fuerat. At rerum omnium justissimus ponderator Deus, idemque fidelis ac munificentissimus in electos suos, æque multipliciter ac sublimiter honorandos, famulum suum in aliena patria alienum aut inglorium non reliquit.

C

Post nocturnum strepitum apparet S. Anatolius.

t

9 Nam Ailardus *t* quidam prædictæ ecclesiæ custos ac presbyter, de nocte ingentem strepitum ac fragorem juxta capsulam sancti præsulis audiens, ecclesiam ipsam adiit, tumultusque causam exploravit. Cum ecce subita lux, meridiana clarior, paullatim emissa e crypta, omnem ecclesiæ ambitum replevit, cereosque ac lucernas omnes fulgore suo succendit. Magnam insuper vidit virorum catervam veste candida prodeuntem inter quos fulgebat cæteris amplius quidam senex magnificus, auro intextis vestibus, vultu angelico; quem astantes universi altare circum positis genibus honorificentissimo cultu venerabantur : accedensque et presbyterum intuitus : Scis, inquit, quis sim ego? Ad hæc cum stupefactus obmutescebret, addidit : Ego sum Anatholius, quem vos negligitis. Quibus dictis, luce evanescente, cum tota illa beatorum frequentia recessit. Ex quo incredibili terrore perculsus sacerdos in terram corruit, et palpitantem pene exanimis vocem audientes domestici accurrunt, domum deferunt; ubi cum diutius graviter laboraret, vitam monasticam amplecti statuit; quam in hoc cœnobio postea professus, tandem feliciter et religiose in Domino occubuit.

D

Duo fures vaccarum puniti et liberati, canistris relictis in testimonium;

10 Hæc autem miraculosa sancti patris Anatholii manifestatione, populi erga illum denuo excitata devotio cum fuisset, ac sacra cœpissent limina teri diligentius; duo fures piæ cujusdam mulieris duas juvencas, pro foribus ecclesiæ (ad quas sacras veneratura reliquias diverterat) relictas, noctu surripuerunt : abeunt cum præda, tota nocte in campis circumquaque oberrant, nescii ubi essent. Ad januas ecclesiæ, ubi furtum commiserant, die sequenti dominico mane recurrunt; in loco stant immobiles attoniti vaccas tenentes capistro vinctas; sed (quod mirum videbatur) eorum manus eodem vinculo ita perplexæ et implicatæ tenebantur, ut nedum a se prædam abjicere, sed nec sese ab ea extricare ulla ratione possent. Quare Deo vindice pœnam furti publica ignominia, populo miraculum spectante, luentes, pœnitentia ducti, implorato sancti patris Anatholii subsidio, liberi discesserunt : relictis interim vaccarum capistris et ad januam ecclesiæ in superliminari ad prodigii fidem posteris faciendam appensis : ubi usque ad irruptionem et devastationem Normannorum et Britannorum circa annum Domini millesimum tercentesimum sexagesimum primum *u* remansisse monumenta nostra testantur.

E

u

festum S. Bartholomæi violans punitus.

11 Visebatur etiam ibi filum, acus et tegumenta sutorum, vulgo dicta *wantes x*, quas cum sutor quidam, Ripaldus *y* nomine, festo die sancti Bartholomæi *z* contra prohibitionem ecclesiæ sueret, manibus ejus et wantes et acus et filum cum subula quasi consuta inseparabiliter adhæserunt : quousque [a] Deo per intercessionem ejusdem beati antistitis propitio solveretur.

x

y

z

Utiliter invocatus S. Anatolius *ab energumenis;*

12 Neque vero beatissimo præsuli Anatholio adversus dæmones virtus defuit : imo magnam semper in sacris ejus reliquiis adversus eos virtutis præsentiam inesse compertum est. Mox enim ut sacrum ejus loculum *aa* accesserint energumeni, velut jaculis inde emissis, aut vibrante quadam terribili framea percussos rugire dæmones, multo cum terrore excuti ac longius vidisses profugari. Nequaquam enim divinas scintillas ex sacris ejus ossibus exilientes ferre poterant; quippe quæ divina benedictione cælestique gratia replerentur, ac apostolicam in se potentiam, qua pessimi illi fugarentur, continerent. Atque inter alios multos fidem fecit Carolus quidam adolescens ex pago Ham vicino, qui, terribiliter ac miserabiliter a dæmone divexatus, a parentibus ad sepulcrum sanctissimi antistitis adductus fuerat. Hic mox ut loculum, in quo sacrum corpus jacebat, accessit, confestim a dæmone, sanctorum cinerum flagella Sanctique Spiritus eos obumbrantem gratiam non ferente, liberatus est.

aa

F

patronus habetur contra incendia propter mappam mirabiliter non combustam:

13 Ægrotus quoque, acerrimo capitis ac dentium dolore confectus, cereum suæ magnitudini æqualem *bb* ad altare sancti Cyrici coram reliquiis sacris accendendum attulerat : qui de nocte accensus cum in tabulam altaris accidisset, absque ulla vel levissima mapparum aut ornamentorum combustione penitus consumptus est; ægroto interim pro sua devotione et sancti præsulis merito incolumi recedente.

bb

Ex

A Ex quo factum est, ut inde ejusdem sancti meritis et intercessione fideles, ut ab incendio liberentur, soleant deprecari.

similiter contra siccitatem.

14 Sed et cælum beatissimus præsul, velut alter Elias, olim aperuit. Cum enim aliquando immensa siccitas totum pene orbem, agris sterilescentibus, hominibus ac jumentis marcescentibus arescere faceret, venerabilis piissimique Dadonis *cc* præsulis monitu, fideles jejunare ac indumenta linea *dd* deponere et Hattonis Castrum ad ecclesiam sancti Mauri *ee*, ablata secum beatissimi antistitis arca, pro obtinenda a Deo pluvia supplices procedere jussi sunt. Qui quidem revertentes cum in agro prope Iladonvillam ex nimio solis ac sitis ardore fatigati consedissent, corporisque ac cordis doloris tædio fracti sæpius ac impensius beatissimi Anatholii suffragio cum altis suspiriis miserabiles lachrymas funderent, obortam subito occidentem versus nebulam paulatim cælum obducentem conspiciunt, qua tota terra largissima imbrium inundatione liberalissime perfusa est; nulla interim ne gutta quidem in sacri pignoris arcam decidente.

cc

dd

ee

Sepulcrum miro lumine honestatur et puella liberatur a paralysi.

15 Visa est etiam aliquando de ecclesia, in qua sanctissimi viri corpus habebatur, insolito perfusa lumine, circumquaque radios tantæ claritatis diffundente, ut inde cereum miræ magnitudinis ante altare divinitus incensum pia mulier e vicino se B vidisse retulerit : Deo nimirum sacra ossa tam cælesti illustrante lumine in terris, quæ in cælis æterna sunt luce collustranda, ac cælestis curiæ æterna futura sunt paramenta. Puella quoque paralysi laborans ad eamdem ecclesiam accessit; quæ, oborta altare circum nebula diffusoque undique odore suavissimo, mirabiliter sanata fuit. Multa denique et alia fecit Deus per venerandum antistitem Anatholium, quæ illius eximiæ sanctitatis testimonia abunde extiterunt.

ANNOTATA.

a *Id officium typis impressum fuit anno* 1625 *in oppido S. Michaelis ad Mosam. Id manu sua descripsit Lahierus noster, in rebus historicis Lotharingiæ versatissimus, anno* 1646, *et ad decessores nostros destinavit. Divisum autem erat in tres fere partes; quarum prior, numeros nostros* 1 *et* 2 *capiens, titulum illic habebat :* Ex tabulis monasterii sancti Michaelis impressis; *secunda, ex numeris nostris* 3, 4, 5 *et* 6 *constans, præferebat hæc verba :* Sequitur in C Sermone de translatione et miraculis sancti Anatholii episcopi et confessoris; *tertiam partem, reliquos numeros complexam, eadem omnino verba præeunt.*

b *Quo anno Gothi agrum Cadurcensem occuparint, non omnino liquet; attamen eos illo potitos fuisse aliquanto ante finem sæculi* V *constat, qua quippe ætate a Ligeri flumine usque ad oceanum universæ Galliæ meridionali dominarentur. Postea mutati sæpius Gothiæ seu Septimaniæ fines : quod argumentum versavit sagaciter Occitaniæ historiographus, D. Vaissette* (1) : *sed nominis eamdem non fuisse sortem, vel ex hoc patet quod Cadurci anno* 507 (*ut in Commentario num.* 5 *monuimus*) *Gothis erepti fuere, atque hic tamen intra Gothiæ fines adhuc ponuntur.*

c Infideles, qui a Gothis originem duxerant, *sunt eorum posteri, qui, Wallia duce, anno* 418 *seu potius* 419 (*ut ex S. Isidoro Hispalensi* (2) *et Idacio* (3) *habemus*) *incolendam acceperunt ab imperatore Honorio* secundam Aquitaniam cum quibusdam civitatibus confinium provinciarum usque ad Oceanum. Infideles *dicuntur quod tunc temporis Arianam perfidiam profitebantur, anno tantum* 587 *ad catholicam fidem reducti* (4).

d *Alaricus, quo rege* S. Anatolium *floruisse videri diximus in Commentario num.* 5, *non multum infensus fuit catholicis, quum Boethio episcopo Cadurcensi licuerit anno* 506 *concilio Agathensi interesse; verumtamen qui idcirco negarit odia Romanos inter et Vigigothos flagrasse atque ex his calamitates multas catholicis ortas esse, is minus prudens videretur.*

e *Censent complures* (5) *vineæ culturæ initium datum fuisse in Gallia, imperante Probo, anno* 281; *alii* (6) *certe Virgilii ævo nullas in Gallia fuisse vineas, idque testari Plinium; atque alii demum alia. Verum hæc nequaquam stare possunt. In oratione enim quam Tullius anno U. C.* 684 *seu A. C.* 69 *pro Fontejo, Galliæ ulteriori per triennium præfecto, habuit, le-* E *gitur* Titurius, *Fonteji jussu,* Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse (7) *et alia id genus. Phocæis, qui, ut arbitratur doctissimus vir Lelewel* (8), 600 *annis ante Christum Massiliam condiderunt, præprimis vitem coluere : hinc Strabo, cujus liber* IV *de Gallis anno Christi* 19 *seu triginta tribus annis post domitos a Tiberio et Druso Rhætos scriptus est* (9), *Massilienses* solum possidere oleis ac vitibus consitum *ait. Ab his ad Gallos vitis cultura propagata est, teste Justino. Scribit enim de Massiliæ initiis ejusque exemplorum apud Gallos auctoritate* (10) : Ab his igitur Galli et usum vitæ cultioris, deposita et mansuefacta barbaria, et agrorum cultus, et urbes mœnibus cingere didicerunt : tunc et legibus, non armis vivere; tunc et vitem putare, tunc olivam serere consueverunt : *adeo ut Justinus vineæ per Gallias propagationem ad initia fere conditæ Massiliæ referat. Quocum satis concordat Macrobius* (11), *tradens* Gallos vitem vel cultum oleæ, Roma jam adolescente, didicisse; *quamquam Livius* (12) *et Plutarchus* (13) *Aruntem Clusinum vineæ colendæ Gallis auctorem faciant, anno* 362 *ante Christum. Profecto vero falsum est testem esse Plinium Gallias vitibus caruisse florente Virgilio. Sane* F *scribit* (14) : Jam inventa vitis per se in vino picem resipiens. Viennensem agrum nobilitans (*vitis*), Arverno, Segnanoque et Helvico generibus non pridem illustrata : atque hæc Virgilii vatis ætate incognita, a cujus obitu 90 aguntur anni; *unde recte collegeris quatuor hæc vitium seu vinorum genera, pice præparata, Maronis ævo fuisse incognita : sed nequaquam alia, quæ picem non resiperent et numero essent permaxima, auctore Plinio* (15), *qui anno Christi* 78 *ultimam manum Historiæ suæ apposuit* (16). *Mitto quod objicitur ex Diodoro* (17), *præ excessu frigoris nec vinum, nec oleam apud Gallos produci affirmante : constat quippe Gallos ei esse gentes*

(1) Hist. du Languedoc, tom. I, pag. 215 et passim. — (2) Ap. D. Bouquet, tom. III, pag. 701. — (3) Chronic. illustr. a Garzonio, pag. 67, Bruxellis, 1845. Cfr Hist. du Languedoc, tom. I, pag. 655, col. 1. — (4) Cfr Hist. du Languedoc. tom. I, pag. 307 et alii passim. — (5) Cfr Cathala-Cothure, Hist. du Querci, tom. I, pag. 18. — (6) D. Martin, Hist. des Gaules, tom I, pag. 261. — (7) Ap. D Bouquet, tom. I, pag. 956. — (8) Pythéas de Marseille et la géographie de son temps, pag. 15. — (9) Cfr Biographie univers. tom. XLIV, pag. 3, v° *Strabon*. Cfr Tillemont, Empereurs, Auguste, art. VIII, tom. I pag 10. — (10) Lib. XLIII, cap. 3, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 484. — (11) Somn. Scipionis, lib. II, cap. 10, ap. D. Bouquet, tom. I. pag. 521. — (12) Lib. V, cap. 33, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 321. — (13) In Camillo, ap. D Bouquet. tom. I, pag. 377. — (14) Natur. Hist. lib. XIV, cap. 1, pag. 339, edit. 1599. — (15) Ibid. cap. 2. 3 etc. pag. 340 et seqq. — (16) Cfr Biographie univ. tom. XXXV, pag. 69, v° *Pline*, — (17) Biblioth. lib. I, pag. 304, ap. D. Bouquet. tom. I, pag. 304.

A *septentrionales tantum, maxime Germanos usque ad Scythiam; qui vero nobis Galli dicuntur, apud eum Celtarum nomine venire. Domitiani de excidendis vitibus decretum optime explicuit Tillemontius* (1). *Id anno Christi* 92 *scriptum; neque omnes vites, nisi forte in Asia, succidi jussæ*, relicta ubi plurimum dimidia parte; nec exequi rem perseveravit : *ita Suetonius* (2). *Anno* 281 *hanc moderationem sustulit Probus* (3); *de quo idcirco scripsit Vopiscus* (4) : Gallis omnibus et Hispanis ac Britannis hinc permisit ut vites haberent vinumque conficerent; *Aurelius Victor* (5) : Galliam, Pannoniasque et Mœsorum colles vinetis replevit; *Eutropius* (6) *et Eusebius* (7) : Vineas Gallos et Pannonias habere permisit : *ita enim homines comparati, ut, qui libertatem dederit is ipsarum rerum auctor eis fuisse videatur. Hinc Cadurcensis ager, reliquarum frugum fere sterilis* (8), *vinetis abundavit.*

f *Inter vineta sepultum fuisse* S. Anatolium *certum habe : absque dubio ullo id descriptum in libello de quo diximus num.* 5 *Commentarii, et dein Officio ecclesiastico insertum. Non tamen crediderim per calamitates temporum factum esse ut non* in ecclesia, *sed* extra urbem inter vineta *tumulatum fuerit*
B S. Anatolii *corpus : tulit enim ecclesiæ latinæ disciplina usque ad sæculum saltem* VII *ut ne intra mœnia civitatum sepulturæ fierent : de qua re plura diximus alibi* (9). *Atque hinc in compluribus Galliarum civitatibus etiamnum superest memoria ædium cœmeterialium, quæ extra mœnia essent et in quibus episcopi aliique altioris subsellii viri quietem nanciscerentur : alia nempe est lex de sepeliendis cadaveribus intra civitatum ambitum, alia de iisdem condendis in templis.*

g Wascones, *non* Saxones, *legendos hic esse monuimus num.* 6 *Commentarii prævii.*

h *Ogerium, pridie kal. Februarii vita functum, Siconem itidem in necrologio veteri ad* XII *Kal. Aprilis notatum, et Hermengaudum, de quo hic sermo est, primos fuisse abbates inter scriptores convenit. Lahierus, quem anno* 1646 *S. Michaelis pluteos diligentissime scrutatum esse diximus, contexuit catalogum, quo Ogerius ab anno* 707 *ad* 740, *Sicco ab anno* 740 *ad* 754, *Hermengaudus ab anno* 754 *ad* 772 *abbatiale pedum gessisse referuntur; dein appareret lacuna usque ad annum* 814, *quo Smaragdus præpositus fuerit. Verum hæc lacuna major visa est nonnullis* (10), *quum Hermengaudum anno* 804 *adhuc*
C *cœnobio suo præfuisse asserant atque anno* 805 *aut sequenti mortuum statuant. Verum quidni fontes, unde res aliis omnibus ignotas hauserunt, aliquantulum designant, alioquin in rebus manifestissimis id genus notulis non parcentes? Sane Lahierus finiit ad annum* 772 *Hermengaudi præsulatum, quod nullam deinceps de eo reperit memoriam. Oportet tamen aliquot addere annos, quum, ut in Commentario dictum est, Hermengaudus anno* 778 S. Anatolii *corpus transtulisse videatur. Neque abbas tantum erat, sed et episcopus : quocirca a Chronographo sæculi* XI *ineuntis sæpius* abbas et episcopus *appellatur* (11), *atque in diplomate Caroli Magni, anno* 772 *Drippione dato,* venerabilis vir Hermengaudus abbas sive episcopus de monasterio Castellionis in pago Virdunensi (12). *Neque raro illis temporibus abbates creabantur episcopi, ut intra monasterii sui septa* D *episcopalibus muniis fungerentur : exempla aliquot collegimus alibi* (13).

i Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCXVII Illudovicus (*Pius*), serenissimus Augustus, divina ordinante providentia, conventum fecit apud Aquis, sedem regiam, episcoporum, abbatum seu totius senatus Francorum; ubi inter ceteras dispositiones imperii statuit atque constitutum scribere fecit, quæ monasteria in regno vel imperio suo dona et militiam facere possunt; quæ sola dona sine militia; quæ vero nec dona, nec militiam, sed solas orationes pro salute imperatoris vel filiorum ejus et stabilitate imperii... Hæc sunt quæ tantum dona dare debent sine militia, numero XVI. Monasterium S. Michaelis Maresci primi (14), *imo* Marsupii, *ut rite correxit Mabillonius* (15). *Quum itaque Hermengaudus Carolum Magnum in expeditionem Hispanicam secutus fuerit, manifestum est ordinationibus conventus Aquigranensis non repræsentari antiquum auxiliorum rotulum, sed novum ibidem confectum fuisse, rebus nonnullis mutatis; adeoque verisimile est Smaragdum, quem Ludovico Pio gratissimum fuisse tot ab eo accepta diplomata* (16) *testatum faciunt et in cujus gratiam scri-* E *psisse videtur egregium librum, cui nomen* Via regia (17), *obtinuisse ut loco* militiæ *olim præstandæ sola* dona *suum deberet monasterium : quod sane minus erat onus, sæpe tamen grave valde. Utriusque incommoda videre licet in Vita S. Benedicti Anianensis* (18) *et in epistola* XXXII *B. Lupi abbatis Ferrariensis* (19); *cujus occasione nonnulla de hac re disputavit Baluzius* (20). *Hæc vero ex jure feudali seu beneficiario oriebantur, atque æqua erant et justa. Quum enim fundatores abbatiarum non jure proprio sed beneficiario regias occuparent terras, ea lege ut vel certum militum numerum suis stipendiis alerent, vel annua rependerent dona, poscebat omne jus et æquitas ut, quum monachos in has inducerent terras, hi hæc onera subirent. His postea substituta* subsidia voluntaria, extraordinaria *et alia id genus : quas iniquas exactiones nonnulli temere appellare audent.*

k *Anno* 765 *Pippinus, Caroli M. pater, Cadurcum venerat et omnem vastarat Aquitaniam propter Waiferium, rebellem Aquitaniæ ducem. Quæ res multum sane ei totique generi odium creavit apud Aquitanos. Sæpius dein in fugam actus Waiferius, donec die* 2 *Junii anni* 768 *proditione occisus est. Ab hoc tem-* F *pore usque ad annum* 778 *pauca de rebus Aquitanicis novimus. Morti proximus regna sua inter filios Carolum M. et Carolomannum divisit Pippinus, utrique Aquitaniæ partem assignans : id factum anno* 768. *Brevi post Carolus M. Aquitaniæ res compositurus eo perrexit. At, nedum omnes Waiferii amicos beneficiis exuerit, Lupo I, Waiferii genero et consobrino,* totam Vasconiæ partem beneficiario jure reliquit (21). *Atque alibi eodem fere modo egisse censendus est, videlicet Waiferianis sua reliquisse munia, dummodo qualemcumque profiterentur fidelitatem. At, ut fere solet, ea tamdiu firma fuit, quamdiu adfuit Carolus, seu potius donec rebellandi esset occasio; ut patuit, quum hoc ipso anno* 768 *aut sequenti Hunoldus, Waiferii pater, ex monasterio*

(1) Empereurs, Domitien, art. XV, tom. II, pag. 42. — —(2) Flav. Domitianus, cap. 7. Edit. Erasmi, pag. 126. — (3) Cfr Tillemont, Probe, art. IX, tom. III, pag. 235. — (4) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 541, — (5) Ibid. pag. 565 et 567. — (6) Ibid. pag. 572. — (7) Ibid. 609. — (8) Cathala-Cothure, tom. I, pag. 18. — (9) Act. SS. tom. VII Oct. pag. 972 et tom. VIII Oct. pag. 886 et 887.—(10) Gallia Christ. tom. XIII, col. 1272. — (11) Mabillonii Analecta, pag. 352. — (12) Ibid. pag. 554. — (13) Examen hist. et canon. de regul. jurib. et offic. pag. 226. — (14) Ap. D. Bouquet, tom. VI, pag. 407 et 408. — (15) Ibid. not. *q*. — (16) Mabillonii Analecta, pag. 355 et 356. — (17) Edidit Dacherius, Spicileg. tom. I, pag. 258 et seqq. — (18) Ap. D. Bouquet, tom. VI, pag. 274. — (19) R. Servatii Lupi Opera, pag. 65 et 66.—(20) Ibid. pag. 581 et 582.—(21) Charta Caroli Calvi anni 845, ap. D. Vaissete, Hist. du Languedoc, tom. I, pr. col. 88. Cfr tom. I, pag. 426.

Recensi

A *Reacensi prorupit et pristinum ducatum seu regnum captavit. Has turbas iterum compescuit Carolus, tam parum tamen valens ut coactus fuerit anno* 774 *Lupum II, Waiferii filium, ducatu Wasconiæ augere. Porro dubitandum non videtur quin hic, ut vir acer erat et audax et in generis sui ultionem natus, per universam Aquitaniam occultas machinas struxerit adversus Pippini filios; ita ut qui civitatibus præessent in ejus potius quam in Caroli et Carolomanni partes jurarent. Quæ quum ita comparata essent, intercepit fuditque anno* 778 *in Roscida valle partem Caroli exercitus, ab Hispanico bello redeuntis* (1). *Sane nisi passim per Aquitaniam potentes habuisset fautores, quorum auxilio confideret, non inutile illud facinus patraturus fuisse censendus est. Quocirca per hæc verba :* Cadurcina urbe expugnata et pristina populo fideli restituta libertate *intelligimus Cadurcum a Lupi II, Wasconiæ ducis, fautoribus occupatum fuisse; Carolum vero M., postquam alacritate maxima a Lupo postulasset perfidiæ suæ pœnas, civitates et oppida quæ in ejusdem inclinarent partes expugnasse et a rebellium vindicasse tyrannide : quæ inter Cadurcum fuit. Cæterum ut in Wascones maxima usus est Carolus misericordia*

B *(præfecit eis scilicet ipsius Lupi filios* (2)), *ita et in Cadurcos. Superest enim etiamnum apud eos felix faustaque ejus commorationis memoria, multaque ei adscribuntur benefacta* (3) : *quæ quidem non videntur vera, fidem tamen faciunt anno* 778 *Carolum M. per eorum agrum transiisse.*

l *De reliquiarum furto sæpenumero in opere nostro fuit dictum. Ineunte sæculo* XI, *Nanterus abbas S. Callisti papæ corpus clam sibi Romæ comparasse visus est; quam vero insigniter deceptus fuerit, manifestum fecere decessores nostri* (4).

m *Vetus S. Michaelis monasterium anno* 709 *exstructum æstimant Galliæ Christianæ scriptores, nixi fundationis diplomate* (5); *aliquot annis ante Calmetus* (6); *Lahierus autem jam anno* 707 *Ogericum abbatem facit. Re quidem vera sæpius condita fuere monasteria aliquot annis antequam diplomata fundationis scriberentur* (7). *Sed id non videtur hoc loco obtinere, quoniam anno tantum* 708 *Wolfoaldus, monasterii conditor, a Sigibaudo, episcopo Mettensi, commutatione acquisivit villam Marsupiam seu potius Masupiam, priorem S. Michaelis monachorum sedem* (8). Castellionis *nominis origo in fundationis diplomate* (9) *deprehenditur, dicente*

C *Wolfoaldo se ædificasse monasterium* in pago Virdunensi, in loco qui dicitur Castillionis, in fine Vindiniaca, ubi ab ipsa radice montis consurgit fluviolus, qui dicitur Masupia [*]. *Quare* Vetus ecclesia *hic etiam appelletur, paucis expediendum. Prius S. Michaelis monasterium situm non erat, ubi nunc S. Michaelis oppidum* [†] *ad confluentem Mosæ et Masupiæ rivi, sed quinque leucæ quadrantibus superius* (10) *ad Masupiæ fontes. Quum autem, ut paulo inferius dicitur, Smaragdus abbas anno* 817 *monasterium suum ad Mosæ ripas transtulisset, prior sedes* Vetus ecclesia *seu* Vetus monasterium *dictum est.*

[*] Masoupe

[†] Saint-Michel *seu* Mihiel.

n *Ecclesia SS. MM. Cyrici et Julittæ populo patebat in Godonis curte. Hic autem vicus S. Michaelis monachis datus fuerat ab ipso Wolfoado, di-* D *cente* (11) : Similiter donamus villam nostram super fluvio Masupia in ipso pago Virdonense; quæ in populo vocatur Godonecurte : *atque hoc amisit nomen, quum monasterium illuc a Smaragdo translatum est et cum universo vico seu oppido S. Michaelis titulum communicavit. Verum SS. Cyrici et Julittæ templum parochiale permansit, postmodum tamen ponens SS. Cyrici et Julittæ titulum, accepto S. Stephani patrocinio, ut num. 4 dicitur; atque id quoque posuit anno* 1707, *quum capitula Asprimontis et Hattoniscastelli eo translata sunt* (12), *eique S. Leopoldi nomen datum* (13) : *quod quare sit factum me latet, quum Aspermons anno* 1319 *titulo S. Nicolai Deo dicatus fuerit* (14), *et Hattonis castellum anno* 1528, *quo in capitulum conversum est, S. Mauri episcopi Virdunensis tutela frueretur* (15). *Ne forte ullius jura prævalere viderentur, boni consultum est omnia antiquitatis delere vestigia. Exstat etiamnum id templum et plane magnificum est.*

o *Verisimilius est Smaragdum non abbatem quartum sed potius quintum fuisse atque inter eum et Hermengaudum, de quo dictum supra, ponendum abbatem Joseph. Reperit enim Mabillonius in fine codicis Thuanei seu Colbertini hæc verba* (16) : Hunc E modicum libellum Smaragdus de diversis virtutibus collegit JOSEPH ABBATE, et ei nomen *Diadema monachorum* imposuit : *quibus subdit sagacissimus annalista :* Joseph iste videtur tum abbas fuisse ejus monasterii; quod si ita est, ejus nomine et auctoritate loquitur Smaragdus, cum sub finem præfationis ita scribit : *Volumus ut ad eorum* (monachorum) *capitulum quotidie legatur vespertinum;* id est ad collationem, quæ ex regulæ præscripto fit ante completorium : demissius locuturus, si abbatis nomine aut abbas ipse non dixisset. *Fieri etiam posset ut mutationem aliquam induxerit prologo Smaragdus, postquam Josepho abbati successisset : ita ut duplex exstiterit Diadematis monachorum editio, altera emissa dum Joseph esset abbas. altera dum ipse Smaragdus : neque id rerum genus in historia litteraria infrequens. Cæterum id unum hic volumus, Smaragdum verisimiliter abbatem fuisse quintum aut quartum, licet anonymus sæculi* XI *S. Michaelis chronographus scripserit* (17) : Post hunc (*Hermengaudum*) Smaragdus claruit.

p *De hac translatione pauca jam dicta ad litteram* l. *Eamdem ita prosequitur vetustus S. Michaelis chronographus* (18) : Hic igitur (*Smaragdus*), ut vir F prudentiæ, discretionis, considerans prædicti montis habitationem humanis necessitatibus minus congruentem, propter aquæ scilicet ac ceterarum rerum necessariarum laboriosam ad ardua devectionem, haud procul a prædicto monte, uno videlicet milliario Germanico, juxta ripam Mosæ monasterium instituit, relinquens in superiora quot sibi de fratribus visum fuit, qui Deo et beato Michaeli archangelo quotidianum divini cultus officium celebrarent. *Id nondum factum anno* 816, *quum in diplomatibus, quæ die* IV *nonas Junii indictione nona et* IV *nonas Septembris indictione decima, obtinuit,* Smaragdus abbas ex monasterio Castellionis, quod Marsupium nuncupatur seu quod est situm in loco

(1) Cfr D. Bouquet, tom. VI, ind. Chronol. pag. XLVI et seqq. D. Vaissete, tom. I, pag. 426 et seqq. et pr. col. 87 et 88. Alteserra, Rer. Aquitanic. lib. VII, cap. 11 et seqq. tom. IV, vol. II opp. pag. 61 et seqq. Art de vérifier les dates, tom. II, pag. 250 et 254, etc. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Cathala-Cothure, tom. I, pag. 95. — (4) Act. SS. tom. VI Oct. pag. 452. — (5) Tom. XIII, col. 1270. — (6) Hist. de Lorraine, tom. I, col. 468 — (7) Cfr Act. VIII Oct. pag. 1020. — (8) Testamentum Volfaudi de villa Marsupia, ap. Baluzium, Miscell. tom. III, pag. 50 et 51, edit. Mansi. — (9) Ap. Mabillonium, Annal. tom. II app. num. II, pag. 645; ap. Baluzium. Miscell. tom. III, pag. 29.—(10) Hist. de Lorraine, tom. I, col. 468.—(11) Fundat. dipl. ap. Mabillonium, Annal. tom. II app. num. II. pag. 645.— (12) Hist. de Lorraine, tom. VI, col. 520 et 522. — (13) Ibid. tom. I, col. 640. — (14) Ibid. tom. III, col. 520. — (15) Ibid. col. 522. — (16) Annal. Bened. lib. XXVIII, num. 91. tom. II, pag. 422; Analecta, pag. 557. — (17) Analecta, pag. 552. — (18) Ibid. pag. cit.

qui

A qui dicitur Castellionis, *appelletur* (1). *Verum integer nondum elapsus erat annus, quum novum monasterium jam esset conditum. In Charta enim de dono et libertate cellæ de Sallona,* data octava Kalendas Julii, indictione decima, octavo regni domini Ludovici imperantis in Francia et imperii ejus anno secundo, *dicitur* monasterium almi Michaelis gloriosissimi archangeli, quod est situm in imperio nostro super fluvium Mosæ, ubi fluvius Marsupii intrat in Mosam (2). *Octavo kalendas Junii, indictione decima, est dies vigesima quarta Junii anni* 817. Annus octavus regni domini Ludovici imperantis in Francia *singulariter Mabillonio* (3) *notandus visus; annus imperii* secundus *in* quartum *mutandus est; et quidem plerisque a Ludovico Pio anno* 817 *datis diplomatibus similis inest per librariorum incuriam error* (4). Auctoritate apostolica *hanc factam translationem nequaquam credibile, quum monasterium regium esset; sed potius regia, quæ in conventu Aquisgranensi anni* 817 *facile concedi potuit. Ut in novo ita in veteri monasterio monachos aliquot mansuros disposuerat Smaragdus; quocirca in diplomate Ludovici Pii ejusque filii imperatorum* (*quod proin festis paschalibus anni* 825,
B *intra quæ Lotharius a Paschali papa imperator salutatus fuit* (5), *posterius est*) *legimus* (6) : Concessimus non solum veteri monasterio, quod dicitur Castellio, sed potius novo, quod Domino opitulante nostro tempore a fundamentis ædificatum est, nuncupante Marsupium, quod est situm in pago Virdunensi super fluvium Mosæ vel rivulum Marsupium, constructum in honore sancti Michaelis archangeli, ubi præsenti tempore auctore Deo abbas Smaragdus præest et monachis ibidem per tempora degentibus... ut licentiam habeant eligendi abbates. *Præterea ut Veteri ecclesiæ suus servaretur honor, Smaragdus,* venerandus vir, *inquit chronographus* (7), viam patrum feliciter ingrediens, in superiore monasterio se sepeliri præcepit, omniumque deinceps fratrum sepulturam inibi haberi sub anathematis, ut fama est, interminatione mandavit; quod et hactenus, *addit anonymus ille sæculi* XI *scriptor,* inconcussum servari videmus, *et quidem inconcussum servatum est, donec anno* 1098 *eo onere S. Michaelis monachos levavit B. Urbanus papa II* (8). *Interea tamen satis infelix fuerat Veteris ecclesiæ sors; adeoque integrum a Smaragdi morte nondum effluxerat sæculum, quum*
C *jam res Veteris ecclesiæ jacerent. Quocirca anno* 904 *Stephanus, Tungrensis episcopus et S. Michaelis abbas, adiit Ludovicum Franciæ orientalis regem, monens* quod quidam bonæ devotionis monachus, nomine Uncrinus, ex monasterio S. Michaelis, quandam cellam Vetus monasterium nuncupatam, olim succensam et penitus desertam, facultatis suæ laboratione et manuum operatione restauravit, *petiitque ut ad reliquam restaurationem concederetur huic monacho Fraxinum, villa viginti quatuor mansorum, ex rebus S. Michaelis; quam largitionem ea lege fecit Ludovicus ut geminatum die noctuque celebraretur ibidem officium, canonici scilicet ordinis et monastici, villaque post Uncrini mortem ad S. Michaelis monachos rediret. Atque hæc pertinent ad S. Michaelis in monte Castellione templum; prope quod duo quoque alia erant; alterum parochiale seu S. Petri,* D *cujus memoria sæculo* XVIII *adhuc supererat; altera ædicula erat in B. Mariæ virginis honorem dicata, pro usibus piis Adalsindis, Wolfoadi fundatoris uxoris. Atque hæc, non secus ac S. Michaelis templum, ab Uncrino restauratum, præterlapso proxime sæculo adhuc exstabat* (9).

q *Vacabat tum Virodunensis sedes, quum Joannes de Asse* * *obiit die* 10 *Augusti anni* 1252 *et Jacobus Trecensis seu Pantaleon possessionem suæ sedis accepit anno tantum* 1254, *biennio tamen ante Virodunensis præsul designatus* (10). *Petrus vero, Virodunensis suffraganeus, titularis* Pannadiensis *dicebatur* (11). *De hac ecclesia conjiciendo tantum disseruit Lequien* (12) *eamque secundum Carolum a S. Paulo* (13) *posuit in provincia latinorum Heracleensi. Verum in Notitia ecclesiarum, ab episcopo Catharensi non diu ante annum* 1350 *conscripta, legitur* (14) ecclesia Constantinopolitana *latinorum* habere hos suffraganeos Solubriensem *, Nachniensem, Spigacensem, Dorhesensem, Panadensem, Calcedonensem. *Panados autem* (*quæ nominis forma etiamnum legitur in Atlante geographico,* E *quem paucis abhinc annis cl. v. Philippus Vandermaelen edidit*) *sita est ad latus occidentale Propontidis* *, *aliquot leucis infra* Rodosdjig *seu* Rodosto (*qui Rhaidestus seu Rodestus antiquorum est*). *Dicebatur olim Panion, Panis, Panedos. Ab ineunte sæculo* XIII *usque post annum* 1468 *episcopos latinos titulares habuit, qui vocantur* Panidensis, Pavidensis, Panadensis (15) *atque* (*ut noster Virodunensis suffraganeus*) Pannadiensis.

* d'Aix

* Selivri

* Mer de Marmara

r *Intelligitur Thomas Lyrt, quem Gallia Christiana* (16) *episcopum* Assanensem *appellat, loco* Asaphensis *seu* S. Asaphi *in Wallia. Hic parum notus scriptoribus Anglis. Etenim Godwinus in episcopis Asaphensibus* (17) *hæc habet :* Anno 1450 prædicto nondum transacto, præsulatum hunc adeptus est quidam nomine Thomas, de quo nihil habeo compertum, nisi quod ultra 12 annos non præfuerit. Nam Januarii 28 anni 1462 sedem vacasse constat, *et dein pergit ad Richardum Redmam, qui anno* 1485 *sederit. Alia leguntur in Monastico Anglicano novo* (18) : Thomas I episcopus fit 27 Januarii anni 1450; quem Wharton ante finem anni 1461 mortuum statuit. Ei succedit Thomas II ante finem anni 1471 mortuus. *Atque hæc aliquantisper enucleare conabimur. Im-*
F *primis certum est Thomam Lyrt die* 30 *Octobris anni* 1471 *adhuc in vivis fuisse, et jam obiisse anno* 1475, *quum in edicto regio* 16 *Maji hujus anni de attemptatis contra treugas Scotiæ reformandis* (19) Ricardi Assavensis episcopi *nomen scribatur. Similiter quum Reginaldus Peacock non die* 25 *Martii anni* 1449 (*ut Monasticum Anglicanum* (20) *tradit*) *Asaphensem sedem reliquerit, sed die tantum* 30 *Maji anni* 1450 *a rege permissus fuerit a sede Asaphensi ad Cicestrensem transire* (21), *postquam videlicet Adam Molins die* 9 *Junii* 1449 *a nautis quibusdam occisus esset* (22); *Asaphensem sedem occupavit ab anno* 1450 *usque ad annum* 1471 *aut* 1475 *unus aut duo viri nomine Thomas : id enim non ausim definire, non satis fidens Monastici Anglicani testimonio. Utut est, Thomas Lyrt jam die* 11 *Martii anni*

(1) Analecta, pag. 355 et 356. — (2) Ibid. pag. 356.—(3) Ibid. pag. cit. — (4) Cfr D. Bouquet, tom. VI, pag. 506 et seqq. — (5) Ibid. ind. chronolog. pag. LIV. — (6) Analecta, pag. 355. — (7) Ibid. pag. 352. — (8) Cfr Odelrici abbatis litteræ et rescriptum Urbani II ap. Baluzium, Miscell. tom. III, pag. 61. — (9) Cfr Chronicum S. Michaelis ap. Mabillonium, Analecta, pag. 351 et ap. Calmet, Hist. de Lorraine, tom. II, pr. col. XCIII et tom. I, col. 469. — (10) Gallia Christ. tom. XIII, col. 1214. — (11) Ibid. col. 1278. — (12) Oriens Christianus, tom. III, col. 965 et seqq. — (13) Geographia Sacra, pag. 253, edit. 1641. — (14) Schelstraete, Antiquitas ecclesiæ, tom. II, pag. 771. — (15) Lequien, tom. III, col. 965 et seqq. — (16) Tom. XIII, col. 1280. — (17) De præsulibus Angliæ comment. pag. 662. — (18) Tom. VI, part. III, pag. 1303. — (19) Rymer, Fœdera, tom. V, part. III, pag. 29. — (20) Tom. VI, part. III, pag. 1303. — (21) Ibid. tom. V, part. II, pag. 25. — (22) Godwin. p. 559.

A 1463 ratione rebellionis (1) *omnibus temporalibus episcopatus Assavensis ab Eduardo IV spoliatus erat et die* 30 *Junii ejusdem anni dicebatur* Thomas nuper episcopus ibidem (2) : *ex quibus manifestum est eum tunc temporis fuisse profugum. Die autem* 30 *Octobris anni* 1471 *ab eodem Eduardo rege accepit* pardonationem *omnium quæ in regem aliove modo usque ad diem* 24 *ejusdem mensis deliquerat. Quæ si componamus cum his quæ de bello rosæ rubræ et albæ novimus, satis apparet Thomam Lyrt partes Margaretæ Andegavensis secutum fuisse et cum ea anno* 1464 *in Lotharingiam venisse. Nam, ut Calmetus* (3) *narrat, ab anno* 1464 *usque ad annum* 1470 *Margareta cum filio suo Eduardo, Wallensi principe, ordinariam suam sedem habuit in ducatu Barrensi, in castello de Coria* *, *prope oppidum S. Michaelis, ad meridiem. Pronum itaque erat ut, quum anno* 1469 *episcopus Thomas in vicinia esset, ab abbate S. Michaelis invitaretur ad reliquiarum* S. Anatolii *visitationem peragendam. Reliquum, quum sequenti anno novæ spes in Anglia affulgerent Margaretæ, reginam suam verisimiliter iterum comitatus est Thomas Lyrt, quum eadem die* 14 *Aprilis anni* 1471 *littoribus Weymuthensibus appulit. Sed,*

* Kœur

B *ut mense sequente res Lancastriensium prorsus ceciderunt, subjecit se Eduardo IV Asaphensis episcopus. Atque hæc de Thoma Lyrt, ignoto fere episcopo, annotanda visa sunt.*

s *Is vulgo* Warricus *seu* Valaricus *dicitur; Lahierus in catalogo abbatum ms. eum etiam vocat* Waricium *et* Ulricum : *quæ variæ ejusdem nominis formæ sunt, nempe* Udalrici. *Genere erat* de Valle, *seu* de Laval. *Lahierus ejus regimen extendit a anno* 1455 *usque ad* 1488; *neque dissentit Gallia Christiana* (4). *Actum authenticum visitationis a Warrico factum fuisse tradit Calmetus* (5).

t *Abbas tunc erat Henricus V* de Lorraine de Bainville aux Mirouers, *filius naturalis Henrici ducis Barrensis, qui* plurima ad monasterii utilitatem operatus *legitur* (6).

u *Quis iste Ailardus fuerit latet; id unum constat anno* 1255 *has res antiquiores esse, quum hoc anno ex SS. Cyriaci et Julittæ templo in S. Michaelis ecclesiam reliquiæ* S. Anatolii *translatæ fuerint; ut num.* 4 *legere est.*

v *Quum Joannes, Galliæ rex, ab Eduardo, Walliæ principe, anno* 1356 *die* 18 *Septembris in Pictonibus acie victus, captusque in Angliam abductus,*

C *quadriennio post, pace sancita, in regnum remissus esset; et milites præsidiis excedere oporteret, nec stipendia iis persoluta essent, plurimi eorum, Angli, Normanni, Britanni, Wascones, Franci, Belgæ, præfectos sibi ac duces legerunt, magnumque exercitum conflarunt, et Campaniam, Alsatiam, aliasque provincias vastarunt, arcibus nonnullis occupatis. Verumtamen non anno* 1361, *ut hic legitur, sed biennio tantum post in Lotharingiam venisse videntur, ut Wassemburgius* (7) *habet et Calmetus* (8); *quum scilicet exortum esset bellum inter Lotharingiæ ducem et Henricum Waudemontium : ab hoc evocatæ copiæ illæ, armorum tractandorum peritæ, ingentem sibi victoriam peperere, prælio ad prioratum S. Belini (metathesi litterarum pro S. Benigni) commisso. Plurima deinde secuta sunt mala, cædes hominum, expilationes et incendia templorum ac monasterio-*

rum, ab illa militum colluvie patrata. Tandem feralis D *ille exercitus partim a Montisferrati marchione, adversus Mediolanenses bellum gerente, in Italiam deductus est, partim in Hispaniam a Bertrando Guesclino ad opem ferendam Henrico notho contra Petrum fratrem, Castellæ regem, crudeliter in suos sævientem; quem Maurorum licet viribus subnixum vicerunt necaruntque atque Henrico regnum asseruerunt. Atque hæc satis superque de celeberrima illa militia, cui apud Gallos vulgare nomen est,* les grandes compagnies.

y Wantis, Wantus, Wanta, Wantum *etc., est tegumen manus seu chirotheca* (9); *hic pro tegumine palmæ ponitur.*

z Ripaldus, Ribaldus *etc., virum pessimum,* Ribaut *significat. Hic quidem ponitur pro nomine proprio; sed forte auctor Officii* S. Anatolii, *legens ripaldum aliquem die festa laborasse, ex nomine communi proprium effinxit. Neque id rarum : sic et nuperrime in multis Vitis B. Andreæ Bobola Assavoula quidam inductus est, quum tamen* assaoul *slavicis gentibus vox generica sit,* ducem agminis *significans. Initio ecclesiæ Christiani præ animi demissione turpissima assumebant nomina, v. g. Stercorii, Aselli, Porcelli etc. : sed jam pridem hunc* E *morem non amplius cernere est; et sane non videtur quis umquam Ripaldi nomen ut proprium assumpsisse. Miraculum quod hic narratur centies in veteribus historiis occurrit.*

aa *In edicto, quod Baldewinus. Trevirensis archiepiscopus, (ei scilicet suberat diœcesis Virodunensis), anno* 1338 *de festis in foro et choro celebrandis dedit* (10), *venit festum S. Bartholomæi. Sed verisimillime jam diu ante observabatur; quum sæculo* XIII *in vicinis diœcesibus Coloniensi et Leodiensi de præcepto esset* (11); *quin etiam conventus seu synodus Erfordiensis* (12) *anno* 932 *præcepisset* ut deinceps natalia duodecim apostolorum summa veneratione solemniter celebrarentur; et in vigiliis antiquitus statutis atque hactenus ab antecessoribus nostris servatis jejuniorum vota omni diligentia persolverentur : *quæ de solemnitate omnium apostolorum, postridie festi S. Petri olim celebrata, intelligi nequeunt : hæc enim non habebat vigilias.*

bb Locus, loculus *antiquis, gentilibus æque ac christianis, sepulcrum erat* (13). *Sed postea sæpe dictum de feretro seu capsa reliquiaria : hic tamen sepulcrum significat; ita ut hæc sanatio facta sit ante annum* 1333, *quo in capsa* S. Anatolii *reliquiæ* F *positæ sunt. Vicus vero* Ham, *unde energumenus ille oriundus, ad meridiem oppido S. Michaelis fere adjacet.*

cc *In oblationibus sæpe quærebatur æqualitas quædam; ut, si cereus offerretur, is ejusdem magnitudinis esset ac puer, vir aut mulier, pro cujus valetudine supplicabatur; sin autem grana aut metalla, æqualitas ponderis attenderetur : ita ut redemptio quædam fieri videretur. Nulla in his superstitio, sed potius pia quædam simplicitas.*

dd *Dado Virodunensis episcopus designatus est anno* 881, *eamque sedem tenuit usque ad annum* 923. *Quod hæc monuit Dado, videtur esse causa miraculum circa annum* 890 *factum. Propter siccitatem elatæ quoque fuerant S. Balderici et S. Jovini reliquiæ; atque in itinere ceciderat copiosus imber, fere-*

(1) De Custodia tempor. episc. Assav. ap. Rymer, tom. V, part. II, pag. 129. — (2) Ibid. pag. 132.—(3) Hist. de Lorraine, tom. V, col. 117. Cfr Wassenbourg, Antiquités de la Gaule Belgique, pag. ccccxiii. — (4) Tom. XIII, col. 1280. — (5) Hist. de Lorraine, tom. I, col. 640. — (6) Gallia Christ. tom. XIII. col. 1281. — (7) Antiquités de la Gaule Belgique, fol. v. cccxxxiii. — (8) Hist. de Lorraine, tom. III, col. 374. — (9) Cfr Glossarium Cangii, v° *Wantus*, et Glossarium Theotiscum Schilteri, v° *Wanta*.—(10) Hartzheim, Concil. German. tom. III, pag. 320. — (11) Cfr Binterim, Denkwürdigkeiten. tom. V, vol. I, pag. 304. — (12) Ap. Pertz, Monum. German. leg. tom. II, pag. 18. — (13) Cfr Lupi, Sepulcrum Severæ. pag. 2 et 3 et alii passim.

tris

A *tris tamen ne gutta quidem madefactis. In cujus rei memoriam jussit Dado ut quotannis S. Vitonus Viroduno, S. Baldericus Montefalconis et S. Rodwicus Wasloio Gaudiacum portarentur locum : quæ omnia latius videre est apud scriptorum coævum Flodoardum* (1).

ee *Vestes lineas deponere et laneas induere jam pridem pœnitentiæ modus est, maxime in supplicationibus et peregrinationibus usitatus. Neque nunc omnino abolitus est. Quum olim magistratus civiles* D *ad instituendas peregrinationes reos nonnumquam damnarent, sæpius additur veste lanea eas esse faciendas.*

ff *De Hattonis castro, vulgo* Hatton-Châtel, *et ecclesia S. Mauri jam dictum est not.* m. *Hattonis castrum et Hattonis villa sibi adjacent, ad etesiam oppidi S. Michaelis, a quo undeviginti millibus metrorum distant.*

(1) Vide Act. SS. tom. VII Oct. pag. 925 et not. 926.

DE S. CILINIA

MATRE S. REMIGII

LAUDUNI ET REMIS IN GALLIA

V. D. B. B

SYLLOGE HISTORICA. E

§ unicus. Scripta Hucbaldi Elnonensis de S. Cilinia. Hujus ætas, laudes et cultus.

POST ANNUM CDLVIII. *Omnia, quæ innotuerunt de* S. Cilinia, *desumpta sunt ex S. Remigii, ejus filii, Vitis.*

Pauca *de* S. Ciliniæ *gestis, sed bona satis et certa ad nos transmissa fuere curis et sollicitudine eorum, qui S. Remigii, Remensis archiepiscopi et apostoli Francorum, gloriosa facinora posterorum commendarunt memoriæ. Ut ex Hincmaro, qui inter annum* 877 *et* 882 *S. Remigii Acta consarcinavit* (1), *apprime compertum habemus, post medium sæculum* VIII *innotescebat adhuc ecclesiæ Remensis clericis vetusta et ampla S. Remigii Vita. Ii scilicet* viderant librum maximæ quantitatis, manu antiquaria scriptum de ortu, ac vita et virtutibus atque obitu beati Remigii, sanctissimi patroni (2). *Sed periit hic liber inter medias calamitates, quibus tempore Caroli Martelli afflicta fuit ecclesia Remensis. Æstimat Hincmarus* (3), *neque forte perperam, ex hoc ipso libro* excepta fuisse *a celeberrimo Venantio Honorio Clementiano Fortunato, presbytero et dein Pictaviensi episcopo,* aperto
C sermone aliqua miracula, quæ in populo recitarentur, *quemadmodum inter annum* 563 *et* 593 *Ægidius, quartus post S. Remigium Remensis episcopus, cum rogarat* (4). *Et quidem, etiamsi Fortunatus primus complexus esset S. Remigii gesta, quum scriptor gravis sit et coævus eorum qui cum sanctissimo viro vixerant, non facile spernenda est ejus fides et auctoritas. Atque ex illa ejus scriptiuncula, quam breviorem S. Remigii Vitam appellare solent, omnia fere colligemus quæ de* S. Cilinia *cum lectore communicabimus. Hincmarum quoque testem adhibebimus atque ejus breviatorem Flodoardum; sed minus eorum dictis inest pondus, quippe qui vulgaribus narratiunculis justo plus aurem applicuerint.*

Varii varia Huchaldo, Elnonensi monacho, tribuunt scripta de S. Cilinia;

2 *In libris bibliographicis aliisque multus sermo fit de Vita aut Historia quam scripsisset Hucbaldus, Elnonensis seu S. Amandi monachus, qui circa ann.* 930 *obiit, annos natus fere nonaginta. Si Fabricium* (5) *et Oudinum* (6) *audias,* scripsit *Hucbaldus* historiam S. Ciliniæ, matris B. Remigii, Francorum apostoli, necnon officium atque cantum de eadem; *si aurem des Mabillonio* (7), Hucbaldus Nivernis libellum de vita sanctæ Ciliniæ, matris B. Remigii, reperit, eamque carmine celebravit; *si Baillettum* (8) *conveniamus, is testabitur stylo ligato scripsisse Hucbaldum* S Ciliniæ *Vitam; et demum, ut alios omittam, Ziegelbauer* (9) *et anonymus monachus S. Vitoni scriptor Bibliothecæ Benedictinæ* (10), *memorant Historiam seu Vitam* S. Ciliniæ, *matris S. Remigii, ab Hucbaldo conscriptam fuisse. Contra D. Rivet* (11) *in dubium revocat an Nivernos unquam iverit Hucbaldus; quo incertum facere videtur an occasio fuerit erudito huic monacho aliquid scribendi de* S. Cilinia : *cæterum se clarius a nobis lumen exspectare profitetur.*

F

verum hæc nondum inventa : et si antiquorum inspiciantur testimonia, maxime Philippi, abbatis Bonæ Spei,

3 *Verum enimvero, quum Hucbaldi de* S. Cilinia *scripta non amplius superesse videantur (toties enim expetita sunt, neque umquam reperta), valde difficile est statuere quid literis commendarit Elnonensis magister; maxime quod antiquiores scriptores minus inter se conveniunt. Certum tamen est aliquando Nivernis versatum esse Hucbaldum, quum illinc, ut apprime constat ex ejus epitaphio* (12), *ex Philippo ab Eleemosyna seu abbate Bonæ Spei* (13) *et ex Guntero* (14), *qui anno* 1107 *Elnone obiit, reliquias SS. Julittæ et Cyrici in Amandinum asceterium transtulerit. Neque dubitandum arbitror quin reapse de* S. Cilinia *quidpiam scripserit Hucbaldus. Ille idem enim Philippus, quem nemo non novit S. Bernardo coævum fuisse et familiarem, in Historia translationis SS. Cyrici et Julittæ, quam ad abbates Elnonenses Hugonem et Joannem misit* (15), *hæc aperte*

(1) Act. SS. tom. I Octobris, pag. 64. — (2) Hincmarus, Vita S. Remigii, num. 3, ibid. pag. 131; cfr ibid. pag. 62.—(3) Ibid. loc. cit. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Bibliotheca med. et inf. Lat. v° *Hucbaldus*. — (6) Commentarius de scriptoribus ecclesiasticis, tom. II, col. 418. — (7) Annales Benedictini, lib. XXXIX, num. 81. tom. III, pag. 268. — (8) Des Vies des Saints, Table des auteurs, ad 21 Octobris. — (9) Historia rei literariæ O. S. B. part. IV, cap. 4, tom. IV, pag. 409. — (10) Bibliothèque générale des écrivains de l'ordre de S. Benoit, tom. I, pag. 510.—(11) Hist. littéraire de France, tom. VI, pag. 211 et seqq. — (12) Ibid., pag. 213. — (13) Act. SS. tom. III Junii, pag. 34. — (14) Ap. Reiffenberg, Chronique rimée de Philippe Mouskes, tom. I, pag. 531. — (15) Ibid. pag 524.

tradidit

A *tradidit* (1) : Urbem expetiit Nivernensem...; ubi cum moraretur cum episcopo, ita ejus hæsit contubernio, ut comes ipsius fieret in omni negotio. Nam idem pontifex eum sic accivit familiarem, ut suam ei crederet supellectilem. Et quia antistes educendæ pubertatis incrementum acceperat Rhemis, jussit eum modulatorem fieri super historia B. Ciliniæ, S. Remigii matris. *Quæ verba nequaquam intelligenda sunt, quasi musicis numeris* (*nam et egregius musicus erat* (2)) *notasset antiphonas post lectiones nocturnorum cantandas quæ sæpe dicuntur* historiæ (3); *sed quod carmine complexus esset gesta* S. Ciliniæ. *Ita tradit ibidem Philippus composuisse Hucbaldum* de S. Andrea modulamen Antiphonarum : sed et quarumdam Laudum habentinum « Quæ vere pia laus » initium.

ex quo omnes alii immediate aut mediate sua acceperunt, non invenit Hucbaldus Nivernis S. Ciliniæ *Vitam, nec scripsit; sed de his, quæ S. Remigii dabat Vita, unum alterumve hymnum composuit.*

4 *Meyerus, qui anno* 1551 *suos annales primum edidit, hæc ad annum* 930 *scripsit* (4) : Obiit Hucbaldus monachus Elnonensis, qui Ciliniam, matrem divi Remigii, Remorum archiepiscopi, pulchro celebravit carmine, habitansque apud episcopum Nivernensem, impetravit ab eo corpus divi Cirici, parvi quidem pueri, sed magni martyris, idque Elnonam portavit in cœnobium divi Amandi : *quæ, ni fallor, ex Philippo ab Eleemosyna excerpsit. Meyeri de hoc carmine verba retulit Molanus in Usuardum suum inter annotata ad diem* 21 *Octobris* (5); *atque hinc videtur procudisse Miræus in suis ad Sigeberti Gemblacensis scriptores ecclesiasticos scholiis* (6) Historiam S. Ciliniæ, matris B. Remigii, Francorum apostoli. *Pronum erat ut deinceps diceretur Hucbaldus Carmen scripsisse et Historiam; neque ii defuere. Prævivit forte anonymus quidam Elnonensis, recens satis quippe qui Surium citet. Hic autem in Catalogo Mss. Elnonensium, quo præter alia multa præcipuos Elnonenses scriptores laudat, sive scripta eorum exstarent, sive perdita essent, hæc chartæ commendavit* (7) : Hucbaldus... scripsit Historiam sanctæ Cilinæ, matris S. Remigii, Remensis episcopi, officium et cantus de eadem. *Atque hic habes unde Oudinus et Fabricius asserta sua atque etiam verba hauserint. Mabillonius autem ex conjectura locutus videtur aut non satis attendens ad Philippi, Bonæ Spei abbatis, verba : neque enim credibile est post medium sæculum* VIII *exstitisse* S. Ciliniæ *Vitam, quam certe adhibuissent Hincmarus et Flodoardus in conscribendis gestis S. Remigii. Quale autem carmen seu modulamen Hucbaldi fuerit,*

C *facile est divinare; quum adhuc ejus habeamus simile de S. Theodorico Carmen* (8), *seu ut ipse in præmissa epistola vocat,* Modulamen (9); *quod nil aliud est quam duplex hymnus, brevibus S. Theodorici præcipua gesta complexus, proxime accedens ad eos quos nunc in Breviario Romano recitamus in festis S. Teresiæ, S. Joannis Cantii et aliorum. Adeoque Carmen seu Modulamen de* S. Cilinia *verisimillime nil aliud continebat quam quæ de ea leguntur sive in Fortunati breviori, sive in Hincmari fusiori S. Remigii Vita. Jam si quæratur quo hæc sint facta tempore, iterum in medias tenebras venimus. Æstimat Papebrochius* (10) *SS. Cyrici et Julittæ reliquias Nivernis Elnonem delatas fuisse circa annum* 860; *neque ulla est ratio ob quam ab hac sententia recedatur : ita ut censendus sit Hucbaldus paulo ante scripsisse rythmicas* S. Ciliniæ *laudes.*

5 *Quum itaque Hucbaldus non videatur* S. Ciliniæ *scripsisse Vitam aut Historiam, quumque hactenus nondum reperta fuerint quæ condidit carmina, superest ut* S. Ciliniæ *laudes cogniturі, ad ipsos fontes redeamus, ex quibus ille idem bibisse visus est. Scripsit itaque de ea Fortunatus, explicans S. Remigii nativitatem, sequentia* (11) : Hic itaque primis ortus natalibus fulgebat, quem divina pietas non solum priusquam nasceretur, sed antequam conciperetur elegit : in tantum, ut Montanus quidam monachus, dum levissimo sopore quiesceret, tertio fuisset ammonitione pulsatus, ut matri suæ benedictæ Cyliniæ, quod masculum conceptura esset, veridica relatione prædiceret, ut nomen ejus et meritum designaret. Qui illico implevit imperium et fecundissimæ genitrici concepturæ * sobolis gaudia nuntiavit. Illa vero sicut fidei credulitatis non apparuit dubia, ita suscepit in partu, quem præscierat in utero. Haud morosa exstitit; ut certa, felicissimum pignus secura protinus edidit, quod prius corpore concepit. In quo assidue venturæ ætatis merita dulcis infantia designabat, et quod ante conceptum mater agnoverat, ante tempora jam videbat. *Neque plura habet Fortunatus quæ quoquam modo ad* S. Ciliniam *spectent.*

AUCTORE V. D. E. *Fortunati, Pictaviensis episcopi, verba de* S. Ciliniâ.

* *intellige concipienda*

E

6 *De* S. Ciliniæ *nobilitate consentiunt Hincmarus. Flodoardus* (12), *et Milo Morinensis, aut quisquis orationem panegyricam de S. Principio scripsit* (13) : *qui et maritum ejus* Emilium *seu* Æmilium *fuisse dicunt. Hunc, non secus ac sanctos filios Remigium et Principium, impense laudat S. Sidonius in epistola* XIV *libri* VIII *inter eas, quas edidit Sirmondus.* *Nobilis hæc fuit, Æmilii uxor, duorum sanctorum mater et tertii sancti avia.*

His enim verbis Principium convenit (14) : Cujus (*Antiolii ignotæ sedis episcopi*) relatu, qui pater vobis, quique qualesque vos fratres, qua morum prærogativa pontificatu maximo ambo fungamini, sollicitus cognoscere studui, et gaudens cognovisse me memini. Cui patri, quondam videlicet vos habenti, vix domus Aaron pontificis antiqui merito compararetur. *Tres filios ex suo matrimonio suscepit* S. Cilinia, *scilicet S. Principium, anonymum S. Lupi patrem et S. Remigium; quæ his verbis exponit Hincmarus* (15) : Beata siquidem Cilinia, intenta piis operibus, licet corpore teneretur in mundo, mente tamen conversabatur in cælo. Quæ in flore juventutis suæ pepererat de unico viro suo Emilio Principium, postea Suessorum civitatis sanctum episcopum, et fratrem ejus, fratrem beati Lupi episcopi, ejusdem Principii successoris, qui F usque ad ultima gloriosi Remigii tempora sacerdotio est functus, sicque defunctus. *Quod Flodoardus, hæc contrahens, omisit verba* fratrem ejus, *hinc orta est nonnullis opinio duos tantum filios fuisse* S. Ciliniæ, *S. Remigium videlicet et S. Principium, atque hunc ante episcopatum matrimonii vinculis constrictum fuisse. Sed ex claris Hincmari verbis illustranda esse Flodoardi obscuriora nemo non videt. Cæterum vide dicta Suyskeni nostri in Commentario de S. Remigio* (16), *Cuperi in Sylloge de S. Principio* (17) *et collegæ mei in Commentario historico de S. Lupo* (18).

7 *Ex ætate liberorum cognoscenda* S. Ciliniæ *ætas. Porro nunc inter eruditos satis convenit S. Remigium natum esse circa annum* 456, *ordinatum episcopum circa annum* 458 *et vita functum* *Nata videtur circa iniens sæculum* VI; *non probantur pleraque*

(1) Act. SS. tom. III Junii, pag. 54. — (2) Vide ejus opuscula metrica ap. Gerbert, Scriptores de Musica, tom. I et ap. Migne, Patrologia, tom. CXXXII, col. 905 et seqq. — (3) Cfr Cangius, Glossarium med. et inf. Latinitatis, v° *Historia*. — (4) Commentarii sive annales rerum Flandricarum, fol. v° 16. — (5) Usuardi Martyrologium, edit. 1568. — (6) Bibliotheca ecclesiastica, pag. 147. — (7) Ap. Reiffenberg, Chronique de Philippe Mouskes, tom. I, pag. 530. — (8) Ap. Mabillonium, Annales Benedictini, tom. III, app. num. 54, pag. 642. — (9) Ibid. pag. 641. — (10) Act. SS. tom. III Junii, pag. 56. — (11) Act. SS. tom. I Octobris, pag. 128. — (12) Ibid. pag. 65. — (13) Act. SS. tom. VI Septembris, pag. 61. — (14) Act. SS. tom. I Octobris, pag. 65 et 66. — (15) Ibid. pag. 135. — (16) Ibid. pag. 66. — (17) Ibid. tom. VII Septembris, pag. 61. — (18) Ibid. tom. VIII Octobris pag. 449.

circa

AUCTORE V. D. B. *mirabilia quæ de partu, quo S. Remigium edidit, narrantur.*

circa annum 552 *idibus Januarii* (1) : *unde colligendum videtur anno* 456 S. Ciliniam *adhuc viridis ætatis fuisse; ita ut circa annum* 400 *nata fuerit. Verum apud Hincmarum ejusque sequaces longa narratio est de senectute, qua afflicta fuerit* S. Cilinia *non secus ac maritus Æmilius, quum S. Remigium concepit utero. Instituitur enim ibidem* (2) *inter S. Montanum, eremitam illum, de quo etiam dixit Fortunatus, et* S. Ciliniam *longum colloquium : quo hæc mariti suasque effœtas vires et senectutem objicit, contendens fieri non posse ut concipiat et lactet prænuntiatum filium; ille vero respondet :* Scias cum ablactaveris puerum Remigium, de lacte tuo perunges oculos meos, et recipiam lumen : *nam Montanus ab Hincmaro cæcus fuisse dicitur. Quo etiam facit quod olim multus apud Remenses sermo fuit de S. Balsamia, quæ S. Remigii nutrix fuisse habetur, quod* S. Cilinia *filium lactare non posset, et de qua dicemus ad* 16 *Novembris. Verum, quum Hincmarus plures fabulas in Vitam suam S. Remigii admiserit; quum nil de his omnibus habeat Fortunatus; quumque insuper* S. Cilinia *nobilis esset et honesta femina, adeoque pudori matronali consuluisse censenda sit; malim Fortunati simplicitati,*
B *quam Hincmari abundantiæ confidere. Cæterum ipsi Remenses, quamquam in Breviario, quod anno* 1759 *excudendum curavit archiepiscopus Armandus Julius de Rohan, proxime accessum sit ad Hincmari verba, dubito tamen an vehementer adhæreant huic narrationi. Ea certe nonnihil immutata est in primo ex decem tapetibus, quibus S. Remigii vita exhibetur. Proponitur enim ibi non* S. Cilinia *ungens S. Montani oculos, sed S. Remigius puer eosdem manu tangens* (3) : *quod miraculum in officio* S. Ciliniæ, *ad* 21 *Octobris Breviario Noviomensi anni* 1650 *inserto, similiter ad S. Remigium refertur. Sed si abjudicare licuit* S. Ciliniæ, *quidni potiori jure S. Remigio? Quocirca nemo, ut equidem spero, ægre feret quod eundum arbitrer in sententiam Suyskeni* (4), *cui ea omnia, quæ Hincmarus aliique Fortunati dictis hoc loco addidere, parum placent. Esto itaque* S. Ciliniam *ortam esse circa iniens sæculum* V, *et tres genuisse filios adulta ætate, non tamen effœta.*

Habitavit et mortua est in agro Laudunensi, verisimiliter Cerniaci;

8 *De reliquis ejus gestis nil innotescit. Ex probabili conjectura addidere ii, qui Breviarium Remense anno* 1759 *ediderunt, sequentia :* Infantem suum Deo obtulit pia mater, in eoque christiane instituendo nihil omisit, ut vocationi divinæ aliquando
C responderet. Sic Cilinia e virtute in virtutem profecit ac sanctitate in dies illustrior, demum meritis plena migravit ad Dominum. Ejus reliquiæ asservantur religiose in ecclesia sancti Remigii. *In*
* Le Laonnois. *agro Laudunensi* * *vixisse* S. Ciliniam *constat ex Hincmaro* (5) *et Flodoardo* (6), *de S. Remigio scribentibus :* Ortus est... in pago Laudunensi. *Mortuam ibidem esse innuunt vetera, quæ inferius referam, ad Usuardum auctaria, quibus ejus* natalis (*sive hoc verbo felicis obitus memoria, sive nuda festivitas designetur*) *Lauduni seu Lugduni Clavati statuitur. Marlotus vero, propius inquirens in natalem S. Remigii aut* S. Ciliniæ *habitationis locum, hæc scripsit* (7) : Locus etiam, ubi puer eruditur, vulgo Cerniacum dicitur, villa in Laudunesio. D Probabilius tamen est paternam domum apud Lauriniacum vel Labriniacum extitisse, ubi B. Remigius ossa suæ genitricis posuit, more tunc ob persecutiones usitatissimo; quod ms. codex seu Registrum visitationis eminentissimi cardinalis Borbonii adhuc confirmat. *Verum quum, ut ex nostro Renato de Ceriziers* (8) *colligere quotusquisque potest, olim ferretur S. Remigius natus et educatus fuisse Cerniaci,* (*qui vicus vulgo dictus* Cerny, *tribus leucis distat a Lauduno, jacetque in minori pago de* Craonne,) *equidem non ausim cum Marloto ab ea vetere traditione discedere, quod* S. Cilinia *in castello Labriniaci sepulta fuit. Re quidem vera ordinarie sepeliebantur tunc temporis in eo loco mortui, ubi diem obierant; sed hæc certa lex non erat, et exempla ejus ævi nota sunt contraria* (9).

mortua est post annum 458, cæterum incerto tempore et sepulta a S. Remigio.

9 *In Calendario, quod ad frontem Breviarii Remensis anni* 1759 *legitur, dicitur* S. Cilinia *ad cælos migrasse* circa finem sæculi VI; *Castellanus in Martyrologio universali satis habet ejus nomini apponere sæculum* V; *in Martyrologio autem Parisiensi cardinalis de Noaliis vita functa perhibetur* S. Cilinia *anno* 450 *vel* 470; *in Missali Suessionensi anni* 1745 circa finem V, initium VI sæculi. *Atque alii aliter.* E *Quid ergo in media hac varietate? Imprimis certum est in Breviario Remensi mendum cubare, quod tam enorme est ut solis typothetis adscribi posse videatur. Credibile etiam non est* S. Ciliniam *anno* 450 *abiisse ad superos. Quum enim testamentum prolixius S. Remigii, licet id mihi non secus ac decessoribus* (10) *suppositum aut mirum in modum interpolatum habeatur, ita tamen antiquum sit ut Hincmaro et Flodoardo cognitum fuerit* (11). *flocci faciendæ non videntur quæ in eo continentur notitiæ historicæ. Atqui inter donationes, quas ibidem S. Remigius fecisse perhibetur patrueli suo S. Lupo, Suessionum episcopo, venit* Labrinacum, ubi ossa, *inquit,* genitricis meæ posui (12); *quibus, si quid intelligam, indicatur S. Remigium, quum matris funus curavit, non solum puberem fuisse, verum etiam episcopum; quum secus id officium potius fuisset S. Principii et patris S. Lupi, fratrum natu majorum. Oportet itaque matrem terrenam hanc cum spiritali vita commutasse post annum* 458, *quo circiter S. Remigium pontificali mitra indutum fuisse diximus supra. Maritus Æmilius mortuus fuit antequam S. Sidonius Apollinaris* (13) *suam ad S. Principium dedit epistolam, in qua scilicet ille dicitur tam eximios* quondam F *habuisse filios; atque hæc scripta sit oportet ante annum* 472 *aut certe* 482, *quandoquidem diutius non vixit S. Sidonius* (14). *Sed neque hinc certum deducere argumentum licet, etsi plures in recentioribus libris ponunt* (*quo auctore nescio*) S. Ciliniam *mortuam esse* viduam. *Quibus omnibus consideratis, initio ejus obitum signavi post annum* 458. *Quod autem ipse Remigius, Remensis episcopus, matrem deposuit in Laudunensi agro, nil mirum; quandoquidem hæc tellus tunc pars diœcesis Remensis erat : enimvero ille idem circa annum* 500 *eam a territorio suo decidit ut ibidem episcopatum erigeret.* (15). *Addiderim hic tandem* Labrinacum, *quod et* Labriniacum *et* Lauriniacum, *idem mihi esse ac*

(1) Cfr Act. SS. tom. I Octobris, pag. 70.—(2) Ibid. pag. 155. — (3) Cfr Tarbé, Trésors des églises de Reims, pag. 324. — (4) Act. SS. tom. I Octobris, pag. 67. — (5) Ibid. pag. 155. — (6) Historia Remensis, lib. I, cap. 10, in Bibliotheca Patrum Lugdunensi, tom. XVII, pag. 512. — (7) Metropolis Remensis historiæ, lib. II, cap. 2, tom. I, pag. 140. — (8) Les commencemens de la France Chrestienne sous S. Remy, pag. 21. — (9) Cfr de S. Maximino, episc. Trevirensi, Alexander Wiltheim, Luciliburgensia Romana, lib. III, cap. 2, pag. 97 et 98.—(10) Act. SS. tom. I Octobris, pag. 106 et seqq.; De Bye, Réponse de l'ancien des Bollandistes... touchant le testament de S. Remi, 1788. Réplique de l'ancien des Bollandistes, 1781; Acta S. Belgii, tom. I, pag. 604 et seqq. — (11) Act. SS. tom. I Octobris, pag. 108. — (12) Ap. Flodoardum, Hist. Rem. eccl. lib. I, cap. 18, Bibliotheca PP. Lugdun., tom. XVII, pag. 519 E.—(13) Lib. VIII, cap. 14, ap. Migne, Patrologia, tom. LVIII, col. 612.—(14) Cfr Gallandius, ap. Migne, tom. cit. col. 458 et 459. — (15) Cfr Acta SS. tom. I Octobris, pag. 96 et 97.

castellum

A *castellum seu viculus* Lavergny, *duabus fere leucis ad ortum brumalem distans a Lauduno, et pars parœciæ de* Parfondru (1).

Obscurum est quo tempore S. Ciliniæ *corpus translatum sit.*

10 *Quamdiu autem jacuerit Labriniaci* S. Ciliniæ *corpus, frustra inquisivi. Molanus jam in prima editione sua Martyrologii Usuardi ad diem* 5 *Aprilis hanc inter additiones protulit memoriam :* Lauduno Clavato prima translatio S. Celiniæ matris S. Remigii episcopi; *quæ annuntiatio in sequentes ejusdem editiones et in Catalogum sanctorum Ferrarii, in Martyrologium Germanicum seu Canisianum Wallasseri et in Gallicanum Saussaii transiit. Sed quid (quod alias non solet) omisit Molanus indicare unde hæc acceperit? non quod dubitem accuratissimum virum processisse sine vade et teste, sed ut alia adjuncta cognoscere liceret. Neque Hincmarus, neque Breviaria Remense et Noviomense quidpiam de hac habent translatione; ita ut pronum esset conjicere eam non fuisse factam ante sæculum* x. *Verum ex altera parte, quum Nivernensis episcopus ideo sæculo* IX *Huchaldo Elnonensi in mandatis dederit carmina de* S. Cilinia *scribere, quod educatus et eruditus fuerat Remis, seu, ut Philippus ab Eleemosyna loquitur,* quia antistes educendæ pubertatis incrementum
B acceperat Rhemis, *indicium est jam tum in S. Remigii monasterio cultam fuisse* S. Ciliniam *et proin ejus illuc corpus jam fuisse translatum. Non enim ante omnem hominum memoriam in universa diœcesi Remensi* S. Cilinia *colitur; cujus quippe nomen et festivitas omnino adhuc absunt a Breviario Remensi, quod anno* 1650 *Ludovicus a Lotharingia archiepiscopus edendum curavit; neque scio id ante sæculum* XVIII *illuc illatum fuisse : sed peragebatur tantum in archimonasterio, quod modo memorabam.*

Insignes reliquiæ servatæ in S. Remigii Remis.

11 *Verum neutrum argumentum valde firmum est; atque id unum certum a longissimo tempore usque ad conversionem rerum Gallicarum, quibus superiori sæculo non minus religio quam regia majestas prostrata est,* S. Ciliniæ *corpus seu saltem partem notabilem in S. Remigii monasterio servatum fuisse, pretiosissima inclusum arca. Eam* capsam laminis aureis coopertam *appellat Marlotus* (2); *scriptores Galliæ Christianæ auctæ, altare maximum laudantes, hæc tradidere* (3) : Pone aram pyramis assurgit, triplici velut contignatione distincta; inferior, quæ quadrata est, B. Gibriani thecam continet; media S. Ciliniæ; superior eleganti lipsanotheca, instar pyramidis, brachium S. Philippi apostoli conti-
C nente, exornatur. *Hinc quotannis, feria secunda Pentecostes deponebatur* S. Ciliniæ *feretrum, ut in processione, quam hac die clerici metropolitanæ ecclesiæ instituebant, una cum capsis reliquiariis aliorum monasteriorum publice deferretur* (4). *Qui usus sæculo* XIII *jam exstabat, siquidem anno* 1509 *abbas Altivillaris, qui contendebat feretrorum delationem non de jure, sed de beneplacito fuisse, adeoque SS. Helenæ et Nivardi lipsanothecas non miserat, coram curia ecclesiastica causa cecidit* (5). *Anno* 1790 *inscripta est theca* S. Ciliniæ *cum reliquis capsis aliisque cimeliis inventario seu indici, quem municipes Remenses fecere* (6); *quæ res viam stravit ad rapinam auri et argenti et ad sacrarum reliquiarum inhumationem. Anno* 1792 *hæc violatio perfecta est.*

S. Ciliniæ *memoria in martyrologiis,*

12 *Sub medium sæculum* IX S. Ciliniam *cælitum jam accepisse honores ex his, quæ fuse de Huchaldi Elnonensis carmine disseruimus, sponte sequitur. In codice Usuardino Dervensi diœcesis Catalaunensis, sæculo* IX *aut* X *confecto* (7), *ad* 21 *Octobris legitur* (8) : Civitate Lugdunensi, sanctæ Ciliniæ matris beatissimi Remigii Remorum archiepiscopi; *similiter in Heriniensi, quem sæculo* XI *ad usum alicujus Remensis provinciæ aut potius diœcesis monasterii conscriptum fuisse ostendit Sollerius* (9), *ad eamdem diem habes* (10) : Item in castro Laudunensi, sanctæ Ciliniæ, matris B. Remigii Remensis archiepiscopi: *brevius in Tornacensi, scripto sæculo* XIII *vel ad usum vel ex codice Altivillaris* (11) *in Remensi diœcesi :* Civitate Laudunensi, sanctæ Ciliniæ; *non nihil aliter in Centulensi seu S. Richarii, quod diœcesis Ambianensis monasterium erat :* Lauduni Clavati, sanctæ Ciliniæ, matris S Remigii. *Similes commemorationes reperire est in auctariis Usuardinis Bruxellensi, Aquicinctino et Antverpiensi Maximo : quæ omnia intra pristinam provinciam Remensem confecta. Quibus addenda Ultrajectinum, Leydense et Hagenoyense, et editiones Lubeco-Coloniensis, Greveni et Molani. Ex Molano transtulit Baronius* S. Ciliniæ *nomen in Martyrologium Romanum; quod et receptum in Parisiense. Non Lauduno, sed Remis adscripta* S. Ciliniæ *memoria in Martyrologio Ebroïcensi, atque his quidem verbis :* E
Remis sanctæ item Ciliniæ, matris beati Remigii Remensis episcopi, quæ ipsum Deo prænuntiante concepit et feliciter natum sanctissime educavit.

AUCTORE V. D. B.

ejusque in paucis diœcesibus provinciæ Remensis festivitas.

13 *Verum, si has in Martyrologiis factas commemorationes excipias, numquam late propagatus fuisse videtur* S. Ciliniæ *cultus. Ut jam monui, in Breviario Remensi diœcesano anni* 1650 *nil reperitur in* S. Ciliniæ *honorem; et in Breviario anni* 1759, *non ad diem* 21 *Octobris, qua fit de octava dedicationis, sed ad* 29 *ejusdem mensis officium semiduplex minus præscribitur. Nil quoque indicitur in Bellovacensi anni* 1554, *neque in aliis posterioribus quæ penes me sunt. Idem dixerim de Ambianensibus, quorum antiquissimum, quod habeam, excusum est anno etiam* 1554. *Cameracensi, edito* 1509, *quoque utor et pluribus posterioribus : neque hic quidpiam de* S. Cilinia *reperire est. Neque in diœcesibus Tornacensi, Bononiensi et S. Audomari aliquid de* S. Cilinia *actum; de Catalaunensi nil habeo quod dicam : adeoque, quantum sciam, peractum est tantum* S. Ciliniæ *festum in diœcesibus Laudunensi, Noviomensi, et sæculo* XVIII *in Remensi, adeoque et in Suessionensi; in cujus Missali, anno* 1745 *edito, notatur pridie festi filii sui S. Principii, episcopi Suessionensis, id* F
est 24 *Septembris; quod postea mutatum, suppressa omni plane de* S. Cilinia *commemoratione et S. Principii Officio ad ritum simplicem redacto : sic res habet in Ordine divini officii recitandi in diœcesi Suessionensi anni* 1827. *Ex quibus etiam liquet quam varius et instabilis fuerit* S. Ciliniæ *cultus, utpote cujus nomen jam insertum, jam deletum fuit in libris liturgicis, inscriptumque calendariis ad* 5 *Aprilis, ad* 24 *Septembris et ad* 21 *et* 29 *Octobris. Quod autem in mutando die cultus tam faciles fuere recentiores, videtur inde ortum, quod Castellanus ad marginem Martyrologii sui Universalis scripserat* S. Ciliniæ, *matris S. Remigii, natalem die* 21 *Octobris notatum fuisse, quod eadem die altera* Cilinia, *videlicet virgo Meldensis, colebatur. Verum tam antiquus est* S. Ciliniæ *Laudunensis seu Remensis cultus, ut id assertum divinatio potius sit quam conjectura et ut vices forte invertendæ sint. Quocirca præstat*

(1) Cfr L'Expilly, Dictionnaire de la France, vo *Lavergny*, et Dictionnaire universel de la France, vo *Lavergny*. — (2) Metropolis Remensis hist. lib. III, cap. 10, tom. I, pag. 537. — (3) Gallia Christiana, tom. IX, col. 222. — (4) Tarbé, Trésors des églises de Reims, pag. 23. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Ibid. pag. 176. — (7) D. Bouillart, Usuardi Martyrologium sincerum, pag. XXXI. — (8) Ibid. pag. 173. — (9) Usuardi Martyrologium, pag. LV et LVI. — (10) Ibid. pag. 616. — (11) Ibid. pag. LVI. —

A *hæc et alia multa relinquere in tenebris quam falso lumine affundere. In fine adjiciam in Kalendario seu Directorio Nivernensi anni* 1637 *plane omitti* S. Ciliniæ *nomen, quamquam sæculo* IX *ejus promovendam gloriam procuravit illius sedis antistes.* D

DE S. AVIA VIRGINE ET MARTYRE

IN GALLIA

V. D. B.

SYLLOGE CRITICA.

Gesta parum nota; cultus in pristinis diœcesibus Parisiensi, Bononiensi, Rothomagensi, Venetensi, Remensi et aliis.

SÆCULO FORTE VI. *Alii fere* S. Aviam *sociam S. Ursulæ, alii eremitissam Bononiensem,* B

S. Aviam *inter prætermissos ad diem* 2 *Maji retulerat Papebrochius, eamque simul cum S. Ursula illustrandam remiserat ad diem* 21 *Octobris. Sed brevi post monitus a Castellano hæc recta non esse, pauca de ea in chartam jecit in appendice ad eumdem mensem Majum* (1); *ita tamen ut omnia pene integra reliquerit. Quapropter hic fidem addere conabimur promissis quæ decessor inter Prætermissos ad* 2 *Maji publice fecit. Porro in quinque saltem diœcesibus colebatur* S. Avia *neque uspiam fere de ea tradebantur eadem. Confusa fuit imprimis cum ficta S. Aurea, quæ in S. Elisabethæ Schonaugiensis de S. Ursula et sociabus Revelationibus filia regis Siciliæ fuisse perhibetur et S. Ursulæ socia. Hæc omnia licet fabulosa sint et piæ phantasiæ ludibria, ut in Commentario de S. Ursula fuse ostensum est, plurimum amplificarunt Damasus a S. Ludovico, Carmelita Provinciæ Turonensis* (2) *et Franciscus Giry ex ordine Minimorum* (3): *adeo ut lapsus fuerit Papebrochius, quum* S. Aviam *cum S. Aurea Parisiensi, quæ die* 4 *Octobris colitur, confusam fuisse dixit* (4). *In Bononiensi agro cultum quoque nacta est, sed aliis omnino laudibus ornata. Ibidem quidem de turma S. Ursulæ fuisse dicta est; sed ita ut, quum Ursulana classis Rhenum versus pergeret, ejus navis, a reliquis avulsa, appulerit Bononiam; quæ civitas ad littus maris e regione Angliæ est, in tractu cui nunc vulgare nomen* Pas de
C Calais. *Accipe historiam a Malbrancquio* (5) : Ad Bononicum portum, *inquit,* tempestate jactatam alteram earum (*scilicet navium S. Ursulæ et sociarum*) navim fuisse testimonio est Aurea seu Avia puella, quæ illic e rate suum prope onus effundente projecta est, et ad littus evasit Bononicum. Excepta ab indigenis sedem fixit in Morinis, in silva, cui Diverniæ oppidum est conterminum, quatuor Bononia dissitum leucis, idque ad Romanam viam. Illic aliquot transegit annos cum multa sanctimoniæ laude, donec alia rursum facta est incursatio hostium, qui virginem egregie suæ pudicitiæ et religionis castra tutantem exocularunt, capiteque plexerunt. Ita fert, *addit Malbrancquius, anno scribens* 1659, Diverniensis traditio (equidem sicr em mihi retulit istius oppidi quadraginta quatuor annorum curio) et antiqui adhucloci monimenta advenas ad se pelliciunt. Nam residuum est etiamnum sacrarium cum domicilio ejus nomini dicatum, quod ab omni ævo ab anachoretis exceultum fuit.

2 *Imblevillæ in Normannia, ubi capella* S. Aviæ *olim quoque condita est, alia omnino perhibebantur, ut ex vetustis carminibus gallicis, quorum exemplar typis impressum illic olim asservabatur* (6), *novimus. Tradebatur hoc scripto* S. Avia *virgis et scorpionibus crudeliter flagellata fuisse; corpus ejus, ita cæsum ut ossa apparerent, hirsuto cilicio a barbaris confricatum; aqua calida et salsa exasperatæ plagæ; mamillæ cultris obtusis desectæ, aliaque addita tormenta; carcere dein macerata fuisse beata virgo, sed divino lumine recreata atque etiam consolatione angeli cælestis, qui calicem passionum ut Christo Domino ostendit; adeoque beata Maria Virgo ei per carceris crates ternis hebdomadibus tres panes albos, angelorum manibus factos, porrexisse; interea barbari non cessasse a minis et leones ad eam misisse, qui nedum nocuerint ei potius serviverint, donec tandem vitam pro Christo profuderit. Sed planum est hæc ex alterius sanctæ Passione, ornatu aliquo adjecto, afficta fuisse, quemadmodum vel ex sola leonum præsentia abunde manifestum est. Hinc tamen in muro exteriori ecclesiæ seu capellæ, quam olim Parisiis habebat, cernere erat imaginem ejus anaglypham, qua per fenestræ crates prospiciens exhibebatur* (7); *Rothomagi vero in templo eremitarum S. Augustini picta erat turri inclusa, ad cujus pedes cernebatur angelus calicem ei demonstrans* (8); *Nannetis demum vir coronatus et a puero (forte angelo) sociatus eidem offert calicem in speciem fere viatici* (9). *alii martyrem diris modis vexatam dixere.* E F

3 *In diœcesi Venetensi in Britannia Armorica, in qua ad* 2 *Maji secundum Proprium Sanctorum anni* 1652 S. Aviæ virginis et martyris commemoratio *fiebat* (10) *et juxta Proprium anni* 1660 S. Aviæ virginis et martyris (*officium*) semiduplex de communi (11), *ferebatur ea apparuisse in* Pleumelec *prope oppidum* Avray, *ibique sanctificasse sessione aut tactu et benedictione sua lapidem et duos fontes, non procul a mari sitos. Ex hac persuasione ortus mos imponendi pueros debiles vel in foramine hujus lapidis vel in altero fonte,* (*in altero autem oculos lavant.*) *Qua ratione quum, ut traditur, multis pueris gressus obtentus fuisset,* (*ratione* *Ejus cultus in diœcesibus Venetensi, Rothomagensi et Rhemensi;*

(1) Act. SS. tom. VII Maji, pag. 542. — (2) Sainte Ursule triomphante des cœurs, de l'enfer, de l'empirée, pag. 337 et seqq. — (3) Les vies des Saints, tom I, col. 1341 et seqq. — (5) Act. SS. tom. VII Maji, pag. 542. — (5) De Morinis, lib. II, cap. 30, tom. I, pag. 182. — (6) Damase de S. Louis, Sainte Ursule triomphante, pag. 349; les Vies des Saints, tom. I, col. 1345.— (7) Act. SS. tom. VII Maji, pag. 542. — (8) Damase de S. Louis, pag. 349; cfr Giry, les Vies des Saints, tom. I, col. 1346. — (9) Damase de S. Louis, pag. 350. — (10) Act. SS. tom. I Maji, pag. 169. — (11) Tresvaux, les Vies des Saints de Bretagne, tom. I, pag. xxxv.

nominis

AUCTORE V. D. B.

A *nominis* (*ut sæpe fiebat* (1)) *ab his qui* avii *seu* viam ire *non poterant invocata est*), *ab accolis et peregrinis pulcrum prope fontes sub* S. Aviæ *nomine et patrocinio exstructum fuit oratorium, in quo remum manu tenens exhibetur* (2). *In eadem diœcesi exstat paræcia, unam leucam septentrionem versus a Venetis distans, cui vulgo nomen* Saint-Avé (3) *seu* Évé (4); *quam formam masculinam jam pridem in rotulis nobilitatis Armoricanæ in usu fuisse testatur apud R. D. Tresvaux* (5) *Alexius Lobinavius. Erroneus hic scribendi modus hinc ortus quod sermone vernaculo* Sainte Avé *seu* Sainte Évé *non aliter effertur ac* Saint Avé *seu* Saint Évé. *Partem reliquiarum* S. Aviæ *possidet paræciæ hujus templum* (6). *Pleræque aliæ sacræ exuviæ servari dicebantur olim in abbatia puellari Cisterciensi S. Antonii ad Campos* (7); *negare non ausim, sed timeo ne potius unius Ursulanæ Coloniensis virginis fuerint. Mellentum ad Sequanam venerabatur eam ut patronam titularem sui templi, atque ejus nomini capellas erexit Imblevilla in diœcesi Rothomagensi et Bellavilla in Rhemensi. Imblevillæ historiam vernaculam servatam fuisse diximus. Bellævillæ exstabat vetus officium proprium novem lectionum, martyrium con-*

B *tinens. Ibidem habitabat eremita. In Mante, Vernon aliisque Normanniæ locis solebat invocari in omnibus fere animæ et corporis necessitatibus. Colebatur etiam in ecclesia collegiata prope Aurelianos; in* Troissy, *parochia pristinæ diœcesis Suessionensis in Campania; atque etiam vetusta ejus imago cernebatur in templo vici* La Queue, *in Bria, et in S. Michaelis Posiaci* (8).

Item Parisiis in domo S. Aviæ, *cujus fata explicantur;*

4 *Verisimiliter Philippo Augusto, S. Ludovici proavo, regnante, consecrata est Parisiis sub ejusdem sanctæ patrocinio ecclesia* (9); *unde adjacens platea nuncupata est* Sainte-Avoie, *appellatione eodem modo detorta ac latinum* via *in* voie. *Id oratorium cum adjacentibus domibus partim coemit anno* 1285 *Joannes Sequence, parochus S. Mederici, partim ejusdem ecclesiæ canonici anno* 1290 (10). *Triennio in eo collocatæ* Bonæ Mulieres, *seu pauperes viduæ, quæ vivendi modum Beghinarum adoptarunt* (11). *Paulo ante annum* 1308 (12), *expensis* (*ni fallar*) *Joannis Hersant, parochi S. Mederici* (13), capella seu oratorium de novo factum in domo Bonarum mulierum sita Parisiis infra portam Templi in terra et dominio de parochia ecclesiæ S. Mederici (14). *Ineunte sæculo* XVII *ruinam trahebant ædes* (15) *atque anno* 1610 *tres tantum* (16)

C *et anno* 1620 *novem supererant Beghinæ* (17), *quum hæ melioris vitæ desiderio et consilio Guidonis Houisier, parochi S. Mederici, statuerunt vitam Ursulanarum monialium amplecti; de qua re anno circiter* 1620 (18) *certis conditionibus conventum est inter* moniales congregationis sanctæ Ursulæ in suburbio Parisiensi sancti Jacobi de Alto-passu *et* matrem et sorores degentes in loco dedicato sub nomine seu invocatione santæ Aviæ seu Avitæ, *S*te *Avoie*, in urbe Parisiensi, nobili domicella Magdalena l'Huilsier, dicta de Ste Bœfve, (*fundatrice alterius conventus Ursulani Parisiensis,*) dotante jam dictam domum sanctæ Aviæ de summa mille librarum Turonensium annui et perpetui redditus (19). *Consensit parochus die* 10 *Decembris anni* 1621 *et cardinalis de Retz probavit die* 4 *Januarii anni sequentis* (20). *Anno* 1623 *concessæ literæ patentes regiæ* (21). *Novum postea ibidem conventum ædificaverunt Ursulanæ moniales, quæ ineunte sæculo* XVIII *erant numero octoginta, magnæ puellarum multitudini doctrinam sanam communicantes* (22). *Clausa hæc domus anno* 1790 *et in parte ejus soli anno* 1802 *synagoga Judæorum exstructa fuit* (23).

item in diœcesi Ebroicensi et alibi. Quæ S. Aviæ *gesta admitti posse videntur.*

5 *Mirum est non annuntiari* S. Aviæ *memoriam in martyrologio Parisiensi cardinalis de Noailles; contra in Ebroicensi ad* 2 *Maji legitur:* Eodem die sanctæ Aviæ seu Advisæ virginis et martyris, cujus memoria tum Parisiis, tum etiam in Aremoricis celebris est. *Aliquot in locis colitur die* 6 *Maji; olim ejus festum agebant Ursulanæ Parisienses prima die* E *dominica ejus mensis cum officio de communi martyris et indulgentia plenaria* (24). *Ex dictis manifestum est* S. Aviæ *cultum Parisiis et maxime in diœcesi Venetensi, ubi vico nomen suum ante omnem hominum memoriam communicavit, multo antiquiorem esse sæculo* XII *seu potius* XIII, *quum per SS. Coloniensium virginum reliquiarum dispersionem harum pietas et religio per Gallias propagata est, et proinde* S. Aviam *nullo modo de earum numero haberi posse. Quin etiam credibile non est eam cum S. Ursula ex Britannia solvisse et ad Bononiensem appulisse agrum: ad summum admitti posset eam sæculo* V *exeunte aut potius* VI, *quum tot alii Britanni* (*quemadmodum in Commentario de S. Ursula declaravimus*) *in Gallias confugerent, relicta patria, in illas partes venisse: non enim præpropere negandum est eam gente Britannam fuisse; secus non intelligeretur quare a Britannis Armoricanis, vix alios olim quam suos sanctos colentibus, ecclesiasticis honoribus donata fuisset. Reliqua, quæ tradit Malbrancquius, nullam difficultatem habent. Atque hæc de* F S. Avia *extra diem suum, quod erronee ad præsentem remissa fuerit.*

(1) Act. SS. Auctarium, tom. V Octobris, pag. 25. — (2) Giry, les Vies des Saints, tom. I, col. 1546; Damasus a S. Ludovico, pag. 347. — (3) Dictionnaire universel de la France, tom. IV, pag. 456.—(4) Tresvaux, Vies des Saints de Bretagne, tom. I, pag. LI. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Ibid. loc. cit. — (7) Giry, les Vies des Saints, tom. I, col. 1546. — (8) Damase de S. Louis, pag. 550 et 551. — (9) Ibid. loc. cit.; Du Breul, Antiquités de Paris, pag. 615. — (10) Lebeuf, Histoire de la ville et de tout le diocèse de Paris, tom. I, pag. 271 et 272. — (11) Du Breul, Antiquités de Paris, pag. 615. — (12) Lebeuf, Histoire etc., pag. 272. — (13) Du Breul, Antiquités, pag. 615. — (14) Lebeuf, pag. 272. — (15) Du Breul, pag. 616. — (16) Ibid. pag. 670. — (17) Ibid. pag. 272. — (18) Ibid. pag. cit. — (19) Sauval, Histoire et recherches des antiquités de la ville de Paris, tom. III, pag. 149. — (20) Ibid. pag. cit. — (21) Dulaure, Histoire civile, politique et morale de Paris, tom. V, pag. 457, Paris, 1825. — (22) Giry, les Vies des Saints, tom. I, col. 1546. — (23) Dulaure, Histoire de Paris, tom. V, pag. 457 et 458. — (24) Act. SS. tom. VII Maji, pag. 542 et Giry, les Vies des Saints, tom. I, pag. 1546.

DE

A D

DE S. DOMNOLENO, CONFESSORE,

IN AGRO AUTISSIODORENSI IN GALLIA.

V. D. B.

SYLLOGE.

§ unicus. Cultus S. Domnoleni; incognita gesta; distinctio a S. Domnoleno Lemovicensi.

S. Domnolenus, *memoratus in Martyrologiis abbatiæ S. Laurentii et Autissiodorensi, nomen suum dedit templo et vico,* S.ÆCULO FORTE VII EXEUNTE.

B

Ecclesia Autissiodorensis, quæ, ut ait Tillemontius in Vita S. Germani Autissiodorensis, citatus a Carolo de Caylus in Martyrologii a se editi prologo, etsi non aliis titulis, tamen magno Sanctorum numero, et inter Sanctos eminentiore pietate fuit commendata, *recolit hodierna die popularem suum, his annuntiatum verbis :* In diœcesi Autissiodorensi prope abbatiam sancti Laurentii juxta Conadam, beati Domnoleni; *cujus nulli alii, quos scio, meminerunt typis editi sacri fasti præter indicatum Martyrologium. Huc autem, ut in annotatis adjicitur, inductum est Sancti hujus nomen* ex Martyrologio dictæ abbatiæ anno 1271 scripto, et Calendario ejusdem abbatiæ anno 1286 scripto. In Ordinario, cui Calendarium istud præfixum est, feriæ secundæ in Rogationibus Statio designatur « apud Sanctum Domnolenum. » Hinc patet ecclesiam præfatæ abbatiæ vicinam Sancti Domnoleni nomine et patrocinio insignitam fuisse ante sæculum decimum tertium. *Cujus rei alterum testimonium colligimus ex veteri Necrologio ejusdem abbatiæ, citato in Gallia Christiana* (1); *ubi de abbate Bartholomæo, anno* 1295 *e vivis erepto, hæc inde desumpta leguntur :* IV idus Aprilis obiit felicis memoriæ Bartholomæus abbas hujus ecclesiæ, qui per XXV annos istam peroptime rexit ecclesiam, et acquisivit multa, videlicet *de Montogor* ubi ædificavit duas grangias, et emit terram de Fontemorini, et cavam nostram fecit cum prisione et claustra murorum nostrorum et multa alia bona tam in libris quam in aliis bonis temporalibus et

C spiritualibus, quæ longum esset per singula enarrare, pro quo habemus XXX solidos annui reditus sitos super ecclesiam S. Domnoleni. *Præterea* ejusdem Sancti Domnoleni, *ut loquitur præfatum Autissiodorense Martyrologium*, nomen etiam nunc retinet vicus, qui vulgo dicitur « Saint Andelain. » *Atque hinc de cultu satis constat.*

idem forte est ac sacerdos Autissiodorensis exeuntis sæculi VII,

2 Quis autem fuerit (*ut ejusdem Martyrologii denuo usurpemus verba*), aut quo tempore vixerit S. Domnolenus, ignotum. Id unum constat S. Domnolenum vixisse et obiisse in diœcesi Autissiodorensi. Conjicere tamen licet eum esse Domnolenum presbyterum, cujus meminit B. Vigilius Autissiodorensis episcopus in suo testamento, ut videre est in Annalibus Benedictinis D. Mabillon (2), *in quo S. Vigilius ait :* Do ad unam cappam villam Leodebaro meas portiones, quas de Sperio et Domnoleno presbytero habere videor. *Quæ conjectura si valet, vixerit oportet* S. Domnolenus *finem versus sæculi* VII, *cum S. Vigilius circa annum* 683 *supremum obiisse diem statuatur* (3). *Villa vero illa* Leodebaro *aliunde incognita mihi est, neque in tabulis geographis Galliæ Cassini ullus mihi apparet prope vicum* S. Domnoleni *locus, cujus nomen aliquantisper ad* Leodebaro *accedat. Vicus autem ille, Sancti nostri nomine insignitus, Autissiodoro exeuntibus africum versus jacet, inter Ligerim fluvium et rivum Nodam* (Noain), *et inter duo nota satis oppida Condidam, Conadam seu Conium* (Cosne) *et Caritatem* (Charité sur Loire).

E

et distinctus censendus est a S. Domnoleno Lemovicensi.

3 *Porro licet de præsenti Sancto* Domnoleno *nihil fere cognoscatur, et alter ejusdem nominis Sanctus colatur, de quo non plura supersunt documenta, nefas tamen videtur hos ambos in unum conflare; duplex quippe obstat ratio. S. Domnolenus scilicet Lemovicensis, de quo Gaufredus Vosiensis circa annum* 1184 *in suo Chronico scripsit :* In ecclesia (*Lemovicensi*) S. Gregorii, juxta monasterium S. Andreæ, tumulus cernitur S. Domnoleni; de quo nihil aliud reperi, nisi quod fama testatur, illum principem Lemovicorum; et ejus festivitas agitur VII kalendas Julii (4); *cujus ipsius* ecclesiam in urbe (*Lemovicibus*) anno 1105 kalendis Julii concrematam *ab hominibus de castro S. Martialis perhibuit Ademarus Cabanensis* (5) *in Commemoratione abbatum S. Martialis Lemovicensis, et demum cujus* corpus e terra eductum *Joannes de Langeac, Lemovicensis episcopus,* in locum decentem transtulit et in ecclesia huic Sancto extra muros urbis sacra reposuit anno 1534, *ut habet Gallia Christiana* (6); *hic, inquam, S. Domnolenus ab homonymo nostro Autissiodorensi diversus censendus est : tum quod non eadem colitur die, quæ gravissima est ratio; tum quod ad alium omnino pertinet pagum, siquidem diœcesis Lemovicensis et Autissiodorensis non eadem provincia ecclesiastica clauduntur : quod non spernendum argumentum est, cum utriusque Sancti cultus intra angustissimos limites coarctetur. Si tertia et minus valida probatio huc accedere potest, nomina Gallica diversa quoque sunt. Teste enim Simone de Peyronet in Catalogo Sanctorum* (7), *anno* 1706 *Tolosæ impresso, apud Lemovices vulgo gallice dicitur S. Domnolenus Lemovicensis* S. Dampnolet *et* S. Anolet, *seu, ut Lelong in Bibliotheca Galliæ* (8) *habet* S. Tonnolein *vel* S. Ounoulé; *Sanctus vero* Domnolenus *Autissiodorensis vulgo audit* S. Andelain, *quemadmodum superius e Martyrologio Autissiodorensi intellexinus. Atque hæc eo loci notanda visa sunt, ut cujus acta oblivione obliterata sunt, memoria saltem, quantum per nos stat, perennis conservetur.*

F

(1) Tom. XII, col. 432. — (2) Tom. I, instrum. num. 24. — (3) Lebeuf, Hist. d'Auxerre, tom. I, pag. 140. — (4) Labbe, Bibl. nov. Mss. tom. II, pag. 286. — (5) Cfr Act. SS. tom. V Junii, pag. 568. — (6) Tom. II, col. 539. — (7) Pag. 284. — (8) Tom. V, pag. 234, edit. 1778.

DE

A D

DE S. MUNNU SIVE FINTANO

ABBATE TEACHMUNNENSI

IN HIBERNIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. E. C.

§ I. De monasterio Teachmunnu et oppido Taghmon. Sancti nomina et cultus. Adit monasterium Hiense in Scotia.

ANNO DCXXXV. *De monasterio Teachmunnu et hodierno oppido Taghmon.*

Taghmon, *olim* Teachmunnu (1), *id est*, domus Munnu, *oppidum est antiquæ Lageniæ, nunc comitatus Wexfordiæ in Hibernia, incolis supra ter mille frequens. Nomen habet et exordium a* S. Munnu, *sive* Fin-
B tano, *qui illic extremo sæculo sexto, aut initio sequentis, manasterium fundavit, et multorum monachorum exstitit pater. Post trecentos circiter annos, Danis in Lageniam irruentibus, anno* 917 *vastatum est; sed redierunt monachi, si Lewisio* (2) *fides : scribit enim monasterium a rege Lageniæ ultimo Dermod Mac Murrough, seu Darmitio, abbatiæ Fernensi Canonicorum regularium S. Augustini, quam erexerat, circa annum* 1160 *unitum fuisse. Addit chartam donationis regiæ etiamnum exstare; de qua tamen re, et consequenter etiam de primo asserto, dubitandi est locus; quum editoribus, tam novi* (5) *quam antiqui* Monastici Anglicani, *non alia innotuerit, quam charta fundationis monasterii Fernensis, in qua nomen Teachmunnu, vel aliud æquivalens non comparet. Suspicor itaque nomen Tagh-Moling, quod in diplomate legitur, et indicat monasterium S. Molingi* (4) *in Lagenia, Lewisio idem fuisse ac Taghmon, quod profecto erroneum est. Ceterum nihil deinceps de monasterio Teachmunnu innotescit, sed hodiedum ipso in oppido florere videtur res catholica, gaudetque templo satis*
C *amplo et eleganti.*

Sancti nomina.

2 *Nomen vero oppidi et diversa monumenta ostendunt, frequentius nomen* Munnu, *quam* Fintani, *Sancto nostro tributum fuisse* (5). Abbas de Tegmunna, *inquit Colganus* (6), nomine Fintanus, sed cognomento sæpius usurpato Munna, sive Mundus; *et hoc posteriori nomine, latine scribens, eum vocare mavult. Joannes Lanigan conjectat a nomine familiæ* Maine, *ad quam pertinebat mater* Fintani (7), *ejus alterum nomen vel cognomen* Munnu *deducendum* (8); *sed vix crediderim, quum similia nomina, ut* Munis (9), Mundus (10), Munessa (11), *in scriptis Hibernorum et maxime Scotorum nonnumquam sint obvia, et noster Sanctus in monumentis Mss. non raro* Mundu *vocetur* (12). *Atque ad hæc Laniganus attendisse non videtur. Utut sit, adhibitum fuerit præ altero hoc nomen, ad distinguendum a Fintanis multis, qui ab Hibernis scriptoribus memorantur* (13). *Ad nomen* Fintani *quod attinet, mihi constat voces hibernicas* finn, finnen *album quid designare* (14), *et in Actis* (*infra num.* 1, *dicitur Sanctum nostrum album fuisse ac satis innuitur hoc sensu a biographo nomen* Fintani *fuisse* E *intellectum. Eædem tamen voces etiam pulchritudinem significant, qui sensus admissus est in Vita breviori, ut dicetur in Annotatis.*

Cultus ex Mroll. Hibernicis

3 *Colitur* Fintanus Munnu *hac die* 21 *Octobris, qua etiamnum in oppido Taghmon, in Sancti memoriam, nundinæ celebrantur* (15). *Eum his verbis annuntiat Martyrologium Ængussii, seu Tamlachtense :* 21 Octobris. Fintanus filius Tulchani, sive Munna, cum suis monachis, qui sub jugo ejus fuerunt, quos non uret ignis judicii, quorum ista sunt nomina : Lasrianus et Comanus etc. (16). *Addit apographum meum :* aliorum nomina scripsi in magno. *Reperi ea, alphabetice disposita, in quodam codice, qui fuit* ad usum R. D. Lynch, *cum sequenti titulo* (17) : Familia, seu monachi S. Fintani, sive Munnæ abbatis, numero 255, quos non uret ignis judicii (Ex Mart. Taml. pergameno 21 Octobris) : Adomnanus, Ædanus seu Aidanus, Ædgnius, *etc. Sunt autem in dicto codice nomina solum* 219, *loco* 255. *Ut jam cum Martyrologiis proferendis pergamus, idem Ængussius in suo* Festilogio metrico Sanctorum, *in quo unum alterumve tantum in singulos dies adscribit, ad* 21 *Octobris* Fintanum filium Tulcain *itidem memorat* (18). *Martyrologium vero* F *Dungallense* (19) *eodem die :* Munna episcopus et abbas Cluan-edhnechensis in Laginia. Fintanus aliud nomen erat Munnæ. Tulchanus nomen patris ejus. xxx et ducenti erat numerus monachorum ejus in ejus congregatione. Fuit autem Mochua, filius Lonani, qui sanavit (*Fintanum seu Munnu*) a lepra quæ ei erat a principio. *De prætenso episcopatu et prælatura Cluain-ednechensi, deque sanatione a lepra infra dicetur. Quartum denique ex præcipuis Martyrologiis Hibernicis quæ a Franciscanis Hibernis, olim Lovanii degentibus, post suppressum Conventum in Belgio relicta sunt, Martyrologium scilicet Mariani Gormanni* (20), S. Fintanum *similiter ad diem* 21 *Octobris adscriptum refert. Demum hic*

(1) Infra num. 15. — (2) Lewis, a topographical Dictionary of Ireland, Vis Taghmon et Ferne. — (3) Novum Monasticon anglic. Londini 1830, tom. VI, pag. 1141 et seq. Cfr Allemand, Hist. monastique d'Irlande, pag. 13. — (4) Colgan. Acta SS. pag. 215 et 218. — (5) Cfr Hibernia Dominicana, pag. 728, etc. — (6) Acta SS. pag. 452 et Trias thaum, pag. 375, num. 20. — (7) V. Acta infra num. 1. — (8) An ecclesiastical history of Ireland, tom. II, pag. 406. (9) Colganus, Trias thaum. pag. 692. — (10) Acta SS. tom. II April num. 388; David Camerarius (Dempsterus) ad 15 Aprilis; Colganus loc. cit. etc. — (11) Colganus, ibid. — (12) Martyrologium O'Clery, Index; Annales Tigernaci, apud Lanigan. tom. II, pag. 408; infra in Vita, num. 18. — (13) Acta SS. Febr. tom. III, pag. 16, num. 5; Colgan, Acta, pag. 555. — (14) Acta SS. Sept. tom. VII, pag. 142 de S. Finbarro; O'Reilly, Irish-english dictionary. — (15) Carlisle, a topogr. Dictionary of Ireland, vo *Taghmon*. — (16) Codex ms. Bibl. Bruxellensis num. 5104; Colganus, Acta SS. pag. 455, num. 6. — (17) Codex Bruxellensis 5303, pag. 235; Cfr Colganus, loc. cit. — (18) Codex Bruxell. 5102. — (19) Codex Bruxell. 4659. — (20) Codex Bruxell. 5103.

omittendum

AUCTORE E. C. *omittendum non est, in* Litaniis Anglicanis, *quas melius Britannicas dixeris, sæculi septimi, a Mabillonio vulgatis* (1), *inter alios Sanctos Hibernos et Britones, invocari etiam* S. Munnam.

et extrancis. 4 *Ex his Martyrologis, simulque ex loco Vitæ S. Columbæ mox proferendo, quæ auctorem habet Adamnanum pæne coævum, transiit* S. Fintani *seu* Munnu *annuntiatio in Martyrologos recentiores. Grevenus in suo Usuardo, initio sæculi* XVI *edito, hæc habet de Sancto nostra, nomen Munnu corrupte exprimens :* In Hibernia, Nummi Confessoris (2). *Ceterum Sanctorum Hibernorum Britanniæ majoris, maxime Hibernorum, qui ad terram continentem non transierunt, rara est memoria apud ejusdem Martyrologos. Castellanus tamen* S. Munnu *memorat :* In Scotia (*hodierna*) S. Munnu, quartus abbas Hiensis, anno 634 (3). *Mendosa sunt locus et dignitas, et præferendus annus* 633, *ut infra dicetur; sed recte annotat in margine nomen* Munnu *non flecti; in Indice vero generali* (4) *obvius est ei quidam Munnas, nescio ex quibus monumentis, quem eumdem esse conjicit cum S.* Munnu. *In Anglia, ubi serius Martyrologis innotuit, eum elogio exornat Martyrologium Britannicum, vernacule sæculo præcedenti*
B *editum* (5), *et vitæ compendium exhibent Butler* (6) *et Challoner* (7).

Locus Adamnani de S. Fintano. *S. Columbam Hiensem* 5 *Jam proferimus locum Adamnani satis amplum, ex ejus Vita S. Columbæ, ubi hujus prophetiam de* S. Fintano, *ejusque adimpletionem commemorat. Eum vero* Fintenum, *non* Fintanum *vocat, in quo nullum imitatorem habuit, tribuendumque illud puto pronuntiationi anglosaxonicæ, in qua litteræ* a *et* e *vix distinguebantur. Hunc porro locum Adamnani de nostro* Fintano *agere, qui hac die colitur, nemo umquam dubitavit, et ex toto Commentario et Actis manifestum fiet. Jam audi Adamnanum* (8) : Sanctus Fintenus, qui postea per universas Scotorum (*id est Hibernorum; hoc enim nomine usque ad nonum, vel decimum sæculum, non Scoti hodierni, sed Hiberni* (9) *designabantur*) Ecclesias valde noscibilis habitus est, a puerili ætate integritatem carnis et animæ, Deo juvante, custodiens, studiis dialis sophiæ deditus, hoc propositum, in annis juventutis conversatus, in corde habuit, ut nostrum S. Columbam Hiberniam deserens, peregrinatus adiret. Eodem æstuans desiderio, ad quemdam vadit seniorem sibi amicum, in sua gente prudentissimum venerandumque clericum, qui scotice
C (*i. e. hibernice*) vocitabatur Columb-crag, ut ab eo quasi prudente, aliquod audiret consilium. Cui cum suos denudaret cogitatus hoc ab eo responsum accepit : tuum, ut æstimo, a Deo inspiratum devotumque desiderium, quis prohibere potest, ne ad Sanctum Columbam transnavigare debeas?

invisere cupit, et, eo mortuo, 6 Eadem hora casu duo adveniunt monachi Columbæ, qui de sua interrogati deambulatione : nuper, ajunt, de Britannia remigantes, hodie a Roboreto Calgachi venimus. Sospes anne est, ait Columb-crag, vester Columba Sanctus Pater? Qui illacrimati cum magno dixerunt mœrore : vere salvus est noster ille patronus, qui his diebus nuper ad Christum commigravit. Quibus auditis Finten et Columba et omnes qui ibidem inerant, prostratis in terram vultibus, amare flevere. Fintenus consequenter percunctatur dicens : quem post se successorem reliquit? Baitheneum, ajunt, suum alumnum. Omnibus clamitantibus : dignum D et debitum; Columba ad Fintenum inquit : quid ad hæc Fintene, facies? Qui respondeus ait : si Dominus permiserit, ad Baitheneum virum sanctum et sapientem enavigabo et si me susceperit, ipsum abbatem habebo. Tum deinde supra memoratum Columbam osculatus et ei valedicens, navigationem præparat, et sine morula ulla transnavigans, Ionam devenit insulam. Et necdum in id temporis usque, nomen ejus in his locis erat notum : unde et imprimis, quasi quidam ignotus hospes, hospitaliter susceptus est.

adit ejus successorem Baitheneum, a quo remittitur 7 Alia die nuntium ad Baitheneum misit, ejus allocutionem facie ad faciem habere volens. Qui, ut erat affabilis et peregrinis appetibilis, jubet ad se adduci. Qui statim adductus, primo, ut conveniebat, flexis genibus in terram se prostravit, jussusque a sancto Seniore, surgit; et residens interrogatur a Baitheneo adhuc, de gente et provincia, nomineque et conversatione, et pro qua causa inierit navigationis laborem? Qui ita interrogatus omnia per ordinem enarrans, ut susciperetur humiliter expostulat. Cui sanctus Senior, his ab hospite auditis, simulque hunc esse virum cognoscens, de quo pridem aliquando S. Columba pro- E phetice vaticinatus est : gratias, ait, Deo meo agere debeo quidem in tuo adventu, fili; sed hoc indubitanter scito, quod noster monachus non eris. Hoc audiens hospes valde constristatus, infit : forsitan ego indignus tuus non mereor fieri monachus? Senior consequenter inquit : non quod, ut dicis, indignus esses, hoc dixi, sed quamvis maluissem te apud me retinere, mandatum tamen S. Columbæ mei decessoris profanare non possum, per quem Spiritus sanctus de te prophetavit. Alia namque die mihi soli seorsim sic prophetico profatus ore, inter cetera dixit : hæc mea, o Baithenee, intentius debes audire verba : statim namque post meum de hoc ad Christum sæculo, exspectatum et valde desideratum transitum, quidam de Scotia Frater, qui nunc bene juvenilem bonis moribus regens ætatem, sacræ lectionis studiis satis imbuitur, nomine Fintenus, gente Moccu moje (*Vide Annotata ad Acta num.* 1), cujus pater Tailchanus vocatur; ad te, inquam, perveniens, humiliter expostulabit, ut ipsum suscipiens, inter ceteros adnumeres monachos; sed hoc in Dei præscientia prædestinatum non est, ut ipse alicujus abbatis F monachus fieret, sed ut monachorum abbas et animarus dux, ad cæleste regnum olim electus a Deo est. Noles itaque hunc memoratum virum in his nostris apud nos retinere insulis, ne et Dei voluntati contraire videaris; sed hæc ei intimans verba, ad Scotiam in pace remittas, ut in Lageniensium (*provinciæ Hiberniæ*) vicinis mari finibus monasterium construat, et ibidem Christi ovium pascens gregem, innumeras ad patriam animas cælestem perducat.

ad Hiberniam. De S. Adamnano et quantum valeat hæc ejus narratio. 8 Hæc audiens sanctus junior, Christo, lacrimas fundens, agit gratias, inquiens : secundum S. Columbæ prophetiam fiat mihi et mirabilem præscientiam. His denique diebus verbis sanctorum obtemperans, et a Baitheneo accipiens benedictionem, in pace ad Scotiam transnavigavit. Hæc mihi quodam narrante religioso sene presbytero, Christi milite, Oisseneo nomine, Ernani filio, gente Mocu-Nieth-

(1) Vetera Analecta, edit. 1723, pag. 68. — (2) Sollerius, Martyrologium Usuardi, pag. 618. — (3) Martyrologe universel. Paris, 1709. — (4) Pag. 1150. — (5) A memorial of ancient British piety or a British Martyrology. London, 1761.— (6) The lives of the Fathers, Martyrs, etc. London, 1813, tom. X, pag. 454.— (7) Britannia sancta, tom. II, pag. 215.— (8) Tom II Junii, pag. 200, num. 5 et seqq. — (9) Pinkerton, An enquiry into the hist. of Scotland, edit. 1814, tom. II, pag. 223 et seqq.; Acta SS. tom. II Martii, pag. 517, num. 1 et seq. et passim in Actis.

corb.

A corb, indubitanter didici; qui se omnia supra memorata verba, ejusdem ab ore S. Finteni, filii Tailchani, audisse testatus est, ipsius monachus. *Hucusque S. Adamnanus, post S. Columbam abbas Hiensis, ut videtur, octavus* (1). *Ejus Acta data sunt a decessoribus, ad diem* 23 *Septembris, ex quibus hæc pauca excerpimus. Adamnanus, quem circa annum* 625 *natum autumant* (2), *anno* 677 (*seu potius* 678, *siquidem Quatuor Magistri, ex quorum Annalibus hic numerus assumptus, unum annum demere solent*), *vel ut pluribus* (3) *placet, anno* 679 *factus est abbas Hiensis, atque adeo, licet presbyter tantum, primas tamen et caput omnium Columbensium monachorum, tam episcoporum, quam presbyterorum aliorumque, qui in Scotia hodierna et Hibernia degebant. Cujus* ordinis inusitati, *ut Beda loquitur, non semel in Actis nostris data est declaratio* (4). *Functus est legatione ad Alfridum regem Northumbriæ et deinde ad Hibernos, ut legitimum tempus celebrandi Pascha doceret. Obiit vero in insula Hiensi, anno* 703 *vel* 704, *post annos prælaturæ minimum viginti quinque. His positis, quæ de* S. Fintano *refert Adamnanus, ei pæne coævus, et ab ejusdem discipulo Oisseneo edoctus, reliquis omnibus narrationibus, quæ recen-*
B *tiores sunt, præferenda esse nemo non videt.*

§ II. S. Columbæ Hiensis discipulus non fuit. De magistris ejus, ac monasteriis ab eo fundatis, et de prætenso ejus episcopatu.

S. Fintanus *monasterium Hiense juvenis adiit;*

Ex Adamnano itaque deducimus primum, S. Fintanum statim post *Columbæ Hiensis* de hoc ad Christum sæculo transitum, *ex Hibernia ad insulam Hy navigasse, ut S. Columbæ instituta amplecteretur. Decessit autem e vivis S. Columba, ut pluribus ostendit Baertius noster post Usserium et Waræum* (5), *anno* 597, *die* 9 *Junii, ad quem ejus data sunt Acta. Hoc eodem itaque anno, ut ex Adamnani verbis omnino verisimile est, ad monasterium Hiense advenit* Fintanus, juvenilem *quidem, maxime respectu habito ad Columbam, qui senex erat,* regens ætatem (*supra num.* 7), *satis maturus tamen, ut* monasterium in
C Lageniensium, *in Hibernia*, finibus construere *eique præesse posset. Hæc igitur firmiter tenenda,* S. Fintanum *insulam Hy, sive Ionam, adiisse adhuc fere juvenem, dicto scilicet anno, et in Hibernia ante illud tempus, ut ex tota Oissenei sive Adamnani narratione apparet* (*num.* 6), *monasteria non fundasse. Ex quibus corrigendus Papebrochius, qui ex Actis S. Lasreani* (6) *conjicit* S. Fintanum *anno* 566 *in insula Hy jam monachum egisse, aliaque adjicit quæ in Annotatis ad caput* IV *Vitæ edendæ examinabuntur. Deinde itidem patet ex Adamnano,* S. Fintanum *in insula Hy, ante adventum* (*supra num.* 6 *in fine*), *et ipsi Baitheno sive Baitheneo, abbati Hiensi, ignotum fuisse* (*num.* 7); *unde concidunt iterum, quæ in Actis exiguæ fidei, excudendis tamen, quod alia deficiant, de Baitheni conversatione in Hibernia cum* S. Fintano *referuntur* (*infra in Actis num.* 4). *Num vero ipsi S. Columbæ Hiensi in Hibernia visus fuerit, quod eadem Acta asserunt, paulisper examinandum est.*

AUCTORE E. C. *S. Columbæ-kille discipulus non fuit,*

10 *Narrant nimirum Acta num.* 4, *in schola S. Columbæ, dum in* Hykille mair diathrib, *Hibernix monasterio, hic Sanctus habitaret, edoctum. Atqui ex Baertio* (7), *aliisque, qui S. Columbæ Acta illustrarunt, certo discimus, eum anno* 563 *exsulem ad Angliam transiisse, et usque ad annum mortis* 597 *ibi habitasse. Aliunde novimus anno* 597 S. Fintanum *nondum excessisse juventutem* (*num. præced.*). *Quod si in schola S. Columbæ fuerit, in Hibernia habitantis, factum est id profecto ante annum* 563, *debuitque tum annorum esse minimum duodecim, adeoque nasci circa annum* 550. *Ex quo deduceretur anno obitus S. Columbæ* 597, *non juvenem, sed virum fuisse maturæ ætatis, annorum scilicet* 47; *quod ex Adamnano, teste præ omnibus, qui nobis præsto sunt, fide digno, nullatenus potest admitti. Idque ex sequentibus etiam confirmabitur.*

nec verisimile est eum umquam vidisse.

11 *Est et altera Actorum nostrorum narratiuncula, in qua S. Columba, in Hibernia iter agens et curru vectus, puero Fintano obvius exhibetur ac de eo prophetans* (*Act. num.* 1). *Constat quidem ex vita S. Columbæ, eum aliquando, post erectum monasterium Hiense in Scotia, per Hiberniam iter habuisse* (8), *sed reliqua quæ adjiciuntur, verosimile est* E *nullo fundamenta niti: primo ex silentio Adamnani. Hic enim pluries* (9) *in Hibernia versatus est, ejus monasteria visitavit* (10) *et ex accepta notitia dicere potuit* S. Fintanum *per universas* Scotorum (*id est Hibernorum*) ecclesias noscibilem *fuisse, et nihil tamen de his prophetiis gloriosissimi decessoris sui Columbæ usquam profert. Deinde, atque hæc sola probatio mihi omnium loco est, ex eo quod* religiosus senex presbyter Oisseneus, ipsius *Fintani* monachus, qui se omnia ab ore S. Finteni audivisse testatus est *Adamnano, de his omnibus, etsi maxime in laudem* SS. Fintani *et Columbæ redundarent ne verbum quidem dixerit. Tenendum igitur et illud, Sanctos istos verosimiliter nec in Hibernia, nec usquam alias, sibi invicem notos fuisse, et insuper vix admitti posse* S. Fintanum, *qui anno* 597 *adhuc juvenis erat, anno* 563, *quo S. Columba ex Hibernia discessit, jam natum fuisse.*

De Sancti magistris

12 *Inquirendum etiam est in magistros* S. Fintani, *si qui fuerint tamen præter Clericum et senem Columb-crag, qui ex Adamnano innotescit. S. Columbam enim non fuisse ejus magistrum, modo ostensum est. Prodeunt dein alia nomina* (*in Actis num.* 2 *et seqq.*), *sed partim aliunde ignota, et de quibus, quod* F *Acta nostra satis sincera non sint, ut iis fidi possit, satis erit paucula in Annotatis dixisse. Denique fertur* S. Fintanus *in scholis vixisse S. Comgalli Benchorensis et S. Sinelli. S. Comgalli, qui natus dicitur anno* 516, *decessisse vero e vita anno* 601 (11), *discipulus esse potuit, sed aliam auctoritatem non habemus, quam dicta Acta levissimæ fidei, quorum si admitteretur narratio,* S. Fintanus, *ante iter Hiense anni* 597, *quasi perpetuo de schola ad scholam transisset et de magistro ad magistrum: quod a viro sancto factitatum non est verisimile et in asserto magisterio S. Columbæ Hiensis manifesto reperimus falsum. Num itaque in schola S. Comgalli versatus sit* S. Fintanus, *id est in monasterio Benchorensi, quod S. Comgallus circa annum* 559 (12) *verosimilius fundavit, et in quo innumeros rexit monachos, plurimum dubium est locus, quum insuper nec Adamnanus*

(*supra*)

(1) Acta SS. tom. VI Sept. pag. 644, num. 13. — (2) Lanigan, tom. III, pag. 12. — (3) Waræo, Usserio, Lanigan, tom. III, pag. 97. — (4) Vide loc. cit. num. 15 et seq. — (5) Tom. II Junii. pag. 193, num. 17 et seqq. — (6) Acta SS. tom. II April. pag. 544. — (7) Acta SS. Junii, loc. cit. — (8) Acta SS. Junii, loc. cit. pag. 225, num. 78. — (9) Acta SS. tom. VI Septembris pag. 645, num. 16 et pag. 647, num. 26. — (10) Ibid. — (12) Acta SS. Maji, tom. II, pag. 580, num. 5; Lanigan, loc. cit. tom. II, pag. 61 et seqq.— (12) Usserius, Antiquitates, in Indice chronologico; Lanigan, loc. cit. pag. 66.

AUCTORE E. C.

pluribus.

(*supra*) *nec biographi S. Comgalli* (1) *id ullatenus commemorent.*

13 *De S. Sinelli magisterio idem forte pronuntiandum, de quo in hunc modum scribit Usserius :* Hic (*Munnu*) alio nomine Fintanus dictus, patre natus Tulcano, matre Fedelmia, postquam 18 annos cum S. Synello mac Maynacur, abbate monasterii de Cluayn-ynis, in stagno Erne, commoratus fuisset, ad insulam Hy eodem tempore suscepit iter, quo S. Columba vitam ibidem finivit (2). *Verum auctoritatem hic nullam adducit Usserius, nisi ipsa nostra Acta* S. Fintani, *quæ etiam præ manibus habuit. Novimus autem pruriginem plurium hagiographorum Hiberniæ, Acta Sancti quem celebrant, illigandi historiæ omnium illustrium Sanctorum ejusdem epochæ* (3); *quæ fraus, a ut potuis ad vulgi narratiunculas excipiendas prompta simplicitas, prælucentibus maxime chronologia et geographia a decessoribus nostris et ab erudito viro Lanigan frequentissime est deprehensa. Attamen S. Sinelli magisterium erga* S. Fintanum, *facilius forte admittendum, quam S. Comgalli, quod illius nomen aliunde*

B *minus notum difficilius potuerit adscisci.*

Teachmunnu ab eo conditum propter hortationem S. Columbæ.

14 S. Fintanus, *e monasterio Hiensi discedens, mittebatur ad Lageniensium fines, in Hibernia, mari vicinos* (*supra num.* 7), *ut illic monasterium conderet.* Non diu distulerit, *inquit Joannes Lanigan,* aggredi fundationem hujus monasterii, quod ab ejus nomine vocatum est Teach-Munnu seu domus Munnu (4). *Nos itidem dicimus et monasterium Teach-Munnu sive Taghmon a* S. Munnu *fundatum esse, et illud ipsum esse, quod S. Columba Hiensis in Lagenia et prope mare jusserat exstrui. Utrumque his quatuor rationibus demonstrari censemus. Primo ex situ quem novit Adamnus ex Oisseneo, ipsius S. Fintani monacho et discipulo* (*supra num.* 7) *isque loco Teach-Munnu omnino congruit. Deinde ex ipso monasterii nomine. Tertio ex Vita S. Aidani sive Mædoci, episcopi Fernæ in Lagenia,* S. Fintano, *sive* Munnu, *coævi, in qua sermo de* S. Munna *abbate, habitante* in suo monasterio *quod dicitur* Teach-Munnæ. *Locus in Annotatis ad Vitam integer recitabitur* (*Annot.* n *ad cap. ultim. Vitæ prioris*). *Quarto denique ex Actis nostris ex hibernica lingua latine versis, non quidem secundum versionem nostram, sed secundum illam quam Colganus præ manibus habuit. Locus quem adfert ille* (5) *et Actorum nostrorum num.* 5 *respondet, is est :* Tu dices illi (*sunt verba*

C *S. Columbæ ad Baithenum*) : Revertere fili ad Hiberniam, quia caput magni populi ibi eris; et ipse vadat ad partem Laginensium, quæ dicitur Censelach, quia ibi erit honor ipsius et resurrectio. *Quæ verba etiam Usserius in suo exemplari legit* (6). *Taghmon porro, sive Teach-Munnu, in ea ipsa australis Lageniæ parte exsistit, quæ olim Censelach vel Kenselach est dicta. Ex quibus omnibus manifestum est monasterium Taghmonense illud ipsum esse, quod* S. Munnu *a S. Columba Hiensi jussus est exstruere.*

Num alia condiderit, incertum.

15 *At enim eritne hoc unicum monasterium a* S. Fintano *in Hibernia erectum? Si Actis credimus, quorum asserta hac in re Colganus solita fiducia amplectitur* (7), *cœnobia plura quorum nomina in ipsis Actis mox obvia erunt, fundasset. Fieri id potuit, duo tamen sunt observanda. Primo admittendum non esse, ut Acta referunt* (*infra num.* 8, 9, 10 *et* 14), *sanctum virum diu peregrinatum in Hibernia et monasteria condidisse, ac in Helensi quidem per annos* D *quinque habitasse, antequam S. Columbæ mandato, monasterium Teachmunnu in Lagenensium finibus condendo, obtemperaverit. Deinde, si qua monasteria, præter Taghmonense, fundata fuerint, hoc saltem præcipuum fuisse, imo unicum videri quod* S. Fintanus *gubernarit. Etenim Ængussius Keledeus in Litaniis* (8) *ei centum et quinquaginta tantum monachos subfuisse memorat, Dungallense vero martyrologium multo recentius, ducentos et triginta vel triginta tres* (9) : *qui numeri uni eidemque monasterio, quod diu* S. Fintanus *rexerit, facile tribui possunt, multoque pluribus alii monachorum Hibernensium parentes præfuerunt. Sic sub S. Geraldo, S. Colmani successore, in monasterio Mageo in Connacia* (10) *monachi vixisse traduntur ter mille trecenti; in Benchorensi et paucis vicinis sub S. Comgallo ad tria millia* (11); *sub S. Lasreano in unico monasterio mille quingenti* (12). *Insuper id unicum fuisse quod rexerit* S. Fintanus *innuit locus Vitæ S. Mædoci jam indicatus, in quo fertur S. Mœdocus visitasse* S. Munna abbatem habitantem in suo monasterio, quod dicitur Teach-Munnæ : *quasi in aliis non habitaverit. Quamobrem caute sunt accipienda quæ de tot monasteriis a* S. Fintano *conditis in Actis narrantur, et* E *ego, nisi de viri celebritate adeo magnifice Adamnanus loqueretur, falsa hæc esse non immerito dubitarem.*

Non fuit episcopus Cluain-edhnechensis

16 *Colganus in Appendice ad Vitam S. Fintani Cluain-edhnechensis agens cap.* IV (13) *de Prælatis qui post illum monasterium Cluain-edhnech rexerunt, eis quinto loco Sanctum qui hac die colitur adnumerat.* S. Munna, filius Tulchani, qui et Fintanus dicitur, episcopus et abbas de Cluain-ednech. *Quem episcopatum et prælaturam merito fabulam vocat Joannes Lanigan* (14) *hæc subjungens :* unde hæc acceperit *Colganus* non indicat sed tribuenda forte scholiastæ alicui, qui reperto uno alterove Fintano in Clonenagh, *seu ut olim dicebatur, Cluain-edhnech,* et insuper Fintano alio qui episcopus fuerit, hæc in S. Munnu simul conjicienda crediderit. quod gesserit etiam ipse Fintani nomen. *Hoc postremum mihi verisimile. Nam quod ad Colganum attinet, quidquid dicat modo relatus auctor, indicat aliquo modo unde sua hauserit; scribit enim paulo post allata superius verba :* Hos abbatis Cluain-edhnechenses ex menologiis et vitis sanctorum, sequentes vero ex annalibus Quatuor Magistrorum accipe. *Menologia porro hibernensia, dempto Tam-* F *lachtensi, et Vitæ sanctorum in Hibernia conscriptæ, ut toties a decessoribus nostris dictum, non sunt universim tuta monumenta, et aliquot libris Annalium ejusdem regionis, quod ad fidem faciendam attinet, longe cedunt. Videtur mihi Colganus spectasse ad solum martyrologium Dungallense, cujus annuntiationem de* S. Fintano *supra protulimus num.* 3, *in qua eadem verba prodeunt ac a Colgano sunt usurpata. Alia enim monumenta in quibus hæc obvia sint non reperimus, nec ipsi annales Dungallenses, seu Quatuor Magistrorum, ut supra Colganus indicavit, licet in eodem monasterio ac martyrologium Dungallense sint confecti, hæc habent; nec denique sæpe laudatus Colganus, licet multis locis* S. Fintani *sive* Munnu *meminerit, alias usquam prætensum ejus episcopatum aut prælaturam Cluain-edhnechensem adduxit.*

(1) Acta SS. Maji, loc. cit.—(1) Loc. cit. pag. 485, edit. 1687; Lanigan, loc. cit. pag. 233 et 404; Cfr Carlisle, loc. cit. v° *Cleenish.* —(3) Cfr Lanigan, ibid. pag. 407.—(4) Ibid. pag. 406.—(5) Trias thaum. pag. 461. — (6) Loc. cit. pag. 485. — (7) Acta SS. pag. 606. — (8) Colganus, Acta SS. pag. 453. — (9) Supra, num. 3; cfr Lanigan, tom. II, pag. 407, num. 77. — (10) Acta SS. tom. III Februar. pag. 87, num. 21.— (11) Lanigan, tom. II, pag. 65. — (12) Vide infra, num. 28. — (13) Acta SS. pag. 356. — (14) Tom. II, pag. 408.

§ III.

A

§ III. Controversia de Paschate celebrando. Unde orta sit et de ea synodus, cuit interest S. Fintanus. De eadem epistola Cummiani. Gestorum chronotaxis.

Controversia de Paschate. Quatuor epochæ

Agendum nunc de synodo, cui in Actis (*num.* 22) *adfuisse fertur* S. Fintanus *et quæ de Paschate, juxta computum Romanum celebrando, habita est. Dudum quidem, et plusquam per integrum sæculum, hujusmodi controversia in Anglia et Hibernia duravit; orta siquidem est dum S. Augustinus, hortante et mittente Gregorio Magno, Anglis Evangelium prædicare cœpit, et anno* 731, *quando Beda Historiam suam absolvebat, necdum Brittones veteri errori valedixerant* (1). *Ut autem qua de re habita sit hæc controversia breviter exponamus, non inutile erit in ratione Paschatis determinandi, quod diversis temporibus diverso modo factum est, epochas nonnullas distinguere.* Prima *complectitur spatium temporis quod a morte Christi usque ad Concilium Nicænum elapsum est, in quo utebantur Christiani universim cyclo annorum* 84, *quem a Judæis acceperant. Hac ratione eumdem omnes mensem lunarem obtinuissent in quo Pascha esset celebrandum, sed differebant in diebus figendis mensium Martii et Aprilis, inter quos neomenia intercidere debebat, ut esset neomenia mensis paschalis. Ita factum ut quibusdam accideret Pascha interdum etiam ante æquinoctium vernum, non secus ac Judæis : quod a Nicænis Patribus vetitum fertur; aliis admittentibus ut in ipsam æquinoctii diem incidere posset, quod similiter a posteris proscriptum. Differebant plurimum quoque in ceteris canonibus : sic alii ipsa luna decima quarta, in quamcumque diem incideret, cum Quartadecimanis* (2) *Pascha Judaicum celebrabant; alii quidem dominica die, sed tum etiam, quum ipsa luna decima quarta cum hac die conveniret, quod a Nicæna synodo, ne umquam eodem die cum Judæis Pascha celebraretur, vetitum est.*

B

C

in usu cyclorum paschalium

18 *In* Secunda *igitur epocha Nicæni Patres multum ad unitatem inducendam contulerunt, nullius tamen cycli usu præscripto, sed paucis quibusdam canonibus propositis, ut modo est dictum, et cura demandata ecclesiæ Alexandrinæ, propter Ægyptiorum hujus rei peritiam, ut reliquis ecclesiis dominicam Paschalem in singulos annos denunciaret. Non multo post Eusebius Cæsariensis novum cyclum induxit annorum* 19, *a Metone et Anatolio mutuatum* (3) *qui, quasi Nicæni concilii nomine esset compositus, non ab Alexandrina modo ecclesia, sed ab universo Oriente sensim est admissus* (4). *Romæ vero et in toto occidente, usi sunt cyclo annorum* 84 *usque ad tempora Leonis Magni; quibus Victorius Aquitanus, Hilarii archidiaconi Romani jussu, primus anno* 457 *cyclum decemnovalem, ad latinorum canones partim inflexum, ut Smithus loquitur* (5), *per duodetriginta cyclos circumductum, in periodum annorum* 532 *ingeniose convertit. Hinc factum ut utrinque mensis paschalis esset idem, sed nondum iidem erant utrinque canones alii ad dominicam ipsam paschalem determinandam.*

AUCTORE E. C.

sunt distinguendæ.

19 Tertia *epocha incipit ab anno* 525 *quo Dionysius Exiguus cyclum Cyrilli, patriarchæ Alexandrini, annorum* 95, *vel potius Victorianum annorum* 532, *ad Alexandrinorum canones reformatum* (6), *Romæ evulgavit, quem ecclesia Romana amplexa est. Hunc lapsu sæculorum patuit nondum omni vitio carere, et anno* 1582 *Calendarium ultimo reformatum est, auctore Gregorio XIII, a quo* Quartam *epocham, quam decurrimus, auspicari licet.*

S. Patricius cyclum 84 *annorum adhibuit,*

20 *Ut ad Hibernos redeamus, S. Patricium ad eorum insulam accessisse ferunt anno* 432 (7). *Hoc porro tempore non raro exsurgebant difficultates in determinando Paschate, et aliunde non tanta erat in Occidente methodi unitas, ut S. Ambrosio et Mediolanensibus non licuerit cyclo Alexandrino uti annorum* 19. *Introducta est itaque S. Patricii ætate, in veteri methodo latina, quædam mutatio, a nonnullis admissa, qua differentiæ cum ecclesia orientali tollerentur : Dominicas scilicet paschales numerarunt, non jam a luna* 16 *ad* 22, *ut ceteri latini,* E *sed a* 14 *ad* 20. *Hanc mutationem verisimiliter adscribit Usserius* (8) *Sulpitio Severo, ex Aldhelmi Meldunensis epistola ad Geruntium* (9) *in qua dicit Hibernos juxta Sulpitii Severini* (*Severi*) *regulam, qui* 84 *annorum cursum descripsit, paschale sacramentum celebrasse. Idque exinde potest confirmari, quod Sulpitius Severus reapse inveniatur arti computisticæ deditus fuisse* (10). *Hic vero mutationem illam, si ejus auctor sit, ex Anatolii canone desumpsit, ex quo etiam Scoti et Hiberni sæculo* VII *methodum suam defendebant* (11).

juxta Sulpicii Severi methodum.

21 *Patricius igitur qui Sulpicii Severi sub S. Martino Turonensi condiscipulus fuit et ex Gallia plurima disciplinæ capita in Hiberniam invexit, illic cyclum latinum annorum* 84 *cum Sulpicii additamento docuit. Hinc transgressa est methodus ad monasterium Hibernense S. Columbæ in insula Iona, quæ in Scotiæ hodiernæ littore jacet et dein ad universos Britones. Nam hos antea cyclum latinum simpliciter, cum lunis paschalibus* XVI *ad* XXII *habuisse, satis constare videtur ex epistola Constantini Magni* (12), *in qua scribit etiam apud Britones, quos probe noverat, eodem tempore ac Romæ Pascha celebrari.*

F

Ante adventum S. Augustini, Britones et Hiberni

22 *Postmodum vero, sæculis nimirum* V *et* VI, *Saxones, occupato omni orientali et meridionali littore Britanniæ, Hibernis et Britonibus viam communicationis cum Romana ecclesia, usque ad tempora Gregorii Magni, et S. Augustini adventum, præcluserunt* (13). *Hinc factum ut cyclum Victorii Aquitani, qui medio sæculo* V *Romæ vulgatus est, itemque ejus reformationem sæculo* VI *a Dionysio Exiguo institutam, utrique ignorarint, sed perstiterint in usu cycli annorum* 84, *quem ante invasionem Saxonum a Romana ecclesia et dein immutatum nonnihil vel adauctum a S. Patricio ejusque discipulis didicerant. Adveniens ergo S. Augustinus cum sociis A. D.* 596, *Saxones cum fide catholica simul cyclum correctiorem Dionysianum docuit, qui tum temporis Romæ in usu erat. Britones vero et*

(1) Beda, lib. v, cap. 22. — (2) De multiplici eorum genere vide Petavium de Doctr. temp. lib. II, cap. 58. — (3) Petavius lib. VI, cap. 1; Daunou, Cours d'études, tom. III, Chronologie, pag. 302. — (4) Smith in Append. ad Bedam, ap. Migne, tom. XCV, col. 319; Bucherius, de doctrina temporum. Antverpiæ, 1664, pag. 205. — (5) Loc. cit. — (6) Petavius, loc. cit. lib. II, cap. 68; Daunou, Cours d'études historiques, tom. III, chronologie, pag. 358. — (7) Lanigan, tom, I, pag. 207. — (8) Brit. Eccl. Antiq. pag. 482. — (9) Inter Bonifacianas XLIV — (10) Daunou, loc. cit. pag 456; Petavius, lib. II, cap. 68, tom. I, pag. 117, edit. 1757. — (11) Smith loc. cit. col. 526; Beda, lib. III, cap. 25; cfr Petavius, lib. VI, cap. 11. — (12) Eusebius, Vita Constantini, cap. 3. — (13) Prideaux, Connection of the history of the Old and New Testam. part. II, Book 4, ap. Lanigan, tom. II, pag. 385.

AUCTORE E. C.

Hiberni, assueti veteri cyclo annorum 84, *ægre emendationi assensum præbuerunt; et hæc est origo celebris illius controversiæ paschalis, de qua plures habitæ sunt synodi, quæque anno tandem* 729, *cedentibus Hiensibus monachis pæne sopita est, Britonibus tamen, ut Beda conqueritur* (1), *adhuc resistensibus.*

novos cyclos ignorabant. S. Fintanus *veterem tuetur*

23 *Ad Hiberniam quod attinet, australes ejus incolæ, auctore Beda* (2), *primi methodo Romanæ, a S. Augustino invectæ acquieverunt; Adamnanus dein, abbas Hiensis, qui monachis suis, ut eam amplecterentur, persuadere non potuerat, hanc circa annum* 703 *feliciori exitu plerosque Hibernos boreales edocuit; et* 23 *post annis, accedente jam Hiensi monasterio, ut dictum est, et cum eodem omnibus monachis Columbensibus Hiberniæ, qui ultimi restiterant, omnis demum gens ad usum cycli Dionysiani est perducta. Verum tempore* S. Fintani Munnu, *qui ineunte sæculo* VII *florebat, dum recens advenerant missionarii Romani, multum abest ut vel ipsi australes Hiberni, inter quos vitam degebat, cyclum ignotum adhuc essent amplexi. In usu erat solum penes eorum ac Britonum hostes, Saxones scilicet; et insuper diversum Pascha a suo, nonnisi*
B *intervallis quibusdam denunciabat, cumque mari et lingua omnimode diversa a Saxonibus essent disjuncti, nemo mirabitur cyclum novum lente inter Hibernos divulgatum esse. Sanctus igitur* Fintanus, *magnum Columbam Hiensem ejusque discipulos, a quibus edoctus fuerat, apprime reverens, vetus Pascha sequebatur et habita ea de re synodo, illud tuitus est. In quo, ob rationes modo dictas et quia de re tantum disciplinari agebatur, facile a peccato excusabitur, saltem gravi: in quam quæstionem, quæ Sanctis plurimis Angliæ et Hiberniæ est communis, inquisivit paulisper Baertius noster ad Acta S. Columbæ Hiensis* (3), *quem consule, si lubet. De Synodo ista hæc inter alia ferunt Acta infra edenda.*

in synodo ea de re habita, ad quam referenda videtur

24 Quodam autem tempore magnum consilium populorum Hiberniæ in campis Ailbæ (*Apud Usserium* (4) *Colganum* (5) *et in Vita Ms. breviori :* in campo albo), inter quos erat ingens contentio per totum annum inter novum Pascha et vetus Pascha. Laserianus enim Lethglinne cum suis novum Pascha et novum ordinem defendebant. Ceteri vero seniores Hiberniæ vetus Pascha et veterem ordinem laudabant. Ad hoc consilium sanctum non statim venit Fintanus et omnis populus exspectabat eum; ipse
C enim erat primus et princeps eorum qui vetus Pascha defendebant: *Verum longe tutius est aliud monumentum, epistola nimirum Cummiani ad Segienum abbatem S. Columbæ de hac ipsa controversia, qua Columbenses monachos, novo ordini præ ceteris adversantes, ad eum amplexandum inducere conatur. Ex hac epistola discimus, quando inductus est in Hiberniam cyclus Dionysianus annorum* 532, *in locum alterius* 84 *annorum quem hucusque Hiberni retinuerant, discimus, inquam, tunc synodum habitam* in campo Lene *et post synodum, quod aliqui ejus decretis cedere nollent, legationem Romam susceptam. Legati Romæ* in ecclesia sancti Petri simul in Pascha (in quo mense integro, *inquit Cummianus, nimirum propter veterem computum, a Pascha Romano* disjuncti sumus) fuerunt. *Addit* tertio anno *eos fuisse reduces. Annus vero quo integro fere mense* (6) *Hiberni australes, ex usu cycli* 84 *annorum* (7), *a Romanis in festo Paschatis figendo differebant fuit trigesimus primus supra sexcentesimum quando Romæ* 24 *Martii celebrabatur, in Hibernia* D *vero* 21 *Aprilis. Anno itaque* 631 *Romæ aderant legati et uno alterove ante anno habita fuerat synodus; de quo mox propius inquiretur; sed quum valde verosimile sit, hanc synodum, a Cummiano memoratam, non differre ab illa, quæ modo ex Actis* S. Fintani *est indicata, aut saltem in eadem controversia certo habitæ sint ac vix paucorum annorum intercapedine potuerint sejungi, operæ pretium visum est narrationem Cummiani ipsis ejus verbis hic inserere.*

epistola Cummiani Hiberni

25 Ego enim, *inquit Cummianus* (8), primo anno quo cyclus quingentorum triginta duorum annorum a nostris celebrari orsus est (*Victorianus scilicet, a Dionysio ad canones Alexandrinos exactus*), non suscepi, sed silui : nec laudare, nec vituperare ausus.... Hinc per annum secretus sanctuarium Dei ingressus, hoc est scripturam sacram, ut valui, involvi ; deinde historias, postremo cyclos quos invenire potui. Anno igitur, ut prædixi, emenso, juxta Deuteronomium (Deut. XXXII) « interrogavi patres meos ut annuntiarent mihi, majores meos ut dicerent mihi » successores videlicet nostrorum patrum priorum, Ailbei episcopi (*Imelacensis*) (9), Querani Coloniensis (*sive Kerani Clonensis vel de Clonmacnois*), Brendini (*Birrensis*), Nessani (*Mungretensis*), Lugidi (*Clonfertensis*) quid sentirent de excommunicatione nostra a supradictis sedibus apostolicis facta. At illi congregati in unum, alius per se, alius per legatum suum vice sua missum, in campo Lene sanxerunt, et dixerunt : « Decessores nostri mandaverunt per idoneos testes, alios viventes, alios in pace dormientes, ut meliora et potiora, probata, a fonte baptismi nostri et sapientiæ et successoribus apostolorum Domini delata (*a S. Augustino*), sine scrupulo humiliter sumeremus. » E

ad abbatem Hiensem

26 Post in commune surrexerunt et super hoc orationem (ut moris est) nobis celebraverunt, ut Pascha cum universali ecclesia in futuro anno celebrarent. Sed non post multum surrexit quidam paries dealbatus, traditionem seniorum servare se simulans, qui utraque non fecit unum, sed divisit et irritum ex parte fecit quod promissum est, quem Dominus (ut spero) percutiet quoquo modo voluerit. Deinde visum est senioribus nostris, juxta mandatum, ut si diversitas orta fuerit inter causam, et variaverit judicium inter lepram et non lepram, irent ad locum quem elegit Dominus (Deut. XVII, 8); F ut si causæ fuerint majores juxta decretum Synodicum (*de cujus decreti antiquitate disserit* (10) *Joannes Lanigan*) ad caput urbium sint referendæ. Misimus quos novimus sapientes et humiles esse, velut natos ad matrem. Et prosperum iter in voluntate Dei habentes, et ad Romam urbem aliqui ex eis venientes, tertio anno ad nos usque pervenerunt. Et sic omnia viderunt sicut audierunt, sed et valde certiora, utpote visa quam audita, invenerunt. Et in uno hospitio cum Græco et Hebræo, Scytha et Ægyptiaco, in ecclesia sancti Petri simul in Pascha (in quo mense integro disjuncti sumus) fuerunt; et ante sancta sic testati sunt nobis, dicentes « Per totum orbem terrarum hoc Pascha, ut scimus, celebratur. » Et nos in reliquiis sanctorum martyrum et scripturis quas attulerunt, probavimus inesse virtutem Dei. Vidimus oculis nostris puellam cæcam, omnino ad has reliquias oculos aperientem, et paralyticum ambulantem et multa dæmonia ejecta.

(1) Lib. V, cap. 22. — (2) Lib. III, cap. 3. — (3) Tom. II Junii, pag. 192, num. 14. — (4) Pag. 485. — (5) Acta SS. pag. 409. — (6) V. infra, num. 27. — (7) Cfr Bucherius, loc. cit. pag. 419, cap. 9, de latino 84 annorum cyclo. — (8) Migne, Patrologia, tom. LXXXVII, col. 969 et 976. — (9) Usserius, Antiquitates, pag. 484; Lanigan, tom. II, pag. 390. — (10) Loc. cit. pag. 391.

27 *Locum*

ex Usserii sententia.

A 27 *Locum istum Cummiani ad eam synodum referri quæ in Actis* S. Fintani (*supra num.* 18) *est memorata, arbitratus est Usserius* (1). Locus, *inquit,* in quo habita est jam dicta synodus, Campus Leniæ (*ut antiquitus* (2) *dicebatur*), sive Legh-Leniæ fuit, aliis Campus albus dictus, ad ripam fluvii, quem Ptolemæus Birgum, nos Barrow vocamus, non procul a monte Margeo positus. Præses, Imelacensis fuit archiepiscopus, S. Albei successor; primarii antagonistæ, Molaissi qui et Lasreanus Kiarelli filius, Leghleniensis cœnobii abbas; et Munnu-monasterii, item a se Teachmunnu nomen sortiti, Abbas Fintanus Munnu. *Et additis quibusdam de Sancto nostro ac loco ex ejus Vita descripto, in quo de Synodo agitur, ita pergit :* Annus ille *habitæ synodi,* æræ christianæ 650 fuisse videtur, quo Hiberni cyclum 84 annorum secuti, paschalem Dominicam Calendis Aprilibus, integra ante tempus in Alexandrina Enneadecæteride (a Romanis jam recepta) (*imo ab integro sæculo, et quoad partem ejus quæ a Victorio Aquitano adscita fuerat, a sæculis pæne duobus*) præstitutum septimana, observabant : quum anno proxime insequente (*seu* 651) totarum quatuor hebdomadarum inter utrumque
B calculum intercederet differentia; illis 21 Aprilis, Romanis vero 24 Martii die Pascha suum celebrantibus; quo illam Cummiani narrationem spectare minime dubitamus : Misimus quos novimus sapientes etc., *ut supra num.* 26. Eodemque referri posse existimamus, quod in Lasreani Vita legimus : ipsum, extremis vitæ suæ temporibus, cum sanctis quinquaginta viris Romam concessisse, Romanumque Pontificem et eum Præsulem consecravisse et revertenti Legationis in Hibernia officium commisisse. *De quo consuli possunt S. Lasreani Acta, tomo II Aprilis* (3).

Duas synodos fuisse censet Colganus

28 *Hanc sententiam secutus est Colganus primum* (4), *sed postmodum aliam proposuit* (5). *Reperit scilicet locum quemdam territorii Fearcal, in hodierno comitatu Regis* (King's County) *olim dictum fuisse* Maghlene, *et quia vox hibernica* Magh *campum significat, arbitratus est ibi actum fuisse concilium* in campo Lene, *de quo scribit Cummianus; illud vero posterius fuisse et diversum, quod in* campo albo *prope monasterium Leighlenne, in Vita* S. Fintani *habitum dicitur* (*supra num.* 23). *Aliam probationem inveniunt hujus sententiæ patroni* (6)
C *in eo quod Cummianus de disceptatione aliqua, quæ synodo intervenisset, qualem multis enarrat* S. Fintani *biographus* (*infra in Vita num.* 22), *aut de ipso Sancto nostro ac ejus antagonista S. Lasreano, ne verbum quidem profert. Tertiam denique adducit, sed nullius momenti, sic arguens : in Vita* S. Fintani *hæc leguntur :* Lasreanus enim abbas monasterii Leithglinne, cui suberant mille quingenti monachi, novum ordinem defendebat, qui nuper de Roma venerat. *Atqui, dicit, hæc verba :* qui nuper de Roma venerat *intelligenda sunt, non de* novo ordine, *sed de Lasreano; quod gratis asseri nemo non videt, quantumvis eum Romæ fuisse, ut in ejus Actis legitur* (7), *non negemus. In Vita infra edenda* (*num.* 22), *quæ in quibusdam deficit, comma illud* qui nuper etc. *suppressum est, sed Vita brevior Ms., quam exhibet, non secus ac majorem, quam edimus, idem codex Salmanticensis, Colgani interpretationem prorsus excludit* (8) : Lasreanus autem, abbas de Lecglinne, *inquit epitomator,* sub quo erant mille quingenti monachi, novum ordinem, qui noviter e Roma venerat, defensabat.

AUCTORE E. C.

cujus argumenta examinantur

29 *Prima etiam probatio Colgani vix quidquam adstruit; nam ut omittamus alterum nomen proprium a Cummiano efferri* Lene, *alterum a Colgano* Maghlene, *quæ est regio, ubi non sint aliquot loca eodem nomine donata? Dein locus* Maghlene, *quem aut diversum fuisse a campo albo prope* Lenia *seu* Leghlene, *aut exstitisse quidem, Lanigauus certo non affirmat* (9), *ut huic posteriori præferatur, ei validioribus titulis præcellere deberet, qui omnino deesse videntur. Secunda denique ratio, Cummianum de* SS. Fintano *et Lasreano deque contentione aliqua, quæ intervenisset, altum silere, nihil aliud probat, nisi biographum nostrum, ut alios plerosque hagiographos Hibernos* (10), *heroëm suum ejusque gesta nimium extulisse, et, ut primo intuitu legenti patebit, narrationem interspersisse fabulis. Nam in Vita S. Lasreani* (11) *satis prolixa de synodo aliqua, vel de* S. Fintano, *ne minima quidem est mentio. Non sunt igitur ad litteram accipienda, quæ de contentione inter utrumque, quasi fuerit synodi eventus primarius, a* S. Fintani *biographo narrantur; sed exceptis adjunctis præcipuis locorum et personarum, quæ cum monumentis authenticis conveniunt, alia plura negligenda sunt.* E

et confutantur.

30 *Verum hac responsione data ad argumenta adversariorum, sunt et difficultates nonnullæ quibus subjiciuntur, quas hic breviter exhibemus. Primo, in Colgani sententia Lasreanus post primam synodum seu Maghlenensem, iter romanum instituit, eoque reduce mox habitum est alterum* magnum concilium populorum Hiberniæ, *ut loquitur Vita edenda, in qua fuit contentio sæpius memorata; sed quare de hac secunda synodo vel habita vel habenda tacet omnino Cummianus? Secundo, retulerat Lasreanus jussa romana et, in quod inclinare videtur Lanigan* (12), *etiam Honorii Pontificis epistolam. His ergo restitisset* S. Fintanus; *quod etsi S. Colmano accidisse novimus et aliis paucis, ex ignorantia, reverentia erga S. Columbam et forte pertinacia quadam, non debet tamen sine seria probatione admitti. Nos vero* S. Fintanum *restitisse arbitramur, dum* cyclus 532 annorum, *ut Cummiani verbis utamur, in Hibernia* celebrari orsus est, *id est, ex nostra sententia, circa annum* 628, *itemque in synodo Leniensi; quid vero senserit post reditum legationis romanæ, vel post adventum epistolæ Honorii Pontificis, modo hæc ante ejus mortem advenerit, non certo scimus. Beda enim lib.* III *cap.* 3, *epistolam memo-* F *rans Oswaldi regis ad Scotos sive Dalriedanos, sive Hibernos septentrionales, quæ anno* 633 *scripta est, vel paulo post, hæc subjicit :* Porro gentes Scottorum, quæ in Australibus Hiberniæ insulæ partibus morabantur (*inter quos numerandus* S. Fintanus *cum suis monachis*), jamdudum ad admonitionem apostolicæ sedis antistitis, Pascha canonico ritu observare didicerunt. *Tertio denique, alterius sententiæ patroni Colganus, O'Flaherty, Lanigan, singuli diversam synodorum chronotaxin exhibent, quod eorum systemati favere certe non videbitur.*

Synodus, de qua Cummianus scribit

31 *Superest tamen eorum argumentum aliquod, a Lanigano quasi postliminio adductum* (13), *quod solum alicujus est momenti et verisimilitudinem quamdam alteri sententiæ tribuere non nego. Est autem hujusmodi : Cummianus, ut Colganus scribit, fertur abbas fuisse monasterii Durrogh, quod in planitie Maghlene situm erat, et cum fuerit ipse inter*

(1) Loc. cit. — (2) Usserius, ibid. pag. 296, seu 572 editionis 1639. — (3) Pag. 546, num. 14. — (4) Acta SS. pag. 53. — (5) Ibid. pag. 409. — (6) Lanigan, tom II, pag. 393. — (7) Tom. II April. pag. 546, cap. 3. — (8) Codex Salmant. folio 140 recto. — (9) Tom. III, pag. 393.— (10) Lanigan, tom. II. pag. 407, not. 71.—(11) Tom. II April. loc. cit.— (12) Loc. cit. pag. 392 et 394. — (13) Loc. cit. pag. 397.

præcipuos

AUCTORIS E. C.

præcipuos ordinis Romani promotores, ut ex ejus epistola patet, potuit synodus haberi vel in ipso suo monasterio, vel in campo circumjacente. Hæc tamen adnotat Lanigan : Cummianus ante mortem quidem abbas fuisse potuit in Durrogh, sed plus quam dubium est, *inquit,* an hac dignitate ornaretur dum epistolam scripsit. *Admittit itaque solum* (1) eum verisimiliter ibi educatum fuisse, sed tempore synodi probabiliter jam proprium habuisse monasterium, quod maxime verisimile est, *inquit,* fuisse Disertchuimin, hodie Kilcomin vel Kilcummin, ab ejus nomine sic dictum, situmque in comitatu regis. *Ex quibus deduco, probationem illam valde speciosam, Cummianum scilicet tempore synodi, cujus promotor fuit, habitasse in ipso campo Maghlene, in quo habita esset synodus, non satis firmo niti fundamento.*

habita est in australi Hibernia.

32 *Moveret tamen me hæc probatio nisi obstarent alia non spernenda. Audivimus modo ex Beda, Hibernos circa hoc tempus Pascha canonico ritu celebrare cœpisse, sed australes tantum. Observat porro Usserius* (2), *episcopos qui a Cummiano laudantur* (*supra num.* 25) *et quorum successores in Leniensi synodo convenerunt, fuisse omnes ex australibus*
B *partibus Hiberniæ,* quod *ut ait,* cum Bedæ narratione convenit. *Quid ergo verisimilius quam in ipsis australibus partibus hos præsules fuisse congregatos, potius quam in media Hibernia, quo ab abbate aut monacho fuissent vocati. Monasterium enim Durrogh sive Dairmagh illic situm erat,* in mediterranea Hiberniæ parte, *ut Adamnanus loquitur* (3), *idemque de Maghlene dicendum. Multo est igitur probabilius australes episcopos in australi* Lenia, *seu campo albo prope Leghlene convenisse, ex quo etiam sequetur eos non convenisse nisi semel, eo magis quod tum Cummianus, tum Vita* S. Fintani *de unica tantum synodo mentionem habeant. Quam sententiam, altera neglecta, sequuntur etiam DD. Carew* (4) *et Brenan* (5), *quorum editos libros de Historia ecclesiastica Hiberniæ ad me misit non ita pridem R. D. P. Hamilton Archidiaconus Dublinensis. His sufficienter explicatis, in hunc modum chronotaxin gestorum ordinari posse censemus :*

Rei gestæ chronotaxis.

33 *Anno* 628 *introduci cœpit in Hiberniam cyclus Dionysianus et Pascha debito tempore celebrari, quod Saxones Angliæ dudum jam a S. Augustino didicerant.*

C *Anno* 629, *vel forte* 630 *ut Usserius censuit* (*supran num.* 27) *celebrata est synodus* in campo Lene, *sive* Leniæ, *adjacente monasterio* Legh-lene *in australi Hibernia* (6).

Anno 631, *dum Romæ versarentur legati Hiberni, integro fere mense in celebrando Paschate differebant Hiberni et ceteri catholici. Eodem anno aut sequenti hi legati in patriam redierunt, ad Pascha catholicum hortantes, quumque nossent satis omnes viri sinceri, paulisper in re ecclesiastica eruditi, Romanum Pontificem ad hoc inducere velle, ut cum Saxonibus contigerat, Beda de hoc tempore scribere potuit, Hibernos australes,* ad admonitionem apostolicæ sedis antitistitis, Pascha canonico ritu observare didicisse (7). *Non ergo hæc Bedæ verba requirunt, ut cum Usserio* (8), *Honorii epistolam, de qua Cummianus nihil habet, anno* 629 *scriptam dicamus, quod etiam cum Bedæ narratione convenire non videtur* (9).

Anno 631 *aut* 32, *Cummianus Hibernus et, ut verosimile est, Columbensis monachus, scripsit de* D *Paschate ad Sigienum, abbatem S. Columbæ Hiensis.*

Anno 633 *Honorius, Pontifex Romanus, scripsit item de Paschate ad Hibernos.*

§ IV. Annus obitus S. Fintani. Ejus Acta. De Conchenna ejus sorore.

Nullum exstat Sancti scriptum. Obiisse ostenditur

Dempsterus, solita audacia, Fintanum quemdam, et ut Colganus interpretatur (10), *Fintanum Munnu, auctorem facit variorum scriptorum, quorum alibi nusquam est mentio. Eorum seriem exhibet Tannerus in* Bibliotheca Britannica (11), *sed operæ pretium non est hos titulos adinventos huc transcribere. Ad annum mortis* S. Fintani *quod attinet, hæc scribit Usserius ad annum* 634 (12) : Munnu sive Fintanus, Talchaini filius, qui Lech-lenensi synodo nuper interfuit XII Calend. Novembris, ut Tigernaci habent Annales, in Hibernia mortem obiit. *Sed audiamus Laniganum, qui Hiberniæ monumenta denuo ad crisim vocavit et cui multum nos in hoc Commentario debere lector perspexit : relata Usserii sententia* (13) Waræus, *inquit,* correctius substituit annum 635 (14), nam quatuor magistri, qui solent uno anno anticipare (*quod cum aliis quoque Annalibus Hibernicis accidere frequenter comperimus*) habent etiam annum 634 (15).

anno 635.

35 *Aliter statuit, sed fundamento non satis firmo, Boschius noster* (16) *sic arguens : In Vita S. Lugidi sive Luani aut Moluani Ms., legitur* S. Fintanus, *dum monitus esset ab angelo se durius agere cum monachis, rogasse et obtinuisse ut lepra percuteretur; quod ibi* usque ad diem mortis suæ *durasse dicitur. Idem habet S. Luani Vita impressa, addito per annos viginti hanc lepram durasse. Nostræ vero Vitæ* S. Fintani, *quas itidem vidit Bosschius et quarum alteram hic typis damus, ferunt solum quot annos perstiterit lepra* (*infra num.* 21) *non pronunciantes, num ad mortem usque eam passus sit, nec ne, quod Boschium fugisse videtur. Utut sit, in hunc modum pergit idem scriptor :* In Vita S. Mochuæ citata, leprosus tantum fuisse dicitur usque ad septem annos, quando sanatus a S. Mochua diutius supervixerit (*Vide infra in Annotatis ad Vitæ num.* 21). Sed unum testimonium cedere debet aliis quatuor, æque, ut minimum, anti- F quis. Porro sive Fintanus Moluano annis tantum 20 super vixerit, sive 24; differri non potest ejus obitus usque ad annum 634, uti differtur apud Colganum 10 Januarii pag. 50 not. 8 et Usserium in Indice chronologico : cum Luani vita ultra annum 602 extendi non possit; ut ostensum est in Commentario prævio; ubi eam extendimus quantum licuit, ut ad chronologos istos accederemus propius; donec Acta S. Fintani nos ipsi discusserimus. *His igitur Actis jam examinatis quum* S. Fintanus *de novo ordine Paschatis non introducendo in synodo egerit, e vita decedere non potuit ante annum* 629 (*supra num.* 33); *ulterius vero ex Annalibus Hiberniæ, qui tutiores sunt in hac re quam Vita fabulis mixta S. Lugidi,* Fintanum *anno* 635 *obiisse didicimus, et demum de anno mortis S. Lugidi, quo, tamquam fundamento, nititur Boschius, penes auctores non satis constat* (17).

(1) Pag. 395. — (2) Pag. 484. — (4) Act. SS. tom. II Junii pag. 201, num. 7; cfr Lanigan, tom. II, pag. 123. — (4) An Ecclesiastical history of Ireland. Dublin, 1835, pag. 257. — (5) An Eccl. hist. of Ireland. Dublin. 1840, tom. I, pag. 131. — (6) Lanigan, tom. II, pag. 390, not. 29.— (7) Cfr Lanigan, ibid. pag. 394, not. 37. — (8) In Indice chronologico. — (9) Hist. eccl. lib. II, cap. 18 et 19; cfr Lanigan, pag. 394.— (10) Trias Thaum. pag. 470. — (11) V° *Fintanus.* — (12) Antiq. in Indice chronol. — (13) Loc. cit. pag. 408. — (14) Scriptores, v° *Munnu.* — (15) Colganus, Trias Thaum. pag. 373. — (16) Tom. I Augusti, pag. 332, *dd.* — (17) Lanigan, tom. II, pag. 211.

A *Acta qualia edantur.*

36 *Ut jam de Actis, quæ edimus, pauca dicamus, certum mihi videtur ea scripta fuisse prius hibernice et diversis temporibus latine versa. Differunt enim stylo tantum, sed non rebus, diversa exemplaria latina, quorum excerpta vidimus, Usserii scilicet, Waræi et Colgani, differt potissimum illud, quod infra edimus. Præferendum tamen erat, juxta morem nostrum, Actis brevioribus, quæ itidem habemus, quum non sint nisi præcedentium compendium. Utraque vero excerpta sunt ex eodem codice Salmanticensi, valde antiquo, quo frequenter decessores nostri usi sunt et qui, dum hæc scribrimus, cum aliis codicibus in Hiberniam ad tempus translatum est, ut Vitæ aliquot præcipuæ, ni fallor, exscribantur. Vita vero* S. Fintani, *ut pleræque Hibernicæ* (1) *anachronismos aliquot continet et plena est miraculis et portentis, quæ vix cujusquam suadeat auctoritas. Unum alterumve eorum repetitur in aliis Vitis Sanctorum Hibernorum ut dicetur in Annotatis. In iisdem Vitam breviorem, quam* Vitam B. *dicimus, frequenter conferimus cum ampliori illa quam edimus. Denique subjicimus Vitam alteram* S. Munnu, *sive potius Lectiones Breviarii Aberdonensis de eodem sancto, ad* 21 *Octobris, quas similiter Annotatis nonnullis illustramus.*

B *Num Conchenna, S. Fintani soror, ut Sancta culta sit, incertum.*

37 *Initio hujus tomi* (2) *polliciti eramus nos in hoc Commentario acturos esse de S. Conchenna, quam Colgani* (5) *verbis stantes,* S. Fintani *sororem certo credebamus, sed re examinata, nimis incerta nobis visa est, quam ut ea, quæ ad* 15 *Martii, de S. Conchenna de Kill-slebhe collegit Colganus, licet pauca sint, hic exhibeamus. Reducuntur scilicet ad hæc tria : Quatuor Magistri, ad annum* 654, *laudant quamdam S. Conchennam :* S. Conchenna de Kill-slebhe obiit. *Martyrologia etiam Hibernica aliquam S. Conchennam signant ad* 15 *Martii. Demum in Vita* S. Fintani *legitur eum resuscitasse suam sororem, nomine Conchennam. Quæritur ergo num hæc tria uni eidemque Conchennæ sint tribuenda. Colganus, antequam legisset locum Quatuor Magistrorum, dubitanter locutus est :* colitur, *inquit* (4), ut videtur, 15 Martii, quo de Conchenna virgine agunt martyrologium Dungallense et Marianus Gormanus. *Alio vero loco* (5), *nihil jam dubitat, nihil tamen demonstrat, rem confectam jam esse supponens. Ad quæ hæc pauca observo. Debebat ostendi primo S. Conchennam de Kill-slebhe eam esse, quæ colitur* 15 *Martii, de qua re merito dubitare licet. Video enim Sanctas*

C *plures hujus nominis* (6) *ab Hibernis memorari. Aliunde martyrologium Tamlachtense* (7) *ad* 15 *Martii non habet nisi nudum Conchennæ nomen; et nihil citat Colganus ex ceteris martyrologiis recentioribus, quæ Conchennam etiam* 15 *Martii annuntiare idem indicat* (*puta Mariano Gormanno, Cathaldo Maguir et martyrologio Dungallensi*), *quod ullo modo significet, quænam S. Conchenna illo die colatur. Deinde debebat ostendi Conchennam, sororem* S. Fintani, *sanctam fuisse, quo titulo in Actis minime donatur, nec etiam in Lectionibus Aberdonensibus; et hoc, tamquam fundamento, extra omne dubium posito, probandum erat et in Kill-slebhe eam vixisse et coli* 15 *Martii. Sed deficientibus his omnibus, deficiente præcipue fundamento ipso, nemo non videt me Colgani meris assertis stare non posse, et loco Actorum in quo de Conchenna, sorore* S. Fintani *agitur, nihil esse addendum.*

D

VITA SUSPECTÆ FIDEI,

Auctore anonymo.

Ex cod. Ms. Salmanticensi, nunc Bruxellensi 7672.

CAPUT PRIMUM.

Sancti parentes et magistri. Adit monasterium Hiense S. Columbækille. Inde a Baitheno abbate ad Hiberniam remittitur.

Fintanus sanctus *a*, summi Dei sacerdos, filius Tulcani, de nepotibus Neill, de genere Conalli ortus fuit; mater vero ejus, nomine Fethelin, de genere Maini *b* filii Neill *c*. Domus in qua sanctus Fintanus natus est, fundata erat supra lapidem magnum, et deficiente domo lapis ille magno honore ab omnibus honoratur, et super lapidem illum, usque hodie, nix non fuit, propter gratiam sancti infantis, qui super ipsum lapidem natus est. I *Sancti natales.* *a* *b* *c* E

Quadam die, cum sanctus Columba Kille *d* venisset in curru trans campum, ubi erat Fintanus. dixit aurigæ suo : descende et adduc ad me in currum puerulum illum album *e*. Et interrogavit Columba : cujus est hic puer. Et dictum est ei : filius Tulchani est; tunc Columba dixit : Nollmoferam *f* vir clarus erit Tulchan, causa filii sui. II *d* *e* *f*

2 Hic autem Fintanus, cum esset puer, custodiebat pecora patris sui solus in silvis, sed puer, relinquens sola pecora, quotidie exibat ad legendum, apud virum qui vocatur Cruim Grellam *g*, habitantem in Achudbroan. Hoc autem sciens Tulcanus, increpavit puerum, dicens : Quare dimisisti pecora inter lupos in silvis? Mater vero leniter excusabat, dicendo : de pecoribus nostris hucusque nihil periit. Tum Fintanus dixit patri : noli timere, quia quamdiu fueris in mundo, nil peribit de pecoribus tuis a lupis et ab omnibus bestiis, si me relinquas ad legendum ad servos Dei. Crastino autem die, vidit Tulcanus duos lupos custodientes pecora sua velut canes communes. Ex illa die omni tempore, pecora Tulcani semper a lupis custodiebantur, et puer dimissus ad legendum *h*. III *Magistrum habet Cruin Grellam,* *g* F *h*

3 Quadam autem die venit Mochoma, de regionibus Chonnact *i*, et invenit puerum Fintanum apud Huisnethmidi, et benedixit puerum. Puer autem voluit ire cum Congallo ad legendum et exiit cum eo, cumque in via ambulasset, et horam tertiam diei celebrassent juxta vadum Fene, postulavit puer Fintanus, ut in calore nimio solis potum aquæ biberet; cui Congallus dixit : sustine usque ad medium diem. In illa autem die erat Congallus cum populo suo, valde esurientes in itinere, et nemo illos invitavit ad hospitium. Cum autem horam mediam diei celebrassent ad Glassaid Assu, iterum petivit puer potum aquæ, et dixit Congallus : exspecta pauIV *Congallum,* *i*
lisper usque ad nonam. Celebraverunt autem nonam in Uc Combur Deglass, et dixit Congallus ad

(1) Lanigan, tom. II, pag. 65.—(2) Pag. 1.—(5) Acta SS. pag. 606. — (4) Loc. cit. pag. 453. — (5) Pag. 606. — (6) Ap. Lanigan, tom. III, pag. 19. — (7) Sub num. 5104 biblioth. Bruxellensis.

Fintanum,

AUCTORE ANONYMO. EX MSS.

Fintanum, ut sine potu usque ad vesperum exspectaret; vespere autem facto, invenit Congallus cœnam magnam sibi in via a Domino paratam, et liquorem optimum. Tunc Congallus dixit : opportunum est nobis quod hodie fecimus, ut diregiam(?) Christi castigaremus in siti, quia pro ipsius siti hæc optima cœnanobis a Christo missa est, post magnam esuriem; implete ergo calicem meum et date puero, qui esurientibus hanc cœnam præstitit. Degit ergo puer Fintanus apud Congallum, et regulam didicit *k*.

k

V

4 Post hoc venit Fintanus ad scholam sancti Columbæ Killæ *l*, qui erat Hikill Mair Diathrib; et ibi legit apud Columbam divinam scripturam. Quadam autem die sanctus Columba more suo gratia Spiritus sancti repletus est, et magno diei spatio cecinit de omnibus quæ sibi Spiritus sanctus dictabat, et postquam cessavit, dixit Columba : Quis mihi propinquior fuit quando verba sancti Spiritus cantavi? Cui Bithinus *m* respondit : in latere tuo, super manum dexteram, puer ille filius Tulchani propinquior tibi fuit. Tunc Columba dixit : ipse erit magister spiritualis et doctissimus, præcellens de hac omni schola.

aliosque.

l

m

VI

Deinde exiit Fintanus ut legeret apud virum sapientissimum totius Hiberniæ et Britanniæ, qui erat abbas Strennus Hidom Hinnis forlochaib Herni *n*, et mansit cum illo 19 annis, scripturam legens; et alii viri novem juvenes secum erant, et erant sub gravissima regula, in tantum ut sineretur eis cribrare farinam; sed farina cum sua palea, miscebantur cum aqua in pelvem, et lapidibus igne calefactis coquebantur, et hic erat quotidianus cibus illorum.

B

n

VII

Transit ad insulam Hy.

o

5 Post hæc perrexit Fintanus ad insulam Ie *o*, ut ibi apud Columbamkylle monachus fieret, sed Columba ante adventum ejus migravit ad cælum; reliquit tamen Columba sua verba apud Bithinum, dicens : post obitum meum veniet de Hibernia quidam vir albus, et crispus capite, et genis rubicundis, Fintanus, filius Tulchani, quem sæpius vidi in cælo quam in terra. Ad hoc autem ipse huc veniet, ut hic monachus fiat; et non suscipiatis eum, et hoc apud illum non erit bonum. Natura enim illius viri aspera est, sed tu dices illi, quod ipse abbas et caput populi erit, et non erit post tergum alterius risus. Ille autem vadet ad dexteram partem Lageniensium, juxta mare *p*, quia ibi est honor et resurrectio ejus. Et quamvis major est pars mea de terra, non major tamen amor meus et potestas mea apud Deum, quam ipsius.

p

C

VIII

Reditus ejus in Hiberniam et itinera.

q

6 Reversus est ergo Fintanus ad Hyberniam et habitavit in insula Cuinrigi, et constituit ibi locum nomine Athkaien *q*. Quadam autem die exiit in montem excelsum ipsius insulæ, ad orandum, ibique audivit clamorem virorum inferni, in die qua gestum est bellum Slenne. Tunc Fintanus reliquit istam insulam dicens : non habitabo in loco ubi clamorem virorum inferni audivi.

IX

Cumque in via ambularet occurrit ei quidam vir dives, nomine Enan Macc Nille, pecora autem ipsius divitis pestem habebant. Tunc Fintanus benedixit quemdam fluvium, et de aqua ipsa sanata sunt pecora divitis, et usque ad finem vitæ fluvius iste sanabat homines et pecora divitis. Et obtulit dives ille agrum sancto Fintano et constituit ibi locum scilicet Achethliacc et reliquit illic VII viros de sua familia, venitque Fintanus ad gentem suam ubi natus est, sed tamen terram illam non vidit, nisi tantum viam quam pedes ipsius ambulabant, nec salutavit ibi aliquem, nec patrem nec matrem, nec fratres nec sorores, qui omnes tunc vivi erant illic.

D

ANNOTATA.

a *Vita B. sic incipit :* Vita S. Munnu (*et deinceps semper Munnu vocatur*). Fuit vir vitæ venerabilis nomine Munnu, de claro genere Hiberniæ, id est de nepotibus Neill, cujus pater vocabatur Tulcanus, mater vero Fedelmi dicebatur. *Idem fere initium legit Waræus* (1); *Colganus vero sequens* (2) : Fuit vir vitæ venerabilis nomine Munna de claro genere Hiberniæ, id est de nepotibus Neill. Pater ejus vocabatur Tulchanus, qui de semine Conalli filii Neill ortus fuit. Mater quidem S. Munnæ nominabatur Fedhelim, quæ de eadem gente nata est, de semine Manii filii Neill.

b *Adamnanus, relatus in Commentario, scribit* (*ibi num.* 17) : Fintenus, gente Moccu Moie, cujus pater Tailchanus vocatur; *ad quæ aliqua adnotat Colganus* (3) : mendum hic irrepsisse videtur, *inquit,* ponendo « gente Mocu Moie » pro « gente Mocu Maine » nisi, et forte rectius « genitrice de Mocu Maine. » Nam mater hujus S. Fintani (qui et Munnu, juxta dicta, vocatur) fuit de stirpe Maine, seu Manii, filii Nielli Magni, regis Hiberniæ, (*ut deducit ex ipso initio Vitæ quam edimus*) quæ stirps Maca Maine, idest, progenies Manii, priscis dicebatur. *Quæ tamen hic proponit Colganus ut mutentur in textu Adamnani, conjecturam non superant.*

E

c S. Fintano *sororem fuisse, nomine Conchennam, de qua egimus ad calcem Commentarii prævii, discimus ex Actis infra num.* 7; *sed insuper S. Kieranum quemdam et* S. *Lugadium fratres fuisse* S. Fintani, *Colganus diversis locis adstruere conatur, primo satis dubitanter his verbis* (4) : an autem hi et S. Kieranus fuerint filii ejusdem Tulchani, res non est certa, sed probabiliter conjicienda, maxime ex eo quod Ængussius Keledeus lib. I opusc. cap. 2 inter plures fratres, seu filios ejusdem parentis, sanctos, connumeret filios Tulchani. *Et hæc est sola probatio alicujus momenti, quum Ængussium exeunte sæculo octavo floruisse noverimus. Alibi enim* (5), *ubi de cognatione illa sanctorum jam indubitanter loquitur Colganus, alias probationes non satis firmas adducit. Miror nihil ad hæc advertere Joannem Lanigan et ea ne indicare quidem.*

d *Vide Commentarium præv. num.* 11. *Colganus hunc eumdem locum, nonnihil amplificatum, recitat in Triade thaum. pag.* 460.

F

e *Comment. præv. num.* 2 *in fine. Vita B :* adducite ad me pulchrum puerum.

f *In his Actis sunt plura verba et nomina hibernica, in quibus excudendis codicem ms. sequi cogimur, licet mendis scateat. In Vita B. utraque, ut plurimum, omittuntur.*

g *Vita B :* A qua (silva) parum distabat cella sancti abbatis nomine Crunitergrellam.

h *Vita B :* Tulcanus autem, pater ejus... invenit duos lupos custodientes pecora sua sicut domesticos canes, quod etiam facere non cessaverunt, quamdiu in sæculo mansit. Ipse enim, visis tot miraculis circa puerum, non solum libertatem donavit sanctos Dei adire, sed etiam sæculo relicto, monachus devotus est effectus. *Noster hæc omisit; Colganus etiam, qui multa loca ex Vita* S. Munnu *excerpsit, dum diversis locis adstruere vult Tulchanum monachum fuisse* (6) *nihil adducit ex Vita* S. Munnu, *sed solis Actis S. Cannechi Hiberni innititur. Aliunde*

(1) Ap. Lanigan, tom. II, pag. 406. — (2) Acta SS. pag. 452. — (3) Trias Thaum. pag. 373. — (4) Acta SS. pag. 354. — (5) Ibid. pag. 452 et seq. et 606. — (6) Ibid. pag. 452 et 606.

solis

A *Vita altera, quam edimus ex Breviario Aberdonensi, et in qua hæc Vita major fideliter breviata est, Tulchani monachatum quoque asserit. Ex quibus dicendum, alia Vitæ exemplaria monachatum asserere, alia vero non. Quid igitur hac de re censendum? Colganus, ex Vita S. Cannechi, non solum Tulchanum monachum dicit, sed monachum monasterii Hiensis S. Columbæ* (1), *quod mihi creditu difficilius paulo. Adamnanus enim, qui triginta circiter annis post mortem* S. Munnu (*vide Comment. prævi. num.* 8) *in abbatem illius monasterii electus est, multa de filio disserens* (*ibid. num.* 5 *et seqq.*) *nihil habet de ejus patre Tulchano, qui in Hiensi monasterio* Vitam sanctissime instituit, *ut Colganus loquitur* (2). *Insuper Vita S. Cannechi, qua sola nititur Colganus, et cujus compendium habemus in codice Salmanticensi ms. videtur fabulosa* (3). *Utut sit, ex præcedentibus testimoniis admitti posse censeo Tulchanum monachum fuisse, forte alicujus monasterii Columbensis in Hibernia.*

i *Is erit Mochoemocus seu Pulcherius* de provincia Connactorum, *ut legitur in ejus Actis ad* 13 *Martii* (4). *In Vita B. nomen istud omittitur, ut plura alia nomina propria, maxime locorum.*

B k *Non sufficit testimonium Actorum nostrorum, ut dicamus* S. Fintanum *vixisse cum S. Congallo, aut ejus regulam didicisse. Vide Comment. prævi. num.* 12. *S. Congallum tamen regulam scripsisse certum est, eaque etiamnum exstat lingua hibernica, cum aliis tribus eadem lingua conscriptis, Columbækille scilicet, Mochutæ sive Carthagi et Albei Imelacensis, quas omnes præ manibus habuit Usserius* (5). *Easdem, cum aliis pluribus, memorat linguæ patriæ peritissimus Edw. O'Reilly in Actis societatis Hiberno-Celticæ* (6). S. Fintanum *autem potius ad regulam S. Columbækille se accommodasse crediderim. Vide Comment. num.* 5 *seqq.*

l *Hæc falsa esse ostenditur in Comment. prævi. n.* 10.

m *Vita B :* Baithenus, *sed vide Comment. num.* 9.

n *Vita B :* Transtulit se ad sanctum virum et in scripturis valde expertum, nomine Filell Nuannaich, qui fuit abbas in monasterio Cluoin-Huus (*vel* Hinis) nomine in stagno Herne, ubi mansit octodecim annis. *Colganus vero sic legit* (7) : Exivit servus Dei Munna ad virum sanctum, qui fuit sapientissimus totius Hiberniæ et Britanniæ, ipse vocabatur Sibell, filius Mianaidh et ipse erat abbas in monasterio Daimh-hynis, quod est in stagno
C Earne in aquilonali parte Hiberniæ etc. *Rectius apud Usserium* (8) *abbas ille dicitur* Sinell mac Maynacur. *Vide et Laniganum* (9).

o *De hoc itinere Vide Commentar num.* 5 *et seqq.*

p *Comment. prævi. num.* 14. *Vita B :* In australi plaga Laginensium, quæ dicitur Chensælaich.

q *Vita B :* Venit ad insulam Cuirinrigi et constituit ibi locum qui dicitur Athcain, id est vadum lene.

CAPUT II.

Duos mortuos suscitat. Alia miracula. Fundat monasterium Teachmunnu.

x Post hæc venit ad regionem Hele *a*, et ædificavit ibi locum qui nunc dicitur Techtailli maicc *Sororem suam* Segeni, et fuit illic v annis *b;* misit autem ad eum ibi mater sua, ut diceret ad quem locum illa veniret ad salutandum eum. Cui ille remisit : veni ad locum qui dicitur Lugmath *c*, et ne propius accedas, et ego ad ipsum locum ad te exibo. Venit ergo mater et tres filiæ Tulchani secum, scilicet duæ mulieres pœnitentes et una virgo. Cum mater in civitate Lugmath adventum Fintani exspectasset, filia ejus virgo dolore percussa mortua est et ibi sepulta. Crastino autem die advenit Fintanus, cumque ille sepulchrum novum vidisset, agnovit illud dicens : Chonchenne *d* hæc est. Tunc tristis mater venit ad eum, dicens : rogo te in nomine Domini, ut mihi resuscites filiam meam. Cui Fintanus ait : recede, et crastino die venies ad me. Tunc Fintanus jecit a se omnes, et in illa nocte solus ibi oravit. Crastina autem die, sana reversa est cum matre ejus ad domum suam, et dixit Fintanus matri suæ : cavete ne iterum ad me veniatis, nam si deinceps veneritis, de provincia, in qua fuero, trans mare in Britanniam exibo.

AUCTORE ANONYMO. EX MSS.

et alium a morte suscitat.

a
b
c
d

XI

Alium autem mortuum suscitavit in cella Biesiche; nam quadam die, cum venisset Fintanus ad locum illum, habitatores illius loci callide dixerunt ei : o sancte vir, ecce infirmus nobiscum jacet in E domo et nullum responsum dat; veni ergo ut benedicas eum : mortem autem ipsius viri celaverunt et tacuerunt. Tunc Fintanus exiit ad domum illam, ignoransque quod vir ille mortuus esset, benedixit eum simpliciter cum signo crucis, et statim mortuus ille sanus surrexit, benedicens Deum.

XII

Alia Sancti miracula.

8 Cum autem sanctus Fintanus quinque annis habitasset in suo loco, in regione Hele *e*, venit ad eum quodam die quædam ancilla Dei Kyaer cum aliis secum quinque ancillis Dei. Exiit autem minister hospitum, ut salutaret eam. Cui ancilla dixit : vade ad virum fortem, qui hic habitat, et dic ei, ut mihi det locum istum, quia fortior est cum suis quinquaginta juvenibus, quam ego cum meis quinque ancillis, ut ædificet sibi alium locum. Hoc autem audiens Fintanus, dixit fratribus suis : verum est quod ancilla Dei dixit; surgite recedamus de loco isto quia non erit hic resurrectio nostra, et nunc non est accidia, relinquamus laborem nostrum apud ancillas Dei, et nil vobiscum portetis de loco isto, exceptis securibus et libris vestris, et crismatibus, et communi vestimento, et duo boves tantum sint sub plaustro cum libris. Cumque ancilla Dei postu- F lasset ab eo benedictionem, respondit ei : benedictio Dei sit super locum istum et erit benedictus coram Deo et hominibus. Tu vero non meruisti benedictionem a me et non possum claudere cælum contra te, sed tamen nomen tuum et gradus tuus non verit super loco isto et piramidem tuam pauci scient. Illa autem dixit : quis est ergo qui hunc locum habitabit? Fintanus ait : vir qui hodie tres tribulationes portavit, super acerem Midlochre, ipse possidebit hunc locum : hic est Tailli mac Segeni, qui postea ad istum locum venit *f*.

f

XIII

Ejus

9 Deinde exiit Fintanus ad fines Laginensium, et quadam nocte mansit juxta cruces in campo Mete, et in eadem nocte quidam dux de Fothartis, nomine Dimma filius Aidi Croin, venit ad illum locum cum sexaginta viris secum. Quibus Fintanus ait : Comedite alterum bovem, qui portat plaustrum cum libris. Laici autem non potuerunt resistere ei et comederunt bovem. Ipse autem Dimma est, qui postea Fintano obtulit locum in quo nunc est *g*.

(1) Locis citatis. — (2) Ibid. pag. 432. — (3) Acta SS. tom. V Octobris, pag. 643, num. 7. — (4) Tom. II Martii, pag. 280. — (5) Brit. antiq. pag. 476. — (6) Transactions of the Hiberno-Celtic society for 1805, pag. XXXIII et seqq. — (7) Trias Thaum. pag. 460. — (8) Britan. eccl. Antiq. pag. 485. — (9) Tom. II. pag. 253.

Crastino

AUCTORE ANONYMO. EX MSS.

Crastino autem die unus bos plaustrum vehebat, cumque in via ambularent, occurrit illis vir quidam cum pecoribus et bobus indomitis, quibus ille ait : tenete unum de vitulis istis sub plaustro vestro; et statim vitulus iste sub jugo positus, mitis et domitus factus est.

XIV *itinera.*

10 Post hæc exiit Fintanus ad dexteram partem Laginensium ad mare, secundum verbum Columbe Kylle *h*, et fuit ibi juxta mare in loco quidicitur Arid Crama, apud nepotes Barriche. In ipso autem loco erat familia Congalli sancti, abbatis Benchuir; et alumpnus Congalli, nomine Aied Gophan, princeps erat illius loci, qui in exilium pergens, reliquit Fintanum in suo loco, donec ab exilio *i* rediret. Fuit autem Fintanus in illo loco XII annis et dedit illi Deus fructum copiosum maris et terræ et abundantiam magnam quæ nec ante nec postea fuit in illo loco.

h

i

XV *Sancti prophetia adimpleta.*

11 Quadam autem die venit Guori, filius Eugin, volens quærere regnum Lagenensium : vastavit plebem quæ erat in circuitu sancti Fintani, et pecora eorum et armenta abstulit secum. Tunc viduæ et orphani plebis venerunt ad Fintanum et fleverunt coram eo. Fintanus autem vocans ad se IV viros, dixit eis : ite et salutate Guoire, et dicite ei, ut in nomine Domini dimittat nobis pecora, quæ rapuit. Si precem nostram audierit, dicite ei quod rex erit usque ad senectutem, et non jugulabitur, et genus illius regnum nepotum Kenselaich tenebit usque ad diem judicii. Sed tamen scio quod ipse vir durus non audiet vos, nec dimittet pecora plebis hujus, et in illa hora quando salutabitis eum, tondetur * caput ejus coram vobis et dicetis ei : si non dimiseris nobis pecora plebis, quæ rapuisti, caput tuum iterum non tondetur, sed priusquam crescant capilli capitis tui jugulaberis, et caput tuum decollabitur, et rex non eris. Exierunt ergo viri illi missi, et salutaverunt Guori, et sicut Fintanus dixit, impletum est, et Guori non dimisit pecora et ipse quinto die jugulatus est.

B

* tondebitur.

XVI *Fertur ei oblata prælatura monasterii Bangor.*

12 Factum est autem post mortem Sancti Congalli, abbatis Benchuir *k*, venit familia ipsius ad Sanctum Fintanum, et dixerunt ei : trium rerum datur tibi electio : scilicet, veni nobiscum et eris abbas Benchuir post Congallum. Quibus Fintanus respondit : non eris in locum alterius et in fructum laboris ejus. Ego ero in loco, quem mihi Dominus dederit cum monachis meis, de labore manuum nostrarum victuri. At iterum dixerunt ei : hic locus tibi dabitur, et esto monachus Congalli sancti. Fintanus dixit : Dum Columba Kylle me non suscipit, alium abbatem non tenebo, nisi Dominum. Tertio dixerunt ei familia Congalli : si hæc omnia non recipis recede de loco isto. Quibus Fintanus ait : ego illud faciam, si hunc locum assignavero illi viro, qui mihi istum commendavit, scilicet Aiedgopan. Illi dixerunt : tu quære illum virum quamvis a Roma, et nos interim manebimus donec iterum reverteris. Tunc Fintanus surrexit, cum quinque viris secum, et perrexit in viam ut iret ad Romam, ad quærendum Aidumgopan. Cumque paulisper per unum agrum a loco processisset, viderunt Aidan gopan venientem obviam sibi post XII annos in exilio *l* et in eadem hora simul reversi sunt ad domum suam. Tunc Fintanus ait illis : locus vester post recessum nostrum non in majus crescet, nec parochiam habebit, et mare non dabit ei fructum suum.

C

k

l

XVII *Angeli eum*

13 Tunc venit angelus Domini ad Fintanum, dicens : surge et accipe monachos tuos, et vade ad locum illum qui dicitur Aicheth liacc Echdromma *m*, in regionibus Fothar, quia ibi est ordinatio tua et resurrectio tua. Perrexit ergo Fintanus ad locum illum, ibique stetit.

D *quædam monent.*

m

XVIII

Quadam autem die, cum sanctus esset Fintanus solus, ibi in sylvis suis manibus laborans, vidit tres viros in vestibus albis ad se venientes, et orationem postulavit ab eis. Qui dixerunt ei : veni nobiscum paulisper. Cumque ambulasset paululum cum eis, dixerunt ei : in hoc loco erit civitas tua, et designaverunt coram eo VII loca in quibus postea principalia civitatis sunt ædificata et Fintanus posuit cruces in ipsis locis *n*.

n

XIX *Dux Dimma ei agrum offert, ut fundet monasterium.*

14 Quadam autem nocte Fintanus cum suo populo, elevatis juxta crucem vocibus, clamaverunt ad Dominum, et e contrario in eadem nocte dux quidam de Fothartis, in proximo loco habitans, scilicet Dimma, filius Aidi Croin *o*, cum suis satellitibus, circa caput laici interfecti, jubilationem fecerunt. Tunc dux ille corde compunctus dixit : istæ duæ jubilationes simul fieri non possunt, scilicet jubilatio nobiscum circa caput pro voluntate diaboli, et jubilatio psalmorum apud Fintanum pro voluntate Dei. Mane autem facto, dux ille Dimma venit, et obtulit ei agrum, in quo nunc est civitas ejus *p* et dixit : Quid mihi dabis pro hac oblatione? Fintanus respondit ei : regnum cælorum tibi dabitur pro terra tua. Dimma dixit : illud non sufficit mihi, nisi dederis mihi longitudinem vitæ in omnibus desideriis meis, et corpus meum non juguletur, et castiges me ad clericatum, donec ego ipse velim et inter monachos tuos in loco sancto sepeliar post mortem. Cui Fintanus ait : hæc omnia tibi dabuntur; ubi nunc es, ibi sepultus eris. Ibi ergo Fintanus edificavit, sicut angeli constituerunt ei *q*.

o

E

p

q

XX *Sancti petitiones.*

15 Hæ sunt petitiones sancti Fintani, quas sibi Dominus donavit : scilicet quod junior ante seniorem de suo populo non morietur, sed secundum ordinem ætatis; quod nemo de genere ejus vivus erit septem annis ante diem judicii; quod omnis quicumque fuerit sepultus in loco sepulchrorum ejus, quem ipse Fintanus sua manu depinxit, vitam æternam habebit; et quum auditur vox cimbali ejus, qui in comitatu ipsius fuit semper, et non percutitur nisi in exitu animæ, quicumque sepultus fuerit in illo termino, non claudetur infernus super eum post diem judicii *r*. Ideo præcepit, ut monachi ejus in aliis locis non sepelirentur.

r

F

ANNOTATA.

a *Colganus sic legit* (1) : Direxitque iter suum ad provinciam Mumonensium, et mansit in regione Hely. *Agitur de tractu* Ely O'Carrol *in veteri Mummonia, hodiedum in comitatu regis.*

b *Pergit Colganus :* et ædificavit ibi monasterium, quod dicitur Teachtelle, fuitque ipse ibi quinque annis. *S. Telle, cujus nomen monasterio adhæsit, fuit filius Segeni, ut in nostra Vita indicatur, et colitur* 23 *Junii* (2). *Num* S. Fintanus, *cui S. Telle coævus fuit, dictum monasterium fundaverit, valde est dubium, aut saltem illud hoc tempore fundare non potuit, antequam scilicet Lageniam adiisset, prout a S. Columba Kille jubebatur. Vide Comment. prævium. 15 et adnotationes Lanigani* (3).

c *Vocatur a Colgano* (4) oppidum Lughmagh, *in australibus Ultoniæ finibus.*

d *De* Conchenna *nonnulla diximus in Commentario prævio num.* 57.

(1) Acta SS. pag. 606. — (2) Colganus, loc. cit. pag. 713. — (3) Tom. II, pag. 408, not. 78 et tom. III, pag. 129 et seqq. — (4) Acta SS. pag. 606.

e *Vide*

A e *Vide supra Actorum num.* 7. *Codex Colgani* (1) : Cum B. Munna quinque annis habitasset in regione Heli, venit ad eum quædam virgo nomine Chier, cum aliis virginibus quinque. *In Vita S. Brendani agitur de quadam S. Ciara, sive Kiara (siquidem non utebantur Hiberni antiqui littera* k), *quæ eadem esse videtur* (2). *Eam memorant Martyrologia Hibernica ad* 5 *Januarii.*

f *Colganus* (3) : vir ille qui hodie tres jubilationes in agro Miodhluachræ fecit, possidebit hunc locum. Ipse est Telli, filius Segeni, qui postea ad hunc locum veniet, et in nomine ejus nominabitur. *Vide supra Annot.* b.

g *Vita B :* in quo vir sanctus postmodum monasterium ædificavit.

h *Vita B :* Post hæc pervenit sanctus Munnu ad partes Hua-Chensælaich et mansit in loco qui dicitur Aritcrema, inter nepotes Barrchi, qui est locus juxta mare, ubi habitavit sanctus Munnu duodecim annis. *Tractus Hy-Barche in Lagenia, indicatur in Vita S. Finniani Clonardensis* (4). *Quæ dicta sunt hucusque de peregrinationibus* S. Fintani *in Hibernia et maxime de quinquennio in regione Hele transacto* (*num.* 8), *non videntur posse admitti, quum sciverit*
B *S. Columbam Hiensem voluisse* ut in Lageniensium vicinis mari finibus monasterium *construeret. Vide Commentar. prævv. num.* 7. *Additur hic in Actis* S. Fintanum *annos duodecim vixisse in Arid Crama, Lageniæ loco juxta mare; quod non rejicimus, sed solis Actis nititur, ex quibus etiam certum non est eum illic monasterium fundasse. Num Sanctus noster multa monasteria fundaverit examinavimus in Comment. prævv. num.* 15.

i Ab exilio, *id est, a peregrinatione; alios plures antiquos scriptores Hibernos, hoc sensu vocem* exilium *adhibuisse comperimus. Vide Glossarium Cangii, vel potius ejus supplementum ad dictam vocem.*

k *Obiit S. Comgallus Benchorensis die* 10 *Maji* 601 (3). *Quæ hic referuntur, dubia sunt et fabulis permixta. Cfr Vita num.* 10.

l In exilio, *id est, in peregrinatione, ut modo est dictum.*

m *Vita B :* ad locum, qui dicitur Achadliac Ethdroma.

n *Vita B :* Sanctus autem Munnu ædificavit monasterium in loco in quo Angelus designavit, et vocatur usque hodie Thecmunnu, id est domus Munnu. *Ex hoc num.* 13 *et ex sequenti, patet Teachmunnu*
C *spectasse ad regionem Fothar.*

o *Dux ille de Fothartis, nomine Dimma, filius Aidi Croin, qui in proximo loco habitabat, id est non procul a loco in quo ædificatum est monasterium Teachmunnu, diversus est a Dimma Camcholl, Fothartorum rege, de quo mox num.* 18 *et seqq.*

p *Nimirum Teachmunnu, sive hodiernum Taghmon. Vide Commentar. prævium num.* 1. *Vita B :* Venit dux ad Sanctum, offerens ei agrum, in quo S. Munnu morabatur. *Cfr Vitæ num.* 13. *Ex his dux ille Dimma, filius Aidi Croin, ut fundator monasterii Teachmunnu haberi potest. Quamquam autem in hac Vita plura procul dubio fabulosa sunt, nomina tamen locorum ac principum et eventus præcipuos, demptis adjunctis aliquot, non putem pro lubitu inventa aut adscita. Cfr Annot.* f *ad cap.* 3

q Sicut angeli constituerunt ei, *ut scilicet in Vita legitur supra num.* 13.

r *Has petitiones, si quæ fuerint,* S. Fintani *biographus evidenter deformavit. Ultimam clarius con-*
signavit Vita B. in hunc modum : et quod sepulti tempore quo auditur vox cymbali ejus, quod ipse secum habere consueverat, post diem judicii in inferno non claudetur. AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

CAPUT III.

Varia miracula et prophetiæ.

XXI *Miracula*

Erat quidam vir agens pœnitentiam apud Fintanum, nomine Becanus, filius Bledeni, fuitque vir ille habitans cum cæteris viris pœnitentibus, numero L, qui panem edebant et bibebant aquam modico lacte commixtam. Fintanus autem, Becano infirmo misertus, benedixit conicem *a* ejus, et ex illa die per septem annos lac novum in calice ipsius fiebat, quamvis ex uno vase cum cæteris pœnitentibus aqua candida hauriebatur ei. *a*

XXII *varia*

17 Quidam juvenis de monachis, nomine Fintanus, filius Eugen, rogavit Fintanum ut ad suam patriam visitandam dimitteret eum. Cui Fintanus ait : vade, et cave ne aliud bibas nisi aquam, donec nos invicem salutemus, et benedixit conicem Fintani juvenis ipsius. Postquam autem juvenis profectus est in viam, Fintanus moriens perrexit ad cælum. Reversus ergo juvenis ad suam familiam, audivit mortem Fintani, et noluit bibere nisi aquam, quia dixit ei Fintanus, ut nil biberet, nisi excepta aqua, donec se invicem salutarent. Fuit ergo juvenis aqua contentus xxx annis. Quadam autem die E abbas populi, nomine Mocommoc, gustavit incaute aquam quæ erat in conice juvenis illius, et vidit quod vinum optimum esset, et a capite usque ad pedes commutavit eum licor iste, et hoc juveni abbas nuntiavit. Audiens autem hoc juvenis ille, confusus est, et dixit abbati : da mihi sacrificium, quia tertia die ad cælum ibo, dum alter homo super terram hoc cognovit, nam talis sapor super aquam meam per annos xxx fuit, ex die qua Fintanus ad cælum exiit; quia Fintanus conicem ipsius benedixit.

XXIII *Prophetia de filiis regis Dimmæ*

18 Rex Fothartorum, nomine Dimma Camcholl, duos filios habuit, unum Kellacanum nomine, qui nutritus est in Airbriu, apud Cuonanum anachoritam. Alter filius, nomine Killinus, nutritus est in domo Mundu apud Fintanum *b*. Quadam autem die venit rex Dimma, cum optimatibus Fothart, numero LX, ad Cuanum Airbriu, et ibi viderunt F Cellachum filium Dimma, in cucullo iacintho, cum sagittis porporeis, habens in humeris suis ceraclum *c* cum capitibus æreis, et in pedibus suis habebat ficones *d*, ornatos de partico et ære, et placuit eis habitus pueri dicentes : bene hic nutritur filius noster. Post hæc venerunt Fotharti, cum rege, ad domum Mundu, et sederunt ante januam loci; veneruntque plaustra secus se, et pueri ante plaustra elevatis vocibus, psalmos canentes, et ceracula eorum fixa erant jugis. Videruntque Cilline, filium Dimma, ante plaustrum, in cucullo nigro, colore ovium *e*, et in tunica brevi et alba, cum ora nigra, et in calceamentis vilibus, et displicuit eis habitus iste, dicentes : in hoc apparet magnitudo amoris nostri in his duobus locis, quomodo nutriuntur duo filii. Tunc Dimma dixit eis : magna vindicta erit pro hisce dictis, nam omnia verba nostra Fintanus audit in domo sua. Tunc Fintanus dixit ministro hospitum : vade et suscipe Fothartos in domum, et benefacite illis, sed tamen *b* *c* *d* *e*

(1) Acta SS. pag. 15.—(2) Colganus, Acta SS. ibid.—(3) Ibid. —(4) Cfr Lanigan, tom. I, pag. 465.—(5) Acta SS. Maji, tom. II, pag. 579, num. 5; Lanigan, tom. II, pag. 63.

AUCTORE ANONYMO. EX MSS.

non placet eis quomodo filius eorum nobiscum nutritur, melius nutritur filius in Arbriu. Dic ergo eis, quod filius carus in Airbriu cælum et terram non possidebit, et tota plebs Lagenorum jugulabit eum. Filius vero qui hic nutritur, dominus erit ecclesiæ, et sapiens scriba, et episcopus, et anachoreta, et regnum Dei possidebit; et sic completum est.

XXIV *Alia*

19 Post hæc ipse rex Dimma postulavit munusculum a sancto Fintano, et dedit ei Fintanus tunicam suam, in qua Fintanus una nocte dormivit, et dixit regi : hanc tunicam diligenter custodi, quia veniet dies, quando ista tunica opportuna erit tibi et de magno periculo te liberabit. Post hæc supradictus Kellachus, filius Dimma, laicus factus est, et jugulavit Odo Clane, filium Cruindmail, regis Lagenensium. Tunc Cruindmael, assumpto exercitu omnium Lagenensium, venit et conclusit Fothartu in Inso Bairri *f* for loch edidach, sed Dimma Cancholl *g* evasit ex insula super equum suum, et per turbas omnium Lagenorum evasit, et nemo illum vidit, quia tunica Fintani abscondit eum. Familia vero illius, scilicet LXXX viri de optimatibus Fothart, alligati sunt in vinculis in insula Tobairri, et duo viri ex ipsis jugulabantur in unaquaque die, et Kellachus filius Dimma jugulatus est, eratque cum eis vinctus Dimma, filius Aidi Croin, amicus Fintani. Tunc Fintanus dixit populo suo : surgite eamus, quia vir qui nobis hunc locum obtulit in vinculis tenetur, ut crastino die occidatur. Tunc Fintanus assumptis secum XII viris, venit ad castra regum, cumque reges vidissent currum de longe et clericos, cognoverunt quod Fintanus esset, et ad liberandum Dimma filium Aiedi Croin venisset. Tunc Cruindmael dixit : portate virum et abscondite eum, et jugulate illum antequam Fintanus adveniat, et facite interim jubilationem, quasi jugulatus esset. Audiens autem Fintanus jubilationem ait : quod est carmen istud? Respondit ei quidam : jubilatio est post jugulationem hominis. Fintanus ait : usque hodie hanc vocem non audivi; ex hac die reges hujus gentis, excepto Cruindmelo et alio post eum viro, regnum amplius quam septem annis non tenebunt in æternum. Vocatus est Cruindmel ad Fintanum, et ait illi : dimitte nobis Dimma, qui est tecum vinctus; cui Cruinmel respondit : jugulatus est. Et dixit Fintanus : hoc fieri non potest, quia ipse vir non jugulabitur in æternum. Viri ergo illi, qui missi sunt jugulare eum, non potuerunt manus suas elevare nec gladium, et hasta non poterant lacerare eum. Hoc audiens Cruindmel, obtulit illum virum, cum sua hæreditate et progenie, sancto Fintano in sempiternum.

f *g* B C

XXV *Miracula h*

20 Erat quidam laicus monachus *h* sancti Fintani, nomine Malmarke, qui apud Kellachum, filium Dimma, jugulavit Ed Slani. Hic autem laicus erat in vinculis apud Cruindmelum, in insula Liac Hain. Tunc Fintanus dixit : exite ut monachum vestrum Melmarke, in periculo positum, liberetis. Exeuntes autem V clerici sancti, de monachis ejus, steterunt super portum insulæ Liac Hain; et cognovit rex quod familia Fintani esset, et dixit rex Cruindmel : portate virum vinctum in navem super mare, et ibi jugulate eum prisquam clerici veniant. Cumque super mare paulisper duxissent eum, stetit navis in uno loco, nec potuit huc illucque moveri, et manus virorum circa arma sua sic-caverunt, et sic per medium diei fixi immobiliter steterunt. Tunc rex pœnitentiam egit, et dimisit virum clericis. D

XXVI *i*

Quædam mulier, fluxum sanguinis patiens, ducta est in grabato ad civitatem Fintani *i*. Tunc Fintanus, minister hospitum, exiit ad Fintanum, postulans ab eo ut aquam benediceret mulieri. Cui Fintanus ait : numquid vis ut facias me exorcistam mulieribus Lagenensium. Tunc Fintanus minister, exiit ab eo, et cassulam ejus, quæ erat super lectulum illius, secum occulte abstulit, et posuit eam super mulierem; et statim curata est, et suis pedibus ad domum suam sana rediit.

ANNOTATA.

a Conix *in hac Vita est idem ac calix. Occurrit eadem vox in Actis S. Lugidi, ad 4 Augusti* (1).

b *Vita B :* tempore quodam dux Fothartorum dedit filium suum, nomine Chellac, ad monasterium sancti Cuanu, et alium, Chillenum nomine, ad sanctum Munnu. *Noster :* in domo Mundu, *hibernice forte* Teachmundu : *Vide Comment. præv. num.* 2.

c Ceraculum *esse tabulas cereas, in quibus stilo scribebant antiqui, verisimile est omnino ex Vita S. Mochtei Hiberni, sed etiam mihi videntur hac voce libri omnes significari, quicumque fuerint. Vide Cangium ejusque supplementa, et eamdem vocem paulo inferius recurrentem.* E

d Fico, *vox itidem Hibernis propria, est genus calceamenti.*

e Colore ovium. *Oves in Hibernia plerumque nigri coloris fuisse discimus ex Giraldi Cambrensis Topographia Hiberniæ* (2).

f *Vita B :* in insula Barri. *Rex Lageniæ Criundmaël in Actis S. Lasreani* (3) *dicitur Cranmal, ejusque regni initio assignat Colganus* (4) *annum* 610.

g *Dimma Cancholl erat rex Fothartorum. Vide Annot.* o *ad cap.* 2.

h *Iste monachus laicus distinguitur a monachis clericis, de quibus infra est sermo. Notum est enim antiquos monachos Hiberniæ plerumque sacerdotes fuisse et clericos, qui ministerio ecclesiarum deservirent.* Systema monasticum, *inquit R. D. Carew* (5), ut primum in Hiberniam inductum est, vidimus ad exemplar Instituti, quod in Gallia fundaverat S. Martinus Turonensis, fuisse constitutum (*a S. Patricio nimirum, qui cum S. Martino vixerat*). Ex quo systemate sic ordinabantur monasticæ vitæ officia, F ut liceret monachis etiam vitæ activæ munera exsequi, quæ nunc (*plerumque aut magna ex parte*) spectant ad clerum sæcularem. Ab ipso igitur primo tempore introductæ fidei christianæ in Hiberniam, exstabant illic domus religiosæ, quarum disciplina fere undequaque similis erat illi, quam recentiori ævo Canonici Regulares S. Augustini sunt amplexi. *Advertit tamen Lanigan* (6), *monachorum Hibernix regulam longe severiorem fuisse, quam Canonicorum S. Augustini. Differebant itaque Hiberniæ monasteria a monasteriis Ægypti, in quibus rarissimi erant sacerdotes, et in illis exercebatur plenissime ministerium sacrum. Ad quem antiquissimum statum monasteriorum Hiberniæ et Scotiæ* (7) *mirum est non attendisse qui de antiquitatibus ecclesiasticis scripserunt.*

i Ad civitatem Fintani *i. e. ad Teachmunnu.*

(1) Acta SS. Augusti, tom. I, pag. 344, num. 11.—(2) Distinct. III, cap. 10, ap. Lanigan, tom. IV, pag. 359. — (3) Acta SS. tom. II April, pag. 547, num. 17. – (4) Ibidem in Annotato — (5) An. eccl. hist. of Ireland. Dublin, 1855, pag. 199. — (6) Tom. IV, pag. 348. — (7) Cfr Beda, hist. eccl. lib. III, cap. 5 et 4.

CAPUT IV.

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

A

CAPUT IV.

Lepram in punitionem rogat et impetrat. Synodus de Paschate in campo albo prope Leghlene. Sancti obitus.

XXVII *Visitatur ab Angelo et lepra percutitur.*

Angelus Domini ad sanctum Fintanum salutandum, duobus in hebdomade diebus semper veniebat, scilicet die dominica et quinta. Accidit autem, ut quadam quinta feria ad eum Angelus non veniret, usquequo pervenit in die dominico; cui Fintanus ait : dic mihi meam culpam, pro qua ad me die solito non venisti. Angelus respondit : non propter negligentiam circa te non veni, sed in his diebus hospes karissimus intravit in cælum, in cujus adventu omnes angeli, nimia exultatione et gaudio occupati, in hac hebdomada ad salutandos
B sanctos Hiberniæ non venerunt, scilicet Lugid mac
a Coche Clona ferta *a*. Cui Fintanus ait : lucide apparet quod ipse solus mandata Dei veraciter implevit; vade ergo et ad me iterum cum responso revertere, ut sciam pro qua re carius erat in adventu Lugidi magis gaudere, quam ad me salutandum venire. Venit ergo ad eum Angelus dicens : quia facies hominis alicujus ante Lugidum non erubuit, et non pauciores erunt monachi ipsius in cælo quam tui monachi. Tu vero monachos tuos cum rubore corripis. Tunc Fintanus dixit : scio quid faciam..... in exilium non ibis, sed in nocte
b quintæ feriæ appropinquabit nuncius a Deo *b*, ad te veniet, ut non majus gaudium in cælo in adventu Lugidi, quam in adventu tuo fiat, in die exitus tui. In nocte ergo illa Fintanus percussus est lepra
c magni doloris, et mansit super eum XXIII *c* annis, et in illo tempore, ut periti ferunt, sanctus Fintanus nec corpus suum manibus suis radebat, nec balneo lavit, nisi in uno die tantum, scilicet in cœna Domini.

XXVIII *Synodus de Paschate.*

22 Quodam autem tempore fuit magnum consilium populorum Hiberniæ in campis Ailbæ *d*, inter quos erat ingens contentio pertotum annum *e*, inter novum Pascha et vetus Pascha. Lasserianus enim Lethglinne *f*, cum suis, novum Pascha et novum ordinem defendebant. Ceteri vero seniores Hiberniæ vetus Pascha et veterem ordinem laudabant.
d *e* *f* C Ad hoc concilium sanctum non statim venit Fintanus, et omnis populus exspectabat eum; ipse enim erat primus et princeps eorum qui vetus Pascha defendebant. Tunc Subne, filius Donalli, rex Ambarriche *g* : quare longo tempore exspectatis istum clericum leprosum, et si ille (non) advenerit, Pascha Lasseriani usque ad diem judicii principatum tenebit. Cui Lasserianus ait : tace, quia quod dicis, Fintanus audit in loco in quo est, et vindictam ab eo recipies. In illo autem die, ante vesperum, venit Fintanus ad consilium, et salutaverunt se invicem et Lasserianus. Cumque rex Subne postulasset orationem a Fintano, dixit ei Fintanus : quare postulas orationem a clerico leproso! quando convitium in me locutus es, in dextera Dei Patris Christus erubuit, quia verum membrum Christi sum; ideo antequam messis compleatur, morieris
g et jugulabunt te fratres tui, et sanguis tuus commiscetur, et babtuca *h* et caput tuum projicietur in flumen Berbe, et ultra non apparebit; et sic completum est. Nam in isto mense jugulavit eum
h filius fratris sui juxta flumen modicum, quod dicitur Blathach, et caput ejus relictum est apud flumen Berbe. *i* Crastino autem die dixit Fintanus Lasseriano, coram omni populo : nunc tempus est ut hoc concilium finiatur et unusquisque ad sua redeat loca; ideo breviter tres res dico Lasseriano, scilicet : duo libri nostri in ignem mittantur, et liber veteris ordinis et novi ordinis, ut videamus quis liber ex igne evadat. Aliter, duo monachi nostri in unam domum recludantur, et domus accendatur igne, ut videamus quis utrorumque de igne liberabitur. Aut nos simul, ego et Lasseranus, camus ad sepulchrum alicujus monachi justi olim mortui, et suscitemus, ut indicet nobis Pascha, quod in hoc anno celebratur in cælo. Cui Lasserianus ait : non eo in judicium contra brutum Dinnam; pro magnitudine laboris tui, si diceres ut mons Marce pro campis Ailbe, et campi Ailbe in locum montis Marce commutarentur, hoc pro te Deus fecisset *k*. Tunc Fintanus ait : unusquisque ergo fciat quod credit et rectum sibi videatur.

i

k

XXIX *Anachoretam Britonem invisit.*

25 Quadam autem die valde diluculo, sanctus Fintanus venit ad domum cujusdam sancti Anachoritæ de Britonibus, qui apud Fintanum in extrema parte civitatis habitans, plaustra fratribus faciebat, eratque in domu ejus ignis accensus ad siccanda ligna plaustri. Hic autem cum vidisset Fintanum, subito venientem in domum, genua flexit et dixit ei : sede paulisper in cathedra, ut caleficentur pedes tui. Cumque Fintanus juxta ignem sedisset, vir ille tenuit calvos ficones ejus, viditque in eis arenam humidam, tollensque eam, ligavit in sudario suo et dixit : o sancte Fintane, rogo te ut dicas mihi quæ est ista arena in ficonibus tuis. Cui Fintanus ait : promitte mihi ut hoc alicui in vita mea non dicas, et illo promittente, dixit ei Fintanus : ego nunc veni a terra repromissionis, in qua nos quatuor congregati nostra loca constituimus, sed Columba Kille et ego, duo loca nostra simul circa vadum consistunt. Kannechus *l* vero et Brandinus Mac Ualthe circa alterum vadum, sua loca consistunt. Nomen autem loci Columbæ Kille Ath Cain vocatus, et nomen loci mei Port Subi, nomen loci Kannechi Sethath vocatur, nomen loci Brandani Aurphardus *m*. Si ergo vobis tentatio perveniet, quam sustinere non poteritis, exibitis ad terram illam sanctam, et licitum est si in hoc loco semper vobiscum sint duodecim plaustra nova et duodecim cacabi ænei ad præparationem ambulationis. Exibitis ergo ad montem lapidum, in regione generis Bogeni, ad consistorium quod extendit in mare, et ibi incipietis navigare. Occiderunt boves vestros et licitum est vobis comedere carnes boum. Forsitan enim, præ celeritate proficiscendi, non poteritis vobis præparare viaticum, et in pellibus boum vestrorum prospere navigabitis ad terram sanctam repromissionis. Hanc autem fabulam anachorita ille post mortem Fintani narravit, et ostendit arenam quæ erat in ficonibus Fintani.

l

m

E F

XXX *Donum prophetiæ; cognoscit secreta cordium.*

24 Hanc gratiam sanctus Fintanus habebat, quod diem mortis uniuscujusque de populo suo sciebat, et diceret viro forti, cui mors appropinquabat : ecce tuum advenit tempus ut ad cælum pergas, et ita tertia die vir ille ad cælum ibat. Dicebat quoque Fintanus viro, qui multo tempore jacebat in lecto : surge et fac opera viri illius qui mortuus est, et statim infirmus ille surgebat fortis et sanus opera cum fratribus agebat.

XXXI

Hanc quoque gratiam Fintanus habuit, quod cogitationes omnium fratrum ipse sciebat, et omnia quæ in cordibus eorum fiebant nuntiabat; unicuique confessiones eorum ipse dabat *n*.

n

Item

AUCTORE ANONYMO. EX MSS.

XXXII Item Fintanus numerum hospitum, qui venturi essent, et habitum eorum, antequam advenirent, nuntiabat fratribus.

XXXIII Item omne verbum, quod in absentia ejus dicebatur, sciebat et audiebat, quasi præsens esset.

XXXIV Item Fintanus, si cor monachi benedixisset, omne vitium, quod in corde graviter fiebat, ex illa hora, usque ad diem mortis suæ, hoc vitium non veniebat ad eum.

XXXV Item Fintanus, si aliquem hospitem verbo aspero et repentino salutasset, numquam comedebat cibum, priusquam hospes ille leniter placatus esset, et dicebat : ego præterita hora carnaliter filius Tulchani, nunc vero spiritualiter filius Dei sum. Omne verbum sancti Fintani prophetia erat, et omnis ingressus illius et opus ejus virtus erat.

XXXVI Cum autem dies exitus ejus advenisset, vocavit ad se populum suum, et benedixit eos, et accepto
o corpore et sanguine Christi, dormivit *o* et innumerabilis angelorum multitudo in obviam illius venit. Cumque turba dæmonum in aere occurrisset ei, respexit ad cælos sanctus Fintanus; videntes autem dæmones faciem Fintani, huc illucque cum nimio timore fugerunt, et virtus in eis non re-
B mansit, et usque ad finem hebdomadis adversus aliquem non potuerunt bellare. In adventu autem Fintani, tota cæli familia gavisa est, ubi in conspectu æterni regis, sine fine manet, regnante Domino nostro Jesu Christo, in sæcula sæculorum Amen.

ANNOTATA.

a *Vita B.* sanctus Molua (*alias Luanus vel Lugidus*), *filius* Cuoche Cluonaferta. *Narrantur hæc etiam in Vita S. Mochuæ in hunc modum* (1) : Quodam alio tempore vir sanctus, Munnus nomine, dum in cella sua triduo moram faceret, Angelica visione, qua quotidie visitabatur, per idem tempus frustrabatur. Cumque Angelus Domini post triduum se viro Dei præsentaret, et ab eo cur tantam moram faceret sciscitaretur, respondit : Sancti, inquit, cælicolæ communem conventum atque concilium habuerunt, exspectantes animam cujusdam viri sancti, nomine Molua, qui viam universæ carnis ingressurus erat : et hæc causa retardationis meæ fuit, ne ad te tempore solito venirem. *Et ut cetera omittam, quæ eadem sunt ac in Vita* S. Fintani,
C *electa est ab eo lepra in castigationem,* leprosus factus est et lepram illam usque ad septem annos sustinuit. *Quibus elapsis, mittitur ad S. Mochuam, ut sanetur. Ac ejus sanatione enarrata, his verbis scriptor narrationem absolvit:* Postquam vero B. Munnu jam a lepra curatus est, cum ad medium pervenisset iter, pes alicujus equi, qui currum ejus ferebat, fractus est : quod cum S. Mochua percepisset, cervum de monte vicino vocavit, qui se sponte subjiciens, mansueti equi ministerium implens, vir Dei Munnu ad domum suam prospere ductus est. *Idem narratur in Vita S. Lugidi sive Luani, ad 4 Augusti* (2) : ostensum est autem sancto Fintano, filio Tulchani etc.; *et hæ indicantur causæ triumphi S. Lugidi et castigationis* S. Fintani : Quia facies hominis ante Lugidum non erubuit et cum lenitate monachos suos corripuit; tu vero cum asperitate corripis monachos tuos... Quinta feria sanctus Fintanus percussus est lepra a capite usque ad pedes, usque ad diem mortis suæ. *De quo postremo asserto* D *aliqua diximus in Comment. prævv. num.* 55.

b *Hic quædam omissa sunt. Vita B :* Ad quem sanctus Munnu ait : igitur peregre ibo et zelum ad emendandum monachos ultra non habebo. Cui Angelus : non ita fiet, sed feria secunda (*noster:* in nocte quintæ feriæ) corpus tuum tangetur et patienter tolerabis, et sicut fuit gaudium in adventu sancti Molua, sic erit in tuo.

c *Vita B.* xx, *sed in margine additi* iii. *Vide Comment. prævv. num.* 55.

d *Usserius* (3) *et Colganus* (4) : in campo albo. *De synodo ista, ad quam epistolam prolixam Cummiani referimus, vide* § 3 *Commentarii prævii.*

e *Usserius omittit* per totum annum.

f *Idem :* Leighlenne. *Papebrochius S. Lasreanum synodi præsidem fuisse conjicit* (5), *quod hæc quatuor in antecessum supponit* 1° *S. Lasreanum fuisse ex iis qui post synodum quæ a Cummiano describitur* (*Comment. prævv. num.* 25 *et seqq.*) *Romam missi fuerunt; et hoc quidem ex Vita S. Lasreani, licet falsa quædam admisceantur* (6), *facile concedi potest.* 2° *Eum a romano pontifice constitutum fuisse ut Legati officio in Hibernia fungeretur, ex eadem Vita* (7). *Quod etsi admitti possit, præsertim si sup-* E *ponatur non adfuisse episcopos in comitatu, consideranda tamen quæ de hac Vita sentit Papebrochius :* Est certe ejusdem fere cum ceteris generis, in miraculis pene tota, in historiis confusa, in fide non ubique secura... Eget ergo correctione non modica *etc.* 3° *Reducibus Hibernis ab itinere romano, alteram coactam fuisse synodum. Fuissent ergo duæ synodi, quod pluribus de causis admittendum non esse docuimus in Comment. præv. num.* 29 *et seqq. Usserius igitur, nobiscum unica admissa synodo, ei præfuisse censet archiepiscopum Imelacensem* (8) *tacita ratione, quæ hæc est : ita tulisse et ferre etiamnum jus synodicum ecclesiæ, ut præsit archiepiscopus aut metropolita illius tractus, in quo synodus congregatur* 4° *S. Lasreanum Romæ ordinatum episcopum fuisse, ut in ejus Vita legitur, siquidem ex more illius ætatis et ex jure ordinario, secus episcopis congregatis præesse non potuisset. Fuisset autem episcopus sine sede, nam Hiberniæ episcopis nusquam adcensetur. Porro hæc fere singula plurimis difficultatibus subjacent et postrema non levibus; insuper solis Actis S. Lasreani nituntur. Fuerit itaque Sanctus ille Romam missus, fuerit etiam, si lubet, constitutus legatus ad inducendos Hibernos* F *australes, ut Romani Pontificis et synodi Lenensis placita adoptarent; sed non arbitror plura posse admitti. — Legitur quoque in Vita S. Lasreani* (9), *eum* S. Fintani *discipulum fuisse; sed nullam hujus rei probationem reperimus, ac Waræus quidem scribit Murini cujusdam S. Lasreanum discipulum fuisse. Insuper ostensum est in Commentario prævio, anno* 597 *juvenem adhuc* S. Fintanum *fuisse, ita ut valde verisimile sit eum S. Lasreanum ætate non superasse* (10).

g *Usserius :* dux regionis Huamairche. *Vita B :* dux Huamarge.

h Baptuca *vel* baptuta *quid sit ignoro.*

i *Usserius :* in flumen Berow, *sed addit in margine :* alias Berbha.

k *Idem :* Cui S. Lasreanus ait : non ibimus in judicium tecum (*omissis vocibus :* contra brutum Dinnam, *quæ desunt etiam in Vita B. et addita videntur ab imperito nostro auctore*), quoniam scimus

(1) Acta SS. tom. I Januarii, pag. 46. — (2) Acta SS. tom. I Augusti, pag. 351. — (3) Antiquit. Brit. pag. 485. — (4) Acta SS. pag. 409.— (5) Acta SS. tom. II April. pag. 544, num. 7.— (6) Ibid. pag. 544, num. 6 et pag. 546, num. 14.— (7) Loc. cit. num. 14 et 15. — (8) Antiquit. Brit. pag. 484. — (9) Acta SS. loc. cit. pag. 545, num. 4. — (10) Lanigan, tom. II, pag. 405 not. 60.

quod,

A quod, pro magnitudine laboris tui et sanctitatis, si diceres ut mons Marge commutaretur in locum campi albi et campus albus in locum montis Marge, hoc propter te Deus statim faceret. Erant enim illi tunc in campo albo, cui imminet mons Marge. Postea consentientes populi cum sanctis ad sua reversi sunt. *Vel ut in alio libro plenius legitur, inquit Usserius :* Consentientes igitur omnes juxta sententiam viri sancti, ad propria cum gaudio sunt reversi. *Atque hæc postrema leguntur etiam ad verbum in nostra Vita B. seu Vita secunda et breviori Codicis Salmanticensis. Ceterum uterque textus explicatur ex iis quæ a nostro adduntur :* Tunc Fintanus ait : unusquisque ergo faciat quod credit et rectum sibi videatur. *Ex quibus manifestum fit nullo pacto* S. Fintano *applicari posse quod de synodo scribit Cummianus* (*in Comment. prævi. num.* 26) *:* Sed non post multum surrexit quidam paries dealbatus, traditionem seniorum servare se simulans, qui utraque non fecit unum, sed divisit et irritum ex parte fecit quod promissum est, quem Dominus (ut spero) percutiet quoquo modo voluerit. *Probatur id etiam ex eo quod synodo plurimi intererant episcopi, ut ex Cummiano patet, qui in adoptando*
B *ordine romano unanimes fuerunt* (in commune surrexerunt *etc.*); *quibus tamen* S. Fintanus *restitisset. Denique videtur hic paries dealbatus non apparuisse nisi synodo peracta :* sed non post multum *inquit Cummianus; et mox :* irritum ex parte fecit quod promissum erat, *nimirum in synodo. Porro* S. Fintanum, *post habitam synodum, in qua multi præsentes episcopi, per se aut delegatos, unanimes fuerunt, contra eam turbas excitasse, non est ullo modo vel monumentis commendatum vel verosimile.*

l *Vita B :* Chennachus.

m *Aliis quibusdam omissis addit Vita B :* et hanc arenam inde tuli, ut mecum sit in cœmeterio meo. Hoc post transitum sancti Patris monachus retulit, et fecit cum arena sicut ipse vivens præcepit. *Hujusmodi fabulas, quoniam Acta Sanctorum integra edere solemus, omittere non licuit. Tutiora sunt, siquidem ex probatiori fonte producta, miracula quæ in Vita S. Aidani sive Mædoci leguntur, quamquam et ipsa valde mirabilia sunt et non a* S. Fintano, *sed a S. Mædoco in ejus gratiam sunt patrata. Narrantur in hunc modum in dicta Vita* (1) : Quodam tempore sanctus episcopus Mædhog exivit visitare
C abbatem, habitantem in suo monasterio, quod dicitur Teach Munæ; et cum honore magno Sanctus episcopus susceptus est. Sanctus abbas fratri suo ministranti ait : dic Sancto pontifici, ut omnes qui sunt in isto loco, reficiantur hac nocte in adventu ejus. Sanctus pontifex ait : omnes qui sunt in hoc loco reficientur hac nocte. Sanctus Munna ait iterum ministranti sibi : dic domino nostro episcopo : non possumus omnes reficere, quia multi infirmi ex nobis sunt. Audiens hoc episcopus, ait : callide petivit dominus abbas sanitatem fratribus suis; potens est enim Dominus meus in adventu meo illis omnibus tribuere sanitatem. Et cum hoc dixisset, omnes infirmi sanitatem receperunt, et qui vix poterant antea vivere, valide cum ceteris cœnaverunt. Die autem tertio cum B. Mædhog ire voluisset, dixit ei S. Munna : non exies donec omnes infirmi sint, qui prius fuerant, eodem pondere. Cui dixit episcopus : donavit mihi Dominus eorum sanitatem. Et B. Munna ait : non ita fiet, nam virtus in infirmitate perficitur. Tunc consentiente Mædhog, illi versi sunt in dolorem suum. Postea sanctus episcopus valedicens omnibus cum benedictione, exivit. EX BREV. ABERDONENSI.

Quodam die cum sanctus episcopus Mædhog et sanctus abbas Munna essent in uno loco, episcopus in angulo ecclesiæ erexit se in gradu alto. Tunc sanctus abbas Munna, filius Tolchani, videns eum ita esse, dixit ei : quid est quod vides? revela mihi illud. Tunc beatus pontifex signavit oculos sancti abbatis, et ipse illico vidit cum sancto pontifice totum mumdum ab ortu solis usque ad occasum, quasi unum stadium. Et gratias Deo agentes descenderunt : narrabatque abbas Munna fratribus quod contigit.

n Confessionem dare *apud scriptores Hibernos et Scotos idem est ac culpas suas declarare coram Præposito* (2). *Noverat itaque* S. Fintanus *et indicabat ipse singulis quæ essent manifestanda.*

o *Obiit anno* 635. *Vide Comment. num.* 34.

VITA S. MUNDI ABBATIS *a* *a*

Ex Breviario Aberdonensi ad XXI *Octobris.* E

Venerabilis pater Mundus *b*, monachorum abbas, ex patre Tulcano, matre vero Fechelem generationem accepit, qui cum ab eisdem in prima etate adolescentie sue pecorum custodie manciparetur, spiritu sancto repletus, quemdam virum religiosum divine legis audiende gratia adiit, pecoribus in heremo sine custodia relictis; increpatus a patre, cur pecora deseruit, respondet : quanto tempore divinis me insudare legibus permiseris, tanto tempore pecora incustodita a lupis non peribunt. Lectio II. Sequente vero die, pater viri Dei, ut videret animalia, eremum perrexit, et perveniens, vidit duos lupos silvestres, tanquam pastores, custodientes pecora sua. Sciens autem pater filii sui sanctitatem, mundum deseruit, et in arto se detrusit monasterio sancte conversationis habitum sibi assumendo et monachus effectus est *c*. Beatus vero Mundus ad beatum Congallum abbatem et patrem religiosissimum se transtulit *d*. S. Mundi *parentes et b* *c* *d*

2 Lectio III. Deinde ad sanctum perrexit Sillenum abbatem *e*, qui inter omnes Ybernicos sanctos, vita et religione habitus est famosissimus. Sub ejus regula decem et octo transegit annos, pie et sancte in divinis conversando; quibus transactis ad Yonam insulam in Scocia pervenit, in qua a beato Columba *f* habitum suscepit religionis. Lectio IV. Sed beato Columba de mundo translato ad patriam, sanctus Mundus Yberniam denuo quesivit. Cum in via ambulasset occurrit ei vir quidam dives, Evanus nomine, petens ut sua animalia virtute divina a languoribus sanarentur; beatus vero Mundus ad proximum declinans vadum, manu sua vadum benedicens et exinde animalia de eodem bibere precepit, ex quo sanitatem accipere mererentur *g*. *magistri. Plura operatur* *e* F *f* *g*

3 Lectio V. Insuper antequam veniret ad matrem et sorores, unam suarum sororum virginem, viam universe carnis ingressam fuisse prophetice cognoverat, cumque secunda die post humacionem ejusdem ad sepulchrum ejus veniret, misericordia motus, genibus flexis, Dominum alacriter deprecabatur; unde sepulchrum ultro apertum est : et *miracula. Ejus obitus*

(1) Acta SS. tom. II Januar. pag. 1116 et 1119. — (2) Broekie, Codex Regul. 1759, tom. I, pag. 597, cap. 6 et 7; pag. 174, cap. 10.

virgo

EX BREV. ABERDONENSI.

virgo viva surrexit, quam matri suæ denuo restituit *h*. Lectio VI. Pauloque post alium mortuum de morte ad vitam resuscitavit; militem quemdam, ab inimicorum suorum insidiis a morte preservavit; mulierem sanguinis fluxum pacientem a morbo liberavit. Quemdam etiam lepra percussum, ex angeli vaticinio curavit. Tantam enim graciam in conspectu Domini promeruit, ut bis omni septimana ad sui consolacionem celestis paranimphus a Domino sibi mitteretur *i*. Hiis et aliis miraculis suffultus, etate matura, ad duodecimum Kalendarum Novembrium spiritum Deo reddidit et in ecclesia de Kilmond *k*, quam ipse prius fundaverat, honorifice sepulture traditur.

h

i

k

ANNOTATA.

a *In Breviario Aberdonensi titulus in hunc modum effertur :* Vita S. Mundi abbatis de Killmund. *Est autem* Killmun *sive* Killmund *vicus comitatus Argatheliæ* (*Argyle*) *in Scotia* (1), *in quo sepulcrum cernitur S. Mundi Scoti, dictum* Sith Mhun, *id est,* requies Mundi, *et anno* 1442 *a nobili viro Duncan Campbell, uno ex majoribus ducis Argatheliæ, con-*
B *dita est in ejus honorem ecclesia collegialis cum præbendis plurimis. Colitur autem S. Mundus Scotus, ex illius gentis veteribus kalendariis,* 25 *Aprilis, ad quam diem Henschenius noster paucis de eo egit* (2), *Dempstero non fidens, qui de S. Mundo Scoto, pro more, plurima excogitavit et mentitus est. Editores autem Breviarii Aberdonensis, quod anno* 1509, *diu ante Dempsteri fictas historias, primum typis com-* D *missum est, de Sancto suo nihil reperientes, eumdem eum crediderunt ac* S. Munnu *Hibernum, et quum coleretur hic* 21 *Octobris, ad hanc diem Lectiones, ex Vita* S. Munnu *excerptas, suo Sancto adaptarunt, ceterum eidem Vitæ presse inhærentes. Quam vero frequenter unius Sancti Vita dicto modo alteri fuerit accomodata, ex multis locis Actorum nostrorum innotescit.*

b *Ab Hibernis Sanctus noster plerumque* Munnu *dictus est. De variis ejus nominibus vide Comment. præv. num.* 2.

c *De monachatu Tulchani vide Annotatum* h *ad cap.* 1 *Vitæ prioris.*

d *Num cum S. Congallo versatus sit* S. Munnu, *sive* Fintanus, *examinavimus in Comment. præv. num.* 12.

e *De S. Silleno vide Comment. præv. num.* 13.

f *S. Columbam jam diem extremum clausisse, quando* S. Munnu *Ionam insulam adiit, ostensum est in Comment. præv. num.* 6, 9 *et seqq.*

g *Vide Vitam priorem num.* 6.

h *Hæc enucleatius in Vita priore num.* 7, *et idem de singulis quæ hic narrantur dicendum; quapropter necesse non est locos Vitæ prioris perpetuo indicare.* E *De Conchenna autem, sorore* S. Munnu, *quam a morte suscitasse fertur, aliqua diximus in Comm. pr. num.* 37.

i *Vide Vitam priorem num.* 21.

k *Vide supra Annotat.* a.

(1) Carlisle. a topogr. Dictionary of Scotland, v° *Killmun.* — (2) Acta SS. tom. II April, pag. 388.

DE S. WENDELINO, CONF.

PASTORE ET EREMITA

IN DIOECESI TREVIRENSI

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

V. D. B.

C F

§ I. Memoria in fastis sacris; Vitæ; gesta pleraque dubia.

CIRCA MEDIUM SÆCULUM VII. S. Wendelini *memoria in kalendario sæculi* XI *et alibi ad diem* 21 *Octobris*

Festum S. Wendelini, confessoris Trevirensis,... in nullo antiquiorum Calendariorum nostrorum, sed ne in Baldewini quidem Ordinario (*sæculi* XIV) eadem die, in quam Sancti natalis incidit, notatur; invenitur tamen in Calendariis patriis sæculii XV et sequentium et paucis auctariis Usuardi. *Ita Hontheimius* (1); *cujus dicta si presse accipias, vera omnino sunt; si autem paulo latius, falsissima. Etenim Kalendario Stabulensi, quod ineunte sæculo* XI *pro monasterio S. Galli in diœcesi Constantiensi scriptum visum est Edmundo Martene* (2), *hæc ipsissima prima manu illeta sunt verba* (3) : In Basona Villari S. Waldeni confessoris; *corrupta quidem forma, sed certissime* S. Wendelinum *designans. Dein Kalendario, quod psalterio nostro S. Maximini Trevirensi, sæculo* X *conscripto, præmittitur, inseruit manus sæculi facile* XII Sci Wendelini cf. *memoriam, et quidem minio et literis grandibus, festum primæ classis indicantibus. Quod ad Usuardi attinet auctaria, re quidem vera tria tantum edidit Sollerius, quæ ad hanc diem* S. Wendelini *meminerunt : Lubeco-Coloniense et Molani ejus* transitum, *Greveni vero ejus* depositionem *annuntians; quorum vestigiis insistunt Walasser seu collector Martyrologii Germanici seu Canisii, Castellanus, Ferrarius, Martyrologi Benedictini aliique.*

2 *Sed aliis quoque diebus tum in Usuardi auctariis, tum in aliis scriptis* S. Wendelini *celebratur memoria : die* 7 *Februarii* (4) Wendelinus conf. et episc. Trevirensis *laudatur in auctario Usuardi Carthusiæ Bruxellensis; die* 24 *Aprilis* (5) Wandelinus, abbas in Trevirensi territorio, *in Saussaii supplemento et Ferrarii Catalogo; die* 5 *Julii* (6) Wendelini confessoris translatio *apud Grevenum,* *et aliis diebus.*

(1) Prodr. Hist. Trevir. tom. I, pag. 370 et 371. — (2) Ampliss. Collect. tom. VI, col. 655 et 656. — (3) Ibid. col. 676. — (4) Act. SS. tom. II Febr. pag. 4. — (5) Ibid. tom. III Apr. pag. 261. — (6) Ibid. tom. II Julii, pag. 216.

Casinium,

A *Canisium, in Florario Ms. et alibi; die* 8 *Septembris* (1) Wandelini episcopi translatio *in additionibus Mss. Cartusiæ Bruxellensis ad Grevenum; die* 20 *Octobris* (2) depositio S. Vandelini abbatis, quondam regis Scotorum filii, *apud Menardum, Wionem, Molanum in Usuardo, Ferrarium, Saussaium, in Kalendariis Hibernico et Farfensi Mss. aliisque de quibus inferius recurret sermo; mitto quoque impræsentiarum memorias, die* 22 *Octobris in Kalendariis obvias. Atque ex his satis liquidum est quo sensu Hontheimii dicta intelligenda sint, ut ne cum veritate pugnent.*

Antiquiora scripta latina

3 *Ad manum mihi sunt quatuor* S. Wendelini *Vitæ, renatis literis antiquiores, omnes tamen, post annum* 1417 *scriptæ; quandoquidem etiam in antiquissima latina, quam inferius dabimus ad finem narratur incendium Sarapontis; quod anno illo contigisse novimus. Est hæc quidem prolixa valde, et res omnino paucas continet; ast quo jejunior, eo a fabularum suspicione liberior. Secundæ, cui initium est :* Gloriosus pater Wandalinus, ex Scocia oriundus, *finis vero :* secum permansuros. Amen; *desumpta est ex priori; stylo meliori scripta est, et adjunctis*
B *nonnullis aucta. Notatur ad calcem :* Completum est MDXIV feria quinta post : Esto mihi.

et theotisca

4 *Tertiæ, quæ non secus ac quarta Germanice seu Teutonice conscripta est, duplex apographum mihi præsto est, utrumque desumptum ex Parte Æstivali de Vitis Sanctorum,* impressa (*ut ibidem traditur*) a Gruthero Zeiner, oriundo Reutlinga, habitante Augustæ, die lunæ post S. Georgium *anno* 1472; *quod opus bibliographis parum innotescere arbitror; sane de eo tacet Placidus Braunius* (3), *satis habens annotasse* Guntherum Zayner *primum anno* 1472 *libro Steurarum Augustano inscribi et sequentibus annis cum* Zeiner *nomine. Nuperum Mezgeri opus, in quo de hoc forte libro dicitur, non habeo. Utut est, omnino ad finem ibidem reperiri* S. Wendelini *Vitam ex altero apographo intelligo, et Vitæ præmitti* S. Wendelini *imaginem sub specie pastoris cum baculo in dextera, cane ligato ad sinistram, pileo pastorali in capite et ovibus circumcirca. Quartæ Vitæ præmittitur imago similiter, paulum quidem diversa; ita tamen ut operæ pretium non sit diversitatem indicare. Hæc vero Vita, quæ tertia nonnihilo contractior est, mihi obvia est in altera parte Passionalis Theotisci, quod Ludovicus Van Renchen Coloniensis*
C *in Vigilia omnium Sanctorum anno* 1485 *absolvit. Tertia et quarta scriptio inter se satis conveniunt; sed ut a prima sic et a secunda nonnihil recedunt.*

aliaque recentiora de S. Wendelino.

5 *Ut ex annotatione Ms. intelligo, vidit Bollandus officium* S. Wendelini, *quod P. Joannes Colganus, Minorita Hibernus, concesserat P. Alexandro Kenneto Observanti Scoto; sed inepte satis scriptum, nec connexio ulla erat, ut addit Bollandus. Alii præterea complures* S. Wendelini *gesta explicant : Petrus Cratepolius de episcopis Germaniæ; Franciscus Irenicus Germaniæ exegeseos lib.* II; *Andreas Hondorff seu Vincentius Sturmius, Lutherani, in Calendario sanctorum et Historiarum ad diem* 3 *Julii et ad* 20 *Octobris; Arnoldus Wion lib.* IV *Ligni Vitæ et alibi; Mabillonius in Annalibus et in Actis SS. O. S. B.; Hontheimius in utroque opere de rebus Trevirensibus; Kellerus, parochus in* S. Wendelini, *in Vita Ms. et forte typis edita; Browerus in Annalibus et ejus breviator Masenius; editores Germanici et Belgicus Vitarum SS. Butleri, hagiographus anonymus Trevirensis seu scriptor Vitarum SS. Trevirensium, aliique quorum nomina inferius sponte venient.*

AUCTORI. V. D. B.

Floruit ante medium sæculum VII,

6 *Verum hæc omnia scripta, etiam prima Vita valde recentia sunt, si componantur cum* S. Wendelini *ævo : quem exeunte sæculo* VI *aut ineunte* VII *floruisse tenendum est. Qui enim omnium primus* S. Wendelini *meminisse legitur, Eberwinus, abbas S. Martini Trevirensis, non vero Theolegiensis, (quemadmodum ostendit Pinius noster* (4),) *aut quivis alius eo forte antiquior* (5), *sociat eum cum aliis multis ejusdem fere temporis Sanctis :* In hujus quoque, *inquiens* (6), sacerdotis (*S. Magnerici*) temporibus quemdam ex Italia virum Dei (*Wulfilacum*) summæ sanctitatis gratia præditum, in ejus diœcesi novimus conversatum; aliosque quam plurimos servos Dei Paulum, Ingobertum, Disibodum, WANDALINUM Vosago in ejus episcopio comperimus militasse... Tunc etiam quidam vir Dei Carileffus vitam illic eremiticam duxit. Tunc quoque famosus ille ex Hibernia Columbanus cum suo Gallo... Sed et in confiniis ejusdem Vosagi, quæ Trevericæ adjacent civitati, aliqui ex ipsa urbe vastæ... eremi... expetentes secretum, illic et arduam vitam ducebant : ex quibus venerabilis quidam ex eadem urbe Bantus... necnon alter, ejusdem germanus, nihilominus presbyter... Beatus... sanctitate clarus. *Totum hunc locum, non secus ac reliquam fere S. Magnerici Vitam ante annum* 975 *conscriptum* (7), *illustravit Pinius* (8); *quocirca satis fuerit istuc amandasse lectorem, qui hinc intelliget spatium temporis ab Eberwino illis verbis comprehendi, quod a medio fere sæculo* VI *in sæculum* VII *procul excurrat. Paucis mutatis, sæculo* XII *ille locus illatus fuit in Annales Trevirenses* (9), *quos anno* 1848 *Waitzius ultimo edidit.*

E

licet nonnulli aliter senserint;

7 *Quocirca nemo non adhæserit potius Trithemio* (10), *qui circa annum* 627 S. Wendelinum *in Trevirensi regione claruisse, aut Browero, qui ejus encomium ad annum* 657 *Annalibus Trevirensibus* (11) *inseruit, aut Mabillonio* (12), *qui ejus meminit ad annum* 625 *et quem Hontheimius* (13) *fere sequitur, quam Vitæ latinæ secundæ, in qua* S. Wendelinus *an.* 400 *Treviros venisse dicitur, aut Gonono* (14) *eum ad Dominum migrasse anno* 700 *perhibenti, aut Wioni* (15), *ex lib.* II *Germ. Exegesis Francisci Irenici eum* discipulum S. Pirmini, qui floruit annno 720, *absque* F *ullo prorsus apto argumento narranti, et cujus vestigia presserunt auctor Martyrologii Anglicani* (16) *et Richardus Challoner, sæculo superiori vicarius apostolicus Londinensis* (17). *Quid? In editione Lovaniensi Vitarum sanctorum Butleri* (18) S. Wendelini *Vita legitur ex textu Germanico Räss et Weis in gallicum conversa, eique* annus 1015 *præmittitur. Neque id sphalma typographicum est, sed ex proposito scriptum : nam inferius in ipsa Vita mortuus dicitur hoc eodem anno* S. Wendelinus. *Et quidem nonnullos ita sentire monet recentior hagiographus Trevirensis* (19), *quos tamen confutat ex catalogo abbatum Theolegiensium qui est apud Browerum. Sed hac de re satis habemus annotasse ruere prorsus id assertum, quum medio sæculo ante annum* 1015 *de* S. Wendelino *jam mentio esset in Vita S. Magnerici, ut dictum est supra.*

(1) Ibid. tom. III Sept. pag. 206. — (2) Ibid. tom. VIII Oct. pag. 814. — (3) Notit. de lib. ab anno 1480 ad 1500 impressis, in bibl. ad SS. Udalricum exstantibus, tom. II, præf. pag. 7. — (4) Act. SS. tom. VI Julii, pag. 179.— (5) Cfr Waitz, ap. Pertz, Monum. German. Script. tom. X, pag. 114.—(6) Act. SS. tom. VI Julii, pag. 188.— (7) Ibid. pag. 178 et 179. — (8) Ibid. pag. 170 et 171.— (9) Pertz, tom. VIII, pag. 159.—(10) Compend. Annal. lib. I, in Opp. Hist. tom. I, pag. 54. — (11) Tom. I, pag. 546.- (12) Annal. Ord. S. Bened. ad 625, num. 59, tom. I, pag. 294.- (13) Hist. Trev. dipl. tom. I, pag. 74.—(14) De Vitis PP. Occid. tom. I, pag. 108. — (15) Lignum Vitæ, tom. II, pag. 546. - (16) Memorial of British piety, pag. 147 — (17) Britannia Sancta, tom. II, pag. 210. —(18) Tom. XVI, pag. 159. — (19) Leben und Thaten der Heiligen, pag. 241.

8 *Si*

AUCTORE V. D. B. *Scotus seu potius Hibernus videtur fuisse natione, et ob recentius diploma,*

8 *Si ex nomine (quemadmodum fere semper licet) judicare liceret de* S. Wendelini *seu* Wandelini *patria, eum non exterum sed Austrasium fuisse nemo non statueret. Verum fieri potest ut nomen mutarit; adeoque Scotus natione in omnibus Vitis dicitur beatus vir; et quidem in utraque Germanica seu Theotisca antiqua, itemque in Kelleriana et in anonyma Trevirensi sanguine regio natus: quæ posterior assertio orta est ex diplomate, quod in* S. Wendelini *paræcia etiamnum asservatur et cujus apographum Ms. apud me est et alterum typis excusum in Vita anonyma Trevirensi* (1). *Id ego hic quoque dabo :* Universis et singulis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, lecturis, visuris pariterque et audituris Johannes Ynglis, vicarius in spiritualibus reverendissimi in Christo patris et domini, domini Roberti, episcopi Dunblanensis in Scotia, salutem et infra scriptorum agnoscere veritatem. Instantia et precibus probi et nobilis viri Wilhelmi Cavertoy de præfato regno oriundi, quas ex charitate fontis devotionisque * dulcore procedere perspeximus, libenterque inclinati publice duximus et testificamur, quod ipse noster compatriota revelavit nobis de sanctitate et beatitudine

* quoque *in Ms.*

B sancti Wyndelini, quærens de ejus ortu et productione, lympide nobis constat, ut in cronicis * nostris antiquis testatur, et ecclesiis nostris cathedralibus hodierna die ejus vita recolitur. Scribimus namque eum illustrissimi regis Scotorum filium, procedentem a pueritia sua ad vicesimum annum via perfectionis. Floruit enim diversis virtutibus et moribus a sapientibus maxime approbatis, quibus virtutibus et doctrinis universalis ecclesia fulget. Exiens autem occulte Scotiam, Romam locorum sanctissimam tendens, aliaque loca sancta visitare proponens, omnia mundi transitoria et vana recusans. Cujus veram genealogiam præfato Wilhelmo Cavertoy cum præsentibus duximus concedendam, ut eam devotionibus Christi fidelium id poscentium palam facere valeat. Et quod prædicta omnia et singula vera sunt et certa, idcirco ad tollendum a piis cordibus omnem in his dubietatis scrupulum, sigillum nostrum rotundum præsentibus est appensum una cum sigillo reverendissimi in Christo patris et domini, domini Johannis episcopi Aberdonensis. Datum Dunblay septimo die mensis Januarii anno Domini millesimo quadringentesimo sexage-

* Croniis *in Imp.*

C simo sexto.

cujus auctoritas parum veneranda, aliaque ejusdem furfuris documenta, a multis regis filius dicitur.

9 *Porro quibus copiosior quam nobis est librorum de rebus Scoticis supellex, videant ipsi utrum anno* 1466 *Joannes episcopus Aberdonensis esset, et Robertus Dunblanensis et Joannes Ynglis vicarius; interea authenticum esse id diploma concesserim; nec negarim in aliquot ecclesiis cathedralibus Scotiæ* S. Wendelini *festum celebratum et lectiones recitatas fuisse, quum supra Hibernicas aut Scoticas penes Colganum fuisse viderimus. Verum quam turbata hæc essent omnia, quam malæ frugis, quin etiam inepte scripta et absque ulla connexione declaravit supra Bollandus qui illa præ manibus habuit. Quamobrem quæ hinc prompsit Ynglesius difficile fidem inventura arbitror. Neque aliud senserim de nomine patris* S. Wendelini, *quod apud Gononum* (2) *lego :* Nomen patris ab Hectore Boetio proditur, illud videbit lector; *id equidem non reperio in editione principe illius Historiæ Scotorum, quam ad manum habeo; sed verisimillime inseruit hoc nomen Boethius Catalogo Regum Scotiæ, tomo III Chronici Chronicorum ecclesiastico-politici Jani Gruteri inserto; nil tamen asserere ausim, quum hic Gruteri tomus desit nobis.* D *Quidquid id est, Boethii genealogiæ apud plerosque eruditos non multi jam esse ponderis, quin etiam pro libitu confictas haberi nonnullis vix est quod moneam. Quocirca, quum hæc seponi posse videantur, quum præterea ante sæculum* XI *Scotiæ nomen ad præsentem Scotiam non pertinuisse videatur* (3), *quumque demum credibile sit* S. Wendelinum *ab initio in partibus Trevirensibus* Scotum *habitum fuisse, nonnemo forte statuet beatum virum non ex præsenti Scotia ortum esse, sed potius ex Hibernia* (4).

Pastor fuit; sed mira de hujus rei adjunctis

10 *Pastoritiam vitam duxisse* B. Wendelinum *consentiunt scriptores omnes, antiquiores æque ac recentiores; neque ullum videtur esse argumentum, quo hæc traditio ambigua fiat. Quod vero attinet ad adjuncta, mira intercedit in narrando diversitas. Gononus* (5) *tradit eum ovibus pascendis adhibitum jussu patris, ægrius ferentis eum potius in templis et monasteriis versari quam in equestribus exercitiis; proceres autem indignatos accessisse ad regem, rogantes ut quam primum ad aulam revocaret filium; sed patrem (qui ferebatur secreto idola colere) contempsisse eorum preces; quocirca filium fugisse ultra mare, et* E *aliquandiu pie peregrinatum, apud Treviros induisse monachum; dein uno milliario a monasterio, in loco ubi nunc* S. Wendelini *oppidum consurgit, ad mortem usque egisse vitam monasticam. Sed alii omnes, quos ad manum habeo, silent prorsus de patris sævitia traduntque* B. Wendelinum *excessisse e patria, ut liberius Deo serviret secundum hæc verba Christi :* Qui non dimiserit patrem et matrem *etc.; quo vero pacto ad pascenda pecora devenerit, redit dissensio.*

apud scriptores, populi rumores

11 *In utraque Vita Germanica seu Theotisca antiquiori traditur e patria digressus in saltus et solitudines Trevirenses, ibique accessisse ad virum nobilem; cujus pecora (quum nesciret se in prædonem incidisse) ea vili conditione pascenda in se suscepit, ut quotidianus sibi suppeditaretur victus. Exinde ducebat oves quotidie in optima pascua, sæpius longe a prædio discedens; verumtamen statuto tempore semper domum erat redux. Venit autem aliquando in montem, septem ab herili domo dissitum milliaribus; qui quum ei placuisset egregie, sæpius eo redibat. Factum est autem aliquando ut ejus dominus ad prædandum cum suis servis exiret, et post actam prædam in* Wendelinum *prope hunc montem incideret. Objurgavit itaque eum acriter quod tam procul cum ovibus pergeret; eum videlicet perindie tantum* F *cum grege fore reducem, sibique interim mactandam vaccam, qua sui vescerentur. Ad quæ quum respondisset* Wendelinus *a Deo omnia bene dispositum iri, concitatis equis herus profectus est. Verum ut in prædium suum venit, obstupuit jam advenisse cum grege* Wendelinum; *tantoque prodigio motus, exstruxit ei in saltu non procul a suo castro et prope Theologiense monasterium cellulam; quam beatus vir incoluit; donec, abbate Tholegiensi mortuo, voce de cælo lapsa moniti sunt monachi ut* B. Wendelinum *eligerent atque e sua cella arcesserent. Exin abbatis munus usque ad mortem tenuit.*

aut suum genium secutos,

12 *Nonnihil aliter Browerus et qui eum secuti videntur auctor notitiæ, quam jam esse dixi in editione Lovaniensi Butleri, et anonymus hagiographus Trevirensis.* S. Wandalinum, *inquit Browerus* (6), patriæ cælestis amore et soli natalis fastidio... in illam ferunt Trevirorum regionem delatum, quam Westerreichum seu Occidentale regnum appellamus; ibi viro nobili, præclaro studio vincendi sui,

(1) Leben und Thaten etc. pag. 241. — (2) De Vit. PP. Occidentis, tom. I, pag. 108. — (3) Pinkerton's History of Scotland, tom. II, pag. 151, 223, 237, 240. — (4) Ibid. et pag. 58. — (5) De Vitis PP. Occidentis, tom. I, pag. 108. — (6) Annal. Trevir. tom. I, pag. 346.

operam

A operam locasse pascendis suibus;.... postremo, vitæ perfectioris amore inflammatum, Theologiense monasterium ingressum,... suimet abjectionis, ad ultimam usque vitæ metam, observantissimum. *Hanc tamen seriem aliquantum mutant, aliasque causas assignant anonymus Trevirensis hagiographus et alterius notitiæ auctor, videlicet quod, quum* B. Wendelinus *a viro illo nobili eleemosynam peteret, hic ei mendicitatem probro verterit; eumque dein prius oves, postea sues et demum boves ad pastum duxisse : quo narratu quæ varia sunt apud scriptores de custoditis animantibus inter se conciliarentur; alios vero servos, ejus pietatem et herilem in eum benevolentiam inique ferentes, falso eum criminatos esse apud herum; sed frustra; eum dein vexatum interius, maxime quod suo discessu parentibus creasset dolorem; interea herum pro sua amicitia proposuisse ut, omissa pastoritia vita, eremiticam in cella prope Theologiam duceret; tum in ordinem S. Benedicti adoptatum et post abbatis mortem ex eremo in abbatiale solium vocatum; quod ab eo ad mortem usque pientissime occupatum fuisse; ante mortem vero eum suo manifestasse confessario*
B *qui sui essent natales.*

aliosque alia

13 *Aliter quoque Trithemius* (1) : His temporibus, *inquit, videlicet circa annum* 627, in diœcesi Trevirorum magnæ sanctitatis viri claruerunt quorum e numero Paulus erat unus... Wandalinus quoque, monachus primum in Theologia et postea eremita in eo loco, ubi nunc oppidum ex ejus nomine constat, dictum Ad sanctum Wandalinum, et distat uno duntaxat milliario ab ipso monasterio : vir sanctissimæ conversationis, qui vivus et mortuus usque in præsentem diem infinitis coruscat miraculis.

addentes

14 *Aliter denuo secunda Vita latina ms. :* Excellentissimus *scilicet* adolescens Wandalinus..., assumptis secum sex devotissimis viris Thesebodo, Paulo, Johanne etc., qui omnes secum Christum sequi in paupertate spiritus decreverunt, peregrinare abscessit; qui Galliarum partes adierunt, Deo dirigente, Treverim anno Christi Incarnationis cccc... S. Wandalinus, sub regulari habitu degens..., ab omnibus veneratur. Cumque egregius Christi sequela Wandalinus Confessor per aliquod tempus ibi stetisset et ad S. Simeonem devote famulasset (Ubilinus per syncopam vocitabatur,)... ob nimiam hominum frequentationem... heremiticam cupiens ducere vitam... abbatem suum humiliter prostratus interpellavit... Abbas annuit... Venerandus igitur Wandalinus... ad quondam loculum Zebenne appellatum pervenit, ibique per multos annos hominibus omnimodo incognitus austerissimam duxit vitam.... Transactis autem multis annis, claustro suo egente, S. Wandalinus mandatum obedientiæ per abbatem recepit.... Ad cœnobium revenit, ubi aliquantulum moratus....

C

et mutantes,

15 Accidit autem quod claustrum ad tantam devenit inopiam, quod non habentes subulcum unde ac * alios hujusmodi famulos, qui solito more pecora... custodirent.... Abbas.... decrevit ut de conversis unus post alium hebdomadarius existeret subulcus vel pastor : unde B. Wandalinus, inopiæ cœnobii condolens, illud subulci vel pastoris officium amplecteretur, baculo pastorali arrepto, humiliter, cum grege sibi assignato, Dei gratia annuente, infra unius horæ spatium a valle Treverica pervenit ad illum locum, ubi modo corpore in Christo pausat, quique locus septem distat milliaria ab urbe Treverica.... Quodam vero die accidit... quod hospites abbati satis venerandi advenere; qui epulare conans nuncium ad quærendum subulcum, qui festine adduceret ad mactandum ovem aut porcum. Nuntius vero... S. Wandalinum in supra memorato loco, septimo ab urbe milliario... reperit... At vero fidelis Christi servus et prudens..., fixis in terram genibus, Dominum sincera oravit mente...; et ecce subito affuit portæ Treviricæ civitatis cum grege suo et sic completum est convivium.... His itaque sic gestis,... officium cellerariæ injunxerunt. Contigit ut quadam die deficiente vino,... vir Dei cum vino apportando mensæ fratrum festinaret, et ecce ducillum * vasis cum vino mensæ nescius præsentavit; ad quod fratres, quia inopes, multum turbati, timuerunt vinum illud totum effusum... Duo fratres, velocissimo cursu ad cellerarium festinantes, Domino conservante,... ecce ducillum reimprimentes vasi nec unicæ guttulæ stillicidium repireretur... Beatissimus igitur senex,... sacramentis Christi munitus, in pace quievit.

AUCTORE V. D. B.

* epistomii vertibulum.

in narrando diversitas.

16 *Quam hæc sint varia et inter se pugnantia nemo non videt : adeoque, quum in omnium antiquissima Vita tantum narretur* B. Wendelinus *solitariam vitam duxisse et porcos pavisse in horrido saltu a monachis habitato; non dubito quin reliqua omnia ex vulgi traditione (seu quocumque alio ejus narratus appellandi sint vocabulo) fuerint inserta et a singulis scriptoribus pro suo judicio inter se composita. Etenim alii* B. Wendelinum *in Scotia fuisse pastorem, alii Theologiæ, alii Treviris apud nobilem prædonem, alii in monasterio S. Simeonis; alii semper eremitam, alii fratrem conversum seu laicum* *, *alii abbatem Theologiensem; alii solum venisse ex Scotia, alii cum sex sociis, iisdem nempe viris qui in Sancti Magnerici Vita et in Annalibus Trevirensibus laudantur; quo nil ineptius. Neque minus fabulosum* B. Wendelinum *ad S. Simeonem famulatum esse, quum hic sanctus anno* 1035 *obierit* (2), *octennio tardius canonizatus fuerit et aliquanto post sub ejus vocabulo ecclesia collegiata condita* (3).

E

* Cfr infra Comment. præv. de S. Bertholdo.

Non constat eum monachum fuisse Theologiæ, multo minus episcopum.

17 *Theologiæ fuisse abbatem omnino non crediderim, quum utraque Vita latina antiquior id sileant, et similiter Trithemius. Hic tamen eum Theologiæ monachum fuisse statuit; sed unde id habuit? Certe quum secundæ Vitæ latinæ auctor scriptionem suam conderet, nondum id habebatur perspectum, quandoquidem ad S. Simeonis vixisse et obiisse ibidem ex conjectura traditur. In prima quidem dicitur sub regulari habitu prope monasterium, scilicet Theologiam, vixisse; verum his nil aliud innuitur quam eum eremiticam duxisse vitam in loco, postea* S. Wendelini *dicto et Theologiæ vicino. Cæterum quæ de Theologiæ initiis sive apud Browerum, sive in Gallia Christiana nova referuntur, pleraque præter modum incerta sunt. Quid, quod, ut initio retulimus, in nonnullis martyrologiis* episcopus *dicitur? Videtur id ex eo invectum quod in illas partes nonnulli episcopi Scoti venerint; quos episcopos regionarios secundum primævos mores egisse et abbati subfuisse Hyensi valde verisimile est : utut id est, martyrologia illa recentiora sunt quam ut facile fidem inveniant.*

F

Distinguendus est ab homonymo

18 *Neque negligendum est sequens Trithemii monitum* (4) : Fuit et alius, quasi eodem tempore Wandalinus, monachus et presbyter, discipulus S. Columbani et divi Walarici monachi in peregrinatione socius, vir sanctus et prædicator egregius, qui multos verbo et exemplo convertit ad Christum; quem recensui ne duo putentur unus. *Ita*

* ac *forte loco* nec

(1) Compend. lib. 1 Annal. pag. 54. — (2) Browerus, Ann. Trev. tom. I, pag. 517. — (3) Ibid. pag. 520. Cfr Anon. Trevir. Leben und Thaten der Heiligen, etc. pag. 301. — (4) Compend. lib. 1 Annal. pag. 54.

AUCTORE V. D. B.

ille. Et quidem in Vita S. Walarici, abbatis Leuconaënsis in Picardia, legitur (1) quidam e fratribus, nomine Waldolenus, desiderio quodam accensus, petiisse a B. Columbano ut licentiam ei prædicandi inter gentes concederet et venerabilem virum Walaricum pro solatio fovendæ religionis secum abire permitteret. *Qua licentia accepta, ivere in Neustriam et inde in Ambianensem ditionem. Ad quæ animadvertit Henschenius* (2) : Forsan hic est Waldolenus filius Amalgarii et Aquilinæ fundatorum monasterii Besuensis in Burgundia circa annum 616; ubi ipse Waldolenus ante discipulus S. Columbani, fuit primus abbas. Consule Chronicum Besuense tomo I Spicilegii Acheriani. Trithemius lib. III de Viris illustribus Ordinis Benedictini cap. 79 S. Wandalinum appellat. *Plura ad nos non pertinent.*

§ II. Sepultura, translationes, templum, cultus.

De ejus sepultura referuntur nonnulla

B Quæ *de* S. Wendelini *narrantur sepultura, æque parum inter se conveniunt. Id quidem certum habent scriptores omnes eum in cella sua, quæ dein in ecclesiam pulcherrimam mutata est, humatum fuisse; sed quum alii, iique meliores, eum ibidem diem obiisse (quemadmodum diximus) statuant, alii vero eum abbatem Theolegiensem fuisse ad mortem usque, hinc fit ut non una possit esse mens de modo, quo istic ejus sacrum cadaver quietem fuerit nactum. Ecce ut Vita secunda latina, quacum convenit germanica Augustæ impressa, hæc narrat :* Corpus quoque ejus, quantum ut decuit, solemniter sepultum (*Theolegiæ*), semper altero die inhumatum, pulcherrimo et suavissimo odore redolente, reperierunt : ad quod miraculum omnes convenerunt; nam et se vel Deo dignum egisse et hujus sacri corporis thesauros indignos lacrymabiliter omnes accusarunt; intelligentes namque alium sibi a Deo locum prædestinatum, ubi tantum jubar miraculis coruscaret.

parum certa;

20 Superiores igitur et prudentes cum invocatione divinæ gratiæ in hæc verba concordantes decertarunt : In Dei viros simplices et sanctæ conversationis imponatur corpus hujus sancti viri, [*et per hos in*] currum; et ad quemcumque locum thauri indomiti currum cum corpore hujus viri Israelitæ, in quo dolus non erat, non anguriati,

C sed gratia cum Omnipotentis dirigente pertraxerint, illius loci incolæ corporis thesauro gaudeant. Quod cum per omnia cum omni moderatione Dei timoris et divino honore factum fuisset; ecce, recto tramite et nullo ducente, thauri jam dicti, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, mansuetissime ad locum diu supra notatum, ubi nuncius abbatis eum invenerat, pervenientes, immobiles perstiterunt. Quem dicti simplices viri cum hymnorum canora prosecuti et divino timore deponentes, peregrina membra ejus et corpus honorifice terræ commendatum *, ubi Dominus eum plurimis mirificavit signis et miraculis stupendis; omnibusque ipsum invocantibus, plurima patrantur tam hominibus quam jumentis et animalibus beneficia sanitatum. *Quæ de tauris hic habentur, videbuntur aliis conficta secundum ea, quæ libro* I *Regum capite* VI *leguntur, seu quæ obvia sunt in aliorum sanctorum Vitis, v. g. S. Notburgæ* (3); *aliis vero eo videbuntur verisimiliora, quo minus rara : equidem, quum hæc absint a Vita antiquissima, quum constare non videatur* S. Wendelinum *aliquando Theolegiæ vel monachum fuisse, vel abbatem, arbitrarer tauros non fuisse necessarios, adeoque beatum virum pro more fere eremitarum sepultum fuisse in ipsa, in qua vixerat, cella.*

* commendarunt.

D

ejus tumulus capella tegitur; qui locus fit penes Virdunenses;

21 *Parva capella super tumulum* S. Wendelini *extructa fuisse in secunda Vita latina et in germanica Augustana recte traditur; cui titulum fuisse S. Mariam Magdalenam constabit inferius; universum vero hunc agrum tunc* Basonis Villare *dictum fuisse apprime conficitur ex Kalendario ineuntis sæculi* XI, *quod, ut numero* 1 *recitavi, hæc habet :* In Basona Villari S. Waldeni Confessoris : *quocum conferas hæc quæ de S. Paulo, Virdunensi episcopo, in Gestis episcoporum Virdunensium* (4) *narrantur et quæ inter annum* 632 *et* 648 *referenda videntur :* Sanctus vero Paulus Basonisvillare de suis reditibus comparavit. Privilegium etenim nostris canonicis de antiquioribus villis fecit et suis manibus aliorumque episcoporum ipsum sub divina attestatione roboravit.

E

in quorum jure seu forte Metensium erat, quum Trevirensis præsul reliquias anno 1320 *visitavit.*

22 *Quo factum est ut et proxima Theolegiensis abbatia in jus Virdunensium transierit* (5); *penes quos certissime adhuc erat anno* 1280, 24 *Augusti, quo die monachi Virdunensi capitulo libellum obtulerunt bonorum suorum possessionem obtinendi gratia* (6); *neque proin videtur archiepiscopus Trevirensis in* S. Wendelini *districtum jurisdictionem spiritualem habuisse, priusquam Balduinus Trevirensis præsul* anno 1327 totum S. Wendelini castrum et districtum comparavit (7) *a Joanne comite Sarræpontano* (8); *quin etiam in diplomate Ludovici IV anni* 1332 (9) *et altero Caroli IV anni* 1346 (10) *annumeratur* S. Wendelini *oppidum diœcesi Metensi. Quocirca nonnihil mirum videtur anno* 1320 *reliquias* S. Wendelini *juridice visitatas fuisse a prælaudato Trevirensi archiepiscopo Balduino* (11); *sed quum tum grassaretur pestis inter homines et bruta animantia et passim* S. Wendelinus *adhiberetur patronus, fieri potest ut operæ pretium habitum fuerit sacra pignora, majoris securitatis gratia, visitari; id vero onus in se susceperit Balduinus, tum quod in hoc rerum genere occupari gaudebat, tum quod Trevirensis diœceseos populi pietati maxime consulendum erat.*

F

Facto hoc loco penes Trevirenses, ædificatur novum templum et transferuntur reliquiæ.

23 *Utcumque autem hæc se habeant, valuere sane ad* S. Wendelini *cultum augendum : quocirca, ut jam Browerum* (12) *loquentem inducam,* cum S. Wendalini oppidum, jure Trevirico probe communitum, tectis ædificiisque jam frequens staret, visum incolis est, Boemundi (*II Trevirensis archiepiscopi*) ac decessorum ope, novam aptare patrono sedem; quare sat amplum Confessoris honori positum templum, anno recuperatæ salutis 1360, Innocentii pontificis VIII, consecratum est; hucque Sancti corpus eximia mox venerationis pompa illatum. Translatio ista facta ex æde B. Mariæ Magdalenæ; ubi hodieque cenotaphium B. Wandalini, magno veterum miraculorum argumento, perdurat; cujus inscriptos qualescumque versus haud leves ob causas visum hic tamen est subjicere :

Hoc sub sarcophago Wandlini carnis imago

(1) Act. SS. tom. I Aprilis, pag. 19. — (2) Ibid. pag. 20. — (3) Act. SS. tom. IV Sept. pag. 723. — (4) Ap. Pertz, Monum. German. tom. IV, pag. 43. — (5) Cfr Gallia Christ. tom. XIII, col. 561; D. Calmet, Hist. de Lorraine, tom. I, col. 402, et alibi. — (6) Gallia Christ. tom. XIII, col. 563. — (7) Gesta Trevirorum integra, tom. II, pag. 246, edit. Wyttenbach et Müller. — (8) Browerus, Annal. Trev. tom. II, pag. 204. — (9) Hontheim, Hist. diplom. tom. II, pag. 116. — (10) Ibid. pag. 164. — (11) Cfr Leben und Thaten der Heiligen, pag. 243; Bütler, tom. XVI, pag. 161, edit. Lovaniensis. — (12) Annales Trev. tom. II, pag. 232.

Est

A Est transformata; sed in ossibus inde levata;
Capsis conclusus, in templo sanctus ad usus
Est hic præsenti, mundo tristique dolenti;
Qui semper signa facit ac miracula digna,
Nos prece Sanctorum choris jungatque polorum.

De hac translatione sermo fit in secunda Vita latina et in theotisca Augustana; atque in hac aperte asseritur hanc translationem factam in festo Pentecostes et propterea tantum quotannis concursum hoc die fieri ad S. Wendelini *exuvias. Verum probabilius tunc agi festum dedicationis, die vero* 7 *Julii habitam translationem; quum officia Trevirense et Theolegiense hunc diem aperte signent et plura Martyrologia diem* 5 *Julii, errore duorum dierum; quemadmodum num.* 2 *videre est.*

Describitur hæc ecclesia

24 *Nova autem illa ecclesia, cui nunc vulgo nomen* Wallfahrtskirche (1), *ab anonymo hagiographo Trevirensi* (2) *inter pulcherrimas Trevirensis pagi recensetur. Secundum modum, quem gothicum dicunt, extructa est,* 166 *pedes longa,* 45 *larga et in tres divisa cellas seu atria, quibus artificiosissimæ fornices, duodecim sustentatæ columnis, imponuntur.* S. Wendelini, *quod ibidem quoque cernitur, mausoleum genere etiam gothico ex petra confectum*
B *est, exhibetque imagines duodecim apostolorum et* S. Wendelini, *cui pius peregrinus de genibus candelam offert* (3) : *eadem forma et ectypa multis aliis illius ævi tumulis. Præterea Boemundus, qui templi hujus fabricam procuravit, olei censum donavit, quo* S. Wendelini *honori perennis lucerna arderet* (4). *Porro cernitur illic in choro ad sinistram imago Nicolai Cusani* (5), *qui, in his fere partibus natus, anno* 1448 *ex decano S. Florini Confluentiæ, administratore seu potius parocho commendatario* (6) S. Wendelini. *præposito Monasteriensi, Meinfeldiæ et Leodiensi cardinalis S. Petri ad Vincula factus est et anno* 1450 *legatus in Germaniam venit* (7); *exhibetur ibidem e manibus summi pontificis bullam canonizationis* S. Wendelini *recipiens; sed alibi nuspiam hujus rei memoria. Dicitur præterea circa annum* 1450 *pie illuc peregrinatus* (8); *quum forte templi administrationem suscepit.*

et prisca populi pietas; renovatur feretrum;

25 *Festo pentecostes die maxime ex vicinis regionibus ad* S. Wendelini *tumulum concursum olim factum esse jam diximus; additur præterea in Vita germanica Augustana peregrinos maxime sategisse ut ipsum loculum tangerent, adeoque persuasum erat*
C *eos, qui manu vel baculo mausoleum contingerent, consolationem et auxilium bonum experiri. Hinc factum est ut, quum festo Pentecostes anni* 1506 *maximus peregrinantium numerus confluxisset omnesque capsam qua ejus reliquiæ capiebantur contingere vellent, ita ruptum fuerit feretrum, ut beati viri ossa palam apparerent et ut ne amplius reparari posset theca, sed nova conficienda foret. Quocirca Jacobus II, Badensis marchio et episcopus Trevivensis, die* 20 *Junii ejusdem anni abbatibus S. Mariæ ad Martyres Treviris et de Mediolacu, necnon præposito S. Simeonis in mandatis dedit ut proximo die* 2 *Julii seu festo Visitationis B. M. V. ad* S. Wendelini *se conferrent, et sancti viri corpus cum inferiori tabula, in qua tunc jacebat, simul cum vestibus, quibus in antiqua theca indutus reperiebatur, in novum feretrum reponerent, clauderent, eoque modo res ordinarent ut nemo amplius ad novam capsam accedere posset; præcepit eis præterea ut omnia ossa minora æque ac majora in nova capsa locarent et ut, quum pristinum cœmeterium justo angustius esset, novum parandum curarent : quæ omnia colligimus ex ipso archiepiscopi diplomate, quod germanica lingua edidit Hontheimius* (9).

AUCTORE V. D. B.

alia huc pertinentia;

26 *Eadem occasione, qua vero die nescio, vetuit ne umquam deinceps nova capsa aperiretur; concedens tamen ut a festo Pentecostes usque ad* S. Wendelini *natalem publice exponeretur et diebus dominicis intra hoc temporis spatium ante solemne Missæ sacrificium processionis ritu ex templo paræciali ad pristinum ejus sepulcrum in B. Mariæ Magdalenæ sacello deferretur, coram feretro ibidem deposito aliquot recitarentur preces et dein ad paræciale templum reportaretur* (10). *Quum autem illa reliquiariæ thecæ mutatio facta est, corpus repertum ossibus integra compage dispositis perhibet Browerus* (11); *atque eodem in statu seu eo ordine, quo anno* 1520 *ab archiepiscopo Balduino compositæ fuerant, repertæ fuere sacræ exuviæ anno* 1699, *die* 11 *Septembris, quo capsam aperuit et juridicam visitationem instituit Petrus Verhort, suffraganeus seu vicarius in spiritualibus archiepiscopi Trevirensis* (12).

Confraternitas S. Wendelini;

27 *Sed vestigia nonnihil relegamus oportet. Jam anno* 1504 *exstabat confraternitas* S. Wendelini (S. Wendelins Bruderschaft); *deque hujus magistris* (Brudermeister) *fit mentio in diplomato quo molendinum confraternitati illi donatur* (13); *quæ res eo maxime singularis, quod* S. Wendelini *templum nondum a Balduino aut Boemundo excitatum fuisset. Utut id est, quum hæc res proxime ad cultum* S. Wendelini *faciat, juverit huc transferre quæ in annotato ad scriptionem cl. v. Riotte de pagis* S. Wendelini *et Ottweiler* (14) *de hac confraternitate traduntur. Videlicet hujus confraternitatis magistratus constabat ex sculteto oppidi et ex assessore seu judice inferiore* S. Wendelini (Gerichtsschöffe), *parocho inspectore. Eorum erat pro munere suo novos admittere confratres; pias curare fundationes, ex quibus divino provideretur cultui, et pauperibus peregrinis, ad* S. Wendelini *tumulum accedentibus, fierent eleemosynæ; accipere et administrare quæ a confratribus donarentur seu emptione aliisque legitimis viis novas acquisitiones facere; atque hæ tantæ erant, ut interdum integri emerentur vici : sæculo* XVI *œconomum* (Kirchenschaffner) *huic magistratui substitutum addit illius annotati auctor, innuitque hos ipsos magistros ecclesiæ ædituos* (Kirchen-Verwaltung) *fuisse; equidem negari non posse arbitror eos præfuisse veræ*
F *confraternitati seu sodalitio* S. Wendelini, *quandoquidem, ut dictum, admittebant confratres.*

nonnulla de oppido S. Wendelini *et Theologia.*

28 *Alia multa, quæ ad templum et oppidum* S. Wendelini *pertinent, in citatis Hansenianis commentariis et maxime in Riottii scriptione occurrunt; sed hæc mittimus. Satis fuerit indicasse id oppidum, quod ad Euronotum Trevirorum jacet et post varia fata pars Saxoniæ Coburgiæ facta erat, anno* 1834 *cum circumjacente suo agro Borussiæ adjunctum fuisse; et Theolegiam, vulgo* Tholey, *ad occidentem juxta* S. Wendelini *oppidum sitam esse.*

Miracula.

29 *Ex hactenus dictis manifestum est* S. Wendelini *cultum olim celeberrimum fuisse; verumtamen exaggerata forte sunt quæ ad diem* 10 *Octobris in Menologio Benedictino Bucelini perhibentur: videlicet ejus nomen per totam Europam, per Galliam imprimis atque Germaniam, plurimis passim ecclesiis, sacellis*

(1) Bütler, tom. XVI, pag. 162. — (2) Leben und Thaten der Heiligen, pag. 240. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Browerus, tom. II, pag. 232. — (5) Leben und Thaten der Heiligen, pag. 241. — (6) Hansen, Treviris oder Trierisches Archiv. tom. II, pag. 272. — (7) Browerus, tom. II, pag. 284 et 285. — (8) Leben und Thaten der Heiligen, pag. 241. — (9) Hist. Trevir. dipl. tom. II. pag. 579 et 580. — (10) Leben und Thaten der Heiligen. pag. 245. — (11) Annal. Trev. tom. II, pag. 252. — (12) Leben und Thaten der Heiligen, pag. 245, et Bütler, tom. XVI, pag. 161. — (13) Hansen, Treviris oder Trierisches Archiv für Vaterlandskunde, tom. II, pag. 88. — (14) Beitrag zur Geschichte der Kreise S. Wendel und Ottweiler, ibid. loc. cit.

atque

AUCTORE V. D. B.

atque aris in honorem ejus conditis, spectatissimum haberi. Passim de miraculis multis magnisque mentio est, sed nil fere recensetur explicite. F. Bartholomæus, guardianus Capuccinorum Trevirensium, monens decessores nostros se per partes missurum Vitam S. Wendelini, *anno* 1704 *conscriptam ab N. Keller, parocho in* S. Wendelini, *addit miracula recentiora, quæ huic scriptioni inserta sunt, a testibus juratis firmata fuisse et decreto reverendissimi Domini Trevirensis suffraganei probata. Verum hæc omnia ad meas non devenere manus.*

dies festivi et officium ecclesiasticum.

50 *Propter S. Ursulæ et sociarum festum* (*quod ritu duplici celebratur*), *impedita est in diœcesi Trevirensi dies* XXI; *quam ob causam agitur ibidem* S. Wendelini *festivitas die* XXII, *ritu scilicet semiduplici. Olim in abbatia Theolegiensi die quoque* XXI *festum erat S. Ursulæ et sociarum duplex propter reliquias; at* S. Wendelini *festum ibidem non transferebatur in diem sequentem, sed pridie seu die* XX *agebatur sub ritu duplici secundæ classis. Id officium totum fere proprium est; verumtamen, quum responsoriis nil novi contineatur eas omittam daboque inferius hymnum tantum, qui ad utrasque vesperas et matutinum recitabatur, et lectiones* V, VI, VII *et* VIII, *quæ in Proprio Trevirensi ita in tres divisæ sunt, ut*
B *ex* VI *et* VII *una conflata fuerit. Antea vero in lucem prodeat Vita latina antiquior, quæ superius num.* 5 *descripta fuit et olim ad decessores nostros missa est a P. Alexandro Wiltheim; cujus viri laus sæpius in Actis his celebrata est.*

VITA S. WENDELINI CONF.

CAPUT UNICUM.

Ejus ortus, adventus in agrum Trevirensem, porcorum custodia, vita eremitica, miracula, cultus.

Occasione festi S. Wendelini, *invitantur omnes ad eum laudandum propter virtutes*

C Cum sancta mater ecclesia ad divinarum extollentias laudum in Sanctorum meritis Deo militare jugi eloquio et concentu pertinenter sit instructa; dignum est horum perstringere merita, quos omnium conditor insigniis voluit præcipuis effulgere. Qua in re inter aliorum solemnitatum celebrationes congrue nos decet honorare, ac speciali beatissimum patrem Wendalinum *a* totaque devotione revereri : cujus vivendi studium, cum vita præsens vegetaret, et quid actitaret, libet auribus audientium instillare : ipse enim gubernaculum fidei tenens, desiderio constanti, avida mente paternum non conquisivit censum, manum retro mittens; hilaris dispensator usui pauperum inventus est, dominicis præceptis pectori suo insertis; orationibus vehementer satagebat insudare; et quod plus est, totus sancti præventus Spiritus gratia, hic sanctus, operibus bonis compensans omnia, vitæ secutus est æternæ præmia. Largiente ergo hujus festivitate, alacritate unanimiter exultemus *b* : voluntas enim ejusdem patris nostri Wendalini, memoriale de suorum venerabilium cursu gestorum sempiternum habere nostris insitum cordibus; affectui libet eorum seriem digestam et per temporum incrementa adauctam perstringere.

2 Nullorum porro latet hominum credulam exquisitionem : regionumque vicinarumque indigne * promiscui laudum insignia ac meritorum suffragia quam incomprehensibilia sint, nemine abdicante, eructant. Quæ etenim ingenii concipere parvitas et memoriæ valet reducere, in oblitas curiosius paramus explicare : plebis namque ignavitas *c*, quibus condolendum est, huc usque impropere subvexit (prout ordine patebit subjecto), unum siquidem de compræcipuis sancti hujus meritis omnium auditioni denuntiare; quoniam imo a tempore quo est memoria, et nullum obsistit contrarium, animus exsurgit clamare, in quo suis * atrii ipsius sancti Wendalini præsumptuosos ac temerarios invasores quodammodo et hucusque in sempiternum inconcussum et invectum, hujus sancti nomine et in fines orbis omnes diffuse opitulante *d* : quo id gestum et fuisse expertum subjunctum est. Etenim vero confluentes ad ipsius sancti cimiterium, quicumque geurrarum discrepantias conferentes, vel cædis actores, aut cujuscumque generis evasores supplicii vel pœnæ, visi suut ab eorum exquisitoribus vel persecutoribus intacti. Et quod plus est, coacti infra metas cimiterii, non sunt congressi ultionis qualiscumque causa dandi; imo placati meritis hujus sancti facti sunt. Si vero plerique
E irreveriti ipsius præscripti cimiterii libertatem, irruisse contra salutem eorum (proh dolor!) visi sunt pacem * id comperimus sancti hujus obtentu repressum : illos vel oppressit rerum distractio repente, vel honorum infamia temporalium seducta est, vel cæsi, vel aliquo membrorum commodo vel officio orbati sunt *e*. Hæc omnia et similia patulo visu et a veritate non destituta comperta sunt, et patrocinio sancti nostri patris Wendalini, Deoque auctore, sine quo omnia cassa sunt; effectumque sortientur in ævum. Nullus ergo ad audiendum tardus sit, sed festinus; moram quilibet arguat fidelis; totus in auditione tantorum avida gestorum insudet propensius de sancti Wendalini ortu et suorum exortu miraculorum, naturali usu, progressione.

D *et miracula, maxime ob inviolatum jus asyli.*

* *lege* vicinia-rumque indigenæ

c

* *loco* suis *forte* arceri

d

* statim

e

3 Wendalinus itaque, exortus Scotorum *f* regione, pollebat genere secundum parentes, rerum opulentia locuples, et generis nobilitate clarebat. In sua pueritia bonæ indolis esse cœpit : qui virtutibus et bonis moribus in juventutis flore cunctos præcellebat coætaneos, sic ut invidiæ fomes, qua nihil injustius, eorum obrepens corda, in ipsum machinarentur. Quem cum scrutator omnium ab
F ipsorum dignaretur eripere manibus, revera adhuc in ætate, qua illa assolet, illecebras non est complexus mundi; solum (quod omnes immemores) natale relegans, omnibus possessis libere renunciavit; illud Evangelii in pectoris recondebat armariolo *g* : Nisi quis renunciaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus : omnibus siquidem se abdicavit voluptatibus, soli Deo studens inhærere, suaque mandata explere. Profectus itaque, transitoria commutare providebat pro permansuris; sagaci revolvens memoria super habitus contemplatione monastici, suscepit Domini jugum, quod ferre volentibus suave est et onus leve : utique in regulari habitu vitam solitariam duxit *h*. Quærens denique æterna * spem retributionis in cælesti patria, se multis afficiens carnis passionibus in vasta solitudine, quæ monachis horridum præstabat habitaculum, herbis fuit usus in cibo, aqua in potu, non ad saturitatem, sed vix ad naturæ sustentationem. Sola tunicula et cuculla contentus fuit; et ut corpus suum plenarie sanctæ humilitati subderet, curam et custodiam porcorum *i* gerebat, ac si simplex esset rusticus, cum tamen in veritate esset

E Scotia venit in agrum Trevirensem, ubi porcos pascit et vitam solitariam ducit;

f

g

h

* æternæ

i

esset scientiæ et sapientiæ Dei et sanctitate plenus. Propter quæ Deus omnipotens ipsum in terra celebrem et miraculorum prodigiis mirabiliter sublimavit.

post mortem omnigenis claret miraculis;

4 Nimirum hujus sancti miraculorum fastigia ne audientibus ingerant fastidia, cura est sub compendio transcurrere, morosam abdicando revolutionem. Quorum siquidem ampliationem omnem eminus et cominus quantis magnificentiis plebs ei vulgus indifferenter commemorare non desinat, qui ejus limina pro quorumlibet visitant languorum elisione et gravaminum relevamine, prout subinfert, optata festine consequentes. Dei ergo disponentia, quæ bonorum incrementum et virtutum auctrix est, amplioribus sanctum Wendalinum insigniis remuneravit. Hic enim quorumlibet arcet et repellit insultus satellitum; loci vero, ubi ædem elegit, nullius molestiæ attingere volens tædia,
k fixis metis, invasores mulctat *k;* qui usque in hodiernum diem a nullo hominum, tam sublimi quam
l infirmo, expugnatus est *l :* quinimo metæ fixæ et infra sunt indigenis et alienigenis, ad sancti hujus tuitionem convolantibus, quasi pro muro a dexteris et a sinistris. Præmissis adjiciendum est, quo-
B modo ferarum sylvestrium fauces et rictus com-
* ausæ presse arcet palata, ita ut non sint ausi * frugum attemperare crementa. Pestilentiarum subitis casibus inopinatis creberrime adhibet medicamenta; ignium quoque caumata, ultra aquarum infusionem, celeri restinguit remedio ; energumenos nihilominus, sancti hujus invocato nomine, exorcizatos et meritorum fulgentium compertum est liberatos esse, ulteriori vexatione non insistere. Nec sileatur quomodo visibus medicamina et fomenta infuso
n liquore sancti hujus reliquiis infusis *n* pro contagiosis maculis instillantur.

ejus ope anno **1417** *extinguitur incendium Saræponte.*

5 His addendum quomodo nudius sub anno Domini * pridie nonas Decembris oppidum Sarapontis cauma ignis tam indelibili discidio totum inflammaverat, ita ut pene totum esset ignis excidio et eversioni subactum. Tandem devota matrona comitissa Mechtildis, cum suis sequacibus nobilibus hujus sancti nomen ac meritum invocantibus, superna clementia affavente, tribulatos non deserit et creberrime ab his angustiæ nexus * dirutos. Propellitur noctis silentio mediæ pro suffocatione ignis
C ferventissime instante, pulsa monitionibus nobilium, ut censum annum promitteret sancto Wendalino, et ignis fugam mutaret. Et ecce semiusta una domus visa, quæ indicabat totius oppidi eversionem, nisi sancti nomen et meritum invocasset. Et voto facto, ignis concito cursu fugam cepit et excessit. Erubescant ergo tam prisci quam præsentes torpores vel ignorantiæ; paveant sancto Wendalino, tantis signis virtutibusque coruscanti, laudum non impendisse insignia; emendationis obsequia offerentes et exsequentes, de prætermissis autem hujus sancti gloriosi dignis laudibus veniam petituri : quam nobis concedat, cui est honor, virtus et potestas, regnum et imperium permanens sine fine; ad quod nos precibus sancti Wendalini perducere dignetur et secum collocare permansuros per æterna sæcula. Amen.

* *supple* MCDXVII.

o

* nexibus

ANNOTATA.

a Wendalinum *scribunt alii, alii* Wendelinum; *germanice* S^t^ Wendel. *Supra num.* 8 *innui id nomen Austrasium esse; sed non occurrit inter vetera nomina Alemannica, Teutonica aut Burgundica; quæ vide inter Goldasti Scriptores Alemannicos. Scoticum potius est, a radice* Gwyn *seu* Wyn, *fem.* Gwen Wen, candidus. *Idem forte est ac* Gwynodyl, *nomen sancti Wallici, culti die* 1 *Januarii. Cfr Carlisle, Dictionary of Wales, pag.* xxv, *et v°* Llan Gwynodyl. *Ad* 18 *Octobris dictum in opere nostro de S. Gwendolina.* D

b *Ex universo hoc prologo liquet hanc Vitam, olim in lectiones distributam, partem fuisse divini officii, forte apud Theolegienses.*

c *Ex his manifestum est antiquiorem non exstitisse Vitam* S. Wendelini.

d *In Vita germanica, Augustæ anno* 1472 *impressa et de qua num.* 4 *Commentarii prævii dictum est, duo hujusce rei exempla referuntur. Prius ita sonat :* Vir præpotens, coacto satellitum agmine, venit noctu ad S. Wendelini fossam, oppidi mœnia transcensurus, et abacturus prædam. Verum optimus Dominus noster Jesus Christus, pro intercessione servi sui Wendelini, cæcitate prædonem perculit. Qui terrore percitus, S. Wendelinum toto corde imploravit, spopondit se pecuniæ rationem daturum nec ullum umquam damnum oppido illaturum, si per ejus preces visum recuperaret. Auxilio adfuit S. Wendelinus latroni; qui, oculorum usu recepto, lætitia exsultavit, Deoque et E
S. Wendelino gratiis actis, inde profectus est. *Alterum autem hoc est :* Penetrarunt aliquando duo fures in S. Wendelini templum; ex quo res abstulerunt magni pretii. Dein egressi ex oppido hac illac palantes per silvam, circuierunt duos dies et totidem noctes mœnia, quin possent ex ambitu discedere. Hinc factum est ut in lictorum manus cum furtiva supellectile cecederint et in patibulo facinoris sui dederint pœnas, ita Deo ulciscente injuriam servo suo Wendelino illatam.

e *Hæc nil aliud indicant quam jus asyli singulariter in hoc loco involabile habitum fuisse.*

f *Fieri posse, ut per hæc potius intelligendum sit* S. Wendelinum *natione Hibernum fuisse, dictum est in Commentario prævio num.* 9.

g *Legendum videtur :* Solum natale relegans, omnibus possessis libere renunciavit; illud Evangelii (quod omnes immemores) in pectoris *etc.*

h *Quum* S. Wendelinus *viveret, necesse non erat monasterium ingredi ad vitam monasticam amplectendam; sed sufficiebat vestem fuscam induere cum animo exterius profitendi se mundo valedixisse; quæ ab unoquoque fieri poterant in sua domo, in mediis silvis, in eremitoriis, absque ulla alius opera : qui profitendi modus tanti erat valoris, quanti præsens mos; secundum quem requiritur ut id fiat in religione approbata et post tirocinium, seu etiam cum aliis* F
solemnitatibus. De hac re multa diximus in Examine historico et canonico pag. 16 *et seqq. Quocirca ex eo, quod* S. Wendelinus *religiosam vitam sub regulari habitu professus est, deduci nequit eum aliquando in monasterio vixisse, multoque minus eum de ordine fuisse S. Benedicti.*

i *Alii statuunt* S. Wendelinum *pastorem fuisse ovium, alii vaccarum seu bubulcum, alii porcorum; quæ alii demum ita componunt ut jam hæc, jam illa animantia pavisse dicant. Porcos ad pastum deduxisse probabilius est, si attendas eum in mediis vixisse silvis. Sed hæc tantuli momenti, ut ea plane præteriremus, nisi olim hac de re disputatum fuisset.*

k *Dictum hac de re paulo superius, Annotato* d.

l *Postmodum vero, anno nempe* 1522. *Franciscus de Sickingen, Lutheranæ factionis homo, Treviris potiri meditans, prius oppidum* S. Wendelini, *oppugnatum aliquandiu et bombardis dejectum, cepit, diripuitque bona miserorum civium et captivos abduxit nobiles viros, qui illic in præsidio locati erant. Sed non plura de his, quæ passim explicant*

scriptores

A *scriptores Trevirenses. Vide Gesta Trevirorum integra, tom. III, pag.* 337.

m *De peste anno* 1520, *ope* S. Wendelini *exstincta, meminimus num.* 22 *Commentarii prævii.*

n *Mos madefaciendi SS. Reliquias multis etiamnum viget in locis; decretum S. R. C. anni* 1619, *ad hunc usum proxime pertinens, habes ad diem* 16 *Octobris in Commentario de S. Gauderico* (1).

o Sarrapons, *vulgo* Saarbrouck *seu* Saarbrücken, *aliquot leucis infra* S. Wendelini *oppidum ad Sarram seu Saravum fluvium. Ex secunda Vita latina novimus id incendium accidisse pridie nonas Decembris anni* 1417. *Sed quæ comitissa Mechthildis seu Mathildis? Hagiographus anonymus Trevirensis* (2) : *affirmat uxorem esse Philippi, comitis Nassaviæ et Sarræpontis; Browerus* (3) *idem habet, hærens tamen dubius interserensque verba :* Ni fallor; *mihi quidem res inextricabilis est, quum Philippus ille in primis nuptiis duxerit Catharinam, filiam Friderici ducis Lotharingiæ, et in secundis Agnetem, filiam Alberti comitis Hohenlohæ; ex quibus liberos suscepit Joannem, Philippum et Joannam. Neu dicatur Mathildem Philippi sororem fuisse, quum ejus sorores Joanna et Elisabetha dictæ fuerint* (4).

B

HYMNUS ET LECTIONES

DE S. WENDELINO *a*.

a

Wendeline, pater alme,
Eremita inclyte,
Quem vitricis fructus palmæ
Pascit cæli curiæ,
Prona vota supplicantis
Suscipe familiæ.

Tu regalibus prognatus
Scotiæ parentibus *b*,
b
Et virtute decoratus
Atque morum floribus,
Cælicam vivendo vitam
Dignus es honoribus.

Roma *c* pius peregrinus
c
Advenisti Trevirim;
Regulamque vir divinus
Condidisti interim *d;*
d
Postea Zebennæ vastam
Intras solitudinem *e*.
e

C

Ibi herbas comedisti,
Aquam bibens frigidam;
Inde claustrum *f* repetisti;
f
Clarus a miraculis,
Vitæ cursum finivisti
Sociatus Angelis.

Cumque sacrum corpus terræ
Rite esset conditum,
Visum est se sursum ferre,
Novum quærens tumulum;
Nec sepulcro cohibetur,
Supra terram constitit.

Hoc tam sæpe iteratur,
Dum imponunt currui,
Nutu Dei devehatur
In Zebennam; mortui
Ubi corpus inhumatur,
g
Pax ut sit spiritui *g*.

Hunc patronum attollamus
Laudum per præconia;
Grata illi studeamus
Reddere servitia;
Ut adesse sentiamus
Ejus nobis præmia.

D

Trinitati sit immensæ
Summa laus et gloria,
Wendelino quæ impense
Tot concessit merita,
Ut, post mortem cælo datus,
Fulgeat miraculis. Amen.

Lectio v *h*. Wendalinus, natione Scotus et regia (ut ferunt) origine procreatus, cum humilitatem Christianam in abjecta vita natalium splendori præferret, patrio digressus solo, ad illam Trevirorum regionem pervenit, quam nunc Sancti Wendalini (ut ab illo nuncupatur) oppidum tenet, ubi sese viro nobili in servitutem ultimam subulci addixit; in qua cultui divino sacræque religionis exercitiis inter pervigilia, inediamque et assiduas noctu diuque productas obsecrationes magna sanctitatis fama vacavit : cum omne, quod a labore suppetebat otium ad Dei laudes, prædicandi stu- E dium converteret.

h

Lectio vi. Verum postremo, perfectioris vitæ sub aliorum disciplina transigendæ amore inflammatus, in Theologiense cœnobium concessit; ubi latiorem nactus in aliorum consortio et sub aliorum imperio humilitatis exercendæ campum; quæ seorsim meditatus erat abjectionis exempla, in societate aliorum usu exercitioque confirmavit. Lectio vii. In superioribus ille Dei personam authoritatem[que] *i* reveritus, mandata imperantium ceu divinam voluntatem amplectebatur; æqualibus ad omnia charitatis [officia] promptissimus, nulli non demisse inserviens, præterquam corpori proprio, quod insigni abstinentia macerabat.

i

Lectio viii. His aliisque virtutibus et exercitiis ad mortem usque deditus, abbatis munere *k*, monasterio invitus præficitur, in quo non domesticis tantum, verum et externis insignis sanctitatis opinione venerandus apparuit : quo factum, ut eodem ex hac mortali vita duodecimo kalendas Novem- F bris sublato, ad immortalem Wendelini memoriam honoremque ejus, qui in vita honorem omnem subterfugerat, oppidum illius nomine insignitum cum illustri basilica eo loco excitaretur, quo corpus Sancti nonis Julii translatum est; quod insigni olim miraculorum frequentia et populi undequaque religionis gratia eodem confluentis multitudine celebratum.

k

ANNOTATA.

a *In Commentario prævio dictum est unde hæc hymnus et lectiones desumpta fuerint; sed placet hic integrum titulum describere :* Officia propria sanctorum patronorum celeberrimæ abbatiæ SS. MM. Mauritii et Sociorum in Theologia jussu reverendissimi et augustissimi D. D. Theoberti d'Hame, ejusdem abbatiæ abbatis dignissimi ad formam Breviarii Benedictini redacti a P. Cunone Wolff, ejusdem abbatiæ professo p. t. magistro novitiorum. Anno MDCCXXV. Aug. Trevir. Typis Jacobi Beuland. Aul. Typ. *Rariorem hunc libellum commodato accepimus a R. D. Liehs, secretario capituli Trevirensis.*

(1) Act. SS. tom. VII Oct. pag. 1117. — (2) Leben und Thaten der Heiligen, pag. 242. — (3) Annal. Trev. tom. II. pag. 266. — (4) Cfr Moreri, Dictionn. v° *Nassau-Weilbourg.*

b *De*

A b *De* S. Wendelini *patria et genere dictum num.* 8 *et seqq.*

c *Alii plures recentiores memorant* S. Wendelinum *aliquandiu ad varia loca sancta pie peregrinatum esse, priusquam in agrum Trevirensem veniret. Res credibilis pro more illius ævi atque etiam pro Scotorum seu Hibernorum adeoque Anglorum tunc temporis consuetudine.*

d *His indicari diceres* S. Wendelinum *prius monachum Treviris fuisse, videlicet ad S. Simeonis, secundum Vitam latinam secundam; verum Theolegiam, aliquot a Treviris distantem leucis, indigitari patet, quum inferius* claustrum repetiisse *dicatur* S. Wendelinus.

e *Mons* Zebenna *seu* Cebenna, *de quo Cæsar, Suetonius aliique, videtur editoribus Gestorum Trevirensium* (1) *is esse, qui hodie partim S. Marci* (Marcsberg), *partim vero S. Pauli* (Paulusberg, *vulgo* Pulsberg) *dicitur. In hoc hymno pro vicinia oppidi* S. Wendelini *sumitur. Mons Zebenna huc inductus est ex capite* XXXVII *Gestorum Trevirensium* (2); *sed minus recte, quum in Gestis de solo S. Paulo dicitur eum* super montem Cebennam claruisse. D

f *Id claustrum est Theologia; de qua sæpius recurrit sermo in Commentario prævio.*

g *Hæc translatio non fuit necessaria, si* S. Wendelinus *numquam Theologiæ vixerit; quemadmodum ex Vita latina antiquiori colligi posse videtur.*

h *Hæ lectiones nunc per universam diœcesim Trevirensem in usu esse diximus ultimo Commentarii prævii numero.*

i *Verba his uncinis* [ ] *inclusa omissa erant typothetarum errore in Officio Theologiensi; ea desumpsimus ex Officio Trevirensi.*

k *Nullis argumentis probari* S. Wendelinum *Theologiensem abbatem fuisse diximus num.* 17 *Commentarii prævii.*

l *De hac basilica et translatione dictum numm.* 23 *et* 24 *Commentarii prævii.*

(1) Tom. I, Annot. pag. 21. — (2) Tom. cit. pag. 65.

B

DE S. CONDEDO PRESB. ET EREMITA E

FONTANELLÆ IN NORMANNIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS. V. D. B.

S. Condedi Vitæ, ætas, habitatio, monachatus, sepultura, translatio.

S. Condedi *memoria in fastis sacris.*

In auctariis Usuardi apud Sollerium Bruxellensi et Greveniano annuntiatur hac die in Fontanellæ monasterio depositio S. Condedi; *cujus memoriam quoque faciunt martyrologi universales, Castellanus, Giry et Ferrarius; Gallicanus, Saussaius; necnon Benedictini, Menardus, Bucelinus, Cherle, Donawertensis aliique; verum omittitur in Martyrologio SS. Ordinis S. Benedicti, quod Martyrologio Romano attexi solet. Ex illis aliqui eum* C *vocant* Condelum, *alii* Condedem, *alii* Candidum : *genuinum nomen* Condedus.

Quare duas ejus Vitas edamus;

2 *Jam pridem edidit Mabillonius* (1) *ex codice Ms. Fontanellensi* S. Condedi *Vitam; quam jam ante, stylo mutato, aliquantisper contraxerat Menardus* (2). *Ejus antiquitatem probari ex numerandi ratione ab annis regum, non ab incarnatione, Christi affirmat Mabillonius* (3); *quæ sententia olim permultis placuit, maxime quod ope hujus Vitæ chronologia regum Francorum stabiliri posse videbatur. Verumtamen occulere nefas impedimenta hic aliquot esse in via : primum, ad finem venire translationem* S. Condedi; *quam post annum* 850 *fuisse factam probabile est, quum nulla de ea fiat mentio in Chronico Fontanellensi, quod illo desinit anno et in id genus referendis rebus maxime positum est. Secundum, annorum ordinationem, quæ olim in hac laudabatur scriptione, non ubique esse rectam, quemadmodum jam pridem ostensum est atque ipsi inferius ostendemus. Tertium, verisimile esse hanc Vitam conflatam fuisse ex altera antiquiori et ex diplomatibus atque ex his appositos fuisse annos : et quidem habemus alteram Vitam, hactenus ineditam et in codice Ms. Ultrajectino SS. Salvatoris repertam, cujus verba passim respondent illius verbis; adeoque id unum inter utramque intercedit discrimen, quod quæ edita est flosculos rhetoricos amat, multis in locis amplificata videtur et aliquot aucta rebus, quas hominum memoria forte suggesserit, et demum quod (ut satis jam dixi) indiciis temporum instructa est. Quartum, in annotatis* g *et* h *ad hanc Vitam deprehensum iri lacinias, ex Vita S. Hermelandi depromptas; ita ut interpolator se manifestum faciat ipsemet. Quum tamen aliis forsan aliter videbitur, videlicet clausulam de translatione postea assutam fuisse, Vitam ineditam (quæ similem clausulam habet) ex altera potius contractam fuisse et annorum notatione spoliatam ut in choro recitaretur, et S. Hermelandi Vitam nec priorem esse jure, nec tempore; quumque insuper utraque satis brevis sit, dabimus inferius breviorem ex dicto codice Ms. Ultrajectino et longiorem ex Ms. Rubræ Vallis, collata cum editione Mabillonii.* F

de posterioris auctore quid senserit Henschenius.

3 *Dum autem ita hæsito, alii jam pridem non tantum quo ævo Vita, a Mabillonio edita (de hac quippe sola hactenus scriptum videtur), sed a quibus scriptoribus composita fuerit invenisse sibi videntur. Quum enim in Vita S. Ansberti prius monachi Fontanellensis, dein Rothomagensis episcopi, hæc legantur* (4) : Prædicto etiam Patre Lantberto regimen loci tenente, beatus Christi pontifex Erembertus

(1) Sæc. II Bened. pag. 862 et seqq. — (2) Martyr. Bened. lib. I observ. pag. 355 et seqq. — (3) Sæc. II Bened. pag. 862. — (4) Act. SS. tom. II Febr. pag. 550, num. 17.

Tolosæ

AUCTORE V. D. B.

Tolosæ urbis et sanctus presbyter Condedus et anachoreta, Britannia insula ortus, in prædicto monasterio Fontanella monachicum Deo dignum et nomen assumpserunt et habitum. Plurima enim de tanto Patre, nisi ad alia festinaremus, Deo digna et loco utilia per eum et SUB EJUS REGIMINE GESTA, dici poterant, quæ in ejus gestis olim plenius memoriæ tradidimus, posteris intimanda : *Inde deduxit Henschenius* (1) *ab S. Ansberti biographo conscriptam fuisse* S. Condedi *Vitam. Sed, ni fallor, cespitavit optimus decessor noster; quum S. Ansberti biographus loquatur non de* S. Condedi, *sed de S. Lantberti Vita, explicans quare breviter tantum de hoc disserat : quod ex præcedentibus satis patet, multoque magis ex sequentibus :* Quo vero ordine, *sic enim pergit de S. Lantberto,* in Lugduno... pontifex sit subrogatus, brevi sermone narrabimus. *Præterea, etiamsi illic de* S. Condedi *Vita esset sermo, non tamen sequeretur eam tribuendam esse Aigrado, primigenio S. Ansberti biographo; contra quum ejus operi (quemadmodum pro suo more luculentissime ostendit ipse Henschenius* (2)) *interpolator quidam, qui certe aliquandiu post annum 750 vixit* (3), *nonnulla, maxime capite 5 ubi de* S. Condedo *aliisque S. Lantberti discipulis, inseruerit, planum esset illa adscribere eidem interpolatori : quocirca nonnihil mirum est prudentissimum virum nil dubitantem attribuisse præmissa verba non interpolatori, sed ipsi Aigrado et passim* (4) *scripsisse Aigradum* S. Condedi *Vitæ auctorem esse.*

B

quid Mabillonius et Sollerius.

4 *Aliam viam iniit Mabillonius* (5) *æstimans Vitam* S. Condedi, *a se editam, non indignum esse fœtum, qui Jonæ, Fontanellensi monacho et primigenio S. Wlfranni biographo tribuatur : quam sententiam justo forte nimis laudat Rivetus* (6), *quum nil quam mera divinatio sit et eatenus solum tolerabilis, quatenus quæ ante proposuimus impedimenta negligenda videantur. Nolim occulere sententiam Sollerii nostri, quam in schedula Ms. annotatam reperio, videlicet* S. Condedi *Vitam ad finem sæculi* VIII *amplificatum fuisse; neque hæc omni carere videbitur fundamento, si ex capite* 16 *Chronici Fontanellensis* (7) *animadvertas ab Gervoldo, ad finem sæculi* VIII *Fontanellensi abbate,* scholam in eodem cœnobio esse institutam, quoniam omnes pene ignaros literarum invenit; *videri autem propter temporum rationem et concordiam ex hac schola prodiisse viros nonnullos, qui Sanctorum Fontanellensium Vitas auxerint et interpolarint; quorum in numero esse qui Vitas SS. Ansberti et Lantberti, insertis additamentis, in lucem miserit; similiter qui Vitam S. Wandregisili amplificarit; itemque qui Vitam S. Wlfranni, prius a Jona conscriptam, plurimarum rerum adjectione incaute violarit; inter eos tamen non referendum Harduinum, eximium librarium, qui* librum Vitarum sanctorum Wandregisili, Ansberti et Wlfranni confessorum Christi *tunc temporis* proprio sudore conscripsit (8); *aliter enim scribentem Mabillonium* (9) *præteriisse ab Harduino conscriptam non fuisse Vitam S. Lantberti, nec proin geminam S. Ansberti, quum utramque ab uno eodemque, qui sæc.* VIII *ineunte S. Ansberti Vitam auxit, in lucem datam esse ex dictis satis pateat; quocirca satius esse fateri incompertum esse fuerintne plures an unus qui id interpolandi Vitas Sanctorum Fontanellensium onus in se susceperint, et quæ eis fuerint nomina; atque hinc demum probabile fieri tunc quoque* S. Condedi *Vitæ secundæ suas accessiones factas fuisse. Quæ sententia magis placeret, nisi offenderetur ad primum quod num. 2 proposui impedimentum. Cæterum quam libentissime permittimus hæc omnia lectori, ad certiora transeuntes.*

C

D

Diplomate Theodorici III, quo S. Condedo *datur insula Belcinaca,*

5 *Ætatem* S. Condedi *imprimis cognoscimus ex diplomate Theodorici III, regis Francorum. Id prius in Collectione Scriptorum rerum Francicarum editum a D. Bouquet* (10) *ex schedis Mabillonii; qui id descripserat ex literis Philippi Valesii, anno* 1329 *(cum vetustate detritum esset) id renovantis et confirmantis. Id ipsum ex accuratissimo apographo Fontanellensi in lucem dedit Brequigny* (11), *docens* invocationem initialem diplomatis insolitam quidem his temporibus fuisse, sed in quibusdam partibus membranam attritam et consumptam fuisse a rege ipso in literis suis moneri; hinc arguere fas esse amanuenses in ipsa exscribenda initialem formulam deficientem juxta ætatis suæ morem supplevisse (12); *præterea* suspicionem *quoque aliquam* oriri *de hujus diplomatis sinceritate* ex annuli mentione, quæ, teste Mabillonio (13), raro reperitur in indubitatis horum regum diplomatibus (14); *sed hæc non tanti sunt quæ animum dubium faciant, maxime cum utraque* S. Condedi *Vita huic regiæ chartæ suffragetur. Quibus præmonitis, subjicimus Theodorici præceptum secundum Brequignii exemplar, ad marginem positis Mabillonii discrepantiis.* In nomine Altissimi Domini, Theodoricus rex Franc. Quicquid propter timorem Domini et amorem ipsius ad augmentum divini cultus servis Christi ex habundancia regia largimur, retributorem Deum, pro cujus reverentia hoc agimus, habere confidimus. Igitur agnoscat industria fidelium Christi presens pariter et futura, nos divinitus ammonitos, ad insulam in fluvio Secane sitam descendentes, viro Dei domno Condedo illuc ab eo destinato ipsam insulam, quam antiquitus * Lutam censuit, nunc vero Belcinacam nuncupatam, cum omnibus rebus ad ipsam pertinentibus et toto alluvio, quo eam voluerit divina pietas augmentari, concessisse et condonasse. Que cum sit fisco Arelauno vicina, in sua * longitudine per tria millia se extendens et in latum mille quingentis passibus terminetur, agros tamen contiguos et prata a parte orientali et saltus, ab aquilonari vero usque ad fines Glaconissem * similiter concessimus : ut tam ipsum quam suos monachos de monasterio Fontinella, pro nobis et prole nostra ac pace et stabilitate regni ac animarum nostrarum remedio, sacrificium redemptionis nostre offerre Domino et divinam misericordiam jugiter exorare delectet. Per hunc ergo preceptum specialius decernimus atque jubemus ut ipse, sicut dictum est, hoc habeat indultum atque concessum, ita ut et illi * successores sui monachi hoc habeant, teneant atque perpetuis temporibus possideant, vel quicquid exinde facere voluerint, liberam et firmissimam in omnibus, Christo auspice, habeant potestatem. Et ut hæc auctoritas vel donatio nostra, quam divina illuminatione plena et integra gratia concessimus, firmior habeatur et perpetuis temporibus inconvulsa maneat, manus nostre subscriptione et anuli nostri impressione adsignari jussimus. Theodoricus rex subscripsit. Anno 1 datum, quod fecit mens *. Octobris dies XXI, feliciter, Arlauno palatio.

E

F

* anquititas *M.*

* sui *M.*

* Glacomissæ *M.*

* et ille et *M.*

* mense *M.*

(1) Act. SS. tom. II Febr. pag. 345, num. 16. — (2) Ibid. pag. 343, num. 6. — (3) Cfr ibid. pag. 350, lit. *f*. — (4) Ibid. pag. 345, num. 16; tom. II April. pag. 215, num. 2 et 3. — (5) Sæcul. II Bened. pag. 862. — (6) Hist. litt. de France, tom. IV, pag. 56 et 57. — (7) Ap. Dacherium, Spicileg. tom. II, pag. 278, edit. in-fol. — (8) Ibid. loc. cit. — (9) Sæc. III Bened. part. I, pag. 355 et 356. — (10) Recueil des hist. tom. IV, pag. 652. — (11) Documenta, Chartæ, etc. part. I, pag. 266. — (12) Ibid. Prolegom. pag. XCII et XCIII. — (13) De re diplom. lib. II, cap. 10. — (14) Diplomata, Chartæ, etc. pag 266, not. 1.

patescit quoque S. Condedi *ætas*

6 *Belcinacam itaque adeptus est insulam* S. Condedus *die* 21 *Octobris anni* 1 *Theodorici regis; quem cum anno Christi* 675 *convenire satis ostenderunt alii* (1) : *adeoque, nisi Theodoricus regium nomen sumpserit, priusquam a Francis rex agnitus et proclamatus esset, convellitur hoc diplomate Ludovici Dufour de Longuerue* (2) *sententia, statuentis Theodoricum III non ante finem mensis Octobris anni* 675 *Francorum regem publice electum et confirmatum fuisse. Certe quum Childericus, ejus frater, ineunte autumno ante diem tamen* 12 *Septembris occisus fuerit, aliquot dein prius fluxere dies quam* Theodoricus, S. Dionysii *claustris relictis, suis se probarit hominibus; verum duo integri menses non videntur fuisse necessarii. Superest et alia difficultas, videlicet Theodoricum rogare* S. Condedum *et monachos Fontanellenses ut* pro se et PROLE SUA *orent : quid autem anno* 675 *Theodoricus prolem habere potuit, quum anno* 655 *natus,* 670 *in S. Dionysii tonsus et mense Septembri tantum* 675 *ad sæculum regressus est? Maxime quod ejus filius natu major Clodoveus III* (*qui et Clotharius*), *quum anno* 691 *patri successit, ab Annalista Metensi et Continuatore Fredegarii* parvulus *dicitur* (3). *Ad quæ, postquam* B *omnia Theodorici diplomata versavi, nil aliud respondendum habeo quam id forte additamentum esse, maxime cum in secunda Vita sit omissum; vel Theodoricum locutum esse de prole, quam sibi aliquando a Deo dandam sperabat, vel id insertum a notario, stylum commentariorum mutare inscio : cæterum in diplomate* (4) *Clodovei II, adhuc quadriennis, pro monasterio S. Mauri Fossatensis mentionem* conjugis *habes* sive prolis; *quæ quidem verba tollenda judicavit Cointius* (5); *at secundum Mabillonium severiorem hanc censuram habent Novi Tractatus de re diplomatica scriptores* (6) : *nec immerito.*

et monachatus Fontanellensis.

7 *Ex eodem præterea diplomate discimus* S. Condedum, *non quidem* (*ut male habet Brequigny* (7)) *abbatem Fontanellensem fuisse, sed monachum; clare enim id indicant hæc verba :* Ut tam ipsum quam suos monachos de monasterio Fontinella etc. *Quæ locus ille, quem supra num.* 5 *ex S. Ansberti Vita excitavimus, jam suaserat, scilicet :* Erembertus... et sanctus presbyter Condedus... in prædicto monasterio Fontenella monachicum Deo dignum et nomen assumpserunt et habitum. *Verumtamen hæc componenda sunt cum utraque* S. Condedi *Vita; ex quibus apparet* S. Condedum *paucos tantum dies* C *Fontanellæ versatum esse; intra quos se Fontanellensi cœtui aggregarit et subjecerit S. Lantberti auctoritati : unde et ibidem dicitur* permissu dicti patris locum sibi aptum quæsivisse. *Indidem confirmatur, quemadmodum in utraque quoque Vita satis innuitur, Theodoricum* divinitus admonitum *fuisse ut* S. Condedum *beneficiis augeret; atque exinde ei concessisse insulam Belcinacam cum vicinis ad utramque Sequanæ ripam pratis et saltu.*

Illius insulæ descriptio et fata.

8 *De hujus insulæ amplitudine conveniunt diploma et secunda Vita, uti et de aliis adjunctis. Jacet autem Belcinaca paulo infra Calidumbeccum* (Caudebec) *juxta vicum* Villequier. Expletis multorum annorum curriculis post obitum sancti viri eadem insula a rheumate maris attrita ac collapsa *dicitur in secunda Vita; cujus rei causa videtur quod undis aliud præstitutum esset iter, extructo ad ripam dextram Sequanæ infra Calidumbeccum portu S. Wulfranni et fluvio opposita lapidea crepidine* (8). *Deleta insula aut aquis operta, cæperunt quoque paulatim inundari et atteri prata, quæ ad sinistram Sequanæ ripam jacebant, et quæ, data olim* S. Condedo, *post in laïcorum manus devenerant. Verum hi, ut rebus suis consulerent, procurarunt crepidinem diruendam et ex ruderibus castellum* de Mailleraie *construendum; quumque hac ratione mutaretur iterum undarum cursus, per limi et arenarum aggestum denuo caput extulit insula Belcinaca anno* 1641; *quam pro pratis suis, olim attritis, sibi vindicarunt illi laici. Opposuere se Fontanellenses ab anno* 1658; *sed incassum; ita ut anno* 1690 *omnino causa ceciderint* (9). *Postea autem, quod forte iterum ripæ fluminis novis structuris vexatæ fuerint, deleta est iterum insula, ita ut anno* 1740 *ejus non amplius cerneretur vestigium* (10). *Utrum vero postea denuo emerserit, ambigo : certe in mappis Cassini accurate delineata est, cum apposito nomine* l'Ile de Bersignac.

Aliæ notæ chronicæ, quæ in S. Condedi *Vita occurrunt, examinantur.*

9 *In hac itaque insula ab anno* 673 *vitam sanctissimam egit* S. Condedus, *discipulos suos ascesim docens et aliquando pro Brittonum more ad prædicandam doctrinam Christi excurrens. Interea* anno tertio præfati regis, qui erat Lamberti abbatis annus nonus, per testamenti seriem ditioni præfati cœnobii Fontanellæ perpetuo jure tradidit possidenda, *quæ vel a Theodorico vel a viro nobili Schiwardo acceperat. De hac temporis notatione Henschenius, chronologiam primorum Fontanellensium abbatum in commentario de S. Ansberto ordinare conatus* (11), *eamdemque omnino corrigens in commentario de S. Lantberto* (12), *nonnihil jam dixit, sensitque in hac posteriori lucubratione characteres numeri* IX *inversos esse et scribendum* XI. *Sed non recte. Ab ineunte enim mense Septembri currunt in diplomatibus anni Theodorici* (13), *adeoque annus* III *ab autumno anni* 675. *Lantbertus autem successit S. Wandregisilo, quem Boschius noster novis curis ostendit* (14) *die* 22 *Julii anni* 667 *ad superos abivisse; et consequenter nonum ejus annum ab exeunte Julio anni* 675 *fluxisse. Confirmavit hanc donationem* S. Condedus *novo diplomate* anno VII Theodorici regis, gubernante anno II S. Ansberto Fontanellense cœnobium, *præsente Warattone, Majore Domus. Verum hæc consistere non posse animadvertit jam pridem Pagius* (15). F *Etenim S. Lantbertus, juxta titulum fragmenti Vitæ, prius sæculo* III *Benedictino* (16) *inserti, dein Actis nostris* (17), factus est præsul ecclesiæ Lugdunensis et post almificum Wandregisilum rector cœnobii Fontinellensis per annos tredecim et menses octo, *et proin usque ad finem fere mensis Aprilis anni* 681; *quocirca secundus S. Ansberti ejus successoris annus a mense circiter Majo anni* 682 *cucurrit, quum Theodoricus rex annum suum ageret* nonum *et mense Septembri inchoaret* decimum : *alteruter itaque legendus est, nequaquam* septimus, *qui certo prius effluxerat quam S. Ansbertus cœnobii habenas capessivisset. Neque Waratto septimo Theodorici anno seu a mense Septembri anni* 779 *ad eumdem mensem sequentis anni Major Domus fuit, sed a*

AUCTORE V. D. B.

E

(1) Ibid. pag. 267, not. 3; pag. 278, not. 1; Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 546 et 547; Gebhardus, Reges Meroving. pag. 159. — (2) Annal. reg. Franc. ap. D. Bouquet, tom. III, pag. 691. — (3) Cfr Gebhardus, Reges Merov. pag. 165. — (4) Ap. Brequigny, Diplomata, Chartæ, etc. pag. 181. — (5) Ann. eccles. Franc. tom. III, pag. 83. — (6) Nouv. Traité de diplom. tom. IV, pag. 580. — (7) Diplomata, Chartæ, etc. pag. 266. — (8) Cfr Du Plessis, Descript. de la Normandie, tom. I, pag. 86 et 88. — (9) Ibid. pag. 86; cfr Brequigny, diplomata, pag. 266. — (10) Cfr Du Plessis, pag. 86; cfr Gallia Christ. tom. XI. col. 121 et 162; et Brequigny, Diplomata, etc. tom. I. pag. 265, not. 2. — (11) Act. SS. tom. II Febr. pag. 545, num. 16. — (12) Ibid. tom. II April. pag. 215. — (13) Cfr Brequigny, Diplomata, etc. pag. 278. — (14) Act. SS. tom. V Julii, pag. 260. — (15) Critice Baronii ad an. 681, num. 25. — (16) Part. II, pag. 522. — (17) Tom. II April. pag. 216, num. 6.

AUCTORE V. D. B.

verno tempore anni 681 (1), *quum Theodorico laberetur annus nonus, et primus inciperet S. Ansberto. Teneamus itaque hoc secundum* S. Condedi *diploma conditum fuisse anno* II *S. Ansberti,* IX *aut* X *Theodorici, post ineuntem Majum anni* 682. *Triennio circiter post seu anno* 685 *signat Mabillonius* (2) S. Condedi *obitum. Tolerabilis conjectura.*

S. Condedi *corpus, incerto tempore ex insula Belcinaca Fontanellam delatum.*

10 *Prius sepultus fuit* S. Condedus *in templo SS. Petri et Pauli, quod ipsemet in insula Belcinaca exstruxerat. Jacuere ibidem sacra ejus ossa per* multum tempus, *per* tempora longa *seu per* multorum annorum curriculos, *ut legitur in utraque Vita et epitaphio. Æstimavit Mabillonius* (3, *hæc æquivalere* aliquot annis; *nec negarim* aliquot *immo* decem annos *aliquando* longum *in hoc rerum genere dici* tempus; *ast per easdem dictiones sæpius* plura *intelliguntur* sæcula. *Quid ergo? Ex utriusque Vitæ clausula habemus* S. Condedi *corpus Belcinacæ mansisse, donec* ea insula rheumate maris attrita ac collapsa est: *adeoque si audiremus Galliam christianam ad tempora saltem B. Gradulfi, qui anno* 1051 *post S. Gerardi martyrium pedum Fontanellense accepit* (4), *Belcinacæ servatæ fuissent* S. Condedi *exuviæ; quum tunc nondum ea insula rheumate maris attrita ac collapsa esset, sed a Roberto Nor-*
B *mannorum duce Fontanellensibus fuisset restituta, concessis simul in Anglia quatuor ecclesiis pro amore Guncardi capellani sui, qui in S. Wandregisili factus erat monachus : de qua re diploma legi in Monastico Anglicano veteri tom. III, pag.* 974 (5). *Verum dubitandum non est quin hic denuo fucus fiat : etenim in Monastico Anglicano novo, cui universum vetus insertum est, inscriptum quoque fuit diploma ad quod alluditur; sed ne hilum quidem in eo* (6) *detegitur de* insula Belcinaca, in fluvio Sequanæ sita, ubi S. Condedus a partibus transmarinis adventans eremiticam duxit vitam. *Præterea constat aliunde* S. Condedi *corpus ibidem non amplius fuisse.*

anno 1027 *ponitur in uno loculo cum corpore S. Eremberti:*

11 *Etenim quum tempore S. Gerardi abbatis retectum est S. Wlfranni corpus et* facta est translatio anno Dominicæ incarnationis millesimo vicesimo septimo, kal. Junii, Henrico rege Francorum regnum præter matris suæ voluntatem invasum tenente; principatum vero Normanniæ tertio Richardo legali modestia disponente (7), *Robertus archiepiscopus Rothomagensis, repositis S. Wlfranni ossibus in præparato scriniolo,* sanctorum nihilominus confessorum Heremberti Tolosani pontificis et eremitæ Condedi corpora in uno pariter loculo,
C beatorum quoque Martyrum Maximi et Venerandi decenter reposuit in alio; *quæ omnia in ecclesia B. Mariæ de Callovilla, in quam pridie ex templo S. Petri delata fuerant, peracta sunt; dein solemni pompa in S. Wandregisili basilicam deductum est S. Wlfranni corpus; et crediderim aliorum quoque sanctorum quatuor; atque hæc deinceps translatio quotannis celebrata non die* 7 *kal. Junii, sed ipsis* kalendis *seu die* 1 *Junii* (8). *Quæ ideo animadvertimus, quoniam Mabillonius in Annalibus scripsit* 7 *kal., reclamantibus Actis editis ab Henschenio* (9), *melioribus datis ab ipso Mabillonio* (10) *et secunda appendice Chronici Fontanellensis* (11). *Quum vero S. Petri basilica probe restituta est et sub ejusdem sancti patrocinio et omnium Apostolorum atque etiam* D *S. Wandregisili (cujus postea nomen retinuit) Deo dicata est* 2 *idus Septembris anni* 1033 (12), *in eam relata sint oportet quinque sanctorum corpora : certe de S. Eremberto, cujus ossa in eodem loculo, in quo* S. Condedi, *posita fuerant, leguntur in Vita, scripta post illam translationem (antea enim in S. Pauli templo jacebant exuviæ S. Eremberti), sequentia verba* (13) : Corpus vero præfati sancti pontificis Eremberti de ecclesia S. Pauli apostoli translatum, requiescit nunc in ecclesia S. Petri in oratorio S. Martini pontificis; *in eodem nempe oratorio; juxta quod ante sepulcro condebatur* S. Condedi *corpus,* positum, *ut habet secunda Vita,* in ecclesia S. Apostoli Petri juxta oratorium S. Martini ad plagam meridianam, scriptumque epitaphium hujusmodi supra tumbam ejus *etc.*

hinc et aliunde constat numquam devectum fuisse Gandavum.

12 *Atque ex his deducimus primo etiam clausulam secundæ Vitæ* S. Condedi *anno* 1027 *esse antiquiorem, quum scripta sit, antequam ejus ossa ex* tumba *et* cespite pulchro, *in quo* turba sacrata *ea* tumulaverat, posita fuissent in uno loculo *cum exuviis S. Eremberti; deinde erroneum videri (quod alibi* (14) *narratur)* S. Condedi *corpus tempore Normannicarum cladium delatum fuisse Gandavum in Flandria,* E *quando videlicet post multas ambages anno* 944 *illuc devecta sunt S. Wandregisili aliorumque sanctorum corpora; et quidem nulla de* S. Condedi *sacris pignoribus mentio est in Translatione S. Wandregisili* (15); *nulla in Commentario Henschenii de translatione S. Winwaloëi* (16); *nulla in ejusdem scriptione de S. Wlfranni reliquiis* (17), *in qua plures Gandavensium seu Blandiniensium reliquiarum veniunt census; et nulla demum in Chronicis Blandiniensibus* (18), *quæ anno* 1842 *R. D. Vande Putte in lucem dedit, et in quibus sæpius recensentur quæ Gandavum devecta sunt sanctorum corpora : in his, inquam, nullum uspiam de* S. Condedo *verbum. Unde vero ortum sit ut postea crediderint* S. Condedi *corpus Blandinii servari, iis relinquo dirimendum, quibus eamdem de S. Wlfranni corpore quæstionem versare libuerit.*

VITA S. CONDEDI

PRESBYTERI ET EREMITÆ

Ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris. F

S. Condedus, *eremita Britto, dein ad Fontanam S. Walarici et aliquantisper Fontanellæ monachus,*

Tempore Theodorici, filii Clodovei regis Francorum, sanctus presbyter et anachoreta Condedus, natus in Oceani insula Britanniæ, cui quondam Albion nomen fuerat, arctioris vitæ ardore succensus, relicta præfata insula, Galliarum advenit in partes. Ac primum, postquam Oceani æquor transvectus est, in hoc loco, qui vocatur Fontana Walarici *a*, sæculo nudus, Deo plenus, solitariam vitam duxit; postea audiens famam sancti Lamberti abbatis et fratrum cœnobii Fontenellæ, eos visitavit; et habito colloquio et spirituali consola-

a

(1) Cfr Dufour de Longuerue, Annal. Franc. ap. Bouquet, t. III, pag. 694.—(2) Sæc. II Bened. pag. 862, Annal. Bened. lib. XVII, num. 44, tom. I, pag. 531.— (3) Annal. Bened. tom. I, pag. 531. — (4) Annal. Bened. lib. LVI, num. 97, tom. IV, pag. 340. — (5) Cfr Gallia Christ. tom. XI, col. 177.— (6) Cfr Monast. Angl. nov. tom. VI, pag. 1108. — (7) Sæc. III Bened. part. I, pag. 370 et Annal. Bened. lib. LVI, num. 14, tom. IV, pag. 509. — (8) Cfr Acta SS. tom. III Martii, pag. 150, not. *g*; et sæcul. II Bened. pag. 865, not. *d*.— (9) Act. SS. tom. III, pag. 149, not. *e*. —(10) Sæc. III Bened. part. I, pag. 570.—(11) Dacherii Spicileg. tom. II, pag. 288. — (12) Cfr ibid. pag. 289; et Du Plessis, Descript. de la Normandie, tom. I, pag. 78. — (13) Act. SS. tom. III Maji. pag. 390.—(14) Cfr Raissius, Hierogazophylacium Belgicum, pag. 116 et Act. SS. tom. I Junii, pag. 642. not. *k*.— (15) Act. SS. tom. V Julii, pag. 291 et seqq. — (16) Ibid. tom. I Martii, pag. 247 et seqq. — (17) Ibid. tom. III Martii, pag. 161 et seqq.—(18) Annal. Abbat. S. Petri Blandinienses, cfr pag. 8, 130, 170, etc.

tione

A tione, et permissu *b* dicti patris ut locum sibi aptum
b quæreret, navem ingressus, navigavit in insulam
c d vocabulo Belcinacam *c*, vicinam fisco Arelano *d*, quæ undique ambiebatur fluvio Sequanæ. Quam de navi egressus lustrans, orabat ut sibi locus largiretur pro divino servitio. Sequenti autem nocte admo-
e nitus est Theodericus *e* rex supradictus, qui ipso tempore in saltu Arelanensi venationi insistebat, ut servum Dei in præfata insula consistentem cum summo honore susciperet et quod multorum populorum esset doctor futurus, nihilque ei negandum quidquid postulasset. Qua visione rex certus extemplo ad eamdem insulam pervenit et cum honore summo eumdem Dei servum suscepit; insulam prædictam cum privilegiis regalibus perpetuo ei tradens.

in insula, data a rege Theodorico, duas exstruit ecclesias, prædicat, *f*

2 In qua insula S. Condedus ædificavit ecclesiam in honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ et alteram in honore apostolorum Petri et Pauli; in qua et memoriam constituit B. Walarici *f*. Ubi sanctus seipsum macerando constringebat et confluentium ad se turbas suavi fovebat eloquio, pandens de thesauro sui cordis nova et vetera.

adversus vulpem et in navicula erigenda miraculose juvatur;

3 Morante igitur ibidem sancto viro, bestia subdola et insecutrix avium vulpes, gallum diei nuntium viri Dei concite præripiens, ad suum remeavit
B antrum. Quam cum ingredi omni conatu niteretur, nihilominus ante ostium speluncæ immobilis mansit, nec multo post, quasi sui reminiscens facinoris, alitem invita ore tulit, et, exspectantibus, ad eundem de quo ipsum sustulerat locum, reduxit. Alio quoque tempore, dum ob viri Dei compendia lintris in eadem fabricaretur insula, contigit ut hominum deesset copia, qui eam ad fabricandum erigeret. Quam vir Domini divino juvamine tam cito erexit solus ac si multorum hominum viribus levaretur.

moritur et prius in insula, dein Fontanellæ sepelitur.

4 In dicta igitur insula sanctissimam et contemplativam vitam agens, bonisque operibus indesinenter insistens, postquam incolatum mundi diutius prolongatum, æternam migravit ad vitam 12 kalendas Novembris; sepultus in ecclesia Apostolorum, quam ipse construxerat. In meritis ejus multa præstita sunt poscentibus beneficia. Post multum vero tempus translatum est corpus S. Condedi in monasterio Fontenellæ et in ecclesia B. Petri
h apostoli positum *h*.
C

ANNOTATA.

a Sunt qui existimant, *inquit Mabillonius* (1), hic designari locum, ubi nunc oppidum S. Walarici in Caletis ad littus Oceani positum cernitur. An potius Fons S. Walarici prope Leuconaense monasterium, ubi et ipse Walaricus in cellula diu reclusus vixit? *De oppido S. Walarici in Caletis* (*S. Valeri-en-Caux*) *plura disserit du Plessis* (2); *animadvertemus tantum id ad orientem Fiscamni jacere, duodecim fere a Rotomago leucis, et parvum ibidem esse portum.* Leuconaense ad Fontem S. Walarici (*S. Valeri-sur-Somme*) *monasterium situm erat in Pontivo seu diœcesi Ambianensi. Potius hic aliquandiu versatum esse* S. Condedum *non immerito propter* fontis *nomen dixisse videtur Mabillonius.*

b S. Condedum *se Fontanellensibus monachis aggregasse et paulisper apud eos versatum et dein profectum esse ostensum est in Commentario num.* 7. A *Hæc omnia non sapiunt stabilitatem Benedictinæ professionis, sed potius referunt primævam monachatus rationem seu* facilem *illum* ac promiscuum invicem transitum mutuumque commeatum professionum et cœnobiorum, *quem primus animadvertisse videtur Possinus* (3). *Quam annotationem pugnare fateor cum his quæ Mabillonius in Præfationibus ad sæcula Benedictina sæpius de Fontanellensi monasterio disputavit; ast numquam omnibus eruditis placita sua probavit; adeoque quis* S. Condedum *Benedictinum faciat? qui priusquam veniret in Galliam jam de monastico statu (utpote eremita) esset, qui dein ad Fontanam S. Walarici monachis nequaquam Benedictinis convixerit; qui se postea qualicumque vinculo conjunxerit cum Fontanellensibus, eosque brevi deseruerit, vitam apostolicam asceticæ sociaturus.*

c *Multa de hac insula habes num.* 8 *Commentarii prævii.*

d Nunc, *inquit Mabillonius in sæculo* II *Benedictino,* vernacule *la forest de Bretonne,* quasi dicas silvam Brittonis, quod eam S. Condedus Britto incoluerit : *conjectura parum probabilis. Ordericus enim Vitalis vocat eam latine* silvam Brotonam (4), E *D. Bouquet* (5) la forest de Brotone, *Casini* (6) Brotonne, *qui et castellum seu prædium exhibet nomine* Brotonne; *Valesius* (7) *insuper animadvertit vicum* Hagam Brotonæ *dici la* Haie du Routot, *et* Capellam Brotonæ la Chapelle de Bretot. *In quibus omnibus* Brittonis *Mabillonianinullum vestigium. In silva Brotonæ seu (ut tunc dicebatur) in Arlauno foresto* prædium *regium,* fiscum *seu* palatium, *imperantibus Merovingicis, exstitisse patet ex hoc loco, multoque copiosius ex his, quas nuperius collegit cl. v. Cardin* (8), *quærens significatum particulæ, multis præfixæ nominibus,* ar; *quam latinæ* super, juxta *æquivalere æstimat. Quid autem* launum? *in quam vocem multa desinunt nomina, quæ partim indicavit noster Alexander Wilthemius* (9). *An idem quod celticum* lann, *domus, templum?*

e *De his cfr Commentarius prævius, num* 3 *et* 7.

f *Du Plessis* (10) *et secundum eum Galliæ christianæ scriptores narrant tres ecclesias a* S. Condedo *exstructas fuisse; aliter utraque Vita, et de Foy* (11). *S. Walarici enim memoria seu oratorium in ecclesia erat SS. Petri et Pauli.*

h *Quæ ad ejus sepulturam et translationem attinent, habes in Commentario prævio num.* 10 *et seqq.* F

VITA S. CONDEDI

PRESBYTERI ET EREMITÆ,

Ex Ms. Rubræ Vallis collato cum editione Mabillonii.

Translato igitur *a* ad cælestia regna sancto patre Wandregisilo post multiplices sæculi labores, et in loco regiminis monasterii Fontanellæ subrogato venerando Lamberto * abbate *b*, eodem tempore sanctus presbyter et anachoreta Condedus, genere Britto, natus in Oceani insula Britannia *, qui quon-

S. Condedus, *eremita Britto, prius ad S. Walarici,* *a*

* *M.* Lantberto

(1) Sæc. II Bened. pag. 862, not. *a*. — (2) Descript. de la Normandie, tom. I, pag. 109 et 110. — (3) Cfr Exam. hist. et canon. de regul. et sæc. cler. jur. et off. pag 160. — (4) Ap. D. Bouquet, tom. XII, pag. 740. — (5) Ibid. ad marg. — (6) In mappa F. 6. — (7) Notit. Gall. pag. 257. — (8) Mém. de la société des antiq. de l'Ouest, tom. X, pag. 588 et 589.—(9) Lucilburgensia, sive Luxemb. Roman. lib. VI, cap. 6, pag. 227. — (10) Descript. de la Normandie, tom. I, pag. 85. — (11) Notice des diplômes, des chartes et des actes relatifs à l'hist. de France pag. 82.

dam

AUCTORE ANONYMO.

dam Albion nomen fuerat, arctioris vitæ ardore succensus et peregrinationis amore incitatus, et sanctorum conversatione instigatus, relicta præfata insula, propria scilicet patria, ob cælestis patriæ amorem, Galliarum devenit in partes : ac primum, postquam Oceani æquor transvectus esset, in loco, qui vocatur Fontana Walarici, aliquot annis dulcissimos contemplationis fructus, sæculo nudus, Deoque plenus, solitaria quotidie hauriebat conversatione.

* *M.* Britannica.

b

dein veniens Fontanellam, divinitus manifestatur,

2 Ediscens autem fama pervolante sancti patris Lamberti cœnobii Fontanellæ congregationem non minus cæteris religionis venustate clarescere, disposuit anima eorum se unire consortio. Eo deinde relicto loco, mare ingressus, ac divina comitante gubernatione prospero cursu actus, nec mora, ostio appulit fluvii Sequanæ, atque secunda navigans aqua ad Arelaunum regium * prædium pervenit; illicque velis depositis, in portu ejusdem prædii consedit. Cumque apud quandam religiosam matronam *c* hospitandi gratia divertisset, aliis in eodem prædio belluino more viventibus, nec eum recipientibus, postquam * indulta corporis necessaria, ac divinas decantatas laudes quieti membra dedisset una cum aliquibus discipulorum in domuncula sibi deputata, præfata mulier fidelis intempesta noctis quiete interrumpens torporem somni, aperiensque fenestram cubiculi, aspicit subito supra tectum, in quo miles Christi requiescebat, pharum igneum * miræ magnitudinis, alta cæli sublimiter scandentem *. Patet namque cujus vir iste spiritu * plenus fuerit, nimirum illius qui in deserti loco populum gradientem XL annis in columna nubis per diem, et in columna ignis præibat in nocte.

* regium *deest ap. M.*

c

* *M.* post

B

* *M.* pharam igneam.

* *M.* scandere

* *M.* sp. v. i.

recipitur a S. Lamberto abbate,

d

3 Venit quoque vir sanctus ad monasterium Fontanellæ, et post orationes ad Dominum, et salutationes fraternas et colloquia spiritualia, cum omnis humanitas, ut monastica dictat norma *d*, eidem viro sancta cum suis omnibus fuisset exhibita, quos veluti angelos S. Lambertus susceperat abbas, atque aliquot diebus in præfato moraretur cœnobio, ac tantorum patrum dulcibus frueretur alloquiis, demum beatus Condedus, votum sui cordis aperiens, dixit : Non satis sibi videri in religionis sanctitate solum sudare, si non et aliis quoque in prædicatione et exemplorum lumine radiando prodesset. Denique ad consulta præfati patris Lamberti locum aptum suæ devotioni ac religioni humiliter perquirendum deliberabat. Tunc cum benedictione et permissu prædicti patris ad fluvium Sequanæ regressus, ac navim ingressus, navigabat in insulam vocabulo Belcinnacam, vicinam fisco Arelauno, quæ undique ambiebatur fluvio Sequanæ. Quam de navi egressus lustrando circuibat amœnitatemque ac secretum loci attentissime mirabatur, orans cunctipotentem Dominum, ut ipsum locum suo clementer largiri dignaretur famulo.

C

insulam Belcinnacam obtinet a rege Theodorico III;

4 Sequente autem nocte admonitus fuerat in visu divina revelatione Theodoricus gloriosus rex, filius scilicet Clodovei regis et Balthildis reginæ, qui ipso in tempore in saltu Arelaunensi exercitio autumnalis venationis insistebat, ut servum Domini in præfata insula consistentem cum summo honore susciperet, et quod multorum populorum esset doctor futurus, nihilque ei negandum esse quidquid ab eo postulasset. Qua fatus rex visione certus, extemplo ad eamdem insulam pervenit, et cum gaudio et honore summo eumdem servum Domini suscepit : et ut cognovit in eo fidei fervorem, religionis devotionem, sapientiæ plenitudinem, secundum ejus sanctam petitionem præfatam insulam Belcinnacam per privilegium suæ auctoritatis perpetualiter eidem tradidit possidendam sub perenni tutela ac defensione : ut tam ipse quam posteri ejus monachi videlicet in eodem loco consistentes, nullius infestatione, aut inquietudine turbarentur : quatenus, malorum incursu remoto, pro se totiusque regni sui pace libere Domini implorarent pietatem. Largitus est etiam præfatus rex in eodem privilegio eidem servo Domini a plaga Orientali sive Aquilonari contiguos ejusdem insulæ agros et prata amœna cum saltu densissimo, in quo greges aprorum et cervorum abundantissime omnibus commorantur temporibus, eo quod frugiferis arboribus plurimum stipata constet, quæ competentem et fertilem sine defectu hujusce * generis animalibus indeficienter victum præbent. Est etenim aptissimus locus omnis generis animalibus nutriendis, quamquam et aliorum compendiorum in multis probetur utillimus : quem locum antiquitas Lutum appellari censuit, eo quod hyemis sive hiberno tempore ex inundatione fluvii Sequanæ quædam in eo reperiantur loca palustria et stagnosa *f*. Est enim longitudinis trium millium, cum in latitudine mille quingentis passibus terminetur.

D

* *M.* hujuscemodi.

f

describitur hæc insula:

5 Præfata quoque insula Belcinnaca, quæ, ut supra dictum est, undique in gyro * ambitur fluvio Sequana, tantum quietis ac silentii intra se retinet, ut omne desiderium eremi anachoreticam vitam desiderantibus penitus auferri videatur. Piscium autem tantam copiam emanat a mari et Sequana ubertim per disposita tempora, ut piscatoribus aliorum fluminum profunda rimantibus, nisi visu didicerint, incredibile auditu videatur *g*. Hanc unda marina tempore malinæ ac lidonis ter per revolutionem diei ac noctis undique ambiendo invisere non negligit, quæ tanto sui vigoris impetu agitatur, ut ultra hanc insulam ad Orientalem plagam LX millibus per lympham Sequanæ retrorsum incedens *h* usque ad locum qui dicitur Pistas *i* accedat : cum mari usque ad hanc insulam lymphaticum iter triginta fere millibus æstimatur *. Sicque hoc rheuma, quod de umbilico sive charybde maris egreditur bis in die fluctus absorbet, et rursum evomit : sicut per universa Sequanæ littora accedentibus ac recedentibus fluctibus celeritate nimia fieri comprobatur. Quæ tam subitis inundationibus supplentur, ut qui forte aliquantulum introrsus a littore repertus fuerit, evadere vix possit. Videtur enim fluvius * cursu velocissimo sursum versus * relabi, et in modum procerissimarum arborum in altitudinem cum maximo rugitu subrigi, ac per multorum millium spacia fluminis lymphus in amaritudinem verti. Hæc de rheumate et situ loci, ac inundatione fluminis dicta sunt *.

E

g

h

i

* *M.* æstimetur.

F

* *M.* fluctus

* *M.* versus sursum.

* *M.* sint

duas ibi condit ecclesias

6 Nunc ad viri opera largiente Domino revertamur. Ingressus namque vir sanctus cum auctoritate regiæ largitionis præfatam insulam, ædificavit in eo basilicam in honore Sanctæ Mariæ perpetuæ virginis : alteram quoque in nomine beatorum apostolorum Petri et Pauli, in qua et memoriam constituit sancti confessoris Walarici. O quam felix et beata insula Belcinnaca, belluarum quondam nutrix, nunc quoque servorum Christi secretissima quies! Hic namque vir sanctus, fervore sanctæ conversationis accensus, arctiore animi studio se ipsum macerando constringebat, et confluentium ad se turbas suavi fovebat eloquio *, pandens de thesauro sui cordis nova et vetera.

* *M.* alloquio

hæc et alia bona legat Fontanellensibus;

7 Præfatam quoque insulam, quam largitione regis adeptus fuerat, tum universis rebus ad eam pertinentibus, sed et aliquas possessiunculas, quas eidem quidam prædives, ac nobilis Schiwardus dono

A dono perenni contulerat sub anno tertio præfati regis, qui erat Lamberti abbatis annus nonus, per testamenti seriem ditioni præfati cœnobii Fontanellæ perpetuo jure tradidit possidendas. Quarum possessionum ista sunt nomina : Campellos, quam ei præfatus Schiwardus ac reliqui viri locupletes contulerant. Item aliam possessiunculam Geldulfiacas nomine : simili modo etiam mansum in loco nuncupante Aolciaco super fluvio Sedanna cum molendino. Acta fuerat hæc largitio die decima mensis Octobris, quod est VI Idus Octobris *k*. Item vero anno VII Theodorici regis * aliam dedit largitionis auctoritatem de præfatæ insulæ monasterio, et rebus ibidem pertinentibus, quæ celebrata erat in cœnobio Fontanella sub anno septimo regis Theodorici, gubernante anno secundo sancto * Ansberto Fontanellense cœnobium; quoniam vir Domini Lambertus præsulatum jam susceperat ecclesiæ Lugdunensis, sicut in ejus gestis plenissime scriptum constat. Aderat quoque illustris Waratto major domus regiæ in Fontanello cœnobio, quando harum rerum largitio a præfato sancto viro condita fuerat; qui etiam et consensit, et manus suæ signaculis roboravit : aliique viri nobiles nonnulli, B quorum nomina in præfata nunc usque continentur largitione. Brandulphus presbyter hujus testamenti conscripserat auctoritatem. Aderant præterea Conomailus *, Zacheus et Joannes, discipuli præfati viri Sancti Condedi, qui etiam olim cum eo de transmarinis advenerant partibus. O felix terra quam militis Condedi illustravit præsentia! Membra sua quotidie mortificabat, hostiam vivam semet ipsum Deo exhibuerat, divina præcepta omnimodis adimplebat : digna etiam templa Deo ædificavit.

k
* *M.* re. The.
* *M.* Beato
* *M.* Cinolaibus

vulpes furtum restituit;

8 Morante autem in eodem loco viro sancto, bestia subdola et insecutrix avium, anfractuosa vulpes alitem hominis Dei, diei videlicet nuncium, qui etiam a Gallis vocatur gallus, furtim præripiens, ad suum concite remeabat antrum. Quod cum ingredi omni conatu niteretur, nihilominus ante ostium speluncæ immobilis mansit. Nec multo post quasi sui reminiscens facinoris, alitem invita ore tulit, et spectantibus * plurimis ad eumdem, de quo ipsum sustulerat, locum revexit. O sacerdotis istius inclyta merita! quæ et verbis * et miraculis coruscant, cui etiam mutæ obtemperant bestiæ.

* *RV.* expectantibus.
* *M. add.* fulgent

miraculum lintris;

9 Alio quoque tempore, dum ob viri Dei compendia lintris in eadem fabricaretur insula, contigit ut hominum deesset copia, quæ eam ad fabri- C candum erigeret. Quam vir Domini, divino jutus * juvamine, tam cito solus erexit, ac si multorum hominum solatio viritim * elevaretur. Ecce qui olim ex pastore ovium fecit psalmistam, demum Condedum exulem egregium reddit agonithetam; qui armentarium caprariumque Amos ficamina * vellicantem elegit in prophetam, Condedum postmodum in ecclesia catholica micantem accendit lampadem. Daniel olim vitæ merito leonum rabiem vicit in lacu, et Condedus, anachoreticam eligens vitam, hostis antiqui laudabiliter superat machinamenta. Helias curru igneo in cælum rapitur, et Condedus, certamine viriliter expleto, angelorum agminibus fultus in cælo collocatur.

* *M.* fultus
* *M.* virium
* *M.* sycamina

prima sepultura;

10 In eadem ergo insula contemplativam vitam agens, bonisque operibus sine defectu insistens, post incolatum mundi diutius prolongatum ad æternæ felicitatis migravit requiem die XII calendarum Novembrium : sepultusque erat venerabiliter in ecclesia Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quam ipse dudum construxerat, in qua multa fiebant orationibus ejus * beneficia; et laudabatur ibi ab omnibus nomen Domini Jesu Christi, cui est cum æterno Patre et Spiritu Sancto virtus et honor * imperium et gloria per cuncta sæcula sæculorum. Amen.

AUCTORE ANONYMO.
* *M.* ejus in oratione
* *M. add.* nomen

secunda sepultura.

11 Expletis vero multorum annorum * curriculis post obitum sancti viri, eadem insula a rheumate maris attrita ac collapsa *; translatum erat inde a fratribus sancti cœnobii Fontanellæ corpus sancti viri, et positum in ecclesia S. Apostoli Petri juxta oratorium sancti Martini ad plagam meridianam; scriptumque epitaphium hujusmodi supra tumbam ejus :

* *M.* mu. an.
* *M. add.* est

Extitit in Gallis meritis dignissimus olim,
  Cujus membra sacra hic tumulata jacent :
Nomine Condedus, virtutum flore coruscus,
  Pro quibus in cælis nunc viget eximius.
Qui, Theodorico Francorum sceptra regente,
  Rura Britannorum transvena deseruit.
Gallorumque adiit partes, lux Christicolarum.
Insula hunc Sequanæ, quæ Belcinnaca vocatur,
  Curriculis multis pavit et hinc sepelit.
Cujus sacratos cineres post tempora longa
  Egregio cultu turba sacrata tulit; E
Fontanellensi tumulans in cespite pulchro.
  Nunc ibi poscentes muneribus cumulat.

ANNOTATA.

a *Diceres huic Vitæ aliquem fuisse prologum : nonnihil mirum Vitam S. Eremberti, aliquando cum* S. Condedo *unius sepulturæ consortis, eodem incipere modo* (1). *Cæterum quum hæc Vita plerumque cum præcedenti conveniat, annotata illi apposita ad hanc quoque fere pertinent.*

b *Cfr num.* 9 *Comm. præv.*

c *Nihil de hac matrona neque in diplomate Theodorici III, neque in præcedenti Vita.*

d *Intelligitur Regula S. Benedicta, in qua cap.* 55 *hæc, quæ hic fiunt, erga hospites præcipiuntur. Similia in S. Columbani Regula non reperiuntur. Controvertitur an ante ante* 689, *quo S. Ansbertus concilium Rotomagense celebravit, observaretur Fontanellæ S. Benedicti Regula. Sed ne dicas ex hoc* S. Condedi *loco controversiam dirimi, obstat hic non servari quæ capite* 61 *ejusdem regulæ jubentur :* De monachis peregrinis qualiter suscipiantur; *multoque minus quæ capite* 58 de disciplina F suscipiendorum fratrum.

e *Ipsum diploma recitatum et expensum num.* 5 *et seqq. Commentarii prævii.*

f *Du Plessis* (2), *autumans Mabillonium eamdem originationem e sua penu proposuisse in Annalibus* (3), *eum culpat; adstruens* lutum *potius corrupte scriptum pro* loto, *qua voce Celtica domum aut mansionem significari* (4).

g *In Vita S. Hermelandi, qui ineunte sæculo* VIII *obiit, leguntur verba ita similia, ut plane alter biographus descripserit alterum. Vide qui num.* 15 *S. Hermelandi abbas laudator de Antro, Ligeris insula* (5) : Piscatoribus autem circa se tam plurimam COPIAM PISCIUM præbet et EMANAT A Ligere ET MARI, UBERTIM ibi PER DISPOSITA TEMPORA vicissim plurimi generis munera sua fundentibus, UT PISCATORIBUS ALIORUM FLUMINUM PROFUNDA RIMANTIBUS, NISI VISU DIDICERINT, INCREDIBILE AUDITU VIDEATUR. Non itaque vulgi in ea perstrepunt voces, sed solum avium diversarum circa eam audiuntur melodiæ; inter quas

(1) Act. SS. tom. III Maji, pag. 390. — (2) Descript. de la Normandie, tom. I, pag. 85. — (3) Lib. XVI, num. 30, tom. I, pag. 484. — (4) Descript. de la Normandie, tom. I, pag. 8 et 85. — (5) Act. SS. tom. III Martii, pag. 579.

citharœdi

A citharœdi olores dulcia fundunt modulamina cantus. Tantum namque QUIETIS SILENTIUM IN SE RETINET, UT OMNE DESIDERIUM EREMI ANACHORETICAM VITAM DESIDERANTIBUS PENITUS AFFERRE [a] VIDEATUR.

[a] auferre

h *Atque his similia sunt quæ in Vita S. Hermelandi habes num.* 15 (1): Sunt nonnullæ insulæ tribus ab hac urbe distantibus millibus, hujus amnis (*Ligeris*) vallatæ lymphis, quas etiam bis vel TER PER REVOLUTIONEM DIEI AC NOCTIS UNDA MARINA UNDIQUE AMBIENDO INVISERE NON NEGLIGIT : QUÆ TANTO SUI VIGORIS IMPETU AGITUR, UT, ULTRA HANC urbem AD ORIENTALEM PLAGAM septem MILLIBUS ictum RETRORSUM convertens Ligeris, vim inundationis suæ ubertim diffundat. *Sponte hinc nascitur quæstio uter anterior sit seu alteri præiverit. Equidem arbitror S. Hermelandi biographum præluxisse scriptori* S. Condedi *Vitæ; ille enim, utpote styli tractandi multo peritior et copiosior, non indigebat alienis laciniis; dein hæc in ejus scriptione nequaquam speciem habent insuti panni, sed ipsi orationis telæ videntur intextæ : contra in* S. Condedi *Vita commissuræ facile deprehenduntur; et demum, ut initio Commentarii prævii monui, exstat altera Vita* S. Condedi *a qua hæc omnia absint, et cui hæc implexa fuerint. De* malina *et* lidone, *seu de majori et minori æstu, de quibus hic quoque in* S. Condedi *Vita sermo est, satis dixit Henschenius in Annotatis ad Vitam S. Hermelandi* (2).

i Pistæ, *vulgo* Pitres, *vicus ad confluentem Sequanæ et Andellæ, juxta Pontem Arcæ in præfectura Auturæ* (Eure) *et diœcesi Ebroicensi, conciliis Pistensibus perquam celebratur.*

k *Dictum est de diplomate, quod hic describitur atque etiam de sequenti in Commentario prævio num.* 9. *De testamentis veterum monachorum multa præclara habet R. D. Carrière in Tractatu de Jure et Justitia. Loci, qui hic indicantur, mihi incogniti sunt.* Sedanna *fluvius, vulgo* Saane, *ad lævam Deppæ* (Dieppe, Seine inférieure) *et ad dextram S. Walarici in Caletis* (S. Valery en Caux), *in Oceanum influit. Quid vero sit* Aolciacum super Sedannam *ne ope quidem Mapparum Cassini reperio.*

(1) Acta SS. tom. III Martii, pag. cit. — (2) Ibid. pag. 580, ann. *b*.

B D E

DE SS. GEORGIO, JOANNE, JULIANO

ET SOCIIS

SEU DE SEXAGINTA MARTYRIBUS HIEROSOLYMITANIS

SUB SARACENIS

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ unicus. SS. Martyrum Acta; vitæ tempus; martyrii occasio; bellum inter Solimanum et Leonem Isauricum; cultus in ecclesia S. Stephani Hierosolymis; hujus templi fata.

C

CIRCA ANNUM DCCXXIII. *Innotuere hi Sancti ex versione latina deperditi codicis græci;*

Inter decessorum nostrorum reliquias, quas nunc Bibliotheca Burgundica seu regia Bruxellensis servat, reperimus latinum apographum sæculo superiori ignota manu scriptum, in cujus fronte notatur : Ex pervetusto codice Petri Seguierii, cancellarii Franciæ. *Continet id Passionem seu Martyrium sanctorum sexaginta recentiorum martyrum qui in sancta urbe Christi Dei nostri Hierosolymis sub Arabum tyrannide fidem confessi sunt et quorum ad S. Stephani ædem frequentabant solemnem diem religiosi Hierosolymitani (ut ibidem num.* 10 *traditur) die vigesima prima mensis Octobris. Verumenimvero id apographum versio tantum est, adeoque Seguierii codex græcus fuerit oportet, non latinus; quum in margine apographi illius plura notentur menda in græcis vocabulis, pleraque ex itacismo orta, quæ et corrigi ibidem jubentur. Præterea ipse ille codex græcus in manibus decessoris nostri Buei fuit; versionem enim aliquot in locis, ubi devius esset interpres latinus, castigavit et similiter verba græca aliquot indicavit mutanda. Ast quo nunc abiverit ille codex plane nos latet; ita ut ne vestigia quidem supersint, quibus ad eum iterum inveniendum dirigamur. Quum tamen ille, qui apographum illud scripsit seu potius versionem paravit latinam, certo certius (ut ex aliis ejusdem manus schedis manifestum est) literas græcas coluerit, quumque præterea versionem hanc cum textu græco contulerit Bucus, habemus sane unde aliquantum placetur amissi codicis græci desiderium.* F

græcum vero textum parandum curarat ex Syriaco Joannes quidem monachus, fors Damascenus.

2 *Cæterum ipse textus græcus non est primigenia de his SS. Martyribus lucubratio; sed, quemadmodum num.* 11 *Joannes quidam monachus ipsemet adscripsit, quum hanc Passionem Syriace legisset, rogavit aliquem qui eam græce interpretaretur. At quis ille* Joannes, tenuis monachus, in humili cella sua inclusus *atque hujus parandæ interpretationis consiliarius et auctor? An Joannes Damascenus, qui toties in scriptis solo* Joannis monachi *titulo designatur* (1); *qui in sanctorum cultu promovendo multus fuit; qui, utpote Damascenus et aliquandiu Califæ consiliarius seu protosymbulos, non græcam tantum sed et arabicam et syriacam linguam calluerit oportet; qui, priusquam in lauram S. Sabæ secederet, Hierosolymam pie peregrinatus est, eoque sane post susceptam monasticam lanam sæpius rediit, quum et postea presbyter creatus sit a patriarcha Hierosolymitano* (2); *et qui tandem intra id vivebat temporis spatium,*

(1) Cfr Maï, Spicileg. Rom. tom. V, præf. pag. XIV et 340; vel Act. SS. tom. VIII Oct. pag. 854. — (2) Cfr Vita S. Joannis

A *spatium, quo confecta est interpretatio illa græca? Hæc totidem indicia esse negarit nemo; verumtamen quum Joannis nomen et monastica professio tam communia fuerint omni ævo, suspicari quidem ausim Joannem Damascenum designari, nequaquam vero definire.*

Difficultatibus aliquot laborat hæc Passio;

5 *Verum quiscumque ille demum hæc Acta græce interpretanda curarit, eorum non flocci facienda videtur fides, quum antiqua sint et in illis ipsis conscripta plagis, in quibus res gestæ fuerunt. Habent tamen loca difficilia; quæ si non plane extricare, indicare saltem possumus. Videlicet num.* 4 legitur primis Arabum tyrannidis temporibus erupisse quidam tyrannus, nomine Solomon, filius Anactoduli, Romanum imperium devorare; et iter aggressus, Romanæque regionis campum quemdam assecutus, inibi exercitum subsidere jussisse; *num.* 5 re comperta, imperator Leo præcepisse ut aquarum, quæ a longinquis et vicinis fontibus manabant, undique effusarum copia scelestus obrueretur; *dein pactum initum inter Leonem et Solomonem de induciis septennalibus; sub quarum finem, ut num.* 6 *traditur, sanctissimi martyres, iter adhuc tutum arbitrati, Hierosolymas peregrinati erant; sed in reditu*

B *intercepti a Saracenis, et prius Hierosolymam, dein Cæsaream, et demum denuo, ut num.* 9 *habemus, Hierosolymam reducti, hic tandem pro Christo vitam suam in cruce posuerunt; sepulti dein, ut num.* 10 *perhibitum est, ad ædes S. Stephani in suburbiis. Hæc Passionis seu Actorum summa.*

Non Solimani et Leonis Isaurici simul regnantium tempus et obsidio Cpltana,

4 *Porro* Solomon, filius Anactoduli, *non est alius quam Soliman, califa XII et filius Abdelmaleki, cujus nomen ad verbum per* Anactodulon *rite exprimi nemo, qui vel a longinquo orientales literas salutarit, ignorat. Abdelmalek autem califatum obtinuerat anno Christi* 685, *eumque cum vita posuerat anno* 705, *successorem nactus filium natu maximum Walid I; eoque mortuo mense Februario anni* 715, *alium filium, nempe illum ipsum Solomonem, seu Solimanum, de quo in Passione nostra sermo est et qui vitam exuit die* 5 *aut* 8 *Octobris anni* 717 (1). *Leo vero imperator, cognomine Isauricus, die* 25 *Martii anni* 717 *diadema cinxit; quod retinuit usque ad diem obitus,* 18 *Junii anni* 741 (2). *Ex quibus sequitur Solimanum et Leonem simul, illum Bagdadi, hunc Constantinopoli, imperasse sex tantum menses, videlicet a die* 25 *Martii ad* 5 *Octobris anni* 717. *Quocirca, si presse verbis inhærendum foret, obsidio,*

C *de qua in Passione num.* 4 *et* 5 *fit mentio, et statutæ septennales induciæ intra semestre istud spatium locum occupare deberent, et consequenter dicendum foret agi de obsidione Constantinopolitana, quæ medio anno* 717 *inchoata est et dein, etiam post Solimani mortem, producta, tredecim duravit menses, adeoque inducias non Solimani, sed Omari II ejus successoris tempore factas fuisse. Verum in historia hujus obsidionis ex historicis Arabibus et Græcis quam accuratissime collecta* (3), *nullum de ullis induciis occurrit vestigium; contra omnia eo vergunt ut hæ excludantur. Adde nil simiiiter de ruptis aquæductibus aliisque id genus ibidem esse obvium; licet juxta Passionem referenda foret hæc res inter præcipua obsidionis adjuncta.*

sed obsidio Amoritana et usurpatio imperatoriæ dignitatis

5 *Alio itaque convertamur oportet. Et quidem priusquam Leo insignia imperatoria Constantinopoli induisset, jam integro anno ante imperator renuntiatus fuerat, dum Saraceni obsiderent Amorium, tunc temporis civitatem Galatiæ* (4). *Quum enim Muslima, califæ Solimani frater, ingenti cum exercitu invasisset Asiam, copias ille suas in tria divisit agmina : quorum primum, duce Omaro, maritimum teneret iter; secundum, præfecto Solimano quodam, Amorium operibus munitionibusque cingeret; cum tertio pone sequeretur Muslima ipsemet. Porro licet Amorii nullum militare esset præsidium, longam tamen obsidionem fore sensit Muslima, civium perspecta constantia. Quocirca, quum ad liberandam civitatem accederet Leo, coronam huic imperatoriam et pacem proposuit Muslima, arbitratus bellum civilem inter Theodosium, Constantinopoli imperantem, et Leonem, diadema usurpantem in Asia, oriturum, viresque Græcorum per discordiam dilapsuras. In Saracenorum itaque castra venit Leo et multa lætitia exceptus est. Qua re comperta, æstro quodam corripiuntur Amoritani, Leoni applaudunt eumque e summis muris et vallis imperatorem denuntiant. Civibus animos dein addi curavit Leo per episcopum seque ipse ex Solimani insidiis mira audacia eripuit. Dein quum exacerbati in Solimanum Saraceni obsidionem solvissent, Nicetam ducem cum copiis immisit Amorium : ita ut hanc civitatem frustra a se tentatum iri intellexerit Muslima, quum brevi post cum* E *tertio agmine illuc advectus est. Hic itaque similiter recessit, et in Cappadociam, suis armis obsistendi nesciam, declinavit. Interea de pace inter eum et Leonem sæpius actum, donec hic, Constantinopolim versus progrediens, Theodosium ad ponendum sceptrum coegit* (5).

AUCTORE V. D. B.

videntur in Passione indicari. Martyres hi ortu Amoritani videntur esse.

6 *Jam vero nil magnopere obstat quin ad obsidionem Amoritanam pertinere censeantur quæ in martyrum nostrorum Passione de civitatis cujusdam dimissa a Saracenis oppugnatione leguntur. Re quidem vera Amorium non ab Leone ipsomet sed ab duce Niceta defendebatur, nec ab Solimano califa, sed a Muslima præfecto militum interclusum tenebatur : ast quæ principes per alios faciant sæpe sæpius ab historicis ad ipsos principes transferri compertum est. Quod autem non legitur Muslima ante solutam obsidionem de induciis septennalibus cum Amoritanis pactus esse, id nos parum morari debet; quum paucissima de hac sciantur obsidione et certe nil legatur quo suadeatur de nullis conventum fuisse induciis. Cæterum in similibus probabilis conjectura qua solvantur difficultates, non argumenta quibus res ipsa stabiliatur, quærenda. Ea itaque conjectura ducti, arbitramur Muslimam, ab Amoritanis male habitum, septennales cum eis statuisse inducias, non quidem generales, sed* F *quæ civitatis incolis intra hoc temporis spatium liberum iter facerent per Syriam aliasque Saracenis parentes regiones. Certe nullæ fuere hoc ævo induciæ aut intermissiones bellorum, quæ ad universum pertinerent imperium. Amoritanos itaque ortu et civitate habemus nostros martyres, distinctos tamen a SS. Theophilo patricio, Melisseno, Aetio, Theodoro protospatario, Cratero, Callisto, Constantino et Basoë, qui medio sæculo* IX *seu tempore Theophili imperatoris ab Agarenis, consilio cujusdam apostatæ Amorio potitis, capti, in Syriam ducti, septennali carcere macerati, tandem capite cæsi sunt : de his jam dixere decessores nostri ad diem* 6 *Martii* (6).

Sepulti fuere Hierosolymis in ecclesia S. Stephani;

7 *Sepulti fuere sexaginta martyres Hierosolymis,* in suburbiis ad sacras ædes S. Stephani; *ubi eorum exuvias pie visitavit Joannes monachus, qui Passionis græce conscribendæ dedit consilium. Medio sæ-*

Damasc. cum notis Lequien, Opp. tom. I, pag. IX et seqq. et D. Ceillier, Hist. gén. des auteurs ecclés. tom. XVIII, pag. 110 et seqq.—(1) Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 472, Lebeau, Hist. du Bas empire, lib. LXXXIII, num. 19, tom. XIII, pag. 302, edit. Paris, 1770. — (2) Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 722 et 723. — (3) Cfr Lebeau, liv. LXXXIII, num. 18 et seqq. tom. XIII, pag. 297 et seqq. — (4) Act. SS. tom. I Martii, pag. 457.—(5) Cfr Le Beau, Hist. du Bas-Empire, liv. LXIII, num. 12, tom. XIII, pag. 284 et seqq.— (6) Act. SS. tom. I Martii, pag. 457 et seqq.; Cfr D. Ceillier, tom. XIX, pag. 566.

culo

AUCTORE V. D. B.

culo V *condiderat hanc ecclesiam Eudoxia, Theodosii junioris imperatoris misera conjux, quæ anno* 444 *Hierosolymas petierat, ibidem dein pietati et literis vacatura* (1). *Narrat scilicet Evagrius* (2) : Cum multis hujus generis hominibus (*monachis nempe Palæstinæ*) Theodosii conjux collocuta est, et multa ejusmodi monasteria, ut ante dixi, ædificavit : Jerosolymorum refecit mœnia eaque pulchriora reddidit. Templum exstruxit præterea ad memoriam sancti Stephani, primi et diaconi et martyris, splendore ac pulchritudine eximium (quod quidem non stadio ab urbe Jerosolyma distat); inque eo, simul atque ad vitam immortalem profecta est, condita fuit.

cujus fata explicantur.

8 *Quamdiu perstiterit hæc ecclesia dictu difficile. In antiquioribus peregrinationis Hierosolymitanæ descriptionibus tacetur sæpius. Verum aliquanto ante medium sæculum* XII *exstabat adhuc, ut testem habemus Jacobum de Vitriaco; qui, loca piu Hierosolymis vicina enumerans :* Ecclesia, *inquit* (3), beati protomartyris Stephani, in quo loco ipse a Judæis fuit lapidatus. *At sæculo* XV *pauca tantummodo vestigia supererant. Etenim in Felicis Fabri Evagatorio, quod anno* 1843 *e tenebris duxit Cunradus*
B *Dietericus Kassler, hæc habes* (4) : Paululum ab illa petra, *in qua Saulus lapidantium servavit vestes,* descendimus contra torrentem Cedron et ad locum venimus, in quo Stephanus fuit lapidatus... In illo loco quondam stetit ecclesia venerabilis, cujus tamen vix comprehendi possunt vestigia. Ad sinistram enim adhuc remanserunt aliqui muri. *Ineunte sæculo* XVII *ne vestigia quidem supererant :* Hisce temporibus, *inquit Quaresmius* (5), nulla exstat illius ecclesiæ vel sepulcrorum memoria : antiquitate omnia consumpta et demolita atque aliquæ ruinæ et fundamenta humo operta fuere : prope enim sanctum locum est ager. *Multo magis nulla ibi amplius SS. Martyrum memoria; et quidem eorum nomina aut festus dies non indicatur in Menologio seu potius Synaxario Hierosolymitano sæculi* X, *quod anno* 1823 *Bonnæ Augustinus Scholz edidit* (6), *et multo minus in Kalendario festorum propriorum ecclesiæ Hierosolymitanæ pro FF. Minoribus* (7); *sane quod festivitas eorum omnino propria esset ecclesiæ S. Stephani.*

MARTYRIUM

C

Sanctorum sexaginta recentiorum *a* Martyrum, qui in sancta urbe Christi Dei nostri Hierosolymis, sub Arabum tyrannide, fidem confessi sunt ;

Primum syriace scriptum, dein græce versum, atque hic ex græca versione latine repræsentatum :

a

Divinis monitis

Beati qui legem Dei diu noctuque sedulo meditantur ac custodiunt; ad rectam Christi Dei nostri fidem sine dubio perducentur, et in veritate ejus D ambulabunt. Auscultant enim, divino afflati Spiritu, David canenti : Viam mandatorum cucurri, cum dilatasti cor meum; et ipsi Domino scientiarum dicenti : Scrutamini scripturas, et requiem animabus vestris invenietis; et rursus : Petite, et dabitur vobis, pulsate et aperietur vobis, quærite et invenietis; qui enim petit, accipit, et qui quærit invenit, et pulsanti aperietur. Et in alio loco : Eum qui venit ad me non ejiciam foras.

instituti sexaginta SS. Martyres

2 Unde hi sancti sexaginta Christi Dei nostri præceptorum amatores et invicti martyres, generoso ortu conspicui, utpote archontum sanguine editi, pietatis soboles, parentibus videlicet Christi religione ac virtute commendatissimis prognati, a teneris unguibus sacras scripturas meditati, ac sedulo executi, omnes a sancto Spiritu ducti, hoc in semet-ipsis canebant : Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Et illud : Non timebo mala, quoniam tu mecum es : et quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.

pientissime vivebant;

3 In his et similibus instituti et educati, velut astra in mundo eluxere, verbum vitæ continentes, virtutibus proficientes, et bonis operibus coruscantes, castitate et corporis virginitate sese ornantes, et animi dotibus mores suos condecorantes; ita ut in ipsis impleretur hæc sacræ scripturæ dictio : Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Nam cum essent bonis ac piis operibus, pietate et recta fide pleni, justitiæ coronis, quas rapiunt martyres, digni habiti sunt, et regni cælestis hæredes renuntiati, ac participes eorum qui sæculo Deo placuere jure effecti sunt. Propter quam causam sacris eorum commemorationibus et annuis festis diebus dominicis Deus honoratur, et in sæculum sæculi honorabitur. E

quum a Solimano bellum paratam est
b

4 Primis Arabum tyrannidis temporibus, erupit quidam tyrannus, nomine Solomon, filius Anactoduli *b*, Romanum imperium devorare, ac gentis christianæ prædam agere, novamque ei juxta mentem suam et arbitrium servitutem invehere meditatus. Is cum omni studio exercitum suum instruxisset, atque artis bellicæ gnaros duces, gladiatores, sagittarios, satellites ac peditum vulgus in aciem excivisset, omnis generis arma subministrans, gladios, inquam, et hastas, clypeos et loricas, galeas et ocreas, arcus et sagittas, scuta et fundas, et cætera belli instrumenta coacervasset, iter aggressus, Romanæ regionis campum quemdam assecutus, inibi exercitum subsidere jussit, et milites duxit esse exercendos. F

adversus Leonem Isauricum et septennales induciæ statutæ:
c

5 Dum hæc gerebantur, religioso Romanorum imperatori *c* delata est contra illos expeditio, et quidquid parabatur. Re comperta, beatæ memoriæ Leo præcepit aquarum quæ a longinquis et vicinis fontibus manabant undique effusarum copia scelestum obruere. Hoc magna celeritate peracto, propter adversantem sibi casum inopinatum, imminente periculo, fluctuabat nescius quid acturus esset scelestus ac nefarius tyrannus. Quem cum rerum angustiis et animi auxietate constrictum vidisset quidam eunuchus, ex ejus satellitibus fidisque famulis solertissimus ac vaferrimus, rogitavit *d* ut sibi mandaretur adire tyrannum quem industria et conatu ex urgente angustia eriperet, et aquarum

d

(1) Art de vérifier les dates tom. I, pag. 403. — (2) Hist. eccl. lib. I, cap. 22. — (3) Hist. Hierosolym. cap. 67, Gesta Dei per Francos, pag. 1081, edit. Hanoveræ, 1611. — (4) Evagatorium Fr. Felicis Fabri in Terræ Sanctæ, Arabiæ et Ægypti peregrinationem, tom. I, pag. 370. — (5) Elucidat. Terræ Sanctæ, lib. IV, cap. 2, peregrinat. VIII, tom. II, pag. 295. — (6) De Menologiis duorum codd. Græc. commentatio, pag. 5 et seqq. — (7) Ap. Waddingum, Annal. Min. ad an. 1342, num. 49.

alluvie

A alluvie et in modum valli concretarum circumsessione liberaret. Tyrannus, qui magnum ejus animum expertum habebat, gaudio elatus, eunuchum delegavit, jubens quodlubet illi suppeditari, et quidquid negotio conducit, perficiendum committi. Mox dictus apostata, qui versutus et callidissimus legatus erat, cum Dei amantissimum ac piissimum imperatorem convenisset, multis supplicationibus suadet clementissimo ac benigno imperatori septem annorum inducias, ut incolumem servet tyrannum, utque mercatores utrarumque regionum ac provinciarum sine damno et impedimento inter se negotia communicent, et qui voluerint ad sacra Dei nostri loca adoratum ire, immunes et illæsi evadant. Jurejurando præmisso, mutuis sese votis obfirmantes hoc pactum inierunt. Tunc ergo aquas ex omni parte cohibentes, infelici Romanorum regionis aggressione, et funesta invasione tyrannum liberarunt. Hanc facultatem tutam arbitrati, mercatores utraque parte commeantes, nemine quoquam prohibente, negotia exercebant, ac multi Terram Sanctam, veneranda, inquam, Christi Dei nostri loca pro sua voluntate adoratum accedebant, et more cervorum ad fontes aquarum rapido cursu con-
B tendebant.

quibus finitis capiuntur 70 *perigini Hierosolymitani, et Cæsaream ducuntur;*

6 Anno ab inita pactione septimo, illuc bona fide perrexerunt septuaginta optimates, accensi desiderio amanda loca recolendi, quadrigis invecti et instructi armorum varietate, convenienti satellitum comitatu, mulis sarcina onustis, et multis pecuniis. Qui cum iter salvi confecissent, et sacris locis dona appendissent, et maximam rerum quas ferebant copiam pauperibus erogassent, et opima quæque eremi monasteria perlustrassent, et pia convivia ex æquo celebrassent, precibus sanctorum patrum ad cælum usque nitentibus more viatici recreati, in natale solum iter instituerunt, parentes et amicos revisuri; et ignari septem annorum pacti elapsi, ad Fontem Coloniæ *e* tribus circiter lapidibus a sancta Christi Dei nostri Urbe remotum pervenerunt. Degentes in sancta urbe Arabes, hoste, qui ab omni ævo bellum implacabile urget, instigante, in invidiam concitati, decretas ad certum tempus inducias invocarunt. Hos, utpote pacto antiquato, a tergo turmatim insequuntur, et corripientes completas esse inducias proclamant, ac Jerosolymas reductos in carcerem conjiciunt, donec
C Cæsareæ consuli, totam Palæstinam tunc temporis regenti, in eaque gubernaculi clavum tenenti, rem litteris renuntiaverint, scripto notum illi facientes præstitutum pacti tempus effluxisse. De illis cum suis rebus remittendis rescripsit; quos, cum in urbem primariam Cæsaream devenissent, in publico carcere inclusit. Extemplo scribit præsidi summariam contra illos capitis damnationem; sed talem rescribit epistolam, qua mandat illos a christiano cultu primum esse amovendos : Si morem gerant, arma cum equis mancipari jubemus, sed sine illos famulorum, mulorumque facultatem et copiam habere. Si vero detrectent, ac in fide sua perseverent, præcipimus illos tormentis et morte affectos, tandem cruci suffigi.

e

unde, multifariam tentati,

7 Acceptis his litteris, præses Cæsareæ, e carcere eductis Dei servis tyranni mandatum coram recitavit. Quo audito, una mente, una voce responderunt quasi ex uno ore clamantes : Sumus christiani, patrum nostrorum rectam fidem nequaquam abnegabimus, Patrem scilicet et Filium et Spiritum Sanctum adoramus; trinum in eadem substantia Deum colimus, in tribus singulis personis unam Deitatem veneramur, in qua baptizati sumus in peccatorum remissionem. Expectamus quoque ex mortuis resurrectionem, et futuri sæculi vitam, et actorum retributionem : hæc est vera confessio, præter quam non est vera fides. Ecce coram te hodie adsumus et nostræ facultates. Fac corporibus quidquid decrevisti, animas enim nostras, quarum potestatem non habes, in manus Dei commendamus. His auditis, Cæsareæ exarchus blanditiis, verborum lenociniis, et omni illecebrarum genere pelliciens, ac minis exterrens, cum sanctorum animum vincere conatus esset, et a fide in Christum divellere non potuisset, jussit illos cruciari, gladio occidi, et palo affigi.

AUCTORE V. D. B.

pro postulatione sua mittuntur Hierosolymam; ubi sepulcrum sibi emendum curant,

8 Tunc illum e sanctis tres inclyti, Georgius, Joannes et Julianus, his verbis compellarunt : Quæcumque manifesta possidemus, tua sunt, utpote tua mancipia; occulta vero nobis sunt reposita; quæ, si non prodamus, nec obtinueris. Si nostris votis annuas, ea tibi reseramus, et tu indistinctis omnibus perfruere. Excipiens præses retulit : Quæ sunt vestra postulata? Cui responderunt sancti Georgius, Joannes et Julianus his verbis : Rogamus te ut Jerosolymas nos reducas, et regis tui mandatum ante portas exsequaris, ubi fundamenta turris prophetæ David *f* locata sunt. Postulationi præses assensus est. Tum illi tradiderunt manifestas et E occultas facultates, exceptis quindecim nummis, quos Joanni pio viro Cæsariensi, qui visus fuerat ad voti confectionem idoneus, dono dederunt. Dicunt illi : Frater Joannes, benignitate divini auxilii in spem inducimur nobis juxta istius præsidis mandatum Jerosolymas reductis datum iri firmam in tormentis constantiam, nosque ibi dignos effectum iri coronis, quibus martyres decorantur. Tu igitur hoc ministerium accipe : eme nobis proprium locum in quo reponantur nostræ reliquiæ, donec jusserit conditor noster, et nova fiat resurrectio, et uniuscujusque operum retributio. Te mercedem recepturum esse de clementissimi Dei misericordia confidimus.

f

et in cruce moriuntur, tribus vita functis in via septem in apostasiæ suæ pœnam;

9 Tunc igitur sancti, juxta suum desiderium, præsidis jussu Cæsarea Jerosolymas reducti sunt. Dum in urbem revehuntur, tres ex illis in itinere vita cesserunt. Instante crucis supplicio, septem e superstitibus misellos ac stolidos invasit timor, qui, cum eadem die a fide descivissent, dyssenteria correpti intra paucos dies occumbunt, infelices præsenti ac futuro ævo defraudati. Sancti vero Christi martyres multis ac intolerandis cruciatibus cumulati, vivi cruci affixi sunt, et a lictoribus telis F undique confossi, ita ut nec ulla corporis eorum pars sine vulnere relicta sit. Hoc in tormento animas suas in manus Dei commendabant exultantes, imitati sanctos et principes apostolorum Petrum et Paulum, qui pro domino nostro Jesu Christo vero Deo nostro, et pro germana confessione venerandum suum sanguinem profuderunt, gratias agentes Christo Deo nostro; qui se dignos effecit bibendi calicem quem ipse pro nobis ebibit; qui suam post tres dies e mortuis resurrectionem, salutis nostræ formam et exemplum præbuit.

sepeliuntur et coluntur in ecclesia S. Stephani.

g

10 Dei amore flagrantissimus Joannes, cum Cæsarea Jerosolymas perrexisset, in suburbiis ad sacras ædes sancti Stephani *g* mercatus locum, cujus vicinum sancti exoptarant, post aliquot dies precibus impetravit ut corpora sanctorum sexaginta martyrum e cruce detraherentur, quæ in prædicto loco deposuit, ad memoriæ celebritatem et solemnem diem festum, quem frequentant religiosi Jerosolymitani die vigesima prima mensis Octobris in beneplacitum Dei, cui gloria et fortitudo in sæcula sæculorum. Amen.

h

11 Ego Joannes *h*, tenuis monachus in humili

AUCTORE V. D. B. *Eorum Passio, scripta syriace, græce vertitur, curante Joanne monacho,*

cellula mea inclusus, lectioni vacans, cum aliis Actis Martyrum hæc Acta Sanctorum sexaginta Martyrum Syriace legi. Digressus Jerosolymas sacra loca aliquanto post adoratum, de loco ubi quiescunt sancti percontatus, in illum deveni, et sacras sanctorum reliquias religiose complexus, ab his qui beneficio affecti sunt persuasus fui de curationibus, quæ illarum ope perficiuntur. Visum est tenuitati meæ orare aliquem, qui prædicta Acta græca faceret. Atque hic pro viribus, prout rogatus fuerat, illa interpretatus, mecum petit sanctorum sexaginta martyrum præsidium, et meredem a Deo horum compunctionem qui hæc Acta audiunt; illorum patrocinio, quibuscum det nobis Dominus et misericordia plenus Deus partem et hæreditatem in die judicii. Amen. Fiat.

ANNOTATA.

a Recentiorum martyrum, νεομαρτύρων, μαρτύρων τῶν νεοφανῶν *appellatione distinguunt Græci sanctos, qui fidem confessi sunt coram imperatoribus iconomachis vel principibus Saracenis.*

b *De Solomone seu Solimano dictum in commen-* B *tario prævio, num.* 4; *ibidemque de Anactodulo seu Abdelmaleko. Eodem numero et sequentibus conjecturæ propositæ fuere de expeditione atque obsidione quæ hic describuntur.* D

c *Leo Isauricus, qui primus contra sanctas imagines decretum edidit,* religiosus imperator *dicitur, titulo non cadente in personam, sed in regiam dignitatem. Similiter alii scriptores Bysantini eum* εὐσεβῆ *appellant, etiam cum ejus facinora pro meritis exagitant. Quem morem quum probe perspectum haberet Joannes Manuel Palæologus, hinc forte factum est ut in concilio Florentino vehementer flagitarit ne jura Romanorum pontificum ex ejuscemodi titulis definirentur* (1).

d *Rogitavit scilicet præfectum eunuchorum aut saltem aliquem ex præfectis mediis inter se et tyrannum seu ducem exercitus Saracenorum.*

e Fons Coloniæ, *tribus milliaribus ab Hierosolymis distans, videtur ad viam Cæsareensem fuisse; id forte nomen adeptus, quod Cæsarea Palæstinæ, ad mare sita, etiam* Colonia Romana *aliquando dicta est.*

f *Quaresmius* (2) *multis docet Turrim Davidicam eo in loco fuisse positam, ubi postea castrum Pisanum. Mahomedani etiamnum appellant* Bab nebi Dawud, turrim prophetæ David (3).

g *Vide de his Commentarium prævium numm. 7 et* 8.

h *Suspicari licet esse Joannem Damascenum de* E *quo dictum num.* 2 *Commentarii prævii.*

(1) Cfr Fleury, Hist. eccles. lib. CVII, num. 80, tom XXII, pag. 185, Paris, 1726.— (2) Elucidat. Terræ S. lib. IV, cap. 12, Peregrin. II, tom. II, pag. 68 et seqq. — (3) Cfr Scholz, Reise in die Gegend Zwischen Alexandrien und Parätonium, etc., pag. 271; Mislin, Les Saints Lieux, pélérinage à Jérusalem, pag. 349, etc.

DE S. MAURONTO, EPISC. CONF.

MASSILIÆ IN GALLIA

V. D. B.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. S. Mauronti nomen ad varios dies in fastis sacris. Tempus episcopatus et mortis.

C

ANNO FORTE DCCLXXXVI. S. Mauronti *nomen refertur in kalendariis ad* 12 *Junii,* 18, 20 *et* 21 *Octobris.*

S. Maurontum *abbatem S. Victoris et episcopum Massiliensem die* 18 *Octobris laudari a Castellano et martyrologis Parisiensi et Ebroicensi in præcedente volumine inter prætermissos monuimus; ubi et polliciti sumus nos de eo dicturos ad præsentem diem, quo Massiliæ colitur et in cælum migrasse dicitur in lectione sexta Officii proprii* (1). *Atque his promissis jam fidem facimus. Porro de eo in paucis fastis sacris fit mentio. In auctario Usuardo Greveniano ad hanc diem ejus celebratur memoria his verbis :* Maurunti episcopi Marsiliensis et confessoris. *Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum :* Massiliæ, *ait,* S. Mauronti episcopi ejusdem urbis; *quibus addit in annotatis :* Ex tabulis ecclesiæ Massiliensis quas nuper accepimus ab ea urbe. Corpus in templo cathedrali asservatur. *Hæc ille anno* 1625 : *quæ præluxere Saussaio anno* 1637 *Martyrologium suum Gallicanum edenti* (2), *quandoquidem etiam asserit* S. Mauronti *corpus in templo cathedrali servatum : quod non recte traditum esse inferius docebimus; interea id unum hic animadverti volumus, a Ferrario secundum tabulas Massilienses seu kalendarium diœcesanum ineuntis sæculi* XVII *reponi* S. Mauronti *festum ad* F *diem* 21 *Octobris, qua et sæculo proxime prælapso* (3) *atque nunc etiam celebratur : ita ut errasse censendus sit Antonius Ruffius* (4) *et secundum eum Dionysius Sammarthanus* (5) *quum ille anno* 1696. *hic anno* 1715 *scripsere* S. Mauronti *festum agi Massiliæ die* 20 *Octobris. Adde jam pridem receptum esse Massiliæ* S. Maurontum *non die* 20, *sed* 21 *vita functum esse : ita inscriptum in Massiliensis ecclesiæ Necrologio* (6); *ita traditum a Guesnayo in Cassiano illustrato* (7) *atque etiam in Annalibus provinciæ Massiliensis* (8); *quum manifestum sit siglas* 11 *ibidem poni pro* 21. *Atque his potius fides adhibenda quam fratribus Sammarthanis* (9), *asserentibus in veteri Necrologio cathedralis basilicæ notari obitum* S. Mauronti *ad diem* 18 *Octobris : licet eos* (*ut initio vidimus*) *secutus fuerit Castellanus exemploque suo Martyrologos Parisiensem et Ebroicensem in eamdem sententiam traxerit. Ex Yepesio* S. Mauron-

(1) Cfr tom. VIII Oct. pag. 281. — (2) In supplemento, pag. 1184. — (3) De Belsunce, Hist. des évêques de Marseille, tom. I, pag. 300. — (4) Hist. de Marseille, tom. II, pag. 17.— (5) Gallia Christ. tom. I, col. 640. — (6) Cfr Le Cointe, Annales ecclés. Franc. ad an. 804, num. 57, tom. VII, pag. 87. — (7) Lib. II, cap. 25, num. 43, ap. Cointium loc. cit. — (8) Pag. 241. — (9) Gallia Christ. tom. III, pag. 649.

tum

AUCTORE V. D. B.

A tum *sub* Mauri *nomine nuntiavit Menardus* (1) *ad diem* 12 *Junii; quem errorem jam castigavit Henschenius* (2) *et post eum Mabillonius* (3).

Variæ de ejus vitæ tempore sententiæ.

2 *Cæterum de* S. Mauronto *admodum pauca innotuere. Robertus, primus Galliæ Christianæ scriptor,* S. Maurontum *ignoravit* (4). *Qui ejus vestigia presserunt, Scevola et Ludovicus Sammarthani* (5) *ejus episcopatum annectunt anno* 780; *et jam ante Severtius* (6). *Guesnayus in Annalibus ecclesiasticis provinciæ Massiliensis* (7) *extendit* S. Mauronti *episcopatum ab anno* 768 *usque ad annum* 781; *in Cassiano autem illustrato* (8), *usque ad annum* 804. *Ruffius* (9) *satis habet ejus episcopatum ad ævum Caroli Magni, mortem vero ad annum circiter* 781 *referre. Cointius ejus episcopatum inchoat anno* 767 (10), *finitque anno* 804 (11) : *a qua sententia discedere non audet Dionysius Sammarthanus* (12). *De Belsunce* (13) *ejus episcopatus initia statuit post annum* 774 *finem ante mensem Martium anni* 781; *et demum Papon* (14) *eum in Massiliensi cathedra statuit ab anno* 767 *ad* 781. *Atque ex hac opinionum pugna satis superque manifestum sit oportet quam obscuro in negotio versemur : quod eo obscurum est magis, quo minus etiam convenit de præde-*

B *cessoribus et successoribus* S. Mauronti : *alii alios præponentibus et postponentibus, seu etiam intrudentibus et excludentibus : ita ut vix locus esse videatur, in quo tandem figas pedem.*

Ex Notitia, qua id innotescit, non expungenda

3 *Verumtamen aliquid conandum est. Imprimis certum est* S. Maurontum *circa annum* 780 *aut* 786 *Massiliensem fuisse episcopum et S. Victoris abbatem. Instrumento enim, quod inferius pro viribus explicare tentabimus, hæ adduntur notæ chronicæ :* Actum est enim die Mercoris VIII kal. Martii anno XII regnante domino Karolo indict. II. *Cointius et reliqui qui hæc de anno* 780 *interpretantur, emendarunt nonnihil hæc indicia; ita ut retineant tantum sequentia :* Actum est enim VIII kal. Martii, anno XII regnante domino nostro Karolo. *Rationes ita explicat Cointius* (15) : Annus duodecimus Caroli regis per mensem Februarium cum anno Christi 780, quia bissextilis, duplici litera dominicali, B et A, præditus fuit, B ante intercalationem bissexti, A vero post illam intercalationem. Dies igitur octavus ante kalendas Martias, cui præfigitur in kalendario litera D, anno Christi 780 dies Martis fuit, perperamque dies Mercurii seu *Mercoris* intrudebatur. Sustulimus et indictionem, quia nec indi-

C ctionis nota tunc usurpabatur a Francis, nec anno duodecimo Caroli regis per mensem Februarium conveniebat indictio secunda, cujus loco restituenda esset tertia, priori mense Septembri jam inchoata. *His omnino refragari nolim, quoniam, quocumque te vertas, certum est id diploma tricis chronologicis implexum esse. Malim tamen aliam viam inire qua ad annum* 886 *deveniatur.*

Vocabula die Mercoris

4 *Imprimis non placet expungi* die Mercoris, *quum nequaquam probabile sit id postea illitum fuisse. Ut enim observat Fumagali* (16), *sæculo tantum* XII *aliquot in locis subscriptioni insertæ fuere dies hebdomadæ secundum formam profanam gentilium : quod tamen etiam sæculo* XII *et deinceps ita rarum fuisse videtur* (17), *ut, si ex hac Massiliensi seu Dignensi charta* diem Mercoris *delendum dixeris, quod moris non esset eum adscribere; eodem jure ex omnibus prorsus diplomatibus, etiam sæculo* XII *posterioribus, similem dierum designationem tollere licebit, quoniam hæ notæ temporis per omne medium ævum singulares fuere. Adeoque, quum veteres temporis notæ ideo a maleferiatis hominibus mutari aut augeri soleant ut cum sui ævi moribus conveniant, istinc intelligitur numquam aliquam exstitisse causam ut quis* diem Mercoris *huic Notitiæ intruderet. Exeunte tamen sæculo* VIII *jam pridem in vulgari usu erat dies hebdomadæ planetarum nominibus designare : de qua re tanta diligentia dixere Barnabas Brissonius* (18), *et Antonius Lupi noster* (19), *ille antiquorum scriptorum dicta, hic maxime monumenta lapidea excitans, ut nil fere sit reliquum. Atque hæc ipsa forma* Mercoris *loco* Mercurii *antiqua est. Legitur enim* die Mercoris *in notis Tironianis, sæc.* IV *aut* V *conscriptis et a Grutero ad sui Thesauri calcem editis* (20); *item* die Mercuris *in epitaphio Matronæ, feminæ Christianæ* (21) *et* dies Mercoris *in præcepto, quod anno* 898 *dedit rex Zuendeboldus* (22). *Cæterum dicebatur similiter* dies Lunis, dies Saturnis. *Hanc itaque locutionem ex vulgari sermone in subscriptionem intulerit scriba, ut tot alia singularia diplomatibus insperserunt id hominum genus : quæ Cointius passim tolli voluit, causam tamen suam eruditis sæpius non probans.*

E

nec indictio quæ ante Caroli M. imperium fuit in usu:

5 *Neque placet indictionis notam tollere. Re quidem vera Cointius* (23) *hanc legem alte mente concepit a Carolo Magno non ante adeptum imperium, neque a regibus ejus antecessoribus indictionem usurpatam fuisse, ne viderentur subesse imperatoribus Constantinopolitanis; et secundum hanc legem falsariis attribuit vel ipsa diplomata vel saltem eorumdem subscriptiones, quotquot indictionis signum præferrent; quin etiam indictiones a conciliorum exemplaribus tolli voluit* (24) *easque passim alibi persecutus est. Eamdem sententiam fere tenuit Papebrochius* (25) : *verum eam nonnihil moderandam esse censuit Mabillonius :* Cum viro clarissimo (*Cointio*), *inquiens* (26), consentio indictionis usum in diplomatibus francicis ante initium sæculi IX fere nullum, in rebus historicis rarum admodum fuisse : at locum habuisse nonnumquam in actis conciliorum, aliisque

F monumentis persuasum habeo : *atque hæc certis dein adstruit monumentis. Quin immo pro sinceritate sua ut authenticum admittit Mettense S. Arnulfi diploma, quod concluditur, inquit* (27), *hoc modo in autographo :* Data kal. Majas anno XV et VIII regni nostri ab incarnatione autem Domini nostri Jesu Christi anno septingentesimo octogesimo tertio, in die Ascensionis dominicæ, in cujus vigiliis ipsa dulcissima conjux nostra obiit in anno XII conjunctionis nostræ. Actum Theodone villa pallatio nostro in Dei nomine feliciter. Indict. VI. *Ad quæ addit se non facile illud genuinum habiturum fuisse,*

(1) Martyrolog. Benedict. pag. 50 et 600.—(2) Act. SS. tom. II Junii, pag. 505.— (3) Act. S. Ord. SS Bened. sæc. IV, part. II, *prætermissi.* — (4) Cfr pag. 407 et 657. — (5) Tom III, pag. 647 et seqq. tom. IV, pag. 950. — (6) Chronologia hist. successionis hierarchiæ, tom III, pag. 256.— (7) Pag. 241 et seqq.— (8) Ap. Le Cointe, ad an. 804, num. 57, tom. VII, pag. 17.— (9) Hist. de Marseille, tom. II, pag. 17.— (10) Annales ecclés. Franc. ad an. 767, num. 29, tom. V, pag. 710. — (11) Ibid. ad an. 804, num. 57, tom VII, pag. 17.—(12) Gallia Christ. tom. I, col 640 et 641. — (13) Hist. des évêques de Marseille, tom. I, pag 295 et seqq. — (14) Hist. générale de Provence, tom. I, pag. 544.—(15) Annal. ad an. 780, num. 20, tom. VI, pag. 184. — (16) Delle istituzioni diplomatiche, tom. II, pag. 83. — (17) Cfr Nouveau traité de diplomatique, tom. IV. pag. 727 et 728. — (18) Commentarius ad L. *Dominico,* de spectaculis. in C. Theod. et L. *Omnes dies,* cod. de feriis. Ap. Gronovium, Thesaur. antiquit. græc. tom. VIII, col. 2562 et seqq.—(19) Sepulcrum Severæ illustratum, pag. 18. 19. 99. 100. — (20) Ibid. pag. 100. — (21) Aringhi, Roma subterranea, lib. III, cap. 3, tom. I, pag. 248. — (22) Ap. Martene, Anecdot. tom. I. col. 58. — (25) Annal. ecclés. an. 801, num. 12, tom. VI, pag. 765 et 764. — (24) Ibid. ad an. 575, num. 5, tom. II, pag. 157. — (25) Acta SS. tom II April. Propyl. antiquar. pag. VII et passim. — (26) De re diplomatica, lib. II, cap. 24. num. 2, pag. 178. — (27) Ibid. lib. II, cap. 26, num. 4, pag. 190.

nisi

AUCTORE V. D. B.

nisi inspexisset authenticum optimæ notæ; solemnes enim aliorum diplomatum conditiones prætergressum Carolum; sed id ab eo factum propter desiderium et memoriam uxoris Hildegardis, sepultæ ad S. Arnulfi : ex quibus pateat se nonnihil quoque adherere illi placito indictiones in Francica diplomata invectas fuisse per translatum ad Francos imperium. Verum enimvero haud scio an paucis tantum placeat Carolum solemnes aliorum diplomatum conditiones prætergressum esse, quod uxor pridie obierat! Cæterum non singulare istud est diploma; adeoque scriptores Artis chronologicæ (1) *aperte fatentur indictionem reperiri in aliquot Caroli Magni diplomatibus, datis ante imperii sui initia. Et sane Cremifanense diploma, quod die* 3 *Januarii anni* 791 *Carolus concessit quodque a nemine (quod sciam) suppositionis insimulatur* (2), *his clauditur verbis* (3) : Data III non. Januarii, indictione XIV, anno XXIII regni domini Karoli serenissimi regis. Actum Wormatiæ, in Dei nomine, feliciter. *Nil itaque impedit quin et Dignensi Placito adscripta fuerit indictio; maxime quod in hoc instrumentorum genere quam diversissimæ sunt temporis notæ, dum vulgo in diplomatibus eædem fere* B *recurrere soleant normæ.*

S. Maurontum die 21 Octobris anni 786 esse mortuum, hinc

6 *Porro, licet diem Mercoris et indictionis notam retinenda censeamus, fateamur tamen oportet hinc non minimam exoriri difficultatem. Circa id enim tempus dies Mercurii et* VIII *kalendas Martii annis tantum* 775 *et* 786 *concurrunt : quorum neuter convenit cum anno* XII *regni Caroli in Francia, undecumque hujus æræ ducas initium* (4); *sed annus* 786 *consonat cum anno* XII *regni Caroli in Italia seu Langobardici, qui idcirco retinendus videtur. Hic signatur annus indictione* IX *in vulgatis tabulis, dum in Dignensi placito, quale ediderunt Sammarthani, legitur* indictio II, *certissimo typothetarum errore, seu confusione numerorum arabicorum cum romanis : nam antea has notas temporis retulerant alio modo Sammarthani* (5) : Anno regni Caroli 12, indict. XI, 8 cal. Martii : *ita ut ambigendum non sit quin numerum* 11 *repererint in schedis Pereskianis, quas in edenda illa scriptione secuti sunt. Quam vero facile hi duo numeri* XI *et* IX *inter se confundantur, vix est quod moneam. Quidquid aliud supponere libeat, multo graviores correctiones faciendæ sunt. Si enim annum regni in Francia* XII *tenendum censeas, incidis vel in annum* 780, *vel* 785, *et forte etiam* 784 (6) : C *quibuscum nullæ ex reliquis notis conveniunt.*

et ex successoris sui Yvonis tempore deduci posse videtur.

7 *Quum itaque probabilius nobis sit* S. Maurontum *mense Februario anni* 786 *Massiliæ episcopum fuisse, ei brevi post successorem damus Yvonem, quem de Belsunce* (7), *quoque postponit, Gallia vero Christiana* (8) *omittit et tantum inter abbates S. Victoris collocat. Ast eum abbatem simul fuisse Victorinum et simul episcopum Massiliensem patebit inferius. Hic id unum quærendum quo anno* S. Maurontus *successerit, ut hinc hujus mortis tempus assequi possimus. Porro Yvonem jam die* 12 *Martii anni* 781 *abbatem fuisse et episcopum statuit de Belsunce* (9), *quoniam in Notitia quadam Victorina* (10) *facta* postridie IIII idus Martii anno XIII regnante gloriosissimo domno Karolo rege Francorum et Langobardorum seu patricio Romanorum indictione IX *dicitur* Yvo gratia Dei episcopus, rector et gubernator ipsius ecclesiæ (*Victorinæ*). *Porro mense Martio annus* XIII *Caroli Magni regnantis in Francia concurrit cum anno Christi* 781 *vel* 784 (11); *annus vero* XIII *regnantis in Italia cum anno* 787 (12). *Huic vero anno secundum computum valgarem annexa erat indictio* X; *secundum eam autem supputationem, quæ indictiones exorditur ab anno* 314, *indictio erit* IX : *quæ in Notitia cernitur. Et, licet parum placeant ejuscemodi interpretationes, præstant tamen medicationibus quæ ab unoquoque pro libitu libris et chartis afferuntur : quocirca, donec aliquid occurrat melius, reponenda videtur* S. Mauronti *mors ad annum* 786, *die nempe* 21 *Octobris; ita ut brevi post successerit Yvo et illi conficiendæ Notitiæ affuerit mense Martio anni sequentis.* D

Ejus decessor non ex fabulis de Amaniensi consecratione cognosci potest;

8 *De* S. Mauronti *episcopatus initiis longe magis incerta omnia. De Belsunce* (13) *ei præcessisse æstimat Joannem I, quem plerique fere omnes* (14) *malunt ignorare. Pro inserendo Joanne laterculis Massiliensibus hæc proponuntur argumenta. In epigraphe de consecratione altaris Ananiensis in diœcesi Magalonensi leguntur huic solemnitati interfuisse episcopi* 366 :

O quibus et quot præsulibus locus fuit iste sa- E
cratus!

Trecentum sex et denis numero quoque senis (15). *Quam traditionem fulcit qualiscumque auctoritas sermonis cujusdam de eadem consecratione, falso adscripti Ardono Smaragdo, in quo de Carolo Magno legitur* (16) : Post cujus constitutionem (*templi Anianensis*) de Narbonensis urbis obsidione remeans in in qua Agaricam gentem expulerat, ibi synodo peracta, CCCLXVI pontifices invitavit et ad consecrationis opus congregavit. *Porro in tabulis stylo Gothico hæc exarata reperiuntur* (17) : Hæc sunt nomina archiepiscoporum et episcoporum qui fuerunt in consecratione altaris S. Salvatoris monasterii Anianensis diœcesis Magalonensis, qui sunt numero CCCL[X]VI, tempore quo Carolus Magnus rex Franciæ, patricius Romanorum et imperator Germanorum, subscripti de provincialibus episcopi, Fœlix archiepiscopus Arelatensis, Valentinus archiepiscopus Aquensis, Joannes episcopus Marsiliensis *etc. Hæc ad annum* 795 *retulit Guesnayus* (18); *qua chronotaxi Joannes posterior esset* S. Mauronto. *De Belsunce* (19) *vero annexuit anno circiter* 774 : *monens tamen hæc plena esse fabulis; sed fabulatores, qui facile sæculo* X *vixerint, bonos præ oculis* F *habuisse catalogos, ex quibus hos* 366 *episcopos collegerint. Verum, quum aliis in rebus genio plane indulserint et putidissimas cuderint fabulas, quidni similiter horum præsulum nomina cerebro conceperint? Quodsi tamen Belsuncii sententia alicui placeat, ne reponat saltem Joannem ante annum* 782, *quum ex S. Benedicti Anianensis Vita* (20) *constet hanc consecrationem non ante dictum annum fuisse factam.*

nec proin S. Mauronti episcopatus initium.

9 *Contra hæc respuit Cointius et alium omnino dedit* S. Mauronto *decessorem, ita ad annum* 767 *scribens* (21) : Eodem anno Pippini regis decimo sexto, Maurontus ex abbate sancti Victoris in Honorati Massiliensis episcopi demortui sedem assumptus dicitur apud Joannem Baptistam Gues-

(1) Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 556. — (2) Cfr D. Bouquet, tom. V, pag. 755; De Foy, Notice des diplômes, pag. 195; Migne, Caroli M. Opp. tom. I, col. 1066. — (3) Rettenpacher, Annales Monast. Cremifanensis, pag. 30. — (4) Cfr Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 556. — (5) Gallia Christ. tom. III, pag. 647. — (6) Cfr Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 556. — (7) Hist. des évêques de Marseille, tom. I, pag. 301. — (8) Tom. I, col. 641 et 681. — (9) Ibid. pag. 301 et 302. — (10) Cfr Gallia Christ. tom. I, pag. 681 et de Belsunce, pag. 301. — (11) Cfr Wailly, Éléments de diplomatique, tom. I, pag. 270. — (12) Cfr ibid. loc. cit. — (13) Tom. I, pag. 293 et seqq. — (14) Sammarthani, tom. III, pag. 647; Gallia Christ. tom. I, col. 640; Papon, Hist. de Provence, tom. I, pag. 344, etc. — (15) Ap. de Belsunce, tom. I, pag. 294 et Guesnay, Annal. eccles. pag. 247. — (16) Ibid. locc. citt. et Act. SS. Ord. S. Benedicti sæc. IV, part. I, pag. 225. — (17) Ibid. locc. citt. — (18) Annal. pag. 247. — (19) Tom. I, pag. 293 et seqq. — (20) Acta SS. tom. II Februarii, pag. 614; Act. SS. Ord. S. Benedicti, sæc. IV, part. I, pag. 200. — (21) Annal. eccles. Franc. ad an. 767, num. 28, tom. V, pag. 710.

nayum

A nayum in Annalibus ecclesiasticis Massiliæ. Senserat aliter hic auctor in Cassiano illustrato (1), cum de Mauronto sic scriberet : *Maurontus ex abbate sancti Victoris Massiliensi in Berengarii Massiliensis episcopi demortui sedem assumptus dicitur anno Christiano* 780, *Adriani I pontificatus anno* 9, *Carolo Magno Francorum et Longobardorum rege*. Tunc secutus videbatur episcoporum Massiliensium catalogum a Severtio publicatum, in quo collocantur Berengarius anno 769, S. Maurontus anno 780. Maurontum anno Christi 780 sedisse non inficiamur. At de anno quo pontificatum suscepit deque decessore cum Severtio non convenimus. Opinionem nostram paucis accipe. Pippino rege Massiliensium diœcesim rexit Honoratus episcopus, Monasterium sancti Victoris Maurontus abbas. Obiit Honoratus anno Christi 767, tunc episcopus ex abbate factus est Maurontus, de quo plura tomo sequente ad annum Christi 780 dicemus. *Hæc opinio Cointii, sed nil præterquam opinio. Nam ut Berengarius ille nulla auctoritate ad annum* 769 *recensetur, ita nullo antiquitatis testimonio Honoratus ad annum* 767; *adeoque Sammarthani fratres* (2), *Dionysius Sammarthanus* (3), *Belsuncius* (4), *Papon* (5) *et jam pridem ante Ruffius* (6), *ut Berengarium, ita et Honoratum ex diptychis Massiliensibus expunxerunt. Fateamur itaque oportet plane incompertum esse quis* S. Mauronti *fuerit præcessor et quo ille anno primum infulas induerit. Verum id firmiter animo tenemus ab initio* S. Maurontum *simul abbatem fuisse Victorinum et episcopum Massiliensem; et forte sedem cathedralem tunc temporis constitutam fuisse in monasterio S. Victoris, ibidemque sanctissimum virum cum suis habitasse clericis loco pristinorum monachorum : atque hanc rerum conditionem perseverasse usque ad annum Christi* 973. *Sed hæc latius prosequenda sequenti paragrapho.*

§ II. S. Maurontus ejusque successores episcopi simul Massilienses et abbates S. Victoris.

C *Ingens pars historiæ monasterii S. Victoris recte conscripta est.*

S. *Victoris abbatiam ineunte sæculo* v *a S. Cassiano Collatore fundatam fuisse res certa est. De ea re dixere innumeri; quos inter Cuperus in opere nostro ad* 23 *Julii, qua S. Cassianus Massiliæ colitur* (7). *Ejus in tenendo regimine abbates vel latent, vel incerti sunt valde usque ad Magnum, qui ineunte sæculo* VIII *Victorino monasterio præfuit. Dein tenebræ multæ usque ad annum* 973, *quo Regulæ Benedictinæ id asceterium suppositum fuit. Sequentia deinde fata primus egregie illustravit Martenius* (8), *ad rectam chronologiam restitutæ illic monasticæ vitæ tempus revocans, hujus rei modum et rationem explicans, longamque abbatiarum retexens seriem, quæ ab ineunte sæculo* XI *Victorino cœnobio aggregatæ fuere et subditæ. In opere etiam nostro habes Vitam S. Isarni* (9), *renovati monasterii abbatis, ex qua multa etiam de hac virtutum palæstra haurire est. Guesnayus, Ruffius, Dionysius Sammarthanus, Belsuncius, Helyot aliique recentiora gesta explicant; quorum magna pars parum ad ædificationem facere potest : ita ut post innumera ab exeunte sæculo* XII *tentatæ reformationis molimina sæcularisata tandem fuerit a Clemente XII et Benedicto XIV hæc abbatia* D *et in canoniam sæcularem nobilium mutata; quæ miserrima res anno demum* 1751 *exsecutioni data fuit. Quum hæc itaque omnia satis explicentur alibi et parum ad* S. Mauronti *laudem ejusque actionum dilucidationem pertineant, ea seponenda nobis esse manifestum est. Verum ea Victorini asceterii fatorum pars, quæ* S. Mauronti *ævo viciniora sunt et a nemine huc usque (quod sciam) evoluta fuere, paulo latius explicanda videntur : ita tamen ut argumentum de conjuncto episcopatu Massiliensi cum abbatis Victorini munere fere solum volvamus.*

A sæculo VIII *usque ad* X *adultum Victorinam abbatiam et ecclesiam cathedralem omnino unitas fuisse quinque argumentorum generibus conficitur.*

11 *Ut autem hanc conjunctionem certam faciamus, en paucis argumentorum nostrorum seriem. Primum, a tempore* S. Mauronti *usque ad annum* 973 *nullum ad S. Victoris reperiri abbatem, nullum monachum; secundum, unum aliumve hujus ævi episcopum aperte dici episcopum Massiliensem, et simul* præesse in ecclesia S. Victoris *seu* Massiliensis ecclesiæ episcopum *esse* quæ est in honore sanctæ Mariæ semper Virginis constructa, ubi S. Victor corpore requiescit; *ex quo pateat ecclesiam S. Victoris tunc cathedralem fuisse; tertium, in omnibus placitis et diplomatibus illius temporis episcopos Massilienses personam abbatum gerere, eos bonis S. Victoris revestiri; advocatos S. Victoris dici advocatos episcoporum et alia id genus; quartum, in alienationes non consentire monachos, sed episcoporum clericos seu capitulum cathedrale, qui eorumdem bonorum cum episcopo possessores fuisse videantur; et quintum demum, quum restituuntur monachi, partem tantum reddi bonorum ab episcopo et clericis, reliqua parte retenta. Quocirca nullus dubito quin Cassianitis monachis successerit Massiliensis episcopus cum suis canonicis, servato tamen (ut plerumque fit) pristino primæ in abbatia dignitatis titulo.* E

S. Maurontus *episcopus simul fuit et abbas;*

12 *Hæc quidem argumenta non de singulis proponi possunt episcopis; sed alia de unis, alia de aliis, ita ut universim, non particulatim, res consideranda sit. Porro* S. Maurontum *episcopum simul fuisse Massiliensem et abbatem Victorinum constat ex Dignensi Placito, quod inferius a nobis explicitum iri jam diximus. In eo quippe non tantum legitur* Maurontus episcopus urbis Massiliensis, *sed venisse* cum instrumentis sanctæ Mariæ et sancti Victoris (*duos enim tunc patronos habebat Victorinum monasterium*); *adeoque missi dominici, quum judicassent* F *bonam esse Victorinam causam, dicuntur* ipsum episcopum Maurontum revestire fecisse, ut omni tempore deinceps ipsam casam dictam S. Victoris, ipsam villam cum suis appendiciis haberet vendicatas : *planum itaque est in Dignensi Placito abbatis Victorini partes omnino sustinuisse* S. Maurontum.

item Yvo;

13 *Yvonem, quem successorem diximus, similiter episcopum fuisse Massiliensem et abbatem Victorinum manifestum fit ex magno Chartulario Victorino fol.* 24 *verso, in quo legitur* (10) : Yvo, gratia Dei episcopus, rector et gubernator ipsius ecclesiæ (*Victorinæ*). *Neve dicas sæpius illo ævo abbates episcopalibus infulis ornatos fuisse, non ut diœcesim administrarent, sed ut episcopalia officia in sua celebrarent abbatia : quod supra in Commentario de S. Anatolio ipsi adstruximus* (11) : *ne enim hæc fieret exceptio, monuimus non singillatim, sed universim res esse considerandas, quin etiam longiorem hanc episcoporum seriem percurrendam ducimus; videlicet ut liquidum fiat tunc temporis Massiliæ morem fuisse ut diœcesanus episcopus simul abbas esset*

(1) Cap. 25, num. 43. — (2) Gallia Christ. tom. III. pag. 647. — (3) Gallia Christ. nov. tom. I, col. 640. — (4) Hist. des évêq. de Marseille, tom. I, pag. 295. — (5) Hist. de Provence, tom. I. pag. 344. — (6) Hist. de Marseille, tom. II, pag. 17. — (7) Act. SS. tom. V Julii, pag. 478 et seqq. — (8) Ampliss. collect. tom. I, præf. pag. XLVII. — (9) Act. SS. tom. VI Sept. pag. 728 et seqq. — (10) Gallia Christ. tom. I, col. 681; cfr de Belsunce, tom. I. pag. 301. — (11) Vide supra pag. 314.

AUCTORE V. D. B.

S. Victoris, non vero ut S. Victoris abbas in solius sui monasterii utilitatem esset episcopus, seu abbas et episcopus monasterii, *quemadmodum illo ævo amabant loqui.*

item Wadaldus;

14 *Post Yronem ponit de Belsunce Gulfaricum et Babonem in sede Massiliensi: de quibus nil certi constat, ne quidem quo ordine in catalogo Massiliensi recenseri debeant. Verum anno* 817 *seu* 818 *Wadaldus, Vadaldus seu Guadaldus certissime episcopus Massiliensis simul erat et abbas Victorinus. In commentario enim de convenientia quadam facta* (1) *dicitur* Vadaldus gratia Dei episcopus Massiliensis *et ita causam agit abbatiæ Victorinæ ut non secus ac* S. Maurontus *omnino abbas habendus sit.* Terræ *enim, de quibus lis erat, dicuntur* propriæ S. Victoris martyris Massiliensis vel pontifex ipsius ecclesiæ Vadaldo episcopo vel clero ipsius civitatis *et adjudicantur* ipsi casæ Dei S. Victoris Massiliensis vel actuariis quæ ejus habere debeant, *et si altera pars* ipsa planta vendere voluerint, ad Vadaldo episcopo vel successores ejus vel clero ipsius ecclesiæ offerre debeant, quomodo ad bonis hominibus adpretiatum est... Facta convenientia sub die decimo k.
B Junias anno quarto imperii domini nostri Ludovico. Indictione XI. *Annus* IV *imperii Ludovici concurrebat mense Majo cum anno Christi* 817; *qui annus designabatur indictione* X: *sed si indictionum initia ponantur ad annum Christi* 312, *secundum hunc computum indictio* XI *convenit cum anno* 817. *Ad idem fere tempus pertinet charta parthenonis S. Salvatoris, cui titulus* (2) : Descriptio mancipiorum de agro Columbario factum tempore Guadaldi episcopi, indictione XI.

item Theodebertus;

15 *Successit Wadaldo Theodebertus seu Teupertus in utroque munere, episcopali et abbatiali. A Ludovico enim Pio confirmandum curavit privilegium, olim a Carolo Magno Victorinis datum* (3): *in quo dicitur* vir venerabilis Theodbertus episcopus Massiliensis; *omnes abbatis Victorini agit partes; demonstrat a Carolo Magno datum fuisse ut teloneum* ad prædictam ecclesiam sancti Victoris martyris Massiliensis vel ad rectores concederet; *efflagitatque ut* prædicta ecclesia S. Victoris, in qua ipse Theodbertus Deo authore episcopus præest, etiam authoritatem *Lotharii* habere mereatur. *Cui diplomati hæc est clausula:* Data kal. Novembris, anno Christo propitio [IX] imperii domni Ludovici piissimi Augusti, indictione
C prima. Actum Isemburgo palatio regio. *Ejusdem privilegii innovationem* (4) *iisdem conceptam verbis obtinuit Theodebertus ab imperatore Lothario* VIII idus Februarii, anno Christo propitio imperii domni Hlotarii serenissimi Augusti in Francia I, in Italia XII*, indict. XIII*. Actum in Aquisgrani palatio regio. *Eadem die obtinuit aliud quoque diploma quo protectio regia Victorino confirmatur monasterio* (5). *In eo legitur* Teubertus Massiliensis ecclesiæ episcopus, quæ est in honore sanctæ Mariæ semper Virginis constructa, ubi sanctus Victor corpore requiescit; *et dein omnes agit apud Lotharium abbatis partes. Primum diploma concessum est anno* 822 *seu* 823, *secundum et tertium anno* 841.

* XXI
* III.

item Alboinus;

16 *Alboinus venit post Theodebertum; eumque non secus ac decessores S. Victoris abbatem simul et episcopum Massiliensem manifestum facit Notitia de restitutione thelonei villæ de Leguino facta monasterio S. Victoris, rogante et agente Alboino Massiliensi episcopo. In eo enim Alexandrius quidam dicitur* advocatus Alboini episcopi de ipsa casa Dei D
S. Victoris martyris Massiliensis, *et inferius ille idem appellatur jam* advocatus Albuini episcopi, *jam* advocatus S. Victoris, *et rerum ablatarum restitutio fieri jubetur* Alexandrio advocato S. Victoris vel Albuino episcopo... Facta notitia hæc VIII cal. Augusti anno V imperii domini nostri Lotharii imperatoris, indictione VI. *Indictio vulgaris* VI *concurrit cum anno Christi* 845; *quocum non convenit annus* V *imperii Lotharii, si ejus initia ducas a die* 20 *Junii anni* 840 *quo pater mortuus est; secus autem, si id supputes a fine mensis Maji anni præcedentis, quo Ludovicus Pius imperium suum inter filios partitus est.*

item Berengarius;

17 *An vero Leodoinus, qui ab anno saltem* 875 *ad* 879 *insulas Massilienses gessit, Victorinus fuerit abbas, nil est unde eruatur. Post venit Berengarius; quo episcopatum Massiliensem tenente, Hugonem quemdam abbatem Victorinum facit Dionysius Sammarthanus* (6). *Verum de Belsunce* (7) *aliter omnino sentit, putans hunc Hugonem esse abbatem de ditione Carolomanni. Et sane quin hic sit celeber ille Hugo, filius Hugonis Altorfiensis et Autissiodorensis comitis, abbas S. Germani Autissiodorensis, S. Martini Turonensis, S. Bertini, S. Vedasti et S. Columbæ* E
Senonensis, tutor Carlomanni et regni defensor maximus, dux Burgundiæ, Neustriæ et Franciæ seu regni administrator, dubitabit nemo qui contulerit diploma datum 5 *idus Augusti anni* 885 *pro ecclesia Aurelianensi* (8) *cum diplomate dato quarto nonas Februarii anni sequentis, in quo Hugonem abbatem Victorinum reperisse sibi visus est Dionysius Sammarthanus et quo Cilianum villa redditur Massiliensi S. Victoris monasterio* (9). *Adeoque quum in hoc diplomate* Berengarius Massiliensis episcopus *deprecetur ut Carlomannus* redderet ad ecclesiam in honore Dei Genitricis ac S. Victoris Cilianum villam, *arbitramur de eo sermonem fieri quum ibidem dicitur :* Ut quandiu præsens abbas ac successores ejus advixerint, eandem villam sub ditione S. Mariæ ac S. Victoris... possideant; *maxime quod paulo ante Carlomannus profitetur se* jam dictæ ecclesiæ Massiliensi in honore beatissimæ atque intemeratæ virginis Mariæ sanctique Victoris, sub tuitione pastoralis curæ Berengarii ejusdem loci pontificis, præfatam villam... reddidisse *etc.*

F

item forte Magnus et certe Drogo;

18 *Venator an post Berengarium Massiliensem sedem occuparit incertum; non itaque quærendum an fuerit abbas S. Victoris. At anno* 904 *prima specie alius videtur fuisse abbas, alius episcopus Massiliensis. In diplomate enim Ludovici regis Provinciæ* (10), dato XI cal. Maji anno Domini 904, indictione VII, anno III imperante domino nostro Hludovico, *leguntur* Rostagnus metropolita (*Arelatensis*) et Teubertus comes... enixius postulasse quatenus fideli *suo* Magno abbati ecclesiæ scilicet Dei genitricis Mariæ et gloriosi martyris Victoris... *Ludovicus rex* concederet jure proprio videlicet fiscum quod nominatur Pinus. *Nil tamen asserere ausim, quoniam sub Drogone, qui aliquot annis post episcopus creatus est, adhuc conjuncta fuisse videntur episcopale et abbatiale peda : ita ut Magnus forte abbas dicatur, vel quod electus tantum esset, vel quod titulo abbatis ageret. Quod autem ad Drogonem pertinet, hæc de eo leguntur in Gallia Christiana* (11): Exstat in vetusto exemplari S. Victoris Massiliensis instrumentum quo Manasses donat Drogoni epi-

(1) Gallia Christ. tom. I, inst. col. 106; De Belsunce, tom. I, pag. 310 et 311. — (2) Ap. De Belsunce, tom. I, pag. 313 — (3) D. Bouquet, tom. VI, pag. 553. — (4) Gallia Christ. vet. tom. III, pag. 649; Nova, tom. I, instr. pag. 107. D. Bouquet, tom. VIII, pag. 372 et 373. — (5) D. Bouquet, tom. VIII, pag. 373. — (6) Gallia Christ. tom. I, col. 682. — (7) Hist. des évêq. de Marseille, tom. I, pag. 329. — (8) Ap. D. Bouquet, tom. IX, pag. 431. — (9) Ibid. pag. 432. — (10) Ibid. pag. 682. — (11) Tom. I, col. 548 et 549.

A scopo Massiliensi alodium juris ecclesiæ suæ... pro victu et vestimento clericorum Massiliensium... nonis Januarii anni 925. Multa damna passa fuerat ecclesia Massiliensis, in quorumdam barbarorum, scilicet Saracenorum, incursione; qua tempestate ejectus est episcopus e sua ecclesia. *Quum id instrumentum conservaretur in tabulario S. Victoris cum reliquis supra recensitis, firmum argumentum est id fuisse concessum, quum Drogo (ut aperte de Theodeberto assertum vidimus) suam in monasterio S. Victoris haberet sedem; maxime si ea quæ de aliis episcopis præmisimus rite considerentur. Præterea ecclesia Massiliensis, quæ plurimum dicitur passa, habetur ipsa ecclesia S. Victoris* (1). *Insuper in eodem tabulario conservabatur compositio, inita a Drogone cum Pontione quodam anno* 925 *aut* 955 *seu* 956 (2) : *de qua re idem construi potest argumentum.*

§ III. Illius rei finis et causa. Primi abbates Benedictini.

B *S. Honoratus II monachos Benedictinos in S. Victoris induxit.*

S. *Honoratus quoque, quem alii dicunt* III, *nos vero cum aliis* II, *cum episcopali munere abbatiale conjunxisse videtur, donec S. Benedicti monachos in S. Victoris monasterium induxerit. Curavit enim bona quædam huic asceterio restitui a Bosone comite, atque in ejusdem restitutionis Notitia* (3) *ita agens inducitur ut manifeste res proprias agere videatur. Hæc ad annum* 962 *pertinere ostendit de Belsunce* (4), *confutata Dionysii Sammarthani* (5) *sententia, eadem ad annum* 994 *referentis. Verum hæc S. Honorati laus fuit maxima, quod* monasterio S. Victoris, olim præcipuo ac famosissimo, *tunc* adnullato et pene ad nihil redacto et jam pene lapso manum sublevationis porrexerit *ipse et aliquot alii viri primarii, qui* non solum ex suis (*scilicet ipsius monasterii*) ei aliquid reddiderunt, verum etiam de propriis suis possessionibus multa largiti sunt, ac monachos aggregantes abbatem ibidem ordinaverunt. *Hæc Pontius S. Honorati successor anno* 1005 (6). *Antea itaque Victorina abbatia non habebat monachos, neque proprium abbatem; quin etiam episcopus cum suis clericis tenebat monasterii bona : atque hæc evidentiora etiam fiunt diplomate,*

C *quo S. Honoratus ejusque clerici multa non tamen pleraque restituerunt S. Victoris monasterio :* Cum clericis meis, *inquit in hoc instrumento S. Honoratus* (7), divini accensus amoris in honore Dei omnipotentis, sanctique Victoris martyris, congregationem monachorum secundum regulam S. Benedicti in abbatia ejusdem sancti Victoris constitui optamus, ut pro me successoresque nostros et pro statu ecclesiæ nostræ quotidie intercedant ad Dominum, ut Domini pietas nostrorum peccaminum nobis indulgeat et concedat vitam æternam; et, ut ibi utilius possint regulariter vivere, ex terra quæ ad eandem abbatiam pertinere dignoscitur aliquid eis concedimus; *dein enumerantur restituta bona. Non tamen redduntur omnia, quin etiam in fine probentur monachi* eas terras S. Victoris, quas possessurus est *ipse S. Honoratus, sibi vindicare : ita ut sole clarius sit monasterium S. Victoris antea a S. Honorato ejusque clericis integre possessum fuisse, et neminem alium in id amplius habuisse jus, nec proin omnia bona restituenda fuisse, quum iterum in id introducti fuere monachi.* AUCTORE V. D. B.

20 *Hæc facta fuisse post* XIII calendas Septembris anno XXXI regnante Conrado rege Alamannorum vel Provinciarum *certum est; ex Placito enim, hac die coram Willelmo comite Provinciæ inter Honoratum episcopum Massiliensem et Garibaldum et Aronancium de quadam terra habito, plane patet res S. Victoris omnino tunc penes S. Honoratum fuisse. Porro quum anni Conradi regis, cognomine Pacifici, post mensem Junium, sed ante* 15 *Septembris anni* 957 *computandi sint, ut ex multis diplomatibus* (8) *facile colligitur, habitum sit oportet illud placitum die* 20 *Augusti anni* 967, *non vero* 968; *quemadmodum dixere Martene et Durand* (9). *Atqui hinc ruunt quæ de Belsunce* (10) *contulit ut ostenderet anno* 966 *a S. Honorato in Victorinum asceterium inductos fuisse monachos. Superest itaque ut admittantur argumenta, quibus Martenius et Durandus* (11) *adstruxerunt anno* 975 *vitam monasticam ad S. Victoris fuisse restitutam.* non anno 966, sed 975.

21 *Ex his porro liquidum esse debet a S. Honorato benedictinos monachos in Victorinum cœnobium inductos fuisse et abbatem ordinatum. Deinde certo certius abbas ibi erat anno* 984 *Adelardus* (12); *cui se successisse testis est ipse Pontius* (13): *post venire Warnerium seu Garnerium manifestum faciunt plura diplomata* (14); *eumque non fuisse abbatem sæcularum, ut suggerit Mabillonius* (15), *sed potius regularem innuitur in instrumento electionis Wifredi, successoris, antea sub Warnerio præpositi. Quum enim Warnerius anno* 1005 *videret monachorum suorum numerum in dies crescere (intra quinquennium enim, quod Wifredus præpositi fungelatur munere, a quinario numero* (16) *supra vicenarium* (17) *ascenderant, et quum quindecim annis post abbatiale pedum cum vita posuit, quinquaginta* (18) *aderant fratres , quum hæc, inquam, videret Warnerius curis et sollicitudini Wifredi in acceptis referenda esse, et se forte tantæ multitudini regendæ imparem esse, petiit a Pontio episcopo Massiliensi Wifredum cum monachorum consensu sibi substitui : quod quum factum esset et solemni instrumento firmatum, Warnerius in hac charta ita Victorino monasterio adscriptus*

F *dicitur ut plane de ipso monachorum gremio fuisse videatur; appellatur quippe* ex monasterio S. Victoris honore dicatum * pater domnus Warnerius (19). *Cæterum quid S. Honoratus ejusque successor Pontius, qui tantopere laborarunt ut S. Benedicti regula in S. Victoris observaretur, permisissent ut abbas sæcularis se ibidem intruderet? Neque in eam ivisset sententiam Mabillonius, ut a Martenio* (20) *animadvertitur, si alium habuisset ducem quam S. Victoris Chronicum seu potius si id recte intellexisset : quod enim in eo dicitur anno* 1000 Massiliense monasterium cœpisse restaurari, *non ad inductam Benedictinam regulam pertinet, sed ad initia mirabilis illius incrementi, quo deinceps latissime* E *Novorum abbatum successio.*

* honori dicato.

(1) Cfr de Belsunce, tom. I, pag. 537. — (2) Gallia Christ. tom. I, col. 642; de Belsunce, tom. I, pag. 558. — (3) Ibid. tom. I, instrum. pag. 108 et 109. — (4) Tom. I, pag. 545. — (5) Gallia Christ. tom. I, col 643. — (6) Gallia Christ. tom. I, instrum. pag. 109. — (7) Ibid. pag. 108. — (8) Ap. D. Bouquet, tom. IV, pag. 695 C; 697 not. *b* et *c*; 705 D; 704, not. *a*. — (9) Amplissima collectio, tom. I, col. 522. — (10) Hist. des évêq. de Marseille, tom. I, pag. 352. — (11) Ampliss. collect. tom. I, præf. pag. XLVII. — (12) Ibid. pag. XLVI; et Gallia Christ. tom. I, col. 682. — (13) Ibid. locc. citt. — (14) Gallia Christ. loc. cit. et Mabillonius, Annal. Bened. ad an. 1004. num. 6, tom. IV, pag. 165. — (15) Annal. Bened. loc. cit. — (16) Chron. S. Vict. Massil. ap. Labbe, Biblioth. nov. Mss. tom. I, pag. 559. — (17) Cfr subscriptiones electionis Wifredi abbatis ap. Martenium, Ampliss. coll. tom. I. col. 567 et 568. — (18) Chron. S. Vict. Massil. loc. cit. — (19) Ap. Martene, Ampliss. collect. tom. I, col. 567. — (20) Ibid. præf. pag. XLVI.

AUCTORE V. D. B. *Scriptio, quæ Bulla Benedicti IX appellatur, refert hanc mutationem ad iniens sæculum* XI; *alii* corrupta

quam latissime Victorina congregatio propagata est.

22 *Similiter seponere licet bullam quam dicunt Benedicti IX; qua etiam ad iniens sæculum* XI *refertur restitutio vitæ monasticæ in Victorino monasterio. In hac scilicet scriptione postquam expositum est id monasterium, a Cassiano conditum, diu floruisse, subjicitur* (1) : De vagina Vandalorum callidus exactor educitur, quod necare antiqui serpentis framea corrupto velle disponit. Hoc extincto, sobolumque flore omissa, viduitatis lacryma, flebile et infelix, nimioque senio consumptum permansit. Post nempe multorum annorum curricula, temporibus Romanæ sedis Joannis XIX claruit sacris virtutibus Vinfredus abbas, loci hujus rector, qui se mundo crucifixit et mundus sibi. Hic ergo has ædes condens, miris doctrinis dilatavit, velle necnon posse vicecomitum, seu egregii præsulis Massiliensis : post cujus vero obitum Ysarnus sumpsit ad regendum cœnobium, ut ejus merito floreret in sæculum, per quod cœnobiale studium nostris in partibus accepit initium; *id est tunc iterum floruisse S. Victoris monasterium, cujus fundator Cassianus vitam monasticam per Provinciam*

B *verum hæc ad summum notarii instrumentum est,* *propagarat.*

23 *Sit ne hæc scriptio sincera an non, equidem definire non ausim; in ea scilicet perhibetur Benedictus IX ecclesiam S. Victoris consecrasse et insignibus privilegiis auxisse idibus Octobris anni* 1040; *dum tamen pontificem anno* 1040 *exeunte non in Provincia, sed Romæ versatum esse suaderi videtur itinere legatorum, qui Romam perrexerunt, Casimirum, Cluniacensem monachum, a Benedicto IX votis absolvendum curaturi, ut regnum Poloniæ adire posset. Præterea in Chronico S. Victoris Massiliensi anno* 1033 *conscripto* (2), *et in Vita S. Ysarni abbatis* (3), *sub quo hæc consecratio facta esset, licet longa sit, accurata et coæva, nulla fit præclararum illarum rerum memoria. Quod argumentum non mere negativum est, quum ejus vis in eo sit posita ut chronographus ille coævus et similiter biographus, tantæ celebritatis testes oculati, videantur de ea debuisse loqui, nec tamen de ea locuti fuerint. Nihilominus hæc auctoritas non omnimodo certa est. Utut id est, absurde profecto contenderetur hanc esse bullam Benedicti IX. Reliquæ enim hujus pontificis bullæ, quas R. D. Migne* (4) *non ita pridem collectim edidit, satis probe latinæ sunt; neque in examinandis pontificiis sæculi* XI *rescriptis negligenda est lex, fidem iis non esse adhibendam præscribens, si* manifestum continent in constructione peccatum (5); *dum hæc scripto horrendissimo et insanabili stylo ubique concepta est. Secundo, ei nec ratio, nec modus inest ullius bullæ, quæ umquam data fuerit. Tertio, in ea inducitur Benedictus IX natione Romanus, vocans Provinciam* partes nostras; *quibus verbis aperte scriba Massiliensis, personæ Benedicti papæ oblitus, se eidem substituit. Alia multa objicit Launoius* (6); *quæ amovet Belsuncius* (7) *rejiciendo ea omnia in notarium, qui non bullam, sed commentarium seu instrumentum publicum conscripserit de consecratione templi et concessis a Benedicto IX privilegiis. Et sane alius non est modus propugnandi sinceritatem hujus scripti.*

C

24 *Demus itaque instrumentum esse notarii; sed id quoque detur nobis eum ita imperitum fuisse ut res etiam coævas ignorarit seu confuderit. In citato enim supra loco substituit Joanni XVIII, qui tempore Wifredi abbatis papatum tenuit et Victorinis diploma tuitionis concessit* (8), *Joannem XIX, qui proxime Benedicto IX præcessit. Sane in numerandis illius nominis pontificibus jam pridem diversitas observatur, quoniam aliqui Joannem filium Roberti, qui electus, numquam vero consecratus fuisse videtur, Joannem appellant XV, quem plerique omnes omittunt, ejus successorem dicentes Joannem XV* (9). *Verum hæc diversitas non exstabat sæculo* XI, *et hoc ævo recentioribus chronologis tribuenda est : nam multæ etiamnum supersunt bullæ Joannis XV* (10) *et XVIII* (11), *in quibus vel numeris vel integris vocabulis quoti essent indicatur; at in omnibus nulla habetur ratio Joannis, filii Roberti. Unde pateat quam male Desiderius notarius res Victorinas doctus esset. At si ita cespitavit in re tam propinqua* (*Joannes enim XVII sedit ab anno* 1004 *ad* 1009, *et Joannes XIV ab anno* 1024 *ad* 1033 *proxime ante Benedictum IX*), *quam ei fidem habebimus in rebus antiquioribus?*

D *habens errores de rebus coævis et minus proin curandum.*

25 *Jam si quæratur quomodo factum sit ut Cassianitæ in Victorino asceterio desierint non tam facilis est responsio. R. D. Faillon* (12) *imprimis ostendit Sarracenos fuisse solitos ecclesias aliquot ea lege servare ut qui eas adirent Christiani certum vectigal solverent et ut omnes oblationes penes se fierent; eaque de causa passim ab eis fuisse institutos presbyteros mercenarios : quæ res apprime veræ sunt : porro quum indulgentiæ plenariæ privilegium, jam pridem S. Victoris templo concessum, multos illuc alliceret peregrinos, hanc ædem ob spurcam illam avaritiam ab iisdem non fuisse eversam, et, quum Cassianitæ et clerus civitatis in hanc pecuniarum emunctionem non satis consentirent, presbyterum mercenarium seu* callidum exactorem de vagina Vandalorum, *id est de regione et ditione Sarracenorum, Africa nempe seu Hispania,* fuisse eductum *et ad S. Victoris constitutum : de qua interpretatione seu divinatione alii ferant judicium : equidem non video Sarracenos umquam aliquot hebdomadas Massiliæ dominatos esse; post venisse abbates sæculares, ita ut* residuum bruchi comederit rubigo (13), *donec Wifredus ineunte sæculo* XI *monasterium restituerit : et quidem hæc quam maxime pugnant cum his quæ paulo ante ex diplomatibus collegimus.*

E *Quæ de causis interitus Victorini cœnobii censuerit R. D. Faillon;*

26 *Quæ vero ipse sentiam paucis indicabo : primum, satis superque constare Galliam meridionalem, maxime maris littora ab ineunte sæculo* VIII *usque ad exiens fere sæculum* X *sæpius a Sarracenis vexatam, spoliatam, cædibus ruinisque conspurcatam fuisse; nullam tamen specialem de Massilia fieri mentionem, si excipias ad annum* 838 *in chronicis legi* (14) Sarracenorum piraticas classes Massiliam Provinciæ irruentes, abductis sanctimonialibus, quarum illic non modica congregatio degebat, omnibus et cunctis masculini sexus clericis et laïcis, vastataque urbe, thesauros quoque ecclesiarum Christi secum universaliter asportasse. *Secundum, non videri Massiliam a Sarracenis multum fuisse vexatam antequam anno* 786 *aut, si mavis,* 780 *Notitia Dignensis scripta esset; quum omnino id in hac charta non innuatur. Tertium, originem interitus Victorini monasterii*

F *quæ nobis censenda videantur.*

(1) Ap. Faillon, Monuments sur l'apostolat de Sainte Marie Madeleine, tom. II, col. 635, et apud alios plures. — (2) Ap. Labbe, Biblioth. Mss. nova, tom. I, pag. 339. — (3) Act. SS. tom. VI Sept. pag. 737 et seqq. — (4) Patrologia, tom. CXLI, col. 1343 et seqq. — (5) De rescriptis, cap. *ad audientiam*, (lib. I, tit. III, cap. 11). — (6) Disquisitio disquisitionis de Magdalena Massiliensi advena, Opp. tom. II, part. I, pag. 262 et 263. — (7) Hist. des évêques de Marseille, tom. I, pag. 588 et 589. — (8) Marini, Papiri diplomatici, tom. I, pag. 64 et ap. Migne, Patrologia, tom. CXXXIX, col. 1492. — (9) Cfr Papebrochius, Propyl. Maji, pag. *169 et 170. — (10) Ap. Migne, Patrologia, tom. CXXXVII, col. 827 et seqq. — (11) Ibid. tom. CXXXIV, col. 1477 et seqq. — (12) Monuments inédits, etc. tom. I, col. 787 et 788. — (13) Joël, I, 4. — (14) Cfr Prudentii Trecensis annales, ap. Pertz, Monum. German. tom. I, pag. 432.

nasterii

A *nasterii repetendam videri ex spoliatione, quam Antenerus seu Anthemius patricius, arbitratus forte omnia S. Victoris bona esse dominicalia, ineunte sæculo* VIII *patravit : ea fuse explicatur in Notitia placiti Dignensis, quam paulo post dabimus. Quartum, hinc necessario factum esse ut, quum S. Victoris monasterio eæ non amplius essent opes, quibus viverent monachi, ii partim dispersione dilapsi sint, partim paulatim desiverint morte. Quintum, quum exemptum non esset id monasterium, jure communi id in potestatem et dominium episcopi cessisse, quam primum defecissent Cassianitæ. Sextum, abbatiæ tamen titulum non fuisse extinctum, sed assumptum ab episcopo; qui eo forte, quod templum cathedrale et ædes episcopales pejori essent in statu, migrarit : Septimum, quum Massiliam cædibus et ruinis implerunt Sarraceni, ecclesiam cathedralem multo magis passam videri quam sancti Victoris ædem; ita ut hæc sua servarit diplomata, amiserit vero templum cathedrale. Octavum, hinc accidisse (nisi id jam ante factum fuerit) ut anno 822 Theodebertus, episcopus Massiliensis, in S. Victoris cœnobium sedem suam cum suis clericis haberet. Nonum, non tamen hinc sequi eum aliosque episcopos, qui se abbates S. Victoris*

B *scripserunt, monasticam aut canonicam vitam professos esse, et proin nullo argumento confici posse* S. Maurontum *umquam fuisse monachum, multo minus benedictinum, adeoque eum jure merito a Mabillonio relatum fuisse inter prætermissos sæculi* IV *Benedictini. Tandem decimum, quum S. Honoratus II eodem monachos reduxit eisque regulam S. Benedicti implendam dedit, hanc novam fuisse fundationem, eumque (nedum adversus justitiam egerit quum non omnia Victorino cœnobio restituit pristina bona) liberaliter egisse, quum dedit partem. Jam pridem enim facta erant omnia de jure plenoque dominio episcopali.*

§ IV. S. Mauronti sepulcrum et Officium ecclesiasticum recens.

S. Mauruntus *sepultus fuit in crypta S. Victoris in sepulcro gentili,*

C *Extra civitatis mœnia situm erat olim S. Victoris monasterium, ut ex antiquis diplomatibus ostensum est sæpius : quocirca nullum ex disciplina illius ævi erat impedimentum quin* S. Maurontus *in ejus crypta sepeliretur. Hujus cryptæ delineationem et explicationem habes in opere R. D. Faillon de S. Maria Magdalena aliisque ejusdem domus sanctis* (1). *Effigiem autem sepulcri* S. Mauronti *jam pridem dedit Ruffius* (2), *et nuperius Millin* (3), *qui et exhibuit S. Victoris Massiliensis* (4) *pristinum sepulcrum in quo Vulcani cernitur officina : prius scilicet cineres profanos ceperat. Non alia* S. Mauronti *mausolei usus primus; quod, sculptum ex marmore al[illegible] exuvias puellæ gentilis olim continuit : cui rei similia exempla exhibent catacumbæ romanæ et alia cimeteria* (5). *In scuto* (*de* S. Mauronti *sepulcro loquor*), *cui duo genii, toga, alis et palma instructi, manus imponunt, quodque stipiti, assidentibus viro et muliere captivis, innititur, hæc leguntur verba :*

D. M
IVLIAE QVIN
TINAE. QOSSV
TIA HYCLA
MATER FILI
AE PIISSIMÆ.

AUCTORE
V. D. B.

28 *Ex utroque latere ad hoc scutum accedunt bini centauri, mas et femina, currum vehentes. A sinistris spectantium centaurus femina cornu gerit abundantiæ, et in dorso centauri maris stat puellus, laureatus et chlamyde tectus; ni fallor, Cupido. In curru stat juvenis nudus, longo baculo nixus, dextra collum amplexus feminæ nudæ; is mihi Bacchus cum Ariadne aut Libera. A dextris centaurus femina manu dextra tenet ramum; super dorsum alterius centauri stat genius alatus, nescio quid manu tenens, et pallio humeris tectus : Psychen esse crediderim. Stat in curru puella, stola induta, sinistra palmam tenens. Hæc ipsa Julia Quintina. Huic sculpturæ satis simile marmor* XXVII *Gorii* (6); *in hoc tamen defunctus et Bacchus eumdem currum occupant, alterumque currum duo juvenes nudi. Lamius* (7) *quoque edidit effigiem sarcophagi in archiepiscopio Lucensi servati; cujus pars sinistra similis parti sinistræ sarcophagi* S. Mauronti; *dextera vero orgia bacchica exhibet. Eadem* E *apparent in imagine* LXXXVI *tomi II Antiquitatum Montefalconii. Neque raro Liberi imago in sepulcris : quoniam is fuit veterum error, ejus mysteriis initiatos homines post mortem fore beatitudinis compotes omnisque supplicii immunes; quin etiam Bacchum adiisse inferos et complures defunctorum animas in pristinam adduxisse vitam* (8). *Cupidinem et Psychem centauris insidentes dabit marmor Justinianum* (9), *ut mittam alia. Demum Bacchum cum Ariadne aut Libera curru et Centauris vectum, adstante Cupidine, cernere est in marmore Buonarotii, cui triumphum Bacchi nomen fecere* (10). *Notabile est sepulcrum B. Guidonis de Cortona, cujus exemplar qualecumque dedere decessores* (11), *non ita absimile esse a* S. Mauronti *tumulo. Profanum quoque est exhibetque centauros cum viris armatis pugnantes et trahentes currum, cui psyche inest et adolescens; Bacchus an cupido, non satis video. Verum de his fabulis vide mythologos. Nos pro re nostra de profano Massiliensi sepulcro diximus satis.*

cui nonnulla de Baccho insculpta sunt.

29 *In hoc itaque sepulcro, ut Ruffius* (12) *et Belsuncius* (13) *testantur, non autem in cathedrali templo usque ad iniens hoc fere sæculum servati fuere* S. Mauronti *cineres. Sepulcrum dein, reliquiis vacuum, in musæo Massiliensi publico repositum est. In antiquis* F *breviariis nullæ lectiones* S. Mauronti, *nec aliquid historici in antiquo hymno* (14). *Lectiones, quas Belsuncius* (15) *exhibet, ipso teste, recentes sunt valde. Eas hic recitare operæ pretium non est; leguntur enim etiamnum inter Officia propria quibus utuntur Massilienses, et præterea pugnant continuo cum his quæ dilucidare conati sumus : traditur scilicet* S. Maurontus *a prima juventute* sub abbate Magno sancti Benedicti habitum suscepisse, *quum nil suadeat S. Benedicti regulam in S. Victoris ante Honorati* II *tempus in usu fuisse et* S. Maurontum *ibidem fuisse monachum. Idem dixerim de his quæ ibidem habes de ejus electione in abbatem. Reliqua loci communes sunt vel adscriptum Dignense pertinent. Finis au-*

Lectiones recentes minoris fidei.

(1) Monuments inédits sur l'apostolat de Sainte Marie-Madeleine, etc., tom. I, col. 541 et seqq. — (2) Hist. de Marseille, tom. II, pag. 129. — (3) Voyage au midi de la France, tom. III, pl. XXXVII, 3. — (4) Ibid. tom. III, pl. XXVI, 4. — (5) Raoul-Rochette, Tableau des Catacombes, cap. 4, pag. 296 et suiv. edit. Bruxell. — (6) Inscriptiones Antiquæ, tom. I, tab. XXVII. — (7) Eccles. Florentinæ Monum. tom, I ad calcem. — (8) Ibid. tom. III, pag. CVIII et CIX. — (9) Montfaucon, Antiquité expliquée, tom. I, part. I, tab. CXX. — (10) Ibid. part. II, tab. CLVI. — (11) Act. SS. tom. II Junii, pag. 604. — (12) Hist. de Marseille, tom. II, pag. 129. — (13) Hist. des évêques de Marseille, tom. I, pag. 300. — (14) Ibid. loc. cit. — (15) Ibid. pag. 300 et 301.

AUCTORE V. D. B.

tem hic est : Tandem clarus miraculis et plenus dierum migravit in cælum, die vigesima prima mensis Octobris, anno post Christum natum octingentesimo secundo, ejus corpus ad sanctum Victorem sepultum et in basilica inferiori conditum, ibi hactenus honorifice colitur. *Superest ut Notitiam demus Placiti Dignensis, quantum fieri potest, notis illustratam.*

PLACITUM DIGNENSE,

Quo S. Mauronto restituta est Caladius villa aliaque bona.

Patriciorum Massiliensium origo;

Ut id placitum, quod omnes difficillimum intellectu esse consentiunt, aliqua aspergatur luce, imprimis nonnulla de patriciis Massiliensibus probe præ oculis habenda sunt. Patricii dignitas, a Constantino Magno instituta, cæteras anteibat, etiam præfecturam prætorii. Eadem in Francia quoque, saltem in Burgundionum regno, obtinuit et eodem fere fuit quo apud Byzantinos gradu; quum post regiam proxima fuisse videatur. Id porro nominis ac dignitatis, *inquit Cangius* (1) *quem in his ducem selegimus,* apud Burgundiones potius obtinuisse quam apud Francos ex
B eo conjicere est, quod data primitus Sigismundo Burgundionum regi ab imperatore Constantinopolitano legatur; in cujus aula cum præcipua fuerit, ita reges Burgundici primam in sua esse statuerunt : nisi dicamus patriciorum servatam in Burgundiæ atque adeo Provinciæ regno dignitatem eique attributam rerum administrationem, quod Gothorum in Italia reges, qui huic parti Galliarum, inclinante Romanorum in Italia et in Gallia potestate, imperabant, hanc regendam committerent viris illustribus qui patricii dignitatem obtinebant... Sed et ante hæc tempora Romanos Augustos viros illustres dignitate patricios in Gallias, qui eas regerent, misisse satis convincunt quæ de Aëtio, Ægidio et aliis patriciis habent scriptores Francici. Utcumque se res habeat, constat patricios Francicos promiscue *patricios Galliæ* vel *Galliarum, Burgundiæ* vel *Massiliæ* sese inscripsisse, quod regni Burgundiæ urbs præcipua esset, atque in ea degerent regni Burgundiæ reges ut et Præfecti.

nomina eorum qui in Placito Dignensi designantur;

2 *Catalogum, plus triginta patricios Massiliæ aut Provinciæ seu etiam Burgundiæ complexum, contexuit deinde Cangius. Soli ultimi, qui certi sint, ad rem nostram spectant, scilicet* Memphidius, cui uxor
C fuit Adaltrudis; deinde Antener patricius, qui non alius videtur ab eo qui Antherius, patricius Provinciarum appellatur in vetustissima charta edita a Columbo in Episcopis Vivariensibus lib. I, num. 55, in qua etiam Sulpitia ejus uxor nominatur; Metrano patricius; denique Abbo patricius; atque hic videtur postremus qui inter patricios Provinciæ occurrat, cum hæc dignitas extincta fuerit sub altera regum stirpe, regibus ipsis alias sibi hunc titulum asserentibus. *Neque dubitandum, quum tempora apprime conveniant, quin ille idem sit Abbo patricius, qui anno 726 Novalicium monasterium condidit et anno 739 in ejusdem gratiam testamentum confecit : de qua re in superiori tomo satis est dictum* (2).

lis de Caladio aliisque agris quibus ex adjunctis orta; argumenta pro S. Mauronti *causa*

3 *Jam vero hæc coram missis dominicis agitabatur lis, utrum videlicet Caladius villa aliique agri, quæ tunc ab aliquot annis de facto censebantur fisci regii, de regio revera essent jure, an proprietas monasterii S. Victoris. Possessio, quæ valet titulo, stabat pro fisco regio, quoniam omnia quæ olim Antener patricius beneficiario jure possederat, fisco fuerant addicta atque Caladius etiam pars beneficii habita erat. Verum possessionem illam illegitimam esse, utpote ex antiqua Anteneri spoliatione ortam et aliquando interruptam, contendebat* S. Maurontus. *Hic itaque imprimis in medium attulit primævum S. Victoris titulum, nempe donationem Adaltrudis, viduæ Nemphidii, quondam Massiliensis patricii, ejusque filiorum. Cujus diplomatis sinceritatem comprobavit judicio suo Abbo patricius, coram quo Anteneri iniquitas demonstrata fuerat et simul ostensum quomodo a flammis servatum fuisset illud diploma. Eamdem sinceritatem manifestam facere nisus est* S. Maurontus *exhibendo judicio causariorum seu procuratorum Caroli majoris-domus seu Martelli; qui quum* Maurontum, *Massiliensem comitem et forte patricium ultimum, impie cum Sarracenis pactum, anno 737 expulerit, probabile est illam Caroli Martelli procuratorum declarationem ad hoc fere spectare tempus. Exposuit præterea* S. Maurontus *quomodo tamen postea iterum Caladius villa ad fiscum regium redierit : videlicet, quum anno 766 Carolo Magno Provincia obtigisset et penes eum proinde fierent ea omnia, quæ olim Antener aliique patricii beneficii nomine possederant, per omnium rerum perturbationem factum esse ut Caladius villa regia habita fuerit et Caroli magni alodio adjecta. Insuper complures testes declararunt olim post Antenerum datam fuisse Metrano beneficiario jure villam Caladium et deinde eodem titulo Abboni patricio, et ab hoc eodem nomine concessam fuisse monasterio S. Victoris; verisimiliter quod Abbo, quum sibi ostensum fuisset vi et injuria Antenerum hanc villam a Victorinis abstulisse, via media hanc iniquitatem resarcire voluerit, cedens eis contractu libellatico seu in libellum dans eamdem Caladium villam. Protulit præterea* S. Maurontus *polyptychum Victorinum, in quo cum cæteris*
F *ejusdem asceterii bonis descripta erat Caladius villa. Verum quæ de datione ad libellum dixerant testes, ea ita oberant, ut certe* S. Maurontus *causa cecidisset nisi duo testes jurejurando interposito certum fecissent Nemphidium patricium ejusque uxorem et filios non beneficii titulo sed jure proprio villam Caladium possedisse eosque jus omne suum per chartulam cessionis in Victorinos transtulisse : si enim Nemphidius solo beneficii nomine habuisset Caladium, potuisset quidem, quamdiu patricius fuisset, usumfructum dare Victorinis, sed nequaquam in eos transferre dominium; adeoque, Nemphidio morte vel destitutione amittente patriciam dignitatem, ad regem rediisset Caladius cum reliquis beneficariis bonis : illo enim tempore nondum perpetua erant officia, multo minus hæreditaria; quum ad Caroli Calvi ævum juris feudalis initia vulgo referantur. Universa itaque litis cardo in eo vertebatur fuisseine Caladius de jure proprio Nemphidii donatoris, an vero eam villam haberet ratione sui officii, seu per modum stipendii.*

Judices.

4 Cum in Dei nomine in Digna *a* civitate publice

(1) Glossarium med. et inf. latinitatis, v° *Patricius.* —

(2) Act. SS. tom. VIII Octobr. pag. 374.

a residerent

A residerent missi *b* domni nostri Karoli regis Francorum et Langobardorum seu et patritii Romanorum: idem Viernerius et Arimadis una cum rationesburguis *c* dominicis, Marcellino, Hieronymo, Gedeon, Regnarico, Corbino *d*, scabines lites, scabinos ipsius civitatis *e*, aut bonis hominibus *f*, qui cum ipsis ibidem aderant permultorum hominum altercationes audiendas, et negociis causarum dirimendis, et justis vel rectis judiciis finiendis: ibique veniens vir venerabilis Maurontus, episcopus Massiliensis, in eorum præsentia, una cum instrumentis sanctæ Mariæ et sancti Victoris *g*, quæ venerantissima et Deo sacratissima Adaltrudis, relicta Nemfidii *h*, quondam in ipsa ecclesia sanctæ Mariæ et sancti Victoris Massiliensis delegaverat, in quibus sic habetur insertum: Quod villa Caladius *i* una cum appendiciis suis, vel omnes adjumentias suas, mancipia tam rustica quam urbana, libertis, accolabus, inquilinis, tam ibidem consistentibus quam et aliunde ibidem translatis, quod situm est in pago Dignense, necnon et Alpibus, quod situm est in pago Hebredunense *k*, vel omnia quidquid ad ipsas villas pertinere videatur. Sed quomodo ipsa charta ibidem ante ipsos relicta *l* fuisset, sic in postmodum alium relatum ibidem ostendit.... Quod Abbo patricius juxta legis ordinem de intericione chartarum inscribere in publico, vel coram bonis sacerdotibus atque illustribus personis, sicut lex est roborata *m*, ostendit de ipsis chartis quas Antener patricius malo ordine et iniquo ingenio de ipsa arca S. Victoris abstraxerat et incendere ordinavit: hoc est cartas, quas Gotricus et jam dicta Adaltrudis, vel quas aliæ plures personæ ibidem condonaverant ad ipsam casam Dei, sanctæ Mariæ vel gloriosissimo sancto Victori Massiliensi. Sed ipse abbas tunc temporis fuit Magnus, quando ipsas cartas, quas de Adaltrude Maurontus episcopus ibidem præsentavit, pro bono studio et pro bono ingenio in sua manica ipsa Adaltrudes absconsas habuit, quando ipsas alias cartas super altario ipso misit, et ibi sacramentum dedit et sic juravit quod amplius exinde in tota Massilia cartæ non adessent de illa ratione sancti Victoris, nisi quantum super ipso altario, continebatur. Et ipsas cartas, quæ ibidem fuerunt, Antener ipsas totas in sua præsentia incendio concremare jussit. Et ipsas cartas quas Adaltrudes ibidem in ipsa ecclesia in sua manica C absconsas habuit, in arca sancti Victoris denuo restituit *n*. Et ipse episcopus jamscriptus ibidem aliud judicium ostendit. Qualiter per ordinationem domni Karoli major. dom. cauciarios *p* suos missos exinde jussit ad ipsam casam sancti Victoris revestire, quod ita confecit; sed quomodo per ipsas rixas vel contentiones quæ in Provincia fuerunt *q*, ipsa casa Dei exinde devestita fuit et sicut alias res ipsas, quæ juste ad domnum regem Karolum *r* obtingebant in alode, Antener adhaberet per ipsam misculationem *s*, seu et ipsam Caladium villam visus fuit de ipsa casa Dei abstrahisse. Sed cum ipsi missi ipsas auctoritates vidissent et relegere rogassent, sic omnes illos homines ingenuos, de ipso pago Dignense qui fuerunt et hoc cognitum habuerunt, ipsos per sacramentorum interpositionem jurare fecerunt, ut omnem rei veritatem ipsorum exinde dicere deberent. Sic omnes sic affirmaverunt, quod ipsam pro beneficio Metrano, qui fuit patricius in Provincia pro causa Massiliensi, ipsam villam Caladium ipsius in beneficium cessisset, et in postmodum Abbo, patricius pro causa Massiliense, sanctæ Mariæ et sancti Victoris in beneficium concessit, quod ipsi Ancemundo vicedomino Massiliense *t* ibidem descriptionem ad partes sancti Victoris Massiliensis facere viderunt. Et ipsum poleticum *v* ipse episcopus in ipsorum præsentia ibidem ostendit ad relegendum. Sed cum ipsas auctoritates audissent, sic ipsi etiam missi interrogaverunt et adjuraverunt, ut veritatem exinde dicerent. Sed contra episcopum ipsum, vel contra ipsas cartas aliquis sic rebellabat, quod per annositatem seu per legem tricenariam *x* in tempore pacis ad ipsum beneficium sui senioris, aut ad partes domni Karoli regis perportare valebant. Sed in nullis modis se instituit ad hoc faciendum. Cum autem nullus homo hoc contradicere nec contendere voluit, ipsi missi per ipsas auctoritates scripturarum quæ ibidem ostensæ vel relectæ fuerant, ipsum episcopum revestire fecerunt, ut omni tempore deinceps ipsam casam dicti sancti Victoris ipsam villam cum suis appendiciis habeat vendicatas. Testimoniaverunt Taurinus et Sanctebertus per interpositionem sacramenti, quod ipsa villa Caladius propria fuisset Nemphidii patricii quondam, et habuisset uxorem Adaltrudem, ex qua habuit filios tres. Et quod ipse Nemphidius et Adaltrudes et filii ipsam villam per cartulam cessionis ad ipsam casam Dei M°. delegassent. Et ipsi viderunt et cognitum habuerunt, quando Ansemundus vicedominus per ordinationem Abbonis patricii quondam ad partes supradictæ ecclesiæ descripsit, et ipsam villam per consensum Abbonis patricii vel cessionem ad partes supradictæ ecclesiæ habuit et omnem inde casum recepit. Testimoniavit Transuarinus et Amatus similiter, Venantius presbyter et Villarius; testimoniavit Hunoaldus et Theodolinus similiter; testimoniavit Christianus et Theudigilius. Hi sunt qui præsentes fuerunt quorum roborationes vel signacula subter tenentur inserta. Actum est enim die Mercoris, VIII kal. Martii, anno XII regnante domino nostro Karolo indict. XI *y*. Comes Marcellinus firmavit. Gedeon Corbinus Regnarius, Taurinus, Magnebertus, Sanctebertus *z* firma.

AUCTORE V. D. B.

t

polyptychum S. Victoris profertur.

v

Objicitur S. Mauronto *præscriptio, sed male.*

x

y

z

a *b* *c* *d* *e* *f* *actor,* *g* *h* *materia litis,* *i* *k* *l* *instrumentum donationis renovatum,* B *m* *post conatus de eo abolendo frustraneos.* *n* *Jus* S. Mauronti *jam agnitum a Caroli Martelli missis;* *p* *q* *r* *error tempore Caroli Magni.* *s* *Testes dicunt fuisse terras diu beneficiarias;*

ANNOTATA.

a *Digna, vulgo* Digne. *antiquissima civitas episcopalis, olim sub archiepiscopo Ebredunensi. nunc vero Aquensi. Agitur in hac civitate lis de Caladio villa aliarumque rerum ratione rei sitæ præcipuæ.* F

b *Vel ex hac una Notitia placiti Dignensis convellitur sententia Muratorii* (1), *Sismondi* (2) *aliorumque, qui* missos dominicos, missos regios, missos discurrentes, regios legatos *aliove nomine anno* 802 *a Carolo Magno primum institutos æstimant. Re quidem vera hoc anno Carolus imperator insigne de Missis capitulare* (3) *edidit, cujus significationem Chronicum Moissiacence* (4) *ita explicat:* Recordatus piissimus Karolus imperator in die sua de pauperibus, qui in universo imperio ejus erant et justitias pleniter habere non poterant, noluit de intra palatio suo pauperiores vassos suos transmittere ad justitias faciendas propter munera: sed elegit in regno suo archiepiscopos et reliquos episcopos et abbates, cum ducibus et comitibus, qui jam opus non habebant super innocentes munera accipere. *Non itaque novum erat institutum, sed pristini instituti reformatio, causis missorum ara-*

(1) Dissertazioni sopra le Antichità Italiane, diss. IX, tom. I, pag. 66. — (2) Hist. des Français, tom. I, pag. 465, edit. Brux. 1846. — (3) Ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 658. — (4) Ibid. pag. 79 et 80.

ritis

AUCTORE V. D. B.

ritiæ resectis : de qua avaritia disseruit olim Johannes de Vita (1), *nonnullis ex libris Carolinis locis adductis. Antea vero exstitisse missos dominicos, maxima præditos auctoritate, constat ex capitulari anni* 779, *capite* XVII *et* XXI (2). *ex præfatione capitularis Aquisgranensis anni* 789 (3) *et ex alterius capite* XI (4) *et* XXI (5) *et ex plurimis aliis. Valesius* (6) *narrat ad annum* 748 *in synodo seu mallo Durensi constitutum fuisse a Pippino majore-domus ut per provincias mitterentur viri integerrimi qui omnium querimonias audirent et de rebus judicatis inquirerent. Sane tunc gentis conventus ibidem celebratus est, et de ecclesiarum restauratione et causis pauperum viduarumque et orphanorum corrigendis justitiisque faciendis actum* (7) : *sed missos dominicos quaquaversum destinatos nuspiam lego; neque iis locis quæ ipse Valesius in Notitia Galliæ ad verbum* Duria *indicat. Certius hujus consuetudinis vestigium demonstrat Valesius ad annum* 578; *quo quum S. Gregorius Turonensis, post narratam seditionem Lemovicensem, scripsisset* (8) : Unde multum molestus rex, dirigens de latere suo personas, immensis damnis populum afflixit suppliciisque conterruit, morte multavit; *animadvertit Valesius* (9) *ibi primum mentionem fieri regiorum missorum. Splendidius exemplum occurrit in controversia, anno* 715 *inter episcopos Aretinum et Senensem de quibusdam parochiis agitata; in qua Guntheramus notarius,* missus excellentissimi domni Luitprandi regis *cum episcopis Fesulano, Pisano, Florentino et Lucensi judex sedit* (10). *Hanc singularem legationem ad singularem causam fuisse contendit Muratorius* (11); *verum dubito an ita sensurus fuisset, si animadvertisset primum testem ita coram Guntheramo, misso regio, depositionem suam auspicatum esse* (12) : JAM AMBROSIO MISSO DOMNO REGI de causa ista professionem feci. *Multo itaque satius documentorum penuriæ adscribemus non plura hujus instituti reperiri indicia.*

B

c Rationesburguis : *in editis scribuntur* rationes burguis; *quam vocem Mabillonius* (13) *putat mutandum in* rationalibus; *Belsuncius* (14) *vero interpretatur quasi* rationes *significarent* lites *et* burguis *oppida, ita ut illi essent* judices in burgis. *Sed parum recte : agitur quippe de* rachimburgiis, *ut animadvertit jam abbas de Foy* (15). *De vocis etymo dixere complures; quorum nomina vide apud Cangium* (16), *Eckhartum* (17) *aliosque; sit satis novisse*

C

rache *esse* causam, bergen *servare, ita ut* causæ servatores *sint* rachimburgii. *Eosdem eos habet ac* bonos homines *Eichhorn* (18); *eosdem ac scabinos Schilterus* (19); *judices fuisse et comitum assessores res certa; satis facile consentirem* rachimburgios *vocem genericam fuisse, quæ* scabinos palatii *et* scabinos civitatum *seu* bonos homines *complecteretur.*

d *Ad calcem subscribunt præter Marcellinum comitem, Gedeonem, Regnarium et Cordinum* (*Hieronymus omittitur*), *Taurinus, Magnebertus et Sanctebertus. Equidem arbitror Marcellinum comitem huic placito præfuisse, reliquos septem assedisse, et* Viernerius *et* Arimadis *non nomina esse propria; sed nescio quæ vocabula deturpata. Sane non subscribunt; comes præsidere solebat et scabini vulgo erant septem, ut ex capitularibus Caroli Magni, e lege Langobardorum, ex capitulari addito legi Salicæ et ex Hincmaro ostendit Cangius* (20).

D

e *Videtur hic duplex scabinorum genus designari. Et quidem in Capitulari Ludovici Pii anni* 822 *similis distinctio fieri videtur, ubi capite* XXVIII *præcipitur* habeat *ut* unusquisque comes vicarios et centenarios suos necnon et de PRIMIS scabineis suis tres aut quatuor (21). *Credibile est hos scabinos, ex nobilitate seu* leudorum *genere assumptos, a comitibus seu missis dominicis per missaticum suum circumductos fuisse; dum alii tres aut quatuor scabini in singulis, ad quas missi adventarent, civitatibus eligerentur* (22), *consentiente populo aut eo saltem præsente* (23) : *ita ut pars scabinorum in judiciis ferendis mentem et consilia palatii, pars usus civitatum et consuetudines locales probe perspecta haberent : quæ res eo erat utilior, quo magis scabinorum juris peritia comitibus, utpote viris militaribus, auxilio et luci esset.*

E

f Boni homines *seu* probi homines *nunc etiam* preud'hommes *seu* prud'hommes, *judices selecti inter honestos cives.*

g *Pleraque vetera monumenta* sanctæ Mariæ et sancti Victoris, *seu nude* sanctæ Mariæ *vocant cœnobium, quod postea sotius* sancti Victoris *nomine appellatum est.*

h *Adaltrudis, relicta seu vidua Nemphidii patricii, videtur facta abbatissa, ni fallor, S. Salvatoris post mariti mortem; vocatur enim* venerantissima. *Donatio tamen facta erat a marito, uxore et filiis, ut postea explicatur.*

i Caladius *est Cointio* (24) *et de Foy* (25) *locus dictus* Chandol; *Belsuncio* (26) Chaudel. *Genuinum nomen* Chaudol, *viculus parochiæ* de la Javie, *tribus leucis a Digna, ad euronotum* (27).

k *Belsuncius* (28) *ita vertit ac si alii agri siti essent in Alpibus, alii in pago Ebredunensi* (Embrun). *Textus obscurus et in utramque partem flexilis.*

l *Chartas* relinquere, *sæpe in placitis obvia vox, nil aliud indicat quam chartas judicum oculis subjicere, seu* producere *aut* ostendere.

m *Lex de* interitione chartarum, *seu de renovatione diplomatum, observata a patricio, publice, coram bonis sacerdotibus atque illustribus personis, valde notanda est. Censuit enim Mabillonius* (29) *et post eum Bréquigny* (30) *ante Carolum Magnum privata, non publica auctoritate instrumenta renovata fuisse; sed quia hæc renovatio sublestæ auctoritatis esset, principes adire satius paulatim ac tutius visum esse. Ex illo itaque loco manifestum est quam immanis sit error.*

F

n *Universi illius loci sensus est hic, videlicet Antenerum patricium, quum forte arbitraretur plerosque S. Victoris agros dominicales esse, jussisse ut abbas Magnus omnes cœnobii sui chartas altari imponeret,*

(1) Antiquit. Benevent. tom. II, dissert. VII, pag. 488 et 489. — (2) Ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 647. — (3) Ibid. pag. 649. — (4) Ibid. loc. cit.— (5) Ibid. pag. 650.— (6) De rebus Francicis, t. III, pag. 575. — (7) Annal. Metens. ap. Pertz, Monumenta German. tom. I, pag. 330. — (8) Hist. Franc. lib. V, cap. 29, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 251.—(9) Rerum. Francic. lib. X, tom. I, pag. 103. — (10) Antiquitates Italiæ, dissertat. LXXIV, tom. VI, col. 367 et seqq. — (11) Ibid. dissert. IX, tom. I, col. 455. — (12) Ibid. dissert. LXXIV, tom. VI, col. 571. — (13) Annal. Bened. ad an. 780, num. 8, tom. II, pag. 235.— (14) Histoire des évêques de Marseille, liv. IV, tom. I, pag. 298.— (15) Notice des diplômes, tom. I, pag. 174. —(16) Glossarium med. et inf. latinit. v° *Rachimburgus*. — (17) Pactus legis salicæ, tit. LIII, not. pag. 96. — (18) Deutsche staats und Rechtsgeschichte, § 48, tom. I, pag. 152. — (19) Glossarium Teutonicum, pag. 670. — (20) Glossarium, v° *Scabinus*. — (21) Ap. D. Bouquet, tom. VI, pag. 456. — (22) Vide Cangii Glossarium, v° *Scabinus*. — (23) Vide Mably, Raynouard, Guizot in opere Nouveau dictionnaire de la Conversation, tom. X, pag. 476, v° *Echevin*. — (24) Annal. ecclés. Franc. ad an. 780, num. 19, tom. VI, pag. 183. — (25) Notice des diplômes, tom. I, pag. 175. — (26) Histoire des évêques de Marseille, tom. I, pag. 296. — (27) Dictionn. universel de la France, v° *Chaudol*. — (28) Hist. tom. I, pag. 296. — (29) De re diplomat. lib. I, cap. VII, pag. 27. — (30) Diplomata, Chartæ, etc. ad res francicas spectantes, tom. I, prolegomena, pag. CCXXX.

Adaltrudem

A *quas ipse dein examinaret; huic negotio interfuisse Adaltrudem, eamque (ut vidit diploma quo Caladium aliosque agros Victorinis concesserat) id sagaci manu sustulisse et abscondisse in larga qua moniales utebantur manica. Credibile id ab abbate Magno æque ignoratum fuisse ac a patricio Antenero. Certe Magnus, adactus ad confirmandum juramento nullas alias penes se nec in civitate esse chartas, invocato Dei nomine, id fecit. Postea Adaltrudis absconsam chartam restituit; quæ in arca seu tabulato S. Victoris iterum inclusa est.*

p *De hoc ipso loco sententiam jam dixit Cangius* (1), *arbitratus legendum* causarios, *scilicet* qui causas dijudicant; *sed nuspiam reperio judices umquam* causarios *dictos* (2). *Nonne hi cauciarii seu causarii, qui Massiliæ, quum hæc anno* 737 *Mauronto erepta est, Caroli Martelli causas agerent seu procuratores essent? Cæterum, quum missorum dominicorum normam judices haberent et procuratores, res eodem fere recidit.*

q *Quæ fuerint hæ rixæ et contentiones non liquet. An Mauronti fautorum molitiones?*

r *Indigitatur Carolus Magnus, anno* 768 *Provinciam adeptus.*

B s *Misculatio seu mixtura, de qua in legibus multa statuuntur, non ad res immobiles pertinet; verum hic indicat hæc vox missis Caroli Magni Caladium aliasque villas, olim ab Antenero quocumque titulo occupatas, omnes habitas fuisse pro campis dominicalibus et indiscrinatim regi attributas.* AUCTORE V. D. B.

t *Cangius, de hoc vicedomino Massiliensi agens :* Vicedominus, *inquit* (3), dictus quondam Massiliensis judex, qui sub patricio provinciæ jus dicebat, a quo ad eumdem patricium provocabatur. *Hæc ipse ex Guesnajo* (4), *institutionem vicedominorum Massiliensium Carolo Magno tribuente. Certe Ansemundus, Abboni patricio coævus, Carolo rege antiquior. Neque in hac charta judex inferior fuisse legitur, sed notarii potius explesse partes.*

v Politicum *pro* polyptycho, *vulgo* Pouillé, *seu catalogo bonorum et jurium monasterii. Hæc et reliqua producta secundum juris romani præscriptiones, quibus statuitur* instrumentorum nomine ea omnia accipienda esse, quibus causa instrui possit; et ideo tam testimonia quam personas instrumentorum loco haberi (5). *Alia multa ejusdem generis* (6) *omittenda videntur.*

x Lex tricenaria *pertinet ad* præscriptionem. *Hoc iterum caput ex lege civili depromptum. Sermo hic tantum fit de præscriptione triginta annorum, non vero quadraginta, quoniam postea tantum id privilegium domibus religiosis concessum est* (7).

y *De his indiciis temporis dictum est supra* E *numm.* 3, 4, 5, 6.

z *Hieronymum hinc abesse monuimus ad litteram* d.

(1) Glossarium, v° *Cauciarius.* — (2) Cfr Ibid. v° *Causarius.* — (3) Ibid. v° *Vicedominus.* — (4) Annal. Massil. ad an. 768, num. 6, pag. 242. — (5) Digest. lib. XXII, tit. IV, cap. 1. — (6) Cod. lib. IV, tit. XXI. — (7) Cfr Eichhorn, Deutsche Staats und Rechtsgeschichte, num. 200, tom. I, pag. 452 et 453.

DE S. UNNI ARCHIEPISCOPO

HAMBURGI ET CORBEJÆ

IN SAXONIA

COMMENTARIUS HISTORICUS. V. D. B.

C

§ I. S. Unnis cultus, miracula et reliquiæ. Acta deperdita. F

ANNO CMXXXVI. S. Unni, *licet sæpius in opere nostro prætermissus,*

SUnnis, *qui* et Unnus, Unno, Wimo, Wymo, Vuimo, Guimo *et* Wino *dictus legitur, et quem Index Bremensis, (de quo inferius num.* 17 *et* 19 *plura dicentur,)* Brun vel Unnonem *vocat, jam bis in opere nostro inter prætermissos collocatus fuit; prius ad diem* 15 *Aprilis, qua ejus nomen in Kalendario Ms. Antverpiensi ordinis S. Benedicti memorabatur* (1), *et dein ad* 15 *Septembris, qua Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum ejus laudabat nomen* (2); *quin etiam hoc posteriori loco visus est decessoribus cultum ecclesiasticum non habuisse, nec proin ullo umquam tempore ejus gesta inter Acta Sanctorum illustranda. Verum minus recte: dubitandum enim non est quin centum annis ante celeberrima Urbani VIII de cultu Sanctorum decreta aliquot ecclesiastici honores ei concessi fuerint.*

cultum tamen habuit ecclesiasticum, ut

2 *Ejus nomen inseruit Molanus, in prima sua Usuardi editione, scribens :* Eodem die (21 *Octobris*) B. Wimonis, Bremensis episcopi, qui Bircæ quiescit; *in reliquis editionibus :* Bircæ, B. Wimonis, Bremensis episcopi, qui Gothis verbum Dei prædicavit. *Hinc eadem aut similis memoria assumpta est a Walassero in posteriores editiones Martyrologii, quod Ven. Canisio tribui solet; a Wione in Ligno Vitæ* (3); *a Ferrario in Catalogo Generali Sanctorum; a Menardo in Martyrologio Monastico; a Bucelino in Menologio Benedictino et a Castellano, qui, ut solitus est* venerabiles *vocare eos sanctos aut beatos confessores de quibus officium ecclesiasticum non fit, eo quoque titulo donavit* S. Unnim. *Alios omitto.* *ex Martyrologiis,*

3 *Aliud cultus indicium repetitur ex appellatione* Sancti *seu* Beati, *cadente (ut ajunt) in personam, non autem in mores et piam vitam; ita ut* Sancti *seu* Beati *titulus modum et rationem prænominis habeat : quæ laus ab exeunte saltem sæculo* XI *sancto* Unni *dari cæpisse videtur. Etenim Adamus Bremensis, qui hoc ævo floruit, nuncupat eum libro* I *Gestorum Hammaburgensis ecclesiæ pontificum* beatissimum archiepiscopum *ex titulo* Sancti *a sæculo* XI

(1) Acta SS. tom. II April. pag. 371. — (2) Ibid. tom. V Sept. pag. 4. — (3) Lignum Vitæ, lib. III, tom. II, pag. 346.

AUCTORE V. D. B.

scopum nostrum Unnium (1), confessorem Dei (2), *seu* Domini (3), athletam Dei (4), evangelistam Dei (5), sanctum Dei (6), sanctum patrem Unnim (7) *etc. In scholiis autem, quæ ad librum* IV *seu ad descriptionem insularum Aquilonis adjecisse videtur ipsemet, de Birca ita scribit* (8) : Ibi in Birca est portus sancti Ansgarii et tumulus sancti Unni archiepiscopi, familiare, inquam, hospitium nostræ sedis confessorum. *Hæc scholio* 122; *et inferius scholio* 138, *ubi de primo Adalwardi junioris Sictunensis seu Scarensis episcopi in Sueciam ingressu* (9) : Tunc etiam, *inquit*, occasione itineris divertit (*Adalwardus*) Bircam, quæ nunc in solitudinem redacta est, ita ut vestigia civitatis vix appareant : quare nec tumulus sancti Unni archiepiscopi inveniri potuit : *pertinent hæc ad annum* 1064 (10), *vel* 1070 (11).

usque nunc ei dato.

4 *Chronicum breve Bremense, quod ejusdem ac Adamus scholasticus ætatis fere est, similiter* sancti *appellatione Bremensem nostrum præsulem exornat; quod quum non fecisset constanter chronographus, librarius ille, qui apographum exaravit Petri Olai Minoritæ et multis locis secundum Adamum Bremensem auxit, inseruit alicubi* sancti *prænomen. Eccum* (12) :

B

[Sanctus] Unni [pallium suscepit a papa Joanne, ferulam a Conrado rege;] sedit annos 16, menses undecim, dies 17. Conradus rex obiit hujus [pontificis] anno primo... Sanctus Unni archiepiscopus Danos et Nortmannos Evangelizando apud Bircam obiit. *Uncinis inclusa additamenta sunt apographi Petri Olai. Martenius idem Chronicum ex codice Bodecensi edidit et multis conspurcavit mendis. Legitur ibi* Sanctus Vinri (13). *Similiter Adamus Trazigerus, medio sæculo* XVI *syndicus Hamburgensis, in vernaculo suo Hamburgensi Chronico* (14) *vocat eum* S^t. Unni; *et Staphorst* (15) Unnonem sacerdotem *seu* den Heiligen. *Jure itaque doctissimus in rebus septentrionalibus Messenius eum jam* beatum *jam* sanctum (16) *appellare perrexit; similiter Matthias Joannes Beehr, Mecleburgensis historicus* (17), Beatum *eum vocat sæpius; quos et Wilmans, indicis tom. VII Monumentorum Pertzii auctor, nuperius imitatus est.*

ex sepulcri honore et miraculis constat,

5 *Aliquem cultum* S. Unni *reliquiis statim post mortem collatum fuisse probabile est. Quum enim in media Suecia diem obiisset, discipuli ejus caput separarunt a trunco, quod Bremam reportarent et decenti honore conderent in ecclesia sancti Petri coram altari. Supra audivimus ex Adamo Bremensi Adalwardum, Sigtunensem episcopum, divertisse Bircam ut sancti* Unnis *sepulcrum visitaret : quod quidem inter media civitatis rudera non invenit; sed suis inquisitionibus testis nobis est piam de eo tumulo apud Saxones superfuisse memoriam. Nec mirum : Trithemius enim in Chronico Hirsaugiensi mentionem instituit miraculorum, quæ Bircæ ad ejus tumbam facta sunt:* Wyno, *inquit* (18), monachus Corbejensis in Saxonia nostri ordinis, vir doctus et sanctus, in archiepiscopum electus præfuit annis octodecim; qui postea pro Dei amore Gothiam ingressus, illis populis verbum Dei prædicavit, et, post aliquot annos ibidem mortuus et sepultus, multis miraculis coruscavit. *In Annalibus, in quibus eum bis* sanctum Wynonem, *semel* sanctissimum præsulem Wynonem *nuncupat, non aliter loquitur* (19) : In eadem insula, *inquiens*, tandem in Domino quievit, et tam in vita quam post mortem infinitis pene fertur coruscasse miraculis.

C

D

quæ brevi post mortem scripsit Sigebertus Corbejensis;

6 *Atque ejus testimonium tanto majoris est ponderis, quod utrobique, in Chronico et Annalibus, ita loquitur ut manifesto rideatur* S. Unnis *seu* Wynonis *Vitam præ manibus habuisse. Post recitata enim verba subdit in Annalibus :* Hujus sanctissimi præsulis Wymonis discipulus et comes peregrinationis fuit Sigebertus, memorati cœnobii (*Corbejensis*) monachus, in omni varietate scripturarum doctissimus, qui mortuo in Gothia sancto Wynone, ad Corbejam reversus, vitam, peregrinationem et miracula ejus, gemino descripsit eloquio, videlicet prosa simul et metro. Alia insuper nonnulla edidit, quibus sui memoriam immortalitati consecravit. *Aliqui interpretantur illa verba quasi Sigebertus Vitam* S. Unnis *scripsisset partim carminibus, partim soluta oratione; aliqui quasi duas composuisset Vitas ita ut* S. Unni *idem factus esset honor qui S. Ansgario cessit et tot aliis : quæ posterior sententia multo probabilior.*

E

quod opus nunc est deperditum.

7 *Verum hæc momenti minimi, quum nulla amplius sit spes alterutram adipiscendi Vitam : quod enim habebat Trithemius apographum vel cum reliquis summi hujus viri libris brevi post mortem dissipatum vel cum documentis Hirsaugiensibus incendio periisse censendum est in Blumeneggæ castro, quo frementibus adversus catholicos protestantium armis delata erant* (20). *Neque meliora fata codicis Corbejensis, qui forte jam pridem ante sæculi* XVI *et* XVII *religiosa bella absumptus erat. Sane hoc ævo, quum in Germania multa quæstio fuerit de sinceritate Chronici Corbejensis, quod in annotatis ad Traditiones Corbejenses sæpius citavit Falken, nil omissum est ut qui libri Mss. exstarent olim Corbejæ innotesceret; quumque in illo Chronico parentes* S. Unnis *nomine designarentur, singularis erat ratio ob quam de hujus sancti Vita cogitaretur : at ne hilum quidem de Sigiberti Corbejensis operibus detectum est* (21). *Cæterum omnem operam impendimus ut, sicubi lateret, ejus ad nos veniret notitia; quoniam quanti esset pretii si historia antiqua* S. Unnis *Vitis SS. Ansgarii et Remberti aliorumque septentrionis apostolicorum virorum accederet, intelligitur facilius quam quis umquam dixerit.*

F

certus est cultus reliquiarum S. Unnis *in Corbeja Nova.*

8 *Verum ex hoc diverticulo ad* S. Unnis *redeamus reliquias, quarum pro ejus cultu stabiliendo argumentum. Posteriori sæculi* XIV *parte Bodo, comes Pyrmontanus et Corbejæ novæ abbas* XLI, *in mandatis dedit Conrado seu Wilhelmo a Plettenberg, præposito Eresburgensi, Lipsanographiam conscribere, quæ et ostensionis caperet ritum et reliquiarum Corbejensium catalogum. Atque hinc constat* S. Unnis *reliquias olim Corbejæ cultas fuisse. Re quidem vera dum strenue starent Corbejæ monachi pro religione catholica, quam majores per universam olim Saxoniam propagarant, dumque omnes in his partibus novorum magistrorum conatus tanta retunderent felicitate ut hunc murum non transierit Lutheri doctrina; fugere sæpius cum sacris suis cimeliis eaque tandem amiserunt pleraque, expugnato ab Austriacis anno* 1634 *vicino Hoxaria oppido, in quo cum reliqua pre-*

(1) Ap. Pertz, Monum. German. tom. VII, pag. 504.—(2) Ibid. pag. cit. — (3) Ibid. pag. 505. — (4) Ibid. pag cit. — (5) Ibid. pag. cit. — (6) Ibid. pag. 504. — (7) Ibid. pag. 505. — (8) Ibid. pag. 376.—(9) Ibid. pag. 581.—(10) Messenius, Scondia illustr. tom. IX, pag. 60.—(11) Rhyzelius, Episcopia Suiogothica, tom. I, pag. 165. —(12) Ap. Pertz, tom. VII, gag. 391. —(13) Ampliss. Collect. tom. V, col. 504.—(14) Ap. Westphalen, Rer. Germanic. tom. II, col. 1270. — (15) Hamburgischen Kirchengeschichten, tom. III, pag. 535. — (16) Scondia Illustrata, tom. IX, pag. 8 et 59. — (17) Rerum Mecleburgic. lib. I, cap. 4. col. 60 et 61. — (18) Chronicum Hirsaugiense, ad an. 909, Opp. hist. edit. 1601, part. II, pag. 24.—(19) Annales Hirsaugienses ad an. 909, tom I, pag. 56, edit. 1690.—(20) Annales Hirsaug. præf. pag. v. — (21) Cfr Wigand, Die Corveyschen Geschichtsquellen. Ein Nachtrag zur kritischen Prüfung des Chronicum Corbeiense, 1841.

tiosa

A *tiosa suppellectile depositæ fuerant* (1); *quin etiam perierunt in hac strage aut saltem non fuerunt redditæ reliquiæ* S. Unnis. *Verum ut diximus sæculo* XIV, *quum Plettenbergius scriberet, eas in scrinio S. Severini* (*quod vocabant*) *servatas fuisse et cum reliquis in festo S. Viti quotannis ostensas fuisse ipse loculpes testis est; et ne quis suspicetur eas forte alius esse sancti, conjungitur* S. Unnis *nomen cum decessore suo in sede Bremensi S. Adelgario his verbis* (2) : De S. Unni et Adelgario, necnon de sepulcro Domini. *Adeoque licet* S. Unnis *cultus nunc perierit, neque umquam late diffusus fuisse videatur, exstitit tamen certo certius centum et pluribus antequam Urbanus VIII decreta sua conderet annis.*

§ II. S. Unnis parentes, monachatus Corbejensis, episcopatus adeptio.

Parentes S. Unnis ignoti;

B *In Chronico Corbejensi, quod alii a Falkio fuisse suppositum, Paulus vero Wigand* (3) *multo verisimilius a Paullinio medico et historico Corbejensi partim e libris collectum, partim cerebro confictum autumat, dicitur* S. Unni nobilibus parentibus procreatus, patre scilicet Folchardo et matre Suaneborg. *Nomina hæc in Traditionibus Corbejensibus* (4) *leguntur; sed nil suadet eos fuisse* S. Unnis *parentes; quin etiam ipse Falkius* (5) *Folchardum, maritum Suanebergæ, qui in Traditionibus illis memoratur, fratrem facit Wallonis abbatis eumque cum uxore Suaneborg sæculo* XI *adscribit, centum annis post* S. Unnis *obitum. In schemate comitum de Schartfeld et Lutterberg, cui et prius illud par inseritur, apparet alterum matrimonium qui Folchardus III et uxor ejus Suaneberg appellantur* (6). *Id desumptum partim ex traditione* CCCIV (7), *in qua Folchardus et filius ejus Folchardus legantur : nulla vero Suanebergæ fit mentio. Dedit hanc mulierem Chronicum Corbejense suppositium, æstimante Falkio Folchardum filium, de quo in traditione illa agitur, eumdem esse ac maritum Suanebergæ et patrem* S. Unnis, *de quo in Chronico : ita ut nil aliud hic habeamus quam figmenta et temeras conjecturas. Et quidem ipse Falkius tam parvi fecit hoc loco Corbejense Chronicum, ut inter Folchardi sui III et uxoris Suaneberg*

C *filios non numerarit* S. Unnim, *sed mera suspicione* (*ut fatetur ipsemet* (8)) *solum Burchardum. Hinc colligit Paulus Wigand Falkio tribui non posse Corbejensis Chronici fictionem: quam sententiam multis aliis ejusdem generis exemplis fulcit. Sed his nobis non inhærendum : id unum satis nobis est Corbejensi Chronico,* S. Unnis *parentes prodenti, fidem non esse adhibendam, et in Traditionibus Corbejensibus nil profecto de eisdem memorari.*

fit monachus in Corbeja Nova, cujus fata paucis dantur;

10 *Aliquanto ante sæculi* IX *finem natum esse* S. Unnim *manifestum est; in Corbejam Novam se transtulisse ibique vestem induisse monasticam, dum Bovo II seu Junior illi asceterio præsideret, probabile est : Bovo enim anno* 900 *abbas ordinatus est et anno* 916 *vita functus* (9). S. Unnis *tamen nomen, nec sub formia* Unnonis, *nec sub forma* Wimonis *aut alia simili apparet in Chronico Corbejensi seu potius Catalogo fratrum novæ Corbejæ, edito a Meibomio* (10); *sed forte idem est ac ille qui sub Folcmaro, Bovonis successore, ibidem vocatur* Brun episcopus. *Porro illa apostolicorum virorum schola et veteris Corbejæ in Picardia Colonia prius in Hethe anno* 815. *dein in alio loco anno* 822 *a Ludovico Pio ædificata fuit in ea Saxoniæ parte quæ deinceps Westphalia dicta est. Primus superior fuit Adalardus, alius a S. Adalardo abbate Corbejæ Veteris; secundus Warinus; tertius Adalgarius; quartus Tancmarus; quintus Avo; sextus Bovo I; septimus Godescalcus, qui locum fecit Bovoni II; de quo paulo supra : quæ ideo notamus, quod videamus etiamnum a quibusdam* (11) *utriusque Corbejæ abbates inter se confundi. Crevit paulatim Corbeja Nova seu Saxonica quam plurimum auctoritate, opibus et agris. Per miseriam tamen temporum passa aliquando immani modo. Nullus rem magis restituit quam bellicosissimus Christophorus Bernardus Van Galen, episcopus Monasteriensis, quem sibi abbatem crearant Corbejenses. militari foris non minus egentes auxilio adversus vicinos protestantes, quam domi abbatiali regimine ad disciplinam revocandam et dissipata recuperanda bona. Anno* 1794 *Pius papa VI Corbejam Novam in* E *episcopatum erexit; ast quo surrexerat altius, eo brevi post prolapsa est profundius. Anno nempe* 1805 *Arausiacensibus principibus data est, quadriennio post novo Westphalico regno adjecta, et anno* 1815 *attributa Borussorum regi; ita tamen ut feudali jure eam teneret Amadeus Victor Rothenburgensis princeps : nunc sedes principum de Hohenlohe-Bartenstein-Schillings-Fürst. Monasterii incolæ, decanus scilicet et decem capitulares, Paderbornensi capitulo adjuncti sunt; ædes vacuæ relictæ* (12).

AUCTORE V. D. B.

S. Unni *miro modo ad unitos episcopatus Hamburgensem et Bremensem promotus ab Adamo narratur;*

11 *S. Ansgarii tempore, paucis ante medium sæculum* IX *annis* (13), *Bremensis episcopatus additus fuerat Hamburgensi archiepiscopatui; unde sæpius ortæ cum archiepiscopo Coloniensi difficultates, intra cujus provinciam antea jacebat Bremensis diœcesis. Perstitit nihilominus conjunctio, ita tamen ut archiepiscopalis titulus et dignitas anno* 1225 *Bremam translata sint* (14); *adeoque ut, quum antea Brema censeretur episcopatus, Hamburgum archiepiscopatus sub uno pastorali pedo, partes deinceps inversæ sint; donec pacis Westphalicæ legibus regi Sueciæ attributa fuere : quem tamen rerum ordo stabilem non fuisse omnes norunt. Miro modo ad illas insulas venisse* S. Unnim *narrat Adamus Bremensis; quam* F *vere id faciat, disceptari potest* : Memoriæ, *inquit* (15), traditum est a fratribus, cum Reginwardus transisset, Leidradum, Bremensis chori præpositum, a clero et populo electum. Qui, hoc Unni pro capellano utens, ad curiam venit. Rex autem Conradus. divino (ut creditur) Spiritu afflatus, contempta Leidradi specie, parvulo Unni, quem retro stare conspexerat, virgam pastoralem optulit. *Ad quæ imprimis animadvertendum est hæc non ex certis fontibus, sed ex narrantiunculis canonicorum Bremensium, centum et quinquaginta annis* S. Unnis *electione posterioribus, perhiberi. Deinde quum de investitura per virgam pastoralem seu baculum ibi fiat sermo, volunt hæc non convenire cum hujus ævi moribus, quandoquidem hunc usum seu abusum Ot-*

(1) Ibid. pag. 22 et 25 cf Paulini Dissertat. historiæ varior. monasterior. pag. 131; Falke, Traditiones Corbejenses, pag. 758. —(2) Ap. Paulinum, Dissertatio XIII continens Lipsanographiam Plettenbergii, pag. 129. — (3) Die Corveyschen Geschichtsquellen, etc. — (4) § 467, pag. 707. — (5) Ibid. § 457 et 467 et 707. — (6) Ibid. pag. 681. — (7) Ibid, pag. 540 — (8) Ibid. pag. 608 (9) Annales Corbejenses, ap. Pertz. tom. III, pag. 4.—(10) Rerum Germanic. tom. I, pag. 757. — (11) Cfr Frid. Car. Kraft, Narratio de Ansgario Aquilonarium gentium apostolo. pag. 70. — (12) Cfr Kraft, loc. cit.; Adrien Guibert, Dictionn. de Geogr. vo *Korvei*; Wigand. Op. cit, etc — (13) Cfr Henschenius, tom. I Februarii, pag 592, Münter, Kirchengeschichte von Dannemark und Norwegen, tom. I, pag. 301 et seqq ; Staphorst, Hamburgische Kirchengeschichte, pag. 38 et 39; Kraft, Op. cit. pag. 52 et 55, etc.— (14) Cfr Pagius, critice Baronii ad an. 1045. num. 2. — (15) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 305.

tonis

AUCTORE V. D. B.

tonis I seu Magni temporibus primo ortum esse statuunt (1).

quæ de investitura per baculum ibi traduntur,

12 *Tertio, certum est Bremenses, quemadmodum ostendit Henschenius* (2) *ex Vita S. Ottonis Bambergensis, adhæsisse Henrico imperatori, dum flagraret de investituris bellum : quin etiam ab eis scripta antiqua partium studio interpolata fuisse argumentum est Chronicum Bremense Breve; quod quum ante illa jurgia conditum esset et nil de investituris haberet, postea altera facta est editio, in qua, exordio ducto a S. Remberto, singulis episcopis appositum est a quibus Romanis pontificibus pallium et a quibus regibus aut imperatoribus ferulam seu baculum pastoralem accepissent* (3). *Atque, Henschenio* (4) *arbitro, hoc interpolationum genere vacua non est S. Remberti Vita, qualis ad nos pervenit; licet aliter statuat vir de rebus historicis egregie meritus, Georgius Pertzius* (5). *Adeoque notabile est duos illos maximos viros iisdem dimicare armis, videlicet Adami Bremensis auctoritate, Henschenius ut ostendat hæc Vitæ S. Remberti verba :* Susceptus ab eo (*Ludovico Pio*) honorifice, cum pontificalis baculi juxta morem commendatione episcopatus est sortitus dominium *esse intrusa; Pertzius ut contendat ea esse*
B *genuina. Henschenii argumentatio est hujusmodi : hæc verba nondum exstitisse in S. Remberti Vita, quum Adamus scriberet; ergo fuisse postea addita; quod autem ibidem nondum exstarent, testem esse ipsum Adamum scribentem lib.* I, *cap.* 32 : Pallium Rembertus pontificale suscepit a papa Nicolao, ferulam pastoralem a cæsare Luthewico, sicut in privilegiis dignosci potest. Quæ autem sequuntur ex Vita ejus excerpta sunt, *quasi priora in Vita non legerentur, postea intrusa. Stringere videtur argumentum; verumtamen id solvere dignatus non est cl. v. Pertzius, satis habens monuisse Adami dicta* inservire posse refutando Henschenio, nulla ratione probabili subnixo. *Alia quoque argumenta subtexuit Henschenius; quæ apud eum videsis.*

non videntur vera;

13 *Quarto demum illa de Leidrado et* S. Unni *narratiuncula eo minoris videtur ponderis, quo magis ipse Adamus in referendis singulorum episcoporum investituris solitæ suæ gravitatis oblivisci videtur. Ejus enim mos est indicare unde singula fere adjuncta hauriat, nisi fontes in propatulo sint; numquam vero monet ubi legerit archiepiscopos Hamburgenses post S. Ansgarium omnes baculo fuisse investitos; nisi*
C *quod falsissime dixerit in privilegiis reperiri S. Rembertum a Ludovico cæsare ferulam pastoralem suscepisse. Adeo ut supposuisse videatur cunctos illos episcopos perverso illo modo fuisse institutos; a quo autem id factum fuerit, ex imperatorum regumque annis conjectura deduxisse.*

reliqua vero illius ævi moribus consona

14 *Licet autem hæc ita habeant, equidem non ausim omnem illi canonicorum Bremensium narrationi fidem abrogare; sed eam partem accipiendam arbitror quæ cum illius ævi et consuetudinibus conveniat aut saltem ab iisdem non abhorreat omnino. Leidradi porro electio ut ibidem narratur, facta est secundum cap.* 3 *Capitularis Aquisgranensis anni* 817 (6), *quo præcipiebatur* ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria diœcesi... eligerentur; *atque id edictum sæculo* x *ita observabatur passim in Germania ut electio fieret in die obitus seu depositionis decessoris, adeoque ut regio commendationis (quod ajunt) juri exercendo nec locus, nec tempus esset; quemadmo-* D *dum exemplis ostendemus inferius; verumtamen regius assensus (de jure an de more non quæro) prius expetebatur quam consecratio fieret; quæ res pro archiepiscopis Hamburgensibus eo erat pronior, quod Gregorius papa IV eorum* consecrationem, donec consecrantium numerus augeretur ex gentibus, *seu donec suffraganeos haberent Hamburgenses archiepiscopi,* sacræ palatinæ providentiæ interim commiserat (7).

et S. Udalrici electioni similia sunt.

15 *Porro, jam ante Ottonis Magni tempora abusos esse imperatores Germaniæ hac assentiendi licentia ex Vita S. Udalrici Augustani episcopi manifestum est. Hujus enim electionem, quæ anno* 924 *perfecta est, sexennio post electionem* S. Unnis, *ita declarat Gerhardus biographus* (8) : Defuncto Hiltine episcopo, machinatione nepotis sui Burchardi ducis et aliorum propinquorum suorum, Heinrico regi præsentatus, ejusque sublimitati nota facta est decessio episcopi, supplicatumque est ut præfato domino Oudalrico episcopalis potestas ab eo concederetur. Rex vero intuens herilitatem staturæ illius et comperiens doctrinæ suæ scientiam, petitioni corum assensum præbens, regio more in manus eum accepit munereque pontificatus honoravit. His vero ita peractis, hilari animo de rege revertentes, et ad Augustam pervenientes, secundum regis edictum potestativa manu vestituram episcopatus sibi perfecerunt. Succedente vero tempore nativitatis Domini, in die solemnitatis Innocentum, consuetudinario ritu ordinatio ejus peracta
E est. *Præcessisse electionem alius episcopi, a clero et et populo Augustano factam, atque hanc omissam fuisse a biographo, quod irritam eam fecisset Henricus Auceps, mihi quidem, illorum temporum usus consideranti, indubium est : adeo ut nil in hac narratione videam quod magnopere a* S. Unnis *electione discrepet, prout eam narrat Adamus : nisi quod S. Udalricus non legitur investitus ab imperatore, sed ab eo tantum* in manus acceptus, *insertis scilicet manibus suis inter manus imperatorias, hominii præstandi causa. At, quæso, nonne longius probabilius est similiter actum cum* S. Unni, *quam eum præter consuetudinem baculo investitum?*

§ III. Chronologiæ Bremensium et Hamburgensium præsulum difficultates. F

Chronologia Brem. et Hamburg. præsulum turbata.

Jam si quæratur quo hæc facta sint tempore, in intricatissimam deducimur causam. Non enim quæri potest quando S. Unnis *episcopatus incohatus fuerit, nec quo anno desierit, quin simul decessorum et successorum anni in controversiam veniant. Adami Bremensis quoque auctoritas in discrimen vocatur; quid Chronicum Breve Bremense valeat dispiciendum est et multa alia exsurgunt dubia. Quum tamen ejuscemodi labores effugere non soleamus, hic quoque aliquid tentandum est.*

Computus Corbejensis, quo usus Adamus, est catalogus

17 *Ante omnia oculos in fontes feramus oportet. Adamus Bremensis sæpe utitur scriptiuncula, quam* Compotum Corbeja delatum *appellat* (9). *Æstimat Lappenbergius* (10), *laudatissimus Adami editor*

(1) Natalis Alexander, Hist. eccles. sæc. XI et XII, Diss. IV de investit. tom. VII, pag. 271 et seqq. Meibomius, de Jure invest. episc. per vim adempto, tom. III Rer. German. pag. 170 et seqq. Quocum cfr De Marca, de Concord. Sacerdotii et imperii, lib. VIII, cap. XII et seqq. tom. II, pag. 324 et seqq. — (2) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 557. — (3) Cfr editio Lappenbergii, ap. Pertz, tom. VII, pag. 390 et seqq. — (4) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 557. — (5) Monum. German. tom. II, pag. 764. — (6) Ap. Pertz, Leges, tom. I, pag. 206. — (7) Cfr decretum Gregorii IV, Act. SS. tom. I Februarii, pag. 406. — (8) Ap. Pertz, tom. IV, pag. 387. — (9) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 278. — (10) Ibid. pag. 268; pag. 297, not. 21; p. 302, not. 74 et 75; p. 405, not. 86.

recens

A *recens, hunc Computum esse Annales Corbejenses; quibus quæ præcipue ab anno* 658 *ad annum* 1148 *contigerunt ad singulos annos pro more chronicorum annotata sunt; prima manu cessante anno* 740, *secunda circa annum* 1028 *aut forte* 1063 *et sic deinceps. Aliter sensit Pertzius* (1); *cui omnino adhæreo, quum Computus ille nil cum his annalibus commune habeat; atque eo progredior ut æstimem Computum illum fuisse omnino similem Indici episcoporum et archiepiscoporum Bremensium, quem ex vetusto libro donationum et regularum S. Ansgarii excerpsit Staphorst* (2); *ita ut duæ editiones ejusdem opusculi, aut duo rivi ejusdem fontis mihi habeantur.*

epp. Bremensium et Hamburgensium. 18 *Proferantur tabulæ ex quibus judicium ferat ipse lector. Capite* 57 *novo lib.* I *Adami* (3) *legitur :* Sanctus Rimbertus sedit annos 25. Annos ejus et obitum decessoris sui repperimus in quodam Compoto a Corbeja delato. *Capite* 47 (4) : Adalgarius archiepiscopus sedit annos 20. Annos ejus ex Compoto quo supra tulimus. *Capite* 53 (5) : Hogerus archiepiscopus sedit annos 7. Et hujus annos repperimus in libro superiori, et quod per contentionem ordinatus est a Coloniensi archiepiscopo : *deest id posterius in Indice Bremensi. Contra, ut ex*
B *capite* 55 (6) *patet, deerat in Adami Computo Reginwardi mentio, quæ fit in Bremensi Indice. Capite* 56 (7) : Unni archiepiscopus sedit annos 18. Annos ejus obitumque ut supra cognovi. *Omittit postea indicare Adamus unde singulorum archiepiscoporum annos sumpserit, suis fontibus satis ante apertis. Atque ex his plane patet qualis esset Corbejensis illa scriptiuncula. Ea certe habebat eamdem quam Index Bremensis formam; ita ut discrimen maximum in eo positum sit, quod, quum utriusque librarii medicam manum annis intulisse videantur, anni non satis inter se ubique conveniant; adeoque hinc factum est ut in utramque editionem irrepserint errores, diversi tamen. Neu opponas hunc Computum potius Necrologium fuisse; sane Necrologium Hamburgense habuit penes se Adamus : secus enim, unde cognovisset diem obitus uniuscujusque episcopi? Sed Computus, Corbeja delatus, tale Necrologium non erat; quamquam in Vita S. Mathildis, reginæ Germaniæ et* S. Unni *coævæ*, Computarium *pro Necrologio veniat* (8); *quæ enim in suo Computo reperit Adamus, non inscribuntur Necrologiis.*

Ratio supputandi in alio simili catalogo. 19 *Verumtamen quum exemplar Indicis illius Bremensis, a Staphorstio editum, ducentis annis Adamo posterius sit; nolim illud adhibere; quippe*
C *cui facile aliunde suppleri potest. Utilior videtur scriptio, quod Chronicum Bremense appellarit ejus editor Lappenbergius* (9), *sed cujus genuinus titulus :* Series Bremensium et Hammaburgensium episcoporum : *non enim ejus scopus est quid singulis annis factum sit indicare, sed quot quisque episcopus sederit annos, menses, dies : si quæ alia inspersa sint, id præter opusculi rationem factum : adeo ut ejusdem fere generis sit ac tot Romanorum pontificum catalogi, ut rei notissimæ comparatione utar. Generatim autem nulla in eo habetur ratio sedis vacantis; quod tempus successori adscribitur : insigne exemplum Unwanus; qui, quum die* 4 *Januarii anni* 1013 *obiisset S. Libentius, die* 2 *Februarii ab Ottone III designatus est et a Magdeburgensi, Sleswicensi et Scarensi præsulibus consecratus fuit; rejecto Oddone, quem Hamburgenses, vivo et commendante S. Lubentio, elegerant* (10). *Nihilominus Unwanus, die* 27 *Januarii anni* 1029 (11), *immo* 1030 (12), *mortuus,* sedisse *dicitur in Chronico Bremensi* (13) annos 16, dies 24. *In quibus numeris notandum est* dies *computari* cavos, *seu utrinque incompletos. Eadem tamen non servatur ubique ratio; ut in S. Adalgario inferius patebit.*

AUCTORE V. D. B.

Quo tempore tunc eligerentur in Germania episcopi 20 *Cæterum ubique per Germaniam fiebat electio quam primum post mortem seu potius depositionem decessorum : Constantiæ, post triduanas preces et jejunia, ut legitur in utraque S. Conradi Constantiensis episcopi Vita* (14) : *Pragæ, die Dominico sequenti, ut constat ex Vita S. Adalberti episcopi* (15); *Coloniæ, priusquam corpus defuncti humaretur, ut uterque S. Brunonis biographus testis est* (16); *Bremæ, ipso depositionis die, ut S. Remberti electio testatum facit* (17) : *adeo ut hanc consuetudinem e Colonia Ubiorum, veteri sua metropoli, mutuata censenda sit. Neque aliter Hamburgi, ubi Unwanum paulo supra electum vidimus etiam priusquam S. Libentius e vita excessisset. Diem depositionis et mortis non semper eumdem esse res certissima est* (18); *quamquam aliter R. D. Binterim* (19) *visum fuit. Præterea*
E *facile probari potest in catalogis Romanorum Pontificum uniuscujusque fere sessionem usque ad diem depositionis prorogatam censeri, atque ejusdem depositionis die anniversaria potius factam esse memoriam quam die anniversaria obitus. Eademne obtinuerint Bremæ et Hamburgi nemo dixerit : quocirca plerumque distingui nequeunt Bremensium et Hamburgensium episcoporum obitus et depositiones.*

et quo modo. 21 *Quibus addiderim aliquid de more, quo veteres Franci aliique Germanicæ stirpis populi reges suos creabant, in electionem episcoporum irrepsisse : electos scilicet elevatos fuisse a terra et universo ostensos populo. Præterea Coloniæ et proinde verisimiliter quoque Bremæ statim post exsequias decessoris eligebantur quatuor ex clero et quatuor ex laicorum ordine viri, qui imperatoris assensum factæ electioni postularent. Qui si concedebatur, ut fieri solemne erat, aliquanto post inthronizabantur et consecrabantur novi electi : temporis vero spatium, inter electionem intercedens et inthronizationem seu consecrationem, aliquando valde amplum erat. Atque his præmissis licet jam transire ad ordinandos primorum episcoporum Bremensium et archiepiscoporum Hamburgensium annos.*

F

§ IV. Chronotaxis undecim primorum Bremensium et octo Hamburgensium præsulum.

S. WILLEHADUS,

PRIMUS BREMENSIS EPISCOPUS.

S. Willehadus consecratus est 15 *Julii* 787, *obiit* 8 *Nov.* 789.

Postquam *Carolus Magnus anno* 785 *Saxones, toties domitos, iterum devicisset, et Witikindus cum suis fuisset baptizatus, licuit S. Willehado Wigmo-*

(1) Ap. Pertz, tom. III, pag. 2, not. 2. — (2) Hamburg. Kirchengeschichte, tom. III, pag. 529 et seqq. — (3) Ibid. pag. 297. — (4) Ibid. pag. 500. — (5) Ibid. pag. 502. — (6) Ibid. pag. 505. — (7) Ibid. pag. cit. — (8) Act. SS. tom. II Martii, pag. 569. — (9) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 390. — (10) Thietmarus Merseburg. lib. VI, cap. 55 et 54 ap. Pertz. tom. III, pag. 852; Annal, Quedlinb. ibid. pag. 81. — (11) Adamus Brem. ap. Pertz, tom. VII. pag. 328. — (12) Annal. Hildesheim. ap. Pertz, tom. III. pag. 97. — (13) Ap. Pertz, tom. VII. pag. 391. — (14) Ibid. tom. IV. pag. 452 et 458. — (15) Ibid. 584. — (16) Ibid. 258 et 275. — (17) Ibid. tom. II. pag. 770. — (18) Jo. De Vita. Antiquit. Beneventanarum dissert. XI. tom. I. pag. 294 et seqq. — (19) Denkwürdigkeiten der Christ-kathol. Kirche. tom. VI. part. III. pag. 570 et seqq.

AUCTORE V. D. B.

diam, quam olim jam excoluerat, repetere ferocesque illos populos revocare ad Christi fidem. Quum itaque stabiliorem formam res illic cepissent, Carolus, Wormatiæ subsistens, voluit S. Willehadum Bremensem consecrari episcopum. Id factum esse tertio idus Julii seu die 13 *illius mensis constat ex S. Willehadi Vita* (1) *conscripta ab ipso S. Ansgario, ex Chronico Moisiacensi* (2), *ex diplomate Caroli Magni quale illud servavit nobis Adamus* (3), *et ex annua hujus ordinationis festiva memoria, quam tertio idus Julii actam fuisse auctor est idem Adamus* (4). *Sedisse S. Willehadum post suam ordinationem annos* 2, *menses* 5, *dies* 26 *consentiunt Adamus Bremensis* (5) *et Chronicum Bremense* (6), *et convenit cum indiciis temporis quæ dat Chronicum Moissiacense coævum. Ex hoc enim monumento* (7) *ordinatus est S. Willehadus die* 13 *Julii anni* 787 *et diem obiit die* 8 *Novembris anni* 789. *Neque hic deseri potest annus. Constat enim ex S. Willehadi Vita* (8) *ecclesiam cathedralem Bremensem a sanctissimo illo præsule* dedicatam *fuisse* kalendis Novembris, die dominico, *et* sexto idus Novembris, die dominico, post solis ortum, confessorem Domini in Christi requievisse nomine : *quæ in annum* 789 *incidunt, qui litteram dominicalem habebat D. Ita ut hic negligendum videatur diploma Caroli Magni, quale ad nos venit per magistri Adami manus* (9) *et quo Bremensis episcopatus institutus est, datum* pridie idus Julii, anno dominicæ incarnationis 788, indictione 12, anno autem domni Karoli 21 in Palatio Nemetensi : *corruptæ quippe sunt notæ temporales, indictione* 12 *et anno* 21 *Caroli, mense Julio, concurrentibus non cum anno Domini* 788, *sed* 789. *Neque videtur Adamus* (10) *compertum habuisse quo S. Willehadus anno vitam posuerit; scripsit enim id factum triginta quinque annis post S. Bonifacii martyrium; quo in annum* 790 *duceremur, Frisiorum apostolo enecto* 5 *Junii anni* 755. *Notabile est S. Willehadum consecratum fuisse non die dominica aut festa Apostolorum, sed nuda feria* VI.

B

S. WILLERICUS,

SECUNDUS BREMENSIS EPISCOPUS.

S. Willericus, qui obiit 4 *Maji* 859,

S. *Willehado, die* 8 *Novembris anni* 789 *vita functo, successit S. Willericus, qui* anno incarnationis dominicæ 858, indictione II (*immo* I) et anno imperii domni Hludovici piissimi imperatoris 25, anno vero ordinationis Aldrici episcopi (*Cenomannensis, die* 22 *Decembris anni* 832 *consecrati* (11),) VI, pridie kalendarum Majarum Aquisgrani palatio judicio, *de monasterio Anisolensi lato, adhuc interat* (12), *et* anno prænotato 838, indictione I, die mensis Septembris 11, hoc est in festivitate SS. Martyrum Proti et Hyacinthi *partem habebat in dedicatione ecclesiæ Hirsaugiensis, ut Trithemius in utroque opere* (13) *testis est. Quin etiam vixit usque in annum sequentem, quum secundum Adamum* (14) sederit usque ad annum Ludvici senioris penultimum. *De eodem tamen scribit inferius Adamus* (15) : Qui obiit... anno Domini 857, qui est annus Ludvici 26 et penultimus. Sepultus est 4 nonas Maji. *Verum optimus codex, dictus tertius, habet* annum Domini 859; *idemque codex tertius, necnon secundus et quartus* annum Ludvici 25 : *sed ubique constanter legitur* penultimus. *Atque hæc omnino servanda, non tantum quia annus Ludovici imperatoris* 25 *seu penultimus ab exeunte Januario anni* 859 (16) *cucurrit, verum etiam quoniam Adamus, ut ipsemet testis est* (17), *reperit* scriptum... in libro donationum sive traditionum Bremensis ecclesiæ... usque ad 25 annum Ludvici præsedisse Willericum. *Deserendi itaque Annales Corbejenses, in quibus ad annum* 858 *legitur* (18) : Willaricus episcopus; *quo dictionum genere ibidem obitus indicari solent; et Annalista Saxo* (19) *Willerici mortem referens ad annum* 857; *sed annus* 859, *ut diximus, omnino tenendus.* Sedit, *inquit Chronicum Bremense* (20), annos 50, menses 5, dies 26; *ubi integer annus abundat. Et sane oportet ut Adamus in suo exemplari legerit annos* 49, *menses* 5, *dies* 26, *quum scribat* (21) *S. Willericum* sedisse annos quinquaginta, *utique incompletos,* (*solet enim annos incompletos supputare,*) *ejusque mortem seu sepulturam in* IV *nonas seu diem* 4 *Maji referat* (22); *quæ dies ab* 8 *Novembris, qua S. Willehadus mortuus est, mensibus distat quinque et diebus viginti sex.*

C D E

ab anno 792 *ad* 804 *exsulasse videtur.*

24 Cum vero scriptum sit in libro donationum sive traditionum Bremensis ecclesiæ a 57 Karoli usque ad 25 annum Ludvici præsedisse Willericum, 12 anni minus reperiuntur ab eo quem prædiximus numero. Et credi potest tanto tempore Bremensem episcopatum cessasse, *propter Saxonum rebellionem, quam Carolus anno tantum suo* 37, *Christi* 804, *domuit. Hæc difficultas proposita ab Adamo et ab eodem ita soluta* (23). *Verum animadvertit Eckhartus* (24) *Saxonum rebellionem et ab eis patratam sacrorum eversionem cœpisse anno tantum* 792, *testante Chronico Moissiacensi* (25, *Saxones hoc anno, Avaris fretos,* reliquisse iterum christianitatem, ecclesiasque, quæ in finibus eorum erant, incendisse et vastasse, rejecisse episcopos et presbyteros qui super eos erant et aliquot ex eis comprehensos occidisse. *Inter hanc itaque rerum conversionem et S. Willehadi obitum biennium intercesserat; quo S. Willericum creatum fuisse episcopum quis ambigat? Tempestati itaque cesserit ille præsul anno* 792 *et ad ecclesiam suam redierit anno* 804, *quo in Wigmodiam et Bremam scaras seu legiones suas a Carolo missas fuisse ex Chronico Moissiacensi* (26) *et aliunde novimus. Quocirca censemus quidem S. Willericum decem a sua sede abfuisse annos, consecratum tamen non diu post obitum S. Willehadi.*

F

LEUDERICUS,

TERTIUS BREMENSIS EPISCOPUS.

Leudericus, qui obiit 24 *Augusti* 847. *consecratus videtur* 18 *Maji* 859.

Liutricus episcopus [diaconus Villerici, successit ei;] sedit annos 8, menses 5, dies 5; *ita Bremense Chronicum* (27). *Adamus vero :* Leudericus, *inquit* (28), ordine tertius, sedit annos octo. Ejus annos cum pro certo scire nequimus, ex eodem libro traditionum didiscimus et Willerici diaconem fuisse et

(1) Ap. Pertz, tom. II, pag. 385. — (2) Ibid. tom. I, pag. 298. — (3) Ibid. tom. VII, pag. 289. —(4) Ibid. pag. 290. — (5) Ibid. tom. VII, pag. 290. — (6) Ibid. pag. 590. — (7) Ibid. tom. I, pag. 298. — (8) Ibid. tom. II, pag. 383 et 384. — (9) Ibid. tom. VII, pag. 290. — (10) Ibid. pag. cit. — (11) Gesta Adrici episc. Cenomann. ap. D. Bouquet, tom. VI, pag. 299. — (12) Ibid. pag. 301. — (13) Chronic. Hirsaug. pag. 6; Annales Hirsaug. tom. I, pag. 6. — (14) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 290. — (15) Ibid. pag. 293. — (16) Cfr Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 558. — (17) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 290. — (18) Ibid. tom. III, pag. 5. — (19) Ibid. tom. VI, pag. 574. — (20) Ibid. tom. VII, pag. 590. — (21) Ibid. pag. 290. — (22) Ibid. pag. 293. — (23) Ibid. pag. 290. — (24) Hist. Franciæ Orientalis, seu diœc. Wirceburg. tom. I, pag. 749. — (25) Ap. Pertz, tom. I, pag. 299. — (26) Ibid. pag. 307. — (27) Ibid. tom. VII, pag. 590. — (28) Ibid. pag. 295.

sedisse

A sedisse usque ad annum Ludvici senioris sextum, capitulo 58 scriptum. *Inferius* (1) *componit Ludovici imperatoris funus cum Leuderici anno* 3, *secum pugnans; quippe qui ejus decessorem anno penultimo Ludovici obiisse dixit. Demum narrata S. Ansgarii Hamburgo expulsione, addit* (2) : Post hæc Leudericus, Bremensis episcopus, obiit... Decessit autem nono kal. Septembris, *seu die* 24 *Augusti. Atque ut hinc examen ordiamur, retinenda videtur hæc dies, quam non supputando invenisse censendus est Adamus, sed in Necrologio scriptam reperisse. Quæ quum ita sint, atque unicum ducem habeamus Bremense Chronicum, ordinatum dicamus oportet Leudericum die* 18 *Maji anni* 859, *quæ dominica erat, et vita functum* 24 *Augusti* 847 : *ita ut Bremensem sedem occuparit annos octo, menses tres et dies plenos quinque.*

S. ANSGARIUS,

PRIMUS HAMBURGENSIS ARCHIEPISCOPUS ET QUARTUS EPISCOPUS BREMENSIS.

B *S. Ansgarius, de cujus annis multiplex sententia, obiit anno* 865.

Quum *ad diem* 3 *Februarii* (3) *Henschenius noster egregium de S. Ansgario commentarium dederit, in quo origines vicesque Hamburgensis archiepiscopatus ejusque cum Bremensi conjunctionis causæ elucidantur, ab his omnibus hic abstinere possumus, chronologia ordinanda contenti. Antiquiores porro recentioresque scriptores maxime inter se dissident quo anno S. Ansgarius Hamburgensis archiepiscopus creatus fuerit : alii statuunt, quemadmodum Mabillonius* (4), *ineunte anno* 850; *alii anno* 851, *quæ sententia Henschenii* (5) *est; alii anno* 852, *quam opinionem, licet Adami sit* (6), *paucis adhærere ait Carolus Kraft* (7); *alii, quorum agmen ducunt Albertus Stadensis* (8) *et Crantzius* (9), *anno* 853 : *alii demum anno* 854, *et quidem die* 15 *Maji, ut non ita pridem conjecit Dahlmannus* (10). *A rebus certis incipiamus. Auctoritatibus bene multis ostendit Langebekius* (11) *S. Ansgarium transiisse ad superos anno* 865. *Satis nobis est Necrologium Fuldense coævum, quod deinde sæpius maximo erit auxilio. In eo legitur inter mortuos anni illius* (12) Ansger, epis. et mon. II non. Febr.

C 3 *Februarii et postridie depositus est. quum electus fuit S. Rembertus.*

27 *De die aliqua difficultas. Quod enim ejus ibi notatur nomen die* 4 *seu pridie nonas Februarii, eademque die S. Ansgarii memoriam recolunt Fasti San-Gallenses et Necrologium San-Gallense; quin etiam Missale Succicum et Breviaria Racheburgense, Ottoniense et Arosiense ejus statuunt festivitatem* (13); *jam pridem admirationi fuit : nam ex ejus Vita* (14) *certum est eum postridie Purificationis B. M. V. seu die* 3 *Februarii obiisse. Propter festum S. Blasii uno die motam fuisse S. Ansgarii memoriam suspicatus est Henschenius* (15); *sed hæc ratio parum placuit Mabillonio* (16), *cui visum est potius futurum fuisse ut transferretur S. Blasii festivitas. Addiderim Henschenii argumentum non valere pro Necrologiis Fuldensi et San-Gallensi multoque minus pro Fastis San-Gallensibus, quoniam festorum ratio ad kalendaria tantum pertinet. Quocirca æstimo S. Ansgarium obiisse quidem die* 3 *Februarii, sed sequenti depositum seu sepultum; quæ Henschenii* (17) *quoque sententia est; quamquam Adamus* (18) *dicat Bremæ et Hamburgi die* 3 *Februarii ejus celebrari* depositionem : *ejus enim ævo dies obitus et depositionis sæpius jam confundebantur. Ad quam amplectendam sententiam, videlicet S. Ansgarium depositum fuisse die* 4 *Februarii, inducit nos duplex S. Remberti festivitas : altera die* 4 *Februarii, qua ejus recolebatur electio; altera die* 11 *Junii, qua ejus celebrabatur obitus aut depositio : quemadmodum dicetur inferius; ubi ex ejus quoque Vita demonstrabimus eum fuisse electum ipso S. Ansgarii depositionis die.*

AUCTORE V. D. B.

28 *Tempus natale et initium episcopatus S. Ansgarii tuto hinc deducere licet ope indiciorum aliquot, quæ S. Rembertus, ejus biographus et successor, subministrat, scribens* (19) : Ætatis suæ anno 64, episcopatus vero 34, gravi cœpit corporis morbo laborare, dissinteria scilicet jugi, qua cum per multos dies, mensibus videlicet quatuor et eo amplius, acriter laboraret, *etc.; ita ut, quum circa finem Septembris anni* 864 *in morbum incidit, jam trigesimum quartum episcopatus sui annum incohasset, et proin anno* 851 *ante ejusdem mensis finem annuum impositionem acceperit. Atque ex aliis adjunctis magis id tempus definiri potest. Ex diplomate scilicet, quo Ludovicus Pius* idus Maji, anno, Christo propitio, XXI imperii, indictione XII Aquisgrani palatio regio (20) *S. Ansgario confirmavit cellam Turholt in Flandria, et ex ejusdem sancti Vita* (21), *conscripta a S. Remberto, manifestum fit hanc consecrationem fuisse peractam in conventu totius imperii a Drogone, Mettensi episcopo, adstantibus Ebbone Rhemensi, Hetti Trevirensi, Otgario Mayontiacensi, Helingaudo Verdensi et Willerico Bremensi; postquam aliquanto ante* plurimo synodi conventu *probata esset Hamburgensis episcopatus erectio* (22). *Atqui anno* 851 *tria generalia placita habuit Ludovicus, ut testantur Annales Bertiniani* (23) : *primum Aquisgrani* (24) *circa kalendas Februarii* (25); *secundum in Ingelheim circa kalendas Maji* (26) *et tertium in Theodonis villa*, autumni tempore (27), *post incohatum tamen mensem Octobrem, quo Aquisgrani adhuc versabatur* (28), *et verisimillime intra dies* 4 *et* 19 *Novembris, quibus dedit in Theodonis Villa duo diplomata* (29). *In Theodonis Villa itaque sacris infulis ornari non potuit S. Ansgarius, utpote ante mensem Octobrem ordinatus : restat itaque ut Aquisgrani ineunte Februario anni* 851 *decreta sit Hamburgensis provincia, et ineunte Majo ejusdem anni in Ingelheim manus impositæ fuerint primo ejus antistiti.*

Initio Febr. 851 *Aquisgrani decernitur Hamburg. episc. erectio, et initio Maji* 851 *S. Ansgarius in Ingelheim sacratur,*

E F

29 Quod autem a triginta annis sacerdos efficitur, *ut Patres concilii Aquisgranensis anni* 816 *ioquuntur* (30), *hinc sequitur S. Ansgarium natum ante mensem Majum anni* 801, *nequaquam vero die* 8 *et* 9 *Septembris, quemadmodum æstimavit*

natus paulo ante Majum 801. *Error ortus ex ejus corporis elevatione* 9 *Sept.*

(1) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 294.—(2) Ibid. pag. 294 et 295. — (3) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 591 et seqq.—(4) Annales Bened. lib. XXX, num. 59, tom. II, pag. 495. — (5) Act. SS. tom. I Febr. pag. 591. — (6) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 292. — (7) Narratio de Ansgario, etc. pag. 78. — (8) Ap. Kulpisium, Scriptt. rer. German. tom. II, pag. 200. — (9) Metropol. lib. I, cap. 20, pag. 59, edit. Coloniæ, 1574. — (10) Geschichte von Dänem. tom. I, pag. 41. Cfr Reuterdahl, Ansgarius, pag. 210.— (11) Scriptt. rer. Danic. tom. I, pag. 495, not. *o*. — (12) Ap. Schannat, Hist. Fuld. tom. II, pag. 468.— (13) Cfr Langebek, tom. I, pag. 495 et 494, not. *o*. — (14) Ap. Pertz, tom. II, pag. 725.—(15) Act. SS. tom. I Febr. pag. 595, num. 20.—(16) Act. SS. Ord. S. Bened. sæc. IV, part II, pag. 76. — (17) Act. SS. tom. I Febr. pag. 554 et 565. — (18) Cfr Langebek, tom. I, pag. 495 et 494. — (19) Ap. Pertz, tom. II, pag. 722. — (20) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 405. — (21) Ibid. pag. 415. — (22) Ibid. loc. cit. — (23) Ap. Pertz, tom. I, pag. 424. — (24) Astronom. Vita Ludov. Pii, ap. Pertz, tom. II, pag. 654. — (25) Ann. Bertin. ap. Pertz, tom. II, pag. 424. — (26) Ibid. pag. cit. — (27) Astronomus, ap. Pertz, tom. II, pag. 654. — (28) Annal. Xantenses, ap. Pertz, tom. II, pag. 225. — (29) Cfr Cointius, Annal. eccles. ad an. 851, num. 14, tom. VIII, pag. 185 et 184; D. Bouquet. tom. VI, pag. 574.—(30) Ap. Hartzheim, Concil. German. tom. I, pag. 440.

Langebek

AUCTORE V. D. B.

Langebek (1), *et post eum Dahlmannus* (2), *Münterus* (3) *et Kraft* (4): *freti eo argumento quod ad diem* 9 *seu* v *idus Septembris in Missalibus Hamburgensi et Bremensi* (5) *legitur:* Ansgarii confessoris. *et in kalendario Lundensi, cui Necrologium inspersum est* (6) : Ansgarii episcopi. *Verum propter mutationem sacrorum obliti sunt ecclesiam catholicam non consuesse alios terrenos celebrare natales præterquam sanctissimos D. N. J. C., B. M. V. S. Joannis Baptistæ et S. Agnetis. Caterum kalendarium, Libro Datico Lundensi additum* (7), *aperit quæ illius festi sit causa, nempe* translatio sancti Ansgarii episcopi et confessoris. *De hac translatione seu potius elevatione meminit Henricus Wolteri* (*Ap. Meibomium, t. II, p.* 23) *vetusto documento nixus, scribitque:* B. Anscharius... sepultus est in ecclesia majori in Brema ante altare Mariæ virginis sequenti die Purificationis, et post per B. Reimbertum, admittente Dn. apostolico, elevatus et in catalogo sanctorum ascriptus sequenti die Nativitatis S. Mariæ : de quo tractatus nobilis, cujus initium.: *Invictissimo creatori etc.* apud nos dicitur contineri, licet valde rarus sit. *Vocabula* elevatio, translatio, transmutatio *etc. synonyma sunt, designantque canonizationis seu*
B *beatificationis ritum; de qua re nemo fusius dixit quam Fontaninius* (8). *Diebus dominicis solebant id solemnitatum genus fieri; ideoque verisimile est S. Ansgarium translatum seu elevatum fuisse anno* 865, 871, 876 *vel* 882.

Moguntiæ initio Oct. 847 *decernitur Brema unienda Hamburgo: S. Ansgarius Bremæ inthronizatur* 23 *Sept.* 848.

50 *Leudericum, tertium Bremensem episcopum, die* 24 *Augusti anni* 847 *corporis vinculis solutum supra ostendimus;* ecclesiam diu viduatam permansisse *subdit Adamus* (9). *Cumulate id damnum resarcivit Deus, Ansgarium sedi Bremensi largitus. Quo hæc facta sint modo,* in Vita nostri antistitis, *ut Adami* (10) *verbis utar,* hæc plenissime describuntur; obscure vero notatur tempus, quod liber donationum significat apertius : anno scilicet Ludvici secundi nono domnum Ansgarium ab Aldrico clerico et comite Reginbaldo, legatis cæsaris, ductum in episcopatum. Scripta sunt in libro III° capitulo 20. *At vero annus Ludovici secundi seu Germanici nonus cessabat die circiter* 20 *Junii anni* 849 (11) ; *quocirca ante id tempus Bremensem episcopatum acceperit S. Ansgarius oportet. Et quidem die* 25 *Septembris anni præcedentis, quæ Dominica erat, inthronizatus fuit Bremæ, si rationem habeamus mensium et dierum, quos Chronicum Bremense Breve subministrat,*
C *errans tamen in annis et tradens* (12) : S. Ansgarius episcopus antequam reciperet Bremensem episcopatum, sedit in Hammaburg annos 16 (*immo* 18 *incompletos*); recepto Bremensi episcopatu, sedit annos 18 (*immo* 16) menses quatuor, dies decem. *Quum vero id negotium antea tractatum fuerit* in conventu publico episcoporum, *ut S. Rembertus* (13) *narrat, id factum fuisse in concilio Moguntino, circa kalendas Octobres anni* 847 *celebrato* (14). *Henschenio* (15) *libenter consentimus, quum S. Ansgarium illi ipsi concilio interfuisse ostendit epistola synodalis* (16).

51 *Una difficultas superest.* Cum hæc agerentur, *verba sunt S. Remberti* (17), Colonia civitas, ad quam Bremensis parochia suffraganea erat, eo tempore absque benedictione episcopali degebat; *quæ, ut ex sequentibus constat, de sede vacante intelligenda sunt, licet alio ea deflexerit Eckhartus* (18) *et post eum diligentissimus Morckens* (19). *Atqui in Chronico S. Martini Coloniensis* (20) *legimus:* Postea (*post annum* 817) abbas præfuit Heynianus, vir illustris, qui factus est archiepiscopus Coloniæ. Obiit anno 849; *scilicet* 5 *kal. Octobris, qua in S. Martini notatur Necrologio* (21) *et qua quotannis, ut Chronicum habet, ejus agenda erat memoria. (Ille Heynianus idem videtur ac* Hilduinus, *qui, ut ferunt Annales Colonienses Brevissimi* (22), *anno* 842 accepit episcopatum Coloniæ.) *Ex altera parte, testibus iisdem Annalibus* (23), Guntarius episcopus Coloniæ *factus est* 12 kal. Maji; *ita ut S. Ansgarius episcopus creatus videretur intra semestre spatium, quod a* 27 *Septembris ad* 20 *Aprilis cucurrit. Verum Heynianus ille proprie archiepiscopus Coloniensis non erat, sed* episcopus et abba in monasterio Rinensi *S. Martini* prope Coloniam civitatem, *ut in charta Egilberti anni* 845 *legitur* (24), *sive vicarius* E *esset archiepiscopi pro rebus spiritualibus monachorum universæ diœcesis, sive episcopus pro suo tantum monasterio: quæ res satis communis erat illo ævo* (25). *Quocirca, ut paucis S. Ansgarii tempora recolamus, eum natum arbitramur aliquanto ante mensem Majum anni* 801: *archiepiscopum Hamburgensem creatum ineunte Majo anni* 831; *episcopum Bremensem designatum aut saltem de eo designando actum circa kalendas Octobres anni* 847; *eum Bremæ inthronizatum die* 25 *Septembris anni* 848 *et demum vita functum die* 3 *Februarii anni* 865 *et postridie sepultum.*

D *Difficultas orta ex episc. Heyniano seu Hilduino Coloniensi S. Martini.*

S. REMBERTUS,

SECUNDUS ARCHIEPISCOPUS HAMBURGENSIS ET QUINTUS EPISCOPUS BREMENSIS.

S. Rembertus. electus 4 *Febr.* 865 *obiit* 11 *Junii* 888

Ipso mox die depositionis Domini Anscharii, *verba recitamus S. Remberti biographi* (26), Rembertum concorditer elegerunt *clerus et populus. Die quarta Februarii hæc facta videri supra docuimus; tum quoniam documenta plura S. Ansgarii memoriam diei quartæ Februarii annectunt, tum quoniam olim celebrabatur Bremæ* 27 *et multis inscribebatur kalendariis* (28) *S. Remberti festivitas, quæ alia quam electionis memoria esse non potest. Juxta Chronicum Bremense* (29) S. Rimbertus sedit annos 25, menses quatuor, dies (*caros*) octo. *Porro, quum Adamus* (30) *doceat et multa kalendaria* (31) *adstipulentur* depositionem esse III idus Junii *seu die* 11, *hinc sequitur eum obiisse* anno Domini 888, indictione VI, *ut loquitur Adamus* (32), *cui consentit Necrologium Fuldense* (33), *et quidem* III idus Junii, *ut habent Annales Corbejenses* (34); *adeo ut eadem die depositus videatur qua vita functus.*
F

(1) Scripit. rer. Danic. tom. I, pag. 431 et 496.—(2) Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 58, et ap. Pertz, tom. II, pag. 689.—(3) Kirchengeschichte von Dännemark, etc. tom. I. pag. 267.—(4) Narratio de Ansgario, pag. 4. — (5) Ap. Langebek, tom. I, pag. 431, not. f. Staphorst, tom. III, pag. 518, et Leben des ber. Alberti Crantzii, pag. 134. — (6) Ibid. tom. III, pag. 457. — (7) Ibid. tom III, pag. 548. — (8) De S. Petro Urseolo, Dissert. pag. 45 et seqq.—(9) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 295.—(10) Ibid. pag. cit. — (11) Cfr Wailly, Éléments de paléographie, tom. I, pag. 331, et Eckhart, Hist. Saxoniæ Orient. tom. II, pag. 405.—(12) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 390.—(13) Act. SS. tom. I Febr. pag. 417. —(14) Cfr Annales Fuldenses, ap. D. Bouquet. tom. VII, pag. 161. — (15) Act. SS. tom. I Febr. pag. 592.—(16) Ap. Hartzheim, Concil. German., tom. II, pag. 152. — (17) Act. SS. tom. I Febr. pag. 417. —(18) Hist. Saxon. Orient. tom. II, pag. 405. — (19) Conatus chronol. ad catal. epp. Coloniæ, pag. 62 et 65. — (20) Ibid. pag. 65 et ap. Pertz, tom. II, pag. 214. — (21) Ap. Morckens, pag. 65, et Binterim, Suffraganei Colonienses extraord. pag. 15.—(22) Ap. Pertz, tom. I, pag. 97.—(23) Ibid. loc. cit. — (24) Ap. Binterim, Suffraganei, pag. 15. — (25) Vide supra, pag. 314. — (26) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 562. — (27) Cfr Staphorst, Hamburg. Geschichten, tom. III, pag. 310.—(28) Cfr Act. SS. tom. I Febr. pag. 554.—(29) Staphorst, pag. 390. — (30) Ibid. pag. 500. — (31) Cfr Act. SS. tom. I Febr. pag. 555.—(32) Ap. Pertz, tom VII, pag. 301.—(33) Ap. Schannat, Hist. Fuld. tom. II, pag. 470. — (34) Ap. Pertz, tom. III, pag. 3.

A

S. ADALGARIUS,

TERTIUS ARCHIEPISCOPUS HAMBURGENSIS ET SEXTUS EPISCOPUS BREMENSIS.

S. Adalgarius, qui obiit 9 Maji 910,

Qui successit Adalgarius archiepiscopus, *inquit Adamus* (1), sedit annos 20. Annos ejus ex Compoto (*Corbeja delato*) quo supra tulimus... Consecratus est autem (2) a Sundroldo Moguntino archiepiscopo... Migravit archiepiscopus anno Domini 909, VII idus Maji, *seu die 9 hujus mensis. Hanc mortis esse diem certum est, quum Necrologia Hamburgense, Luneburgense, Merseburgense et Molenbeccanum, quemadmodum notat Lappenbergius* (3), *conveniant. Immerito inter prætermissos ad hanc diem eum retulerunt decessores; quum, ut alia mittam, ejus reliquiæ simul cum reliquiis* S. Unnis *Corbejæ ecclesiasticis honoribus observarentur, ut supra num. 8 ostensum est. In anno consentiunt Annales Corbejenses* (4) *Adamo; dissentit Necrologium Fuldense* (5), Adalgerum archiepiscopum *inter viros anno* 910 *mortuos referens. Hæc multo potior* B *auctoritas; non tantum quia eo rum monumentum est, verum etiam quoniam, si S. Adalgarii mortem citius referas, prorsus interturbantur ejus successorum tempora : ut ex his, quæ de Hogero, Reinwardo et* S. Unni *dicenda erunt, satis patebit.*

forte ante mortem S. Remberti, ut olim S. Willehadus, dictus est episcopus,

34 *Multo major difficultas, si ad initium ejus episcopatus investigandum veniatur. Imprimis facile fieri potuit ut S. Adalgarius jam pridem ante suam consecrationem, quin etiam ante mortem S. Remberti vocatus fuerit archiepiscopus, non secus ac olim S. Willehadus, de quo S. Ansgarius hæc in ejus Vita tradit* (6) : Ipse primus in eadem diœcesi (*Bremensi*) sedem obtinuit pontificalem... septem annis prius in eadem presbiter est demoratus parochia, vocatus tamen episcopus et secundum quod poterat cuncta potestate præsidentis ordinans. *Ut enim eodem titulo ornaretur S. Adalgarius, eadem urgebat ratio; quum S. Remberti biographus hæc referat* (7) : Apud... Ludovicum et Karolum (*reges Germaniæ*) hoc obtinuit (*S. Rembertus*), ut insignis vir Adelgarius, monachus videlicet Novæ Corbejæ, ut supra retulimus, illi præstitus, ita in adjuterium illi confirmaretur, quatenus dum sese quælibet infirmitas præpediret, in ipso haberet solatium circumeundi C episcopatum, placita adeundi, et quando exigeretur, in expeditionem vel ad palatium cum comitatu suo proficiscendi; nec multo post electionem succedendi sibi in ipso confirmari, et per manus acceptionem hominem illum regis fieri et inter consiliarios ejus collocari obtinuit; assentientibus abbate et fratribus monasterii ejus ac sancta synodo hæc omnia roborante.

et certa ante suam consecrationem, ut ex synodis Moguntina anni 888 *et Fortheimensi anni* 991,

35 *Certe post S. Remberti mortem et ante suam consecrationem S. Adalgarius archiepiscopi aut episcopi gessit nomen. Quum enim interfuit placito aut, si mavis, synodo, adulto anno* 888 *Moguntiæ celebratæ, ibique cum aliis octodecim archiepiscopis et episcopis subscripsit Corbejæ-Novæ diplomati* (8), *de cujus sinceritate dubitare non sinit aliud anni* 1120 *diploma* (9); *his signavit verbis :* Adalgarius, ecclesiæ Hammaburgensis archiepiscopus, consensi et subscripsi. *At dices hanc non esse subscribendi normam episcopi aut archiepiscopi nondum consecrati; in concilio Ingelheimensi anni* 840 *tres episcopos electos et nondum consecratos non se nude dixisse episcopos, sed* Amalricum vocatum episcopum Conensem, Ratulfum vocatum episcopum (*Strasburgensem*) et Harcarium vocatum episcopum (*incertæ sedis*), *atque ea forma restitutioni Ebonis Remensis subscripsisse* (10). *quod nondum consecrati erant. Sed, quæso, si anno* 888 *jam consecratus esset S. Adalgarius, quid non inter archiepiscopos, sed post Hildegrinum episcopum Halberstadiensem subscripsit? Quid similiter in synodo seu placito habito in* Forachheim palatio regio anno inc. dom. 990, indict. VIII regni vero piissimi regis Arnolfi anno III, *id est post diem* 11 *Novembris, subscripsit diplomati Corbejensi, quod ex autographo edidit Falkius* (11), *non statim post* Sunderholdum, Maguntiacensem archiepiscopum, Hartmannum, Coloniensem archiepiscopum, *verum etiam post* Arnoldum episcopum (*Wirceburgensem*), Wibertum (*Hildesheimensem*) Hrodberhtum, Mediomatricæ sedis episcopum, Godethankum (*Spirensem*), Egilmarum (*Osnabrugensem*) *et* Erkanbaldum (*Eichstedensem*)? *Quid, quod non archiepiscopum se vocet, sed* signum Adalgarii E epi *scribat? Quid, quod ejus reticeatur nomen initio diplomatis, his concepti verbis :* Ego Sunderholdus humilis Maguntiacensis sedis archiepiscopus una cum venerabili Coloniensis civitatis archiepiscopo Herimanno, necnon et aliis coepiscopus ac consacerdotibus nostris *etc.? Cæterum, quum plures jam annos administrasset Hamburgensem diœcesim et episcopi gessisset personam, quumque forte a Willeberto et dein Hartmanno, Coloniensibus archiepiscopis, qui Moguntinæ et Forcheimensi placitis interfuere, vetaretur prius consecrari, quam eorum auctoritatem ratione diœcesis Bremensis agnosceret; quis omnia secundum leges ordinarias exigat?*

AUCTORE V. D. B.

et ex ejus consecratione, a Sundroldo Moguntino 7 Aprilis 891 *peracta, constare videtur.*

36 *Sane si ille displiceat explicatus, fides abroganda est Adamo et Chronico Bremensi Brevi. Ille enim S. Adalgarium* a Sundroldo Moguntino archiepiscopo consecratum *perhibet; atqui, quum secundum Necrologium Fuldense* (12), *Liutbraht, Sundroldi decessor, obierit anno* 889, *et quidem* VII *idus Septembris, ut traditur in Necrologio S. Mauritii Moguntino* (13), *necesse est ut non continuo post suam electionem consecratus fuerit S. Adalgarius. Cui consecrationi locus fuisse videtur die 7 Aprilis anni* 891, F *quum Chronicum Bremense* (14) *S. Adalgarium* sedisse *referat* annos 19, menses undecim, dies duos, *et Adamus* annos 20, *utique incompletos, et jam non a die electionis, sed consecrationis computatos.*

HOGERUS,

QUARTUS ARCHIEPISCOPUS HAMBURGENSIS, SEPTIMUS EPISCOPUS BREMENSIS.

Hogerus, electus 9 Maji 910, *depositus est 20 Dec.* 917.

Hogerus archiepiscopus, *qui venit post,* sedit annos 7, et hujus annos repperimus in libro superiori, *inquit Adamus* (15); obiit, et sepultus est in ecclesia S. Mykaelis cum decessore suo, anno Domini 915. Depositio 15 kalend. Januarii habetur,

(1) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 300. — (2) Ibid. pag. 301 et 302. — (3) Ibid. pag. cit. not. 75. — (4) Ibid. tom. III, pag. 4. — (5) Ap. Schannat, tom. II, pag. 471. — (6) Ap. Pertz, tom. II, pag. 385. — (7) Act. SS. tom. II Februarii, pag. 565. — (8) Ap. Hartzheim, tom. II Conc. Germ. pag. 579. — (9) Martene et Durand, Collect. ampl. tom. I, col. 661. — (10) Ap. Hartzheim, tom. II, pag. 140; cfr Narratio cleric. Remens. ap. D. Bouquet, tom. VII. pag. 278. — (11) Traditiones Corbejenses, pag. 598 et 599. — (12) Ap. Schannat, tom. II, pag. 470. — (13) Cfr Joannis Moguntiac. rer. lib. IV, de Liudberto, num. 14, tom I. pag. 414. — (14) Ap. Pertz, tom. VII. pag. 390. — (15) Ibid. pag. 302 et 303.

seu

AUCTORE V. D. B.

seu die 20 *Decembris. Error in annis latet, quum Necrologium Fuldense* (1) *et Annales Fuldenses fere coævi* (2) *Hogeri mortem referant ad annum* 917 *et Chronicum Bremense Breve* (3) *ei adscribat annos* 7, *menses* 7 *et dies* 12 : *incompletos dies fuisse patet ex Adamo. Atque hoc temporis spatio distat dies* 9 *Maji anni* 910 *a die* 20 *Decembris anni* 917.

REGINWARDUS,

QUINTUS ARCHIEPISCOPUS HAMBURGENSIS ET OCTAVUS EPISCOPUS BREMENSIS.

Reginwardus, electus 20 *Dec.* 817, *sepultus est* 1 *Oct* 918.

Reginwardus, *ait Adamus* (4), vix annum unum sedit... Qui depositus in (*alii* III) kal. Octobris. *In kalendas Octobres consentit kalendarium Merseburgense* (5). *Chronicum vero Bremense* (6) : Reginwardus sedit menses novem, dies tredecim. *Distat a die prima Octobris anni* 918 *dies* 20 *Decembris anni* 917 *mensibus novem, et diebus tredecim cavis. Lappenbergii scriptione de Reginwardo carui.*

B

S. UNNI,

SEXTUS ARCHIEPISCOPUS HAMBURGENSIS ET NONUS EPISCOPUS BREMENSIS.

S. Unni, electus 1 *Oct.* 918, *obiit anno* 936

Ut aliis locis, hic quoque non conveniunt cum his quæ præmiserat indicia temporis, quæ apud Adamum leguntur : Unni archiepiscopus, *inquit* (7), sedit annos 18. Annos ejus obitumque ut supra (*ex Computo Corbeja delato*) cognovi... Obiit autem peracto boni certaminis cursu in Scitia, ut scribitur, anno dominicæ incarnationis 936, indictione 9, circa medium Septembris : *si enim* 18 *annos adjicias anno* 916, *quo secundum Adamum Reginwardus obiisset, non ad annum veniremus* 936, *sed* 934. *Verum hæc Adami laus quod maluerit numeros quos reperit simpliciter describere, quam eosdem supputando corrigere. Et quidem numeri illi recti sunt. Ex Chronico enim Bremensi* (8) *constat* Conradum regem obiisse hujus [pontificis] anno primo; *adeoque, quum Conradus, accepto vulnere, perierit die* 24 *Decembris anni* 918 (9), *eodem anno institutum fuisse* S. Unnim *oportet; et quum Continuator Reginonis Trevirensis* (10), *scriptor sæculi* X, *et qui eum circa annum* 1000 C *secutus est Annalista Einsidlensis* (11), *atque etiam Annalista Corbejensis* (11), *sæculi* XI *ineuntis auctor, Adamo consentiant* S. Unnim *vita functum esse anno* 936, *manifestum fit Hamburgensem hunc antistitem sedisse annos circiter* 18; *ita ut in Chronico Bremensi* (12), *in quo legitur* sedisse annos 16, menses 11, dies 17, *unus exciderit annus.*

die 17 *Septembris*

40 *Eosdem dies et menses et deficientem hunc annum in suo Computo invenisse videtur Adamus atque hinc collegisse* S. Unnim *obiisse circa medium Septembris : a* 1 *scilicet Octobris ad* 17 *Septembris menses sunt* 11, *dies cavi* 17. *Neque a die* 17 *Septembris ejus obitus dimovendus est, quamquam Ferrarius ex Kalendario et Missali Suecico ejus festum reponat ad diem* 15 : *hoc enim kalendarium et Missale pro Ferrarii infelicissimo more mere phaleræ sunt ad populum; nec differendus obitus* S. Unnis *in diem* 21 *Octobris, qua eum primus signavit Molanus et* D *post eum innumeri alii : id enim pro libitu factum, quod* (*ut ex additis notis patet*) *ignoraret præclarus martyrologus qua die esset mortuus sanctus vir aut coleretur; sed servanda, inquam, omnino dies* 17 *Septembris, quoniam S. Adaldagi tempus id omnino postulat.*

S. ADALDAGUS,

SEPTIMUS ARCHIEPISCOPUS HAMBURGENSIS ET DECIMUS EPISCOPUS BREMENSIS.

S. Adaldagus obiit 28 *aut* 29 *Aprilis* 988.

Teste enim Adamo (15), *S. Adaldagi* excessus anno Domini 988 contigit; *quocum convenit Necrologium Fuldense* (14), *ut recentiora scripta taceam.* Sedit, *inquit Adamus* (15), annos 33 : *unius codicis librarius correxit in* annos 34, *quoniam inferius scripsit ipse Adamus* (16) : Adaldagus... migravit ad Dominum anno sacerdotii nobiliter ministrati 34... Obiitque indictione prima, III (*alii codies* IV) kal. Maji. *Chronicum vero Bremense* (17) *ei assignat* annos 34, menses 7, dies undecim. *Manifestum est itaque errores non deesse, et S. Adaldagum sedisse annos* 32. *menses* 7, *dies* 11, *et obiisse die* 28 *aut* 29 *Aprilis anni* 988. *Eum inter prætermissos posuere decessores ad diem* 29 *Aprilis* (18). *Non tamen desunt cultus indicia.* E

S. LIBENTIUS,

OCTAVUS ARCHIEPISCOPUS HAMBURGENSIS ET UNDECIMUS EPISCOPUS BREMENSIS.

S. Libentius, electus, obiit 4 *Januarii* 1013.

S. Libentius. 29 *Aprilis*

Libentius, Libentio, Liavinzo, Luizo, Liavizo, Liebitzo, Lievizon (*totidem unius nominis diversæ formæ*) *secundum Chronicum Bremense* (19) sedit annos 23, menses 10, dies 7; *secundum Adamum* (20) annos 23,... et obiit anno Domini 1013, et sepultus est in medio chori ante gradus sanctuarii; quod factum est pridie nonas Januarii, indictione undecima. *Indictio* 11 *et annus* 1013 *inter se conveniunt; suffragantur Annales Quedlenburgenses* (21) *et Albiani* (22), *Helmoldus* (23) *aliique. Quin etiam his aliisque longe præstans auctoritate, Thietmarus Merseburgensis* (24), *utpote coævus, fuse sanctam Libentii mortem describit eamque anno* 1013 *quoque annectit : ita ut annus unus certo abundet in Bremensi Chronico. Mortuum aut sepultum esse S. Libentium pridie nonas Januarii seu die* 4 *tradit Adamus, consentiente Necrologio Luneburgensi* (25). *Atque ab his nequaquam discedendum, quamquam Bremense Chronicum, assignando S. Libentio menses decem et dies septem. ejus obitum in diem* 4 *seu pridie nonas Februarii differre videatur et id expressis verbis præter mentem faciat Thietmarus Merseburgensis, scribens* (26) : Dominica dies illuxit, et ille beatus pater, summo pastori gregem sibi subditum manibus elevatis cum spiritu committens, II nonas Februarii defunctus pergit, quo vivens tetendit. *Manifesto errore calami Februarius mensis a Thietmaro substitutus est Januario; pergit enim chronographus ille de rebus intra mensem Januarium gestis dicere; et, quod præ-* F

(1) Ap. Schannat, tom. II, pag. 471.—(2) Ap. Pertz, tom. III, pag. 5. — (3) Ibid. tom. VII, pag. 391. — (4) Ibid. pag. 503.—(5) Ibid. pag. 303, not. 85. —(6) Ibid. pag. 391.—(7) Ibid. pag. 503 et 505. — (8) Ibid. pag. 391. — (9) Necrolog. Fuld. ap. Schannat, tom. II, pag. 471; cfr Art de vérifier les dates, tom. II, pag. 9.—(10) Ap. Pertz, tom. I, pag. 617.—(11) Ibid. tom. III, pag. 141 et 4.—(12) Ibid. tom. VII, pag. 391.—(13) Ibid. pag. 316. —(14) Ap. Schannat, tom. II, pag. 476 —(15) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 506. —(16) Ibid. pag. 516. —(17) Ibid. pag. 591. —(18) Act. SS. tom. III Aprilis, pag. 611. —(19) Ibid. pag. cit. — (20) Ibid. pag. 316 et 322.— (21) Ibid. tom. III, pag. 81. —(22) Ap. Langebek, tom. I, pag. 201. — (23) Chron. Slavor. lib. I, cap. 17. Ap. Leibnitz, Rer. Brunsw. tom. II, pag. 553. — (24) Chron. lib. VI, cap. 53, ap. Pertz, tom. III, pag. 851 et 852. — (25) Cfr Lappenbergius, ap. Pertz, tom III, pag. 852, not. 17. — (26) Ibid. pag. 852.

cipuum

A *cipuum est, anno* 1015 *dies dominica, littera D notata, non in* 4 *Februarii, sed in* 4 *Januarii incidit. Jure itaque merito secundum quædam Kalendaria ad hanc diem dixit in opere nostro* (1) *de S. Libentio Bollandus : utinam præter Adamum alia quæ postea detecta fuere opera ad manum habuisset! Vitæ enim sanctitate multisque laudabiliter gestis præclarus fuit S. Libentius, clauditque seriem archiepiscoporum Hamburgensium, quorum nomina laterculis sacris inserta sunt. Reliqua Hamburgensium archiepiscoporum chronotaxis ad nos non pertinet.*

§ V. Privilegium Joannis X depravatum; confusio synodi Altheimensis et conventus Erfordiensis cum synodo Erfordiensi. Bonorum commutatio.

B *Privilegium,* S. Unni *concessum a Joanne X papa,*

Adversus ea quæ hactenus disputavimus plura opponi possent; verum ea omnia negligenda videntur quæ non proxime ad S. Unnim *pertineant. Inter ea autem, quæ hujus beatissimi viri gestis implicantur, primo loco venit Joannis papæ X diploma, quod primus edidit Staphorst* (2), *recentius Lappenberg* (3) *et Migne* (4). *Ita sonat :* Joannes episcopus, servus servorum Dei, dilecto confratri Wenni [*al.* Unni], venerabili archiepiscopo Hammenburgensis ecclesiæ, tibi tuisque successoribus in perpetuum. Convenit apostolico moderamini pia [*al.* præ] religione pollentibus benevola compassione succurrere, et poscentium animis alacri devotione impertiri assensum. Ex hoc enim lucri potissimum præmium apud Deum procul dubio promeremur, dum venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint per nos statum perducta. Igitur, quia postulasti a nobis quatenus archiepiscopatum Hammaburgensem totum in integrum tibi tuisque successoribus confirmaremus, sicut a beato Gregorio, Nicolao et aliis prædecessoribus nostris decretum est, inclinati precibus tuis, pallium tibi ex more transmittimus, et quæcumque ab eis ecclesiæ tuæ et antecessoribus tuis data sunt et privilegiis confirmata, nos
C apostolica auctoritate tibi concedimus et nostro privilegio confirmamus, scilicet omnia quæ generaliter atque specialiter ad eumdem archiepiscopatum pertinent, quæque tui antecessores suis laboribus adquisiverunt, vel etiam quæ ob amorem æternæ patriæ ibi a Christi fidelibus largita sunt vel adhuc largiuntur; cum illis etiam, qui hoc tempore ad Christi fidem conversi sunt, procurante et protegente gratia Dei, videlicet episcopos in omnibus gentibus Suenonum, seu Danorum, Norvegiorum, Island, Scridevinnum, Gronlandon et universarum septentrionalium nationum, necnon etiam in illis partibus Slavorum quæ sunt a flumine Pene ad fluvium Egidore; it aut sub tua tuorumque successorum Hammaburgensis ecclesiæ archiepiscoporum
vobis? maneant potestate, vel quicquid a nobis * divina favente gratia ab errore per fidei sive hominum, sive locorum ad religionem christianam acquiri pt., tibi tuisque successoribus perpetualiter tenendum, inviolabiliterque retinendum censemus. Et insuper decrevimus nullum archiepiscoporum vel Colloniensium, vel alium quemlibet in tua diœcesi ullam sibi vindicare potestatem et cætera. Caput quoque tuum mitra, quod est insigne Romanorum, permittimus insigniri. Quod siquis huic nostræ auctoritatis privilegio contraire præsumat, anathema sit; qui vero pie observaverit, gratiam et benedictionem consequatur a Domino nostro Jesu Christo. Dat. IV kal. Novembris per manus Leonis sanctæ Romæ sedis cancellarii. Anno Domini Johannis pape primo, indictione VIII. AUCTORE V. D. B.

44 *Hæc epistola, non interpolata tantum, sed et depravata videtur. Nam, ut a clausula exordiamur, indictio* IX *concurrit tantum cum annis* 906, 921 *et* 936; *atqui Joannes X sedit ab exeunte Aprili* 914 *usque ad finem Maji anni* 928 (5), *et Joannes XI a die* 20 *Martii anni* 931 *usque ad initium Januarii anni* 936 (6). *Annus itaque primus utriusvis Joannis non concurrit cum indictione* IX; *quod si indictionem seponas, nil juvaris : mense Octobri anni primi Joannis X currebat annus Christi* 914, *quo certe* S. Unni *episcopus non erat; annus vero primus Joannis XI convenit cum anno* 931, *quo tempore* S. Unni *jam pridem habebat pallium. Præterea jubentur in* S. Unnis *potestate manere* episcopi in omnibus gentibus Sueonum seu Danorum, Norvegiorum, Island, Scridevinnum, Gronlandon *etc., quasi jam creati essent, quum tamen certo certius nulli tunc ibidem essent episcopi. Adeo ut, etiamsi navigatoribus sæculo* X *ineunte hæ omnes terræ fuissent cognitæ, non tamen consentirem Pertzio* (7) *contendenti adversus Henschenium* (8) *et Dahlmannum* (9) *SS. Ansgarii et Remberti Vitas in nonnullis codicibus germanicis et aliquot Hamburgensia diplomata in quibus similia leguntur non fuisse interpolata, quum Adalbertus, Hamburgensis archiepiscopus, sub Henrico IV imperatore patriarchatum septentrionis affectababat. Episcopi enim illi certe commentitii sunt; deinde studiosa interpolatorum manus in S. Ansgarii potissimum Vita manifesto deprehensa est; et demum Adamus Bremensis non videtur hæc legisse in exemplari, quod præ oculis habuit; scribit enim hæc tantum* (10) : Cui etiam (S. Unni) papa Johannes decimus, ut privilegium indicat, palleum dedit. depravatum est.

F S. Unni *non interfuit concilio Altheimensi, cui assutæ fuere subscriptiones concilii Erfordiensis:*

45 *Chronologicæ nostræ deductioni opponi potest præterea argumentum, quo Adamus Bremensis Reginwardi ætatem,* S. Unnis *decessoris, sibi stabilivisse visus est. Scripsit enim* (11) : Reginwardus VIX annum unum sedit. De cujus vita præter nomen aliud nichil ad manum venit. Cum autem successorem ejus concilio apud Altheim interfuisse didicerim, quod habitum est anno Conradi regis quinto, quo Hogerus etiam noster decessit, medium his Reginwardum non vixisse plenum annum deprehendi, nec privilegium ejus uspiam reperire potui. *Si Adamo itaque fidem adhibeamus, episcopus erat* S. Unni anno ab incarnatione Domini 916, indictione quarta, 12 kal. Octobris, regno autem Chonradi piissimi et christianissimi regis quinto, *quum* congregata est sancta synodus apud Altheim, in pago Retia, presente videlicet domni Johannis papæ apocrisiario Petro, sanctæ Ortensis ecclesiæ venerabili episcopo : *id fere hujus synodi initium, quam ex codice sæculi* X, *olim ecclesiæ Frisingensis cathedralis, nunc tabularii Monacensis, non ita pridem Pertzius* (12) *edidit.*

(1) Act. SS. tom. I Januarii, pag. 180 et seqq.— (2) Hamburg. Kirchen-Geschichte, tom. I, pag. 278. — (3) Hamburg. Urkund. tom. I, pag. 39.—(4) Patrologia, tom. CXXXII, col. 845 et 814.— (5) Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 268.— (6) Ibid. pag. 269. — (7) Monum. Germ. tom. II. pag. 765. not. 1. — (8) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 402 et 560. — (9) Ap. Pertz, tom. II, pag. 685, 684 et 699.—(10) Ibid. tom. VII, pag. 305.—(11) Ibid. pag. 305. — (12) Monum. Germ. Leges, tom. II, pag. 555 et seqq.

AUCTORE V. D. B. *ut ex rebus et personis ostenditur;*

46 *Verum in errorem ductus fuit, Adamus vel corrupto aliquo synodorum exemplari vel a Burchardo Wormatiensi. Scilicet capite* 57 (1) *synodi Altheimensis subscriptiones assutæ leguntur apud Burchardum eædem quæ ad Conventum Erfordiensem pertinent, præteritis tantum Burchardo Wirzuburgensi et Tuotone Osneburgensi. Verum quod illæ subscriptiones synodi Altheimensis anni* 916 *non sunt, tribus ex capitibus colligitur: quorum primum est, canone seu capite* 50 (2) *synodi Altheimensis indicari nullos ex Saxonia concilio illi interfuisse, dum tamen inter illas subscriptiones legitur signum* S. Unni *Hamburgensis præsulis, Adalwardi Verdensis, Unewanni Paderbornensis, Bernardi Halberstadiensis, Rumaldi Mingardensis et Eberi Mindensis; et soli Osnabrugensis et Hildesheimensis præsules absunt. Secundum argumentum dat canon* 59 (3), *quem Buchardus* (4) *vocat* 10, *quo Ricuini, Argentinensis episcopi absentia culpatur et quo ad proximam Moguntinam synodum citatur* ad præsentiam venerabilis Herigeri archiepiscopi; *atqui Ricuini subscriptio venit inter alias illas, uti et* Hildeberti, *non vero* Herigeri, *archiepiscopi Moguntini. Tertium momentum petitur ex episcoporum subscribentium*
B *ætate. Hildebertus, Moguntinensis archiepiscopus, sedit ab anno* 927 *ad* 956; *Robertus Trevirensis a* 930 *seu potius* 931 *ad* 956; S. Unni *Hamburgensis : de eo nobis est quæstio; Adalwardus Verdensis scitur sedisse anno* 932; *Ricuinus Argentinensis sedit ab anno* 913 *ad* 30 *Augusti anni* 933; *Notingus Constantiensis ab* 920 *ad* 933; *Unewannus Paderbornensis ab* 913 *ad* 933; *Udalricus Augustanus ab* 923 *ad* 973; *Bernardus Halberstadensis ab* 926 *ad* 968; *Rumaldus Mingardensis seu Monasteriensis a* 922 *ad* 941; *et tandem Everus Mindensis a* 922 *ad* 949 (5). *Ex his sequitur omnino fieri non posse ut tempore Conradi regis seu anno* 916, *ut perhibet Burchardus, habita fuerit synodus, cui hi subscripsere episcopi; neque anno* 936, *ut vult Gallia Christiana* (6); *sed inter annum* 930 *seu potius* 931 *(quum Robertus Trevirensis hoc tantum anno ordinatus fuerit atque aliquo signo distingui solerent episcopi electi a consecratis) et mensem Augustum anni* 933, *quo Ricuinus Argentinensis obiit.*

non fuere celebrata duo concilia in Altheim;

47 *Quæret itaque lector an intra hoc temporis spatium Altheimi altera synodus habita fuerit. Affirmant Mansi* (7), *Berardi* (8), *Binterim* (9) *aliique. Verum animadvertendum est nullum omnino*
C *historicum veterem secundæ ejuscemodi Altheimensis synodi verbum hiscere; nullosque ejus cognosci canones : nam quem obtrudit Mabillonius* (10) *ex codice Farfensi et Berardius ex Decreto Gratiani* (11), *is canon* 36 *est synodi Altheimensis anni* 916 (12); *qui vero in editis olim primus erat* (13), *et in Pertzii* (14) *editione desideratur* (*nempe* si quis cum uxore *etc.*), *hunc ad verbum canonem 41 esse concilii Triburiensis anni* 895 *jam pridem animadvertit Mansius* (15). *Deinde argumentum, quo ipse Mansius duo Altheimensia distinguenda esse censet concilia, in depravatione Burchardianæ lectionis fundamentum habet. Quod enim ait alteri præsedisse Petrum,* D *alteri Joannem, ortum est ex eo quod loco* auctoritate sancti Petri, Johannisque vicarii ejus, domni papæ, *ut genuina habet lectio* (16), *legit apud Burchardum* (17) : Auctoritate sancti Petri ego Johannes vicarius apostolici; *non itaque Petrus et Johannes fuere legati, sed Petrus Johannis papæ X. Quid ergo? Quod initio innui, nullus dubito quin Burchardus concilio Altheimensi anni* 916 *assuerit subscriptiones concilii Erfordiensis anni* 932; *eo inductus quod usus fuit codice Palatino, nunc Romano, in quo synodus Erfordiensis pro parte synodi Altheimensis habita est, ut animadvertit Augustinus Theiner* (18) *et post eum Pertzius* (19). *Quæ omnia jam clariori in luce sunt posita, ex quo tempore per codicem Frisingensem sæculi* x, *supra jam laudatum, licuit hæc omnia accuratius dispicere.*

interfuit S. Unni concilio Erfordiensi anni 932;

48 *Nulli itaque Altheimensi, sed soli Erfordiensi synodo interfuit* S. Unni. *Ejus hoc est initium secundum codicem illum Frisingensem, nunc Monacensem* (20) : Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi 932, anno etiam domini Heinrici regis Christianissimi 14, indictione v, sub die kalendarum Juniarum congregata est apud Erphesfurt sancta et universalis synodus, ut rex sapientissi- E
mus cum consilio primatum suorum decrevit, inspirante omnium Salvatoris clementia pro utilitate et statu sanctæ matris ecclesiæ. Cujus rei solertiam prudentissimi viri Hiltiberti archiepiscopi studium gubernabat. *Nomina duorum aliorum archiepiscoporum et decem episcoporum satis indicavimus supra; aderant alii quoque multi abbates et clerici, quorum non appellantur nomina. Henricum affuisse tradit Burchardus* (21); *et quidem recte, quum Pertzius* (22) *eodem die et anno diplomata ab Henrico Aucupe Erfordiæ data fuisse referat. In ea inquirere operæ pretium non est; sed sponte se offert inter Traditiones Fuldenses* (23) *præceptum Henrici, in cujus fine legitur :* Datum 3 nonas Junii indictione v, anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXII. Actum in Erpesfurt feliciter. Amen : *ita ut die* 3 *Junii anni* 932 *seu biduo post inceptam synodum Henricus certo esset Erfordiæ.*

cui affinguntur res plures conventus 933 *et synodi Altheimensis anni* 916.

49 *Quocirca nolim consentire doctissimo presbytero Binterim* (24), *qui* kalendas Junias *mutari vult in* Julias, *quoniam dies* 1 *Junii anni* 932 *non erat feria* II, *qua synodi haberi solebant; verum dies* 1 *Julii similiter non erat feria* II, *sed Dominica. Præterea non crediderim legem de celebrandis synodis feria* II F
ita fuisse generalem ut nullas exceptiones admitteret. Utut id est, liquet, quemadmodum animadvertit Pertzius (25), *errare Annales Hildesheimienses* (26), *Continuatorem Reginonis* (27) *aliosque* (28) *hanc synodum ad annos* 933 *aut* 936 *referentes; nisi potius intelligendi sunt* (*atque hæc mea sententia*) *de conventu procerum Erfordiensi, quem pro designando suo successore aliquanto ante mortem suam collegit Henricus; ut testis locuples est Mathildis reginæ biographus* (29). *Hinc corrige eos qui in Erfordiensi synodo anni* 932 *de Henrici successore actum esse*

(1) Monum. German. Leges, tom. II, pag. 560. Cfr Burchardus, lib. I, cap. 227, Patrologia, tom. CXL, col. 614.— (2) Ap. Pertz, Leges, tom. II, pag. 559.— (3) Ibid. pag. cit.— (4) Lib. I, cap. 162, Patrologia, tom. CXL, col. 597. — (5) Cfr Binterim, Geschichte der Deutschen Concilien, tom. I, pag. 281 et seqq.; tom. III, pag. 273 et 274; Gallia Christ. tom. V, col. 788 et tom. XIII, col. 396; Grandidier, Histoire de l'Église de Strasbourg, tom. II, pag. 308 et 309; Chronicum Gotwicense, tom. I, pag. 152. — (6) Tom. XIII, col. 396. — (7) Supplementum Concil. tom. I, col. 1105 et seqq. — (8) Berardi, Canones Gratiani, etc. part. I, cap. 60, tom. I, pag. 433. — (9) Geschichte der Deutschen Concilien, tom. III, pag. 274 et seqq. — (10) Annales Bened. ad an. 936, num. 68, tom. III, pag. 596. — (11) Can. 1, caus. 18, quæst. 1. — (12) Ap. Pertz, Leges, tom. II, pag. 560. — (13) Cfr Hartzheim, Concil. German. tom. II, pag. 588. — (14) Leges, tom. II, pag. 555. — (15) Supplementum Concil. tom. I, col. 1106. — (16) Ap. Pertz, Leges, tom. II, pag. 559. — (17) Lib. I, cap. 162, Patrologia, tom. CXL, col. 597. — (18) Disquisitiones criticæ in collectiones, etc. pag. 552 et seqq. —(19) Leges, tom. II, pag. 554.—(20) Ibid. pag. 18.—(21) Lib. XI, cap. 77, Patrologia, tom. CXL, col. 874. — (22) Leges, tom. II, pag. 18. — (23) Schannat, Tradit. Fuld. pag. 254 — (24) Geschichten der Deutschen Concilien, tom. III, pag. 275, not. 2. — (25) Leges, tom. II, pag. 18. — (26) Pertz, Monum. hist. tom. III, pag. 54 et 55.— (27) Ibid tom. I, pag. 617.— (28) Cfr Binterim, etc. tom. III, pag. 275, not. 1. — (29) Ibid. tom. IV, pag. 288. Cfr Struvius, Corpus Hist. German. 250.

statuunt

A *statuunt* (1); *confusione enim manifesta seducti videntur. De festorum et jejuniorum ratione et clericorum continentia quinque canonibus præcepta fuere lata* (2). *Burchardus* (3) *caput seu canonem* 9 *citat de vitandis excommunicatis. Id pro genuino accepit Mansius* (4); *omisit vero Pertzius, quoniam illud in Frisingensi non repertum est codice, nec in codice Lindani, unde primum in Conciliorum collectiones transiit Erfordiensis illa synodus. Latomus* (5), *Serrarius* (6), *Falckenstein* (7), *Binterim* (8) *aliique laudant plurimum hujus synodi patres quod initio se publice in terram demiserint et cleri planxerint peccata. Sed hæc non* S. Unnis *suorumque in synodo Erfordiensi collegarum laus; sed patrum synodi Altheimensis anni* 916 : *quemadmodum hujus concilii prologus testatum facit* (9).

Commutatio aliquot bonorum in diœcesi Verdinensi.

50 *Quamquam Germaniæ fines, ut inferius videbitur, jam excessisset* S. Unni, *ad ejus tamen petitionem Henricus Auceps* 9 *kal. Junii anno dominicæ incarnationis* DCCCCXXXV, *indictione* VIII, *ejus regni* XVII, *Diusburgi diploma dedit, quo confirmaret commutationem factam a* S. Unni *seu* Unnone *cum Willario seu Wallerico viro nobili. Quæ episcopalia dederit bona* S. Unni *non indicantur;* tradidit autem

B præfatus Willarius cum manu Rasmadæ conjugis suæ et Theodulphi filii ejus ad prædictum episcopatum in manum ipsius ecclesiæ episcopi Unnonis et Ulfridi sui etiam advocati quidquid proprietatis in locis Holtgibutli, Holthem, Fokaresha, Niantorp, Omanthorp, Walle, Magulun, Rikinburgi et Damisla nuncupatis habere visus est cum curtibus, ædificiis, mancipiis, terris cultis et incultis et omnibus quæ dici et nominari possunt appendiciis. *Ediderunt hanc chartam Maderus* (10). *Lindenbrogius* (11), *Meibomius* (12), *Staphorst* (13), *Lunig* (14), *Leuber* (15), *Gundling* (16) *aliique. Omnia illa ego loca in episcopatu aut principatu Verdinensi, qui ad orientem seu potius ad Euronotum Bremensis jacebat, sita esse arbitror. In hoc enim tractu, quem pagum* Sturmi, Sturmgoë *seu* Stormuse *fuisse arbitror et de quo pauca disserit Godefridus abbas Gotwicensis* (17), *dant mihi mappæ geographicæ* Holzbuttel, Hottum *seu* Holthum, Nindorf, Walle, Reichenbostel *et* Dauelsen, *quod forte idem ac* Damisla, *aliis* Dannisla *seu* Domista : *qui vici clauduntur fere omnes triangulo, cujus summitates oppida* Rothenburg, Visselhove *et* Verden. *Jacet ulterius prope* Zeven *vicus* Oldendorf, *repræsentans forte* Oman-

C thorp; *citerius ad sinistram Wisuris* (Weser) *inter* Verden *et* Hoya *habes* Magelsen, *idem forte quod* Magulun : *sed has divinationes illarum partium eruditis permitto. Quod autem bona acquireret episcopatus Bremensis in diœcesi Verdinensi, nil mirum : habebat ibidem integrum monasterium, de quo inferius.*

§ VI. Quæ esset rei sacræ conditio in regionibus S. Unni commendatis.

Quam latus campus patet-

Ut autem *ad labores apostolicos* S. Unnis *aliquando deveniamus, ante omnia oculi conjiciendi sunt in vastissimam ejus duplicem diœcesim. Hamburgensis constabat proprie ex Nordalbingia, quam nunc* Holstein *vocare solemus. Adjuncta vero Bremensis diœcesis Wigmodiam capiebat et Lorgoe, duos pagos ex decem minoribus conflatos, seu ducatum Bremensem et magnam partem Oldenburgensis. Ejus præterea apostolicis patebant laboribus ad Orientem Winedi, videlicet Wagiri, Obotriti, Kycini, Circipani usque ad flumen Panim seu Pene* (Peene), *id est totum illius ævi regnum Slaviniæ; quod postea dissectum fuit in diœceses Lubeccensem, Racesburgensem et Zwarinensem, mari Barbaro seu Baltico finitimas; aliquando tamen Verdinensi episcopo partem Racesburgensis et Zwarinensis sibi vindicante. Ad septentrionem ejus curas manebat et sollicitudines universa Dania, Norwegia et Suecia cum adjacentibus insulis. In has omnes terras licebat* S. Unni *non secus ac decessoribus missionarios destinare, episcopatus instituere suæque provinciæ, nullos adhuc habenti suffraganeos, vindicare.*

AUCTORE V. D. B. *ret* S. Unnis *laboribus :*

52 *Bremensis diœcesis ecclesiis passim instructa erat; presbyteros habebat sat multos et populum longe maxima parte fidelem. Alia omnino conditione erant res in diœcesi Hamburgensi. Medio enim fere sæculo* IX *a piratis Normannis combustum fuerat Hamburgum et universa diœcesis quatuor tantum habebat ecclesias baptismales. Ad utramque diœcesim tria pertinebant monasteria; Ramsolanum virorum in diœcesi Verdensi, quo translatum fuerat Hamburgense, deleto oppido; Bremense item virorum et Birxinon seu Bassum in comitatu Hoya in diœcesi Bremensi. An quartum fuerit tempore S. Ansgarii aliis inquirendum relinquo. His vero aliud addidit S. Rembertus, videlicet in solitudine* Buggin *seu* Bucken *in comitatu Hoya. Neque deerant hospitalia pauperibus excipiendis et peregrinis, saltem in diœcesi Bremensi; quæ valde bene instituta fuisse videntur.*

quæ jam pie in diœcesibus Bremensi et Hamburgensi instituta essent; E

53 *Slavos omnino non neglexerat S. Ansgarius; emptis ex eorum genere pueris aut ex captivitate liberatis, qui fidem catholicam deinceps inter suos spargerent. S. Rembertus vero in ultimas Slaviniæ partes adeoque in insulam Rugiam monachos Corbejenses destinarat, qui magnam incolarum partem seu etiam omnes ad Christiana sacra traduxerant. Uterque tamen præsul multo magis in Dania laborarant, admirabilem ubique colligentes messem, Sleswici et Ripæ constructis ecclesiis. In Suecia quoque, maxime in ea interiori regni parte quæ lacui Mellaro* (Malarsee) *adjacet, ipsi eorumque adjutores fidei semina sparserant, fructu non pœnitendo, et Bircæ surrexerat ecclesia. Verum licet gravia experti fuissent tempora Ansgarius et Rembertus, graviora forsan manserunt eorum decessores.*

quid laboratum in Slavinia, Dania et Suecia; F

54 *Præ cæteris infesti fuerunt Magyares; tribus vaga Finnorum aut Calmucorum, ex Asia prolapsa in orientales Europæ plagas, atque Ungri, Hungari et Hunni dicti, quod huic genti feris moribus esset similis. Incredibile dictu quantum ab his passa universa Germania ab anno* 899 *ad* 911. *Irruerunt in Saxoniam anno* 906, *vastantes ecclesias, presbyteros dispergentes. Rediere anno* 915; *quibus alii, totidem divinæ vindictæ flagella, accesserunt, scribente Adamo Bremensi ad annum* 916 (18) : In diebus illis immanissima persecutio Saxoniam oppressit,

quanta dein passa Hamburgensis et Bremensis diœcesis a Slavis et Ungaris;

(1) Cfr Falkenstein, Historie von Erfurth, pag. 31. — (2) Ap. Pertz, Leges, tom. II, pag. 18. — (3) Lib. XI, cap. 77, Patrologia, tom. CXL, col. 874. — (4) Supplem. Concil. tom. I, col. 1117. — (5) Catalog. archiep. Mogunt. ap. Menckenium, Scriptt. Germ. tom. III, pag. 470. — (6) Scriptt. rer. Mogunt. tom. I, pag. 426. — (7) Historie von Erfurth, pag. 31. — (8) Geschichten der deutschen Concilien, tom. III, pag. 277. — (9) Ap. Pertz, Leges, tom. II, pag. 555. — (10) Adami Bremensis, Hist. eccles. append. pag. 204 et 205. — (11) Scriptt. rer. Septentrion. pag. 129. — — (12) Rer. Germ. tom. I, pag. 739. — (13) Hamburgische Kirchen-Geschichte, tom. I, pag. 281. — (14) Spicil. eccles. part. I app. pag. 77. — (15) De stapula Saxoniæ, pag. 1588. — (16) De Henrico Aucupe, pag. 511. — (17) Chron. Gotwic. prodr. tom. II, pag. 785. — (18) Ap. Pertz, tom. VIII, pag. 305.

AUCTORE V. D. B.

cum hinc Dani et Sclavi, inde Behemi et Ungri laniarent ecclesias. Tunc parochia Hammaburgensis a Sclavis et Bremensis Ungrorum impetu demolita est. *Pertineantne ad id tempus, an ad annum* 919, *quo Ungari Saxoniam denuo vastasse in Annalibus Corbejensibus* (1) *leguntur, ea quæ ab Adamo Bremensi ad annum referuntur* 916, *haud satis video. Verumtamen, sive initio episcopatus* S. Unnis *acciderint, sive paucis annis ante, ea tamen narranda hoc loco :* In diebus illis, *inquit ille* (2), grande miraculum fertur a posteris Bremæ contigisse. Ungros scilicet incensis ecclesiis sacerdotes ante altaria trucidasse, clerum vulgo mixtum aut impune occisos aut ductos in captivitatem. Tunc etiam cruces a paganis truncatæ, ludibrio habitæ; cujus signa furoris usque ad nostram ætatem duraverunt. Sed Deus zelotes, cujus passio ibi derisa est, incredulos abire non passus est inultos. Nam subita et mirabilis orta tempestas a semicremis ecclesiarum tectis scindulas * elevavit, quas in faciem atque ora paganorum rotans, dum fugæ præsidium quærunt, aut in fluvium præcipitari compulit aut in manus civium concludi. *Hæc Bremensis et Hamburgensis ecclesiarum facies brevi*

B *ante aut brevi postquam eas regendas suscepit* S. Unni.

* laminas e ligno fissili

in Slavinia pia semina in superstitionem mutata; Slavorum non oblitus S. Unni.

55 *Sparsa per Slaviniam et maxime per insulam Rugiam fidei semina oppressa fuerant omnino, et religio versa in superstitionem.* Nam sanctum Vitum (*sunt Helmoldi presbyteri, diligentissimi sæculi* XII *scriptoris, verba* (3)) *in cujus commemorationem Corbejenses missionarii oratorium apud eos fundaverant, et* quem nos martyrem ac servum Christi confitemur, ipsi pro Deo venerantur, creaturam anteponentes creatori. Nec est aliqua barbaries sub cælo, quæ Christicolas ac sacerdotes magis exhorrent; *quos jam pridem expulerant.* Solo nomine S. Viti gloriantur, cui etiam templum ac simulacrum amplissimo cultu dedicaverunt, illi primatum deitatis specialiter attribuentes. *In Slavorum gratiam parum aut nihil laborasse diceres* S. Unnim, *si pressius adhæreres verbis Helmoldi* (4), *scribentis* non carere admiratione quod dignissimi præsules et evangelici prædicatores, Anscarius, Reimbertus et sextus in ordine Unni, quorum in conversione gentium ingens claruit studium, Slavorum curam tantopere dissimulaverint, ut nec per se, nec per ministros aliquem in eis fructum fecisse legantur.

C *Hæc de SS. Ansgario et Remberto non esse satis accurata ex his quæ num.* 24 *diximus satis constat; nisi de fructu stabili et firmo locutus sit Helmoldus. Neque sanctus* Unni *omnino Slavorum oblitus fuisse videtur; quum, teste Adamo Bremensi* (5), ferant *Adaldagum,* S. Unnis *in episcopatu Hamburgensi successorem,* etiam doctrina et miraculis celebrem, Sclavorum populos eo tempore prædicasse, quo noster Unni ad Scythas legatus exstitit, *seu post annum* 951. *Neque licuit* S. Unni *diu ante illuc destinare missionarios, quum nulla nisi martyrii spes affulgeret; sed mutata est aliquantum rerum species et forma, postquam* anno ab incarnatione Domini 929, indictione II, 2 nonas Septembris, feria VI, oriente sole, facta est pugna valida juxta flumen, quod vocatur Alpia, contra Sclavos; in qua prostrati sunt de paganis 120 milia, captivi vero 800; *uti traditur in Annalibus Corbejensibus* (6).

56 *Daniæ et Sueciæ non minus misera erat facies.* D *Dania, quæ olim principem habuerat Christianum, jam pridem sub alio gemebat jugo.* Nobis hoc scire sufficiat, *ut Adami* (7) *verbis utar,* omnes adhuc paganos fuisse, ac in tanta regnorum mutatione vel excursione barbarorum christianitatem in Dania, quæ a sancto Ansgario plantata est, aliquantulam remansisse, non totam defecisse. *Per Henrici Aucupis victoriam portam illic denuo apertam fuisse evangelio ex eodem Adamo novimus. Sed maximis hæc res involuta jacet tenebris : quas a nobis depulsum iri nequaquam confidimus; ad aliquid tamen conandum ratione operis cogimur.*

Daniæ et Sueciæ misera facies, quum eo ivit S. Unni.

§ VII. De Wurmio Hardecnuto Daniæ rege, ejus regni amplitudine, Henrici Aucupis victoria et opportunitate annuntiandi iterum apud Danos evangelii.

E *Tunc scilicet temporis virum quemdam, cui apud Danos erat nomen* Gorm, Wrm *seu* Wurm, *latine* Vermis, *regno Daniæ potitum esse res indubia est. Ejus tumulus necnon uxoris Thyræ etiamnum superest; his concepta verbis epigraphe* (8) : Haralter kunugr bad kaurva kubl dausi eft Gurm fadur sin aug eft Thiurui mudur sinasa. Haraltr kesor van Tanmaurk alla aug Nurvieg aug tini folk kristo; *id est,* Haraldus rex jussit exstrui hunc tumulum in memoriam Gormonis patris sui et thyræ matris suæ. Haraldus cæsar acquisivit Daniam, totam et Norvegiam et earum incolas ad fidem Christianam convertit. *Alius lapis habet* (9) : Gurmur kunugr kubl dusi eft Turui kunu sina Tanmarkar but; *latine :* Gormo rex posuit tumulum hunc Tyræ uxori suæ, Daniæ ornamento. *Utramque inscriptionem non recens figmentum, sed genuinum antiquitatis monimentum habent jure merito antiquarii* (10) : *quamquam aliter visum sit Grammio in Notis ad Meursium et Torfæo in Trifolio, idcirco a Langebekio* (11) *recte vapulantibus. Sane jam anno* 1186, *quo Sueno Aggonis scribebat, duo primi (nam duobus cippis prima inscriptio insculpta est, habebantur ab ipso Haraldo filio erecti. Ait enim* (12) : Ut autem F prælucis illa regina (*Thyra*) cum rege marito omnes ætatis suæ annos complesset, Haraldus Blaatand, filius superstes, qui et regni exstitit hæres, juxta ritum gentilium, in tumulis gemellis et paribus, quasi illustribus mausoleis, secus regis curiam in Jelling utrumque parentem fecit humari. *Neque aliter Saxo Grammaticus, ejusdem sæculi* XII *historicus :* Post hæc, *inquit* (13), Thyra, Danicæ majestatis caput, absumpta est. Cujus corpus Haraldus... non longe a patris tumulo sepulturæ mandavit... Ubi nunc quoque sacrarium perspicere est, duorum conjugum socialibus bustis intersitum. *Sacrarii Jellingensis et circumpositorum locorum imaginem dedere Wurmius et Stephanius. Quocirca, etiamsi volueris illos cippos Haraldi jussu non fuisse positos, antiquissimos tamen esse fatendum est, quum jam sæculo* XII *ita de illis scriberetur.*

Daniæ rex erat Wurmius, at constat ex cippis; uxor Thyria; filius Haraldus Blaatand,

(1) Ap. Pertz, tom. III, pag. 4.— (2) Ibid. tom. VII, pag. 303. — (3) Ap. Leibnitzium, Scriptt. rer. Brunswic. tom. II, pag. 543. — (4) Ibid. pag. cit. — (5) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 306. — (6) Ibid. tom. III, pag. 4. — (7) Ibid. pag. VII, pag. 303. — (8) Ap. Olaum Wormium, Danica monum. pag. 332 et 333; ap. Stephanium, Not. in lib. x Saxonis Grammatici, pag. 204. — (9) Ap. Stephanium, pag. 204. — (10) Cfr Dahlmann, Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 84. — (11) Scriptt. rer. Danic. tom. I, pag. 51, not. *g*. — (12) Hist. reg. Daniæ, ap. Langebekium, tom. I, pag. 51. — (13) Lib. x, num. LIX, pag. 184.

Danici regni, quod Wurmius hereditate accepit, limites septentrionalis, orientalis,

58 *Originem Wurmii ejusque avorum potentiæ indagare nolim. Ex stirpe Ragnari Lodbrochii, cujus maxime filii tot tantasque clades sæculo* IX *Angliæ et reliquæ fere Europæ intulerunt, eum ortum esse consentiunt tabulæ genealogicæ antiquæ. Sigurdus Ormioga seu Anguioculus, Ragnari filius, traditur Gothiam insularem (insulam Selandiam?) et omnes insulas minores, Scaniam quoque et Hallandiam obtinuisse* (1); *atque hæc satis concordant cum his quæ illo ipso ævo Wulstanus dixit regi Ælfredo Magno* (2), *videlicet* se discessisse Hætho (*Sleswico*) et spatio quinque dierum et noctium Trusum (Drausen, *ad Elbingam fluvium, in Prussia* (3)) appulisse, navigio semper velificante et a dextris sibi semper fuisse Wandaliam et a sinistra Langlandiam, Lollandiam, Falsteram et Sconiam; omnes autem has regiones ad Danemarchiam pertinere; ulterius etiam naviganti a sinistris esse Burgendalandiam (*Bornholm*); quæ regem haberet proprium; post Burgendalandiam se avicinasse ad terram dictam Blekingam (*ad etesias Sconiæ*) et ad Meoram (*littus orientale Sueciæ*) et Eowlandiam (*adjacentem insulam*) et Gotlandiam (*insulam*) a sinistris; et has terras ad Suiones pertinere : (and
B thas lande hyrath to Sueon;) *ita ut Blekinga et Burgendalandia regni Danici limes orientalis esset et Smalandia et Westgothia septentrionalis.*

meridionalis et occidentalis :

59 *Alios limites assignat Otherus, alter ejusdem ævi explorator, cujus narratus calamo quoque excepit rex Ælfredus. Otherus enim ille, ex Halgolandia seu septentrione Norvegiæ Sleswicum seu Hæthum pergens, postquam prope Sciringes-heal in Westfoldia* (4) (*quam ab aliquibus* (5) *ad occidentem sinus Christianopolitani collocari video*) *venisset, ad sinistram habebat Iralandiam* (*Inlandiam seu Ionlandiam?*) *et circumpositas insulas, ad dexteram Jutlandiam septentrionalem; quam appellat* Gotland, *Dani Islandique veteres* Reidgotolandiam (6); *inferius demum Sillandiam seu Jutlandiam meridionalem :* Dixit insuper, *inquit Ælfredus rex* (7), se a *Sciringes-heal* quinque dierum navigatione appulisse ad portum, quem vocant *Hæthe;* qui positus est inter Winedos, Saxones et Anglos : et Danorum est ditio : (and hyrth hit on Dene). Inter illuc navigandum a Sciringes-heal fuit illi a sinistra Danemarkia (*Hallandia et Sconia*) et a dextra per cursum triduanum Oceanus, et biduum antequam ad Hæthe pervenisset, ad dextram habuit Gotlandiam (*Jutlandiam septentrionalem*) et Sillandiam (*Jutlandiam meridionalem*) et insulas non paucas (*Samsöe, Fyen, Taasing, Arröe etc.*). Has regiones incoluerunt Angli, priusquam huc (*in Britanniam*) venerunt. Et eodem biduo erant illi a sinistra insulæ illæ,
C quæ ad Danemarkiam pertinent; *ita ut pars maris, quæ* Kattegat, *et fretum, quod majus* Belt *vocari solet, necnon fretum quod inter insulas* Taasing *et* Langeland *est, regni Danici limes esset australis; mare vero Holsaticum et Meclenburgicum limes meridionalis; adeoque præsens Dania extra regnum Danicum jacebat, prout erat constitutum adulto sæculo* IX. *Cujus essent insulæ Westgothiæ, omittit Otherus; non quod nihil ibi esset de ditione Danica* (Danholm *enim adhuc pristinæ suæ conditionis nomen retinet*), *sed potius quod earum pars, ut tradit Ericus Gustavus Geyer, recentior Sueciæ historicus* (8), *esset Norwegiæ, altera pars Sueciæ et demum tertia pars Daniæ; quin etiam ipsa Danholmia aliquando ita divisa est in tres partes* (9).

AUCTORE V. D. B.

bellicosus Wurmius id auget utraque Jutlandia et aliquot insulis.

60 *Id Danicum, quale descripsimus, regnum obtigit Warmio; qui avita ditione nequaquam contentus,* in illam partem Daniæ, quæ tunc Reidgotalandia, jam vero Jutia nuncupatur, adversus regem quemdam, Gnupam dictum, cum exercitu profectus est; quem post aliquot prælia occidit, et regnum ipsius in suam potestatem redegit. Deinde expeditionem suscepit contra regem quemdam, nomine Silfraskallium; ac cum eo aliquoties conflixit, semper victor; tandemque regem illum occidit. Postea in interiora Jutiæ pergens, omnes reges ad Sleswicum usque devicit et magnam partem Vindlandiæ sibi subjecit. *An vero hinc orta jura, quæ olim in Meclenburgicum ducatum affectarent reges Daniæ* (10), *hujus loci non est inquirere.* Multa prælia contra Saxones gerebat et rex potentissimus evasit. *Hæc biographus Islandicus Olafi Trygvinæ, citatus a Torfæo* (11); *cujus lectio multo melior est quam quæ edita est a* E *Peringskioldio* (12). *Hinc in Knytlinga Saga cap.* 32, *quam Dahlmannus* (13), *de historia Daniæ optime meritus, hanc in rem adducit, multorum regnorum potitus dicitur Wurmius; hinc fabula illa quam narrat Saxo Grammaticus* (14), *Thyram ei nubere non prius voluisse quam Daniam* (*intelligit utramque Jutlandiam*) *sub dotis nomine recepisset; hinc alia fabula, quam Haraldi Hårfager seu Pulchricomi, regis Norvegiæ, historia exhibet, Gidam Erici Hordalandiæ princips filiam, respondisse Haraldi legatis sibi ejus non prius placiturum matrimonium, quam ille plena potestate Norvegiam teneret;* quali quidem imperio potiretur Wurmius Daniæ rex atque Ericus Upsalensium : *quamquam id matrimonium, ut arbitratur Dahlmannus* (15), *ante Wurmii victorias celebratum fuisse videatur : verum ex fama, quæ his verbis qualemcumque originem dedit, argumentum nostrum petitur.*

Scriptores Germani ipsum Wurmium,

61 *Porro ille potiendarum regionum seu potius prædandarum ardor in Wormium aliquando Henrici Aucupis victricia arma commovit. Testem habemus Widekundum Corbejensem, scriptorem æqualem :* Cum autem, *inquit* (16), omnes in circuitu nationes subjecisset Henricus, Danos, qui navali latrocinio F Fresones incursabant, cum exercitu adiit vicitque; et tributarios faciens, regem eorum nomine Chnubam baptismum percipere fecit. *Hunc* Chnubam, *aliis* Knutum, Cnutonem *seu* Hardeknutum, *eumdem esse ac Wurmium ostendemus inferius. Non aliter Thietmarus Merseburgensis, chronographus suppar :* Insuper, *inquit* (17), *de Henrico disserens.* Northmannos et Danos sibi obtemperantes fecit, et ab errore pristino revocatos, cum rege eorum Cnutone hos Christi jugum portare edocuit. *Annalista Augiensis* (18) *et secundum eum Continuator Reginonis* (19), *non secus ac Widekundus, uterque*

(1) Cfr Torfæus, Series reg. Daniæ, pag. 575 et 596. — (2) Præfatio ad traduct. Orosii ab Aelfredo rege in linguam Saxonicam, ap. Spelman, Aelfredi Magni Vita, app. VI, pag. 207; ap. Langebekium, Scriptt. rer. Dan. tom. II, pag. 118. — (3) Cfr Langekius, tom. II, pag. 120, not. *h*. — (4) Cfr Ynglinga Saga, cap. 50, ap. Snorronem Sturlæum, edit. Peringskiöld, tom. I, pag. 56, Cfr tamen Langebekius, tom. II, pag. 113, not. *z*. — (5) Cfr Von Spruner, Atlas, tab. 50. — (6) Cfr Torfæus, Series regum Daniæ, pag 86 et seqq. Langebekius, tom. II, pag. 117, not. *u;* Reuterdahl, Ansgarius, pag. 56, Berlin, 1857. — (7) Ap. Spelmannum, Vita Aelfredi Magni, pag. 207; ap. Langebekium, tom. II, pag. 115 et seqq. — (8) Hist. de Suède, traduite par de Lundblad, tom. I, pag. 49, Bruxelles, 1845. — (9) Cfr Limites inter Daniam et Sueciam, ap. Olaum Wormium. Regum Daniæ series duplex, pag. 59. Cfr Dahlmann, Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 140. — (10) Cfr Jo. Beehr. Rer. Meclenb. lib. VIII cap. 5, col. 1555. — (11) Series regum Daniæ, pag. 444 et 445. — (12) Heims Kringla. pag 224. — (13) Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 67 — (14) Lib. IX. cap. 58. pag. 179. — (15) Histor. Forschungen, tom. I, pag. 350. — (16) Lib. I, cap. 40. ap. Pertz, tom. III, pag. 435. — (17) Lib. I. cap. 9, ap. Pertz, tom. III, pag. 739. — (18) Ap. Pertz, tom. I. pag. 69. — (19) Ibid. pag. 617.

AUCTORE V. D. B.

coævus : Henricus rex, *ajunt,* regem Abodritorum et regem Danorum efficit christianos; *quæ verba Chronographus Saxo, sæculi* XII *scriptor, annalibus suis inseruit, subdens* (1) : Ingressus namque Daniam cum exercitu, regem nomine Wrm vicit. *Hos descripsere alii complures, quorum præcipuos ex Struvio* (2) *cognoscere est.*

quamvis plures obnitantur,

62 *Non hæc placuere omnibus : alii voluere Henricum numquam cum exercitu penetrasse in Daniam, multo minus vectigales fecisse ejus incolas; ab eo victos fuisse tantum prædones aliquot, dum Frisiam, duce Knuto Dana-ast, Wurmii filio natu majore, depopularentur : alii vectigales factos esse Danos concedunt, non quod ipse rex Wurmius victus fuerat, sed quod clade, filio suo in Frisia inflicta, territus in gravissimas pacis conditiones consenserat : quam explicationem laudat Münterus* (3) *: alii, quo nomine non recentiores tantum, verum etiam antiquiores tum septentrionales tum Germanos historicos et chronographos intelligo, duce Adamo Bremensi, nedum velint Wurmium umquam Christo fidem suam obligasse, contra eum hostem fuisse infensissimum : alii demum, qui concedunt Henricum debellasse Danos in patria terra, multa quærunt de his quæ tum egerit.*

B *Atque hæc jam ad trutinam vocanda.*

ab Henrico Aucupe victum fuisse tradunt. Wurmii agnomen Hardecnut *seu* Cnut *sumptum pro nomine.*

63 *Imprimis animadverti velim hæc Adami verba :* Apud Danos eo tempore Hardecnuth Wrm regnavit, crudelissimus, inquam, vermis : *ex quibus constat sæculo* XI *exeunte Wurmium Danis (nam ab episcopo Dano se hæc omnia accepisse tradit Adamus ipsemet) binominem habitum fuisse; ita ut* Wurmius *esset nomen, quemadmodum ex lapide sepulcrali et libris Islandicis aliisque habemus, et* Hardecnuth *cognomen seu agnomen; sive id genitivum fuerit (pleraque nempe scripta Danica et Islandica patrem ejus* Hardecnuth *appellant), sive agnomen nugatorium aut proprium, quale plerisque septentrionalibus heroibus adhæsit. Porro non semel factum est ut exteræ gentes duplici illa appellatione in errorem venirent, agnomen seu cognomen pro nomine accipientes : cujus rei exemplum manifestissimum est Raghenar-Lodbrog, seu* Villose braccatus, *ita dictus quod braccas* (brog) *villosas* (lode) (4) *seu ex pelle caprina pro more nautarum septentrionalium gereret* (5) *; at Raghenarius ille ab exteris non vocatur suo nomine; sed unum agnomen passim in usu est. Asser, scriptor Anglus sæculi* X, *eum appellat* Lodebrochum (6); *Joannes Bromptonus* Lothebrochum (7); *Adamus*

C *Bremensis* Lodparchum (8); *Guilielmus Gemeticensis* Lothrocum (9) *et poetæ Normanni sæculi* XII *Benedictus* (10) *et Wace* (11) Lotrocum; *ita ut dubium sit utrum Raghenarii nomen apud eas gentes, quas tot afflixit cladibus, innotuerit* (12). *Quin etiam in scriptis Islandicis solo suo agnomine aliquando indicatur* (13). *Quis itaque miretur Wurmii agnomen, videlicet* Hardecnutum, Cnutum, *seu* Chnupam, *magis notum fuisse Germanis? quin etiam* Hardecnutum *visum esse Adamo, Vito Beringio* (14) *et Struvio* (15) *nomen,* Wurmium *agnomen?*

Credibile non est Germanos ignorasse regem Daniæ,

64 *Animadverti velim secundo fieri omnino non posse ut Germani confuderint filium regis cum ipso rege, quandoquidem cum hoc ipso de gravissimis rebus, de tributo videlicet annuo, de limitibus et de libertate christianæ fidei pacti fuerunt. Hæc quidem* D *omnia negare libuit aliquot historicis Danis : verum quid fidei historicæ supererit, si seponere liceat Widekundum, Annalistam Augiensem et Continuatorem Reginonis, scriptores æquales, Thietmarumque Merseburgensem, historicum supparem, hæc aperte satis, ut vidimus, tradentes? si nullius frugis sit Luitprandus, similiter coævus, atque his quidem usus verbis* (16) : Primus etiam hic (*Henricus Auceps*) Danos subjugavit sibique servire coegit; ac per hoc nomen suum multis nationis * celebre fecit; *et inferius, loquens de Hugone rege Italiæ seu comite Arelatensi :* Nec minus, *inquit* (17), etiam Henricum, quem supra memoravimus, regem fortissimum, multis collatis muneribus amicum sibi effecerat; cujus ex hoc apud Italos nomen maxime tunc clarebat, quod Danos, nulli ante subjectos, solus ipse debellaret ac tributarios faceret. *Quid quod ipsi antiquissimi scriptores Dani, quamquam tristium suæ gentis fatorum vix meminisse soliti sunt, non omnino hanc prætermiserunt cladem? Sueno enim, Aggonis filius, scriptor sæculi* XII, *in ore Thyræ, Wurmii uxoris, ponit hæc ad legatos Germanos verba* (18) : Ut brevi concludam eloquio, A TRIBUTARIÆ SERVITUTIS jugo forti dextera Danos propediem E emancipabo, nullam prorsus subjectionis reverentiam vobis exhibitura. *Re quidem vera originem hujus subjectionis paulo superius* (19) *inde deducit Sueno, quod* Otto imperator Daciam sibi fecerat tributariam; *sed* Ottonis *nomen, qui post Wurmii mortem regnavit et qui temporibus Haraldi Blaatand, Wurmii successoris et filii, Danos devicit, positum esse loco* Henrici, *jam pridem observatum est* (20). *De religione modo audiemus Thietmarum; de limitibus dicemus inferius.*

* nationibus

quem vectigalem fecerant

cum universo populo, etiam insularum.

63 *Animadvertatur tertio loco hæc ad totam Daniam pertinere, et nequaquam ad angulum aliquem Jutlandiæ, quem Cnutus Dana-ast ab avo materno accepisset. Sane in avi hæreditatem se intrudisse Wurmii filii leguntur apud Saxonem Grammaticum* (21); *verum hic, dum id narrat, non statuit Klackharaldum, Jutlandiæ iarlum, patrem Thyræ fuisse; quæ genealogia magis placuit Islandis* (22); *sed Edelredum Angliæ regem : adeoque hanc hæreditatem in septentrionalibus Angliæ partibus positam fuisse diserte affirmat : nemo vero, quod norim, qui Klackharaldum Wurmii socerum fecit, litteris mandavit illi successisse Cnutum Dana-ast et Haraldum Blaatand. Cæterum non de angulo aliquo sermonem* F *esse posse, sed de universa Dania, vel ex hoc solum patet, quod Thietmarus Merseburgensis, postquam Henrici victoriam Danicam memorasset, continenter dicit de sacrificiis humanis, apud Lederum* (Leyre) *prope Roskild in Selandia, quæ tunc civitas erat regia, usitatis, et hanc suam orationem his concludit verbis* (23) : Quam bene rex noster fecit, qui eos a tam execrando ritu prohibuit : *ita ut remotissimi quoque Dani Henrici leges subiverint, quum eorum vicit regem!*

Hujus belli videtur fuisse occasio deprædationes in Frisia factæ.

66 *Quarto considerandum est loco, Henrici victoriam fuisse omnino singularem, quandoquidem, ut ex Luitprandi ore accepimus,* apud Italos *ejus* nomen maxime tunc clarebat, quod Danos, nulli ante

(1) Ap. Leibnitz. Access. hist. tom. I, pag. 153. — (2) Corpus, Hist. German. pag. 227 et 228. — (3) Kirchen Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 349. — (4) Cfr Spelmannus, Vita Aelfredi Magni, pag. 13. — (5) Cfr Augustin Thierry, Hist. de la conquête d'Angleterre, tom. I, pag. 98, édit. Bruxelles. — (6) Annal. rer. Gest. Aelfredi ad an. 878, edit. Wise, pag. 33. — (7) Chronic. pag. 804. — (8) Lib. I, num. 39, ap. Pertz, tom. VII, pag. 298. — (9) Lib. I, cap. 5, ap. Chesnium, Scriptt. rer. Normann. pag. 218. — (10) Chronique des ducs de Normandie, tom. I, pag. 26, 27 et 198, Paris, 1856. — (11) Roman de Rou, tom. I, pag. 11. — (12) Cfr Dahlmann, Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 65. — (13) Florus Danicus, pag. 191. — (14) Corpus Hist. German. pag. 228. — (15) Cfr Snorro Sturlæus, Heims Kringla, tom. I, pag. 223, edit. Peringskiöld. — (16) Antapodosis, lib. III, cap. 5, num. 21, ap. Pertz, tom. III, pag. 306. — (17) Lib. III, cap. 15, num. 47, pag. 314. — (18) Hist. reg. Daniæ, ap. Langebekium, tom. I, pag. 50 et 51. — (19) Ibid. pag. 48. — (20) Cfr Dahlmann, Geschichte von Dännemark, tom, I, pag. 70. — (21) Hist. Danic. lib. IX, cap. 58, pag. 180. — (22) Cfr Snorro Sturlæus, tom. I, pag. 224, edit. Peringskiöld. — (23) Ap. Pertz, tom. III, pag. 740.

subjectos,

A subjectos, SOLUS IPSE DEBELLARET ac tributarios faceret; *ita ut admitti non posse videatur turbam solummodo prædonum, quantacumque demum fuerit, in Frisia deletam fuisse. Sæpius enim ante Henrici ævum integra hujuscemodi agmina debellata fuerant; quibus etiam regii præerant filii. Quocirca si supponas victoriam in Frisia relatam fuisse, statuas saltem cum chronographo Frisone* (1) *ipsum captum fuisse regem; ipsam Daniam subjectam et evangelii lumine collustratam; nec regem prius emissum e vinculis quam se Christi disciplinæ docili animo se creditu-rum sponderet. Verum multo tutius fides dabitur Adamo* (2) *narranti Henricum ingressum esse Daniam et primo impetu terruisse Wurmium; quam narrationem Albertus Stadensis, Helmoldus aliique* (3) *sequuntur; quin etiam ipse Dahlmannus* (4) : *ita ut deprædatio Danorum in Frisia dederit Henrico causam invadendi Daniam.*

Hardecnut, Cnut *et* Chnub *idem agnomen.*

67 *Quocirca siquis secum reputet Wurmio agnomen fuisse Hardecnutum; non singulare esse ut reges Dani agnomine suo indicentur potius a scriptoribus exteris quam suo nomine; cladem universæ genti Danicæ ab Henrico impactam fuisse; Germanos cum eorum rege esse pactos de tributo aliisque gravissimis*

B *rebus; atque hæc narrari a scriptoribus Germanis coævis eisque historicis egregiis : quomodo, hæc siquis secum consideret, non statuet Wurmium ipsummet fuisse victum, eum ad christiana sacra transiisse et esse Chnubam seu Cnutonem, de quo Widekundus et Thietmarus? Ut hæc elevent, dicunt nomen* Chnubam *non esse* Cnutonem, *multo minus* Hardecnutum : *verum nil manifestius quam quem Widekundus vocat* Chnubam *eumdem esse ac* Cnutonem, *qui apud Thietmarum legitur; deinde utrique voci eadem inest significatio, quum* Chnub *et* Cnut, *germanice* Knopf *et* Knott, *æque* nodum *significent; et demum ipse Adamus vocat alicubi* (5) *ex ore regis Sueini* Chnob et Gurd, *quorum nomen vulgare est* Knutus *et* Giurdus (6). *Neque major difficultas posita est in differentia quæ inter* Hardecnutum *cedit et* Cnutum : *nam ipsi Dani veteres* (7) Cnutum *seu* Canutum *nude vocant eum, qui aliis* (8) *est* Hardecnutus.

Wurmius ad fidem conversus est.

68 *Opponunt præterea Adamum* (9) *testem esse* S. Unnim crudelissimum Worm pro ingenita flectere nequivisse sævitia *ad sacra christianorum : sed potior est auctoritas Annalistæ Augiensis, Continuatoris Reginonis, Widukindi aliorumque affir-*

C *mantium regem Danorum ad fidem fuisse conversum, atque exemplo Chronographi Saxonis præstat fidem iis obligare quam Adamo.*

Henricus vicit Danos anno 931.

69 *Quo hæc facta sint anno varia est tum antiquorum tum recentium narratio. Albertus Stadensis* (10) *hæc ad annum reponit* 921; *Eggericus Beninga* (11) *seu ejus interpolator ad* 923; *Marianus Scotus* (12) *ad* 930; *plurimi ad* 931; *Annales Corbejenses* (13) *ad* 944; *Widukindus* (14) post subjectas omnes in circuitu nationes; *qua nota designari annum* 933 *Sigebertus Gemblacensis* (15) *arbitratus est; Dahlmannus* (16) *vero ad annum* 934 : *quo reapse Henricum Danos vicisse autumat, auctoritate Annalium Corbejensium ductus. Struvius* (17) *autem assentitur Annalistæ Saxoni* (18) *narranti Danos Henrici armis superatos et a pristino errore revocatos anno* 926, *eorum vero regem ad christianam fidem venisse anno* 931. *Ast nec Dahlmanni, nec Struvii placet sententia; non illius, quoniam Annales Corbejenses coævi non sunt, et Widukindus absque ullo temporis indicio extra eventuum seriem Henrici de Danis victoriam annotavit, quod forte ei non constaret de anno; non Struvii, quandoquidem Annalista Saxo pro libitu seu conjectura ad unum annum Thietmari verba, ad alterum Adami Bremensis retulisse videatur. Præstat itaque Annales Augienses* (19) *coævos sequi, in quibus ad annum* 931 *legimus :* Heinricus rex reges Abodritorum et Normannorum efficit christianos et profectus est in Galliam (*immo* Franciam (20) *et quidem Orientalem ad Eberhardum Conradi I fratrem*). *Atque hos Annales primus omnium secutus est Continuator Reginonis* (21), *coævus ipsemet, et post eum complures alii, quos recenset Struvius* (22). *Et sane, quum* S. Unni *anno* 936 *diem obierit, quis intelligat eum intra annum unum rem christianum restituisse in Dania, trajecisse in Sueciam et Bircæ quoque aliquid posuisse laboris? Atque eo tamen rediguntur, qui* E *anno* 934, *et multo magis, qui anno* 933 *Henrici victoriam reponunt!*

AUCTORE V. D. B

Controversiæ de marchione,

70 *Quoniam autem jam pridem intellectum fuerat a barbarorum fide nil firmi sanctique exspectari posse, nisi ad Christiana traducerentur sacra et militari præsidio cohiberentur, cavit Henricus ut utrique rei quam primum consuleretur.* Henricus victor, *inquit Adamus* (23), apud Sliaswich, quæ nunc Heidiba dicitur, regni terminos ponens, ibi et marchionem statuit et Saxonum coloniam habitare præcepit. *Quo pertinent quæ inferius tradit idem historicus :* Cum (*Canuto Magno*), *inquiens* (24), rege Danorum sive Anglorum, mediante archiepiscopo (*Hamburgensi Unwano*) fecit pacem (*Conradus cæsar*). Cujus etiam filiam (*Cunigundam*) imperator filio suo (*Henrico*) deposcens uxorem, dedit ei civitatem Sliaswig cum marcha, quæ trans Egdoram est in fœdus amicitiæ; et ex eo tempore fuit regum Daniæ : *quæ anno* 1027 *aut* 1035 *acta sunt* (25). *Et alibi idem Adamus* (26) : Primi ad ostium prædicti sinus (*Kattegat*) habitant in australi ripa versus nos Dani, quos Juddas appellant, usque ad Sliam lacum. Unde incipiunt fines Hammaburgensis parochiæ.

F

limitibus et colonia Saxonum.

71 *De his Adami verbis commentarii conscripti sunt quam plurimi. Qui Henrici victoriam negarunt aut fere inanem fecerunt, hæc plane negarunt omnia. Sed his missis, autumat Dahlmannus* (27), *reapse Henricum, qui in Slavorum quoque et Hungarorum finibus præsidium militare sub* marcæ *nomine instituerat, redintegrasse marcam quæ forte a Carolo Magno ordinata fuerat; et certe, ut volunt, exstabat anno* 828 : *hanc sitam fuisse inter Sliam et Egdoram, ita tamen ut non minueretur regnum Danicum, neu marca illa Sleswicum et districtum forte Swansen complecteretur. Alii autumant Sleswici situm muta-*

(1) Eggerics Beninga, Hist. van Oostfriesland, num. 66, ap. Matthæum, Vett. analecta, tom. IV, pag. 90 et 91. — (2) Lib. I, cap. 48, num. 59, ap. Pertz, tom. VII, pag. 304. — (3) Ap. Struvium, pag. 228. — (4) Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 71. — (5) Lib. I, cap. 40, num. 50, ap. Pertz, tom. VII, pag. 301. — (6) Cfr Torfæus, Series reg. Daniæ, pag. 450 et 456. — (7) Cfr Saxo Grammaticus, lib. IX, cap. 54, pag. 178; Sueno Aggonis, cap. 2, ap. Langebekium, tom. I, pag. 48, etc. — (8) Langfedgatal, ap Langebekium, tom. I, pag 6; Series triplex reg. septentr. ibid. pag. 11, etc. — (9) Lib. I, cap. 47 num. 61, ap. Pertz, tom. VII, pag. 304. — (10) Ap. Kulpisium, tom. III, pag. 221 et 222. — (11) Hist. van Oostfriesland, ap. Matthæum, tom. IV, pag. 90. — (12) Ap. Pertz, tom. VI, pag. 554. — (13) Ibid. tom. III, pag. 4. — (14) Ibid. pag. 455. — (15) Ibid. tom. VI, pag. 547. — (16) Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 69. — (17) Corpus Hist. Germ. pag. 227. — (18) Ap. Pertz, tom. VI, pag. 596 et 597. — (19) Ibid. tom. I, pag. 69. — (20) Cfr Continuator Reginonis, ap. Pertz, tom. I, pag. 617. — (21) Ibid. loc. cit. — (22) Corp. Hist. Germ. pag. 227 et 228. — (23) Lib. I, cap. 46, num. 58, ap. Pertz, tom. VII, pag. 304. — (24) Lib. II, cap. 93, num. 54, pag. 525. — (25) Cfr Dahlmann, tom. I, pag. 71 et 108. — (26) Lib. IV, cap. 221, num. 13, pag. 573. — (27) Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 70.

tum;

AUCTORE V. D. B.

tum; atque hanc civitatem, quæ nunc ultra Sliam est, olim citra fuisse; et vicum Haddeby, *citra Sliam situm, quum manifesto sit vetus* Hetheby, *hujus rei perenne indicium esse. Volunt quoque coloniam Saxonum nullam ab Henrico Sleswicum traductam fuisse, atque hanc opinionem hinc ortam esse quod Adami tempore multi Saxones habitarent in hac civitate; verum eos a pristinis mercatoribus originem duxisse. Equidem timeo ut in his satis habeatur ratio eorum, quæ, teste ipso Adamo* (1), *paucis post Henrici Aucupis mortem annis acciderunt, scilicet* Danos, bellare molitos, apud Heidibam legatos Ottonis cum marchione trucidasse, omnem Saxonum coloniam funditus extinguentes; ad quam rem ulciscendam regem cum exercitu statim invasisse Daniam transgressumque terminos Danorum, apud Sliaswig olim positos, ferro et igne vastasse totam regionem usque ad mare novissimum, quos Nortmannos a Danis dirimit et usque in præsentem diem a victoria regis Ottinsund dicitur. *Sed nostra minus interest in hæc quærere, quum parum aut nihil ad* S. Unnis *labores, qualiscumque demum fuerit hujus anguli conditio, hæc faciant : cæterum obscura sunt quam maxime.*

B

§ VIII. De S. Unnis in Dania et Suecia laboribus; de situ Bircæ, ubi obiit; edenda Vita; pia Danorum et Suecorum in suos apostolos sensa.

S. Unnis *labores in Jutia; convertit regulum Frothonem et ecclesias aliquot restituit;*

Adamus attingit potius quam explicat quid inter Danos S. Unni *peregerit; videlicet collegisse* multitudinem credentium, ordinasse per singulas ecclesias sacerdotes, lucratum esse prædicatione sua Haroldum regis filium; *cui, quamquam nondum baptizato, abiens ad insulas et Sueciam, novum gregem commendavit. Præterea ipsum regem Wurmium, cui agnomen Cnutus seu Hardecnutus, ab eo ad fidem conversum esse statuimus supra, quamquam id neget Adamus. Insuper in Veteri Fragmento Islandico, quod seorsim* (2) *et in Historia Olafi Trygvinii apud Snorronem Sturlaeum* (3) *legitur, adhuc alia habemus :* Tunc a nato Christo nongenti anni transacti sunt. Post septemdecim autem annos (*anno* 918) Huno episcopus ad Bremam Saxoniæ consecratus est. Duodecim annis post (*anno* 931) Henricus, qui primus eo nomine imperator erat, in Daniam movit, Danos et blanditiis et minis ad Christum perduxit, nec destitit antequam veram fidem recipere promiserunt. Postea Huno episcopus regem Frothonem adiit, qui tum in Jutia regnabat eumque ac populum baptizavit. Tunc templa, quæ destructa erant, Heidabyæ et Ripis reædificata sunt. Etiam tum Arhusii templum exstructum est. (*Intelligit templum S. Trinitatis Liefbergense prope Arhusium* (4); *quod alii tempore S. Popponis post* S. Unnis *mortem constructum autumant* (5) : *res obscura satis.*) Post quod (*adeoque post* S. Unnis *mortem*) Frotho rex, hominibus Romam missis, hortatu Agapeti papæ tres episcopos in Jutiam inaugurari fecit. Heredus ad Heidabyam, Lifdagus ad Ripam et Rimbrandus ad Arhusium consecrati sunt. Hoc factum est anno dominicæ incarnationis nongentesimo quadragesimo octavo, duodecimo regni Ottonis Magni anno.

C

D

difficultas orta ex abolitione regulorum in Jutia.

75 *Re quidem vera Frotho ille, in Jutia regnans, difficultatem facessit : quæ ut tollatur, innuit Langebekius* (6) *ejus loco Wurmium ejusque filium Haraldum intelligendos esse; alii censent eum regem fuisse vicarium eumque jam ante fidei elementis in Anglia imbutum fuisse* (7); *alii eum iarlum seu comitem fuisse Jutlandiæ* (8); *aliique demum iarlum hunc cum reliquis Jutlandiæ potius delendum esse autumant* (9). *Equidem non video quomodo negari possit illi Fragmento vim inesse et auctoritatem historicam; quum Saxo Grammaticus* (10) *quoque, quamquam de adjunctis omnibus non consentiat, ejusdem Frothonis meminerit necnon legationis, quam ad Agapitum pontificem destinavit. Dandum sane eum regem non fuisse Jutlandiæ, quum certo certius ea Wurmio et dein Haraldo Blaatand filio tunc temporis paruerit. Verum quid obstat eum regem fuisse vicarium, comitem aut iarlum? Ajunt quidem iarlorum potestatem a Wurmio sublatam fuisse, ut universum regimen, nullis aliis intermediis, penes se esset : quam sententiam iis stabiliunt locis, quos supra num.* 60 *indicavimus. Verum hæc non videntur eo usque urgenda; et certe id genus conclusionum cedit apertis testimoniis.*

E

S. Unni *peragrat insulas et Sconiam.*

74 S. Unni, *Auctore Adamo, postquam Evangelium seminasset per Daniam et probatis presbyteris hanc sacram concredidisset segetem, Haraldi, regis aut regii filii* (*non enim constat quo tempore patri suo successerit*), fultus adjutorio et legato *seu virorum principum comitatu,* omnes Danorum insulas penetravit, evangelizans verbum Dei gentilibus, et fideles, quos invenit illic captivatos *et a prædonibus Danis in servitutem redactos,* in Christo confortans. *Clanculo et maxima prudentia ad gentiles prædicasse* S. Unnim *asserit Münter* (11); *maxime in Selandia, ubi Leiderensia sacrificia ex pactis cum Henrico Aucupe conditionibus tollenda erant, et in Fionia seu insula Fyen, cultu deæ cujusdam olim celeberrima. Prudenter egisse virum, spiritu Dei plenum, quis dubitet? Sed clanculo prædicasse non est credibile, quum comitatus ei adesset regius. Nemo ante* S. Unnim *in his insulis fidem propagarat, quum Rericus, cujus favore et auxilio nitebatur S. Ansgarius, nullum in regnum Daniæ orientale, quale supra descripsimus, haberet imperium* (12) : *ita ut, Deo providente, atroces Wurmii victoriæ, quibus Daniæ regnum occidentale orientali adjunxit, non minus valuerint ad ecclesiæ extendendam ditionem quam Henrici Aucupis felicia arma.* Insularum *nomine Sconiam quoque ab Adamo intelligi videtur, sive scripserit* (13) : Sconia insula est ultima fere pars Daniæ, undique cincta mari, præter unum terræ brachium, quod ab oriente continens Suediam disterminat a Dania; *sive* (14) : Sconia est pars ultima Daniæ, fere insula *etc. Omissa enim controversia an Adamus Sconiam numero insularum Daniæ*

F

(1) Lib. II, cap. 4, num. 5, ap. Pertz, tom. VII, pag. 506. — (2) Ap. Langebekium, tom. II, pag. 29. — (3) Edit. Peringskiöld, pag. 221; ap. Torfæum, Series regum Daniæ, pag. 404 et seqq. — (4) Cfr Pontoppidanus. Annal. pag. 56 et Theatrum Daniæ, tom. I, pag. 346; Huitfeld, Chronic. Aarhus. pag. 98; Sums Critisk. Hist. tom. III, pag. 810 et 816; Münter, Kirchengeschichte von Dännemark, tom. I, pag. 351.—(5) Andr. Vellejus in not. ad Adam. Brem. lib. II, cap. 56; Pontoppid. Theatr. pag. 364. — (6) Tom. II, pag. 49, not. o. — (7) Suhms Critisk Hist. af Dänn. tom. III, pag. 816. — (8) Cfr Münter, Kirchengeschichte von Dännemark, tom. I, pag. 351; Gebhardi, Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 405. — (9) Dahlmann, tom. I, pag. 78, not. 2. — (10) Lib. IX, cap. 40, pag. 178. — (11) Kirchengeschichte von Dännemark, tom. I, pag. 351 et 352. — (12) Cfr Dahlmann, tom. I, pag 66 et 67. — (13) Lib. IV, cap. 214, edit. Maderi, pag. 142. — (14) Edit. Pertz, tom. VII, pag. 570.

capere

A *capere soleat* (1), *contextu satis eridens est* S. Unnim *insulas peragrasse et peninsulas, quum ante suum in Sueciam abitum evangelico lumine Daniæ regnum perlustrarit.*

marino itinere petit Sueciam,

75 *Non terrestri itinere sed marino in Sueciam profectus est, quoniam in illo terræ tractu, quo Sconia a Suecia dividitur,* sunt profundi saltus montesque asperrimi, *inquit Adamus* (2), per quos a Sconia in Gothiam necessario iter agitur, ut dubites utrum levius sit marino discrimine terrestre periculum vitare, an istud illi præponere. *Iter marinum præterea spatio temporis fiebat multo brevius : nam, teste Adamo* (3), est iter ejusmodi, ut a Sconia Danorum per mare velificans quinto die pervenias usque Sictonam vel Bircam; (juxta enim sunt); *quo* S. Unni *pergendum erat;* si vero per terram eas a Sconia per Gothorum populos et civitatem Scaranem, Telgas et Bircam, completo mense pervenies Sictonam.

iterum apertare, ignotis de causis evangelio

76 *Quærunt quoque scriptores quid ei in Sueciam viam straverit, quum hæc non eidem cui Dania pareret regi. Æstimat Münter* (4) *facilem se præbuisse regem Sueciæ, ut Germanis, quos inter et Sueces erat nonnullum commercium, placeret. Probabilis*

B *conjectura : cui tamen siquis aliam prætulerit, non repugnabo; videlicet impedimenta prædicationi evangelicæ multo minus a Suecis ipsis objecta fuisse quam a prædonibus Danis; ita ut quam primum hi fuerint cohibiti, maxima pericula sublata visa sint; adeoque non e rationibus politicis Suecorum, sed e clade Danorum et felici eorumdem ad meliora conversione repetendam esse opportunitatem, quam* S. Unni *capessiverit. Verum satius forte est ab his inquirendis abstinere.*

Birca, ubi appulit S. Unni.

77 *In Sueciam quum venit* S. Unni *appulit Bircam; quod celebre erat tunc temporis emporium et præcipua regni civitas. Eo quoque appulerat S. Ansgarius : cujus occasione quædam de hoc oppido quæsivit Henschenius noster* (5), *sensitque Bircam fuisse sitam in ea lacus Mälari insula, quæ etiamnum* Biorca *dicitur aut in vicinia versus Sigtunam. Post alios multo copiosius de eodem argumento dixit Langebekius* (6), *arbitratus Bircam esse vel ipsam antiquam Sigtunam* (*veteres enim duas distinxisse videntur*), *vel Sigtunæ antiquæ portum aut castrum; antiquam autem hanc Sigtunam in insula Biorka positam fuisse; adeoque detecta fuisse aliquot*

C *rudera, desertæ hujus civitatis vestigia, testantur complures, quin etiam eorumdem imagines ediderunt. Verum aliis pauciora hæc visa sunt rudera quam ut florentissimi olim oppidi censeri queant indicia* (7). *Quocirca hæc nil moratus, Geyer* (8) *statuit Bircam quidem esse antiquam Sigtunam, sed non in insula Biorca exstitisse, verum proxime ad præsentem Sigtunam :* juxta enim sunt, *inquit cum Adamo* (9), *Birca et Sigtuna : adeo ut sententia Geyeri sit Bircam et Sigtunam non magis fuisse a se invicem dissitas quam antiquam et hodiernam Romam.*

non videtur Sigtunæ adhæsisse,

78 *Verum timeo ne nimis urgeat hæc Adami verba :* Juxta enim sunt, *maxime si legatur integer locus, quem paulo supra recitavimus. Adamus enim terrestre ex Sconia ad Sigtunam describens iter, tres stationes designat Scaranem* (Skara), *Telgas* (Telje) *et Bircam. Jam vero quemadmodum nemo recte dixerit Terracina iri Romam per Velitras, Albanum et Montem Cælium, ita non recte dixisset Adamus a Sconia iri Sigtunam per Scaranem, Telgas et Bircam, nisi aliquo spatio Birca dissita fuisset a Sigtuna. Simile argumentum insitum est scholio* 158 *ad librum* IV *seu descriptionem insularum Aquilonis, ubi Adamus, loquens de Adalwardi episcopi Sigtunensis itinere :* Tunc etiam, *inquit* (10), occasione itineris DIVERTIT Bircam, quæ nunc in solitudinem redacta est, ita ut civitatis vestigia vix appareant; quare nec tumulus sancti Unni archiepiscopi inveniri potuit : *quis enim Adalwardum occasione itineris Sigtuna Bircam* divertisse *ferat, si altera alteri adjacuerit civitas? Quocirca, quum Adamus scripsit eas* juxta esse, *nil aliud voluit quam iter marinum ad unam longius non fuisse quam ad aliam. Non itaque adhærere ausim Geyero; multo minus Sprünero, qui in mappa sui Atlantis historici* XLIX *Bircam ad septentrionem Sigtunæ posuerit, quamquam apertissime adversatur Adamus, terrestre ex Sconia describens iter.*

sed posita in lacus Möllari insula.

79 *Præplacet itaque Henschenii, Langebekii aliorumque sententia, qui Bircam in insula Biorca posuere, non tantum quod cum Adami verbis ejus situs satis conveniat, quod nomina similia sint, quodque ibidem reperta fuerint nonnulla rudera* (*quamquam non multa exspectanda essent, quum olim Sueci, ut ipse Geyerus* (11) *recte tradit, e ligno fabricas suas construerent*), *verum etiam quod ita ferre videatur Suecorum traditio. In Veteri enim Chronico Sueciæ prosaico, lingua patria conscripto, plura loca ex Adamo inserta sunt, in quibus de Birca agitur, et ubique ejus loco legitur* (12) Biorköö; *quod tantum valet ac* Birca insula. *Eo itaque Messenius, de tribus vetustis Sueciæ emporiis agens, ex Chronico Noricorum transtulit hæc verba* (13) : Birka han laa vppa ena öö in Mælar, som hether Birköö, *id est :* Birca sita fuit in insula lacus Mælari, quæ Birköö dicitur. *Similiter* (14) *in Chronico Suecico Rythmico Minori Birca appellatur* Biörkö; *quod etiamnum hujus insulæ nomen est. Item in Breviario Sueco, forte Scarensi, anno* 1498 *Nurnbergæ impresso, Birca dicitur jam* Birchoe, *jam* Byrkö (15). *Neque aliter sæculo* XVI *Olaus Petri, qui passim in suis Chronicis Suecis* (16) *Bircam vocat* Biörcköö *seu* Byrcköö. *Quin etiam suffragatur vulgare nomen antiqui juris Sueci, quod tempore Olaï Petri sæpe dicebatur* F Byrcköö rätt *seu* Jus insulæ Bircæ, *ut ille idem testis est* (17) : *adeo ut ille errarit qui nudis archæologorum divinationibus acceptam referat sententiam, qua Birca et, si placeat* (18), *vetus Sigtuna in insula Biorca statuitur.*

Annum unum et dimidium videtur S. Unni *in Suecia prædixasse.*

80 *Quamdiu Bircæ et circumcirca evangelium prædicarit* S. Unni *non omnino incertum, quoniam fere constat quo anno eo devenerit. Scribit scilicet Adamus* (19) post obitum sancti Ansgarii annis 70 neminem doctorum ausum esse *Bircam* pertingere, præter solum, ut legimus, Rimbertum. *Quum autem, ut supra num.* 26 *ostendimus, S. Ansgarius diem obierit initio mensis Februarii anni* 865, *hinc sequitur* S. Unnim *in Sueciam appulisse anno*

(1) Cfr Dahlmann, tom. I, pag. 67. — (2) Lib. IV, cap. 214, ap. Pertz, tom. VII, pag. 570. — (3) Ibid. cap. 237, pag. 580. — (4) Kirchengeschichte von Dännemark, tom I, pag. 552 — (5) Act. SS. tom. I Februarii, pag. 401. — (6) Scriptt. rer. Danic. tom. I, pag. 444. — (7) Cfr Reutherdahl, Ansgarius oder der Anfangspunkt des Christenthums in Schweden, übers. von Mayerhoff, pag. 207. — (8) Hist. de Suède, tom. I, pag. 62 et seqq. edit. Bruxell. — (9) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 581. — (10) Ibid. pag. cit. — (11) Hist. de Suède, tom. I, pag. 91. — (12) Then Gamble Suenske Crónica, ap. Fant, Scriptt. rer. Suecic. pag. 245. — (13) Ibid. pag. 242. — (14) Ap. Fant, pag. 256. col. 2. — (15) Ap. Langebekium, tom. II, pag. 654 et 656. — (16) Svenska Chrónica, ap. Fant, pag. 251. — (17) Ibid. pag. 253. — (18) Cfr Langebekius, tom. I. pag. 444 et seqq.; Geyer, Hist. de Suède, tom. I, pag. 62 et seqq.; Reuterdahl, Ansgarius. pag. 205 et seqq. etc. — (19) Lib. I, cap. 47, num. 62, ap. Pertz, tom. VII, pag. 504.

AUCTORE V. D. B.

955; *ita ut intra annum* perfecisset legationis suæ ministerium, cum tandem, *ut loquitur Adamus* (1), redire disponeret, *sed* apud Bircam ægritudine correptus ibi fessi corporis tabernaculum deposuit, *circa medium mensem septembrem anni* 956. *Consentio itaque omnino Olao Rosenio, qui in Tractatu juris publici de episcopis regni Suionici Romano-Catholicis* (2) *(quos ibidem sæpius, parcat Deus! appellat idololatras aliisque onerat probris) scribit* S. Unnim anno uno et dimidio populum, Christi tantum non prorsus oblitum, fideliter docuisse : *verum dissentio prorsus ab eo ibidem tradenti* S. Unnim, abdicato munere archiepiscopali, *perrexisse in Sueciam; quandoquidem fidei inter Suecos prædicatio pars muneris archiepiscoporum Hamburgensium esset. Sed hæc raptim. Neque fusius dicendum de alio Suecorum aliquot errore, confundentium S. Unnonem episcopum Scarensem, qui in Chronico Sueco rythmico Scarensi* (3) *ex Anglia illuc post S. Sigfridum evangelium intulisse legitur, cum* S. Unni *seu* Unnone *Hamburgensi : ut enim recte advertit Ericus Benzelius* (4), *eos diversos esse temporis et loci circumstantiæ clare definiunt.*

B

Scripta de S. Unni.

81 *Quoniam vero, ut* § 1 *diximus, nulla affulget spes alicubi adipiscendæ* S. Unnis *Vitæ, conscriptæ a laborum et itineris socio Sigeberto Corbejensi, jam damus Vitam excerptam ex libro* I *Gestorum Hammaburgensis ecclesiæ pontificum, quæ circa annum* 1075 *Adamus, Bremensis canonicus et scholarum magister, collegit. Absolutissima editione Lappenbergii* (5) *utemur. Complures alii de* S. Unni *scripsere; sed Adamus fere omnibus unicus fons fuit. Juverit paucis indicasse auctores alios præcipuos. Primus ordine est Helmoldus, presbyter Rosoviensis in diœcesi Lubecensi, qui, quod S. Gregorius Turonensis pro Francis, Ven. Beda pro Anglis et Saxonibus, quod Adamus Bremensis pro Danis, Suecis et Norwegis præstitere, ipse pro Slavis fecit, anno* 1168 (6) *absolutis Slavorum Chronicis, seu Historia conversionis Slavorum. Ejus opus edidere plures; nos editione Leibnitzii usi sumus superius. De* S. Unni *agit libro* I, *capp.* 6 *et* 8 (7). *Albertus Stadensis integro sæculo posterior est, ejusque Chronicum plurium quoque curis prodiit in lucem. In editione Kulpisii aut Schilteri (hic nempe nil aliud egit quam aliquot novas paginas anno* 1702 *addere duobus voluminibus anno* 1685 *excusis) de* S. Unni *fit sermo ad annum* 915, 921 *et* 956 (8). *Tertio circa medium sæculum* XV *Henricus Wolteri, canonicus S. Ansgarii Bremensis, scripsit Bremense Chronicum, quo paucis quæ Adamus de* S. Unni *reliquerat complexus est; id edidit Meibomius* (9). *Venit deinde alter Albertus, illo longe melior, videlicet Crantzius, anno* 1517 *vita functus. Hic egregio ordine et latinitate optima donavit quæ apud Adamum de* S. Unni *repererat, eaque libro* III, *capp.* V *et* VI, *suæ Metropoleos* (10) *inseruit. Brevius encomium debemus Johanni Otthoni Lunæburgensi, illigatum Catalogo episcoporum et archiepiscoporum Bremensium; quem ad annum* 1580 *deductum primus edidit Menckenius* (11). *Baronius* (12) *quoque Adami vestigiis inhærens,* S. Unnis *non omisit laudes. Messenius, cujus Scondiæ illustratæ tomus IX Historiam Sanctorum et præsulum complectitur, ei quoque insertam voluit* S. Unnis *seu* B. Unnonis *Vitam* (13). *Neque aliter Vastovius* (14) *in celeberrimo suo de Sanctis septentrionalibus opere.*

C

D

Pia sensa protestantium in suos apostolos, maxime in S. Ansgarium.

82 *Sed hic sistendum; nam ab recentioribus scriptoribus monasticis et ecclesiasticis, necnon ab historicis Germanicis, maxime septentrionalibus, puta Bremensibus, Hamburgensibus, Danis, Suecis, Norwegis et Islandicis celebrantur* S. Unnis *merita; quemadmodum effuse quoque ab iisdem, quamquam protestantes sint, laudantur SS. Ansgarii et Remberti incredibiles labores, nec minori sedulitate, quam a nobis adhiberi solet, inquiritur in ea omnia quæ ad eorum ecclesiasticos honores pertinent* (15). *Adeoque Reuterdahl* (16) *libellum de S. Ansgario seu de initiis religionis Christianæ apud Suecos, (quem anno (ni fallar)* 1836 *suecico sermone edidit, anno vero* 1837 *germanico idiomate Mayerhoff,) his claudit verbis :* In regione (*Dania*), in qua S. Ansgarius præcipue laboravit, jure merito ejus nomen passim notum est. Paucis abhinc annis egregii nostri ultra fretum vicini festive coluerunt ejus memoriam. Hoc ipso anno universa surrexit Suecia et millenarium tuum honorem celebrat, o prime septentrionis apostole, pie et fidelis prædicator divini Christi evangelii! Vivat tuum inter nos nomen mille adhuc annos, doceatque nos nil beatius ab hominibus possideri posse quam fidem sensumque christianum! *Neque hæc sane vana eis verba visa sunt. Et quidem, si* animabus interfectorum propter verbum Dei et propter testimonium quod habebant *innotuit olim* nondum judicatum esse a Domino sancto et vero nec vindicatum sanguinem suum de iis qui habitabant terram (17) *et necis suæ causæ exstiterant; quis non confiderit per Dei misericordissimi opem illa quoque Suecorum pia vota a S. Ansgario intellecta fuisse, atque hunc per motionem divinæ gratiæ iterasse pro Danis et Suecis preces, quas vivus et moriens, similiter cum Dei auxilio, pro eorum fudit salute? Fovere pergant illi talia in S. Ansgarium animi sensa et in reliquos patriæ suæ apostolos, intelligantque Sanctorum cultum, quem ecclesia catholica probat, non aliis in rebus esse positum! Intelligant universim aliam non esse nostram doctrinam quam S. Ansgarii, quem* pium et fidelem prædicatorem divini Christi evangelii appellant! *Sed hæc Dei gratia est odia restinguere, temere adversum nos susceptas opiniones tollere et vinculo caritatis hominum conjungere animos, ut* unus *sit* pastor *et* unum ovile.

E

F

(1) Lib. I, cap. 49, num. 64. — (2) Pag. 8. — (3) Biscop. Brynolphs Rimchrönica, ap. Eric. Benzelium, Monum. vet. eccl. Suegothic. pag. 72.—(4) Ibid. pag. 215 ad calc. coroll. III. — (5) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 363 et seqq. — (6) Cfr Pagius, Critica ad. an. 1168, num. 22. — (7) Scriptt. Brunswic. tom. II, num. 8, pag. 543, 544, 545. — (8) Scriptt. rer. German. a Carolo M. ad Fredericum III, tom. II, pag. 208, 211, 212, 213. — (9) Rerum German. tom. II, pag. 8. — (10) Metropolis, sive Hist. eccles. Saxoniæ, pag. 154 et seqq. Coloniæ, 1574. — (11) Scriptt. rer. Germ. tom. III, col. 779.—(12) Annal. eccles. ad an. 917, num. 1 et seqq.; 950, num. 1; 952, num. II; 956, num. VIII. — (13) Scondiæ illust. tom. IX, cap. 14, pag. 8 et 9. —(14) Vitis Aquilonaris, pag. 16 et seqq. edit. Benzelii. — (15) Cfr Reuterdahl, Ansgarius, pag. 221 et 222. — (16) Ibid. loc. cit. — (17) Apocal. cap. 6, v. 19.

VITA

A

VITA S. UNNIS,

HAMBURGENSIS ARCHIEPISCOPI,

Ex libro I *Adami Bremensis secundum editionem Lappenbergii.*

S. Unnis episcopales et apostolici labores inter medias ærumnas et difficultates.

S. Unni, ad archiepiscopatum Hamburgensem promotus,

Unni archiepiscopus sedit annos 18 *a*. Annos ejus obitumque ut supra *b* cognovi. Memoriæ traditum est a fratribus, cum Reginwardus transisset, Leidradum, Bremensis chori præpositum, a clero et populo electum *c*. Qui, hoc Unni pro capellano *d* utens, ad curiam venit. Rex autem Conradus, divino (ut creditur) Spiritu afflatus, contempta B Leidradi specie, parvulo Unni, quem retro stare conspexerat, virgam pastoralem optulit. Cui etiam papa Johannes decimus, ut privilegium *e* indicat, palleum dedit. Erat autem vir, sicut in electione ac transitu ejus videri potest, sanctissimus; pro qua sanctitate Conrado et Heinrico regibus familiaris et reverendus permansit. Unde et ita versu depingitur :

a *b* *c* *d* *e*

f

Principibus notus Unni fuit ordine nonus *f*.

diu a propagando Evangelio impeditas fuit;

2 In diebus suis Ungri non solum nostram Saxoniam aliasque cis Rhenum provincias, verum etiam trans Rhenum Lotharingiam et Franciam demoliti sunt *g*. Dani quoque, Sclavos auxilio habentes, primo Transalbianos Saxones, deinde cis Albim vastantes, magno Saxoniam terrore quassabant *h*. Apud Danos eo tempore Hardecnudth Wrm *i* regnavit, crudelissimus, inquam, vermis et christianorum populis non mediocriter infestus. Ille christianitatem, quæ in Dania fuit, prorsus delere molitus, sacerdotes Dei a finibus suis depulit, plurimos quoque ille per tormenta necavit.

g *h* *i*

sed dein per Henrici Aucupis victorias,

3 At vero Heinricus rex, jam tunc a puero timens Deum et in ejus misericordia totam suam habens fiduciam, Ungros quidem multis gravibusque præliis triumphavit *k;* itemque Behemos et Sorabos, ab aliis regibus domitos, et ceteros Sclavorum populos uno grandi prælio ita percussit, ut residui, qui fere pauci remanserant, et regi tributum et Deo christianitatem ultro promitterent *l*.

C *k* *l*

maxime de Danis,

4 Deinde cum exercitu ingressus Daniam, Wrm regem primo impetu adeo perterruit, ut imperata se facere mandaret et pacem supplex deposceret *m*. Sic Heinricus victor apud Sliaswich, quæ nunc Heidiba dicitur *n*, regni terminos ponens, ibi et marchionem statuit et Saxonum coloniam habitare præcepit *o*. Hæc omnia, referente quodam episcopo Danorum *p* prudenti viro, nos veraciter ut accepimus, sic fideliter ecclesiæ nostræ tradimus.

m *n* *o* *p*

gentiles adire potuit.

5 Tunc beatissimus archiepiscopus noster Unni, videns ostium fidei gentibus apertum esse *q*, gratias Deo egit de salute paganorum, præcipue vero quoniam legatio Hammaburgensis ecclesiæ *r*, pro temporis importunitate diu neglecta, præveniente misericordia Dei et virtute regis Heinrici, locum et tempus operandi accepit. Igitur nichil asperum et grave arbitrans subiri posse pro Christo, latitudinem suæ diœcesis per se ipsum elegit circuire.

q *r*

Secutus est eum grex universus, ut ajunt, Bremensis ecclesiæ, pastoris boni absentia mæsti, secumque et in carcerem et in mortem ire parati. AUCTORE ADAMO BREMENSI.

Promovit itaque fidem in Dania

6 Postquam vero confessor Dei pervenit ad Danos, ubi tunc crudelissimus Worm diximus reguasse, illum quidem pro ingenita flectere nequivit sævitia; filium autem regis Haroldum *s* sua dicitur prædicatione lucratus. Quem ita fidelem Christo perfecit, ut christianitatem, quam pater ejus semper odio habuit, ipse haberi publice permitteret, quamvis nondum baptismi sacramentum percepit. Ordinatis itaque in Regno Danorum per singulas ecclesias sacerdotibus *t*, Sanctus Dei multitudinem credentium commendasse fertur Haroldo. Cujus etiam fultus adjutorio et legato, omnes Danorum insulas *u* penetravit, evangelizans verbum Dei gentilibus, et fideles, quas invenit illic captivatos *x*, in Christo confortans.

s *t* *u* *x*

et dein ivit Bircam in Suecia.

7 Deinde vestigia secutus magni prædicatoris Ansgarii, mare Balticum remigans, non sine labore pervenit ad Bircam *y*. Quo jam post obitum sancti Ansgarii annis 70 nemo doctorum ausus est pertingere, præter solum, ut legimus, Rimbertum. Ita persecutio nostros retinuit. Birca est oppidum Gothorum, in medio Suevoniæ positum, non longe E ab eo templo, quod celeberrimum Sueones habent in cultu Deorum, Ubsola dictum *z* : in quo loco sinus quidam ejus freti, quod Balticum vel Barbarum dicitur, ad boream vergens, portum facit barbaris gentibus, quæ hoc mare diffusi habitant, optabilem, sed valde periculosum incautis et ignaris ejusmodi locorum. Bircani enim pyratarum excursionibus, quorum ibi est magna copia, sæpius impugnati, cum vi et armis nequeunt resistere, callida hostes aggrediuntur arte decipere. Qui sinum maris impacati per centum et amplius stadia latentium molibus saxorum obstruentes, periculosum æque suis ac prædonibus iter meandi fecerunt. Ad quam stationem, quia tutissima est in maritimis Suevoniæ regionibus, solent omnes Danorum vel Nortmannorum, itemque Sclavorum ac Semborum naves, aliique Scithiæ populi *aa* pro diversis commerciorum necessitatibus sollempniter convenire.

y *z* *aa*

ubi pristinos christianos ad ecclesiam reduxit.

8 In eo portu confessor Domini egressus, insolita populos appellare cœpit legatione. Quippe Sueones et Gothi *bb*, vel si ita melius dicuntur Nortmanni propter barbaricæ excursionis tempora, qua paucis annis multi reges cruento imperio dominati sunt *cc*, christianæ religionis penitus obliti, haut facile poF terant ad fidem persuaderi. Accepimus a sæpe dicto rege Danorum Suein *dd*, tunc apud Sueones imperitasse quemdam Ring cum filiis Herich et Edmund ipsumque Ring ante se habuisse Anund, Bern, Olaph, de quibus in Gestis sancti Anscharii *ee* legitur, et alios quorum non occurrit vocabulum. Et credibile est athletam Dei Unnim eosdem reges, quamvis non crediderint, adisse eorumque licentia verbum Dei per Sueoniam prædicasse. Meo autem arbitratu, sicut inutile videtur, eorum acta scrutari qui non crediderunt, ita impium est præterire salutem eorum qui primum crediderunt, et per quos crediderunt. Sueones igitur et Gothi, a sancto Ansgario primum in fide plantati iterumque ad paganismum relapsi, a sancto patre Unni sunt revocati. Sufficit hoc scire, ne, si plura dicimus, mentiri velle dicamur. Melius enim est, ut ait beatus Ieronymus *ff*, vera dicere rustice, quam falsa diserte proferre.

bb *cc* *dd* *ee* *ff*

Ibidem, reditum parans, moritur;

9 Perfecto autem legationis suæ ministerio, cum tandem redire disponeret, evangelista Dei apud Bircam ægritudine correptus, ibidem fessi corporis

AUCTORE ADAMO BREMENSI.

tabernaculum deposuit. Anima vero, cum multo animarum triumpho stipata, cælestis patriæ capitolium semper lætatura conscendit. Tunc discipuli pontificis exequias ejus cum fletu et gaudio procurantes, cetera quidem membra sepelierunt in eodem oppido Birca, solum caput Bremam reportantes, quod decenti honore condiderunt in ecclesia sancti Petri coram altari. Obiit autem peracto boni certaminis cursu in Scitia, ut scribitur, anno dominicæ incarnationis 936, indictione 9, circa medium Septembris. Hic est annus Ottonis Magni primus, a transitu sancti Willehadi primi Bremensis episcopi 148 *gg*.

gg

aliis episcopis exemplo est.

10 Eia vos episcopi, qui domi sedentes, gloriæ, lucri, ventris et somni breves delicias in primo episcopalis officii loco ponitis; respicite, inquam, istum pauperem seculi et modicum, immo laudabilem magnumque sacerdotem Christi, qui, nuper tam nobili fine coronatus, exemplum dedit posteris, nulla temporum vel locorum asperitate vestram pigriciam excusari posse : cum per tanta pericula maris et terræ feroces aquilonis populos ipse pertransiens, ministerium legationis suæ tanto impleret studio, ut in ultimis terræ finibus expirans
B animam suam poneret pro Christo.

ANNOTATA.

a *Factus est* S. Unni *episcopus mense Decembri anni* 918 *et extinctus est die* 17 *Septembris anni* 936.

b Ut supra cognovi, *scilicet ex Computo Corbeja Bremam delato. De hoc dictum est in Commentario prævio numm.* 17 *et* 18.

c *De hac electione pluribus fuit dictum* § II *Commentarii prævii.*

d Capellani *episcopalis officium tunc temporis non minimum : vicariis generalibus, quos nunc dicimus, capellani illius ævi fere æquales.*

e *Id privilegium, interpolatum et deturpatum, dedimus* § V.

f *Similia epigrammata aliquot aliis quoque Bremensibus et Hamburgensibus episcopis inscribuntur, more apud Græcos multo magis quam apud Latinos usitato. Partem dedisse tantum videtur Adamus, ut ex Henrici Wolteri Chronico Bremensi* (1) *patet. Habes hic :*

Principibus notus Unno fuit ordine nonus
De quo sic primo laudatur in Dei domo.

C g *Incursiones Ungrorum speciali opere* (2) *prosecutus est anno hujus sæculi trigesimo nono cl. v. Dussieux. Ultimo paragrapho Commentarii prævii aliquid diximus de iis cladibus, quas maxime ante* S. Unnis *episcopatum accepit Saxonia. Tempore* S. Unnis *vastarunt Lotharingiam et Franciam sæpius, scilicet annis* 922, 926, 927 *et* 933; *Saxoniam autem anno* 922 *et maxime* 926.

h *Transalbiani Saxones et qui in Wigmodia, dicuntur ab aliis omnes, ab aliis decies mille, anno* 803 *aut* 804 *a Carolo Magno in Franciam Orientalem translati eorumque pagi dati Abotritis* (3). *Verum hæc potius pertinent ad Saxones Transalbianos Orientales. De quibus hic sermo, sunt Thetmarsi, Holsati, Stormarii* (4). *Hanc Danorum et Sclavorum irruptionem refert Struvius* (5) *ad annum circiter* 951; *qua occasione dicta aliorum scriptorum* D *recitat. Vide Commentarium prævium num.* 69.

i *De Wurmio Hardecnuto vide* § VI *Comm. prævv.*

k *Hæ victoriæ potissimum partæ anno* 933 : *altera in Westphalia; altera, multo celebrior apud Merseburgum, qua quadraginta millia Ungrorum periere* (6). *Anno* 932 *in Thuringia fausto omine jam dimicatum fuerat; minori tamen successu, quod fuga sibi consuluissent plerique Hungari* (7). *Anno* 934 *annectunt Annales Augienses* (8) *aliam de Hungaris victoriam. Ordinem temporis in his omnibus servare non videtur Adamus.*

l *Bellum Bohemicum anno* 930 *confecisse videtur Henricus Auceps, in deditionem accepta Praga et tributo imposito* (9). *Tunc temporis S. Wenceslaus, rex aut dux Bohemiæ, strenue conversionem suæ gentis promovit : quod ab ipso pro suo zelo, non pro pactis conventis cum Henrico Aucupe factum fuisse indubium est. Cæterum ejus Vitam et Martyrium præclare a nostro Stiltingo illustratam vide ad diem* 28 *Septembris* (10). *Sorabi eadem gens ac Servii. Hoc loco ii intelliguntur qui sæculo* X *per eam regionem sparsi erant quæ dein provincia ecclesiastica Magdeburgensis facta est. Eos in Henricum Aucupem rebellasse incertum est, maxime quod Herimannus Augiensis seu Contractus ad annum* 932 *Henricum ipsum eis auxilio venisse narrat :* Ungarii, *inquit* (11), Soraborum provintiam petentes ab exercitu regis Heinrici cæde profligati, fugati, multique ex eis capti sunt. *Intellexisse itaque videtur Adamus Soraborum nomine Dalemincios intra Soraborum fines ad orientem positos, quos reapse* E *Henricus domuit, et vectigales fecit anno* 927 *aut sequenti* (12). *Reliqui Slavorum populi, quos hic indigitat Adamus, cognosci queunt ex Widukindo* (13), *Thietmaro Merseburgensi* (14) *aliisque, qui prælium Lunkinense seu Lunzinense* (*Lunkini seu Lunzini videtur esse Leontium,* Lentzen *ad Albim*), *ineunte mense Septembri anni* 929 *aut* 930 *consertum atque hic ab Adamo indicatum describunt. Ita exorditur Widukindus :* Cumque vicinæ (*Saxonibus*) gentes a rege Heinrico factæ essent tributariæ, Apodriti (*Obotriti in Mecklenburgico Swerinensi ducatu*), Wilti (*Wiltzi, Weletabi, Wlotabi inter mare Balticum et fluvios Panim, Albim et Oderam*), Hevelli (*ad Havelam fluvium, quorum urbs Brandeburgum*), Dalamanci (*seu Dalemincii in præsenti regno Saxoniæ ad sinistram Albis*), Boemi (*satis noti*), Redarii (*in terra Strelitziensi*), et pax esset, Redarii defece- F runt a fide, et congregata multitudine, impetum fecerunt in urbem quæ dicitur Wallislevu (*Walsleben prope Albim inter Werben et Arneburg*), ceperuntque eam, captis et interfectis omnibus habitatoribus ejus, innumerabili videlicet multitudine. Quo facto omnes barbaræ nationes rebellare ausæ sunt. *Sequitur dein Lunzinense prælium, quo paucæ Henrici copiæ innumerabiles hostes straverunt.* Captivi omnes postera die, ut promissum habebant, obtruncati. *Tunc ii non videntur* Deo christianitatem ultro promisisse, *ut tradit Adamus. Sed anno* 931, *quum iterum rebellassent Obotriti, iterum victi sunt ab Henrici exercitu eorumque rex Micislaus ad Christiana sacra transiit; ut Struvius* (15) *aliique complures narrant ex Annalibus Hildesheimiensibus,*

(1) Ap. Meibomium, Rer. Germ. tom. II, pag. 28.—(2) Essai historique sur les invasions des Hongrois en Europe et spécialement en France.—(3) Annales Quedlinb. Weissenb. et Lamberti, ap. Pertz, tom. III, pag. 40 et 41; cfr Struvius, Corp. Hist. Germ. pag. 132. — (4) Cfr Helmoldus, lib. I, cap. 6, ap. Leibnitz, Rer. Brunswic. tom. II, pag. 542.— (5) Corp. Hist. Germ. pag. 227.— (6) Cfr Dussieux, Essai sur les invas. des Hongrois, pag. 42.— (7) Cfr Widukindi, lib. I, cap. 30, ap. Pertz, tom. III, pag. 434 et 435. — (8) Ap. Pertz, tom. I, pag. 69. — (9) Cfr Goldasti Comment. de regno Bohemiæ, lib. II, cap. 3, tom. I, pag. 159 et seqq. edit. Schminckii. — (10) Act. SS. tom. VII, pag. 770.— (11) Ap. Pertz, tom. V, pag. 113.— (12) Cfr Struvius, pag. 226, ex Widukindo, lib. I, cap. 35, ap. Pertz, tom. III, pag. 432. — (13) Lib. I, cap. 36, ap. Pertz, tom. III, pag. 433.— (14) Lib. I, cap. 6, ap. Pertz, tom. III, pag. 757. — (15) Corp. Hist. Germ. pag. 227.

Continuatore

A *Continuatore Reginonis etc. Cfr Schafarik, tom. II, pag.* 526.

m *Wrm seu Hardecnuth non tantum pacem sed et christiana sacra petivisse videtur, quamvis contrarium inferius asserat Adamus. De hac re diximus* § VII *Commentarii prævii.*

n *De terminis positis apud Sliaswich seu Sleswicum dictum in Commentario prævio numm.* 70 *et* 71. *De utroque nomine egregie disputat Langebekius :* Hæthæ, *inquit* (1), æt Hæthum, sive Hædum (scribitur enim primo et tertio per 0, secundo per *d* decussatum) est nomen Slesvici antiquum, *Hethehy* sive *Hedeby* dictum, superstes adhuc in veteri ecclesia rurali *Haddeby*, urbi ad austrum vicina. Ab Ethelwerdo, scriptore Anglo seculi X, *Haithaby* dicitur. Sic a coævo eidem poeta Norvega Halfreda Wandrada Scald *Heythabo :* vide Sn. Sturl. Tom. I, pag. 255. Knytl. Saga pag. 58 et ubique *Heidabæ* habet. Utra tamen loci denominatio, *Sleswicum* an *Hetheby* antiquior sit, a quibusdam disputatur, etsi utraque ejusdem et ultimæ vetustatis fuisse videatur, a diversis nationibus, eo aut mari aut terra venientibus, sic et respectu situs nuncupata. Adamus et Lind. pag. 14 iis verbis : *Sliaswich quæ*
B *nunc Heidaba dicitur*, videtur illis favere, qui nominis *Slesvici* ætatem præferunt, sed neque negat locum et olim *Heideby* dictum. Quod autem Rembertus in Vita S. Anscharii, auctor Vitæ Remberti et scriptores Francici sub Carolo M. solius *Slesvici*, non *Hethebyæ* nomen habeant, id non magis ad rem facit, quam quod coætanei Otherus et Wulfstanus nomen *Hæthum* sive *Hædum*, non vero *Slesvicum*, adhibeant. Sed cum utraque denominatio æque simplex, naturæ loci et situi æque congrua, et ex lingua Danica æque explicabilis sit, haud facile inde judicari potest utra alteram ætate superet. *Slesvicum* enim, *Sliesvik* et *Sliaswich* est *sinus Sliæ fluvii* sive potius sinus maris Baltici influentis, *Sliens Vig, en Vig af Slie Strömen;* quod nomen aliquot Francorum scriptores *Sliestorp* scripserunt. Et *Hetheby* est oppidum in occulto ac deserto solo conditum : vide Grammii Meurs. pag. 68 : nam *Hehte, Hede, Heide* Danis et Islandis, sicut et Anglosaxonibus *Hæd, Hædfell* est *ericetum* sive *locus incultus. Hactenus Langebekius. In aliis idiomatibus indo-germanicis* Hethe, Heide *etc. occurrit; gallice* Bruyère. *Locus incultus, in quo prius anno* 815 *Corbeja Saxonica condita est, dicebatur*
C *quoque* Hethe *aut alia simili forma. Adamus non semper* Heidibam *vocat; sed aliquando et quidem* Heidibu.

o *Aliqui negant hanc Saxonum coloniam constitutam fuisse; de qua re pauca in Commentario prævio animadvertimus, num.* 71.

p *Inter annum* 1068 *et* 1075 *ab Adamo collecta fuisse quæ Gestis suis inseruit res certa est* (2). *Quo spatio temporis universa Dania pars adhuc erat provinciæ ecclesiasticæ Hamburgensis. Distribuebatur autem Jutlandia in quatuor episcopatus, Ripensem, Arhusensem, Wiborgensem et Borglumensem: quibus addendus Sleswicensis. Insulæ capiebant diœceses Othoniensem et Roskildensem; eisque adnumeranda Lundensis in Scania, quæ postea totius provinciæ caput factum est* (3). *Quum tot sint numero, frustra*
D *ponceretur opera in perquirendo quis esset* episcopus *ille* Danorum, prudens vir, *a quo de rebus Danicis doctus fuit Adamus.*

q *Ex Act. Apost. cap.* 14, *v.* 26. *Eadem aut simili phrasi sæpius utitur Paulus. Item S. Rembertus in Vita S. Ansgarii, cap.* 12.

r *Sæpe loquitur Adamus de legatione ecclesiæ Hamburgensis. Scilicet S. Ansgarius a Gregorio IV et S. Nicolao I constitutus erat S. Sedis* legatus in omnibus circumquaque Sueonum, sive Danorum, necnon etiam Sclavorum, vel in ceteris, ubicumque illis in partibus constitutis divina pietas ostium aperuerit, publica evangelizandi tributa auctoritate (4). *Essetne personæ S. Ansgarii an ejus cathedræ annexa hæc legatio disceptari posset; verumtamen non minus successoribus quam illi commendatum a S. Nicolao* lucrandis plebibus *gentilibus* insistere. *Profectum esse* S. Unnim *ad Danos ipso anno* 951, *quo relatam fuisse ab Henrico Aucupe victoriam docuimus, probabile est : verumtamen anno sequenti venit in Germaniam, ut conventui Erfordiensi die* 1 *Junii interesset. De qua re confer quæ num.* 48 *Commentarii prævii dicta sunt.*

s *Haraldus, cognomine* Blaatand, Cærulidens *seu*
E *potius* Nigridens. *De eo in* § VII *Commentarii prævii dictum. Natus est ante annum* 910, *mortuus paulo ante annum* 988 (5) *seu hoc ipso anno* (6). *Consentit Snorro Sturlæus* (7) *eum non a* S. Unni *fuisse baptizatum. Huc quoque refert Dahlmannus hæc* (8) *Dudonis, decani S. Quintini Veromandensis, carmina* (9) :

Rex Haigrolde,
Quamvis et non sis chrismate delibutus,
Et sacro baptismate non renatus :
En vale, salveque et aveto semper
In deitate.

Atque his plausibus Dudo prosequitur Haraldum, quod anno 945 *auxilio venisset adolescenti duci Richardo : verum, quamquam constet Haigroldum seu Haraldum fuisse Danum et regis nomine donetur a scriptoribus Normannis, nequaquam tamen omnibus certum habetur eumdem eum esse ac Haraldum Blaatand* (10). *Videtur anno* 965 *aut sequenti baptizatus fuisse* (11) *et deinde multam posuisse operam ut fidem promoveret inter suos. A multis, etiam antiquioribus historicis dicitur, quod a filio suo Sueino, regnum affectante et ab reliquis adjuto gentilibus, prælio*
F *victus fuit et brevi post ex accepto vulnere occubuit. Ab aliis apostata vocatur, quod eum cum alio confundunt Haraldo.*

t *Intelligendi sunt presbyteri ex Corbeja nova et ex reliqua fere Saxonia acciti. Non enim audiendus est Nardius* (12), *quum docet sæculo tantum* XII *invaluisse ut presbyteri absolute dicerentur* sacerdotes. *In sacramentario Gelasiano jubetur presbyter in Natali consecrationis suæ dicere* (13) : Quo me sacris altaribus sacerdotem consecrari jussisti. *Similiter in Missa S. Felicis, presbyteri Nolani, ante quem fere nulli presbyteri confessores adepti sunt ecclesiasticum cultum, dicebatur olim Graduale* Juravit (14). *Sed, his omissis, testis est ipse Adamus a* S. Unni ordinatos *seu stabili in sede constitutos fuisse per Daniam non episcopos, sed presbyteros: quum inferius de S. Adaldago,* S. Unnis *succes-*

(1) Scriptt. rer. Danic. tom. II, pag. 116. — (2) Cfr Lappenbergius, ap. Pertz, tom. VII, pag. 267. — (3) Cfr Münter, Kirchen Geschichte von Dännemark, tom. II, part. 1, pag. 3 et seqq. — (4) Cfr utriusque decretum in Act. SS. tom. I Febr. pag. 406 et S. Ansgarii Vit. ibid. pag. 418. — (5) Cfr Dahlmann, Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 73. — (6) Ibid. pag. 85. — (7) Heims Kringla, Olaf Tryggwasons Saga, cap. 25, pag. 225; edit. Peringskiöld. — (8) Geschichte von Dännemark, tom. I, pag. 76. — (9) De Gestis Norm. duc. lib. III, ap. Migne, Patrologia, tom. CXLI, col. 710. — (10) Cfr Depping, Hist. des expéd. maritimes des Normands, tom. II, pag 56, 57, 156 et suiv. édit. de Bruxelles. — (11) Cfr Dahlmann, tom. I, pag. 81. — (12) Dei Parrochi, tom. I, pag. 208 et seqq. — (13) Ap. Migne, Patrologia, tom. LXXIV, col. 1150. — (14) Antiphonaire de S. Grégoire, Facsimile, etc. pag. 47.

sore,

A *sore, scribat* (1) : Primus ordinavit episcopos in Daniam.

u *De his dictum num.* 74 *Commentarii prævii.*

x *Fideles captivi, quos Dani, Sueci et Norwegi in servitutem redegerant, utilissimi fuere evangelii propagationi : ab his fere primis jacta sunt in septentrione fidei semina.*

y *De Birca aliisque huc pertinentibus dictum est in Commentario prævio, num.* 78 *et seqq.*

z *Fusius hæc omnia explanat Adamus in Libro suo quarto seu Descriptione Insularum Aquilonis, cap.* 253 (2). *Innumeri de his a Suecis conscripti commentarii.*

aa *Per* Sclavos *et* Sembos *intelligit omnes maris Baltici accolas meridionales usque ad Lithuaniam; per* Scithiæ populos, *ipsos Suecos.*

bb *Inter Sueones et Gothos posita erat Birca; ita ut Adamus eam jam his, jam illis adscripserit* (3).

cc *Suecia habuit tunc temporis reges proprie dictos, qui pauci admodum fuere numero, scilicet Ericus Emudsson, qui post diutina cum Haraldo Haorfager de Norvegia bella anno circiter* 885 *obiit. Biornus suus ei successit filius per annos quinquaginta, mortuus verisimiliter anno* 935, *quo* S. Unni B *in Sueciam venit. Atque per longum Biorni regnum patriam floruisse, octoginta annis post palam declarabatur in comitiis publicis* (4). *Habuit quoque reges exercituum* (kärkonungar) *et reges maris* (sjökonungar) (5). *Loquiturne de his Adamus? An de regibus inferioribus* (Härads konungar, Fylkis konungar), *qui nondum omnino sublati erant* (6)? D

dd *Paulo post annum* 1069 *regem Danorum Svend Estrithson adierat Adamus, in Selandia, ut videtur, morantem; qui benignissime eum excepit et circa terrarum aquilonarium situm et historiam plurima docuit. Ita recentior Adami editor* (7).

ee *Ille Ring prorsus ignotus, neque nomen ejus in historia discordiarum, quæ illo tempore de regno efferbuerunt, occurrit. Quocirca conjectat Geyer* (8) *eum vice-regem aut tutorem Erici et Olavi, Biorni filiorum, fuisse aut inter minores reges referendum; de quibus ad litt.* ee. *Verum parum credibile regem Sueinum de inferioribus illis regibus esse locutum. Equidem crediderim* Ring *esse agnomen Biorni; quod et Sigurdus Ring quoque habuit. Biornus, e Vita decedens, reliquit duos filios impuberes, Ericum et Olavum; quem Olavum Adamus Edmundum dixerit.*

ee *De Anundo seu Emundo dicitur in Vita S. Ansgarii, cap.* 19; *de Bern seu Biorno cap.* 11; *de Olavo seu Olef cap.* 26 *et* 30 (9).

ff *Ut Lappenbergius ad hunc locum annotat, mutata sunt aliquantum S. Hieronymi verba, qui epist.* 2 *(ed. Paris.* 1684, *tom. I, pag.* 10 *F) scripsit :* Multoque melius est e duobus imperfectis rusticitatem E sanctam habere quam eloquentiam peccatricem.

gg *Obiit S. Willehadus, ut num.* 22 *Commentarii prævii dictum est, die* 8 *Novembris anni* 789.

(1) Lib. II, cap. 30, num. 4, ap. Pertz, tom. VII, pag. 307. — (2) Ap. Pertz, tom. VII, pag. 380. — (3) Cfr Langebekius, Scriptt. rer. Dan. tom. I, pag. 445 et seqq. Geyer, Histoire de Suède, tom. I, pag. 62. — (4) Cfr Geyer, tom. I, pag. 98 et 99. — (5) Ibid. pag. 89. — (6) Ibid. pag. 99. — (7) Lappenbergius, ap. Pertz, tom. VII, pag. 268. — (8) Hist. de Suède, tom. I, pag. 99. — (9) Ap. Pertz, tom. II, pag. 697, 702, 711 et 714.

DE S. HUGONE CONFESSORE

ABBATE AMBRONIACENSI

IN DIOECESI BELLICENSI OLIM LUGDUNENSI.

Memoria ex kalendariis et Breviario.

V. D. B

C

SÆCULO IX AUT X.

S. Hugo, *abbas Ambroniacensis, hac die obiit*

* Ambronay

† Ains

‡ Bellay

*In aperta gratissimaque Sebusianorum Orientalium seu pagi Baugiaci planitie surgebat olim Ambroniacum *, illustre Benedictini ordinis e congregatione S. Mauri cœnobium, cum oppido circumposito subjectoque, cui nomen proprium indidit, non longe ab Idanio † fluvio, millibus gallicis decem a Lugduno, tribus paulo plus a monasterio S. Ragneberti, novem a Belica ‡, in cujus nunc diœcesi clauditur, distans, ac denique positum in ipso aggere publico, quo Gebennenses, Alamanni, Sequanorumque maxima pars Lugdunum contendunt* (1). *Auctorem habuit sub finem octavi sæculi S. Barnardum seu Bernardum, qui postea factus est archiepiscopus Viennensis et cujus Vitam jam pridem edidit Bollandus ad diem* 23 *Januarii* (2), *post eum Mabillonius* (3), *nuperius lingua vernacula R. D. Depery, vicarius generalis Bellicensis* (4), *aliique. Porro in catalogo abbatum hujus asceterii, quem videre est in Gallia christiana nova* (5), *venit primo loco anonymus S. Bernardi magister et ex monacho Luxoviensi Ambroniacensis abbas; secundo loco recensetur ipse S. Bernardus; et tertio* S. Hugo, *qui hujus nominis primus dicitur, ut distinguatur ab altero Hugone, qui anno* 1247 *abbatiale pedum tenuit. De hoc* S. Hugone *ad hanc diem qualicumque modo agendum. Verum enimvero vix quidquam de eo innotuit. In Gallia Christiana nova* (6) *hæc de eo leguntur :* S. Hugo I, cujus ætas ignoratur, in Breviario ms., sed anno dumtaxat 1519 cura fratris Urbini de Antiochia eleemosynarii compilato, memoratur abbas ex monacho, genere, scientia, vitæ sanctimonia clarus. Item in calendario tum ejusdem Breviarii, tum veteri S. Ragneberti legitur XII calendas novembris : *Transitus S. Hugonis.* Ejus reliquiæ in Ambroniacensi basilica asservantur et coluntur, ejusque festum solemni ritu agitur die 10 Maji. F

2 *Ast in Catalogo abbatum Ambroniacensium, quem fratres Sammarthani ex Historia Bressiæ Guichenoni, studiosissimi viri, desumpserunt, unus tantum Hugo, a Maurinis secundus dictus, receptus*

Videtur vixisse sæculo IX *aut* X.

(1) Gallia Christiana nova, tom. IV, col. 270. — (2) Act. SS tom. II Januarii, pag. 546—(3) Act. SS. Ord. S. Benedicti, sæc. IV, part. I, pag. 582. — (4) Histoire hagiographique du diocèse de Bellay, tom. I, pag. 113 et seqq. — (5) Tom. IV, col. 271 et seqq. — (6) Ibid. loc. cit.

est

A *est* (1). *Hac de causa atque etiam quod ejus* ætas ignoratur, *dubitare subit an ille* S. Hugo, *a Maurinis primus dictus, idem non sit ac ille qui secundus appellatur. Affirmare non ausim : tum quia ejus cultus antiquus videtur, cujus quippe transitus in* vetere *kalendario S. Ragneberti inscriptus sit; tum quia post medium sæculum* XIII, *quo vixit Hugo II, vix ulli in Gallia cælitum honoribus, maxime titulo* sancti *donati et elevatione reliquiarum honestati fuere absque auctoritate Romani pontificis : et certe, id si factum esset, videtur futurum fuisse ut hujus rei aliqua servata fuisset memoria. A sæculo enim* XII *sat multa documenta de monasterio Ambroniacensi reliqua sunt. Libenter itaque concedimus valde probabilem esse Maurinorum sententiam* S. Hugonem *Ambroniacensem sæculo* IX *aut* X *floruisse. Videtur nunc nulla amplius in diœcesi Bellicensi ejus superesse memoria; certe* R^{mus} D^{nus} *Devie, Bellicensis episcopus, nullum ei locum dedit in copiossimo kalendario, quod laudatissimo suo Rituali inseruit* (2); *et R. D. Depery non tantum ei locum non dedit in Historia hagiologica diœcesis Bellicensis, sed ne memoravit quidem eum in catalogo abbatum Ambroniacensium* (3). *In fine addiderim anno* 1792 *monasterii hujus ædes fuisse venditas et partim destructas, partim in privatas domos mutatas. Templum, cujus pars sæculo nono exstructa, parœciale factum est* (4). AUCTORE V. D. B.

(1) Gallia Christiana, tom. IV, pag. 59, Parisiis, 1656. — (2) Rituel du diocèse de Belley, tom. III, pag. 205 et seqq. et pag. 347 et seqq. — (3) Histoire hagiologique du diocèse de Belley, tom. I, pag. 195. — (4) Ibid. pag. 198.

DE S. GEBIZONE, MONACHO ET CONF.

CASSINI IN REGNO NEAPOLITANO

B E

COMMENTARIUS PRÆVIUS. V. D. B.

§ unicus. S. Gebizonis cultus parcus; biographi; ætas.

INTER ANNUM MLXXVIII ET MLXXXVII. Sancti *titulus, cadens in personam, cultus initium habetur,*

Quum ab immemoriali tempore, quemadmodum inferius ostendetur, sancti *titulus pientissimo viro* Gebizoni, *Cassinensi monacho, datus fuerit, non videtur ambigendum quin in Actis Sanctorum ejus nomini locus faciendus sit. Etenim, Benedicto* XIV *teste* (1), *quum dubitatum fuisset, quia Teresia et Sancia* Reginæ *passim* sanctæ *nominabantur, an appellatio ista retinenda foret, S. R. Congregatio die* 30 *Maji* 1705, animadvertens sic eas ab immemoriali tempore vocatas fuisse, jussit appellationem ipsam retineri; attamen ita ut ex ea nullum cultus augmentum desumi posset; *seu ut hæc cultus initia, quæ beatificationi æquiparantur, conservarentur, nil vero privata auctoritate addere liceret. Atque adeo hæc ita ad beatificationis rationem pertinent ut generatim, si* sanctitatis *laus, data alicui Dei servo, cadat in* C *personam non vero in mores aut vitam, adversetur* non cultui; *quemadmodum pluribus exemplis demonstravit Benedictus XIV* (2); *et ut propter eamdem doctrinam decessores nostri S. Victorem papam III (antea Desiderium abbatem Cassinensem, de quo hic sæpius recurret sermo) Actis nostris inferendum arbitrati sint ad diem* 16 *Septembris* (3). *Alia exempla omitto.*

et ab immemoriali tempore ante Urbani VIII decreta datus fuit

2 *Jam vero* Gebizoni *titulum* sancti *ab immemoriali tempore ante Urbani VIII decreta tributum fuisse neque unquam interruptum fuisse hunc morem sequentibus conficiemus testimoniis. In ecgrapho ejus Vitæ, quod Cassini olim accepere decessores nostri, hic legitur titulus :* Vita vel obitus SANCTI Gebizonis, Cassinensis monachi per Paulum diaconum; *similiter in regesto S. Placidi, circa annum* 1140 *exarato, hoc habes, teste Gattula* (4), *initium :* Incipit prologus in vita vel obitu SANCTI Gebizonis monachi, edita a Paulo monacho Cassinensi. *Tertio Petrus diaconus, continuator notissimus Chronici Leonis Ostiensis, et cujus laudes satis vindicavit Urbanus noster Stickerus* (5), *capite* 30 *Virorum illustrium Cassinensium* (6) *de Paulo diacono Cassinensi agens, hæc habet :* Scripsit etiam Vitam SANCTI Ebizzonis (*sic enim* Gebizonem *vocare solet Petrus*), monachi Casinensis, qui Hilarioni similis fuit; *et in Continuatione Chronici Leonis Ostiensis, seu libro* III, *cap.* 48, *Chronici monasterii Cassinensis* (7), *sermonem faciens* de quorumdam monachorum miraculis et renovatione sancti Liberatoris, *primum loquitur de* S. Guinizonis, confessoris almifici, *morte; dein vero de Gebizonis adventu his verbis :* Circa hoc fere tempus SANCTÆ MEMORIÆ Gebizo e Colonia, de qua oriundus erat, egregiens, ad hunc locum pervenit, atque a Desiderio monachus factus F est, vir humilitate summus, honestatis nitore conspicuus *etc.; et demum in libro de ortu et obitu Justorum cœnobii Cassinensis, quem anno* 1832 *primum in lucem dedit Em. Card. Majus* (8), *non tantum sub num.* 51 *longum de eo texuit ex Pauli diaconi scriptione encomium, sed et ad num.* 50 *vocat eum* virum sanctissimum Ebizonem. *Atque hæc ante medium sæculum* XII.

3 *Veniunt deinde martyrologi; quos inter primus Wion ad diem* 21 *Octobris* (9) *his eum laudans verbis :* Casini, depositio SANCTI Gebizonis monachi miraculis clari; *eademque habet Menardus ad eamdem diem* (10). *Mabillonius quoque in kalendario Benedictino præfixo parti* II *sæculi* VI *Benedictini ad* 22 *Octobris :* In monasterio Casinensi BEATI Gebizonis monachi; *Gelenius vero in sacris et piis fastis* *et perrexit deinceps dari* S. Gebizoni.

(1) De Serv. Dei Beat. et canon. lib. II, cap. 24, num. 110, tom. II, pag. 91, edit. Venet. 1788. — (2) Ibid. lib. II, cap. 12, num. 2 et seqq. pag. 55 et seqq. — (3) Act. SS. tom. V Sept. pag. 372, num. 2. — (4) Hist. Cassin. tom. I, pag. 174. — (5) Act. SS. tom. V Sept. pag. 378 et seqq.; cfr Tosti, Storia della Badia di Monte-Cassino, tom. II, pag. 67 et seqq. — (6) Ap. Fabricium, Biblioth. eccles. tom. II, pag. 187. — (7) Ap. Muratorium, Scriptt. rer. Ital. tom. IV, pag. 465 et 464; et ap. Pertz, Monum. Germ. tom. VII, pag. 737. — (8) Scriptt. vett. nov. Collect. tom. VI, part. II, pag. 271 et seqq. — (9) Lignum Vitæ, lib. III, tom. II, pag. 546. — (10) Martyrol. SS. O. D. Benedicti, pag. 91.

Coloniensibus

AUCTORE V. D. B.

Coloniensibus (1) *ad diem* 21 : BEATI Gebizonis, monachi Cassinatis, Colonia oriundi; *quibus adde Ferrarium* (2), *Cherle* (3) *Bucelinum* (4), *Herreram* (5) *et anonymum Donawertensem* (6) *communi consensu ejusdem tamquam* SANCTI *encomium texentes; quem demum catalogum claudam Joannis Baptistæ Mari, qui notis medio sæculo* XVII *illustravit Petri diaconi Viros illustres* (7), *Angeli de Nuce, qui eodem fere ævo optimis commentariis Chronicum Cassinense instruxit* (8), *et demum Erasmi Gattulæ, qui anno* 1733 *Historiæ Cassinensis partem priorem* (9) *emisit, nominibus; quum hi omnes conveniant in appellando nude et simpliciter* SANCTO Gebizone; *titulo cadente in personam, quemadmodum quum* sanctum *Benedictum,* sanctum *Gunizzonem etc. dicunt. Atque ea sufficere videntur, ut ne dicendum sit de aliis argumentis, v. g. jam plus septem sæcula exstare sancti* Gebizonis *Vitam, (qua etiam re cultum probari asserit ipse Benedictus* XIV (10),) *corpus ejus e terra fuisse elevatum et honorationi loco positum aliaque id genus.*

Paulus diaconus seu grammaticus, biographus S. Gebizonis.

4 *Præcipuos, qui de* S. Gebizone *scripsere, jam indicavimus; de uno Paulo diacono seu grammatico Cassinensi, quum ejus opusculum edituri simus, pauca addere juvat ex Petri diaconi libro de Viris illustribus Cassinensibus. Porro* Paulus, *inquit ille, cap.* 36 (11), e Liguria Romanorum provincia ortus, et ab ipsa infantia occulto Dei judicio lumine privatus, et ob hanc rem literis et philosophicis studiis ignarus, tantum usque in hodiernum diem de se miraculum præbuit, ut ab omnibus alter Didymus appelletur. Hic postquam sub Oderisio abbate Casinense cœnobium adiit, scripsit altercationem Romanorum et Græcorum, quæ facta est in civitate Constantinopolitana temporibus Paschalis II papæ et Alexii imperatoris; super Esaiam, super Hieremiam et super reliquos Prophetas; super Psalterium, super Matthæum, super Marcum, super Lucam, super Joannem, super Epistolas Pauli, super Apocalypsim. Non solum autem Grammaticam, verum et reliquas artes auditu tantum plenissime cordetenus didicit. Scripsit etiam Vitam sancti Ebizzonis, monachi Casinensis, qui Hilarioni similis fuit. Exstant et alia ejus librorum volumina, quæ in nostras manus nondum venerunt. Obiit autem apud Tiburtinam civitatem. *Quibus vero auctoribus* S. Gebizonis *Vitam conscripserit Paulus, pandit ipse in Prologo, nempe jubente Oderisio Romano cardinali et Cassinensi abbate, suggerente vero Theodomaro presbytero. Oderisius autem I, qui inter sanctos et beatos censetur, pedum pastorale tenuit Cassini a mense Septembri anni* 1087 *ad diem* 5 *Decembris anni* 1105 (12), *et non secus ac Theodomarus* S. Gebizoni *convixerat; adeoque ipsi multa sane Paulo Cassinensi retulerunt, quæ ille utpote cæcus ne videre quidem potuisset. Inutile foret monere lectorem Paulum illum diaconum alium omnino esse ac historicum Longobardorum, qui Cassini quoque, sed Caroli Magni ævo, vixit.*

Quando S. Gebizo *vixerit.*

5 *Atque hinc liquet hanc scriptionem omnino coævam esse* S. Gebizoni, *qui Cassini inter annos* 1058 *et* 1087 *sanctissime vixit. Constat enim ex num.* 4 *Vitæ* S. Gebizonem *Cassini susceptum fuisse a S. Desiderio, qui anno* 1058 *abbas factus est, et ex num.* 17 *eum ab eodem fuisse sepultum, priusquam, mense Septembri anni* 1087 *S. Petri cathedram conscendens, Victoris III assumpserat nomen. Sed liceat paulo accuratius* S. Gebizonis *ætatem inquirere. Ut vidimus, non venit Cassinum ante annum* 1058; *ast ex alia parte non post annum* 1062, *quum ex eodem num. prius adierit Agnetem imperatricem, adhuc in Germania versantem. Vixit quoque, donec Leo bibliothecarius seu chronographus presbyter factus fuit, quemadmodum ex num.* 7 *manifestum est : quo nos ad annum saltem* 1074 *deduci in annotato* i *ad hunc locum innuemus. Quin etiam vixit usque ad annum* 1078, *quo Normanni ob invasum Latium excommunicati, ut num.* 10 *dicitur et in annotato* p *explicatur : unde fit ut* S. Gebizonis *obitus inter annum* 1078 *et* 1087 *signandus sit. Vixit itaque Cassini, quum huic monasterio præsideret S. Desiderius, tertium post Hildebrandum et Petrum Damiani ecclesiæ columen; quum id asceterium floreret maxime sanctitate, numero, auctoritate et opibus; quum abbas et præpositus, licet neuter presbyter, S. R. E. cardinales essent; quum renovatum est universum monasterium et S. Benedicti templum ab ipso B. Alexandro papa II splendidissima dedicatum est solemnitate; quum demum Cassinum perfugium esset summorum pontificum, corum robur et auxilium, adeoque universæ ecclesiæ gaudium et corona.*

Edendæ Vitæ ratio.

6 *Superest ut Vitam a Paulo Genuensi, diacono seu grammatico, conscriptam, et frustra a Mabillonio in brevi, quam de* S. Gebizone *Actis Sanctorum Benedictinorum* (13) *inseruit, notitia desideratam, lectori sistamus; secuti ecgraphum Cassinense et exemplar hujus Vitæ, quam ex S. Placidi regesto publici juris fecit Erasmus Gattula* (14) : *satis distant illa inter se adeoque ab ipso auctore aut aliquo alio coævo duæ factæ sint oportet editiones; quarum priorem repræsentat exemplar Gattulæ, posteriorem ecgraphum Cassinense. Utramque editionem ut hic ob oculos habeat lector, discrepantias omnes (si orthographicas excipias) signabimus; adeoque, si ex codice Cassinensi, littera* C; *si ex editione Gattulæ, littera* G; *et quum Petrus diaconus, secutus Gattulæ exemplar, integras lacinias, ut diximus, inseruerit libro de ortu et obitu Justorum Cœnobii Cassinensis, edito Em. Card. Maji curis, hinc quoque desumemus aliquot lectiones varias, littera* M *indicandas.*

VITA S. GEBIZONIS,

MONACHI CASSINENSIS,

Auctore Paulo diacono seu grammatico,

Ex Ms. Cassinensi collata cum editione Gattulæ et excerptis Petri diaconi.

PROLOGUS.

Non audiendi qui novas SS. Vitas inutiles habent.

Plerisque scripturarum incrementum tædio esse scio, dum putant ea sufficere quæ majores nostri conscripsere *. Sed qui susurrant ne dictetur,

* scripsere *G*.

(1) De Coloniæ Agripp. magnit. pag. 733. — (2) Hagiolog. Ital. ad 21 Oct. — (3) Mart. Benedict. ad 21 Oct. — (4) Menolog. Bened. ad 21 Oct. — (5) Vida de Santos de la religion de S. Benito, ad 21 Octob. — (6) Kirchenkalender der Heiligen Benedictiner, ad 21 Oct. — (7) Ap. Fabricium, Bibl. eccl. tom. II, pag. 187. — (8) Ap. Muratorium, Scriptt. rer. Ital. tom. IV, pag. 463, not. 3. — (9) Pag. 174. — (10) De Beatif. et canon. lib. II, cap. 12, num. 7 ad fin. tom. II, pag. 35. — (11) Ap. Gattula, Hist. Cassin. tom. I, pag. 391 et 392 et ap. Fabricium, Bibl. eccl. tom. II, pag. 187. — (12) Tosti, tom. III, pag. 359. — (13) Sæc. Bened. VI, part. II, pag. 622 et 623. — (14) Hist. Cassin., tom. I, pag. 174 et seqq.

iidem

A iidem laborant ne conditor bonus operetur. Flagrat enim lingua scribæ velociter scribentis, cujus* labia stillantia mirrham primam, cujus guttur suavissimum et potus * desiderabilis; flagrat, inquam, et inter cæteros sic exhalat *. Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio. Non autem disinit ipse * lucernam accendere. Tu ergo quis es qui vis eam * silentio latere? Lucernam utique accendit dum quosdam suorum quasi stellas in cælo perfectionis micare facit, ut in terræ deserto et invio et inaquoso lumen ipsi videant, quorum viæ sunt tenebræ et lubricum, et Angelus Domini persequens eos *. Majoris profecto meriti David erat; qui tamen, dum esset in deserto Idumææ, clamabat : Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Nec excidit menti cur in tabernaculo Dei, præsertim in altari thymiamatis jugiter accendit ignem * sacerdos, sed et candelabrum in meridie ponitur contra mensam aquilonarem, ut lucem habeant in tenebris epulantes. Quin etiam populo per eremum gradienti numquam defecit * columna nubis per diem, nec ignis per noctem. Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino, unde necesse est ut in deserto peregrinationis hujus irradiet nos * columna ignis. Ne vero per negligentiam nostram divina lux extinguatur, ad usus posterorum libris tradatur. Quod pius Dominus per famulos suos operari dignatur. Recitemus igitur ea quæ per Gebizonem militem suum monstrare voluit Christus, ut dicant juvenculæ : Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.

* lilia *add. G.*
* totus *G.*
* exaltatur *G.*
* ipse *om. C.*
* eo *C.*
* eos *om. G.*
* i. a. *C.*
* defuit *G.*
* et G.

B

quibus auctoribus hæc scripta.

2 Postremo silere non audeo, dum * loqui me cogat pii reverentia patris Oderisii Romani cardinalis, montisque Cassini abbatis *a*, tam religione quam sapientia pollentis ; quod idem imposuit, suggerente reverendissimo Theodomaro *b* *; cui resistere nefas omnino putaverim. Obsequar ergo diligenter et hujusmodi patri famulabor, utpote in turre Jerusalem gemmis ædificata posito speculatori, vel quatenus vineam Sorech a fraudulentis tutetur animalibus. Hæc est enim turris David, turris Libani, quæ ædificata est cum propugnaculis et respicit contra Damascum, contra eos videlicet, qui sanguinem nostrum sitiunt; hoc enim apud latinos interpretatur Damascus *c*. Qui autem imperiis tanti viri me resistere persuaserit, timeat ne quasi cæcutiens impingat in petram scandali, quæ dicit : Qui vos spernit, me spernit; paveat quoque valdeque tremiscat ne sui causa dicatur : Domus Israel nolunt * audire te, quia nolunt * audire me.

* quid *et* quod *G.*

a

b

* Theudmaro. *G.*

c

C

* nolunt *C.*

VITA

CAPUT UNICUM.

S. Gebizonis patria, sancta vita Cassini, luctæ cum dæmonibus, spiritus propheticus et miracula.

S. Gebizo, *vita sancte in sæculo acta, mirabiliter*

Quanti meriti apud Omnipotentem fuerit Gebizo famulus ejus, testantur et mores ipsius tranquilli et vita religiosa. Habitu namque monastico fungens, non aliud foris gerebat et aliud intus erat, sed operibus exequebatur, quod vestibus inducebat *. Sufficeret id quidem * ad indicium sanctitatis ejus. Sed hoc majus * habere meruit testimonium, utpote ipsius qui testis est fidelis et verus, qui semel loquitur, et secundo non addit, qui renes scrutatur et corda. Denique dum adhuc in sæculo teneretur invitus, et jam divino jugo colla subdere decrevisset, nec id impedientibus fortioribus suis palam facere potuisset, quadam nocte clanculo fugam iniit, Beatum imitans Benedictum, qui eadem causa nutricem suam fugit *d*. Nam et in congregatione tanti patris sese militaturum destinavit. Verum quia * in præsenti ulterius procedere nequivit, in quodam interim mapali latibulum quæsivit. Nocte vero transacta, dum agnosceretur ejus absentia, quidam ex primoribus civitatis, qui per eum profectibus plurimis auctus fuerat, dolens tanti viri destitutione, clientes et amicos suos ad perquirendum * eum illico direxit; qui singula loca rimantes, singula quoque diversoria perlustrantes, ubi vir Dei latitabat veniunt *; sed eum cognoscere minime potuerunt. Quærentes enim appropiabant, et in eum impingebant, tractabant atque cernebant; sed, hebetante Deo prospectus eorum, quem videbant, sese videre mirabiliter nesciebant. Ecce quod diximus divinitatis indicium, ecce quale de famulo suo * ante conversionem dedit testimonium.

AUCTORE PAULO DIACONO.

d

* videbatur *G.*
* siquidem *G.*
* magis *C.*

* quoniam *G.*
* inquirendum *G.*
* venerunt *G.*

E

* etiam *add. G.*

4 Postquam autem qui missi fuerant indagine frustrati * redierunt ad propria, Gebizo, nactus horam, quamprimum imperatricem adiit Agnetem *e;* erat enim genere Theutonicus de provincia quæ Francia Theutonica dicitur *f*. Ejus * itaque imperatricis consilio fretus et auxilio, non solum urbem, verum et gentem mutavit, et jam peregrinationis Abrahæ factus imitator, longius iter arripiens quam * de Hur Caldæorum in terram Chananæorum, ad montem Cassinum profectus, a sancto Desiderio loci abbate susceptus est benigne; sub quo nimirum religionis amatore taliumque adjutore, corpus suum hostiam viventem, sanctam, Deo placentem sinceriter exhibuit. Et quia non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum, observans illud Evangelii : Hoc genus in nullo potest superari nisi in oratione et jejunio, studebat agere semper quod in Psalmo legebat * : Ego autem, cum * mihi molesti essent, induebar cilicio, et humiliabam in jejunio animam meam, et oratio mea in sinu meo convertebatur. Cilicium nempe, quod asperius reperire poterat, ad carnem induebat. Jejunio sic intentus, ut et piscibus *, qui cœnobitarum escibus dici consuevit, indesinenter abstineret. Non expedit igitur quærere an ovis, an caseo, vel adipe vesceretur. Sane carnis edulium a nativitate suarum mollivit meatus faucium *, nec ullum prorsus pinguedinis blandimentum præter olei condimentum, ut fieret in eo laudabiliter quod in meretrice dicitur reprehensibiliter : Oleo nitidius guttur ejus. Verum, ut in tali fratrum collegio fieri solet, multos habens imitatores, utpote boni æmulatores, oleo quoque, nisi communiter cum cæteris, prorsus indiguit. Facta denique dicti liquoris penuria, edictum exivit a patre monasterii, ne cuiquam * daretur oleum, nisi solemni cunctorum refectione, sicque factum est ut elixis tantum leguminibus uteretur; et quod erat miserabilius *, quando alii melius prandebant, ipse deterius reficiebatur. Nunquam tamen abstinentiæ terga dare volens, et uxorem Loth æquiparare contemnens, nulla fatigabatur inedia, nulla deficiebat indigentia.

* frustrata *G.*

e

f

* I. e. *G.*

* sit *add. G.*

F

* etiam pisces *G.*

* *hæc corrupte C.*

* quam *om. G.*

5 Ante nonam nunquam comedebat, exceptis diebus Dominicis et solemnitatibus præcipuis. Tribus in hebdomada diebus pane tantum * et aqua

* quando *om. C.*

ubi jejunio, oratione, vigiliis et silentio se exercet.

* dumtaxat *G.*

AUCTORE PAULO DIACONO.

aqua contentus, sic totum in * ordine annum continuabat. De oratione et vigiliis, non ignorans diaboli astutias, Salvatoris custodiebat præceptum: Vigilate et orate ne intretis in tentationem; et satagens priscos imitari sanctos, qui pernoctationis instantia vigiles vocabantur, rarissime dormiebat, ne prævaricari videretur: Sine intermissione orate. Et si tandem aliquando dormitaret potius quam dormiret, dicere poterat: Ego dormio et cor meum vigilat; nec minus dictum * Salomonis adimplens: Omni custodia serva cor tuum; et apostolicum illud: Deponite vos omnem * iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro; ita silentio deditus erat ut vix per integrum annum nisi confessionis causa loqueretur. Considerans enim in via hac qua ambulabat * quod absconderunt laqueos sibi *, et laqueos posuerunt pedibus suis *, pavitare cœpit illud: Vir linguosus non dirigetur super terram: cæterum consolatus ab eo qui dicit: Singulariter sum ego donec transeam, et factus sum sicut passer unicus in ædificio, aulam beati Bartholomæi *g*, quæ basilicæ beati Benedicti collateralis * est atque contigua, quasi consistorium fecit; ut, incluso corpore, negaretur oris et mentis * excursus; quam nimirum pro eremo indesinenter habitans, absque mendacio psallebat: Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine. O quis illos gemitus, quis eos valeat explicare singultus, quos idem * spirabat diu noctuque anxius pro sua sospitate, ac * totius ecclesiæ prosperitate. Equidem reor et certus sum neminem posse * compunctionis ejus tenorem enarrare per omnia; nec cuiquam, nisi Deo * essent effabilia, quæ de illo pectore emanabant suspiria. Nullo certe tempore præfatam ædem exibat, nisi vel obedientiæ proventu, vel humanæ necessitatis impulsu, ut cum B. Job dicere videretur: In nidulo meo moriar. Unde factum est ut hominum interdicta frequentia sæpius cum Angelis vel dæmoniis quam cum hominibus confabularetur.

* ex *G.*
* indictum *G.*
* omnia *G.*
* ambulabam *G.*
* mihi *G.*
* meis *G.*
g
* lateralis *G.*
B
* momentis *G.*
* ibidem *G.*
* pro *add. G.*
* *loco* nem. po. *habet G.*
nec lepida Varronis facundia, nec faceta Ciceronis eloquentia posset
* nec umquam de eo nisi *G.*

6 Habuerat * ante conversionem quemdam familiarissimum, Adonem nomine, prædivitem, qui plurima beneficia sibi conferens, ad extremum quibusdam eum effecit injuriis. Satanæ vero satellites rati hominem Dei vindicta gaudere, in vigilia Natalis Domini * oranti ei et pro nimia lassitudine jam somniculanti, visi sunt quasi quodam tripudio lætabundi, quos ita sciscitatus est: Et vos unde jucundamini semper miseri? At illi: Quoniam, ajunt, ex anima illius modo triumphavimus. Qualiter, inquit? Tunc * inquiunt: Inter nostros eam suscepimus. Et, his dictis, ostendunt prædictam animam jumentorum more ligatam ad supplicia trahi. His ita gestis evanuerunt. Ille vero pertimescens illud: Si reddidi retribuentibus mihi mala, inimicum potius quam proximum persequens, David exemplo, qui regiæ mortis nuntium jussit obtruncari, continuo sanctum Theymarum *h* adivit, cui * cuncta sua arcana committebat, et enarrans quod viderat et audierat, ut perageret secundum illud: Alter alterius onera portate, dedit operam ut per eum onus pœnitentiæ divitis illius imponeretur sibi. [Veniens * igitur post hæc ad fratres ait: Noveritis hesterna die quemdam ultramontanum de mundo migrasse, quapropter vestram sanctitatem enixius flagito ut pro eo omnes Domino preces fundatis; vidi enim in præterito die animam ejus ligatam a dæmonibus ad supplicium trahi. Hæc cum narrasset, una cum fratribus pro ejusdem animæ liberatione preces fundere cœpit. Nocte vero adveniente, diabolus affuit, eumque ita flagellis cecidit ut seminecem

Adonem, sine Dei gratia mortuum, precibus suis,
* enim *add. G.*
* Domini *om. G.*
C
* Nunc.
h
* s. cu. co. a. *G.*
* uncinis inclusa *om. G.*

cum reliquerit, dicens: Cur pro eo ausus fuisti Deum rogare, qui suis sceleribus exigentibus in nostra jura devenit? Mansionarius vero currens cum cæteris eum a terra levantes in lecto posuerunt. D

7 Alia vero nocte adveniente, cum Dei omnipotentis clementiam pro ejusdem animæ liberatione oraret, antiquus hostis eum iterum gravissime verberavit. Tertia autem nocte adveniente, tantis eum verberibus diabolus flagellavit, ut e lecto in terram decidens, seminecem eum mansionarii invenirent. Igitur cum vir Dei ob ejusdem animæ liberationem assidue Deum rogaret, Leo bibliothecarius, qui post Hostiensis episcopus est factus, ab eodem viro Dei rogatus, divina mysteria ob eamdem rem celebraturus accesserat, cumque ad hostiæ confractionem venisset *i*, vir Domini Gebizo sopore deprimitur, apparuitque ei diabolus, dicens: Cum tuis psalmis et orationibus animam Adonis de potestate mea abstraxisti. Tunc vir Dei evigilans gratias Deo retulit; nec tamen ob id visioni accommodans animum,] dum injunctam pœnitentiam, casum proximi non ferens, conaretur explere celeriter, orans aliquando pro eodem in domo jam dicta, disponere corde tenus cœpit, ut E multorum veniam dierum tempore conficeret brevi * *k*. Cumque meditata vellet inchoare, pius ille qui custodit Israel, qui prope est contritis corde, et humiles spiritu salvat, sciens Prophetam suum dixisse: Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat * qui custodit eam *, mox affuit pietate * et tyrunculo suo modum indidit, quo militare deberet *. Nam cælitus vox ad eum prolata * est, nullam somni passum gravedinem, sed penitus, ut fatebatur, insomnem, et in hunc modum audivit: Quid est quod mente pertractas? numquid potens es tantam sarcinam portare? satis est ut inter diem et noctem trecentas venias *l* exolvas. Hæc tantum vox illa, tanquam diceret: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma; et quod per Prophetam dixerat: Hæc via, ambulate in ea, non declinantes neque ad dexteram, neque ad sinistram. Commodius est enim medium quam divium. Divinum itaque consultum eo peragente, hostilis lætitia versa est in tristitiam. Stanti siquidem in obsequium cujusdam sacerdotis, qui hostias immolabat pro nominato defuncto, (plures enim incitaverat ad ejus liberationem,) ecce bonorum F adversarius diabolus minus * plene dormienti apparuit et ait: Multa mala tu mihi facis, et qui pro illo nunc agis, sic est quasi framea me secet a vertice usque in pedes; nec plura locutus, umbris se immiscuit. Quod idcirco putamus eum fecisse, quatenus vir Dei de salute proximi securus ab opere pio teperet, et de victoria gloriaretur elatus, et ita prosterneretur incautus, quemadmodum pharisæus ille, qui bis in sabbato jejunabat, et decimas dabat omnium quæ possidebat, hoc solo dejectus quod se non esse sicut cæteros peccatores jactabat. Sed frameam, charissimi, frameam quæ necat occultos inimicos non deponamus; verum contra universa nobis adversantia bono protectori dicamus: Effunde frameam et conclude adversus eos qui me persequuntur.

sacrificiis alienis, suisque ventis
i
* breviori *G.*
k
* vigilat in in vanum *G.*
* bonus dux, non ruinæ pateret clientis inprovidentia, *add. G.*
* qui nusquam deest majestate *G.*
* debuerit *G.*
* perlata *G.*
l
* nimis *C.*

8 Sequamur militem suum Gebizonem qui, licet ad hoste territus, non antea tamen pugnare desiit * quam puer quidam sibi frequenter apparere solitus advenisset, quem Angelum ipsius fuisse non ambigimus, nec fragilitatis causa, sed puritatis et simplicitatis gratia puerili sibi specie credimus apparuisse, quia celibatus tenax ab infantia Gebizo vixerat, et ex eorum erat collegio, de quibus Salvator

ab inferno liberat, ut ex Angelo suo custode discit;
* destitit *G*

A Salvator ait : Sinite parvulos * venire ad me, talium est enim regnum cælorum. Prædictus itaque puer, alacer quidem, sed quasi de labore fatigatus cernebatur. Quem interrogans ille unde gaudium foret atque fatigium, hoc ab eo responsum retulit * : Hactenus, inquit, ego meique sodales pro Adone laboravimus, sed age gratias Deo, quia modo liberatus est, et æternis cum civibus est aggregatus. In quo facto noster Gebizo comparabilis est Beato Gregorio, qui de suppliciis Trajanum eripuit. [Sane non est difficilius ethnico subvenire quam publicano; institor enim Ado fuerat, nec absque gravi culpa nundinas frequentare poterat, et habemus scripturas satis authenticas, quæ publicanos deteriores ethnicis asseverant. Non ergo mirabilius est Trajanum quam Adonem liberasse; quamquam in hoc distent quod hic aqua et spiritu regeneratus regnum Dei credatur ingressus; ille solummodo de pœnis ereptus.] * Interea e Gallia Allemani dum advenissent, vir Dei, de ejus obitu inquirens, ea hora illum invenit de hoc mundo migrasse, qua ejus animam ipse ad supplicia trahi prospexerat *m*. Nunc ad alia ejus properemus mirifica.

* pueros *C.*

* accepit *G.*

* *Uncinis inclusa ex G. et M. Absunt a C.*

m

B 9 Nocte quadam, post communes et peculiares prolixas vigilias, in proprio stratu residebat, quem ante gazophilatii januam in ipso aditu basilicæ semper habebat *n*. Cumque nimis defessus in somnis paulisper dormitaret, visi sunt in choro stare fratres, et quasi viritim thurificaretur, a singulis subselliis videbatur exire fumus, cujus virgulæ supra beati Benedicti colligerentur altarium. Tunc ille cogitationibus suis ita volvere cœpit : Quid est quod video? num officium nostrum est incensum ministrare? Neminem pro me deprecatus sum, miror unde sit ista thurificatio; hebdomada nempe sua tunc erat hujus ministerii *o*. Sic autem cogitante, Angelus Domini ei in specie pueri apparuit, et talibus obsequiis curam mox demere cœpit. Non est, ait, quod opinaris, sed orationes sunt fratrum, quæ propterea in altari congeruntur, ut sanctus Benedictus repræsentet eas ante sedem majestatis. Eia, fratres, quid dicimus de eo? Redolet noster precatus, et ad preces fundendas pigri sumus! Fit obsecratio nostra Redemptori flagrantia *, et obsecrandi cessat instantia! Divinitati dum oramus, sine thure mittimus aromata, nec a corde propulsamus phantasmata! Hæc sunt nimirum aromata, de quibus in Apocalypsi legimus, quod ascendit fumus aromatum in conspectu Dei; et in Isaia : Domus impleta est fumo; et rursus : Creabit Dominus super omnem locum montis Sion, et ubi invocatus est, nubem per diem, et fumum et splendorem ignis per noctem. Expergiscamur igitur, et ab oratione non deficiamus, ut dirigatur oratio nostra sicut incensum in conspectu Dei; et si quando præ tædio succumbimus, dicamus ei : Tange montes et fumigabunt. Hujusmodi quippe si studiis intenti fuerimus, non deerunt Angelicæ virtutes, quæ gratulabundæ super caterva nostra dicant admirantes : Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus mirrhæ et thuris, et universi pulveris pigmentarii.

visionem habet in qua sibi videntur orationes totidem turrificationes;

n

o

* fragrantia

C 10 Item de salute proximi sollicitus, utpote cultor charitatis eximius, dum Normannorum gentem, quæ Latium invaserat, Apostolicus excommunicasset *p*, cœpit intrà se cogitare tacitus an subjacerent uxores virorum suorum maledictionibus; multas enim Normanni duxerant ex indigenis; nec solet conditio muliebris militiæ subjacere flagitiis; ideoque maxime sibi contigerat hujusmodi nodus ambiguitatis; quoniam audierat

in visione discit uxores Norm. participare excommunicationem maritorum.

p

AUCTORE PAULO DIACONO.

mirifice * eas eleemosynis insistere, locis ecclesiasticis munificas esse, demum timentibus Deum innumera beneficia præstare. Inter cæteros tamen anxius erat super duorum affectu præcipuorum amicorum, quorum nomina melius supprimere reor. Horum itaque geminorum meritum famulo suo Dominus noluit habere cælatum. Denique, cum eorum gratia jejuniis et aliis disciplinæ præsidiis Dominum obsecraret ut luce suæ benignitatis scrupulum enodaret prædictæ dubietatis, eumdem puerum vidit in sommis a Deo sibi missum asserentem et per quamdam semitam sibi ducatum præbentem. Qui dum iter simul dimidiassent, substitit puer et ait : Vade, nam sine me via te ducit quousque pervenias, ubi, quod de femina illa quæris, aspicias. Cui Gebizo : Timeo, inquit, ne quod tramitis diverticulum alicubi me errare faciat. Non est, ait, hic uspiam devium quod injicere tibi possit impedimentum. Solus igitur ivit, et domum satis amplam reperit, in qua rogum vidit grandibus lignis constructum, sicuti moris est fieri in frigidis, et præsertim in borealibus regionibus. Integras etenim inibi dominorum suorum focis advolvunt ruricolæ trabes, [non secturis, sed trabibus magnis pyram videbantur componere] *, sic tamen eas in quadrum alteram alteri superponunt ut inter lignum et lignum aperturæ quædam efficiantur per quas linguæ ignis egrediantur, et omnia domus spatia caloribus repleantur. Intuebatur ergo vir Dei studiosius, et immanem vidit serpentem struem ingrediendi et egrediendi vices alternare. Cumque diutius moraretur, nec aliud ab eo cerneretur, via regressus eadem, puerum ubi reliquerat, invenit, et quasi derisus ab eo indignans pertransivit. Puer vero, post tergum ejus clamans, eum ad se accersivit dicens : Ut quid abis, me neglecto? Unde te permotum video? Tum ille : Quia tu, inquit, me deludis. Quonam, ait, modo? Dicito quod vidisti, et docebo falsum quod asseris. Nihil, respondit, vidi, nisi colubrum prægrandem, flammis alternatim sese versantem. Bene, inquit, vidisti. Hæc est mulier illa de qua suspectus eras. Procul dubio noveris hoc ei futurum supplicium post vitæ præsentis occasum. Nam age, veni mecum ut videas qualiter maneant secum maritus simul et uxor *q*. Mox perduxit eum ad ecclesiam quamdam, et speculatus est ambos extra templum manentes, seorsum tamen marem cum satellitibus suis et feminam cum parasitis *. Igitur utramque extra ecclesiam * spectare fuit ambos excommunicationi subditos considerare. Corroborat hæc * testimonium Joannis Evangelistæ, qui [scribens epistolam ad Electam inter cætera facit hanc suadelam : Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert].* : nolite recipere in domum, nec ave ei dixeritis, qui enim dixerit ave, communicat operibus ejus malignis; [nequit ergo exsors fieri maritalis anathematis quæ consors fuerit jugalis thoreumatis.] *

* *Loco* [] *habet C.* ut magnam struem et pyram componant,

q

F * suis *addl. G.*

* ec. ex. *G.*

* hoc exemplum J. B. et *G.*

* *Loco* [ait *C.*

* *Inclusa* [] *om. C.*

11 Dum autem inde reverteretur uterque, consuluit puerum Gebizo, si posset reperiri remedium, quo visum ignis evaderetur exitium. Ad quod puer: Si, relictis, ait, sæculi pompis, subit sanctimonialium ancillatum, devitare poterit hunc cruciatum, tali tamen pacto, ut, sicut cæteris * præfuit paribus, ita cæteris se subdere meminerit. Hæc colloquentes ad invicem, discesserunt ab invicem. Sola est igitur humilitas collaudanda, qua typo * superbiæ laborantibus potest incolumitas concedi. Sola abjectio semper amplexanda, quæ hominem de imis in cælum elevare potest. [O humilitas collaudanda! o abjectio semper amplexanda! o abjectio

et quo possint modo ea liberari;

* cæteris *om. G.*

* typho

AUCTORE PAULO DIACONO.

semper amplexanda! Superbia Cherub de altis in tartara præcipitavit; humilitas crucis hominem de imis in cælum relevavit; superbia Saul regni fecit extorrem; humilitas David pastorem solii sublimavit honore; superbia dejecit eum, qui mane oriebatur; humilitas hominem super astra inthronizat; de superbo dictum est: Videbam Satan sicut fulgur de cælo cadentem; de humilibus scriptum est: Cum dixerint omne malum adversus vos, gaudete et exultate, quia merces vestra copiosa est in cælis: ex utrisque Scriptura dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quid igitur exspectatis o tiranni? quod vitamini, aderit. Numquid hoc non auditis? numquid hoc non intelligitis? numquam etiam oculis non aspicitis? nonne cotidie personant auribus vestris: Dispersit superbos mente cordis sui et deposuit potentes de sede? cur humiliari dedignamini? an vos illud solum fortasse delectat: Potentes potenter tormenta patiuntur? Sufficiunt hæc fratres, ad præconium; sed quia ipse inimicus ejus adhuc me cogit alias subnectere laudes de multis, unum subnectam.] *

12 Ille inimicus noster diabolus et satanas, eadem * induens se arma quibus Evam * decepit, vestem in manu ferens bissinam, accessit ad Dei * famulum et dixit *: Cur tam asperis indusiis carnem tuam maceras? Acquiesce dictis meis, et talem interulam tibi dabo, quali presbyter ille potitur. Interulam enim vocat * grammaticus, quam camisiam vocitat populus. Apellabatur * presbyter ille * Georgius, qui bonæ conversationis erat et litteratus. Sed tunc temporis impetiginis causa lineam induebat, propter quod * diabolus sic, ut diximus, loquebatur, quasi * diceret: Te magis ille sapientior, et presbyterio functus optimæ religionis est, non debes eum spernere, quin æmuleris. Nescius vero Gebizo si verum esset quod audierat de presbytero, intravit in secretarium, ubi manus tunc ipse lavabat: quæsivit, reperit, probavit, et ei quæ dicta fuerant narravit. Sine mora Dei sacerdos bissinum exuit amictum, et austerius quo solitus erat Gebizo amicitur indumentum. Agedum, iniquissime draco, quid tibi prosunt præstigia tua? Dum cristicolis niteris inferre nocumentum, tibi perdis emolumentum, et cum alterum supplantare tentasti, supplantatus ab altero, victus ipse corruisti. Sic sæpe contingit ut tu confundaris, dum nos confundere pessime conaris. Cæterum ad nos redeamus, dilectissimi, consideremus C quid valeat humilitas cilicii, ut vires frangantur inimici; magis nunc timet talem tecturam quam ferream armaturam. [Nec exemplum quærendo per diversos vagemur, dum in uno quod dicimus experiri valeamus. Nostis itaque impiissimum Achab non tantum vitulos, sed etiam Jezabel impulsu Baal coluisse. Cum tamen minaretur Dominus pro Nabuthæ Iezraelitæ homicidio interficere de Achab usque mingentem ad parietem, cilicio vestitus est tirannus, et factus est sermo Domini ad Heliam Thesbitem dicens: Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? propterea non inducam malum super terram in diebus suis, sed in diebus filii sui. O quanta vis talis armamenti; quanta efficacitas talis tegumenti: ostium impetus fugat, pacis quietem propagat, cæli dominatorem iratum reconciliat. Hæc igitur arma sumamus, hanc loricum contra latrunculos invisibiles induamus. Ocius sane fugiunt sagisetas, quam trifidas catapultas; ocius humiles hirsutos, quam protervos ferro verutos; ocius venetis cucullis manulentos, quam telis, vel jaculis lanceatos. Non ergo nos pudeat ispidis tegi, quibus sternuntur prædones sævi. Deliciis enim uti non claustrum decet cœnobiale, sed palatium imperiale, quoniam qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Verum enim vero restat adhuc de Gebyzone nostro non minus memoratis memoranda.] *

13 Item cum * quidam sacerdos tam terribiles de se visiones vidisset, ut indignationem Divinitatis incurrisse videretur, Gebizonem cum reliquis fratribus incitavit apud misericordem Deum * sedulis precibus interpellare, ne vellet eum iram suam celare. Peracto itaque jejunio triduano, famulo Dei divinitus dictum est quod idem sacerdos scripserit sanguine Christi, et revera commiserat delictum *r*. Sed delictum imputabat, quia pro cujusdam infirmi salute periti jussu magistri fecerat. [Nunc vos astipulor qui hæc legitis, et auditis, num vobis videtur in hoc facto Daniel Gebizone mirabilior, aut Gebizo Danieli inferior: ille siquidem visiones regis, et cogitationes miro modo conjectavit, et hic miro modo quod nusquam a quolibet homine didicerat cognovit, ille jejuniis, et obsecrationibus, quod rex oblitus fuerat, divinitus ad memoriam reduxit. Hic eisdem artibus quod prævaricator jam dudum neglexerat cælitus ad notitiam traxit. Danielem non latuit futurum Dei consilium, nec Gebizonem futurum judicium.] *

14 Præterea de futuris multa sunt ei revelata, [quæ nimis admirabatur, cui talia fatebatur. Sapientiæ quippe donis horum auditor affatim pollebat. Ideoque magis stupenda sibi videbantur quæ sapienter ydiota pandebat.] * Ductus est etiam per amœna loca in spiritu *, et nominabantur ei quorum forent diversoria. Et inter cætera ostensus est illi satis deliciosus locus, et audivit illum Heliæ fuisse prophetæ. Multa præterea memoranda forent, sed, ne lectori nausea fiat, ad extrema stilum revolvam. Poposcerat Deum ut, ante vitæ suæ occasum, qualibet cruciatus ægritudine mundus exiret ad requiem, et tandem exauditus fistulam accepit in levæ * parte mamillæ; quæ dum a fratribus et seipso vix tolerari posset, propter incrementum putoris, persuasus est ab iisdem confratribus suis curationis causa pergere ad Venafranum episcopum, vocabulo Petrum *s*, qui plurimis super hujusmodi morbo remedia contulerat. Ille vero nolens abjicere quod a Deo petierat, a venerabili presbytero Georgio, præfati Georgii patruo, tunc temporis ædituo, vix vi compulsus est. Cumque Venafri aliquantis diebus ea F de causa moraretur, non tamen opus orationis intermittens, post altare basilicæ secreto sedebat. Unde communis piorum * inimicus diabolus, nec jam livorem sufferens, saxum dejecit, Dominique famulum reor opprimere cupiens, sedem ligneam ante quam sedebat, comminuit. Illo tamen a solitis obsecrationibus nullatenus desistente, jam populo ad divinum mysterium conveniente, templique parietes constipante, malignus tunc hostis, quem prius terrore permovere non quiverat, simulata benignitatis consolatione monachi specie Gebizonem humiliter adiens, sic eum est allocutus *:

15 Abbas vester plus gerit sollicitudinem de rebus transitoriis et caducis, quam de monachis. Multa jam mala sustinuisti. Hunc igitur exuere vili quo indutus es habitu, et decentiorem, quem affero, in tanta plebis frequentia amicire. [Nam et ipse vilibus vestitus erat, et honestius pallium monachum, qui videbatur, gerere cernebat. Quem cum diligentius attenderet, qui quasi minister adolescens advenerat, nunc virilis ætatis, nunc senilis apparebat, opinor, ut verbis auctoritas major inesset. Cumque personam variari prospiceret,

* *Loco* [] *C. habet*: Sed venio ad alia, quæ sunt de viro Dei sancto subnectenda, ex quibus unum dicam.

tentatur a diabolo;

* eadem *om. C.*

* quemquam *G.*

* supranominatum Christi *G.*

* sic ei exorsus est loqui *G.*

* nominat *G.*

* autem *add. G.*

* ipse *G.*

* inductus *add. G.*

* u. d. s. est allocutus acsi *G.*

D

* *Loco* [] *habet C.* ut multis in locis scriptura docet, quæ non est hic omnia retexere.

detegit sacerdotem usum esse Christi sanguine loco atramenti,

* *Loco* i. c. *G.* Dum.

* Omnipotentem *G.*

r

* *Loco* [] *habet C.* Itaque Dei famulus, ut alter Daniel, futurum Dei judicium, seu indignationis causam sacerdoti prædicavit occultam

fistula vexatus adit pro remedio Petrum episcopum Venafranum; vexatur a diabolo;

* *Loco* [] Miranda *C.*

* i. sp. p. a. l. *G.*

* leva *G. et M.*

s

F

* purum *G*

* sic exorsus est *G.*

Denuo tentatur; redit Cassinum,

A ceret, ilico quid fuerit animadvertens] * semetipsum signo crucis armavit, et mox imago illa disparuit. Quo evanescente, tanto tremore universa * concussa est aulæ machina, ut populus et clerus qui interfuerat, fugiens exiret. Pontifex etiam in episcopio prope commanens, terræ motu stupefactus, aliosque huc et illuc vagari * prospectans, cœpit quærere sollicite quidnam de servo Dei factum esset; accersito presbytero quem pro capellano sibi dederat, eum ad se adduci præcepit; quem percontatus an terræ motum senserit, quid homo Dei viderit * audivit, et quod gestum fuerat penitus agnovit. Is autem præsul ob dignæ religionis meritum, Deo revelante, comperit eum impotem curari, et hominem in proximo exiturum. Quapropter eum ad cœnobium Cassinense remisit [ut in suo monasterio seculo valefaceret;] * ubi, dum persisteret divinam flagitans opitulationem, cernit [per visum] * prolixam [atque jocondam] * dealbatorum processionem, ad quorum accedens extremum, sciscitatus est qui essent, et qua de re pompam celebrarent illam. Cui ille respondit [quem consuluit] * : Non expedit te nunc id doceri, quia de vicino es cogniturus.

* *Loco* [] *habet C.* : Quem cum diligentius attenderet, quod qui * minister adolescens venerat, nunc virilis apparebat; illico ex tali variatione quod erat animadvertens
* univ. *om. C.*
* palari *G.*
* vidisset *C.*

* *om. C.*

* *om. C.*
* *om. C.*

* *om. C.*

16 Inter hæc abbas ejusdem loci Desiderius, cujus meminimus, visitandi gratia ad eum accedens, ait : Quomodo es, frater? Et Gebizo : Orationibus, pater, intervenientibus vestris bene. Tunc hortatus est eum, ut pro alleviatione ægritudinis piscem saltem comederet. Et Gebizo : Non, pater, non. Absit ut abstinentiam, quam per totum vitæ meæ tempus servavi, nunc in mortis constitutus periculo perdam. Jam enim Domini mei repræsentabor conspectibus, jam cupio dissolvi et esse cum eo. Tunc Desiderius ad fratres conversus clam eo dixit : Iste homo lapideus est, non carneus, excellit hominum mensuram. Non enim pisces, non carnem, non caseum, non ova, non adipem, nec ullum prorsus pinguedinis blandimentum, in tota vita sua, ut ante jam diximus, vir sanctus * comedit. O virum inter summos et antiquos patres non immerito comparandum, qui nec in die mortis abstinentiæ voluit relaxare rigorem!

ibique, nil de pristino rigore remittens,

B

* beatus *G.*

17 Igitur dum vir Dei eadem infirmitate depressus jaceret, matrona quædam staturæ admirabilis, venustate inæstimabilis, persona imperialis fit sibi visibilis * obviam, et talibus * angustiantem affatur eloquiis : Vide ne deficias *, meque operire, donec redeam, et confortare; videbatur enim esse in itinere. At ille : Quonam, inquit, pacto te præstolor, Domina, qui præ ulceris æstu vix in me maneo? Tum illa, quæ sibi putabatur Beata esse Maria, hoc æstuanti dedit responsum : Sustine, ait, viriliter, quia per ardorem hunc momentaneum, evasurus es illum intolerabilem atque perpetuum. Hac itaque consolatione suscepta stetit hilarior, et [recitatis omnibus visis confratribus,] * post pusillum diem clausit extremum, duodecimo kalendas Novembris, decimo tertio videlicet die postquam Venafro redierat. Sepultus vero est juxta ecclesiam B. Benedicti *t.* Postea vero Desiderius ex eo * loco corpus elevans in capite graduum qui pergunt ad refectorium cum aliis multis locavit. [Nec dubium, quin ab Angelis in Abrae sinum ad Lazari sit collegium deportatus, cujus torridis ulceribus fuerat deputatus. Sic enim et Apostolus loquitur : Quia si compatimur, et conregnabimus; et dives in tormentis audivit : Memento quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala : non utique dixit : Consolatur quia mira peregit; sed quia mala recepit; quamquam valde mirum est, quod Gebizo noster absentia futuraque cognoverit; qui, quoniam in hac vita dum vixit numquam sibi pepercit pro amore Christi, procul dubio conreguare nunc creditur ipsi, apud quem pro nobis jugiter intercedat, quatenus ope sua mereamur et nos eidem Domino nostro placere, ac cohærere; qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit, et regnat solus Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

et a B. M. V. visitatus, pientissime obit.
* vis *om. C.*
* dolomate *add. G.*
* sed conf. m. op. quoad red. *G.*

C

* *om. G.*

t
* eodem. *G.*

ANNOTATA.

a *Duo fere Oderisii, Romani cardinales montisque Cassini abbates; quorum prior ab anno* 1087 *ad* 1105 *præfuit; alter ab anno* 1125 *ad* 1126 (1) : *non videtur dubitandum quin de illo hic sit sermo.*

b *Hic Theodomarus seu Theudmarus, qui ratione presbyteratus reverendissimus appellatur, distinguendus videtur ab homonymo presbytero Cassinensi, quo familiaritur usus est* S. Gebizo. E

c *Alluditur ad vulgarem interpretationem, qua per Damascum* Saccus sanguinis *intelligitur.*

d *Plura de hac re disputat Angelus a Nuce ad caput* 1 *Vitæ S. Benedicti* (2).

e *Hæc non ante mensem Octobrem anni* 1056, *quo Agneti imperatrici cum filii sui Henrici IV tutela regni habenæ datæ sunt, fieri potuerunt* (3); *neque facta videntur postquam anno* 1062 *S. Anno, Coloniensis archiepiscopus, imperii administrationem suscepit* (4), *et in Italiam profecta est Agnes, deinceps anno tantum* 1072, *et quidem brevi tempore, pacis causa, Wormatiæ versata* (5).

f *In Commentario num.* 2 *dictum est ex Petro Diacono* S. Gebizonem *ortum esse Coloniæ Agrippinæ ad Rhenum. Celeberrimum erat tunc temporis Cassinum; incredibiliterque ejus crevit fama tempore S. Desiderii abbatis* (6), *ita ut ex universa Europa accurrerent qui se ejus subderent disciplinæ. At quis temperet a lacrymis, quum mente recogitat in hac prisca pietatis arce vix vicenos monachos, quum anno* 1842 *Cassinensem historiam ederet Aloysius Tosti* (7), *habitasse. Faxit Deus ut aliquando B. Desiderii redeant tempora!*

g *Gattula* (8) *mappam seu conspectum exhibet* F *Cassinensis cœnobii, quale erat postquam a S. Desiderio fuisset renovatum. Cernitur ibidem S. Bartholomæi basilica ad lævam introeuntium templum S. Benedicti; ita tamen ut area aliqua inter utramque jaceat ecclesiam. In altero Chronici Cassinensis codice legitur nova hæc S. Bartholomæi basilica,* ad occidentalem partem majoris ecclesiæ decenter satis sita, *anno* 1075 *incipiente,* 3 *nonas Januarii a Joanne Sorano episcopo dedicata* (9). *Nunc vero nulla amplius memoria, ne ara quidem, S. Bartholomæi superesse videtur.*

h *De S. Theymaro seu Theodemaro multis agit Petrus diaconus in libro de Justis Cassinensibus* (10). *Hinc docemur eum e Lemania * provincia ortum Agnetisque imperatricis capellanum fuisse; unde intelligitur quare* S. Gebizo, *latini sermonis forte minus peritus, omnia sua populari manifestaret, et forte*

* *Allemania.*

(1) Cfr Tosti, Storia della badia di Monte-Cassino, tom. III, pag. 359. — (2) Ap. Muratorium, Scriptt. rer. Italic. tom. IV, pag. 188. — (3) Cfr Struvius, Corpus Hist. German. per. VI, sect. III. § 2, pag. 305, edit. 1750. — (4) Ibid. § 6, pag. 308. — (5) Cfr Act. SS. tom. VIII Oct. pag. 188 bde. — (6) Cfr Chron. Cassin. lib. III, cap. 31, ap. Muratori, tom. IV, pag. 449 et 450. — (7) Storia della badia etc., tom. III, pag. 355. — (8) Hist. Cassin. tom. I, pag. 164. — (9) Cfr notæ Angeli de Nuce, ap. Muratorium, tom. IV, pag. 454, lit. K. — (10) Ap. Majum. Scriptt. vett. collect. tom. VI, part. II, pag. 273 et 274.

confiteretur

A *confiteretur. Certe solebat ei ad altare ministrare, ut ex his Petri verbis palam fit :* Alio quoque tempore, quum idem vir Dei sacris adstaret altaribus, vir sanctissimus Ebizo cum eo stare consueverat. Sed sicut est natura humana segnis ad Dei servitium, multoties vocatus renuebat. Ille vero die, quo sacram hostiam Deo ad B. Mariæ semper virginis altare offerebat, supradictus Ebizo sopore deprimitur, videtque Angelum Domini juxta se stantem et dicentem : Ebizo, animadverte et vide, cui tu servire contemnis, quomodo et Angeli serviunt; et tu servitio denegato, Dominus ei Angelos misit. Stabant autem juxta eum duo Angeli, unus a dextris et unus a sinistris.

i *Hinc liquet* S. Gebizonem *vixisse, donec Leo bibliothecarius presbyter esset; atqui Leo susceptus est a S. Desiderio, quum quatuordecim natus esset annos : hinc si anno* 1058, *quo S. Desiderius ad Cassinense regimen admotus est, annos addamus sexdecim* (*non enim ante annum ætatis trigesimum presbyter factus esse censendus est Leo*), *ad annum saltem* 1074 *devenimus. Ab anno* 1101 *ad* 1115 *Ostiensis episcopus fuit Leo* (1). *Cæterum nemo de eo scripsit copiosius quam Gattula* (2).

B k *In Vita S. Dominici Loricati, quam ad diem* 14 *Octobris in opere nostro explicuerunt decessores, habes rationem tunc temporis usitatam breviandæ pœnitentiæ, videlicet* (3) duodecim psalmos, vigesies quater brachiis extensis et elevatis recitatos, compensasse unius anni pœnitentiam, *tantumque valuisse ter mille flagrorum ictus conjunctos triginta psalmorum recitationi. Verum non videtur flagrorum usus tunc Cassini exstitisse, nec brachiorum elevationem multum adhibuisse* S. Gebizo; *sed potius* venias : *quæ in* minores *seu genuflexiones et in* majores *seu totius corporis prostrationes dividebantur* (4)..

l *Vide præcedens annotatum.*

m *Hæc omnia plane explodunt Em. Card. Majus in annotato ad Petrum Diaconum* (5) *et Erasmus Gattula, in castigatione Vitæ* S. Gebizonis (6); *in inferno enim nullam esse redemptionem seu pœnas esse æternas dogma fidei est etiam in concilio Florentino definitum. Quocirca vel hæc pertinent ad id tempus, quo Ado adhuc in vivis esset; vel phantasiæ aberrationes sunt aut dæmonum ludibria; vel de purgatorio intelligenda sunt, quæ hic de inferno traduntur. Cæterum quantum hæc de theologiæ foro*
C *sunt, theologis permittenda. Quod spectat ad Trajanum, quem S. Gregorius M. ab inferni liberasset pœnis, mera fabula est; numquam enim pro damnato preces fudit S. Gregorius, quemadmodum invicte ostenderunt Maurini, qui S. Gregorii Vitam ejus subjunxerunt operibus* (7). *De eadem re dixit Em. Card. Majus in annotato ad orationem Nicephori Blemmydæ* qualem oporteat esse regem (8); *et quidem erudite pro more : verumtamen non æstimo omnibus placiturum, quod ibidem asseritur, usum fundendi preces pro minuenda damnatorum pœna manavisse a fabula illa Trajani. Sententia enim de minuenda damnatorum pœna alia profecto est quam error negantium pœnarum æternitatem, et pluribus ante S. Gregorium M. suos habuit assertores; quemadmodum etiamnum habet.*

n Gazophilatium *seu* Gazophylacium, *vulgo sacrarium, bicameratum erat et situm post absidem* D *ad partem Evangelii; atque secundum id sacrarium erat alterum, quo forte convenirent monachi. De hoc agi videtur, cujus quippe janua proxima erat monachorum introitui in ipsam basilicam : sed vide potius Mappam Cassinensem, editam a Gattula* (9).

o *Acolythorum erat officium thuriferarium agere. Ex hoc loco patet id ministerium* (*ut pleraque alia*) *in hebdomades monachis, presbyteratus exsortibus, commissum fuisse.*

p *Bis illis temporibus excommunicati fuere Normanni; a priori sententia eos absolvit Nicolaus papa II* (10); *a posteriori, qua plexi sunt mense Martio anni* 1078 (11), *eos liberavit S. Gregorius papa VII exeunte Junio ejusdem anni* 1078, *quemadmodum contra Baronium et Pagium ostendit Stiltingus* (12). *Atqui si ratio habeatur* S. Gebezonis *Cassinum accessus, causæ excommunicationis, nempe invasionis Latii, et donationum a Normannis Cassino factarum* (13), *manifestum est in* S. Gebizonis *Vita agi de rebus anni* 1078.

q *Neminem fugit jam pridem abolitam esse disciplinam, secundum quam uxor excommunicaretur ob communicationem cum marito excommunicato.*

r *Condemnationes Pyrrhi et Photii, necnon fœdus* E *initum a Carolo Calvo cum Bernardo, Tolosano comite, Christi sanguine firmata esse passim innotescit. Etiam pro curandis ægrotis divinum hunc cruorem sacrileye adhibitum fuisse, ut ex hoc loco patet, ignorasse videtur Joannes Baptista Thiers* (14).

s *Venafrum* (Venafro) *non longe distat a Cassino, ejusque episcopus, idem videlicet Petrus, Ravennas natione et olim Cassinensis monachus* (15), *anno* 1071 *dedicationi Cassinensi interfuerat. Ex hoc autem* S. Gebizonis *Vitæ loco novimus eum huic sancto superstitem fuisse. Obiit tamen antequam anno* 1090 *ei succederet Leo* (16).

t *Commune conditorium erat* (*ni fallar*) *aliquantum ultra absidem ecclesiæ S. Benedicti; reverentiæ causa sepultus videtur* S. Gebizo *juxta hanc ecclesiam, atque inde aliquanto post a S. Desiderio abbate terra levatus est et cum aliis multis positus est in atrio; quod, ad latus epistolæ extructum duas capiebat scalas; alteram constantem ex quindecim gradibus marmoreis, per quos descendebatur in capitulum; alteram ex tredecim per quos descendebatur in refectorium; atque in horum capite locatus est* S. Gebizo *cum aliis multis. Quo vero postea ejus devenerit corpus incertum. Sæpius enim mutationes,* F *vel quod terræ motibus corruissent ædificia vel aliis de causis, Cassini factæ fuere; quin scripto servatum sit ubi Sanctorum deponerentur exuviæ. Hinc factum est ut, quum anno* 1627 *Sancta Corpora iterum prope Mausoleum S. Benedicti inventa sunt, quinque tantum præter SS. Benedicti et Scholasticæ nomina innotuerint et ut sequenti anno primæ ex quatuor novis arculis, quæ tunc paratæ fuere, hæc inscriptio inserta fuerit :* Sanctorum monachorum Casinensium reliquias, quorum nomina perierunt in terris, sed scripta sunt in cælis, sub ara maxima conditas, Simplicius Caffarellus, hoc nomine secundus, a sanctissimo P. Benedicto abbas CXXVII, meritis excelsas, editiore in loco collocavit; araque honorificentius exornata majorem iis cultum deinceps haberi jussit; anno MDCXXVIII, Urbani VIII pontificatus

(1) Maroni, Comment. de eccl. et epp. Ostiens. et Velitern. pag. 49. — (2) Apologia pro Leone Ostiensi et Petro Diacono, in Hist. Cassin. tom. I, pag. 877—914. — (3) Act. SS. tom. VI Oct. pag. 615 et 616. — (4) Cfr Glossar. Cangii, vis *Venia, Metanœa,* etc. — (5) Scriptt. vett. collect. tom. VI, part. II, pag. 274. — (6) Hist. Cassin. tom. I, pag. 179. — (7) S. Greg. Vit. lib. III, cap. X, num. 5 et seqq., tom. IV opp. pag. 274 et 275. — (8) Vett. Scriptt. Coll. tom. II, pag. 622 et 623. — (9) Hist. Cassin. tom. I, pag. 164. — (10) Cfr Baronii Annal. ad an. 1050, num. 68.—(11) Ibid. ad an. 1078, num. 8.—(12) Cfr Act. SS. tom. V Sept. pag. 594. — (13) Ibid. 590 et seqq. — (14) Cfr Traité des superstitions, tom. II, pag. 316 et 317. — (15) Chron. Cassin. lib. III, cap. 15; ap. Muratorium, tom. IV, pag. 423 c. — (16) Ughelli, Italia sacra, tom. VI, col. 583.

A tificatus anno VI, regnante Philippo IV Hispaniarum rege catholico. *Verisimiliter hæc inter* S. Gebizonis *pignora. Reliqua vide in universæ hujus translationis Historia* (1). D

(1) Act. SS. tom. VI Maji, pag. 455 et seqq.

DE S. HILARIONIS EPISC. ET CONF.

MOGLENENSI SEU MEGLINENSI IN MACEDONIA

SYLLOGE.

V. D. B.

§ unicus. Locus sedis, laudes, translationes, ætas.

ANTE SÆCULUM XIII. *Errores et dubia de* S. Hilarione *proposita.*

S. Hilarionis *episcopi nomen primum, ni fallar, occidentalibus innotuit per imagineas seu effigiatas Ephemerides Græco-Moscas, quas anno* 1680 *in limine tomo I Actorum Sanctorum Maji Papebrochius edendas curavit et in quibus ad* 21 *Octobris* Hilarion episcopus *legitur et repræsentatur. Ad quem locum subdidit præstantissimus decessor noster se a P. Ohilewiczio monitum esse quod* episcopus Mehlensis *fuit atque is episcopatus in Moscovia situs est. Quod posterius sibi ægre persuaderi passus est Papebrochius, ita ut continuo adscripserit* (1) : Restat ut ejus ætatem vitæque historiam nos doceat aliquis. Torquet etiam me quod Mehlensis episcopatus in Russia vestigium B hactenus nullum inveniam, nec urbem, cujus nomen huc accedat. *Oculatior sibi visus est Lequien* (2) *et statuit* S. Hilarionem *episcopum fuisse in Mohilow, capite Russiæ Albæ seu Parvæ, et ad ripam dextram Borysthenis seu* Dnieper *posita. Lequienum secutus est nuper cl. v. Moronius* (3); *qui quum sedem episcopalem Mohilowiensem sæculo* XIII *exortam esse perhibeat, hoc ipso* S. Hilarionem *illo ævo posteriorem facit. Kulczinckius* (4) *multo cautior fuit, scripsitque :* Ruthenusne, an Serbus vel Bulgarus fuerit hic sanctus episcopus, non habeo hic et nunc unde dicam; *nec quidquam aliud ausus fuit Josephus Simonius Assemanus* (5) *quam Papebrochii et Kulczinckii referre verba, addens tres alios a Græcis celebrari Hilariones; verum hos esse monachos neque ullum confundi posse cum* S. Hilarione *episcopo. Verum enimvero erravit Ohilewiczius, quum suggessit Papebrochio* S. Hilarionem C *episcopum fuisse* Mehlensem; *dicere debuisset* Meglenensem *seu* Moglenensem; *neque hic episcopatus in Moscovia quærendus erat, sed in Macedonia : quæ ex dicendis satis superque manifesta fient.*

Quæ de eo in kalendariis Ruthenicis habentur.

2 *Juverit initio referre quæ de eo viro habentur in martyrologiis aliisve id genus libris. Imprimis in nullis synaxariis aut kalendariis græcis, quæ sat magno numero possidemus,* S. Hilarion *episcopus notatur. Omittitur quoque ejus nomen in Sobornik duodecim mensium, seu Synaxario communi totius ecclesiæ Ruthenicæ, quod P. Georgius David, missionarius S. J., anno* 1688 *Moscua ad decessores nostros misit, testatus id se descripsisse ex appendice Euchologii et passim impressum reperiri in libellis precatoriis. Reperire etiam non est in tabulis Capponianis, quas aliquanto post annum* 1250 *monachi Sancti Montis Athο ad usum Ruthenorum pinxisse videntur* (6). *Neque comparet in Ruthenorum kalendario, publici juris facto a Possevino* (7), *quod quidem commune Synaxarium videtur. Sed contra, ut supra vidimus, ejus scriptum est nomen et picta imago in Kalendario effigiato Moscuensi, quod edidit Papebrochius quodque elaboratum fuit anno* 1628 (8). *Similiter in Sobornik seu Synaxario Ruthenorum peculiari diœcesis Kioviensis, quo præter sanctos a Græcis acceptos etiam Peczerienses seu Pieczarenses* E *et proprii Ruthenorum continentur. Id, quoque ad calcem Euchologii repertum, interpretatus est et ad Papebrochium misit anno* 1688 *P. Georgius David, testatus id etiam Moscis usitatum esse. In eo itaque post memoriam S. Hilarionis Velik seu Magni, de quo supra egimus, additur :* Et translatio venerabilium ossium S. P. N. Hilarionis, episcopi Meglenscensis. *Paulo uberius hæc explicantur in alio Kalendario Ruthenico, cujus mensem Julium, Augustum, Septembrem et Octobrem latinos fecit et anno* 1712 *ad decessores nostros destinavit baro de Sparwenfeld, non ignobile in literis Slavicis nomen; atque ibi similiter post S. Hilarionis Magni laudes sequuntur :* Item apportatio reliquiarum S. P. N. Hilarionis episcopi Meglinici ad annum 6672 sub imperatore Emanuele Græco.

Moglenorum, quæ et Meglina et Meglena, apud antiquos memoria

3 *In hactenus adductis monumentis, ex quibus de* S. Hilarionis *apud Ruthenos cultu satis constat, ejus episcopalis sedis nomen tribus effertur modis,* Mehlensis *seu, ut est apud Lequien* (9) Mohelensis, *dein* Meglenscensis *et* Meglinicus : *sed omnibus his formis* Meglena, Meglina *seu* Moglena *indicatur. Ut autem difficultas, quæ in duabus primis inesse videri possit, dispareat,* discat lector, *Kulczinckii verbis utor* (10), F quod quamvis Rutheni scribant more Græcorum literam gamma, pronunciant tamen eam per literam *H*, ut Gabriel, *Havryl*, Georgius, *Heorhiy; ita ut Ohilewiczius et qui aliam lectionem suggessit Lequieno, pronuntiandi potius modum quam scribendi secuti fuerint. Equidem haud scio de Moglenorum oppido sermonem fieri ante annum Christi* 1050: *cujus vere imperator Basilius, cognomine Bulgarus ab atrocissimo Bulgarico bello dictus, post receptum Bodenæ castellum* Xiphiam et Constantinum Diogenem cum exercitu in regionem Moglenorum (των Μογλενων) misit; qui cum eam depopulati urbem obsiderent, supervenit ipse; et amnis (*Karadjova*), qui urbem alluebat, alveo adverso, suffossis murorum fundamentis, et interjecto cavernis ligno aliaque ignis capace materia, incendio muros evertit. Quo viso oppidani miserabiliter supplices facti se et munitionem dediderunt. Captus est ibi-

(1) Acta SS. tom. I Maji, pag. XLVIII et seq. — (2) Oriens Christianus, tom. I, col. 1287. — (3) Moroni, Dizionario di erudizione ecclesiastica, tom. XLVI, pag. 8. — (4) Specimen ecclesiæ Ruthenicæ, pag. 55. — (5) Kalendaria ecclesiæ universæ, tom. V, pag. 312 et 313. — (6) Ibid. tom. I, pag. 7. — (7) Apparatus sacer, tom. II, pag. 565. — (8) Assemani, Kalendaria ecclesiæ universæ, tom. I, pag. 6. — (9) Oriens Christianus, tom. I, col. 1287. — (10) Specimen ecclesiæ Ruthenicæ, part II, pag. 84.

AUCTORE V. D. B.

dem.... Moglenorum princeps Elitzes aliique procerum multi et manus haud parva militum. Armis ferendis idoneos Aspracaniam deportat imperator : colluviem reliquam diripi jubet, et castellum, cui Notia nomen, incendi, Moglenis vicinum. *Hæc Georgius Cedrenus* (1). *Ejusdem quoque oppidi meminit Anna Comnena, narrans quæ ad finem sæculi* XII *fata manserint in Macedonia Boemundum III, principem Antiochenum :* Per Bodena, *inquit* (2), pervenit Moglena ibique castellum olim dirutum restituit. Dein, relicto ibi cum satis magna militum manu comite, Saraceno cognominato, ad Bardaren se in locum contulit, qui Aspræ Ecclesiæ vocantur... Boemundus Aspris Ecclesiis profectus est Castoriam : quo cognito, magnus domesticus Moglena contendit, iisque potitus Saracenum occidit ac statim castellum funditus destruit. *Ex multis aliis adjunctis, quæ Cedrenus et Anna præmittunt et subjiciunt, manifestum est Moglenorum oppidum situm fuisse neque procul a Thessalonica, neque procul a Bodena : ita ut mirabile sit viros fuisse doctos qui Bodenam et Moglenam confuderint, alios qui hanc in Phrygia collocandam esse cogitaverint. Dubitavit Stritter* (3) *utrum Smolenorum tellus, de*
B *qua in scriptis Philippi eremitæ (floruit hic ad finem sæculi* XI) *et in historia bellorum, ad sæculi sequentis finem in Macedonia ab imperatoribus Constantinopolitanis gestorum, mentio fit, eadem sit ac Moglenorum sedes : ad quod ajendum ratus est cl. v. Von Spruner* (4). *Sed Smolenos magis ad Orientem spectasse, positosque fuisse in finibus Thraciæ et Macedoniæ ad fluvium Mestam* (Msta), *ex his quæ collegit cl. v. Schafarik* (5) *certum videtur.*

et situs. Eadem est civitas ac Edessa Macedonica.

4 *Cæterum hujus oppidi situs satis nunc innotescit. Distat scilicet a Thessalonica leucis geographicis fere novem, a Bodena quatuor circiter, et tribus fere a flumine Bardare, cujus alveus ad Orientem jacet. Notatus bene est ejus situs in tabulis* 61 *et* 62 *Atlantis historici geographici Spruneri; in mappa Græciæ, inserta tomo IV itinerum Poucqueville; in ea quoque quæ comitatur libros Ami Boué de Turcia Europæa, octodecim abhinc annis editos etc. : sed error est in tabula* 59 *Spruneri, in qua Moglena ad ripam orientalem fluminis Bardares ponitur, ejus locum occupante Edessa. Verumtamen error is non est qui prima specie apparet. Etenim in* Expositione imperatoris Andronici Palæologi *senioris* (*imperavit autem is ab anno* 1282 *ad* 1332), quem locum
C nunc teneant metropoles quæ Constantinopolitano throno subjectæ sunt, *legitur inter urbes quæ nomen ultimo mutaverunt* Ἐδεσσα τανυν Μογλαινα, Edessa nunc Moglæna (6) : *ita ut Sprunerus duplicarit id oppidum, Edessæ tamen verum suum situm assignans : sola itaque Moglena expungenda sunt aut juxta Edessam scribenda. Lequien* (7) *sibi visus est reperisse Moglena et Edessam diversas esse civitates, quoniam Cantacuzenus Niphonem appellat* τον ἐπισκοπον Μογλαινων (8) *et inferius Edessam sæpius* (9) *nuncupat; et quia sibi persuaderi passus est a Chrysantho, patriarcha Græco Hierosolymitano* (10), *Bodenam eamdem esse civitatem ac Edessam. Sed nequaquam audiendus est Orientis Christiani auctor. Chrysanthus enim recentior scriptor est, non majoris ponderis quam Sophianus,* D *qui Bodenam et Moglena eamdem civitatem esse opinatus fuit* (11); *et quod ad Cantacuzenum attinet, vulgari is vocabulo designavit episcopum, erudito civitatem. Sæculo superiori episcopum adhuc habebant Moglena, Archridensi archiepiscopo subjectum* (12) : *neque scio hunc rerum ordinem deinceps mutatum fuisse. Omittit tamen eum Ami Boué.*

Civitatis hujus nomen, cujus forma varia est, originem Slavicam habet.

5 *In his, quæ hactenus contulimus, civitatem hanc seu oppidum constanter Græcis dictum fuisse* Moglena *seu* Moglæna, *numero plurali neutro, animadverterit procul dubio lector. Verum certum est olim a Slavis, ut inferius ex Prologo Slavonico apparebit, nomen* Meglina *et* Meglena *usurpatum fuisse; atque nunc etiam in usu esse testes sunt recentiores viatores aliique eruditi. Ineunte sæculo* XVIII Moclanta *dictum esse perhibet Lequien* (13); *sed meliorem auctorem desidero. Porro* Meglena *et* Vodena *Slavica verba sunt, quorum prius significat* vicum obscurum, tenebrosum (Mgla *enim* tenebræ *sunt seu* obscuritas), *et alterum* vicum aquosum : *utrumque autem a naturali locorum conditione inditum fuit a Slavis, quum in Macedoniam penetrarunt easque occuparunt sedes. Pluribus pro suo instituto de his disserit cl. v. Schaferik* (14). *Nos vero id unum animadvertemus eorum adventum obscurissimum esse;* E *verumtamen videri jam sæculo* VII *et* VIII *aliquot Slavorum colonias in Macedonia nova sibi quæsivisse habitacula, et aliquando tandem, maxime in mediterraneis, prævaluisse. Atque hæc de sede episcopali* S. Hilarionis *paulo latius evolvenda fuere, quod tenebris et erroribus pleni sunt libri, in quibus hactenus de ea actum est.*

S. Hilarionis *laudes ex libris ecclesiasticis Slavicis.*

6 *Ut me monuit R. P. Gagarin, passim dux meus, in Menæis Slavonicis, quibus sanctorum Vitæ continentur, brevissima* S. Hilarionis, *episcopi de* Meglin *seu* Meglina, *commemoratio fit; contra in aliis Menæis, quibus Officia sanctorum clauduntur, longum de eodem sancto officium legitur, ex communibus tamen laudibus potius constans quam ex notionibus certis et historicis. A puero dicitur ibidem sanctis vixisse moribus, episcopalem dignitatem ornasse virtutibus, religiosas domos promovisse, doctrina sua acriter impugnasse hæreses, splenduisse miraculis et alia id genus. Quæ omnia fere capiuntur sequenti Tropario, quod ibidem quoque legitur et quod a Kulczinckio* (15) *et Assemano* (16) *jam editum est :* Magnis virtutibus illustris, monachorum cœtus rexisti, pontificalem sedem purgasti, hæreticorum impetus repressisti, F Christo dicatas domos erexisti, o sancte Hilarion ! Post obitum vero tuum integrum et incorruptum mansit corpus, funditque curationes infirmis ac dæmones propellit. Tu ergo impetra apud Deum salutem æternam animabus nostris. *In Contacio, quod ibidem similiter habes, festi ejus celebritas laudatur et cura gesta de monachis. Accipe verba :* Prout lucifera comparuit pontificis commemoratio; illico tenebras somnolentiæ pepulit, lucemque attulit donorum cælestium, omnes convocans ad festum. Tu, o Hilarion, invenisti gratiam apud Deum, cum extiteris monachorum optimus institutor. *In his, ut patet, nil est quo statui posse videatur* S. Hilarionis *ætas, quum numquam fere in his*

(1) Historiarum compendium, pag. 461, edit. Bonn.—(2) Alexiados, lib. v, cap. 5, pag. 243, edit. Bonn. —(3) Memoriæ, Bulgarica ex Byzantinis, tom. II, part. II, pag. 702. — (4) Atlas des Mittelatters, tab. 61, edit. prima. —(5) Slawische Alterthümer, Deutsch von Mosig. von Aehrenfeld, tom. II, pag. 221.—(6) Ap. Schelstraete, Antiquitatis ecclesiæ opus geographicum, pag. 782. (7) Oriens Christianus, tom. II, col. 283 et 284.—(8) Cantacuzeni Historiarum lib. I, cap. 44, tom. I, pag. 215, edit. Bonn. — (9) Ibid. cap. 54 et seqq. pag. 273 et seqq. — (10) Ecclesiæ Orientalis notitia, ap. Lequien, tom. II, col. 283 et 284. — (11) Ibid. col. 317 et 318. — (12) Ibid. loc. cit.; cfr Poucqueville, Voyage de la Grèce, lib. VII, cap. 6, tom. III, pag. 51, edit. 1826. — (13) Ami Boué, La Turquie d'Europe, tom. I, pag. 185 et Visquenel, ap. eumdem, tom. I. pag. 190; Schafarik, Slawische Alterthümer, tom. II, pag. 226. — (14) Slawische Alterthümer, tom. II, pag. 162 et seqq.— (15) Specimen ecclesiæ Ruthenicæ, pag. 55. — (16) Kalendaria ecclesiæ universæ, tom. V, pag. 312.

partibus

A *partibus ecclesia hæresibus afflicta non fuerit et monastica vita semper fuerit in honore.*

Transfertur Moglenis Ternobum, ubi in templo Quadraginta Martyrum deponitur.

7 *Neque ex Prologo Slavonico, quo narratur sacrorum ejus ossium translatio, aliquid certi et definiti eruere licet, nisi quod jam colebatur ante annum* 1205, *quo Moglenis Ternobum ea deportata sunt. Ecce autem quæ in illo libro ad* 21 *Octobris leguntur :* Calojoannes, rex Bulgarorum et frater regis Asanis, armis potitus est Græcia, Thracia, Neade et Hellade et usque ad oppidum Meglinorum profectus est, quod etiam obtinuit. Invenit in eo feretrum B. Hilarionis. Incensus itaque sancto ardore, statuit reliquias beatissimi viri transferre Ternobum, regni sui caput, jussitque arcam a suis apprehendi : atque hi sumpsere reliquias cum pyxide et sanctum transtulerunt. Porro quum patriarcha Ternobensis cum universa Bulgarorum regione sancti adventum audiisset, obviam ei processit cum episcopis et omni suo clero, cum magnatibus et populo, cum cereis, thuribulis et omnigenis odoramentis, deposueruntque ejus corpus die 21 Octobris in civitate Ternobo, quam Deus servet. Multo autem tempore multisque annis post, novus rex, dictus B Joannes Asanes, filius Asanis senioris, sceptrum adeptus est et dominatus est Bulgaris, Græcis, Francis, Serbis, Arbanasibus et omnibus oppidis utriusque maris. Jam vero hic rex Joannes Asanes decrevit erigere templum ad honorem Quadraginta Martyrum. Quum igitur constructum id esset et magnifice exornatum, eo illatum est et honorifice depositum corpus ter beati pontificis Hilarionis. Quo qui cum fide accedunt, curationes fiunt in eorum gratiam. Per preces sancti dignetur nos Deus in suum admittere regnum. *Atque hæc jam explicanda et propius determinanda sunt.*

Hujus translationis tempus ex chronologia regum Bulgariæ definiendum est.

8 *Tria hic nomina occurrunt : Asan Senior, Calojoannes et Joannes Asanes. At vero Senior Asan is est qui cum fratre Petro Bulgaris auctor fuit defectionis a Byzantino imperio circa annum* 1185 ; *unde altera regum Bulgariæ series ab eo incohata fuit. Occiso Asane anno* 1195, *moxque Petro quoque e medio sublato, regnum cavessivit frater eorum Joannes seu Joannicius, qui et Calojoannes. Huic successit anno* 1207 *Borilas, sororis filius, Joanne Asanis filio adhuc impubere apud Russos interim commorante : qui post aliquod tempus reversus in patriam cum copiis, Ternobum septennali obsidione* C *cinxit, eaque anno* 1215 *aut* 1216 *capta, avunculum carcere clausit suumque adversus est regnum; quod usque ad annum* 1241 *tenuit* (1). *Unde patet priorem translationem factam esse inter annos* 1196 *et* 1207, *posteriorem inter annos* 1216 *et* 1241. *Sed accuratiora quærenda videntur.*

Facta fuit anno 1205, *quum Calojoannes institueret expeditionem*

9 *Equidem recensere nolim bella omnia, quæ Calojoannes gessit adversus Græcos, et adversus Latinos, qui anno* 1204 *Constantinopolim expugnaverant : hæc enim passim narrata habes apud obvios historicos. Satis sit pauca norisse de expeditione Macedonica; quam partim anno* 1105, *partim anno* 1106 *fuisse factam satis constat* (2). *Latini, Constantinopoli potiti, universam fere Thraciam et Macedoniam occuparerant. Resistebant tamen aliquot civitates, quas inter Hadrianopolis; et Calojoannes, Græcorum imperium ruinam trahere cernens, Philippopolim præceperat. Quum itaque Balduinus, qui Constantinopolitano diademate caput cinxerat, sollicitaret Hadrianopolitanos ut sponte sua se dederent, miserunt illi ad Calojoannem legatos, qui eum excitarent ad debellandos Latinos, Hadrianopoli in præmium proposita. Hæc sibi facile suaderi passus est Bulgarus; et Comanorum seu Hunnorum immanissimis copiis accitis, tam feliciter contra Latinos pugnavit, ut Balduinum imperatorem interceperit : quem et Ternobi crudeli nece affecisse fertur. Porro Hadrianopolim perrexit, civitatem in suam ditionem recepturus; at, spreta promissorum fide, portis exclusus est. Obsidione eam cingere voluisset Calojoannes; verum, ut hanc artem ignorabat, hinc discessit, et* cum nullus, *ut loquitur Georgius Acropolita* (3), illi se opponeret, Italis ab eo penitus debellatis, universam Macedoniam excurrit, præda ingenti locupletatus, urbes cum ipsis habitatoribus spolians funditusque evertens, eo animo ut, si quando Romani, infortunio desæviente, respirassent, propria oppida recuperare nequirent. *Complures deinde captas civitates recenset Georgius; sed* alias quam plurimas, quas enumerare operæ pretium non est, *omittit : quas inter Moglena seu Meglena intelligi ne dubites; quippe quum ad meridiem hujus oppidi descenderit Calojoannes, Thessalonicam usque veniens : quod ille idem Acropolita testatur* (4), *consentientes sibi habens Nicetam Choniatem et Nicephorum* (5). *Quum* E *autem hæc strages an bellum cessarit fere* diebus paschalibus indictione IX, anno mundi 6714 (6), *seu Christi* 1206, *corpus vero* S. Hilarionis *Ternobum illatum sit die* 21 *Octobris, manifestum est hoc fuisse factum anno* 1205. *Et quidem ex ordine, quem Nicetas Choniates in narrandis rebus sequitur, liquidum est Calojoannem in Thessalonicensium partes venisse initio belli; neque hic, quum sacrum pignus Ternobum advenit, piæ pompæ interfuisse legitur, utpote qui bellum promovere pergebat. Hinc collige in Synaxario Sparwenfeldii errorem cubare, ubi hæc translatio refertur ad annum mundi* 6672 *seu Christi* 1164, *et ad imperium Emmanuelis Comneni, qui purpuram gessit ab anno* 1145 *ad* 1180. *Scribendus erat annus mundi* 6715, *imperatore Græcorum Theodoro Lascari I, Latinorum Balduino I captivo.*

AUCTORE V. D. B.

Macedonicam. Catholici tunc erant Bulgari, qui sane non coluissent S. Hilarionem, *si fuisset schismaticus.*

10 *Atque hinc quoque solvitur quæstio, quæ sponte occurrit quotiescumque sancti orientales illustrandi sunt, de quorum ætate minus constat; scilicet an* S. Hilarion *episcopus catholicus habendus sit an schismaticus. Re quidem vera non licet nobis, quos* S. Hilarionis *gesta fere latent, argumentis id demonstrare et rationibus, ex ipsius beati viri vita depromptis; sed confidendum est antistitis Ternobensis, qui ejus reliquias honorifice excepit, judicio, quippe qui probe catholicus esset. Scilicet Calojoannes ab anno* 1197 *Romanæ ecclesiæ communionem atque tutelam sibi suæque genti poposcerat et demum ab Innocentio III efflagitarat. Ab anno nempe* 1199 *ad* 1204 *ultro citroque pluribusque missis et acceptis literis ac legationibus, convenit inter utrumque ut Bulgarus chrysobullo se suasque ditiones Romanæ sedis auctoritati subderet, vicissim vero pontifex regiæ dignitatis insignia, coronam et sceptrum cum vexillo Christi cruce ac clavibus Petri insignito ad regem mitteret; ad hæc Basilium archiepiscopum de Debelto seu Zagora in sede Ternobensi institueret, collatis ei in ecclesiam Bulgaricam primatis juribus, et demum episcopos Beleshugdensem et Præslabensem, metropolitica dignitate auctos, una cum Basilio primate palliis ornaret. Quarum rerum seriem longa narratione prosecuti fuere Joseph Simonius Asse-*

(1) Stritter, Memoriæ, Bulgarica ex Byzantinis, tom. II, part. II, pag. 672 et seqq.; Assemani, Kalendaria ecclesiæ universæ, tom V, pag. 98 et seqq.; cfr Acta SS., Auctarium tom. VI Oct. pag. 67 et 68; Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 446. — (2) Cfr Stritter, tom. II, part. II, pag. 719; Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 446. — (3) Annales, pag. 25. edit. Bonn. — (4) Ibid. pag. 26. — (5) Ap. Stritter, tom. II, part. II, pag. 710 et 711. — (6) Nicetas Choniates, ap. Stritterum, pag. 719.

manus

AUCTORE V. D. B.

manus (1) *et Jacobus Coletus* (2), *breviori Hurter* (3), *Lequien* (4), *Moroni* (5), *et B. M. Antonius Tinnebroek, non ita pridem collega meus* (6). *Apud Græcos altum de his rebus silentium; adeoque Basilium, jam primatem, jam patriarcham dictum, quod ad finem usque vitæ in communione catholicæ ecclesiæ perseveravit, omittunt plane schismatici neque ullam ejus rationem habent* (7). *Quocirca quum extra controversiam sit Basilium probe fuisse catholicum, non est dubitandum quin perspectum habuerit* B. Hilarionem *ante schisma Byzantinum vixisse aut certe id non participasse; secus enim cælitum honores ejus corpori non adhibuisset.*

Dein sub annum 1234 *positæ fuere ejus reliquiæ*

11 *Volunt nonnulli schisma post Basilii mortem continuo renovatum fuisse; verum nequaquam id apparet. Attamen Joannes Asanes, qui ab anno* 1217 *ad* 1241 *aut* 1243 *regnavit, varius fuit, jam ad Latinos, jam ad Græcos inclinans; ita ut dubium reliquerit an in ecclesiæ pace vitam finierit* (8) : *sed nostra parum interest accuratius in ea inquirere. Eo regnante, in novam Quadraginta Martyrum ecclesiam solemniter translata fuisse* S. Hilarionis *ossa supra vidimus. Quo anno incertum est, quum nil aliud tradatur in Prologo quam id factum esse* multo B tempore multisque annis post primam translationem. *Nihilominus non procul a vero aberrabimus, si id sub annum* 1233 *statuemus; quum denique, multis relatis victoriis, late dominationem suam propagasset Joannes Asanes. Anno enim* 1226 *perfidum Theodorum Comnenum, qui et Angelus Theodorus, devicit et dein, magna Thraciæ et Macedoniæ parte occupata, in Thessaliæ montana, quæ Magna Blachia dicebatur, excurrit; Elbanum cepit et usque Illyricum rapinis omnia vastavit* (9); *quo tempore vere utriusque maris oppidis dominatus esse dici potuit. Postea fœdus pepigit cum Græcis, et anno* 1233 *copias suas sociavit cum exercitu Joannis Ducæ, qui jam imperium Græcorum obtinebat, bellumque Latinis intulit. Neque infeliciter cessit hæc expeditio : ad Constantinopoleos muros usque, quos illi defendebant, movit : sed autumno domum rediit. Atque tunc tandem modo qualicumque dicere licuit eum dominatum fuisse Bulgaris, Græcis, Francis, Serbis et Arbanasibus.* D

in novo templo Ternobensi; quod an adhuc exstet ignoratur.

12 *De templo Ternobensi Quadraginta Martyrum nullam aliam reperi notionem præter eam quæ est in recitato Prologi loco. Quod autem plane latet quis sit præsens* S. Hilarionis *Ternobi cultus, nemo mirabitur, quum paucissima de ipsa Ternobo sint nota. Hanc civitatem, quæ latine et Græce Trinobus appellatur, vulgo autem* Trnova, Tarnoba, Tornoba, Turnowo, Ternova, Ternowa, Trinava *etc.* (*omnibus his modis ejus nomen scriptum reperio in libris italicis, germanicis et gallicis*) *olim caput fuisse Bulgariæ jam diximus. Sedes nunc est Turcici ayan et archiepiscopi schismatici. Incolas habet octies aut duodecies mille, plerosque Bulgaros. Alia quæ innotuere ad situm et* E *industriam pertinent. Faxit Deus ut tandem aliquando hæc loca iniquissimo quo premuntur jugo fiant libera; destruat et murum divisionis, quo filii, ex aquis baptismalibus nati, a veræ matris suæ, ecclesiæ catholicæ, amplexibus impediuntur; et præstet tandem aliquando ut unus sit pastor et unum ovile, quemadmodum erat, quum floreret* S. Hilarion!

(1) Kalendaria ecclesiæ universæ, tom. V, pag. 125 et seq.— (2) Illyricum sacrum, tom. VIII, pag. 210 et seqq.— (3) Histoire d'Innocent III, tom. I, pag. 285, 424, 565 et seqq. edit. Brux.— (4) Oriens Christianus, tom. I, col. 1252. — (5) Dizionario di erudiz., v° *Ternova*. — (6) Act. SS. Auct. ad tom. VI Octobris, pag. 61. — (7) Cfr Assemani, Op. cit. pag. 171. — (8) Act. SS. Auct. ad tom. VI Oct. pag. 61. — (9) Georgius Acropolita, ap. Stritter, tom. II, part. II, pag. 725.

DE S. BERTHOLDO, CONFESSORE,

OBLATO IN PARMENSI S. ALEXANDRI PARTHENONE

V. D. B.

C

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

F

§ unicus. Fata monasterii S. Alexandri. Ætas, patria et cultus S. Bertholdi. Conversorum origo.

INEUNTE SÆCULO XII. *Bernardi, regis Italiæ, ex sanguine Caroli magni nati, vidua*

Anno 781, *sabbato sancto curarat Carolus Magnus filium suum Carlomannum, deinceps Pippinum appellatum, e fonte baptismali levandum ab Hadriano I papa et postridie ab eodem pontifice inungendum in regem Italiæ* (1). *Hanc coronam gessit Pippinus usque ad annum* 810, *quo, annos fere natus* 34, *die* 8 *Julii, vita functus est, parvulum relinquens filium, natum ex concubina, Bernardum nomine* (2). *Voluit Carolus Magnus anno* 812 *hunc quoque regem Italiæ fieri* (3). *Utut puer erat, maxima quæque affectabat. Quocirca, quum anno* 817 *Ludovicus Pius Lotharium, filium suum primogenitum, in imperii consortium accersisset, et imperatoriæ coronæ dixisset hæredem, ægerrime id tulit Bernardus, ratus sibi, regi Italiæ, hæc potius competere, et aperte rebellavit. Male cessit id tentamen, quod oculis cæcatis luit, triduo post, die scilicet* 17 *Aprilis anni* 818, *sequente ex vulneribus morte : annum ætatis tunc agebat decimum nonum* (4). *Porro uxorem duxerat Cunegundem et ex ea filium Pippinum genuerat; sed hic rebelli patri non successit, translato regno ad Lotharium, quem modo filium Ludovici Pii fuisse dixi.*

circa annum 833 *condidit Parmæ S. Alexandri Benedictinum parthenonem, cujus fata brevibus declarantur.*

2 *Videtur illa deinde junior vidua rebus piis animum omnino applicuisse et fundandis ecclesiis aut monasteriis dedisse operam* (5); *quæ inter venit puellare* monasterium sanctæ Dei genitricis Mariæ et sancti Alexandri martyris Christi, situm intra muros civitate Parmensis, quod in nostris, *inquit ipsamet anno* 833, propriis rebus construere vel

(1) Muratori, Annali d'Italia, ad an. 781, tom. IV, 378 et 379. — (2) Ibid. ad an. 810, pag. 474 et 475. — (3) Ibid. ad an. 812, pag. 482. — (4) Ibid. ad an. 817 et 818, pag. 504 et seqq. — (5) Cfr Bordonus, ecclesiæ Thesaurus Parmensis, pag. 226.

ædificare

A ædificare visa sumus (1). *Voluit autem id rebus temporalibus bene instructum esse.* Cogitans *itaque, ut ait,* pro mercedem animæ seniori Bernardi, vel mea, seo filio meo Pippini, *diploma confieri jussit,* ita, *addit,* ut ab hac die habeat ipsum sanctum meum monasterium omnes verum rebus meis, quas nunc tempore ad manum meam habere visa sum hic in finibus Parmensis, seu Regiensis, Motinensis, tam monasterias et curtis seu massariciis rebus meis. In primo monasterias duas, unum verum monasterium infra hanc muros civitatem Parmensis, qui est ad honorem S. Bartholomæi apostoli. Alium namque monasterium foris muros civitate Regio non longe ab ipsa civitate, qui est ad honorem sancti Thomei apostoli. *Atque hæc donat cum omnibus quæ ad eadem pertinent; neque hæc tantum, sed innumeras alias curtes, mansos, servos etc.* Actum in Parma civitas, regnantibus dominis nostris HLudovico et HLothario imperatoribus anno vigesimo secundo et sexto decimo, septimo decimo kal. Julias, indictione tertia decima, *seu anno Christi* 855. *Dum autem tot regna et tot respublicæ circumcirca ruinam fecerint, perseveravit id asceterium sub S. Benedicti regula per decem fere*
B *sæcula. Margarita, ejus abbatissa, sponte gubernatione cedente, Innocentius VIII papa, bulla anno* 1486 *data, decrevit abbatissam deinceps triennalem fore, monialesque visitationi et correctioni abbatis sancti Joannis evangelistæ Parmensis subjecit* (2); *quibus legibus stetit usque ad iniens sæculum, quo nunc vivimus. Tunc enim suppressum est; et ejus templum a presbytero œconomo nunc regitur* (3).

Vitam fere duxit in hoc monasterio S. Bertholdus, *plures nactus biographos.*

3 *Porro in hoc monasterio magnam vitæ partem egit* S. Bertholdus, *ibique mortem et cælitum honores accepit, ut ex edenda Vita certum est. Jam vero de eo scripsere complures. Inter eos, quorum scripta in publicam lucem prodierunt, habes Gorofanum in Sanctuario ecclesiæ Parmensis; Ranultium Picum in Theatro sanctorum Parmensium; Ferrarium in Catalogo sanctorum Italiæ, qui liber sæculo superiori cum titulo Hagiologii Italici, mutationibus aliquot introductis, iterum typis excusus est; Bordonum in Thesauro sanctæ ecclesiæ Parmensis, aliosque. Præterea submisit nobis egregius fautor noster cl. v. Cornazay duas Vitas mss. antiquiores, alteram italice, alteram latine conscriptam; quæ posterior reliquorum omnium scriptorum fons est et origo et italicæ exemplar seu protypum. Hæc a suppare collecta videtur*
C *et bona est, nil habens quod fidem superet aut pugnet cum chronologia et historiæ adversetur. Miracula quidem in ea leguntur nonnulla, quæ vellemus juridicis testimoniis fulta videre; verum hæc ideo incredibilia non sunt, nisi ea quoque in dubium vocare libeat quæ in optimis sanctorum Vitis occurrunt. Cæterum hæc pro more lectorum judicio permittimus.*

Mortuus est hic sanctus initio sæculi XII; *parentes ex Anglia Mediolanum venerant circa annum* 1070:

4 *Neque in hac Vita latina, neque in italica accurate tempus designatur quo* S. Bertholdus *vixerit; verumtamen indicia aliquot in eis reperire est quibus in ejus rei qualemcumque notitiam veniamus. Certum imprimis est ex his quæ in edenda Vita num.* 8 *de ejus sepultura narrantur, mortuum esse bonum Fratrem, dum* antistes civitatis Parmensis *esset,* qui Bernardus nominabatur, multæ sanctitatis vir: *quibus verbis designatur S. Bernardus de Ubertis, natione Florentinus, qui ab anno* 1106 *ad* 1114 *aut paulo ulterius sedem episcopalem Parmensem obtinuit* (4); *quod accuratius expendendum ei relinquimus, qui ad* 4 *Decembris, qua sanctus ille Martyrologio Romano inscriptus est et Parmæ colitur, ejus acta prosequetur. Interea observabimus certe scopulo impegisse Ferrarium, ubi, Sanctuarii ecclesiæ Parmensis auctoritate ductus, statuit* S. Bertoldum *e vita migrasse anno salutis* 1101. *Minimum quinquennio tardius id factum. Aliquatenus etiam assequi licet quandonam his in terris* S. Bertoldus *natus sit. Ut num.* 1 *Vitæ traditur, venere parentes ex Anglia in Longobardiam, quo* tempore magnum inter Gallos et Anglicos erat prælium; ex quo fiebatur regionum destructio maxima et hominum cædes in partibus ubi ipsi habitabant. *Quæ aperte referenda sunt ad bella, anno* 1066 *a Guilielmo Notho, seu Conquæstore, Normanniæ duce, suscepta adversus Anglos. Plures annos durarunt hæc prælia, quibus reapse Anglia seu Britannia infinitis cladibus affecta est, brevi tamen post, regnantibus novis dominis, quam felicissime revictura. Dum autem initio sævirent Normanni, multi pristini incolæ se fuga subduxerunt calamatibus quæ eos manebant. Constantinopolim usque nonnulli perrexere, aliis in Germaniam, Galliam et Italiam transeuntibus* (5). *Ab anno* 1070 E *maxime hæ fugæ cœptæ fieri. Quod vero Normanni* Galli *vocantur, et Anglia* Britannia *dicitur, id pro veteri fit more. Sic quum exeunte eodem sæculo* XI *ad concilium Claromontanum venit Urbanus II papa, in* Gallias *venisse dicitur,* Gallos *ad bellum sacrum excitaturus : quibus nominibus intelliguntur universæ terræ et populi, qui pristinis Galliis, quales erant Romanorum ævo, capiebantur.*

AUCTORE V. D. B.

hinc ob bellum contra simoniacos sub annum 1071 *perrexerant Parmam, ubi brevi genuerunt sanctum filium.*

5 *Quum autem Mediolanum venissent* S. Bertholdi *parentes, res minime tranquillas ibidem repererunt. Tunc enim temporis S. Herlembaldus, cujus in hoc opere socius, S. Arialdus, anno* 1066 *occisus fuerat* (6), *pergebat voce et gladio acriter impugnare clericos simoniacos et concubinarios; quæ contentio dum ferveret, primo quadragesimæ sabbato anni* 1071 *Mediolanum teterrimo incendio conflagravit* (7). *Neque homo unus, qui legerit Arnulphi scriptoris Mediolanensis cœvi historias, mirabitur inter media dissidia, quibus illa civitas ejusque ager tum agitata fuere, penuriam publicam famemque exortam esse et complures incolas, quos inter* S. Bertoldi *parentes, his malis pressos, meliorem sedem quæsiisse. Verum quum* S. Bertoldi *biographus addat, eosdem parentes* in Parmensem civitatem venisse quæ illo tempore F sanctæ ecclesiæ subjecta erat, *prima specie impedimentum viæ nostræ objicere videtur, quod tamen facile amovebitur. Nemini ignotum est Cadaloum, Parmensem episcopum, ab anno* 1061 *ad* 1063 *supremam pontificiam dignitatem affectasse; unde cognitus sit nomine Honorii antipapæ. In sede Parmensi successit Cadaloo Heberardus anno* 1063 *aut* 1064. *Hic quoque tempore S. Gregorii papæ VII schismaticus factus est et anno* 1079 *pessimum suum animum maxime ostendit. Verum nil omnino est cur sub annum* 1071, *quo fere tempore Parmam migrarunt* S. Bertoldi *parentes, schismaticus fuisse habeatur. Anno enim* 1067 *in concilio Mantuano ita probarat omnibus Alexander papa II electionem suam legitime fuisse factam, ut ipsi Longobardiæ episcopi, quos inter Parmensis recensebatur, eam validam habuerint* (8). *Non est itaque dubitandum quin ab*

(1) Ap. Mabillonium, Annales Benedictini, tom. II, app. num. LVIII, pag. 689. — (2) Bullarium Casinense, tom. I, pag. 597; cfr Lubin, Abbatiarum Italiæ brevis notitia, pag. 285. — (3) Zuccagni-Orlandini, Corografia fisica, storica e statistica dell' Italia e delle sue Isole, tom. VIII, pag. 245, 265, 267 et 268. — (4) Ughelli, Italia sacra, tom. II, col. 168 et seqq. — (5) Cfr Aug. Thierry, Hist. de la conquête d'Angleterre, liv. v. tit. II, pag. 5 et seqq. Bruxelles, 1859. — (6) Puricelli, de SS. Herlembaldo Cotta, lib. IV. cap. 23, pag. 244 et seqq. — (7) Ibid. cap. 31, pag. 265. — (8) Cfr Muratori, Annali d' Italia, ad an. 1067. tom. VII, pag. 215.

AUCTORE V. D. B.

hoc tempore Parmensis civitas sanctæ ecclesiæ subjecta fuerit. *Non tamen diu durarit hæc felix rerum conditio : quum scilicet ineunte anno* 1076 *Gregorius VII a conventu Wormatiensi depositus fuit, Heberardus secutus est schismaticorum partes, ut alii plures superioris Italiæ antistites. Hæc si recolligamus, venere* S. Bertholdi *parentes ex Anglia Mediolanum circa annum* 1070; *aliquanto post, anno scilicet* 1071, *migrarunt Parmam;* in primo anno, quo in civitatem Parmensem ad habitandum venerunt, *verbis utor biographi*, Berta unum peperit filium et Bertoldi nomen imposuit; *anno* 1078, *seu ætatis septimo, discere cœpit artem sutoriam; anno* 1083, *ætatis duodecimo, obtulit se in conversum monasterio S. Alexandri; ubi, post instituta itinera Romanum et Viennense in Gallia, inter annum* 1106 *et* 1114 *diem obiit, annos natus plus minus quadraginta.*

S. Bertholdus videtur primus conversus fuisse, cui ecclesiastici honores delati fuerint. Conversorum in monasteriis origo,

6 *Quum autem, quantum sciam,* S. Bertoldus *primus* conversus *sit, qui cælitum honores in terris assecutus fuerit, placet pauca addere de hoc virorum genere. De eo scripsere complures; sed nemo uberius neque accuratius quam Joannes Benedictus Mittarelli Camaldulensis, qui Dissertationem edididit de variis speciebus veterum conversorum in ordine sancti Benedicti et præcipue in congregatione Camaldulensi* (1). *Ab initio distinctus est in ordine S. Benedicti duplex hominum ordo : alii, qui a sæculo, quod norant numquam, conversi non fuerant, sed in pueritia oblati fuerant a parentibus; alii, qui adulta ætate ad religionis portum confugerant; atque hi* conversi *dicebantur, illi* oblati *et* nutriti. *Similiter ab initio recepti viri docti et rudes; quorum priores rebus fere mentalibus et sæpe clericalibus occupabantur; posteriores agris colendis, pecoribus pascendis et similibus. Verumtamen hi non ratione sui status detinebantur id genus occupationibus; adeoque, quum literis informati essent, nil vetabat ne ad sacros ordines promoverentur. Abbatum erat singulis sua indicere opera; ita ut, si uni corporales labores facerent, alteri alios, hæc res penderet a superiorum discretione, unicuique pro viribus et opportunitate quid præstandum esset præscribentium. Verum quum inter Benedictinos vita eremitica addita fuit monasticæ, necesse visum est viros aliquot habere qui res externas curarent, quum harum procuratio cum solitudine et silentio, quæ in novis his institutis commendabantur quam maxime, parum convenire videretur. Atque hinc in his asceteriis duplex monachorum ordo exortus est, aliis ab omnibus negotiis externis segregatis, aliis eadem administrantibus. Quum itaque ineunte sæculo* XI *S. Romualdus Camaldulensem eremum ædificasset,* conversos *assumpsit, qui et* laici; *similes* laicos *seu* famulos, qui *monasterio* deservirent, *admisere Avellanenses; iisdemque* conversis *usus S. Joannes Gualbertus, Vallis Umbrosæ conditor. Placuit id institutum aliis Ordinis S. Benedicti congregationibus, puta Cluniacensibus, Cisterciensibus, Carthusianis, Grandimontensibus, Hirsaugiensibus aliisque, et passim introducti* conversi laici barbati, famuli regulares, fratres, familiares *etc.; licet non tanta apud hos monachos, quanta apud eremitas, hujus diversitatis esset necessitas.*

servilis conditio

7 *Initio habebatur id hominum genus loco servorum, qui scilicet ob amorem Christi sponte sua servitutem subierant. Hinc eos* servos *et* pueros *a S. Petro Damiano nuncupatos et cibo servili, communibus monachorum ferculis multo viliori, enutritos reperire est* (2). *Quam vitæ normam quum amplectebantur, hanc faciebant promissionem :* Ego Frater N. promitto obedientiam et perseverantiam omnibus diebus vitæ meæ in... pro timore Domini nostri Jesu Christi et remedio animæ meæ. Quod si aliquo umquam tempore hinc fugere vel abire tentavero, liceat servis Dei, qui hic fuerint, me plena sui juris auctoritate requirere et coacte ac violenter in suum servitium revocare. *Posterior hæc pars ubique observabatur; prior autem non ubique erat eadem, sufficiens tamen ut conversi vere religiosi essent : quamquam vulgo non dicebantur* monachi; *immo non numquam expressim id eis denegabatur nomen. Passim etiam conversi a monachis separati erant habitaculis, mensa et choro, et partim tantum officiis divinis intererant. Rustici aliique ex infima plebe primum se in hanc servitutem dederunt; sed postea viri primarii et nobiles, humillimam Christi conditionem, qui nostri amore formam servi suscepit, imitari aventes, se suisque castris et bonis in monasteriorum ditionem translatis, servilem professionem fecerunt; maxime si illiterati essent.*

et honorifica aliquando officia.

8 *Verumenimvero talium virorum admissione mutabatur universa instituti ratio. Non enim eis imponebantur amplius sola opera servilia, sed alia etiam, nonnumquam honorificentissima. Nonnulli quidem pergebant rustica ministeria obire; sed alii emebant et vendebant agros; investituras accipiebant et donationes; officia honestissima camerarii, syndici, procuratoris, vicecomitis, notarii etc. exercebant; irrepsere etiam in electorum capitula; quin abbates aliquando facti sunt et ecclesiarum præpositi, curam animarum gerentes : quod postremum tunc tantum accidebat, quum presbyteri sæculares aut alii viri literati mallent conversi fieri quam monachi, ne tam arcte intra claustrorum repagula cohiberentur. Ast si ubi justo nimis eis permittebatur rerum temporalium et externarum administratio, pronum erat ut non amplius servilis conditionis viderentur, sed plane monachorum et eremitarum domini : et quidem in aliquot congregationibus gravissimæ turbæ a conversorum familia excitatæ fuere : sed hæc prosequi hujus loci non est. Ut itaque ad* S. Bertoldum *redeamus, quum ille in monialium (res animadversione digna) abbatia conversus factus est, plurimum jam propagatum erat id institutum, licet nondum integrum sæculo excogitatum esset; neque tunc visa fuerant gravia incommoda, quæ plurima postea perpassa sunt monasteria : cæterum ipse suas implevit partes egregia simplicitate, multa animi demissione, pietate singulari et præclara obedientia, quibus sibi per Christi misericordiam et merita cælestem mercedem consecutus est.*

Coli cœpit S. Bertholdus statim post mortem in templo S. Alexandri; quod quum anno 1550 renovatum et consecratum est,

9 *Continuo post beatum ejus transitum coli cœpisse videtur beatus vir.* Sanctum corpus in ecclesia S. Alexandri ad sinistram ipsius ecclesiæ latus omni reverentia condi jusserat *S. Bernardus, Parmensis antistes, ut num.* 8 *loquitur biographus; et statim ingens ad ejus tumulum infirmorum factus est concursus; gratiæ aliquot ibidem concessæ seu miracula patrata num.* 9 *narrantur : quæ explicatione non indigent. Quum anno* 1550 *ecclesia renovata est et consecrata solemniter, facta est* S. Bertholdi *translatio. De quibus rebus veteres commentarios, italice scriptos, ad nos destinavit prælaudatus cl. v. Cernazay; eos hic latinos facimus.* Die 17 Julii anni 1550 nova ecclesia simul cum choro consecrata fuit in honorem S. Alexandri papæ et martyris a R. D. episcopo Pompejo Musacho. Eo convenerant complures presbyteri, nominatim D. Annibal Marçocho, D. Lucas da la Fuar, Observans, D. Bartholomæus di Berberi, D. Franciscus di Strenui, et D. Antonius

(1) Annales Camaldulensium, tom. I, app. col. 336 et seqq.— (2) Cfr Act. SS. tom. VIII Octobris, pag. 197.

di

A di Savelli da Borgo, capellanus; qui loco episcopi, præsentis, missam cantavit, magna adstante multitudine. Duravit dictum officium ab hora nona ad decimam quartam. Prædictæ consecrationi interfuit R. P. Confessarius (*Gregorius Placentinus*); R. M. D. Dorothea Veronensis, abbatissa; veneranda D. Catharina priorissa; decanæ D. Maria Biancha, D. Joanna, D. Margarita, D. Zenevera; subditæ D. Perpetua, D. Felicitas Mutinensis, D. Jacoba Regiensis, D. Hieronyma, D. Angela, D. Benedicta, D. Alexandra, D. Maria Magdalena, D. Lucia, D. Justina, D. Clara, D. Cæcilia, D. Euphrosyna, D. Euphrasia, D. Barbara, D. Paula Regiensis, D. Anastasia Regiensis, D. Maria, D. Bartholomæa, D. Gelasia (*de Bechis*), D. Antonia (*de Botiris*), D. Agnes, D. Francisca, D. Susanna, D. Flavia, D. Scholastica (*soror D. Antoniæ de Botinis*), D. Eustochia, D. Febronia, omnes professæ; commissæ S. Anna, S. Benigna, S. Daria, S. Mansueta, S. Veronica, S. Brigida, S. Hellena, S. Ursula, S. Archangela, S. Apollonia, S. Maura, S. Gabriela, S. Placida, S. Victoria. Et omnes suprascriptæ vivæ adsunt translationi sanctorum corporum et novæ ecclesiæ ingressui per gratiam
B Domini Jesu Christi. *Commissæ autem illæ species sororum conversarum erant, quæ nec habitum nec omnem rigorem conversarum acceptarant; sed non secus ac illæ procuratione rei domesticæ detinebantur* (1).

eo illatæ sunt S. Bertholdi reliquiæ et supra altare positæ; anno vero 1590 *infra altare.* * *Bordoni habet* 14

10 Eodem anno die 15* Novembris, dum translatio fieret reliquiarum S. Alexandri, in novum quoque templum translatum est corpus S. Bertholdi. Aderat R. D. Vicarius, et R. P. D. Joannes, prior monasterii S. Joannis evangelistæ; (*suberant enim huic monasterio S. Alexandri moniales; cfr supra num.* 2). Hic portavit capsellam, in qua S. Bertholdi reconditæ erant reliquiæ. Aderat etiam R. P. D. Gregorius Placentinus, dignissimus confessarius nostri, monialium, cum socio suo fratre Jacobo et alii sacerdotes hominesque pii. Repositæ fuere hæ reliquiæ in tumba marmorea, supra altare dedicatum ejus nomini; quod, quotidie honorificatum et visitatum a plurimis, resplenduit multis miraculis. Ad laudem et gloriam Domini nostri. Mater et sorores cantarunt intra claustra *Te Deum* cum magna pietate, gaudio spirituali et lacrymis. Die 27 Octobris anni 1592, tumba marmorea, in qua S. Bertholdi corpus jacebat, et quæ
C supra altare erat, posita est infra altare, instituta solemni processione a R. D. Simone Cassola, canonico ecclesiæ majoris Parmensis, conservatore monasterii monialium S. Alexandri, R. P. D. Urbano, priore S. Joannis evangelistæ, D. Salvatore confessario monialium, D. Eusebio decano, et D. Lactantio lectore, cum primo et secundo capellano D. Antonio et D. Andrea, et præterea clerico Joanne Maria. Aderant insuper RR. presbyteri S. Mariæ *della Steccata*, et alii complures religiosi et sæculares utriusque sexus, qui pietate ducti eo venerant. Et hæc translatio facta est mane hora Tertiæ; celebrata Missa et Officium; cantati hymni aliæque orationes; accensa multa lumina et combustum thus; et quantum licuit, Deus glorificatus in ecclesia exteriori, venerandis monialibus divinæ bonitati jubilantibus in psalmis, hymnis et canticis.

Reliqua de ejus cultu

11† *Profecto adverterit lector in S. Alexandri templo altare dicatum fuisse* S. Bertholdo *ejusque nomine nuncupatum. Præterea Bordonus* (2), *loquens de charta, in demortui manibus reperta, qua speciale ejus auxilium promittitur parturientibus, febri quartana et morbo comitiali laborantibus, subdit :* De his tribus gratiis fiebat commemoratio in ejus proprio officio ante reformationem Breviarii : *quibus constat annuo cultu solemniori eum honestatum fuisse. Quin etiam* ejus Officium erat descriptum in Calendario Parmensi de anno 1602; postea expunctum (3). *Et quidem nunc ipsi monachi S. Joannis evangelistæ Parmenses, quorum visitationi S. Alexandri parthenonem subjectum fuisse diximus,* S. Bertholdi *festum non agunt, ut ex eorum Ordine divini Officii recitandi pro anno* 1845 *mihi constat. Verumtamen satis superque evidens est centum annis ante Urbani VIII ultima de cultu Sanctorum decreta ecclesiasticis honoribus* S. Bertholdum *fuisse auctum et proin ejus venerationem apprime esse legitimam ejusque nomini in opere nostro dandum fuisse locum. Voluere nonnulli* (4) *eum canonizatum fuisse a Callisto II circa annum* 1120. *Sed nulla hujus rei certa superest memoria.*

(1) Annales Camaldulenses, diss. cit. col. 390.— (2) Thesaurus sanctæ ecclesiæ Parmensis, pag. 266.— (3) Ibid. pag. 267.— (4) Ibid. pag. 267; Ferrarius, Catalogus SS. Italiæ, pag. 659.

AUCTORE V. D. B.

VITA

E

S. BERTHOLDI, CONVERSI

In abbatia puellari S. Alexandri Parmensi, ex ms. Parmensi.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Incipit Vita sancti Bertoldi confessoris, qui fuit oblatus *a* in monasterio sancti Alexandri de Parma *b* sub regula sanctissimi patris nostri Benedicti abbatis. Beatus confessor Christi Bertoldus a nobilibus parentibus originem duxit, non secundum seculi nobilitatem, sed secundum Christianæ religionis dignitatem. Pater suus nominatus fuit Abundius, vir divitiarum minime locuples, et mater Berta nominata fuit. Qui cum essent bonæ arbores, bonum fructum produxerunt. Abundius ex regione Angliæ fuit et Berta ex Bertaniæ *c*. Et ideo filium suum Bertoldum appellarunt. In illo erat tempore magnum inter Gallos et Anglicos prælium *d;* ex quo fiebatur *e* regionum destructio maxima et hominum cædes in partibus ubi ipsi habitabant. Unde illi, F pacifice degere volentes, ex tantis tumultibus evadere cogitaverunt; et iter agentes, in Lombardiam venerunt; et Mediolanum per certum tempus habitaverunt, exercentes illas artes, quas agere sciebantur, videlicet Adundius artem agebat corariæ et Berta textrinum agebat opus. Et ita vivebant de suarum manuum laboribus. Post aliquantum temporis accidit etiam ut Mediolani bellum et penuria adesset *f*. Ista evitare mala cupientes, illi tandem illinc recesserunt. Et in Parmensem civitatem venerunt, quæ illo tempore sanctæ ecclesiæ subjecta erat; et in una monasterii domuncula sancti Alexandri habitaverunt. Et cum essent homines frugi et honestæ vitæ, in dicto monasterio conversabantur, recipientes etiam multas elecmosinas.

Pater corarius, mater textrix, ex Anglia vastata a Guilielmo Notho, venere Mediolanum, atque hinc Parmam;

a *b* *c* *d* *e* *f*

2 In primo anno, quo in civitatem Parmensem ad habitandum venerunt, Berta unum peperit filium, et Bertoldi nomen imposuit. Statim servi-

ubi genuere S. Bertholdum. *Hic pientissi-*

tuti

EX MSS. *me educatus, anno ætatis duodecimo statuit conversus fieri ad S. Alexandri.*

tuti omnipotentis Dei tota cordis devotione cum obtulerunt. Et cum dicti monasterii auxilio cum nutrivissent et ad ætatem annorum septem pervenisset, pater suus artem cum docere incepit, ut melius dicto monasterio satisfacere posset. In tali negotio accidit quod una die renovans puer unam crepidam, manum fortiter pupugit; et, egrediente sanguine in magna copia, intra se ipsum dixit : O quanto esset melius effundere sanguinem propter amorem Domini nostri Jesu Christi, qui pro nobis totum suum effudit, quam propter mundum pati! Et in ista sua bona voluntate conversabatur quotidie cum monasterii sacerdotibus, ab illis addiscens Orationem Dominicam, Mariæque Salutationem *g;* ac Simbolum Parvum addiscere procuravit et etiam Decem Præcepta, Opera misericordiæ temporalia et spiritualia, Donaque Sancti Spiritus, Peccata mortalia, et Pœnas inferni, ut melius bonum operari sciret, malumque fugere. Et cum perveniret ad ætatem annorum duodecim, inspiratus a Spiritu Sancto, decrevit penitus mundum derelinquere, et omnipotenti Deo ac glorioso sancto Alexandro in castitate et humilitate famulari. Et istud desiderium suum parentibus patefecit. Et ante eos genua flectens, illorum benedictionem petiit. Qua de re pater, pio animo affectus, orabat ne illum in sua senectute deserere vellet. Cui sanctus infans respondit : Hac de re jam vos non desero, si illo cælesti Patri, qui vos ac me creavit, adhæreo. Audiens hoc Berta mater sua dixit ad Abundium, consortem suum : Sinamus eum abire, ubi inspirat Dominus, quia servituti majestatis suæ antequam nasceretur dedicavi; et statim ei, ut natus est, maxima cordis devotione obtuli. Qui sancta et devota audiens verba, dixit ad suum dilectum et unicum filium Bertoldum : Fili mi dulcissime, spes mea, baculus senectutis meæ, lumen oculorum meorum, jam visu carentium, vade in pace, posteaque est voluntas Domini; sed memorare divinam bonitatem pro nobis orare, ut depositam hujus corporis corruptibilis sarcinam videre possimus in illa cælesti patria Hierusalem.

g

B

Admissus ab abbatissa, campanarum curam accepi et sanctitate eminuit.

5 Tunc Bertoldus, totus devotus et lætus, cum parentum benedictione discessit, et ad reverendam abbatissam supradicti monasterii S. Alexandri se recepit; et ei aperiens sanctum desiderium, quo erat, se offerendi divinæ servituti in dicto monasterio instanter oravit, ut in conversum eum reciperet. Quæ cum suam bonam voluntatem percepisset, matura deliberatione et capituli sui consensu in conversum monasterii recepit, et officio campanarum eum præfecit. Igitur Bertoldus maximo fervore in profunda humilitate, fideli obedientia in castitate, et in extrema abjectione et paupertate monasterio servire incepit. Qualibet nocte surgebat ad matutinum horam ante unam *h,* et magna devotione et lacrimis omnia visebat altaria. Sacræ meditationi passionis Domini nostri Jesu Christi multum vacans, affligens corpus suum vigiliis assiduis, disciplinis *i* et orationibus, continue asperum cilicium deferebat; et qualibet sexta feria in memoria passionis Domini nostri Jesu Christi flagellabat se flagello, cum tanto fervore quod magnam sanguinis copiam effundebat. Et ita istius miseræ vitæ [tempus] transigebat, in continuo degens martyrio. In una habitabat cellula, apud monasterii turrim : in qua quot devotas vigilias, quot jejunia, quot orationes mentales et vocales, quot meditationes et contemplationes, quot vota et desideria sancta, quot suspiria et lacrimas, quot devota exercitia, spiritualia et corporalia, operabatur, solus Deus conscius est, et qui vitæ spiritualis experientiam habet præmeditari potest.

C

h

i

D

A S. Alexandro jussus et ab abbatissa permissus, iter Romanum instituit,

4 Cum una requiesceret nocte supra suum paleæ stratum, apparuit ei beatus Alexander *k,* ita dicens : Vade Romam, et cathedram supra quam sedi visita, cum essem post beatum Petrum pontifex septimus *l.* Expergefactus Bertoldus, totus spiritali consolatione repletus per devotam talem visionem, omnipotenti Deo de donis et gratiis sibi concessis immensas gratias retulit. Et totus devotus uno cum sancto gaudio interiori ad conveniendam reverendam matrem abbatissam properavit, et cum debita et solita reverentia et humilitate suum votum et desiderium sanctum liberam facultatem adimplendi petiit; quod satisfaciendi erat voluntati sui gloriosi patris sancti Alexandri. Quæ spirituali tota gaudio recreata, possidere se cernens filium unum spiritualem tanti apud Deum meriti, a Spiritu Sancto inspirata, liberam ei abeundi voluntatem benigne concessit, dicens : Vade, carissime et devote fili, cum Domini pace. Et quando illa loca sancta visitabis, oro ut bono ex corde mei adsis memor et totius michi concessi gregis. Et humiliter flexus, benedictionem petiit, et cum illa recessit. Et cum Romam pervenisset, vidit et tetigit dictam cathedram maxima cordis devotione. Et mansit Romæ per totam unam quadragesimam, visitans multa devotione et lachrimis illas sanctas ecclesias martirum, omnes illas indulgentias *m* accipiens. Quantum gaudium et consolationem spiritualem iste Bertoldus devotus in corde suo recepisset in contemplando vitam et passionem sanctorum martyrum, quorum reliquias visitabat, melius anima devota contemplativa considerare posset quam nos calamo scribere. Peracta Domini resurrectione, in civitatem Parmensem reversus est; et eo tempore parentes suos defunctos esse reperit.

k

l

E

m

et dein Viennense in Gallia, ubi multa miracula patravit,

5 Inspiratus etiam a Spiritu Sancto, Viennam adire voluit visendi causa basilicam et hospitalem sancti Antonii *n.* Et in dicto hospitale una manens die, et illis infirmis vehementer compatiens, unus illorum, cui miraculose morbus caducus accidit, et etiam ille qui a vulgo ignis sancti Antonii appellatur. Hic Bertoldum cernens inquit : O homo Dei, si vis, potes me sanare. Cui vir sanctus respondit : Volo ut in nomine Domini nostri Jesu Christi saneris. Et his dictis, facto sanctæ crucis signo super infirmum, ille utriusque mali sanitatem recepit. Alii infirmi, cum hoc miraculum audissent, virum Dei diligenter quærere inceperunt, uti illi etiam beneficium sanitatis consequi possent. Sed unus, qui filium suum a dicto igne cruciatum habebat, cum supra dicto miraculo adfuisset, Bertoldum quærere non acquievit. Et ita pene secutus est eum usque ad sanctum Marcellini oppidum *o.* Et in eo inveniens, ante eum genuflexit, multis lacrimis obsecrans ut pro filii sui intercedere deberet. Qua de re vir sanctus ei resistens, se peccatis obnoxium dicebat. Et quod ipsi etiam opus erat a suis peccatis resolvi. Sed tandem precibus et lachrimis illius miseri vinctus, dixit : Vade in pace, gloriosus sanctus Antonius te exaudire dignatur. Et recedens ille filium suum sanum et mundatum invenit.

n

F

o

Domum reduæ, speculum obedientiæ est et omnium virtutum. Mendicat pro pauperibus

6 Reversus igitur beatus Bertoldus Parmam in dicto monasterio fideliter perseverabat, divinæ servituti vacans et omnibus sororibus valde obediens : quod semel in rebus quarumdam opportunis lassum se minime invenit. Semper omni rationes gratissimas tribuens, ubi factis respondere non poterat. Erat vitæ morumque exemplo insignignitus,

A tus, qui illi cœnobio unum sanctimoniæ speculum aderat, et uti lectio viva una juvenibus, quæ in vita spirituali proficere exoptabant. Et quamvis omnium pareret voluntati, sanctitas sua certum omnibus timorem unum reddebat, ac si pater spiritualis et monasterii rector extitisset. Tempus suum ita conferebat : mane continuo ecclesiam possidebat, quousque missarum solemnia et alia officia completa essent; reliquum temporis per civitatem ibat mendicans, si a matre pro aliqua monasterii servitute minime detentus erat; et postea eleemosinas pauperibus quas acquisierat impendebat. Visitabat languidos et maxime egenos, qui in hospitalibus manebant, et propriis serviebat manibus in omnibus eorum necessitatibus magna charitate et humilitate; et omnia, quæ pro reparanda valitudine illis opus erant, procurabat.

et plures prodigiose sanat.

7 Unde semel cæco uni eleemosinam impertiens, inquit : Aspice quam iste panis candore insignitus est : quibus verbis cæcus lumine oculorum potitus est. Et Domino nostro Jesu Christo, qui dignatus erat tale miraculum per servum suum operari, valde gratias retulit. Stans vir Dei Bertoldus unius vigilias noctis pro infirmo agere in sancti

B Alexandri hospitale, qui ultimos anhelitus effundere videbatur, valde compatiens dixit : O bone Jesu! istius servi tui miserere; et statim infirmus suspirans etiam ipse dixit : Pie Jesu! miserere mei. Et aperiens oculos potum petiit, et vires artuum recipiens die tertia sanitatem recuperavit. Qua de re non verendum est quin Bertoldi oratione sanitate minime potitus esset. Alio enim tempore mulier quædam cum filium taliter a vermibus vexatum haberet, qui vita carere videbatur, virum Dei orabat ut ejus auxilio frueretur. Qui signum sanctæ crucis super frontem imponens, sanitatis beneficium obtulit.

Subito mortuus, invenitur manibus tenens chartam, inscriptis tribus promissis.

8 Cum tempus appropinquasset, quo Domino Deo fidelem et strenuum equitem remunerare placuit, undecimo kalendas Novembris media pernoctans nocte iste dulcissimus vir in mentali oratione, uti suus erat mos, Domino suo dulcedine et jucunditate spiritum reddidit. O quam in illa superna patria animæ beatæ maximo affectæ sunt gaudio in istius animæ benedictæ susceptione, etiam in terris ostensum est. Qua de re in illa hora, qua ad Dominum migravit, omnes dicti monasterii

C campanæ humanis sine viribus pulsare cœperunt, et minime cessarunt, quousque illud sanctum corpus conditum fuit. Unde monachæ ex tantæ rei novitate admirantes, mater cum aliis sororibus celeri gradu in ecclesiam properavit, et in Bertoldi cella maximam cernebant claritatem et introeuntes suavissimum odorem perceperunt : ex quo corda earum tanta consolatione spirituali recreatæ sunt, quod lingua humana minime consequi posset. Et illud corpus sanctum genua flectere invenerunt, unam in manibus tenens chartam et arbitrantes vita frui et orationibus vacare, uti ei mos fuerat, illius rei novitatem interrogare cœperunt. Sed vir sanctus nichil eis respondebat, quia vita carebat. Qua de re omnes matres attonitæ, tantum miraculum considerantes, omnia antistiti civitatis Parmensis, qui Bernardus nominabatur, multæ sanctitatis vir *p*, patefacere decreverunt. Qui adveniens et supradictam videns, et Bertoldum recte genua flectentem contra naturam et defunctorum morem, vehementer admirans, maxima reverentia illam chartam, quam in manibus tenebat, accepit cum nemo alius accipere potuisset. Et charta illa verba infrascripta continebat : « Meritis gloriosi sancti Alexandri, isti sancto confessori puerperarum morbum, febrim quartanam, morbumque caducum effugandi gratia a Deo concessa est. » Unde bonus antistes illud sanctum corpus in dicta ecclesia sancti Alexandri ad sinistram ipsius ecclesiæ latus omni reverentia condi jussit.

p

ex mss.

Sepultus plura miracula patrat.

9 Cumque sanctæ reliquiæ summo cultu conditæ essent [adstante] omni clero et civium multitudine, campanæ sonitus reddere restiterunt. Monachæ omnes consolatione repletæ astiterunt, cum in sua ecclesia gemmam tam pretiosam possiderent; et non minus cives gloriabantur in sua civitate tam nobilem thesaurum recepisse. Non vereor, sed certissime affirmo illum pro bono advocato, mediatore, intercessore in suis occurrentiis, ita spiritualibus sicut corporalibus, apud Deum in cælo possidere. Patefacta igitur per urbem miraculorum supradictorum fama, multi sacrum beati Bertoldi sepulcrum visere cœperunt, recedentes ex suis peticionibus consolatione refecti. Unde pistor unus monasterii, cum lumen oculorum amisisset ex assidua clibani habitatione, venit ad dictum sepulchrum et visum recepit. Mulier una consortio devincta virili, quæ aliquem filium parere non E poterat, sed omnes vitæ carentes producebat, cum vicina adesset partui, ad istius sancti sepulchrum devenit, et cum precibus pulsans, filium vivum et sanum pariendi gratiam obtinuit. Vir unus, qui a febre quartana vexabatur, quod quinque annorum per circulum illi insiderat, et etiam morbo caduco obnoxius erat, veniens ad sanctas reliquias votum vovit, si sanitate potiretur, dictum sepulchrum quotidie et per annum continue visere. Facto hoc voto, a duobus morbis liberatus fuit; et dum hac luce usus est, numquam aliqua febris eum est aggressa. Multa et alia miracula scribi possunt, quæ scribere prætermittimus, cum de die in diem nova agantur, ut omnibus notum est. Ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *In Commentario prævio num.* 6 *diximus primum pueros, a parentibus in tenera ætate Deo mancipatos,* oblatos *dictos fuisse. Id dein nomen aliquando conversis datum; quemadmodum fit in hac Vita, in* F *qua* S. Bertholdus *promiscue* oblatus *et* conversus *dicitur. Aliquot tamen in locis conversorum ordo in* oblatos *distinguebatur et* conversos *proprie dictos; discrimine inde petito, quod* oblati *vestes sæculares servabant,* conversi *non item* (1).

b *Hujus monasterii originem paucis explicuimus in Commentario prævio, num.* 1 *et* 2.

c *Scilicet Britannia Armorica.*

d *Vide de hoc Guilielmi Nothi bello Commentarium prævium, num.* 4.

e Fiebatur *excusari potest, quum Cato pro antiquo more dixerit :* Græco ritu fiebantur Saturnalia. *Sed imperite potius adhibuit hanc formam biographus, paulo infra* sciebantur *loco* sciebant *scribens.*

f *Agitur de bellis, quæ etiam armato milite S. Herlembaldus adversus simoniacos et concubinarios gessit. Cfr. Comm. præv. num.* 3.

g *De origine Salutationis Angelicæ alibi diximus* (2), *ostendentes jam sæculo* XI *eam apud Syros in usu fuisse, etiam tertiam partem; Hispanos duas priores partes usurpasse sæculo* X, *nec sæculo* XI *eandem*

(1) Cfr Mittarelli, Annales Camaldulenses, tom. I, app. col. 395 et seqq. — (2) Act. SS. tom. VIII Octobris, pag. 1108 et seqq.

A *easdem ignoratas fuisse in Italia, a paucis tamen usitatas; quandoquidem S. Petrus Damiani singulariter laudat presbyterum, quod quotidie Mariam, angeli Gabrielis verbis usus, salutaret. Verba porro, quæ* S. Bertholdus *didicit, hæc sunt :* Ave, Maria, gratia plena. Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. *Plura tunc in Occidente non dicebantur. Denique jubebantur illo ævo fideles solam Orationem Dominicam et Symbolum Apostolorum seu, ut hic vocatur, Parvum, memoria tenere; reliqua quæ doctus est sanctus puer nequaquam præcepta erant.*

h *In Vita italica clarius :* Ogni notte se levava de una hora innauzo a matutino.

i *Sæculo* XI *exeunte disciplinarum usus rarus, sed nequaquam incognitus. Maxime promotus per Benedictinos, qui eremiticam vitam colebant.*

k *S. Alexander papa, monasterii patronus, intelligitur; cujus festum celebratur die* 3 *Maji.*

l *Vulgo recensetur nunc S. Alexander quintus pontifex post S. Petrum. Sed si Cletus et Anacletus duo esse statuantur et ipse S. Petrus numeretur, septimus papa erit S. Alexander. Jam si quæritur* D *verane hæc an falsa habenda sit quæ hic narratur revelatio, nil habeo quod respondeam, nisi quod persuasum habeam eam* S. Bertholdo *ejusque abbatissæ veram visam esse. Et reapse fieri potest ut vera fuerit, quamquam, ut alicubi* (1) *monet S. Alphonsus de Ligorio, vir harum rerum peritissimus, pleræque revelationes quas sibi homines habuisse videntur falsæ sint.*

m *Indulgentiæ stationum a plurimis adscribuntur S. Silvestro I papæ aut S. Gregorio M.; verum Pagius, quem sequitur Amort* (2), *eas sæculo* XI *non posse esse antiquiores statuit.*

n *Viennense in Delphinatu S. Antonii nosocomium erectum est anno* 1093 (3); *unde sequitur hanc peregrinationem aliquot annis posteriorem esse.*

o *Valde exiguum tunc id Delphinatus oppidum fuerit oportet, quum sæculo tantum* XIII *aut* XIV *florere inceperit* (4).

p *De eo diximus in Comm. prævv. num.* 4.

(1) Praxis confessarii, § 2 de Oratione contemplationis, num. B 144. — (2) Historia indulgentiarum, part. I, sect. 1, num. 42, pag. 36. — (3) Cfr Hélyot, ap. Migne, Dictionnaire des Ordres religieux, tom. I, col. 239. — (4) Chorier, Histoire générale du Dauphiné, pag. 828. E

DE B. GUILIELMO, EPISC. ET CONF. COMI IN LONGOBARDIA

V. D. B.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Status ecclesiæ Comensis; patria B. Guilielmi; episcopatus; lis de præcedentia; privilegium et odium Othonis IV.

ANNO MCCXXVI. *De fontibus unde hauriendæ* B. Guilielmi *gesta.*

C *Proposuerat sibi Primus Aloysius Tatti, congregationis de Somasca clericus regularis,* B. Guilielmi *episcopi Comensis Vitam singulari libro concludere; quemadmodum ipsemet in Annalibus suis Comensibus profitetur* (1): *sed morte præventus, nedum id suum consilium perficere potuerit, ipsos suos Annales imperfectos reliquit : et nemo alius, quem sciam, ad hanc usque diem tentavit sigillatim* B. Guilielmi *res gestas enarrare. Verumtamen inter condendos suos Annales singularem curam adhibuit Tattius colligendis iis omnibus quæ ad beati viri laudem facere viderentur; ita ut tanta perditio non sit quanta prima specie apparet. Alii quoque scriptores, qui de Comensium rebus egerunt, non omisere* B. Guilielmi *celebrare memoriam : rerum singulorum nomina hic recensenda non videntur, quum ii, qui Tattium præcessere, longe ab eo fuerint superati; qui pone venerunt, nil aliud fecisse videantur quum ejus premere vestigia. Neque aliud fere a nobis exspectandum esse in limine monemus lectorem, quam ut pro viribus, quæ a Tattio commemorata sunt, illustremus.*

Status ecclesiasticus et civilis Ecclesiæ Comensis tempore B. Guilielmi.

2 *In tomo proxime præcedenti, ubi de S. Joanne III, episcopo Comensi, ad diem* 18 *Octobris disseruimus, fuse demonstravimus initio Comum contentam fuisse provincia ecclesiastica Mediolanensi, eamque, dum ab ineunte sæculo* VII *usque ad annum* 698 *schismati Aquilejensi adhæsit, transiisse sub ditionem patriarchæ Aquilejensis, donec sub annum* 1789 *Mediolanensis archiepiscopi jura iterum agnovit* (2) : *ita ut* F B. Guilielmus, *qui initio sæculi* XIII *Comensem cathedram occuparit, Aquilejensi patriarchæ subfuerit. Verum, quum illo ævo (non secus ac nunc) Novocomum intra Longobardiæ jaceret fines, et res ecclesiasticæ continuo implicarentur et turbarentur politicis, quumque insuper mense Septembri anni* 1196 *Comenses et Mediolanenses, depositaveterum mutuarum injuriarum memoria et utriusque ditionis finibus statutis, de pace in posterum inter se servanda et communibus armis bello faciendo iniissent fœdus* (3), *non potuit sanctissimi episcopi fortuna non sequi Mediolanensium potius vices quam Aquilejensium. Per hominum tamen proterviam licuit beato viro magis abstinere a rebus civilibus quam si episcopatus Comensis jura integra fuissent. Etenim multis imperialibus diplomatibus ager Comensis episcopis datus fuerat* (4); *sed quum ineunte sæculo* XII *consules* (5), *et eodem sæculo exeunte potestates cœpit habere*

(1) Annali sacri di Como, tom. II, pag. 588. — (2) Act. SS. tom. VIII Octobris, pag. 904 et seqq. — (3) Cfr Benedictus Jovius, Historiæ Novocomensis, lib. I, pag. 56; Tatti, Annali sacri di Como, tom. II, pag. 526; Saxius, Archiepiscoporum Mediolanensium series, tom. II, pag. 621 et 622. — (4) Cantù, Storia della Città e diocesi di Como, tom. I, pag. 398. — (5) Ibid. pag. 395; Tatti, tom. II, pag. 514.

civitas

civitas (1), *non potuit episcoporum auctoritas non decrescere; et quidem a sæculo* XII *episcoporum nomen amplius non apparet in fœderibus, sed civitatis tantum ejusque magistratus; aliquod tamen imperium relictum erat episcopis in Luganum* (2). *Quocirca inter colligenda* B. Guilielmi *gesta omittere fere licebit quæ ad rempublicam Comensem pertinent.*

Patria et genus B. Guilielmi.

5 *Voluere nonnulli beatum virum natione fuisse Mediolanensem, ortum scilicet ex gente de Turre, quæ ex Valle Saxina Mediolanum sedem suam transtulerat* (3). *Re quidem vera habuit etiam sanctus præsul agnomen* de Turre, *sed ab alia omnino familia acceptum. In charta enim, quam ipse Guilielmus anno* 1219 *conficiendam rogavit, appellatur* D. Guglielmus, Dei gratia Cumanus episcopus, filius quondam domini Rugerii de la Turre de Mendrisio (4); *dein in Necrologio S. Mariæ de Torello, cui inscripta anniversaria officia peragenda pro beati præsulis consanguineis, pater ejus Rogerius, Lanfrancus patruus et frater Bregondius expressim dicuntur esse* de Mendrisio (5). *Jacet autem is vicus seu burgum supra viam qua Como itur ad lacum Lugani, atque nunc pars est pagi Tessinensis* (Canton du Tessin) (6); *olim in temporalibus æque*
B *ac in spiritualibus diœcesi Comensi accensitus* (7). *Modo vidimus* B. Guilielmi *patrem dictum fuisse Rogerium; mater nomen habebat Adilam; patrui Rodolfus et Lanfrancus appellabantur; cujus posterioris non secus ac fratris Bregondii jam meminimus; sorores Baritia, Æmilia et Juliana nuncupatæ; fratrum filii Rogerius et Bregondius; atque hic canonicus cathedralis Comensis fuit et præpositus ecclesiæ collegiatæ de Ugiate : quæ omnia nomina in præcitato Necrologio leguntur. Non dubitandum itaque quin insignes natales habuerit sanctus episcopus; sed minime pertinet ad eamdem familiam, ex qua ortus est Raimundus Turrianus, qui anno* 1261 *per Martini patris molitiones ad cathedram Comensem pervenit : hic enim Mediolanensis erat* (8); *an vero sanguine junctus erat cum Joanne Ambrosio Turriano, qui anno* 1675 *Comi sedebat, aliis investigandum relinquo : hæc quidem omnia in epistola dedicatoria, Martyrologio Comensi præmissa, affirmavit Tattius; sed ipse postea partim hæc corrigenda esse duxit in Annalibus.*

Hic, qui junior Anselmum episcopum benefactorem habuerat, anno 1204 *ipse episcopus factus, statim gravissimæ controversiæ*

4 *Conjicit Tattius* (9) B. Guilielmum, *priusquam ad sedem episcopalem Comensem promoveretur, cathedralis templi fuisse canonicum. Non negarim : certum saltem plurimum eum debuisse Anselmo, qui ab anno* 1165 *ad* 1195 *Comensem cathedram occuparit* (10). *Ipse enim Guilielmus, statuens anno* 1217 *quæ anniversaria facienda essent in collegiata ecclesia de Torello :* Item volumus, *inquit* (11), et firmiter statuimus, ut in quolibet anno fiat anniversarium episcopi Anselmi, benefactoris nostri singulariter; *de Arditione II, Anselmi successore, plane id omittens. Quum autem hic Arditio die* 2 *Julii anni* 1204 *in Domino quievisset* (12), *jussus est paulo post* B. Guilielmus *Comensis episcopus. Utrum autem, quum solemniter introductus est, iterum inter canonicos cathedrales et monachos Benedictinos S. Abundii exarserint rixæ, quibus Arditionis processio turbata fuerat, archidiacono capituli et abbate S. Abundii de dextra episcopi occupanda litigantibus, equidem dicendo non sum. Certe sopitum nondum erat id jurgium : etenim post suam inthronizationem, Arditio,* timens ne inde magna scandala vel forte homicidia in ecclesia, quando processio fieret, committerentur, præceperat utrique parti ut ipsum de consuetudine antiqua, et possessione et jure docerent; *sed* neutra pas de altera conqueri voluerat. *Verumtamen* anno dominicæ incarnationis 1195, die Martis, qui fuit quartus decimus * dies exeunte mense Januarii, *id est* 18 * *Januarii,* indictione XIII, partes in concordia fuerant, ut de utriusque partis assensu præfatus dominus electus *Arditio* testes, quos utraque pars introduxisset, reciperet, testibus et attestationibus eamdem vim continentibus, acsi controversia ista judiciario ordine fuisset examinata (13). *Viderant monachi episcopali judicio; sed id* declinatum *fuerat* per appellationem, a Cumanis canonicis ad sedem apostolicam interpositam (14), *et causæ recognitio commissa* magistris Gallo, primicerio Pergamensi * et P. canonico de Oglate Cumanæ diœcesis. Ex utraque parte attestationes publicatæ *et* diutius *coram apostolicis delegatis* litigatum; ad proferendum tamen arbitrium jam elapso septennio *hi* procedere noluerant. *Conquesti sunt de hac mora S. Abundii monachi apud Innocentium papam III, qui* XVII kal. Julii pontificatus sui anno VIII, *seu anno* 1205 *mandavit delegatis judicibus* quatenus ad proferendum arbitrium sublato dilationis et appellationis obstaculo ratione prævia procederent (15). *Ex quibus patet litem hanc nondum diremptam fuisse, quum* B. Guilielmus *Comensem episcopalem sedem conscendit.*

AUCTORE V. D. B.

* quintus decimus? * 17?

* Bergomensi

E

de præcedentia implicitus fuit.

5 *Atque id primum negotium fuit, cui implicitus fuit beatus vir. Quum enim id suspensum et injudicatum maneret, et festa paschalia anni* 1205, *quibus etiam facienda erat processio, instarent, veritus prudentissimus præsul ne ea occasione nova jurgia excitarentur, statuit, utriusque partis juribus salvis, archidiaconum, diaconum aut alium, a se electum, a dextris suis incessurum* (16) : *quæ ordinatio, etsi provisoria, prima specie stuporem excitat, quippe quæ Arditionis sententiæ, utut per appellationem suspensæ, contraria sit; sed videtur voluisse bonus episcopus ordinem servari, qui proxime ante contestatam litem obtinebat. Sæculo scilicet* XII *S. Abundii monachi videntur negligenter sua jura tuiti fuisse et nonnulla fecisse ex humanitate et benevolentia, quæ alii dein contenderunt ex officio ab eis præstanda esse. Verum, quum exeunte eodem sæculo Gabardus et post eum Guilielmus Casella abbates electi fuissent,*
F *hi pristina monasterii sui jura recuperare et domum suam multis liberare oneribus sategerunt. Hæc contentionum causa, quæ eis non tantum cum templi cathedralis canonicis fuerunt, verum etiam cum oppidanis artificibus, eo usque progressis ut partem ædium S. Abundii aliquandiu occuparint. Non potuit non fieri ut illis sæpius non turbaretur civitas; neque desunt testimonia quibus constat,* B. Guilielmo *episcopo, Comi reapse ardentissimas fuisse partium simultates : nihilominus iis enarrandis supersedemus, quum quæ in iis placandis præstiterit bonus antistes ex nullis monumentis noverimus. Apta erant hæc procul dubio ad cruciandum paternum ejus animum; sed noluit Deus ut nil esset unde solatium perciperet. Et quidem dum civitas studiis ferveret et dissidiis, in eremo Montis Generosi, qui lacui Lugano imminet, sanctissime vixisse traditur* (17) *B. Manfredus, patria Mediolanensis, cujus gesta paucis celebrantur in*

(1) Cfr diploma Anselmi ep. anni 1180 et decretum Henrici V anni 1192, ap. Tatti, tom. II, pag. 880, 881 et 889.—(2) Cantù, tom. I, pag. 598; Tatti, tom. II, pag. 569 et 888. — (3) Tatti, tom. II, pag. 556. — (4) Ibid. pag. 951. Cfr Martyrologium Novocomense, pag. 250. — (5) Ibid. pag. 556. — (6) Cfr Vandermaelen, Cartes de l'Europe, tab. LXV.—(7) Tatti, tom. II, pag. 557.—(8) Ibid. pag. 695.— (9) Ibid. pag. 557.— (10) Ibid. pag. 449, 518 et 519.—(11) Ibid. pag. 928.—(12) Ughelli, Italia sacra, tom. V, col. 297 et Tatti, tom. II, pag. 555 et 556. — (13) Tatti, tom. II, pag. 890. — (14) Ibid. pag. 892. — (15) Ibid. pag. cit. — (16) Ibid. pag. 558. — (17) Ibid. 542 et seqq.

opere

* AUCTORE V. D. B.

opere nostro ad 28 *Januarii, pridie in Catalogo Sanctorum Italiæ Ferrarii, accuratius a Tattio in suis Annalibus sparsim.*

Anno 1206 *obtinet facultatem absolvendi a censuris suum capitulum, jam pridem Innocentio III rebelle.*

6 *Jucundum quoque fuit beato antistiti capitulum suum, quod excommunicationis vinculis jam pridem innodatum erat, ab his tandem solvere. Rei causam et originem ex sequentibus Innocentii III literis, die* 14 *Junii anni* 1206 *Ferentino datis, licebit cognoscere* (1) : Capitulo Cumano. Jamdudum inobedientes nobis et rebelles effecti, ostendistis vos, sicut non effectus rei, sed defectus operis potius manifestat, mandatorum sedis apostolicæ contemptores et perversores nihilominus ecclesiasticæ disciplinæ. Cum enim olim vobis pluries direxerimus scripta nostra, ut dilectum filium B. subdiaconum nostrum in canonicum vestrum reciperetis et fratrem, præbenda eidem in ecclesia vestra liberaliter assignata, vos, aures vestras more surdæ aspidis obturantes, id efficere penitus contempsistis; et licet propter hoc exstiteritis diu vinculo excommunicationis astricti, nondum tamen vestra potuit rebellio emolliri, quod quam grave nobis et molestum existat, nisi mansuetudo rigorem et misericordia motum animi temperasset, aliter mon-
B stravissemus. Verum, quia memorato subdiacono competenter in Mediolanensi ecclesia est provisum, ab impetitione ipsius vos penitus absolventes venerabili fratri nostro... episcopo vestro nostris damus literis in mandatis, ut excommunicationis sententiam, qua ligati propter hoc diutius exstitistis, juxta formam ecclesiæ, auctoritate nostra relaxet; nihilominus universitati vestræ per apostolica scripta mandantes, quatenus de præbenda, quam dicto mandaveramus clerico assignari, non præsumatis aliquid ordinare, donec super hoc nostræ receperitis beneplacitum voluntatis. Datum Ferentini, XVIII kal. Julii, anno nono. *Qui excusare volet Comenses canonicos, dicet forte eos nixos esse statutis Anselmi episcopi, quæ probata fuerant Gregorio VIII et Cælestino III et quibus vetabatur ne plures quam viginti canonici adscripti essent templo cathedrali; sed rationem habere debuissent clausulæ :* salva sedis apostolicæ auctoritate (2). *Præterea videtur actum fuisse de præbenda vacante, quandoquidem ad finem epistolæ vetat Innocentius ne canonici eam conferant, donec receperint suæ voluntatis beneplacitum. Utut id est, res hæc valde obscura fuisse videtur : et quidem, dum capitulum Comense*
C *hac sententia ligaretur, ab eo electus fuit* B. Guilielmus *episcopus; et quod ab eo non abstinuit in sacris, colligere est ex ejus ordinatione de ordine servando in processione paschali anni* 1205.

Anno 1210 *obtinet ab Othone IV privilegium præscriptionis centenariæ et alia :*

7 *Usque ad annum* 1210 *nil de* B. Guilielmo *reperimus, quod memoria dignum sit. Hoc autem anno ab Othone* IV *imperatore diploma obtinuit, quo res ecclesiæ Comensis imperiali protectione tegebantur et privilegium præscriptionis centenariæ concedebatur.* Volumus, *inquit imperator* (3), notitiam pervenire, quod nos dilecti fidelis nostri Gulielmi, Cumani episcopi, et devotionis fervorem et fidei constantiam attendentes, ipsius personam et ecclesiam Cumanam, quam dilectionis nostræ brachiis arctius amplexamur, et omnia ipsius bona, tam mobilia quam immobila, omnes res et possessiones, quæ et quas nunc possidet et in posterum quolibet justo modo acquisierit, sub nostra omnimoda et speciali protectione recipimus, universis ac singulis nostri imperi fidelibus sub obtentu gratiæ nostræ D dantes districtius in mandatis et imperiali decreto firmiter statuentes, quatenus nullus marchio, comes, castellanus, nulla persona magna vel parva, nulla universitas, nullaque communitas seu commune contra memorati dilecti fidelis nostri Gulielmi, Cumani episcopi, suorumque successorum personam seu contra ecclesiam Cumanam guerram, insultam seu impetum movere vel facere, ipsumque seu res ipsius tam mobiles quam immobiles, quas nunc habet vel in posterum est legitime habitura, infestare, molestare, gravare, diminuere, detinere, deteriorare, neque juri ipsius in aliquo derogare præsumat, neque ullum præbere auxilium, consilium vel favorem aliquibus, qui ausu temerario eam inquietare præsumerent et aliquam eisdem violentiam vel injuriam irrogare. Statuimus etiam et eidem ecclesiæ Cumanæ imperiali clementia indulgemus, ut nulla præscriptio inchoata vel inchoanda currat contra eamdem ecclesiam, nisi centenaria. *Intentantur dein transgressoribus solemnes minæ.* Data anno dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo decimo *, indictione XIII mense Martii, anno vero domni Othonis invictissimi imperatoris primo. Actum Augustæ feliciter E Amen.

* *alii male* nono

in concessum diploma pauca de occasione et loco observantur.

8 *Dedit id diploma Otho, quem die* 27 *Septembris anni* 1209 *Innocentius III Romæ coronaverat, postquam, ineunte sequenti anno ex Germania in Italiam redux, auctoritatem suam in Tuscia et Romania stabilivisset. Hinc enim pergens Mediolanum per Ferrariam, Imolam et Placentiam, passim civitatum et episcoporum jura confirmabat* (4); *adeoque recitatum diploma nequaquam testimonium est eximiæ Othonis in* B. Guilielmum *benevolentiæ, ut voluere nonnulli Comenses. Legant multo ampliores concessiones aut pristinorum jurium confirmationes factas episcopis Parmensi* (5) *et Imolensi* (6). *Hæc postrema diplomata data eadem die, id est* 30 *Martii anni* 1210, *seu, ut in Parmensi legitur :* Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis 1210 glorioso D. Othone Romanorum imperatore imperante anno regni ejus XII, imperii vero I. Dat. per manum Vultheri prothonotarii apud Imolam mense Martii III kal. Aprilis indictione XIII; *et in Imolensi* : Acta sunt hæc Imolæ 1210, indictione XIII, die 2 exeunte mense Martii, imperante gloriosissimo Ottone IV Romanorum imperatore et semper augusto, anno regni ejus XII, imperii vero primo. *Et quidem, quum* F *exeunte Martio his in partibus adhuc versaretur imperator Otho, ego dicere nequeo quæ sit Augusta, unde diploma Comense dederit. Multæ profecto sunt civitates, quibus Augusta nomen est; sed nulla* (*quantum sciam*) *in regionibus per quas mense Martio transivit imperator. Non enim cogitandum est de Augusta Prætoria* (Aoste), *et ne quidem de altera Augusta, quæ videtur sita fuisse in loco, cui nunc nomen* Vico, *non procul a Monte Regali* * *in Subalpinis* (7). *Tardius enim tantum hæc loca adiit Otho* (8). *Cæterum parum hæc faciunt ad* B. Guilielmi *gesta.*

* Mondovi

Quum anno 1211 *Otho, beneficiorum Innocentii III immemor et Siciliam sibi subdere moli-*

9 *Quum Otho IV diademate imperiali cinctus fuisset, passim in Italia et Germania magna lætitia excitata fuerat, quod optime de eo sperabatur. Sed brevi evanuit id gaudium. Renuit Otho fidem facere promissis de restituendis sanctæ sedi compluribus provinciis; inusitatam in Germaniæ feudales prin-*

tus, a pontifice depositus fuisset,

(1) Innocentii III papæ Regestorum lib. IX, pontif. an. IX, Christi 1206, epist. XC, ap. Migne, Patrologia, tom. CCXV, col. 908. — (2) Bulla Honorii III, ap. Tatti, tom. II, pag. 929 et 930. — (3) Ap. Tatti, tom. II, pag. 901 et 902. — (4) Hurter, Histoire du pape Innocent III, tom. II, pag. 316. Bruxelles, 1839. — (5) Ughelli, Italia sacra, tom. II, col. 174 et 175. — (6) Ibid. col. 634 et seqq. — (7) D'Anville, Géographie ancienne, tom. I, pag. 176. — (8) Hurter, tom. II, pag. 317.

cines

A *cipes auctoritatem captavit, aliaque multa fecit præter jus et fas; quod vero præcipuum facinus visum est, paravit sibi Siciliam subjicere, qua jure hæreditario potiebatur Fredericus, Henrici VI imperatoris filius. Hic triennium nondum natus erat, quum pater exeunte Septembri anni* 1197 *diem obierat, ejus tutela relicta Innocentio papæ III. Quo officio ita fungebatur Innocentius ut strenue pupilli jura propugnaret. Verumtamen noluerat hunc imperatorem creari, neque Philippum Suevum, ejus patruum. Electus tamen fuit Philippus ab aliquot Germaniæ principibus; sed Innocentius, cui probe perspectum erat quam gravis futura esset Romano pontifici et universæ Italiæ imperatorum dominatio, si imperium et utriusque Siciliæ regnum penes eamdem domum esset* (1), *incredili cura et sollicitudine sategerat ut ab aliis electoribus Otho Brunswicensis imperator juberetur. Hinc per decem annos multæ turbæ exortæ et bella, donec anno* 1208 *Philippus vita functus est, Otho ab omnibus agnitus et anno sequenti Romæ coronatus. Intra omne autem id temporis spatium, in bona et mala fortuna fidus amicus Othoni fuerat Innocentius; ita ut nemo umquam plura a quopiam beneficia accepisse visus sit quam Otho ab Innocen-*

B *tio. Filius tamen surrexit contra patrem; cliens contra patronum; et adversus benefactorem auctoritate usus est quam per eum obtinuerat. Verumtamen Innocentius rationem fere nullam habuit violati territorii pontificii; sed quod pupillum aggrederetur, quod paterno Siciliæ regno adolescentulum Fredericum spoliare studeret, quod copias cogeret et Pisanos aliosque socios sibi ad bellandum adsciscceret, conquestus est vehementissime; et quum nil proficeret precibus et monitis, anno* 1211 *excommunicationis gladium adversus eum et socios vibravit, et quem exaltaverat humilem, potentem de sede deposuit* (2).

renuit B. Guilielmus *se ejus sistere tribunali; quocirca eum et ecclesiam Comensem singulariter tuitus est Innocentius III.*

10 *Continuo post in omnes partes legatos destinavit pontifex, qui excommunicationis et depositionis sententiam notam facerent, vetantes ne quis deinceps Othonem imperatorem nunciparet eique obediret. Missus in Longobardiam cardinalis Gerardus de Sessa, episc. Novariensis, qui satis feliciter legatione sua functus est* (3). *Interea electus est in Germania imperator Fredericus Italiæ rex et ineunte an.* 1212 *electionis decretum delatum ad Innocentium, qui bene sperans de pupillo suo id probavit* (4). *Perrexit continuo in Germaniam novus imperator; et, quum ejus*

C *partibus faverent Comenses, intra mœnia receptus fuisse videtur* (5). *At ipse Otho etiam non quieverat. Mense Novembri anni* 1211 *accepto nuntio de nova electione, movit in Italiam superiorem et mense Januario Parmæ et Laudæ civitatum legatos convocavit, in quorum cœtu majestatis læsæ reas denuntiavit quascumque civitates Friderici partes sequentes* (6). *Dum autem in his oris esset Otho, adiverunt eum capitanei de Arzago et* B. Guilielmum *ad ejus citarunt tribunal, de qua nescio re litem eum conventuri. Verum beatus vir, Innocentii jussis apprime obsequens, renuit coram excommunicato se sistere. Sententiam tamen tulit Otho; quod ut ad aures venit pontificis, literas scripsit ad Jacobum Mossum, episcopum Taurinensem, et ad S. Gaudentii Novariensem præpositum, eis mandans ut Comensem episcopum ejusque bona viriliter tuerentur :* Cum, *inquit* (7), jam non nominandus imperator, sed impius persecutor, cum suis fautoribus anathematis sit vinculo innodatus, et a debito fidelitatis ipsius absoluti sint universi, nos omnia, quæ idem excommunicatus vel aliquis ejus officialis contra clericos vel ecclesias statuit aut statuerit, sive contra principes aut eorum fautores, qui memorato tyranno suum subtraxerint obsequium, ut libertatem et justitiam tam ecclesiæ quam imperii tueantur, denunciamus irrita et inania, eaque de fratrum nostrorum consilio, authoritate apostolica omnino cassamus. Specialiter autem sententiam, quam idem Otho contra ven. fratrem nostrum.... Cumanum episcopum super causa, quæ vertitur inter ipsum et capitaneos de Arzago, pro eo quod ad ipsius excommunicati præsentiam idem episcopus non accessit, cum vocatus fuisset ab eo, nequiter promulgavit, decernimus nullam esse, nec per eam aliquod Cumanæ ecclesiæ præjudicium generari. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus capitaneos ipsos, ut dictum episcopum vel ejus ecclesiam occasione ipsius ecclesiæ non aggravent vel molestent, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis. Datum Laterani nonis Aprilis, pontificatus nostri anno XV, *Christi* 1212. *Alias molestias tunc temporis habuisse non legitur beatus vir.* E

AUCTORE V. D. B.

§ II. Fundatio monasterii canonicorum regularium B. Mariæ de Torello et nosocomii S. Silvestri. Bulla Honorii III de numero canonicorum Comensium.

B. Guilielmus *fundat et anno* 1217 *consecrat canoniam regularem de Torello;*

Paulo post, dum ferverent cruciati belli præparationes, quod Innocentius III anno 1215 *in concilio Lateranensi indixerat ejusque successor Honorius III anno sequenti novis incitamentis exstimularat, dum expensæ in id fierent maximæ et vigesima saltem pars redituum ecclesiasticorum ab omnibus conferretur, eas tamen pecunias collegit* B. Guilielmus, *quibus novam canonicorum domum in sua diœcesi perficeret eamque necessariis subsidiis dotaret. Hanc in rem elegit in valle Lugana locum montanum, solitarium, quatuor fere millibus a Lugano distantem.* F *cui nomen de Torello. Sumptibus itaque suis erexit ibidem monasterium et ecclesiam, cujus primum lapidem nomine beati episcopi posuit canonicus Bertramus. Quum autem anno* 1217 *absolutum esset id templum, id ipse beatus Guilielmus consecravit die* 26 *Octobris ejusdem anni et patrocinio B. Mariæ, S. Jacobi et cæterorum apostolorum commendavit; unde id monasterium dictum est* B. Mariæ de Torello. *Voluit ipse B. Præsul, ut fundator, sic et legislator hujus asceterii esse. Regulam itaque ei proposuit, ex dictis S. Augustini et aliorum SS. Patrum collectam, additis de suo peculiaribus Constitutionibus.*

ejusque Regulam scripsit, proxime sequens disciplinam Merbacensem.

12 *Tattius* (8), *qui chartas S. Mariæ de Torello multa diligentia versavit, edidit has Constitutiones* (9), *quæ multis nominibus lectu dignæ sunt. Inscribuntur* Martino præposito S. Mariæ de Torello cæterisque fratribus suis. *Monasterii origo initio aperitur :* Ecclesiam vestram, *ait beatus vir,* de

(1) De Sismondi, Histoire de la renaissance de la liberté en Italie, pag. 56 et seqq. Bruxelles, 1841. — (2) Hurter, lib. XVI, tom. II, pag 535 et seqq.; Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 295 et tom. II, pag. 26. — (3) Tatti, tom. II, pag. 552; Hurter, lib. XVII, tom. II, pag 590. — (4) Hurter, pag. 587 et 588. — (5) Tatti, tom. II, pag. 553. — (6) Hurter, pag. 590 et 591. — (7) Regestum, lib. XV, ep. 51, ap. Migne, Patrologia, tom. CCXVI. col. 566. — (8) Annales sacri di Como, tom. II, pag. 561 et passim. — (9) Ibid. pag. 903.

 fructibus

AUCTORE V. D. B. *Pauca tamen singularia de professione, cantu,*

fructibus Cumanæ episcopatus ecclesiæ, quos in alios usus consumere poteramus, opitulante Domino construximus et consecravimus, et eam jam ex parte dotavimus; et id quod deest in proximo cupimus adimplere. *Ut autem regula semper maneret integra, interdictum voluit præpositum dispensandi potestate. Dein vitam communem vivendam esse omnino præcepit; neque voluit quemquam recipi qui legitimus non esset, vigesimum ætatis annum excessisset, integrum annum non fuisse probatus, nisi forte in probatissimæ personæ gratiam id tempus breviandum videretur capitulo. Præscripta profitendi solemnitas eadem fere est ac Morbacensis, quæ sæculo* XII *multum propagata fuit* (1). *Orationes tamen diversæ et professionis formula; neque hæc inter eas reperitur, quas edidit Lelarge inter* varias formulas ad faciendum canonicum (2). *Ecce eam* (3) : Ego frater N. offerens trado me ipsum ecclesiæ S. Mariæ de Torello et promitto obedientiam secundum hanc canonicam Regulam Deo et domino præposito, qui nunc est vel pro tempore fuerit; et castitatem et vivere sine proprio : et si in his defecero, emendationem ad jussionem præpositi promitto.

B *Ordo noctu surgendi partim ex disciplina Morbacensi desumptus est, partim omnino novus. Secundum eam disciplinam Canticum Graduum ante Matutinum concini jussit* B. Guilielmus; postea, *addit dein,* peragantur cuncta divina Officia secundum ordinem nostræ Majoris ecclesiæ, *quem Patriarchicum seu Aquilejensem fuisse tomo proxime præcedenti monuimus* (4).

prostratione infra Credo, *de vestitu, jejuniis, usu sacramentorum, pœnitentiis, conversis etc. recensentur.*

15 *Specialia nolim prosequi, nisi admodum pauca.* Cum Missa, *inquit* (5), celebratur, si *Credo in unum* dicatur, cum dicitur : *Incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine,* prosternite in faciem vestram, sic manentes usque ad *Resurrexit. Ubi imprimis animadvertendum est ritum olim maxime varium fuisse quod spectat ad verba, sub quibus genu flectendum erat aut etiam prosternere se debebant celebrans et adstantes; dein a vero aberrare eos qui autumant S. Ludovicum, regem Franciæ, hujus moris fuisse auctorem, aut (quod pejus est) sæculo* XIV *tantum hunc usum esse exortum. Verumtamen ipse* B. Guilielmus *eumdem non primus induxit. In Ordine officiorum ecclesiæ Senensis, quem anno* 1215 *Odericus canonicus ejusdem ecclesiæ edidit et Trombellius anno* 1766 *typis excudendum curavit, leguntur sequentia* (6) : In quo (*scilicet in symbolo Constantinopolitano*),

C dum cantatur : *Et homo factus est,* genua flectimus, quia Christum hominem factum et pro nobis crucifixum adoramus : *quæ eadem omnino verba reperiuntur in Mitrali seu Summa de officiis ecclesiasticis* (7), *quam Sicardus Cremonensis inter annum* 1185 (8), *quo episcopus creatus est* (fratribus *enim* et filiis *se librum suum scripsisse in conclusione operis* (9) *monet*), *et annum* 1215, *quo obiit* (10), *conscripsit. Et quum neutro loco moneatur hunc ritum particularem aut novum esse, videtur inde colligi posse eum pridem et passim in Italia, saltem superiori, fuisse receptum. In vestimentis et lecto panni lanei usus commendatus; linei tamen non vetitus. De colore hæc statuta* (11) : Omnis vestra lanea vestis, sicut capa, copertorium, manstrace, tunica, caligæ et, si qua D alia fuerint, sint grisei coloris vel albi; solummodo suo proprio et naturali colore colorata sine fraude. *Tres quadragesimæ præscriptæ : Adventus seu Nativitatis, Magni Jejunii et S. Petri; non tamen omnes æque severæ. Bis præterea singulis hebdomadibus indictum jejunium. Hæc quoque notanda* (12) : Communicaturi vero ter in anno, scilicet in Pasca, Pentecosten et in Nativitate Domini, in singulis Quadragesimis ad privatam confessionem venire non negligatis. Concedimus esum carnium tantum in tribus diebus ebdomadæ, scilicet Dominica die, tertia et quinta feria. *Infligendæ pœnæ secundum varias culpas accurate enumerantur; multis tamen relictis superiorum arbitrio. Inter has pœnas venit disciplinæ seu virgarum usus* (13). *Pueri admissi inter fratres* (14) : *admissi etiam fratres conversi; sed hi nequaquam videntur religiosi fuisse, sed tantum* suscepti in fratrum communitate orationum (15). *Jussi* fratres novitii vestimenta *sibi* emere quæ ad ordinem pertinent, *arbitrio tamen præpositi vel prioris. Præter hos superiores erat etiam minister, cui incumbebat universa rei temporalis administratio; erat et sacrista, qui curabat* E *omnia quæ ad campanas, altaria et templum spectabant. Statuta quoque multa anniversaria. Reliqua omittenda visa.*

Reliquiis donat et templum consecrat : reliqua hujus loci fata.

14 *Multis quoque reliquiis donavit* B. Guilielmus *novum monasterium, et duo altaria erigenda curavit; quorum majus B. Mariæ in cœlum Assumptæ dedicavit ipsemet et alterum S. Jacobo Majori. Donationibus ejus addiderunt paulatim multas alias accolæ, loci religione excitati. Sed, ut passim alibi, hic quoque aliquando negligenter administrata est res temporalis. Quocirca anno* 1598, *consentiente Clemente VIII, quum non haberent canonici S. Mariæ de Torello unde alerentur, addiderunt se clericis regularibus congregationis de Somascha et præpositura eorum unita est cum ea, quæ Lugani penes hos clericos erat sub titulo S. Antonii* (16) : *ita ut jam pridem nullum fere vestigium supersit fundationis illius* B. Guilielmi.

Incertum est an FF. Prædicatores Comum introduxerit.

15 *Volunt etiam eumdem beatum antistitem partem habuisse in condendo FF. Prædicatorum Comensi conventu* (17). *Verum Benedictus Jovius* (18) *hanc fundationem circa annum* 1254 *factam fuisse vult, quum jam pridem obiisset* B. Guilielmus. *Et quamquam errores his admisceat Jovius* (*v. g. quæ habet de Benedicto de Asinago* (19),) *non ausim tamen ita ab eo discedere ut fidendum arbitrer iis quæ tradidit Tattius; quum hic ipse valde dubius hoc loco procedere videatur; atque ea quæ scripsit forte non aliunde orta sint quam ex populari traditione B. Dominicum anno* 1219 *omnes Longobardiæ civitates visitasse et in plurimis condidisse conventus* (20). *Neque aliquid certi habuit Cantù, quod hac de re promeret* (21). *Quum itaque adeo sit dubium an conventus FF. Prædicatorum conditus sit ante* B. Guilielmi *mortem, nolim de eo plura quærere.* F

Fundat nosocomium S. Silvestri.

16 *Contra consentiunt Benedictus Jovius* (22), *Tattius* (23) *et Cantù* (24) *a beato viro hospitalem domum S. Silvestri prope civitatem Comensem apertam fuisse pauperibus infirmis et congrua dote instructam.*

(1) Amort, Vetus disciplina canonica, tom. I, pag. 402 et 403. — (2) De ordine canonico, pag. 545 et seqq. — (3) Tatti, tom. II, pag. 905. — (4) Act. SS. tom. VIII Octobris, pag. 905. — (5) Ap. Tatti, tom. II, pag. 910. — (6) Trombellius, Ordo offic. eccl. Senensis, pag. 459. — (7) Lib. III, cap. 4, ap. Migne, Patrologia, tom. CCXIII, col. 115. — (8) Ibid. col. 9 et 10. — (9) Ibid. col. 433. — (10) Ibid. col. 9 et 10. — (11) Ap. Tatti, tom. II, pag. 912. — (12) Ibid. pag. 914. — (13) Ibid. pag. 918, 919 et 922. — (14) Ibid. pag. 918. — (15) Ibid. pag. 921. — (16) Ibid. pag. 562 et 563. — (17) Ibid. pag. 565 et 566. — (18) Historiæ Novocomensis, lib. II, de templis et cœnobiis, pag. 199. — (19) Cfr Tatti, tom. II, pag. 199, et Échard et Quétif, Bibliotheca FF. Prædicatorum, tom. I, pag. 595. — (20) Tatti, tom. II, pag. 565 et 566; cfr Mamachius, Annales Ord. FF. Prædicatorum, tom. I, pag. 546. — (21) Storia di Como, tom. I, pag. 409 et 410. — (22) Hist. Novocomensis, lib. II, pag. 171. — (23) Tom. II, pag. 587. — (24) Storia di Como, tom. I, pag. 410.

A *instructam. Hæc dein facta prioratus fratrum S. Antonii Viennensis et dicta domus S. Antonii. Postmodum ejus reditus in commendam dati sæcularibus, et fratres Carmelitani introducti in ecclesiam, quam hi omnino renovarunt : ita ut hæc quoque beati viri fundatio perennis non fuerit. Frustra in tempus conditi hujus nosocomii quæsivit Tattius* (1).

Obtinet ab Honorio III approbationem statuti de numero canonicorum cathedralium.

17 *Dum autem hæc curaret* B. Guilielmus, *capituli sui cathedralis commoda non neglexit. Ut enim Innocentius III, cujus querelas contra id capitulum supra retulimus, hanc terrestrem cum æterna commutavit vita, ejus successorem, Honorium III,* B. Guilielmus *et canonici Comenses literis adiverunt, eum rogantes ut auctoritate apostolica confirmare dignaretur statutum Anselmi Comensis episcopi de numero canonicorum; qua confirmatione se tuerentur adversus* molestias plurimorum hominum et maxime suorum civium pro suscipiendis clericis se assidue magis ac magis inquietantium; *etenim,* nisi eorum foret precibus satisfactum, clericis debita subtrahebant et se graviora facturos in detrimentum ecclesiæ sæpius minabantur. *Quum hæc innotuere Honorio III et* quod bonæ memoriæ A[nselmus], Cumanus episcopus, volens
B suæ profectibus ecclesiæ providere, auctoritate sanctæ recordationis Gregorii papæ prædecessoris, de voluntate et assensu sui capituli statuerat, ut in Cumana ecclesia viginti canonicorum numerus certus existeret et semper maneret illibatus, et idem statutum in scriptum redigens sui sigilli munimine roboraverat; quod cum felicis memoriæ Cælestino papæ prædecessori fuisset oblatum, idem diligenter audiens approbaverat; *id quoque ipse approbavit et confirmavit,* statuens ut præbendæ ecclesiæ *Cumanæ* contra statutum Lateranensis concilii, salva sedis apostolicæ auctoritate, de cætero minime permitterentur. Datum Laterani 6 kal. Februarii anno secundo, *id est Christi* 1218 (2).

§ III. B. Guilielmi opera tempore belli sacri; mors; sepultura; antiquissima imago.

C *Non videtur* B. Guilielmus *se cruce bellica signasse;*

Medio *mense Decembri anni* 1215 *Innocentius papa III solemni bulla indixerat in concilio Lateranensi novam adversus infideles bellicam expeditionem et statuerat per triennium singulos clericos collaturos vigesimam partem suorum redituum, cardinales decimam, ipse vero dabat incredibilem pene auri et argenti copiam. Neque milites tantum invitaverat ad bellum sacrum Innocentius, sed et episcopos, et abbates aliosque. Quum autem Tattius* (3) *in antiquis monumentis tabularii S. Abundii reperisset* B. Guilielmum *anno* 1216 *versatum esse Venetiis, conjecit sanctum præsulem cruce se forte signasse et in eo fuisse ut hinc in Orientem pergeret; verumtamen se itineri maritimo non dedisse, quandoquidem anno sequenti mense Octobri ecclesiam S. Mariæ de Torello consecravit. Quam conjecturam suam fecit Cantù. Præfracte contendere nolim nil veri his inesse; monebo tamen nequaquam videri anno* 1216 *ex ullo aliquo Italiæ portu naves in Orientem solvisse, sed profectionem in annum sequentem fuisse dilatam. Præterea Thomas, archidiaconus Salonitanus, et scriptor coævus, hæc de passagio Andreæ regis, filii Belæ tertii regis Ungariæ, literis tradidit* (4) : Misit ergo et conduxit naves magnas a Venetiis, ab Ancona, et Jadra et ab aliis civitatibus Adriatici sinus, fecitque omnes applicare ad portum Spalatinæ civitatis.... Itaque anno redemptionis nostræ 1217, mensis Augusti 23 die advenit Andreas rex ad civitatem Spalatensem. *Quis autem credat integro anno ante naves Venetas illuc perrexisse, aut alias naves tanto tempore ante ad Orientales plagas navigasse? Jam si parum verisimile videatur anno* 1216 *expeditionem Venetam factam fuisse, quid illuc belli cruciati causa ivisset* B. Guilielmus? *Quin etiam videntur Veneti anno tantum* 1218 *milites suos ad bellum sacrum misisse* (5).

Ab Innocentio III collector institutus fuit pro bello sacro.

19 *Multo certius est beatum virum collectorem pecuniæ pro bello sacro institutum fuisse. Ut enim monuimus, præceperat Innocentius III in concilio Lateranensi* ut omnes omnino clerici vigesimam partem ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium conferrent in subsidium Terræ Sanctæ; *atque hæc transmittenda erat* per manus eorum qui ad hoc apostolica fuissent providentia ordinati (6). E
Renovavit hanc ordinationem Honorius III anno 1216, *et passim archiepiscopos eorumque suffraganeos collectores instituit* (7). *Certe id officium commissum fuisse in sua diœcesi* B. Guilielmo *constat ex sequenti scheda, edita a Tattio* (8) : Anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo decimo nono. die Martis, secundo exeunte Julio (*id est, die* 30 *Julii*), indictione septima. Contentus et manifestus fuit, omni exceptione remota, D. Guglielmus, Dei gratia Cumanus episcopus, filius quondam domini Rugerii de la Turre de Mendrisio, se recepisse a Bartaro, filio quondam ser Pellegrini de Cortecella de Cumis, nomine et ex parte D. Guilielmi abbatis monasterii S. Habondii, filii quondam Johannis Ariberti de Casella de Vico, nomine et ex parte istius monasterii S. Habondii, libras centum viginti denariorum novorum pro vigesimo, quod prædictus dominus abbas nomine istius monasterii dare debebat causa mittendi in itinere de Ultramare. Actum Cumis. Prædictus D. Episcopus hanc cartam fieri rogavit, ut supra. Interfuerunt testes D. Jordanus, filius quondam D. Jacobi Vicedomini, et Arialdus Guitus, notarius, filius quondam Vegii Guiti hanc cartam tra- F
didi et scripsi. *Quid sit* libra denariorum novorum, *equidem dicendo non sum. Habebant Comenses jus cudendæ monetæ, et specimina aliquot ediderunt Muratorius* (9) *et Cantù* (10). *Inter hæc unus nummulus argenteus hujus ævi est, valens* 55 *fere franci centesimis. Verum an hic nummulus reapse denarius novus diceretur et ex quot hujusmodi denariis constaret ineunte sæculo* XII *libra Comensis, quis definierit? Interea considerandum quam grave fuerit collectoris munus,* B. Guilielmo *impositum, quum ea, quæ sanctissimum virum cum S. Abundii abbate peragentem videmus, quotannis cum singulis diœcesis suæ clericis facienda essent.*

Anno 1226 *infirmatur, moritur et sepelitur in*

20 *Pluribus laudat Tattius* (11) *curam et sollicitudinem pastoralem* B. Guilielmi, *traditque eum solitum fuisse, ubi otium suppeteret, in solitudinem B. Mariæ de Torello secedere ibique cum canonicis*

(1) Tom. II, pag. 588. — (2) Ibid. pag. 929 et seqq. — (3) Ibid. pag. 559. — (4) Historia Salonitanorum pontificum atque Spalatensium, cap. 27, ap. Bel, Scriptt. rerum Hungaricarum, tom. III, pag. 575. — (5) Cfr Michaud, Histoire des Croisades, lib. XII, tom. VI, pag. 60, Bruxelles, 1841. — (6) Ap. Labbe, Collectio concil. tom. XI, part. I, col. 228. — (7) Raynaldus, Continuatio Annalium Baronii, ad an. 1216, num. 23. — (8) Tom. II, pag. 951. — (9) Dissertazioni sopra le antichità d'Italia, diss. XXVII, tom. I, pag. 442. — (10) Storia di Como, tom. I, pag. 202, 403 et 404. — (11) Tom. II, pag. 588.

ritam

AUCTORE V. D. B.

templo S. Mariæ de Torello

vitam degere, servatis quas ipse præscripserat regulis; atque hac ratione factum esse ut in hoc asceterio supremum obierit diem : scilicet, quum in eo versaretur, morbo eum correptum fuisse, quo lecto sterneretur; eum gaudio multo fuisse affectum, quod lethalis videretur infirmitas; convocatos fuisse consanguineos, qui curas suas cum canonicorum sollicitudine conjunxerint ut medelam afferrent; sed omnia medicamina vana fuisse, quoniam statuisset Deus servum suum ad mercedem vocare; ac demum sanctum virum suaviter exspirasse. Dubium nullum est quin B. Guilielmus *ad meliorem vitam transierit die* 21 *Octobris; sed aliqui id factum volunt anno* 1220, *alii* 1227. *Verum Tattius* (1) *in archivo S. Mariæ de Torello duo reperit documenta, quibus constat optimum præsulem terrestri vita functum die* 21 *Octobris* 1226 : *quod etiam ante eum Carofinus* (2) *et Ughellius* (3) *tradiderant. Sepulturam accepit sanctus antistes, quemadmodum ipse moriens concupiverat, in medio templo S. Mariæ de Torello, ossibus conditis in tumba vulgari ex lapide secto, et calce ad angulos juncta.*

Prodigia putatia.

21 *Quum scriberet Tattius anno* 1685, *stupebant homines corpus (quantum ad ossa pertinet) adhuc*
B *fuisse integrum; maxime quod locus humidus esset* (4). *Verum omnes norunt in catacumbis Romanis humidis ossa vulgo bene servata esse; in siccis plerumque in cineres redacta reperiri : ita ut in sceleto* B. Guilielmi *integro nil mirabile sit. Admiratione quoque capti fuerant homines quod, quum aperuissent tumulum, eximius odor inde perciperetur; quem naturæ telluris nequaquam liceret adscribere* (5). *Neque ego huic causæ adscripsero; sed odoramentis, quibus sepulcrum olim oppletum fuerat. Audi enim Sicardum, episcopum Cremonensem et scriptorem coævum et Longobardum, de exsequiis fidelium, maxime clericorum, agentem :* Thus, *inquit* (6), apponitur... propter fetorem vitandum... Carbones apponuntur in testimonium sepulturæ... Hedera quoque vel laurus apponitur... Cupressus etiam alicubi apponitur et aliæ frondes quæ fetorem valeant cohibere : *quæ sane sufficiunt ut, postquam partes humidæ in terram defluxerint, suavis odor in sepulcro bene clauso remaneat.*

B. Guilielmi *imago et memoria in Martyrologio Novocomensi.*

22 *Jam quæret lector quo titulo* Guilielmum *beatum dixerim et locum ei dederim in opere nostro. Ad quod quæsitum prompta est responsio. Quadringentis fere annis ante Urbani VIII decreta cultum publicum nactus est beatus antistes; tenuem quidem, sed omnino certum. Canonici enim de Torello paucis*
C *post beati sui fundatoris obitum annis curarunt pin-* D
gendam ejus imaginem supra portam templi majorem; qua imagine exhibetur pontificalibus vestimentis indutus et caput ornatus nimbo circulari seu cælesti (7). *Jam vero figuris sive pictis, sive sculptis, quibus servi Dei cum simili nimbo publice repræsentantur, cultus speciem inesse, res aperta est. Neque immerito iis sæpe usi sunt decessores nostri; eosque non uno loco secutus est Benedictus XIV, maxime ubi de picturis absidis sacelli apostolici S. Nicolai, in patriarchio Lateranensi, post in ædibus pœnitentiariæ exsistentis, fuse disserit* (8); *adeoque, ubi modum probandi cultum immemorialem explicat, imagines ad id valere luculente tradit* (9). *Jure merito itaque Tattius in Martyrologio Novocomensi, quod anno* 1675 *edidit, post celebratas ad* 21 *Octobris sanctas virgines Colonienses, quarum reliquias multa diœcesis Comensis templa possident, sic pergit :* Eadem die apud Luganum in ecclesia S. Mariæ de Torello B. Guilielmi, Novocomensis episcopi et confessoris; qui generis claritatem purioribus virtutum suarum radiis illustravit. Summa in egenos præditus pietate, S. Antonii xenodochium a fundamentis erexit. Ecclesiæ Novocomensi ab Othone
E hujus nominis IV centenariæ præscriptionis privilegium exoravit. Ecclesiasticæ disciplinæ et imprimis apostolicæ vitæ custos diligentissimus, eam non modo cum clero suo prope basilicam cathedralem servavit, sed aliis quoque in locis feliciter propagavit. Quare in tractu Luganensi ecclesiam S. Mariæ de Torello condidit et sacravit, ubi cum canonicis regularibus victu communi eodemque cultu utens aliquandiu sanctissime vixit. Denique senio confectus et jugibus pro ecclesia sibi commissa laboribus fractus, ibidem hac die in Domino obdormivit.

Statutum Joannis Ambrosii Turriani de ejus sepulcro

23 *Conquerebatur jure merito Tattius in suo Martyrologio inglorium jacere beati viri corpus; nil tamen monens quod Joannes Ambrosius Turrianus, episcopus Comensis, quum anno* 1670 *ecclesiam S. Mariæ de Torello visitaret, statuerat pias exuvias ex pristina tumba tollendas esse et in decentiori et augustiori lapideo sepulcro esse reponendas. Verum in Annalibus* (10), *quos anno* 1685 *edidit, ubi hæc memorat, spem tantum promit id aliquando factum iri. Cantù, qui certe hæc legit, neque ubi de* B. Guilielmo (11), *neque ubi de Joanne Ambrosio* (12) *scribit, id aliquando fuisse factum innuit. Quocirca videtur beatus vir in pristino suo loculo adhuc*
F *quiescere.*

(1) Tom. II, pag. 589. — (2) Dypticha episcoporum Comensium, num. 52. — (3) Italia sacra, tom. V, col. 298. — (4) Tatti, tom. II, pag. 589. — (5) Cfr Martyrologium Novocomense, pag. 229 et 250. — (6) Mitrale, lib. IX, cap. 50, ap. Migne, Patrologia, tom. CCXIII, col. 428. — (7) Tatti, tom. II, pag. 590. — (8) De servorum Dei Canonizatione, lib. I, cap. 41, num. 18 et seqq. — (9) Ibid. lib. II, cap. 22, num. 8 et seqq. — (10) Tom. II, pag. 590. — (11) Storia di Como, tom. I, pag. 409 et 410. — (12) Ibid. tom. II, pag. 298.

A

DE B. GUNDISALVO DE LAGOS CONF.

EX ORDINE EREMITARUM S. AUGUSTINI

TURRIBUS VETERIBUS IN LUSITANIA

COMMENTARIUS HISTORICUS.

V. D. B.

§ I. De B. Gundisalvi biographis et approbatione cultus. Lectiones propriæ.

ANNO MCDXXII *Ex multis scriptoribus, qui* B. Gundisalvum *laudarunt,*

Complures scriptores alii brevius, alii fusius complexi sunt B. Gundisalvi *de Lagos gesta; quorum nomina in limine hujus commentarii recitasse jurerit. Duo imprimis sunt, quorum*

B *ætas me latet, scilicet anonymus collector* Arboris Augustinianæ, *quam ab Philippo Elssio indicatam reperio* (1), *et Strambelium, ab eodem quoque memoratum* (2) *et libri* de sanctis Ordinis *auctorem dictum* (3). *Utrumque ineunte sæculo* XVII *scripsisse autumo. Verum alii multo ante id tempus in beati viri gesta inquisierant. Primus est, ni fallar, Hieronymus Roman, natione Hispanus, indefessus rerum Augustinianarum indagator, atque ideo anno* 1569 *inter Ordinis Chronistas annumeratus et quadriennio post Chronista esse jussus; quo munere usque ad annum* 1597, *quo diem obiit, functus est* (4). *Inter alia, quæ maximo numero inedita reliquit, venit Vita beati servi Dei, qua usi sunt Thomas de Herrera* (5) *et Ludovicus Torellius* (6). *Pone venit Josephus Pamphilus, patria Veronensis et citatus ab Elssio* (7), *qui anno* 1581 *Ferrarii edidit* Chronica ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini. *in eo præprimis laudans viros vel sanctitate vel doctrina insignes* (8). *Non multo post, anno scilicet* 1596, *in lucem dedit Joannes de Marieta, Hispanus, ex Ordine S. Dominici, quartam partem Historiæ ecclesiasticæ Hispaniæ* (9), *in qua breviter dixit de sanctissimo viro. Valde fuse de* B. Gundisalvo *scripsisse Antonium a Purificatione ex Torellio* (10) *cognovi. De eo*

C *egit tum in* Theatro triumphali sive indice rerum notabilium suæ provinciæ Lusitaniæ, sexdecim choris distincto *et anno* 1654 *Olyssipone edito, tum in* Parte II historiæ antiquissimæ provinciæ Portugalliæ ordinis Eremitarum S. Augustini (11), *quæ lucem vidit Olyssipone anno* 1656 (12). *Interea Thomas de Herrera, non secus ac præcedentes professione Augustinianus, anno* 1644 *typis Matritensibus edidit* Alphabetum Augustinianum, *in quo* (13) *pauca de* B. Gundisalvo *tradidit. Decennio post Bruxellis in lucem dedit Philippus Elssius* Encomiasticum Augustinianum, *in quo Pamphilum, Herreram, Strambelium et Arborem Augustinianam se sequi profitetur* (14), *nil tamen habens quod apud Herreram non reperiatur. Ultimo demum loco venit Ludovicus Torellius, qui anno* 1680 *sextum tomum Sæculorum Augustinianorum Bononiæ excudendum curavit, eo* (15) *complexus* B. Gundisalvi *gesta; ad sequentes tomos reservata narratione de translationibus.*

E *ad manum tantum sunt Marieta, Herrera, Elssius et Torellius.*

2 *Verum hæc omnia scripta penes me non sunt : habeo nempe tantum Historiam Marietæ, Alphabetum Herreræ, Encomiasticum Elssii et Torelli Sæcula Augustiniana. Quod Arbore Augustiniana, Strambelio et Pamphilo caream, non dolco vehementer; quum qui eis usi fuerunt, nil quod aliunde melius notum non sit collegerint. Sed quod Vita, quam Hieronymus Roman literis tradidit, et multo magis quod scriptis P. Antonii a Purificatione destituar, et præcipue Historia provinciæ Portugalliæ, quam ægerrime fero. Re quidem vera Torellius in sua Sæcula retulit quæcumque ad* B. Gundisalvi *gesta et corporis translationes spectarent; sed, licet pollicitus esset se ad suos quæque annos miracula relaturum* (16), *hæc plane omisit. Verumtamen aliam omnino merebant sortem, quum in forma anthentica collecta fuissent. Scilicet, ut die* 27 *Martii anni* 1491 *Joannes de la Magdalena, patria Olyssiponensis, jussus est secundo Augustinianorum provinciam Portugalliæ regere* (17), *videtur cogitasse de augendis* B. Gundisalvi *honoribus. Eodem tempore operam suam impendit Fr. Leonellus prior conventus Turrium Veterum* *, *ut quæ ad hanc usque diem contigerant ad beati viri, quod erat in isto conventu,* F *sepulcrum, in scripta referret eaque publicis instrumentis curaret approbanda* (18); *et quidem Leonellus magnam copiam collegit* (19). *Utrum autem hæc scriptio relata fuerit in* Informatione supra dubio an constet de cultu ab immemorabili tempore exhibito B. Gundisalvo de Lagos seu de casu excepto a decretis Urbani VIII, *quæ facienda fuit, quum per decretum de die* 13 *Julii anni* 1777 *hæc causa introducta est* (20), *dicendo non sum, quippe qui huc usque caream hac etiam Informatione.*

* Torresvedras

3 *Et quoniam hoc loco tetigi hanc cultus approbationem, addam non diu dubiam aut suspensam esse potuisse hanc causam, quum manifestissimum* *Pius Papa VI approbat cultum et conce-*

(1) Encomiasticum Augustinianum, pag. 268. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Ibid. pag. 23. — (4) Ossinger, Bibliotheca Augustiniana, pag. 772 et 775. — (5) Alphabetum Augustinianum, pag. 285. — (6) Secoli Agostiniani, tom. VI, pag. 550. — (7) Encomiasticum, pag. 268. — (8) Ossinger, pag. 655. — (9) Quarta parte de la Historia ecclesiastica de España, lib. XVIII, cap. 30, fol. 5. — (10) Secoli Agostiniani, tom. VI, pag. 550 et 551. — (11) Chronica de antiquissima provincia de Portugal da Ordem dos Eremitas de S. Agostino, etc. — (12) Ossinger, pag. 725. — (13) Alphabetum, pag. 285. — (14) Encomiasticon Augustinianum, pag. 267 et 268. — (15) Secoli Agostiniani, ad an. 1422, num. 10 et seqq. tom. VI, pag. 551. — (16) Ibid. num. 23, pag. 558. — (17) Ossinger, pag. 529; cfr Torelli, Secoli Agostiniani, ad an. 1492, num. 4, tom. VII, pag. 406. — (18) Torelli, loc. cit.; cfr Herrera, Alphabetum, pag. 285; Elssius, Encomiasticon, pag. 268; Marieta, Quarta parte de la historia ecclesiastica de España, fol. v° 69. — (19) Torelli, loc. cit. — (20) Novaes, Elementi della Storia dei sommi pontifici, tom. XVI, pag. 34, Romæ, 1822.

AUCTORE V. D. B. *dit elogium in Martyrologio, Missam*

esset beatum virum non multo post mortem et longe plus centum annis ante Urbani VIII decreta fuisse cultum, ut ex dicendis satis constabit. Reapse prodiit breri post favens decretum; atque alio decreto, quod die 16 *Septembris anni* 1778 *datum est, concessit Pius papa VI Ordini Eremitarum S. Augustini facultatem celebrandæ quotannis ejus festivitatis cum elogio in Martyrologio, Missa et Officio sub ritu semiduplici* (1). *Hinc in Martyrologio SS. Ordinis Eremitarum S. Augustini, quæ appendix ad Martyrologium Romanum est, ad* 21 *Octobris celebratur ejus memoria his verbis :* In Lusitania beati Gundisalvi de Lagos confessoris Ordinis nostri, qui puritate morum, verbi Dei prædicatione ac pueros rudesque homines christianæ religionis præceptis erudiendi zelo maxime enituit. *Missa est* Os justi *cum hac oratione propria :* Deus virtutum, qui beatum Gundisalvum confessorem tuum animi demissione, morum candore ac singulari charitate mirabilem effecisti, concede, quæsumus, ut ejus exempla imitantes in terris coronari cum ipso mereamur in
B cælis. Per Dominum.

et officium cum lectionibus propriis ad II *Nocturnum; quæ hic recitantur.*

4 *Quoniam autem in Lectionibus secundi Nocturni brevis pro more continetur beati viri vitæ synopsis, placet et eas hic annectere. Accipe itaque eas :* LECTIO IV : Gundisalvus, Lacobricæ in Lusitania, ex piis ethonestis parentibus natus, a prima ætate morum innocentia, tum litterarum addiscendarum studio mirifice enituit : virginitatem ita coluit, ut adolescens ab æqualibus suis inhonestos sermones misceri audiens, illico sese in fugam conjecerit, eorumque consuetudinem perpetuo devitaverit. Hinc mundi illecebras omnes aversatus, serio cœpit deliberare de amplectendo regulari instituto, quod Ulyssipone tandem præstitit, habitu suscepto Ordinis Eremitarum sancti Augustini. LECTIO V. In hoc arctioris vitæ curriculo, non brevissimo tantum somno, sed etiam parcissimo victu ad affligendum corpus utebatur, quod ciliciis quoque domabat. Mox philosophicis ac theologicis disciplinis celeriter arreptis, publicum concionandi munus obiit summa cum audientium utilitate. Cumque ejus virtutis fama longe lateque pateret, in celebrioribus per Lusitaniam ordinis suis cœnobiis prior, licet invitus, est electus. Quibus in muneribus ad extremum usque vitæ tempus nullis umquam parcens laboribus, et summa cum laude versatus est. LECTIO VI. De se ita demisse sentiebat,
C ut doctorali laurea dignus reputatus, illum honoris gradum constantissime recusaverit. Nullum majus capiebat solatium, quam dum pueros rudesque homines erudiret præceptis institutisque christianæ religionis. In cœnobiis, quibus præficiebatur, viliora quæque officia libentissime, tametsi fractis jam pene viribus, exercebat. Morti proximus alumnos suos ad pacem et regularem disciplinam adhortatus, sexagenario major sanctissime obiit. Post mortem miraculis et cultu claruit; quibus cognitis, Pius papa sextus, ejus festum ab universo Augustiniensium ordine celebrari concessit.

D

§ II. B. Gundisalvi nomen, ortus, pia educatio et admissio inter Eremitas Augustinianos Olyssiponenses.

Gundisalvi *nominis variæ formæ et origo Gothica;*

Ut *jam paulo latius explicemus, quæ de* S. Gundisalvo *habemus comperta, a nomine ordimur. Id in peninsula Hispanica, maxime in Lusitania, jam dudum frequens est. In concilio Lucensi, quod anno* 569 *celebratum fuit, legitur Gundisalvus, episcopus Dumiensis, et alter Gundisalvus princeps* (2). *Varie id efferunt varii populi. In Martyrologio Lusitanico* (3) *dicitur* Gonçalo *et in Hagiologio Lusitanico* (4); *et similiter apud Marietam* (5), *hispanice seu castellanice scribente;* Gonzalo *italice id nomen effert Torellius; Galli id mutant in* Gonzalve *et* Gonsalve; *quæ mutatio bona est, quum ipsi olim Lusitani, ubi latine scribebant, loco* Gundisalvi *dicebant* Gonsalvum *et* Gonzalvum : *exemplum ineuntis sæculi* XII *dabit Florez in episcopis Mindoniensibus* (6). *Ubi vero Galli* (7) *Gundisalvam gallice* Gonzalès E *appellant, patronymicum substituunt ipsi nomini;* Gonzalez *enim idem est ac* filius Gundisalvi, *aut saltem* de familia Gundisalvi. *In Hispaniam et Lusitaniam id nomen a Vesigotthis illatum fuisse non videtur dubitandum. Pro more constat ex duobus radicalibus : quorum prius in masculinis plerumque* audaciam fortitudinem*que et aliquando* genus *et* gentem *significat* (8); *posterius mihi valde obscurum est, nisi sit gothicum* sauls, *latine* columna (9).

Id habuere multi beati et sancti, quorum præcipui recensentur.

6 *Complures sancti id habuere nomen; qui ut cum* B. Gundisalvo *de Lagos non confundantur, videntur opportune hoc loco recensendi. In opere nostro ad* 26 *Januarii actum est de S. Gundisalvo Ossorio, episcopo Conimbricensi* (10), *de quo etiam videndus est Florez* (11). *Venit dein in Martyrologio Lusitano ad diem* 28 *Januari (quoniam statuit Clemens XI hac die ejus festum celebrandum esse in toto regno et dominiis regis Lusitaniæ) nomen S. Gundisalvi de Amarante, ex ordine FF. Prædicatorum, quem decessores nostri inter prætermissos locarunt ad diem* 10 *ejusdem mensis, qua obiit* (12) *et a FF. Prædicatoribus colitur. Iidem ad* 5 *Februarii* (13) *celebrarunt B. Gundisalvum ex ordine FF. Minorum et martyrem in Japonia, et ad* 5 *Junii inter prætermissos laudarunt Gundisalvum Vaz, natione Maurum et a Mauris anno* 1516 *crudelissime pro Christo occisum, cujus causa canonisationis, petente Joanne III. rege Lusitaniæ, a Leone X introducta fuit, sed numquam absoluta* (14). *Similiter ad* 19 *Julii meminerunt inter prætermissos duorum abbatum Cisterciensium hujus nominis, quorum alter in Galletia, alter in monasterio Juniensi in Hispania suo munere functus est* (15). *Dein agendum nobis supererit ad* 1 *Novembris de S. Gundisalvo, episcopo Mindoniensi, cujus gesta brevibus jam complexus est Florez* (16). *Præter hos in menologiis complurium ordinum alii veniunt, Gundisalvi appellati; sed nisi horum cultus plane incertus est, apostolicæ saltem sedis judicio non est probatus : quamobrem hoc loco*

F

(1) Novaes, loc. cit.; cfr Pétin, Dictionnaire hagiographique, tom. I, pag. 1216. — (2) Labbe, Concilia, tom. V, col. 885. — (3) Martyrologio Lusitano dos Santos do Reyno e seus Dominios, ad 28 Januarii. — (4) Cardosa, Agiologio Lusitano, tom. I, pag. 96 et alibi. — (5) Historia ecclesiastica de España, passim. — (6) España sagrada, tom. XVIII, pag. 119 et 125. — (7) Chastelain, Martyrologe universel, 1 Nov.; Pétin, Dictionnaire hagiographique, tom. I, col. 1219, etc. — (8) Wiarda, Ueber deutsche Vornamen und Geslechtsnamen, pag. 43. — (9) Cfr Glossarium Gothicæ linguæ, ap. Migne, Patrologia, tom. XVIII, col. 1456. — (10) Act. SS. tom. II Januarii, pag. pag. 751. — (11) España sagrada, tom. XIV, pag. 87. — (12) Act. SS. tom. I Januarii, pag. 640. — (13) Ibid. tom. I Februarii, pag. 725. — (14) Ibid. tom. I Junii, pag. 269. — (15) Ibid. tom. IV Julii, pag. 580. — (16) España sagrada. tom. XVIII, pag. 117 et 295.

non

A *non videntur recensendi. Nominabo tamen qui de Ordine Eremitarum S. Augustini sunt, scilicet Gundisalvum Ruiz de Toleto, qui anno* 1525 *Toleti obiit et de cujus canonisatione actum est* (1); *Ven. Gundisalvum de Barahona in provincia Castellæ, qui circa annum* 1518 *sanctitate coruscavit* (2); *Ven. Gundisalvum Velez, Hispalensem, anno* 1568 *a Mauris martyrium passum* (3); *Ven. Gundisalvum de Almeida, Lusitanum, qui anno* 1572 *beatum spiritum Deo reddidit* (4) *etc. Atque hæc sufficere videntur ut* B. Gundisalvus *de Lagos, de quo dicendum nobis est, cum nullo alio confundatur.*

B. Gundisalvi ortus, patria, parentes, institutio et puerilis virtus.

7 *Valde verisimile est, quemadmodum statuit Torellius* (5), *beatum virum natum esse circa annum* 1560, *quandoquidem anno* 1594, *postquam aliquandiu concionatoris officium obiisset, prior creatus est. Lucem autem primum vidit Lagii vulgo* Lagos; *quem locum nonnulli volunt esse veterem Lacobrigam. Jacet id oppidum in Algarbia, ad sinum maris, triginta octo leucis hispanicis ab Olyssipone, sex a promontorio S. Vincentii et viginti duabus ab ostiis Guadianæ seu Anatis fluvii; portum habet, incolas prope septies mille et caput est cognominis pagi* (6). B. Gundisalvus *parentes, quantum pios tantum humiles, nactus*
B *est; qui tamen curarunt ut rite institueretur. Puer legere didicit et scribere; in qua arte profecit plurimum, ut libri ab eo descripti dein testati fuere. Latinam quoque scholam adiit; in qua, non secus ac S. Joannes Laudensis, Eugubinus episcopus* (7), *condiscipulos reperit, qui quo majorem in ejus animo castitatis amorem deprehendebant, eo vehementius contendebant eum ad peccatum pertrahere. Sed virtus ejus per Dei gratiam parentumque solicitudinem et exempla tam altas radices egerat, atque ipse tantopere se juvabat oratione et humilitatis exercitio, ut nil umquam passa fuerit mentis et corporis innocentia.*

Olyssiponem aliquando devectus, visitat pius juvenis templum B. Mariæ de Gratia, cujus origo

8 *Quum autem in pietate et bonis moribus adolevisset, accidit aliquando ut pater Olyssiponem iturus esset. Comitem se obtulit bonus juvenis; qui ut admissus est, spiritali lætitia exsultavit. Secum enim statuerat vitam in claustris degere; ad quam rem opportunam se habiturum occasionem in magna civitate non immerito sperabat. Dum itaque Olyssipone versaretur et templa regularium visitaret, venit quoque in augustissimum B. Mariæ de Gratia templum; quod quum diu incoluerit beatus vir atque etiam rexerit, placet id nonnihil illustrare. Exeunte*
C *sæculo* XII *eremitæ occupaverant in monte extra mœnia ecclesiam S. Genesii; qui utrum jam tum S. Augustini regulam sequerentur, me latet. In supercilio ejusdem montis exstruxit Susanna, Joannis Quiveni olim uxor, ecclesiam, postea notam titulo Dominæ Nostræ de Monte; quam iisdem eremitis anno* 1245 *tradidit fundatrix. Hic substiterunt usque ad annum* 1271 *aut sequentem, quo sedem suam transtulerunt intra civitatem et templum cum monasterio sub S. Augustini patrocinio ædificarunt.*

et præcipuæ laudes hic narrantur.

9 Augustini titulus, *sic pergit Herrera* (8), *quem hoc loco sequimur*, in gloriosiorem Dominæ Nostræ de Gratia circa an. 1562 transivit. Cum enim eo anno, vel multo ante (ut alii volunt), piscatores quidam, ut Marquez (9) refert, rete in mare misissent, felicissima sorte piscati sunt sanctissimam imaginem Mariæ Virginis, quæ miraculorum frequentia et populi devotione piissimum Dominæ Nostræ de Gratia sortita est nomen, illudque lapsu temporis communicavit non solum illi ædi, sed et omnibus vel fere omnibus Augustinianorum domibus in regno Lusitaniæ. Celebre erat sacellum et confraternitas Dominæ Nostræ de Gratia; *adeoque, quum anno* 1385 *Joannes I, rex Lusitaniæ, mirabiliter devicisset cognominem regem Castellæ, annua instituta est supplicatio ex templo cathedrali ad id sacellum; qui pius mos ab anno tantum* 1580 *ad* 1640, *dum Lusitania Hispano paruit, interruptus est* (10). *Anno autem* 1401 *Bonifacius IX per bullam, datam* 2 *idus Julii. confratribus utriusque sexus capellam suam B. Mariæ de Gratia visitantibus concessit singulis diebus sabbati et dominicis Quadragesimæ aliquot indulgentias et facultatem eligendi confessoris* (11). Aluit hæc domus, *prosequitur Herrera*, viros nobilitate generis, doctrinæ magnitudine, præsulatuum honore et vitæ sanctitate insignes; et præter antiquos, quorum memoria excidit, ex recentioribus anno 1618, quo Marquez suum opus edidit, numerabantur, ut ipse (12) affirmat, tredecim archiepiscopi et episcopi præcipuarum ecclesiarum, præter fere innumeros confessores et prædicatores regum Lusitaniæ, publicosque sacræ theologiæ professores; et quod gloriosius est, plures et magnos sanctos. *Sigillatim* E *dein indicat Herrera B. Thadæum (aliis Matthæum aut Bartholomæum) de Canariis insulis, ab ipsis (ut videtur) Mauris Africanis cultum, et Ludovicum de Montoja, regium confessarium; quibus, ut patet,* B. Gundisalvus *de Lagos addendus est.*

AUCTORE V. D. B.

10 *Quum itaque beatus hic juvenis templum* B. Gundisalvus, *ibidem inter Eremitas S. Augustini admissus, mirabiliter in virtute et scientia profecit.*
S. Mariæ de Gratia subiisset ibique pias funderet preces, derepente sensit se excitatum ad vestem Eremitarum S. Augustini induendam: et quandoquidem divinus amor moras non novit, continuo consilium suum manifestavit patri; qui, pro sua religione filii votis annuens, eum ad monasterii superiorem duxit. Facile admissus est bonus adolescens et paucis diebus post angelica veste indutus. Quod circa annum 1580 *factum esse æstimat Torellius; neque a vero multum aberrare potest: adeo ut magna pars eorum, quæ modo de conventu Olyssiponensi retulimus, contigerint oportet, dum* B. Gundisalvus *in eo moraretur. Porro quum hic se mundanis curis liberatum sensit, crevit hinc magnopere ejus divinæ majestati serviendi ardor; quem ut expleret securius, singulorum Eremitarum considerabat virtutes easque imitari satagebat: ita ut ipse brevi tempore speculum perfectionis religiosæ evaderet. Ut autem tirocinio functus erat* F *seque ad consilia evangelica sequenda solemnibus votis adstrinxerat, literis humanis et divinis studere jussus est; in qua palæstra tanta felicitate versatus est, ut omnibus haberetur dignus non solum lectoris aut bacalaurei vulgari gradu, sed ipsius magisterii aut doctoratus laurea: sed pro sua humilitate hos titulos admittere noluit, contentus apostolico prædicatoris officio. Et quidem, hoc munere ubi auctus est, tanta id obivit utilitate, ut, ubicumque divinum verbum prædicaret, insignis fieret morum immutatio, peccatores passim ad Deum redirent, et bene multi ex mundi naufragio in religiosæ vitæ portum confugerent, deinceps sanctimonia morum fulgentes.*

Ejus pœnitentiæ et pietatis studium et libros descri-

11 *Interea suam ipsius perfectionem non negligebat, corpus affligens jejuniis, verberibus aliisque mortificationis modis, servum inutilem se ex animo profitens et egregie colens pietatem: quæ inter cele-*

(1) Herrera, Alphabetum, tom. I, pag. 279 et 280. — (2) Ibid. pag. 288. — (3) Ibid. pag. 289. — (4) Ibid. pag. 290. — (5) Secoli Agostiniani, ad an. 1422, num. 10, tom. VI, pag. 551. — (6) De Minana, Diccionario de España y Portugal, tom. V, pag. 129; Guibert, Dictionnaire géographique, v° *Lagos*. — (7) Cfr ejus Vita ap. Sarti, de Episcopis Eugubinis, pag. 65. — (8) Alphabetum, tom. II, pag. 510. — (9) Origen de los Frayles Ermitaños de la orden de san Augustin, cap. 19, § 3, pag. 356. — (10) Torelli, Secoli Agostiniani, ad an. 1385, num. 24, tom. VI, pag. 227. — (11) Herrera, Alphabetum, pag. 510. — (12) Origen de los Frayles Ermitaños, cap. 19, § 4, pag. 356 et seqq.

branda

AUCTORE V. D. B. *bendi labor : duo huc pertinentia prodigia.*

branda divina mysteria elucebat potissimum; adeoque tanta reverentia et devotione sacro adstabat altari, ut non hominem terrenum, sed cælestem angelum dixisses. Quum autem ei erat otium, libros liturgicos describebat singulari cura et nitore : qua in re adjumento ei erat maximo ars calligraphica, quam puer didicerat. Hæc ubi retulit Torellius (1), *duo huc pertinentia prodigia secundum Antonium a Purificatione subdit. Olyssipone et similiter in S. Irenæ libros scripserat sanctus librarius. Factum est autem post ejus mortem ut liber Olyssiponensis ex choro subriperetur furto et deferretur Salmanticam, ubi aliquanto post a Lusitano agnitus est. Verum nulla patebat Eremitis via ad eum recuperandum; quocirca supplicarunt beato viro ut ipse hanc rem curaret. Et quidem post fusas preces repererunt gratulabundi ad introitum chori desideratum librum. Idem omnino accidit in conventu oppidi S. Irenæ, nisi quod liber, furto sublatus, Olyssiponem deportatus fuerat. Quamquam his aliisque exercitationibus diurnum tempus transmitteret sanctus, nocturnum transigebat fere orando, meditando et corpore verberando; ita ut vix duas aut tres horas quiesceret, hieme et æstate sola veste coopertus et reclinatus in lecto ex*
B *sarmentis, quotannis renovatis, absque pulvinari aut alio capitis solatio.*

§ III. Præficitur conventibus deLouriñan, Olyssiponensi, S. Irenæ et Turrium Veterum; quam sancte suo munere fungeretur. Cura rerum temporalium.

Præficitur conventibus de Louriñan et Olyssiponensi;

Profecto, quum tanta sanctimonia emineret, nil mirum est cogitasse aliquando superiores de eo præficiendo Fratribus. Habebant illo ævo Eremitæ S. Augustini in diœcesi Olyssiponensi, in pago Turrium Veterum, loco dicto Louriñan (*anno tantum* 1160 *hic locus incoli cœperat* (2)), *parvum conventum, patrono S. Laurentio. Huic asceterio præpositus* B. Gundisalvus *anno* 1394, *idque rexit annos aliquot, forte*
C *decem. Postea, anno scilicet* 1333, *suppressit Fr. Ludovicus Montoja, vicarius generalis et reformator provinciæ Lusitaniæ, id cœnobium, verisimilius quod minus esset quam ut in eo florere posset disciplina regularis. Quum autem in gubernando conventu de* Louriñan *piam suam industriam superioribus probasset beatus vir, circa annum* 1404, (*quemadmodum ex antiquis documentis collegit P. Antonius a Purificatione* (3),) *promotus fuit ad prioratum conventus B. Mariæ de Gratia Olyssiponensis, quem jam ante sanctimonia sua illustrarat.* Porro, *inquit Torellius* (4), tamquam res certa statuitur eum priorem creatum fuisse a magistro generali ordinis, Nicolao scilicet de Cassia, postea episcopo Maceratensi et Recanatensi; quum illo ævo Olyssiponensis conventus immediate subesset generali magistro; adeoque censendum est B. Gundisalvum vicarium generalem provinciæ Lusitaniæ fuisse, quum illis temporibus, ut ex veteribus scriptis constat, hoc officium annexum esset Olyssiponensi prioratui. D

15 *Hinc amotus est beatus vir quadriennio post, ut in conventu Sanctæ Irenæ* (*vulgo* Santaren) *prioris quoque munere fungeretur. Hic conventus partim anno* 1376, *partim anno* 1380 *fundatus fuerat et tam copiosa dote ab Alphonso Tellio Meneses, comite de Orem, instructus, ut hinc quadraginta Fratres vivere possent* (5). *Herrera, postquam eadem retulit :* Consonat, *inquit* (6), Hieronymus Roman in mss. codicibus, ubi asserit die 12 Maji anni 1376 hanc ædem initiatam et in ea a provinciali F. Joanne de Turribus sacra celebrata consentiente episcopo Lixbonnensi Agapito de Columna, quem circa annum 1378 Urbanus VI S. R. E. cardinalem creavit; primumque lapidem appositum die 10 Aprilis anni 1380, plurimumque in ædificii erectione B. F. Gonzallum de Lagos laborasse : *quod postremum, si verum sit, oportet ut valde lente processerit fabrica. De oppido Sanctæ Irenæ nil est quod dicam : in tomo VIII Octobris, ubi hujus sanctæ Vita edita, plurima quoque dicta de ipsa civitate. Ut Olyssipone, sic in Sanctæ Irenæ quadriennium fratribus suis præfuit* B. Gundisalvus, *anno* 1412 *ad prioris officium in conventu* E *Turrium Veterum obeundum evocatus* (7). *Is autem locus, vulgo* Torres Vedras, *antiquum provinciæ Estramaduræ et diœcesis Olyssiponensis oppidum est, tribus leucis septentrionem versus ab hac civitate dissitum et ter mille quingentis fere incolis frequens* (8), *sæculoque* XIII (*de anno disputant Augustiniani* (9) *ipsimet*) *conventum Eremitarum S. Augustini acceperat. Cui præfuit* B. Gundisalvus *usque ad mortem, id est annos decem, quandoquidem, ut infra videbitur, diem obiit anno* 1422. *Hæc iterum ex Torellio.*

deinde in S. Irenæ et demum Turribus Veteribus.

14 *Non facile dixeris quanta animi demissione quantave caritate munere suo fungeretur* B. Gundisalvus. *Solitus erat nil jubere, nisi quod ipse prius fecisset. Officia abjecta et humilia amabat obire; eumque, tametsi priorem, videre erat, jam lavantem catinos et cibos coquentem in culina, jam ostiarii agentem partes et fere semper infirmarii. Ipse nempe ægrotantium sternebat lectos, mundabat cubicula, cibos et medicamina ministrabat, eosque robore et spiritali replebat solatio. Sæpe etiam, secum habens comitem, panem per plateas mendicabat, maxime dum pauperibus conventibus de Louriñan et Turrium Veterum præsesset. Hospitum quoque lavandi pedes* F *et verrendi monasterii atria aliaque id genus servilia pensa, quasi conversus fuisset, mirabili animi lætitia faciebat.*

Quanta humilitate et quam eximio exemplo subditis suis præiret;

15 *Quando Turribus Veteribus prior erat beatus vir, contigit ut capitulum provinciale in eo conventu habendum indiceretur. Verum deerant sancto præposito victualia quibus hanc turbam nutriret; deerat pecunia, qua hæc coemeret; deerat et tempus, intra quod necessaria conquireret. Consilium tamen non defuit servo bono et fideli; quippe qui perrexit Olyssiponem, archiepiscopum conventurus, quem olim discipulum habuerat* (10) : *unde in transitu discere est* B. Gundisalvum *olim in scholis docuisse. Erat autem hic præsul Didacus Alvarus, qui cardinali Joanni Alphonso de Azamboia, die* 25 *Januarii anni* 1415 *Brugis Flandrorum vita functo* (11), *successerat et usque ad annum* 1424 *Olyssiponensem cathe-*

Quanta modestia et felicitate mendicaret.

(1) Secoli Agostiniani an. 1422, num. 13 et 14. — (2) De Miñano, Diccionario de España y Portugal, tom. V, pag. 262. — (3) Cfr Torelli, Secoli Agostiniani, ad an. 1422, num. 16. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Ibid. ad an. 1380, num. 22. — (6) Alphabetum Augustinianum, pag. 417. — (7) Torelli, ad an. 1432, num. 16. — (8) De Miñano, Diccionario de España y Portugal. tom. IX, pag. 50. — (9) Herrera, Alphabetum, pag. 466. — (10) Torelli, Secoli Agostiniani, ad an. 1422, num. 17. — (11) Macedo, Lusitania Purpurata, pag. 143 et seqq. Cfr tamen Soares da Sylva, Memorias para a Historia de Portugal, que comprehendem o governo del rey D. Joaõ o I, tom. II, pag. 584 et seqq.

dram

A *dram occupavit* (1). *Qui ut beati prioris necessitatem intellexit, jussit ei dari quidquid peteret. At hic nil aliud postulavit quam ut sacci, quos humeris ferebat, implerentur panibus, vasculum oleo et lagena vino : quibus acceptis, lætus hoc onere, pedestri itinere* XXI M. P. *domum redivit. Verum ubi archiepiscopus ex ministris cognovit sancti viri in petendo subsidio modestiam et in portando hoc pondere humilitatem, pietate motus, præcepit ut ad eum veheretur ingens copia panis, vini, carnis et piscium aliorumque altilium, quibus capituli consortes vescerentur. Cæterum hic ejus mos erat, ut, quum mendicatum exiret, scapulis suis domum ferret acceptas eleemosynas.*

Dotem procurat conventibus quibus præest.

16 *Curabat quoque pater familias ut certos reditus procuraret conventibus, quibus præerat. Dum in Louriñan priorem ageret, nactus erat agros aliquot; sed postea effecit ut penes conventum Turrium Veterum fierent. Quo vero tempore in Sanctæ Irenæ oppido degebat, obtinuit latifundium, cui nomen* Ocharia *et ex cujus fere reditibus deinceps vixerunt hujus loci Eremitæ. Eo pertinet res mira satis, quam hoc loco refert Torellius, licet quatuordecim post beati prioris mortem, id est anno* 1456, *contigerit.*

B *Minister quidam fisci regii retulerat ad Odoardum, Joannis I regis filium et successorem, Ochariam de jure regis esse. Jussit itaque Odoardus ut sibi ostenderent Augustiniani donationis diploma. Quod quum hi reperirent nuspiam, nesciebant quo se verterent. Confugerunt tandem ad* B. Gundisalvum, *qui sibi servaret quod olim acquisiverat. Neque vana fuit eorum fiducia. Dum enim aliquando procurator domo exivisset, testes quærens qui certam facerent donationem; ut civitatis porta egrediebatur, vidit supra terreum tumulum infantulum, manu protendentem magnam chartam pergamenam. Eam legendam petiit procurator, et statim vidit quæsitum id esse diploma. Interea evanuerat infans, certo indicio angelum cælestem* B. Gundisalvi *patrocinio missum fuisse, qui e discrimine liberaret pristinos fratres. Chartam probarunt regii ministri; et Deo et beato viro impense grates egerunt lætabundi Eremitæ.*

§ IV. Cura B. Gundisalvi in docendis agricolis, pueris aliisque; periculum castitatis incurrit; miracula patrat; pie obit.

C

Sæpe concionatur B. Gundisalvus *et agricolas puerosque singulari cura instituit.*

Quum *Dei et proximi caritate arderet sanctus vir, procurabat sedulo ut homines sibi perniciem et Deo injuriam non facerent peccato. Quem in finem sæpe dicebat publice ex cathedra ad concionem. Verumtamen hæc ei satis non erant : quocirca, ut advesperascebat, conferebat se ad conventus januam (quod potissimum dum Turribus Veteribus residebat fecit), et viros ex agris redeuntes sistebat, eosque officii sui monebat ut Deum, patrem suum amantissimum, redamarent, judicem justissimum revererentur, et a peccatis, quibus divina gratia omittitur, caverent : quibus adhortamentis utilissimus erat plebi et vir cælestis videbatur. Non minus curabat pueros; quos diebus festis in templum alliciebat ad doctrinam christianam audiendam, et ferialibus diebus e schola redeuntes exspectabat, priusquam lusum ivissent; hanc arripiens occasionem ut eis suaderet obedientiam, quotidianarum orationum recitationem, sermonem castum, honestam agendi rationem et similia pro audientium ætate. Ne vero fastidiosus eis aliquando fieret, solebat secum in manica ferre multa frusta panis et poma, quæ eis hilari vultu largiebatur; atque etiam varias sanctorum imagunculas, quas sapientioribus dabat : quod postremum maxime notari meretur, quum illo ævo primum imagunculæ imprimi cœptæ sunt; nisi forte ipsemet beatus, qui ipse optimus calligraphus esset, eas calamo pingeret. Hæc ubi narravit Torellius* (2), *addit dici non posse quantum hac spiritali industria puerilibus illis animis profuerit.*

AUCTORE V. D. B.

Meretricula quædam ejus castitati frustra insidias struit.

18 *Ut autem dæmon ulcisceretur damna, quæ* B. Gundisalvus *monitis suis publicis et privatis maximeque sanctimoniæ suæ exemplo ei inferebat, statuit virtutem ejus aggredi, et, si posset, evertere. Quod consilium ut perficeret, usus est juvencula meretrice hunc in modum. Quum ex hac fæce complures puellæ maximo odio beatum virum haberent, quod tot eis eripuisset amasios, unam ex suis incitarunt ut sanctum priorem ad peccatum pelliceret. Assensit pessima muliercula; et nocte quadam, quum densa pluvia caderet et vehemens tempestas sæviret, cucurrit ad conventus januam, quam inter mœstissimos ploratus et crebros singultus diu multumque pulsavit. Pro more suo ostiarii vicibus fungens, morabatur beatus vir in vicino cubiculo et tempus orando transigebat. Ut autem audivit tristes pulsantis clamores, misericordia motus, valvam aperuit; et videns puellam pluvia et lacrymis madidam, quid hac hora vellet petiit. Hæc se peregrinam esse dixit; ab hera levi de causa domo dimissam; nescire quod tectum quæreret; vereri maxime ne in inhonestum veniret consortium; instanter rogare ut illic pernoctare posset, et alia id genus; quibus beatus vir pro sua simplicitate fidem addidit. Adolescentulam itaque admisit in culinam, eam cibo refecit et dein in cellam, ubi somnum caperet, duxit. Ast ut huc ingressa est, motus aliquot dedit incompositos et pulchritudinem suam explicuit; quod puerili ingenuitate factum fuisse credidit vir mali minime suspicax et facile excusavit; ipse tamen hinc discessit et ad mane usque in alio cubiculo oravit. Quum autem illucesceret, adiit cellam, ubi puellam invenit ad profectionem paratam et nescio qua animi molestia pressam. Duxit eam itaque ad januam* B. Gundisalvus *et monuit ne timeret; se scilicet eam ducturum ad heram et impetraturum veniam. Ast hæc subridens nil causæ esse respondit, neque se ullo egere patrocinio. Quibus auditis, intelligere visus est vir bonus quæ sibi structæ fuissent insidiæ, neque aliud respondit quam hæc pauca verba : Parcat tibi Deus, anima christiana, si prava intentione me conveneris. Quod universum negotium latere non potuit pessimi hujus consilii instigatrices; quæ tantopere* B. Gundisalvi *virtutem admiratæ sunt, ut pœnitentia ductæ ad ejus pedes ceciderint, veniam efflagitantes : ipse vero gratias Deo egit quod tanto se liberasset periculo : neque dubito quin statuerit postea prudentior esse.*

E

F

Visum mulieri cæcæ restituit.

19 *Miraculorum donum non negavit Deus servo suo; et quidem, quum ejus gesta prosecutus est P. Antonius a Purificatione plurimorum prodigiorum, quæ numquam scripta fuerant, adhuc supererat memoria; et aliorum etiam quæ instrumentis authenticis excepta fuerant, sed dein deperdita. Quocirca unum tantum singulare ex eo retulit Torellius* (3). *Turribus Veteribus scilicet, dum prior*

(1) Moroni, Dizionario di erudizione ecclesiastica, tom. XXXVIII, pag. 311. — (2) Secoli Agostiniani, ad an. 1422, num. 19. — (3) Ibid. num. 21.

AUCTORE V. D. B

illic esset beatus vir, habitabat anus paupercula et cæca, quæ olim multum in conventus templo ministerium obiverat. Hæc aliquando Dei servum interpellavit his verbis : Pater Gundisalve, solitus es continuo caritatem exercere erga tot homines, vix tibi notos, et miracula patras in eorum gratiam; quare itaque in me ,quæ tamdiu pro viribus meis obsequia in templo vestro præstiti, misericordia non moveris? Impetra mihi a Deo benedicto usum oculorum (potes enim; si volueris); ut quod mihi vitæ tempus superest melius vivere queam. Ad quæ nonnihil turbatus sanctus prior : Quid, bona femina, miracula et prodigia loqueris? Equidem peccator cæteris omnibus pejor sum, qui miracula patrare nequeo : Deus solus miracula patrat : ejus itaque opem in domo tua implora cum fiducia; oculos lava aqua, cui sardinas (pisciculorum genus est) immerseris; et videbis. Jussa fecit mulier et, stupente universa civitate, oculorum usum recuperavit.

Pie moritur die 13 *Novembris anni* 1422.

20 *Interea venit tempus, quo ad æternam mercedem Deus servum suum vocaret. Ut autem hic sensit finem suum instare, magna animi exsultatione exeuntium sacramenta suscepit et multa alacritate fratres suos adhortatus est ad accuratam Regulæ et Constitutionum observantiam. Quumque deinde cum iisdem recitasset psalmos et ordinem commendationis animæ, inter suorum lacrimas de perdito amantissimo patre et eorumdem de adepto novo patrono gaudia, eximia pace et animi tranquillitate spiritum Deo reddidit. De die et anno mortis dissentiunt auctores quam maxime inter se. Joannes Marieta* (1) *scripsit eum vita functum esse anno millesimo quingentesimo decimo nono; Antonius a Purificatione in tertio choro Theatri sui triumphalis* (2) *mortuum eum esse statuit die* 13 *Octobris anni* 1443; *Herrera* (3) 13 *Octobris anni* 1443 *aut* 13 *Novembris anni* 1422; *Elssius* (4) *die* 25 *Octobris aut* 13 *Novembris anni* 1422. *Quid ergo in media hac discordia? Imprimis curanda non sunt Marietæ dicta, quum constet multo ante annum* 1519 *translata fuisse* B. Gundisalvi *ossa et dicendus esset beatus vir plus centum quinquaginta annos vixisse; neque dies* 25 *Octobris, quam assignat Elssius, observanda est, quum merum sphalma typographicum esse videatur, numero* 25 *loco* 13 *posito. Putem etiam recedendum esse ab assertis Antonii a Purificatione in Theatro suo Triumphali; nam licet hic passim secu-*

B

C *tus sit quæ in provinciæ Lusitanicæ archivis reperit documenta, ipse tamen in posteriori opere, nempe in Historia provinciæ Lusitanicæ Augustinianæ, hæc sua asserta correxit et annum* 1422 *posuit* (5) : *quem annum prius dederat Hieronymus Roman. Et quidem quum hic* B. Gundisalvi *Vitam scripserit, archiva ordinis sui perscrutatus, non videtur dubitandum quin annus* 1422 *retinendus sit. Quid enim eo accessisset Antonius a Purificatione, nisi intellexisset se prius errasse et Hieronymum ab initio recta docuisse? Et quamvis Torellius non doceat quid in Historia provinciæ de die funeris tradiderit Antonius a Purificatione, æstimo adhærendum quoque esse Hieronymo Roman, affirmanti* B. Gundisalvum *ad superos abiisse* 13 *Novembris : ut enim recte annum, sic quoque bene diem assignasse censendus est.*

D

§ V. Sepultura, translationes et miracula B. Gundisalvi.

Sepelitur B. Gundisalvus *speciali loco, sed anno* 1492 *propter miracula elevantur ejus ossa.*

Vix credibile est quantos in civitate motus excitarit B. Gundisalvi *obitus. Quum enim omnes eum pro sua beneficentia amarent et pro sanctitate venerarentur, accurrerunt magno numero ad templum, in quo sacrum ejus corpus expositum erat; ejus protectionem implorantes et satagentes sibi aliquid procurare quod reliquiarum loco haberent. Dein conditæ beatissimi viri exuviæ sepulcro speciali in capella majori ad cornu Evangelii, ubi jacuit usque ad annum* 1492, *undique concurrentibus turbis eum venerantium ejusque poscentium opem. Nequaquam frustra; ita ut gratiarum et miraculorum fere numerus non esset. Quæ usque ad dictum annum* 1492 *contigerunt prodigia, a F. Leonello, priore Turrium Veterum conventus, collecta fuisse et instrumentis publicis confirmanda curata diximus supra. Quod quum esset factum, jussit F. Joannes a Magdalena, iterum provincialis, ut elevarentur sacra ossa et clauderentur arca deaurata. Quæ arca duabus clavibus (quarum altera penes priorem, altera penes sacristam esset) obserata et in loculamento, crate ferrea munito, ad idem Evangelii latus inque eadem capella deposita est* (6). *Multa solemnitate multisque expensis hanc translationem peractam fuisse tradit Torellius* (7); *qui et addit incolas Lagii,* B. Gundisalvi *populares, ad communitatem Turrium Veterum dedisse literas, quibus id negotium urgeretur : quod facile crediderim.*

E

Anno 1518 *erigitur in ejus honorem confraternitas et mausoleum cum ejus imagine supra sepulturæ locum collocatur*

22 *Verum ubi tradit pecuniam collatam fuisse a confraternitate, quæ jam pridem erecta fuerat ad servi Dei promovendum honorem, secum ipse non satis constat, quandoquidem postmodum docet* (8), *secundum Antonii a Purificatione asserta in II tomo Historiæ provinciæ Augustinianæ Lusitanicæ, hanc confraternitatem excitatam tantum fuisse anno* 1518; *teste etiam Herrera* (9) *anno* 1518 institutam confraternitatem in B. Gundisalvi honorem, quæ temporis decursu, *ait,* finem habuit. *Quum autem post hanc translationem pristinum sepulcrum relictum fuisset apertum, invaluit mos terræ pulverem inde auferendi, qui morbis curandis tamquam cælestis medicina adhiberetur. Visum itaque est anno* 1518 *ibidem lapideum mausoleum cum superposita* B. Gundisalvi *simulacro collocare, relicto foramine per quod fideles terram eruere etiam deinceps possent* (10).

F

Aliæ translationes annis 1559 *et* 1591

23 *Postmodum, inquit Herrera* (11), monasterio ad commodiorem situm prope S. Andreæ hospitale translato, B. Gundisalvi corpus die 5 Augusti anni 1555 vel 1559, ut Hieronymus Roman tradidit, (*annum* 1559 *habet quoque Torellius* (12), *Herreram citans et Antonium a Purificatione*), solemni processione ad ecclesiam hospitalis adductum et in sacello majori collocatum. Postea anno 1581, die 18 Decembris, vicinis populis concurrentibus, piæ illæ exuviæ ad novæ ædis templum traductæ. Durat adhuc populorum devotio et miracula crebra non desunt.

24 *Quæ hactenus ex Herrera retulimus, fluunt neque difficilia videntur. Contra aqua hæret in sequentibus :* Author, *ait,* Theatri Triumphalis, choro III,

(1) Quarta parte de la historia eclesiastica de España, fol. vo 69. — (2) Ap. Torelli, ad an. 1422, num. 9. — (3) Alphabetum Augustinianum, pag. 285.— (4) Encomiasticum Augustinianum, pag. 268. — (5) Ap. Torelli, ad an. 1422, num. 9.— (6) Torelli, ad an. 1492, num. 4; Herrera, pag. 285; Elssius, pag. 268. — (7) Ibid. num. 5. — (8) Ibid. ad an. 1518, num. 4, tom. VIII, pag. 49. — (9) Alphabetum Augustinianum, pag. 285. — (10) Torelli, ad an. 1492. num. 5 et 1518, num. 4; Herrera, pag. 285; Elssius, pag. 268. — (11) Alphabetum, pag. 285.— (12) Ad an. 1559, num. 12.

An B. Gundisalvus *nautarum patronus; an ejus festum olim die* 15 *Octobris actum fuerit.*

A Gundisalvum... in Algarbio navigantium advocatum vocat, additque in conventu ad Turres Veteres plenum dierum anno 1445, die 15 Octobris, quæ usque ad cladem Sebastiani regis fuit indigenis festiva et nundinaria, ad superos evolasse. *In quibus (ut nil dicam de anno obitus, quem* 1422 *fuisse supra statui) sequentia mihi difficilia sunt : primum est* B. Gundisalvum *in Algarbio navigantium advocatum vocari; id enim plane omittendum duxit Torellius, neque novi id ab ullo alio præter Antonium a Purificatione ejusque sequaces Herreram et Elssium commemorari; deinde res notissima est in Lusitania æque ac in Hispania navigantium patronum esse S. Petrum Gonzalis, ex ordine Fratrum Prædicatorum, cui nautarum vulgus nomen* Sant Elmo *indidit, putans eumdem eum esse ac Italorum* Sant Elmo, *id est S. Erasmum martyrem, in mediis maris mediterranei periculis invocari solitum* (1) : *pronum itaque est suspicari Antonio a Purificatione* el santo Fray Pedro Gonçalez *seu vulgarem* Sant Elmo *eumdem habitum esse ac* el santo Fray Gonçalo. *Secundum est asseri* B. Gundisalvum *die* 15 *Octobris obiisse eamque diem deinceps Turribus Veteribus festivam fuisse et nundinariam usque ad*
B *Sebastiani regis cladem. Jam monui traditum fuisse ab Hieronymo Roman, de tempore mortis beati viri multo melius docto, eum ex hac vita decessisse die* 15 *Novembris. Deinde nequaquam intelligitur quare cessassent festa et nundinæ die* 15 *Octobris haberi propter regis Sebastiani cladem; mæstissimus enim hic eventus non medio mense Octobri, sed die* 4 *Augusti anni* 1578 *contigit. Examinent itaque velim, qui in illis partibus degunt, an non annua illa festa celebrarentur die* 5 *Augusti in memoriam translationis, quæ hac die anno* 1555 *aut potius* 1559 *facta est, ut supra ex Herrera aliisque narravimus : dies enim* 5 *Augusti promixa est regis Sebastiani cladi.*

AUCTORE V. D. B.

Cella ejus ab uno minus reverenter habita.

25 *Aliquatenus quoque facit ad* B. Gundisalvi *cultum singularis reverentia, qua cella, multos annos ab eo Turribus Veteribus habitata, plerisque Fratribus habenda visa est. Displicuit tamen id consilium uni alicui, superstitionem hanc esse dicenti, et futurum aliquando ut nulla amplius in conventu superesset cella, si eæ omnes, quas incoluissent viri,* B. Gundisalvo *sanctitate pares, in oratoria converterentur; seque in ea sedem suam fixurum, nisi quis alius prius id fecerit. Neque aliter egit quam dixit; sed brevi temeritatis suæ luit pœnas. Prima enim nocte, quam in ea transegit, tam vehementibus doloribus afflictus est ut statim, pœnitentia ductus, in aliam cellam confugerit. Sed frustra; brevi nempe morbo occubuit, exemplo suo docens Fratres quanta reverentia habendus esset* B. Gundisalvus (2). *Prodigii loco id* E *habitum fuit; aliaque multa postea contigerunt miracula, quæ in hujus tomi appendice referemus, si forte ea opportuno tempore nanciscamur.*

(1) Cfr Act. SS. tom. II Aprilis, pag. 590 et 591. — (2) Torelli, ad an. 1422, num. 25.

DIES VIGESIMA SECUNDA.

SANCTI QUI COLUNTUR XI KALENDAS NOVEMBRIS.

S. Salome, mater filiorum Zebedæi.
S. Marcus, episcopus Hierosolymitanus.
S. Abercius, episcopus Hierapolitanus, in Phrygia.
S. Alexander, episcopus, } martyres.
S. Heraclius, miles, }
S. Anna, }
S. Theodota, }
S. Glyceria, }
S. Elisabet, }
S. Philippus, episcopus et martyr, Firmi in Piceno.
S. Valerius, archidiac. Lingonensis, martyr, in Gallia.
S. Leugatus vel Leogathus, martyr.
S. Julius, martyr, apud Coptos.
S. Philippus episc. Heracleæ } martyres, Hadrianopoli Thraciæ.
S. Severus, presb. }
S. Hermes diac. }
S. Mellonus seu Melanius, conf. episcopus Rothomagensis, in Gallia.
SS. Abibus et Apollo, monachi in Ægypto.
S. Candida vel Candia, virgo et martyr, Dertosæ in Hispania.
S. Cordula virgo et martyr Coloniæ Agrippinæ.
S. Verecundus, episc. Veronæ, in Italia.
S. Simplicius et S. Constantinus abbates in Monte Cassino.
S. Nunctus, abbas et martyr, prope Emeritam in Hispania.
S. Lupentius, abbas et martyr, Catalauni in Galliis.
S. Nepotianus, episc. Claromontanus, in Arvernia.
S. Merovæus, monachus Bobiensis, in Liguria.
S. Salarius, episcopus et martyr Lunæ, in Italia.
S. Moderamnus, episc. Rhedonensis in Gallia, deinde abbas Berceti in Italia.
S. Benedictus, abbas, ejusque soror S. Avenia, Maceraci in Britannia Minori.
SS. Nunilo et Alodia, sorores, virgines et martyres, Oscæ in Hispania.
S. Donatus, episcopus, Fesulis in Italia.
S. Bertharius, abbas et martyr, in monasterio Cassinensi.
S. Joannes, monachus Rylensis et confessor, in Turciâ Europæa.
S. OElbertus, martyr, in Brabantia.
B. Joannes Bonus, eremita ordinis S. Augustini, Mantuæ in Italia.
B. Hieronymus Garibus, confessor ord. FF. Minorum, Bononiæ et Niciæ in Italia.

PRÆTERMISSI

A

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

D

Novariæ, Translatio sancti Gaudentii episcopi. *Ita ex Tabulis ecclesiæ Novariensis Ferrarius in Catalogo generali. Vide ejus Acta a Bollando illustrata* XXII Januarii.

S. Severus, *episcopus Ravennatensis, occurrit hac die in quibusdam Usuardi Auctariis. Actum de* S. Severo, episc. Raven., S. Vincentia, ejus conjuge, S. Innocentia, virgine eorum filia I Februarii.

Translatio sanctæ Vincentiæ, uxoris sancti Severi, Ravennatensis postea episcopi, et Innocentiæ virginis, ejus filiæ ad diœcesim Moguntinam. *Ita Arturus in Gynecæo ad hunc diem. De hac Translatione vide Acta S. Severi* I Februarii.

Translatio corporis S. Martini, *archiepiscopi Bracarensis, in Lusitania; quod ad hanc civitatem translatum anno* 1606 *fuit ex monasterio Dumiensi. Celebratur festum in diœcesi Bracarensi* (1). *De* S. Martino *egimus* XX Martii.

S. Mariæ Jacobi *alias* Cleophæ, *una cum* S. Salomæ, *festum sub ritu duplici signatur in antiquo Breviario* ad usum insignis ecclesie collegiate dive
B Gudile oppidi Bruxellensis, *excuso Parisiis ineunte sæculo* XVI. *De* S. Maria Jacobi *egit Henschenius* IX Aprilis.

Beati Ladislai Gielnovii, ordinis Fratrum Minorum de observantia, Varsoviæ in Polonia. *Ita in Martyrologio Romano-Seraphico. Acta dedit circa annum* 1680 *Henschenius ad diem emortualem, nempe quartam Maji* (2). *Postea cultu ab immemorabili probato et confirmato, festum in hunc diem,* 22 *Octobris, relatum fuit. Audiamus Benedictum XIV* (5) : Jam usque ab anno 1627 super fama sanctitatis et cultu, beato Ladislao præstito, constructus fuit auctoritate ordinaria processus ; quo mature discusso in SS. Rituum congregatione anno 1629, signata fuit manu san. mem. Urbani PP. VIII commissio introductionis causæ; expeditisque subinde litteris remissorialibus et compulsorialibus, confectus fuit Varsaviæ ab anno 1632 usque ad annum 1637, processus auctoritate apostolica super sanctitate vitæ, virtutibus, e miraculis in specie, in quo de anno 1633, in actu judicialis visitationis ejus sepulcri, adnotatum fuit inter alia, quod conditiones et requisita, præscripta in decretis Ur-
C bani VIII, ad concludendum cultum immemorabilem, seu casum ab iisdem exceptum, in causa concurrebant. Hoc autem processu in actis sacræ congregationis exhibito, causa siluit usque ad annum 1730, quo fel. mem. Clemens XII commissionem reassumptionis ejusdem causæ in statu et terminis signavit, cum conditione de more apposita, ut in primis doceretur de paritione decretis præfati Urbani VIII, sive de casu ab illis excepto. Quare expeditæ fuerunt eodem anno 1730, litteræ remissoriales et compulsoriales cum termino triennii, ad construendum in civitate Varsaviæ processum apostolicum super cultu publico, ab immemorabili tempore prædicto Beato exhibito; quæ tamen, ob diuturnam episcopi tunc temporis Posnaniensis infirmitatem et obitum, debitæ executioni demandari non potuerunt. Relaxatum subinde fuit anno 1737 duplicatum earumdem litterarum, cum concessione termini sexennii; quo tamen expleto, quin memoratus processus, ob calamitates in Poloniæ regnum invectas, compleri potuerit, concessus iterum fuit anno 1745, in altero duplicato, novus terminus sexennii. In hoc itaque termino vicarius generalis Varsaviensis judex delegatus, dictum processum anno 1747 compilavit, ac lata sententia declaravit : « Constare de cultu publico, eidem beato Ladislao de Gielniow, a centum et ultra annis ante promulgationem dictorum decretorum san. mem. Urbani VIII, exhibito ». Hujusmodi cultus immemorabilis inter alias antiquissimæ venerationis species comprobatus fuit, tum ex titulo « Beati » et « Sancti, » quo absolute et super personam cadente, condecoratus semper fuit ven. Ladislaus in monumentis historicis, conscriptis per centum et ultra annos ante constitutionem Urbanam; tum ex tabellarum oblatione et concursu fidelium ad Beati sepulcrum, ut præ cæteris referunt... Andreas Critius, archiepiscopus Gnesnensis, et Joannes Komorrovus; tum præcipue ex assumptione et electione beati Ladislai in patronum civitatis Varsaviæ et regni Poloniæ, ex classicis auctori- E
bus per Matthiam Voksewski collecto, et typis edito Cracoviæ anno 1607; verum etiam ex tabula quadam antiquissima, in qua conscripta erat oratio cum hac epigraphe : « Oratio ad beatum patrem Ladislaum, patronum Varsaviensem. » *Et interpositis id genus aliis quibusdam :* Celebris quoque est corporis præfati Beati ex humili in sublimiorem et honorificentiorem locum elevatio, solemni pompa anno 1572 peracta Varsaviæ, tempore generalium regni Poloniæ comitiorum per Stanislaum Karnkowski, episcopum Uladislaviensem, prævia permissione et consensu cardinalis Francisci Commendoni, legati a latere S. Pii V, et Vincentii Portici, apostolicæ Sedis nuntii apud Sigismundum Augustum, Poloniæ regem. *His aliisque hujusmodi mature discussis, sacra congregatio supradictam sententiam vicarii generalis Varsaviensis confirmandam censuit, et judicium congregationis Benedictus XIV pontifex approbavit. Unde et sequens prodiit decretum :* Cum post signatam anno 1730 manu san. mem. Clementis papa XII commissionem reassumptionis causæ canonizationis B. Ladislai, constructus fuerit in civitate Var- F
saviæ anno 1747, particularis auctoritate apostolica processus super cultu immemorabili ipsi Beato præstito, sive super casu excepto a decretis fel. mem. Urbani papæ VIII, in congregatione sanctissimæ Inquisitionis editis; cumque modo ad instantiam F. Dominici Elewski, ordinis Minorum Observantium S. Francisci, causæ postulatoris, per celsitudinem regiam eminentissimi et reverendissimi D. cardinalis, ducis Eboracensis propositum fuerit in sacra Rituum congregatione ordinaria, habita die 31 Januarii currentis anni, dubium : An sententia per reverendissimum vicarium generalem Varsaviæ, judicem a sacra Rituum congregatione delegatum, lata super cultu publico, ab immemorabili tempore prædicto Beato exhibito, sive super casu excepto a decretis san. mem. Urbani papæ VIII, sit confirmanda in casu, ad effectum etc.; sacra eadem congregatio, præfato dubio mature discusso, auditoque prius voce et

(1) Calendarium Hispanicum Sainzii de Baranda. Clave de la España Sagrada, pag. 427; Acta SS. tom. III Martii, pag. 90.— (2) Acta SS. tom. I Maji, pag. 560—616. — (5) De Serv. Dei Beatificatione. etc., tom. VI, pag. 20. Venetiis 1788.

scripto

scripto R. P. D. Ludovico de Valentibus, fidei promotore, respondit affirmative, si sanctissimo Domino nostro visum fuerit. Die 31 Januarii 1750. Et facta deinde de prædictis eidem sanctissimo Domino nostro relatione, Sanctitas sua benigne annuit. Die 11 Februarii ejusdem anni 1750. *In hodierno Breviario PP. Franciscanorum, B. Ladislai a Gielniow festum notatur hac die, 22 Octobris, sub ritu duplicis min., estque officium novem lectionum; sexta desinit hoc modo :* migravit ad Dominum quarto nonas Maji anno millesimo quingentesimo quinto, et in ecclesia sui ordinis sepultus est. Ejus merita et sanctitatem statim post mortem miraculis Deus comprobavit, præsentemque in suis calamitatibus opem agnoscentes Poloni et Lithuani, inter suos primarios patronos beatum Ladislaum adlegerunt. Ipsius cultum summus pontifex Benedictus quartus decimus ratum habuit et apostolica auctoritate amplificavit. *Et in Martyrologio Romano-Seraphico annuntiatur prædicto die et primo loco :* Varsoviæ in Polonia, beati Ladislai confessoris, ordinis Minorum, sanctitate, eruditione et eloquentia celeberrimi, qui migravit ad Dominum quarto Nonas Maji, ante et post obitum miraculorum gloria refulgens. *Acta vide in Opere nostro* IV Maji.

SS. Septem puerorum Dormientium Ephesinorum *memoria habetur hodie in magnis Menæis; in quibus illorum festivitas agitur die 4 Augusti, et aliqualis etiam Commemoratio, Kalendis Septembris* (1). *In* Menologio Græcorum *Basilii imperatoris, die 25 Octobris fit* Commemoratio manifestationis sanctorum septem Puerorum Ephesi. *Consonant Ephemerides græco-moscæ Papebrochii, hac die 22 Octobris :* Resuscitatio VII Puerorum in Epheso Dormientium CCCLXXII annis. *Videsis ipsum Papebrochium* (2). *Similia habentur quoque in nostris synaxariis Ruthenicis mss. De illis actum est* XXVII Julii.

S. Cassius. Beneventi natale S. Cassii, episcopi in S. Sophia. *Sic auctaria Usuardi ex codice Vaticano apud Sollerium, qui subdit :* Quis hic Cassius, postea quæretur. *Equidem quæsivi, ast non inveni; nisi sit S. Cassianus,* quartus a S. Januario Beneventanus episcopus, *ut habet Ughelli* (3). *Id certum, nulla* Cassii (*si diversus sit a S. Cassiano*) *in ejusdem Ughelli catalogo Beneventanæ sedis præsulum, apparere vestigia. Cæterum constat in templo S. Sophiæ* locupletissimum prætiosissimumque sacrarum reliquiarum thesaurum *fuisse* (4) : *nam præter* sanctorum martyrum XII Fratrum corpora...; pretiosi martyris Mercurii, nec non aliorum tam martyrum quam confessorum numero triginta et unum corpora, ex diversis Italiæ partibus per tempora diversa indeptus (adeptus)... attulit, et per diversa altaria in circuitu majoris altaris satis reverenter locavit, *nempe Arichis seu Arigisus, Beneventanus princeps sub Carolo Magno* (5). *Non utique repugnat, ut inter illas* S. Cassius *aliquis reperiretur, non tamen* episcopus *Beneventanus, ut dixi : nam si* episcopus, *putarem eumdem esse ac* S. Cassianum, *qui secundum Ughellum* (*ex conjectura tamen*) *floruit* circa annum CCCXL. *S. Cassiani Acta dedimus* XII Augusti.

Passio S. Cosmæ et Damiani *signatur hac die in Kalendario marmoreo sæculi* IX, *Neapoli anno* 1742 *in S. Joannis majoris invento. De quo ita scribit Angelus Maius* (6) : Ego duplicem ejus monumenti tabulam exstare comperi; unam nempe sequiore artificio effectam, mendisque aliquot inquinatam; alteram elegantiorem, quodque pluris interest, emendatiorem. Prior, id est illa pejor, ad manus Marinio fuit : posterior extat in Mazochii volumine, quin tamen ipse Mazochius eadem usus fuerit, dum commentarium adornaret, quia scilicet nondum confecta fuisse videtur. Itaque Mazochius ad mendosum apographum meditatus est, id quod cognosco ex erroribus aliquot, qui eruditissimum commentarium commaculant. Ego in hac editione mea textum pono ex emendatiore tabula accurate expressum. *Cæterum in utroque exemplari convenit de his sanctis. Notum porro est Mazochii commentarium in priores tantum sex anni menses, a Januario ad Junium, decurrere. De* SS. Cosma *et* Damiano *actum est* XXVII Septembris.

S. Wenceslai, ducis Bohemorum et martyris, *ex martyrologio Franciscano. Ejus Acta vide* XXVIII Septembris.

S. Theodoræ martyris *meminit,* 22 *Octobris, Sanderus. Uxor dicitur* Flandberti, flandrorum reguli, et in societate undecim millium Virginum cæsa. *Quæ quidem desumpta sunt ex Revelationibus B. Hermani Steinfeldiensis lib.* II *cap.* 15, *ut habes in hoc tomo pag.* 199. *Incerta omnia. Vide Prætermissos* IV Octobris.

S. Hedwigis viduæ, ducissæ Poloniæ, *fit hac die commemoratio in Martyrologio SS. Congregationis Vallisumbrosæ. De illa egimus* XVII Octobris.

S. Irenem, virginem et martyrem, *Sculabi in Lusitania annuntiat Ferrarius in Catalogo generali; item Arturus et Marietta. Acta dedimus* XX Octobris.

S. Asterius, *presbyter in civitate Ostia,*
S. Viator, *minister S. Justi, Lugdunensis episcopi;* *uterque in auctariis Usuardi, et de utroque ipse Usuardus die præcedenti, ad quam de his agimus,* XXI Octobris.

S. Cunera, *virgo et martyr, ex eodem agmine Ursulano,* apud Rhenanos, quod eo loci passa sit, valde celebris est in Territorio Trajectensi. *Hæc Molanus in Natalibus. De eo egit Papebrochius ad 12 Junii et iterum actum in Commentario de S. Ursula ad* XXI Octobris.

In Neapoli S. Festi et Modesti martyrum, et aliorum CCLXXI. *Ita in auctariis Usuardi Sollerius, addditque :* Vide Hieronymiana die præcedenti, *et Acta nostra ad* XXI Octobris.

S. Pirmerius, episcopus Cremonensis et martyr, *de quo officium notatur ad hunc diem in Breviario ecclesiæ Osnabrugensis. Ast nec Ughellus, ubi de sede Cremonensi* (7), *nec Sanclementius in* Serie critico-chronologica (8), *vel levissimam* S. Pirmerii *habent mentionem. Quæ vero ad hanc spectant quæstionem, plene et lucide reddita nuper fuere ab erudito doctore Antonio Dragoni, presbytero primicerio S. Ecclesiæ Cremonensis* (9), *cujus hic adscribere juverit verba* (10) : Clarissimus DD. episcopus Laudensis (*Lodi*), Alexander Maria Pagani in suo manuscripto, cui titulus « Animad-

(1) Menæa, Mense Octobri, pag. 128, nota *, edit. Venetiis 1843. — (2) Acta SS. tom. I Maji, pag. LXIX. — (3) Italia sacra, tom. VIII, col. 15.—(4) Thesaurus alter antiquitatum Beneventan. medii ævi, pag. 98. Romæ 1764. — (5) Ibid. — (6) Veterum scriptorum nova Collectio, tom. V, pag. 58.— (7) Italiasacra, tom. IV, col. 576 et seqq.—(8) Series critico-chronologica episcoporum Cremonensium, etc. Cremonæ 1814. — (9) Sulla Storia ecclesiastica Cremonese nei primi tre secoli del cristianesimo. Discorsi o disquisizioni critiche del dottore Antonio Dragoni. Cremonæ 1858.—(10) Ibid. Discorso III, pag. 161-165.

versiones

A versiones et Dubia » super seriem episcoporum nostrorum, editam a celebri P. ab. Sancteclemente, miratur nullam fieri menitonem SS. Permerii et Bassani martyrum. « Accedit, » inquit (Paganius), ubi tractat de primis præsulibus, « vel hoc loco vel alibi in hac Serie critico-chronologica dicendum fuisse de sanctis Permerio et Bassano martyribus, qui inter Cremonæ episcopos a nonnullis recensentur. » *Tum monet Dragonius :* Verissimum est, quosdam ex nostris scriptoribus S. Simpliciano successorem dare græcum natione S. Permerium alias Parmerium, (*plerumque* Pirmerium) quem prædicant verbis et operibus sanctis præluxisse Cremonæ populo christiano, sed paucis post mensibus ab inito episcopatu, discessisse, et quidem sponte juxta unos, juxta alios declinandæ persecutionis causa; resignasse vero titulum suum discipulo. S. Bassano, diacono Cremonensi; ipsum (Permerium) profectum ad prædicandum barbaris gentibus, quibus lux evangelica nondum affulserat. Addunt, S. Bassanum, eodem animatum zelo, sedem quoque suam reliquisse, ut magistro suo se conjungeret, eosque simul

B legem Christi annuntiasse Suevis, Frisiis et Normannis (*hi utique illa tempestate hoc nomine non percrebuerant*), ac tandem una martyrium passos Coloniæ Agrippinæ cum Ursulano agmine. Alia alii multa, eaque curiosa scripserunt de prætensis illis episcopis nostris; atque in tantum apud nonnullos hæc invaluerunt, ut Brescianus noster anno 1655 typis dederit opusculum, cui titulus : « Vita sancti Bassani, episcopi et martyris Cremonensis, » in quo quædam occurrunt de S. Permerio. Ast cum Rossius in sua « Tabula dyptica perfecta » sileat tum de S. Permerio, tum de S. Bassano; et eorum nomina non legantur in antiqua nostra liturgia, nec in canone, nec in sacris dypticis, nec in Menologio; nec ullam eorum mentionem faciant Aldo et Oddo; nobis optima suppetit ratio eos excludendi ex catalogis nostris. Quod si quis plura noscere voluerit, præter opusculum Bresciani, consulat seriem episcoporum nostrorum Zaccariæ, præsertim paginis 44 et 256, ubi discet quod, si erudite probatum sit ab Hermanno Crombachio, Permerium et Bassanum vere sanctos esse mar-

C tyres, non ita probatur eos Veronenses, multo minus hujus sedis episcopos fuisse. Quos quamvis nonnulli ponant inter S. Creatum et S. Marinum, nempe ab anno 212 ad annum 220; id tamen constat, Permerium et Bassanum laboriosam ac sanctam suam vitam palma martyrio coronasse Coloniæ, simul cum SS. Virginibus Ursula, Sencia, Gregoria, Pinnosa etc., ac proinde Permerium et Bassanum floruisse duobus et ultra sæculis post nostros SS. Simplicianum et Creatum, cum juxta chronicum Sigeberti, triumphus SS. Ursulæ et Sociarum inciderit in annum 452 vel 453, (*imo* 451). Nec tamen prætermittendum, Chinellum Sommi et Joannem Franciscum Marianum, laudantes S. Permerium, ut episcopum Veronensem et firmissimum rectæ fidei adversus Arianos columen, ejus meminisse ad annum 446; addentes, martyrio coronatum Coloniæ an. 452. Ast præterquam quod non universim admittatur, virgines Ursulanas passas esse anno 452 vel 453, quoniam non desint qui sentiant id contigisse anno 235, vel juxta alios, D nec sine bona ratione, anno 385; putem ego patrem historiæ ecclesiasticæ Cremonensis, hac vice in errorem inductum ex falsis relationibus, Osnabrugo profectis; in quibus mentio fit de antiquis chartis, ubi re quidem vera occurrit memoria cujusdam Permerii, viri adversus Arianos acerrimi, sed solum presbyter nostræ ecclesiæ prædicatur. Nihil dico de Mariano, quum hic auctoritate Chinelli nitatur. Unde equidem tractatum hunc de SS. Permerio et Bassano concludam verbis doctissimi Zaccariæ : « Quid ergo Bassano nostro fiet, quid etiam Permerio? Sanctos fuisse ac martyrio adfectos, non negavero; Cremonenses, multoque magis episcopos fuisse Cremonenses, id illud enim vero est, quod, universa silente antiquitate, nego pernegoque. » Loc. cit. *Hactenus Antonius Dragoni. Vide Comm. prævium et Gloriam posthumam de S. Ursula et Sociabus, ubi ostenditur, hujusmodi SS. Episcopos, sicut et ipsum S. Cyriacum papam, non aliunde ortos quam ex falsis titulis.* XXI Octobris.

S. Wendelini *festivitas hac die celebratur in diœcesi Trevirensi, quod dies præcedens impedita sit* E *propter festum SS. Ursulæ et Sociarum.* S. Wendelini *Acta vide* XXI Octobris.

S. Adriani, episcopi Firmani et martyris *fit memoria in Hagiologio Italico. Alibi nullam illius mentionem vidi hac die. Cæterum Sanctus ille probabilius numquam exstitit. Ughellus quidem ab eo auspicatur catalogum suum præsulum ecclesiæ Firmanæ :* S. Adrianus, *inquit* (1), episcopus Firmanus, nobilisque martyrio, cujus meminit Ottinellius in elogio Firmanæ ecclesiæ, dum apud Xystum V ejusdem prærogativas enarraret, quo plane dignior ostenderetur, quæ in Picentinam metropolim erigeretur. *Ast Catalanus, ubi de* episcopis ex Ughelliana serie expungendis *tractat* (2) : Nullo, *ait,* antiquitatis neque traditionis suffragio iste S. Adrianus commendatur. Ottinellii vero auctoritas recentior est, quam ut in re tam antiqua fidem facere possit. Neque immerito mihi suspicari videor, quin Ottinellius in eo erraverit, ut pro S. Alexandro, de quo nulla apud eum mentio, S. Adrianum e memoriæ lapsu in scribendo reponeret. Quod enim ait, S. Adriani corpus in æde cathedrali

F servari, falsissimum est; id vero de S. Alexandro jure meritoque prædicatur. *Confer Acta S. Philippi episc. Firmani ad hunc ipsum diem.*

SS. Cordubæ et Fortunatæ, martyrum *mentionem facit in Catalogo generali Ferrarius ex Tabulis ecclesiæ Ariminensis,* in qua, *inquit,* earum reliquiæ habentur. *Addit videri* Cordubam *scriptum pro* Cordula. *Ex his forte non nemini in mentem veniet, illas ad S. Ursulæ agmen esse referendas. Aliud nihil reperi. Ipse Ferrarius eas in Sanctis Italiæ prætermittit.*

S. Floræ *meminere hac die Ferrarius et Saussaius. Socia fuit S. Ursulæ. Nonnulla de* S. Flora *attinguntur hodie in Actis S. Candidæ.*

SS. Germana et Lucia *virgines, item earum mater* Theodora; *omnes martyres, sociæ S. Ursulæ, hac die apud Molanum in Natalibus Sanctorum Belgii.*

Gualteri a Romano, ordinis S. Dominici, *obitus signatur apud Marchesium* (3) *cum titulo* Beati. *Ejus laudantur virtutes et præsertim zelus, cum*

(1) Italia sacra, tom. II, col. 682. — (2) De ecclesia Firmana ejusque episcopis et archiepiscopis commentarius, pag. 79, edit. Firmi, 1783. — (3) Sagro Diario Domenicano. Neapoli 1679.

per

A *per Delphinatum discurreret, annuntians magna cum eloquentia et pari ardore verba salutis. Migravit ad Dominum in conventu Morensi* (Moras *esse* (1) *putem*) hac die, *inquit Marchesius ibidem*, at non comperi quo anno. *Est autem* Romanum, *gallice* Romans, *oppidum ejusdem Delphinatus, in diœcesi Viennensi.*

Henrici a Bruxella, fratris conversi Cisterciensis, *in Villariensi monasterio Brabantiæ, meminere ad hunc diem Henriquez* (2) *et kalendarium Cisterciense, ast hoc ad calcem minoribusque literis* (3); *item Martyrologium Ms., quod penes nos est, et probabilissime ad usum Villariensium monachorum exaratum, sæculo elapso, fuit. Item Bucelinus* (4) *et Raissius* (5). *Apud hos omnes titulo* Beati *insignitur. Nulla cultus deprehendi vestigia. Omittitur quoque a diligentissimo Molano in Natalibus Sanctorum Belgii. Ejus vita habetur in historia monasterii Villariensis* (6) *a Martenio et Durando edita* (7). Ex Bruxella originem ducens, *primum sæculo totum se dedit.* Parentes vero sui, insolentiam ejus refrænare conantes, matrimonium eum subire voluerunt. Cum autem dies nuptiarum adveniret, cognatos suos Domino servientes in

B præfato cœnobio (*Villariensi*) videre et alloqui optavit. Veniens vero et videns nostri conventus multitudinem, velut angelicam multitudinem, compunctus est vehementer, et insiliente in se Spiritu Domini, factus est unus ex nobis. Erat enim quasi tenerrimus ligni vermiculus, mollis et delicatus nimis.... Cum teneritudinem pristinæ conversationis ægre dedisceret, et asperitatem vigiliarum, jejuniorum *etc.*, gravem valde sentiret, Ægyptum repetere volens, mortem in olla religionis esse clamabat. Quod audiens nonnus Gobertus de Aspero-Monte, eum per mensem unum in ordine permanere rogavit et ordinavit, *et deinde rursus per alteram* quindenam. In se reversus novitius instinctu Spiritus Sancti, mox elegit potius in domo Dei subjici, quam cum hoc sæculo inaniter gloriari. *Et infra :* cum autem quadam vice orationi insisteret, facta est vox ad eum dicens : Si vis esse socius meæ consolationis, oportet te mecum bibere calicem passionis.... Et non multo post caro, mundus, dæmonia propinabant ei varia molestiarum pocula. Septem annis in ordine expletis, correptus infirmitate gravi, sacramentis ecclesiasticis

C munitus est (8). *Tempus quo vixit, habetur ex eo quod coævus fuerit B. Goberto de Aspero-Monte, cujus Acta dedimus* 20 *Augusti* (9), *ubi illius obitus ponitur anno* 1265. *Notandum tamen est, nec apud Henriquezium, nec apud Raissium nec Bucelinum* (*qui dicunt se sua hausisse ex Chronico Villariensi ms.*) *nominari B. Gobertum. Martenius historiam monasterii Villariensis edidisse se asserit* ex duobus Mss., uno monasterii Bonifontis, altero Dunensi (10). *Denique non est confundendus* Henricus a Bruxella. *cum altero fratre converso ejusdem nominis itidem Villariensi, de quo Martenius eodem lib.* III, *cap.* 11 (11), *et quem Bollandus* 22 *et iterum* 23 *Jan. inter Prætermissos retulit* (12).

S. Henrici martyris, *in templo Societatis Jesu, Montibus in Hannonia, agebatur festiva memoria dominica quarta Octobris, die proinde* 22 *vel sequentibus usque ad* 28. *Exstat apud nos apographum litterarum RR. DD. Francisci Van der Burch, archiepiscopi Cameracensis, ex quibus discimus,* S. Henrici reliquias ex urbe Roma, beneficio R. P. Præpositi generalis S. J. acceptas. *Addit deinde præsul :* Et quia per testimoniales prædicti R. P. Præpositi generalis Societatis Jesu, ejus manu subscriptas ejusdemque sigillo signatas, et aliunde etiam nobis constitit et constat, eas esse veras gloriosi martyris Henrici reliquias, Romæ in cœmeterio Priscillæ inventas, ac inde de consensu sanctissimi domini nostri Pauli, divina providentia papæ quinti, elevatas et ad Montense collegium Societatis Jesu transmissas esse, ordinaria nostra auctoritate libenter concessimus, et harum serie concedimus, ut eædem reliquiæ ad Christi fidelium devotionem augendam, publicæ venerationi exponantur. *Postulaverant etiam patres collegii Montensis, ut novum, quod ædificaverant, dignaretur episcopus templum consecrare.* Nos igitur, *inquit*, piis supplicationibus inclinati, anno Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo, mensis Aprilis die tertia, Annuntiationi B. Mariæ virginis eo anno sacro, prædictum templum una cum altari suo summo... dedicavimus et con-

E secravimus. *Et rursus, nonnullis interjectis :* Quo etiam die altare sacelli lateralis ejusdem ecclesiæ ad dexteram majoris, sive ad ejusdem cornu evangelii et plagam septemtrionalem, in capite minoris navis juxta campanile situm, ad invocationem prædicti gloriosi martyris Henrici, cum debitis ritibus et solemnitatibus benedeximus et consecravimus. *Et post pauca, iterum :* Cæterum in ecclesia ista consecrata, in ejusque altari, prædicto S. Henrico martyri præparato et ad nomen ejus dedicato, ejusdem sacrum corpus, quod pridie consecrationis hujusmodi, videlicet dominica in Albis, die secunda mensis Aprilis anni prædicti, maximo cum honore ac religiosissimo cultu in prædictum oppidum Montense invectum, et a clero, Senatu populoque Hanno-Montensi, nobis in habitu pontificali assistentibus, cum solemni pompa et insigni supplicatione exceptum, atque in ecclesiam collegiatam S. Waldetrudis illatum fuerat; inde ad prædictam ecclesiam Deiparæ virginis Mariæ supradicti collegii Societatis Jesu transferendum duximus, et eo quo decuit ritu, honore et reverentia, cum festiva processione, et maxima

F comitantis cleri et senatus, populique Montensis devotione et lætitia, die quarta prædicti mensis Aprilis, transtulimus; inibique eodem die in memoriam ejusdem S. Henrici martyris, in habitu pontificali, Deo omnipotenti, Martyrum glorioso regi, Missarum solemnia decantavimus, celebravimus et exolvimus. Statuimus autem et decrevimus, prædictæ ecclesiæ dedicacationis et consecrationis universarium diem dominica secunda post Pascha singulis annis in perpetuum celebrandum esse et celebrari debere; prædicti vero S. Henrici martyris annuam solemnitatem Dominica quarta mensis Octobris esse quotannis recolendam. *Adduntur indulgentiæ quadraginta dierum singulis annis in perpetuum, lucrandæ visitantibus præfatam ecclesiam* in consecrationis anniversaria die, nec non in omnibus et singulis festivitatibus B. V. Mariæ, et supra nominatorum SS. Henrici, Laurentii, Blasii, *et cæterorum, quorum reliquiæ in sepulcris*

depositæ

(1) Expilly, Dictionn. Geograph. *Verbis* : Moras, Romans. — (2) Menologium Cisterciense, 22 Oct. — (3) Kal. Cister. seu martyrologium ex Usuardo ad usum sacri ord. Cist. Paris. 1689. — (4) Menologium Benedictinum. — (5) Ad Natales SS. Belgii Joan. Molani, Auctarium. — (6) Lib. III, cap. 6. — (7) Anecdota. tom. III, col. 1566 et seq. — (8) Ibid. — (9) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 370 et seqq. — (10) Ubi supra, col. 1267. — (11) Ibid col. 1271. — (12) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 538 et 611.

A *depositæ fuerant*. Datum Montibus Hannoniæ anno Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo. *Non indicatur dies. Perspicuum ex his fit*, S. Henricum *hunc illis accensendum esse Sanctis, quos e veteribus Romanis eductos cœmeteriis seu catacumbis, hodie* baptizatos *vocare solemus, quibus nempe, cum absque inscripto tumulis nomine inveniantur, nomen imponitur. Id autem hic obtinere, vel ipsa vox* Henricus *satis declarat : nec enim Græcis aut Romanis hujusmodi appellatio usitata erat.*

S. Leodegali passio in Tracia civitate. *Ita in additamentis Wandelberti apud Dacherium* (1). *Forte idem est ac S. Leogathus, variato nomine. Vide hujus syllogen ad hunc diem.*

S. Leontii episcopi, *de quo Saussaius in Supplemento primo martyrologii Gallicani sic habet :* Loco sedis ignoti, at sanctimoniæ notitia conspicui, ob quam *colendus hodie indicatur in antiquis ecclesiæ Tolosanæ tabulis.*

Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, materterarum Domini nostri Jesu Christi, *meminere auctaria Usuardi ex codice Bruxellensi apud Sollerium. Videsis Acta* S. Salomæ *ad hunc diem.*

B S. Orophrygiæ, virginis et martyris, *meminit hodie Ferrarius in Catalogo generali ex Joanne Marieta, qui tradit eam fuisse sociam S. Ursulæ, ejusque corpus asservari in cœnobio S. Dominici de Calervega, atque ibidem ejus peragi officium post SS. Ursulæ et Sociarum festum. Vide supra kalendarium Ursulanum die præcedenti.*

SS. Panefredis, Secundæ et Simiberiæ VV. et MM. *ex societate S. Ursulæ, fit, testibus Saussaio et Arturo, memoria in cœnobio S. Dionysii;*

Item SS. Florinæ et Valeriæ, *ex eadem societate, Lingonis, testibus iisdem.*

Beati Pauli confessoris *ordinis Minorum, Arquatæ seu Arguatæ in Umbria. Obiit circa annum* 1303, clarus, *inquit Arturus*, sanctitate et miraculis. *Et Gonzaga* (2) : B. Paulus, qui vivens miracula fecit, jacet Arquatæ diœcesis Nursinæ. *Nihil de cultu.*

Beati Petri Blancarti *seu* Blancardi martyris, *ex ordine S. Francisci, meminit primo loco Arturus in Menologio. Ab hæreticis Calvinistis pro religione catholica gladiis transverberatus anno* 1379 *est Ixidolii.* Hæretici, *ait Gonzaga* (3), expilatum oppidum denudaverunt funditusque everterunt,

C (*urbis Iciodurensis bina memoratur obsidio; altera anno* 1377, *altera anno* 1390 (4)) et Ven. P. Petrum Blancartum sacerdotem, ejusque accolam (*duo ei dantur socii a Barezzo, nempe PP. Ismael Vinagrius, et Petrus Telatus* (5)) iteratis gladiorum ictibus confoderunt; qui (P. Blancartus), cum esset vir tum corporis tum animi dotibus præditus, in certamine omnes labores et odia propter Christum et fidei romanæ confessionem alacri animo suscepit. *Atque hæc ita Gonzaga, paucis post venerabilis Viri obitum annis. Ad locum passionis quod attinet, scilicet* Ixidolium, *non dubitem quin agatur de* Icioduro *seu* Ixioduro *in Arvernis et proinde in Aquitania I, cum vox illa in gallica interpretatione Chronicorum P. Barezzi reddatur verbo* Issoire (6). *Est autem* Iciodorum, Issiodorum *etc.* vicus in Arvernis D ad flumen Elaver (*Allier*), hodieque... *Issoire* nuncupatur. *Ita Henricus Valesius* (7), *ubi et alterius meminit* vici, *pariter* Iciodorum, *nunc* Iserre *vel* Iseure *dicti*, in Turonibus, confinis Biturigibus Cubis, ad Crosam flumen (*Creuse*) positi. *Hinc forte est, quod Blanconeus in sua Barezzi versione, distinguendi causa, scribat* Issoire-Mande. *Dixi supra, Iciodorum spectasse ad Aquitaniam I. Quocirca in mentem revocandum est,* primo quidem unam et simplicem fuisse Aquitaniam, inter Pyrenæum et Garumnam ac Oceanum, qualis a Julio Cæsare describitur (8). Deinde etiam diu post prolatos ab Augusto ejus terminos usque ad Ligerim, una esse perseveravit... Postea Constantini Magni ordinatione, ut puto, ex una provincia duæ factæ, *Aquitania* altera, altera a Novempopulis *Novempopulana* dicta. Demum remanentibus Novempopulis, *Aquitania* bifariam divisa est, in *Aquitaniam* primam et *Aquitaniam* secundam : provinciæ Aquitanicæ primæ metropolis facta Biturigæ, secundæ Burdigala. *Et in Notitia, quam edidit Sirmundus tom. I. Conciliorum Galliæ, et* condita videtur Honorii Augusti temporibus (9), *provinciæ Aqui-* E *tanicæ* primæ *numerantur : Metropolis, civitas Biturigum; civitates Arvernorum, Rutenorum, Albiensium, Cadurcorum, Lemovicum, Gabalum, Vellavorum;* secundæ : *Metropolis, civitas Burdigalensium; civitates Agennensium, Encolismensium, Santonum, Pictavorum, Petrocoriorum* (10). *Proinde Iciodurum, in Arvernis, ad Aquitaniam I pertinebat. Ordo Seraphicus duplicem habebat provinciam Aquitaniæ; alteram* Antiquioris (11), *alteram* Recentioris (12) *dictam. De hac notat Gonzaga* (13) : Hæc Aquitaniæ recentioris provincia antiquissima est, cum sub B. P. Francisco initium sumpserit. *Et ubi de Antiquiori tractat* (14) : Cum celebre seraphici P. Francisci ejusque sequacium nomen ad Aquitaniam.... duorum ejusdem B. P. Francisci sociorum opera, anno Domini 1220 (*proinde sexennio ante mortem sancti Viri*) penetrasset, Mirapiscensis conventus, ut ibi hujus provinciæ, quam, ad alterius sibi contiguæ differentiam, Aquitaniæ antiquioris patres nostri appellandam voluerunt, fundamenta jacere possent, illis a pientissimis quibusdam Aquitanis oblatus exstitit. *Cæterum pervolventi loc. citt. Gonzagam in oculos incurrit,* F *ambas illas Minoriticas provincias nullo modo respondisse Aquitaniæ bifariam ut supra sectæ. Scholii loco addere liceat, non confundendum Iciodurum cum* Exoliduno (*alias legitur* Exoldunum, Essoldunum, Issoldunum, Issildunum *atque hinc gallice* Issoudun) *quod etiam* vetus oppidum Biturigum Cuborum *est* (15), octo leucis ab Avarico (*Bourges*) *positum. Prætermittimus* Petrum Blancartum, *quia cultum non habet.*

Ruandus, Ruaudus, Robaldus, Rodaldus, Rothaldus, *ex monacho Cisterciensi episcopus Venetensis* (Vannes), *in Britannia Armorica.* Virum, *inquit Manrique* (16), Sanctis Cisterciensibus annumerant, quotquot de eis scripserunt; Wionius (17), Rusca (18) aliique. *Item ad* 23 *Martii signatur in*

(1) Spicilegium, tom. II, pag. 54. — (2) De origine Seraphicæ Religionis, part. I, pag. 98. — (3) De origine Seraphicæ Religiones Franciscanæ, pag. 1052. Romæ 1587. (4) Expilly, Dictionnaire Géographique des Gaules. Paris. 1764. — Item La Martinière, Grand Dictionn. Géograph. Paris. 1768. *Verbo*, Issoire. — (6) Qautriesme partie des chroniques des frères Mineurs, etc., traduite en françois, par R. P. F. I. Blancone relig. du grand couvent de Tolose et gardien de l'Observ. de Mirepoix, pag. 584. Paris. 1627. — (6) Ibid. pag. 585. — (7) Notitia Galliarum, pag. 249. — (8) Ibid. *Verbo* Aquitania. — (9) D. Bouquet, tom. I, pag. 122. — (10) Ibid. pag. 125. *Conf. annexam Tabulam Geograph.* — Item Walkenaer, Géographie univ. des Gaules, tom. II, pag. 562. Paris. 1839 — (11) Gonzaga, pag. 721-755. — (12) Ibid. pag. 1025-1055. — (13) Ibid. pag. 1025. — (14) Ibid. pag. 721. — (15) Valesius. Notitia Gall. — (16) Annales Cisterciens, ad an. 1177, cap. 8, num. 7, tom. III. pag. 56. Lugdini 1642. — (17) Lignum Vitæ, lib. I, cap. 46. — (18) Episcopi sancti Cistercienses.

A *Menologiis Henriquezii et Bucelini. Quia vero non constabat de cultu* prætermissus *a nobis tunc est. Ad hunc autem diem* 22 *Octobris recensetur, cum titulo* Beati, *ab Hugone Menardo et a Castellano. Cum tamen nihil ego nec amplius nec certius repererim de cultu, hoc quoque die* prætermittendum *censeo. Inter episcopos Venetenses ordine* XLIII *ponitur in primæva Gallia Christiana* (1), *uno tomo edita a Roberto, atque ibi quidem* Beatus *nuncupatur, quæ vox expuncta fuit a Sammarthanis in altera Gallia Christiana, quatuor tomis comprehensa, ubi* Ruandus *venit ordine* XLVIII (2). *Nec mirum variari successionis ordinem, cum catalogi ecclesiæ Venetensis sint valde defectuosi* (3). *In nova Gallia Christiana* (*cum hæc perducta tantum hactenus sit usque ad Metropolim Turonensem, cui suffraganea erat sedes Venetensis*) *nihil de* Ruando *occurrit. P. Richardus in sua Bibliotheca* (4) *Sammarthanos sequitur, nec proinde* Beatum *dicit. Ita etiam R. D. Tresvaux* (5); Beatum *quidem ad diem emortualem* 26 *Junii inscribit R. D. Garaby* (6), *at ne verbum quidem habet de cultu. Cæterum hi ambo compendiose et fere eodem modo exhibent* Ruandi *res gestas :*

B *Monachus erat Cisterciensis; quando autem cæpit anno* 1138 abbatia de Levanciis fundata ab Alano, barone de Lambaux (7), *præfectus illi fuit* Ruandus; anno 1145 (*ita uterque; ast perperam; cum sederit* Ruandus *annis viginti et obierit anno* 1177 (8); *ponendum itaque* anno 1137) *factus episcopus Venetensis est; aliquot elapsis abhinc mensibus interfuit secundæ fundationi Busaii et dedicationi ecclesiæ S. Juliani Cenomanensis; anno* 1158 *absolvit Eudonem a Rocha-Bernardi, excommunicatum quod pecora et servitia abbatiæ Redonensis sibi usurpasset. Obiit denique* Ruandus 26 *Junii anno* 1177 *et sepultus fuit in sanctuario Levanciensi. Dicitur apud Sammarthanos* (9), canonicis ecclesiæ suæ medietatem S. Paterni ecclesiæ libere et absolute donasse. *Tumulo ejus imposita anno* 1740 *est sequens inscriptio :* Hic jacet beatus in Christo pater dominus Rotaldus, vir summæ sanctitatis et rigidæ justitiæ, hujus cœnobii primus abbas et rector, episcopus tum Venetensis, qui post multa virtutum monumenta laudabiliter edita, anno Domini 1177, die vero 26 Junii obdormivit in Domino, et in hac, quam condiderat, ecclesia sepeliri voluit (10). *Monet Manrique in annalibus Cisterciensibus* (11), Acta Viri (Ruandi) sibi adhuc ignota. *Apud Menardum ejus* depositio *hac die* 22 *Octobris recolitur.*

C S. Severus, martyr in Thracia, *separatim annuntiatur in Hieronymiano Florentinii et in Bedæ auctariis.* Hunc, *ait Florentinius,* alibi signatum non comperi. *Non dubitem, eumdem esse, qui passus est cum S. Philippo etc., de quibus hodie agimus.*

S. Valerii martyris in Portu, *mentio fit hac die in Hieronymiano Corbeiensi* (12), *et ex hoc apud Florentinium. Alii legendum censent in* Ponte. *In quodam Usuardi auctario apud Sollerium habetur :* Valerii episcopi et martyris. *Aliud reperi nihil. Probabile mihi valde apparet, esse* Valerium, *archidiaconum Lingonensem, pas-*

sum in Portu Bucino. *Vide ejus Acta hac die.* D

Wigandus *cum titulo* Beati *occurrit in Menologio Cisterciensi Henriquezii; item in Menologio Benedictino Bucelini. Omittendus a nobis quod de nullo constet cultu. Tradit de* Wigando *Gaspar Bruschius* (13) *quod, fundato in Nariscis Westphaliæ a Gerwico cœnobio ordinis Cisterciensis,* (*quod* centesimum *dicit idem Bruschius* in tota christianitate Cisterciensi recens inchoata, *Manriquus tamen dubitat an vere centesimum fuerit* (14)) in cœnobitarum collectorum Priorem electus, cœlesti oraculo per quietem oblato admonitus, D. Virgini matri ac B. Joanni Evangelistæ locum hunc sacrandum ac dedicandum censuerit. *Et Manriquus* (15) : Illustrant Waldsassi initia conspicui sanctitate viri Gerwicus Wigardusque (*ita ipse nominat*), uterque, ut aiunt, consummatus felici obitu, sed cujus nec dies nec annus nobis constet, sicut nec reliqua acta utriusque Sancti. Menologium Cistercii memorat Wigardum vigesima secunda die mensis Octobris, *Gervicum vero die quinta ejusdem mensis, qui apud nos pariter inter* Prætermissos *laudatur ad præfatum diem.*

Ferdinandus a Leiva seu Liva, *sicut et duo sequentes, in Martyrologio francisc. Arturi accensetur* E Beatis, *id est viris pietate et virtute insignioribus. Erat* Ferdinandus *frater laicus, qui humilitate et obedientia, charitate et abstinentia admodum eluxit. Ex Provincia Burgensi transierat ad Indiam. Obiit anno* 1574 *et conditus est Quauhnaoaci, versus Mexicum, in conventu FF. Minorum Annuntiationis B. Virginis;*

Franciscus a Valentia, *sepultus est in conventu S. Francisci, Abulæ;*

Item Franciscæ, *tertii ordinis Franciscani olim alumnæ,* honestissimæ pariterque religiosissimæ (16). *Dæmonibus etiam summe formidabilis exstitit, teste Arturo. Requiescit in conventu Minorum Ripæ-Limosani in Apulia. Floruit sæculo* XVI.

Translationes sanctarum Virginum et Martyrum e sodalitio beatæ Ursulæ et e cœtu undecim millium Virginum, diversis in locis celebres. *Ita Arturus hodie in Gynecæo, ubi plures illarum Translationum recenset, quas vide si libeat.*

Consecratio regalis Basilicæ Mafrensis *in Lusitania, quo in regno illius fit hac die memoria* (17).

Octava dedicationis ecclesiarum nostri sacri ordinis, *in Martyrologio Sanctorum pro ordine discalceatorum SS. Trinitatis Redemptionis captivorum. Vide append. Martyrol. Romani.* F

De S. Gratiano, martyre in pago Ambianensi, *ut habetur in Usuardi auctario, cujusque meminit Bedæ item auctarium, agendum crastina die* XXIII Octobris.

S. Romani episcopi, *de quo in* Tractatu de divinis Siculorum officiis, (*auctore Johanne de Johanne, canonico Panormitanæ ecclesiæ*) *hæc invenio* (18) : In uno Missali Nicosiensi, et duplici Breviario, *nempe* Messanensi et Gallo-Siculo, extat S. Romanus episcopus. *Posset hic esse* S. Romanus *Autissiodorensis* (19), *cujus Syllogen reperies* 6 *Octobris; vix tamen dubitem, quin sit* S. Romanus, *Rothomagensis episcopus, die* 23 *Octobris*

— (1) Pag. 507. Paris. 1626. — (2) Tom. III, pag. 1175. Paris. 1656. — (3) Tresvaux, L'Église de Bretagne, pag. 151. Paris. 1839. — (4) Bibliothèque sacrée, tom. XXIX, pag. 290. Paris. 1827. — (5) Ubi supra, pag. 157 et seq. — (6) Vies des bienheureux et des saints de Bretagne, pag. 20. Briocis. 1839.— (7) Annales Cistercienses. — (8) Ibid. tom. II, pag. 295. — (9) Gall. Christ. tom. III, pag. 1157. — (10) Tresvaux et Garaby, locc. citt. — (11) Tom. II, pag. 295. — (12) Spicilegium, tom II, pag. 20.—(13) Chronologia monasteriorum Germaniæ præcipuorum, pag. 245. Sulzbaci. 1682. — (14) Annales Cistercienses, ad an. 1133, cap. 8, num. 3, tom. I, pag. 258. Lugdun. 1642. — (15) Ibid. num. 7, pag. 259. — (16) De origine etc.,pag. 425.— (17) Calendarium Hispanicum, Clave, pag. 427.— (18) Pag. 387. Panormi, 1736. — (19) Confer de divinis Siculorum offic. Ibid. pag. 87 et seqq.

cultus.

A *cultus, et cujus venerationem in utramque Siciliam invexere Normanni, quum ea sæculo* XI *et* XII *potiti sunt. Vide Michaelem Monachum* (1), *et apud nos* XXIII Octobris.

S. Severini, episcopi Coloniensis *memoria in quodam codice Hieronymiano notatur. Item ejus* Vigilia *annuntiatur ex Usuardo Lubeco-Coloniensi apud Sollerium. Vide ejus Acta die sequenti* XXIII Octob.

S. Theodoritus, presbyter Antiochiæ, *signatur in Bedæ auctario hac die; ast in Usuardo aliisque die sequenti* XXIII Octobris.

B. Jacobi Vagarelli *alias* Ungarelli *meminit hac die, nescio quam ob causam, Hagiologium Italicum. Teste Gonzaga* (2), *ejus sepulcrum spectatur Forolivii, in sacello Immaculatæ Conceptionis, in ecclesia FF. Minorum, hac cum inscriptione:* Hic jacet corpus beati Jacobi Vagarelli de Padua, ordinis regularis observantiæ. Obiit MDXVII. *In menologiis Franciscanis annuntiatur* II Novembris. D

S. Autbodi episcopi depositio, *ex Bedæ auctariis. Putem eumdem esse ac* S. Autbodum *eremitam, non vero episcopum, qui, teste Castellano, colitur in Vallicurti in agro Atrebatensi* XXI Novembris.

Edibii, episcopi Suessionensis, *meminit hac die Ferrarius in Catalogo generali; item ejus mentio fit in aliquo Usuardi auctario apud Sollerium. Juxta Saussaium in Supplemento, hodie celebratur* Inventio S. Edebii; *festum vero agitur die depositionis, nempe* IV *idus id est* 10 *Decembris. Saussaium sequitur Castellanus; item Martyrologia Ebroicense, Autissiodorense etc. Habemus vitam quam dabimus.* X Decembris

(1) Sanctuarium Capuanum, pag. 747. Neapoli 1630. — (2) De origine Seraphicæ Religionis, pag. 270. Conf. Bernardin. Scardeonium de antiquitate Urbis Patavii et claris civibus Patavinis, pag. 115. Basileæ. 1560.

DE S. SALOME,

B E

MATRE FILIORUM ZEBEDÆI.

COMMENTARIUS HISTORICUS. B. B.

§ I. S. Salome, uxor Zebedæi, Christi consanguinea, cui et morienti præsens fuit; testis quoque ejus resurrectionis, ac de cujus sepultura sollicita legitur in Evangelio. Ejus memoria in Martyrologiis, Breviariis et Missalibus.

SÆCUDO I.
S. Salome, *uxor Zebedæi,*

Salome, *Græce* Σαλώμη, *Syriace* Scholoum, *est, inquit Lucas Brugensis* (1), nomen feminæ, derivatum a virili *Salomon; et accuratius Schleuser* (2) : Salome nomen proprium mulieris hebraicum, significans *pacificam* a radice *Schalam; denique S. Hieronymus de Nominibus Hebraicis* (3) *: Salomon* pacificus sive pacatus erit; *Salome* pacifica. *Constat autem ex ipso textu evangelico,* S. Salomen *matrem fuisse S. Jacobi majoris et S. Joannis, discipuli* quem diligebat Jesus, *quorum pater Zebedæus* (4); *unde et sæpius in sacris litteris nomine* filiorum Zebedæi *veniunt. Quod autem* S. Salome *eorum fuerit mater, evidenter efficitur ex Matthæi et Marci textibus collatis: quæ enim apud illum* mater filiorum Zebedæi *est* (5), *apud hunc diserte* Salome *vocatur* (6). *Unde* errare convincuntur, *ut habet Baronius* (7), qui dixerunt, Salomen uxorem fuisse Joseph, et ex ea dictos suscepisse liberos. *Confer Castrium* (8). *Pauca sunt, quæ de illa referuntur.* Accessit, *inquit S. Matthæus* (9), ad eum (Jesum) mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo, qui dixit ei : Quid vis? Ait illa : Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram in regno tuo. *Atque hæc Dominum inter et* Salomen. *Reliqua ibidem inter omnes, ni malueris inter filios et Jesum:* Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei : Possumus. Ait illis : Calicem quidem meum bibetis; sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. *Notat in hunc locum S. Hieronymus* (10)*:* Mater postulat, et Dominus discipulis loquitur, intelligens preces ejus ex filiorum descendere voluntate. *Animadvertendum quoque est, S. Marcum de filiis, non de matre facere mentionem* (11) : Et accedunt ad eum (Jesum) Jacobus et Joannes, filii Zebedæi, dicentes : Magister volumus ut quodcumque petierimus facias nobis *etc. Quæ ut inter se componantur,* responderi, *ait Calmetus* (12), solet, Marcum quidem de filiis dicere id, quod mater illorum causa fecerat; Christum vero filiis, non matri respondere, quod hæc non sibi, sed filiis postularet. *Paulo ante dixerat idem Calmetus:* Mulieri nomen erat Salome; eaque ad Christi clientelam accesserat, fortasse post viri obitum, scilicet Zebedæi. Cum hæc proxime ad Deiparam atque ad Jesum sanguinis conjunctione pertineret, jus sibi esse censuit, primas inter apostolos dignitates filiis postulare. *Huc etiam faciunt, quæ habentur in Criticis sacris* (13) : Videtur Salome hanc fiduciam concepisse ex eo quod nulla aliorum apostolorum mater Christum ita perpetuo sectaretur, eique tam sedulo inserviret. Fovit spem materni ambitus, quod filios aliquoties intellexisset C F

(1) In Marci Ev., cap. 15, v. 40, tom II, pag. 715. Antverp. 1606. — (2) Lexicon græco-latinum in Nov. Testamentum. — (3) Migne, Patrologia latin. tom. XXIII, col. 845. Conf. Glossarium Thomassini, col. 997. — (4) Matth. cap. 4, v. 21. — (5) Ibid. cap. 27, v. 55. — (6) Marc. cap. 15, v. 40. — (7) Apparatus ad Annales ecclesiast., pag. 459. Lucæ. 1740. — (8) Viridarium Marianum, pag. 50. Coloniæ. 1649. — (9) Cap. XX. 20 et seqq. — (10) In cap. 20. Matthæi, Migne, tom. XXVI, col. 145. — (11) Cap. XV, v. 55. — (12) Commentarius litteralis in Evang. S Matth., cap. 20. — (13) Annotata ad Evangelia sive Sacrorum Criticorum, tom. VI, col. 615. Londini. 1660.

seorsim

AUCTORE B. B.

seorsim a Christo abductos sine aliorum apostolorum comitatu, ita ut Petrus solus contendere cum ipsis posse videretur. *Alia quædam ejusdem* S. Salomæ *cum Servatore colloquia ferebantur apud Ægyptios, de quibus nonnullam mentionem invenies in libris Stromatum Clementis Alexandrini ex evangelio secundum Ægyptios, utique apocrypho, ut nemini non notum est.* Aiunt (*ita Clemens* (1)) ipsum dixisse Servatorem *ad* Salomen: Veni ad dissolvendum opera feminæ... Ait Salome: Quousque homines morientur? Respondet Dominus: Quoadusque peperint mulieres... Cum ea dixisset: Recte ergo feci, quæ non peperi..; excipit Dominus dicens: Omni herba vescere, ea autem quæ habet amaritudinem, ne vescaris. *Atque hæc fere sunt, quæ ad nos pervenerint ex isto Evangelio, omnium apocryphorum antiquissimo* (2).

soror Domini

2 *Quod spectat ad sanguinis conjunctionem* S. Salomes *cum Maria, matre Jesu, adeoque cum ipso Jesu servatore, quæstio est haud paucis parvisque implicata difficultatibus; ita quidem ut nihil, quod undequaque certum sit, statui potuerit. Totius rei cardo vertitur in textu illo evangelico:* Et veniens (Jesus) in patriam suam, docebat eos in synagogis
B eorum, ita ut mirarentur et dicerent. Unde huic sapientia hæc et virtutes; nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria; et fratres ejus, Jacobus et Joseph, et Simon et Judas? Et sorores ejus, nonne omnes apud nos? (3) *Jam vero id plurimum vexavit et adhuc vexat interpretes, qua scilicet ratione illi* fratres *Domini dicantur; item quæ sint* sorores *et quomodo.* Respondebat, *ait Cornelius a Lapide* (4), spurcus hæresiarcha Helvidius, fuisse eos qui ex eadem matre B. Virgine post Christum erant nati... Sed eum acriter et docte refellit S. Hieronymus lib. contra Helvidium. Græci passim cum Eusebio lib. II. hist. cap. 1, et e latinis S. Hilarius cum Ambrosio, quos citat Baronius in Apparatu annal. cap. 46, putant fuisse eos, qui nati sint ex priori matrimonio Joseph, antequam B. Mariam duceret in conjugem. *Ast hæc manifeste perpetuæ S. Josephi adversantur virginitati, quam hodie absque temeritatis nota nemo impugnaverit. Imo S. Petrus Damianus Epist.* II *cap.* 4 (*citante Suarezio* (5)) *dicit* hanc (*de S. Josephi virginitate*) esse ecclesiæ fidem; *id est, ut ibidem notat laudatus Suarezius,* universalem et piam credulitatem. Hugo de S. Victore (*ita prosequitur Cornelius noster* (6)),
C et Glossa in cap. 1 ad Gal., Eckius Homil. de S. Anna, censent hos fuisse progenitos ex S. Anna, matre B. Virginis; S. Annam enim præter Joachimum, ex quo genuit B. Virginem, duos alios habuisse maritos, ex quibus geniti sunt hi, qui fratres Domini vocantur. *Paucos hæc nostra ætate nanscicetur sententia patronos, utpote quæ secundum Suarezium* (7) nec verisimilis est neque ullo nititur probabili fundamento, *ut loco cit. latius demonstratur. Denique concludit idem Suarezius* (8): Incertum esse, propter quem gradum consanguinitatis vel propinquitatis, hi fuerint dicti *fratres* Christi, imo neque an veri consanguinei fuerint vel tantum putati.

nuncupata,

3 *Attamen recte, nostra opinione, notat Joan. Baptista Cancellottus S. J.* (9): Recepta est a sacris D doctoribus et vulgata sententia, fratrem fuisse Josepho (*Christi nutritio*) germanum, nomine Cleopham (alii Cleopam vocant et Clopam)... Addunt præterea Cleophæ uxorem fuisse Mariam, *quæ ideo dicitur* Maria Cleophæ, *vel etiam quandoque* Maria Jacobi, respectu majoris natu aut certe notioris filii. (*De hac egit Henschenius ad diem* 9 *Aprilis* (10).) Qui vero ab Evangelistis *fratres Domini* nuncupantur, et quæ *sorores*, his parentibus tribuuntur, *nempe Cleophæ et Mariæ; unde et* nepotes ac neptes *erant S. Josephi, sponsi B. Mariæ Virginis, ac proinde Salvatoris* patrueles *seu* consobrini *et* consobrinæ; *qui, ut habet Cornelius a Lapide* (11), phrasi Hebræis familiari fratres *et* sorores *dicebantur. Consonat Christophorus de Castro S. J., in præclaro suo de B. V. Maria opere* (12), *probabilius censens, quatuor illos, in textu evangelico supra recitato,* fratres Domini *nuncupatos, ex iisdem parentibus Cleopha et Maria progenitos* (13); *hanc autem* Jacobi et Jose *seu Joseph* tantum vocari matrem, duobus aliis, *nempe Jacobo minori et Simone seu Simeone* præteritis, quod hi essent primi ex fratribus et insigniores (14). *Quod vero ad* sorores Domini *attinet,* constat, *inquit Cancellottus* (15), fuisse E plures ex evangelica historia, ubi apud Mathæum Nazareni cives appellabant numero multitudinis (*seu plurali*) ejusdem Christi sorores, deque iis pariter ac fratribus dicebant: « Nonne omnes apud nos sunt »? Esse neutiquam potuerunt pauciores duabus, posito hoc testimonio. *Et re quidem vera, S. Epiphanius* (16) *vocat illas* Mariam *et* Salomen; quæ nomina, *juxta Castrium* (17) ex Evangelio non obscure colligi possunt. *Attamen obscura omnino sunt, quæ ad priorem seu* Mariam *spectant; ita ut recte statuat Cancellottus* (18), unicam tantum in sacris litteris nominatim reperiri expressam *nempe* S. Salomen, *quæ* fuit juxta veriorem, *inquit Castrius* (19), quam secuti sumus, opinionem, filia Cleophæ et Mariæ ejus uxoris. *Inquirit quoque ibidem Castrius,* quo ordine fuerint nati hi fratres et sorores *Domini, statuitque, verosimilius* S. Salomen *fratres suos ætate præcessisse.* Salome, *ait* (20), nata videtur ante Jacobum (*majorem natu filiorum Cleophæ*) et Simeonem, quia nupta jam fuisset Zebedæo, cum natus est Christus, ut minimum cum esset ipsa quindecim aut sexdecim annorum. *Quæ tamen mera tantum conjectura est, quam diligentius excutere supervacaneum putem. Cæterum,* F *ut videre apud ipsum Castrium est citato loco, alii aliud censuerunt. Sic Epiphanius, quem sequitur et Nyssenus, natas volunt sorores post fratres, teste eodem Castrio. S. Ambrosius* S. Salomen, *ubi cum filiis ad Jesum accessit,* ætate longavam *fuisse dicit* (21).

cique reipsa sanguine

4 *Porro Cornelius noster subjicit tabulam,* in qua, *ait* (22), genealogiæ totius Christi et cognatorum ejus seriem, gradumque ad oculum perspicies, ex patribus et neotericis, ac præsertim ex Christophoro a Castro cap. 1 de Deipara, probabiliter sed accurate concinnatam. *Ex hac, quæ in rem nostram faciunt, excerpimus sequentia.*

(1) Stromatum, lib. III, cap. 9. Migne, Patrologia græc, tom. VIII, col. 1166 et seqq., item, col. 1150. *Confer* Criticorum sacrorum tom. VI. Ubi supra. — (2) Calmet, Commentaire littéral, tom. VII. Dissertation sur les Évangiles apocryphes, pag. XLVI et seq. — (3) Matth. cap. 13, v. 54 et seqq.; Marc. cap. 6, v. 1 et seqq.—(4) Commentaria in Matth. cap. 12, v. 46. —(5) In tertiam part. D. Thomæ, quæst. 28, art. 2 et 3, disput. 5, sect. 4. Tom. II, pag. 58. Moguntiæ. 1616. — (6) Ubi supra — (7) Tom. II, pag. 59.— (8) Ibid. pag. 60. — (9) Annales Mariani. Romæ 1616, in-fol. pag. 82.—(10) Acta SS. tom. I Aprilis, p. 811 et seqq. — (11) Ubi supra. — (12) Viridarium Marianum, sive virtutum ac vitæ Deiparæ vera historia. Coloniæ. 1649. — (13) Ibid. pag. 37 et 38.—(14) Ibid. pag. 42.— (15) Annales Mariani, pag. 85. — (16) Hæresi 87, num. 8. Operum tom. I, pag. 1040. Paris. 1622, curante Petavio. — (17) Ubi supra, pag. 49. — (18) Annales Mariani, loc. cit. — (19) Pag. 50. — (20) Ibid. pag. 55. —(21) De Fide ad Gratianum lib. V, c. 5. Migne, tom. XVI, col. 661. — (22) Commentaria in Lucam, cap. 3, v. 25.

Mathan

A



AUCTORE B. B.

Hæc tabula si admittatur, cum Jacob (*qui* genuit Joseph, virum Mariæ) *frater esset S. Annæ* (*hæc mater B. Mariæ V.*), *sequetur Mariam et Joseph*
B *consobrinos, in secundo consanguinitatis gradu, exstitisse. Proinde B. Virgo in eodem consanguinitatis gradu erat cum Cleopha* (*fratre S. Josephi*); *cum autem* Salome *filia sit Cleophæ, ulterius efficitur, B. Virginem illam in tertio attigisse gradu inæquali. Rursus in quantum respicitur Joseph, hic patruus, ac proinde ejus sponsa virgo Maria matertera* (*quod secundum efficit gradum inæqualem*) S. Salomes, *ex affinitate erat; Jesus autem in quantum filius Mariæ*, S. Salomen *attingebat in tertio consanguinitatis gradu sed inæquali; in quantum vero putabatur filius Joseph, in secundo æquali. Atque hæc quidem ita se habent admissa tabula genealogica Cornelii a Lapide.*

satis propinque conjuncta.

5 *Imo propinquior erit* S. Salomes *cum Jesu Christo et Maria agnatio, posita sententia*, quam unam veram esse censet *P. Franciscus Xaverius Patritius S. J.* (1), *vir sane diligentissimus et in rebus scripturicis apprime versatus; nempe* Joakimum Mariæ parentem et Josephum, hujus virum, fratres fuisse, *quamque ita ibidem paucis verbis cum Zaccaria exponit et probat :* Uterque evange-
C lista Christi prosapiam descripsit; at Christus nullam prosapiam habuit nisi maternam. Ergo utraque genealogia Mariæ prosapiam nobis exhibet. Verum utraque Josephi quoque prosapia est; neque enim secus credere ipsa eorum verba ullo modo sinunt. Omnes itaque aut fere omnes Josephi majores ab evangelistis enumerati, Mariæ quoque majores fuerunt. Quum autem ne suspicari quidem liceat eam esse Josephi sororem, ex ipsius Josephi fratre orta esse putanda est. Quid contra hæc dici queat non equidem dispicio. *Ita P. Patritius, quæ deinde latius evolvit, referens* (2) *ex Julio Africano :* Jacob... viduam ejus (τοῦ Heli) conjugem accipiens, TERTIUM ex ea Josephum genuit, *atque concludens :* Duos itaque fratres habuit Josephus, Jacobi ex alia uxore filios. *Statuit dein*, horum alterum esse Clopam, *quod cum Alphæo* est unum ac idem nomen : *Addit denique :* Quinam vero tertius, quot fuisse scripsit Julius Africanus, vix est, cur dubites. Joakim Mariæ virginis pater is fuit. Quod quidem sine ratione a me affirmari ne credas. Joannes hæc narrat : « Stabant autem juxta crucem Jesu Mater ejus et soror matris ejus Maria Cleophæ. » Hanc vero, *quæ Maria Cleophæ* vocatur, esse sororem germanam Mariæ virginis et Clopæ uxorem, non facile crediderim, sed potius Clopæ filiam, ipsius
E Virginis patruelem. Neque enim ἡ ἀδελφη sororem germanam necessario significat, quum neque οἱ ἀδελφοι Christi, quorum non semel mentio est in novo testamento, germani hujus fratres sint habendi. Tum græca locutio : Μαρια ἡ του Κλωπα, filiam non vero uxorem Clopæ sonat. Denique veri minus simile fortasse est, duas sorores germanas idem nomen *Mariam* sortitas esse. Fidenter igitur affirmare jam licet, esse Josephum Mariæ patruum (3).

teste præsertim

6 *Magnum sane pondus hæc sententia, quam jam ex Possino laudavit Papebrochius* (4), *mutuatur ab auctoritate Julii Africani, qui sæculo tertio ineunte floruit* (5), *et plurimum ab Eusebio commendatur :* Ejusdem Africani, *inquit* (6), quinque de chronographia libri (*hodie deperditi*) accuratissime compositi ad nos etiam pervenerunt. *Et paulo inferius :* Altera quoque ejusdem Africani exstat epistola ad Aristidem de dissensione, quæ videtur esse inter Matthæum et Lucam in stirpe Christi referenda, in qua Evangelistarum consensum apertissime demonstrat ex narratione quadam, quam a majoribus acceperat. *Clarius adhuc elucet, quanti Eusebius hanc scriptionem fecerit, quod illam operi suo magna ex parte inseruerit, scilicet ubi agit* de dis-
F sensu qui creditur esse inter Evangelia in stirpe Christi (7), *utpote ex qua meliori modo solveretur proposita quæstio.* Quoniam, *ait*, Matthæus et Lucas... plurimum inter se dissentire vulgo existimantur, adeo ut singuli fidelium ob veritatis ignorationem varias eorum locorum explicationes certatim excogitaverint; de his traditionem, quæ ad nos usque deducta est, proponamus, quam... Africanus in epistola ad Aristidem... commemoravit. *Spectata igitur scriptoris ætate, diligentia et accuratione, nemo certe non magni fecerit ejus explicationem. Subdubitare tamen nonnihil videtur Africanus ipse :* Sive igitur, *ait*, ita res se habeat sive aliter, planiorem certe interpretationem, meo quidem judicio aliorumque, qui æqui rerum æstimatores esse volent, nemo facile repererit. Proinde hæc nobis sufficiat, tametsi nullo testimonio fulta, quando nec meliorem aliam nec veriorem præferre possumus. Ceterum quin vera sit Evangelii nar-

(1) De Evangeliis libri tres. Friburgi Brisgoviæ 1855, lib. III, pag. 101. — (2) Ibid. pag. 102. — (3) Ibidem, pag. 102 et 103. — (4) Acta Sanctorum 19 Martii. Commentario de S. Josepho, num. 25. — (5) Ceillier, tom. II, pag. 555. — (6) Historia ecclesiastica, lib. VI, cap. 31, pag. 250 et seqq. Moguntiæ 1677. — (7) Ibid. lib. I, cap. 7. pag. 20 et seq.

ratio

AUCTORE B. B.

ratio dubitari non potest. *In fine autem ejusdem epistolæ Africanus hæc addit :* Matthan a Salomone. *etc. Atque hæc ita apud Eusebium* (1). *Notat vero Valesius in hunc locum* (2) : Quanti facienda sit hæc evangelici loci explicatio, patet ex his Africani verbis; quippe qui fateatur eam nullo testimonio fulciri veterum scriptorum. Admitti tamen eam vult a nobis, eo quod nulla melior afferri possit. Quæ cum ita sint, nollem Eusebium nostrum in vestibulo historiæ suæ mentionem hujus rei (*dissonantiæ evangeliorum*) fecisse. *Quæ equidem acerbius et iniquius tam in Africanum quam in Eusebium prolata existimo. Quid enim* veterum scriptorum *testimonia hic invocentur? Quasi vero ipse Africanus ad primævam ecclesiæ ætatem non accedat, iisque vixerit in locis, ubi degebant propinqui Salvatoris secundum carnem, paucis tantum generationibus ab eo dissiti.*

Julio Africano.

7 *Certe ipse Africanus scribit* (3) : Cognati Servatoris nostri, sive ad ostendendam generis sui nobilitatem, sive ut simpliciter rem docerent, veraci utique sermone hæc nobis tradiderunt. *Narrat deinde origines familiarum,* quæ ad id usque temporis in tabulariis publicis descripta
B essent, *ab Herode; Antipatri filio, ex invidia combustas fuisse atque subdit* (4) : Pauci tamen antiquitatis studiosi privatos stirpis suæ commentarios, vel quod nomina ipsa memoriter callerent, vel ex archivis descriptos penes se habentes, in primis gloriabantur, quod avitæ nobilitatis memoriam conservassent. Ex quorum numero erant hi, de quibus supra dixi, ob propinquitatem generis, qua Servatori nostro juncti erant, δεσπόσυνοι appellati. Qui e Nazaris et Cochaba, Judææ vicis, in varias regiones dispersi, supradictam generis seriem, ex ephemeridum libro quam poterant fidelissime exposuerunt. Sive igitur ita res se habeat sive, *etc., ut supra. Optandum sane fuisset, quod etiam Africanus declarat, ut genealogiæ series publicis ex tabulariis probaretur; ast an ob hujusmodi defectum totam narrationem vel dicemus suspectam, vel rejiciemus ut mendacem et fictitiam? Cæterum id unum ex Africano Patritius hoc loco urget :* Jacob viduam ejus (*τοῦ Heli*) conjugem accipiens, tertium ex ea Josephum genuit. *An ergo quis negaverit hæc potuisse, et quidem in una eademque familia, per paucas generationes, ab una ad alteram,* traditione (*hoc verbo*
C *utitur Eusebius*), *etiam solum orali, transmitti? Nec tamen scripta omnino defuisse ex citato Africani loco manifestum est. Equidem assentior P. Patritii sententiæ, eamque cum Africano* meliorem et veriorem *habeo; nec culpandum existimo Eusebium, bene vero laudandum, quod narrationem suæ inseruerit historiæ; tanto magis quod aliter illam jam non haberemus, siquidem epistola ad Aristidem aliunde ad nos non pervenerit. Atque ex his confirmantur dicta a nobis de gradibus consanguinitatis* S. Salomes *cum Jesu Christo et B. V. Maria, eo sensu, quod, ut supra innuebam, propinquior etiam inter illos habeatur parentela seu agnatio, quam in priori sententia.*

Recapitulatio.

8 *Ex dictis hactenus sequitur* S. Salomen *natam ex Cleopha seu Clopa (fratre S. Josephi) et Maria (de qua vix occurrit quid asseramus); uxorem fuisse Zebedæi; matrem S. Jacobi majoris et S. Joannis evangelistæ, secutam esse Jesum, atque* accessisse ut aliquid peteret ab eo, *cui et sanguine satis arcte conjuncta fuisse apparet. Atque hæc quidem ex evan-* D *geliis et antiquis seu patribus seu scriptoribus ecclesiasticis. Addo quædam hoc loco (quoniam opportunior non occurret) ex legendis et officiis.*

In legendis et officiis soror Mariæ V. dicitur.

9 Habemus, *inquit Henschenius* (5), longa acta, descripta ex Ms. codice serenissimæ Christinæ, reginæ Sueciæ, numero 1151 signato, sub hoc titulo : « Vita seu legenda trium Sororum, Mariæ virginis, Mariæ Jacobi, Mariæ Salomæ. *Quid autem illa contineatur, edocet* Prologus, *ita exordiens :* Sanctam et indubitatam, præcelsamque ac salutiferam beatissimarum Sororum, gloriosæ semper virginis Mariæ, christiferæ videlicet, Mariæ Jacobi et Mariæ Salomæ, ejusdem Domini nostri Jesu Christi materterarum, genealogiam, vitæ conversationem et corporum resolutionem in Domino, ac earum inventionem, cum translatione et earum miraculis, Deo adjuvante, licet sermone tenui et inculto, conabimur enarrare. *Post hæc omnia fuse exposita et relata, sequitur :* Sermo brevis de sanctis Sororibus in natali beatissimarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salomæ, sacratissimæ Virginis sororum, et materterarum Christi. *Porro acta Mss. sæculo* XV *exarata non satis solida sunt, utpote a variis* absque ullo examine coacervata, *ita quidem, ut Henschenius nihil ex eis duxerit typis edendum,* præter pauca miracula ex iis selecta, quæ referuntur in Galliis contigisse, et *tamquam* verosimiliora *habet* (6). *Et addit :* falluntur præterea, *scilicet corasores actorum illorum,* qui, ut tres Marias reperiant, Salomen, matrem SS. Jacobi et Joannis evangelistæ, appellant Mariam Salomæ, *quasi* hæc Maria esset uxor Salomæ. Verum Salome est nomen mulieris non viri. *Quod notavit quoque Colvenerius* (7) : *citatis enim Marci verbis :* Erant mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi minoris et Joseph mater et Salome, *subjungit :* ubi Salome esse nominativum, non autem genitivum, patet ex græco, et solide declarat Estius in Annotationibus ad cap. 15 Marci ℣. 41. *Qua ratione Maria Cleophæ seu Jacobi dici queat soror B. V. Deiparæ ex dictis num. præcedenti colligi potest. Non vero item de* S. Salome : *nam, ut recte observat rursus Henschenius* (8), *et liquido fluit ex allatis et discussis a nobis supra :* quod *hæc* (Salome) fuerit ejusdem Deiparæ habita soror, neque apud Evangelistas, neque apud antiquos patres legitur. *Denique subjungit :* An fuerit
F Salome soror Mariæ Cleophæ, et inde data occasio dicendi, eam etiam fuisse sororem Deiparæ Mariæ, non habemus unde solide asseramus, aut id asserentes refellamus. Arbitramur tamen hanc esse rationem satis commodam (*quæ utique mera tantum conjectura est*) ad explicandum ea, quæ de ipsis, ut sororibus Deiparæ, in variis Missalibus et Breviariis leguntur, *in quibus* (*ut videbitur infra*) *passim* sorores *inter se et nonnumquam* materteræ *Christi vocantur.*

Præsens fuit Christo morienti,

10 *Notat Tillemontius* (9) *Originem, commentario in Matthæum, præter laudes, quas universim tribuit sanctis illis mulieribus, Jesum secutis, innuere speciatim,* S. Salomen *fide sua, vitæ sanctimonia atque constantia, qua Dominum, quocumque iret, comitabatur, meruisse gratiam, ut præsens foret morti ejus in Calvariæ monte, cum aliis, quæ ex Galilæa advenerant. Et re quidem vera, Marcus* (10), *postquam retulit centurionem exclamasse :* Vere hic homo

(1) Hist. eccl. lib. I, cap. 7, pag. 25.—(2) Ib. Annotationes in librum I, pag. 15. — (3) Eusebius, pag. 22. — (4) Ibid. 25. — (5) Acta SS. tom. IX Aprilis, pag. 812. — (6) Ibid. — (7) Kalendarium SS. V. Mariæ novissimum, tom. II, pag. 502. Duaci, 1638. — (8) Ubi supra. — (9) Mémoires pour servir à l'histoire ecclés. tom. I. pag. 525. Paris. in-4°, 1701. — (10) Cap. 15, v. 39 et seqq.

filius

filius Dei erat, *subjungit :* Erant autem et mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, et Maria, Jacobi minoris et Joseph mater, et Salome. *Consonat Matthæus* (1) : Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secutæ erant Jesum a Galilæa, ministrantes ei; inter quas erat Maria Magdalena et Maria, Jacobi et Joseph mater, et mater filiorum Zebedæi, *nempe* Salome, *quæ a solo S. Marco nomine suo vocatur. Pariter alii duo evangelistæ* (2) *testantur præsentes fuisse sanctas mulieres, quarum aliquas nominatim designant, non tamen* S. Salomen. *Memorant deinde Matthæus, Marcus et Lucas adventum Josephi ab Arimathæa, qui corpus sindone involutum posuit in monumento; adduntque duo priores :* Erat ibi Maria Magdelene et altera Maria, sedentes contra sepulcrum (3) *et* aspiciebant ubi poneretur (4). *Ex quo effici videretur, solum duas illas ibi adfuisse, ac proinde recessisse* S. Salomen; *ast contrarium innuit Lucas* (5) : Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus ejus. *Nisi quis dicat priores duas totius rei gestæ perpetuo remansisse testes; cæteras autem id solum venisse examinatum,*
B *ubi et quomodo positum corpus esset. Cæterum nemo est, qui ignoret, quantum evangelica narratio de gestis sanctarum mulierum sive in Calvariæ monte sive ad sepulcrum Domini, sacros exercuerit imo et vexaverit exegetas. Nostrum non est tantas componere imo nec exponere lites. Sufficit ad propositum nostrum demonstrasse ex evangeliis,* S. Salomen *non solum adfuisse, cum Christus cruci esset affixus, sed de ejus quoque sepultura fuisse sollicitam, et resurrectionis testem.*

atque de ejus sepultura sollicita

11 *Quod ut præstemus, operæ pretium ducimus hic adscribere egregium locum ex P. Patritio, ubi et res ipsa (quod unice nos, ut jam monui, spectamus) continetur et simul declaratur quomodo varii ex evangelistis textus inter se componi queant.* Dum Christus, *inquit ille* (6), sepeliebatur « erat... ibi Maria Magdalene et altera Maria sedentes contra sepulcrum (7), » quæ altera Maria fuit Maria Joseph, et « aspiciebant, ubi poneretur (8); » sed et aliæ cum his (9). « Et revertentes paraverunt aromata et unguenta. » Et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum (10). « Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati » id est, postridie mortis Christi circa solis occasum, « venit Maria Magda-
C lena et altera Maria videre sepulcrum (11). » Continuo, illo ipso vespere « et cum transisset sabbatum, » Maria Magdalena, et Maria Jacobi et Salome eme- » runt » alia « aromata, ut venientes ungerent Jesum (12). Una autem sabbati (13) » eodem, inquam, die, si ad formam dierum Judaicam attendas (*Judæis dies, non a media nocte aut ab ortu solis, sed ab occasu inchoabatur, ut, si ante occasum dies erat postrema mensis postremaque hebdomadæ, sabbatum post occasum jam esset prima hebdomadæ dies primaque mensis insequentis* (14),) postridie vero, si ad Romanam, ante lucem Christus revixit, eaque evenerunt, quæ narrat Matthæus (15) (*terræ motus, angelus revolvens lapidem etc.*). Mox πρωι σκοτιας ἐτι οὐσης (16) et ὀρθου βαθεος (17). « Maria Magdalene venit ad monumentum (18) » sed et altera saltem (19) (*dicit enim etc.* :» Tulerunt Dominum... et nescimus *ubi posuerunt eum* » *proinde saltem erant duæ*) imo plures (20), vel ante Magdalenen, vel cum ea venere, vel, quum ipsa esset ad sepulcrum, supervenerunt. Vident « lapidem revolutum (21) » et « sublatum a monumento (22). Cucurrit ergo » Maria Magdalene « et venit ad Simonem Petrum et ad alium discipulum, quem amabat Jesus (23), » ceteræ vero, illic mansere, moxque « ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu (24); » sed « duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti » easque docuerunt de iis quæ venerant (25). Interea Maria Magdalene, quum ad Petrum et Joannem adiisset, « dicit illis : Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum (26). »

AUCTORE B. B.

et resurrectionis testis.

12 Mox cæteræ et ipsæ « regressæ a monumento nuntiaverunt hæc omnia » quæ viderant atque audierant, « illis undecim et ceteris omnibus (27), » non quidem omnes omnibus simul, quod forte nec diei hora, quæ tunc erat, suspicari sinit, sed... deinceps atque aliæ aliis. Altero hoc nuntio accepto, Petrus et Joannes cucurrerunt « ad monumentum... » His redeuntibus Maria Magdalene, quæ, ut adparet, postquam iis rem nuntiaverat, ipsos currentes ad sepulcrum sequuta erat, « stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, in- E
clinavit se, et prospexit in monumentum, et vidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput et unum ad pedes, ubi positum fuerat CORPUS JESU (28); » continuoque Jesus ipse ei « primum » se videndum præbuit, cumque ea colluquutus est (29). « Illa vadens » rem totam « nuntiavit his, qui cum eo fuerant (30). » Tum demum aliæ mulieres (31), Maria Magdalene jam in urbem regressa, utpote quam obviam illas minime habuisse ex eo adparet, quod rei totius adhuc nesciæ essent (32); « venerunt ad monumentum orto jam sole (33). » Utque illuc introiere, angelus rem gestam eis narravit, jussitque ipsas nuntiare « discipulis et Petro (34), » quo confirmaretur nuntius huic jam adlatus a Maria Magdalene, postquam hæc Christum redivivum conspexerat, cui nuntio, qui eum acceperant, nondum fidem adjungebant (35). Illæ perterrefactæ « exierunt cito de monumento (36), » indeque aufugientes οὐδενι οὐδεν ειπον « nemini quidquam dicebant (37), » nimirum in via, dum fugerent (38). « Et ecce Jesus occurrit illis, » salutat, ipsumque veneratas, adloquitur (39). *Hæc P. Patritius haud minus acute quam diligenter; quibus utique continetur quidquid ad* S. Salomen (*quæ diserte inter sanctas mu-* F
lieres a Marco numeratur) *in his rebus gestis ex evangeliis pertinet.*

S. Salomes *memoria in martyrologiis,*

15 *Nec alia habemus de* S. Salome, *quibus satis fidere liceat. Silent deinceps de ea sacræ paginæ, sicut et antiqua ecclesiasticæ historiæ monumenta. Attamen infra latius examinanda erit traditio ecclesiæ Verulanæ in Hernicis, et Arelatensis seu Camariensis; quod antequam præstemus sequenti paragrapho, hic subjicimus quæ in martyrologiis et liturgicis libris atque breviariis notatu digna occurrunt. Martyrologium Romanum habet ad hunc diem :* Jerosolymis sanctæ Mariæ Salomæ, quæ in Evangelio legitur circa Domini sepulturam solicita. *Ad verbum hausta hæc annuntiatio est ex Usuardo, demptis tamen positione seu loco* Jerosolymis, *et nomine* Mariæ, *quæ ille non habet.*

(1) XXVII, 55 et 56. — (2) Luc. XXII, 49. Joan. XIX, 35. — (3) Matth. XXVII, 61. — (4) Marc. XV, 47. — (5) Luc. XXIII, 55. (6) De Evangeliis, lib. III, dissert. LIII, pag. 543 et 544. — (7) Matth. XXVII, 61. — (8) Marc. XV, 47. — (9) Luc. XXIII, 55. — (10) Luc. ibid. 56. — (11) Matth. XXVIII, 1. — (12) Marc. XVI, 1. — (13) Luc. XXIV, 1; Joan. XX, 1. — (14) Patritius, Ibid. pag. 540. — (15) XXVIII, 2-4. — (16) Joan. XX, 1. — (17) Luc. XXIV, 1. — (18) Joan. ibid. — (19) Ibid. 2. — (20) Luc. Ibid. — (21) Luc. XXIV, 2. — (22) Joan. XX, 1. — (23) Ibid. 2. — (24) Luc. XXIV, 3. — (25) Ibid. 48. — (26) Joan. XX, 2. — (27) Luc. ibid. 9. — (28) Joan. XX, 11-15. — (29) Ibid. 14-17; Marc. XVI, 9. — (30) Marc. ibid. 10; Joan. ibid. 18. — (31) Matth. XXVIII, 5; Marc. XVI, 2. — (32) Marc. ibid. 5. — (33) Marc. ibid. 2. — (34) Matth. XXVIII, 5-7; Marc. ibid. 5-7. — (35) Marc. ibid. 11. — (36) Matth. ibid. 8. — (37) Marc. ibid. 8. — (38) Conf. Matth. ibid. — (39) Matth. ibid. 9 et 10.

De

AUCTORE B. B.

De hoc notat Sollerius (1) : Mariæ prænomen ei (Salomæ) alicubi tribuitur; at nuspiam, quod ego sciam, ita apud antiquos appellata legitur. *In quibusdam codicibus auctariorum, scilicet* Bruxellensi (2), ultrajectino (3), *sicut et in* editione Lubeco-Coloniensi (*de qua vide ibidem eumdem Sollerium in Præfatione* (4)) *prænomen illud adscriptum est. Attamen recte notat Castellanus* (5) : Prænomen incognitum evangelistis ac martyrologis omnibus, qui ante correctores martyrologii Romani scripserunt. *Nec Baronius in suis* Annotationibus *ullam reddit rationem introducti illius prænominis; imo in Annalibus non aliter eam designat quam* Salomes *nomine* (6). *Suspicatur Tillemontius* (7), *præposterum illud additamentum* ex commentitiis trium Mariarum historiis *ortum habuisse vel ex traditione ecclesiæ Verulanæ in Hernicis, ut conjicere licet ex Notis ad* 25 *Julii, ubi de Jacobo majore. Confer dicenda infra. In Romano parvo, quod Rosweydus noster in lucem dedit, annuntiatur ad* 22 (*manuscriptum quo usus Rosweidus, ferebat, sed, ut ipse notat, præpostere* 21) *Octobris :* Jerosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est. Et Salomæ, quæ in evangelio legitur.

B *Unde recte observat Sollerius* (8) : Salome, aliis martyrologis antiquis præterita, debetur auctori Romani parvi. *Ex inde eam transtulit Ado :* Beatæ Salomæ, quæ in evangelio legitur cum reliquis sanctis feminis circa Domini sepulturam sollicita. *Usuardus illa solum expunxit, quæ ad eam proprie non pertinebant, nempe :* cum reliquis sanctis feminis; *cætera omnia plane Adoniana sunt. Usuardum ad verbum exscribit Romanum, nisi, quod addat positionem* Jerosolymis *et inserat prænomen* Mariæ. *Hac itaque die celebratur separatim memoria* S. Salomes. *Aliis diebus de eadem agitur, sed conjunctim cum aliis.*

menologiis. 14 *A Græcis ad diem* 8 *Aprilis memorantur,* Matronæ evangelicæ, quæ venerunt Dominica mane ut ungerent Jesum.

Χριστῷ φέρουσιν αἱ μαθήτριαι μύρα·
Ἐγὼ δὲ ταύταις ὕμνον, ὡς δῶρα, φέρω.
Unguenta Christo deferunt discipulæ;
Hymnos ego illis, munerum loco, fero.

Et observat Henschenius (9) : causa hujus solemnitatis videtur data Constantinopoli, ob corpora ad templum S. Jacobi, fratris Domini, translata; *et refert ex Georgio Codino in originibus Constantinopolitanis pag.* 50 :

C Justinus... imperator ecclesiam S. Jacobi extruxit, ubi suis in conditoriis asservantur reliquiæ sanctorum Innocentium... et Jacobi τοῦ ἀδελφοθέου... Ceterum in dextera sacri conditorii posita sunt corpora sanctarum mulierum, quæ unguenta ad Christi sepulcrum tulerunt. *His subjungit Henschenius :* Ultima græce ita efferuntur : Ἐν δὲ τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἁγίας σοροῦ, εἰσι κείμενα τῶν ἁγίων μυροφόρων γυναικῶν τὰ σώματα. Videntur intelligi S. Mariæ Cleophæ, mater S. Jacobi fratris Domini, et Salome, mater filiorum Zebedæi. *Saussaius* (10) *ad diem* 11 *Maii annuntiat :* Remis festum beatarum Mariæ Jacobi (*hæc enim promiscue* Maria Cleophæ *et* Maria Jacobi *dicebatur* (11)) *et* Salome, *et quidem sub ritu* duplici (12); *in Breviario Remensi anni* 1739 *notatur ritus semiduplex* D *minus. Testatur idem Saussaius* (13) *easdem coli similiter* ritu duplici a Burdegalensi ecclesia, die XXV *præfati mensis. Item tertio Nonas, id est die tertia, Decembris celebratur* Arelate, revelatio sanctarum Mariæ Jacobi et Salomæ (14). *De hac infra prolixe dicemus.*

breviariis et missalibus. 15 Habemus, *ait Henschenius noster* (15), antiqua Breviaria ecclesiæ Antissiodorensis in Gallia, et Tornacensis in Belgica, in quibus ad diem 25 Maji solemni cultu celebratur festum SS. Mariæ Jacobi et Mariæ Salomæ sororum. *Confer Colvenerium* (16). *In Missali ad usum ecclesiæ Ebroicensis anni* 1497 *notatur :* De beatissimis Maria Jacobi et Salome, Octobris *probabiliter* 22 (17). *Item in Missali* ad consuetudinem *ecclesiæ Redonensis, anni* 1525 : VIII kal. Junii (25 *Maji*) de Tribus Sororibus (18). *Sic etiam in Missali ecclesiæ Ultrajectinæ, anno* 1514 *excuso, post missas de communi Sanctorum, ponitur missa ad honorem* SS. Mariæ Jacobi et Salomæ: *ubi utraque* soror Mariæ Deiparæ et matertera Christi *vocatur* (19). *Apud Waddingum* (20) *in* Kalendario festorum propriorum ecclesiæ hierosolymitanæ, *celebranda indicitur* 22 *Octobris festivitas* S. Marci episcopi et martyris duplex, et S. Mariæ E Salome nec virginis nec martyris semiduplex. *Confer, infra ad hunc ipsum diem, acta S. Marci numero finali. Nec prætermittendum quod habent decessores nostri ad diem* 25 *Maji* (21) : Ordo Carmelitarum, pro speciali sua erga Deiparam devotione, etiam consanguineas ejus colendas sibi censuerat, et in antiquioribus missalibus ac breviariis suis notatum habebat « Octavo kal. Junii (25 *Maji*) Mariæ Jacobi et Salome. Duplex » cum officio proprio. Daniel a virgine Maria in Speculo indicare videtur, recentiori usu translatum festum esse ad XXII Maji. Sed neque isto neque alio ullo die invenimus quidquam in recentiori breviario ordinis anni 1672. *Nec ego quidquam reperi in ejusdem ordinis Breviariis, quæ præ manibus habeo, annorum* 1689, 1702, 1730 (*Horæ diurnæ*), 1778, *nec denique in* Propriis officiis Sanctorum fratribus et monialibus Carmelitis discalceatis in hanc diem concessis, *Mechliniæ anno* 1849 *editis. In his porro omnibus notatur* 22 *Octobris officium* Octavæ S. Teresiæ. *Item celebratur utriusque S. Matronæ festum* 25 *Maji* in breviariis antiquæ professionis Regularium beatissimæ Dei Genitricis semperque Virginis de Monte Carmelo ex usu et consuetudine approbata F Hierosolymitanæ ecclesiæ et Dominici Sepulcri (22). *Et F. Joannes de Venetto, ex Carmelo Parisiensi, scribebat anno* 1537 : Festum S. Mariæ Cleophæ agitur XXV Maji; festum S. Salomæ XXII Octobris. Quidam tamen de duabus Sororibus simul agunt mense Majo (XXV), *quod communis sit illo die oratio* (23). *Tandem in Martyrologio Canonicorum regularium annuntiatur* Jerosolymis S. Maria Salome, *et id quidem ad diem* 22 *Octobris* (24); *in Proprio autem* Canonicorum S. Hierosolymitanæ ecclesiæ et custodum sacro-sancti Dominici sepulcri *notatur ad diem sequentem,* 23 *Octobris, festum* S. Mariæ Salomæ Viduæ. Duplex. (25).

Item Propriis Bruxellensi 16 *In antiquo Breviario collegiatæ S. Gudulæ*

(1) Martyrologium Usuardi, 22 Oct. pag. 619. — (2) Ibid. — (3) Ibid. pag. 620. — (4) Pag. XXXVI. — (5) Martyrologe universel, 22 Oct. — (6) Tillemont, Mémoires, tom. I, pag. 595. — (7) Ibid. — (8) Usuardi, Martyrol. pag. 619. — (9) Acta SS. ad diem 9 April, pag. 811. — (10) Martyrol. Gallic. — (11) Faillon, Monuments inédits sur l'apostolat de Sainte Marie-Madeleine, etc. Paris, 1848, tom. I, col. 1316. *Ad marginem.* — (12) Acta SS. 11 Maji, pag. 612. *Inter Prætermissos.* — (13) Saussaius in Supplemento, pag. 1200. — (14) Ibid. — (15) Acta SS. 9 Aprilis, pag. 812. — (16) Kalendarium Marrianum, 25 Maji. Duaci 1638. — (17) Faillon, Monuments inédits, tom. I, pag. 1315, not. *a.* — (18) Ibid. — (19) Acta SS. Ubi supra. — (20) Annales Minorum, tom. VII, pag. 278. — (21) Pag. 2. *Inter Prætermissos.* — (22) Acta SS. 9 Aprilis, pag. 812. — (23) Monuments inédits, tom. I, pag. 1315. — (24) Martyrologium romanum. Mechliniæ. 1846. *Ad calcem.* — (25) Festa propria etc. Leodii 1674.

Bruxellis

A *Bruxellis, habetur officium proprium* de sancta Maria Jacobi et Salome, *et quidem, ut notatur in calendario, ritu duplici. Cujus Antiphona ad* I *vesperas hæc est :* O felix prosapia regali ex germine David propagata : Beata Provincia, sub Marie nomine stellis illustrata, digne gaudes Villa Maris, que duabus filiabus Anne illustraris. *Oratio :* Propitiare, quesumus, Domine nobis famulis tuis, ut per beatarum gloriose virginis et matris tue Marie sororum, tuarumque materterarum, Marie Jacobi et Marie Salome merita gloriosa et earum piam intercessionem ab omnibus semper protegamur adversis. Qui vivis. *Invitatorium :* Jubilemus in hac die dignis Deo laudibus, qui claris virtutibus regnum dat Sororibus matris virginis Marie. *Lectiones novem constant Legenda utriusque simul Sanctæ. Præcipua in prioribus sex contenta, breviter resumuntur in Antiphonis secundi Nocturni :* Anna conjunx Joachim trinos sponsos habuit, et Mariam, Domini matrem, primo genuit — quo defuncto Cleopham maritum accepit, de quo matrem Jacobi Mariam concepit. — Demum sponso Salome tertio donatur, hinc Maria Salome dicta generatur. (*Hic ergo* Salome, *nomen est viri. Confer num.* 6). *In*
B *septima et octava Lectione hæc notatu digna reperio :* Per invidiam judaicam cum quibusdam Christi discipulis in quadam rate in mari sine gubernatore et remige sunt emisse. Sed Deus, qui universorum, et specialiter in se sperantium est gubernator, eas per semetipsum direxit et ad littus usque perduxit. Exeuntesque de navi, intraverunt terram, que antiquitus Stichados dicebatur, nunc autem Carimarchia nuncupatur, et ibidem attenderunt locum esse idoneum orationi et contemplationi amicum, quam partem elegerunt Sancte iste. *Hymni ad Laudes et* II *Vesperas proprii sunt : prior nihil habet speciali mentione dignum, posterior est hujusmodi :*

Exultet celi curia,
Resultet hec ecclesia;
Plaudat tellus Provincie,
Deum colamus hodie.
Maritime confinio,
Villa gaude cum gaudio,
Que Sororum suffragiis
Dotaris et reliquiis.
Arelatis Diocesis,
C Totius expers heresis,
Intra tuos limites
Corporum sancti stipites
Sororum Matris Virginis
Laudum stirpis et nominis :
Due Christi matertere
Secum gaudent in ethere.
Matres et duo Jacobi
Captent ne simus reprobi,
Dies magna cum venerit
Et judex summus aderit.

Breviarium hoc nostris diebus rarissimum, etiam in Belgio nostro, est. Illud paucis ante annis Musæo comparare licuit. Qua vero de causa excusum fuerit, discimus ex proœmio, quod ad caput ponitur : Decanus canonicique ecclesie Dive Gudile Bruxcellensis clero suo S. Eccum diu desideratum et quotidianis ferme conviciis (*sic*) efflagitatum usus nostri, sacerdotes venerandi, Breviarum, diligenter ordinatum et non negligenter impressum, ad honorem optimi maximi Dei nostri, laudemque ejus sacrosancte genitricis perpetueque virginis ac domine nostre Marie, nec non et sponse ejus eximie nostre titularis (ut ita dicamus) Dei sanctissime Gudile, quin etiam totius in celo triumphantis curie; ad salutem vero fidelium in purgatorio degentium et nostram in hac lachrymarum valle militantium. Reliquum est ut Deo et hujus tanti operis procuratoribus sitis quam gratissimi. Valete. *Ubi vero et quando, quorumve studio et diligentia editum typis sit, docet nos Rubrica his verbis :* Finit pars hyemalis Breviarii ad usum insignis ecclesie collegiate sancte Gudile virginis in illustri Bruxellensi oppido, diocesis Cameracensis. Impressum Parisiis, opera solerti Desiderii Maheu et accuratione vigili Jodoci Badic ascensii, tertio calendas Novembris anno mil. quingentesimo decimo sexto. Deo gratias. AUCTORE B. B.

17 *Si fides sit Tamayo, ecclesia Compostellana festum agit* S. Salomes *die* 23 *Octobris :* Compostellæ in Gallæcia Hispaniæ anniversaria colitur festivitas S. Mariæ Salome, matris S. Jacobi Hispaniarum apostoli, quæ filium in Hispanias secuta, Vercellis glorioso fine quievit. *Hæc Tamayus, ubi, nisi prorsus absurda voluerit proferre, pro* Vercellis *legendum procul dubio* Verulis *est, ut ex dicendis patebit. Notat autem Henschenius* (1), Salomen *in-* E *scriptam esse antiquis Hispaniæ martyrologiis ad diem* 22 *Octobris. Quod quidem et hodie obtinet, ut efficitur ex proprio* Sanctorum Hispanorum, *edito Mechliniæ anno* 1841, juxta editionem Matritensem anni 1851, *ubi die* 22 *Octobris legitur :* S. Salomæ, viduæ. Pro civitate et diœcesi Compostellana, duplex II classis, et pro aliis omnibus dominiis, regi catholico subjectis, duplex majus. *Proprii sunt hymni duo; alter pro utrisque Vesperis et Laudibus; alter ad Matutinum. Item propriæ Antiphonæ ad* Magnificat *et* Benedictus. *Lectiones* I *nocturni :* Mulierem fortem; II *nocturni, propriæ, historiam evangelicam exponentes;* III *nocturni homilia S. Fulgentii in Evangelium :* accessit ad jesum mater filiorum Zebedæi. *et Compostellano.*

§ II. Quid sit censendum de cultu de S. Salomes in Hispania, et quo fundamento nitatur traditio de illius obitu Verulis in Italia. F

Cultus S. Salomes *in Hispania,*

Quæ *hactenus diximus* (*præter pauca illa num.* 9) *sive ex sacris desumpta sunt litteris, sive ex monumentis suo in genere certis, ut sunt Martyrologia, Liturgiæ, Breviaria, quatenus testantur agi memoriam vel celebrari festum alicujus Sancti. Nunc progrediendum ulterius, atque examinanda quarumdam regionum et ecclesiarum traditiones de origine et antiquitate cultus, quem* S. Salomæ *exhibent. Haud levis enim exstitit et adhuc existit disceptatio, ubi illa vitam clauserit, ubi sacræ ejus asserventur exuviæ.* Hæc est, *inquit Henschenius in Actis S. Mariæ Cleophæ* (2), gloriatio tum urbis Verulanæ in Hernicis, populo Latii apud Italos: tum agri Arelatensis in Provincia, Galliæ Narbonensis regione, *imo et aliquatenus ecclesiæ Compostellanæ in Gallæcia Hispaniæ. Exordiamur ab hac, ut a levioribus ad graviora gressum faciamus. quam paucis expedire licebit, cum vix occurrat quod*

(1) Acta SS. 9 Aprilis, pag. 847. — (2) Acta SS 9 Aprilis, pag. 812

AUCTORE B. B.

addam Henscheniano commentario. Omnis hac de re probatio desumitur ex Additionibus *Braulionis et Halecæ ad* Maximi chronicon *annis* XVI *et* XVII, *ubi hæc leguntur :* Fama est cum S. Jacobus venit in Hispaniam, Mariam Cleophæ et Salome matrem et Mariam quamdam Magdalenam cum fuisse comiter comitatas, et rediisse cum illo, venisseque cum corpore, et utrasque Cleophæ et Magdalene obiisse in civitatensi oppido (*vernacule* Ciudad-Rodrigo) in Lusitania, die Aprilis 10; Magdalenam vero, Lazari sororem, cum Lazaro, Maximino atque Chelidonio, Marcella, Josepho ab Arimathia venisse in Galliam Aquitanicam, ibique prædicasse Domini Jesu Christi sanctum Evangelium, ut docent luculenter Gallorum historiæ, et est traditio ubique satis recepta illius regionis. Maria Salome rediens cum ipso Jacobo filio, peragratis partibus Germaniæ, Angliæ et Italiæ, ubi prædicavit, cum Verulas pervenisset, ætate confecta ibi requievit 24 Maji. *Hæc ibi sub nomine Helecæ, archiepiscopi Cæsaraugustani, qui floruit sæculo nono* (1).

quo tamen illa numquam pervenit.

B 19 *Præter absurda varia, quæ hoc textu proferuntur, uti confusio* Galliæ Aquitanicæ *cum* Narbonensi *etc., ab Henschenio* (2) *jam suggillata; usu hic venit, quod habet Philippus Labbeus noster in dissertatione de scriptoribus ecclesiasticis* (5) : Verum, ut dicam quod res est, quodque omnes per Europam eruditione ac judicio eximii censent; omnia illa Ludprandorum, Dextrorum, Maximorum, Helecarum, Julianorumque Hispano-Gotthica Chronica cum quisquiliis Joan. Viterbiensis, et fabulis anilibus aut Amadisiorum nugis, sunt in Utopiam Morboniamque insulam releganda. *Concordat Nicolaus Antonius in Bibliotheca passim, atque in specie ubi, agens de Heleca, asserit* (4), additiones *ad Maximi Chronicon sive sub Braulionis, sive sub Helecæ nomine veniant, aliud non esse nisi* canoras nugas. *Non est ergo cur diutius his immoremur, cum spuria sint, nec aliunde quidquam adducatur in confirmationem. Id unum probatur, ex proprio Hispanico festum* S. Salomæ Viduæ *celebrari, et quidem ut apparet, quia mater S. Jacobi Hispaniarum apostoli, hac die* 22 *Octobris. Cæterum in lectionibus propriis* II *Nocturni nihil habetur de ejus gestis post Christi ascensionem. Narrata hujus, postquam resurrexisset, apparitione, ita concluditur lectio* III : His cælestibus donis ditata, constans in fide, spe dives, charitate potens, persecutiones invicta superans, usque in finem perseverans ad cœlestia C regna migravit. *Notatur ejus festum die sequenti,* 25 *Octobris, in Martyrologio Hispanico Tamaji. confer. num.* 17.

Traditio Verulana de adventu

20 *Paulo Latius agendum est de cultu et traditione Verulanis, quæ argumentis, si non solidis, saltem pluribus nituntur, nec spernenda fulciuntur auctoritate. Legendam* (*de qua diximus num.* 6) *in hunc fere modum resumit Henschenius* (5) : *dicuntur Maria* Salome *et Maria Jacobi, mortuis earum maritis, cohabitasse Deiparæ, eique adfuisse, cum Josephus illius sponsus moreretur, et Christus cruci affixus expiraret; post Christi resurrectionem et ascensionem permansisse cum eadem Deipara, donec eidem morienti extrema exhibuissent obsequia; postmodum vero, cum fama percrebuisset S. Joannem, filium* S. Salomæ, *in dolium ferventis olei missum atque exinde incolumem servatum, eas relicta Palæstina in Italiam navigasse, ac Romam usque progressas, egisse cum Clemente pontifice; pleniusque de* D *omnibus instructas, ad Verulanam civitatem venisse; ibique ambas mortem obiisse, positasque in eodem sepulcro quievisse, Mariam Jacobi* 8 *kal. Junii,* Salomen 11 *kal. Novembris. Eadem, teste rursus Henschenio* (6), *narrantur in antiquo breviario Carmelitano ad festum S. Joannis ad portam latinam* 6 *Maji; sed de sola matre S. Joannis. Baronius in notis ad* 25 *Julii, agens de S. Jacobo, fratre Joannis evangelistæ, asserit ex monumentis ecclesiæ Verulanæ,* horum matrem, uxorem Zebedæi, Mariam, in illa persecutione, quæ post necem S. Stephani secuta est, fugatam in Italiam adventasse, et apud Hernicos itinere fatigatam in pace quievisse, ibique ejus venerandum corpus religiose asservari, *nulla ullius sociæ aut sororis facta mentione. Deneque apud Ughellum* ex vetere ecclesiæ Verulanæ Menologio *legitur* (7), Mariam Jacobi, matrem filiorum Zebedæi (*ita nempe ipse scribit*) *dispersis post S. Stephani necem, Christi* discipulis, *apud Hernicos in Latio* libentius divertisse, ut filium suum evangelistam Joannem, *jussu Domitiani* detentum inviseret (*qui hæc sibi chronologice cohæreant, viderit Ughellus*); *sed dum Romam venisset, illumque in exilium relegatum audiisset,* indeque E rediret, secus Verulas permansisse, *susceptamque hospitio fuisse a* quodam Rusticano, quem ad fidem Christi cum convertisset Maurum appellavit; denique ætatis supra annum centesimum onere prægravata migravit ad Dominum 6 kal. Julii. *Atque hæc sunt quæ ex Variis de* S. Salomes *adventu et mora Verulana colligere licuit.*

S. Salomes

21 *Imprimis quærii hic potest, ut quid Ughellus seu potius ejus Menologium ecclesiæ Verulanæ* Mariam Jacobi *vocet* matrem filiorum Zebedæi. *Ex communi usu* Maria Jacobi *eadem est ac* Maria Cleophæ, *mater Jacobi minoris; sed hæc nulla ratione dici potest* mater *filiorum Zebedæi, nempe Jacobi majoris et Joannis evangelistæ, qui diserte apud eumdem Ughellum* filius *ejusdem Mariæ Jacobi habetur. Addit quoque idem scriptor ibidem,* ecclesiam cathedralem *Verulanam* divitem esse Sanctorum reliquiis, *inter quas recenset* corpus S. Mariæ Jacobi. *Cum autem alibi tradat* (8) *absque ullo asterisco asservari Venetiis* caput Mariæ Cleophæ in æde Servorum; *ni dicas Ughellum sibi non constare, concludendum videtur aliam ipsi fuisse Mariam Cleophæ a Maria Jacobi; hæc autem quæ sit aut rationabiliter esse possit præter matrem filiorum Ze-* F *bedæi seu* Salomen, *equidem non video. Adde hanc nonnumquam, licet ut vidimus perperam,* Mariam Salomen *vocari; admisso autem nomine* Maria, *posset aliquo sensu* Salome *dici* Maria Jacobi, *quod mater sit Jacobi majoris. Itaque, mea opinione, agitur in monumentis Verulanis de* S. Salome, *labiturque Baronius, ubi in martyrologio Romano ad diem* 25 *Maji annuntiat :* Verulis in Hernicis Translatio S. Mariæ Jacobi, *imo* S. Salomæ; *præsertim cum ipse notet se* ejus rei gestæ historiam accepisse editam ab ecclesia Verulana. *Dubius nihilominus hæsit Henschenius* (9) : Advertat, *ait,* lector hic appelari « Mariam Jacobi » et haberi « matrem filiorum Zebedæi, » quæ aliis est Salome; cum mater fratris Domini et episcopi Hierosolymorum appellari debuerit « Maria Jacobi; » ut dubium videatur cujus corpus ibidem (*Verulis*) asservari dicatur. *Mihi non ita. Quid quod Henschenius ipse recitet* (10) *Relationem ad*

(1) Nicolaus Antonius, Bibliotheca Hispana vetus, tom. I, pag. 510. Matrit 1788. — (2) Acta Sanctorum. Ubi supra. — (3) Apud Papebrochium, Responsio ad Exhibitionem errorum, art. 21, § 2, num. 10. — (4) Bibliotheca Hispana vetus, pag. 510, num. 315. — (5) Acta SS. 9 Aprilis, pag. 812. — (6) Ibid. pag. 813. — (7) Italia sacra, tom. I, col. 1587. Venetiis 1717. — (8) Italia sacra, tom. V, col. 1181. — (9) Acta SS. tom. I April. ad diem 9, pag. 814. — (10) Ibid. pag. 813.

Innocentium

A *Innocentium III de corporis inventione (cujus mox incidet mentio), desumptam ex collectione Vallicellana Gallonii, in qua diserte et exclusive agitur de* matre filiorum Zebedæi; de Maria, matre Joannis apostoli et Jacobi; *at de* Maria Jacobi *ne verbum quidem?*

non videtur satis fundata:

22 *Traditio de adventu* S. Salomes *nititur itaque his duobus : Legenda et Monumentis ecclesiæ Verulanæ. Legenda exiguæ imo nullius est auctoritatis. Scripta primum sæculo* XV *fuit : testatur namque auctor* (1), *a doloribus calculi miraculose curatum se anno* 1425; *ait præterea se sua* e scriptis Gallicis latino eloquio deprompsisse; *scilicet, ut habet Colvenerius* (2), ex Vita trium Mariarum, matris earum, prolium et maritorum, gallico rythmo *et* auctore Joanne de Venesse *seu Vineta*, ordinis Carmeli, *defuncto, juxta Lezanam* (3), *versus annum* 1367. Qui autem, *inquit Henschenius* (4), omnia ista latine transtulit, latet auctor. Hoc unum de omnibus possumus enuntiare, eos absque ullo examine varias res coacervasse. *Quis cordatus fidat istiusmodi farragini? Quod vero attinet ad Monumenta, quæ et qualia illa sint nuspiam reperio : solas video voces, per se satis vagas :* ex Menologio, ex Monumentis ecclesiæ Verulanæ; *ita Baronius, ita*

B *Ughelli* (5). *Quæ utique parum sunt idonea probando facto historico, ad primævam spectanti annalium ecclesiasticorum ætatem, cujusque nec in proxime nec in remote coævis scriptoribus vel levissimum deprehendere est vestigium. Quod si hujusmodi argumentis fas esset stare, vix ulla erit per Italiam, Gallias, Hispanias, ne dicam per totum fere orbem olim notum ecclesia, aliquali donata antiquitate, quæ ad tempora apostolica non probetur ascendere. Norunt tamen eruditi, quam falso pleraque, imo vix non omnia id genus obtrudantur. Desunt itaque argumenta, ut dici solet, positiva quibus efficiatur,* S. Salomen *Verulas accessisse ibique vita functam atque primum tumulatam; nec clarius constat de tempore, quo postea ejus corpus eo fuisset allatum, nec unde, nec quo modo.*

quid de ejus corporis inventione

23 *Sed quid de Inventione, cujus ita meminit Ughellus* (6) : Sacrum corpus ejusdem S. Mariæ Jacobi, 8 kal. Junii anno 1209, pontificatus vero Innocentii III an. XII, Oddonis autem Verulani episcopi an X, revelante tum ipsius filio B. Jacobo apostolo, tum sanctissimo Petro, cuidam Verulano Thoma nomine, in ecclesia ipsi apostolorum principi dicata frequenter oranti, summa omnium

C lætitia inventum fuit in quodam specu extra civitatem, olim a priscis illis Christi fidelibus absconditum... Quamplurima autem miracula in inventione sacri corporis Mariæ Jacobi a Domino patrata fuisse, innumerosque ibidem populos undique confluxisse, tantamque fuisse eleemosynarum copiam, ut ex iis primo parvam ecclesiam, deinde nobilissimam, quæ nunc exstat, in ejus gloriam et honorem exædificatam fuisse produnt vetera Verulanæ ecclesiæ monumenta. *Testatur vero Baronius* (7), se alia insuper de his manuscripta accepisse ab ecclesia Pistoriensi, prædictis consentientia. *Atque hæc quidem ita narrantur ibi; a quibus valde diversa occurrunt in superius citata Legenda : scilicet* apparuisse B. Jacobum, S. Joannis evangelistæ fratrem, Verulanensi episcopo, et indicasse locum, ubi corpora matris suæ Mariæ Salomæ, et sororis ejus Mariæ Jacobi inveniret recondita; ac postmodum, splendore magnæ claritatis emicante et miri odoris fragrantia subsecuta, corpora ita candida et nivea fuisse reperta, ut nulla corruptionis vestigia apparerent; sed et pallium, quo fuissent involuta, inventum totum ex integro quasi novum. *Imposita ergo novæ thecæ prope majus altare atque decenter condita dicuntur cum hoc titulo :* Hic duæ sorores sunt materteræ Christi, quæ vita functæ sidera mente tenent. Ibidem sanitates ægrotantibus redditæ, leprosi mundati, cæci visum, auditum surdi, claudi gressum receperunt (8). *In manuscripto Pistoriensi, quod teste Baronio, consonat manuscriptis Verulanis, referuntur in specie miracula quædam, sub hac epigraphe :* de S. Maria matre S. Jacobi et Joannis evangelistæ, *quæ vide, si lubet, apud Henschenium* (9).

AUCTORE B. B.

sit censendum.

24 *Putem factum ipsum vocari in dubium non posse, hoc scilicet sensu, quod sæculo* XIII *repertum sit corpus vel duo corpora, creditumque fuerit exuvias esse* S. Salomes, *vel etiam hujus et alterius Mariæ. Laudata a nobis supra tum Verulana tum Pistoriensia manuscripta aliud statuere, vix imo ne vix quidem sinunt. Ex quibus et ulterius colligitur, jam ab aliquot vel etiam pluribus annis, ni malueris dicere ab aliquot sæculis, invaluisse Verulis persuasionem* E *de tumulata ibidem* S. Salome *sive sola, sive simul cum Maria Jacobi. Quinimo, antiquissima erit dicenda hæc persuasio, si authentica supponatur* Relatio *ad Innocentium III, quam cum Henschenio ex collectione Gallonii laudavimus num.* 16. *Traditur enim ibid.* (10) : cavatum est (*in perquirendis reliquiis*) fere ad staturam hominis; et inventus lapis, sub quo iterum lapis inventus est alius, ubi scriptum erat : MARIA MATER JOANNIS APOSTOLI ET JACOBI IN ISTA. Inventa est et CHARTULA, in qua id ipsum quod in lapide scriptum erat. Quæ chartula suta erat in panno, ubi ipsæ erant involutæ reliquiæ. Charta, pannus et ossa, omnia pura, integra et sincera, ac si de novo fuissent ibi reposita. *De his recurret infra mentio. Id addam : ex sibi consentientibus Manuscriptis Verulanis et Pistoriensibus cum Relatione, unicum inventum fuisset corpus, et quidem* S. Salomæ, matris filiorum Zebedæi, *nempe S. Jacobi majoris et Joannis evangelistæ : nec enim illa (manuscripta) aliter, ut sibi constent, interpretari rationabiliter posse videntur de Maria Cleophæ, bene vero de* S. Salome. *Deinde tanti non est mihi Legenda ut* duorum corporum *inventionem reddat probabilem. Magni facerem* Re- F lationem, *si de hujus sinceritate constaret. Nolim tamen ego ejus vadem me præstare.*

§ III. Exponitur traditio Camariensis de appulsu S. Salomes ad oram Provinciæ.

Camariensis traditio

Insulam efficit Camariam Rhodanus, in tria ora dispersus, quæ vulgo *la Camargue* dicitur, littera *i* in *gu* conversa (11). *Scilicet haud procul ab Arelate ad Austrum, dividitur Rhodanus in duo fluenta inæqualia* (12). *Exit ibi ramus seu brachium* (parvus *sive* minor Rhodanus *nuncupatur*) *in occiduum vergens primum, ac dein flexu plus minus sinuoso in*

(1) Acta SS. tom. I April. ad diem 9, pag. 812. — (2) Kalendarium sacratissimæ V. Mariæ, 25 Maji, tom. I, pag. 564, Duaci 1638. — (3) Annales Carmelitanorum, tom. IV, pag. 662 et 663. Romæ 1656. — (4) Tom. I April. pag. 812. — (5) Loc .citt. — (6) Ibid. tom. I. Ubi supra. — (7) Martyrol. ad 25 Maji. — (8) Acta SS. tom. I April. pag. 813. — (9) Ibid. pag. 813 et seq. — (10) Ibidem. pag. 815. — (11) Valesius, Notitia Galliarum, *ad vocem* Camaria. — (12) Confer Faillon, Monuments inédits, tom. I, pag. 1271, *ubi tabella topographica*. Item Cassini, Carte générale de la France, tom. II, 19 K et 19 L

septemtrionem

AUCTORE B. B.

septemtrionem tendit, donec refundatur in mare Mediterraneum. Inter hunc (Rhodanum minorem) *et ipsum fluvium qui rursus, ubi prorius accedit ad ostia, scinditur in Rhodanum* magnum *sive* majorem *et* antiquum (*Vieux Rhône*) *comprehenditur Camaria insula. Deltæ seu trianguli speciem exhibet, cujus basis, ad septemtrionem, mare est Mediterraneum; summitas, ad Austrum, haud longe ab Arelate; latus orientale alluitur a Rhodano* majore *et* antiquo; *occidentale, a* parvo *seu* minore. *Area in longitudine, ab Austro in Boream seu ab apice ad basim, leucas Gallicas habet omninò decem seu milliaria* (*Chiliometra*) *quadraginta; ubi vero maxime patet, septem cum dimidia seu milliaria* (*Chiliometra*) *triginta in latitudine. ab ortu in occasum. Regio est depressa valde, paludibus abundans et stagnis* (*quorum præcipuum* Vacares *appellatur*)*; nihilominus, ubi minus depressa est, veluti versus fluvii ripas, fertilissima; interior pars hinc inde prata habet optima, in quibus gregatim atque ingenti numero pascuntur oves, boves, et equi eximii* (1). Fertilitate soli (*ita generatim Valesius* (2),) salinis optimis, piscationibus maris et fluviorum, venationibus, cyrogryllis (*Ducangius* (3) *scribit* chirogryllus *et*
B *genus est cuniculorum vel ericiorum*) aucupiis et pascuis præstantissima. *Porro ad ostium* Rhodani minoris *visitur urbecula seu oppidum* Trimarianum *sive* Trium Mariarum (Saintes-Maries) (4) *vel etiam* S. Mariæ de Mari, (Notre-Dame de la Mer), *incolas numerans solum quingentos quadraginta tres* (5). *Atque ad hanc proprie refertur traditio longe celeberrima, quam hic nos oportet diligentius expendere. Dicuntur enim ibidem adhuc hodie asservari corpora SS. Mariæ Jacobi et* Salomes, *a quibus nomen suum urbecula mutuaverit.*

de apulsu Mariæ Jacobi et Salomes.

26 *Quæ autem traduntur, hæc sunt* (6) : *SS. Matronas, Mariam Jacobi et* Salomen, *earumque ancillam Saram* (*de hac silet R. D. Faillon*) *ex Palæstina migrasse una cum SS. Martha, Maria Magdalene etc., et appulisse in Camariam, et quidem haud procul ab oppido, quod nunc visitur,* S. Mariæ de Mari, *ibique struxisse* altare terreum; *idque adeo placuisse Domino, ut illico ibidem eduxerit fontem aquæ dulcis, quæ in toto circuitu alibi non reperitur; gratas propterea SS. Matronas erexisse oratorium, B. V. Mariæ sacrum, imo Mariam Jacobi et* Salomen (*additur apud Henschenium Sara*) *eo loci aliis alio discedentibus, remansisse, ædificata juxta*
C *oratorium cellula, quam ad obitum suum usque incoluerunt; dictum oratorium cum adjacenti cellula principium fuisse ecclesiæ S. Mariæ; denique ambas, S. Mariam Jacobi et* S. Salomen, *tumulatas juxta fontem in oratorio ubi erat altare illud terreum; sepulturam longo tempore absconditam latuisse propter variorum barbarorum incursiones, Gothorum, Wandalorum, Saracenorum, postea autem detectam. Additur SS. Matronas secum Hierosolymis asportasse capita trium Innocentium infantum, et quartum aliud, quod perhibent esse caput S. Jacobi apostoli, quæ eodem ac SS. Maria et* Salome *tumulo fuere reposita. Putem hæc esse præcipua traditionis Camariensis capita, nec quidquam, quod alicujus sit momenti, prætermissum.*

acerrime impugnata

27 *Quicumque in rebus Hagiologis versantur, norunt quot et quantis disputationibus ansam præ-* D
buerit cultus in Galliis SS. Mariæ Magdalenæ, Lazari, Maximini et Marthæ, cum quo arcte conjunctus est cultus S. Salomes; *acerrime propugnantibus aliis Sanctorum illorum adventum Massiliam vel ad ostia Rhodani; aliis non minus acriter contendentibus ficta esse hæc omnia et mere commentitia.* Hæc lucta, *inquit Sollerius in Actis S. Mariæ Magdalenæ* (7), hæc pugna, quæ Provinciales totis viginti et amplius annis exercuit, obtrectantium duce et coryphæo Joanne Launoyo. *Qui vero in aciem processerint, quæ pugnæ fuerint fata et vicissitudines videant* · *apud eumdem Sollerium* (8); *qui etiam addit.* · tot litigiosis scriptis vix ea extundi, quæ perspicuum quæstionis, certis suis limitibus coercendæ, sic statum explicent, ut lectores omnes de eo per se judicare facile queant (9). *Imo profitetur,* se Acta quæcumque sub Marcellæ, Syntychis aut alterius nomine, sive hebraice sive latine scripta, prorsus non admittere (10). *Denique post enumerata varia Acta edita* (11) *et plurima manuscripta* (12) *concludit* (13) : Liceat asserere legendas istas omnes qualescumque momenti tam exigui videri, et pridem ab eruditis ita contemptas fuisse, ut iis Acta E
nostra inspergere scrupulo mihi et religioni pridem duxerim. *Horum loco apposuit* Sermonem Ven. Odonis Floriacensis et Cluniacensis abbatis de B. Maria Magdalena (14), *sæculo proinde* x *conscriptum* (15), *in quo* (*sermone*) *ne verbum quidem de ejus in Gallias adventu.*

28 *Post hæc mirabitur non nemo Sollerio* vero- *et propugna-*
simillime constare (16), S. Mariam Magdalenam cum *ta*
sociis in Provinciam quocumque demum tempore appulisse; ibi haud dubie vixisse, ibi vita functam, ibidemque depositam esse. *Et infra* (17) : id ego propugnandum suscipio... nempe S. Mariæ Magdalenæ sacras exuvias in Provincia superesse; *idque duplici argumento : altero negativo* (18), *quod scilicet nec* Ephesi *nec Constantinopoli nec Hierosolymis nec in Bethania sint vel umquam fuerint; eodem loco habet* Vezaliensem traditionem (19) *de qua infra pluribus agetur; altero* quod *nempe* in sacri Magdalenæ corporis inventione anni 1279 reperta schedula manifeste ostenderit, ipsum illud esse, quod anno 716 (*imo anno* 710 *die sexta Decembris ut ex vera schedulæ lectione probat R. D. Faillon* (20)) metu Saracenorum absconditum fuerat. *Quæ quidem eruditus decessor operose evolvit, verbis repetitionibusque abundans; in varias se torquet partes, thesim nuspiam omnino clare circumscribit, aut sicubi id facere videatur, aliis in locis restringit, limitat, temperat, modificat; id unum* rotunde *edicit* et repetit, concertationum istarum pelagus se nequaquam ingressurum (21). *Unde nata suspicio est, Sollerium* amore pacis et turbarum metu a severiore exa- F
mine *abstinuisse* (22). *In actis S. Marthæ tomo sequenti ad diem* 29 *ejusdem mensis Julii :* Eadem, *inquit* (23), ratio (*quæ pro Magdalena*) militat, prævalente Provincialium traditione circa sacrorum istorum corporum (*Marthæ et sociorum*) avitam possessionem. *Sollerio itaque præcipuus rei cardo vertitur in præfata schedula, quam hic apposuisse juverit* (24) : Anno Nativitatis dominicæ DCCXVI, mense Decembri (*imo* DCCX, VI die mensis Decembris),

(1) Ad. Guibert, Dictionnaire géographique et statistique. *Ad vocem* Camargue. Paris 1850. — (2) Notitia Gall. Ubi supra. — (3) Vide Glossarium. — (4) Guibert, Dictionn. v° *Maries*. — (5) Ibid. — (6) Acta SS. 9 Aprilis, pag. 815; Faillon, Monuments inédits, tom. I, col. 1266 et seq. — (7) Acta SS. 22 Julii, Comm. prævv. § 16, pag. 215 et seqq. — (8) Ibid. num. 146 et seqq. — (9) Ibid. num. 150. — (10) Ibid. num. 151. — (11) Ibid. § 15, num. 166. — (12) Ibid. num. 167. — (13) Ibid. num. 168. — (14) Ibid. pag. 218 et seqq. — (15) Ibid. § 15, num. 169. — (16) Acta SS. Ibid. § 14, num. 152. — (17) Ibid. num. 154. — (18) Ibid, § 15, num. 159 et seqq. — (19) Conf. Monuments inédits, tom. I, col. 694 et seqq. — (20) Ibid. col. 695. — (21) Acta SS. Ubi supra, num. 152. — (22) Acta Bollandiana Vindicata, pag. 352. — (23) Acta SS. 29 Jul. pag. 4, num. 1. — (24) Acta SS. tom. V Julii, pag. 215.

A bris), in nocte, secretissime, regnante Odoino piissimo Francorum rege, tempore infestationis gentis perfidæ Saracenorum, translatum fuit hoc corpus carissimæ et venerandæ Mariæ Magdalenæ de sepulcro suo alabastri in hoc marmoreum, ex metu dictæ gentis perfidæ Saracenorum, quia securius est hic, amoto corpore Sidonii. *Verum est schedam hanc seu cartallum, ex apposito præsertim anno et regis nomine* (regnante Oidoino piissimo Francorum rege) *ansam pluribus dedisse disputationibus,* Provincialibus ipsis in diversa abeuntibus usque adeo ut etiam Natalis Alexander a vero sensu longissime recesserit. *De hac porro schedula Pagius* (*qui illam, judice Sollerio* (1), a criticorum cavillis recte et solide vindicavit) *ita scribit* (2) : Superest adhuc ea schedula, quæ tamen propter vetustatem amplius legi non potest. Sed Bernardus Guido, sacræ fidei inquisitor et episcopus Lodevensis circa annum MCCCXX, in suo Speculo historiali, eamdem refert, aitque : Istum ego cartallum vetustissimum legi, qui hæc scribo, et vidi ibidem in sacrario (scilicet oppidi S. Maximini) asservari in testimonium veritatis... Eamdem etiam vidit Philippus Cabassolla episcopus Cavallicensis et cardi-
B nalis... Eadem verba leguntur in libro pergamineo, asservato in conventu PP. Prædicatorum sancti Maximini, et in omnibus fere scriptoribus, qui de hac inventione superioribus seculis locuti sunt. *Negotium facessebat* Odoinus Francorum rex, *quem alii alium dicebant.* Verum, *prosequitur ibidem Pagius,* is Odoinus Francorum rex, alius non est ab Eudone, Aquitaniæ duce, qui aliquando Odo, aliquando Otto, Odoicus vel Odoinus appellatus reperitur.

etiam a Sollerio, 29 *Summota hac difficultate, longe præcipua, aliunde vim argumenti aggrediuntur. Et quidem primo, quod levioris sint auctoritatis præfati scriptores a Pagio aliisque laudati.* Videant, *ait Tillemontius* (3) illi, qui noverunt Ptolomæum Lucensem et Bernardum Guidonis, an testes sint idonei ad probandum factum adeo insolitum. Philippus vero episcopus scribebat anno septuagesimo quinto post eventum. *Sane Muratorius longe aliud tulit judicium* (4) : Quod autem attinet ad tempora Ptolomæo propiora, nullus, puto, erit, apud quem in pretio futurum non sit quidquid ille scriptum reliquit; tum quod scriptor fuerit judicii, diligentiæ
C ac eruditionis minime vulgaris... quod si in antiqua historia eumdem non magnifacio... id... tribuendum temporum conditioni. *Et alibi* (5) : Inter scriptores ecclesiasticos illustre est nomen Bernardi Guidonis, atque illius fama ita vulgata in eruditorum libris, ut *etc. Unde etiam Bailletus* (6) *alio ex capite suspectum vult testimonium trium laudatorum scriptorum, quod nempe ad familiam Dominicanam pertinerent, cujus intererat cartallum tueri, quo Vezeliacensis contraria traditio destrueretur. At enimvero nefas ego judico tribus præsulibus* (*episcopi enim erant*) *talem notam inurere* (7) *quasi scientes et volentes commentitia edidissent, ideo solum ut, ordini, cui nomen dederant, favorent.*

cujus argumentum 30 *Secundo objiciunt Tillemontius et Baillet* (8) *pontificum Romanorum præcipue Martini IV diplomata, quæ ita breviter a Brietio laudantur apud Sollerium* (9) : Hic, *Martinus,* tum Senonas misit costam S. Mariæ Magdalenæ, quam seposuerat, dum interfuit *anno* 1267 ejus translationi Vezeliaci cum S. Ludovico rege, cujus etiam testimonium præstat, sicut et diploma hoc anno (1281) datum, quo asseveratur, corpus S. Mariæ Magdelenæ quiescere Vezeliaci, consonum diplomatis Lucii II, Urbani III, Clementis III, Innocentii III, de quibus inter Vezeliacenses monachos et Maximinenses Dominicanos ingens certamen. *Unde sic Tillemontius : non capio, qui, integra stante narratione Sanmaximinensium, Martinus IV, amicissime utens principe Salernitano seu Carolo II. Siciliæ rege, asserat die* 24. *Septembris* 1281, *tunc temporis corpus S. Mariæ Magdalenæ requiescere Vezeliaci; quod pariter declaraverat biennio ante anno* 1279 (*eodem scilicet quo facta sub præfato principe Salernitano Inventio est in Provincia*) *Nicolaus III. Nec prætermittendum Martinum IV, illum ipsum esse Symonem, cardinalem presbyterum tituli S. Cæciliæ, sedis apostolicæ in Francia legatum, et qua talem una cum S. Ludovico rege adfuisse anno* 1267 *solemni translationi corporis S. Mariæ Magdalenæ, duobus ante annis Vezeliaci inventi, ut efficitur ex instrumento* inventionis secundæ, *a Sollerio nostro primum in lucem dato ex Mss. bibliothecæ Vaticanæ* (10). *Instrumenti fidem non vocat in dubium* E *Sollerius; ast Vezeliacensis traditionis de sancti corporis possessione originem, prout ex annalibus aliisque documentis redditur, perstringit ac rejicit ob parachronismos et* asystata *quibus inspersa narratio est. Sub finem tamen nonnihil hæsitat* (11) : At enim, negare ausis, inquies, S. Mariæ Magdalenæ corpus Vezeliaci umquam exstitisse? Candide eloquar, id mihi neutiquam probari ex inconditis omnibus quæ hactenus producta sunt; *utique illa intelligit quæ ad primam illarum reliquiarum asportationem spectant, quas Vezeliacum adductas alii, et quidem antiquiores inter quos Baldericus, dicunt* ab Hierusalem (12), *alii ab* urbe Aquensi, *ut legitur in Chronico Sigeberti Gemblacensis, ubi additur :* Quamquam aliqui scribant, quod hæc (*S. Magdalena*) apud Ephesum quiescat, nullum super se tegmen habens (13), *quæ postrema verba S. Gregorium Turonensem manifeste demonstrant* (14). *Denique addit Sollerius* (15) *:* Eccur alia sancta sub Magdalenæ nomine Vezeliaci coli non potuerit... Id si non placet, dic partem aliquam reliquiarum ex Provincia quoque modo acceptam.

31 *Tertio opponitur Cartallo Sammaximinensi* *præcipuum expenditur,* *cartallus Vezeliacensis.* Quas quidem sanctas reliquias (*ita in instrumento* (16)) esse corpus beatis- F simæ Mariæ Magdalenæ, manifestissime declaratur ex testimonio litterarum illustrissimi regis quandam Caroli, cum iisdem reliquiis inventarum. *Sunt autem litteræ hujusmodi :* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Carolus gratia Dei Rex. Regalis celsitudinis moris est, ut nos justorum supplicationibus annuendo, ea, quæ futurorum commendanda sunt memoriæ, manus nostræ propriæ subscriptione firmemus et annuli nostri impressione signemus. Idcirco noverit experientia atque industria omnium fidelium, quod in hoc sacro loculo reconditum est sacrum corpus beatissimæ Mariæ Magdalenæ. Signum ✠ Caroli gloriosissimi regis. *Quis ille Carolus sit non satis constat, forte Carolus Calvus* (17). *Notandum etiam probe est, in litteris nullam monasterii fieri mentionem :* In hoc

(1) Acta SS. tom. V Julii, § 14, num. 156 et 157.—(2) Annales Baronii, in Critica ad annum 916. — (3) Mémoires, tom. II, pag. 481 etc. Paris 1701. — (4) Monuments inédits, tom. II, col. 771. Muratorius Rerum Ital. scriptores, tom. XI, pag. 747 et seq. — (5) Ibid. col. 772. Muratori, tom. III, part. I. Prolegomen. — (6) Vies de Saints, 20 Juillet, pag. 516. — (7) Conf. Monuments inédits, tom. II, col. 769. — (8) Ubi supra. — (9) Acta SS. tom. V Julii, pag. 207.—(10) Ibid. pag. 209 et seqq. — (11) Ibid. pag. 215. — (12) Ibid. pag. 212. — (13) Ibid. — (14) Greg. Tur. lib. I de Gloria Martyrum. Migne tom. LXXI, col. 751.—(15) Ubi supra.— (16) Ibid. pag. 209. — (17) Conf. Monuments inédits, tom. I, col. 865, not. *a*.

sacro

AUCTORE R. B.

sacro loculo; *ac proinde inhærendo stricte verbis ut jacent, ut ætas Caroli regis definiatur, non necesse est attendere, an Vezeliacense monasterium fundatum tunc esset necne. Habemus itaque hinc* Litteras regias *illinc* Schedulam, *vel si mavis utrimque Cartallum, paris (non repugnabo) fidei. Quid ergo? An uterque cartallus suppositilius vel post primam sepulturam superadditus seu introductus? Ast ita rueret argumentum princeps imo unicum Sollerianæ sententiæ. An alteruter non satis fidus? Ast uter; an Sammaximinensis, an Vezeliacensis? Implexa et intricata quæstio : quod enim uni opposueris, alteri mox ab aliis et vix non pari jure objicietur. Denique si, quamvis adsit cartallus, nihilominus commentitia dici queat traditio Vezeliacensis, nonne eadem ratione poterit et altera? Simile quid occurrit supra num.* 24, *ubi de Verulana* S. Salomes *sepultura agimus :* Cavatum est fere ad staturam hominis; et inventus lapis, sub quo iterum lapis inventus est alius, ubi scriptum erat : MARIA MATER JOANNIS APOSTOLI ET JACOBI IN ISTA. Inventa est et CHARTULA, in qua id ipsum quod in lapide scriptum erat; quæ chartula suta erat in panno, ubi ipsæ erant involutæ reliquiæ. Charta, pannus, etossa, omnia pura, integra et sincera. *Cæterum haud infrequens est*
B *hujusmodi Schedulas seu Cartallos exhumari, ubi reliquiæ antiquiores elevantur vel transferuntur, quin tamen exinde argumentum decretorium deducant eruditi. Ut candide dicam quod sentio, videtur mihi Sollerius nimium tribuisse Cartallo* (1).

ac nuper resuscitata quæstio a R. D. Faillon.

32 *Et re quidem vera, si Provinciam excipias, vix non ubique, nominatim Parisiis, prævalebat etiam post edita S. Mariæ Magdelenæ Acta, opinio Launoii, quod ipse agnoscit R. D. Faillon* (2). Pro dubiis (*ita Gallia Christiana* (3)) ne dicam falsis, nunc habenter inter eruditos fere omnes, quæ vulgo aiunt, Lazarum, Mariam Magdalenam... ad oram Provinciæ appulisse. *Sequioribus autem sæculi* XVIII *annis, sicut et nostro sæculo* XIX, *non sciam aliquid speciali dignum attentione fuisse in hac quæstione sive susceptum sive productum, donec anno* 1835 *laudatus D. Faillon typis edidit suum* Tentamen de apostolatu S. Lazari et aliorum sanctorum, Provinciæ tutelarium (4), *ita præludens majori operi. Contigit autem, ut, dum vir diligens undequaque conquirebat et colligebat documenta ad suam firmandam sententiam, compos tandem fieret Vitæ S. Mariæ Magdalenæ, quam audierat a Rabano Mauro compositam, atque ineditam latere Oxonii*
C *inter Mss. collegii Magdalenensis. Novo exinde zelo rem suam prosecutus, denique anno* 1848 *typis vulgavit Mignianis* Monumenta inedita super apostolatu S. Mariæ Magdalenæ in Provincia, et aliorum, scilicet sanctorum Lazari, Maximini, Marthæ et Mariarum Jacobi et Salomæ. *Duobus constat opus voluminibus in* 4°, *iisque haud parum densis. Prioris, præmisso longissimo de identitate Mariæ Magdalenæ cum Maria Bethaniæ et Peccatrice tractatu, scopus est omni argumentorum genere stabilire traditionem de appulsu Sanctorum illorum et Sanctarum ad ora Provinciæ; in posteriori continentur ipsa Monumenta hactenus inedita, plurimis inspersa annotatis, sane eruditis et nonnumquam valde curiosis. Natum erat ex hujusmodi scriptione vere præclara ut resuscitaretur, saltem aliquousque, controversia, a sæculo et amplius vix non sopita, quæ utique a nobis minime prætermittenda est, tum quod in hac plurima spectent ad* S. Salomen, *tum* D
quod alia ex mente auctoris (R. D. Faillon Sansulpitiani præsbyteri) arctissime cum illius Actis connectantur. Et re quidem vera, probato adventu seu apostolatu aliorum, haud facile negari poterit appulsus alterius. Per se patet, quæ disputat eruditus scriptor de una vel tribus Mariis ad propositum nostrum non spectare. Cæterum omnino consentit Sollerio (5). *Uterque unam eamdemque esse statuunt. Nec etiam propositum nobis, universam, sæculis* XVII *et* XVIII *tam acriter agitatam disceptationem denuo ad examen revocare; id unum quæremus quid argumenta, quæ diligens ac vere eruditus scriptor vel protulit nova vel clariori in luce posuit, conferant ad stabiliendam Provincialium traditionem. Sunt autem quatuor præcipue. Primum est Cartallus, anno* 1279 *repertus; secundum Vita S. Mariæ Magdalenæ recens Oxonii detecta et Rabano Mauro tributa; tertium, confirmatio præcedentium ex nonnullis documentis hactenus non satis attente consideratis; quartum denique desumitur ex sepulchris S. Maximini et S. Mariæ Magdalenæ aliisque id genus monumentis. De his (prætermisso Cartallo de quo supra num.* 28-31 *satis fuse dictum) sequens sit paragraphus.* E

§ III. Num traditio Camariensis Provincialium probetur ex Monumentis nuper editis; præsertim ex Vita S. Mariæ Magdalenæ, Rabano Mauro tributa, et sepulchris aliisque similibus.

Ex vita S. Mar. Magdalenæ.

Pervolventi *duo volumina reverendi D. Faillon in oculos incurrit, hunc fuisse, ut dixi, auctoris opinionem, antiquiora monumenta vim haud parvam mutuare ex Rabani scriptione, ita ut quæ antea videbantur rejicienda, post ejus editionem admitti jam possint imo debeant. Atque hæc fuit ratio, quæ laudatum induxit editorem, ut Vitam primum ex hiberet gallice versam, commentario illustratam historico-critico* (6); *deinde textum daret genuinum, nempe latinum,* notis potissimum ex Rabano desumptis F
ornatum (7), *ut ex convenientia hujus libri cum iis, quæ occurrunt in aliis Rabani operibus appareat vere illam ex eodem fonte manasse; quod cæteroquin in prævio* Examine critico (8) *probandum ex professo suscipitur.* Rabani libri authentiam vindicat auctor tum ex controversiis et statu ecclesiæ Gallicanæ IX sæculo, quæ in Vita describuntur, tum ex stylo et opinionibus propriis Rabani, ibidem ad amussim exhibitis. Equidem nullatenus dubito consentire plane in sententiam, qua statuitur sæculo nono editus liber; id enim apertissime indicant errores, qui incidenter impugnantur; et divisio provinciarum Galliæ, præsertim vero quod refertur de Burdigalis, « nunc » metropoli Aquitaniæ secundæ; nam antiquitus Burdigalæ ad metropolim Bituricensem pertinebant. Quum igitur de metropolitico jure, Burdigalis tributo, agatur, quasi de facto recenti, quod particula « nunc »

(1) Conf. Monuments inédits, tom. I, col. 819-867.—(2) Ibid. col. 341-348. — (3) Tom. I, col. 299, edit. 1715. — (4) Essai sur l'apostolat de S. Lazare et des autres saints tutélaires de Provence. Paris 1835. — (5) Acta SS. ad 22 Julii, pag. 198 et seqq.; item. pag. 218, num. 169. — (6) Monuments inédits, tom. II, col. 131-546. — (7) Ibid. col. 454-558. — (8) Ibid. col. 7-130.

significat,

A significat, satis ostenditur antiquus esse scriptor Vitæ et sæculum IX vix posse excedere. *Ita collega meus tomo præcedenti, in Actis S. Florentini episcopi Trevirensis* (1). *Confer* Prætерm. *nostros pag.* 433.

quam Rabani Mauri

34 *An vero Rabanus habendus sit vitæ illius auctor, dubitare licet; quod jam observatum a nobis loco citato est. Subjicitur enim:* Ne porro Rabanum admittam plane auctorem... aliqui me retinent scrupuli (2). *Præcipui oriuntur ex collatione Vitæ cum Martyrologio Rabani, in quibus de iisdem Sanctis v. g. Frontino aut Frontone, item Feronico aut Ferrutione adeo diversa traduntur, ut unus idemque utriusque libri auctor haud facile haberit possit* (3). *Addo ego scrupulos maximopere augeri ex sequentibus duabus annuntiationibus Martyrologio inscriptis et jam alibi recitatis:* 22 *Julii* Nativitas Mariæ Magdalenæ, *absque Positione seu loci indicatione; et* 19 *Januarii:* Hierosolymæ natale Marthæ et Mariæ sororum Lazari. *Quis credat hæc prolata ab eodem viro, qui tam diserte in Vita tradit Martham et Mariam ad ostia Rhodani in Provinciam apulisse, ibidem defunctas et tumulatas, quin vel minima nec in una nec in altera addatur aut innuatur scriptione correctio? Adde Rabanum* (4) *SS. Mariæ Magdalenæ et*

B *Marthæ socios dare navigationis* S. archipræsulem Maximinum et beatum Parmenam archidiaconum, episcopos quoque Trophimum, Eutropium nec non et reliquos duces christianæ militiæ; *in Martyrologio autem, quamvis illud haud segniter plus semel pervolverim, quatuor istorum tam diserte nominatorum, nullam inveni mentionem.*

opus esse

35 *Scio, ut jam notatum habes a laudato collega* (5), *martyrologium a quibusdam, paucis quidem numero, abjudicari Rabano; ast perperam, ut docet Jacobus Basnagius in Observatione de Rabano ejusque scriptis* (6) : Est, *inquit* (7), ejus (*Rabani*) geuuinus fœtus, ut patet ex ipsius Epistola ad Radleichum abbatem, et Versibus ad Grimaldum Archicapellanum, quos ad frontem Martyrologii reposuerat. Desunt ii in editione Canisii. Legebantur tamen in codicibus mss. monasterii S. Gallensis cum aliis scriptis, quæ inde eruit diligentissimus Mabillonius, *in suis Analectis. Basnagio consonant Sollerius* (8) *et Binterim* (9). *Verum, ut recte animadvertit rursus Basnagius* (10) : Plurima forent observanda circa Martyrologium, si singula liceret expendere, obscura aperire, spuria rejicere; *qualia sunt nomina regionum et urbium insulse notata; et*

C *quod gravius est, iidem producuntur Sancti diversis, et nonnumquam ab invicem parum dissitis, diebus, cum variato nec satis concordanti elogio : sic* VII *Idus* (IX) *Martii refertur Passio SS.* XL *Martyrum, fere ut in Martyrologio Romano, sed rursus* V *Idus* (XI) *ejusdem mensis de iisdem legitur annuntiatio a priori valde recedens nec sibi cohærens; simile quid habetur de Maria, ancilla Tortuli, diebus* XVI *kal. Aprilis* (XVII *Martii*) *et* III *Idus* (XIII) *Maji. Quæ latius explicata vide in Actis S. Florentii Trevirensis* (11), *ubi apposite notatur,* credi vix posse Rabanum tam incuriosum fuisse, ut similes repetitiones absque ratione sibi indulgeret. *Cum itaque ex una parte nulla satis solida inveniatur ratio abjudicandi Rabano Martyrologii, ex altera vero haud pauca castigandu imo et incohærentia reperiantur; reliquum est, ut cum Basnagio aliisque admittamus, illud* sæpius fuisse adulteratum (12). *Num igitur dicemus adulteratum iis in locis omnibus, quibus Vitæ adversetur, ac proinde discrepantiam inter utrumque librum apparentem tantum esse? Equidem hoc mihi non facile persuaserim.* AUCTORE B. B.

non satis constat,

36 *Sed an forte aliunde satis liquet Vitam Rabano esse adjudicandam, et, si ita, non fuisse corruptam? Teste ipso R. D. Faillon,* Manuscriptum Oxoniense, unicum forte quod hodie habeatur, *non est autographum,* sed transumptum recentioris ævi, puta temporis Eduardi III *Anglorum regis, qui solium conscendit anno* 1327 (13); *et* exaratum *quidem* ab amanuensi imperito latinique sermonis ignaro, qui proinde menda mendis accumulat, ut lectio reddatur obscura valde, imo nonnumquam præ se ferat sensum absurdum ridiculumque, *v. g. ubi habetur* centesimum *pro* trigesimum, *ex quo efficeretur* Christum baptizatum anno ætatis suæ centesimo (14). *In hoc itaque exemplari reperitur Vita inscripta Rabano tamquam auctori; quod utique per se, in hujusmodi rerum adjunctis, haud magnæ est auctoritatis. Observat præterea sæpius dictus R. D. Faillon* (15), *Vitam hanc* verosimillime *eamdem esse, cujus meminit Sollerius* (16) *his verbis :* Binas vitas (*S. Mariæ Magdalenæ*) descripsit.... Petrus E Franciscus Chiffletius *ex codice Ms.* Vallis Lucentis atque item ex alio Carthusiæ Divionensis, quæ postrema satis convenit cum ea quæ in nostro grandi codice Valcellensi exhibetur; at vero in Chiffletiano subsequitur Vita alia Sanctorum Mariæ, Lazari et Marthæ ad quinquaginta capita (*quot omnino numerantur quoque in Oxoniensi*) extensa, quorum non pauca omittenda censuit Chiffletius, suntque ea haud dubie famosa Acta Marcelliana, quæ satis est nominasse. *Hic ergo nomen Rabani desiderabatur. Numquid forte codici Oxoniensi nomen istud inde irrepsit, quod multa repererentur a scriptis illius auctoris haud abludentia, imo et satis consona? Non ausim dijudicare. Dolendum sane est codicem Chiffletii nobis excedisse : lux enim affulgeret ex utriusque collatione. Interim id extra dubium manet, nomen Rabani defuisse, et neque Chiffletio neque Sollerio in mentem venisse Vitam illi tribuere. Imo uterque scriptionem illam pluris non fecit quam cæteras de eodem argumento quas vix ullius habebant pretii.*

traditio Provincialium

37 *Nutat ergo probatio exinde deducta : suppresso enim Rabani nomine, viri absque controversia docti et eruditi, jam Vita ista Mariæ Magdalenæ* F *nihil ad historiam faciens habet præ cæteris, quæ a criticis vix non uno ore rejiciuntur. Quod si admitteretur a Rabano scripta, dispiciendum foret uter liber alteri præferendus, uter utri ætate prior, uter ex altero seu castigandus seu emendandus. Vitam existimat R. D. Faillon* (17) *scriptam post Rabani in Oriente prætensam, ut videbitur, peregrinationem, proinde ante annum* 822 (18). *Martyrologium Basnagius affigit* (19) *anno* 855 (*obiit Rabanus* 856), *sed* pura, *ut ait,* putaque conjectura, quippe de tempore quo fuit scriptum nihil nobis constat. *Autumare tamen licet, ex Basnagii mente non esse referendum ad viridem auctoris ætatem, quod ipse extremis vitæ illius innectit annis. Fabricius* (20), Scripta ejus (*Rabani*) ordine chronologico recensens *postremo fere loco ponit Martyrologium, ut parum absit a conje-*

(1) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 29. — (2) Ibid. pag. 30. — (3) Ibid. — (4) Vitæ cap. 37. Mon. inédits, tom. II, col. 538.— (5) Tom. VIII Oct. Ib. 57 et 58 — (6) Apud Canisium, Thesaurus monumentorum, tom. II, part. II, pag. 285.—(7) Ibid. pag. 290.— (8) Martyrol. Usuardi, præf. pag. XIX.— (9) Denkwürdigkeiten, tom. V. part. I, pag. 65.—(10) Apud Canisium, Ubi supra, p. 292. — (11) Acta SS. tom. VIII Oct. pag. 30. — (12) Apud Canisium, ubi supra, pag. 292.—(13) Mon. inéd., tom. II, col. 16.—(14) Ibid. col. 39. — (15) Ibid. col. 14. — (16) Acta S. Mariæ Magdalenæ, 17 Julii, pag. 217, num. 167.— (17) Monum. inédits, tom. I, col. 599. — (18) Vide Mabillon. Elogium B. Rab. Mauri, Migne, Patrol. tom. CVII, col. 17.—(19) Apud Canisium, tom. II, part. II, pag. 292. —(20) Bib. latina, tom. VI, pag. 25. Patavii 1754.

ctura

AUCTORE B. B.

ctura Basnagiana. Consentit Mabillonius : Mortuus, *inquit* (1), est sub idem tempus Ratleicus abbas, cui paullo ante obitum Rabanus Martyrologium suum nuncupavit. *Sive agatur de obitu Ratleici sive Rabani defuncti anno* 856 (2) *parum refert. Diserte illud D. Ceillier* (3) *adscribit anno* 845; *quod et* longe verisimilius *videtur Sollerio* (4), *improbanti Papebrochium suspicantem annum* 850 (5); *Sollerio consonant scriptores historiæ litt. Franciæ* (6). *Ruit jam ex his proinde sequens editoris Monumentorum argumentatio : Si qua, inquit, fuisset orientales inter et occidentales controversia de BB. Mariæ Magdalenæ, Marthæ, Maximini sepulchro, hæc Rabanum, qui certo certius in suis peregrinationibus conversatus cum græcis est, non latuisset, atque* illius procul dubio meminisset, *eamque impugnasset; cum vero* nuspiam *tradat Rabanus,* vel suo vel præteritis sæculis diversas hac de re obtinuisse sententias, concludere oportet græcos tam nono quam antecedentibus ævis consensisse cum latinis (7). *Ast primo evidens est simili modo, sed in adversam partem, ratiocinari, negative, ut aiunt, posse ex Martyrologio; proinde perperam argui ex silentio Rabani in Vita de diversitate opinionum, græcos cum latinis*
B *consensisse in traditione Provincialium. Secundo de græcorum traditione, corpus S. Mariæ Magdalenæ Ephesi primum fuisse conditum, ita constat, ut nemo eam in dubium vocare serio susceperit. Utique, qui Provincialium partes tuentur, illam ut falsam vel non satis fundatam habent, vel suo quodam modo explicare conantur; ast quod reipsa existat traditio hæc, nemo unus jure negaverit.*

non satis solide

58 *Quinimo cum ab orientalibus et græcis non solum S. Maria Magdalena, sed etiam frater ejus Lazarus et soror Martha, aliique ejusdem quasi consortii seu familiæ, apud se defuncti, tumulati atque subinde aliqui saltem Constantinopolim vel alio translati celebrentur, idque ex testimoniis S. Epithanii* (8), *Modesti* (9), *sæculo* VII *ineunte episcopi Hierosolymitani, et sæculo* VIII *ex Vita S. Willebaldi* (10), *quibus diserte adstipulatur S. Gregorius Turonensis scribens* (11) : In ea urbe (*Ephesiorum*) Maria Magdalena quiescit, nullum super se tegmen habens; *et tandem ex Menæis pluribusque Martyrologiis; inde fit ut hæc orientalis græcæque ecclesiæ traditio præcipuum sit, quod Provincialibus opponant, argumentum. Tertio denique nonne dicendum potius, ex mente R. D. Faillon, foret, commentitia esse quæ in Vita traduntur de*
C *appulsu in Provinciam, cum manifeste adversentur ejusdem Rabani Martyrologio ubi Maria Magdalene annuntiatur* absque positione, *Marthæ vero natalis* Hierosolymis *celebratur? Itaque si Vita scripta sit ante Martyrologium, ergo melius edoctus sententiam mutavit Rabanus; si post illud, in extremos auctoris incidimus annos, ac proinde contradictoria protulisse reputandus erit, idque sine ullo ad lectorem monito; unde universa ejus in historica quæstione rueret auctoritas. Maluerim ego Vitam illi abjudicasse, quam talem tanto viro incohærentiæ notam inussisse. Non putem etiam quempiam fore, qui facile admittat Martyrologium ita fuisse corruptum, ut quidquid ad apostolatum pertineat sive expunctum pronunciet sive adulteratum. Denique commentitia est Rabani in Orientem peregrinatio quæ solius nitebatur Mabillonii auctoritate. Hic scilicet in Elogio historico B. Rabani scripserat* (12) : Per eam Ratgarii tempestatem (*quæ finem habuit anno* 817 (13)) accidisse arbitror, ut Rabanus loco cedere compulsus abierit in loca Sancta : cujus peregrinationis hactenus ignoratæ meminit ipse in mss. commentariis libri Josue cap. 11, versu 8, ubi de Sidone agit. « Ego quidem » inquit, « cum in locis Sidonis aliquoties demoratus sim, numquam comperi duas esse Sidonias, unam magnam et aliam parvam, quantum ad terrenum pertinet locum. » Neque enim iter revocari potest ad tempus intermissi regiminis abbatialis; siquidem hos commentarios nuncupavit Fridurico Trajecti ad Rhenum episcopo, qui anno 834 cæsus est, ante annos octo quam Rabanus regimen abdicaret. *Atque hæc ita ibi Mabillonius. Ast lapsum se esse vir eruditus fassus candide in Annalibus est :* Mihi, *inquit* (14), aliquando visum fuit, Rabanum per eam tempestatem (*Ratgarii*) peregre abiisse in loca sancta, quod ex ejus commentario in Josue nondum edito colligendum putabam. Verum hunc locum ex Origine desumptum postea deprehendi. *Acta B. Rabani dedit Henschenius* (15), *anno* 1658, *antequam* Elogium *Mabillonii prodiisset. Nulla peregrinationis in illis mentio fit.* D

probatur.

59 *Præterea dato et non concesso Vitam Rabani partum esse, tamen ultra sæculum* IX *non ascenderet, proinde nimium ab eventu distaret, quam ut per se testimonium efficeret satis idoneum. Id solum declararet, illo vel etiam præcedenti sæculo hujusmodi opinionem plus minus obtinuisse. Nec ego id negavero. Verum quidem est auctorem sive Rabanum sive alium profiteri in Prologo* (16) : Operæ prætium se æstimare, quæ post Salvatoris ascensionem, circa ejus amicos (*Mariam scilicet, Lazarum etc.*) gesta sunt, nobis patres nostri tradiderunt et suis etiam reliquerunt scriptis, stylo veraci disserere; *ast quæ sunt illa scripta? Ait R. D. Faillon, esse primum Vitam S. Mariæ Magdalenæ primævam, quam ipse reperit, atque ex tribus codicibus, sæculo* X *exaratis, omnino sincere editam voluit* (17), *quam et omnium antiquissimam esse opinatur* (18), *esseque fragmentum Actorum S. Maximini, et compositam sæculo* V *vel* VI (19); *brevis admodum illa est, atque fere tota refertur ad appulsum, mortem et sepulturam SS. Magdalenæ et Maximini* (*de his enim duobus solum ibidem fit mentio*) *in Provincia. Deinde altera venit Vita ejusdem Sanctæ anonyma* (20), *in se quidem haud prolixa, sed priori comparata non ita exigua. Ex hac hausisse* F *Rabanum et Odonem Cluniacensem supponit R. D. Faillon* (21) *potius quam probat; imo satis aperte declarat* (22), *non deesse qui existiment illam ex istis fuisse excerptam. Quid igitur? Duo illa Mss. sane e numero eorum sunt quæ ipse Sollerius, favens tamen apostolatui, haud digna judicavit* quibus opus nostrum inspergeret. *Deinde in utroque agitur de solis Maria Magdalene et Maximino, in Vita autem Rabano tributa de pluribus; ita ut si hæc authentica et omni ex parte digna fide habeatur, non solum concludendum sit in favorem apostolatus duorum illorum, sed et cæterorum. Cum itaque non constet an Rabanus præfati libri sit auctor, et aliunde ab eventu, qui narratur, longe sit dissitus, nec insuper antiquioribus, saltem satis probatis, innitatur documentis; non mihi legitima videtur conclusio, quasi jam extra omne du-*

(1) Annal. Bened. ad an. 851, tom. II, pag. 15. Lucæ 1739. — (2) Ibid. pag. 48. — — (4) Autheurs ecclésiastiques, tom. XVIII, pag. 760. Paris 1752. — (4) Martyrol. Usuardi, præf. pag. 19. — (5) Acta SS. tom. II Martii, præf. ad Martyrologia Bedæ, etc. pag. VII, num. 11. — (6) Histoire littéraire de France, tom. V, pag. 174. Paris 1740. — (7) Monum. inédits, tom. I, col. 399. — (8) Lib. XI, Hæres. 66. — (9) Apud Photium, col. 275 — (10) Sæcul. III, Benedictinum, part. II. — (11) Lib. I, de Gloria Martyrum, cap. 30. Patrologia Mignan., tom. LXXI, col. 751. — (12) Migne, Patrologia, tom. CVII, col. 17. — (13) Ibid. — (14) Annales Bened. ad an. 815, tom. II, pag. 588. — (15) Die IV Feb. pag. 500-558. — (16) Mon. inédits, tom. II, col. 456. — (17) Ibid. tom. I, col. 405; tom. II, col. 440. — (18) Ibid. tom. I, col. 411. — (19) Ibid. col. 413. — (20) Ibid. tom. II, col. 437-446. — (21) Ibid. col. 455. — (22) Ibid. col. 457.

bium

A *bium foret appulsus Sanctorum illorum in Provinciam, atque probationibus, quæ olim et nuper a longe plurimis rejiciebantur, tantam accessisse vim, ut lis dirempta declaretur; imo vero, mea opinione, sub judice hæret.*

nec etiam actis S. Alexandri Brixiensis,

33 *Innixus manuscripto suo Oxoniensi, placita sua existimat quoque confirmari tum ex actis S. Alexandri Brixiensis, tum ex antiquioribus martyrologiis. Et ad primum quod attinet, legitur quidem in præfatis actis* (1): Alexander Brixiæ nobili genere natus... adolescens Massiliam apud B. Lazarum ejus urbis episcopum venit. Inde Aquas-Sextias ad B. Maximinum episcopum profectus, ab eodem in fide confirmatus etc. *Testimonium sane clarissimum sed an et authenticum? Affirmat R. D. Faillon* (2), *laudans diligentiam et eruditionem Ferrarii, actorum illorum primi editoris, ex quo in tomos Bollandianos transierunt; nec dici possunt fabricata in gratiam Provincialium, utpote ab extraneo conscripta; concordant præterea cum historia coæva, cum chronologia Massiliensi et Aquensi;* proinde præbent acta illa argumentum irrefragabile apostolatus S. Lazari et Maximini; *ita quidem ille.*

B *Ast longe aliter Pinius noster* (3): Acta sequentia (*S. Alexandri*), quandoquidem certo approbare vel improbare ea aliunde non possumus defectu documentorum, damus in Ferrarii fide, etiamsi nonnulla sint iis immixta, quæ magnis difficultatibus non carent. *Addit deinde:* Ad XVII diem Decembris expendi poterunt difficultates circa tempus sedis ejus (*Lazari*), *notatque Galliam Christianam in medio rem reliquisse;* ad S. Maximinum quod attinet, tricis chronologicis admodum obnoxius est, ut licet videre apud nos die VIII Junii, tom. II p. 33, ubi signatur sæc. I, IV vel. VI. Nec fuere in hac re oculatiores dictæ Galliæ Christianæ editores. *Hæc Pinius. Cæterum Ferrarius ita fontes suos indicat:* Ex monum. ecclesiæ Brixiensis Ms. (4). *Et alibi* (5): Ex tab. et martyrol. antiquo ecclesiæ Brixiensis. Extat Brixiæ insignis huic martyri ecclesia dicata, a fratribus Servorum possessa, in qua acta et passio ejusdem martyris, in pariete depicta leguntur. *Confer hujus comm. num.* 22, *ubi diximus ex istiusmodi generali fontium indicatione nihil admodum certi posse concludi.*

antiquioribusque martyrologiis,

34 *Nec clarius video, quomodo in favorem ejusdem traditionis extundi aliquid possit ex Romano parvo, Adone, Usuardo* (6). *Romanum parvum, ex editione Rosweydi recenset* 22 *Julii* (7) : S. Mariæ Magdalenes; 17 *Octobris:* Marthæ, sororis Lazari; 17 *Decembris:* Lazari, quem Christus resuscitavit, et Marthæ sororis ejus in Bethania. *Quis ex his inferat eos obiisse in Gallia Narbonensi? P. Natalis Alexander sibi objiciens* (8) *silentium antiquorum martyrologorum, præsertim Adonis Viennensis,* ut qui Provinciæ finitimus esset; *respondet, hujusmodi* argumenta futilia esse, quia negantia; Bedam et Usuardum in regionibus a Provincia longe remotis floruisse, nec *proinde* scripsisse de rebus, quæ sola pene ecclesiarum Provinciæ traditione tunc notæ erant; Adonem vero ipsos domesticos ecclesiæ suæ (*Viennensis*) Sanctos silentio præteriisse. *Esto. Attamen aliud est silentio præteriisse, aliud hanc posuisse annuntiationem:* XVI kal. Januarii (17 *Decembris*) beati Lazari, quem Dominus Jesus in Evangelio legitur resuscitasse a mortuis; item beatæ Marthæ sororis ejus, quorum venerabilem memoriam exstructa ecclesia non longe a Bethania (ubi e vicino domus eorum fuit) conservat (9). *Num cuipiam, hæc legenti, in mentem veniet Adonem seculo* IX (*sedit Viennæ ab anno Christi* 859 *ad annum* 874 (10)) *sibi perspectam multo minus probatam habuisse vicinæ provinciæ traditionem? Non equidem id mihi facile persuaserim. Quid, quod in* Libello de festivitatibus SS. Apostolorum et reliquorum, qui discipuli aut vicini successoresque ipsorum apostolorum fuerunt, *quem edidit quoque Rosweydus* (11) *et est genuinum ejusdem Adonis opus, æque sileat auctor de Provincialium traditione, ubi tamen solet ampliores dare annuntiationes?* XI kal., *Augusti* (22 *Julii*) : Natalis sanctæ Mariæ Magdalenæ, de qua, ut evangelium refert, septem dæmonia ejecit Dominus. Quæ etiam inter alia dona insignia Christum a mortuis resurgentem, prima videre meruit. *Conferantur hæc cum iis, quæ in eodem libello paulo superius leguntur* (12): IV kal. Januarii (29 *Decembris*) : Natalis sancti Trophimi, de quo scribit Apostolus ad Timotheum, « Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. » Hic ab apostolis Romæ ordinatus episcopus, primus ad Arelatem, urbem Galliæ, ob Christi evangelium prædicandum directus est. Ex cujus fonte, ut beatus papa Zozimus scribit, totæ Galliæ fidei rivos acceperunt : qui apud eamdem urbem in pace quievit. *Dicta tamen non ita accipi velim, quasi ego existimarem nullam sæculo* IX *fuisse traditionem de appulsu SS. Lazari, Magdalenæ ect., vel nimium pondus adderem argumento negativo, ex Adonis scriptis deducto; hoc solum probare intendo, sanctum nempe Viennensem martyrologum nedum faveat, obesse potius præfatæ traditioni; mallemque dicere eum illam ignorasse, quam cognitam et sibi probatam silentio præterire voluisse. Quid denique, quod ipse Rabanus, ut vidimus alibi in Martyrologio suo* S. Mariæ Magdalenæ meminerit absque positione, et Hierosolymis celebret natale Marthæ et Mariæ sororum Lazari? *Nec prætermittendum est Rabanum Adoni coævum fuisse, cum hic illi viginti tantum fere annis supervixerit.*

AUCTORE B. B.

E

imo nec ex duobus

F

35 *Superest aliud argumenti genus, quod sæpius laudatus scriptor pluribus explicat atque evolvit, deductum scilicet ex sepulcris cæterisque hujusmodi monumentis antiquis* (13). *Ait in crypta a S. Maximino dicta, videre esse adhuc hodie varia sepulcra seu sarcophagos, nominatim SS. Mariæ Magdalenes et Maximini. Et hæc quidem duo diserte memorantur in Vita antiqua, quam R. D. Faillon scriptam tenet sæculo* V *vel quam tardissime* VI. Transiit (*S. Magdalene*) XI kal. Augustarum, cujus sanctissimum corpus beatus antistes Maximinus assumens, diversis conditum aromatibus in honorifico collocavit mausoleo, construens super beata membra mirabilis architecturæ basilicam. Monstratur autem sepulcrum ejus ex candido marmore *etc Ita nempe in Vita antiqua* (14). *Et rursus paulo inferius* (15): Imminente denique tempore, quo beatus Maximinus... cognovit mercedem laborum suorum a pio judice recepturus, infra prædictam basilicam jussit sepulturæ suæ locum præparari ac juxta beatæ Mariæ Magdalenæ sarcophagum suum

(1) Acta SS. tom. V Aug. pag. 777. Ad diem 26. Item Monuments inédits, tom. I, col. 523; tom. II, col. 581. — (2) Ubi supra, tom. I, col. 522 552. — (3) Acta SS. ubi supra. — (4) Catal. Sanctorum Italiæ. 26 Aug., pag. 544. — (5) Catagus Sanctorum generalis, eodem die, pag. 577. Venetiis 1625. — (6) Confer Monuments inédits, tom. I col. 655-680. — (7) Vetus Romanum et Adonis martyrol. Antverpiæ, ex officina Plantiniana 1615. — (8) Historia ecclesiastica, sæc. I, dissert. XVII, tom. III, pag. 184. Venetiis 1778. — (9) Apud Rosweydum, ubi supra, pag. 199. — (10) Fabricius, Bibliotheca mediæ et infimæ latinitatis, tom. I, pag. 15. Patav. 1754. — (11) Ubi supra, pag. 31-45. — (12) Ibid. pag. 59. — (13) Monuments inédits, tom. I, col. 426-596. — (14) Ibid. tom. II, col. 435. — (15) Ibid. col. 436.

AUCTORE B. B.

collocari. In quo post sanctum ejus transitum a fidelibus honorifice est depositus... qui locus postea tantæ religionis est habitus *etc. Posset quæri quid sibi velit* mirabilis architecturæ basilica *a B. Maximino* constructa? *Nec enim facile quis crediderit illa tempestate hujusmodi ædes a christianis erigi potuisse? Aliud esset post Constantini Magni tempora. Nihilominus maximi facit R. D. Faillon hoc testimonium, ex quo, ejus opinione, efficitur sæculo* V *constitisse tamquam de re notissima, conservatos ibidem binos sarcophagos; quæ deinceps traditio omnium et singulorum sæculorum monumentis firmatur* (1). *Sed enim dubiæ saltem fidei est Vita illa antiqua, imo et ipsa Rabani scriptio. Confer num.* 27-30 *Aliunde ergo probanda est sepulcrorum illorum ætas, adeoque ex notis seu characteribus propriis. Et re quidem vera cernuntur in media facie sepulcri S. Maximini binæ effigies, altera Christi salvatoris, de qua non videtur ambigendi locus* (2): *alteram asserit R. D. Faillon esse B. Maximini, nec posse ad alium referri* (3). *Esto. Ex eo autem quod exhibeatur S. Præsul* absque orario, pallio, pedo pastorali; absque corona capillitia, mitra; *absque ullis denique sacerdotii*
B *insignibus, concludit vir eruditus, sarcophagum sæculo* IV *seu Constantino Magno antiquiorem esse :* quia, *ut ait,* certum est, sæculo quarto præsules, saltem intra ecclesiarum septa, aliqualem ornatum, suæ dignitatis indicium, gestasse, *quod negat tribus prioribus sæculis obtinuisse* (4). *Nec enim, subjungit,* supponere licet, quod fideles; si sæculo IV aut V illud posuissent, S. Episcopum absque ullo ornatu exhibuissent, eo fine ut præcedentium sæculorum consuetudini morem gererent. *Cur non? Nihil est quod repugnet, donec probata sit assertio contraria. Redit deinde ad testimonium ex antiqua Vita petitum, atque subjicit* : Si sarcophagus exstructus fuisset sæculo IV vel V, quis ausus esset scripto mandare, nedum tentasset coætaneis suis persuadere, opus adeo recens, cujus artifices digito monstrare adhuc licuisset, ad ætatem pertinere apostolicam? Necesse itaque est inferre sarcophagum esse antiquissimum, atque certo certius sæculo IV vetustiorem (5). *Hanc puto summam totius argumentationis. Omitto, quæ ex Vita desumitur, confirmationem; cum illa ipsa notæ sit non satis probatæ.*

S. Maximini

C 36 *Quod vero spectat ad ornatus, tribus prioribus ecclesiæ sæculis haud adhibitos ab episcopis, miror auctorem hac in re testem adducere Baronium, hujusque citare verba sequentia :* Ex institutione, imo et usu apostolorum manasse certum est... ut episcopi christianæ ecclesiæ... mitra in sacris uterentur pretiosa (6). *Certe Binghamus, ecclesiæ Anglicanæ minister, scribit* (7) : Ecclesiæ Romanensis scriptores Baronius, Saussayus et Bona, qui cæremoniam quamcumque esse volunt apostolicam, ipsos apostolos peculiari habitu in omnibus ministerii sui actibus usos esse dictitant. *Nec tamen eorum sententiam omnino rejicit, sed* incertam traditionem dicit (8). *Cardinalis autem Bona :* Audacius, *inquit* (9), quam par esset Nicolaus Alemannius... sacrarum vestium usum non solum apostolis, sed etiam apostolicis viris abnegat; idque ait explodendum esse tamquam ridiculum, et ab omnibus viris doctis improbari. Nimia prorsus D audacia. Nemo enim negabit viros doctos fuisse Valdensem, Democharem, Baronium, Stapletonium, Saussayum et alios contrariæ sententiæ assertores. *Quin etiam erudito sane viro Antonio Jos. Binterim* verisimillimum est (10) apostolos, primosque episcopos et presbyteros peculiari vestitus genere usos inter celebranda sacra mysteria. *Concordat Joannes Marangoni :* quamvis, *inquiens* (11), ex historia ecclesiastica trium primorum sæculorum certo constet sanctos Apostolos distinctum vestimenti genus præscripsisse in celebrandis divinis; quæ tamen illius fuerit forma particularis nuspiam in specie determinatur *etc. Et addit ex actis S. Cypriani episcopi et martyris :* cum se Dalmatica expoliasset et eam diaconibus tradidisset, in linea stetit et cœpit spiculatorem sustinere. *Quinimo Joannes Augusti, licet reformatæ sit religionis, candide fatetur rem confici argumentis cardinalis Bona. Sic nempe scribit ille in erudito suo opere de Antiquitatibus ecclesiasticis* (12) : Profecto tenet jure merito Bona, ex quo Cœna *id est Eucharistia* tamquam sacrificium oblata sit, fluere tum ex ipsa rei natura, tum ex analogia cum Judæorum et ethnicorum ministris sacris, ut in celebrando E sacrificio distinctum a communi et quotidiano adhiberent sacerdotes vestimentum. *Quod manifeste effici idem scriptor tradit* (13) *ex testimoniis claris Polycratis, SS. Hieronymi et Epiphanii; testem quoque adducit Tertullianum, et refutat Dallæum, quem dicit, præconcepta confessionis suæ ductum opinione, quando Tertulliani verba studuit in alium sensum trahere* (14). *Hujus loci non est argumentum de ornatu primis sæculis inter litandum adhibito enucleatius tractare. Dicta sufficiunt, ut judicet eruditus lector quid hac in re sit sentiendum.*

cum effigie. 37 *Quid quod non nemini, attentius consideranti effigiem S. Maximini (si tamen illius sit) prout sistitur in Monumentis* (15), *fortasse videatur S. Episcopus gestare ornatum, haud multum abludentem ab antiquis quibusdam planetis seu casulis? Nolim tamen huic notationi insistere. Potior mihi dubitandi ratio est an hic S. Maximini effigies vere exhibeatur. Utique, si constaret, ut opinatur R. D. Faillon, sarcophum pertinere ad ætatem præfati S. Præsulis non viderem cur quis typum ad alterum sanctum pontificem referret; at multum abest ut tanta antiquitas monumento vindicari possit. Audi eximium virum Joannem Baptistam de Rossi, cui in archæo-* F *logiæ christianæ peritia vix parem repereris* (16) : Sarcophagi, christiani argumenti anaglyphis (*sculpturis*) insignes, sæculo quarto anteriores vix ulli sunt; pauci, quibus hæc antiquitatis prærogativa vere competit, pastorum, ovium, aliarumque fere id genus imaginum ornatu unice gaudent. Atqui in magno sarcophagorum numero, quos sæculis quarto, quinto et sexto sculptos fuisse peritissimi quique consentiunt, et utriusque fœderis historias exhibent, nullum adhuc me vidisse memini *etc. Infra, postquam dixero de S. Magdalenæ sepulchro, inquiram in ætatem sarcophagi S. Maximini. At ex hactenus disputatis, putem demonstratum, assertum R. D. Faillon vacillare, tum quia Vita antiqua dubiæ fidei est, tum quia non solum variant eruditi, sed potius consentiunt hodie de*

(1) Monuments inédits, tom. I, col. 432 et seqq. — (2) Ibid. col. 443. — (3) Ibid. col. 445. — (4) Ibid. col. 450 et seq. — (5) Ibid. col. 451. — (6) Ibid. col. 550 et 551, nota *b*. — (7) Origines seu antiquitates ecclesiasticæ, tom. V, pag. 247. Halæ. 1727. — (8) Ibid. pag. 248. — (9) Rerum liturgicarum, lib. I, cap. 5, num. 11. Opera pag. 342. Antverpiæ 1677. — (10) Denkwürdigkeiten, tom. IV, part. I, pag. 188 et seqq. — (11) Delle cose gentilesche e profane transportate ad uso e adornamento delle chiese, pag. 136. Romæ 1744. — (12) Denkwürdigkeiten aus der Christlichen Archæologie, tom. VIII, pag. 208. Lipsiæ 1826. — (13) Ibid. pag. 207. — (14) Ibid. pag. 212. — (15) Monuments inédits, tom. I, col. 441. — (16) De christianis Monumentis IXΘYN exhibentibus. Vide Spicilegium Solesmense, tom. III, pag. 557.

ornatu

A *ornatu primis sæculis inter sacrificandum adhibito, tum quia certe sarcophagus sancti antistitis sæculo quarto antiquior non est.*

et S. Mariæ Magdalenæ 38 *Simili modo ratiocinatur de sepulcro S. Mariæ Magdalenæ, quod ex marmore candido est juxta alios, juxta alios ex alabastro* (1), *sed indiscreto perigrinantium zelo valde truncatum* (2); *plures tamen adhuc cernuntur sculptæ effigies, quas exhibet atque explicat R. D. Faillon. Dubito an quis facile admittat quæ ibidem tradit de Christo in elyseis campis, tamquam symbolo ejus post resurrectionem glorificationis* (3). *Equidem non video qui elyseum deprehendi possit* in viro imberbi sedenti sub fornice seu porticu et conversanti cum duobus militibus coram adstantibus (4), *quin aliud sit adjunctum quodvis quo res significetur distinctius. Cæterum fatetur laudatus scriptor, neminem alium ante se tale quid proposuisse* (5). *Ipse autem in hanc mentem inductus fuit ex simili quodam emblemate, quod reperit apud D. Bernardum de Montfaucon* (6). *Concludit itaque* (7), præfatas effigies sarcophago insculptas ante tempora Constantini Magni, *motus præcipue* symbolo ethnico, quo Christus in elyseo exhibetur, quod quidem, *ut ait,* satis indigitat,

B quo tempore factum hoc monumentum est, gentiles adhuc dominatum habuisse. *Quid tali conjecturæ (aliter vocari non potest) superstrui queat, equidem non video. Primum utique probandum foret id, quod nunc ex conjectura tantum ponitur; dein demonstrandum, legitime ex apposito illo ethnico emblemate fluere, gentiles tunc temporis rerum potitos. Ast neutrum præstat laudatus scriptor. Quin, ipso fatente,* in altera parte *ejusdem sarcophagi* cernitur crux, monilibus ornata, imo forte et impositum habens monogramma ☧, et insuper vestigia apparent satis clara militis ante illam genuflexi (8). *Hæc ne ad ætatem referantur Constantino recentiorem, multis præcavere satagit verbis; aliud tamen demonstrans nihil, nisi absolute non repugnare ut hujusmodi effigies ante pacem ecclesiæ datam sepulcris inciderentur.*

onaglyphicis 39 *Audiamus iterum J. B. Rossium:* Unum tamen, *ait* (9), utverum fatear, non adeo antiqui temporis argumentum in... his epitaphiis agnosco, Christi siclicet quod appellant monogramma ☧. Quidquid enim plurimi, iique doctissimi viri, hac de re scripserint, ego certe nullum adhuc repperire potui

C christianum monumentum, quod vel mediocri mihi se fide probaverit, quodque monogramma ☧ ante Constantinum incisum a christianis pictumve fuisse demonstraverit. Attamen non is ego sum, qui hujuscemodi monogramma ante id tempus vel nondum a christianis excogitatum, vel ne eorum monumentis nec semel incideretur lege aut more cautum putem fuisse : quare nonnulla hoc Christi signo nobilitata monumenta ante annum 312, qno Constantinus ejus signi ductu auspicioque victoriam adeptus est, facta fuisse, nec negare profecto possum, et si paullo certiora suppeterent argumenta ultro ipse affirmarem. Interim, dum hæc argumenta desidero et conjecturis transigenda quæstio est, hoc unice statuo, quod monumenta ipsa aperte me docuerunt, ejus monogrammatis usum secundo et incunte tertio ecclesiæ sæculo, vel nullum plane fuisse vel certe rarissimum; exeunte vero tertio et incunte quarto facile aliquem, fortasse etiam non infrequentem, pervulgatissimum demum ac plane sollemnem inde ab anno Constantinianæ victoriæ 312. Itaque undecim illos titulos, in quorum gratiam hæc indicavi, ipso sæculo quarto antiquiores, vel ejus sæculi initiis æquales esse posse negare non ausim; cæterum dubitatio mea hoc tantum efficiet, ut qui cautissimi esse volent, ultra annum 312 illorum interim ætatem attollere non præsumant. *Hactenus Rossius haud minus sapienter quam erudite. Unde sequeretur S. Mariæ Magdalenæ sepulchrum ætatis apostolicæ monumentis, ex mente Rossii non esse annumerandum. Adde etiam, quæ numero superiori de anaglyphis ex eodem auctore recitavimus. Id præterea haud parum R. D. Faillon adversatur sententiæ, quod ex argumentis omnino septem, sarcophago insculptis atque adhuc plus minus clare apparentibus, quinque manifeste ad Christi passionem spectent; aliud Crucem, ut supra, exhibet; denique septimum elyæos campos, imo ego, si quid conjicere luberet, dicerem Christum exeuntem sepulcro. Etenim in Montfalconii emblemate, non* vir, *ut in nostro, sed* mulier *sedet; nec sub* fornice, *sed sub aulæis; nec illa solum extendit manum, sed hanc jungit manui proxime adstantis viri : nam non* duo

E *exhibentur milites, ut in sepulchro S. Mariæ Magdalenæ, sed* unus *tantum; alter vir est præclaræ formæ et speciei, levi tunica eleganter indutus. Ita ut duo illa anaglypha haud parum dissimilia sint. Certe fornix mihi verosimillime sepulchrum est; idque tanto magis, quod sex alia anaglypha, Magdalenæ sarcophagum ornantia, ad Christi Domini passionem, ipso R. D. Faillon consentiente, referantur; unde satis pronum concludere est, septimum ad ejus resurrectionem spectare. Cæterum si ex uno illorum, et quidem valde obscuro, legitime putet ipse posse se concludere tum dominatos gentiles; ut quid non ego ex sex aliis adeo manifestis contrarium multo magis legitime inferam? Quæ in confirmationem adducuntur ex Vita antiqua, prætermitto. Vide supra n.* 30

sarcophagis 40 *Est mihi itaque certum, sarcophagos S. Maximini et S. Mariæ Magdalenæ non esse referendos ad ætatem Constantino priorem. Quo ergo sæculo erectos dicemus? Auctore Joanne Baptista Rossio (conf. supra n.* 37), consentiunt harum rerum peritissimi quique, *monumenta* utriusque fœderis historias ac symbola *anaglyphis exhibentia* magno numero sæculis quarto, quinto et sexto *condita fuisse. Nihil*

F *ergo obstat, quominus admittamus præfatos sarcophagos ad illa posse spectare tempora; ast cui sæculo; an quarto, an quinto, an sexto adscribendi? Quinimo numquid repugnat, simile quid præstitum uno vel altero ex sæculis sequentibus, ita ut jam propius accedamus ad Rabani ævum seu sæculum* IX? *Non nemo forte etiam quæsierit, an sarcophagi illi erecti revera fuerint primum SS. Maximino et Magdalenæ, idque tanto magis, quod deserendi sint scriptores, qui utrumque ab ipso sancto Maximino paratum existimarunt. Non desunt sane exempla, quibus probatur, Sanctorum corpora, eorum præsertim quibus magna in particularibus ecclesiis erat veneratio, reposita fuisse in sepulcris, quæ ab initio ad alterius sive ossa sive sacras reliquias asservandas, destinata fuerant. Certe corpus B. Magdalenæ, sæculo* VIII, *Sarracenorum metu, a Monachis Cassianitis, ex suo in alium fuisse translatum sarcophagum, probatur ex celebri cartallo seu schedula anno* 1279 *reperta. Confer dicta num.* 28. *Putem itaque ætatem utrique monumento certam hactenus*

AUCTORE B. B.

(1) Monuments inédits, tom. I, col. 456. — (2) Ibid. col. 457 et 458. — (3) Ibid. col. 458-470. — (4) Vide tabellam, ibid. col. 465. — (5) Ibid. col. 465-469. — (6) Ibid. col. 465 et 466. — (7) Ibid. col. 475 et 475. — (8) Ibid. col. 475. — (9) Spic. Solesm. ubi supra, pag. 552 et 553.

dari

AUCTORE B. B.

dari non posse. Vir, architectonicæ artis et archæologiæ peritus, inspectis Junii Bassi, ex Vaticano cœmeterio (1), *et S. Mariæ Magdalenæ sepulcris, prout exhibentur in opere R. D. Faillon* (2) *existimavit, utrumque ejusdem esse ævi, nec sæculo quinto inferioris. Optandum sane fore ut clarior lux oriatur, quod quidem sperare licet præsertim ex præclaris laboribus diligentissimi ac eruditissimi J. B. Rossii; id interim ego lubens fateor laudatum Monumentorum editorem viam novis de traditione Provincialium investigationibus et apperuisse et stravisse, de qua proinde eum optime meritum nemo unus negaverit.*

aliisque similibus,

41 *Supervacaneum foret pluribus referre, quæ sæpius memoratus scriptor tradit de caverna Balmensi seu sancta Balma* (la Sainte Baume) (3), *de oratorio S. Salvatoris Aquensi* (4), *de Sepulcro S. Lazari* (5). *de Carcere ejusdem Massiliensi* (6) *etc. Nihil enim admodum in his omnibus est, quod majoris sit ad probandum ponderis, quam quæ disputantur de Sarcophagis SS. Magdalenæ et Maximini. Sufficiat notasse generatim, ex communi eruditorum sententia valde difficile esse, certam antiquitatis monumentis assignare ex propriis suis characteribus*
B *ætatem, quando extrinseca, eaque authentica desiderantur documenta, ex annalibus manuscriptisque codicibus petita. Vix una est hujusmodi crypta, sepulcrum, oratorium antiquum, de quibus variorum concors reperiatur judicium; vix non ubique in diversa abeunt, ut plerumque non uno tantum vel altero, sed pluribus ab invicem discedant sæculis. Confer dicenda ad hunc diem de Crypta S. Gervasii in Actis S. Melloni episcopi Rothomagensis. Præterea, ubi certa alicujus sepulcri tenetur ætas, non raro disceptatur an ab origine fuerit illius, cui post aliquot sæcula vulgo legatur adscriptum.*

non ergo certa fit Camariensis traditio ex Aquensi.

42 *Ut paucis resumam, justo forte prolixiorem, disputationem : existimo ex sarcophagis aliisque id genus monumentis cultus summam antiquitatem stabilitam et confirmatam; ita ex Vita recens edita, etiamsi hæc Rabano abjudicetur, rite probari traditionem de apostolatu sæculo* IX *viguisse, ac proinde Launoyi asserta hac ex parte omnino deserenda. Quod vero spectat ad ipsam Sanctorum, dum viverent, in Provincia commorationem, non mihi videtur ex opere, utique præclaro et erudito, R. D. Faillon eam affulsisse lucem, qua evanescant scriptorum dissidia, quorum maxima pars appulsum*
C *habet commentium, ut notabat quidam circa annum quinquagesimum sæculi elapsi :* Præclari, *inquiens* (7), quique ætatis nostræ critici Massiliensem hunc Mariæ Magdalenæ appulsum fabulis adnumerant, ut mirer (quod alibi monuimus) Sollerium nostrum tom. V Julii ejus patrocinium suscepisse. *Alibi dixerat* (8) : Pacis... amor turbarumque metus bonum senem (*Sollerium*) videtur severiore examine dimovisse... in Actis S. Mariæ Magdalenæ. *Sit, amore pacis inductum fuisse Sollerium; at adeo* senex *non erat, utpote nondum sexagenarius; siquidem natus anno* 1669, *editus vero tom. V Julii* (*ubi Acta S. Mariæ Magdalenæ*) *est anno* 1727. *Cæterum Sollerius rejicit quasvis Sanctæ illius Vitas sive manuscriptas sive typis editas; unico fere nititur argumento, quod desumitur ex Schedula, reperta anno* 1279 *in sacri Magdalenæ corporis Inventione; at certe, post Monumentorum editionem, aliis, nec spernendis, suam firmandam et firmatam existimasset sententiam. Confer supra num.* 27 *et* 28, *ubi Sollerii placita latius explicavimus.* D

§ IV. Expenduntur argumenta quibus probatam velint traditionem de Adventu S. Salomes in Camariam. De ejus ibidem cultu et Reliquiis.

Expensis quibusdam difficultatibus.

Secundum sæpius laudatum scriptorem (9), traditio Camariensis iisdem nititur ecclesiarum Provinciæ monumentis, quibus appulsus S. Magdalenæ; *quod assumptum, ejus opinione, evidens per se probatione non indiget. Proinde cum ex dictis nutet appulsus, nutat ex hac parte et traditio. Addit deinde R. D. Faillon, traditionem hanc* nullis repugnare certis probatisque historiæ documentis. *Atque hic duo* E *sibi objicit : alterum ex antiquario Arelatensi, Petri Veran nomine, qui scripsit oram Camariæ, ubi nunc visitur vicus* S. Mariæ de Mari, *aquis immersam exstitisse, quo tempore* S. Salome *eo appulisse perhibetur; atque id quidem, mea opinione, sufficienter refellitur* (10) : *alterum desumitur ex Martyrologio Romano, Baronii curis recognito, ubi* 25 *Maji celebratur* Verulis Translatio S. Mariæ Jacobi, *et* 22 *Octobris,* Jerosolymis S. Maria Salome. *Respondetur* (11) : *cum vicus S. Mariæ situs in extrema Camariæ ora sit, mirum non est, Baronium ignorasse coli ibidem* S. Salomen; *eruditum quoque cardinalem se profiteri erroribus obnoxium :* homines; *inquit,* sumus omnes; nec nobis ipsis tantum tribuimus, ut nusquam putemus offendisse; *Romanum Parvum prætermittere locum ubi colatur* S. Salome, *quam si Baronius Jerosolymis annuntiet, id ex eo ortum, quod ignorans ubi illa obiisset, urbem posuit in qua vixerat; denique Mariam Jacobi, Verulis memoratam, diversam esse ab illa quæ in Provincia colitur. Confer supra num.* 21. *Denique R. D. Faillon* (12) *ut insulsum fabulatorem traducit, idque recte omnino, Joannem de Venetto* (*vide num.* 22), *narrantem corpora* SS. Salomes *et Mariæ Jacobi anno* 1337 *Verulis in Camariam translata.* F *Atque hæc sunt, quibus existimat ille demonstratum, traditionem Camariensem haud repugnare factis historicis bene probatis. Ast nonne simili modo parique jure probarent Græci et Verulani nec suas traditiones eisdem repugnare? Ubi itaque ecclesiarum traditiones sibi invicem contradicunt, cardo vertitur in argumentis quæ singulæ adducunt, ut ex illis dijudicetur, quæ sit traditio aliis præferenda, vel an omnino sit quæ cæteris firmior probetur.*

afferuntur duo testimonia

44 *Iis præmissis, accedit vir eruditus ad argumenta, quibus speciatim firmari existimet Camariensem traditionem. Primo loco venit testimonium Gervasii Tilburiensis* (13). *Hic, ut habet Fabricius* (14), charus Othoni IV, ab anno 1202 ad 1218 imperatori... et Mareschalci dignitate auctus ei dedicavit « Otia imperialia, » sive ab origine rerum repetitum historico-geographicum opus et physicum.

(1) Arringhi Roma subterranea, lib. II, cap. 10, pag. 177. — (2) Monuments inédits, tom. I, col. 459-462. — (3) Ibid. col. 477-500. — (4) Ibid. col. 501-520. — (5) Ibid. col. 553-552. — (6) Ibid. col. 553-572. — (7) Acta Bollandiana vindicata, Papebrochii Responsio ad Exhibitionem errorum, pag. 352, not. 1. — (8) Ibid. pag. 271 et 272, not. 1. — (9) Monuments inédits, tom. I, col. 1268. — (10) Ibid. col. 1268-1272. — (11) Ibid. col. 1273 et seq. — (12) Ibid. col. 1275-1277. — (13) Ibid. col. 1277 et seqq. — (14) Bibliotheca latina, tom. III, pag. 55.

Scribit

A *Scribit autem Gervasius, ecclesiam S. Mariæ de Mari* esse primam omnium ecclesiarum citra marinarum... fundatam a discipulis a Judæa pulsis et in rate sine remigio dimissis per mare, Maximino Aquensi, Lazaro *etc. Et additur :* Sub hujus basilicæ altari, ab ipsis de terra pistato... tenet plena auctoritate vetustas... duas Marias sepultas (1). *Nemo non videt Gervasii ætatem obstare, quominus testis habeatur idoneus. Recte concludit R. D. Faillon, exinde ruere præfatum Joannis de Venetto commentum; ast aliud inferre non licet. Nec amplius valet Gervasiani testimonii confirmatio, petita ex* Rationali divinorum officiorum *Guilelmi Durandi,* episcopi ab anno 1286 ad 1296 Mimatensis in Gallia Aquitanica (2), *qui ait* (3) : In comitatu Provinciæ in castro sanctæ Mariæ de Mari est altare terreum, quod ibi fecerunt Maria Magdalene et Martha, et Maria Jacobi et Maria Salome. *Nihilominus altare istud R. D. Faillon ut monumentum habet summæ antiquitatis* (4), *quod utique esset probandum. Nec enim probatio sunt, quæ sequuntur; nempe, teste eodem Gervasio, altari deinceps superpositam fuisse tabulam ex pario marmore, atque subtus, per modum sustentaculi,*
B *locatam parvam ex lapide columnam; hæc vero omnia simul sub choro terræ mandata, reperta fuisse medio sæculo* XV; *tabulam marmoream tulisse* epigraphem latinam, a pluribus scriptoribus memoratam, atque annis 1774 et 1791 denuo recognitam, *quam tamen nemo unquam explicare valuit; hodie vero jam non existit, utpote confracta et destructa, dum anno* 1793 *expoliata ecclesia S. Mariæ de Mari fuit* (5).

et tertium ex ædis sacræ structura desumptum;

43 *Cæterum hæc parum vel nihil probare, satis fatetur Monumentorum editor : ait enim paulo post* (6) : Deficientibus testimoniis scriptis, argumento habemus ecclesiam S. Mariæ de Mari ipsam, quæ citra controversiam inter antiquiores illius tractus est numeranda. *Ast illico subjicit :* qua tamen ætate sit extructa non est facile definire. *Deinde varias variorum recenset opiniones* (7). *Guesnæus et Petrus Veran ejus ædificationem affigunt medio sæculo* XII, *alii exeunti sæculo* X. Certum esse, *affirmat R. D. Faillon* (8), ex sua structura ecclesiam referendam esse ad tempora regum Provinciæ (*quos alibi* (9) *tradit regnasse sæculis* IX *et* X); imo posse eam his antiquiorem existimari, *quod ex notis quibusdam*
C *declarare conatur architectonicis, valde, ut mihi quidem videtur, dubiis, ut vel ipsa auctoris disserentis verba satis ostendunt. Sed quid de duobus leonibus sculptis, hinc inde ad antiquam ecclesiæ portam (nunc clausam) spectandis* (10)? *Scribunt auctores recentioris staticæ* (11) : Leones illi, sibi invicem e regione muro inhærentes, ex pario, eoque selecto, marmore sculpti sunt; alter subtus habet infantem, agnum alter; uterque detritus valde. Præclarum opus græci, ut videtur, artificis. *Concludit R. D. Faillon ex* infante *et* agno *symbolum esse a christiana lege petitum* (12) (*quod non improbavero*) *et sæculo* IX *antiquius* (13), *quod nonnullis conjecturis quidem firmatur; quæ tamen hac altera facile eliderentur, scilicet num forte leones illi non fuerint aliunde huc allati, præsertim si* (*nec omnino id negatur*) *græcæ sint originis? Rursus proinde tenebræ. Prætermitto alterum lapidem sculptum, in extremo ecclesiæ ad occidentem tecto, exhibentem* ratem seu navim fluctuantem, in qua duæ femineæ effigies, *nunc capite truncatæ. Nihil enim amplius ex hoc quam ex aliis demonstratur* (14). *Cæterum typus hic cum legenda* navis in pelago, *ab immemorabili tessera est oppidi sanctæ Mariæ de Mari* (15), *olim vocati* (*utique a* Rate) *sancta Maria de Ratis* (Notre-Dame de la Barque (16),) *quod nomen jam sæculo* VI *legitur in testamento S. Cæsarii Arelatensis :* Reservamus... agellum silvanum in quo est sita *ecclesia* sanctæ Mariæ de Ratis (17); *nec dubitat R. D. Faillon* (18) *his designari præfatam urbeculam, addens* (19) : Certum esse hujusmodi nomen derivatum a Rate, qua Provinciæ apostoli appulerunt in has terras, *ita verba Cæsarii in argumentum convertens suæ Traditionis. Forte alii contrarium arguerent ex silentio sancti episcopi. Demonstrandum utique foret nomen istud non venire ex* ratibus, *quæ eo loci appellere solebant.*

AUCTORE B. B.

46 *Atque hæc dicta sunt de intricatissima quæstione, quæ ad primævum SS. Mariæ Magdalenæ, Lazari et sociorum, sicut et* S. Salomes *in Provinciam appulsu pertinent. Quamvis plura hactenus inedita publici juris fecerit R. D. Faillon, atque ut* E *lubens agnosco et repeto, ex eo capite de re historica sit bene meritus, imo etiam quod multa de his docte et erudite disputaverit, ut ejus Monumenta in pretio apud posteros quoque futura sint; non putem tamen rem primariam confectam. Quapropter mea opinione, quisque in suo abundabit sensu; plures commentitium censebunt apostolatum, alii dubium, pauci certum. Mihi vero nec traditio Verulana, nec traditio Camariensis* (*licet qua tales minime dedignandæ, multo minus cum supercilio explodendæ*) *satis probatæ sunt. Concludo itaque ex et cum Henschenio* (20) *in connexa quæstione de S. Maria Jacobi seu Cleophæ* : Interim (*dum clarior lux oriatur*) cum martyrologio Romano mortem (S. Salomæ) Hierosolymis *adscriptum relinquo...* Cæterum si forsan et nos in hac molesta disquisitione non videamur aliquibus satisfecisse, libenter edocebimur certioris veritatis meliorem methodum.

at non satis probantia

Cultus S. Salomes *in Camaria:*

47 *Aliud est de cultu, quem in Camaria et antiquum et celebrem esse nemo negaverit. Documenta certa habemus sæculi* XII, *quibus constat de veneratione, jam tunc ab immemorabili exhibita SS. Mariæ Jacobi et* Salomæ *in ecclesia S. Mariæ de Mari. Vide supra num.* 44 *testimonia Gervasii Tilburiensis et Durandi Mimatensis. Alia deinceps tribus sequentibus sæculis occurrunt plurima minimeque dubia, quæ prætermittimus, propterea quod attingantur in* instrumento inventionis corporum SS. Mariæ Jacobi et Salomæ *anno* 1448, *quod, quia prolixum nimis ut hic inseratur, ad calcem hujus Commentarii integrum cum annotatis reperies; ex quo discimus, ritu solemni elevata medio sæculo* XV *fuisse corporum* (*ut credebatur*) *sanctarum illarum Matronarum, auctoritate Nicolai papæ V, petente Renato, Hierusalem et Siciliæ rege, Provinciæ comite, qui solemnitati præsens aderat; in cujus memoriam instituta fuit festivitas* Revelationis, *die tertia Decembris deinceps celebranda* (21). *Exinde aucta reli-*
F

(1) Monuments inédits, tom. II, col. 1267. — (2) Fabricii Bibl. latina, tom. II, pag. 68. — (3) Monuments inédits. tom. II, col. 1268. — (4) Ibid. tom. I, col. 1281 et seqq. — (5) Ibid. col. 1282. — (6) Ibid. col. 1287. — (7) Ibid. col. 1288 et seq. — (8) Ibid. col. 1292 et seqq. — (9) Ibid. col. 1508. Confer, Art. de vérifier les dates, pag. 661 et 662. — (10) Monum. inédits, tom. I, col. 1299 et seqq. — (11) Statistique des Bouches-du-Rhône, tom. II. pag. 1150. Item Monuments inédits, ibid. col. 1502 et 1503. — (12) Monuments inédits, ibid. col. 1505. — (13) Ibid. col. 1504. — (14) Ibid. col. 1505 et seq. — (15) Ibid. col. 1508. — (16) Ibid. col. 1508 et 1509. — (17) Ibidem col. 608; item Baronius, ad an. 508, num. 25; Acta SS. tom. VI, ubi de S. Cæsario, pag. 62. — (18) Monuments inédits, tom. I, col. 1509. — (19) Ibid. col. 1512 et 1515. — (20) Acta SS. 9 Aprilis, pag. 817 et 818. — (21) Monuments inédits, tom. I, col. 1533 et seq.

gio

AUCTORE B. B.

gio in sacra illa est lipsana. In specie memoratur, urbem Arelatensem circa finem sæculi XVI *civili discordia in eo fuisse ut in ruinam ageretur; consules ad Sanctarum nostrarum præsidium confugisse. Atque brevi pacata civitas est. Grati ergo iidem consules conficiendum curarunt emblema argenteum, præfatam exhibens urbem, adstantibus utraque sancta Matrona, cum gallica inscriptione :* Sanctæ Mariæ Jacobi et Salome, intercedite pro civibus urbis Arelati; *quod deinde* 15 *Septembris* 1596 *magna pompa a consulibus, comitantibus capitulo metropolitano, viris primariis et innumera populi multitudine delatum est ad S. Mariæ de Mari* (1); *quo die reserata quoque fuit theca, in qua corpora asservantur* (2).

reliquiæ,

45 *Atque hujusmodi reseratio semel et iterum, referente Honorato Bucheo* (3), *facta est sæculo sequenti, nempe* XVII : *primum versus annum* 1627, *requirente Alphonso Ludovico du Plessis de Richelieu (fratre Germano celeberrimi Armandi cardinalis Richelii) tum archiepiscopo Aquensi, postea cardinali et archiepiscopo Lugdunensi; rursus circa annum* 1640, *ad instantiam Joannis Joubert seu Jaubert de Barrault, archiepiscopi Arelatensis. Nec unius nec alterius facti mentio fit in Gallia christiana, ubi de*
B *Præsulibus illarum ecclesiarum* (4). *Addendæ sunt et aliæ eodem sæculo, sub Joanne Baptista de Grignan, Jacobo de Forbin-Janson, et Francisco de Mailly, archiepiscopis Arelatensibus* (5). *Alia plurima eaque præclarissima sunt de cultu sacris illis pignoribus reddito testimonia, quæ longius foret hic recitare, tanto magis quod pleraque occurrent in laudato* Instrumentis Inventionis.

servatæ excunte sæc. XVIII

48 *Ast prætermittenda nullo modo sunt, quæ acciderunt ad finem sæculi* XVIII, *cum omnia susdeque in Galliis verterentur. Spoliata tunc fuit ecclesia S. Mariæ de Mari ornatibus suis pretiosis, atque in specie duobus reliquiariis, in forma brachii ex argento, fragmenta ex ossibus SS. Matronarum continentibus* (6). (*Alterum tamen postea redditum est*). *Erat quoque lapis muro ecclesiæ inhærens,* Pulvinar Sanctarum, le coussin des Saintes *dictus atque magna apud fideles in veneratione habitus : hunc avulserunt atque in fossam jecerunt, ante fores ejusdem templi paratam erigendæ* arbori, *ut aiunt,* libertatis (7). *Sacra autem corpora, cum capsa lignea continerentur, a sacrilegis prætermissa sunt. Itaque Antonius Abril parochus clanculo accersivit civem,*
C *nomine Antonium Molinier, atque noctu* 22 *Octobris* 1793 *ambo ecclesiam ingressi capsa extraxerunt Reliquias, duobus fasciculis distinctis compositas, et, rudi involutas panno, terræ mandarunt in cella lignaria ejusdem Antonii Molinier* (8). *Sedato turbine civili, restitutum anno* 1797 *fuit in manus Josephi Barrachin parochi* (*qui successerat Antonio Abril vita functo*) *alterum ex reliquiariis, in modum brachii efformatis, ast, ut videtur, ossium fragmento carens* (9); *quod in ecclesia cum populo exhiberetur, unanimi voce incolæ exclamarunt illud ipsum esse, quod olim erant venerati* (10); *atque desuper factum est instrumentum authenticum manu notarii publici, quod videsis in* Monumentis ineditis (11). *Similiter* pulvinar Sanctarum, *exultante populo, repositum pristino suo loco est* (12).

atque restitutur.

49 *Denique* 21 *Maji* 1797, *præfatus Antonius Molinier cum declarasset se simul cum Antonio Abril,* D *jam tunc defuncto, terræ mandasse, quatuor abhinc annis, exuvias SS. Mariæ et* Salomes, *appositis authentiæ litteris; decretum fuit, ut, præside parocho Josepho Barrachin, aliis comitibus multis, effoderetur locus a dicto Antonio Molinier indicandus. Quo facto, repertæ sunt reliquiæ, quas præsens recensuit medicus seu chirurgus nomine Gondran. Duobus fasciculis continebantur ossa separatis, violaceo legamine circumdatis. Alteri inscriptum legebatur :* Franciscus de Mailly archiepiscopus Arelatensis attest. Ossa sanctæ Mariæ Salomæ. *Et infra :* De mandato illustrissimi et reverendissimi domini D. archiepiscopi et primatis. *Morel* secretarius (13). *In altero fasciculo :* Ludovicus episcopus et comes Tricastinensis, ossa sanctæ Mariæ Jacobi. *Quæ ita recognita reposuit parochus in thecam, factumque est de toto processu* instrumentum, *quod in extenso videre iterum est apud R. D. Faillon* (14). *Postea* 20 *Junii anno* 1839, *translatæ sunt reliquiæ in aliam thecam a R. D. Jacquemet, vicario generali ill. ac RR. DD. Bernet archiepiscopi Aquensis, Arelatensis ac Ebrodunensis, qui eo fine adierat S. Mariam de Mari. Cum vero rumor manasset agi de transferendis aliam in urbem sacris exuviis, tumul-* E *tuari cœperunt incolæ, nec quieverunt, donec rite perspectam habuerunt veram causam, ob quam advenerat R. D. vicarius* (15).

Festiva celebritas

50 *Post hæc mirabitur nemo festivitatem SS. Matronarum in oppido S. Mariæ de Mari solemniter et olim et hodie celebrari. Videre est in* Monumentis ineditis *fragmenta antiquorum liturgiæ et officii* (16). *Ab immemorabili, inquit R. D. Faillon* (17), *confluebant peregrini ad hoc sanctuarium, nec ex vicinis solum sed et ex procul dissitis regionibus. Accurrunt, juxta recentioris staticæ scriptores* (18), *ex Occitania* (*Languedoc*) *Vindascino comitatu et universa Provincia, tanto numero, ut partim extra oppidi ambitum in tentoriis degere cogantur; festum in plures producitur dies continuos; toto tempore referta ecclesia precantium est. Ast cum viæ in Camaria post autumnales pluvias admodum difficiles sint, hæc videtur ratio* (19), *quæ fideles induxerit, ut potius* 23 *Maji* (*qui dies sacer est S. Mariæ Jacobi*) *turmatim accederent, quam* 22 *Octobris, festo* S. Salomæ. *Addi potest ex Joanne de Venetto* (*scriptore, ut vidimus, sæculi* XIV) : Festum S. Mariæ Cleophæ seu Jacobi agitur XXV Maji, festum S. Salomæ XXII Octo-
bris. Quidam priori die colunt utramque, quod F
officium sit commune, *quantum scilicet ad orationes spectat, in quibus unius et alterius fit mentio* (20), *ut jam alicubi monui. Narrat R. D. Faillon se anno* 1841, *die* S. Salomes *sacro,* 22 *scilicet Octobris in S. Mariæ de Mari fuisse, testaturque universos incolas in ecclesia convenire, ut adsint dum theca SS. Matronarum ex turri, in qua per anni decursum reposita manet, dimittitur. Cereos gestant accensos, hymnosque in earum laudem decantant. Simul atque ex alto conspicitur sacra theca, acclamant omnes jubilantes, donec ope machinæ paulatim deorsum missa, perveniat ad locum in sanctuario debite paratum, ubi per reliquum diem, excepto tempore solemnis supplicationis, fidelium venerationi exponitur. Denique vespertino tempore rursus at-*

(1) Monuments inédits, tom. I, col. 1333 et seq. — (2) Ibid. col. 1334. — (3) Histoire de Provence, par Honoré Bouche, lib. IV, cap. 4, tom. I, pag. 327; *ita* Monuments inédits, ubi supra, col. 1335. — (4) Tom. I, col. 337; item, col. 593. — (5) Monuments inédits, tom. I, col. 1335. — (6) Ibid. col. 1336. — (7) Ibid.; item, tom. II, col. 1639. — (8) Ibid. tom. I, col. 1336 et seq.; item, tom. II, col. 1633 et seqq. — (9) Ibid. tom. II, col. 1630 et seq. — (10) Ibid. tom. I, col. 1337 et seqq. — (11) Ibid, tom. II, col. 1629-1632. — (12) Ibid. tom. I, col. 1338, et tom. II, col. 1639. — (13) Ibid. tom. II, col. 1636. — (14) Ibid. tom. II, col. 1635-1640. — (15) Ibid. tom. I, col. 1340; et tom. II, col. 1639-1642. — (16) Ibid. tom. II, col. 599-604. — (17) Ibid. tom. I, col. 1315. — (18) Statistique des Bouches-du-Rhône, tom. II, pag 1131; *ita* Monum. inédits, tom. I, col. 1315. — (19) Monum. inédits, ibid. — (20) Ibid. not. *a*.

tollitur,

A *tollitur, eodem quo demissa fuit modo, dum interea canitur* Magnificat.

speciatim Revelationis corporum.

51 *Numero præcedenti dixi, occasione Inventionis corporum (ut tradebatur) SS. Mariæ Jacobi et* Salomes, *institutum fuisse festum* Revelationis, *die anniversaria illius Inventionis, tertia nempe Decembris celebrandum; cujus, ad calcem* historiæ S. Mariæ Jacobi et S. Mariæ Salomæ, *editæ anno* 1750, *a presbytero (ignoratur nomen) congregationis S. Sulpitii, exstat* (1) *officium, proprias, inter alia, habens lectiones* II *Nocturni et Hymnum ad Laudes, quæ partum esse suspicatur R. D. Faillon* (2) *ejusdem illius presbyteri, ad quem scripta reperitur epistola a RR. DD. de Jumilhac, archiepiscopo Arelatensi, die* 20 *Julii* 1749, *in qua leguntur sequentia :* lubens annuo, ut typis mandes preces et officia, quæ composuisti in honorem sanctarum Mariarum. *Quidquid autem de eo sit, adhibitum auctoritate ecclesiastica fuit dictum officium in ecclesia S. Mariæ de Mari* (3). *Lectiones hic apponendas duxi, quod brevi compendio exhibeant præcipua capita Instrumenti infra edendi.*

hujus Lectiones.

52 LECTIO IV. Renatus, Siciliæ et Jerusalem rex, ac comes Provinciæ, cum audisset corpora sanctaB rum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome in ditionis suæ angulo sub terra requiescere, nimirum in ecclesia beatæ Mariæ de Mari, diœceseos Arelatensis, ubi jam pridem a Christi discipulis Judæa pulsis tumulata fuerant, summo pietatis studio ardens, et ne tantus fidei splendor caligine diutius obrueretur, illa diligentissime inquirere animo statuit, ut detecta efferrentur, et fidelibus ad cultum religiose proponerentur. Quocirca Nicolaum V, summum Pontificem suppliciter oravit, ut perficiendi facultatem propositi sibi indulgeret. LECTIO V. Piis votis annuens summus Pontifex postulatam a rege copiam concessit, per apostolicas litteras ad archiepiscopum Aquensem, ad Massiliensium antistitem, tum ad cardinalem de Fuxo in comitatu Avenionensi a latere legatum directas. Hi qua par erat reverentia munus demandatum acceperunt curaveruntque. Legatus vero episcopos, abbates, theologos perplures in utroque jure laurea doctorali insignitos, secum assumens, in locum præfatum se contulit : ibique ponderata inquisitione ab antistite Massiliensi acta, de opinione, fama, miraculisque voce publica disseminatis : insuper C post lecta nonnulorum notæ sanctitatis virorum scripta, asserentium sacra pignora illic sepulta esse, et a Christi discipulis in mare* sine remigio ac velo huc appulsis, terræ mandata : habita denique diligenti ac matura deliberatione, et Dei nomine invocato, sequentem sententiam seu edictum coram pluribus testibus rite vocatis pronunciavit. LECTIO VI. Videlicet corpora sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome in prænotata jacere ecclesia, et ab humo, ubi ante majus altare fuerant reperta, educenda esse, eductaque in capsis condignis solemni ritu componenda, apostolica auctoritate curavit. Quin etiam legatus, cum serenissimi regis precibus permoveretur, cœptum opus prosequens, assistentibus clericis, abbatibus et episcopis pontificali veste decoratis, missam celebravit, ac tandem Sanctarum reliquias odore suavissimo fragrantes e terra magno apparatu et pompa extulit. Tum illas populorum undique confluentium et incolarum multitudini conspicuas in gemina capsa cupressina, pannis sericis auro intextis, regio munere exornata, honorifice collocavit, a Christi fidelibus deinceps venerandas. Id autem peractum est tertio Decembris anni reparatæ salutis millesimi quadringentesimi quadragesimi octavi, cujus anniversaria dies in eadem ecclesia quotannis celebratur.

* navi?

AUCTORE B. B.

Monitio ad instrumentum inventionis,

53 *Reliquum est, ut paucis de sequenti inventionis instrumento agam, quo ejus sinceritas demonstrata habeatur, et vindicetur a quibusdam Launoii animadversionibus seu cavillis. Acta originalia ad hunc usque diem conservantur in archivo publico oppidi S. Mariæ de Mari, inclusa primæva sua capsa ex ferro* (4). *Exstat et horum transsumptum authenticum in archivo prætorii seu præfecturæ Massiliensis, jussu Legati apostolici confectum datumque Renato regi, ut in Processu refertur. Cæterum quamvis in extenso primum editum a R. D. Faillon instrumentum fuerit, a pluribus tamen reperitur laudatum et partim recitatum; inter alios a P. Sebastiano Michaelis, priore conventus S. Maximini* (5), *qui testem adducit Vincentium Philippon, anno* 1325 *prætorem (vulgo ballivium) illius oppidi* (6); *item a Guesnæo et Bucheo; postremi hujus verba repetit Henschenius in actis S. Mariæ Cleophæ seu Jacobi* (7). *Atque ita deinceps alii ex aliis. Non itaque ullum est dubium de Instrumenti omnimoda sinceritate. Nec vel ipse Launoyus quod solide opponeret invenit, ut apparet ex iis quæ objicit in sua* Disquisitione disquisitionis de Magdalena Massiliensi advena (8) : Numerantur, *inquit,* inter antistites, qui Mariæ Jacobi et Mariæ Salomes corporum inventioni præsentes adfuerunt anno MCCCCXLVIII, « Joannes de Colliargis episcopus Trecensis, » qui non reperitur in catalogo Trecensium episcoporum, nec ullus ibi locus vacat; nullus quoque hoc nomine habetur in serie Tricastinensium episcoporum, nec ullus etiam ibi locus vacat; deinde « Tristandus de Aura episcopus Conseranensis » qui anno MCCCCXLVIII nondum erat Conseranensis episcopus, de quo in tomo II Galliæ Christianæ : « Tristandus de Aure ex nobili genere de Aura ann. MCCCCLVIII die XIX mensis Februarii. » Sic falsum est instrumentum, quo ad probandum sanctorum corporum inventionem utitur *Guesnæus.*

E

quod contra Launoyum.

54 *Ast primum latius patet conclusio. Juxta sinceras rei diplomaticæ leges, non facile quis falsitatis arguerit instrumentum ob unum alterumve istiusmodi nævum, ut passim efficitur ex iis qui ex professo de hoc argumento tractarunt* (9). *Deinde* Antiqua *Gallia Christiana (qua nititur Launoyus) corrigenda est ex* nova, *ubi ita habetur* (10) : Tristando de Aura electo Conseranensi scripsit Eugenius papa IV, quinto calendas Februarii, pontificatus sui anno 14, Christi vero 1444, ut refert Reginaldus. *Et additur :* Numeratur... inter episcopos, quibus præsentibus, Petrus, Albanus episcopus, S. Sedis legatus, sanctarum Mariæ Jacobi, Mariæ Salome et Mariæ Cleophæ corpora decentiori loco collocavit. *Hallucinatio est. In instrumento de duobus agitur corporibus inventis, nec ulla fit mentio Mariæ Cleophæ, nisi quatenus eadem censeretur cum Maria Jacobi. De Joanne de Colliargis, notat R. D. Faillon* (11) *cum in instrumento dici* Trojanensem *episcopum, non vero* Trecensem *aut* Tricastinensem; *atque exinde eliditur animadversio*

F

(1) Monum. inédits, tom. II, col. 1281. — (2) Ibid. col. 1285. — (3) Ibid. — (4) Ibid. col. 1219. — (5) Démonstrations évangéliques sur la vraie généalogie et l'histoire de Sainte Anne. Edit. 1692, fol. 16 verso. — (6) Monum. inédits, ubi supra. — (7) Acta SS. 9 Aprilis, pag. 816 et seq. — (8) Cap. 7. Opera. tom. II, part. I, pag. 265. Coloniæ Allobrogum (Genève) 1731. — (9) Mabillon de Re diplomatica, Nouveau traité diplomatique, etc. — (10) Gallia Christ. tom. I, col. 1159. — (11) Monuments inédits, tom. II, col. 1217.

Launoyi

AUCTORE B. B. *Launoyi, quin tamen soluta sit difficultas. Labitur enim ipse* Monumentorum *editor, asserens hic agi de* Joanne Paulo, *quem tradit Ughellus* (1), a sede *Potentina* translatum ad Trojanam ecclesiam kal. Augusti anno 1469, pro (post) obitum Jacobi (*de Lombardis qui electus fuerat coadjutor anno* 1458 *et obierat procul dubio circa mox dictum annum* 1469). *Ast, inquit R. D. Faillon* (2), *annus iste* (1469) mendum est : verba enim sequentia *pro obitum* satis ostendunt quam negligenter procurata fuerit operis (*Italia sacra*) impressio. *Si reverendus scriptor inspexisset ibidem seriem præsulum Potentinorum* (3), *comperisset mendum non irrepsisse, ut liquet ex sequentibus verbis :* Joannes Paulus... Antonio prædefuncto successit anno 1465. Præfuit sex omnino annos Potentinæ ecclesiæ, et ad Trojanam ecclesiam translatus est. *Hic ergo interesse non potuit anno* 1448 *corporum inventioni. Quis proinde sit Joannes ille de Colliargis hactenus non est satis compertum.*

vindicatur. 33 *Num forte agitur hic, non de Troja, urbecula in regno Neapolitano, sed de Troja in Asia minori* (4)*? Est enim hæc sedes episcopalis* in partibus, *quam summi pontifices conferre solent. Certe* B *Leo XII in consistorio, die* 23 *Junii* 1828, *hoc titulo insignivit Joannem Nuschel, abbatem Guastallensem.* D *Dicitur autem in propositione consistoriali :* In provincia Asiæ Minoris in Phrygia sita est Trojan, ab Alexandro magno extructa, sed sub infidelium jugo etiam nunc misere oppressa gemit (5). *Qui plura de hac urbe, diversa ab illa cujus fata cecinit Homerus, scire voluerit, adeat Moronii dictionarium locis citatis. Notum porro est, titulos in partibus infidelium Orientis a sæculo* XII *et præcipue* XIII *datos fuisse* (6), *quales jam complures Hispania sæculo* IX *et* X, *cum a Mauris occuparetur, habuit* (7), *ut inter alios etiam docet eruditus vir Antonius Jos. Binterim* (8), *cujus hac de re disputationem plurimum laudat Joannes Augustius* (9). *Nihil itaque impedit, quominus sæculo* XV *Trojanensis aliquis episcopus fuerit, isque in Elevationis instrumento referatur testis. Utique frequenter nostris diebus accidit, tales præsules id genus solemnitatibus interesse. Cæterum ex Annotatis constabit, Episcopos Galliæ omnino tredecim et Abbates quatuor, qui præsentes memorantur in instrumento, reipsa tunc temporis præfuisse. Post hæc fateor equidem absurdum mihi videri ob unius siveignotam sive præpostere notatam sedem, (quod tamen valde dubito an ita sit) falsitatis insimulare documentum de cætero optimæ notæ.* E

(1) Italia sacra, tom. I, col. 1347. Venetiis 1717. — (2) Mon. inédits, tom. II, col. 1218, nota *b*. — (3) Italia sacra, tom. VII, col. 141. — (4) Moroni, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica, verbo *Troia*, tom. LXXXI, pag. 83 et seqq. — (5) Ibid. pag. 86. — (6) Pellicia, de Christianæ ecclesiæ politia, tom I, pag. 112. Bassani 1782. — (7) Ibid. — (8) Denkwürdigkeiten der Christ. Katolischen Kirche, tom. I, part. II, pag. 378 et seqq. — (9) Handbuch der Chrislichen Archäologie, tom. I, pag. 212. Lipsiæ 1836.

INSTRUMENTUM SEU PROCESSUS

DE ELEVATIONE SS. MARIÆ JACOBI ET SALOMÆ ANNO CHRISTI MCDXLVIII.

***Ex actis autographis et transsumpto authentico, in Monumentis ineditis R. D. Faillon.* Tom. II, col. 1223 et seqq.**

§ I. Cardinalis de Fuxo legatus a latere, una cum rege Renato Andegavensi, in Camariam se conferunt ad elevanda Sanctarum corpora.

C F

Petrus legatus a latere a. Petrus, miseratione divina Albanensis episcopus, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, de Fuxo *a* vulgariter nuncupatus, in civitate Avinionensi et comitatu Venayssini vicarius in temporalibus, pro domino nostro Papa, generalis, ac in eisdem civitate et comitatu, Arelatensique, Aquensi, Narbonensi, Tholosanensi, et Auxitanensi provinciis sanctæ Sedis apostolicæ a latere legatus, judexque et commissarius in hac parte; una cum certis aliis nostris in eadem parte collegis, cum clausula : « Quatenus tu, frater episcope Albanensis, si ad id commode intendere potueris ac volueris, per te vel alium, si super hoc requisitus fueris, » etc.; eadem auctoritate deputatus, universis et singulis Christi fidelibus præsentes nostras litteras, sive præsentem nostrum processum, visuris, lecturis ac etiam audituris, salutem in Domino sempiternam; ac ipsis nostris præsentibus litteris, seu processui fidem plenariam adhibere.

requisitus 2 Universitatibus vestris notum facimus per præsentes quod die sabbati, quæ fuit vicesima tertia Novembris, anno inferius latius expresso *b*, serenissimo principe et domino domino Renato Hierusalem et Siciliæ rege, Andegaviæ, Barri et Lotharingiæ duce, ac Provinciæ, Forcalquerii, Cenomaniæ ac Pedemontis comite, existente Avinione, causa et pro negotio de quo etiam inferius latius subjicietur, ac personaliter coram nobis constituto in ecclesia majori Avinionensi, ac ante majus altare ejusdem, associato pluribus episcopis, prælatis, militibus et aliis notabilibus viris ditionum suarum, nobis etiam pari forma associatis episcopis, prælatis nobilibusque, burgensibus, et aliis personis egregiis civitatis et comitatus supradictorum; postquam per venerandum et egregium in sacra pagina professorem, magistrum Adhemarium Comitis, ordinis prædicatorum, ipsius domini regis confessorem, eleganter fecit eam quam erga gloriosas sanctas, Dei genitricis beatissimæ virginis Mariæ sorores, Mariam videlicet Jacobi et Mariam Salome, quarum

b

A quarum venusta corpora in ipsius regis villa de Mari, Arelatensis diocesis, ac in ecclesia quæ in villa ipsa sub honore dictæ sanctæ Dei Genitricis est fundata, infra terram per sanctos apostolos Christi recondita et tumulata fuerunt, et a Christi fidelibus ibidem cum magna veneratione venerantur, dictus rex gerit devotionem et affectionem, ut ipsa gloriosa corpora pro firmiori devotione populi, et majori veneratione earumdem Sanctarum de dicto loco eleventur, et supra altare, vel alias infra eamdem ecclesiam in tabernaculo seu capsa honorifice reponantur et recondantur, proponi coram nobis, et nobiscum astantibus fecit sub his verbis :

nomine Renati regis

5 « Reverendissime in Christo pater, ea illa sincera devotio quæ regum animos pulsare solet, in » omni religione et fide sicut scriptum est : Princeps ex fide vivit, quæ per dilectionem operatur; » nihil etiam est quod lumine clariore præfulgeat » quam recta fides in principe; regiam celsitudinem provocavit attentius, ut venusta corpora » sanctarum sororum beatissimæ Mariæ Virginis, » sanctæ Mariæ Jacobi et Mariæ Salome in ecclesia » beatæ Mariæ de Mari, quæ ipsa prima est eccle- B » sia citra montes (sicut Gervasius attestatur), sub » humo jacentia et sepulta, miro tamen odore fragrantia, ne tantus videlicet fidei splendor sub » caligine obumbretur, erigantur sursum in patulo » et eminentiorem in locum, cum omni et debita » honorificentia transferantur. Unde, pater reverendissime, secutum est pro expetente, et soler- » ter prosequente serenissimo principe domino * hæc » rege hic præsente, in cujus ditione sacra hujus* » corpora constituta sunt, fervore in ea parte devotionis accenso, sanctissimus dominus noster » papa, cujus providentia circumspecta, actibus » intenta salubribus et operibus exposita pietatis, » libenter exsequitur quæ sunt Dei, rem hanc exse- » quendam salubriter vobis suæ sanctitatis dignis- » simo vicario et legato de latere committendam » duxit specialiter et mandavit, sicut constat sacris » apicibus quorum ex parte regia fit humilis exhi- » bitio de præsenti. Quocirca humilis et devota » creatura regis precatur et rogat suppliciter, » etiam postulat et requirit quatenus eadem vestra » reverendissima Paternitas dignetur et velit in- C » junctum onus hujusmodi a sede apostolica reci- » pere et amplecti; et tandem statuenda die ad » locum ministerii proficisci, et successive accer- » sitis dominis coepiscopis et prælatis, servatisque » solemnibus in actibus hujusmodi celebribus, » debitis et consuetis, rem exsequi et finire in » Domino, sicuti noverit expedire. Quod, pater » reverendissime, profecto cedet ad laudem, glo- » riam et honorem omnipotentis Dei, fidelium » animarum salutem, decus etiam et exaltationem » ecclesiæ suæ sanctæ, perpetuo in futurum. »

et acceptis litteris

4 Ipse serenissimus rex et princeps, nobis, coram notario publico, et testibus, inferius nominatis, exhibuit et præsentavit litteras apostolicas, quas, super elevatione hujusmodi, sanctissimus dominus noster papa nobis ad postulationem ipsius domini regis dirigit atque mandat, quas de manibus ipsius domini regis cum ea, qua decet, reverentia recepimus, tenorem qui sequitur de verbo ad verbum continentes :

Nicolai Papæ V,

5 « Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei, » venerabilibus fratribus Petro, episcopo Albanensi » et archiepiscopo Aquensi ac episcopo Massi- » liensi, salutem et apostolicam benedictionem. » Piam sanctorum et sanctarum memoriam reco- » lendam, qui, Christi sequendo vestigia, æternæ » beatitudinis præmia consecuti, cuncti Christi » fideles eo debent libentius honorare, quo eorum » merita gloriosa, uberior justis tribuitur gratia, » et peccatoribus delictorum suorum venia, ipso- » rum intercessionibus, facilius indulgetur; pro- » pter quæ fideles ipsos ad eorum venerationem » sanctorum et sanctarum tanto attentius invita- » mus, quanto id efficacius eis proficere novimus » ad salutem. Sane, sicut ex serie petitionis, pro » parte carissimi in Christo filii nostri Renati, Si- » ciliæ regis illustris, nobis oblatæ, percepimus, » licet corpora sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ » Salome in ecclesia beatæ Mariæ villæ de Mari, » Arelatensis diœcesis, infra terram, in loco ho- » nesto, per sanctos discipulos Christi recondita » et tumulata fuerint, et a Christi fidelibus ibidem » cum magna veneratione venerentur; tamen idem » rex pro ferventiori devotione populi, et majori » veneratione earumdem Sanctarum, affectat cor- » pora et reliquias hujusmodi de dicto loco elevari, » et supra altare vel alias infra eamdem ecclesiam, » in tabernaculo seu capsa argentea, honorifice » reponi et recondi, si desuper a sede apostolica, » concedatur licentia. Quare pro parte dicti regis » nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his E » opportune providere de benignitate apostolica » dignaremur. Nos igitur, effectionem dicti regis » plenariam in Domino commendantes, ac cupien- » tes ut corpora et reliquiæ Sanctarum hujusmodi » a Christi fidelibus congrue venerentur ac de- » center conserventur, hujusmodi supplicationibus » inclinati, fraternitati vestræ, per apostolica » scripta, mandamus, quatenus tu, frater episcope » Albanensis, si ad id commode intendere potueris » ac volueris, per te vel alium, si super hoc re- » quisitus fueris, alioquin vos fratres, archiepiscope » et episcope Massiliensis, aut alter vestrum, si ita » est, corpora et reliquias Sanctarum hujusmodi » de dicto loco licite elevandi, et supra altare, vel » alias infra ipsam ecclesiam, in tabernaculo ho- » nesto seu capsa argentea, reponendi et recon- » dendi, cum solemnitatibus in talibus requisitis, » auctoritate nostra licentiam concedatis. Datum » Romæ, apud sanctam Potentianam *d* anno Incar- *d* » nationis Dominicæ millesimo quadringentesimo » quadragesimo octavo, tertio decimo calendas » Novembris, pontificatus nostri anno secundo. » F

ad elevanda SS. Matronarum

6 Quibus quidem apostolicis litteris, superius insertis, sicut supra dictum est, nobis præsentatis et per nos receptis, ipsarumque tenore de nostro mandato, ibidem in publica concione, alte et intelligibiliter, per dictum notarium publicum, lecto et publicato; nos Petrus, episcopus cardinalis, vicarius et legatus ac judex, et commissarius apostolicus supradictus, cupientes mandatis apostolicis obedire, piamque et devotam dicti domini regis, in hac parte, devotionem supra dictam, suum debitum consequi effectum, obtulimus ibidem nos fore dispositos et paratos, quam citius commode poterimus, ad exsecutionem dictarum litterarum apostolicarum, in propria intendere et propterea dictam Villam de Mari adire. De quibus omnibus et singulis præfatus dominus rex requisivit sibi, pro parte sua, nosque etiam pro parte nostra, requisimus nobis fieri publicum instrumentum, per notarium publicum infra scriptum.

corpora,

7 Quæ omnia sic gesta et acta fuerunt Avinione, ubi et die quibus supra, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, indictione undecima cum eodem anno sumpta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai, divina providentia Papæ

EX R. D. PAILLON.

EX R. D. FAILLON. *e f g h i k*

quinti anno secundo; præsentibus ibidem reverendissimo reverendisque in Christo patribus et spectabilibus viris, Dñis R. archiepiscopo *e* Aquensi; Rō. Tarbiensi *f*, G. Vapincensi *g*, N. Massiliensi *h* T. Conseranensi *i*, episcopis; Tanguido de Castro *k*, milite, senescallo; Joanne Martini, legum doctore, cancellario Provinciæ, et pluribus aliis astantibus ad præmissa.

die 2 Decembris.

8 Deindeque, adveniente die dominica immediate sequenti, quæ fuit dies vicesima quarta Novembris supradicti, concluso et concordato inter dictum dominum regem et nos, de die qua ipsius domini regis placentia intendebat nos debere convenire apud dictum locum de Mari, pro dictarum litterarum apostolicarum superius insertarum executione per nos facienda; præfatus dominus rex unam missam solemnem de sancto Spiritu, in dicta ecclesia Avinionensi, solemniter per supra dictum dominum Conseranensem episcopum decantari fecit, in qua, una cum ipso domino rege nobisque, episcoporum, prælatorum, nobilium, et aliarum egregiarum personarum multitudo copiosa interfuit; et facta in ipsa missa prædicatione per venerandum sacræ paginæ professorem, magistrum

l

B Martialem Auribelli *l*, ordinis Prædicatorum, in generali studio Avinionensi in sacræ theologiæ facultate regentem, idem magister Martialis piam et devotam dicti domini regis, in hac parte, devotionem, eleganter in dicta prædicatione publicavit; et successive diem, qua ad exsecutionem dictarum litterarum apostolicarum et gloriosarum Sanctarum, supra dictarum, corporum elevationem dictus dominus rex nos procedere intendebat : quod erit, Altissimo permittente, die lunæ, quæ erit dies secunda instantis, et proxime futuri, mensis Decembris.

se confert in Villam S. Mariæ de Mari.

9 Qua die secunda Decembris adveniente, nobis apud dictam villam de Mari existentibus, præfatus dominus rex serenissimus, coram nobis, ut ad exsecutionem dictarum apostolicarum litterarum, superius insertarum, potestatem nostram in hac parte continentium, procedere deberemus, coram nobis, realiter et de facto exhibuit et produxit quemdam processum verbalem, per reverendum patrem dominum Nicolaum de Brancassiis, episcopum Massiliensem, quem ad hujusmodi negotium idem dominus noster papa, hæsitans ne forte nos ad elevationem supradictam personaliter

C vacare possemus, per antea, per ipsius domini nostri apostolicas litteras, commissarium deputaverat, factum super perquisitione et inventione corporum dictarum Sanctarum; certasque informationes, per eumdem dominum episcopum, receptas super voce et fama earum sepulturæ, et alia certa scripta, a magnæ sanctitatis viris, super tumulatione dictarum Sanctarum tradita, et aliis circumstantiis circa hæc requisitis; quorum tenores de verbo ad verbum sequuntur et sunt tales; et primo processus dictæ perquisitionis est talis.

ANNOTATA.

a *Gallice :* de Foix. *Præclarissimi viri hujus, qui tantum addidit Franciscanæ familiæ decus, tam strenue certavit pro ecclesia Dei, brevem hic dare convenit notitiam ex Waddingi annalibus* (1) : Ortus est Isabella Castelbona, quæ in principatu successit anno MCCCC Matthæo fratri comiti Fuxensi, et nupsit Archambaldo de Grayly capitaneo, seu capitali Bojorum vel Bojarum (vulgo Gallico *cap. de Buch*) in Aquitania. His quinque liberi, *quorum* quintus D Petrus hic, ab utero matris beato Francisco dicatus. Habitum induit in conventu Morlanico in Bearnia, a suis majoribus constructo, et theologiæ cursum feliciter peregit. In ipsa adolescentia ad ecclesiam Lascarensem et cardinalatus dignitatem ab æmulis pontificibus (*Alexandro V Romæ sedenti, et Benedicto XIII Avenione*) assumptus, mox ad episcopatum transfertur Convenarum in Gallia, sub archiepiscopo Auscensi; iterumque perpetua ei confertur administratio ecclesiæ Lascarensis, quam anno MCCCCXXXIII retinebat. Archiepiscopum etiam Aquensem Claudius Roberti, et Tholosanum nuncupat Ciaconus; sed Arelatensem pro Tholosano oportebat dicere : in hac enim sede successit, jubente Nicolao V anno pontificatus IV, Ludovico Alamano (*de quo dicam infra ad* § 11) sanctæ Cæciliæ Presbytero cardinali. Ex titulo etiam cardinalitio sancti Stephani in Cœlio monte, a Benedicto XIII collato et a Martino V confirmato, translatus est ab Eugenio IV ad episcopatum Albanensem. Benedicto derelicto, interfuit concilio Constantiensi; et in Sessione XXV legitur procurator Joannis comitis Fuxi (Germani fratris) et trium statuum vicecomitatus Bearnensis. *Electo Martino V, Sardiniæ et* E *Siciliæ legationibus fungitur; dein ad Hispanos missus, schisma diuturnum et idolum Peniscollæ penitus delevit. Clementem VIII, Benedicti XIII successorem, pseudo-pontificatu abdicare coegit; pœnitentes absolvit, contumaces et obstinatos carcere conclusit; pacem inter Martinum papam et Alphonsum regem Aragonum, mox inter hunc et Joannem Castellæ regem componit. Honore auctus et opimis spoliis ecclesiasticæ suppellectilis in Hispaniam abductæ, et præsertim tiara sancti Silvestri onustus, in Urbem gloriosus regreditur, et honorifice a Martino V excipitur. Defuncto Alphonso Carrillio, cardinale sancti Eustachii legato Avenionensi, ab Eugenio IV anno 1434 substituitur Petrus cum amplissima potestate. Id munus sub Nicolao V, Calixto III, Pio II et Paulo II invitus obtinuit : sæpe enim ob crebras ægrotationes et senescentem ætatem, missionem petitam non impetravit... Orto schismate Felicis Sabaudi, Eugenii partem inter potissimos hostes constantissime defendit.* Avenione et alibi sacras ædes magnifice extruxit... III Idus Septembris, assumptionis *ad cardinalatum* (2) anno LVI *et legatione Avenionensi XXXIV* (3), Christi MCCCCLXIV Deo animam reddidit, die sanctæ Luciæ, ut legitur in calen- F dario collegii Fuxensis, hora prima in ortu solis. *Sepulturam ipse suam elegerat apud fratres Minores : ita enim habetur in testamento quod paulo ante mortem condiderat* (4) : Eligimus corpori nostro sepulturam in ecclesia conventus fratrum Minorum præsentis civitatis Avenionensis, et in medio chori ipsius ecclesiæ, volentes et ordinantes fieri unum lapidem fortem ponendum super sepultura nostra, in quo sculpatur imago nostra cum armis et habitu nostris; ita quod dictus lapis non sit elevatus a terra, sed stet in plano. *Additum sequens epitaphium, in qua mentio fit Elevationis :* Sub hoc humili jacet loco frater P. de Fuxo, creatus cardinalis anno ætatis suæ XXI, qui in concilio Constantiensi cum RR. cardinalibus, et in Hispania legatus schisma delevit, et duos Hispaniæ Reges confœderavit : tiaram sancti Sylvestri Lateranensi ecclesiæ restituit : Avenionensem, ac diversas provincias, ut patriæ pater, annis XXXIV rexit; Jacobi et Salome Marias in alto locavit. Tandem anno MCCCCLXIV mense Decembri, animam cœlo reddidit, quam

(1) Annales Minorum, tom. IX, pag. 331 et seqq. — (2) Ibid. tom. XIII, pag. 356. — (3) Ibid. — (4) Ibid. tom. IX, pag. 333.

sancta

A sancta suscepit de terris Lucia, Pauli pontificis maximi anno 1.

b *Scilicet* 1448.

c *Gallice:* Adhémar de Comte.

d *In authographo habetur :* Pudentianam.

e *Roberto.* Robertus vulgo dictus *Damiani* cognominabatur *Rogier*, Bituricus patria; *archiepiscopus Aquensis ab anno* 1457 *ad annum saltem* 1457. Honoratus Bouche eum recenset in capite præsulum omnium qui convenerunt anno 1448 ad translationem trium(*inepta vox : in toto instrumento de* duabus *agitur*) sanctarum Mariarum (1).

f Rogerius Fuxensis de Castro bono (*Roger de Foix de Castel-Bon*) ex episcopatu Adurensi traducitur ad Tarbensem, sedebatque anno 1441... obiit anno 1461 (2). *Consanguineus erat cardinalis legati* (3).

g Galcherius de Forcalquerio (*Gaucher de Forcalquier*)... episcopatu Vapincensi donatus est incertum quo anno... diu vixit et usque ad annum 1480 (4).

h Nicolaus de Brancaciis seu Brancassiis (*de Brancas*)... delphinum Viennensem, Ludovicum postea regem Galliæ XI, Massiliæ excepit 1447, 7 Maji, cum pietatis causa S. Magdalenæ cryptam
B visitasset... elevavit corpora SS. Mariarum... obiit anno 1466 (5).

i *Vide Comment. præv. numerum ultimum.*

k *Gallice :* Taneguy Duchatel (6).

l *Gallice :* d'Auribeau (7).

§ II. Exhibetur Legato Processus perquisitionis præviæ SS. corporum, factæ ab episcopo Massiliensi, commissario apostolico.

Nicolaus, ep. Massiliensis

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ad laudemque ejusdem ac gloriosissimæ et intemeratæ Dei genitricis Mariæ, suarumque gloriosissimarum sororum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, Christi materterarum. Amen. Universis Christi fidelibus Nicolaus de Brancassiis, miseratione divina Massiliensis episcopus,
C judex et commissarius apostolicus, in hac parte, una cum quibusdam nostris in eadem parte collegis, cum clausula : *quatenus vos, vel alter vestrum* etc., et apostolica auctoritate deputatus, salutem et præsentibus fidem indubiam adhibere.

paranda Elevationis

11 Universitatibus vestris attestamur, ac notum facimus et manifestum, per præsentes : quod serenissimus princeps et dominus noster, dominus Renatus, Hierusalem et Siciliæ rex, Andegaviæ, Barri et Lotharingiæ dux, Provinciæ, Forcalquerii et Pedemontis comes, piam sanctorum et sanctarum memoriam qui, Christi sequendo vestigia, æternæ beatitudinis sunt præmia consecuti, recolens, et devota consideratione attendens, quod in villa sua de Mari, Arelatensis diocesis, in insulis quæ antiquitus Sicados, nunc vero, vulgo, de Ca-
a marguas, quasi charas Marchias *a*, Rhodano flumine per tria ostia diviso, clausis; terra fertili, salinis inexcelsæ bonitatis, piscationibus stagnorum marium, fluvialibus venationibus, cirogrillis aucupationibus, et pascuis incomparabilibus, decoratis, sita, et in ecclesia parochiali ejusdem villæ, sub honore beatissimæ Dei genitricis Mariæ constructa, quæ, multis attestantibus scripturis, prima omnium ecclesiarum citra marinarum, ac a discipulis a Judea pulsis, et in rate sine remigio dimissis per mare, beatis Maximino Aquensi, Lazaro Massiliensi evangelico, fratre beatarum Marthæ et Mariæ Magdalenæ, Eutropio Auraycensi, Georgio Vellaycensi, Saturnino Tholosanensi, Martiale Lemovicensi, Trophimo Arelatensi, ex septuaginta duobus discipulis, consecrata existit, requiescunt in terra, ut fidelium firma credulitas, ac etiam auctoritate plena vetustas attestantur et pie tenent, corpora gloriosa sanctarum Domini Nostri Jesu Christi materterarum, dictæ gloriosissimæ suæ Genitricis sororum, Mariæ Jacobi et Mariæ Salomæ, *quæ* mane *prima sabbati* cum aromatibus *venerunt videre sepulcrum,* pluriumque aliorum Sanctorum reliquiæ multæ : disposuit et affectat, divæ memoriæ progenitorum suorum vestigia insequens, corpora et reliquias hujusmodi, pro ferventiori populi devotione, et majori veneratione earumdem Sanctarum, facere, suis propriis sumptibus et expensis, postpositis, ob ingentem devotionem hujusmodi, omnibus aliis suis curis, de dicto loco elevari, et super altare vel alias infra eamdem ecclesiam, in taber- E
naculo, seu capsa argentea honorifice reponi et recondi : obtenta a sancta sede apostolica super hoc licentia condecenti; et in elevatione hujusmodi, personaliter, cum illustrissima domina nostra regina, consorte sua, interesse, ac facere, cum reverendissimo in Christo patre et domino, domino Petro episcopo Albanensi sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinali, de Fuxo vulgariter nuncupato, partibus in istis dictæ sanctæ sedis apostolicæ legato, evocari et conveniri, in dicta villa diversos ditionum suarum, et aliarum circumvicinarum, et etiam remotarum partium, prælatos et viros tam ecclesiasticos quam temporales.

causa

12 Quapropter, postquam ut dictum est, ipse dominus noster rex, super hoc, a dicta sancta sede apostolica habuit licentiam condecentem, habuitque a domino nostro cardinali legato supradicto, verbum quod dictarum gloriosarum Sanctarum devotione, et ipsius serenissimi domini nostri regis contemplatione, in exsecutione hujusmodi elevationis libenter, disponente Domino, intererit : placuit majestati dicti domini nostri regis, etiam ad id interveniente beneplacito dicti domini nostri cardinalis legati, nos, ad disponendum negotium F
hujusmodi elevationis, et faciendum cætera, quæ perantea erant facienda, gratiose præeligere et præeligit.

Arelatum venit;

15 Nosque Nicolaus, episcopus, judex et commissarius apostolicus præfatus, affectionem dicti domini nostri regis considerantes, cupientes illi totis viribus obsecundare; assumpto, pro notario et scriba nostro in hac parte, honesto et sapiente viro Humberto de Rota, cive Avinionensi, publico, auctoritatibus apostolica et imperiali, notario; anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, indictione undecima cum eodem anno sumpta, die vero jovis quæ fuit dies quarta decima Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Nicolai, divina providentia papæ quinti, anno secundo; pro mandato supradicti domini nostri papæ, proque dicti domini nostri regis voluntate et affe-

ctione

(1) Gallia Christiana, tom. I, col. 527. — (2) Ibid. col. 1257. — (3) Monuments inédits, tom. II, col. 1228. Ad marginem. — (4) Gallia Christiana, tom. I, col. 469. — (5) Ibid. col. 664. — (6) Monuments inédits, tom. I, col. 1527. — (7) Ibid. tom. II, col. 1228. Ad marginem.

EX R. D. FAILLON.

ex R. D. FAILLON.

ction devotis exsequendis, discessimus, cum dicto notario nostro de Avinione, ad civitatem Arelatensem, in quam venimus die veneris immediate sequenti. Et qnia idem dominus noster rex nobis injunxerat quod in exsecutione dictarum suarum voluntatis et affectionis devotarum vocaremus nobilem et patentem virum dominum Joannem Arlatan, militem, dominum de Castronovo, dictæ diocesis, ipsius domini nostri regis cambellanum fidelem; et ipse dominus Joannes, pro tunc a dicta civitate pro hujusmodi negotio absens erat, nec rediit ad dictam civitatem Arelatem, donec die dominica immediate sequenti circa horam vesperorum ejusdem; ideo ab aliquid negotiando, in hujusmodi negotio, usque ad dictam diem dominicam supercessimus.

ubi a vicario generali

14 Adveniente vero die dominica, immediate sequenti, circa horam vesperorum, quæ fuit decima septima Novembris supradicti, reverso apud Arelatem domino Joanne Arlatan supradicto, venerandus pater et egregius decretorum professor, dominus Joannes Albaleti canonicus et præpositus ecclesiæ Arelatensis *b* vicarius in spiritualibus et temporalibus, ac officialis generalis archiepiscopatus Arelatensis *c* associatus pluribus et diversis canonicis dictæ ecclesiæ Arelatensis, ac officiariis tam spiritualibus quam temporalibus et nobilibus, burgensibus, et cæteris civibus dictæ civitatis, præsentiam nostram adiens, nobis in diversorio Mutonis *d*, in quo tunc eramus, cum familia nostra hospitati; reverenter, ex parte supradicti domini nostri regis, postquam de vita et conversatione dictarum Sanctarum gloriosarum, effectioneque et devotione ferventissimis in hac parte dicti domini nostri regis, aliqualem narrationem fecit eleganter, exhibuit et præsentavit coram notario nostro supradicto et aliis, propterea, ut supradictum est, ad invicem convocatis et congregatis, litteras apostolicas per sanctissimum dominum nostrum papam eidem domino nostro regi super elevatione hujusmodi concessas, sua ipsius domini nostri papæ vera bulla plumbea bullatas, potestatem nostram in hac parte continentes, sanas et integras, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes; quas, cum ea qua decet reverentia humiliter recepimus, tenorem qui sequitur de verbo ad verbum continentes.

b

B

c

d

C

exhibetur commissionis bulla.

15 « Nicolaus episcopus, servus servorum Dei,
» venerabilibus fratribus archiepiscopo Aquensi,
» et episcopo Massiliensi salutem et apostolicam
» benedictionem *e*. Piam sanctorum et sanctarum
» memoriam recolendam, qui Christi sequendo
» vestigia, æternæ beatitudinis præmia consecuti,
» cuncti Christi fideles eo debent libentius hono-
» rare, quo eorum merita gloriosa, uberior justis
» tribuitur gratia, et peccatoribus delictorum suo-
» rum venia, ipsorum intercessionibus, facilius
» indulgetur; propter quæ fideles ipsos ad eorum ve-
» nerationem sanctorum et sanctarum tanto atten-
» tius invitamus, quanto id efficacius eis proficere
» novimus ad salutem. Sane, sicut ex serie petitio-
» nis, pro parte carissimi in Christo filii nostri Re-
» nati, Siciliæ regis illustris, nobis oblatæ perce-
» pimus, licet corpora sanctarum Mariæ Jacobi et
» Mariæ Salome in ecclesia beatæ Mariæ, villæ de
» Mari, Arelatensis diocesis, infra terram in loco
» honesto per sanctos discipulos Christi recondita
» et tumulata fuerint, et a Christi fidelibus ibidem,
» cum magna veneratione venerentur, tamen idem
» rex pro ferventiori devotione populi, et majori
» veneratione earumdem Sanctarum, affectat cor-
» pora et reliquias hujusmodi de dicto loco elevari, D
» et supra altare vel alias infra eamdem ecclesiam
» in tabernaculo seu capsa argentea, honorifice
» reponi et recondi, si desuper a sede apostolica
» concedatur licentia. Quare, pro parte dicti regis,
» nobis fuit humiliter supplicatum ut super
» his opportune providere de benignitate aposto-
» lica dignaremur. Nos igitur affectionem dicti
» regis plurimum in domino commendantes, ac
» cupientes ut corpora et reliquiæ Sanctarum hu-
» jusmodi a Christi fidelibus congrue venerentur
» ac decenter conserventur, hujusmodi supplica-
» tionibus inclinati, fraternitati vestræ, per apo-
» stolica scripta mandamus, quatenus vos *f*, vel *f*
» alter vestrum, si ita est, corpora et reliquias
» Sanctarum hujusmodi de dicto loco licite elevandi
» et supra altare, vel alias infra ipsam ecclesiam,
» in tabernaculo honesto seu capsa argentea, re-
» ponendi et recondendi, cum solemnitatibus in
» talibus requisitis, auctoritate nostra, licentiam
» concedatis. Datum Romæ, apud sanctum Petrum,
» anno Incarnationis dominicæ millesimo quadrin-
» gentesimo quadragesimo octavo, tertio nonas
» augusti, pontificatus nostri anno secundo coro-
» natus. »

E

Citantur quoque

16 Et post hujusmodi præsentationem dictarum apostolicarum, nostræ in hac parte potestatis, litterarum, et illarum receptionem tenorisque illarum, ibidem in aperto ac publice, alta et intelligibili voce, de eis factam, nostro mandato per dictum nostrum notarium lecturam; dominus præpositus et vicarius præsentans, superius nominatus, nos instantissime, tam ex parte sanctissimi domini nostri papæ, quam etiam domini nostri regis supradicti, requisivit, quatenus ad exsecutionem ipsarum litterarum et contentorum in illis procedere curaremus. Nos igitur Nicolaus, episcopus, judex et commissarius apostolicus supradictus, cupientes in præsenti negotio, cujus qualitate attenta, mature procedere, voluimus, ante omnia, de legenda dictarum Sanctarum gloriosarum, et quæ, et qualia, voce et fama publicis in patria illa credebatur, tenebatur et reputabatur, aliisque circumstantiis, quæ nobis in et circa hoc negotium expedire videbantur, voluimus informari.

scripta

17 Quamobrem præfatus dominus præpositus et vicarius Arelatensis, pro nostra hujusmodi informatione in hac parte, facto et realiter, coram nobis, exhibuit et produxit extractam legendam, F quæ annis singulis in ecclesia Arelatensi et aliis ecclesiis ejus diœcesis ac provinciis, ubi de dictis gloriosis Sanctis fit et colitur festum, legitur et declaratur, in quodam papyri quaterno a registris et libris dictæ Arelatensis ecclesiæ extracto. Produxit insuper et exhibuit, pro nostra supradicta informatione, extractum hujus, quod Gervasius in suo Tractatu seu Otio imperiali, lib. II, de Divisione orbis et provinciarum, in parcella de provincia Arelatensi incipiente, in § *Narbonensis,* etc., scribit et narrat, ubi expresse ponit dictarum gloriosarum Sanctarum corpora, ut supra in principio præsentium enarrata, quiescere et fuisse sepulta. Quod quidem scriptum corroboratur per ea quæ in Rationali divinorum officiorum, libro primo, de Dedicatione altarium, in §.....; postea vero circa finem ipsius § incipientis *Verumtamen;* quorum omnium, sic productorum, tenores hic inserere et facere omittimus, brevitatis causa, atque cessamus.

et adducuntur testes,

18 Produxit insuper novem notabiles et egregias personas tam ecclesiasticas quam sæculares de antiquioribus personis dictæ Arelatensis civitatis, per quas et eorum depositiones dicebat nobis apparere debere,

A debere, quomodo, voce et fama publicis referentibus, dictæ gloriosæ sanctæ Dei Materteræ, pro sanctis gloriosis palam, publice, communiter et notorie habentur et reputantur, habitæque et reputatæ fuerunt et exstiterunt; etiam id approbantibus diversis miraculis, ab omnibus indifferenter palamque, publice et manifeste, et sine hæsitatione seu dubitatione quacumque, ac a tantis temporibus citra et ultra, quod de initio seu contrario memoria hominum non habetur. Quodque earum corpora gloriosa in ecclesia nostræ Dominæ de Mari fuerunt per sanctos Dei discipulos, de Hierosolymis a Judæis in mari sine gubernaculo expulsos, fuerunt et sunt in eadem ecclesia sepulta, ut pie ab omnibus creditur, vociferatur et habetur, etiam sine hæsitatione et contradictione quibuscumque.

quibus declaratur antiqua traditio.

19 Quodque etiam de ipsis gloriosis Dominabus fit et celebratur, anno quolibet, in civitate et diœcesi Arelatensi, festum seu festivitas, cum duplici solemnique et proprio officio, tam in die quam per octavas, videlicet de sancta Maria Jacobi, die vicesima quinta Maji; et de sancta Maria Salomne, die vicesima secunda Octobris; et de aliis circumstantiis, circa hæc necessariis et opportunis. Quos no-

B vem testes, sic coram nobis productos, nos ad dicti producentis instantiam, in testes, duximus, ad perhibendum testimonium veritati in hac parte, admittendos et admisimus; eosque successive de et super voce et fama, credulitate, reputatione et aliis circumstantiis supradictis, diligenter, singulariter et secrete, recepto primitus ab ipsis et eorum quolibet corporali juramento ad sancta Dei Evangelia, tactis propterea in manibus nostris per eos et eorum quemlibet successive sacris divinis Scripturis, de deponendo et testificando nobis eam quam de et super his scirent veritatem, nullamque in suis testimoniis immiscere falsitatem, prece, pretio, timore, amore, odio et favore quibusilibet postpositis, totaliter semotis, audivimus et examinavimus diligenter; et ea, quæ super his tulerunt, testimonia in scriptis ad partem per dictum notarium nostrum, et in hac re coram nobis scribam superius nominatum, redigi mandavimus et fecimus.

Post hæc episcopus petit

20 Et illis redactis completisque per nos, eis quæ pro hujusmodi elevationis negotio visa nobis fuere facienda, disposuimus, pro ulteriori et latiori informatione nostra, nos in propria transferre

C usque ad dictam villam de Mari, locum dictæ ecclesiæ nostræ Dominæ de Mari oculis suspicere; et ducere nobiscum dominum Joannem Arlatan, qui fuit exsecutor cujusdam ordinationis, per reverendissimum in Christo Patrem dominum Robertum, modernum Aquensem archiepiscopum nostrum in hac parte collegam, in favorem hujusmodi elevationis factæ; per quam mandavit idem collega noster dictam ecclesiam nostræ Dominæ de Mari fodi, et fodiendo perquiri et sentiri quid de sepultura dictarum sanctarum Dominarum reperiri posset, ut ipse dominus Joannes, qui interfuit in perquisitione supradicta, nobis locum ostendere, et de sic circa hæc gestis et repertis informare et informari facere haberet. Hac igitur de causa, die Martis proxime tunc immediate sequenti et novissime lapsa, quæ fuit dies decima nona Novembris supradicti, discessimus, una nobiscum domino Joanne Arlatan, notarioque ac familia nostris supradictis, de Arelate, et iter arripuimus ad dictam villam de Mari; in qua applicuimus ipsa die, hora tertia post meridiem; et illico nobis ibidem applicatis accersiri mandavimus et fecimus, per dictum

g dominum Joannem Arlatan, bajulum regis *g* ac syndicos dictæ villæ, nec non eos qui ex ordinatione dicti domini collegæ nostri perquisitionem fodiendo dictam ecclesiam fecerant.

EX R. D. FAILLON.

21 Quibus omnibus sic accersitis, nos cum eis transtulimus ad dictam ecclesiam Nostræ Dominæ de Mari, quam clausam reperimus; et illam per honorabiles viros Poncium Comitis et magistrum Joannem Gondelim, notarium et syndicum dictæ villæ, custodes ex ordinatione dicti nostri collegæ clavium dictæ ecclesiæ, ac habentes ex mandato etiam pœnali, ne aliquem cujuscumque sexus, status, præheminentiæ seu condictionis esset, haberent seu sinerent introducere sive introduci infra dictam ecclesiam, sine ipsius domini collegæ nostri, aut præfati domini nostri regis, aut alterius, ab ipso domino nostro rege seu alio superiore mandatum habentis, præter horam qua missa in dicta ecclesia dicitur, licentia expressa; et quod tunc ipsa hora haberent interesse, introducendis tunc fortiores et præcavere, ne pars dictæ ecclesiæ in qua, ut dictum est, pro inquisitione supradicta est fossa, per quempiam ingredi haberet seu videri; aperiri nobis et nobiscum astantibus mandavimus et fecimus.

villam S. Mariæ de Mari;

E

22 Qua aperta, nobisque in illa et una nobiscum milite, custodibus, et notario nostro supradictis, ac honorabilibus viris dominis Giraldo Sampsonis, monacho monasterii Montis majoris, ordinis Sancti Benedicti, dictæ ecclesiæ priore, et Hugone Rollandi, presbytero vice curato ipsius ecclesiæ, et non pluribus introductis, dictam ecclesiam oculis subjecimus. Quam ecclesiam ab extra habere comperimus solum duas januas, unam majorem altera, videlicet a qualibet sui parte progrediendo in latum unam januam; et infra comperimus ipsam ecclesiam fore tripartitam videlicet in navim seu navem pro prima; et in unam capellam satis protensam, clausam ante uno cledassio *h* de ferro, et duobus lateribus, et retro muro de lapide quadrato, pro secunda; et in chorum, seu partem illam quæ psallentibus clericis tantummodo patere debet, pro reliqua et tertia partibus; et ad quam tertiam partem aditus de ipsa ecclesia haberi non poterat, neque potest, nisi per longum muri lateraliter in largum ductum dictæ capellæ facientis.

ingressus

h

23 Et plus comperimus in dicta secunda parte, quæ capella Sanctarum prædictarum vulgo appellatur, quod ipsa secunda pars erat quasi hinc et

F inde ad longum et latera fossa, et habebat in medio unum canale aquæ dulcis, et hucusque in hodiernum diem a peregrinis, et aliis Christi fidelibus, dictam ecclesiam visitantibus, causa devotionis, et alias, credebatur pie et asserebatur corpora sancta dictarum Dominarum sanctarum fuisse et esse sepulta in pede principalis altaris ipsius capellæ; quod erat de uno lapide marmoreo, longitudinis circa septem palmorum, et latitudinis trium palmorum; pro eo, quia juxta ipsum altare existit forma unius putei dictæ aquæ dulcis, quæ aqua soluerat et solebat ab ipsam ecclesiam gubernantibus dari et tradi Christi fidelibus, illic causa peregrinationis et devotionis venientibus, et etiam patientibus morsu canum seu canis rabidi; et comperta dicta secunda parte seu capella et fossa, et aliis in dispositione superius enarratis, voluimus certiorari quare ipsa secunda pars seu capella sic erat, et fuerat fossa.

ecclesiam,

explorat terram

24 Pro qua nostra certificatione de re hac fuit nobis ibidem significatum, tam per militem et syndicos quam alios dictæ villæ, nobiscum tunc existentes, quod ipsa capella fuerat sic fossa ex ordinatione

ex R. D. FAILLON.

natione et de mandato supradicti domini Aquensis archiepiscopi collegæ nostri; et in ea fodiendo indegatum * et investigatum, si corpora sancta dictarum Sanctarum gloriosarum, una cum reliquiis aliis per eas a Hierosolymis apportatis, qui secundum antiquas scripturas dicebantur fuisse in dicta ecclesia sepulta, et, ut credebatur, in dicta capella; et finaliter indagato et fosso in dicta capella usque ad abyssum, id est usque ad inventionem dictæ aquæ dulcis, nihil fuerat in dicta capella inventum, nisi dicta aqua dulcis. Item etiam oculis subjiciendo dictam dictæ ecclesiæ tertiam partem, quæ chorus ipsius ecclesiæ existit, ac pro clericis psallentibus juxta sanctissimas canonicas sanctiones patet, vidimus et comperimus dictam tertiam partem, totaliter a principio usque ad finem, usque ad majus altare, quod est in capite seu fine ipsius tertiæ partis, fossam et indagatam.

* indagatum

antea effossam.

25 Et interrogatis milite et aliis de dicta villa nobiscum ibi existentibus, qui foderant et præsentes fuerant in fossione et indagatione ipsius partis, comperimus, eorum testimoniis et relationibus, ipsam tertiam partem fuisse sic fossam et indagatam ex ordinatione et de mandato domini collegæ nostri supradicti. Comperimus etiam ex relationibus et testimoniis supradictis, quod quasi circa medium dictæ tertiæ partis prope murum a parte sinistra cavando et fodiendo fuerat reperta rupta quædam parva crota *i* rotunda subterranea, in medio dictæ capellæ, de lapidibus satis debiliter constructa, qui * extendebat se in latitudine ex traversio *k* totius dictæ capellæ; et habebat, in medio ipsius muri, murus ipse unam parvam portam: per quam habebatur accessus ab altari de terra pista, de quo infra latius dicetur, in tertia parte dictæ capellæ, ad dictam aquam dulcem; et subtus dictam votam *l*, certæ scutellæ de terra ad comedendum dispositæ, et certæ petiæ *m* plurium aliarum similium scutellarum de terra, etiam certa quantitas de cineribus et de carbonibus.

B

i

* quæ

k

l

m

26 Et statim post repertionem seu inventionem scutellarum, et cinerum ac carbonum hujusmodi, plus fodiendo versus majus dictum altare, prope ipsum majus altare, et satis profunde fere per mediam canam *n* fodientes et indagantes hujusmodi, invenerunt fere per spatium unius canæ, progrediendo ab ipso majori altari, ad medium tertiæ partis in longo, unam magnam quantitatem terræ pistæ, diversam valde a terra alia cavata et fossa in ipsa ecclesia et tertia parte, et in ipsa terra sic pistata unum parvum pilare *o* rotundum de marmore, altitudinis unius cubiti; item unum parvum lapidem marmoreum ad modum unius altaris portatilis. Et statim postquam non reperierunt plus de dicta pista juxta illud, quo nihil plus reperierunt de dicta pista, et inter hoc et majus altare, reperierunt omnia ossa unius corporis defuncti, videlicet a capite usque ad plantam pedis, ibidem a parte sinistra sepulti, habentis caput juxta id quo cessatum fuit plus inveniri de dicta terra pista, et plantam pedis juxta dictum majus altare, videlicet subtus partem illam, in qua solet legi evangilium.

inspicitque unam

n

C

o

et alterum

27 Quibus hujusmodi sic inventis, indagatores seu fodientes supradicti, plus cavare seu fodere cessarunt; et quæ sic invenerunt, notificari mandarunt et fecerunt serenissimo domino nostro regi memorato. Qui dominus noster rex mandavit, hoc audito, magis et magis in dicta tertia parte fodi et perquiri, si aliquid ibi inveniri posset; et ad hoc exsequi faciendum, remisit apud dictam villam dominum militem supradictum. Qui dominus miles, visis cavatione et dispositione dicti corporis humani sic inventi, fecit ab alia parte dicti altaris, videlicet parte illa qua inchoatur et finitur missa, fodi et cavari. Et sic fodiendo et cavando, fuit in ipsa hujusmodi parte repertum unum caput corporis humani defuncti. Item plus ibi fodiendo, fuerunt inventa, statim post dicti secundi capitis inventionem, multa ossa, tam colli quam spatularum etiam unius corporis defuncti. Ob quod, fodientes et cavantes præfati, perterriti, disposuerunt cum cutellis, et non aliis fortioribus ingeniis *p*, simpliciter indagare, si plus aliquid reperirent.

D

p

28 Et sic simpliciter cum dictis cutellis indagando inveneruut reliquam partem dicti secundi corporis humani, videlicet ab umbilico, seu media parte ventris, usque ad plantam pedis. Et erat restans pars inventa extensa in terram, videlicet ad formam alterius corporis humani, primo loco inventi; videlicet tenendo caput versus partem illam qua fuerat reperta terra pista, et pedes seu plantam pedum subtus dictum majus altare; et inter hæc duo corpora non erat magna distantia, qua distarent duo corpora prædicta, unum ab alio, plus de tribus palmis *q*. Comperimus etiam, dictis relationibus supradictis, quod in inventione hujusmodi et postquam dicta duo corpora fuerunt terra discoperta, quod maximus odor ex illis et in loco illo ubi sic sepulta quiescunt, exiit et prodiit, qui a circumstantibus sentitus fuit, et eos cordialiter confortavit.

corpus

q

E

29 Et quia pro tunc dicta duo corpora erant desuper uno feretro, quod dictus dominus miles construi de postibus fecit, coperta, et super hujusmodi feretris et eorum quolibet, unus pannus ciriceus suppositus; mandavimus et fecimus, et pannum et feretra prædicta desuper levari, et quod sic repertum fuerat de dictis duobus corporibus humanis, nobis, et quos nobiscum introduxeramus, ostendi. Et levando feretra supradicta, postquam ipsa fuere levata, sentivimus ex utroque hujusmodi corporum seu ossorum eorumdem fragrantiam magnam progredi, et pariter sentiisse asseruerunt nobiscum, ut dictum est, ibi astantes; quod mirabile debet censeri, attenta humiditate terræ qua dicta ossa sepulta sunt, quæ humiditas potius sentitatem *r*, quam bonam fragantiam prodire *s* verisimiliter est censenda. Et illis discopertis omnino, comperimus et vidimus de puncto ad punctum, dicta duo corpora esse sepulta et in dispotione superius latius expressa, et similiter viderunt, quos nobiscum introduxeramus, qui ibidem una nobiscum existebant.

jam discooperlum.

r

s

F

30 His vero sic compertis, redeuntes ad dictam capellam ab extra, a parte sinistra comperimus etiam ibidem fuisse fossum et cavatum; et inquirentes quare et propter quid ibi erat et fuerat cavatum, nobis, per militem et alios ex cavatoribus supradictis ibi adstantibus nobis, dictum et responsum exstitit, quod quando primo ex ordinatione dicti nostri collegæ fuit inchoatum cavare indagationem, de qua supra fit mentio, indagatio ipsa fuit inchoata a parte dextra dictæ capellæ, videlicet ab extra, et in parte illa qua de navi dictæ ecclesiæ per partem dextram habetur accessus ad dictum chorum, et in ipsa parte dextra cavando seu fodiendo circa finem dictæ partis dextræ, satis profunde in terra fuit repertum unum caput corporis humani, satis grossum, ligatum una lamina de plumbo; et postquam fuit cavatum, in dicta parte dextra, ad videndum, si aliqua ossa, aut aliud in dicta dextra parte posset inveniri : nihil plus, neque ossa, neque aliud, in dicta parte fuit inventum, præter caput supradictum.

item quatuor

31 Et

alia A 31 Et ideo fodientes seu cavantes hujusmodi concluserunt ad invicem, præsente dicto domino milite et non contradicente, ab alia parte dictæ capellæ, videlicet a parte sinistra fodere et cavare et indagare, si aliquid in ipsa parte posset reperiri; et postquam foderunt de dicta parte id quod possibiliter fodi poterat, invenerunt in summitate dictæ sinistræ partis, respiciendo ad majus altare, quod est in dicta tertia parte, et recte a directo illius partis dextræ partis dictæ capellæ, in qua caput plumbo ligatum, de quo supra fit mentio, * corporum fuit inventum, tria capita corpora * humanorum posita et sepulta ibidem ad modum unius triquadrati *t*, seu unius, quod gallico vulgari vocatur *hersa*, et quod, dispositive ad dictum primo loco *u* repertum caput *u* habendo respectum, poterant ipsa quatuor capita sic reperta censeri facere unam crucem seu formam unius crucis, videlicet primo inventum caput faciebat seu formam pedis crucis, aliud vero, quod in summitate dicti triquadrati erat caput, constituebat seu faciebat summitatem crucis, et duo alia capita quæ erant in angulis dicti triquadrati, constituebant unum partem dextram, et aliud partem sinistram dictæ crucis; et cavato B seu fosso, ut dictum est, in dicta sinistra parte tantum quantum fodi et cavari possibiliter potuit et valuit, nil aliud in ipsa parte potuit inveniri, nisi tria capita superius dicta.

capita 32 Comperimus plus et postremo relationibus supradictis a memoria hominum citra nec ante fuisse visum neque auditum, aliquod funus cujuscumque defuncti fuisse in dicta ecclesia ob reverentiam hujus, quod in ea quiescunt corpora gloriosa dictarum Sanctarum cum reliquiis multis diversorum Sanctorum, sepultum, neque sepeliretur qualicumque de causa, sed sepeliuntur hujusmodi funera in cimeterio dictæ ecclesiæ circumquaque ipsam ecclesiam ab extra existenti.

Super his juridicta 33 Completa igitur dictæ ecclesiæ, in capella, et duabus partibus ejusdem ab extra, videlicet dextra et sinistra partibus, ac etiam choro ipsius ecclesiæ, oculata inspectione nostra supradicta; et in ipsa nostra oculari inspectione compertis omnibus et singulis quæ comperuisse superius diximus et narravimus, et nihil plus, discessimus ab ipsa ecclesia ad diversorium quo in dicta villa collocati eramus; et ad ipsum diversorium nobis C præsentari et ad nos venire mandavimus et fecimus dictum militem, syndicosque et alios qui cavationes, fossiones et indagationes, de quibus supra fit mentio, fecerunt, usque ad septem personas, et ipsos et eorum quemlibet, singulariter, diligenterque et secrete examinavimus et interrogavimus, recepto primitus ab eis, et eorum quolibet, ad sancta Dei Evangelia corporali juramento, in manibus nostris tactis scripturis divinis et sacrosanctis, præstito de et super cavatione, fossione et indagatione supradictis, eorumque circumstantiis et aliis quæ nobis visa fuere inquirenda circa hæc.

quæstio habita 34 Et factis per eos super his eorum depositionibus et testimoniis coram nobis, ac illis in scriptis per notarium nostrum supradictum ad partem redactis, recedere a dicta villa in crastinum, quod fuit die Mercurii tunc crastina et proxime venienti, disposuimus, ab ulterius aliquid peragendo supercessimus, ac apud Avinionem reverti; hunc nostrum processum reverendissimo domino nostro cardinali et legato supradicto, cui exsecutionem supradictæ elevationis sanctissimus dominus noster papa supradictum post dictarum nostrarum potestatis litterarum apostolicarum, superius insertarum, concessionem, duxit committendam, humiliter præsentari, ut sua reverendissima Paternitas super ulterius agendis in hujusmodi elevationis negotio ordinare et dispouere posset ad suæ libitum voluntatis : et ipsa die recessimus, gressus nostros repetendo, apud Avinionem, unde perantea hac de causa, ut supradictum est, iter nostrum arripueramus, ubi in Avinione *v* die Jovis tunc *v* crastina, et immediate sequenti, quæ fuit dies vicesima tertia Novembris supradicti.

ex R. D. FAILLON.

et scriptum instrumentum 35 In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum, de et super præmissis has patentes litteras, hunc nostrum processum in se continentes, confici, per dictum notarium nostrum, mandavimus et fecimus, et sigilli nostri appensione muniri. Quæ omnia modo et forma supradictis acta fuerunt locis et temporibus latius superius expressis et declaratis. Et ego Humbertus de Rota, de Matiscone civis Avinionensis, publicus apostolica imperiali, et regis Franciæ notarius, curiarumque episcopalis et temporalis Avinionensis in causis civilibus scriba, omnibus et singulis E in processu suprascripto, dum, ut in eo scribuntur, per reverundum in Christo Patrem dominum Nicolaum de Brancassiis, episcopum Massiliensem coexsecutoremque supradictum, et coram eo fierent et agerentur, præsens fui, et de et super eis de ejusdem domini episcopi mandato præsentem processum per alium, me aliis occupato negotiis, mihi fidelem, scriptum confici *x*, quem propria manu subscripsi, et signo meo solito, una cum appensione sigilli ejusdem domini Massiliensis episcopi, signavi in fidem, robur et testimonium veritatis omnium et singulorum in illo contentorum.

ANNOTATA.

a *Id impugnat Valesius, citans* (1) *ex Gervasio Tisleberiensi,* Narbonensem provinciam habere in fronte, qua Rhodanus fluvius exit in mare, Sticadas insulas, quas vulgo Camargas nominant, quasi Caras Marchias; in modum enim insulæ, Rhodano, per tria ostia diviso, claudi. *Subjungit Valesius :* Sed fallitur Gervasius. Nam *Camariæ* primum dictæ F sunt, quæ postea *Camargæ...*, ut videtur a *Caio Mario,* non a *Caris Marcis,* aut limitibus (*notum est vocem* Marca *idem sonare ac* Limes); uti fossa *Mariana,* ejusdem Caii Marii opus, partem Rhodani navigabili alveo effundit. Stœchades autem sunt insulæ in mari Gallico contra Massiliam (*quod quidem confirmatur ex Pomponio Mela :* In Gallia, *inquit* (2), quas referre conveniat (*insulas*), solæ sunt Stœchades, ab ora Ligurum ad Massiliam usque dispersæ. *Sic ille*); ita ut earum nomen insulæ amnicæ, qualis est Camaria aut Camariæ, convenire non possit. In tabulis plerisque vocatur Camaria *la Camargo. Valesii sententiam sequitur Guibert* (3). *Confer Comm. prav. num.* 25.

b Johannes I, Albaletus *alias* Arbaleti, eodem præsule (*Ludovico Alemando cardinali*) *præpositus Arelatensis* 1447 (4).

c *Nemini mirum videbitur, nullam hic nec in sequentibus fieri mentionem de archiepiscopo Arelatensi Ludovico Alemando, qui in memoriam sibi*

(1) Notitia Gallicarum. *Voce* Camaria insula. — (2) De Situ Orbis, lib. II, cap. 7, pag. 259. Lugduni Batav. 1782. — (3) Dictionnaire de Geographie.—(4) Gallia Christiana, tom. I. col. 598.

revocavit

A *revocarit acta conciliabuli Basileensis*. In eo cœtu (*quando agebatur de deponendo Eugenio IV* (1)) omnia gesta esse Ludovici nostri nutu, postquam dissidium patrum cum Eugenio IV erupit in apertum schisma, queritur Odericus Raynaldus... At si auctor fuit eligendi Amedeum Sabaudum, qui dictus est Felix V, eidem postea suasit, imo persuasit abdicare papatum. Interim ab Eugenio IV, contra quem sententiam exauctorationis pronuntiarat cardinalis Arelatensis die xx Junii anni 1439 (2) vicissim depulsus est a sede Arelatensi... Administrandæ vero Arelatensi ecclesiæ præfectus est Rogerius Aquensis ecclesiæ præpositus (*id quidem ab initio; sed anno* 1448 *Præpositus erat Joannes Albaletus*)... Absoluto concilio, Arelatem rediit (*cardinalis post abdicationem nempe Felicis V antipapæ factam die* 9 *Aprilis* (3) *vel potius* 7 *Aprilis* (4) *anno* 1449)... restituente ipsi honores pristinos Nicolao papa V (*qui in locum Eugenii IV electus fuerat die* 6 *Martii, et die* 18 *coronatus anno* 1447 (5))..., addita etiam apostolicæ sedis legatione in Germania inferiori. Inde reversus in diœcesim suam, Salonii emisit animam die xvi Septembris 1540 (6). *Et infra additur* (7) : Miraculis ad
B ejus ejus sepulcrum Arelate fieri solitis, ut Æneas Sylvius testatur, claruisse constat; et una cum Petro Luxemburgio... Clemens VII papa anno 1527, ob memoriam egregiarum utriusque virtutum ac piorum operum, nec non miraculorum coruscationem, debito Beatis cultu ac veneratione honorari concessit. *Addo quædam ex Actis B. Lud. Alamandi, operi nostro a Stiltingo insertis die* 16 *Septembris* (8). *Officium ejus additum fuit veteri breviario Arelatensi sub Joanne Ferrerio archiepiscopo, defuncto anno* 1621 (9); *sed deinde prætermissum*, ignorante *Saxio qua de causa;* resumptum tamen sæculo xvii, cum leviuscula forsan immutatione, fixumque die Dominico ante festum Dedicationis S. Michaelis archangeli, ut in perpetuum eo die dicatur ritu duplici (10). *Multis agit Stiltingus de gestis utique reprobandis et lugendis B. Alamandi in concilio Basileensi* (11); *atque concludit* (12) : Verum infelix exitus tantorum moliminum oculos aperire potuit viri alias minime mali. Vidit demum fædum schisma conflatum esse in ecclesia, et pontificem suum, quem forte æque ac Martinum V post Constantiense concilium, cito ab omnibus agnoscendum speraverat, a toto fere
C mundo improbari. Vidit non paucos ex iis, qui inter præcipuos fuerant in concilio, non Felici suo sed summo Pontifici subjectos, ac Felicis purpuram ab aliquibus etiam abjectam. Hinc videre potuit, gesta sua improbari; potuit serio ac tranquillo examine facta sua excutere, et eorum temeritatem tandem agnoscere et deflere. Neque dubitandum est quin id fecerit, ut ostendam contra aliquos id negantes, *nempe Bailletum, Natalem Alexandrum aliosque, contendentes B. Ludovicum* in ea defunctum opinione, quam secutus fuerat concilii Basileensis tempore (13). *Scilicet* vellent inter Beatos invenire aliquem, qui Romanæ ecclesiæ decretis constanter se opposuit, nec mentem unquam, ne in morte quidem mutavit, ac si rebellibus ecclesiæ filiis nihil amplius timendum foret, postquam Beatum aliquem futilibus aliquot ratiunculis exhibere conati fuerint sibi in rebellione D similem. Verum tam ineptæ et frivolæ sunt rationes, quibus Basileenses labe schismatis eximere, et quibus pœnitentiam Ludovii Alamandi negare contendit Alexander, ut mirer similia scribi potuisse ab homine alias erudito. *Cætera vide apud Stiltingum.*

d *Il est, juxta R. D. Faillon, sub signo* Vervecis, *gallice* mouton, *unde barbara vox* muto (14).

e *Sunt eædem, paucis immutatis, litteræ, quæ supra num.* 5. *Dies quoque diversa est.*

f *Hæc paulo aliter reddenda erant ac supra num.* 5.

g Bajulum regis. *Voces hæ referri non possunt, ut non nemo autumavit, ad Joannem Arlatan, quasi ipse fuisset bajulus regis. Textus perspicuus est,:* Accersiri mandavimus... per Joannem Arlatan, bajulum regis ac syndicos dictæ villæ. *Videtur hic agi de Balivio* (15).

h Id est *Crate seu Clathris.*

i *Probabiliter a voce italica* grotta *gallice* grotte, *quæ ut* cryptæ *species haberi potest. Cæterum indicatur structura lapidea, eaque concamerata.*

k Ex transversio *id est* per transversum.

l Votam *id est* fornicem *gallice* voûte. *Videtur* E *indicari structura concamerata, quæ supra lit.* i.

m Petiæ *gallice* pièces, *id est* frustra, fragmenta.

n Mediam canam, *species mensuræ est, cujus longitudo diversa in diversis regionibus. In Provincia et Occitania inferiori habet pedes sex et lineas duas* (16).

o Pilare *gallice* pilier, *id est* columna. *Vide Comm. præv. num.* 41.

p Ingeniis *id est* instrumentis. *In Glossario Ducangii : Ingenium* machina bellica, ingenio et arte adinventa et constructa. *Hinc vox gallice* engin.

q Tribus palmis. *Recte observat R. D. Faillon* (17), *ex hac tam minuta episcopi Massiliensis descriptione, commentitium demonstrari, quod habet Joannes Bertaudus in Encomio trium Mariarum et ita refertur apud Colvenerium* (18) : Harum Mariæ Cleopha et Salome, sororum virginis Mariæ, beata corpora nunc in Gallia celtica recondita visuntur, in oppido quodam exiguo, Gallis et plerisque aliis ob ipsa sane quam (*valde*) religioso, e regione Massiliæ, civitatis provincialis comitatus. Unde cum Robertus olim Siciliæ rex et Provinciæ comes præfata corpora ex eorum cellula, in qua ad præsens celeberrime consistunt, eâ quidem evelli imperasset, F frustra nixus est : quæ admodum amplexu gemino divinitus palam adeo conjuncta sunt, ut quondam separata fuisse minus crederetur, Fratre Joanne Veneto perspicuo auctore in vitis ipsarum trium Mariarum. Nec mirum consortium ipsarum sanctarum Sororum post obitum, annuente Deo optimo, factum, quod, vita vegetante, apprime illibatum constiterat. *Porro regnavit Robertus ab anno* 1309 *usque ad annum* 1344 (19). *Res itaque hæc gesta foret sæculo et aliquid amplius ante Inventionem seu Elevationem sub Renato anno* 1448. *Atqui evidens est in hac ne vel levissimum indissolubilis illius corporum nexus repertum vestigium fuisse, unde merito fabulis annumerandus est, sicut et alia pleraque a Joanne de Venetto consarcinata. Cæterum hujus narrationem, si lubet, vide apud Henschenium,*

(1) Histoire de l'Église Gallicane, tom. XX, pag. 370 et seqq. Paris 1827, in-12. — (2) Ibid. pag. 387 et seq. — (3) Art de vérifier les dates, pag. 309. — (4) Histoire de l'Église Gallicane, ubi supra, pag. 460. — (5) Art de vérifier les dates, pag. 309.— (6) Gallia Christ. tom. I, col. 583. — (7) Ibid. pag. 584. — (8) Acta SS. tom. V Septembris, pag. 436 et seqq. — (9) Ibid. pag. 436. — (10) Ibid. pag. 437. — (11) Ibid. 442-455. — (12) Ibid. pag. 452. — (13) Ibid. pag. 452. — (14) Monuments inédits, tom. I, col. 1326. — (15) Ibid. tom. II, col. 1237 et seq. note *b*. — (16) Dictionnaire de Trevoux. Verbo *Canne*. — (17) Monum. inédits, tom. I, col. 1328, note *a*. — (18) Kalendarium SS. V. Mariæ, ad diem 9 April. tom. I, fol. 284, verso.— (19) Henschenius in Actis S. Mariæ Cleophæ, 9 April. pag. 815.

qui

A *qui illam in extenso recitat, additis uno et altero miraculo* (1).

r Sentitatem. *Vox deducta a* Sentina, *ac proinde pravum significans odorem.*

s Prodire *id est* producere *vel* prodere.

t Triquadrati *id est* trianguli; hersa *gallice* herse, *latine* occa.

u Caput. *In authographo per errorem fuit scripta vox* locum *pro* caput.

v In Avinione. *Probabiliter legendum est* advenimus *vel quid simile.*

x *Supple* curavi.

§ III. Tenor informationum, de quibus in processu domini episcopi Massiliensis fit mentio.

Testimonia Arelatensia.

Sequuntur dicta et depositiones ac testimonia certorum testium per nos Nicolaum de Brancaciis, B episcopum Massiliensem, judicem et commissarium apostolicum in illa parte, apostolica auctoritate deputatum, auditorum et examinatorum tam in civitate Arelatensi quam in villa nostræ Dominæ de Mari Arelatensis diocesis, pro negotio et facto elevationis gloriosorum corporum sanctorum Dei materterarum et gloriosissimæ ejus Genitricis sororum, sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, quam elevationem fieri facere de proximo intendit serenissimus dominus noster rex Renatus.

Isnardi de Aqueria,

57 Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, indictione undecima cum eodem anno sumpta et die decima octava Novembris; venerabilis, nobilis et religiosus vir dominus Isnardus de Aqueria *a*, canonicus et archipresbyter ecclesiæ Arelatensis, ætatis sexaginta annorum testis nobis Nicolao, episcopo Massiliensi, commissarioque apostolico supradicto ministratus, et per nos ad perhibendum in hujusmodi negotio receptus et admissus, atque juratus, dixit juramento suo : quod ipse, qui a multis annis citra fuit canonicus dictæ ecclesiæ, vidit, scivit et audivit, palam, publice et manifeste credi et reputari Arelate, et partibus circumvicinis, quod C corpora dictarum Sanctarum requiescunt, fueruntque et sunt humata in loco de Mari et ecclesia illius; et propterea est accessus et peregrinatio magna Christi fidelibus ad ipsam ecclesiam atque locum, ab omnibus etiam de remotis partibus, ipseque loquens fuit peregrinus ad illa causa devotionis; quodque dictæ Sanctæ habent festum anno quolibet, videlicet una, vicesima quinta Maji, et alia vicesima secunda Octobris; et sunt hujusmodi festa descripta in calendario ecclesiæ Arelatensis; et ecclesia Arelatensis habet officium, ab antiquo proprium de illis, legendam, capitula, hymnum, et responsoria, et missam, et octavas, etc., etc. : alia dixit nescire diligenter interrogatus.

a

Olivarii,

b

58 Eadem die examinatio domini Joannis Olivarii *b*, præcentoris Arelatensis. Venerabilis et religiosus vir dominus Joannes Olivarii, canonicus et præcentor ecclesiæ Arelatensis, ætatis sexaginta annorum vel circa, testis administratus, juratus et receptus, juramento suo dixit et deposuit quod ipse, qui a viginti duobus annis citra fuit canonicus dictæ ecclesiæ, et perantea in illa et dicta civitate fuerat nutritus infans, vidit et scivit toto tempore suæ memoriæ, dici, reputari palam et publice, indubie et notorie, quod corpora dictarum Sanctarum fuerunt et sunt humata, et requiescunt in ecclesia villæ de Mari, ad quas ecclesiam et villam de Mari, propterea causa devotionis dictarum Sanctarum est et habetur, etiam de remotis partibus, peregrinatio et communis accessus; ipseque loquens fuit pluries peregrinus causa devotionis ad dictum locum, et de ipsis Sanctis colitur festum in dicta civitate et ecclesia Arelatensi, et etiam in villa dicta de Mari, videlicet, de una in Majo, et de alia in Octobri; habetque ecclesia Arelatensis propria officia de illis, videlicet, vesperos, matutinas, hymnos, legendam et responsoria, et missam pro diebus festorum et illarum octavis; et ipse, qui loquitur, ut præcentor dictæ ecclesiæ, in tabulis chori intitulat dicta festa duplicia cum *c* quando illa occurrunt. Plura dixit se nescire interrogatus, etc.

EX R. D. FAILLON

c

Antonii Pelam,

59 Eadem die examinatio Anthonii Pelam, mercatoris de Arelate. Honorabilis et sapiens vir Anthonius Pelam, mercator, oriundus de Arelate, ætatis septuaginta annorum, et bonæ memoriæ E quinquaginta annorum et ultra, testis administratus, ut supra, et juratus, atque receptus, juramento suo dixit et deposuit, videlicet, quod a totis temporibus suæ memoriæ, ipse ab antiquis et aliis, in dicta civitate vidit et audivit dici, et teneri palam, et publice communiter, et notorie quod sacratissima corpora sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome fuerunt sepulta, et sepulta requiescunt in loco villæ de Mari dictæ, Arelatensis diœcesis, et ipse sic tenuit, credidit, tenetque et credit; quodque in earum festivitatibus, quæ sunt videlicet Mariæ Jacobi in Maio, et Mariæ Salome. quæ est in Octobri, in quibus mensibus cujuslibet ipsarum Sanctarum solemnizatur festum, illarum est publicus et communis, causa devotionis et adorationis ipsarum Sanctarum, accessus et peregrinatio; et ipsemet, qui loquitur, in altera hujusmodi solemnitatum fuit, causa devotionis, et plures tunc, et etiam ante et post, venire peregrinos vidit et audivit; quodque de præmissis fuit et est in dicta civitate Arelatensi, et partibus circumvicinis publica vox, communis opinio, credulitas et fama. F

Joannis Cabassole,

60 Eadem die examinatio Joannis Cabassole civis Arelatensis. Nobilis vir Joannes Cabassole, de Cavallione oriundus, civis et incola Arelatensis ab ephebis, ætatis sexaginta annorum, et bonæ memoriæ quinquaginta et ultra, ut dixit, testis, ut supra, ministratus, et receptus atque productus, dixit et deposuit verum esse quod ipse, qui loquitur, a temporibus suæ infantiæ usque nunc vidit, scivit et audivit ab omnibus etiam se antiquioribus dici, teneri, indubitanterque credi, et reputari palam, publice, communiter et manifeste in dicta civitate Arelatensi, et totis illis partibus illis circumvicinis, quod in villa de Mari dictæ diœcesis, et in ecclesia beatæ Mariæ ejusdem, fuerunt et sunt humata corpora sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, sororum beatissimæ Dei Genitricis, et, causa devotionis quæ ad illas habetur, est ad eas et dictum locum peregrinatio notorie et manifeste ab omnibus patrialibus *d*, et etiam longinquis *d* et remotis, ipseque loquens, qui ita pie et pro vero habet et credit, fuit pluribus vicibus, causa devotionis et peregrinationis, ad ipsum locum ad orandum et venerandum dictas Sanctas, scitque quod

(1) Henschenius in Actis S. Mariæ Cleophæ, 9 Aprilis, pag. 815.

EX R. D. FAILLON

in civitate Arelatensi, et dicto loco, celebratur festivitas illarum, et cujuslibet earum, videlicet, ut credit, unius in Majo, et alterius in mense aut proxime præterito vel alio præcedenti. Plura, etc.

Honorati Raynaudi,

41 Eadem die examinatio Honorati Raynaudi de Arelate. Nobilis Honoratus Raynaudi burgensis et originarius civitatis Arelatensis, ætatis sexaginta annorum, et bonæ memoriæ quinquaginta, testis administratus, juratus et receptus, juramento suo dixit et deposuit esse verum quod ipse loquens a totis temporibus suæ memoriæ vidit, scivit et audivit dici et reputari indubitanter, palam, publice et notorie, etiam a majoribus annis se, quod corpora dictarum Sanctarum fuerunt et sunt humata in dicto loco et ecclesia de Mari, estque magna peregrinatio, causa devotionis illarum, ad ipsum locum, et de illis colitur festum annis singulis, videlicet unius in Madio et alterius in Octobri, ipseque qui loquitur, qui ita credidit et credit fuisse et esse verum, fuit ad dictum locum causa devotionis. Plura, etc.

Joannis Margoie,

42 Eadem die examinatio domini Joannis Margoie, militis de Arelate. Nobilis et potens vir dominus Joannes Margoie, miles ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, oriundus civitatis Arelatensis, B ac præceptor domus beatæ Mariæ de templo, ordinis et civitatis supra dictorum, ætatis septuaginta, et bonæ memoriæ sexaginta annorum, ut dixit, testis, ut supra, administratus, juratus et receptus, ejus medio juramento dixit et deposuit, quod ipse qui loquitur, ut prædicitur, originem traxit a civitate Arelate, et in illa alitus ut pro magna parte suæ vitæ moratus fuit, vidit, scivit et audivit ab omnibus indifferenter, etiam se majoribus annis seu antiquioribus, dici palam, publice, communiter et manifeste, quod in villa de Mari, et ecclesia beatæ Mariæ ejusdem, fuerunt et sunt humata ac quiescunt corpora sancta sanctarum Domini nostri materterarum et beatissimæ ejus Genitricis sororum, sanctarum Mariæ Jacobi et Salome, ibidemque venerantur a Christi fidelibus, et ad ipsum locum habetur incessanter, causa devotionis illarum, peregrinatio publica a patriotis et etiam a de longinquis et remotis partibus, ipseque loquens hoc credidit et credit indubitanter fuisse et esse verum, fuitque, causa devotionis, diversis vicibus, et in diversis etiam magnatum societatibus, ad ipsum locum de Mari; et ibidem oravit et orari C vidit dictas Sanctas; quodque ipsæ Sanctæ habent festum quælibet, quod celebratur in dictis civitatibus et loco ab omnibus, videlicet, unum in Majo, et aliud in præsenti seu præterito mense, etc. Plura dixit.

Bernardi Pangoni,

43 Eadem die examinatio magistri Bernardi Pangonis de Arelate. Honorabilis vir magister Bernardus Pangonis, notarius, syndicus et civis Arelatensis, ætatis quinquaginta quinque annorum vel circa, testis administratus, juratus et receptus, dixit et juramento suo deposuit, quod a toto tempore suæ memoriæ ipse vidit et audivit in civitate Arelatensi dici, teneri et reputari palam, publice, communiter et notorie, quod corpora dictarum sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome fuerunt et sunt humata in ecclesia nostræ Dominæ de Mari Arelatensis diœcesis, et de eis colitur in ipsis locis festum omni anno, videlicet unius in Majo et alterius in Octobri; et tunc, et potissime in Majo, est magna peregrinatio, causa devotionis earumdem, in dicto loco; et multi undique tunc accedunt, ipseque, qui loquitur, pluries accessit dicta de causa, et fuit peregrinus, et vidit fieri processionem, et imagines illarum processionaliter portari, et vidit super earum sepultura vota plura, serta D et alia, etc.

Petri Isnardi

44 Eadem die examinatio Petri Isnardi de Arelate. Nobilis vir Petrus Isnardi burgensis et originarius civitatis Arelatensis, ætatis quinquaginta annorum, et bonæ memoriæ quadraginta, testis juratus, etc., ejus juramento dixit verum esse, quod ipse qui loquitur, toto tempore ætatis suæ vidit, scivit et audivit dici et publice reputari in dicta civitate, et etiam ab antiquis ejusdem, quod corpora dictarum Sanctarum requiescunt et fuerunt et sunt humata in dicta villa de Mari, et ecclesia ejusdem, sub nomine nostræ Dominæ fundata, et causa devotionis illarum, est et habetur publica et communis peregrinatio ab omnibus indifferenter, etiam de remotis partibus, ipseque, qui loquitur, qui ita credidit et credit fuisse et esse verum, fuit pluribus vicibus ad ipsum locum et ecclesiam peregrinus, quodque omni anno colitur festum de eis in Arelate et dicto loco, videlicet unius in Majo, videlicet, vicesima quinta Maji; et alterius in Octobri; et ecclesia Arelatensis colit dicta festa; et in die eorum festorum portantur imagines earum processionaliter; et ipse, qui lo- E quitur, fuit in processione, et pallium *e* portavit. *e*
Plura, etc.

et Jacobi Bastoneti.

45 Eadem die examinatio Jacobi Bastoneti de Arelate. Honorabilis vir Jacobus Bastoneti, originarius Arelatensis, ætatis septuaginta sex annorum, testis, etc., dixit quod a totis temporibus suæ ætatis ipse loquens audivit, vidit et scivit, etiam a se antiquioribus credi, dici et reputari palam, publice, communiter et notorie in Arelate et partibus circumvicinis, quod in dicta villa de Mari, et ecclesia nostræ Dominæ ejusdem, requiescunt fueruntque et sunt sepulta corpora dictarum sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, prope et in pede majoris altaris ejusdem; ibidemque a Christicolis venerantur, coluntur, adorantur, et causa devotionis et adorationis est continua communisque et publica peregrinatio a patriotis, etiam a remotis partibus; et ipse, qui loquitur, ad ipsum locum pluries dicta de causa peregrinus fuit; et ob illarum memoriam et honorem annis singulis in Arelate colitur earum festum, videlicet unius in Majo, et tunc magna populi multitudo etiam cum quadrigis illic ad festum accedere, et se vehi et portari facere consuevit, et etiam de partibus circumvicinis; et alterius ante festum omnium San- F ctorum; ipseque loquens in festo Maji peregrinus pluries fuit, et imagines dictarum Sanctarum processionaliter portari vidit, et ipsas Sanctas venerari juxta dictum majus altare. Plura, etc.

Testes auditi in villa de Mari: Joannes Arlatan de cultu immemorabili,

46 Deinde dictus dominus Massiliensis commissarius ad examinationem testium subscriptorum processit in villa de Mari, ut sequitur : et primo examinatio domini Joannis Arlatan, militis. Nobilis et potens vir dominus Joannes Arlatan, miles de Arelate, dominus de Castronovo, Arelatensis diœcesis, ætatis sexaginta annorum, et bonæ memoriæ quinquaginta, ut dixit, testis administratus et juratus, suo juramento medio dixit et deposuit, ut sequitur : videlicet verum esse quod a totis temporibus memoriæ suæ ipse indubitanter, publiceque, palam, communiter et notorie vidit, scivit et audivit credi, dici et reputari, quod gloriosa corpora sanctarum materterarum Domini nostri Jesu Christi, sororumque gloriosissimæ virginis Mariæ suæ matris, videlicet sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, fuerunt et sunt sepulta ac requiescunt in ecclesia nostræ Dominæ villæ de Mari, dictæ diœcesis; et in eadem die ab omnibus circumquaque

A circumquaque patriotis, etiam a remotis partibus, venerantur, multique de dictis patriotis, et etiam de dictis partibus remotis, affluunt dictim ad dictam ecclesiam nostræ Dominæ, causa peregrinationis et devotionis, ad dictas Sanctas, ac etiam pluries hac de causa ipse loquens illic accessit et fuit; scitque et vidit quod in civitate et ecclesia majori et aliis civitatis et diœcesis Arelatensis, de quibus notitiam habet, colitur festum de ipsis Sanctis, videlicet de sancta Maria Jacobi in Majo circa finem, et de sancta Maria Salome in Octobri etiam circa finem.

de terra 47 Dixit ulterius, quod de anno præsenti et mense Julii ejusdem, quia serenissimus dominus noster rex Renatus disposuit procurare et facere toto suo posse, quod dictarum gloriosarum Sanctarum corpora de loco, ubi infra terram dictæ ecclesiæ de Mari requiescebant, elevarentur; et propterea certas super hoc a beatissimo domino nostro Papa impetraverat litteras, quæ reverendissimo domino Aquensi archiepiscopo moderno dirigebantur; dictus dominus noster rex pro executione hujusmodi litterarum destinavit ad dictam villam de Mari dictum dominum archiepiscopum.

B Qui dominus archiepiscopus, quando fuit applicatus ad ipsum locum, et infra dictam ecclesiam, sciscitatus est a diversis incolis, et aliis originariis et senioribus dicti loci, ubi credebantur dictarum Sanctarum corpora in dicta ecclesia requiescere; et responso sibi per sic inquisitos quod credebantur dicta corpora quiescere in capella quæ in centro dictæ ecclesiæ, videlicet inter navem et chorum ejusdem ecclesiæ, est contructa, ipse dominus archiepiscopus ordinavit in dicta capella fodi, et tantum cavari, quod dicta corpora possent reperiri seu possit haberi certitudo si ipsa sancta corpora in dicta capella requiescunt.

effossa 48 Qua de re dictus loquens, qui, ad requestam dicti domini nostri regis, fuit paulo post per dictum dominum archiepiscopum destinatus ad dictam villam de Mari pro faciendo exequi ordinationem ejusdem domini archiepiscopi, quod dicta ecclesia cavaretur, quam cito fuit applicatus in dicta villa de Mari, vocavit certos ex syndicis et aliis incolis dicti loci usque ad numerum quatuordecim; et illis ad faciendum cavationem hujusmodi auctoritate dicti domini archiepiscopi commisit et injunxit, primitus ab ipsis sic præsen-
C tatis præstito corporali juramento ad sancta Dei evangelia, quod bene, fideliter et diligenter dictam cavationem facerent, et quidquid cavando reperirent, veraciter et fideliter seu dicto domino nostro regi, aut nobis pro ipso domino nostro, revelarent, eisdem sic præsentatis cavationem supra
f dictamque *f* solis post introductis per dictum loquentem, ex ordinatione dicti domini archiepiscopi, infra dictam ecclesiam, illis quos, ut dictum est, ipse dominus archiepiscopus commiserat ad faciendam cavationem supra dictam, solum, et nullis aliis præter notarium dicti loci.

inventisque uno 49 Ipsi sic introducti dictam cavationem facere inchoarunt, et inchoaverunt illam secus dictam capellam a parte dextra; et postquam cavaverunt quasi usque ad finem dictæ partis dextræ, constituit clausuram dictæ capellæ; ibidem invenerunt unum caput corporis humani plumbo coopertum,
g seu bendatum *g;* et facta diligenti cavatione, si plus ibidem reperire possent, nihil aliud, neque unicum ossum ibidem in dicta parte invenerunt. Deinde continuando cavationem hujusmodi, cavaverunt partem in choro dictæ ecclesiæ, qui est retro dictam capellam; et cavando in dicto choro, reperierunt in illo quamdam crotam antiquam, quam fregerunt, et reperierunt certas scutellas, et pe- EX R. D. FAILLON.
tyas *h* scutellarum terræ, cineresque et carbones *h*
nigros, et unum murum ex transverso, in quo erat una parva porta, clausa uno lapide; et credit quod illa porta erat pro accedendo de dicta crota ad fontem seu puteum aquæ dulcis, qui est in capella dictarum Sanctarum in medio ecclesiæ sita, in qua capella fuit etiam cavatum, sed nihil in illa fuit repertum, nisi fons seu puteus dictæ aquæ dulcis; et ordinavit idem loquens quod cavatio continuaretur procedendo usque ad majus altare dicti chori.

et altero corpore, 50 Et hoc ordinato, accersitus per dictum dominum nostrum regem, ab hinc recessit ad ipsum dominum nostrum regem, qui eum sic accersitum, quam cito appulit ad ipsum, eum mandavit, non recordatur ubi pro præsenti. Dixit plus, quod ipso loquente regresso, dictus dominus noster rex sibi dixit quod illi de villa de Mari sibi fecerant notificari, quod cavando prout ipse loquens cavare injunxerat, invenerunt ossa unius corporis humani, et certa alia satis consonantia ad illud, quod Gervasius in suo Occio *i* imperiali scribit de sepultura dicta- *i*
rum Sanctarum. Quare voluit dictus dominus noster rex, et eidem loquenti injunxit, quod rediret ad E
dictam villam de Mari, et videret quid ibidem fuerat inventum, et faceret quæ sibi loquenti utiliora et expedientiora viderentur peragenda ad hanc rem. Et tunc ipse, qui loquitur, reversus fuit ad ipsam villam; et quam citius in illa appulit, ivit cum syndicis dicti loci, qui cessaverant et cessabant plus in dicta ecclesia cavare ad ipsam; et visitavit dictam cavationem, et reperit et vidit ossa dicti corporis humani; et hoc viso, ipse, qui loquitur, disposuit facere cavari a parte dextra dicti altaris majoris; et hac de causa fecit ipsum majus altare retineri de lignis, et illo retento fecit cavari a parte dextra ipsius altaris; et postquam fuit in dicta dextra cavatum ad æqualitatem plateæ qua jacebant ossa supra dicti corporis humani, fuerunt reperta unum caput et alia ossa de uno alio corpore humano usque ad quasi umbelicum; et deinde discooperta plus de dicta terra cum cutellis, et bene dulciter, fuerunt reperta alia ossa corporis humani a dicto umbelico usque ad plantam pedis extenta et jacentia in terra; videlicet a parte capitis tendebant ad partem illam qua terra pista fuerat inventa, et plantæ pedum erant subtus dictum majus altare ad formam alterius corporis F
primo inventi; nec erat distantia inter dicta duo corpora sic inventa, nisi circa tres aut quatuor pedes.

sicut et aliis tribus capitibus: 51 Quibus corporibus sic inventis, fuit cessatum plus in illa parte cavare, dubitando quod, si plus fuisset in illa cavatum, forsan potuissent destrui dicta ossa dictorum duorum corporum; sed ab hinc recedendo dictus loquens fecit cavari a parte sinistra supræ dictæ capellæ. Et postquam fuit in illa parte satis cavatum, fuerunt recte de directa parte partis dextræ dictæ capellæ, ubi fuit inventum dictum caput, de quo supra fit mentio, fuerunt reperta tria alia capita corporum humanorum parva et valde parviora primo reperto capite. Quæ tria capita solum fuerunt reperta sine aliquibus ossibus; et erant ipsa tria capita posita in triangulo, videlicet unum altius aliis duobus, et duo alia inferius, unum videlicet ad unum latus, aliud de directo ad aliud latus, ad modum trianguli unius crucis; et facta diligenti cavatione et indagatione in dicta sinistra parte, si aliquid plus inveniri posset, nihil plus potuit inveniri. Ideo a plus cavando et fodiendo in dicta tota ecclesia fuit omnino cessatum. Et fecit ipse,

ex R. D. FAILLON

ipse, qui loquitur, dicta quatuor capita, et alia duo capita dictorum duorum corporum humanorum, sicut dictum est, repertorum, cum certa parte ossium corporis secundo loco reperti, recondi et reponi in sacristia dictæ ecclesiæ. Et id quod de ossibus ipsorum duorum corporum remansit, et est in terra, cooperiri quodlibet uno feretro ligneo, et desuper poni unum pannum ciricum. Deposuit plus ulterius dictus loquens quod quando dicti secundi corporis humani ossa fuerunt reperta et discooperta, magna fragrantia et bonus odor exinde provenit; et ita provenisse, hii qui alia ossa dicti alterius corporis invenerunt, dicebant in discooperturа et inventione ejusdem. Plura alia, etc.

Joannes Sondelini,

52 Eisdem die et villa de Mari, honestus et vir discretus magister Joannes Sondelini, notarius apostolicus et syndicus dictæ villæ de Mari, ætatis viginti octo annorum, testis administratus, etc.; deposuit et dixit, juramento suo, quod ipse testis fuit auctoritate supra dicti domini Aquensis archiepiscopi, et de mandato regis sibi testi per supra dictum dominum militem facto, præsens, et unus ex eis qui auctoritate et mandato supra dicto cavaverunt dictam ecclesiam nostræ Dominæ
B de Mari, ad investigandum in illa locum in quo gloriosa corpora sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, ut certæ aliæ reliquiæ Sanctorum (quæ cum ipsis gloriosis corporibus in dicta ecclesia per nonnullos Domini nostri Jesu Christi discipulos, qui cum eisdem sanctis a Hierosolymis per perfidos Judæos in mari per ratem sine gubernaculo expulsi fuerunt ob fidem Domini nostri) *k* leguntur et quæ corpora gloriosa loquens ipse, a toto tempore quo moram traxit in dicta villa de Mari, audivit et vidit pie credi in ipsa ecclesia fuisse sepulta, ut dictum est, et illa ibidem venerari a patriotis et etiam de remotissimis partibus vidit; et in dicta ecclesia juvit ad cavandum, videlicet primo in capella, in qua nihil, post magnam cavationem et investigationem in illa usque ad abyssum factam nihil fuit repertum, nisi aqua dulcis, proveniens ex puteo, qui per antea in illa habebatur, et de cujus aqua dabatur peregrinis ad ipsam ecclesiam venientibus, et præcipue causa morsus a cane rabido.

investigationi præsens adfuit

C 53 Deinde juvit in parte dextra ad cavandum dictæ capellæ ab extra in qua parte circa finem respiciendo ad chorum dictæ ecclesiæ, et juxta ipsum chorum fuit repertum unum grossum caput corporis humani, de plumbo munitum, et nihil plus saltem de corpore humano vel alio. Insuper juvit ad cavandum in choro et chorum dictæ ecclesiæ, in quo circa medium fuit reperta una parva crota, habens, inter se et partem dicti chori respicientem et progredientem ad dictam capellam, unum murum ex transverso dicti chori, et in ipso muro unam portellam quæ fuit, et erat clausa de lapidibus, et per quam portam habebatur introitus ad ipsam crotam ex parte dictæ capellæ, et etiam ex parte ipsius crotæ ad ipsam capellam, et dictum puteum in illa existentem; et in ipsa crota nihil fuit repertum de corpore humano, sed solum certæ scutellæ de terra, et certæ partes similium scutellarum, et certa quantitas cinerum cum carbonibus nigris. Quibus visis, fuit continuatum cavari usque ad majus altare quod est in fine dictorum ecclesiarum et chori; et cavando repertum fuit prope dictum majus altare, quasi ad unam cannam, una quantitas magna de terra pista, diversa valde ab alia terra quæ reperiebatur cavando dictum chorum; et in ipsa terra pista fuit repertum unum parvum pilare de lapide albo valde corrosum et devastatum, et super dictum pilare unus D parvus lapis marmoreus ad modum unius altaris portatilis, qui lapis cavando fuit ruptus et divisus in petiis pluribus. Deinde plus procedendo versus dictum majus altare a parte sinistra, videlicet illa qua dicitur evangelium, fuit repertum unum caput corporis humani, et deinde omnia ossa quæ ad corpus humanum et dicto capiti pertinere poterant, inhumata in terra valde per extensum, taliter, quod pedes ipsius corporis erant satis subtus lapidem dicti majoris altaris, et habebat dictum corpus manus super pectus plicatas ad modum crucis, et valde bonum odorem et fragrantiam producebat.

operamque præstitit;

54 Prætercа juvit ad cavandum a parte dextra dicti chori, satis prope ipsum locum in quo dictum corpus fuerat et erat repertum; et post certam cavationem a parte dextra dicti altaris, videlicet parte illa qua inchoatur missa, reperierunt aliud corpus ibidem sepultum ad modum alterius, quod habebat partem anteriorem a parte dicti pilaris, et pedes duos subtus dictam partem dicti altaris majoris, et non distabant dicta duo corpora, unum ab alio, per mediam cannam ex transverso, et hoc secundum corpus erat inhumatum inter lapides E parvos, qui vulgariter vocantur lausas *l*. Et dimisso *l* plus cavare in dicta parte ob timorem, ne forte procederetur ad corruptionem fundamentorum in illa parte dictæ ecclesiæ, venerunt ad cavandum ad partem sinistram dictæ ecclesiæ, recte per directum illius partis in qua fuerat repertum dictum caput plumbo munitum; et post magnam cavationem reperierunt in dicta parte sinistra tria capita corporum humanorum, non longe sepulta unum ab alio, per modum unius trianguli, quia unum erat altius, et alia duo ad latera dextra et sinistra, et valde indirecte ad alium locum in quo dictum primum caput fuit inventum; taliter, quod videbantur disponi ad faciendum crucem dicta quatuor capita, videlicet, unum pedem, aliud caput, et alia duo brachia crucis. Plura alia non reperierunt in dicta ecclesia. Et hujusmodi cavationem fecerunt a principio Augusti proxime præteriti usque prope medium ejusdem. Alia dixit nescire de hoc negotio, diligenter interrogatus.

Poncius Comitis m n

55 Eisdem loco et die, discretus vir Poncius Comitis *m*, alias Philipot, fusterius *n*, dictæ villæ de Mari, alter ex supradictis cavatoribus deputatus, F reauditus per dictum dominum Massiliensem, ut testis, etc., juramento suo dixit et deposuit, quod cum ipse sit ætatis quinquaginta quinque annorum, vel circa, semper continue, et publice, palam et notorie dici, et pie teneri atque credi audivit, et etiam tenuit atque credidit, quod corpora Sanctarum supradictarum in ecclesia nostræ Dominæ de Mari fuere per sanctos Christi discipulos humi tradita et sepulta; et maximam peregrinorum, tam patriotarum quam aliorum de longinquis partibus, confluentiam continue vidit, et signanter in festivitatibus ipsarum gloriosarum Sanctarum; et in concavatione et perquisitione corporum et reliquiarum dictarum Sanctarum et aliarum de Hierosolymis apportatarum, jussu, mandato et ordinatione dicti domini archiepiscopi, atque militis prælibati continue interfuit. Quæ quidem cavatio in capella illarum Sanctarum per ipsum et alios ad hæc deputatos fuit inchoata, in qua nisi solum puteum aquæ dulcis, qua pie creditur morsu canis rabidi laborantes, seu ab eis morsos, per ipsius aquæ haustionem seu potionem, ipsarum Sanctarum intercessionibus gloriosis, curari; qui videntes in in ipsa capella nihil aliud invenisse, extra ipsam,

in

A in parte dextra fodere et cavare cœperunt, in qua parte respiciente versus chorum dictæ ecclesiæ invenisse dixerunt unum caput satis grossum, plumbo involutum, corporis humani; nihil tamen in eodem loco plus dixit invenisse.

similiter manum

56 Et continuando cavationem hujusmodi in choro dictæ ecclesiæ circa medium, inventa exstitit quædam crota lapidea, habens murum ex transverso dicti chori respicientem et progredientem ad dictam capellam, et in ipso muro unam parvam portam, lapidibus clausam, per quam aditus habebatur ad ipsam crotam de capella prædicta, et puteo in eadem existente; in qua quidem crota inventæ exstiterunt certæ scutellæ de terra, et certæ similium scutellarum petyæ, ac quantitas cinerum cum carbonibus nigris. Et iis inventis, fuit cavari continuatum usque ad majus altare, quod finem tenet ecclesiæ atque chori, prope quod fuit reperta magna quantitas terræ pistæ, et terræ alteri concavatæ penitus dissimilis et diversa; in qua terra fuit etiam repertum unum pilare parvum de lapide, desuper quo erat unus lapis marmoreus, qui similis erat altari portatili, qui fractus fuit in concavatione prædicta. Procedentes vero versus dictum majus

B altare in illa videlicet parte, qua legitur Evangelium, quoddam caput corporis humani dixit fuisse inventum, et successive omnia ossa quæ ad corpus humanum pertinere dignoscuntur, inhumata, et extensa; manibus ipsius corporis in modum crucis supra positis, pedibusque subtus lapidem ipsius majoris altaris existentibus, a quo corpore terra discooperto odor suavissimus et fragrantia emana-

o

runt, ideo *o* quod ipsi concavatores plurimum fuerunt admirati.

operi admovit;

57 Fodientes autem, et ulterius perquirentes in dextra parte dicti chori, qua missa inchoatur et finitur, satis prope dictum locum repererunt aliud corpus ejusdem formæ, habens partem anteriorem a parte dicti pilaris, et pedes duos subtus dictam partem dicti altaris majoris, quæ non distabant unum ab altero per mediam cannam; quod quidem secundo inventum corpus lapidibus tenuibus erat circumdatum; et tunc dubitantes ultra cavare ob timorem fundamentorum dictæ ecclesiæ, ibidem cessarunt, et in parte sinistra dictæ capellæ fodere continuarunt, ubi tria capita defunctorum, recte in directo illius partis in qua invenerant caput illud plumbo ligatum, eadem tamen minora, quæ

C in modum crucis, habendo respectum ad primo inventum, stare videbantur, compererunt. Alia in dicta ecclesia non repererunt, ut dixit, quamquam diligenter interrogatus.

Guillelmus Besselin p

58 Eisdem loco et die discretus vir Guillelmus Besselini, alias Beaulaygue *p*, piscator dictæ villæ, etiam concavator et perquisitor, per dominum archiepiscopum præscriptum deputatus, ætatis viginti sex annorum vel circa, ut dixit, diligenter examinatus, juramento suo, ut testis administratus, dixit et deposuit quod semper et continue, palam et publice atque notorie, vidit pro vero teneri et pie credi, atque ipse loquens tenuit, ac semper credidit, quod corpora sacrosancta ipsarum dominarum Christi Materterarum fuerunt et sunt in ecclesia nostræ Dominæ de Mari sepulta et humi tradita cum certis aliis Sanctorum reliquiis de Hierosolymis per sanctos ejusdem Christi discipulos apportatis, ibique plures et magno numero peregrinos causa devotionis ipsarum Sanctarum concurrere, et tam in earum festivitatibus quam alio tempore, etiam de remotis partibus confluere; et quia per dictum dominum archiepiscopum commissarium ordinatum fuerat dictam ecclesiam nostræ Dominæ fodi, et corpora ipsa in eadem sepulta perquiri, in ipsa fossione deputatus per ipsum dominum commissarium, ut supra, continue personaliter interfuit. Quæ fossio et cavatio in capella ipsarum Sanctarum fuit per ipsum cum aliis deputatis ad hoc inchoata, in qua nil invenire potuerunt, nisi solum puteum unum aquæ dulcis, de qua bibebant illi, qui de cane rabido mordebantur, nec eis morsus ille ex post in aliquo nocebat.

Ex R. D. FAILLON

eadem

59 Qui continuantes dictam cavationem, egrediendo ab extra ipsius capellæ, in parte dextra, quæ respicit versus chorum dictæ ecclesiæ, invenerunt unum grossum caput, laminibus plumbeis circumdatum cujusdam corporis humani, absque alio quocumque osso. Dicti vero deputati videntes aliud non invenire in dicto loco, fodendo in choro prædicto circa medium inventa fuit quædam crota, circumdata muro, qui murus respiciebat de directo ad dictam capellam, in quo erat una parva porta, lapidibus obturata, per quam solebat iri de dicta crota ad capellam prædictam et ipsum puteum aquæ dulcis, et in eadem certæ scutellæ terræ, et plures aliarum similium petyæ scutellarum, cum certa quantitate cinerum et carbonibus nigris etiam fuerunt repertæ. Et procedendo usque ad majus E altare, finem dictæ ecclesiæ tenens et faciens, invenerunt perquirentes ipsi magnam quantitatem terræ pistæ, alteri terræ fossæ in nullo similis, sed omnino diversæ, in cujus medio erat unum parvum pilare, in quo erat superpositus unus lapis ad formam unius altaris portatilis, qui, inadvertenter cavando, fuit fractus. Et ulterius fodiendo versus majus altare prædictum, versus partem illam in qua evangelium cantatur, caput unius corporis humani invenerunt, et illico ossa omnia corporis humani et ad caput ipsum pertinentia, ex quibus odor redolens valde exivit, postquam fuit terra discoopertum.

testatur;

60 Quibus compertis, magis et magis foderunt, et cavaverunt, videlicet in parte dextra dicti chori, in qua solet missa inchoari, et illico, satis prope dictum locum, alia corporis humani ossa formæ similis repererunt, cujus pedes subtus partem prædictam dicti altaris posita erant; non distabant autem unum a reliquo spatio trium pedum: quod quidem corpus, ultimo inventum, erat lapidibus, qui lausas in vulgari dicuntur, circumquaque zonatum. Dubitantes vero de fundamentis dictæ ecclesiæ, ibidem amplius non foderunt, sed in al- F tera parte, videlicet sinistra, extra dictam capellam, ibi prope, scilicet ubi primum caput invenerunt, tria capita alia repererunt, quæ in modum crucis, habito respectu ad dictum primo repertum, humata erant. Plura alia in dicta ecclesia non invenerunt, credentes habere quod petebant. Quamquam diligenter interrogatus, etc.

Monetus Robert q

61 Eisdem die et loco discretus vir Monetus *q* Roberti, piscator, originarius dictæ villæ de Mari, triginta quinque annorum ætatis vel circa, testis, ut supra, administratus, juratus et receptus, qui juramento suo dixit et deposuit semper toto tempore vitæ suæ, de quo memoriam habet, vidit et audivit publice teneri, et semper dici, ac pie credi, corpora ipsarum Sanctarum gloriosarum in dicta ecclesia nostræ Dominæ de Mari fuisse et esse cum pluribus Sanctorum reliquiis de Hierosolymis per ipsas et sanctos discipulos a Judæa pulsos, humi tradita atque sepulta, et ad illam ecclesiam, ob ipsarum Sanctarum devotionem, populi multitudo omni tempore, tam patriotarum quam de longinquis partibus, confluit, et ad illas perquirendum et in eadem ecclesia cavandum per præfatum

EX R. D. FAILLON

tum dominum archiepiscopum commissarium fuit cum aliis ordinatus, qui incipientes cavare et indagare in capella ipsarum Sanctarum nihil in ea repererunt, nisi solum puteum aquæ dulcis, quæ morsis a cane rabido datur ad bibendum.

præcedentium

62 Et ideo extra dictam capellam in parte dextra concavantes, in qua parte circa finem respiciendo ad chorum dictæ ecclesiæ et juxta ipsum chorum fuit repertum unum caput grossum, plumbo involutum, et nihil plus, saltem de corpore humano; sed fodiens ipse cum aliis et cavans in choro dictæ ecclesiæ circa medium, invenit unam crotam parvam, habens inter se et dictum chorum unum parietem respicientem ad dictam capellam ex transverso dicti chori, et in eodem muro unam portellam, per quam ibatur de dicta crota ad ipsam capellam et puteum aquæ dulcis, in qua crota invenerunt quasdam scutellas de terra, cum diversis petiis scutellarum similium, et certam quantitatem cinerum cum carbonibus nigris; sed in ea nihil aliud invenerunt. Visis autem iis, fuit per ipsum continuatum cavari cum aliis usque ad majus altare, et cavando reperta exstitit, prope dictum majus altare, magna quantitas terræ
B pistæ, in qua erat unum parvum pilare, et super eo unus lapis marmoreus, qui credebatur esse altare portatile, qui lapis cavando fractus fuit ex inadvertentia.

dicta confirmat.

63 Procedendo vero versus dictum altare majus, illam scilicet partem in qua cantatur Evangelium, invenit ipse loquens primo unum caput humani corporis, et deinde omnia ossa, quæ ad corpus humanum pertinere poterant inhumata, in terraque per extensum posita, et extensa taliter, quod pedes ipsius corporis erant subtus lapidem dicti majoris altaris, et habebat dictum corpus manus ligatas in modum crucis supra pectus, et valde bonum odorem et fragantiam producebat. Præterea ipse cum aliis suis sociis ulterius perquirens, et concavans versus videlicet illam partem qua inchoatur et finitur missa, invenit aliud corpus ibidem sepultum, ad formam alterius, quod habebat partem anteriorem versus dictum pilare, pedes vero subtus dictam partem dicti altaris majoris, quod erat circumdatum lapidibus tenuissimis dictis lausas, non autem distabat ab alio primo invento per dimidiam cannam; sed quia periculum erat
C ibi plus cavare propter fundamenta ecclesiæ, ab ulteriori cavatione et perquisitione in illo loco cessarunt. Venerunt autem ipsi perquirentes ad cavandum in parte sinistra dictæ capellæ recte per directum illius partis in qua fuerat primum caput, plumbo involutum, inventum; et inibi reperierunt tria capita, illo minora, quæ crucem facere videbantur, habito respectu ad dictum primum caput, quod pedem crucis faciebat. Plura alia dixit non invenisse, diligenter examinatus.

Notarii attestatio.

64 Ita deposuerunt testes supradicti coram reverendo patre domino Nicolao episcopo Massiliensi, et commissario apostolico supradicto, in præsentia mei, Humberti de Rota, publici notarii supradicti, teste signo meo manuali sequenti. H. DE ROTA.

ANNOTATA.

a *Gallice* Isnard d'Aiguières.

b Jean d'Olivari.

c *Adde* Octava. *Deest vox in manuscripto; at facile supplenda : non enim videtur dubium, quin præcentor intitularit* dicta festa duplicia cum Octava.

d Patrialibus *id est incolis illius patriæ seu regionis.*

e Pallium portavit. *Quid hæc sibi velint habes ex* Glossario Novo *Carpentarii :* Pallium, *inquit,* Aulæum. Hinc nomen *Poële* mansit umbraculo, quatuor hastis sustentato, sub quo vel divina deferri solet Eucharistia, vel quod regibus in solemnibus ceremoniis prætenditur... corrupte *Poësle* (seu *Poële*) appellatur. D

f *Locus nonnihil confusus. At sensus clarus. Soli quatuordecim introducti fuerunt.*

g Bendatum *i. e. circumligatum; unde gallica vox* bander, *quæ ipsa ex Germanico* binden.

h Petyas *idem quod supra* petiæ, *frusta, fragmenta.*

i Occio *pro* Otio. *Vide infra.*

k Domini nostri.... leguntur. *Supple* : Domini nostri adportata sunt, sepulta leguntur, *vel quid simile.*

l Lausas, *idiomate Provincialibus vulgari, lapides dicit tenues sed oblongos latosque.*

m Poncius Comitis *gallice* Pons de Comte.

n Fusterius *Provincialium lingua idem sonat ac faber lignarius, aut id genus opifices.*

o Ideo *potius* adeo.

p Beaulaygue *id est potator aquæ.*

q Monetus. *Videtur esse abbreviatio vocis* Ray- E
monetus, *quæ diminutivum est* Raymondi.

§ IV. Solemnis SS. Corporum Elevatio.

Prælegitur Legato testimonium Gervasii

Produxit insuper præfatus serenissimus dominus rex Renatus quoddam extractum de libro quodam authentico, qui intitulatur liber *De Otio imperiali,* extractum a libro ipso, videlicet, libro secundo, rubrica de divisione orbis et provinciarum, in parcella de provincia Arelatensi, incipiente in paragrapho *Narbonensi,* tenorem, qui sequitur, de verbo ad verbum continente. « Narbonensis pro-
» vincia, pars Galliarum habet ab oriente Alpes
» Tucias, inter quas et mare ac Rhodanum sunt hæ
» provinciæ : Arelatensis, quæ caput est regni
» Viennensis, quæ cancellaria regni gaudet; Taren-
» tasiensis, Ebredunensis et Aquensis, et pro ali-
» qua sui parte Lugdunensis ac Bisuntina. Habet
» Narbonensis provincia ab occidente Hispaniam,
» a circio Aquitaniam, a septentrione Lugdunen- F
» sem, ab aquilone Galliam Belgicam, a meridie
» Gallicum mare, quod est inter Sardiniam et in-
» sulas Baleares, habens in fronte, qua Rhodanus
» fluvius exit in mare, Sticados insulas, quas vulgo
» Camargas nominant, quasi caras marchias *a*, in *a*
» modum enim insulæ, Rhodano per tria ostia di-
» viso, laudantur terra fertilli, salinis, in excelsæ
» bonitatis piscationibus stagnorum, marium, a
» fluvialibus venationibus, cirogrillis et aucupa-
» tionibus et pascuis incomparabilibus. Illic ad lit-
» tus maris est prima ecclesia omnium ecclesiarum
» citra marinarum, in honore beatissimæ genitricis
» Mariæ fundata, ac a discipulis a Judæa pulsis,
» et in rate sine remigio dimissis per mare, Maxi-
» mino Aquense, Lazaro Massiliense, evangelico
» fratre Marthæ et Mariæ Magdalenæ, Eutropio Au-
» raycensi, Georgio Velaicensi, Saturnino Tolo-
» sano, Martiale Lemovicensi, Trophimo Arela-
» tensi, ex septuaginta duobus discipulis, conse-
» crata, astantibus Martha et Maria Magdalena cum
» aliis multis. Sub hujus basilicæ altari, ab ipsis
» de terra pistata, lapide titulari de marmore, et
» pario modico super strato, tenet auctoritate
» plena

A » plena vetustas, sex corporum Sanctorum capita,
» in quadrum disposita, reliqua corporum mem-
» bra suis tumulis clausa, inter quæ duas asserunt
« Marias sepultas, quæ mane prima sabbati cum
« aromatibus venerunt videre sepulcrum. »

et Durandi Mimatensis.

66 Plus produxit idem serenissimus dominus rex Renatus quoddam aliud extractum de libro, qui *Rationale divinorum officiorum* intitulatur, videlicet libro primo, de dedicatione altaris, in paragrapho *Postea vero,* circa finem ipsius paragraphi incipientis *Verumtamen,* tenorem etiam qui sequitur continentis. (Vide in *Rationali divinorum officiorum,* libro primo, *de dedicatione altaris,* in § *Postea vero,* circa finem ipsius § incipientis *Verumtamen.*) « Verumtamen in Exodo legitur Do-
» minum præcepisse fieri altaria de lignis setim,
» quæ sunt imputribilia, et altare Laterani ligneum
» est. Salomon quoque fecit altare aureum prout
» legitur in III Reg. VII, 48. Sed illa facta sunt in
» figura; et in comitatu Provinciæ in castro sanctæ
» Mariæ de Mari est altare terreum, quod ibi fece-
» runt Maria Magdalene et Martha, et Maria Jacobi,
» et Maria Salome. » Nobisque precatus fuit, nosque rogavit suppliciter, postulavitque et requi-
B sivit serenissimus dominus rex supradictus, quatinus ante omnia super Elevatione, et aliis per sanctam sedem apostolicam super hoc nobis commissis ordinationem nostram ferre, et lata, ad exsecutionem dictæ Elevationis procedere apostolica auctoritate supradicta curaremus.

Cardinalis de Fuxo legatus

67 NOS IGITUR PETRUS, episcopus, cardinalis, vicarius et legatus, judexque et commissarius supradictus, visis omnibus quæ pro hujusmodi Elevationis consequendo effectu idem dominus rex serenissimus coram nobis producere facere voluit, et super illis habitis deliberatione et consilio cum reverendis patribus dominis archiepiscopo, episcopis, abbatibus, prælatis, sacræ paginæ ac utriusque juris doctoribus, in cedula pronuntiationis nostræ inferius insertæ nominatis, propterea tam per ipsum dominum regem quam nos accersitis, de ipsorum dominorum archiepiscopi, episcoporum, prælatorum, abbatum, magistrorum et doctorum hujusmodi concordi consilio et consensu, ad nostram super hujusmodi facienda Elevatione sententiam seu ordinationem processimus, illamque per notarium, et coram nobis in præsenti causa scribam subscriptum, legi et publicari, in
C publica concione, altaque et intelligibili voce, coram nobis fecimus, in scriptis sub his verbis :

sententiam,

68 Christi nomine invocato : Nos Petrus episcopus, cardinalis, vicarius legatusque, ac judex et commissarius apostolicus supradictus, visis litteris apostolicis nostram potestatem in hac parte continentibus, superius insertis, per serenissimum dominum regem Renatum, etiam superius nominatum, super Elevatione corporum sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome facienda de humo, ubi, in ecclesia ad honorem beatissimæ virginis Mariæ, in præsenti villa de Mari, Arelatensis diocesis, constructa, ipsa corpora fuerunt per discipulos Christi, a Judæa per mare in rate sine remigio pulsos, sepulta, impetratis a sanctissimo domino nostro Papa, nobisque per ipsum serenissimum regem præsentatis, visis etiam processibus per reverendum Patrem dominum Nicolaum episcopum Massiliensem, ad dictam faciendam Elevationem eadem auctoritate et per alias apostolicas litteras ipsius domini nostri Papæ, præmissis nostræ potestatis litteris priores, deputatum, habitis, super investigatione, perquisitioneque et inventione dictorum corporum, et factis; visis etiam informationibus, per ipsum episcopum super firma credulitate, voceque et fama publicis, multis signis et prodigiis divina virtute confirmatis, præmissorumque notorietate verissima, quod dicta corpora in dicto loco sepulta existebant, et ibidem a Christi fidelibus devote venerabantur, sumptis; ac etiam nonnullis a magnæ sanctitatis viris traditis scripturis, id attestantibus; quæ omnia, pro nostri informatione in hac parte, coram nobis ex parte dicti serenissimi domini regis exstitere producta;

ex R. D. FAILLON.

assentientibus episcopis, etc.

69 Et super eis habita deliberatione et consilio reverendorum in Christo patrum, dominorum : Roberti Damiani, archiepiscopi Aquensis; Anthonii Ferrerii, Auraicensis; Petri Nasondi, Aptensis: Joannis de Coliargis, Trojanensis; Gaucherii de Forcalquerio, Vapincensis; Guillermi Soyberti, Carpentoratensis; Nicolai de Brancassiis, Massiliensis; Tristandi de Aura, Conseranensis; Petri Turelure, Dignensis; Palamidis de Carreto, Cavallicensis; Guillermi Guezi, Grassensis; Petri Marini, Glandatensis; et Pontii de Sadone, Vasionensis. episcoporum; *b* Petri de Lacu Sancti Victoris, Massiliensis; Arnaudi de Sancto Felice, Psalmodiensis: Joannis Preverandi Sancti Ægidii, Nemausensis; et Joannis Eustacii Sanctæ Mariæ Nizellæ Camera- E censis, diocesum, monasteriorum abbatum; Adhemarii Fidelis, et Joannis de Badoeria, prioris de Bedoino, Carpentoratensis diocesis : in sacra pagina: Joannis Arbaleti, præpositi ecclesiæ et vicarii, ac officialis Arelatensis; Ludovici de Frassengis, ecclesiæ collegiatæ Sancti Petri Avinionensis decani; Joannis Payerii archidiaconi Carpentoractensis; Arnaudi Guillermi de Sansaco, ecclesiæ Adurensis canonico : decretorum; Jacobi Guilhoti, de Aurelianis, legum professoribus; Nobis, una cum reverendis viris dominis Guillermo de Arencourt, Joanne Hueti et Marqueto de Riciis, sanctæ sedis apostolicæ protonotariis assistentibus;

b

dicti

70 Per hanc nostram sententiam, ordinationem, seu pronuntiationem, quam ad honorem Dei Patris omnipotentis, Filii, et Spiritus Sancti, et exaltationem fidei, ac Christianæ religionis augmentum, auctoritate apostolica, de dictorum dominorum archiepiscopi, episcoporum, abbatum, cæterorumque prælatorum, in theologia quoque ac utriusque facultatis doctorum egregiorum, nobiscum existentium, concordi consilio, ferimus, pro tribunali sedentes, in his scriptis pronuntiamus, et ordinamus dicta sancta corpora in prædicta jacere ecclesia, *c* ipsaque ab humo, et loco illo quo in dicta ecclesia reperta sunt et existunt recondita et tumulata, elevanda fore, et elevari debere, ipsaque de dicto loco elevandi, et elevata supra altare vel alias infra ipsam ecclesiam in tabernaculo honesto seu capsa argentea, reponendi et recondendi, cum solemnitatibus in talibus requisitis, licentiam dicta auctoritate apostolica concedimus per præsentes. ad quam quidem hujusmodi nostram sententiam. et Elevationem, de qua in illa fit mentio, faciendam, Altissimo disponente et permittente, diem crastinam captamus et assignamus. Lecta siquidem, et in scriptis, ut supra dictum est, promulgata fuit dicta sententia, seu pronuntiatio, per nos Petrum cardinalem, vicariumque et legatum ac commissarium apostolicum supradictum apud villam nostræ Dominæ de Mari, Arelatensis diocesis, videlicet in hospitio honorabilis viri Poncii Comitis, alias Philipot, fusterii, habitatoris dictæ villæ de Mari, in qua hospitati existebamus, videlicet in quadam magna aula nova ejusdem hospitii quam nobis pro actu præsenti faciendo nobis pro loco sufficienti et idoneo in hac parte elegimus et assumpsimus

F

c

EX R. D. FAILLON.

assumpsimus nobis, ibidem super quodam scanno fusteo *d* ibidem existenti pro tribunali sedentes, die supradicta secunda decembris, anno, quo supra, a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, indictione undecima, pontificatus supradicti domini nostri papæ Nicolai V anno secundo.

d

coram rege cæterisque primatibus;

71 Præsentibus ibidem una cum serenissimo domino rege supradicto reverendissimoque, ac reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopo, episcopis et abbatibus, ac dilectis nobis in Christo magistris, doctoribus et aliis viris ecclesiasticis in cedulla in hac parte nostræ sententiæ seu pronuntiationis, superius insertæ nominatis; Joanneque Martini, legum doctore, cancellario regio comitatuum Provinciæ et Forcalquerii, supradicto, ac reverendis viris dominis Guillermo de Arencourt, Joanne Hueti et Marqueto de Riciis, sanctæ sedis apostolicæ protonotariis, meque Humberto de Rota, publico notario subscripto; illustri domino Frederico, ex illustri domo de Lotharingia, dicti serenissimi domini regis genero, strenuisque viris dominis Tanguido de Castro, senescallo regio comitatuum Provinciæ et Forcal-
B querii; Helia, domino de Montefalcone; Joanne Arlatan, Joanne Quiquerani, militibus; Ludovico, domino de Claramonte; Joanne Cosse, domino de Grimaudo, dicti domini regis consiliariis; dominis Giraldo de Monte Marino, camerario; Garcia de Mota, thesaurario; Romano Goy, secretario nostris; Joanne Malrosii, decano administrante; Joanne de Sevassio, decano non administrante, et canonicis ecclesiæ Avinionensis; Ernaudo Bagueti, archidiacono et canonico ecclesiæ Arelatensis; Joanne, domino de Sas; Joanne de Castro-Verduno, Stephano Gaufridi, Arnaudo de Cerasa, Arnautono de Monte Gaudio, Antonio de Reali, dicto Cabassola scutiferis, et familiaribus nostris magistris; Petro de Bleugeriis et Joanne Rastezini, publicis notariis; ac pluribus aliis numerum trecentorum hominum et ultra excedentibus, testibus ad hoc vocatis et rogatis.

solemniter Missam celebrat,

72 Deinde vero adveniente die Martis, quæ fuit dies crastina diei pronuntiationis nostræ sententiæ supradictæ anno, indictione et pontificatu supradictis, nos Petrus, cardinalis vicariusque, et legatus, et commissarius apostolicus supradictus, con-
C siderantes quod parum prodesset sententias ferre, nisi exsecutioni debitæ demandarentur, sententiam nostram ad instantiam serenissimi domini regis supradicti exsecutioni demandantes, corpora sancta dictarum sanctarum Domini Nostri Jesu Christi materterarum, Mariæ videlicet Jacobi, et Mariæ Salome, quæ in dicta ecclesia præfatæ villæ de Mari recondita et humi secus et ante majus altare dictæ ecclesiæ sepulta invenimus et vidimus, postquam unam solemnem missam, ad honorem ipsarum Sanctarum ordinatam et celebrari, tam in diebus suarum solemnitatum quam alias, ob earum devotionem, solitam, celebravimus in habitu pontificali, altaque et intelligibili voce, assistentibus nobis, etiam suis habitibus pontificalibus decoratis, reverendissimo reverendisque patribus dominis archiepiscopo, episcopis, et abbatibus supradictis, et aliis viris ecclesiasticis etiam superius nominatis, in suis in divinis deferri solitis habitibus ecclesiasticis, præsentibusque serenissimo domino rege supradicto cum illustrissima domina Ysabelle ejus consorte, associatis multis, et quamplurimis claris viris et mulieribus, ac personis tam de dictis comitatibus Provinciæ quam partibus circumvicinis etiam remotis, celebravimus.

73 Ab ipsis humo et loco, iuxta potestatem D
dicta apostolica auctoritate nobis super hoc attributam, ad instantiam dicti domini regis directam et concessam, assistentibus nobis archiepiscopo, episcopis et abbatibus, in dicta nostra sententia nominatis, elevavimus, servatis solemnitatibus in talibus consuetis; et elevata, a terraque, qua humi jacuerant, emundata, et in vino albo mundata, in nostra præsentia et de nostri mandato per reverendos patres dominos Massiliensem et Conseranensem episcopos, superius nominatos, in quadam capsa gemini forma *e* de arbore cypresso confecta, pannisque sericeis miro opere auri munitis ab extra et infra decorata, per nos per antea juxta formam a sancta Dei Ecclesia traditam et ordinatam, consecrata hac de causa et benedicta, recondimus cum thuris immixtione, honorifice, et reposuimus, ab omnibus Christi fidelibus pie et devote veneranda successiveque. Sumpto per nos prandio, dicta sancta corpora et illorum capita, et ossa, clero et populo foris dictam ecclesiam in platea publica ibidem existenti, facto antea per supradictum reverendum magistrum Adhemarium Fidelis *f* sermone solemni in nostri dominique regis et dominæ reginæ supradictorum, magnaque E
nobilium, et aliarum personarum propterea congregatarum, etiam præsentibus dominis archiepiscopo, episcopis, abbatibus, prælatisque et aliis viris ecclesiasticis superius nominatis, publicari, exiberi et particulariter demonstrari reverenter, et solemniter, mandavimus et fecimus, ut est moris.

SS. corpora bina includit theca

e

f

74 Et tandem die Mercurii tunc immediate sequenti, quæ fuit dies quarta dicti Decembris, postquam capita et cæteras venerabiles reliquias, ut superius, in processu verbali reverendi domini episcopi Massiliensis superius nominati, in dicta ecclesia reperta et repertas, in quadam alia cassia* de ligno nucis etiam mirabili opere per dictum dominum regem hac de causa fieri construique *g*, de mandatoque nostro, et in nostri dominique regis supradicti præsentia, per reverendum patrem dominum episcopum Glandatensem benedicta, reposuimus et recondimus in sacristia dictæ ecclesiæ custodienda et servanda, donec aliud per nos aut superiorem nostrum fuerit de et super illis aliter ordinatum; capsiam, in qua, ut dictum est, dicta sancta corpora dictarum gloriosarum Dei sancta-
F
rum Materterarum reposita sunt et fuerunt, per nos quatuor clavis clausam et servatam, in altum, videlicet in quodam insigni loco supra ante dictum majus altare, videlicet in capella sancti Michaelis ejusdem ecclesiæ, per dictum dominum regem mirifice construi ordinato et constructo, elevari et custodiri etiam mandavimus, in præsentia dominorum, et personarum de quibus supra fit mentio, solemniter, et fecimus.

et deponit in sacello S. Michaelis,

* capsa?

g

75 Et claves ipsas quatuor, duas videlicet supra dicto domino regi in suis thesauris custodiendas et conservandas, et duas alias dilecto nobis in Christo religioso viro domino Jordano Guavarreti, priori claustrali monasterii sancti Petri Montis Majoris, ordinis sancti Benedicti, Arelatensis diocesis, a quo dicta ecclesia de Mari dependet, et per monachos ejusdem monasterii regi et obtineri est solita, apud thesaurum dicti monasterii deportandas, in illoque custodiendas, tradidimus et commisimus, supra dictumque dominum regem præsentem et consentientem in Domino caritative exhortati fuimus, ne dictas claves tradere seu communicare habeat aliquibus, sanctissimo domino nostro Papa aut nobis, seu successoribus ejusdem domini nostri.

traditis clavibus regi et priori Montis Majoris;

A stri, aut nostro in officio nostris supradictis inconsultis. Præfato vero priori claustrali similiter fieri, sub excommunicationis sententia, quam ipsum et secus facientes, in futurum quovis modo incurrere voluimus et volumus ipso facto, inhibuimus apostolica auctoritate supradicta; et quod hæc dictus dominus rex in suis thesauris, et præfatus prior claustralis in thesauris dicti monasterii (sic fuisse per nos exhortatum et inhibitum, describi authentice) habeant, eadem auctoritate injunximus, quod se facturos nobis liberaliter spoponderunt.

denique confectæ litteræ patentes.

77 In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum, has nostras patentes litteras, processum et dictæ nostræ sententiæ pronuntiationem, et alia supradicta continentes, mandato nostro per dilectum nobis in Christo Humbertum de Rota de Matiscone, civem Avinionensem, publicum apostolica, imperiali et regia Franc. *h* notarium, et causæ hujusmodi coram nobis scribam subscriptum, confectas, subscriptas et signatas, sigillique nostri appensione roboratas, domino regi præfato præsenti, et per vocem et organum egregii juris civilis professoris domini Joannis Martini cancellarii sui in dictis comitatibus Pro-
B vinciæ et Forcalquerii, instrumentum seu patentes litteras, sibi domino regi per nos decerni et concedi requirenti, duximus concedendas. Elevata siquidem fuere sancta corpora dictarum gloriosarum sanctarum Domini nostri Jesu Christi materterarum, sanctarum Mariæ Jacobi et Mariæ Salome, ac recondita et reposita, ac alia supradicta gesta et pacta fuere modo et forma, ac locis supradictis, anno quoque, indictione, diebus ac pontificatu supradictis; præsentibus ibidem una cum reverendissimo reverendisque ac venerandis in Christo patribus dominis archiepiscopo, episcopis et abbatibus ac prælatis aliis, militibusque, et aliis superius nominatis, dilectis nobis in Christo dominis Hectore, domino Petra, et Joanne de Jambes, domini Francorum regis magistro hospitii, et castellano suo Aquarum Mortuarum, ac pluribus aliis testibus ad præmissa vocatis et rogatis.

Attestationes Humberti de Rota, notarii,

78 Ego vero Humbertus de Rota de Matiscone, civis Avinionensis, Christianissimi domini regis Francorum secretarius, publicusque apostolica et imperiali, ac ipsius domini regis Francorum au-
C ctoritatibus, causaque hujusmodi Elevationis coram reverendissimo in Christo patre et domino, domino cardinali de Fuxo, vicario, legato et commissario apostolico superius nominato, notarius et scriba, quia omnibus et singulis, ut supra dictum est, per ipsum reverendissimum dominum nostrum cardinalem, et per eumdem factis et gestis, in et circa negotium Elevationis, de qua supra fit mentio, præsens, una cum dominis testibus superius nominatis, sui, ideo de mandato ejusdem domini nostri cardinalis de et super eis præsentem processum, per alium mihi fidelem, me aliis occupato negotiis, scriptum confeci. Ideo ipsi præsenti processui, me, propria manu, subscripsi, et signum meum solitum una cum appensione sigilli ejusdem reverendissimi domini cardinalis anteposui, in fidem, robur et testimonium veritatis omnium et singulorum supradictorum, ex parte serenissimi domini regis Renati, superius nominati, requisitus et rogatus *i*.

i

Roberti Aquens, et Nicolai Massiliensis;

79 Nos Robertus Damiani, miseratione divina archiepiscopus Aquensis, et Nicolaus de Brancassiis, eadem miseratione episcopus Massiliensis supradicti, qui auctoritate apostolica nobis in hac parte, prout per littterarum apostolicarum superius insertarum tenorem constat, commissa, perquisitionem sanctorum corporum dictarum sanctarum Dei materterarum, sanctarum Mariæ Ja-
EX R. D. FAILLON
cobi et Mariæ Salome, modo et forma latius in processu verbali nostri episcopi Massiliensis, in processu sententiæ reverendissimi domini cardinalis vicarii et legati, ac etiam apostolici commissarii in hac parte eadem apostolica auctoritate deputati, superius immediate scripto, et suo sigillo sigillato, fecimus; præsentesque in dictæ sententiæ prolatione, et in ipsius sententiæ exsecutione, in dictorum sanctorum corporum Elevatione, reconditione et repositione, ac aliis omnibus et singulis latius in dicto processu sententiæ descriptis, præsentes una cum reverendis dominis sanctæ sedis apostolicæ protonotariis episcopisque, abbatibus, magistris, doctoribus et aliis viris ecclesiasticis in dicta sententia nominatis, fuimus; et ea omnia, modo et forma *k* in ipso processu sententiæ, fieri *k*
vidimus. Nosque episcopus Massiliensis supra dictus, qui ad mandatum dicti reverendissimi domini cardinalis dicta corpora sancta ex humo, quo sepulta fuerunt inventa, extrahi, ex terraque qua ossa dictorum sanctorum corporum, cum fuerunt ex humo extracta, erant sordida, mundari et lavari propriis manibus coadjuvavimus cum reverendo patre domino Tristando, episcopo Conseranensi, E
subsigillato, præsentes nostras testimoniales litteras dicto processui subjungi fierique et signari per magistrum Humbertum de Rota, dicti præfatæ sententiæ processus, coram dicto domino cardinali, notarium et scribam supra signatum, mandavimus et fecimus, et sigillorum *l* nostrorum et *l*
nostrum cujuslibet appensione muniri anno, indictione et pontificatu superius in dicto processu ultimo loco annotatis; in fidem, robur et testimonium veritatis omnium et singulorum præmissorum. H. DE ROTA.

protonotariorum,

80 Nos etiam Guillermus de Arencourt, Joannes Hueti et Marquetus de Riciis, sanctæ sedis apostolicæ protonotarii in processu sententiæ supradictæ nominati, in ipsius sententiæ pronuntiatione et exsecutione, ac dictorum sanctorum corporum Elevatione, et aliis omnibus et singulis latius in processu reverendissimi domini cardinalis, vicarii legatique, et commissarii apostolici supradicti, contentis, una cum reverendissimis reverendisque in Christo patribus dominis archiepiscopo, episcopis, abbatibus et aliis personis ecclesiasticis in
F
superius descripta sententia nominatis, præsentes fuimus. Ideo ipsi processui præsentes testimoniales litteras, per magistrum Humbertum de Rota, dicti processus notarium et scribam supra signatum, fieri mandavimus et fecimus, et sigillorum nostrorum et nostrum cujuslibet appensione muniri *m* *m*
anno, indictione et pontificatu superius in dicto processu ultimo loco annotatis; in fidem, robur et testimonium veritatis omnium et singulorum supradictorum. HUMBERTUS DE ROTA.

episcoporum Aurayensis, Aptensis et Trojanensis, n o p

81 Nos etiam Anthonius Ferrerii Auraycensis *n*, Petrus Nasondi Aptensis *o*, et Joannes de Coliargis Trojanensis *p*, episcopi, in processu supradictæ sententiæ nominati, in ipsius sententiæ pronuntiatione, exsecutione, ac dictorum sanctorum corporum Elevatione, et aliis omnibus et singulis latius in processu reverendissimi domini cardinalis, vicarii legatique, et commissarii apostolici supradicti, contentis, una cum reverendissimis reverendisque in Christo patribus, et dominis archiepiscopo, episcopis, sanctæ sedis apostolicæ protonotariis, abbatibusque et aliis personis ecclesiasticis in superius descripta sententia nominatis, præsentes fuimus. Ideo ipsi processui præsentes litteras testimoniales, per magistrum Humbertum de Rota, dicti proces-

EX R. D. FAILLON

sus notarium et scribam supra signatum, fieri mandavimus et fecimus, et sigillorum *q* nostrorum et nostrum cujuslibet appensione muniri anno, indictione et pontificatu superius in dicto processu ultimo loco annotatis; in fidem, robur et testimonium veritatis omnium et singulorum prædictorum. H. DE ROTA.

item Vapincensis, Conseranensis et Carpentoractensis,

82 Nos etiam Gaucherius de Forcalquerio Vapincensis *r*, et Tristandus de Aura Conseranensis *s* ac Guillermus Soyberti Carpentoractensis *t* episcopi, in processu supradictæ sententiæ nominati, in ipsius sententiæ pronuntiatione et exsecutione, ac dictorum sanctorum corporum Elevatione, et aliis omnibus et singulis latius in processu reverendissimi domini cardinalis, vicarii legatique, et commissarii apostolici supradicti, contentis, una cum reverendissimis reverendisque in Christo patribus, dominis archiepiscopo, episcopis protonotariisque, et abbatibus, ac aliis omnibus et singulis personis ecclesiasticis in superius descripta sententia nominatis, præsentes fuimus. Ideo ipsi processui præsentes testimoniales litteras, per magistrum Humbertum de Rota, dicti processus notarium et scribam supra signatum, fieri mandavimus et fecimus, et sigillorum nostrorum *u*, et nostrum cujuslibet appensione muniri anno, indictione et pontificatu superius in dicto processu ultimo loco annotatis; in fidem, robur et testimonium veritatis omnium et singulorum prænarratorum. HUMBERTUS DE ROTA.

Dignensis, Cavallicensis et Grassensis,

83 Nos etiam Petrus Turelure Dignensis *v*, et Palamides de Carreto Cavallicensis *w*, et Guillermus Guezi Grassensis *y*, episcopi, in processu sententiæ supradictæ nominati, in ipsius sententiæ pronuntiatione et exsecutione, ac dictorum sanctorum corporum Elevatione, et aliis omnibus et singulis latius in processu reverendissimi domini cardinalis vicarii legatique, et commissarii apostolici supradicti, contentis, una cum reverendissimis reverendisque in Christo patribus et dominis archiepiscopo, episcopis, protonotariisque, abbatibus et aliis personis ecclesiasticis in superius inserta sententia nominatis, præsentes fuimus. Ideo ipsi processui præsentes testimoniales litteras, per magistrum Humbertum de Rota, dicti processus notarium et scribam supra signatum, fieri mandavimus et fecimus, et sigillorum nostrorum *z* et cujuslibet nostrum appensione muniri anno, indictione et pontificatu superius in dicto processu ultimo loco annotatis; in fidem, robur et testimonium veritatis omnium et singulorum prædictorum. H. DE ROTA.

Glandatensis, Vasionensis et Petri abbatis,

84 Nos etiam Petrus Marini Glandatensis *aa*, et Poncius de Sadone Vasionensis *bb*, episcopi, ac Petrus de Lacu sacri monasterii sancti Victoris Massiliensis *cc*, ordinis sancti Benedicti, ecclesiæ Romanæ immediate subjecti, humilis abbas, in processu supradictæ sententiæ nominati, in ipsius sententiæ pronuntiatione et exsecutione, ac dictorum sanctorum corporum Elevatione, aliisque omnibus et singulis latius in processu reverendissimi domini cardinalis, vicarii legatique, et commissarii, contentis, una cum reverendissimis, reverendisque in Christo patribus, dominis archiepiscopo, episcopis, protonotariisque, abbatibus et aliis personis ecclesiasticis in superius descripta sententia nominatis, præsentes fuimus. Ideo ipsi processui præsentes testimoniales litteras, per magistrum Humbertum de Rota, dicti processus notarium et scribam supra signatum, fieri mandavimus et fecimus, et sigillorum *dd* nostrorum, et nostrum cujuslibet jussimus appensione muniri anno, indictione et pontificatu superius in dicto processu ultimo loco annotatis; in fidem, robur et testimonium veritatis omnium et singulorum præmissorum. H. DE ROTA.

item abb. Psalmodiensis, S. Ægidii et Nizellensis,

85 Nos etiam Arnaudus de Sancto Felice Psalmodiensis *ee* et Joannes Preverandi sancti Ægidii *ff*, sancti Benedicti, et Joannes Eustacii sanctæ Mariæ Nizellæ *gg* Cisterciensis ordinum monasteriorum, Nemausensis et Cameracensis diœcesum, humiles abbates, in processu sententiæ supra dictæ nominati, in ipsius sententiæ pronuntiatione et executione, ac dictorum sanctorum corporum Elevatione, aliisque omnibus et singulis latius in processu reverendissimi domini cardinalis, vicarii, legatique, et commissarii apostolici supra dicti contentis, una cum reverendissimis reverendisque in Christo patribus dominis archiepiscopo, episcopis, protonotariisque, magistris, doctoribus, ac aliis personis ecclesiasticis, in superius descripta sententia nominatis, præsentes fuimus. Ideo ipsi processui præsentes testimoniales litteras per magistrum Humbertum de Rota dicti processus notarium et scribam, supra signatum fieri mandavimus et fecimus, sigillorumque nostrorum *hh*, et cujuslibet nostrum jussimus appensione muniri anno, indictione et pontificatu superius in dicto processu ultimo loco annotatis; in fidem, robur, et testimonium veritatis omnium et singulorum supra dictorum. H. DE ROTA.

denique præpositi Arelatensis, etc.

86 Nos etiam Joannes Arbaleti decretorum doctor, præpositus sanctæ Arelatensis ecclesiæ, et Vicarius in spiritualibus et temporalibus, ac officialis generalis ejusdem, et Ludovicus de Frassengis sæcularis, et collegiatæ sancti Petri Avinionensis decanus, Joannes Payer, Carpentoractensis archidiaconus, et Arnaudus Guillermus de Sansaco Adurensis, ecclesiarum canonici, et decretorum doctores in processu sententiæ supradictæ nominati, in ipsius sententiæ pronuntiatione et executione, ac dictorum sanctorum corporum Elevatione, aliisque omnibus et singulis latius in processu reverendissimi domini cardinalis vicarii, legatique, et commissarii apostolici supra dicti contentis, una cum reverendissimis reverendisque in Christo patribus et dominis archiepiscopo, episcopis protonotariisque, abbatibus ac alliis personis ecclesiasticis in superius descripta sententia nominatis, præsentes fuimus. Ideo ipsi processui præsentes, testimonialis litteras per magistrum Humbertum de Rota dicti processus notarium et scribam supra signatum fieri mandavimus et fecimus, et sigillorum nostrorum *ii*, et cujuslibet nostrum jussimus appensione muniri anno, indictione et pontificatu superius in dicto processu ultimo loco annotatis; in fidem, robur et testimonium veritatis omnium et singulorum supra dictorum. H. DE ROTA.

ANNOTATA.

a Caras Marchias. *Vide supra* § 1. *Annot. lit.* a.

b *De his episcopis, sicut et de sequentibus abbatibus etc., jam supra nonnulla annotavimus, et alia item reperientur infra.*

c *Atque ita quidem juxta traditionem, quæ tamen ex hac sententia non efficitur certa quod ad objectum suum spectat, historicam scilicet adventus et obitus in his locis veritatem. Haud minora militant momenta in favorem traditionis Vezeliacensis, de qua hæc habentur apud Papebrochium* (1): Jam inde a

(1) Responsio ad Exhibitionem errorum, art. 11, § 3, num. 15. Acta Bollandiana Vindicata, pag. 352.

Caroli

A Caroli Calvi ætate, i. e. sæculo Christi IX, in quodam historiæ Francicæ fragmento, ante annum 1051 conscripto, legebatur : « Ecclesia Vezeliacensis constructa, in qua requiescit venerabile corpus S. Mariæ Magdalenæ, » idque confirmant septem pontificum ex parte Vezeliacensium producta Brevia omnino undecim, a Paschali II ad Martinum IV. *Nihilominus Sollerius* (*Confer. Comm. præv. num.* 51) *diserte edicit :* Vezeliacensem traditionem jam proxime sic everti, ut, qui desperatam causam suscipiat, neminem repertum iri existimem. *Eamdem ex professo impugnat quoque R. D. Faillon* (1). *Cæterum his non offendetur, nisi qui in rebus theologicis peregrinus.* Imagines et reliquiæ... improprie tantum coli et adorari dicuntur, eo quod veneratio nostra minime in iis sistat, sed per eas transeat ad prototypum; quare totus hic cultus relativus est (2). *Hinc etiam ipse Leibnitzius :* Quoniam pii tantum affectus res est, nihil refert, etiamsi forte contingeret reliquias, quæ pro veris habentur, suppositias esse (3). *Quærit autem Suaresius* (4), an hujusmodi reliquiæ absolute adorandæ sint vel tantum sub conditione. Et ratio dubii est, quia plurimum sunt incertæ, unde si
B absolute adorentur, periculum est ne falsæ pro veris adorentur; ad vitandum ergo periculum oportet conditionem apponere. *Et respondet, ad* publicam *venerationem requiri,* ut publica auctoritate reliquiæ proponantur ut veræ et ad talem personam pertinentes : hæc autem auctoritas est apud summum pontificem et episcopos, qui sufficientem diligentiam ante approbationem adhibere tenentur. *Deinde addit Suaresius :* Et quamvis harum reliquiarum non sit æqualis certitudo (aliæ enim sunt antiquiores aliis), tamen supposita dicta approbatione, absolute adorari possunt absque explicita conditione : tum quia in rebus humanis non est major certitudo requirenda, et periculum formalis erroris, ut ita dicam, nullum est, cum in ratione formali adorandi non possit esse error (*veneratio enim refertur ad prototypum*), in qua ratione virtute (*id est* virtualiter) continetur conditio errorem excludens : tum etiam, quia si interdum materialiter erretur nulla erit culpa, cum bona fide et prudenti modo procedatur. *Denique subjungit :* At vero, ut reliquiæ privatim coli possint, sufficit privatum etiam testimonium virorum fide dignorum, vel alia ratio aut conjectura ita probabilis, ut sufficiens sit
C ad prudens judicium ferendum. *Porro quando de antiquis agitur reliquiis, solent prælati ecclesiastici procedere juxta traditionem ab immemorabili et bene probatam, nihil statuentes de originaria facti historici veritate.*

d Fusteo *id est ligneo, ut habet Ducangius in Glossario, ubi citat ex charta Geraldi abb. S. Johannis Angeriac. anno* 1385 : Sedente eodem Dom. abbate super quemdam bancum fusteum.

e Gemini forma. *Videtur indicari capsa duobus loculis, utrique sacro corpori separatim capiendo distincta.*

f Fidelis *idem videtur qui supra* Comitis *dicitur. In sequenti pericope deest una vel altera vox :* In mei... regis, *supple* præsentia; *et infra :* magnaque nobilium, *supple* adstante multitudine *vel aliud simile.*

g Fieri construique *supple* Jussa.

h Imperiali et regia Francica *seu Franciæ, supple* auctoritate *vel quid simile. Conf. infra num.* 78. AUCTORE B. B.

i *Sigillum istud hodie non jam existit* (5).

k Modo et forma *supple* ut supra.

l *Aquensis sigillum deest hodie, Massiliensis ex cera rubrâ adhuc habetur* (6).

m *Priorum, nempe Harencurii et Hueti, hactenus servata sunt sigilla ex cera rubra; ex sigillo Marqueti nihil jam videre est præter ligamentum paginæ inhærens* (7).

n Aurayensis *id est Arausicensis. Episcopus erat jam anno* 1445. Anno 1448 interfuit translationi sanctarum Mariarum Jacobi et Salome, ubi cognominatur Ferrerii (8), *quod cognomen alibi non reperitur.*

o Petrus VI. Ex hoc unum eumdemque cum superiori episcopo (*Petro V*) Sammarthani fratres conflarunt; quamvis duo fuerint ejusdem tum nominis, tum cognominis. Alter vero, de quo hic agimus, prioris vicarius generalis fuerat, postea in sedi episcopali successor anno circiter 1448. Hoc anno adfuit elevationi sanctarum Mariarum apud Arelatem (*imo in villa S. Mariæ de Mari*); attamen hoc tribuit Petro (V) Nasondi, decessori E ejus, Honoratus Bouche (9).

p Trojanensis. *Vide Comm. præv. num.* 50 *et* 51.

q *Ferrerii et Nasondi sigilla, præter ligamentum periere; Trojanensis adhuc integrum manet estque cereum rubri coloris* (10).

r Vapincensis. *Vide Annotata* § 1 *litt.* g.

s Conseranensis. *Confer Comm. præv. num.* 51.

t Carpentoractensis. Ex episcopo Ucetiensi (*Uzès*) factus Carpentoractensis, Petro, Albanensi episcopo sedis apostolicæ legato, sanctarum mulierum Mariæ Jacobi, Mariæ Salomæ et Mariæ Cleophæ (*inepte, ut et alibi jam dicendi locus fuit, tres nominantur, cum de duabus tantum agatur, et Maria Jacobi eadem sit cum Maria Cleophæ*) corpora e terra educenti *etc.* (11).

u *Servatum est sigillum Vapincensis ex cera rubra; duorum aliorum supersunt solum ligamina* (12).

v Dignensis. *Diversimode effertur ejus cognomen :* Turtulerius, Turelure, Taurus, Turturelli (13). De ordine prædicatorum... Dignensis episcopus *ab anno* 1445. Præsens adfuit translationi SS. Mariarum anno 1448, ubi et orationem elegantem habuit, ex tabulis Aquensibus (14), *quod sane in instrumento nostro non reperitur; imo una et altera vice Adhemarus pro concione divisse notatur. Unde recte suscipatur R. D. Faillon* (15), *perperam tribui* F *Dignensi, quod ab Adhemaro præstitum fuerat.*

x Cavallicensis. *Electus* a capitulo anno 1457, *promotus a summo pontifice* tertio cal. Martii ejusdem anni. Anno 1448, 4 Decembris interfuit elevationi... sanctarum Mariarum (16). *Non recte, imo præpostere asserit R. D. Faillon, promotum anno* 1448 (17). *Error manaverit ex non satis attenta lectione citati mox ex Gallia Christiana textus.*

y Grassensis. Guillelmus antea Grassensis ecclesiæ sacrista, episcopatum cum ambiret, Antonio (*decessori suo*) pollicitationibus assentationibusque suasit ut abdicaret, in quem tamen parum æquus fuit, denegata ipsi pensione conventa. Jam sedebat anno saltem 1448, uti liquet bulla Nicolai papæ V, qua ad pensionis hujusmodi solutionem compelli-

(1) Monuments inédits, tom. I, col. 821-868. — (2) Perrone, Prælectiones theologicæ, tom. IV, pag. 559. Lovanii 1859. — (3) Apud Perrone, ibid. pag. 594. — (4) In tertiam partem S. Thomæ, tom. I, pag. 829. Moguntiæ 1617. — (5) Mon. inédits, tom. II, col. 1277. — (6) Ibid. col. 1278. — (7) Ibid. — (8) Gallia Christ. tom. I, col. 781. — (9) Ibid. 568. — (10) Mon. inédits, tom. II, col. 1278. — (11) Gallia Christ. tom. I, col. 909. — (12) Mon. inédits, ubi supra, col. 1279. — (13) Gallia Christ. tom. III, col. 1129. — (14) Ibid. — (15) Monum. inédits, tom. II, col. 1279, not. *a*. — (16) Gallia Christ. tom. I, col. 953. — (17) Monum. inédits, tom. II, col. 1279, not. *b*.

tur.

A tur. Statutum quoddam condidit anno eodem 9 Julii, et 4 Decembris insequentis interfuit elevationi corporum *SS. Mariæ etc.* (1). *Cognomen vario modo redditur :* Guezi, Gueri, Guasqui (2). *Quod vero a Guillelmo Soiberti scriptus dicatur processus elevationis, in hujus textu non habetur. An aliunde id hauserunt Galliæ Christ. collectores? Non dicunt.*

z *Solum supersunt fragmenta quædam sigillorum Cavallicensis et Grassensis episcoporum* (3).

aa Glandatensis, *vel* Glandavensis (*Glandèves*). Petrus cognomento Marini, ordinis Heremitarum S. Augustini, ex conventu Aquensi, vir doctus concionator percelebris, Renato Andegavensi duci, Siciliæ regi et comiti Provinciæ a confessionibus, Glandatensibus infulis decoratus est. Interfuit translationi reliquiarum *SS. Mariæ etc.* (4). *Oritur aliqualis difficultas chronologica ex Waddingi annalibus Minorum, quam explicant collectores Galliæ Christ.* (5).

bb Vasionensis. Poncius de Sadone (*Pons de Sadon*) in Academia Avenionensi professor, primiceriatus dignitate functus est in arduis concilii Basileensis temporibus, quibus Eugenii IV auctoritatem summa prudentia tueri visus est. Erat etiam
B præpositus ecclesiæ Avenionensis... Adfuit anno 1448... elevationi... SS. Mariarum... Rexit ad annum 1469 (6).

cc Petrus VI de Lacu (*ex nobili genere apud Arvernos*) rescripto Eugenii IV abbatiam suscepit per resignationem fratris (*Guillelmi de Lacu*) 1442. Comitia ordinis generalia ex more indixit 1446. Anno 1448... Adfuit elevationi SS. Mariarum (7).

dd *Superest fragmentum sigilli abbatialis. Alia duo periere* (8).

ee Psalmodiensis. Arnaldus de S. Felice... occurrit abbas 1439 et 1448, quo anno fuit definitor capituli generalis apud Carcassonam celebrati. Interfuit eodem anno... elevationi corporum SS. Mariarum (9).

ff Joannes Preverandi, decretorum professor, ac perpetuus administrator Ucetiensis archidiaconatus, anno 1448 adfuit una cum cardinali de D
Fuxo... elevationi *etc.* (10).

gg Nizella sesquimilliari ab oppido Nivella (*Nivelles*) fuit olim villa Molinensis abbatiæ (*Molines*) (11). Johannes *Eustachii vel Eustachius adolescens Montibus Hannoniæ* in cœnobio Vallischolarium (*Val-des-Ecoliers*) S. Augustini *complexus est institutum* (12). *Versus annum* 1428, *obtenta superiorum facultate, transiit ad Molinenses. Versus annum* 1435 *ab Alnensi abbate missus est ad hortulum B. Virginis, vulgo Jardinetum* (Jardinet). *Anno vero* 1441 fit primus abbas Nizellensis... ad annos sex; quibus elapsis ad suum Jardinetum revertitur (13). *Unde sequitur Eustachium anno* 1448 *abbatem Nizellensem non fuisse; et re quidem vera anno illo notant iidem scriptores* (14) : Johannes II Tristandi abbas erat S. Mariæ Nizellæ anno 1448; *atque nihilominus alibi* (15) *recitant initium præsentis attestationis :* Nos etiam Arnaudus... et Johannes Preverandi... et Johannes Eustacii S. Mariæ Nizellæ *etc. Quæ quidem omnia non admodum sibi cohærent, ut proinde vix quidquam ex illis inferre liceat, tanto magis quod catalogus abbatum Nizellensium haud parum sit imperfectus, ut vel ex titulo :* Aliquot abbates (16) *indicatur. Præterea, si* E
detur etiam, Eustachium jam tunc reversum ad Jardinetum fuisse, certe recens id contigerat, atque adeo non absolute repugnat quod habet R. D. Faillon (17), *illum in subscribendo assumpsisse titulum, quo magis notus adhuc esset. Quidquid tamen de eo sit, videtur mihi potius standum instrumento Elevationis, atque transitum ad Jardinetum paulo tardius ponendum. Nec prætermittendum Eustachium* historiam *Inventionis* Rythmice recitasse, *ut alibi tradit Gallia Christiana* (18). *Asserit autem R. D. Faillon* (19) *se illam undequaque quæsivisse; sed frustra.*

hh *Præter ligamina, nihil jam superest ex his sigillis* (20).

ii *Subsistunt adhuc Ludovici de Frassengis et Arnaudi Guillermi sigilla ex cera rubra; duorum aliorum nihil jam habetur præter ligamina.*

(1) Gallia Christ. tom. III, col. 1171. — (2) Ibid. — (3) Mon. inédits, ubi supra, col. 1280. — (4) Gal. Christ. tom. III, col. 1244. — (5) Ibid. — (6) Ibid. tom. I, col. 933. — (7) Ibid. col. 694. — 8) Monum. inédits, tom. II, col. 1280. — (9) Gallia Christ. tom. VII, col. 479. — (10) Ibid. col. 502. — (11) Ibid. tom. III, col. 599. — (12) Ibid. col. 595. — (13) Ibid. col. 596 et 599. — (14) Ibid. col. 599. — (15) Ibid. tom. VI, col. 502. — (16) Ibid. tom. III, col. 599. — (17) Monum. inédits, tom. II, col. 1281, not. c. — (18) Tom. VI, col. 479. — (19) Monum. inédits, tom. II, col. 1222 et 1223. — (20) Ibid. col. 1231.

A D

DE S. MARCO,

EPISCOPO HIEROSOLYMITANO.

COMMENTARIUS HISTORICUS. B. B.

§ I. De sede Hierosolymitana ejusque episcopis ex circumcisione; primus ex gentilitate S. Marcus.

CIRCITER CL. *Sedis Hierosolymitanæ,*

Sedem Hierosolymitanam, ipsis ecclesiæ Christi incunabilis coætaneam, in patriarchatum erectam, nemo est qui ignoret; quamvis non conveniat inter eruditos, quo tempore id, saltem de jure, sit factum. Papebrochius (1) *Joannem, quem sedisse notat ab anno* 389 *ad annum* 415, B *diserte* primum patriarcham *inscribit. Juxta P. Lequien* (2) : Joannes nihil aliud tentavit adversus metropolitæ ecclesiæ Cæsariensis jura, nisi quod alienos clericos sibi niteretur usurpare, et quod ad Alexandriæ patriarcham, non vero ad Cæsariensem præsulem aut Antiochenum antistitem aliquando provocasset; Juvenalem vero (*qui secundum chronotaxin Papebrochianam ab anno* 418 *ad annum* 458 *præfuit* (3)) Patriarchatus Hierosolymitani esse conditorem. *Atque ita deinceps plerique statuunt* (4). *An autem Juvenalis sedi suæ reapse jura patriarchalia adeptus sit, est dubium. Statuerat Nicenum I canone* VII : Quia consuetudo obtinuit et antiqua traditio, ut Æliæ episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam, salva metropoli propria dignitate. *Perspicuum est agi tantum de prærogativa honoris, salva manente penes episcopum Cæsariensem Palæstinæ, utpote metropolitam, prærogativa jurisdictionis. Quare etiam Juvenalis altius evehere sedem suam in Ephesina synodo tentavit, conatus adscribere ditioni suæ partes aliquas patriarchatus Antiocheni. Frustra tamen; repugnantibus scilicet S. Cyrillo Alexandrino et sede* C *apostolica, cui præerat Cœlestinus* (5). *Paulo meliori cum exitu idem rursus suscepit in concilio Chalcedonensi. Audi Cabassutium* (6) : *Quod a Cyrillo et* Synodo (*Ephesina imo et a Cœlestino*) nequivit obtinere Juvenalis, a Theodosio principe impetravit, qui divali decreto sex provincias, Antiocheno patriarchæ ademptas, in Juvenalem transtulit, ejusque Æliensem sedem nova patriarchæ Jerosolymitani dignitate sublimavit, *idque, ut in notis apud Devotum asseritur sed perperam* (7), probante sede apostolica. *Pergit Cabassutius :* Hæ provinciæ fuere tres Palæstinæ, duæ Phœniciæ et Arabia. Sed quæ insecuta est Calchedonensis Synodus Actione 7, interveniente Marciano Augusto... litem istam in perpetuum diremit ex mutua partium conventione, ut tres Palæstinas Juvenalis ejusque successores cum Patriarchæ titulo retinerent, duæ vero Phœniciæ cum Arabia Maximo Antiocheno... restituerentur. Denique istud Calchedonense arbitrium de duabus patriarchiis, quinta Synodus novo decreto, Justiniano rogante et suadente, firmavit ac roboravit. *At enimvero reticet Cabassutius, Leonem Magnum, illud pactum Chalcedonense, licet præsentibus initum legatis pontificiis Maximum inter et Juvenalem, irritum fecisse. Sic enim epistola* CXIV *juxta recensionem Balleriniorum, die* 21 *Martii* 455, *data* sanctæ Synodo apud Calchedonem habitæ *scribit* (8) : Observantiam vestræ sanctitatis admoneo, ut jura ecclesiarum, sicut ab illis CCCXVIII Patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant;... infirmum atque irritum erit, quicquid a prædictorum Patrum canonibus discreparit. *Et rursus epistola* CXIX *ad Maximum Antiochenum,* 11 *Junii ejusdem anni* (9) : Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam Synodum vice mea misi, præter id quod ad caussam fidei pertinebat, gestum esse perhibeatur, nullius erit penitus firmitatis, quod ad hoc tantum ab apostolica sunt sede directi, ut excisis hæresibus, catholicæ essent fidei defensores... Nam quod ab eorum (*Patrum Nicænorum*) regulis et constitutione discordat, apostolicæ sedis numquam poterit obtinere consensum. *Idem textus eumdemque ob finem recitantur apud Lequien* (10), *ast inverso ordine : ibi enim tempore prior censetur epistola ad Maximum, et scripta ante reditum Legatorum; altera vero ad Synodum post reditum. Utut est parvi refert ad rem* F *nostram.*

postmodum dignitate patriarchica aucta,

2 *Quod vero Synodum attinet quintam, in qua actum est de tribus Capitulis, meminerimus ex eodem Cabassutio, sed in altero opere* (11), illam malis initiis et mala intentione auspicatam, nihil ecclesiæ contulisse præter innumeras dissensiones, clades, vexationes schismata *etc.* Et cum contra summi pontificis (*Vigilii*) mentem per sæcularem potestatem,... coactum habitumque fuerit istud concilium, nullo præsente apostolico legato, primusque subscripserit, qui eidem propria præsedit auctoritate, Eutychius Constantinopolis episcopus, fuisse manifeste illegitimum et schismaticum conciliabulum, nullo modo censendum inter ecclesiæ concilia, nisi ex solo tempore, quo robur eidem accessit ex approbatione apostolica, sive postquam

(1) Historia chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum, pag. XIX, tom. III Maji.— (2) Oriens Christianus, tom. III, col. 109 et seq. — (3) Ubi supra, pag. XXII et seq. — (4) Conf. Moroni, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica verbo *Gerusalemme,* tom. XXIX, pag. 76 et seq. — (5) Oriens Christianus, tom. III, col. 112. Cabassutius, Notitia ecclesiastica, pag. 217. Lugdun. 1690. — (6) Ibid. — (7) Institutiones Canonicæ, tom. I, pag. 179, not. 2. Gandæ 1822. — (8) Opera S. Leonis Magni, tom. I, col. 1197. Venetiis 1755. Item Patrologia, Migne, tom. LIV, col. 1029 et seq. — (9) Opera, col. 1217, Patrologia, col. 1045. — (10) Oriens Christianus tom. III, col. 115. — (11) Notitia Conciliorum sanctæ ecclesiæ, pag. 354. Lovanii 1776.

Vigilius

AUCTORE B. B.

Vigilius papa carcere et fama, suorumque miserabili clade diu mactatus, ut ad hoc approbandum adigeretur, tandem approbavit;... sive (quando jam ecclesia majori securitate et pace fruebatur) ex approbatione sancti papæ Gregorii, sive ex approbatione Nicolai I. Quibus omnibus adjungenda quoque approbatio synodorum œcumenicarum VI et VII (1). *Præterea* (*idque præcipue ad quæstionem nostram facit*) Acta, *ut iterum Cabassutius* (2) decretaque Synodi V latine supersunt, in quibus etiàm haud pauca supposititia *agnoscit*.. Ex quibus arguitur illius ætatis orientalium profusa ad contexendas imposturas licentia. *Unde piæ memoriæ P. Antonius Tinnebroek, defunctus nuper in flore ætatis collega noster, in quodam tractatu Ms., ubi Primatum Romanii pontificis* ex antiquis Patriarchatibus ecclesiasticis *demonstrandum suscipit, sic pro more suo concinne et accurate:* In Chalcedonensi concilio, approbantibus concilii judicibus, juvenalis pactum de dividenda patriarchica auctoritate iniit cum Maximo Antiocheno; at pactum rescidit S. Leo Magnus eadem potentia qua canonem de Patriarchatu Constantinopolitano irritum fecerat. Invasere tamen Jerosolymitani episcopi
B tres Palæstinas auxilio brachii sæcularis; indeque usque ad concilium Lateranense quartum ambiguo jure usi sunt. *Et re quidem vera, in hoc concilio, anno* 1215 *sub Innocentio III pontifice celebrato, patriarchalibus ecclesiis sedes Hierosolymitana diserte annumeranda sancitur canone* V : Antiqua patriarchalium sedium privilegia renovantes... sancimus, ut post Romanam ecclesiam... Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Jerosolymitana quartum locum obtineant. *Alia, quæ afferuntur, ut probetur dignitas patriarchica episcopis Hierosolymitanis asserta, vel dubiæ aut non satis firmæ videntur fidei seu auctoritatis, vel factum probant non vero jus* (3). *Id porro certum, sedis illius præsules* primum *episcopos*, deinde *saltem a Juvenali* patriarchas *nominatos* (4).

primi episcopi Hebræi:

3 *Episcoporum sedis Hierosolymitanæ duplex occurrit series. Primi, quindecim numero Judæi fuere; sequentes, incipiendo a* S. Marco, *ex gentibus assumpti sunt. De prioribus hæc tradit Eusebius* (5) : Eorum autem episcoporum tempora, qui Hierosolymis præfuerunt, nusquam reperire potui. Omnes quippe (*exceptis sane SS. Jacobo et Symeone*) brevi
C admodum tempore sedisse perhibentur. Illud tamen ex veterum scriptorum monumentis didici, ad illam usque obsessionem Judæorum, quæ imperante Hadriano contigit, quindecim episcopos continua successione illi ecclesiæ præfuisse : quos omnes origine Hebræos fuisse memorant, et fidem Christi sincere atque ex animo suscepisse; adeo ut ab illis, qui de hujusmodi rebus judicium ferre poterant, episcopali officio dignissimi censerentur. Quippe tunc temporis universa Hierosolymorum ecclesia conflata erat ex Hebræis fidelibus, qui jam inde ab apostolorum ætate ad illam usque obsidionem permanserant, qua Judæi iterum a Romanis deficientes, maximis præliis domiti atque expugnati sunt. Proinde cum episcopi, qui ex circumcisione erant, per id temporis defecerint, omnes a primo usque ad ultimum ordine suo re-
censere necessarium puto. Primus igitur fuit Jacobus, is qui Domini frater vocabatur. Secundus Symeon : tertius Justus (*a S. Epiphanio dicitur* Judas) : quartus Zacchæus : quintus Tobias : sextus Benjamin : septimus Joannes : octavus Matthias : nonus Philippus : decimus subrogatus est Seneca, cui successit undecimus Justus. Post quem Levi duodecimus ordine fuit. Ephres (*Epiphanio* Vaphris) deinde secutus est, posthæc Joseph (*apud Epiphanium* Josis *et in Chronico* Joses), omnium postremus fuit Judas ordine quintusdecimus. Atqui hi omnino sunt Hierosolymorum episcopi, qui jam inde ab apostolis usque ad Judam et ad illa quæ designavimus tempora, omnes ex circumcisione ἐκ περιτομῆς fuerunt. *Eodem ordine iisdemque nominibus pariter ab eodem Eusebio recensentur in Chronico* (6) (*de quo nonnulla infra dicam*) : *nempe ad annum Christi* 63 : Jacobus frater Domini... a Judæis lapidibus opprimitur : in cujus thronum Simeon, qui et Simon secundus assumitur (7); *ad annum* 109 : Simon, filius Cleophæ, qui Jerosolymis episcopatum tenebat, crucifigitur, cui succedit Justus (8); *reliqui nominantur ad annum* 113 (9) *et ad annum* 126 (10). *Consentit S. Epiphanius* (11), *paucis omnino apicibus, quos supra notavi variatis.* E (*Conf. infra, ubi de annis episcopatus* S. Marci). *Si itaque ponamus Justum anno* 113. *quo ejus successores aliquot in Chronico recensentur, obiisse, abhinc usque ad annum* 126, *quo eversæ ab Hadriano Jerusalem meminit ibidem Eusebius, habebitur intercapedo tredecim annorum, quibus episcopi omnino sederint duodecim, utique* brevi admodum tempore. *Imo, ut habet P. Marcellinus Molkenbuhr* (12), si Simeon mortuus fuerit anno Æ.V. 116 (ut Pagius contendit) et destructio Jerosolymorum secunda, sub Adriano facta, inciderit in annum 134, ergo spatio 18 annorum, Jerosolymis sedissent 13 episcopi, omnesque circumcisi. *Ex quo, sicut et ex aliis quibusdam levioris etiam momenti, concludit ille Eusebii historiam, hoc loco sicut et pluribus aliis, fuisse interpolatam. Quod equidem, quantum ad rem præsentem spectat, admittere non possum, præsertim cum ipse Eusebius præcaveat ab objecta difficultate, et omnimodus sit inter Historiam et Chronicum consensus. Quod etiam observat Binterim :* An, *inquit* (13), eruditi viri (Molkenbuhr) argumenta debitum pro sana critica habeant pondus, multum dubito. Nec enim adeo mihi absimile vero est, ut in tanta rerum Judaicarum, et præcipue F
Hierosolymitanarum, perturbatione, tot episcopi tam brevi temporis spatio sederint, qui probabiliter ætate jam provecti ad hanc dignitatem sublimati fuerint.

S. Marcus *primus ex gentilitate.*

4 *His de sede Hierosolymitana hujusque primis episcopis in genere prælibatis, ad* S. Marci, *qui alteram præsulum seriem auspicatur, nempe ex gentilitate assumptorum, electionem accedimus. Quæ, quomodo facta sit plene tradit idem Eusebius* (14) : Cum defectio Judæorum magis ac magis iterum (*fuerat Hierosolyma excisa sub Vespasiano et Tito, sed paulatim ex cineribus renascebatur* (15)) cresceret, Rufus, legatus Judææ, auxiliis sibi ab imperatore (*Adriano*) subimissis, amentiam ac desperationem hominum in occasionem sæviendi vertens, eos acerbissime ultus est, cæsa innumerabili hominum

(1) Confer. Art de vérifier les dates, pag. 184, et Cabassutii, Notitiam ecclesiasticam, pag. 267. — (2) Notit. Conciliorum, pag. 355. — (3) Conf. Cabassutium, Notit. ecclesiast. pag. 444. — (4) Historia chronologica, pag. 1. — (5) Historia ecclesiast. lib. IV, cap. 5. Valesius. Moguntiæ 1672. — (6) Hieronymus Vallarsii, Patrologia, tom. XXVII. — (7) Ibid. col. 585 et 586. — (8) Ibid. col. 607 et 608. — (9) Ibid. col. 609 et 610. — (10) Ibid. col. 615 et 616. — (11) Hæresi 66, Opera S. Epiphanii tom. II, pag. 264 et 266. Paris, 1622. — (12) Dissertatio de serie primorum episcoporum ex Eusebio Cæsariensi, pag. 17. Monasterii Westphaliæ 1794. — (13) Denkwürdigkeiten, tom. III, part. I, pag. 226. — (14) Historia eccl. lib. IV, cap. 6, pag. 118. — (15) Baillet, Vies des Saints, ad 22 Octob. pag. 541.

multitudine

A multitudine cum conjugibus ac liberis, agroque illorum jure belli in populi Romani ditionem redacto. Erat tunc temporis Judæorum ductor Barchochebas quidam, quod nomen stellam significat, vir alioqui cruentus et latrocinandi avidus, sed qui nomine suo auditoribus utpote vilissimis mancipiis fucum faciebat, quasi sidus e cælo delapsum esset, ut ipsis ærumnarum mole oppressis lucem afferret. Anno demum octavo decimo imperii Hadriani, cum totius belli vis circa Berthera, urbem munitissimam nec procul Hierosolymis dissitam, exarsisset, et protracta diutius a Romanis obsidione, rebelles fame ac siti oppressi essent, ipseque adeo seditionis auctor debitas pœnas dedisset, ex eo deinceps tempore universa Judæorum gens in regionem, circa Hierosolymam sitam, pedem inferre prohibita est lege et constitutione imperatoris Hadriani; adeo ut ne prospicere quidem e longinquo patrium solum ipsis liceret, ut scribit Aristo Pellæus. In hunc igitur modum cum civitas Judæorum gente nudata esset et veteribus incolis penitus vacuefacta, posthæc alienigenis eo confluentibus, urbs et colonia civium Romanorum effecta, in honorem Ælii Hadriani imperatoris Ælia
B nuncupata est. Et cum ecclesia ejusdem loci ex gentibus coaluisset, primus post episcopos ex circumcisione ἐκ περιτομῆς sacerdotium illius civitatis suscepit Marcus. *Hactenus Eusebius. Notat autem Lequien* (1) *vocem* ἐκ περιτομῆς, *qua etiam utitur S. Epiphanius, significare episcopos illos* non solum genere *hebræos fuisse*, sed et vivendi ratione; quippe qui legum Mosaicarum quarumdam, et imprimis circumcisionis, tenaces se præberent observatores, juxta quod olim majoribus eorum permiserant apostoli, quamvis in synodo Hierosolymitana ab iisdem fere omnibus, præsertimque circumcisione, gentiles, qui in Christum credebant, declarassent immunes (2)...Horum itaque nepotes, etiam post eversam Hierosolyman, a patriis ritibus ex toto non desciverunt, quos tamen necessarios, Ebionitarum instar, ad salutem æternam comparandam non asserebant. *Scribit etiam Sulpicius Severus* (3) : Tum Hierosolymæ non nisi ex circumcisione habebat ecclesia sacerdotem. *Et paulo post :* tum pene omnes Christum Deum sub legis observatione credebant; *subjungitque :* ita tum primum Marcus ex gentibus apud Hierosolymam episcopus fuit. *Confer Tillemont* (4) *et Baillet* (5).
C

AUCTORE B. B.

§ II. De annis episcopatus S. Marci ex Eusebii Chronico, cujus recensentur editiones ante et post repertum codicem Haicanum. Perperam a nonnullis S. Marcus habetur martyr. Ejus officium et missa.

De annis quibus præfuit S. Marcus, *non convenit inter scriptores. Papebrochius in margine notat* (6) : ab anno 153 ad ann. 156, *quod satis concordat cum Eusebii Chronico, ut paulo post explicatius reddam, postquam de ipso Chronico aliquid præfatus fuero. Quod ideo præstandum duxi, tum quia quædam, quod tunc mihi deesset Vallarsiana operum S. Hieronymi editio, minus distincte protuli superiori Actorum* E *nostrorum volumine ad diem 19 Octobris in Commentario prævio de SS. Ptolemæo et Sociis n. 42 et seqq. tum quia hodie præ manibus habeo non solum hanc, sed omnino omnes Chronici præstantiores editiones, præcipue vero trinas illas, quæ adhibito textu Armeniaco, adornatæ hoc sæculo* XIX *currente fuerunt. Initium duco ab accurata operis Eusebiani descriptione, quam præteritis sæculis nec integram nec fidam satis dare licuerat, eo quod ante codicis Armeniaci nuperam inventionem, Chronici partem tantum haberemus, eamque non omnimode sinceram. Audiamus Aucherum, monachum Armenum et doctorem Mechitaristam, de cujus industria et diligentia erit pluribus infra agendum.* Eusebius, *inquit* (7), Chronicum opus, quod integrum ex Armeno codice nunc primum prodit, molitus, omnium gentium ac populorum res gestas parva veluti tabula complexus est : quas ita ille per temporum seriem digessit, ut qua mundi ætate gens quæque floruerit, quoto mundi anno imperia singula, urbes, respublicæ conditæ sint, quibus incrementis succreverint, qua tempestate desierint, quilibet vel uno intuitu videre possit. Temporum vero rationibus diligenter subductis, nihil Mosaicis originibus aut F præstantius aut vetustius reperiri posse demonstrat, qui cum DCCC pœne et L annis Trojanum bellum præcesserit, non modo omnium scriptorum antiquissimus habendus est, sed ipsis fabulosis græcorum numinibus longe vetustior. Ac priori quidem libro (siquidem in duo volumina universum opus distribuit) ab ipso generis nostri parente Adam exorsus, uniuscujusque imperii aut gentis historiam ac tempora singillatim recensuit, eumque propterea παντοδαπὴν ἱστωρίαν, hoc est *omnimodam historiam* vocari licuit; altero vero, ducto ab Abrahami ætate supputandi initio, ac earumdem gentium fastis per columnas quasdam dispositis, ita columnas illas sive laterculos inter se composuit, ut singuli unius *gentis anni* quoto alterius gentis aut regni anno responderent primo obtutu pateret, atque hanc operis sui partem longe operosissimam χρονικοὺς κανόνας, sive simplici voce κανόνα nuncupavit. *Deinde subjungit Aucherus* (8), *chronogra-*

Chronici Eusebiani notitia

(1) Oriens Christ. tom. III, col. 103. — (2) Confer. Act. Apostolor. cap. XXI, v. 30 et seqq. — (3) Historia sacra, lib. II, num. 31. Migne, Patrologia latin., tom. XX, col. 147. Paris, 1845. — (4) Mémoires, tom. II, pag. 391 et seq. Paris, 1701. — (5) Vies des Saints, ubi supra. — (6) Historia chronologica, pag. XI. — (7) Eusebii Chronicon bipartitum, nunc primum ex armeniaco textu in latinum conversum. Venetiis 1818, præfatio, pag. II et III. — (8) Ibid.

phiam

AUCTORE B. B.

phiam hanc, sæculo eodem labente, quo fuerat ab Eusebio conscripta, nempe Theodosio M. imperante, latinæ linguæ hominibus communicavit S. Hieronymus, qui tamen interpretis (*imo alibi dicit*, se vel interpretem esse vel novi operis conditorem (1)) et scriptoris *ex parte officio usus*, priorem quidem librum, ut nobis videtur, intactum prætermisit, solumque *Canonem* transtulit : *nonnulla vero, quæ sibi intermissa videbantur, adjecit, in Romana maxime historia;* eamdemque sæculo ab auctoris (*Eusebii*) obitu vix elapso, in Haicanam linguam conversam accepit Armenia; ita tamen conversam, ut græco archetypo Armenium exemplum ad amussim responderet (2). *Infra ex professo probat Aucherus, versionem Armeniacam sæculo* v *adornatam* (3), eamque diligenter atque operose elaboratam, *ut* non modo sententiæ sententiis, sed sæpissime etiam verba verbis apprime respondeant (4); *denique rationes affert* (5) *quibus* sibi persuasum est, *a S. Hieronymo solum Canonem fuisse translatum, notatque secum sentire Hieronymum de Prato, imo et præcipuum ejus* (*Pratensis*) *Dissertationis argumentum in hac re demonstranda versari, nempe* Duos de temporibus libros ab Eusebio
B editos fuisse *atque hoc contra Vallarsium;* S. Hieronymum autem ex illis alterum tantum fuisse interpretatum, *quod contra Scaligerum compluresque alios est. Id porro certum partem Eusebiani Chronici priorem, si tamen umquam a S. Hieronymo versa fuit, jam diu periisse. Cum itaque deperditus esset Eusebii textus et lateret versio Armeniaca, sola eruditis nota erat Hieronymiana Canonis interpretatio, quæ, usque ad Vallarsium, deerat collectionibus operum sancti Doctoris. Id quidem* se receperat Martianæus præstiturum; sed animum despondit, ubi quantum et quam impeditum negotium sibi daret, limine in ipso advertit (6).

et variæ editiones, ante

6 *Seorsum tamen liber excusus pluries fuerat; at veteres editiones* sunt omne genus vitiis deformatæ (7); *anno autem* 1604 *prodiit Burdigalæ sub titulo :* Chronica trium illustrium virorum (*Eusebii, SS. Hieronymi et Prosperi*) ex 28 Mss., 8 editionibus *ex. opera et cura Arnaldi Pontaci, Vasatensis in Aquitania episcopi; quæ editio Vallarsio* diligentissime accurata *dicitur* (8), *et Joanni Morino,* omnium correctissima et jure merito cæteris (*proinde Scaligerianæ*) præferenda (9).
C *Videbimus tamen non tantum ei tribuendum laudis. Biennio post Pontacum, Josephus Scaliger anno scilicet* 1606 *illud denuo edidit Lugduni Batavorum; quod deinde novis curis auctum atque adornatum recudere cogitavit; ast morte præventus rem ad exitum perducere non potuit; id vero præstitit Alexander Morus Amstelodami anno* 1658. Porro opus universum sive ipse Scaliger sive qui illud edidit Morus *Thesaurum temporum* inscripsit, *fuitque magno plausu ab eruditis illico exceptum ob ingentem præcipue delectum græcorum Eusebii fragmentorum, quæ undique Scaliger decerpserat, atque tanta copia subjecerat, ut integrum Eusebii textum jam diu exoptatum et frustra quæsitum restituisse videretur* (10), *imo et ipse, pro more suo jactantius, gloriaretur,* se, si non ipsum corpus, non omnino tamen dissimile ei, quod ab auctore (*Eusebio*) *institutum fuisset exhibuisse. Ast re penitius accuratiusque examinata,* quantum Scaligerianæ industriæ ex collectis græcis fragmentis accessit laudis, tantum Scaligerianæ D fidei ex ipsorum corruptione ac confusione detractum est (11). *Post Scaligerum, qui Eusebianæ chronographiæ illustrandæ memoria peculiari dignam operam dederit usque ad elapsi sæculi* XVIII *medium, nemo repertus est. Tum vero iterum Eusebianum Chronicon edendum illustrandumque suscepit Vallarsius operum S. Hieronymi tomo VIII, adnotationibus illustravit, addidit græca ex Syncello aliisque* (*pro Canone solo videlicet*) *fragmenta, nec ea tamen Scaligeriana licentia, temere ac carptim undecumque collecta, sed inde deducta, ubi ea canoni Hieronymo-Eusebiano quoquo modo respondere videbantur, indicatis etiam fideliter auctorum locis* (*quod prætermiserat Scaliger*) *unde illa deduxerat* (12). *Rejecta itaque Scaligeriana, Pontacenam secutus est. Reprehendendus autem Vallarsius, tum quod Scaligeri lectionem perpetuo carpat, iisque ut plurimum utatur codicibus, qui ab Scaligero longius abscedunt, licet a vera lectione maxime absint* (13); *tum præcipue quod priorem chronographici operis partem, ab ipso Eusebio identidem commemoratam, inter Scaligeriana commenta et somnia recenseat* (14). *Atque hæc quidem Vallarsii hallucinatio criticos non fugit. Vix enim ejus Chronicon prodierat, statim adversus singularem* E *hominis sententiam dissertationem de chronicis Eusebii Cæsariensis conscripsit vulgavitque anno* 1750 *Hieronymus de Prato, oratorii Veronensis præpositus; in qua tam Scaligerianum quam Vallarsianum systema expendit ac utrumque simul fortissimis rationum momentis refutat, eaque adversus utrumque proponit, quæ nunc genuino Eusebii opere detecto, verissima esse atque certissima deprehensum est.*

et post repertum codicem armeniacum.

7 Tantum igitur nactus ac tam singulare antiquitatis monumentum... de eodem in latinum transferendi consilium cœpit *Aucherus,* in id maxime incumbens, *ut* codex ille *auro contra æstimandus, qualis ab* antiquo amanuensi prodierat, talis in eruditorum hominum manus perveniret (15). *Itaque* cum anno MDCCLXXXVII Georgius quidam lector... vir inter Armenos eruditissimus pretiosissimi codicis nuper Constantinopolim advecti notitiam per litteras nobis communicasset, rescripsimus statim viro doctissimo, gratissimum nobis futurum, si codicis illius exemplar suamet ipsius manu quam emendatissime descriptum nobis Venetias transmitteret... Quod cum accepissem et cum Eusebiano Chronico a Scaligero edito contulissem, statim mihi quædam suspicio oborta est, F exemplum nobis transmissum haud omnino antiquo illi codici respondere (16). *Qua de re monitus Georgius alteram exscriptionem suscepit, misitque Venetias Auchero una cum litteris, datis die* 25 *Julii* 1795, *in quibus* ultro fatebatur, prius illud exemplum, quod triennio ante transmiserat, a se interpolatum fuisse; idque ut Gennadio cuidam græco Metropolitæ obsequeretur, qui illud ad Scaligerianam editionem exigendum esse ipsi persuaserat. Cæterum in novam hanc exscriptionem nihil se extraneum, alienum nihil aut adscitium induxisse; sed codicem ipsum antiquissimum bona fide et ad amussim repræsentasse, *non solum quo ad verba, verum etiam secundum omnes conditiones diligenti cura, usque ad syllabas, apices et puncta.* Sunt hæc ipsa verba Georgii (17). *Subsecuti vero tumultus communesque Europæ universæ cala-*

(1) Præfatio ad lib. De situ et nominibus locorum Hebraicorum. Patrologia Migniana tom. XIII, col. 860. — (2) Præf. § 2, pag. VI et seqq. — (3) Ibid. pag. IX, num. 4. — (4) Ibid. § 5, pag. XIV, num. 1. — (5) Vallarsi, Opera S. Hieronymi, Migne, tom. XXVII, pag. 10. — (6) Id. Ibid. Conf. Fabricium, Bibliotheca Græca, tom. VII, pag. 338 et seqq. Harles. — (7) Opera S. Hieronymi, ubi supra. — (8) Ibid. pag 31. — (9) Aucherus, præfat. pag. XV. — (10) Ibid. pag. XXII. — (11) Ibid. pag. XVIII. — (12) Confer Præfationem ad Eusebii Chronicorum libros ex codice Haicano, editoribus Angelo Maio et Zohrabo. Mediolani 1818, pag. XVI. — (13) Aucherus, ubi supra. — (14) Pag. XI, num. 1. — (15) Ibid. num. 11. — (16) Ibid. pag. XII.

mitates

A *mitates effecerunt* (1) *ut, dilata operis editione, Aucherus ineunte sæculo* XIX *Constantinopolim profectus, ibique septennium moratus, Rhedestonium, qui codicem Hierosolymis advexerat, viderit sicut et Georgium Lectorem, cum ipsis multa contulerit de codice, quem adeo* ipsum non semel tantum aut bis, sed pluries per otium lustrare *ac diligentissime expendere potuit, et quæ vel* incogitantia vel inscitia *in secundum apographum irrepserant, emendare.* Qua *in re, addit Aucherus* (2), Georgii diligentiam numquam satis mirari poteram, qui paucis admodum exceptis, quæ *aut incuria fudit aut humana parum cavit natura,* ita codicem illum expresserat, ut ovum ovo, quod aiunt, tam simile esse minime possit. *Denique concludit his verbis* (3): opus quod multis ante annis molitus fueram, anno MDCCCXV perfeceram, typis committere datum est anno MDCCCXVIII duplici forma in-4° et in fol. ut dicitur; quarum secunda (*hanc nos adhibemus*) magis expurgata fuit ab erroribus typographi, *estque armeno-græco-latina, et prodiit typis cœnobii PP. Armenorum in insula S. Lazari Venetiis. Titulum lege infra* (4). *Paucis ante mensibus prodierat Mediolani ex eodem codice versio latina, conjunctis*
B *curis Angeli Maii et Joannis Zohrabi, collegii Armeniaci Venetiarum alumni. Qui vero id factum sit, docebit Aucherus* (5) : Esset autem hic locus etiam de recentissima quadam Mediolanensi ex Armeno-Latino-Græco hoc exemplo mutuata editione Latina dicendi : sed cum illam ad genuinam nostram lectionem studiosus lector exigere per se possit, supervacuum nobis videtur de re aperta laborare. Satis erit in præsentia admonere eam ex priori illo exemplo, quod a Georgio exscriptore interpolatum diximus clam nobis, me vero Venitiis absente, Mediolanum delato deductam esse, nonnullis interim ex altero saniore exemplo, quod deinde ab eodem Georgio accepimus, castigatis (6). *Cætera ad hanc rem pertinentia accipe ab Angelo Maio in Præfatione ad alteram adeoque omnium postremam Chronici Eusebiani editionem* (7) : Post inventum Eusebii Chronicorum librum priorem, quem latini veteres numquam habuerunt, græci jamdiu desiderabant, armeni denique orbi restituerunt, duæ tantummodo totius operis editiones curatæ sunt, Mediolanensis videlicet et Veneta: quæ separatis locis studiisque factæ, haud semel inter se dissident; neutra vero vel ad unguem
C elimata vel perfecta est : quamquam ego Venetæ editioni (*Aucheri nempe*) propter armeniaci textus doctorumque scholiorum comitatum, præcipuum honorem sponte defero. Quæ quum ita se habeant, numquam non optavi tertiam demum adornare editionem, quæ omnia superiorum bona conjungeret, mendis exclusis; id quod de priore præsertim libro dictum sit, qui unici codicis Armeniaci auctoritate et græcorum fragmentorum adminiculo nititur... Operæ igitur pretium duxi, si universum Eusebii Chronicon nova hac editione integrius, emendatius pleniusque facerem : priorem scilicet librum duarum collatione editionum, criticis aliquot animadversionibus, philologico studio ac sedulitate expolirem et reformarem; posteriorem, non solum prætermissis ab Armeniaco interprete (*tum in Veneta tum in Mediolanensi desunt S. Hieronymi additamenta, et ipsemet Eusebii textus, ex solo Haicano codice desumptus, nec integer est nec purus; non pauca quippe Armenius interpres de genuinis Eusebii fragmentis prætermisit* (8)) Eusebianis fragmentis augerem, verum etiam doctis Hieronymi laboribus cumularem, et, quod apprime intererat, tot codicum Vaticanorum (*plus viginti*) auxilio fretus, nova prorsus lectione donarem. *Atque ex his satis perspicitur cur altera hæc editio inserta sit novissimæ Græcorum patrologiæ Mignianæ* (9); *in latinis, inter opera S. Hieronymi, recusa est Vallarsiana cum notis Pontaci* (10). *Jam ad* S. Marcum *redeamus, et quid de annis episcopatus ejus ex Eusebii Chronico statui possit videamus.*

AUCTORE B. B.

8 *In Eusebio Vallarsii, ad annum Hadriani imperatoris* XVIII, *Christi* CXXXVI, *denique tertium Olympiadis* CCXXVIII, *notatur* (11) belli Judaici finis, *additurque :* Jerosolymis primus ex gentibus constituitur episcopus MARCUS, cessantibus his qui fuerant ex Judæis; *anno autem Titi Antonini* XVIII, *Christi* CLVII, *tertio Olympiadis* CCXXXIII (12) : Cassianus XVII Jerosolymæ episcopatum post Marcum
E suscepit, post quem XVIII Publius, cui succedit XIX Maximus etc. *Habetur itaque inter utrumque terminum,* XXI *annorum spatium; unde si ponatur Cassianus absque mora successisse* S. Marco, *consequens erit hunc per annos sedisse omnino* XXI. *Satis consonat Scaligeriana recensio, ubi belli Judaici finis adscribitur* (13) *anno Hadriani* XVIII, *Christi* CXXXV; Marcus *anno illius* XIX, *hujus* CXXXVI; *Cassianus* (14) *anno Titi Antonini* XIX, *Christi* CLVII. *Proinde, quod ad* Marcum *spectat, omnimoda reperitur concordia. Aliud est in Maiano Eusebii chronico, ubi* (15) *ad annum Hadriani* XX, *Christi* CXXXVII, *primum Olympiadis* CCXXIX *legitur :* Hierosolymæ primus ex gentibus constituitur episcopus MARCUS annis XVI (*imo* MARCUS XVI *et expungenda vox* annis, *ut paulo infra dicam*), cessantibus his, qui ex circumcisione fuerant. *Præcedenti anno annectitur Judaici belli finis. Ita quoque in Veneta Aucheri* (16) *ac Mediolanensi Maii et Zohrabi* (17) *editionibus, cum quibus concordat Samuel Aniensis* (18). *Deinde in Romana Maji, ad annum Titi Antonini* XXIII, *Christi* CLXI, *primum Olympiadis* CCXXXV (19) : Hierosolymæ episcopatum post Marcum septimus decimus suscipit Cassianus; *et consonat rursus in*
F *Olympiadum et Antonini annis Veneta Aucheri* (20). *Diversæ in his itaque a Vallarsio et Scaligero Olympiades, diversi anni imperatorum, discrepant anni etiam Christi. Præterea ab electione* Marci *ad electionem Cassiani* (*si tamen hæc revera contigerit illo anno quo ejus fit apud Eusebium mentio*) *non anni sexdecim, benevero viginti quatuor numerandi forent; quod nemo alius hactenus dixerat. Notandum tamen est, a Romana Maii editione discrepare Mediolanensem, item etiam Samuelem : illa* (21) *Cassianum refert ad* Olympiadis 254 annum secundum Titi Antonini annum 21; *hic* (22) *ad* Olympiadis 255 annum tertium, Christi 160, Titi Antonini 21: *attamen ex utriusque computo, anni decurrunt viginti et unus a* Marco *ad Cassianum. Insuper textum ubi de* S. Marco *agitur, vitiatum esse, nullus equi-*

Ex Chronico non plane constat de annis S. Marci;

(1) Pag. XIII. — (2) Ibid. — (3) Ibid. — (4) Eusebii Pamphili Cæsariensis episcopi Chronicon bipartitum, nunc primum ex Armeniaco textu in latinum conversum, adnotationibus auctum Græcisque fragmentis exornatum, opera P. Jo. Baptistæ Aucher Ancyrani, monachi Armeni et doctoris Mechitaristæ. — (5) Aucherus, pag. XIX. — (6) Ibid. pag. XIX. — (7) Scriptorum Veterum nova collectio, edita ab Angelo Maio, typis Vaticanis, 1836, tom. VIII, pag. V.—(8) Ibid.— (9) Tom. XIX. Paris, 1857.

(10) Patrologia lat. tom. XXVII. Paris, 1846.—(11) Patrologia, Migne, Opera S. Hieronymi, tom. VIII, col. 619. — (12) Ibid. col. 625. — (13) Thesaurus temporum, pag. 167. — (14) Ibid. pag. 169. — (15) Scriptorum Veterum nova collectio, tom. VIII. pag. 586.— (16) Pag. 161.— (17) Pag. 584. — (18) Temporum ratio, pag. 55. —(19) Scriptorum Veterum, tom. VIII, pag. 587. — (20) Pag. 161. — (21) Pag. 585. — (22) Pag. 56.

AUCTORE B. B.

dem dubitem, quamvis eodem omnino reddatur modo in Romana, Veneta et Mediolanensi, ac proinde sic legatur in codice Haicano. Unde id tamen solum sequitur, lapsum nempe esse primævum Eusebii Armenium interpretem; vel apographum, quo usus sive Georgius sive Aucherus est, fuisse mendosum. Conf. supra num. 7. *Itaque loco* Marcus annis XVI, *ponendum :* Marcus XVI, *quotus revera is venit inter episcopos Hierosolymitanos, et expungendum verbum* annis. *Secus nec pericope sibi recte cohæret, nec convenit cum aliis Eusebii locis, quibus recenset sacros antistites ejusdem urbis : perpetuo enim adscribitur ab illo numerus, ordinem successionis indicans, nuspiam vero adduntur anni, quot quisque sederit. Ut quid in solo* Marco *alia usus esset methodo Eusebius, idque ut manifeste pugnantia inter se proferret? Cum qui annos* XVI *præfuisse notaretur, is ex adscriptis Olympiadum et imperatorum numeris annos omnino viginti quatuor pontificatus haberet. Cæterum præplacent mihi anni a Pontaco, Scaligero et Vallarsio positi, quod magis videantur conformes canoni Eusebii Hieronymiano. Nec putem ad hujus codices Mss. Vaticanos, locum, de quo hic quæstio est, exactum vel emendatum in posteriori cardinalis*
B *Maii editione, cum iisdem prorsus verbis locus ille reddatur in triplici chronico, post repertam versionem Armeniacam excuso. Præterea, ut monui, in Mediolanensi, et in Ratione Samuelis, numerantur a* Marco *ad Cassianum anni etiam viginti et unus.*

et incertum quo desierit,

9 *Nec tamen ut certum assumo,* S. Marcum *annis præter propter viginti et uno præfuisse; præsertim, quod ex ipso Eusebii loquendi modo non constet, illum obiisse eo anno, quo mentio fit de Cassiano. Nam, ut jam animadvertit Tillemontius* (1), *exinde quidem efficitur Cassianum tum sedem Hierosolymitanam tenuisse, non eum illo præcise anno successisse* S. Marco. *Quinimo cum plures simul sub eodem anno notet episcopos :* Cassianus XVII Jerosolymæ episcopatum post Marcum suscipit, post quem XVIII Publius, cui succedit XIX Maximus... XXV Capito (2); *haud absurdum est concludere ignorasse Eusebium annos successionis; prout certo ignoravit (id enim ipse fatetur) quibus annis præfuerint præsules a Simeone vel Justo usque ad* Marcum, *quosque propterea quasi binas per turmas assignat, alteram ad annum* 115 *a Justo* III *ad Philippum* IX (3); *alteram ad annum* 126, *a Philippo* IX *ad Judam* XV, *addens :* hi omnes usque ad eversio-
C nem, quam ab Hadriano perpessa est Jerusalem, ex circumsione episcopi præfuerunt (4). *Adde diserte affirmare Nicephorum Callistum horum* episcoporum tempora litteris mandata non esse (5). *Quidni idem prædicetur de successoribus episcopis* S. Marci, *quos in Historia ecclesiast.* (6) *plurimos quoque simul congerit Eusebius? Quod si admittatur, consequens erit ex Eusebio haud satis effici hunc in sede Hierosolymitana perdurasse usque ad annum centesimum quinquagesimum sextum vel septimum, cui Cassianus aliique plures, ut diximus, in chronico adscribuntur. Nihil itaque repugnat, quominus quis admittat obiisse* S. Marcum *ante annum, quo floruisse notatur Cassianus; ac proinde non tamquam prorsus absurdus est habendus annorum* XVI *episcopatus prout in Eusebio Maiano, ut supra vidimus, juxta codicem Armeniacum reperitur. Imo in* D *textu Eusebii græco apud Scaligerum (quem hic sub titulo* χρονικῶν λόγος *edidit)* Marco *anni tantum octo dantur :* πρώτος δ' ἐξ ἐθνῶν ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων Μαρκος ἔτη η' (7). *Scio hanc Scaligeri farraginem non tanti fieri ab eruditis. Attamen concordant hic Georgius Syncellus* (8) *et Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus* (9) : *uterque* S. Marci *episcopatum similiter ad octennium reducit. Utique nec istorum tanta est auctoritas, ut rem dirimant. Certe de Nicephoro (nec pluris habendus est Syncellus) Petavius noster, ubi de illius* catalogo cum singulorum antistitum annis, *ita scribit* (10) : Unde singulorum annos expiscatus sit Nicephorus, divinare non possum. Pessime tamen conceptos esse non dubium est. Imprimis Jacobo annos tribuit XXVI, Symeoni XXIII : quod utrumque falsum, *ut multis probatur. Addit inferius Petavius juxta Eusebii chronicon* S. Marcum *sedisse annos* XXII. *Atque hæc ille,* eadem opera, *sicut ait,* Nicephorum castigans et S. Epiphanium : *notum enim est hunc editum a Petavio cum animadversionibus. Porro Epiphanius Hæres.* LXVI (11), *texit* Elenchum episcoporum Hierosolymitanorum, *minoris adhuc pretii quam Nicephori catalogum. Præterea, ut recte observat Tillemontius* (12), *paulo quidem distinctius quam Eusebius,* tempora *conatus Epiphanius est distinguere : at cum ejus textus scateat seu mendis seu erroribus, nulla exinde hauriri potest probatio. Quod si etiam correctior foret, nihil lucis in rem nostram affulgeret, cum per annos tantum quosdam imperatorum decurrat. Dubium itaque remanet, quo anno functus munere seu vita sit* S. Marcus; *atque ex eo jam capite incerti sunt anni pontificatus ejus.* E

quo cœperit episcopatus ejus :

10 *Sed et alia, minor quidem, attamen difficultas oritur de initio illius, quod innectitur postremæ sub Hadriano Jerosolymorum ruinæ; de hac vero rursus non una est eruditorum sententia. Imprimis Scaliger* (13) excidium *istud* imaginarium *asserit confidentius, ne dicam pro more suo audacius.* Quæ enim ratio, *ut recte reponit Tillemontius* (14), nos inducere queat, ut rejiciamus testimonium Eusebii, S. Hieronymi, S. Chrysostomi et Appiani id diserte affirmantium? *At si non possit excidium illud rationabiliter in dubium vocari, non ita facile tempus determinatur. Cœptam vult Tillemontius* (15) *postremam Judæorum rebellionem anno Christi* CXXXIV, *quo et Jerusalem solo æquata iterum fuit; toto dein dein triennio arsisse bellum, ita ut anno Christi* CXXXVI *ad internecionem perfida gens fuerit cæsa; ac denique anno Christi* CXXXVII *reædificata urbs sit, quæ et* Ælia Capitolina *a suo conditore dicta; eodem autem anno (vel sequenti, ut alio loco dicit* (16)*) electum fuisse* S. Marcum, *qui proinde annis sedisset viginti et uno. Ita Tillemontius, alibi scribens* (17) *electionem* S. Marci *non esse differendam ultra annum Christi* CXXXVIII, *ejusque episcopatum octodecim vel viginti, juxta Eusebii chronicon, annorum fuisse, addens tamen nihil certi hac de re statui posse. Juxta Petavium nostrum* (18) belli *Judaici* exitus in annum Christi 135 incurrit, quo Hadrianus imperii vicesimum iniit. *Et ita porro alii alios ponunt annos, fere triennio ab invicem discedentes.* F

11 *Est igitur dubium, tum quod ad initia, tum*

(1) Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 257. In-folio. Bruxelles, 1732. — (2) Vallarsi, tom. VIII, col. 623 et 624. — (3) Ibid. col. 609 et 610. — (4) Ibid. col. 615 et 616. — (5) Historia ecclesiast. lib. III, cap. 25. Edit. a Frotone Ducæo. Paris, 1650, tom. I, pag. 258. — (6) Lib. V, cap. 12, pag. 314. — (7) Thesaurus temporum, pag. 81. — (8) Chronographia, tom. I, pag. 662 et 663. Corpus scriptorum historiæ Byzantinæ Romæ, 1829. — (9) Chronog. compendiaria. Ibid. pag. 765. — (10) Opera S. Epiphanii, tom. II, pag. 264 et 266. Paris, 1622. — (11) Ibid. tom. I, pag. 656. — (12) Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 237. — (13) Thesaurus temporum. Animadversiones, pag. 212. — (14) Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 256. — (15) Ibid. in tabula chronologica, pag. 258 et 259. — (16) Ibid. pag. 257. — (17) Ibid. pag. 124 — (18) Rationarium temporum, pag. 188. Amstelodam. 1710.

quod

plerique ei tribuunt annos XXI.

A *quod ad finem illius pontificatus spectat. Communius assumitur (nec enim probari potest) annorum fuisse viginti et unius, stando scilicet lectione Eusebiana, quæ videtur magis accurata. Sic Papebrochius* (1) : Hadriani imperatoris anno XIX (*potius* XVIII *juxta Lequien* (2)) Christi CXXXV, Pompeiano Luperco (*lege ex correctione Norisii* Pontiano (3)) et Lucio junio Attico Aciliano (*juxta Norisium* (4), *absque ullo prænomine* Atiliano *seu* Atelano) Cossulibus Hierosolymæ primus ex gentibus constituitur Marcus... et sedit usque ad consulatum Silvani et Augurini, id est usque ad annum Christi CLVI. (*Addit tamen*, a Nicephoro aliisque annos ut minimum VIII numerari.) *Ita etiam Lequien loc. cit.; ita chronicon Eusebii, ut supra vidimus, Pontacenum, Scaligerianum, Vallarsianum et Mediolanense Maii et Zohrabi; item Samuel Aniensis et Benedictini* (5) : Juxta Tillemontium ordinatus fuit anno Christi CXXXVIII : ignoratur quo anno sit mortuus.

Ejus memoria in solis fere martyrologiis;

15 De Marco Hierosolymitano, *inquit Sollerius* (6), primus inter Martyrologos loquitur auctor Romani parvi, ex solito suo fonte Rufino, his verbis : « Jerosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est. » *Notat ad marginem Rosweydus noster, in suo Romano vetere quod Sollerio Romanum parvum), in Ms.* Marcum et Salome *annuntiari* 21 *Octobris, diem vero* 22 *vacare;* Adonem *tamen* et omnes *utrumque posuisse posteriori hoc die. Ita autem prosequitur Sollerius :* Viennensis (*Ado*) primo loco, breve Marco elogium concinnat, quod ex citato loco (*Rufini* (7)) pro aliqua parte desumptum est. Ex Adone sua *omnia desumpsit noster* (*Usuardus*); quod etiam fecit Notkerus, sed die præcedenti. *Porro Usuardus habet secundo loco :* Item Beati Marci episcopi, clarissimi et doctissimi viri, qui primus ex gentibus ecclesiam Hierosolymorum suscepit regendam ac non multo post martyrii meruit palmam. *Consonat Romanum, nisi quod hic* primo loco *occurrat* Marcus, *et passus asseratur sub* Antonino imperatore. *Cæterum verba* clarissimi et doctissimi viri, *ab Adone in alia martyrologia manasse videntur : nec enim in Eusebio, nec in Rufino, nec in Chronicis Eusebianis et Hieronymianis, supra a nobis laudatis, reperiuntur; imo nec in Nicephoro Callisto* (8), *qui sæculo* XII *et* XIII *floruit* (9). *Papebrochius in sæpe dicta Historia chronologica* (10), *addit ex Theodorico Pauli :* Cæpit

C iste S. Marcus ecclesiam Hierosolymitanam, grandi terrore dispersam, fide et industria sua congregare et regere quia civitas Jerusalem, in Romanorum jus conversa, ritum penitus mutavit et nomen. *Nihil dubito quin Theodoricus seu Theodericus Pauli sit* Gorcomiensis *ille* scriptor sæculi XV, *ut habet Fabricius* (11), cujus *chronicon universale Ms.* possident Jesuitæ Antverpienses (*Bollandiani*), prout ipsi testantur tom. II Martii, pag. 641. *Non putem illud postea in lucem prodiisse; nec Ms. mihi jam præ manibus est. Denique, ut nihil omittam ex his quæ de S. Pontifice nostro apud probatos scriptores occurrunt, Binterim* suspicatur S. Marcum ab episcopo Cæsariensi, quæ, post eversam Hierosolymam, urbs Palæstinæ erat præcipua, ordinatum...; forte etiam S. Marcus antea presbyter erat ecclesiæ Cæsariensis (12).

14 *Paucissima itaque sunt quæ ad nos de* S. Marco *pervenerint. Imo vix mihi dubium est, quin perperam martyr nuncupetur. Imprimis* errant, *inquit Papebrochius* (13), martyrologi, et alii post eos, dum scribunt, quod *non multo post* ordinationem suam martyrii meruit palmam : nam ab Hieronymo dantur anni XXI, qui a Nicephoro aliisque anni ut minimum VIII numerantur. *Id utique certum, nihil esse ex quo concludere liceat,* S. Marcum *defunctum esse* paulo post *adeptam pontificiam dignitatem, nisi quis velit ita posse haud absurde interpretari octennium illud Nicephorianum; quod ipsum, ut vidimus, saltem valde est incertum, imo et mere suppositilium. Deinde quod ad martyrium spectat,* ut minimum saltem dubium *est, ait Sollerius* (14); *et juxta Papebrochium* (15) difficilem fidem invenit *præsertim ob silentium Eusebii,* qui sollicitissime martyrum passiones requirens, Hieronymiano martyrologio conscribendo materiam suppeditavit. *Nec solus Eusebius* S. Marcum *martyribus non annumerat, sed nec Rufinus nec alii omnes supra laudati scriptores, sicut et Romanum parvum; ita ut primus, qui martyrem illum dicat, sit Ado, quem secutus est Usuardus, ex quo hausit nostrum Romanum. Atque hinc aliquali notandus est asterisco Papebrochius, ubi asserit,* omnes præter Eusebium *de martyrio* S. Marci *dixisse. Fateor antiquiorum scriptorum silentium illud tanti apud me esse, ut plus quam* dubium *mihi reddatur recentioris ævi assertum. Quidni dicant, quibus ex fontibus talia hauserint? Qui si deficiant, non est cur asserenti nec probanti, fides ulla adhibeatur.*

AUCTORE B. B. *nec de martyrio*

E

constat

15 *Est et aliud argumenti genus, ita a Papebrochio nostro ibidem redditum :* Jam ante annos aliquot, publico ipsius imperatoris edicto, cohibita fuerat persecutio Christianorum, et vix credibile est Hierosolymis pertinacius sevitum esse quam Romæ. Baronius edictum istud retulit ad annum CLV, eo quod S. Telesphorum papam et martyrem usque huc vixisse existimaret : sed ex antiquis pontificum Romanorum catalogis, per consules annuos optime digestis ante Aprilem nostrum, S. Telesphorus coronatus fuit anno Christi CXXXVIII, Cæsare et Balbino coss. *Hic vero implicatissima movetur quæstio, ad chronologiam spectans Romanorum pontificum, cui retractandæ locus non est. Sufficiat ea recitasse, quæ faciant ad statuendum de valore argumenti Papebrochiani. In memoriam itaque revocandum est, tomo nostro Aprilis primo præmissam ab Henschenio fuisse* Diatribam F in catalogos veteres Romanorum pontificum, *in qua successionem chronologicam ab ipso omnis pontificatus principio,* Jesu Christo, *usque ad S. Julium (anno 353) auctor stabiliendam suscepit, eamque, quod ad priores Christi vicarios attinet, a Baroniana chronotaxi haud parum diversam, ut videre est uno intuitu ex latereulo in hunc finem ibidem concinnato* (16). *Henschenio consonat Papebrochius in* conatu chronico-historico ad catalogum pontificum (17). *Jam vero uterque obitum S. Telesphori innectit anno Christi* 138, *post pontificatum undecim annorum; dum* Baronius, *inquit Henschenius* (18), nescimus qua de causa, removit martyrium S. Telesphori usque ad annum CLIV: *ejus vero electionem refert ad mensem Aprilem anni* 142 (19). *Notat Pagius* (20), Telesphorum ad hæc tempora

((1) Hist. chronologica, pag. XI. — (2) Oriens Christianus, tom. III, col. 145. — (3) Epistola consularis. Apparatus Baronii, pag. 208. Art de vérifier les dates, pag. 528. — (4) Ubi supra. — (5) Art de vérifier les dates, pag. 240. — (6) Martyrologium Usuardi, pag. 619. — (7) Historia ecclesiastica, lib. IV, cap. 7. Romæ 1740, part. I, pag. 185. — (8) Historia ecclesiastica, ut supra, pag. 259 et 514. — (9) Fabricius Bibliotheca græca, tom. VII. pag. 457. — (10) Pag. XI. — (11) Bibliotheca mediæ et infimæ latinitatis. tom. VI. pag. 228. Patavii 1754. — (12) Denkwürdigkeiten, tom. III, part. I, pag. 227. — (13) Ubi supra. — (14) Martyrol. Usuardi. pag. 619. — (15) Ubi supra. — (16) Acta SS. tom. I Aprilis, pag. XXXVII. — (17) Propylæum Maji. — (18) Diatriba, pag. 22. — (19) Annales. tom. II, pag. 158. — (20) Ibidem, pag. 195.

non

AUCTORE B. B.

non pervenisse, *ejusque obitum adscribit anno* 137, *ac proinde parum abest ab Henschenio, cui et plerique alii scriptores consensere. Ast Josephus de Novaes, cujus Historia pontificum recenter edita* (1) *haud mediocri cum plausu ab eruditis excepta fuit, Baronii chronologiam, jam vix non obsoletam, instauravit, atque in specie tenet S. Telesphorum sedisse ab anno* 142 *usque ad annum* 154 (2). *Ex hac eruditorum dissensione consequens est, non ita firmum perstare argumentum Papebrochii. Fateor tamen hujus et Henschenii mihi magis probari chronotaxim; secus enim non esset verum, quod tamen passim affirmant scriptores* (3), *Telesphorum sedisse tempore Hadriani imperatoris. Quod autem* spectat ad edictum illud Imperatoris, a Baronio, *ut asserit Papebrochius,* relatum ad annum CLV, *observat Pagius* (4), edictum pro cohibenda persecutione scriptores in duas partes distraxisse. Baronius, Halloixius et Papebrochius ad diem XIII Aprilis (*in Vita S. Justini*) illud ab Antonino Pio emissum fuisse contendunt; contra Valesius existimat errasse Eusebium, qui Antonino Pio illud edictum seu epistolam attribuit (5), cum sit M. Aurelii..., cujus (*Valesii*) opinio præferenda. *Ex his satis*
B *liquet argumentum Papebrochii,* ex imperatoris edicto *haustum non satis stringere, cum tanta sit inter eruditos discrepantia. Cæterum facile, etiam absque ullo edicto, explicaretur martyrium, nempe ex inverato Judæorum in Christianos odio, de quo plura in præcedenti tomo vide* (6). *Quod quidem odium vehementius arsisse credere fas est in* S. Marcum, *qui primus ex gentilitate episcopus erat. Sed manet Eusebii et antiquiorum scriptorum silentium de* S. Marci *martyrio, quod mihi vix non decretorium videtur. Rem in medio relinquunt Baillet et Butlerus : hic ita habet* (7) : Dicitur præfuisse annis viginti, vitamque martyrio finiisse; *ille* (8) : addunt (*martyrologi*) paulo post electionem martyrio fuisse coronatum.

apud probatos auctores.

16 *Post hæc censebit utique eruditus lector auctorem dictionnarii Hagiologici in Encyclopædia Migniana, vel minus meditate, vel nimis confidenter ita* D *scripsisse* (9) : S. Marcus, episcopus Hierosolymitanus et martyr, in hanc urbem venit cum aliis Christianis, versus annum 131, cum Hadrianus imperator illam reædificasset, remotis ab ea Judæis. Ob doctrinam et vitæ sanctitatem electus præsul, postquam annis viginti ecclesiam suam gubernasset, mortem pro Christo passus est anno 156, sub imperio Antonini. Colitur XXII Octobris.

Officium et Missa.

17 *Nihilominus, certe quia ita passim in recentioribus martyrologiis annuntiatur,* S. Marcus *ut martyr colitur ab ecclesia Hierosolymitana; sic enim ad hunc diem habetur in* kalendario festorum propriorum *illius ecclesiæ :* S. Marci episcopi et martyris. Duplex. *Quod kalendarium reperies apud Waddingum ad annum* 1342 (10), *ubi addit :* Officia propria typis edidit Venetiis anno MDCXXIII Melchior Antverpiensis minorita. *Pariter in* Missali secundum institutionem ordinis hospitalis sancti Joannis Jerosolymitani, *quod editum sæculo* XVI, *habetur tum in ipso opere tum in præfixo kalendario :* Hierusalem. Marci episcopi et martyris. *Missa vero hoc singulare præfert, quod Introitus* (Statuit ei Dominus), *Epistola* (Memor esto Dominum), *Graduale* (Ecce sacerdos Magnus), *Evangelium* (Homo quidam nobilis) *Offertorium* (Inveni David servum meum) *et Communio* (Domine quinque talenta) *sint de Communi confessoris pontificis; oratio vero et complenda* Martyrem *dicant, Secreta* Confessorem. *Operæ pretium est illas hic adscribere.* —ORATIO. Exaudi Domine preces nostras et interveniente beato Marco MARTYRE tuo atque pontifice, supplicationes nostras placatus intende.—SECRETA. Sit tibi Domine Deus nostre devotionis oblatio acceptabilis : ut beato Marco CONFESSORE tuo atque pontifice intercedente, et tue placeat majestati et nostre proficiat saluti. —COMPLENDA seu POSTCOMMUNIO. Mysteriis divinis refecti Domine Deus; quesumus ut beati Marci MARTYRIS tui atque pontificis ubique intercessione protegamur, pro cujus veneratione hec tue obtulimus majestati. E

(1) Elementi della storia de sommi Pontefici. Romæ, 1821. — (2) Ibidem, tom. I, pag. 43 et 45. — (3) Confer Pagium, loc. cit.; item, Papebrochium in conatu chronico historico, pag. 21. — (4) Annales Baronii, tom. II, pag. 194 et 195. — (5) Historia ecclesiastica lib. IV, cap. 12 et 13. — (6) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 23. — (7) Vies des Saints, 22 Octob. — (8) Les Vies des Saints. Eodem mense et die. — (9) Encyclopédie théologique, tom. XL. Dictionnarium Hagiographic., verbo *Marc.* Paris, 1850. — (10) Annales Minorum, tom. VII, pag. 277 et seq.

DE

A D

DE S. ABERCIO

EPISCOPO HIERAPOLITANO

IN PHRYGIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. B. B.

§ I. Acta S. Abercii ex Metaphraste justo severius reprehendit Tillemontius. Quibus annis sanctus Præsul vixerit et quibus præfuerit sedi Hierapolitanæ.

B

VERSUS ANNUM CLXVII *Acta tum a Metaphrasta*

S. Abercii *Acta, hucusque græce inedita, damus ex Symeone Metaphrasta; hujus enim genuinis scriptis sunt, judice Leone Allatio* (1), *annumeranda. Latine tum a Lipomanno, tum a Surio typis excusa prodierunt. At cum verbum verbo reddiderint, haud multum de sermonis nitore solliciti, nostram versionem textui græco adscripsimus. Codices Mss. præ manibus habuimus omnino novem inter se vix non ad amussim ubique concordantes: nempe apographum ex Ms. num.* 13 *reginæ Sueciæ, quod exstat in Musæo nostro hagiographico; alterum ex Coisliniana collectione Parisiis in regia hodie imperatoria Bibliotheca, cod.* 1480, *fol. verso* 171, *qui judice Montfauconio, exaratus fuit sæculo* x *vel* xi; *reliqui codices reperiuntur in eadem bibliotheca Parisina inter Veteres græcos, scilicet codd.* 1484, 1494, 1495, 1501; *hi omnes ad sæculum* xi *spectant; item cod.* 1503 *fol. recto* 140 *et cod.* 1543 *fol. recto* 172, *uterque ad sæculum* xii *pertinere notatur. Præter hos codices, alios duo in prædicta bibliotheca vidi, qui acta continent* S. Abercii, *tam inter se quam cum nostris vix non omnino concordantia factis, diversa vero dictione seu stylo, sive inter se sive cum*
C *nostris. Alter codex habetur inter Veteres græcos num.* 1540 *fol. vers.* 129 — *fol. vers.* 131, *et videtur exaratus sæculo* xiii; *incipit:* Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις; *alter asservatur in collectione Coisliniana num.* 110 *fol.* 105, *et spectat, si fides Montfauconio, ad* xi circiter sæculum, *incipit:* Οὐκ ἀγώνων ἐνστάσεις μόνον μαρτυρικῶν. *Acta* S. Abercii *ex posteriori hoc edidit codice nuper J. Fr. Boissonade in suis* Anecdotis Græcis (1), *sub titulo* Μετάφρασις εἰς τὸν βίον καὶ τὰ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀβερκίου Metaphrasis in vitam et miracula S. patris nostri Abercii. *Notat editor* (3): *Ex nomine* μετάφρασις nemo non statim putabit fuisse id opusculum a Symeone Metaphraste scriptum; aliud tamen est initium vitæ quam Symeon composuit, scilicet Μάρκου Ἀντωνίνου καὶ Λουκίου βήρου τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διεπόντων ἀρχήν apud Allatium. *Ex quibus intelligitur Acta nostra non fuisse a Boissonadio perlecta, secus non Initium solum dixisset diversum, sed et clausulam et totum verborum contextum. Cæterum exiguam hac de re ab eo adhibitam diligentiam apparet ex verbis sequentibus:* Latinam, E quæ extat apud Lipomannum et Surium, interpretationem consulere non potui. *Trina itaque habemus ex codicibus græcis mss. Acta* S. Abercii, *consonantia factis, stylo diversa. Duo sunt hactenus inedita græce, Boissonadius typis mandavit altera, scilicet* Μετάφρασιν, *qua voce deinceps ista designabimus.*

2 *Jam vero oritur quæstio, quæ Vita alias ætate superet. Certum porro est atque cuivis conferenti singulorum textum in oculos incurrit, alias aliis præluxisse: in singulis namque eadem narrantur facta et quidem eodem ordine seu serie, at verbis perpetuo diversis. Brevior est* μετάφρασις *quam Acta nostra: contrahitur ubique dictio, sed præcipue quando adhibetur oratio directa. Item in* μεταφράσει *præmittitur exordium, sequitur clausula; neutrum occurrit apud Symeonem. Rursus in Actis ex codice* 1540, *facta sunt eadem, dictio diversa, prolixior quam in* μεταφράσει, *contractior quam in Symeone, saltem ubi recurrit oratio directa. Videsis inter Annotata fragmenta ex singulis tribus Actis. Mihi longe probabilius est Vitam ex codice ms.* 1540 *esse ævi recentioris: codex enim ipse refertur ad sæculum* xiii. *nec uspiam alibi ejusdem textus reperi vestigia. Ad* F *duos alios quod attinet codices quibus eadem Vita continetur, si fides Montfauconio, unus ab altero haud multum ætate distat: alteram enim vitam, quæ incipit* Μάρκου Ἀντωνίνου *et est Symeonis, dicit contineri in codice membranaceo* x *vel* xi *sæculi* (4); *alteram, quæ est sæpe dicta jam* μετάφρασις, *in codice* xi *circiter sæculi* (5); *quam in uno tantum hoc vidi membrano. Codicum proinde ætas favet aliquantisper Symeoni Metaphrastæ. Deinde cum, judice Leone Allatio* (6), generatim Symeon sive vitæ auctorem proferrent sive rudi stylo congestæ lectorem deterrerent, eas, re semper immota manente, suo stylo circumvestiverit, ut eodem omnes decore unoque genio fideles ad sui lectionem alliceret, *non bene video quid eum inducere potuisset ut Acta* S. Abercii *in aliam redigeret formam, si nota illi fuisset* μετάφρασις *quæ utique* rudi stylo *congesta non est. Ipsa quoque vox* μετάφρασις *nonne per se monet, scriptori præ manibus fuisse Acta, quorum solum mutaverit dictionem, servatis rebus*

tum ab aliis conscripta.

(1) Diatriba de Symeonum scriptis, pag. 124 et 150. Paris, 1664. — (2) Tom. V, pag. 462-488. Paris, 1833. — (3) Ibid. — (4) Bibliotheca Coisliniana, pag. 210 et 211. — (5) Ibid. pag. 185. — (6) Diatriba de Symeonum scriptis, pag. 73.

carumque

AUCTORE B. B.

earumque ordine. Talia autem erant Acta S. Abercii *a Symeone composita. Non itaque improbabile, hæc ætate* μεταφρασιν *præcedere. Si cui tamen visum fuerit, utriusque Vitæ scriptorem, ex actis antiquioribus, nunc deperditis aut ignoratis, sua hausisse et concinnasse, non omnino repugnaverim. Simile quid contigisse animadvertitur Actis S. Andreæ in Crisi ad 17 Octobris ex eodem Metaphrasta et eodem codice 110 Coisliniano desumptis* (1).

quæ ex priore edimus.

5 *Eadem Acta reperiuntur in Paradiso Agapii monachi Cretensis* (2), *resectis nonnullis vel contractis, et mutata dictione juxta formam recentioris græcorum idiomatis, sive ut ipse habet,* μεταφρασθεὶς ἐκ τῆς τῶν ἑλλήνων εἰς τὴν κοινὴν διάλεκτον. *Poterit hæc editio usui esse ad elucidandum textum nostrum Symeonis, quem damus ex codice Colbertino majoris bibliothecæ Parisiensis* 1484. *Vitam* S. Abercii *adornavit quoque Petrus Halloix S. J.* (3); *cujus materies, ut ipse nos docet* (4), *potissime desumpta est* ex antiquis actis (*puta Symeonis Metaphrastæ; alia non vidit nec novit Halloixius noster*) martyrologio Romano, Græcorum Menæo et Menologio atque Baronii annalibus. *Vita hæc multis eruditisque illustratur notis, quarum non semel incidet per de-*
B *cursum hujus commentarii sicut et in Annotatis, mentio.*

explodit Tillemontius.

4 *Acta rejicit imo explodit Tillemontius* (5), *imprimis quia scripta a Metaphrasta, ac proinde, sicut et cætera ejusdem auctoris,* farrago, *inquit,* sunt miraculorum et prodigiorum incredilium, *ni graviori quam Metaphrastæ innitantur testimonio; in specie improbat Epitaphium, cujus nec res nec verba decere dicit sanctum senioremque episcopum, jamjam moriturum; ob similem rationem censet fieri non potuisse, ut* Abercius *passus sit se a Barchasano cœtuque fidelium declarari* ἰσαπόστολον *seu* apostolis æqualem : *id enim nimium quantum Tillemontio videtur abesse a simplicitate et humilitate christiana. Quod autem ad Lucillam, Marci Aurelii filiam dæmoniacam, atque a* S. Abercio *sanitati adeo prodigiose redditam, spectat, utique solius Metaphrastæ stari non potest assertione; insuper quæ de illa traduntur, non ita facile componuntur cum coævæ historiæ factis; quod idem dicendum de Epistola ejusdem imperatoris ad Euxenianum. Denique non videtur locus esse* Abercio *Papiam inter et Claudium Apollinarem Hierapolitanos episcopos; quod si ita*
C *sit, plane supposititia erunt Acta. Atque ex his, addit Tillemontius, satis superque probatur, recte pronuntiasse Baronium, plura esse in illis Actis, quæ rejici debeant; imo, juxta Tillemontium, nihil omnino in illis reperitur fide dignum. Hæc jam per partes discutienda.*

Baronius minus severe notat.

5 *Primum Baronii censura multo benignior est* (6). *Ait quidem* summa *se* brevitate *Acta contraxisse,* cum multa in ea irrepsisse noscantur quæ haud omnino *ipsi* probentur; *ast de sancti Præsulis Romano itinere non videtur dubitare, nec de frumenti ter mille modiis in singulos annos Christianis Hierapolitanis, ex Marci Aurelii liberalitate ob acceptum ab* Abercio *beneficium, qui Lucillam a dæmone liberaverat, præstandis præstitisque usque ad Juliani apostatæ tempora.* Cujus largitionis, *ait* (7)), annis singulis repetendæ accepto diplomate regio reversus est in patriam Abercius, ac sancto fine, sibi successore delecto, quievit; quo etiam citius sublato, eruditissimus vir Apollinaris... ejus ecclesiæ administrationem capessivit, regnante adhuc eodem Marco Aurelio Antonino. *Recitat quoque Baronius Epistolam imperatoris ejusdem ad Euxinianum prout in Actis habetur. Imo* dolet vehementer *e manibus suis elapsam,* epistolam, quam ab Abercio ad Marcum scriptam, *cardinalis Sirletus ei dederat; quam postea nec Baronius nec alius quisquam (in quantum ego scio) recuperavit.* D

Tillemontii expenduntur cavillationes;

6 *Atque ut ad Tillemontii censuram redeam; sane nec ego omnium et singulorum, quæ habet Metaphrastes, vadem me fecerim. Nec tamen prodigium vel miraculum quodcumque falsitatis arguero, ideo quia tale est et a Metaphrasta refertur. Sit, non esse satis probatum; at non statim exinde efficitur, purumque putumque esse inventum vel mendacium. Ad Epitaphium quod attinet, interpretatio ejus moralis, ut ita dicam, fere tota pendet ab animo legentis; prout is comparatus est, arrogans illud atque vanitatem redolens inveniet, vel cum Halloixio* (8) *statuet,* tantum abesse ut Epitaphium seu Epigramma propositum, Viri dedeceat gravitatem ac sanctimoniam, ut potius maxime eam commendet, atque insignem ejus sapientiam planissime commonstret; *hæc ille per modum conclusionis seu propositionis,* E *quam multis suscipit probandam. Ex hujusmodi parum vel nihil in alterutram partem evincitur. Atque hæc dicta sint hic de Epigrammate, cujus infra redibit mentio. Haud majoris ponderis mihi est notatio Tillemontii, quod sanctus Præsul, recusatis pecuniis consenserit se* ἰσαπόστολον *dici. Utique si aliunde de facto constaret, nemini in mentem veniret illud commentitium habere, eo quod hujusmodi denominationem accipere non potuerit, nisi cum Christianæ simplicitatis et humilitatis læsione. Juxta Suicerum* (9), hoc titulo apud græcos insigniuntur et viri et fœminæ pietate præstantes... Sic Constantinus et Helena ἰσαπόστολοι dicuntur... et Sancta Maria Magdalena ἰσαπόστολος *æqualis apostolis,* quod non tam ad ætatem referendum, quam ad opera apostolis digna. *Vide Acta* S. Abercii *cap.* 5. *Minus adhuc valet, quod objicitur de* Publio, præside minoris Phrygiæ : *nam, inquit Tillemontius,* prænomen illud est, nec umquam solum ponitur; *dein illa ætate non videtur quis fuisse* præses minoris Phrygiæ, quæ ab Asiæ proconsule tum dependebat. *Demus utrumque. Quid inde? Potuit sane absque sinceritatis dispendio, græcus auctor græceque scribens sæculo decimo, non ita ad amussim servare* F *latinorum morem in reddendis nominibus. Deinde quis asserat cognomen viri non intercidisse. Demum confidentius asserit Tillemontius,* Publius *prænomen esse, imo etiam et cognomen et gentilitium est.* Ab hoc prænomine, *ait Panvinius* (10), Publiorum gens manavit. *Et Pitiscus* (11) : *Hoc prænomen* licet fuerit vulgatissimum, aliquando tamen et gentilitii nominis, inde et cognominis loco fuisse saxa indicant, *et citat exempla. Quod si Publius non sit necessario prænomen, patet funditus ruere Tillemontii notationem. Ad alterum quod attinet; num repugnat, ut, quamvis ab Asiæ proconsule penderet Phrygia, hæc tamen haberet aliquem, qui sibi præesset, sed minori cum imperio, quem Actorum scriptor* ἡγεμονεύοντα *dicit, hunc que fuisse Publium? Certe Josephus Eckhel, cui doctrina et eruditione haud facile parem inveneris, acturus de* Proconsulibus, Proprætoribus,

(1) Cfr Acta SS. tom. VIII Octob. pag. 126, num. 8 et 9. — (2) Παράδεισος, pag. 147-162. Venetiis 1685. — (3) Illustrium ecclesiæ orientalis scriptorum vitæ et documenta, tom. II, pag. 1 et seqq. Duaci 1636.— (4) Ibid. pag. XXV.-- (5) Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique, tom. II, pag. 21 et seqq. Paris, 1701.— (6) Annales ad an. 163, num. 11-15, tom. II, pag. 214-217. Lucæ, 1788. — (7) Ibid. num. 14, pag. 216.— (8) Scriptorum Vitæ et documenta, tom. II, pag. 140 et seqq. — (9) Thesaurus ecclesiasticus e Patribus græcis ordine alphabetico tom. I, col. 1459. Amstelodami, 1682. — (10) Apud Grævium, Thesaurus Ant. Romanarum, tom. II, col. 2052. — (11) Lexicon antiquitatum roman., verbo *Publius*.

Legatis,

A Legatis, Præsidibus (*hi græce* ἡγεμονες), *in hunc modum præfatur* (1) : En tibi amplam disputandi materiam, eamque confusam admodum atque incertam; cum hæc, quæ præfiximus, magistratuum vocabula, differre quidem inter se videantur, ut differunt etiam, non tamen sic, ut non sæpe unum pro altero sive arbitrarie sive ex causa incerta ponceretur. *Et rursus* (2) : Factum tamen est ut... provinciæ plures subjicerentur unius imperio, uni, in partes plures sectæ, plures imponerentur rectores; cujus quidem exempla passim offerunt scriptores et marmora. *Et alio in loco* (3) : Forte... non vane quis conjecerit, græcas Thraciæ urbes præfectos suos, quos proprie legatos pro prætore dici oportuit, generatim vocatos ἡγεμονας, quo modo omnis generis magistratus, qui sane certa sua ac propria habuere vocabula, tam a scriptoribus, quam in marmoribus dici videmus nomine generico ἀρχοντας vel ἐπαρχους. *Ex his sane liquet, tanti non esse Tillemontii notationem, ut ex ea aliquid contra Actorum nostrorum sinceritatem inferatur. Huc quoque facit, quod habet P. Patritius in S. Lucam, ubi* de descriptione orbis terrarum ab Augusto imperata (4) : ἡγεμονευοντος της Συριης
B Κυρηνιου, quod sine præpositione vertendum est *præside Syriæ Quirinio,* vel, quum Syriæ Quirinius, potestate, utique extraordinaria, præsset. Extraordinaria, inquam, potestate, quod ad censum civium et sociorum curandum, non vero ordinaria, qua Syriæ legatus Cæsaris proprætore præesse solebat, quaque tunc erat Cn. Sentius Saturninus...; et re vera Lucas non eum dixit ἡγεμονα, quomodo ordinarios præsides fere appellare solet (5), sed ἡγεμονευοντα, qua appellatione, non ordinarium magistratum modo, sed extraordinarium quoque, atque eum, qui quocumque titulo potestatem aliquam exercet, manifestum est posse designari. *Confer Annotata ad cap.* 2 *ubi videbitur nomen illius Publii in variis codicibus diverso modo reddi.*

item difficultates 7 *Paulo magis seriæ sunt difficultates ex concordia historica petitæ, attamen valde exaggeratæ; imo facile explicantur. Certe speciem rursus cavillationis habet, quod objicit Tillemontius* (6), *convenisse primum inter imperatores, Marcum Aurelium et Lucium Verum, ut filiam suam Lucillam ille in Syriam deduceret, ibique Vero nuptui traderet. Et re quidem vera :* Ephesum, *inquit Capitolinus* (7), rediit (*Verus*), ut Lucillam uxorem, missam a patre Marco,
C susciperet; et idcirco maxime, ne Marcus cum ea in Syriam veniret, ac flagitia ejus agnosceret : nam senatui Marcus dixerat se filiam in Syriam deducturum. *Sit. Ast ipse Tillemontius ex eodem Capitolino aliisque asserit* (8), *promissas nuptias versus annum* 161, *celebratas* Ephesi (9) *anno* 163 *vel* 164. *His utique Acta nullatenus contradicunt, imo potius apprime consentiunt, ut manifestius adhuc fiet ex solutione alterius, ab eodem critico propositæ difficultatis, quod nempe in Actis tradatur Marcus Aurelius Roma profectus ad bellum Germanicum, cum adveniret in urbem* S. Abercius *in eaque moraretur. Id itaque falsitatis arguit Tillemontius :* nam, *inquit* (10), constat ex historicis M. Aurelium Roma non egressum, nec ullum gessisse bellum, quamdiu Verus contra Parthos occupatus fuit; bellum autem Germanicum dilatum usque ad reditum Veri ex oriente et annum 166. *Ast primum, ex mox dicendis patebit, falso asseri Aurelium toto illo tempore Roma non egressum; deinde ex nummis efficitur, bellum Parthicum finitum anno* 165, *eodemque cœptum Marcomannicum* (*de quo tamen in Actis nostris nec est nec esse potest mentio*) *licet sequenti tantum anno profecti imperatores sint* (11). *Ast de his jam paulo latius agendum, quo clarius pateat coævam historiam facile componi cum romano* S. Abercii *itinere et Lucillæ nuptiis.* AUCTORE B. B.

8 Nata (12) est Annia Lucilla, ut eam vocat numus Byzantiorum, anno Urbis conditæ 900, aut paullo ante.... Desponsata a parentibus, Aurelio *scilicet* et Faustina juniore, L. Vero, et U. C. 917 ad sponsum missa, quo tempore is bello Parthico distenebatur, patre eam Brundisium usque deducente, et Vero ad eam excipiendam ex Syria Ephesum properante. Mortuo U. C. 922 marito, cui eam propinasse venenum ferebat rumor, a patre denupta est Claudio Pompejano *etc. Nata itaque; ex communiori calculo, est Lucilla anno Christi* 147, *nupta anno* 164; *mortuus Verus anno* 169 (13). *Atque hæc ad amussim conveniunt cum Actis, ubi cap.* 3 *sic legitur :* Lucilla sexdecim annos nata, desponsata E erat Lucio Vero... quem M. Aurelius Antoninus jam in orientem miserat... Atque inter eos convenerat, ut stato die, Lucius ab oriente, Antoninus Roma Ephesum venirent, ubi... puellam traderet Lucio... Cum ergo Lucius, ut convenerat, Ephesum festinans navigaret, Antoninus, correpta a dæmone ejus filia, nesciens quo se verteret, tempus, data excusatione, protrahit, scribens Lucio : Germanos, trajecto Rheno, Romanorum urbes et oppida populari; se proinde, ut convenerat, non posse modo cum filia sua venire Ephesum, sed tantum anno sequenti. Acceptis his, media in navigatione, ab imperatore litteris, Lucius, magno affectus dolore, ægerrime id tulit, reversusque Antiochiam est. *Nonne diceres, Metaphrastam sub oculis habuisse, quæ ex Eckhelio descripsi verba? Nec etiam laborandum de profectione M. Aurelii in Germaniam, cum de hac* serio *non ageretur sed solum temporis protrahendi causa, et per modum excusationis adhiberetur ab imperatore Aurelio. Utique hoc loco nihil est in Actis, quod cum coævæ historiæ monumentis non rectissime componatur. Ast infra redit difficultas, ad finem ejusdem capitis* 5; *ubi post narratum* S. Abercii *in Urbem adventum,* F *dicitur deductus primum sanctus Præsul ad Cornelianum præfectum; additurque :* Hic (*Cornelianus*) quoniam imperator Antoninus expeditionem suscepisset contra barbaros, qui, transmisso Rheno, Romanorum agros populabantur, illum ad Faustinam Augustam deducit. *Stando his, quæ supra ex iisdem Actis recitavi, admitti posset, M. Aurelium, quum adveniret* S. Abercius, *Romæ quidem non fuisse, nec tamen propterea in Germaniam profectum; cum hanc expeditionem* suscipiendam *causatus tantum esset* (data excusatione), *quo Lucillæ calamitatem Verum celaret. Cæterum anno* 162, turbata Germania *fuit* irrumpentibus Cattis (14), *adversus quos missus Aufidius Victorinus est* (15). *L. Vero autem in Syriam profecto,* M. Aurelius *primum* Romæ substitit, *dein* cognito, Verum suscepto *ex coæva historia,*

(1) De Magistratibus, sect. 2, § 3. Doctrina Numorum, tom. IV, pag. 229. Vindobonæ, 1828. — (2) Ibid. pag. 238. — (3) Ibid. pag. 245. — (4) De Evangeliis, lib. III, pag. 162 et 163. Friburgi Brisgoviæ, 1835.—(5) Art. XXIII, 24, 26, 33, 34; XXIV, 1, 10; XXVI, 30. — (6) Mémoires, tom. II, pag. 622. — (7) In Vero Historia Augusta, pag. 173.—(8) Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 145. Bruxellis, 1732. — (9) Ibid. pag. 148. — (10) Mémoires, tom. II, pag. 622. — (11) Eckhel. Doctrina Numorum, tom. VII, pag. 48 et seqq. Item Tillemont, Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 150.— (12) Eckhel, Doctrina Numorum, tom. VII, pag. 98. — (13) Art de vérifier les dates, in Chronologia Consulum, pag. 528 et 529 —(14) Eckhel, tom. VII, pag. 49. — (15) Tillemont, Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 145 et 146.

in

AUCTORE B. B.

in Parthos itinere apud Canusium ægrotare, ad eum videndum contendit. *Ita Eckhel ex Capitolino* (1). *Putem ex his difficultatem a Tillemontio objectam omnino cadere, et exinde Acta potius, nec parum, confirmari. Confer Baronium* (2).

et epistola M. Aurelii,

9 *Meliori jure reprehendit Tillemontius epistolam Marci Aurelii ad Euxinianum Actis contentam, qua Romam vocatur* S. Abercius, *Lucillæ opem laturus. In illa quæstio est de* calamitate quæ Smyrnæ ex terræ motu evenerat; *hic autem non accidit ante annum* 176 (3), *quando proinde dudum jam mortuus erat Verus. Fatetur Petrus Halloix* (4), *in epistola agi de* Smyrnæ casu et instauratione per Marcum Antoninum, *cujus calamitatis meminere Aristides et Dio Cassius. Eusebius eam innectit anno* 179 *juxta Tillemontium* (5), *Chronicon Paschale anno* 178 (6). *In Chronico Eusebii, ex Scaligeri et Angeli Maii recensione, legitur sub anno Christi* 180 : Smyrna urbs Asiæ terræ motu ruit, ad cujus instaurationem decennalis tributorum immunitas data est, *et eodem anno notatur mors M. Aurelii :* Antoninus in Pannonia febri perit. *Vallarsius habet annum sequentem, nempe* 181. *Existimat Tillemontius, ut jam dixi, id non accidisse ante annum* 177. *Sed qualiscumque, ex*

B *his assumatur annus, Smyrnensis illa calamitas nullo pacto referri potest ad initia imperii M. Aurelii, quod tamen in epistola habetur; unde et hujus fides vehementer nutat, imo et commentitia dicenda est. Illam* Fabricius (7) quoque *fictam probabiliter spuriamque* dicit. *Equidem scio frequentes in Asia memorari terræ motus sub Tiberio* (8) *aliisque Romanis imperatoribus, nominatim Tito Antonino* (9) *et M. Aurelio. Hujus recitatur in Chronico Paschali* (10) *ad annum* 169 *epistola Communi Asiæ, in qua ita :* De terræ porro tremoribus, quos aut sensistis aut sentitis, ineptum esset vobis in memoriam revocare, quod vos quidem, cum fiunt, desperabundi; illi (*Christiani*) vero, si illorum statum cum vestro comparemus, majori etiam spe erga numen suum implentur. *Attamen ex his omnibus non vindicatur ejusdem imperatoris epistola ad Euxenianum, prout in Actis nostris reperitur; cum nimium diserte in illa Smyrnensis calamitas indicetur :* quæ jussu nostro Smyrnæ nuper fecisti, ad levandum calamitatem ex terræ motu enatam. *Nec enim uspiam discimus urbem illam ex præcedentibus terræ concussionibus gravius aliquid passam.*

atque serie episcoporum Hierap. petitæ.

10 *Denique objicit Tillemontius, vix vel ne vix quidem esse* Abercio *locum in serie episcoporum Hierapolitanorum. Teste, inquit* (11), *sancto Hieronymo, S. Irenæus* (*ineunte sæculo tertio defunctus*) *discipulus fuit S. Papiæ, Hierapoleos episcopi. Hic ergo vixisse dicendus sæculo secundo haud parum provecto. Supponendum quoque est,* S. Abercium, *cum Romam venit anno* 163, *jam ab aliquot annis infulas tenuisse. Aliunde vero constat ex Eusebio, S. Apollinarem anno* 171 *Hierapoli sedisse, atque idcirco coactum fuisse Halloixium, mortem* S. Abercii *adscribere anno* 163 : *inter hujus enim et S. Apollinaris episcopatum locus est inveniendus alteri Abercio, qui ex Actis successit priori. Quomodo, subsumit Tillemontius, hæc componantur cum historia* S. Abercii? *Qui Romam venit ante Lucillæ nuptias, versus annum* 163 *celebratas; rediens vero prædicavit in Syria et Mesopotamia, atque Hierapolim reversus, ibidem aliquamdiu fideles docuit, plura* D *patravit miracula, librum composuit etc. Posthæc haud facile quis crediderit eum vita functum anno* 163. *Tandem qui duobus proxime præcedentibus annis in Syria et Mesopotamia potuit prædicare, cum tunc bellum Parthicum præcipue arderet? Ita Tillemontius, cujus sane argumentatio multiplici ex capite vacillat. Et primum quidem cum, judice ipso Tillemontio* (12), *natus sit Irenæus anno* 120 (*solus Dupinus, at perperam omnino, annum* 140 *posuit* (13)), *amplum invenitur spatium, quo ille S. Papiæ discipulus esse potuerit, quin id vel minimum officiat episcopatui* S. Abercii. *Pone Irenæum, viginti annos natum, audiisse Papiam Hieropolitanum episcopum, perveniemus ad annum* 140. *Nihil sane in his est, quod cum ætate* S. Abercii *non rectissime componatur. Inde efficitur quoque hunc, cum Romam venit, jam a pluribus annis potuisse præesse sedi Hierapolitanæ. Deinde Eusebius in Chronico juxta Vallarsium* (14) *scribit, non ad annum* 171, *ut habet Tillemontius, sed ad annum* 173 : Apollinaris Asianus Hierapolitanus episcopus insignis habetur. *Scaliger et Maius annum ponunt* 172; *Samuel Armenus* 173 (15). *Alibi jam vidimus exemplaria Chronicorum Eusebii et Hieronymi haud parum ab* E *invicem in annorum serie discedere, ut nihil omnino certi in rem nostram ex his statui possit. Confer Acta S. Marci. Præterea ex eo quod Apollinaris episcopus diceretur anno* 171, *non ideo mors* S. Abercii *ponenda necessario erit anno* 163. *Quidni biennio vel triennio retardetur? Nec enim opus est alteri Abercio quinque vel sex dare annos, cum quodvis spatium, imo vel unius anni vel mensis sufficiat, ut Actis sua stet hac ex parte fides. His autem positis, nihil profecto impedit, quominus Roma rediens sanctus Præsul Syriam Mesopotamiamque peragrarit. Nec belli furor, quamtumvis sævus, per se arcet episcopos ab instruendis atque hortandis fidelibus. Adde* Abercium *imperatoribus gratiosum fuisse, atque exinde facilius, quo vellet, potuisse penetrare. Non ex itaque sunt objectiones Tillemontii, quæ fidem Actorum quoad substantiam magnopere labefactent; quin potius haud parum confirmantur ex insigni eorum, quam adstruximus, cum coævæ historiæ monumentis convenientia.*

De episcopatus

11 *Certe episcopatum* S. Abercii *extra omne dubium existimo positum. Baronius* (16), *quamvis nonnulla in Actis reprehendit, sanctum* Abercium *præsulibus annumerat Hierapolitanis; sic etiam Menæa Græcorum, Menologium Basilii, Martyrologium Romanum; item Lequien, qui præterea hanc addit conjecturam* (17) : Quando itaque Abercius sub Marco Antonino et Lucio Vero floruit, velut initio ejus vitæ fertur, quidni ipse sit Abercius Marcellus, cui Apollinaris Hierapolitanus librum contra Cataphrygas nuncupavit, jussu illius scriptum? Ut proinde Apollinaris Hierapolis presbyter dumtaxat tunc fuerit, qui, episcopo suo præcipiente, calamum contra sectarios illos strinxerit : Ἐκ πλείστου ὅσου καὶ ἱκανωτάτου χρόνου, ἀγαπητὲ Ἀβέρκιε Μάρκελλε, ἐπιταχθεὶς ὑπό σου συγγράψαι τινὰ τὸν λόγον. *Dilectum* appellat Abercium, pro hujus temporis more, quo presbyteri non sic episcopis inferiores admodum erant. *Nihil mihi occurrit quod ita supponere vetet, ni dicamus cum Tillemontio Cataphry-* F

(1) Doctrina Numorum, tom. VII, pag. 49. — (2) Annales ad an. 163, tom. II, pag. 214-216. — (3) Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 164. — (4) Tom. II, pag. 117. — (5) Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 164.— (6) Tom. I, pag. 489. Bonnæ, 1821. — (7) Bibliotheca græca, tom. V, pag. 507. Hamburg. 1795. — (8) Eckhel, Doctrina Numorum, tom. VI, pag. 192. — (9) Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 130. — (10) Tom. I, pag. 485. — (11) Mémoires, tom. II, pag. 622 et seq. — (12) Ibid. tom. III, pag. 79. — (13) Cellier, Autheurs ecclésiast., tom. VII, pag. 629. — (14) Patrologia Mign. lat., tom. XXVII. pag. 629. — (15) Chronic. Eusebii ab Angelo Maio et Joanne Zohrabo. Mediolani 1818. Ad calcem, pag. 59. — (16) Annales, tom. II, pag. 214 et seqq. — (17) Oriens Christianus, tom. I, col. 834 et 835.

gum

A *gum seu Montanistarum hæresim primum natam anno* 171 (1). *Ast ex alio ejusdem scriptoris loco* (2), *ubi ex professo tractat de origine illius sectæ, videtur nihil certi circa hanc statui posse, nec deesse qui initia Cataphrygum innectant anno* 126 *vel anno* 142 *vel* 156. *Quidquid de eo sit, patet Lequienio minime dubium fuisse* S. Abercii *episcopatum; ast quibus quotve annis præfuerit incompertum.*

et vitæ S. Abercii annis.

12 *Ut tamen aliquid dicamus de tempore, quo sive vixit sive præfuit* S. Abercius, *has notas chronologicas adhibere licet. Primum ex Epitaphio habemus sanctum Virum annos vixisse septuaginta duos; deinde eum, et quidem cum episcopus esset Hierapolitanus, Romæ versatum anno Christi* 161 *vel* 162 (*vide supra num.* 6); *tandem Apollinarem eidem sedi jam præfuisse ex Eusebii Chronico* (*juxta Tillemontium*) *anno* 171, (*juxta Scaligerum et Maium*) *anno* 172, (*juxta Vallarsium*) 173. *Conf. num.* 8. *Dandus præterea locus alteri Abercio, medio inter nostrum et Apollinarem. Si itaque cum Maio annum* 172 *assumamus, et cum Halloixio* (3) *alteros quinque demus secundo Abercio, mors sancti Præsulis nostri incidet in annum Christi* 167, *ac proinde natus fuerit anno Domini* 98; *uterque autem numerus erit paulisper immutandus, si alios Eusebii præferamus annos, vel non tantum tribuamus alteri illi Abercio.* S. Abercius *itaque Romam venisset anno ætatis suæ* 63 *vel* 66. *Ad annos episcopatus quod attinet, difficilius est aliquales figere limites, quod ejus initium vix non omnino lateat. Cardo totius rei vertitur in anno obitus S. Papiæ, de quo scribit Henschenius ad* 22 *Februarii* (4) : Quamdiu ecclesiæ Hierapolitanæ (Papias) episcopus præfuerit, aut quo ætatis, sedis ac Christi anno obierit, non legimus. Fuit postmodum S. Abercius ejusdem sedis episcopus, qui sub Marco Antonino et Lucio Vero imperatoribus potissimum floruit. *Juxta Tillemontium* (5), *S. Papias non diu supervixit anno Christi* 150, si qua fides habenda Actis S. Abercii. *Eusebius in Historia ecclesiastica tradit* (6), ex Romanis pontificibus Clementem anno supradicti imperatoris (*Trajani*) tertio (*Christi centesimo* (7)) abiisse e vita:... Symeone quoque... vita functo, Hierosolymitani episcopatus sedem Justus quidam Judæus suscepit... Iisdem temporibus florebat in Asia Polycarpus .. Papias quoque Hierapolitanus episcopus eadem ætate celebris fuit. *Ex his autem in ejusdem Eusebii Chronico, editore Maio, ad annum Christi* 108, *Trajani* 10 *legitur :* Simon... qui Hierosolymis episcopatum tenuerat, crucifigitur, cui successit Justus. *Et ad annum Christi* 111, *Trajani* 13 : Post Justum, ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopatum suscepit Zachæus. *Confer Acta S. Marci ad hunc diem, ubi diximus numeris Chronici non esse multopere fidendum, utpote qui varii variis in editionibus, iisque probatioribus signantur; attamen si non annos accurate indicant, saltem ætatem determinant. Denique S. Polycarpi martyrium ponitur ab aliis circa annum Christi* 166 (8), *ab Eusebio in Chronico ad annum* 168, *a Bollando annum* 169; *qui addit* (9) : Grandis natu nec multo minor centenario fuit, cum martyrium pertulit Polycarpus. *Qui itaque in Eusebii Historia referuntur iisdem, quibus Papias, floruisse temporibus, valde diversis dissitisque extincti sunt annis. Et cum nihil suadeat, Papiam ad longævam Polycarpi ætatem pervenisse,* B C *id saltem ex dictis efficitur, haud modicum temporis spatium episcopatui* S. Abercii *relinqui, nec esse, quod vetet, illum cathedram Hierapolitanam conscendisse sive anno Christi* 150 *sive etiam citius. Confer Baronium et Pagium, qui de S. Papia agunt, ille ad an.* 118, *hic ad an.* 116 (10). *Liceat ergo ex hactenus disputatis concludere Acta* S. Abercii *longe melioris esse notæ quam famæ, cum in illis* (*si tamen epistolam M. Aurelii excipias*) *nihil sit, quod non facillime cum coæva historia componatur imo rectissime conveniat. Esto, nonnulla mirabilia vel resecanda vel fimiori stabilienda testimonio; ast narrationis, ut ita dicam corpus, non putem a cordatis adeo facile repudiatum iri.*

AUCTORE B. B.

§ II. S. Abercii memoria in Menologiis, Synaxariis et Martyrologiis. Ejus scripta et Epitaphium.

E *Ejus memoria in Menologio Basilii.*

In Menologio Basilii hæc leguntur ad hunc diem 22 *Octobris :* Commemoratio sancti et apostolorum æqualis patris nostri Abercii, episcopi Hierapoleos. Sanctus pater noster Abercius, Marco imperatore, floruit, episcopus Hierapolis a sanctis apostolis ordinatus (*quod utique chronologice absurdum esse nemo non videt*), celeberrimus miraculorum patrator. Cum vellet autem dæmon eum tentare, ingressus imperatoris filiam, effecit, ut illa Sanctum quæreret, ut ab illo sanaretur. Accitus itaque per literas ab imperatore, Romam venit. Imperavit autem servo, ut in unum eumdemque utrem acetum, garum et oleum immitteret, ex quibus si quid sibi Sanctus depromi jussisset, separatim ac proprie singula (*fluebant*); at si servus sibi sumere furtim ausus esset, promiscue fluebant. Romam igitur cum pervenisset, imperatoris filia liberata, dæmoni imperavit, ut lapideam aram, quæ in conspectu jacebat, Hierapolim deferret : Tu, inquiens, tanti itineris Romam usque mihi auctor fuisti; ego vero præcipio tibi, ut lapidem tollas et sepulcro meo superimponas. Quod et contigit. Sanctus vero cum reliquum vitæ suæ tempus sanctissime traduxisset, ad Dominum migravit. *Eadem fere habentur in Menæis, nisi quod* (*et recte quidem*) *non fiat mentio de ordinatione ejus ab apostolis facta. Contrahitur quoque narratio :* Jussit etiam ut lapis maximus ex urbe Roma in Phrygiam a dæmone asportaretur, quem et sepulchro suo, columnæ vice affixit. *Et additur :* Idem (Abercius) et aquas calidas e terræ visceribus precando elicuit. *In Menologio Ms. ex bibliotheca Friderici Lindebrogii, quod Papebrochio videtur fuisse ecclesiæ Constantinopolitanæ, annuntiatur quoque* τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀβερκίου. *Rursus in Menologio Græcorum Sirleti, quod Canisius edidit* (11), *sic habetur :* Natalis S. Abercii episcopi Hierapolitani. Hic cum esset Hierapolis episcopus Phrygiæ Salutaris, imperatore Marco Antonino, miraculorum et curationum multarum opifex, vita et sanctitate illustris migravit ad Dominum. *At Menologium istud græce non exstat, sed ex Menæis editis et Mss. excerptum est, ut ait Papebrochius plurimis* F

(1) Mémoires, tom. II, pag. 625. — (2) Ibid. pag. 666. — (3) Sæculo secundo, pag. 55. — (4) Acta SS. tom. III Februarii, pag. 287. — (5) Mémoires, tom. II, pag. 299. — (6) Lib. III, cap. 54, 55 et 56. Patrologia græca, tom. XX, col. 286 et seq. — (7) Tillemont, Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 70. — (8) Ceillier, Auteurs ecclésiastiques, tom. I, pag. 675. — (9) Acta SS. tom. II, 26 Januarii, pag. 695. — (10) Annales, tom. II, pag. 78. Lucæ 1738. — (11) Thesaurus Monumentorum, tom. III, pag. 481. Amstelodam. 1725.

AUCTORE B. B.

in locis, et quidem levi opera. *Cæterum hactenus recitata Actis omnino consonant, præter illa quæ ad ordinationem spectant.*

Menæis et Synaxariis,

14 *In Menæis leguntur sequentes versiculi :*

Εἰκάδι δευτερίῃ Ἀβέρκιος ᾤχετο γαίης
Vigesima secunda Abercius migrat e terra ;

alii duo obscuriores sunt :

Δοὺς Ἀβέρκιος χοῦν χοῒ ὀνητῶν νόμῳ,
Θεὸς Θεῷ πρόσεισι, τῷ φύσει, θέσει,

quos Halloixius, ut scilicet latine eodem metro redderet iambicos senarios græcos, ita vertit (1) :

Humum Abercius humo, lege mortali, exhibens,
Deus ad Deum migravit et prope adstitit,
Sed Deus adoptione, natura Deo.

Prior versiculus perspicue redditus est et fere ad verbum; posterior brevius et clarius verteretur : Deus adoptione (Θεὸς θέσει, *nec enim video quid aliud posterior hæc vox significet*) properavit ad Deum natura. *Notat quoque Halloixius, ut metro satisfiat priorem ita ordinandum :*

Ἀβέρκιος δοὺς χοῦν χοΐ, ὀνητῶν νόμῳ.

Similiter, et, quem primo loco posui, versiculus, ut Heroicus sit, additione Articuli indiget, hoc modo :

Εἰκάδι δευτερίῃ ὁ Ἀβέρκιος ᾤχετο γαίης.

B *In Synaxariis seu Menologiis Hierosolymitano et Calcopolitano, quod utrumque edidit Augustinus Scholzius, legitur quoque ad hunc diem :* τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἀβέρκιου, ἐπισκόπου ἱεραπολεως sancti patris nostri Abercii, episcopi Hierapoleos. *Notat autem Scholzius* (2) : Menologia hæc supra laudata servantur in fine codicum græcorum bibliothecæ regiæ Parisiensis, qui numeris 55 et 79. Dies festos vero Menologii codicis 55 omnes in textu, et Menologii codicis 79, ubi diversi sunt a priore, in margine inferiore typis exprimi curavi. *Itaque cum ad diem* 22 *Octobris nihil in margine notetur, liquet utrumque inter se convenire. In Typico S. Sabæ signatur etiam* Abercius episcopus Hierapolitanus. *In Synaxario Ruthenorum, quod peculiare est diœcesi Kijoviensi et etiam Moschis usitatum, interprete Georgio David, missionario S. J. Moscuæ residente anno* 1688, *annuntiatur eodem die :* Sancti patris nostri ἰσαποστόλου Ἀβερκίου episcopi Hierapolitani, thaumaturgi. *Item in altero Synaxario breviori et* communi toti ecclesiæ Ruthenicæ, *quod Papebrochio idem P. Georgius David procuravit :* Sancti patris nostri Avercii (Ἀβέρκιϊα) episcopi Hierapolitani. *Denique in tertio Synaxario prolixiori,*

C *tardius, nempe* 50 *Maji* 1712, *hagiographis submisso, legitur :* Sancti et apostolis similis Averkii, miraculificis viventis anno 5656, *æræ nempe Constantinopolitanæ, qua usi moscovitæ sunt usque ad tempora Petri Magni* (3). *Porro annus* 5656 *præfatæ æræ respondet anno Christi* 148 (4). *Tria laudata synaxaria hodie cum aliis manuscriptis olim a Bollandianis magno numero collectis, servantur in Bibliotheca regia Bruxellis num.* 11329.

Martyrologiis;

15 *Latinorum antiquiora et classica Martyrologia de* S. Abercio *nihil attingunt, præter Romanum, ubi ita hac die :* Hierapoli in Phrygia sancti Abercii episcopi, qui sub Marco Antonino imperatore claruit. *In Usuardi auctariis apud Molanum occurrit hæc annuntiatio :* Die vigesima secunda (*Octobris*), sancti Abercii episcopi Hierapolis, qui claruit miraculis tempore apostolorum. *Quæ posteriora verba male addita sunt :* Multis enim annis, *ut recte notat Halloixius* (5) prius mortui erant omnes apostoli, quam Abercius clarescere miraculis cœperit : D quippe qui vix natus fuerit, cum B. Joannes evangelista, postremus omnium superstes, vita excessit. *Forte Molanus præpostere interpretatus est vocem* ἰσαπόστολος æqualis apostolis; *quod utique intelligendum non est de ætatis aut temporis æqualitate, sed de similitudine virtutum et prodigiorum, maxime peregrinationum; unde et in Menæis Elogio 4 seu topario* (Ὠδὴ δ'.) *legitur :* τὸν σύνδρομον τῶν θείων μαθητῶν divinis discipulis cursu parem; *ita quidem Halloixius* (6) : *at in Veneta Menæorum editione anni* 1845, *loco* σύνδρομον *habetur* σύνθρονον throno parem (7). *Supra vidimus, in Menologio Basilii dici* S. Abercium *ab apostolis fuisse ordinatum; Molanus itaque videri posset hanc secutus lectionem; at vix non certum est illi* (*obiit anno* 1585) *præ manibus non fuisse Menologium illud, quod multo tardius in lucem editum.*

alicubi Martyr dicitur, sed perperam.

16 *Singulare est quod in* Ephemeridibus Græco-Moscis, *a Papebrochio editis ad caput tomi I Maji* (8): *in* Octobri *Moscorum* figurato *ad* 22 *habetur :* Abercius episcopus martyr, *addit Papebrochius* (9) : Possevino satis inepte « Arechmus. » *Quando Possevinum Papebrochius ita perstringebat nondum præ manibus habebat synaxarium Ruthenorum majus a P. Georgio David S. J. latine redditum et Antverpiam missum. In hoc enim, loco* Abercii *scribitur* Irauni (Ἰραλνα): *quæ quidem posterior vox non minus* inepta *dici posset quam* Arechmus. *Cæterum in margine ibidem notatur, reddi illa* græce Ἀβέρκιου ἰσαποστόλου. *Vide num. præcedente. At paulo ante in* Octobri græcorum metrico *ad eumdem diem legitur* (*ut supra, cum* metricus *ex Menæis sit excerptus*) : E

Εἰκάδι δευτέρῃ Ἀβέρκιος ᾤχετο γαίης
Bis undena dies Abercion inserit astris.

Additque Papebrochius, haud satis meditate : Inseritur etiam Romano hodierno, ut episcopus Hierapolitanus in Phrygia et martyr sub Marco Antonino. Acta græca habemus. *Id enim vero omni ex parte falsum,* S. Abercium *nostrum in Romano dici* Martyrem. *Nec hunc titulum illi uspiam alibi, præterquam in præfatis Ephemeridibus tributum invenio. Verosimiliter nominum confusio est. In Menæis ad diem quintam Decembris* (10) *memoratur* Sanctus martyr Abercius qui gladio consummatus fuit; *ubi cæterum, præter solitos duos versiculos, nihil amplius de eo prædicatur. Tanto magis putem hunc in Ephemeridibus ad* 22 *Octobris fuisse translatum, quod in iisdem* 5 *Decembris mentio solius fiat S. Sabæ. Nihil quoque de Abercio martyre in Basilii Menologio.* F

Ejus scripta

17 S. Abercium *nonnulla scripsisse, extra dubium est. Sed quæ? Non satis constat hodie. Duorum dumtaxat relicta diserte memoria est; at ipsa scripta interiisse creduntur. Sunt autem hæc :* Epistola ad M. Aurelium Antoninum imp., *et* Liber de Disciplina. *Epistolæ, ut jam supra attigi, meminit Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum :* Extat, *inquit,* sanctissimi Viri epistola ad M. Aurelium Antoninum imp., quæ apostolicum redolet spiritum. Exhibemus eam integram in Annalibus ecclesiasticis, acceptam ab illustrissimo et reverendissimo D. Guillelmo Sirleto, cardinale amplissimo, qui eam græce scriptam in antiquo manu scripto codice, ut ingentis precii margaritam, custodit. *Quæ tamen in Annalibus non reperitur. Quomodo id factum sit, ita ipse narrat Baronius* (11) : Doluimus vehementer, e manibus nostris elapsam,

(1) Tom. II, pag. 146. — (2) De Menologiis duorum codicum græcorum bibliothecæ regiæ Parisiensis commentatio, pag. 4 et 5. Bonnæ, 1823. — (3) Art de vérifier les dates, pag. XIV. (4) Ibid. pag, 3. In tab. chronol. — (5) Tom. II, pag. 145. — (6) Ibid. — (7) Mense Octobri, pag. 155. — (8) Acta SS. tom. I Maji, pag. I-LXXII. — (9) Ibid. pag. XLIX. — (10) Pag. 29 — (11) Annal. tom. II, ad an. Christi, pag. 165.

nescimus

A nescimus quo modo, epistolam illam, quam ab Abercio ad Marcum scriptam, piæ memoriæ... cardinalis Sirletus, pro magno munere nobis concesserat. Quod si rursus in manus nostras deveniat, et si qui forte ad describendam accepit, reddiderit, ponemus in appendice vel editione secunda. *Non putem illam hactenus inventam; unde metuendum ne funditus interierit. Non omnino exacte fata hujus epistolæ exhibet Lequienus; unde apparet eum Baronii annales non vidisse.* Baronius, *inquit* (1), in Notis ait, se exhibuisse ejusdem Abercii ad Antoninum epistolam a cardinali Sirleto acceptam, ex ejus utique vita, quæ in manuscriptis codicibus græcis frequens est, præsertim in Metaphrastæ collectaneis. *Quæ tamen mera suppositio est, imo et falsa. Nam in Actis quæ vidimus, omnibus epistola illa non reperitur, nec ejus mentio fit. Ad alteram quod attinet* S. Abercii *scriptionem :* Liber, *inquit Halloixius* (2), erat inscriptus Βίβλιος διδασκαλίας, Liber disciplinæ *seu* de disciplina; vel certe erat liber, qui perutiles doctrinas contineret, ignota jam inscriptione. *De quo ita in Actis :* Συνθεὶς δὲ καὶ βίβλιον διδασκαλίας, πάνυ ὠφελίμως ἔχουσαν, καταλείπει τοῖς ὑπ' αὐτὸν πρεσβυτέροις ἅμα καὶ διακόνοις, ἵνα
B καὶ μετὰ θάνατον φθέγγηται δι' αὐτῆς καὶ τρόπον τινὰ μηδέποτε ὠφελῶν παύηται composuit quoque Librum de doctrina seu disciplina valde utilem, quem suis reliquit presbyteris et diaconis ut per eum vel post mortem loqueretur et quodammodo cessaret nuspiam illis prodesse. *In quæ verba recte notat laudatus Halloixius* (3) : Ex quibus videtur colligi librum illum continuisse documenta presbyteris et diaconis utilia circa officium suum rite exequendum, et ad plebem verbo et exemplo instruendam. Quales sunt ii libri, qui nunc inscribuntur : *Instructio sacerdotum, Cura pastoralis* aliique similes, per quos eorum auctores licet terris demortui, in animis hominum vivunt et cum vivis loquuntur, ac per eos in commune multis prosunt. *Num* S. Abercius *ipse suum, quod in Actis exhibetur, scripserit Epitaphium, non satis perspicue mihi constat. Supra quædam obiter tantum delibavi de hoc argumento, nunc vero plenius agendum, cum habita nuperrime nonnulla de Titulo* S. Abercii *sit quæstio* (4).

et Epitaphium, 18 *Ut perspiciatur quæ in quæstionem vocentur, necesse est Epitaphium adscribere, prout ab erudito viro D. Joanne Bapt. Pitra redditur in Spicilegio Solesmensi* (5); *quoniam hinc orta controversia est.*
C *Alias lectiones dabo infra in Annotatis ad cap. 4. Actorum.*

Ἐκλεκτῆς πόλεως τόδε (μνῆμ') ἐποίησα πολίτης
Ζῶν, ἵν' ἔχω καιρῷ σώματος ἔνθα θέσιν.
Τοὔνομ' Ἀβέρκιος εἰμι, μαθητὴς ποιμένος ἁγνοῦ,
Ὃς βόσκει προβάτων ἀγέλας ὄρεσιν πεδίοιστε,
Ὀφθαλμοὺς ὅς ἔχει μεγάλους, κατὰ πάνθ' ὁρόωντας.
Οὗτος γάρ μ' ἐδίδαξε (τὰ ζωῆς) γράμματα πιστά,
Εἰς Ῥώμην ὅς ἐπεμψέ με (τὴν) βασιλείαν ἀθρῆσαι
Καὶ ἐασίλισσαν ἰδεῖν χρυσόστολον, χρυσοπέδιλον·
Λαὸν δ' εἶδον ἐκεῖ λαμπρὰν σφραγῖδα ἔχοντα.
Καὶ Συρίης πέδον εἰσεῖδον καὶ ἄστεα πάντα,
Νίσιβιν, Εὐφράτην διάβας· πάντας δὴ ἔωθεν
Ἕσχον (ἐμοὶ) συνομηγυρέας. Πίστις δὲ προσῆγε
Καὶ παρέθηκε τροφὴν ἰχθὺν (δὲ μιῆς) ἀπὸ πηγῆς,
Παμμεγέθη, καθαρόν, ὃν ἐδράξατο παρθένος ἁγνή.
Καὶ τοῦτον ἐπέδωκε φίλοις ἔσθειν διὰ παντὸς,
Οἶνον χρηστὸν ἔχουσα, κέρασμα διδοῦσα μετ' ἄρτου.
Ταῦτα παρεστὼς εἶπον Ἀβέρκιος ὧδε γραφῆναι,
Ἑβδομηκοστὸν ἔτος καὶ δεύτερον ἦγον ἀληθῶς.
Ταῦθ' ὁ νοῶν εὔξατο ὑπὲρ μου πᾶς ὁ συνῳδὸς,
Τύμβον (μή) τις ἐμοῦ ἕτερον ἐπάνω θήσειε·
Εἰ δ' οὖν, Ῥωμαίων ταμείῳ δισχίλια χρυσᾶ,
Καὶ χρηστῇ πατρίδι Ἱεροπόλει χίλια θήσει.

Quod latine sic vertit laudatus D. Joan. Bapt. Pitra (6) :

Urbis electæ civis, hoc ego vivus feci monumentum,
Ut haberem heic pro tempore corporis posituram.
Nomine sum Abercius, qui et discipulus casti pastoris,
Pascentis ovium greges in montibus atque campis;
Et ipsi ingentes oculi sunt, quibus cuncta tuetur.
Sane is me docuit verba vitæ fidelia;
Is me Romam misit, regiam illam visurum urbem
Atque imperatricem, aureis indutam vestibus et calceis.
Tum autem aspiciebam populum splendidos annulos manu gestantem;
Tum Syriæ vidi campum et omnia oppida,
Nisibin et Euphratem transgressus : porro E omnes ex oriente
Habui mecum *in sacris* unanimes : fides namque singulis produxit
Et apposuit cibum, ex uno fonte piscem
Prægrandem, impollutum, quem apprehendit immaculata Virgo
Et tradidit amicis ex integro commedendum:
Eademque vinum habens bonum idque porrigens cum pane temperatum.
Hæc ego adstans Abercius jussi inscribi,
Septuagesimum secundum annum vere agens.
Orabit pro me, huc si quis attenderit, quisquis est mecum consentaneus.
Ne quis tumulum alium *ei qui mea continet ossa,* superimponat;
Sin autem, romano quidem ærario bis decem millia aureos,
Dulcissimæ vero patriæ Hierapoli millia persolvet.

a Tillemont o redargutum, 19 *Epitaphium, ut dixi, improbat sanctoque* Abercio *abjudicat Tillemontius, quod ejus nec res nec verba sanctum senioremque et jamjam morituram deceant episcopum. At reponi potest, illius interpretationem, ut ita dicam, moralem, fere pendere* F *totam ab animo legentis. Confer dicta num.* 5. *Speciatim reprehendit Tillemontius versiculos, quibus meminit* Abercius, *a Christo se Romam missum, ut videret Augustam superbe vestitam imo et calceatam, populumque fulgidos gestantem annulos; quæ quidem levitatem ac vanitatem sonant hominis curiosi magisquam viri sancti. Respondet Halloixius* (7): Christiani ex eo, quod diceret se a Deo missum Romam, satis videbant quomodo esset accipiendum id quod addebat : *ad videndum palatium imperii aut imperatricem,* nempe (ut terminis philosophorum ac theologorum utar) non caussaliter sed consecutive, hoc est : cum caussa fuerit, curatio filiæ imperatricis, inde consecutum est, ut et illam videret et matrem ejus Faustinam imperatricem, et alia quæ ibi commemorat. *Et infra* (8) : Apud gentiles autem, illa eorum, quæ Romæ viderat, declaratio, et magnificentiæ Romanæ in vestibus et annulis expositio, non poterat non grata esse atque accepta.

AUCTORE B. B.

(1) Oriens Christianus, tom. I, col. 853.—(2) Tom. II, pag. 41. — (3) Ibid. — (4) Civilta Catolica, an. 1856, tom. I, pag. 685 et seqq.; item tom. II, pag. 83 et seqq. — (5) Tom. III, pag. 553 et seq. — (6) Ibid. pag. 554. — (7) Scriptorum etc. tom. II, pag. 140. — (8) Ibid. pag. 141.

AUCTORE B. B.

accepta. *Cæterum hujusmodi in carmine usui esse, nemo non novit. Nec perspicue dicitur in Actis, Inscriptionem ab ipso* S. Abercio *fuisse compositam :* Et lapidem (*ita præfatur Metaphrastes*) quemdam quadratum, longitudine et latitudine æqualem sibi tumulum facit; et aram, quæ ipso jubente, a dæmone illuc translata fuerat, lapidi imponit, tale illi epigramma incidens τοιὸν δὲ τι ἐπίγραμμα αὐτῷ ἐγχαράξας, *quæ utique non omnino demonstrant non ab altero, sed* S. Abercii *nomine, fuisse conscriptum; tanto magis quod soleat id in sexcentis hujusmodi epigraphis adhiberi, ut defunctus viatorem alloquatur, quin consequens ideo sit versiculos ab eo esse factos. Nec amplius probat, quod initio Tituli legitur :* τόδ' ἐποίησα ζῶν, ἵν' ἔχω καιρῷ σώματος ἐνθάδε θέσιν, τοὔνομα Ἀβέρκιος feci *hoc* vivens ut in casu mortis habeam corporis sedem ego, nomine Abercius. *Quæ quidem aliter ab aliis intelliguntur, et, judice Dubnero* (1), latum hariolationis campum *aperiunt. Attamen id certum, particulam* τόδε hoc, *referri obvio suo sensu ad monumentum, non vero ad epitaphium. Unde in Ephemeridibus Romanis* (2), *non nihil jocando in eos, qui legendum putabant :* Τόδε (γράμμ') ἐποίησα πολίτης : *quasi vero locum supremæ dormi-*

B *tionis suæ præparasset sibi* Abercius ἐν γράμμασι : τόδε γράμμ' ἐποίησα ἵν' ἔχω σώματος ἔνθα Θέσιν ! *Denique eodem sensu interpretari possunt verba :* Ταῦτα παρεστὼς εἶπον Ἀβέρκιος ὧδε γραφῆναι, ἑξδομηκοστὸν ἔτος καὶ δεύτερον ἄγων ἀληθῶς : hæc adstans ego Abercius ita scribenda curavi, annum agens septuagesimum secundum : *sufficit enim, ut hæc vera sint,* Abercium *curasse ut epitaphium hoc, sive a se sive ab alio conscriptum, sepulcro suo incideretur. Utut est, sat parvi refert.*

de quo et recens orta disputatio.

20 *Dixi supra, nonnullam de hoc Epitaphio ortam nostris diebus quæstionem. Nempe Domn. J. B. Pitra in Spicilegio Solesmensi, ubi tractat de Pisce* (ΙΧΘΥ) *symbolico* (3), *separatis typis edidit ex Boissonnadii Actis,* S. Abercii *Titulum seu epitaphium, notisque illustravit ad rem epigraphicam et symbolicam pertinentibus; judicium vero tulit de Actis* (*juxta Boissonadii scilicet recensionem; Metaphrastica enim non legerat*) *haud magnopere a nostro abludens. In textu Tituli quædam cum* solertissimo Dubnero suo supplenda duxit aut mutanda. *Non omnia et singula eruditi Benedictini placita probavit Garruccius noster. Imprimis, adhæret et quidem mea opinione justo amplius, Tillemontio, Actaque prorsus*

C *rejicit* (4), *quod ego sane non ausim, præsertim cum ex disputatis num.* 10 *putem constare objectas a Tillemontio difficultates, illa excepta quæ ad epistolam M. Aurelii spectat, levioris et vix ullius esse momenti. Secernit itaque Garruccius Epigraphen omnino ab Actis, imo supponit vel potius asserit hæc ex illa a Symeone fuisse fabricata. Proinde Epitaphium, nulla habita Actorum ratione, crisi subjicit; illud, quale nunc est, indignum sancto præsule pronuntians, propter eadem fere, quæ Tillemontius habet, momenta, et concludit corruptum et interpolatum a Metaphrasta fuisse; unde et novam subjicit lectionem, in qua resecantur aliquot versiculi, et textus exhibetur diversus tum ab eo qui reperitur in codicibus mss., tum ab eo quem proposuere Dubner, D. Pitra aliique.* (*Videsis Annotata ad cap.* 4.) *Et quidem versiculos expungit omnino quinque : scilicet quartum et quintum; illum, quod sint verba et voces; hunc, quod* magni oculi *cernerentur in picturis ecclesiarum muralibus ætate Metaphrastæ sæculo* X, *non autem ætate* S. Abercii, *sæculo* II *vel* III; *item expungit octavum,* D *quod sanctum dedeceat episcopum; undecimum et duodecimum, quod peccent in ecclesiasticam disciplinam etc. Emendationes a Garruccio propositæ atque adhibitæ plures sunt, præcipuæ tamen in sequentibus continentur versiculis :*

Καὶ συνομηγυρέας Πέτρον καὶ Παῦλον ἔσωθεν
Μαρτυρίου πέδον εἰσεῖδον. Πιστὶς δὲ προῆγε...

Quæ quidem penitus recedunt a lectione plurimorum, quos vidi, codicum, et cum nullo concordant; nec mirum; siquidem Garruccius ex conjecturis textum suscipiat restituendum. Cæterum versiculi illi duo (*apud D. Pitra pars undecimi et duodecimus*) *sic in Actis redduntur :* πάντας δ' ἔσχον συνομηγύρους, Παῦλον ἔσωθεν· πίστις δὲ παντὶ προῆγε omnes me circumstantes habui, intus Paulum; fides vero mihi ubique dux fuit. *Quæ sane obscura sunt et plus minus corrupta. Nec igitur mirum varie a variis explicari et mutari seu restitui. Porro hæc et alia, id genus videsis in Annotatis ad cap.* 4, *ubi Epigraphæ lectiones, prout a variis variæ proponuntur, in extenso reddemus. Sufficiat hic animadvertisse in omnibus codicibus Parisinis reperiri Epigramma fere ut in Actis infra excudendis legitur. In specie codex Colb.* 1540, *licet, ut alibi jam monui num.* 2, *stylo differat a* E *Symeone, in Epigrammate longe maximam partem concordat, nec uspiam favet Garruccio. Sic etiam codex Coislin.* 110, *in quo* Μετάφρασις *a Boissonadio edita, Epigramma habet quidem mutilum, at versiculos illos profert quos rejicit Garruccius, et ex adverso nonnullos omittit, quos ille præ cæteris laudat v. g.* λαὸν δ' εἶδον ἐκεῖ λαμπρὰν σφραγῖδα ἔχοντα. *Quod vero attinet ad interpretationem symbolicam ab eodem Garruccio propositam, hujus loci non est hanc vel tueri vel impugnare; nonnulla attingemus in Annotatis.*

omnibus tamen antiquissimum probatur.

18 *Id vero utrimque admittitur,* S. Abercii *epitaphium esse antiquissimum, imo ad primæva ecclesiæ spectare sæcula. Pretiosissimum proinde est monumentum traditionis* (*hac enim ex parte omnium consensu integrum ad nos pervenit*) *de sanctissimo Eucharistiæ sacramento :*

Fidesque præibat
Et mensæ apposuit PISCEM (purissima Virgo
Eximium puro quem vitæ a fonte prehendit)
Vescendumque dedit dilectis tempus in omne,
Utile habens vinum, potum cum pane ministrans.

Ita nempe latine redditur in Garrucciana dissertatione. Laudandus sane Metaphrastes, saltem eo ex F *capite, quod epigramma posteris servaverit, inserendo illud Actis* S. Abercii : *nuspiam enim alias, in quantum ego noverim, reperitur, unde et ipsis Actis haud vulgare enascitur meritum. Laudandus etiam vir diligentissimus, D. Joan. B. Pitra, qui illud veluti ex Actorum latebris in publicam lucem primus eduxit; laudandus et P. Garruccius qui plurima, pro more suo, docte et acute de Titulo Aberciano disputavit. Liceat addere verba eximii et eruditi imprimis viri J. B. de Rossi in epistola data* Romæ prid. kal. Jul. MDCCCLV *ad eumdem D. J. B. Pitra, qui primus iterum et quidem paucis abhinc annis, pubici juris fecit celebrem Augustodunensem Inscriptionem :* Atque hic, *inquit Rossius de Pisce eucharistico agens* (5), ultro se offert insigne illud tuum Augustodunense epigramma, quod cum præclaris his Romanæ ecclesiæ pictis monumentis adeo amice conspirat, eorumque interpretationem tanta luce perfundit, ut quid requiri et expeti amplius possit

(1) Spicilegium Solesmense, tom. III, pag. 533. — (2) Civilta Catolica, ubi supra, tom. II, pag. 83. — (3) Tom. III, pag. 533. Paris, 1855. — (4) Civilta Catolica, an. 1856, tom. I, pag. 688, et tom. II, pag. 84. — (5) Spicilegium Solesmense, tom. III, pag. 567.

plane

A plane non videam. In eo enim postquam baptismatis mentio facta est, hæc, interpretum omnium unanimi consensione, de eucharistia leguntur :

Σωτῆρος δ'ἁγίων μελιηδέα λάμβανε βρῶσιν,
Ἔσθιε, πινε... ΙΧΘΥΝ ἔχων παλαμαις

« Salvatoris sanctorum dulcem sume cibum, ede et bibe... PISCEM in manibus tenens. » Jam quis dubitare possit ἰχθὺν, sive ille panem et vinum dorso sustinet, sive in mensa cum panibus positus, sive sub ipsa consecrantis sacerdotis manu depictus est, Christum esse in eucharistia *etc. In Pentametro deest vox ex lapidis defectu, quæ varie a variis suppletur. Vide Spicilegium Solesmense* (1), *item Miscellanea Archæologica PP. Caroli Cahier et Arthuri Martin, ubi inserta valde erudita dissertatio est de titulo hoc Augustodunensi, autore Francisco Lenormant* (2). AUCTORE B. B.

(1) Tom. I, pag. 557 et seqq. — (2) Mélanges d'Archéologie, tom. III, pag. 114-137. Paris 1853.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΒΕΡΚΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΑΠΟΛΕΩΣ.

VITA ET CONVERSATIO sancti patris nostri Abercii episcopi Hierapolitani *a*.

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

a

Ex codice Colbertino num. 1484 *folio verso* 168, *in regia Bibliotheca Parisiensi, auctore Symeone Metaphrasta.*

B E

CAPUT I.

S. Abercius populum ab impiis sacrificiis avertit, deorum simulacra comminuit. Commotam exinde multitudinem, pluribus patratis miraculis, sedat et ad Christum convertit.

Μάρκου Ἀντωνίνου, καὶ Λευκίου Βήρου, τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διεπόντων ἀρχήν, δόγμα ἐπὶ πᾶσαν ἐφοίτα τὴν γῆν, ὅση τότε Ῥωμαίοις ὑπήκουε, δημοτελεῖς κελεῦον τοῖς λεγομένοις θεοῖς σπονδάς τε καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν. Τοῦ γοῦν τοιούτου δόγματος καὶ αὐτῷ Ποπλίῳ τῆς μικρᾶς Φρυγίας ἡγεμονεύοντι τότε καταπεμφθέντος, ἦν ὁρᾶν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους πᾶσαν ἑορτάς τε ἄγοντας καὶ θυσίας, καὶ σπουδῇ τῷ τῶν αὐτοκρατόρων προστάγματι διακονουμένους· ἥτε βουλὴ τῶν Ἱεραπολιτῶν καὶ ὁ δῆμος, οὐδὲ οὗτοι τῆς κοινῆς ἐκείνης ἀπελιμπάνοντο τελετῆς. Αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ νῦν ὑπόθεσις ἡμῖν ὑπάρχων Ἀβέρκιος, τὴν Ἱεραπολιτῶν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος, λευχειμονοῦντάς τε τοὺς C πολίτας, καὶ τὰς ἀνεόρτους ἐκείνας ἑορτὰς ἐπὶ καταστροφῇ φεῦ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἐπιτελοῦντας ἰδών· καὶ τὸν μὲν ἀληθῆ Θεὸν ἀθετούμενον, εἴδωλα δὲ κωφὰ προσκυνούμενα, ψευδῆ φαντασίαν εἶναι, ἵνα τὸ τοῦ θείου Ἀμβακοὺμ φθέγξωμαι, καὶ πλάνης ἀχλὺν ἐπὶ πολλοὺς διαχεομένην· χαλεπὸν τὸ πρᾶγμα καὶ δεινῶς ἄτοπον ἡγησάμενος, καὶ οἷα ὑπὲρ ἀδελφῶν πληγεὶς τὴν ψυχὴν ἐν δάκρυσι τῷ Θεῷ καταμόνας προσηύχετο· Θεὲ, λέγων, τῶν αἰώνων, καὶ κύριε τοῦ ἐλέους, καὶ δημιουργὲ τοῦ σύμπαντος τοῦ δὲ καὶ συνοχεῦ· ὁ ἐνανθρωπῆσαι τὸν μονογενῆ σου παῖδα δι' ἡμᾶς εὐδοκήσας, ἔπιδε καὶ νῦν ἐφ' ὃν ἐδημιούργησας κόσμον· μηδὲ τὴν σὴν ταύτην πόλιν, ἐν ᾗ με ποιμένα τῶν σῶν ἔθου προβάτων, καὶ ἧς τῷ ἀναξίῳ ἐμοὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἐνεχείρισας, χειροποιήτοις οὕτω περίυδης ἐδελύγμασι προσκειμένην· ἀλλὰ τοῦ ἐπισκοτοῦντος αὐτῇ τῆς ἀπάτης νέφους ἀπαλλάξας, τῷ σῷ φωτὶ προσοικείωσον.

Marco Antonino *b*, et Lucio Vero Romanum obtinentibus imperium, pervenit decretum *c* in universam, Romanis tunc subditam, terram, quo cavebatur ut publica sacrificia et libamina offerentur Diis, quos ipsi appellant *d*. Hoc ergo decretum cum missum esset Publio *e*, qui pro tempore parvæ præerat Phrygiæ, videre erat gentem omnem subditione Romanorum celebrare festa et sacrificia, atque jussis imperatorum prompte obtemperare. Senatus quoque et populus Hierapolitanus, nec ipsi prætermittebant interesse istis sacrificiis. Hic F autem idem, de quo nobis nunc sermo, Abercius *f* episcopatum *g* Hieropolitanorum *h* adeptus, videns cives candidis superindutos vestibus infausta illa festa ad animæ suæ heu! perniciem celebrare, atque verum Deum contemptui haberi, surda vero adorari simulacra; falsam imaginem *i* (ut cum divino dicam Habacuc) et erroris calliginem super multos infundi, rem arbitratus gravem atque valde absurdam, et tamquam animo sauciatus pro fratribus, cum lacrymis Deum seorsum deprecabatur, dicens : Deus seculorum et Domine misericordiæ, qui universa et fabricasti et contines; cui placuit et unigenitum Filium tuum pro nobis hominem fieri; aspice nunc quoque mundum, quem condidisti : neque hanc tuam civitatem, in qua me posuisti pastorem ovium tuarum, et cujus mihi indigno episcopatum commisisti, despicias, manufactis ita deditam abominationibus; sed ab erroris, eos obumbrantis, nube liberatos, tuo lumini adjunge.

Pro populo idolis sacrificante orat Abercius,
b
c
d
e
f
g *h*
i

2 Ταῦτα ἐπὶ πολὺ τῆς ἡμέρας προσευξάμενος, καὶ ὕπνῳ δοὺς ἑαυτὸν, ὁρᾷ νεανίαν ὡραῖον τὲ καὶ καλὸν τὸ εἶδος, ῥάβδον αὐτῷ ἐγχειρίζοντα, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου Ἀβέρκιε, λέγοντα, πορεύθητι νῦν, καὶ σύντριψον τῇ βακτηρίᾳ ταύτῃ τοὺς τῆς πλάνης αἰτίους. Διϋπνισθεὶς οὖν, καὶ ὅτι κύριος ἦν ὁ φανεὶς αὐτῷ καλῶς ἐννοήσας, εὐθὺς διανίσταται, καὶ θάρσους ἐμπίπλαται· καὶ παμ-

2 Hæc cum magna diei parte precatus esset, et dein somno se dedisset, vidit juvenem speciosum et decorum, virgam sibi in manus tradentem atque dicentem : In nomine meo, Aberci, nunc perge, atque virga ista contere erroris auctores. Itaque somno excitatus atque probe intelligens Dominum sibi apparuisse, propere surgit et fiducia plenus, arrepto

et templum ingressus simulacra comminuit.

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

arrepto prægrandi quodam ligno, zelum spirans et iram abit ad templum Apollinis *i*, in quo pleraque peragebantur sacrificia et libamina. Erat fere nona noctis hora. Divina fretus apparitione, primum suis manibus templi fores impellit, et cum claves et vectes essent contriti et portæ paterent, in medium accurens templum, Apollinis, quod illic stabat, simulacrum dejecit atque comminuit. Deinde alia quoque aliorum deorum simulacra obiens, similiter prostravit *k*; nec dii sese defendebant; sed simulacra illa surda et inania (erant enim plane surda et muta) ipso tamen facto magnifice proclamabant *l*, insanire homines, qui talia colunt et Deos vocant; quæ vero istis nunc accidunt, id recte ac valde laudabiliter fieri. Deorum autem cultores et templi ministri, hæc multa patrari cum audacia conspicati, stabant stupore pleni et dubitatione. Ipse vero ad eos conversus et justa cum ira justus intuens: Abite, inquit; senatui omnique populo renuntiate, deos vestros hesterno convivio et commessatione ebrios se invicem contrivisse, et sic in terram dejecisse. Sed vos, si quis in vobis sit sensus, frusta hæc simulacrorum camino mandate et igni: sic enim dii vestri utiles forte vobis fuerint, videlicet calce, quæ ex illis exustis habebitur.

i

k

l

B

μέγεθές τι ξύλον ἁρπάσας, ἄπεισι πνέων ζήλου καὶ ὀργῆς ἐκεῖνος παρὰ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἔνθα αἱ πλεῖσται σπονδαί τε καὶ θυσίαι διετελουντο· ἦν δὲ περὶ που τὴν ἐνάτην ὥραν ἡ νὺξ, καὶ τῇ θείᾳ πεποιθὼς ἐμφανείᾳ, πρῶτα μὲν αὐταῖς χερσὶ τὰς τοῦ νεὼ πύλας ἀθεῖ· καὶ ἐπεὶ αἵ τε κλεῖδες αὐτῷ καὶ οἱ μοχλοὶ συνετρίβησαν, καὶ αἱ πύλαι ἀνεπετάσθησαν· εἰς μέσον τὸν ναὸν εἰσδραμὼν, τὸ ἑστὼς ἐκεῖσε τοῦ Ἀπόλλωνος εἴδωλον κατέαξέ τε καὶ εἰς λεπτὰ διεῖλεν, εἶτα καὶ τὰ τῶν ἄλλων θεῶν περιελθὼν, ἐπίσης διέθηκε, καὶ οἱ θεοὶ οὐκ ἠμύναντο, καὶ τὰ κωφὰ καὶ μάταια· κωφὰ οὕτω καὶ ἄφωνα ἦν· φωνὴν μεγίστην ἀπὸ τῶν ἔργων ἀφιέντα, ὅτι μεμήνασιν ἄνθρωποι τοιούτοις οὖσι προσέχοντες, καὶ θεοὺς αὐτοὺς ὀνομάζοντες· καὶ ὅτι ταῦτα ἃ πάσχει νῦν, δικαίως ἐκεῖνα πάσχει καὶ λίαν ἐπαινετῶς. Οἱ μὲν τοι θεραπευταὶ τῶν θεῶν καὶ τοῦ νεὼ ὑπηρέται, τὰ γεγενημένα ταῦτα κατὰ πολλὴν τόλμαν ἰδόντες, μεστοὶ ἐκπλήξεως καὶ ἀπορίας εἱστήκεισαν· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἐπιστραφεὶς, ὀργῇ τὲ δικαίᾳ ὁ δίκαιος ἀπιδὼν· ἄπιτέ, φησι, τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ παντὶ ἀπαγγείλατε, ὡς οἱ θεοὶ ὑμῶν τῇ παρατεθείσῃ χθὲς αὐτοῖς εὐωχίᾳ καὶ αὐτῷ κώμῳ μεθύσαντες, συνέτριψάν τε ἀλλήλους, καὶ εἰς ἔδαφος οὕτω κατέσπασαν· ἀλλ' ὑμεῖς εἴγε δὴ καὶ ὀλίγα φρενῶν μετέχετε, τὰ συντρίμματα τῶν εἰδώλων ταῦτα καμίνῳ παράδοτε καὶ πυρί· τάχα γὰρ ἂν οὕτως ὑμῖν οἱ θεοὶ χρήσιμοί που ὀφθεῖεν, διὰ τῆς ἀσβέστου φλογὶ, τῆς ἐξ αὐτῶν ἐκείνων γενησομένης.

D

E

orto exinde tumultu,

3 Hæc cum fecisset et dixisset Abercius, domum rediit, tamquam vir fortissimus, peremptis hostibus, qui ruinæ multarum animarum plane fuerant auctores. Reversus docebat ad se confluentes catervas veram Dei sequi religionem ac sobriæ curam gerere vitæ. Sub ipsam autem noctem sacrificuli et æditui accedunt ad senatum, et deferunt Abercium narrantes quæ facta fuerant. Orta luce, fama ubique vagatur, Abercium incidisse magnum in errorem, in deos insurrexisse, ac propterea eum non diis solum et imperatoribus, sed etiam populo et universæ civitati debere pœnas dare. Propere ergo omnes in templum congregati, disceptabant atque inter se de his conferebant. Qui primi erant inter cives et longe aliis antecellebant, suadebant mittere ministros publicos, qui Abercium adducerent, rationem redditurum, ut quid hæc sit ausus, et quosnam habeat sibi opem ferentes: neque enim est, aiebant, verisimile eum qui talia aggreditur, non habere plures coadjutores. Cum ergo hos quoque comprehenderimus, vinctos simul cum Abercio mittemus ad præsidem, quo meritas luant pœnas commissæ in Deos et in imperatores injuriæ. Atque iis, qui cæteris præstabant prudentia, ut diximus, videbatur hoc expedire, et: Sic, dicebant, nobis erit faciendum. At populus cernens manus et pedes ipsasque Deorum facies humi prostratas, vehementer commotus erat; imo amens, dixeris, pro amentibus. Arreptis itaque lignis lapidibusque (talis est enim omnis multitudo ad iram commota et impetu utens inconsiderato): Eamus, inclamant sibi invicem, eamus; ignem in ejus injiciamus domum, eamque cito accendamus, ut non solum ille, sed etiam quicumque habitat cum eo et sentit, male pereat. Senatus autem timens ne, incensa Abercii domo, vicinorum quoque et aliorum innocuorum ædes participes forent incendii, tum etiam, quod, si multitudini se adjunxisset, pœnas quoque esset daturus Publio, demulcens efferatissimum quemque, æstuantes conabatur animos sedare.

C

3 Ταῦτα πράξας Ἀβέρκιος καὶ εἰπὼν, οἴκαδε ἐπανῆκε, καθάπέρ τις ἀριστεὺς κοινοὺς ἀνελὼν πολεμίους, πολλῶν ὄντως ψυχῶν ἀπωλείας αἰτίους· ἐπανελθὼν δὲ, τοὺς πρὸς αὐτὸν συῤῥέοντας ἐδίδασκεν ὄχλους, θεοσεβείας ἀληθοῦς ἔχεσθαι, καὶ εἶσω σώφρονος ἐπιμελεῖσθαι· ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὴν νύκτα, οἵ τε θύται καὶ οἱ νεωκόροι προσίασι τῇ βουλῇ, καὶ προσαγγέλλουσι μὲν Ἀβέρκιον ἀναδιδάσκουσι δὲ τὰ γεγενημένα· καὶ ἅμα φωτὶ, λόγος εὐθὺς διὰ πάντων ἐχώρει, ὡς μεγάλῃ μὲν Ἀβέρκιος περιπέσοι πλάνῃ, κατεπαρθείη δὲ τῶν θεῶν, κἀντεῦθεν οὐχ ὅπως αὐτὸν, τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς αὐτοκράτορσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ πόλει πάσῃ δίκας ὀφείλειν. Σπουδῇ τοίνυν πάντες ἐπὶ τὸν ναὸν ἀθροισθέντες, ἐσκέπτοντό τε καὶ ἀλλήλοις περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐκοινοῦντο· οἱ μὲν οὖν ἐλτίους τῶν πολιτῶν καὶ πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκόντες, τοὺς δημοσίους συνεβούλευον ὑπηρέτας πέμψαι καὶ τὸν Ἀβέρκιον ἀγαγεῖν, ὑφέξοντα λόγον ὅτου χάριν τοιαῦτα τολμήσοι, καὶ τίνας αὐτῷ τοὺς συναραμένους ἔχοι· οὐδὲ γὰρ ἐστι τῶν εἰκότων φησὶ τηλικούτοις ἐπιχειροῦντα, μὴ καὶ πλείονας ἔχειν τοὺς συνεργούς· κἀκείνους οὖν κατασχόντες, δεσμίους τῷ ἡγεμόνι σὺν Ἀβερκίῳ ἀποστελοῦμεν, ὅπως ἀξίαν γε δῶσι τὴν δίκην, ὧν εἷς τε τοὺς θεοὺς αὐτοὺς, καὶ τοὺς αὐτοκράτορας ὕβρισαν. Τοῖς μὲν οὖν συνέσει τῶν πολλῶν διαφέρουσιν, ὥσπερ ἔφημεν, τοῦτο λυσιτελεῖν ἐδόκει, καὶ οὕτω ποιητέα ἡμῖν, ἔφασαν, ἔσται· ὁ δὲ δῆμος, τὰς τε χεῖρας καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰ πρόσωπα τῶν θεῶν ἐῤῥιμμένα κατὰ γῆς θεασάμενοι, σφόδρα τὲ κινηθέντες, ἀνόητοι (φαίη τίς) ὑπὲρ ἀνοήτων· καὶ ξύλα καὶ λίθους ἁρπάσαντες (τοιοῦτον γὰρ ὄχλος ἅπας εἰς ὀργὴν κινηθεὶς, καὶ οὕτως ἀλογίστῳ τῇ ὁρμῇ χρώμενος) ἴωμεν, πρὸς ἀλλήλους ἐβόων, ἴωμεν· πῦρ κατὰ τῆς αὐτοῦ βάλωμεν οἰκίας, καὶ ταύτην ὅτι τάχος ἀνάψωμεν, ὡς ἂν μὴ ἐκεῖνος μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶς ὅστις σύνοικος αὐτῷ καὶ ὁμόφρων κακῶς ἀπώλονται. Ἡ μὲν τοι βουλὴ δείσασα μὴ τῆς Ἀβερκίου οἰκίας ἐμπρησθείσης, αἵ τε τῶν γειτόνων καὶ πολλῶν ἄλλων ἀναιτίων συμμετάσχωσι τοῦ κακου, εἶτα δίκας οὗτοι Ποπλίῳ ὑπόσχωσι, τῷ πλήθει ἑαυτοὺς διανείμαντες, κατέχαν τε ἀγριαίνοντας καὶ φλεγμαινούσας καταστέλλειν αὐτοῖς τὰς ψυχὰς ἐπειρῶντο.

D

E

F

urbe exire recusat S. Præsul;

4 Facta igitur mora non modica, quidam ex iis, qui jam pietatem didicerant, rem percipientes, magna cum celeritate veniunt ad ædes Abercii; quem cum invenissent placido ac hilari

4 Ἐν τούτῳ τοίνυν διατριβῆς οὐ μικρᾶς γενομένης, αἰσθόμενοί τινες τῶν τὴν εὐσέβειαν ἤδη καταμαθόντων, ἐν πολλῷ τῷ τάχει πρὸς τὸν τοῦ Ἀβερκίου οἶκον ἐφίστανται· καὶ τοῦτον καταλαβόντες τῇ τῆς εὐσεβείας

A θείας διδασκαλίας τοὺς παρόντας ὡς ἥδιστα ἐν ἡμέρῳ τε τῇ ὄψει καὶ φαιδρᾷ δεξιούμενον, ὥσπερ οὐδενὸς καινοῦ γενομένου, φράζουσιν αὐτῷ τὴν ἐπιβουλήν· καὶ ἀντιβολοῦσι μικράν τινα χώραν δοῦναι τῇ ἀτάκτῳ ῥοπῇ, καὶ τῆς πόλεως αὐτίκα ὑπεξελθεῖν· ὡς μὴ δύο τὰ καιριώτατα, πατέρα τε ζημιωθῶσι καὶ ἀδελφούς· αὐτὸν δηλαδὴ τὸν θεῖον Ἀβέρκιον, ὃν εἰς πατρικὴν μοῖραν αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔταξε, καὶ ἀδελφοὺς ἐκείνους, οὓς εἰ οὗτος ἐπιβιώη προσάξοι τῇ εὐσεβείᾳ. Ὁ δὲ· δραπέται μέν, ἔφη, πάντως ἂν τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθημάτων ἀδελφοὶ νομισθείημεν, εἰ τὸ δι' αὐτῶν παθεῖν ἀγεννῶς οὕτως ἐκφύγοιμεν· καὶ ταῦτα, τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις ἐκείνου κελεύσαντος κηρύττειν σὺν παῤῥησίᾳ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον τοῖς ἔθνεσι μηδὲ φοβεῖσθαί τι τῶν ἀβουλήτων ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἐν καιρῷ τῆς τῶν ἐπηρεαζόντων ἐπαγωγῆς· τότε γὰρ κακοπαθεῖν δι' αὐτὸν, ἡδύ· καὶ τὸ ὑπὲρ ἐκείνου ἀποθανεῖν, ζωῆς πάσης ἀληθῶς ἥδιον· πλὴν ἀλλὰ πειστέον ὑμῖν οὕτω βουλομένοις, καὶ τοὺς ἐπιόντας καθ' ἡμῶν φευκτέον· ἐπεὶ καὶ τοῦτο νόμος Χριστοῦ, φεύγειν ἀτεχνῶς τοὺς διώκοντας. Ταῦτα ἔφη, καὶ ἅμα σὺν αὐτοῖς ἐξελθών, ἄπεισι κατὰ μέσην τὴν πόλιν παρὰ τὴν ἀγοράν· ἔνθα δὴ καὶ εἰς τόπον ὃς οὕτω παρ' αὐτοῖς Φραγέλλιον ἐκαλεῖτο καθίσας, τὸ κήρυγμά τε τῆς ἀληθείας ἐδίδασκε τοὺς

B παρόντας, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως ἀξίου, ὡς ἐκείνους ἀξιοῦσθαι δυνατὸν ἦν· καὶ δεῖν ἔλεγε τὸν τῷ θείῳ βαπτίσματι τελειωθέντα, καὶ χριστιανὸν ἀξιωθέντα ἤδη καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, τῶν μὲν παρόντων ἡδέων καταφρονεῖν· ἐπίκαιρα γάρ· ὀρέγεσθαι δὲ μόνης τῆς ἀθανάτου ζωῆς· ἐπεὶ καὶ μόνη ὡς ἀληθῶς αὕτη ζωή, ἣν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἡτοίμασεν ὁ θεός. Ἐν ὅσῳ οὖν ταῦτα οὕτως πρὸς αὐτοὺς διελέγετο, τὸ κατ' αὐτοῦ φερόμενον πλῆθος τὸ πρᾶγμα μαθόντες, καὶ ὅτι οὐκ ἠγάπησεν οἴκοι περὶ τῆς οἰκείας διεξιέναι πίστεως· ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ κηρύσσει καὶ παῤῥησιάζεται τὴν εὐσέβειαν, εἰς πλείονα τὴν μανίαν παροξυνθέντες καὶ θερμοτέρῳ ζέσαντες πνεύματι, οὐκ ἔτι καθεκτοὶ ἔμενον, οὐδὲ τοῖς βελτίστοις τῆς πόλεως ὑπεῖξαι οἷοί τε ἦσαν· ἀλλὰ σὺν θορύβῳ καὶ κραυγῇ κατ' αὐτοῦ ὥρμων, μονονοὺ τοῖς ὀδοῦσιν αὐτὸν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ διασπαράξαι ἐθελόμενοι.

5 Ἐπειδὴ δὲ ὡς αὐτόν τε ἤδη ἐγένοντο, καὶ ὅσον οὔπω τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν αὐτῷ ἔμελλον, ἰδοὺ τρεῖς νεανίσκοι, πονηρῶν πάλαι δαιμόνων εἰς τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐνσκηψάντων, ἐκ τοῦ αἰφνιδίου περιῤῥηξάμενοι τὰς ἐσθῆτας ἐκθέουσι τοῦ ὄχλου, τὰς οἰκείας αὐτῶν χεῖρας δάκνοντές τε καὶ στρεβλοῦντες, τοὺς ὀφθαλμοὺς διαστρέφοντες, ἀφρὸν τοῦ στόματος ἀποπτύοντες, ἄσημόν τινα καὶ ἀλλόκοτον φωνὴν ἀφιέντες· οἵ καὶ προσ-

C θραμόντες τῷ Ἀβέρκιῳ· ὁρκοῦμέν σε κατὰ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου θεοῦ ὃν σὺ κηρύττεις, ἰσχυρῶς ἐβόων, μὴ πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. Τοῦτο τῷ μὲν πλήθει τὴν ἄλογον ἐκείνην ἐπέσχεν ὁρμήν, τοῖς νεανίσκοις δὲ πέρας ἐγένετο τοῦ κακοῦ· μᾶλλον δὲ εἰ δεῖ ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἀμφοτέροις ἔστησε τὴν μανίαν· τοῖς μὲν, τὴν ἐκ τῶν δαιμόνων· τῷ πλήθει δὲ, τὴν ἐξ ἀπαιδεύτου φύσεως κατὰ τοῦ ἁγίου κεκινημένην. Ἵσταντο οὖν πάντες ἀτενὲς αὐτὸν βλέποντες, μόνῃ τῇ κοσμιότητι τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῇ τῶν ἠθῶν γαληνότητι τὰς ὁρμὰς πεδηθέντες, καὶ τὸ μέλλον εἰς ὅτιοῦν ἐκδῆ περιμένοντες. Ὁ μὲν τοι θεῖος Ἀβέρκιος οὐδὲν μελήσας, εἰς εὐχὴν ἑαυτὸν τρεψάμενος· ὁ τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ πατὴρ, εἶπεν, ὁ κἂν μυρίακις ἁμάρτωμεν αὐτὸς τὰ πρὸς σωτηρίαν οἰκονομῶν, δέομαι καὶ ἱκετεύω σε, λῦσαι τοῖς νεανίσκοις τὴν ἐκ τῶν δαιμόνων ἐπήρειαν, ἵνα καὶ αὐτοὶ τὸ λοιπὸν κατὰ τὸ σὸν ὦσι θέλημα πορευόμενοι, καὶ πολλοὺς ἄλλους τῷ περὶ αὐτοὺς θαύματι προστεθῆναί σοι παρασκευάσωσιν· ὥστε πάντας γνῶναι ὅτι σὺ εἶ θεὸς μόνος, καὶ οὐκ ἔστιν ἕτερος πλὴν σοῦ. Ταῦτα εὐξάμενος τῷ θεῷ καὶ εἰς τοὺς νεανίσκους ἰδὼν, πλήττει τούτων τῇ μετὰ χεῖρας ῥάβδῳ τὰς κεφαλάς· ἐν ὀνόματι τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ, εἰπὼν, ἐξέλθετε ἐκ τῶν νεανίσκων τούτων δαιμόνια πονηρὰ,

vultu docentem *m* eos, qui aderant, doctrinam pietatis, ac si nihil novi accidisset; monent de paratis insidiis, rogantque ut parumper locum cedat inordinato tumultui, atque illico urbe egrediatur, ne res duas præcipuas amitterent, patrem et fratres; ipsum videlicet divinum Abercium, quem eis in locum patris dedit Spiritus sanctus; et fratres illos, quos ipse superstes adduceret ad pietatem. At ille : Alieni prorsus, inquit, existimaremur a suscipiendis pro Christo laboribus *n*, si in obeundis illis tam turpiter refugeremus pati quidquam; cum ille sacris apostolis jusserit libere gentibus prædicare verbum veritatis *o* nec, ubi persequentium irruerit impetus, quævis pro ejus nomine timere mala: pati enim pro Christo, jucundum: mori pro ipso, omni vita suavius; verumtamen vobis, ita volentibus, parendum, atque fugiendi qui nos invadunt; nam et hæc lex est Christi, fugere videlicet eos qui nos persequuntur. His dictis, egressus simul cum illis, per mediam civitatem abiit in forum. Ubi sedens in loco, qui *Fragellium p* vocabatur, docebat adstantes præconium veritatis, et, quantum fieri poterat, rectam Dei cognitionem; dicebatque oportere eum, qui divino initiatus erat baptismate, atque dignus habitus qui E Christianus esset et nominaretur, præsentium rerum despicere jucunditatem, utpote brevem caducamque; solam vero vitam expetere immortalem; siquidem hæc solum vere sit vita, quam Deus paravit diligentibus se. Interim, dum hæc ad eos loquebatur, hominum turba, quæ commota in eum erat, audito sanctum Virum non satis habere intra domus suæ penetralia de doctrina sua, verba facere, sed publice etiam ac multa cum libertate eam deprædicare, majori insania perciti ardentiorique ferventes spiritu, jam nec continebantur, nec potis erant optimatibus suis parere. Sed cum tumultu et clamore irrumpebant, vix non dentibus discerpturi et eum et ceteros qui cum eo erant.

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

m

n

Math. x.

o

p

5 Cum ad ipsum venissent, et jam manus essent in eum injecturi; ecce tres adolescentes, quos pridem malus dæmon invaserat, ruptis repente vestibus e media turba sese proripiunt, suas sibi mordentes ac lacerantes manus, contortis quoque oculis spumasque ex ore ducentes, confusam ac insuetam edebant vocem. Ad Abercium accurrunt, vehementer inclamantes: Adjuramus te per F verum et solum Deum, quem tu prædicas, ne nos torqueas ante tempus. Exinde tum populi commotio tum adolescentum furor quievit; seu ut verius dicam, utrisque repressa insania est; his quidem a dæmonibus injecta, illis vero ex agresti in sanctum Virum orta impetu p^b. Stabant itaque p^b omnes fixis eum intuentes oculis; sola viri modestia morumque ejus suavitate placati, exspectabant quisnam futurus esset exitus. Tunc divinus Abercius ad orationem conversus : Sancti filii tui Jesu Pater, inquit, qui etiam si millies peccaverimus, remedia salutis nobis dispensas *q*, rogo te et obsecro, ut a dæmonum insultu liberes adolescentes, quo et ipsi deinceps ambulent juxta tuam voluntatem, multosque alios tibi, eo, quod in ipsis operaberitur, miraculo præparent adjungendos; sicque agnoscant omnes te solum esse Deum, nec esse præter te alium. Postquam Deum precatus hæc esset atque in adolescentes oculos suos convertisset, eorum capita percussit virga quam manibus tenebat, et dixit : In nomine Christi mei, exite ex his adolescentibus, mala dæmonia, nec ullum eis inferte malum. Protinusque recesserunt

irruente turba, tres dæmoniacos sanat.

q

magnum

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

magnum veluti edentes clamorem. Illi, depulsa caligine, qua per dæmones obsessi erant, quum circumspexissent paululum ac aliquantum respirassent, ad sanctos illius pedes provoluti diu sine voce manserunt, ita quidem ut omnes eos existimarent mortuos. At ille, apprehensa uniuscujusque dextra, eos erigit sanos *r*. Ipsi autem quæsitis indutisque vestibus, cernebantur deinceps suis cooperti indumentis, atque sanæ menti restituti, nec vel minimum a sancti episcopi Abercii latere discedentes.

r

quo viso, populi multitudo convertitur ad fidem,

6 Quæ cum turba videret, omnes quasi una mente et ore, magna voce exclamant: Tu solus verus es Deus, qui per servum tuum Abercium prædicaris. Id quoque testatur repentina illius multitudinis conversio, quæ usque adeo capta erat miraculo, ut ne unus quidem remaneret qui veritatem non agnosceret, immo omnes baptismum petentes accurrerent; præclarum utique ex structis Abercio insidiis consecuti emolumentum, suam scilicet propriam salutem. Attamen esse dicebant aliquid, quod mentem turbaret: Se enim pertimescere, ne propter ingens dedecus, quod multitudo peccatorum animis offuderat, Deo permanerent odiosi.

B Accedentes itaque dicebant: Doce nos, Homo Dei, an nos sit Dominus propitius aspecturus, an potius redditurus mala propter peccata quæ adversus eum ex ignorantia commisimus; id detestamur, propter quod timemus et horrescimus *s*. Ille propius accedens, qua potuit magna et clara voce ait: Viri, qui nunc credidistis, si non perseveretis in antiquis vestris operibus traditionibusque paternis, sed recedatis ab omni malitia, invidia, inquam, et odio, immunditia, cæterisque malis quæ prius ignorantes fecistis, ille in quem nunc credidistis, vobis propitius erit; qui vocans etiam eos, qui peccatis gravati sunt: * Venite, ait, omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Innumera habenus ejus benignitatis exempla. Quapropter in eum credentes, mentes vestras illi dicate, et spe vestra non frustrabimini. At graves, dicebant, accepimus plagas, obscœnis nos omni transacto tempore totos tradentes carnis voluptatibus et multopere corporis servientes desideriis, imo et adhuc pravam, qua subjugamur *t*, in nobismet ipsis gerentes consuetudinem. Quibus ille: Accurrite, inquit, quantocius ad medicum, et jejunium, labores, preces, lacrymas; ad peccatorum quoque C confessionem, imo et ipsarum cogitationum, quæ vexant vos, impelluntque ad malum. Quod quia non fecerunt, exprobat antiquis jam temporibus Deus Judæis *u* per divinum Oseam: Cur, inquiens, siluistis impietatem *v* et ejus fructum vindemiastis? Hæc vobis salutaria maxime apponite medicamina, ut nec vulnerum vestrorum relinquatur vestigium.

s

* Math. xi, v. 28.

t

u

v

et postera die quingenti baptizantur.

7 Cum hæc divinus Abercius ad eos loqueretur, nona diei hora jam transacta finem ejus attulit verbis solutaque concio est. Illum vero consuetæ orationis tempus vocabat ad alium sermonem habendum cum eo, cujus desiderio tenebatur. Surrexit itaque, imponensque sacras manus suas male habentibus, eorum extinxit dolores atque ad perfectam duxit sanitatem. Deinde cum bene omnibus precatus esset et benedixisset, quin et osculum in Domino impertiisset et velut quoddam signaculum posuisset eis, ut, quæ dicta fuerant, recte ab eis custodirentur, domum cum fratribus rediit. Sequebantur multi petentes ab eo baptizari. Annuit quidem ille, ut par erat, pio desiderio, quo et ipse multo ardentius flagrabat. Cum tamen tempus haud esset oportunum, baptismum in sequentem distulit

μηδὲν αὐτοὺς λυμηνάμενα· καὶ τὰ μὲν δόξαντά τινα D μεγίστην ἀφεῖναι φωνὴν, εὐθὺς ἀπηλάττοντο· οἱ δὲ τὴν κατέχουσαν αὐτοὺς τέως ὑπὸ δαιμόνων ἀχλὺν ἀποβεβληκότες, διαβλέψαντές τε μικρὸν καὶ οἷον ἀνενεγκόντες, τοῖς ἁγίοις ἐκείνου ποσὶν ἑαυτοὺς διδοῦσι, καὶ ἄφωνοι τούτων ἐπὶ πολὺ ἔχονται, ὥστε καὶ θανεῖν αὐτοὺς νομίζεσθαι παρὰ πάντων· αὐτὸς μέν τοι λαβόμενος ἑκατέρου τῆς δεξιᾶς, νήφοντας αὐτοὺς διανίστησι· καὶ οἱ μὲν ἐσθῆτας ἐπιζητήσαντες καὶ ταύτας ἐνδύντες, εἱματισμένοι τὸ λοιπὸν ἐωρῶντο καὶ σοφρονοῦντες, καὶ Ἀβερκίου μηδ' ὁπωσοῦν ἀφιστάμενοι.

6 Ὁ δὲ ὄχλος ταῦτα ἰδόντες, ὥσπερ ὑπὸ μιᾶ πάντες γνώμῃ καὶ γλώττῃ· σὺ εἶ ὁ μόνος ἀληθινὸς θεὸς, ὁ διὰ τοῦ σοῦ κηρυττόμενος Ἀβερκίου, μέγα εφθέγξαντο. Μαρτυρεῖ τῷ πράγματι καὶ ἡ ἀθρόα τοῦ πλήθους ἐκείνου μεταβολή· οὕτω κατ' ἄκρας ἀλόντων τῷ θαύματι, ὡς μηδένα τούτων ἀπολεφθῆναι τῆς ἐπιγνώσεως, ἀλλὰ τῷ θείῳ πάντας βαπτίσματι προσδραμεῖν· καλὸν πάρεργον τῆς Ἀβερκίου ἐπιβουλῆς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ποιησαμένους. Πλὴν εἶναι τι τὸ μάλιστα θορυβοῦν αὐτοὺς ἔλεγον· δεδοικέναι γὰρ καὶ τρέμειν, μήποτε διὰ τὴν πολλὴν αἰσχύνην, ἣν τὸ τῶν ἁμαρτιῶν πλῆθος τῆς ψυχῆς αὐτῶν κατεσκέδασεν, ἀπρόσδεκτοι οὕτω παρὰ θεῷ διαμείνωσιν· ἀμέλει καὶ προσιόντες· δίδαξον ἡμᾶς, ἔλεγον, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, εἰ ἀνεξίκακον ἡμιν ὁ θεὸς E ἐπιβλέψει, ἢ ἀποδιδοὺς ἔσται ἐφ' οἷς εἰς αὐτὸν ἐν ἀγνοίᾳ πεπλημμελήκαμεν, ὃ καὶ φρίττομεν, ὑπὲρ οὗ φοβούμεθα καὶ δεδοίκαμεν. Ὁ δὲ προσχὼν μεγάλῃ ὡς δυνατὸν καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ· ἄνδρες οἱ νῦν πιστεύσαντες, ἔφη, εἰ μὴ ἐπιμείνητε τοῖς παλαιοῖς ὑμῶν ἔργοις καὶ ταῖς πατρικαῖς παραδόσεσιν, ἀλλὰ πάσης ἀποστῆτε κακίας, φθόνου φημὶ καὶ μίσους, ἀκαθαρσίας, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα πρότερον ἐν ἀγνοίᾳ ὄντες ἐπράττετε, ἵλεως ὑμῖν αὐτὸς ἔσται, εἰς ὃν γνησίως νῦν πεπιστεύκατε, ὃς καὶ προσκαλούμενος τοὺς ἁμαρτίαις βεβαρημένους· δεῦτε πάντες, φησιν, οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἔχομεν μυρία τῆς αὐτοῦ χρηστότητος ὑποδείγματα· διόπερ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντες, αὐτῷ καὶ τὰς ψυχὰς ἀνάθεσθε πάντες, καὶ τῶν ἐλπίδων οὐχ ἁμαρτήσετε. Ἀλλὰ πληγὰς, εἶπον, ἐλάβομεν χαλεπὰς, ὅλους ἑαυτοὺς πρὸς ἀτόπους τοῦ βίου ἡδονὰς πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἀνέντες, καὶ πολλὰ ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις δουλεύσαντες, καὶ τὴν πονηρὰν ἔτι συνήθειαν τυραννοῦσαν ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες. Ἀλλὰ δράμετέ, φησιν ὡς τάχος ἐπὶ τὸν ἰατρόν καὶ νηστείαν, πόνους, προσευχὰς, δάκρυα· τὸ τὴν ἁμαρτίαν ἐξαγορεύειν, καὶ αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἐνοχλοῦντας ὑμῖν λογισμοὺς καὶ πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ πρᾶξιν ὠθοῦντας· ὃ καὶ διὰ Ὡσηὲ τοῦ θείου πολλοῖς πρότερον F ὁ θεὸς χρόνοις ὀνειδίζει τοὺς Ἰουδαίους· ἵνα τί, λέγων, παρεσιωπήσατε ἀσέβειαν καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἐτρυγήσατε. Ταῦτα δὴ τὰ ἀνυσιμώτατα φάρμακα αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπίθετε, καὶ οὐδὲ ἴχνος ὑμῖν τῶν τραυμάτων ὑπολειφθήσεται.

7 Ὥυτως τοῦ θείου πρὸς αὐτοὺς Ἀβερκίου διεξιόντος, ἡ ἑνάτη τῆς ἡμέρας ὥρα πρὸς τὸ τέλος ἤδη γενομένη, τέλος αὐτῷ καὶ τῷ τῶν λόγων ἐπάγει, καὶ διέλυσεν ἐν τούτοις τὴν ὁμιλίαν· τῆς συνήθους αὐτὸν προσευχῆς ἑλκούσης εἰς ὁμιλίαν ἄλλην τοῦ ποθουμένου· ὁ μὲν οὖν ἀνέστη καὶ τὰς ἱερὰς ἐκείνας χεῖρας τοῖς κακῶς ἔχουσιν ἐπιθεὶς, ἔσθεσέ τε αὐτοῖς τὰς ὀδύνας, καὶ πρὸς τελείαν ὑγίειαν ἐπανήγαγεν. Εἶτα πᾶσιν ἐπευξάμενός τε καὶ εὐλογήσας, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ ἐν Κυρίῳ φιλήματος μεταδοὺς καὶ οἷόν τινα σφραγῖδα τοῦτο αὐτοῖς ἐπιθεὶς, ὥστε καλῶς φυλαχθῆναι παρὰ τούτοις τὰ εἰρημένα, οἴκαδε σὺν τοῖς ἀδελφοῖς ἐχώρει. Τὸ δὲ πλῆθος ἐπηκολούθουν, καὶ βαπτισθῆναι ὑπ' ἐκείνου ἐδέοντο· ὁ δὲ ἀποδέχεται μὲν τὸ πρόθυμον ὥσπερ εἰκὸς πολλῷ πλείονα καὶ αὐτὸς ἔχων ἐν τούτῳ τὴν προθυμίαν· ἐπεὶ δὲ μὴ καὶ τὰ τῆς ὥρας συμβαίνοντα ἦν,

A ἦν, εἰς τὴν αὔριον τὸ βάπτισμα ἀνεβάλετο· οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τούτων τῷ θερμῷ ἔρωτι τοῦ βαπτίσματος, οὐδὲ τὴν οἰκαδε ὑποστροφὴν ὑπομείναντες, αὐτοῦ που παρὰ τὸ δωμάτιον ἐκοιμήθησαν. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἐκ μέσων νυκτῶν, ὁ τοσοῦτον ἐν χάριτι λάμψας Ἀβέρκιος προσευξάμενος τῷ θεῷ, ἔξεισι τῆς οἰκίας· καὶ τὸν ὄχλον περιεστῶτάς τε καὶ ὑπομένοντας θεασάμενος, τὰ ὄμματα εἰς οὐρανοὺς ἀναςχὼν· εὐχαριστῶ σοι δέσποτα καὶ θεὲ, εἶπεν, ὅτι με τὸν ποιμένα τῶν σῶν λογικῶν προβάτων ἠλέησας, καὶ τὸν ἀγρυπνοῦντα καθ' ἡμῶν λύκον, κεχηνότα μάτην ἀπέδειξας, καὶ τὴν διασπασθεῖσαν ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ ποιμνίου μοῖραν ἀνεκαλέσω, καὶ τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος υἱοθεσίας ἤδη καταξιοῖς. Ταῦτα τῷ τῶν ὅλων θεῷ διαλεχθεὶς, ἀκολουθεῖν αὐτῷ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τὸ πλῆθος προτρέπεται· ἐπειδὴ δὲ αφίκοντο ἤδη, τὰς συνήθεις αὐτοῖς εὐχὰς ἐπειπὼν, τελειοῖ τῷ βαπτίσματι ἄνδρας πεντακοσίους τὸν ἀριθμόν.

diem; multi tamen ex illis, ob ardens baptismatis desiderium, domum redire nolentes, ibidem prope ædiculam pernoctarunt. Media nocte Abercius, tanta resplendens gratia, cum Deum precatus esset, domo egreditur; atque conspiciens circumfusam exspectantemque multitudinem, sublatis in cœlum oculis : Ago tibi, inquit, Domine et Deus, gratias, quod mei, pastoris tuarum rationabilium ovium, sis misertus, et lupi nobis inhiantis insidias vanas reddidisti, simulque partem hanc gregis, a veritate divulsam, ad te revocasti et par sanctum baptisma filiorum donasti adoptione. Hæc universorum Dominum precatus, jubet multitudinem secum ad ecclesiam pergere. Quo cum pervenissent, consuetas recitat preces, virosque numero quingentos initiat baptismo.

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

ANNOTATA.

a *Titulus apud Boissonadium* (1) *est hujusmodi :* Μετάφρασις εἰς τὸν βίον καὶ τὰ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀβερκίου Metaphrasis in vitam et miracula sancti patris nostri Abercii; *in codice vero regiæ biblioth. Paris. num.* 1540, *est sequens :* Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν καὶ ἰσαποστόλου
B Ἀβερκίου vita et conversatio sancti patris nostri et apostolorum æqualis Abercii. *Confer dicta Comm. prævium num.* 1. E

b *Inchoatur* Μετάφρασις *apud Boissonadium a prologo :* Οὐκ ἀγώνον ἐνστάσεις μόνον μαρτυρικῶν καὶ νῖκαι καὶ τρόπαια τὸ ἀξιέπαινον ἀποφέρεται, ἀλλὰ καὶ βίος πολὺ τὸ ὑπερκείμενον ἔχων τῆς κατὰ σάρκα ζωῆς καὶ τὴν τραχεῖαν τῆς ἀρετῆς καὶ ἀνάντη τρίβον διηνυκὼς διὰ τῆς χαμόθεν ἐπάρσεως· εἰ δὲ καὶ ἀποστολικοῖς ἔργοις τε καὶ διακονήμασι καὶ πρὸς ἔτι γε θαύμασι τοῖς ὑπερφυέσιν, ἐγκαλλωπίζοιτο, ὅσον τῷ κεκτημένῳ τὸ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀμιγὲς καὶ ἀπρόσιτον οἶδεν ἐπιμαρτύρεσθαι *quæ latine ad sensum reddita sic fere sonant :* Non martyrum solum præclara certamina, victoriæ et triumphi laudum merentur præconia, sed et vita, qua, carne depressa, per arduam virtutis semitam, ad cœlestia tenditur; quod si hæc apostolicis quoque fulgeat operibus et ministeriis atque supernaturalibus prodigiis, profecto excellentem homini conferet gloriam. *Monui Comm. prævium num.* 1. *Vitam hanc* S. Abercii *a Boissonnadio editam ex codice* 110 *Coisliniano, qui quidem codex unicus videtur, ut olim, quando agebatur de Actis de S. Andreæ in Crisi conscribendis* (2) *inquirendo in omnes fere Bibliothecarum Europæ catalogos, nobis apparuit; certe vitæ pleræque, quas continet nusquam alias reperiuntur. Sunt, ut plurimum, encomia aut panegyres. Codex num.* 1540, *de quo rursus in Comm. prævium num.* 1 *ita orditur :* Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις τὴν προεδρείαν καὶ ἐπισκοπὴν τῶν χριστιανῶν τῆς Ἱεραπολιτῶν πόλεως τοῦ ἁγίου Ἀβερκίου ἐγκεχειρισμένου, δόγμα τῶν αὐτοκρατόρων, Μάρκου καὶ (*sic*) Ἀντωνίνου καὶ Λευκίου Βήρου ἐφοίτησεν εἰς πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ἡγεμονίαν, ψηφίζων δημοτελεῖς θυσίας καὶ σπονδὰς τοῖς θεοῖς ἐπιτελεῖσθαι· τὸ οὖν τοιοῦτον δόγμα κατεπέμφθη καὶ Ποπλιῳ Δολαβέλλα, ἡγεμονεύοντι τῆς Φρυγῶν Σαλουταρίων ἐπαρχίας Illis diebus, cathedram et episcopatum urbis Hierapolitanæ tenente sancto Abercio, edictum Marci Antonini et Lucii Veri augustorum pervenit in universam Romanis subjectam terram, quo cavebatur, ut publica fierent sacrificia et libamina. Hoc igitur edictum submissum quoque est Publio Dolabellæ, qui Phrygiæ Salutari præerat. *Ex his videre est quis sit scribendi modus in diversis Actis adhibitus.*

c Decretum *seu* Edictum, *græce hic* δόγμα, *quod alias* διάταγμα, ἐπίταγμα, πρόγραμμα. *S. Melito, in*
C *libro ad Marcum Aurelium Antoninum pro Christianis,* jam voce δόγμα utitur jam διαταγμα, *ut notat Halloixius* (3), *additque :* Est autem edictum non imperatorum dumtaxat, sed etiam consulum, proconsulum, præfectorum, præsidum, et eorum, qui simili aliqua pollent potestate. F

d *Non est dubium, motam sub M. Aurelio et Lucio Vero contra Christianos fuisse persecutionem. Id abunde constat ex testimoniis Eusebii, Sulpitii Severi Orosii aliorumque, sicut et ex passionibus SS. Polycarpi, Justini, Photini etc. Confer Baronium ad annos* 165 *et sequentes* (4), *Halloixium* (5) *Tillemontium* (6). *At quæstio est num Divi Fratres (ut sæpius imperatores illi duo vocantur) edictum adversus Christianos promulgarint; cum Tertullianus, qui eodem sæculo vixit, neget* (7) *a M. Aurelio ullam hujusmodi legem fuisse datam :* Quales ergo, *inquit,* leges istæ, quas adversus nos soli exercent impii?... Quas nullus Hadrianus, quamquam omnium curiositatum explorator, nullus Vespasianus, quamquam Judæorum debellator, nullus Pius, nullus Verus impressit. *Ubi per Verum liquet eum intelligere M. Aurelium, qui etiam Verus aliquo tempore est appellatus* (8). *Respondet Baronius* (9) : *Etsi Verus nullas istiusmodi leges impresserit,* tamen cum in aliis locis, tum in Asia constat Christianos diversis fuisse exagitatos edictis a proconsulibus provincias administrantibus latis; quorum alias diximus eamdem fuisse auctoritatem in iis quæ ad religionem spectarent, quæ erat Romæ pontificum. *Hæc jam sufficerent, ut Acta nostra cum Tertulliani effato componi saltem aliquatenus possent. Ast melius id efficiunt, quæ paulo inferius apud eumdem Baronium* (10) : Sed et alia excogitata atque aperta est ad persecutionem via : *nam in Actis sanctorum martyrum* Victoris atque Coronæ, quæ noscuntur esse fidelia, datum ab imperatore edictum dicitur, quo jubebantur omnes diis sacrificare; qui recusarent, supplicio afficerentur. Hæc eadem in Actis Abercii *habentur, item in Actis S. Justini et Glyceriæ. Non itaque* legem

(1) Anecdota græca, tom. V, pag. 462. — (2) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 124 et seqq. — (3) Tom. II, pag. 62. — (4) Annal. tom. II, pag. 209 et seqq. — (5) Tom. II, pag. 62 et seqq. — (6) Mémoires, tom. II, pag. 307 et seqq. — (7) Apolog. lib. v. Patrol. Migne, tom. I, col. 296 et seq. — (8) Halloix, ubi supra, pag. 65. — (9) Annal. ad an. 164, num. 4, tom. II, pag. 218. — (10) Ibid.

AUCTORE B. B.

impressit *M. Aurelius, qua directe Christianos feriret, ast indirecte. Attamen in Actis SS. Victoris et Coronæ, 14 Maji* (1), *notat Henschenius, sub M. Aurelio Antonino* nullam novam persecutionem fuisse excitatam; sed, *inquit,* duces et gubernatores provinciarum pro suo libitu aliquam tyrrannidem exercebant. *Eusebius, in proœmio ad lib.* v (2) : Quo tempore (*M. Aurelii*) cum in nonnullis terrarum provinciis adversus nostros persecutio commota esset ex incursione popularium, innumerabiles prope martyres per universum orbem enituisse, ex iis, quæ in unica provincia (*Asia*) contigerunt, conjicere licet. *Quem in locum observat Valesius* (3) : Persecutio Christianorum, quæ imperante Marco grassata est, non eodem ubique tempore flagravit, nec unius anni spatio finita est. In Asia quidem cœpta est anno VII Marci Antonini; idque non ex edicto imperatoris, sed tumultu et concitatione populari (*quod quidem apprime consonat Actis* S. Abercii). Exinde usque ad finem ejus imperii producta est etiam in Asia, ut docet Melito Sardicensis *etc. Hæc cum ita sint, quis miretur præsides imperatorum edicta invocasse vel supposuisse, cum antiqua non viderent abolita saltem de facto. Quo posito, nihil impedit quominus Tertulliani verba cum Actis prorsus convenire dicantur. Nec opus est ad Halloixii nostri aliam confugere solutionem. Ait ipse* (4), *M. Aurelium Christianorum* persecutorem *et* protectorem *fuisse, sed* diversis temporibus. Igitur Tertullianus, ut religionis ac fidei causam faceret meliorem, nec imperatores illos, qui boni et justi et clementes vulgo habiti essent, ulla ex parte reprehenderet, tacitis eorum in Christianos duris temporibus, clementiora tantum memoravit et imitanda proposuit; addiditque iis solum maxime exosam fuisse religionem, qui ipsi maxime fuissent, ob suam impietatem et inhumanitatem, cunctis exosi.

D

e *Vide Comm. præv. num.* 6. *In* Publii *vocem notat Sigonius* (5) *ex Valerio :* Publii, qui prius pupilli facti erant quam prænomen haberent. *Addit deinde alios aliam vocis dare originem. Imo* Græci, *inquit,* Ποπλιον cum scribunt, a populo derivatum innuunt. *In codice* 1340 *vocatur* Publius Dolabella, *quo jure ignoro.*

f Rarum est hoc nomen in antiquis scriptoribus, *ait Halloix* (6); *contra* est nomen apud primos
B Christianos satis celebre, *juxta Henschenium* (7). *Meminit Eusebius* (8) *cujusdam Abercii Marcelli* E
(*seu* Ἀουιρχίου *Avircii, quem ibidem Valesius confundit cum nostro*) qui, *ait Halloixius* (9) etiam secundo vixit sæculo, et cui vetus quidam scriptor illi contemporalis (Apollinarem esse nonnulli autumant) suum opus contra..., Cataphrygas... dedicarit. Verum et ille Abercius nostro est posterior, et illa hæresis necdum tunc erat cognita. *Confer Comm. præv. num.* 11, *ubi aliam sententiam ex Lequieno adscripsimus. Præter illum Abercium Marcellum, alios duos ex Actis habemus; nostrum nempe sanctum Præsulem, hujusque successorem; utrumque nomine* Abercium. *Denique in Menæis ad diem* 5 *Decembris fit memoria S. Abercii martyris.* Extra hos quatuor Abercios, alium hoc nomine nec in latinorum Martyrologiis, nec in græcorum Menæis aut Menologiis, nec item in sacris historiis reperio neminem. *Ita Halloix* (10). *Ast Henschenius numerat* sex Abercios qui primis sæculis... Christi fidem gloriose professi *sunt... Addit alterum* Abercium, qui ejusdem Hierapolis episcopus subscripsit concilio Chalcedonensi (11).

g *Nihil ad nos pervenit de gestis* S. Abercii *ante episcopatum, a quo exordiuntur Acta nostra. Halloixius* (12), natum *dicit* Hierapoli, parentibus, jam quidem nominibus incognitis, sed fide ac religione (ut ex habitis ab eo sermonibus non obscure nobis colligi datum est) Christianis. *Juxta Lequienum* (13), S. Abercius *inter episcopos Hierapolitanos ordine temporis tertius venit. Primus est Heros, quem scribit Nicetas* (14) *ordinatum fuisse a S. Philippo apostolo episcopum Hierapolitanum, secundus est Papias, qui, teste S. Hieronymo* (15) mille annorum regni Christi fabulam *edidit. Porro ex Epistola S. Pauli ad Titum cap.* 3 ℣ 12 *colligere licet ecclesiam illam a Doctore gentium fuisse* fundatam (16) : Cum misero ad te Artemam et Tychicum, festina ad me venire Hierapolim; *et rursus ad Colloss. cap.* 4, ℣ 12 *et* 15 : Testimonium illi (*Epaphræ*) perhibeo, quod habet multum laboris et pro his qui sunt Laodiceæ et qui sunt Hierapoli. *Vetera quoque monumenta tradunt eam a Philippo* institutam, *qui, ut est apud Eusebium,* mortuus est Hierapoli (17).

h *Sunt plures ejusdem nominis urbes in diversis regionibus. Hic agitur de* Hierapoli Phrygiæ *seu* Asiæ, *quod Phrygia intra fines Asiæ contineatur.* Hierapolis, *ait Strabo* (18), ubi calidæ sunt aquæ et Pluto-
C nium. *Aquæ sunt etiam lapidescentes.* Aqua, *subdit Strabo,* tam facile in callum coit atque induratur, F
ut rivis deductis sæpes e solido lapide constantes operentur. *Est autem Straboni* plutonium, *generatim terræ in monte hiatus, mortiferum spiritum exhalans, quem alibi* Charonium *dicit* (19). *Plutonium Hierapolitanum ita describit ipse Strabo* (20) : Plutonium sub parvo supercilio montis supra incumbentis foramen est modicum, quanto possit homo recipi, admodum profundum; inclusum est cancellis quadrangulis, ambitu dimidii circiter jugeri. Id foramen oppletum est nebulosa et crassa caligine, ut solum vix possit conspici. Enimvero qui in orbem ad cancellos accedunt, nihil (*his*) incommodi aër adfert, qui novilunio tempore ab ea caligine est purus et intra cancellos se continet. Intro autem accedens animal illico mors excipit : tauri quidem introducti, mortui extrahuntur. Et nos passeres immisimus, qui extemplo exanimati conciderunt; at exsecti galli sine damno accedunt, etiam usque ad foramen, inque id introspiciunt, et aliquantisper compresso plurimum spiritu subeunt : nam ex aspectu deprehendimus suffocatricis cujusdam affectionis speciem. *Qui hæc conferre voluerit cum textu ab Halloixio adhibito* (21), *comperiet hunc vel truncatum vel multopere corruptum fuisse. Hodie Hierapolis Phrygiæ destructa funditus est. Sita erat haud procul a loco Turcis dicto* Bambuk-Kalasi, *ut scribit Danvillius* (22), *vel* Pambuk-Kalessi, *ut habet Ritter* (23), *et significat* Arcem-Gossipii, *quod, inquit Danvillius,* vicinæ rupes albedine sua gossipii similitudinem referant.

i *Græce* φαντασίαν. *Respicit auctor versum* 18, *cap.* 2 *Habacuc, qui sic habet in Vulgata :* Quid pro-

(1) Acta SS tom. III Maji, pag. 268. — (2) Patrologia græca, Migne, tom. XX, col. 405 et 407. — (3) Ibid. — (4) Tom. II, pag. 63 et 64. — (5) Apud Grævium. Thes. Antiq. Rom. tom. II, col. 1955. — (6) Tom. II, pag. 52. — (7) Acta SS. tom. III Febr. pag. 720. — (8) Hist. eccl. lib. v, cap. 16. — (9) Tom. II, pag. 52. — (10) Ibid. — (11) Acta SS. ubi supra. — (12) Tom. II, pag. 1. — (13) Oriens Christ. tom. I, col. 833 et 834. — (14) Apud Lequien, ibid. — (15) Item, ibid. — (16) Lequien, ibid. — (17) Apud Lequien, ibid. — (18) Geograph. lib. XII, pag. 902 et 903. Oxonii 1807. — (19) Oriens Christ. tom. I, col. 851 et 852. Item, Strabo. Ubi supra. pag. 902. — (20) Ibid. pag. 903. — (21) Tom. II, pag. 809. — (22) Géographie ancienne abrégée, tom. II, pag. 51 et 52. Paris 1768. — (23) Erdkünde, tom. IX, pag. 811, et tom. X, pag. 1057. Berolini 1840.

dest

A dest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile et imaginem falsam? Quia speravit in figmento fictor ejus, ut faceret simulachra muta. *Et juxta* LXX : Τὶ ὠφελεῖ γλυπτὸν, ὅτι ἔγλυψαν αὐτο; Ἔπλασεν αὐτὸ χώνευμα, φαντασίαν ψευδῆ, ὅτι πέποιθεν ὁ πλάσας ἐπὶ τὸ πλάσμα αὐτοῦ, τοῦ ποιῆσαι εἴδωλα κωφά Quid prodest sculptile, quia sculpserunt illud? Formavit illud conflatile, imaginem falsam, quia confidit fictor in figmento suo, ut faciat idola muta. AUCTORE B. B.

i[b] *Sponius in ruinis Hierapolis supra porta theatri scriptum vidit :* ΑΠΟΛΛΩΝΙ. ΑΡΧΗΓΕΤΕΙ Apollini Archegetæ. *Vide Eckhel* (1). *Et alibi* (2) : Ἀρχηγετης, *dorice* Ἀρχαγετας, *idem græcis fuit, quod* auctor Coloniæ fundandæ, *atque hoc sensu Pindarus eumdem Apollinem* Ἀρχαγεταν *dixit, quod auctor fuit Batto deducendæ Coloniæ Cyrenes. Ejus aræ in Naxo meminit Appianus : Octavianus, inquit,* ad Archegetam appulit precatus deum, positis ibi castris oppugnaturus Tauromenium. Est autem Archegeta Apollinis parva statua, quam primum dedicaverunt Naxii coloni missi in Siciliam. *Sic Eckhel. Itaque Apollo Hierapoleos conditor colebatur.*

k *Additur in codice* 1540 *:* ἔπειτα καὶ τὰ λοιπὰ ἀγάλματα τό τε τοῦ Ἡρακλέως καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀφροδίτες καὶ τῶν ἄλλων θεῶν συνέτριψεν deinde reliqua simulacra nempe Herculis, Artemidis et Veneris aliorumque deorum comminuit.

l *Hæc ad verbum redduntur ita apud Surium :* Vocem tamen maximam emittentia, insanos esse homines, qui eos colunt et deos nominant; et quæ nunc patiuntur, illa quidem juste pati et valde laudabiliter. *Cæterum sensus est, simulacra illa inania jure merito fuisse dejecta, ac sua ruina ostendere deorum vanitatem.*

m *Verbum verbo reddit Surius :* Cumque illum invenissent, eos, qui aderant, placido et læto vultu accipientem (*excipientem*) doctrina pietatis, perinde ac se nihil novi accidisset, ei dicunt paratas insidias etc.

n Fugitivi... omnino existimaremur a suscipiendis pro Christo perpessionibus, si propter ipsum pati tam turpiter declinaremus; idque cum ille sacris jusserit apostolis *etc. Surius.*

B o Ἀληθείας. *Surius vertit voce* pietatis; *legerit itaque in suo codice* εὐσεβείας. E

p *Quæ sit vocis hujus origo seu etymon, nuspiam declaratur, nec vel apud ipsum Halloixium, qui tamen, pro more suo, in singula verba vitæ Abercianæ diligentissime inquisivit. In codice* 1450 *ita habetur :* εἰς τόπον λεγομένον παρ' αὐτοῖς Φρούγιν in locum ab ipsis dictum Phrugin.

p[b] *In codice* 1450 *additur per similitudinem amplificatio :* Καὶ καθάπερ παῖδες ἀπὸ διδασκαλείου ἀθρόον ἀπολυθέντες, ἀτάκτος τρέχουσι καὶ πρὸς ἀλλήλους μάχονται καὶ θορυβοῦνται· εἰ ποθεν δὲ ἐξ ἀφανοῦς τόπου, ἀπροσδοκήτως ἐπιφανεῖ ὁ διδάσκαλος αὐτῶν, αἰφνίδιον ἐλέποντες ἀποφιμοῦνται καὶ εἰς γῆν νεύουσιν, οὕτως καὶ τότε οἱ πολλοὶ τῆς ταραχῆς ἔληξαν καὶ ἠρέμα εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ἁγίου Ἀβερκίου ἀπέβλεπον et quemadmodum pueri a schola turmatim dimissi, currunt inordinate atque inter se pugnant et tumultuantur; at sicubi ex latenti loco eorum magister inopinate compareat, videntes eum illico os sibi obturant oculosque in terram dimittunt; ita tunc turba a tumultu quievit, et taciti in faciem sancti Abercii aspexerunt.

q Qui... ipse ea dispensas, quæ pertinent ad salutem. *Ita Surius. Sensus est : Deum, licet sæpius ab homine offensum, ita tamen esse bonum et benignum, ut ipse nobis ea tribuat omnia, quæ ad conversionem et salutem recuperandam faciunt.*

r *Quæ hic narrantur de tribus adolescentibus dæmoniacis, in memoriam reducunt* surdum et mutum *evangelii Marc. cap.* 9.

s *Sensus est : Sincere nunc detestamur peccatum, cujus causa timemus. Surius habet :* Doce... an sit Deus nos patienter aspecturus, an nobis mala redditurus propter ea peccata, quæ fecimus in ignorantia, quod etiam horremus, propter quod dolemus, quod timemus ac formidamus...

t *Ad litteram :* Consuetudinem, tyrannidem in nobis exercentem, habentes συνήθειαν τυραννοῦσαν ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες.

u *In nostro codice legitur :* ὀνειδίξει τοὺς Ἰουδαίους; *in altero habetur :* τοῖς Ἰουδαίοις.

v *Ita juxta interpretationem* LXX, *Os. cap.* 10 ℣ 13. *In Vulgata legitur :* Arastis impietatem, iniquitatem
C messuistis, comedistis frugem mendacii, quin confisus es in viis tuis, in multitudine fortium tuorum. F

x Exemplo apostolorum horam diei nonam sacris precationibus dedicarat Abercius, ut hinc et ex aliis locis colligitur. De Apostolis quidem ipsorum testantur Acta cap. 3 ℣ 1. « Petrus autem et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. » Est autem hora diei nona eadem quæ tertia pomeridiana. *Hæc Halloixius* (3), *ubi Baronium, qui quam nos sextam ipse nonam dicit, pluribus impugnat. Nec prætermittendum locum hunc, nempe a verbis :* Οὕτως τοῦ θείου πρὸς αυτοὺς Ἀβερκίου διεξίοντος *usque ad* οἴκαδε σὺν τοῖς ἀδελφοῖς ἐχώρησε *recitari in quodam Tractatu de* Jejunio Græcorum. *Qui quidem tractatus hactenus ineditus reperitur in Mss. Parisiensibus num.* 1155 *fol.* 321, *ut mihi die* 24 *Decembris* 1857 *rescripsit D. Pitra, atque proximo tomo, scilicet quarto Spicilegii Solesmensis inserendus. Cæterum in manuscripto illo codice, forte sæculi* XII, *tractatus tribuitur cuidam S. Nicolao Constantinopolitano : qui, si Mysticus esset, haberetur testimonium de Actis* S. Abercii, *Metaphrasta antiquius, utpote quod ad sæculum* IX *pertineret. Ast difficile admodum est definire an agatur de Nicolao* Mystico, *an de Nicolao* Chrysobergo *vel etiam de* Grammatico. *Præterea idem tractatus alibi adscribitur Joanni Antiocheno, qui sæculo* XII *floruit. Atque hæc ita ex litteris D. Pitra, qui certius forte quid proferet in novo volumine, brevi, ut equidem spero et exopto, typis mandando. Vide Annot.* h *ad caput sequens.*

(1) Doctrina Numorum, tom. III, pag. 154.— (2) Ibid. tom. I, pag. 248. — (3) Tom. II, pag. 70 et 71.

CAPUT I.

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

D

CAPUT II.

Phrygellæ, nobili matronæ visum restituit Abercius, eamque convertit; deinde cum Euxeniano, Phrygellæ filio, de religione disputat. Varia miracula.

Πολλοὶ οὖν παρὰ τὸν ἄνδρα τὸ ἀπ' ἐκείνου συνέρρεον οὐ τῆς μεγάλης μόνον Φρυγίας καὶ τῆς περιχώρου πάσης, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τὴν Ἀσίαν ᾤκουν, ὅσοι τε τῇ Λυδίᾳ καὶ ὅσοι τῇ Καρίᾳ ταῖς ἐπαρχίαις ἐπεδήμουν· καὶ γὰρ διὰ πάσης πόλεως περὶ αὐτοῦ λόγος ἐχώρει, οὐ κενὸς ὢν καὶ μάταιος καὶ διὰ τοῦτο καὶ σβεσθῆναι τὸ τάχος δυνάμενος, ἀλλὰ πολλὴν ἔχων τὴν ῥώμην ἀπὸ τῆς ἀληθείας· συνέρρεον τοίνυν παρ' αὐτὸν, οἱ μὲν ὥστε τὰ σωτήρια διδαχθῆναι, οἱ δὲ καὶ τῶν ἐνοχλούντων ἀπαλλαγῆναι· ὅσους δηλαδὴ νόσος ἐπίεζέ τις, ἤ τι καὶ ἄλλο κατεῖχε κακόν· ἦν γὰρ διδάξαι τὸν τῆς ἀληθείας λόγον δεξιώτατος, καὶ οἰκειώσασθαι τοὺς προσίοντας διὰ Χριστὸν ἑτοιμότατος, καὶ ἀπαλλάξαι κακῶν ὀξύτατος. Ὀλίγαι γοῦν παρῆλθον ἡμέραι, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους
B καὶ διακόνους πρὸς δὲ καὶ τὴν λοιπὴν ἀδελφότητα παραλαβὼν, πρόεισι· καὶ καθίσας εἰς ὃν περ εἰώθει τόπον, ὥσπερ ἔκ τινος ἡδίστης πηγῆς τὰ γλυκύτατα τῆς διδασκαλίας ῥεῖθρα προΐει τοῦ στόματος.

9 Ἐν τούτῳ δὲ προσῆλθέ τις ὑπὸ χειραγωγῷ γυνὴ τῶν ἐπιφανῶν ἐκκεκομμένη τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὄνομα Φρύγελλα, Εὐξεινιανοῦ μήτηρ Ποπλίωνος· ὁ δὲ ἦν τῶν παρὰ τῷ αὐτοκράτορί τε καὶ τῇ πόλει πάσῃ, τὰς πρώτας ἐχόντων τιμὰς ὁ Ποπλίων· χειραγωγῷ οὖν ὥσπερ ἔφημεν ἡ ἐκείνου μήτηρ χρωμένη· ἐπειδὴ τὸν μέγαν Ἀβέρκιον αὐτοῦ τε ἤδη καθῆσθαι καὶ διδάσκειν ἐπύθετο, σπουδῇ αὐτῷ προσδραμοῦσα, καὶ τῶν ἐκείνου λαβομένη ποδῶν, πολλή τις ἦν δεομένη· καὶ οἰκτειρον, ἀνθρώπων ἐμοὶ τιμιώτατε καὶ τῷ μόνῳ καὶ ἀληθεῖ Θεῷ φίλε, τὴν ἱκέτιν, ἔλεγεν, οἰκτειρον· ἀπόδος μοι πάλιν τοὺς ὀφθαλμούς· τὸ μέγα τοῦ θεοῦ κτίσμα, τὸν γλυκὺν ἥλιον ἰδεῖν ἐμὲ παρασκεύασον· μηδὲ οὕτως ἔχουσαν ἐλεεινῶς περιΐδῃς· παραμύθησαί μοι τὴν συμφοράν· τὸ τῆς ἐμῆς περιφανείας μέγεθος δυσωπήθητι· ἔστι μοι Ποπλίων υἱὸς, μέγα παρὰ βασιλεῖ καὶ τῇ πόλει δυνάμενος· ἐγὼ δὲ αὐτὸν οὐχ ὁρῶ· ἔστι μοι πλοῦτος παντοδαπὸς, οἰκέται, χρήματα, κτῆσις ὅση· ἐγὼ δὲ μᾶλλον τῶν ἐνδεῶν πρὸς ταύτην ἔχω κακῶς· τοῖς μὲν γὰρ καὶ δυνατόν ἀπολαύειν τῆς θέας τῶν ὀλίγων ὧν ἔχουσι,
C καὶ διατίθεσθαι τὰ ὄντα, ὥσπερ ἂν βούλωνται· ἐγὼ δὲ οὐδὲ ὁρᾶν ἔχω ταῦτα, ὧν εἶναι κυρία πιστεύομαι· ὄφελόν γε τούτων πάντων ἀφῃρημένη, τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶχον μόνους. Διὰ τοῦτο δέομαί σου, τῆς φιλανθρώπου ψυχῆς πάνυ δέομαι, καὶ ἱκέτις ἡ ἀθλία γίνομαι, διανοῖξαι τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς ἐμοὺς καὶ τῇ σῇ πρὸς τὸν ἀληθῆ θεὸν παῤῥησίᾳ τὴν τοῦ βλέπειν αὐτοῖς δύναμιν ἐνθεῖναι.

10 Ὁ δὲ· ἀλλὰ κἀγὼ ἁμαρτωλὸς ἔφη, γύναι, καὶ ἐλέου μᾶλλον δεόμενος, καὶ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φιλανθρωπίας ἐμαυτὸν ἀναρτήσας· εἰ δὲ ἐφ' ὃν ἐγὼ πέποιθα καὶ σὺ πιστεύεις θεὸν, δυνατὸν αὐτῷ πάντως ὥσπερ δὴ τῷ ἐκ γενετῆς τυφλῷ, καὶ σοὶ τὸ βλέπειν χαρίσασθαι· ἡ δὲ· πιστεύω φησὶν εἰς τὸν ἀληθῆ δεσπότην Χριστὸν, καὶ πιστευούσης τῶν ἐμῶν ἁψάμενος ὀφθαλμῶν, τὸ ποθεινὸν τούτοις χάρισαι φῶς. Ταῦτα οὐ λόγοις μόνον ἐφώνει ψιλοῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ ἤθει καὶ ταῖς τῶν δακρύων πηγαῖς ἐπιστοῦτο· σπλαγχνισθεὶς οὖν ὁ ἅγιος καὶ εἰς οὐρανοὺς ἰδὼν, ὁ τῶν οὐρανῶν ὄντως ἄξιος· ἐλθὲ τὸ ἀληθινὸν, ἔφη, φῶς Ἰησοῦ Χριστὲ, καὶ διάνοιξον ταύτης τοὺς ὀφθαλμούς. Εἶτα ἐπιστραφεὶς, καὶ τῶν ὀμμάτων αὐτῆς ἁψάμενος· εἰ ἀληθῶς, εἶπεν, εἰς Χριστὸν ἐπίστευσε Φρύγελλα, παραχρῆμα ἀναβλεψάτω. Οὕτως εἰπόντος, ἥτε πήρωσις αὐτῇ διελύετο, καὶ ἡ πρὸς

Exinde multi ad eum confluebant non solum ex magna Phrygia *a* et omni finitima regione, sed ii quoque qui Asiam incolebant sicut et qui degebant in Lydiæ ac Cariæ provinciis : per universam enim civitatem de illo manabat sermo, nec is quidem vanus aut inanis, sed talis qui non facile extingueretur, quin et magnam a veritate sibi mutuans efficaciam. Ad eum itaque confluebant, illi quidem ut verba discerent salutis, alii ut ab inhærentibus liberarentur molestiis; quos nempe vel morbus premebat, vel aliud quodvis tenebat malum. Erat namque Abercius ad docendum verbum veritatis aptissimus, ad Christianos fovendos paratissimus *b*, ad depellenda mala præstantissimus. Paucis elapsis diebus, processit cum presbyteris, diaconis cæterisque fratribus, sedensque loco, quo consueverat, tamquam ex fonte suavissimo, profundebat ore suo fluenta doctrinæ dulcissimæ.

Confluente ad S. Virum undique multitudine, *a* *b* E

9 Inter hæc sistitur illustris quædam femina, oculis orbata, Phrygella nomine, mater Euxeniani *c* Poplionis, qui tum apud imperatorem tum in universa civitate primum obtinebat locum. Hujus itaque, ut diximus, mater adducitur, quæ audito magnum Abercium hic jam sedere et docere, protinus accurrens ejusque pedes præhensans, multis eum precabatur verbis : Miserere, dicebat, Vir mihi inter mortales honoratissime et soli veroque Deo dilecte, miserere mei supplicis; redde mihi oculos *d* fac videam magnum Dei opus, fac jucundum rursus intuear solem. Ne me adeo miseram despicias; consolare calamitosam. Moveat te conditionis meæ dignitas. Est mihi filius Poplion, plurimum apud imperatorem et in civitate valens, quem tamen intueri non mihi datur. Sunt mihi divitiæ et multæ et variæ : famuli, pecuniæ, prædia; quibus tamen minus fruor, quam si pauperibus annumerarer. Hi enim gaudent paucorum, quæ habent, aspectu, atque pro libitu illa disponunt; ego vero horum, quæ habere dicor, video nihil. Utinam F cæteris omnibus amissis, lumine solo gauderem oculorum. Quapropter rogo tuam clementiam, rogo te vehementer et supplico misera, ut oculos mihi aperias, et tua apud verum Deum fiducia vim illis videndi impertias.

sistitur ei Phrygella matrona, *c* *d*

10 Ille autem : Sed et ego, inquit, mulier peccator sum, et potius misericordia indigens, totusque a Dei pendeo clementia. Si tamen tu credis in Eum, cui ego confido, potens utique est, sicut olim cæco a nativitate, tibi quoque visum donare. Tunc illa : Credo, inquit, in verum dominum Christum : tu igitur mei credentis tangens oculos desideratam mihi restitue lucem. Quæ cum non solum verbis proferret sed et nutibus lacrymisque confirmaret, ejus Vir sanctus misertus et cœlum cujus plane dignus erat, aspiciens: Veni, ait, lux vera Jesu Christe, et oculos mulieris hujus aperi. Deinde ad eam conversus, tetigit oculos et ait: Si vere in Christum credidit Phrygella, protinus visum recipiat. His dictis et cæcitas evanuit, et sincera mulieris in Christum fides manifeste patuit : lumen enim

cui visum restituit Abercius;

enim corporeis oculis restitutum indicabat mentis quoque oculos fuisse illuminatos.

illa vero grata in Christum credit;

11 Protinus gratum de accepto dono ostendit animum: Domine exclamans, reddo tibi grates quod me duplici lumine donaveris: nec enim corporis solum, qui videntur, oculos, sed, quod longe majus est, mentis quoque oculos mihi aperuisti, unde etiam cum tuo Davide dicere me convenit: Liberasti oculos meos a lacrymis et pedes meos a lapsu *e;* vere enim liberata sum ab offendiculo *f,* nec minus in spiritualibus quam in corporeis gressibus. Hinc vehementi capta Christi amore, hujusque mandatis penitus addicta: Ecce, inquit virum sanctum aspiciens, Pater, tibi, coram multis hisce testibus, dimidium facultatum mearum committo, ut eas pauperibus distribuas. Novo hoc miraculo attonita exclamat circumstans multitudo: Magnus es, Christianorum Deus; cum invocantes nomen tuum, vere magnis donentur gratiis. Tum divinus Abercius: Ecce, inquit, mulier, cognovisti quam magnifice remuneret Dominus meus sperantes in se. Vade itaque in pace, et tibi attendens, et illi, quas par est, retribuens grates. Hæc ille. Ipsa tum quidem recessit; rediit vero postea, nec umquam deinceps cessavit eum maxima atque perpetua veneratione prosequi.

e

f

B

item tres aliæ a cæcitate liberantur.

12 Aggressus itaque Abercius denuo est, pro more cœlestem tradere doctrinam. Increbescente per regiones fama miraculi, in gratiam Phrygellæ patrati, veniunt ad eum tres mulieres ætate provectæ, eæque etiam oculis orbatæ: Nos quoque, aïentes, in Jesum quem tu prædicas, credimus. Appareat ergo et in nos ejus clementia, tuque, Vir admirande, nobis, sicut Phrygellæ, lucem ostende. Quibus ille: si fides vestra, inquit, in verum Deum sincera est, sicut dicitis, interioribus eum cordis oculis videbitis. Hæc fatus, cum sublevasset oculos: Rogo te, inquit, Domine Jesu Christe, videant ipsæ quoque lucem tuæ agnitionis, atque ab incubanti eis caligine ereptæ, aspiciant, Domine, radios tuæ veritatis. Dum ita precaretur, ecce locum, in quo stabant, circumfulsit desuper lux magna, quo attoniti tam inexpectato spectaculo, omnes in terram ceciderunt. Lux illa non ea erat, quæ a sole vel fulgure procedit, sed nova prorsus et stupenda atque insueta. Stabant porro mulieres immotæ, cæteris omnibus in terra prostratis; lux vero illa, quæ apparuerat, in oculos earum plane penetrans, subito visum restituit, ut solis lumen, adeo hominibus gratum et jucundum, intuerentur. Quas ut conspexit Abercius oculis sanas: quid, rogabat, vobis apparuit *g;* quid primum, recepto visu, aspexistis? Respondet prior: Senem vidi, cujus facies ineffabilem præ se ferebat pulchritudinem et jucunditatem; altera: Adolescens mihi apparuit: tertia: Puerulus, inquit, oculos mihi attigit *h.* His auditis Abercius, gratiisque Deo, prodigiorum auctori, peractis, cœtum dimisit, atque domum cum suis rediit, dictisque nonæ horæ hymnis paululum panis commedit: solebat namque sub diei finem *i,* sed quasi aliud agens, corporis curam habere.

C

g

h

i

Euxenianus, Phrygellæ filius,

13 Post hæc videre erat multos ex finitimis ad eum confluentes, atque in nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti baptizari. Interea temporis, cum percepisset Euxianianus quæ matri suæ contigerant, quod scilicet hæc ad Virum sanctum adducta, oculis orbata, visum recepisset, diligenter eam de omnibus percunctatus, venit ad illum, et salute data: si te scirem, inquit, Pater, pecunias appetere,

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

Χριστὸν πίστις ἀληθὴς ἐδείκνυτο· ἡ γὰρ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν ἀνάβλεψις, τῆς ψυχῆς ἐδήλου πεφωτίσθαι τοὺς ὀφθαλμούς.

11 Ἀμέλει καὶ εὐγνώμων περὶ τὴν δωρεὰν ἐγνωρίζετο· εὐχαριστῶ σοι Κύριε, λέγουσα, ὅτι μοι διπλῇ τὸ φῶς ἐχαρίσω· τῶν γὰρ ὁρωμένων τούτων τοῦ σώματος ὀφθαλμῶν, πολλῷ πλέον ἐμοὶ τοὺς τῆς καρδίας διήνοιξας· ὅθεν μοι καὶ προσήκει τὰ τοῦ Δαβὶδ τοῦ σοῦ φθέγγεσθαι· ὅτι ἐῤῥύσω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος· ἐῤῥύσθην γὰρ ἀληθῶς τοῦ προσκόπτειν οὐδὲν ἧττον τῶν σωματικῶν, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς διαβήματα. Ἐντεῦθεν καὶ θερμῷ τῷ εἰς Χριστὸν ἔρωτι λῃφθεῖσα, καὶ ὅλη τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ γενομένη· ἰδού, φησι, πάτερ, εἰς τὸν ἅγιον ἀποβλέψασα, συντίθημί σοι ὑπὸ πολλοῖς μάρτυρσι τούτοις, τὸ ἥμισυ τῆς οὐσίας διαδοῦναι τοῖς ἐνδεέσιν. Ὁ τοίνυν περιεστηκὼς ὄχλος τὸ καινὸν τοῦ θαύματος ἐκπλαγέντες· μέγας εἶ, καὶ οὗτοι, ὁ τῶν χριστιανῶν θεός, ἀνεβόησαν· ἐπεὶ καὶ μεγάλων ὄντως ἀπολαύουσι τῶν χαρίτων, οἱ τὸ σὸν ἐπικαλούμενοι ὄνομα. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ θεῖος Ἀβέρκιος· ἰδοὺ γύναι, φησὶν, ἔγνως ὅπως ὁ ἐμὸς δεσπότης ἀμείβεται φιλοτίμως τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτόν. Πορεύου τοιγαροῦν εἰς εἰρήνην, ἑαυτῇ τε προσέχουσα, κἀκείνῳ προσήκουσαν τὴν εὐχαριστίαν ἀποδιδοῦσα. Ταῦτα ὁ μὲν ἔλεγεν, ἡ δὲ πρὸς μὲν τὸ παρὸν ἀφίστατο· πάλιν δὲ ἐπανήρχετο, καὶ κατὰ πολὺ τὸ σέβας αὐτοῦ εἶχετο, καὶ οὐδαμῶς τὸ μετὰ ταῦτα διίστατο. E

12 Ἤπτετο μὲν οὖν Ἀβέρκιος αὖθις τῆς συνήθους διδασκαλίας· τοῦ δὲ κατὰ τὴν Φρυγελλαν θαύματος εἰς πολλὰ τῆς γῆς μέρη διαδοθέντος, προσέρχονται αὐτῷ πρεσβύτιδες τρεῖς, τὰς ὄψεις καὶ αὗται πεπηρωμέναι· πιστεύομεν λέγουσαι, καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν ὑπὸ σοῦ κηρυττόμενον Ἰησοῦν· φανήτω τοιγαροῦν ἡ εὐσπλαγχνία τοῦδε καὶ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ δεῖξον, ὦ θαυμάσιε καὶ ἡμῖν, ὥσπερ ἄρα καὶ Φρυγέλλῃ τὸ φῶς· ὁ δὲ· εἰ ἡ πίστις ὑμῶν πρὸς τὸν ἀληθῆ θεὸν ἀληθής ἐστιν ὡς φατὲ, τοῖς νοητοῖς αὐτὸν τῆς καρδίας ὄψεσθε ὀφθαλμοῖς. Ταῦτα τε εἴρηκε καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνατείνας· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, δέομαί σου, ἔφη, ἰδέτωσαν καὶ αὗται τὸ φῶς τῆς σῆς ἐπιγνώσεως, καὶ τῆς ἐπικειμένης αὐταῖς ἀχλύος ἀνενεγκοῦσαι, διαβλεψάτωσαν, δέσποτα, πρὸς τὰς σὰς τῆς ἀληθείας αὐγάς. Οὕτως ηὔξατο, καὶ ἰδοὺ τὸν τόπον ἔνθα δὴ καὶ εἱστήκεσαν, φῶς ἄνωθεν περιαστράπτει μέγα, καὶ πάντας εἶχε πεσόντας ἡ γῆ, τῷ παραδόξῳ τῆς θέας καταπλαγέντας· τὸ δὲ φῶς οὐχ οἷον ἐξ ἡλίου καὶ ἀστραπῆς ἔρχεται, ἀλλὰ καινὸν ἄλλως καὶ φρικτὸν καὶ ἀσύνηθες. Ἵσταντο τοίνυν ἀκλινεῖς αὗται, πάντων τῷ ἐδάφει καταπεσόντων, καὶ τὸ φανὲν ἐκεῖνο φῶς πολὺ ταῖς ὄψεσι τούτων ἐγκατασκῆψαν, ἀναβλέψαί τε αὐτὰς ἐποίησε παραχρῆμα, καὶ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο φῶς τὸ γλυκὺ καὶ φίλον ἀνθρώποις ἰδεῖν. Ὁ δὲ ὡς οὕτως ὑγιως τῶν ὀμμάτων ἐχούσας εἶδε· τί ἄρα τὸ φανὲν ὑμῖν, ἤρετο, καὶ τί πρῶτον διαβλέψασαι εἴδετε; Ἡ μὲν οὖν· πρεσβύτην ἔφη, τὸ εἶδος, ἀῤῥητον τὴν ὥραν, φαιδρόν. Ἡ δὲ· νεανίσκος ὤφθη μοι. Ἡ δὲ ἑτέρα· παιδάριον κομιδῆ, φησιν, ἥψατό μου τῶν ὀφθαλμῶν. Τούτων ἀκούσας Ἀβέρκιος, καὶ τῷ τῶν θαυμασίων χάριν ὁμολογήσας θεῷ, διέλυσε τὴν διδασκαλίαν. Ἐκ δὲ τῶν παρόντων τοὺς συνήθεις παραλαβὼν οἴκαδε ἐπανῆκε, καὶ τοὺς τῆς ἑνάτης ὥρας ὕμνους ἀποδοὺς· τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἔθος οἱονεὶ κατὰ πάρεργον καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἡμέρας ποιεῖσθαι καὶ τοῦ σώματος λόγον· βραχύ τι ἄρτου μεταλαμβάνει.

13 Τούτων τοίνυν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων, τῆς περιχώρου πολλοὺς ἦν ὁρᾶν πρὸς τὸν ἄνδρα συῤῥέοντας, καὶ εἰς ὄνομα Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου βαπτιζομένους. Ἐν τοσούτῳ δὲ τὰ κατὰ τὴν μητέρα γνοὺς Εὐξεινιανὸς, ὅπως τε χειραγωγουμένη προσέλθοι τῷ ἁγίῳ, καὶ ὅπως πεπηρωμένων αὐτῇ τῶν ὀφθαλμῶν ἀναβλέψειεν· ἀκριβῶς πάντα ἐξ αὐτῆς πυθόμενος, ἄπεισι παρὰ τοῦτον, καὶ ἀσπασάμενος· εἴ σε ἤθειν πάτερ ἐγώ, φησιν,

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

φησιν, ἡδέως εἰς χρήματα βλέποντα, οὐκ ὀλίγον ἄν σοι μέρος ἀπένειμα τῆς οὐσίας, ἀνθ' ὧν μοι χάριτος εἰς τὴν μητέρα τοιαύτης ὑπεῖρξας. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ὧν ἐδωρήσατό σοι θεὸς, καὶ κρείττονά σε χρημάτων διέθηκε, τί ἄν σε τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀμειψαίμεθα κατὰ λόγον· τί ἄλλογε, ἢ ἀνάγραπτά σοι τὰ τῆς εὐχαριστίας κείσεται παρ' ἡμῖν; Ταῦτα ὁ μὲν εἰπὼν, τῶν ποδῶν ἥψατο τοῦ ἁγίου· ὁ δὲ τῆς δεξιᾶς λαβόμενος· ἐμὲ μηδενὸς ἔφη, χρήζοντα ἴσθι, ὦ βέλτιστε, παρὰ σοῦ· ἢ ὅπως οὕτω συνετὸς ὢν, πιστός τε ἐξ ἀπίστου γένοιο, καὶ τῆς δυσσεβοῦς θρησκείας μεταβαλὼν, εἰς ἐπίγνωσιν ἔλθοις τῆς ἀληθείας· βούλομαι γὰρ πιστόν σε εἶναι πένητα μᾶλλον, ἢ ἄπιστον περιφανῆ τε καὶ πλούσιον.

14 Καὶ ὁ Εὐξεινιανός· οὐκοῦν, ὦ ἱερά κεφαλὴ, εἴπερ βούλει, ζητητέον ἡμῖν περὶ τούτου· πολλάκις γὰρ ἥκουσα παρακαθήμενος τῇ μητρὶ, ὡς ὑπὸ σοῦ διδαχθείη τὸν θεὸν, νῦν μὲν φιλάνθρωπόν τε καὶ ἀγαθόν· νῦν δὲ, φοβερὸν εἶναι καὶ δίκαιον· καὶ τοὺς μὲν ὡς σφόδρα ἀγαθὸν, ἀγαθοῖς ἀμείβεσθαι, τοὺς δὲ οἷα δίκαιον, ἀμύνεσθαι καὶ κολάζειν. Εἰ τοίνυν ἐξ ἀγάπης μὲν ἡ εὐεργεσία καὶ τὸ ἀμείβεσθαι· ἡ τιμωρία δὲ καὶ τὸ κολάζειν ἐκ μίσους, πῶς ἔνι τὸν αὐτὸν ἀγαθόν τε εἶναι καὶ δικαίας ἐπάγειν τιμωρίας. Ὅτι, φησὶν ὁ μέγας Ἀβέρκιος, τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ συντηρομένου, τοὺς
B μὲν τὰ ἀγαθὰ πράσσοντας, οἷα φύσει ἀγαθὸς ὢν εὐεργετεῖ, τοὺς δὲ τὰ φαῦλα μετιόντας, ἅτε δικαίως πάντα ποιῶν, τιμωρεῖται· μηδενὸς αὐτοῦ τὴν γνῶσιν ὧν ἡμεῖς πράττομέν τε καὶ μόνον εἰς νοῦν λαμβάνομεν, διαφεύγοντος· αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ τῶν ἐν βάθει τῆς διανοίας ἐξεταστὴς ἀκριβέστατος, δοκιμάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος· ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων, καὶ ἐννοιῶν καρδίας.

15 Καὶ ὁ Εὐξεινιανός· τοῦτο μὲν οὖν ὀρθῶς ἐπιλέλυται· πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνό με δίδαξον· εἰ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ θεὸς ἥδεται, διατί μὴ τὴν ἀρχὴν τοιοῦτον ἐποίει τὸν ἄνθρωπον, ὥστε τὸ μὲν ἀγαθὸν ἐργάζεσθαί δυνατὸν εἶναι· πονηρὸν δὲ μηδοτιοῦν πρᾶξαι δύνασθαι· οὕτω γὰρ ἂν τά τε κατὰ γνώμην αὐτῷ πράττοντες ἦμεν, καὶ ἀπαθεῖς πάσης διεμένομεν τιμωρίας. Ὁ δὲ καὶ τοῦτο σφοδρῶς κηδομένου, ἔφη, καὶ τὸ ἡμέτερον ἀγαθὸν ἐκ παντὸς θέλοντος. Εἰ γὰρ μὴ τὰ φαῦλα πράττειν δυνατῶς ἔχομεν, οὐδὲν ἄν, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ τὰ ἀγαθὰ ποιεῖν ἐκερδαίνομεν· οὔτε γὰρ ἐπαίνου παρὰ τοῦτο πάντως, οὔτε ἀποδοχῆς ἦμεν ἄξιοι· τότε γὰρ οὐ παρὰ τὴν* ἡμετέραν ἐγίνετο τὸ πραχθὲν προαίρεσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν· οὐ γὰρ ὁ μὴ ποιεῖν τὸ κακὸν δυνάμενος, οὗτος μὴ πράττων ἐπαινετός· ἀλλ' ὁ πράττειν μὲν δυνατὸς
C ὢν, ἀπεχόμενος δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸ καλὸν ἔφεσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἀμφότερα παρ' ἡμῖν, καὶ εἴτε ἀγαθοί ἐσμεν εἰ βουλοίμεθα, εἴτε φαῦλοι (ἐὰν θέλητε γὰρ φησι, θεοὶ ἔσεσθε)* καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως τὴν πρόφασιν ἀναιρεῖς, καὶ τῶν στεφάνων ἐκβάλλεις τὰς ἀφορμάς; Πρὸς ταῦτα ὁ Εὐξεινιανός· ἀκριβῶς πέπεισμαι τὸν ἄνθρωπον ἔφη, αὐτόνομόν τε εἶναι καὶ αὐτεξούσιον, καὶ κατὰ γνώμην ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἔρχεσθαι. Τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους διαμιλλωμένων αὐτῶν, ἡ ἐνάτη πάλιν καταλαβοῦσα, διέλυσε τὰς ζητήσεις. Ἀναστὰς γὰρ ὁ θεῖος Ἀβέρκιος ἀσπάζεται τοὺς περιεστῶτας· καὶ εὐλογήσας, ὅικαδε σὺν Εὐξεινιανῷ πέμπει.

16 Ὀλίγαι τὸ μετὰ ταῦτα διῆλθον ἡμέραι, καὶ τὰς πέριξ κώμας καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὰς ἐν γειτόνων, ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς περιήει. Ἐμάνθανε γὰρ ἤδη πολλοὺς ἐκεῖ διαφόροις πιέζεσθαι νόσοις. Περιελθὼν οὖν καὶ θεραπεύσας εὐχῇ καὶ χειρῶν ἐπιθέσει, ἐπεὶ βαλανείου ἄπορον ἑώρα τὸν τόπον (πρᾶγμα νοσοῦσι δεξιὸν παραμύθιον) εἴς τινα χῶρον ἐλθὼν, ᾧ Ἀγρὸς μὲν ἡ κλῆσις, ποταμὸς δὲ αὐτῷ παραῤῥέει, τὰ γόνατα τῷ θεῷ κλίνας, τοῦ ἐδάφους γίνεται· καὶ ἰδοὺ βροντὴ μὲν ἐξ ἀκριβοῦς καταῤῥήγνυται τῆς αἰθρίας· ἀναδίδωσι δὲ πηγὰς θερμῶν ὑδάτων ἡ γῆ, καὶ διὰ πάντων ὑμνεῖτο θεὸς, ἐπήκοος οὕτω δικαίων ἀνδρῶν γινόμενος. Ἡ μὲν

* ἑκάστου

* τὶ

haud parvam tibi facultatum mearum dedissem D
partem, pro eo, quod matri meæ contulisti beneficium. Sed, quoniam præter alia, quibus Deus te donavit, terrenis superiorem te fecit, quid collato beneficio dignum tibi reddiderimus? Quid aliud præter gratias, quas tibi habemus? Hæc cum dixisset sancti Viri pedes amplectitur. Hic ejus prehensa dextra : Scias, inquit, vir optime, nulla mihi re tua opus esse; at prudens adeo cum sis, ex infideli fias fidelis, et impia mutata religione, venias ad agnitionem veritatis; malim namque te videre fidelem et paupérem, quam illustrem et divitem, sed infidelem.

14 Tunc Euxinianus : Imo, Vir sancte, si libeat, *cum* Abercio
sit hac de re inter nos quæstio. Sæpius enim, matri *de Deo justo*
meæ assidens, audivi eam a te didicisse, Deum modo quidem clementem et bonum, modo terribilem ac justum; alios, qua mirifice bonum, præmiis donare, alios, quippe haud minus justum, rejicere et punire; cum itaque præmia et munera ab amore, supplicia vero et pœnæ ab odio procedant, qui fieri potest, ut qui bonus est, justa inferat supplicia? Cui magnus Abercius : Quia, inquit, unicuique reddens pro meritis, qui bona fecerunt, E
quod natura bonus sit, remunerat; et rursus qui mala, punit, quia justus : nihil enim eorum, quæ facimus, imo et solum cogitamus, eum latet. Ipse accuratissimus est omnium quæ in profundo mentis aguntur examinator, scrutans corda et renes, pervadens usque ad divisionem animæ et spiritus, compagum quoque et medullarum judex, cogitationum et affectuum.

15 Tum Euxinianus : Id quidem recte solutum : *et bono disce-*
sed et hoc me doce : si Deus bono delectatur, ut *ptat.*
quid ab initio non ita fecit hominem, qui bonum posset operare, minime vero malum? sic enim et quæ ei grata sunt fecissemus, atque a supplicio mansissemus immunes. Atque hoc etiam, reponit Abercius, præclaræ ex parte Dei sollicitudinis est indicium, nostram cupientis omnimode procurare felicitatem : si enim mali committendi incapaces essemus, eo ipso nec ex bonis operibus meritum haberemus, utpote exinde nec laude nec commendatione digni æstimandi; quia, quod sic fieret, non a nostro arbitrio proficisceretur, sed a naturæ necessitate; nec ille qui male agere non potest, laudandus est, quia non egit male; bene vero ille
F qui, cum possit aliud facere, a malo abstinet ex boni amore. Cum autem utrumque a nobis pendeat, ut vel boni vel mali simus (si velitis, inquit, dii eritis), cur tollis bene agendi occasionem, et coronarum aufers materiam *k*? Ad hæc Euxinianus : *k*
Persuasum, inquit, plane est mihi, hominem sui juris et arbitrii esse, et sponte sua venire ad peccandum. Dum hæc inter se tractarent, hora rursus nona incidit, disceptationique imposuit finem. Surgens itaque divus Abercius circumstantes salutat eosque domum cum Euxiniano redire jubet.

16 Paucis post diebus, cœpit cum fratribus *Fontem* Aber-
obire circumcirca vicos præcipue viciniores : *cius terra*
didicerat namque plures variis illic laborare mor- *educit,*
bis. Cum itaque circumiisset, ægrosque sanasset precibus et manuum impositione, videns regionem egere balneo (quod laborantibus opportunum est solatium) progressus ad quemdam locum, cui nomen Ager *l*, jacetque juxta præterfluentem fluvium, *l*
flexis Deo genibus, humi se prostravit : ecce autem fulgur decidit cœlo sereno, et terra emittit fontes aquarum calidarum; ut per omnia laudetur Deus, qui ita exaudit justos. Cum beata illa lingua jussisset

A set adstantes fodere cisternas, receptaculum futuras calidarum aquarum, quæ solatio essent laborantibus corporibus, domum revertitur.

et dæmonem insolenter superbientem

17 Interea tentationum artifex et fallaciæ pater, malignus nempe dæmon, forman indutus mulicbrem, accessit ad beatum Virum, petens ab ipso benedici. Qui cum in eum oculos conjecisset, nec ignoraret quis intra lateret lupus, quamvis ovili tectus esset pelle, protinus sese avertens, ad lapidem dextero offendit pede. Dolore affectus, manu tangit talum : ibi enim læsus erat. Tum dæmon, propria rursus assumpta specie, totis viribus *m*, atque intimis præcordiis risit; deinde solita motus superbia : Ne me, ait, ex humilibus aliquem putes dæmonibus illis, quos frequenter vel solo verbo fugientes vidisti, ast sum ego centurio ipse ille, cujus cum periculum nunc feceris, vides quam gravibus sis doloribus affectus, tu, qui tot alios a molestiis liberasti.

devincit.

18 Sic nempe scelestus ille gloriatur malo, sed numquam bono, quod præstitit. Hæc itaque magno dixit Abercio, atque insiliit in quemdam ex adstantibus juvenibus, eumque atrociter et misere
B discerptum projecit in medium. Abercius juvenis illico misertus Deumque precatus, illum a malo liberat et execrandum dæmonem procul expellit; re quidem ipsa demonstrans, quis sit qui bonum et noverit, et aliis præstare didicerit; quis vero ille, qui malus ab initio cum sit, alios etiam male facere doceat. Dæmon tamen non quievit, nec sola hac plaga contentus fuit; sed novam ei denuntiat pugnam, cum primam non valuerit sustinere. Quando enim, dimisso juvene, invitus abiit, voce, ut assolet, usus aspera et impudenti : Brevi, inquit, te, Aberci, vel invitum faciam videre Romanorum urbem. Quod non multo post evenit, ut ex sequentibus videbitur.

τοι μακαριά ἐκείνη γλῶσσα, λάκκους ὀρύξαι τοῖς παροῦσιν ἐντειλαμένη, ὥστε σύρροιαν ἐν τούτοις γίνεσθαι τῶν θερμῶν ὑδάτων, καὶ εἰς ἀνάκτησιν αὐτὰ σωμάτων εἶναι πεπονηκότων, ἐπανήκει πρὸς τὴν οἰκίαν.

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

17 Ἐν τούτῳ οὖν ὁ τῶν πειρασμῶν καὶ τῆς ἀπάτης πατὴρ, ὁ πονηρὸς δαίμων, γυναικείαν ὑποκριθεὶς μορφὴν, πρόσεισι τῷ ἁγίῳ, εὐλογίας τυχεῖν ὄθεν παρ' αὐτοῦ βουλομένης· ὁ δὲ ἐπιβαλὼν ἐκείνῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὸν εἴσω κρυπτόμενον λύκον οὐκ ἀγνοήσας, εἰ καὶ τὴν προβάτου δορὰν περιέκειτο, εὐθὺς μεταστρέφεται, καὶ λίθῳ προσπταίει τὸν πόδα τὸν δεξίον. Περιαλγὴς οὖν γενόμενος, ἅπτεται τῇ χειρὶ τοῦ ἀστραγάλου· αὐτὸν γὰρ ἦν πεπληγώς· καὶ ὁ πονηρὸς εἰς ἑαυτὸν πάλιν μεταβαλὼν, ἡδιστόν τε καὶ θερμὸν ἀνεγέλα, καὶ ἀπὸ τῆς φίλης εὐθύς ὑπερηφανίας· μήτοι με νόμιζε, λέγει, τῶν ταπεινῶν εἶναι ἐκείνων δαιμονίων, ἃ σὺ πολλάκις φυγαδεύειν οἶδας καὶ μόνῳ τῷ ῥήματι, ἀλλ' αὐτός εἰμι αὐτὸς ἑκατόνταρχος, οὗ δὴ καὶ νῦν εἰς πεῖραν ἐλθὼν, ὁρᾷς πῶς χαλεπαῖς θέλκησαι περιωδυνίαις, ὁ πολλοῖς ἑτέροις λυσάμενος τὰς ὀδύνας.

18 Οὕτως ἀπὸ τοῦ βλάπτειν ὁ μιαρὸς, οὐδέποτε δὲ ἀπὸ τοῦ ὠφελεῖν οὐδενὰ, ἑαυτῷ τὸν ἔπαινον περιτίθησι. Ταῦτα τοίνυν πρὸς τὸν θαυμαστὸν Ἀβέρκιον εἶπε· καὶ τινι τῶν περιεστηκότων αὐτὸν νεανίσκων ἐπιπηδᾷ, ὃν χαλεπῶς σπαράξας τὲ καὶ διαταράξας, μεταξὺ πάντων E ἐλεεινῶς καταβάλλει· ὁ μέν τοι μέγας Ἀβέρκιος ἔλεον αὐτίκα τοῦ νεανίσκου λαβὼν καὶ δεηθεὶς τοῦ θεοῦ, λύσιν τὲ αὐτῷ δίδωσι τοῦ κακοῦ, καὶ τὸν μιαρὸν ἐκεῖνον δαίμονα ἐκποδὼν τίθησιν· ἔργῳ δηλώσας, τίς ὁ τοῦ ἀγαθοῦ μαθητὴς καὶ ἀγαθύνειν δεδιδαγμένος, καὶ τίς ὁ ἐξ ἀρχῆς πονηρὸς, καὶ τοῦ πράττειν ἄλλους τὰ πονηρὰ διδάσκαλος. Ἐκεῖνος δὲ ἀλλ' οὐ μέχρι τούτου ἔστη, οὐδὲ ἐπὶ μονῃ τῇ τοιαύτῃ ἔμεινεν ἥττῃ· ἀλλὰ καὶ ἑτέραν αὐτῷ προκηρύττει πάλην, οὗ μηδὲ τὴν πρώτην ὑπενεγκεῖν ἴσχυσεν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ἄκων ἀπήει τὸν νεανίσκον ἀπολιπὼν, τραχείᾳ ὡς εἶχε καὶ ἀναιδεῖ χρησάμενος τῇ φωνῇ· ταχύ σε, ἔφη, Ἀβέρκιε καὶ ἄποντα, παρασκευάσω τὴν Ῥωμαίων ἰδεῖν. Τὸ δὲ ἄρα οὐ πολλῷ ὕστερον ἐξέβη, ὡς τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου δηλώσει.

ANNOTATA.

a *Ex Magna Phrygia in Minorem, ubi degebat* S. Abercius.

b *Hæc ita apud Surium redduntur :* Erat enim aptissimus ad docendum verbum veritatis, et paratissimus familiares Christo reddere eos, qui accedebant. *Defuere probabiliter in Lipomani codice græco verba :* καὶ ἀπαλλάξαι κακῶν ὀζύτατος.

c *Satis facile in mentem venit* Poplionem *hunc forte eumdem esse ac* Publium *de quo supra. Voces Græce*
C *parum ab invicem differunt :* ποβλίος *et* ποπλίων. *Quod si ita foret, exinde iterum rueret Tillemontii objectio, de qua Comm. Præv. num.* 6. *Haberetur quoque interpretatio verborum supra num.* 1 : qui parvæ F
Phrygiæ præerat; *ita modus, quo Publius præerat, nullatenus impediret, quominus alter esset* Præses *Asiæ.*

d *Surius ita vertit :* Redde mihi rursus oculos magnum Dei opus; effice, ut jucundum solem rursus intuear.

e *Desumpta hæc sunt ex Ps.* 114 ℣ 8 : Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu. *In Actis itaque nostris locus Davidis nec integer recitatur, nec eodem prorsus sensu, quo apud hunc profertur. David se Deum diligere eique gratias agere dicit, quod ereptus sit e periculo mortis et lapsu in manus Absalonis, atque etiam e magnis, quos inde persentiscebat, doloribus, uberes lacrymas elicientibus. Notat vero hic Halloixius* (1) : Sed unde, inquiet aliquis, gentili mulieri ista Davidis et Psalmorum cognitio et memoria? Nam et mihi aliquando fuit suspicio, ab Actorum scriptore aut descriptore potius fuisse hæc adjecta. Verum re maturius perpensa, et Actorum fideli sinceraque serie attentius considerata, prorsus sentio eam mulierem, non modo inaudisse antea de fide christiana quippiam... sed etiam de libris sacris edoctam esse, sibique ex illis quæ forent ad solatium (quid autem magis quam Psalmi Davidis) legi curasse, ac ea potissimum retinuisse, quibus sua in mentem redibat calamitas. *Hæc ille. Quæ tamen mera conjectura est, et, mea opinione, minus probabilis, quam* suspicio *quæ Halloixio* aliquando fuerat.

f Vere enim sum liberata ab offensione; neque gressus animæ sunt minores gressibus corporis. *Ita Surius cum Lipomano. At posterior pars nec satis Græco textui respondet nec sensui. Halloixius* (2) *ita vertit :* Servata vere sum ab offendendo gressus non minus animæ quam corporis. *Caterum sensus est : non minus servata sum ne animo offenderem quam ne corpore.*

g *Sic Dominus Marc.* 8 ℣ 25 *cum expuisset in oculos viri cæci et manus illi imposuisset*, interrogabat eum, si quid videret. Et aspiciens, ait : video homines, velut arbores, ambulantes.

(1) Tom. II, pag. 74. — (2) Ibid.

h Quod

AUCTORE B. B.

h Quod autem singulæ diversa in primo aspectu viderint... non est explicatum in Actis quid velint, *ait Halloix* (1). *Verba sequentia* τούτων ἀκούσας ὁ Ἀβέρκιος, καὶ τῷ τῶν θαυμασίων χάριν ὁμολόγησας Θεῷ *usque ad* βράχυ τι μετελάμβανεν ἄρτου *citantur in Tractatu* de Jejunio Græcorum, *de quo supra Annot.* x *ad cap.* 1. D

i Horæ dici, *inquit idem Halloixius* (2), ab ortu solis numerabantur, ita ut sex ante meridiem et totidem quoque essent post meridiem; et cum Judæi pro ratione sacrificiorum et orationum, ac post eos primi christiani diem dividerent in quatuor partes, primam, tertiam, sextam, nonam; vocabant primam quæ ab ortu solis, seu dici initio, tres horas continebat; tertiam, quæ a tertia dici hora usque ad sextam procurrebat; sextam similiter, quæ a sexta diei hora sive a meridie usque ad nonam protendebatur, hoc est usque ad tertiam pomeridianam; nonam itidem, quæ a nona usque ad occasum solis. *Dictis itaque nonæ horæ hymnis, facile ad diei finem perveniebatur.*

k Cur tollis occasionem parandæ bonæ existimationis et ejicis materiam coronarum? *Surius.* — *De hac disputatione Euxiniani cum* S. Abercio *pluribus tractat Halloixius* (3).

l *Ita factum istud exponit seu commentatur Halloixius, in Vita S. Viri, quam, more suo, contexuit ex Actis, Menæis etc.* (4) : Cum ibidem animadvertisset deesse balneum, cujus usu et commoditate, si suppeteret, magnum adveniret ægrotantibus solatium; ipse pro eo impetrando ad illum pauperum atque afflictorum supremum patrem ac medicum abiit, et in loco cui nomen datum AGER AD FLUVIUM (*non ita in Actis, quæ nos hoc loco cum Lipomano et Surio ad verbum reddidimus*), flexis humi genibus calidas ad Deum preces fudit... Quid multa? Audiit preces misericors Deus. Et ecce sudo ac sereno cœlo perstrepere tonitrua, atque e propinquo illic solo, calidarum fontes aquarum erumpere, velut palam et clare resonante Deo : « En vobis aquas; struite balnea. » Quod intelligens Abercius, statim eodem in loco fodi cisternas excipiendis aquis et in ægrorum usus adaptari jussit. *Hactenus Halloixius. Cæterum vide Annotata nostra in cap.* 1 *lit.* h *ubi ex geographis retulimus Hierapoli esse aquas calidas seu thermales. Haud obscure Acta nostra* (*quæ et sequitur Halloixius*) *illas precibus* S. Abercii *primum e terra erupisse insinuant.*

B m Malignus autem rursus in seipsum mutatus suavissime risit et vehementissime. *Surius. Et Halloixius in Vita* (5) ; Tum vero malignus ille exultim ridere et cachinari. E

CAPUT III.

Abercius, a M. Aurelio invitatus, Romam venit; imperatoris filiam liberat, multisque a Faustina Augusta cumulatur beneficiis.

Ὁ μὲν γὰρ θεῖος Ἀβέρκιος εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἐπανελθὼν ἑπτὰ ὅλας εἶλκεν ἡμέρας ἐν νηστείαις καὶ πανυχίσιν ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς, δεόμενος μὴ τοιαύτην γενέσθαι κατ' αὐτοῦ ἰσχὺν τῷ ἐχθρῷ, ὡς ἥπερ ἂν ἐκεῖνος ἄγῃ καὶ αὐτὸν ἕπεσθαι· ὑπὸ δὲ τὴν ἑβδόμην νύκτα, ὄναρ αὐτῷ τὸν Κύριον ἐπιστάντα, καὶ· εἰς Ῥώμην φάναι· Ἀβέρκιε οἰκονομίᾳ τῇ ἐμῇ ἀφίξῃ, ὥστε δὴ καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐπιγνῶναι. Θάῤῥει τοιγαροῦν, ἡ γὰρ χάρις μου μετὰ σοῦ ἔσται. Τότε διϋπνισθέντα τὸν ἅγιον· γένοιτο φάναι τὸ θέλημά σου Χριστὲ· καὶ τὴν θείαν ἐκείνην ἐμφάνειαν τοῖς ἀδελφοῖς ἀπαγγεῖλαι. Ἀλλὰ τῷ μὲν οὕτω καὶ παρὰ τὴν Ῥωμαίων C πόλιν ἀφικέσθαι προείρητο.

20 Ὁ δὲ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος ὁ μικρῷ πρόσθεν τῷ ἁγίῳ τὴν ἄφιξιν ταύτην ἐπισείσας, οὐδὲν ἀναβαλόμενος εἰς Ῥώμην φοιτᾷ, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Ἀντωνίνου παῖδα, ἐπίγαμόν τε ἤδη καὶ ἐκκαιδεκέτιν οὖσαν (ᾗ Βήρῳ μὲν Λευκίῳ ἀνδρὶ κατηγγύητο, Λουκίλλα δὲ ἐκαλεῖτο) κάλλει καὶ μεγέθει τὰς κατ' αὐτὴν ὑπερενεγκοῦσαν, εἰσδύεται, καὶ αὐτίκα ἐκμαίνει, ὡς σπαράττεσθαί τε καὶ καταβάλλεσθαι, καὶ ὀδοῦσιν τῶν χειρῶν ἅπτεσθαι, καὶ τὰς αὐτῆς σάρκας διαμασᾶσθαι· Ἡ οὖν μήτηρ Φαυστίνα· τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ αὐγούστῃ· λύπῃ σύν Ἀντωτίπῳ καὶ ἀπορίᾳ δεινῶς εἴχοντο, καὶ συμφορὰν ἐσχάτην τὸ πρᾶγμα ἐτίθεντο. Ἦν δὲ τὸ μάλιστα αὐτοῖς ἐπιτεῖνον τὴν ἀθυμίαν, ἡ πρὸς τὸν Λεύκιον τῆς κόρης μνηστεία. Τοῦτον γὰρ ἀπεστάλκει μὲν Ἀντωνῖνος ἤδη πρὸς τὴν ἑῴαν πόλεμον συμβαλοῦντα τῷ βασιλεῖ Βουλγέσσῳ. Ὑπῆρχε δὲ ἀλλήλοις συγκείμενον κατά τινας ῥητὰς ἡμέρας· τὸν μὲν ἀπὸ τῆς ἕω τὸν Λεύκιον· τὸν δὲ ἀπὸ Ῥώμης, τὴν Ἔφεσον καταλαβεῖν· καὶ ἐν τῷ κατ' αὐτὴν ναῷ τῆς Ἀρτέμιδος τὸν μὲν ὑπὸ μάρτυρι τῇ θεῷ καταθέσθαι Λευκίῳ τὴν παῖδα, τὸν δὲ δέξασθαι.

Divus itaque Abercius in domum suam reversus, septem integros dies simul cum fratribus, transegit in jejuniis et nocturnis vigiliis, orans ne tanta in se esset inimici potestas, ut quo iste vellet, sequi eum cogeretur. Septima nocte in sommis aparens Dominus, dixit : Romam, Aberci, venies, sed mea ductus providentia; ut, qui in ea sunt, nomen meum agnoscant. Confide igitur; gratia mea tecum erit. Cui Vir sanctus expergiscens : Fiat, inquit, Christe, voluntas tua; fratribusque suis divinam renunciavit manifestationem. Atque ita illi prædictum fuit, fore ut Romam iret. *Christus apparet* S. Abercio,

F

20 Malus dæmon, qui paulo ante beato viro profectum in Urbem minatus erat, nihil moratus, Romam venit, et imperatoris Antonini filiam jam nubilem, invadit. Quæ Lucilla nomine, sexdecim annos nata, desponsata *a* erat Lucio Vero, cæterasque æquales forma et corporis præstantia superabat. Hanc itaque dæmon subito ciet furore, ut ipsa se discerperet, projiceret in terram, manus quoque dentibus laceraret ac proprias carnes manderet. Mater ejus Faustina *b* (hoc Augustæ nomen) cum Antonino angebantur animo, valdeque hærebant dubii ac perplexi, summamque hanc ducebant calamitatem. Id vero eorum maxime augebat dolorem, quod desponsata Lucio puella esset. Hunc enim Antoninus jam in Orientem miserat, ad bellum contra regem Bulgessum *c;* atque inter eos convenerat *d*, ut stato die, Lucius ab Oriente, Antoninus Roma Ephesum venirent, ubi in templo Artemidis *e* Antoninus, Dea teste, puellam traderet Lucio, et hic eam acciperet. *qui ut Lucillæ, M. Antonini filiæ,* *a* *b* *c* *d* *e*

(1) Tom. II, pag. 76. — (2) Ibid. pag. 71. — (3) Ibid. pag. 76-105. — (4) Cap. 12. Ibid. pag. 22. — (5) Ibid. pag. 22.

21 Cum

a dæmone vexatæ

f

g

h

i

opem ferat, Romam vocatur,

k

l

m

missis ab imperatore litteris

n

o

et nuntiis,

p

q

A 21 Cum ergo Lucius, ut convenerat, Ephesum *f* festinans navigaret; Antoninus, correpta a dæmone ejus filia, nesciens quo se verteret, tempus, data excusatione *g*, protrahit, scribens Lucio : Germanos, trajecto Rheno, Romanorum urbes et oppida populari; se proinde, ut convenerat, non posse modo cum filia sua venire Ephesum, sed tantum anno sequenti. Acceptis his, media in navigatione, ab imperatore litteris, Lucius, magno affectus dolore, ægerrime id tulit, reversusque Antiochiam *h* est. Imperator vero Antoninus, tum sponte de filia sua valde sollicitus, tum etiam a conjuge incitatus nihil non faciebat, nec ulli, quod proficere posse videbatur, remedio parcebat. Romanorum itaque et Italorum congregans sacerdotes, accersitis quoque ex Hetruria auguribus *i*, per eos adjurabat dæmonem, nihil intentatum pro filiæ suæ salute relinquens.

22 At omnia vana reperiebantur, quin et amplius dæmonem efferatum in puellam reddebant. Cæterum hujusmodi is per eam dabat voces : Quod si Abercius, Hierapolitanorum in parva Phrygia episcopus, non venerit, haud recedam ab hac statione.

B Hæc cum per multos dies vociferaretur, dubius hærebat Antoninus quid sibi vellent; quare vocato Corneliano *k*, prætorii præfecto, rogabat num quæ esset in parva Phrygia Hierapolis? Est profecto, ait ille; atque ex ea oriundus est Euxinianus ad quem sæpius de rebus publicis scripsisti. His auditis, imperator, veluti gravi cura liberatus, gavisus est, quod Euxinianus ibi degens, rem solerter procuraturus esset. Jussis igitur Valerio et Basiano, magistrianis *l*, mox præsto adesse, in hunc modum illi scribit *m* :

23 Antoninus imperator Augustus Euxiniano Poplioni salutem *n*. Cum experientia didicerim quæ tua sit solertia, maxime iis, quæ jussu nostro Smyrnæ nuper fecisti, ad levandam calamitatem, ex terræ motu enatam; ut par erat, lætatus sum et tuam in rebus gerendis laudavi diligentiam. Omnia enim accurate novi, quasi præsens adfuissem. Nam et a te missa relatio, et ille, qui nobis illam tulit, sicut et Cœlius *o* procurator noster, cuncta mihi dilucide exposuerunt. In præsentiarum innotuit mihi quemdam Abercium, Hierapolitanorum episcopum, apud te versari, virum adeo inter Christianos pium, ut C dæmoniacis medeatur, aliosque morbos curet facillime. Ejus cum nobis necessaria sit opera, Valerium et Bassianum, magistrianos divinorum nostrorum officiorum misimus, qui eum cum omni honore et reverentia ad nos deducant. Tuæ ergo jubemus celsitudini, ut ei persuadeas ad nos venire multa cum alacritate, sciasque haud parvam tibi apud nos hoc nomine futuram laudem. Vale.

24 Hanc cum dedisset magistrianis epistolam, eos Roma dimisit, dicens : Rem mihi multipliciter gratam præstiteritis, si huc Abercium quam celerrime adduxeritis. Illi, acceptis litteris, nulli parcentes celeritati et diligentiæ, biduo *p* pervenerunt Brundisium, ubi conscendentes navem a Corneliano præfecto paratam, ventoque usi secundo, atque transmisso Ionio, die septima appellunt in Peloponesum. Hinc, publicis vecti equis, attingunt die *q* decima quinta Byzantium, eademque luce iter suum prosequuntur Nicomediam usque. Deinde, publico rursus usi cursu, veniunt Synada quæ Phrygiæ metropolis est; ubi acceptis a præside Spinthero (prout ei imperatum a Corne-

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

21 Ἐπεὶ οὖν ὁ Λεύκιος κατὰ τὰς συνθήκας ἔπλει πρὸς τὴν Ἔφεσον ἐπειγόμενος· οὐκ ἔχων ὅτι χρήσαιτο ἑαυτῷ Ἀντωνῖνος, δαιμονώσης αὐτῷ τῆς παιδὸς, προφάσει διακρούεται τὸν καιρόν, γράψας Λευκίῳ ὡς τὸ Γερμανῶν ἔθνος διαβὰν τὸν Ῥῆνον, τάς τε πόλεις Ῥωμαίων καὶ τὰς κώμας λῃΐζεται· κἀντεῦθεν μηδὲ κατὰ τὰ συγκείμενα δύνασθαι νῦν εἰς Ἔφεσον μετὰ τῆς παιδὸς συνδραμεῖν, ἀλλ' εἰς τὸ ἐπιὸν ἔτος. Τῷ δὲ ἐπειδὴ κατὰ μέσον τὸν πλοῦν τὰ παρὰ βασιλέως ὑπήντα γράμματα, σφόδρα τε ἀθυμήσας καὶ χαλεπῶς ἐνεγκὼν, εἰς τὴν ἐν Δάφνῃ Ἀντιόχειαν ὑποστρέφει. Βασιλεὺς δὲ Ἀντωνῖνος, τοῦτο μὲν καὶ τοῖς οἰκείοις σπλάγχνοις περὶ τὴν τῆς παιδὸς φροντίδα πολὺς ὤν· τοῦτο δὲ καὶ ὑπὸ τῆς συζύγου παροξυνόμενος, πάντα τὲ ἐποίει, καὶ οὐδενὸς ἀπείχετο τῶν λόγον ἐχόντων. Τοὺς Ῥωμαίων τοίνυν καὶ Ἰταλῶν ἱερεῖς συναγαγὼν, καὶ οἰωνοσκόπους ἀπὸ Τυρρηνίας μεταστειλάμενος, ἐξώρκιζέ τε τὸν δαίμονα δι' αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ὅτι οὐκ ἐπενόει, πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ θεραπείαν.

22 Τὰ δὲ κενά τε ἠλέγχετο καὶ ἀγριώτερον ἐποίει τὸν πονηρὸν δαίμονα τῇ κόρῃ. Ἀμέλει καὶ τοιανδέ τινα διὰ τῆς παιδὸς ἐκείνης ἠφίει φωνήν· ὡς εἰ μὴ Ἀβέρκιος ὁ τῆς ἐν τῇ μικρᾷ Φρυγίᾳ τῶν Ἱεραπολιτῶν ἐπίσκοπος ἔλθοι, οὐκ ἂν ἀπὸ τοῦ σκηνώματος ἐξέλθοιμι τοῦδε. Ὡς οὖν ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας ταῦτα ἐβόα, διηπορεῖτο καθ' E ἑαυτὸν Ἀντωνῖνος, τί ἂν εἴη τοῦτο σκοπούμενος· καὶ ποτε εἰσκαλέσας τὸν ἔπαρχον τῆς αὐλῆς Κορνηλιανὸν, ἀνεπυνθάνετο εἴπου τίς Ἱεράπολις ὑπὸ μικρὰν Φρυγίαν ἐστίν. Ὁ δὲ καὶ μάλα, δέσποτα, ἔφη, καὶ ἀπ' αὐτῆς Εὐξεινιανὸν ὁρμᾶσθαι, ᾧ πολλάκις περὶ δημοσίων ἐπέστειλας πραγμάτων. Τοῦτο ἀκούσας Ἀντωνῖνος, ἥσθη τε οἷα τῆς φροντίδος ἀπολυθεὶς, ὅτι περ Εὐξεινιανὸς ἐκεῖ διατρίβων, δεξιὸς αὐτῷ ἔσται τοῦ πράγματος οἰκονόμος. Καὶ Οὐαλέριον καὶ Βασσιανὸν μαγιστριανοὺς εὐθὺς εὐτρεπισθῆναι κελεύσας, ἐπιστέλλει αὐτῷ ταῦτα.

23 Ἀντωνῖνος αὐτοκράτωρ, σεβαστὸς, Εὐξεινιανῷ Ποπλίωνι χαίρειν. Ἐγὼ εἰς πεῖραν τῆς σῆς ἀγχινοίας ἔργοις αὐτοῖς καταστάς, καὶ μάλιστα οἷς ἔναγχος προστάξει τοῦ ἡμετέρου κράτους διεπράξω κατὰ τὴν Σμύρναν, ἐπικουφίσας Σμυρναίοις τὴν ἐκ τοῦ κλόνου τῆς γῆς ἐπιγενομένην αὐτοῖς συμφοράν, ἥσθην τὲ ὥσπερ εἰκὸς, καὶ σε τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιμελείας ἐπήνεσα. Ἔμαθον γὰρ ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας, ὥσπερ ἂν εἰ παρῶν. Ἥ τε γὰρ παρὰ σοῦ πεμφθεῖσα ἀναφορὰ, ὅτε ἀποδιδοὺς ταύτην, καὶ Κέλιος ὁ ἐπίτροπος ὑμῶν, ἅπαντά μοι σαφῶς διηγήσατο. Ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος γνωσθὲν τῷ ἡμετέρῳ κράτει, Ἀβέρκιόν τινα τῆς Ἱεραπολιτῶν ἐπίσκοπον παρὰ σοὶ διατρίβειν, ἄνδρα εὐσεβῆ F οὕτω τὰ τῶν χριστιανῶν, ὡς δαιμονῶντας τέ ἰᾶσθαι, * τούτου καὶ νόσους ἄλλας εὐκολώτατα θεραπεύειν. Τοῦτον * κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἡμεῖς χρήζοντες, Οὐαλέριον καὶ βασσιανὸν μαγιστριανοὺς τῶν θείων ἡμῶν ὀφφικίων ἐπέμψαμεν, τὸν ἄνδρα μετ' αἰδοῦς καὶ τιμῆς ἁπάσης ὡς ἡμᾶς ἀγαγεῖν. Κελεύομεν οὖν τῇ σῇ στερρότητι, πεῖσαι τὸν ἄνδρα σὺν προθυμίᾳ πάσῃ πρὸς ἡμᾶς ἀφικέσθαι εὖ εἰδότι, ὡς οὐ μέτριός σοι κεῖσεται παρ' ἡμῖν καὶ ὑπὲρ τούτου ὁ ἔπαινος. Ἔρρωσο.

24 Ταύτην τοῖς μαγιστριανοῖς δοὺς τὴν ἐπιστολὴν, ἀπέπεμψεν ἀπὸ Ῥώμης, εἰπών· ὅτι πολλαπλάσιον ὑμῖν θήσει τὴν εἰς ἐμὲ θεραπείαν τὸ Ἀβέρκιον ἐνεγκεῖν, προστεθὲν καὶ τὸ τάχος. Οἱ δὲ λαβόντες, οὐδὲν τάχους καὶ συντονίας ἐνέλιπον, ἀλλὰ δυσὶ τὸ Βρεντίσιον ἡμέραις καταλαβόντες, πλοίου τὲ ἐπὶ τούτῳ παρεσκευασμένου παρὰ τοῦ ὑπάρχου Κορνηλιανοῦ ἐπιβάντες κατὰ πρύμνην αὐτοῖς τοῦ πνεύματος ἱσταμένου, τῇ ἑβδόμῃ τὸν Ἰόνιον διαπλεύσαντες, καταίρουσι ἐν Πελοποννήσῳ· ἐκεῖθεν δὴ δημοσίοις ἵπποις χρησάμενοι, ἀφικνοῦνται τὴς πεντεκαιδεκάτης εἰς τὸ Βυζάντιον· εἶτα πρὸς τὴν Νικομηδέων αὐθημερὸν περαιωθέντες, καὶ αὖθις δημοσίῳ χρησάμενοι δρόμῳ, εἰς Σύναδα μητρόπολιν ἥκουσι τῆς Φρυγίας, ἡγεμόνας τὲ τῆς ὁδοῦ παρὰ τοῦ ἡγεμονεύοντος

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

νεύοντος ἐκεῖ Σπινθῆρος λαβόντες· οἷα προστεταγμένον αὐτῷ παρὰ Κορνηλίου τοῦ ἐπάρχου· περὶ του τὴν ἐνάτην ὥραν τὴν Ἱεραπολιτῶν καταλαμβάνουσιν. Εἰσιόντες τοιγαροῦν τὴν πόλιν, ὑπαντῶσι τῷ Ἀβέρκιῳ, καὶ ταῦτα ἀπὸ τοῦ παρήκοντος. Εἰώθει γὰρ κατὰ τὴν ἐνατην ὥραν ἐκ τῆς διδασκαλίας οἴκαδε ἀναστρέφειν, τὰς συνήθεις ἀποδώσων εὐχὰς τῷ Θεῷ.

25 Οἱ μὲν οὖν ὑπαντήσαντες αὐτῷ ἀνεπυνθάνοντο, ποῦ ποτε ὑπάρχοι Εὐξεινιανὸς, καὶ ὅπη γενόμενοι ἐντύχοιεν τῷ ἀνδρί. Ὁ δὲ ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς, τίς τε ἡξήτησις τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἐφ' ὅτῳ ἥκοιεν ἤρετο, τὴν ἐκείνου ἐρώτησιν χαλεπῶς ἐνεγκὼν Οὐαλέριος, ὅτι μὴ ταχὺ ἀπεκρίνατο, τολμᾷ τι καὶ θρασύτερον, ἴσως ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κινηθείς· καὶ ἀνατείνει κατὰ τοῦ ἁγίου τὴν δεξιὰν, πλῆξαι τοῦτον τῇ μάστιγι βουληθείς. Καὶ εὐθὺς ἡ φρουροῦσα χεὶρ ἄνωθεν οὐκ ἠμέλει, καὶ ἡ τολμηρὰ ἐκολάζετο, καὶ ἀκίνητος ἦν, ὡσπέρ τινι προκατασχεθεῖσα πέδῃ. Λαμβάνει τὸν ἕτερον δέος, ἐπὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεάματι καὶ ἀποβάντες ἄμφω τῶν ἵππων, προσπίπτουσί τε τοῖς τοῦ ἁγίου ποσὶ, καὶ ἱκέται γίνονται ταπεινοὶ λίαν, ὥστε τὴν ἀπομαρανθεισαν χεῖρα καὶ οἱονεὶ τεθνηκυῖαν, ἀναθῆλαι πάλιν καὶ ἀναζῆσαι, μηδὲ οὕτως ἀπολειφθῆναι νεκράν. Ὁ δὲ τῆς συνήθους κἀν τούτῳ γίνεται συμπαθείας, καὶ ἅπτεται μὲν τῆς
B πηρωθείσης, ὑγιᾶ δὲ αὐτὴν εὐθὺς δείκνῦσιν. Εἶτα τὴν αἰτίαν καὶ πάλιν τῆς τοῦ ἀνδρὸς χρείας ἐρόμενος, καὶ μαθὼν ὅτι βασιλικὰ πρὸς αὐτὸν κομίζοιεν γράμματα, ὁδηγὸς γίνεται τῶν ἀνδρῶν, καὶ εἰς τὸν Εὐξεινιανοῦ οἶκον τὸ τάχος ἐπάγει. Ἐκεῖνος μὲν τοι τὰ γράμματα εἰς χεῖρας λαβὼν, καὶ τὰ ἐγκείμενα ἐπανελθὼν, μεταδίδωσι τὴν ἐπιστολὴν εὐθὺς τῷ ἁγίῳ καὶ ἠξίου μηδὲν ὑπερθέσθαι, ἀλλ' ὥσπερ αὐτὴ ἠβούλετο, τὴν ταχίστην ἅπτεσθαι πορείας. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἀναγνοὺς· ἐλεύσομαι ἔφη, καὶ οὐκ ἀπροθύμως τὴν πορείαν ἀνύσω· ἐπεὶ κατὰ γνώμην θεοῦ τὸ γινόμενον, ὡς καμοὶ ἤδη παρὰ τοῦ Κυρίου μου ἐδηλώθη.

26 Οἱ μὲν οὖν μαγιστριανοὶ λαμπρῶς παρ' Εὐξεινιανῷ ξενισθέντες, δύο τέ τινας ἡμέρας παρ' αὐτῷ μείναντες, τὴν πορείαν τὲ πᾶσαν αὐτῷ καὶ τὸν πλοῦν ἀπαγγείλαντες, τῇ τρίτῃ ἀντίφραγα λαβόντες, ἀπήεσαν, ὑπεσχημένον αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ θαυμαστοῦ Ἀβέρκίου, μετὰ τεσσαράκοντα ὅλως ἡμέρας κατὰ τὸν λεγόμενον Πόρτον, ὃς ἐχόμενα Ῥώμης ἐστιν, ἀλλήλοις ἐντυχεῖν· καὶ οὕτως ἅμα ἐκείνοις τῆς πόλεως ἐπιβῆναι. Οἱ δὲ ἀπιστεῖν οὐκ ἔχοντες· ἔκρινον γὰρ ὀρθῶς ἐξ ὧν ἔπαθόν τε καὶ οἶδον, ὅτι ἀδύνατον ἄνδρα τοιούτων ἠξιωμένον, τότε συνειδὸς καὶ τὴν γλωτταν ἔχειν οὐχ ὑγιᾶ· τοῖς
C δημοσίοις καὶ αὖθις ἐπιβάντες ἵπποις ἐπανήεσαν. Ἀβέρκιος δὲ ὁ θεῖος, οἶνον τὲ καὶ ὄξος καὶ ἔλαιον εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀσκὸν ἐμβαλὼν, πρὸς δὲ καὶ ἄρτους ὀλίγους λαβὼν, εἶτα τοῖς ἀδελφοῖς διαλεχθεὶς τὰ εἰκότα, τὴν ἐκείνου τε ἀποδημίαν ἐλεεινῶς ἀποδυρομένους δεξιώτατα παραμυθησάμενος, ὀχήματος πολικοῦ ἐπιβαίνει καὶ τῆς πόλεως ἔξεισι.

27 Βραχύ δὲ τῆς ὁδοῦ προελθὼν, ὁρᾷ τινὰ ἀμπελουργὸν σκάπτοντα, καὶ περὶ τὰς ἀμπέλους ἐπιμελῶς ἔχοντα· ὄνομα τῷ ἀνδρὶ Τροφιμίων· τοῦτον ὀνομαστὶ καλέσας· δεῦρο, φησὶν, ἀδελφὲ συνδιάνυσόν μοι τὴν ἐπὶ Ῥώμην ὁδόν. Ἤκουσεν ἐκεῖνος καὶ τὴν δίκελλαν εὐθὺς καὶ τὸ σκαφεῖον ἀπολιπὼν, τὴν οἰκείαν τὲ ἁρπάσας ἐσθῆτα· ἣ διὰ τὸν ἐν τῆς ἐργασίας κόπον τῇ γῇ καταθεὶς ἦν· εἵπετο τῷ ἁγίῳ. Ἐπειδὴ δὲ συνώδευον ἤδη. Ἀλλὰ νῦν ὅτι μάλιστα προσέχειν ὑμᾶς ἀξιῶ· θαῦμα γὰρ ἀκούσεσθε σύμμικτον ἡδονῆ. Καὶ γάρ ὁπότε μὲν ὁ Τροφιμίων εἰς κοινὴν ἤδη χρείαν, ἐπιστρέψαντος τοῦ ἁγίου, τὸν τοῦ ἀσκοῦ πόδα λύσειεν, αὐτὸ δὴ τὸ πρὸς τὸ παρὸν συντελοῦν μόνον, ἀμιγὲς ἐξῄει· οἶνος τυχὸν ἢ ὄξος ἢ ἔλαιον, τῶν ἄλλων κατὰ χώραν μενόντων· ὁπότε δὲ πάλιν ἐκεῖνος ἐν χρείᾳ τινὸς καταστὰς, οὐ κατὰ γνώμην τοῦ ἁγίου λύσειε τὸν ἀσκὸν, τἀναντία ἢ αὐτὸς

liano præfecto fuerat) viæ ducibus, circa horam nonam Hierapolim adventant. Ingredientes itaque urbem occurrunt Abercio, nec id quidem omnino casu *r*. Solebat enim is hora illa, docendi expleto munere, domum reverti, consuetas Deo dicturus preces. D *r*

25 Illi ergo obviam ei facti, rogabant ubinam esset Euxinianus, et quo eundum, ut eum invenirent. Quærit vicissim Abercius, ut quid virum illum quærant, et quamobrem venerint. At Valerius ægre ferens ejus quæstionem, quod non ita propere responderet; audacius aliquid tentat, motus forte a maligno spiritu : extendit namque manum dexteram adversus sanctum Episcopum, paratus eum flagello percutere. Sed non defuit manus, eum desuper custodiens; temeraria namque illa dextera plectitur, remanetque immobilis ac veluti compede constricta. Alterum invadit timor ex novo hoc spectaculo. Ambo igitur ex equis descendentes, ad pedes sancti Viri procidunt, supplicesque et valde demisse petunt, ut manus quæ emarcuerat et quasi mortua erat, efflloresceret ac revivisceret, nec ita remaneret immobilis. Ille consueta usus misericordia, manum tangit ægram, quæ mox sana effi- E
citur. Deinde rursus sciscitatus cur Abercium quærerent, auditoque quod ad ipsum ferrent litteras imperatoris, ducem se præbet itineris, celeriterque ad domum deducit Euxiniani. Hic acceptis litteris, cum quæ iis continebantur legisset, tradit statim epistolam sancto Viro, rogatque ut nihil moratus, sed sicut imperator volebat, itineri quam primum se committat. Quam cum ipse quoque legisset : Veniam, inquit, et prompto alacrique animo iter suscipiam; siquidem ex Dei voluntate id factum est, ut mihi jam a Domino meo fuit indicatum. *quorum alterius brachium obrigescit.*

26 Magistriani præclare ab Euxiniano excepti hospitio, duobusque apud eum diebus morati, iter suum et navigationis modum explicarunt; tertia, acceptis ab eo litteris, discesserunt. Pollicitus porro eis erat vir mirabilis Abercius, fore ut, post integros quadraginta dies in Portu *s*, qui prope Romam est, sibi occurrerent, et Urbem simul ingrederentur. Qui, cum non haberent cur diffiderent (recte enim judicabant ex iis quæ senserant et viderant, fieri non posse, ut vir tantis ornatus gratiis, conscientiam et linguam haberet non sanas) publicos iterum conscendentes equos F
redierunt. Divus Abercius infusis in unum eumdemque utrem *t* vino, aceto et oleo, atque præterea sumptis quibusdam panibus, ac denique illa, quæ tempori conveniebant, locutus ad fratres suos, quos etiam, amare ejus discessum lugentes, aptissime consolatus est, in publicum ascendit vehiculum atque civitate egreditur. *Viæ se dat S. Præsul,* *s* *t*

27 Cumque aliquantum progressus in via esset, videt quemdam vinitorem fodientem et vites diligenter excolentem. Viro nomen erat Trophimion, quem nominatim compellans : Age, inquit, frater, mecum iter institue Romam. Ut audivit ille, relictis ligone et rastro *u*, sumptaque veste, quam propter operis laborem humi deposuerat, sanctum secutus est Episcopum. Simul itaque faciebant iter. Sed nunc vos quam maxime attentos volo : audietis enim rem miram æque et lepidam *v*. Quoties Trophimion ad communem usum, jubente Abercio, utris operculum solvebat, solus citra mixturam effluebat liquor, quo tunc opus erat : puta vinum vel acetum aut oleum, cæteris introrsum remanentibus; quoties vero ille, re quapiam indigens, præter sancti Viri mandatum, removebat operculum, *et vinitorem quemdam assumit itineris socium;* *u* *v*

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

A lum, mirabiliter effluebant illa, quæ Trophimion nolebat; acetum nempe vel oleum, si siti forte laborans, vellet bibere; sin his opus haberet, fluebat vinum purum. Sic qui sua sponte fraudulentus, vel invitus fuit fidelis; cum nihil eorum quæ vellet obtineret. Experientia egregie doctus, recte et sincere se habere, nec quidquam facere præter voluntatem illius, qui utrem commodarat. Talia Abercius a Deo consecutus erat dona. Cum ergo totum facile emensi essent iter, Attaliam veniunt,

x Pamphiliæ *x* civitatem, ubi, conscensa navi, quæ Romam proficiscebatur, in constitutum sibi appellunt locum, jam propinquante dierum, de quibus convenerat, termino.

Romam ingressus

28 Magisteriani tertia post luce et ipsi adveniunt: longam enim traxerat eorum navigatio moram propter auræ iniquitatem. Cæterum tarditatem hanc ægerrime ferebant; quod putarent, ni Abercium ex condicto invenirent, vel sibi ipsis mortem violentam consciscendam, vel ab imperatore dandam, si vacuis, ut dicitur, manibus coram illo venissent. Hæc apud se animo agitantes, cum jam e navi descendissent et scrutarentur diversoria littusque obirent, sanctum inveniunt Virum, qui

B protensa dextera, dataque salute, placide aspexit viros et leniter pactum in mensem iis revocavit. Cum vero lubentes, præter quod sperassent, eum viderent, protinus venerabundi osculabantur et amplexabantur eum, aliaque edebant signa, quibus summa animi lætitia demonstratur. Deinde assumentes eum, Romam ingressi deducunt ad Cornelianum præfectum.

Faustinam augustam convenit;

y

29 Hic, quoniam imperator Antoninus expeditionem suscepisset contra barbaros *y*, qui, transmisso Rheno, Romanorum agros populabantur, illum ad Faustinam augustam deducit; quem illa cum conspexisset specie adeo veneranda et gravi, atque præ se ferentem summam quamdam moderationem et tranquillitatem, impletur pudore, eumque perhonorifice salutat. Et, inquit, quod sis Dei optimi atque omnipotentis servus, manifestum est, tum ex iis, quæ tum alii jam pridem, tum quæ nunc magistriani ab itinere reduces (nam et ex his quoque jam de illo acceperat Faustina) mihi renunciarunt. Rogo igitur, ut nihil differas bene de imperatoribus mereri, salvando et curando miseram nostram filiolam. Gratos nos exhibebimus, magnis te cumulando honoribus et donis. Hæc illa multo

C proferebat cum affectu: stringebat namque eam naturæ necessitas, impellebatque ut ejus postularet opem, quem, ut cum propheta David dicam, odio habebant gratis nec sustinebant adorare verum Deum. Grata utique nobis, inquit, est tua voluntas; ast honoribus, qui apud vos sunt, nullatenus nos delectamur, ut qui vanam eorum speciem jam pridem respuerimus. Nec etiam gratias a Deo nobis datas aliis non communicamus mercenariorum more; sed quæ gratis accepimus, jubemur et gratis dare.

dæmonem a Lucillæ corpore exire jubet,

30 Verumtamen ubi, inquit Abercius, est filia tua? Tum Faustina quam celerrime properat ad thalamum, arreptamque puellam cum omni quo potest ardore et studio, pertrahit ad sanctum Episcopum. Verum qui puellam inhabitabat sceleratissimus dæmon, cum cognovisset se ad eum adduci, a quo sciebat se pridem jam superatum, discerpens eam projiciebat in terram, ita ut paveret, turbaretur, tremeret, calligaret. Deinde per eam has quoque dabat voces: Ecce, Aberci, Romam ego te adduxi, sicut promiseram. Cui ille: Sic est; ast nequaquam idcirco gaudebis. Dixit, puellamque jubet foras ducere. Fertur itaque illa in

ἠβούλετο, θαυμαστῶς ἐξῄει· ὄξος μὲν καὶ ἔλαιον, εἰ δίψῃ τυχὸν ληφθεὶς πειρῶτο πιεῖν· εἰδὲ καὶ ἔρπαλιν αὐτῶν δεηθείη, οἶνος ἀκραιφνὴς τοῦ ἀσκοῦ ἀπέρρει· οὕτως ὁ ἑκοντὶ δολερὸς, ἄκων ὑπῆρχε πιστός· οὐδενὸς ὧν ἠβούλετο, κατὰ χρείαν ἁπτόμενος· σαφῶς αὐτὸν τοῦ πράγματος ἐκδιδάσκοντος ὀρθῶς ἔχειν καὶ ἀκεραίως, καὶ μηδὲν παρὰ τὴν τοῦ χρησαμένου γνώμην ποιεῖν. Τοιούτων Ἀβέρκιος τῶν παρὰ Θεοῦ θείων ἀπέλαυε χαρισμάτων. Πᾶσαν οὖν εὐμαρῶς ἀνύσαντες τὴν ὁδὸν, ἐν Ἀτταλείᾳ τῆς Παμφυλίας κατάγονται, ἐν ᾗ πλοίου τινὸς τῶν ἐπὶ Ῥώμην ἀναγομένων ἐπιβάντες, εἰς τὸν ὡρισμένον καταίρουσι τόπον· πέρας ἄρτι καὶ τοῦ τῶν ἡμερῶν λαβόντος συνθήματος.

28 Τῶν οὖν μαγιστριανῶν τρισὶν ὕστερον ἡμέραις καὶ αὐτῶν καταβέντων· πολὺν γὰρ αὐτοῖς ἐτρίβη χρόνον ὁ πλοῦς διὰ τὸ τῆς ὥρας χειμέριον· καὶ πολλὰ σφίσιν αὐτοῖς μεμφομένων τῆς ἐραστῆτος οὕτω τε οἰομένων ὡς, εἰ μὴ τῷ ἁγίῳ κατὰ τὰς συνθήκας ἐντύχοιεν, ἢ ἑαυτοὺς ὠμῶς διαχρήσασθαι, ἢ τῷ αὐτοκράτορι κενεῖς ὃ δὴ λέγεται χερσὶν ἐμφανισθεῖεν ὑπ' ἐκείνου ἀναιρεθῆναι. Ταῦτα τούτων καθ' ἑαυτοὺς διασκοπουμένων, ἐπειδὴ ἀπέβησάν τε τῆς νηὸς ἤδη καὶ τὰς καταγωγὰς ἀνηρεύνων, καὶ τὴν ἀκτὴν περιήεσαν, ἐντυγχάνουσι τῷ ἁγίῳ· ὁ μὲν οὖν τὴν δεξιὰν προτείνας, καὶ αὐτοὺς E ἀσπασάμενος, προσφιλές τε εὖδὲ τοὺς ἄνδρας, καὶ πρᾴως τοῦ συνθήματος ὑπεμίμνησκεν· οἱ δὲ ἅσμενοι τοῦτον ὡς οὐκ ἂν ἤλπισαν ἰδόντες, προσεκύνουν εὐθέως, περιεπτύσσοντο, περιέβαλλον, πάντα τ' ἄλλα ἐποίουν, ὅσα ψυχῆς ὑπὸ περιχαρείας κεκινημένης ἐστὶ σύμβολα. Εἶτα παραλαβόντες, εἰσίασί τε τὴν Ῥώμην, καὶ ὡς τὸν ὕπαρχον ἄγουσι Κορνηλιανόν.

29 Ὁ δὲ ἐπειδὴ τὸν αὐτοκράτορα Ἀντωνῖνον ἡ κατὰ τῶν Ἑσπερίων εἶχεν ἐκστρατιά, τὸν Ῥῆνον τε διαβάντων, καὶ τὴν Ῥωμαίων λεηλατούντων· τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν αὐγούσταν ἄγει Φαυστίναν· ὃν ἐκείνη θεασαμένη γεραρὸν οὕτω καὶ σεμνὸν, καὶ τὸ εὔκοσμον οἷον καὶ γαληνὸν ὑποφαίνοντα, αἰδοῦς ὑπόπλεως γίνεται, καὶ σὺν πολλῇ αὐτὸν ἀσπάζεται τῷ σεμνοπρεπείᾳ· καὶ ὅτι μὲν ἀγαθοῦ καὶ πάντα δυναμένου, λέγει, Θεοῦ δοῦλος εἶ, δῆλον ἐξ ὧν ἄλλοι τε πολλοὶ πρότερον, καὶ νῦν ἀπήγγειλαν ἐπανελθόντες οἱ μαγιστριανοί· καὶ γὰρ ἤδη καὶ παρ' αὐτῶν ἡ Φαυστῖνα τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα ἐμεμαθήκει· δέεσθαι οὖν μηδὲν ἀναβάλεσθαι, καὶ βασιλέως εὐεργέτης ὀφθῆναι, καὶ τὸ ταπεινὸν ἡμῶν σῶσαι καὶ θεραπεῦσαι θυγάτριον· οὕτω γάρ σοι μεγάλαι τιμαὶ παρ' ἡμῶν καὶ δωρεαὶ τὴν χάριν ἀμείψονται. Ταῦτα μετὰ πολλῆς ὑπηγόρευε τῆς περιπαθείας· ἐκάμπτον γὰρ αὐτὴν αἱ τῆς φύσεως ἀνάγκαι, καὶ ἐκλὺν ἐποίουν F ἐκεῖνον ἐπιζητεῖν, ὃν κατὰ τὸν θεῖον φάναι Δαβὶδ δωρεὰν ἐμίσουν, καὶ ὡς ἀληθῆ προσκυνεῖν οὐκ ἠνείχοντο. Ὁ δὲ· ἀπόδεκτα μὲν τὰ τῆς προαιρέσεως, ἔφη, τῆς σῆς· πλὴν οὐδενὶ τούτων ἡμεῖς τῶν παρ' ὑμῖν τιμίων ἡδόμεθα, πάλαι τὴν κενὴν ταύτην διαπτύσαντες φαντασίαν. Ἄλλως τε δὲ, οὐδὲ ἐμμίσθους τὰς παρὰ θεοῦ δοθείσας ἡμῖν παρέχομεν χάριτας, δωρεὰν λαβόντες, καὶ δωρεὰν διδόναι κεκελευσμένοι.

30 Ἀλλὰ ποῦ σοι, φησὶν, ἡ θυγάτηρ; καὶ ἡ Φαυστῖνα ὡς εἶχε τάχους, εὐθὺς εἰς τὸν θάλαμόν τε εἰστρέχει, καὶ τῆς παιδὸς αὐτὴ λαβομένη, ἐφέλκεται πρὸς τὸν ἅγιον, μεθ' ὅσης ἂν τῆς θερμότητος εἴποις καὶ τῆς σπουδῆς. Ὁ μέν τοι ἐνοικῶν τῇ παιδὶ πονηρότατος δαίμων, ἐπεὶ πρὸς αὐτὸν ἀπαγόμενος ἔγνω, οὗ καὶ πρότερον ἐγίνωσκεν ἡττηθείς, ἐσπάραττε τὴν παῖδα, κατέβαλλε· δεδοικέναι, ταράττεσθαι, τρέμειν, ἰλιγγιᾶν ἐποίει. Εἶτα καὶ φωνὴν ἐκ ταύτης ἠφίει· ἰδοὺ Ἀβέρκιε λέγουσαν, καὶ εἰς Ῥώμην σε ἤγαγον ὥσπερ ἄρα ἐπηγγειλάμην. Ὁ δὲ· ναί, φησιν, ἀλλ' οὐ χαιρήσεις τούτου γε ἕνεκεν. Οὕτως ἔφη, καὶ τὴν κόρην εἰς ὕπαιθρον ἀχθῆναι κελεύει. Ἦχθη οὖν ἀνὰ τὸν ἱππόδρομον ἡ παῖς.

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

παῖς, ὑπασπιστῶν τε βασιλικῶν πρότερον καὶ φρουρῶν τὸν τόπον διαλαβόντων. Ἐν τούτῳ δὲ τοῦ ἀναιδοῦς ἐκείνου καὶ μιαροῦ δαίμονος, σπαράττοντός τε καὶ καταβάλλοντος τὴν κόρην, καὶ οὐδὲν ἄλλο βοῶντος ὅτι μὴ τὰ ὀφρῦν καὶ κόμπον δηλοῦντα μόνον, ἐφ' ᾧ τὸν ἅγιον τοσαύτην θάλασσάν τε καὶ γῆν δι' αὐτὸν ἀγάγοι. Τὸ ὄμμα εἰς οὐρανοὺς ἐπάρας Ἀβέρκιος καὶ προσευξάμενος τῷ θεῷ, ὁριμύ τε τῇ κόρῃ ἐμβλέπει· καὶ ἔξελθέ φησι ταύτης, πονηρὲ δαῖμον· ἐπιτάσσει σοι Χριστὸς ὁ ἐμός· μηδὲν αὐτὴν λυμηνάμενος. Ὁ δὲ εὐθὺς τὸ λεόντειον ἐκεῖνο θράσος εἰς δειλίαν ἀλώπεκος μεταβεβληκώς· ὁρκίζω σε κἀγώ, ἔφη, κατὰ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ, μὴ εἰς ἐρημίαν με, μὴ εἰς ἕτερον ἀποπέμψαι τόπον, ἀλλ' ἔνθα δὴ καὶ πρότερον ᾤκουν.

31 Καὶ τὸν ἅγιον· ἀπελεύσῃ μὲν οὐκ εἰς ἐρημίαν, ἀλλ' εἰς τὸν τόπον τὸν πατρικόν· ἀνθ' ὅτου δὲ με καὶ τὴν Ῥώμην ἰδεῖν ἐποίησας, ἐπιτάττω σοι καὶ αὐτὸς πάλιν ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, τὸν βωμὸν τοῦτον ἆραι· δείξας αὐτῷ τῇ χειρὶ βωμὸν λίθινον· μέχρι τε Ἱεραπόλεως τῆς ἐμῆς ἐνεγκεῖν, καὶ παρὰ τῇ νοτίῳ φέροντι παραστῆσαι πύλῃ. Ἤκουσεν ὁ δαίμων, καὶ εὐθὺς οἷα δοῦλος φοβερῷ δεσπότῃ πάντα ὑπείκειν πεπαιδευμένος, ἀπαλλάττεται μὲν τῆς κόρης, μηδοτιοῦν αὐτὴν δράσας
B κακόν· εἶτα μυρίων ὁρώντων ὀμμάτων (ὦ τίς μὴ θαυμάσει σου πάντα Χριστὲ βασιλεῦ;) ὑπέρχεται τὸν βωμὸν καὶ ἀναιρεῖται, βαρὺ στενάξας, καὶ δίεισι διὰ τοῦ ἱπποδρόμου· καινὸν δὴ τοῦτο θέαμα Ῥωμαίοις· καὶ τῷ ὡρισμένῳ φέρων ἐναποτίθησι τόπῳ κατὰ τὴν Ἱεράπολιν. Ἡ δὲ κόρη τοῦ ἐνοχλοῦντος ἀπαλλαγεῖσα δαίμονος, ἄφωνος ἐπὶ πολὺν χρόνον τῶν ποδῶν εἴχετο τοῦ ἁγίου· ὃ καὶ μάλιστα τὴν μητέρα καὶ τοὺς παρόντας ἐθορύβει, δεδοικότας μὴ καὶ τὴν ψυχὴν ὁ δαίμων ἀφείλετο τῆς παιδός.

32 Τὴν μέν τοι Φαυστίναν μὴ δυνηθῆναι σιωπῇ τοῦτο διενεγκεῖν, ἀλλὰ μεστὴν ἀγωνίας ἔχουσαν τὴν καρδίαν, πρὸς τὸν ἅγιον φάναι· ἦπου μετὰ τοῦ δαίμονος ἀπήλλαξας τὴν παῖδα καὶ τῆς ζωῆς. Ὁ δὲ οὕτως αὐτὴν διακειμένην ἰδὼν, καὶ οἰκτείρας, τὴν χεῖρα τῇ παιδὶ προτείνας, ὥσπερ ὑπὸ βαθεῖ ὕπνῳ κατειλημμένην, νήφουσαν ἐγείρει καὶ σωφρονοῦσαν. Καὶ πρὸς τὴν Φαυστίναν ἐπιστραφείς· ἰδού, φησι, παρέστηκέ σοι ἡ παῖς, οὔτε τῆς ζωῆς στερηθεῖσα, καὶ τῆς τοῦ δαίμονος ἐπηρείας ἀπαλλαγεῖσα. Ὡς οὖν οὕτω τὴν παῖδα ἡ μήτηρ εἶδε, περιβαλοῦσα ταύτην, καὶ δάκρυα χαρᾶς αὐτῇ καταχέασα, παρειάν τε παρειᾷ ἐπετίθει, καὶ στόματι στόμα, χερσί τε ἐνέβαλλε χεῖρας· καὶ ὥσπερ ἔνδον λαβεῖν, καὶ γυμνῇ αὐτῇ συγγενέσθαι τῇ ψυχῇ
C γλιχομένη, οὐκ εἶχεν ὅτι καὶ γένοιτο. Ἐπειδὴ δὲ ἱκανῶς αὐτῇ ἤδη τὰ πρὸς τὴν παῖδα εἶχεν, ἠξίου τὸν θεῖον Ἀβέρκιον θερμότατα λίαν ἡ βασιλὶς, μὴ παραιτήσασθαι παρ' ἐκείνης λαβεῖν ἀμοιβὴν, ἥτινι μεγάλης οὕτως αὐτὸς καὶ ἀναγκαίας ὑπῆρξε χάριτος.

33 Ὁ δὲ χρημάτων μὲν οὐδὲ μνήμην ἀτεχνῶς ἠνέσχετο, εἰρηκὼς ὅτι τί δεήσοι χρημάτων, ᾧπερ ἄρτος καὶ ὕδωρ πολυτελὴς ἄριστος· οἰκοδομηθῆναι δὲ βαλανεῖον αἰτεῖ, ἐπὶ τῷ παρὰ ποταμὸν Ἀγρῷ, ἔνθα κλίνας αὐτὸς τὰ γόνατα ἤυξατο, καὶ ἡ γῆ πηγὰς ὑδάτων ἀνῆκε θερμῶν· σιτηρέσιόν τε τοῖς ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ πτωχοῖς, εἰς τρισχιλίους μοδίους ἀποταγῆναι. Τούτων ἡ βασιλὶς ἅμα τε ἤκουσε, καὶ ἀσμένως ἁρπάζει τὸ αἰτηθὲν, Κορνηλιανόν τε τὸν ἔπαρχον ὡς τάχος μεταλεῖται, καὶ σπουδὴν πᾶσαν εἰσενεγκεῖν πρὸς τὰ αἰτηθέντα κελεύει, ὥστε μὴ ἀμβλῦναι τὴν χάριν τῶν ταχέως ὑποσχεθέντων, βραδυτῆτι διακονίας. Οὕτω φύσει καὶ πάθει ψυχῆς οἱ ἄνθρωποι, τοῖς ὀκνοῦσι τὰς ὠρεὰς μᾶλλον, ἢ τοῖς πρὸς τὸ λαβεῖν ἑτοίμοις ἡδόμεθα χαριζόμενοι· τοὺς μὲν διὰ τὸ ἧττους ὁράσθαι τῶν διδομένων περιφρονοῦντες, τῶν δὲ τὸ ὑψηλὸν ἀσπαζόμενοι. Ὁ ἔπαρχος μέντοι μελλήσας οὐδὲν, τὸν ἀρχιτέκτονα πρὸς τὸν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἄρχοντα Φρυγίας

hippodromum z, cum imperatoris satellites et custodes locum prius occupassent. Interim impudens ac sceleratus dæmon discerpere ac prostrare puellam non cessabat, nec aliud clamabat quidquam, nisi quo gloriari se significabat, quasi ipse sanctum Virum, per tantum terræ et maris spatium, eo adduxisset. At vero Abercius, sublatis in cœlum oculis fusaque ad Deum prece, puellam acriter intuetur, et : Ab ea, inquit, egredere, maligne spiritus, nihil illam lædens : ita jubet tibi Christus meus. Is itaque leonina subito audacia in vulpis mutata timiditatem : Et ego te, inquit, adjuro per ipsum hunc Christum tuum, ne me dimittas in solitudinem neve ullum alium in locum, præter eum in quo prius habitabam. D z

31 Et sanctus Abercius : Ibis, inquit, non in solitudinem, sed in patriam. Quia me Romam venire coëgisti, propterea jubeo rursus in nomine Jesu, ut tollas aram istam (digito ei demonstrans aram lapideam), ferasque Hierapolim usque, et statuas juxta australem portam. Audiit vocem dæmon, ac subito, veluti servus, qui terribili Domino didicit in omnibus subesse, recedit a puella, nihil ei prorsus mali faciens; deinde, innumeris rem conspicentibus oculis (O quis universa tua, rex E Christe, non miretur opera?) aram subit, et, graviter ingemiscens, tollit, transiensque per medium hippodromum (novum profecto Romanis spectaculum) deponit illam Hierapoli in loco designato *aa*. Puella, a dæmone, quo vexabatur, liberata, obmutescens longo tempore sancti Viri pedes tenuit; ut mater cæterique adstantes maximopere turbarentur, veriti ne puellæ animam dæmon eripuisset. *et aram deferre Hierapolim;* *aa*

32 Quod Faustina silentio sufferre non valens, sed corde tristitia angoribusque pleno, sanctum compellit Episcopum: Certe exclamans, una cum dæmone vitam quoque filiæ ademisti. Quam cum ita prostratam videret, misericordia motus, puellæ manum præbens, veluti profundo somno oppressam evigilat sanam, mentisque plane compotem. Tum ad Faustinam conversus: Ecce, inquit, adstat tibi filia tua; nec vita est privata, sed a dæmonis liberata possessione *bb*. Quam ut ita mater conspexit, complexa eam illico est, et lætitiæ lacrymis eam perfundens, genam imposuit genæ, ori os, manusque conseruit manibus; cupiens eam veluti introrsum sibi habere, animumque animo conjungere, quid ageret nesciebat *cc*. Cum itaque filiam suam bene se habere videret, divum Abercium ardentissime precata imperatrix est, ne recusaret vicissim ab ea accipere remunerationem, cum tantam ipse tamque desideratam ei contulisset gratiam. *puellam vero matri sanam restituit.* *bb* F *cc*

33 Qui pecuniæ ne mentionem quidem fieri passus : quid mihi, inquit, illa opus, cui panis et aqua lautum efficiunt convivium. Petit tamen, ut in Agro juxta fluvium extruatur balneum, ubi ipse genua flectens oraverat, et fontes eruperant calidarum aquarum; atque præterea darentur suæ civitatis pauperibus modii ter mille frumenti. Hæc ut audivit imperatrix, lubens annuit petitis; protinusque accersit Cornelianum præfectum, quem jubet omni cum studio postulata adimplere, ne tarditas in exequendis promissis, eorum offuscet meritum. Ita enim sunt homines natura et ingenio comparati : libentius tardioribus gratificamur quam promptioribus ad dona accipienda : hos quidem despicimus, velut ipsis donis viliores, dum illorum animi diligimus magnitudinem. Præfectus itaque nihil cunctatus, mittit architectum ad eum, qui tum Phrygiæ præerat, a quo tantum acciperet pecuniæ quantum *Faustinæ erga* Abercium *gratitudo.*

A quantum ad balnea extruenda opus erat, et simul modios frumenti ter mille distribueret pauperibus Heracleensibus. Porro, balneo facto, cœpit locus ille, jam non ut antea Ager juxta fluvium, sed *dd* Ager calidarum appellari *dd*. Distributio autem frumenti perduravit usque ad ætatem impii Juliani; qui, sicut et alia bona, hoc quoque Chris- *ee* tianis invidens, suppeditationem inhibuit *ee*.

ἐκπέμπει, ἐφ' ᾧ χρήματα λαβεῖν παρ' αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ βαλανείου οἰκοδομήν, ὅσον δέοιτο· καὶ μοδίους τοῖς ἐν τῇ Ἱεραπόλει πένησι τρισχιλίους ἀπονέμει. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ βαλανεῖον οἰκοδομούμενον τέλος εἶχεν, οὐκ ἔτι τὸ ἀπ' ἐκείνου παρὰ ποταμὸν Ἀγρὸς, ἀλλ' Ἀγρὸς θερμῶν τῷ τόπῳ τὸ ὄνομα· καὶ το σιτηρέσιον δὲ διέμεινε χορηγούμενον, ἕως τῶν Ἰουλιανοὺ χρόνων τοῦ δυσσεβοῦς. Ἐκεῖνος δὲ καθάπερ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν πάντων, οὕτω δὴ καὶ τούτου φθονήσας Χριστιανοῖς τὴν χορηγίαν εὐθὺς ἴστησιν.

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

ANNOTATA.

a *Desponsationis hujus meminerunt auctores etiam profani tam græci quam latini : Dio Cassius, Herodianus, Julius Capitolinus etc. Hic, qui res Marci et Veri plenius perscripsit, ita habet* (1) : *Marcus* quasi pater Lucii Commodi esset, Verum eum appellavit addito Antonini nomine, filiamque suam Lucillam fratri (*i. e. Vero*) despondit. *Conf. Comm. præv. num.* 7.

b *Erat Faustina Antonini Pii imperatoris filia, uxor M. Aurelii Antonini, mater Lucillæ. Mulier, ait Halloixius* (2),fuit virilis ac martialis animi, et in castris viro comes. *Hinc* Mater Castrorum *appellata.* Divam, *inquit Capitolinus* (3), etiam Faustinam a senatu appellatam gratulatus est (*Marcus Aurelius*) quam secum et in æstivis habuerat, ut Matrem Castrorum appellaret. *Ignoro quem ob finem Halloixius hæc, plus minus ad laudem, notáverit de Faustina; forte ideo, ut verisimiliora faceret quæ de illa in Actis* S. Abercii *narrantur. Ast, utut pessima mulier, non repugnat eam pro salute filiæ laborantis nihil non suscepisse, ac etiam ad S. Episcopum recurrisse, eique pro obtenta Lucillæ liberatione gratam se exhi-* B *buisse. Atris sane et tamen veris coloribus Faustinam depingit Eckhel ex Capitolino, Dione, Victore :* E Femina, *inquit* (4), fuit si qua umquam, ultimæ infamiæ ac libidinis, indigna patre et marito... Usam promiscue gladiatoribus, nautis, et si qui sunt his viliores, historia prodit; et fuit ea ætate rumor constans, ipsum Commodum ex Gladiatore conceptum. Credebatur etiam L. Vero causa mortis subitæ exstitisse, et particeps quoque consiliorum Avidii Cassii adversus maritum conspirantis. Vulgata hæc uxoris dedecora tam parum movere maritum, ut etiam iis, qui auctores fuere ut saltem repudiaret si occidere eam nollet, responderet : *Si uxorem dimittimus, reddamus et dotem,* imperium scilicet. Ferri quodammodo poterat ea indulgentia utcumque atrox et inconsulta, nisi eam mortuam flevisset etiam et omni infamia contaminatam concilio deorum intulisset.

c *In Actis* Βουλγέσσος. *Ast alibi usitatius græce legitur* Βολόγεσος, *ut Aristidi, aut* Βολόγαισας, *ut apud Photium in Jamblicho, aut denique* Οὐολόγαισος Vologœsus, *ut Dioni in Marco. A latinis communius scribitur Vologesus sine diphthongo. Vide Halloix* (5). *Porro* Volagases III Parthiæ rex, moto, ut videtur, Armeniæ causa bello, victisque primum, qui obstitere, Syriam ipsam invadit, terrorem ubique circumfert. Ad eum reprimendum L. Verus in Syriam proficiscitur *etc.* (6). *Conf. Comm. præv. num.* 7.

d *Ex his verbis clare indicatur, imperatores, ante Veri ab bellum Parthicum profectionem, convenisse inter se, ut Ephesi nuptiæ celebrarentur. At de ejusmodi pacto silet omnino Capitolinus. Quod si illæ Ephesi factæ sint, potius casu id quam ex condicto contigisse ex laudati scriptoris textu apparet. Ecce verba Capitolini. Et primum in* Vero (7) : Ad Euphratem tamen impulsu comitum suorum secundo profectus est (*Verus*); Ephesum etiam rediit, ut Lucillam uxorem missam a patre Marco susciperet, et idcirco maxime, ne Marcus cum eo in Syriam veniret, ac flagitia ejus (*Veri*) agnosceret. Nam senatui Marcus dixerat, se filiam in Syriam deducturum. *Et in Marco* (8) : Medio belli (*Parthici*) tempore... filiam suam nupturam, commissam sororis suæ curæ, eamdem locupletatam Brundusium usque deduxit, et ad eum (*Verum*) misit. Romam vero statim rediit, revocatus eorum sermonibus, qui dice- bant, Marcum velle finiti belli gloriam sibimet vindicare, atque idcirco in Syriam proficisci. Ad pro- C consulem scribit, ne quis filiæ suæ iter facienti occurreret. *Nec tamen his omnino demonstratur, falso* F *in Actis asseri, ante inchoatum bellum Parthicum convenisse inter imperatores de celebrandis Ephesi nuptiis : nihil enim impedit, quominus decursu unius et alterius anni sententiam mutarint. Roma enim Brundisium profectus tantum Marcus est* medio *belli Parthici* tempore, *quod annos tres quatuorve duravit. Attamen, ut de præfato pacto rite constaret, graviori quam Metaphrastæ opus esset testimonio. Cæterum hæc ex Capitolino efficiuntur : primum Lucillam Vero fuisse desponsatam, antequam is in Orientem proficisceretur, supra lit.* a; *deinde post unum alterumve annum nuptias tantum celebratas; denique id Ephesi locum habuisse. Quæ tria præcipuas narrationis partes utique constituunt; reliqua accessoria aliquatenus dici possent. Porro in his tribus concordant Acta. Videsis Comm. præv. num.* 7 *et* 8.

e Artemidis *id est Dianæ.* ΑΡΤΕΜΙC. ΕΦΕCΙΩΝ. *vel* ΕΦΕCΙΑ *frequenter occurrit in numis imperatorum,* quamvis certum non sit, numos omnes sic inscriptos Ephesi signatos : nam Dianæ Ephesiæ cultus late patuit. Sane copiosos aliarum urbium numos habemus, qui typum habent Dianam Ephesiam. Fecit hoc ejus deæ celebritas (9); *cujus ex Pausania, hæc tria famam auxerunt : magnitudo templi, quod omnium hominum opera alia superat; Ephesiorum urbis florens status, et præsens in ea Dianæ numen* (10).

f *Hæc non concordant cum Capitolino.*

g *Probabilem hanc causam moræ seu dilationis facit, quod scribit Capitolinus in Marco* (11) : Dum Parthicum bellum geritur, natum est Marcomannicum, quod diu eorum qui aderant arte suspensum est, ut finito jam Orientali bello Marcomannicum agi posset. *Vide Comm. præv. num.* 7.

h *Græce* εἰς τὴν ἐν Δάφνῃ Ἀντιοχείαν, Antiochiam quæ est ad Daphnen. *Quod ita expressum videtur,*

(1) Historiæ Augustæ Scriptores VI, accurante Schrevelio, pag. 166. Lugduni Batav. 1661. — (2) Tom. II, pag. 109. — (3) Hist. Augustæ, ubi supra, pag. 211. — (4) Doctrina Numorum, tom. VII, pag. 76. — (5) Tom. II, pag. 111. — (6) Eckhel, ubi supra, pag. 49. Item Tillemont, Histoire des Empereurs, tom. II, pag. 146. — (7) Historiæ August. pag. 252. — (8) Ibid. pag. 171 et 172. — (9) Eckhel, Doctrina Numor. tom. II, pag. 514. — (10) Historiæ Aug. pag. 180. — (11) Ex recognitione Erasmi pag. 166. Coloniæ 1527.

AUCTORE B. B.

vel ad distinctionem ab aliis urbibus : recenset enim Stephanus Byzantinus urbes duodecim ejusdem nominis; vel ad suggillationem Lucii Veri, qui, ducibus suis contra Parthos missis, hærebat ipse apud Daphnen, locum juxta Antiochiam deliciis abundantem (1). Quod in Italia Baiæ, ad Alexandriam Canopus, id erat in Syria suburbium Antiochiæ Daphne : locus ita infamis voluptatibus, ut modestioribus ac frugi prope inaccessum scribat Chrysostomus. Et natum ex eo proverbium, *Daphnicis moribus agere;* quod de luxuria diffluentibus usurpabant... Duo fuere imprimis, quæ in admirationem et amorem Daphnes raperent : arborum umbriferarum et optimarum aquarum copia. Præcipuæ arborum lauri et cupressi erant, quas multis constitutionibus cædere imperatores vetuerunt. *Ita Casaubonus in notis ad Capitolinum* (2), *ubi Acta nostra* S. Abercii *laudat.*

i Augures *significat vox græca* οἰωνοσκόπους; *Lipomanus et Surius* Aruspices *vertunt, sensum litteræ præferentes. Est autem Augur* (οἰωνοσκόπος *avium inspector*) qui vel ex garritu oscinum, vel ex volatu præpetum, vel ex pullorum pastu et tripudio futura conjectant (3). *Aruspex differt ab augure quod hic aves,* ille aram, victimas et exta diligentius inspiceret (4). *Præ cæteris celebrantur Hetruriæ aruspices :* Ob prodigia, *ait Cicero* (5), cum aruspices tota ex Hetruria convenissent. *In libris de Divinatione haud obscure innuit idem Tullius, Romanos in augurandi disciplina eminuisse* (6). *Cum igitur in Actis de divinatoribus agatur* ex Hetruria accersitis, *non improbanda est Lipomani et Surii versio, qui eos* Aruspices *dicunt. Cæterum, teste Donato in Terentium :* Haruspex ab Haruga derivatur, quæ est hostia, ab ara, in qua concluditur et servatur (7).

k *Is est Cornelianus, qui præfectus fuerat Syriæ ab Antonino Pio. Quem Cornelianum Vologesus Parthorum rex fugavit, et ita belli contra se gerendi causam M. Aurelio et L. Vero dedit* (8). Fuit, *ait Capitolinus in Marco* (9), eo tempore etiam Parthicum bellum, quod Vologesus paratum sub Pio, Marci et Veri tempore indixit, fugato Attidio Corneliano, qui Syriam tunc administrabat.

l Magistrianis. Μαγιστεριανός, Μαγιστριανός *juxta glossam latino-græcam est* agens in rebus. *Suicerus :* Erant, *ait,* Magistriani vel Magisteriani, quibus cum alia, tum etiam evectiones publici currus commissæ
B erant. Hic magistratus institutus primum a Constantino, *(id quidem perperam, ut ex dicendis efficietur)* E
quem Acta Abercii *Magisterianum,* Metaphrastes vero in vita Porphyrii episcopi *Magistrianum* appellat (10). *Suicerus ignorasse vel non existimasse videtur, Metaphrasten Acta quoque* S. Abercii *scripsisse. Vid. Comm. præv. num.* 1. *Ducangius generatim hæc habet* (11) : Magisteriani, officiales, magistri officiorum. *Sed alio loco distinctius :* Agentes in rebus, qui principis jussis obtemperabant, eorum mandata in provincias perferebant; Magistriani etiam appellati, quod sub Magistro officiorum militarent *id est servirent* (12). *Porro* Magister officiorum *erat* dignitas magna in palatio imperatorum, qui præerat palatinis et principis ministris, scholis in palatio militantibus *etc.* (13) : *Et in Paratitlo ad codicis Theodosiani lib.* VI *titulum* XXVI : de agentibus in rebus, *legitur :* Erat autem horum agentium in rebus schola quædam... seu certa matricula, consortium, collegium certo et statuto numero, idque sub dispositione Magistri officiorum, unde et Græcis Μαγιστριανοί (14). *Nonnulla Rosweidus etiam collegit de Magistrianis in suo* Onomastico rerum et verborum difficiliorum *ad Vitas Patrum, ubi hæc inter alia :* Codex Justin. *L.* 12 diverso titulo Agentes in rebus a Castrensianis distinguit. Castrensiani tamen etiam Magistro officiorum suberant (uti Magisteriani) ut habet titulus 26 (15). *Codicis quoque Theodosiani lib.* VI *titulus* XXXII *inscribitur :* de Castrensianis et Ministrianis, *ubi et amplus de hoc argumento Commentarius* (16). *Confer Caroli Fabroti Glossarium in Georgii Cedreni Compendium* (17). *Unde vero eruerit vel expiscatus sit Suicerus,* Magistrianos a Constantino primum institutos, *equidem ignoro. Certe apud auctores, quos hic citavi, nihil tale reperire est; imo labi Suicerum satis manifestum apparet.*

m Hanc epistolam, *ait Boissonadius* (18), ex aliis codicibus edidi Anecd. tom. IV, pag. 467, sed verbis longe dissimilem, quamvis similem sententiis. *Idem scilicet hic obtinet quod in universa* S. Abercii *Vita. Codices, quos vidi, omnes, duobus exceptis, Acta habent, prout a nobis eduntur. In illis epistola M. Aurelii, ubique eadem occurrit sententiis et stylo; in aliis duobus stylus non solum non concordat cum cæteris codicibus, sed et alter ab altero differt. Id quoque notatu dignum, epistolam, quando solitaria seu separatim ab Actis recitatur inter scripta M. Aurelii, ad amussim cum nostra concordare, ut videre est in*
C *Boissonadio tom. IV pag.* 467; *item in Lambecio* (19) *et Fabricio* (20), *in quantum ex* initio *concludere licet.* F
Cæterum de hac epistola vide comm. præv. num. 9. *Illam quoque Baronius ex Actis nostris decerptam, Annalibus inseruit* (21).

n *In codice* 1540 *ita habetur fol. rect.* 145 *paulo post medium :* Μάρκος Αὐρίλλιος Ἀντωνῖνος σεβαστός γερμανικός, σαρματικός Εὐξενιανῷ Ρουλλίνι χαίρειν. *Apud Boissonnadium.*

o Καὶ Κέλιος. *Surius latine vertit* Cæcilius; *ita etiam Halloix. Et recte quidem : jungendæ enim sunt voces, ita ut legatur* Καικέλιος. *Hinc in aliis codicibus habetur :* Κεκίλιος, Κικίλιος, Κεκίλλιος *etc.*

p Δυσί biduo. *Vox hæc omissa apud Surium :* Sed cum pervenissent Brundisium, navem *etc. Solebant Romani, dum ex Urbe peterent Græciam, recta tendere Brundisium, et inde conscendere.* Cum, *inquit Tullius* (22), Brundisium, iterque illud quod tritum in Græciam est, non sine causa vitavissem *etc. Brundisium, vulgo* Brindesi, *distat Roma passuum millibus trecentis. Hinc concludere licet qua celeritate iter magisteriani fecerint cum biduo illud emensi sint. Trecenta millia passuum æquivalent leucis nostris brabanticis octoginta, gallicis centum, ut proinde* 40 *vel* 50 *leucarum iter fecerint in die. Verum est eos* nulli pepercisse celeritati et diligentiæ; *nec certe uspiam substiterint. Præterea non opus est ut vox* δυσι *ita sumatur, ut nihil omnino addi biduo illi liceat. Cæterum in* Abercio *Boissonnadii brevius locus iste redditur, nec ulla bidui fit mentio :* Δεξάμενοι οὖν μαγιστριανοὶ τὰ τοῦ αὐτοκράτορος, γράμματα καὶ ἐκβάντες πλοίῳ κατὰ τὸ Βρεντήσιον κ. τ. λ.

(1) Halloix, tom. II, pag. 111. — (2) Historiæ Aug. pag. 170. — (3) Pitiscus, Lexicon Antiquitatum Romanarum. *Verbo :* Augures. — (4) Ibid. *Verbo :* Aruspex. — (5) Catil. III. — (6) Halloix, tom. II, pag. 112. — (7) Ibid. — (8) Ibid. pag. 114. — (9) Historiæ Aug. pag. 168 et 169. — (10) Thesaurus ecclesiasticus e patribus græcis. Voce Μαγιστεριανός. — (11) Glossarium. — (12) Ibid. Voce : *Agentes in rebus.* — (13) Ibid. Voce : *Magister Officiorum.* — (14) Codex Theod. Jacobi Gothofredi, tom. II, pag. 163. Lipsiæ 1737. — (15) Vitæ Patrum. Patrologia lat. Migniana, tom. LXXIII, col. 460. — (16) Codex Theodos. Gothofredi, tom. II. pag. 225, 226 etc. — (17) Corpus Hist. Byzant. tom. VIII, ab initio Venetiis 1729. — (18) Anecdota, tom. V, pag. 478. — (19) Tom. VIII, pag. 134. — (20) Bibl. græc. tom. V, pag. 507. — (21) Ad an. 163, num. 12. — (22) Philippica I.

q Die

A q Die decima quinta. *Surius habet :* cito veniunt Byzantium. AUCTORE B. B.

r Καὶ ταῦτα ἀπὸ τοῦ παρήκοντος veluti optima data occasione. *Surius.*

s *Locus iste non facile redditur latine. Surius ita habet ad verbum :* Cum eis esset pollicitus admirandus Abercius, post quadraginta dies, in Portu, qui dicitur, qui quidem est prope Romam, se esse invicem conventuros, et sic simul cum illis Romam esse ingressurum. *Recte vero notat Halloixius* (1), *agi hic de civitate Hetruriæ* Portus Romanus *appellata, sexdecim millibus passuum ab Urbe dissita atque ex adverso Ostiæ* (*latinis communiter* Ostia tiberina) *posita. Addit Halloixius :* Fuerunt ambæ magnæ quondam urbes; nunc satis habent quantulacumque magnitudinis suæ servare vestigia. *Hinc concludere licet, ex mente auctoris Magisterianos eadem, qua venerant, rediisse via, nempe Nicomedia et Byzantio tendentes in Peloponesum, et hinc navigantes versus Italiæ littora.*

t Græcorum Menæum, *ait Halloixius* (2), vini quidem et aceti expresse meminit, non item olei, sed tantum tertii cujusdam liquoris; *deinde subjicit textum Græcum :* Οἴνου γὰρ καὶ ἐλαίου μετὰ καὶ ἑτέρου : nam vinum et oleum et liquorem alium in idem conjecit vasculum, *ut vix oculis suis quis credat, ubi eodem loco Halloixium semel et iterum affirmantem videt in Menæis non fieri mentionem* olei. *Cæterum textus græcus Halloixii concordat cum nupera Menæorum Veneta editione anno* 1845. *In Menologio Basilii pro* vino *ponitur garum :* προσετάξε δὲ τῷ ὑπουργῷ αυτοῦ βαλεῖν εἰς ἀσκὸν ἕνα ὄξος καὶ γάρον καὶ ἐλαίον acetum, garum et oleum. *Est autem, juxta Plinium, garum,* liquoris exquisiti genus, ex intestinis piscium cæterisque, quæ abjicienda erant, sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. *Hoc olim conficiebatur ex pisce quem Græci* garon *vocabant* (3). *In tribus itaque his monumentis diversa habetur liquorum enumeratio. Cum autem et Menæa et Menologium illius facti meminerint, concludere licet illius famam apud Græcos satis celebrem fuisse.*

u Relictis ligone et rutro. *Ita Halloix, additque :* Rutrum a ruendo (4).

v Audietis enim miraculum voluptate commixtum. *Surius. Et notat Halloix* (5) : Novum est hoc et cui simile nondum reperi miraculum, ut e tribus in utre uno conclusis liquoribus nec confusis, ex
B arbitrio Viri sancti, is liquor solus et purus effluueret, quem vellet; sin ejus minister abuti vellet, con- E
trarium illi, quam vellet, eveniret. *Deinde multis probat hujusmodi miraculum* incredibile *non esse. Quod,* absolute et in genere *loquendo, probatione non indiget; aliud censendum ubi questio est de casu particulari : tunc adhibendæ critices regulæ, juxta quas, eo firmior requiritur probatio, quo res, de qua agitur, natura sua majorem suadet circumspectionem.*

x *Ita etiam Strabo et Ptolomæus. Stephanus Byzantinus Attaliam dicit, at perperam,* civitatem Lydiæ (6). *Hinc apparet* S. Abercium *longe majorem quam magisterianos viæ partem navigio emensum. Nec proinde mirandum, eum, licet tardius profectum, tamen ante illos in Italiam appulisse.*

y *Vide Comm. præv. num. 7 et 8 ubi diximus ex coævis historicis potius probari, M. Aurelium tunc in Germaniam non fuisse profectum. Halloixius, qui Acta nostra in omnibus et contra omnes tuenda suscipit, ita hunc locum commentatur* (7) : Occupatus igitur (*M. Aurelius*) fuit initio hujus tumultus (*Germanici*), sed paulo post eo ducibus suis commisso Romam rediit, et sanatam ab Abercio filiam Brundisium usque deduxit. *Qui hæc sustineri possint, viderit ipse.*

z *Non putem hic agi de hippodromo seu circo publico, sed de circo palatii. Fuisse autem olim atque etiamnum in imperatorum regumque palatiis hippodromos, res est quæ probatione non indiget. Certe Petrus de Natalibus in Actis S. Sebastiani ita habet de Diocletiano :* Tunc imperator jussit eum in hippodromum palatii duci *etc.* (8).

aa *Hujus quoque facti mentio fit in Menologio Basilii; item in Menæis, tum in Vitæ compendio, tum in Acrostichide. Posteriori hoc loco ita legitur :* Βωμὸς τῷ τάφῳ σου κείμενος, ὃν ἐκ τῆς Ῥωμαίων μετηνέγκατο πόλεως, τὸ πονηρὸν εξελαθὲν πνεῦμα, Ἀβέρκιε : Ara sepulchro tuo imposita, quam e maxima Romanorum urbe transtulit malignus expulsus spiritus, Aberci.

bb *Hujusmodi contingere posse et revera contigisse, fidem facit ipsa narratio evangelica. Impium itaque foret illa a priori rejicere. Nec tamen admittenda sunt nisi idoneo fulciantur testimonio, quale non continuo ex solis legendis habetur.*

C cc Postquam ergo mater sic vidit filiam, eam complexa, et præ gaudio fundens lacrymas, genam F
genæ imposuit, et os ori, et manibus manus conseruit, et veluti cupiens eam intrinsecus apprehendere, et cum nuda ipsa congredi anima, nesciebat quid ageret. *Ita vertitur apud Surium.*

dd *Vide Annotata ad cap.* II *lit.* l.

ee *De hac distributione ita scribit Baronius :* Porro quamlibet increbrescentibus compluribus persecutionibus in ecclesiam, numquam tamen cessasse constat ejusmodi frumenti annuam pensionem, usque ad tempora Juliani apostatæ, qui eam penitus sustulit, ut eadem quoque Acta (S. Abercii) testantur. *Vide locum in Annalibus* (9).

(1) Tom. II, pag. 118. — (2) Tom. II, pag. 119. — (3) Gesnerus. Thesaurus. — (4) Tom. II, pag. 119. — (5) Ibid. — (6) Halloix, tom. II. pag. 120. — (7) Ibid. — (8) Ibid. — (9) Ad an. 165, num. XIV.

CAPUT IV.

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

D

CAPUT IV.

S. Abercius, peragrata Syria, Hierapolim redit. Extremi ejus labores. Denique, parato sibi tumulo cum epitaphio, sanctissime moritur.

Ὁ θεῖος τοιγαροῦν Ἀβέρκιος, ἵν' ἐπ' αὐτὸν ἐπανίωμεν, Ῥωμαίοις χρόνον ἱκανὸν συγγενόμενος, καὶ τὸν ὑγιαίνοντα τῆς πίστεως λόγον χριστιανῶν παραδοὺς ἐκκλησίαις, ὄναρ ποτὲ τὸν Κύριον ἐπιστάντα ὁρᾷ· καὶ δεῖ σε Ἀβέρκιε, λέγοντα, καὶ τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ φροντίσαι μερῶν. Ἀνεθείς οὖν τοῦ ὕπνου, αἰτεῖ τὴν βασιλίδα μεθεῖναι αὐτόν· περιείχετο γὰρ τέως ἰσχυρότατα τοῦ ἀνδρός, δεδοικυῖα μὴ μετὰ τὴν ἐκείνου ἀποδημίαν ἀθείας τυχὸν τὸ δαιμόνιον, ἐμπηδήσῃ πάλιν τῇ θυγατρί· ὁ δὲ θαρρεῖν τούτου γε ἕνεκεν εἰρηκὼς, ἐδεῖτο καὶ αὖθις ναῦν αὐτῷ παρασκευασθῆναι, δι' ἧς ἐπὶ τὰ τῆς Συρίας πλεύσειε μέρη· μόλις οὖν ποτε καὶ τῇ πολλῇ προσθεῖσα προσεδρείᾳ, κελεύει Κορνηλιανῷ, πλοῖον τε αὐτῷ εὐτρεπίσαι καὶ τὰ ἐπιτήδεια ὅτι τάχος
B ἐνθέσθαι.

Divus igitur Abercius, ut ad eum redeamus, cum idoneo tempore Romæ fuisset, salutarem fidei christianorum ecclesiis tradens doctrinam, Dominum sibi in somnis adstantem vidit atque dicentem : oportet te quoque, Aberci, eorum quæ sunt in Syria curam habere. A somno excitatus, petiit ab Augusta, ut discedere sibi liceret. Illa enim eum totis viribus retinebat; verita ne, post ejus discessum, rursus dæmonium, libertate donatum, filiam suam invaderet. Ipse vero jussit eam hac super re bono esse animo, atque iterum institit, ut sibi navis, qua in partes Syriæ navigaret, pararetur. Ægre tandem, multisque cedens instantiis, jubet Augusta Cornelianum parare navigium et protinus necessariis instruere.

Christo jubente, Abercius

E

35 Καθορμισθείσης οὖν αὐτῷ τῆς νεὼς ἐμβὰς, ἑβδόμῃ τῇ πρὸς τὸν πλοῦν ἡμέρᾳ, τὴν Συρίαν καταλαμβάνει, καὶ πρῶτα μὲν τῇ Ἀντιοχέων ἐπιδημεῖ, εἶτα δέχεται τοῦτον Ἀπάμεια, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὰς λοιπὰς μεταβαίνει πόλεις, καὶ στασιαζούσας διαλλάττει τὰς ἐκκλησίας· πάνυ γὰρ τότε τὸ τῆς αἱρέσεως τοῦ Μαρκίωνος κακὸν ἐνέμετο ταύτας· τὸν Εὐφράτην δὲ διαβὰς, ταῖς κατὰ Νίσιβίν τε καὶ πᾶσαν τὴν Μεσοποταμίαν ἐκκλησίαις ἐπιφοιτᾷ, κακείνας τὸν ἴσον διατίθησι τρόπον. Ἐντεῦθεν χρήματα αὐτῷ κομίζεται παρὰ πάντων· ἀμοιβὴ μετρία, τῆς πολλῆς αὐτοῦ δῄθεν περὶ τὰς ἐκκλησίας κακοπαθείας· ἠγνόουν δὲ ὅμοιόν τι ποιοῦντες, ὥσπερ εἴ τινι τῶν τρέχειν ὀξύτατα δυναμένων πέδας παρεῖχον, γέρας τί τῆς εὐκινησίας· εἰ βούλει δὲ, καθάπερ οἱ τὸν γυμνὸν ἤδη παλαίειν πεπαιδευμένον πειρώμενοι ἐνδιδύσκειν, ὥστε λαβὰς ἔχειν ἐπ' αὐτὸν τὸν ἀντίπαλον.

Syriam peragrat
a
b
c
d

Quod cum in portu conscendisset, septima navigationis die *a* Syriam attigit. Ac primum quidem Antiochiæ moratur, tum Apameæ *b* subsistit, inde reliquas circumiens urbes et reconcilians ecclesias inter se dissidentes : tunc enim Marcionianæ Hæreseos *c* lues dire depascebatur eas. Transmisso Euphrate *d*, ecclesias quoque juxta Nisibim et per totam Mesopotamiam lustravit, quas et eodem modo composuit. Exinde pecuniæ ab omnibus illi obveniebant, exiguam hanc censentes futuram compensationem molestiarum, quas pro ecclesiis passus erat. Ignorabant quidem se perinde facere, ac si veloci cursori compedes injicerent in præmium agilitatis; aut si mavis, non secus ac illi qui nudum egregie luctantem videntes, veste cooperire eum conarentur, ut assumat quo ab adversario apprehendatur.

36 Ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν ἀνένευε τὴν ἀνάληψιν, τὰ τῆς βασιλίδος πλείονα εἰρηκὼς εἶναι καὶ εὐλογωτέρας ἐχόμενα πρὸς τὸ λαβεῖν ἀφορμῆς, οἱ δὲ προσκείμενοι πείθειν οὐκ εἶχον· εἰς μέσον τίς αὐτῶν καταστὰς Βαρχασάνης ὄνομα· ἀνὴρ τὸ γένος λαμπρότατος, τὸν πλοῦτον διαφορώτατος· διάζεσθαι μὲν ἀδελφοὶ τὸν ἄνδρα χρημάτων ἕνεκα, ἔφη, οὔτε αὐτῷ πρέπον, οὔθ' ἡμῖν ὅλως λυσιτελές· ὃ δὲ οὐκ ἔστι διδόμενον ἀποθέσθαι· καὶ ὅπερ αὐτῷ μᾶλλον αἱ πράξεις διδόασιν, ἐκεῖνο δὴ καὶ ποιητέον ἡμῖν· καὶ ψηφισώμεθα τοῦτον Ἰσαπόστολον ὀνομάζειν· ἐπεὶ μηδὲ περιελθόντα ἕτερον ἴσμεν γῆν τοσαύτην καὶ θάλατταν ἐπὶ προνοίᾳ τῶν ἀδελφῶν· ὅτι μὴ τοὺς κορυφαίους ἐκείνους τοῦ Χριστοῦ μαθητὰς, οἷς πέρ δὴ καὶ οὗτος ὤφθη ἑπόμενος. Ταῦτα ὁ μὲν εἶπε, τοῖς δὲ δεῖν ἐδόκει, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου ταύτην ἔλαχε τὴν ἐπωνυμίαν, ὁ καὶ πρὸ τῆς ἐκείνων ψήφου, τοῖς ἔργοις αὐτὴν κληρωσάμενος· ἀναζεύξας τοίνυν ἐκεῖθεν, ἐν ἑκατέρᾳ τε Κιλικίᾳ γενόμενος, καὶ τῇ Λυκαονίᾳ καὶ Πισιδίᾳ ἐπιδημήσας, εἰς Σύναδα τῆς μικρᾶς Φρυγίας μητρόπολιν ἥκει· ἐπιξενωθεὶς δὲ τισι τῶν ἐκεῖ χριστιανῶν· καὶ μικρὸν ἑαυτὸν ἀναπαύσας, πρὸς τὴν οἰκείαν ὥρμησε πόλιν.

C

36 Cum itaque hæc Abercius recusaret, longe plura sibi ab Augusta dicens oblata, quæ digniore ex causa accipere licuisset, nec tamen illi persuaderentur, in medium processit quidam nomine Barchasanes, vir genere clarissimus, divitiis copiosus : nec inquit, fratres, convenit, nec e vestra est ullo modo re, vim illi propter pecuniam intulisse, nec quæ data est, non licet deponere. Quod vero factis suis meritus est, hoc potius illi dandum. Decernamus igitur eum appellari *e* Æqualem Apostolis : neque enim alium quemquam scimus tantum terræ et maris obiisse in fratrum suorum favorem, præter primos illos Christi discipulos, quos hic a nobis visus est æmulari. Hæc quidem ille dicebat, probabantque adstantes cæteri. Igitur ex hinc hujusmodi accepit cognomentum Abercius, quod et ante eorum sententiam factis suis sortitus erat. Inde cum excessisset, atque in utraque fuisset Cilicia, Lycaoniam quoque et Pisidiam obiisset, venit Synnada *f* minoris Phrygiæ metropolim; ubi ab aliquot Christianis hospitio exceptus, cum parumper se recreasset, ad suam properavit civitatem.

ubi ἰσαπόστολος *declaratur;*

F

e

f

37 Τὸ χωρίον οὖν ὅπερ Αὐλὼν ἐκαλεῖτο θέρους καταλαβὼν, ἐπὶ τῆς πλησίον ἐκάθισε πέτρας. Ἐπειδὴ δὲ τότε πνεῦμα ἐπίφορον ἔπνει, καὶ τοῖς ἀγρόταις ὁ σῖτος ἐπὶ τῆς ἄλωνος ἐλικμᾶτο· καὶ ἡ αὖρα τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων διαῤῥιπίζουσα ταῖς ὄψεσι προσέβαλλε τοῦ ἁγίου, δεῖται τῶν γεωργῶν ἀνεῖναι πρὸς βραχὺ τόπον· οἱ δὲ οὐχ ὑπήκουον· εἶτα ὁ μὲν προσευχῇ μόνῃ

37 Cum ergo æstate pervenisset ad locum, qui Aulon dicitur, in propinqua consedit petra. Vento autem ex adverso spirante, rusticisque frumentum ventilantibus, tenues aura sublevans paleas in faciem sancti Viri agebat. Rogat itaque ut laborem aliquantum intermittant; at frustra. Tum ipse precibus auram sopitat, ita ut illi vel inviti ab opere cessare

Phrygiam ingressus viros quosdam inhospitales plectit,

A cessare cogantur. Non habentes igitur jam quod facerent, ad cœnandum se convertunt. Abercius siti laborans petiit ab eis aquam; at illi, ut erant plane inhospitales et agrestes, petitionem despiciunt hominemque ludificantur: Enim vero propter unum senem, aiunt, a mensa abstinebimus! Inhumanitatem hanc ægre tulit hominum humanissimus Abercius, imprecatusque illis est, ne umquam satiarentur; quod eis quoque in hunc usque diem accidit; humana profecto inhumanitatis pœna *g*.

τὸ πνεῦμα κοιμίζει· τοῖς δὲ καὶ ἄκουσιν ἐπαύετο ἡ σπουδή. Μὴ ἔχοντες οὖν ὅτι καὶ ἑαυτοῖς χρήσονται, οἱ μὲν ἐπὶ δεῖπνον τρέπονται, ὁ δὲ· καὶ γὰρ ἔτυχε δίψει ἁλοὺς· ὕδωρ παρ' αὐτῶν ᾔτει· ἀλλ' ἐκεῖνοι δεινῶς ἄξενοι ὄντες καὶ ἀκριβῶς ἄγροικοι, παρεθεώρουν τὴν αἴτησιν, καὶ χλεύην τὸ πρᾶγμα ἐποίουν· εἰ δι' ἕνα γέροντα, λέγοντες, ἀφεξόμεθα τραπέζης. Ἐμέμψατο οὖν τὴν ἀπανθρωπίαν ταύτην ὁ φιλανθρωπότατος ἀνδρῶν Ἀβέρκιος, καὶ τὸ μηδέποτε κορέννυσθαι αὐτοῖς ἐπηράσατο· ὃ καὶ ἔσχον εἰς δεῦρο παραμένον αὐτοῖς· μισανθρωπίας φιλάνθρωπον ἀτεχνῶς ἐπιτίμιον·

g

Hierapolicum gaudio exceptus,

38 Post hæc a petra exurgens, ad suam venit civitatem. Cujus adventum populus cum percepisset, undique confluunt, avidi jucundo ejus frui aspectu, atque optatam audire vocem. Ipse vicissim cum ex animo eos benedixisset et salutasset, cœpit rursus obire civitatem, libere prædicans verbum veritatis, accedentesque divino initians baptismate; dæmoniacos quoque a possessione solvens, morbos dispellens, atque ostendens Spiritus virtutem, quæ in illo erat, quibusvis prævalere malis.

38 Εἶτα τῆς πέτρας ἀπαναστὰς, τὴν ἑαυτοῦ πόλιν καταλαμβάνει· τὸ γοῦν πλῆθος αἰσθόμενοι τῆς τοῦ ἀνδρὸς παρουσίας, συνέῤῥεον πανδημεί, γλιχόμενοι ὄψιν τε τὴν γλυκεῖαν ἰδεῖν, καὶ φωνῆς ἀκοῦσαι τῆς ποθουμένης. Ὁ μὲν οὖν ἀσμένως αὐτοὺς εὐλογήσας καὶ ἀσπασάμενος, περιήει τὴν πόλιν, καὶ αὖθις διδάσκων τε τὸν λόγον τῆς ἀληθείας σὺν παῤῥησίᾳ, καὶ τοὺς προσίοντας διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος τελειῶν· δαιμονῶσι λύσιν τοῦ κακοῦ παρέχων, νόσους ἰώμενος, καὶ παντὸς ἰσχυροτέραν πάθους τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ Πνεύματος δύναμιν προβαλλόμενος.

librum conscribit et alterum educit fontem;

h

B

39 Composuit quoque librum de doctrina *h* perutilem, quem suis reliquit præsbyteris et diaconis, ut per eum vel post mortem loqueretur, et aliquo modo cessaret nuspiam illis prodesse. Cum quadam die, ut moris erat, in montem excelsum ascendisset, ipse cunctique comites ejus ardenti laborare cœperunt siti. Ad eum, qui omnia potest, confugiens, atque ad orationem conversus, in genua provolvitur. Et ecce subito terra poculentam profert aquam; unde locus ille deinceps *Locus Genuflexionis i* dictus est. Cæterum domum tunc ipse rediit.

i

39 Συνθεὶς δὲ καὶ βίβλον διδασκαλίας πάνυ ὠφελίμως ἔχουσαν, καταλείπει τοῖς ὑπ' αὐτὸν πρεσβυτέροις ἅμα καὶ διακόνοις, ἵνα καὶ μετὰ θάνατον φθέγγηται δι' αὐτῆς, καὶ τρόπον τινὰ μηδέποτε ὠφελῶν παύηται. Ἀνελθὼν οὖν ποτε εἰς ὄρος ὑψηλὸν, οὕτω δεῆσαν, ἐπεὶ δίψῃ δεινῇ αὐτός τε καὶ ὅσοι αὐτῷ συνῆσαν ἥλωσαν, ἐπὶ τὸν πάντα δυνάμενον καταφεύγει. Καὶ αὐτὸς μὲν εἰς προσευχὴν κλιθεὶς, τὰ γόνατα τῷ ἐδάφει δίδωσιν. Ὕδωρ δὲ πότιμον εὐθὺς ἀνῆκεν ἡ γῆ, καὶ ὁ τόπος ἐξ ἐκείνου, Τόπος Γονυκλισίας τὸ λοιπὸν ἐκλήθη. Πλὴν ἀλλὰ τότε μὲν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐπανῆκεν.

præparat tumulum suum

40 Nec multo post, vidit denuo Dominum in somnis sibi adstantem ac dicentem: Prope est, Aberci, tempus, quo quiescas a diuturnis laboribus. A somno excitatus intellexit finem vitæ sibi prænuntiatam, de qua et fratres suos commonuit. Protinus sepulcrum sibi parat, lapidem nempe quadratum, longitudine et latitudine æqualem; cui aram, quam ejus jussu dæmon Roma transtulerat, imposuit cum hujusmodi epitaphio *k*:

k

40 Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ὁρᾷ πάλιν ὄναρ αὐτῷ τὸν Κύριον ἐπιστάντα· καὶ Ἀβέρκιε, λέγοντα, ἤγγικεν ἤδη ὁ καιρὸς, ὥστε ἀναπαύσασθαί σε τῶν πόνων σου τῶν μακρῶν. Διαγρηγορήσας δὲ καὶ γνοὺς τὴν τελευτὴν αὐτῷ προδηλοῦσθαι, τὸ φανὲν τοῖς ἀδελφοῖς διηγεῖται· καὶ λίθόν τινα τετράγωνον, μῆκος τὲ καὶ πλάτος ἴσον, τάφον ἑαυτῷ κατασκευάζει· καὶ τὸν βωμὸν, ὃς ἐκείνου προστάξαντος ἀπὸ Ῥώμης ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐκεῖ μετηνέχθη, τῷ λίθῳ ἐφίστησι, τοῖον δέ τι ἐπίγραμμα αὐτῷ ἐγχαράξας·

cum epitaphio;

l m

n

o

C

p

q

r

s

t

u

v x

y

z

41 « Urbis electæ *l* civis, vivens hoc *m* feci; ut » hic in tempore corporis sedem habeam ego, » nomine Abercius; Pastoris casti discipulus, qui *n* » ovium greges in montibus pascit et agris; qui » magnos oculos, cuncta videntes, habet. Is litte- » ras me docuit *o* fideles; qui Romam quoque me » misit, imperii sedem visurum, et Augustam con- » specturum, aureis decoram veste et calceolis *p*. » Illic vidi quoque populum, splendidos habentem *q* » annulos. Quin et Syriæ *r* campos lustravi urbesque » omnes, et Nisibin, transmisso Euphrate. Omnes » me circumstantes habui, intus vero Paulum *s;* » fides mihi ubique dux fuit *t*, et alimentum appo- » suit, Piscem *u* e fonte quam maximum, purum, » quem Virgo casta prehendit, et perpetuo edendum » amicis tradidit, vinum habens bonum, mixturam » dans cum pane. Hæc adstans ego Abercius ita » scribenda curavi, annum agens omnino septua- » gesimum secundum *v*. Hæc quicumque intelligit *x* » et mecum eadem sentit, oret pro Abercio. Nec » quisquam aliud sepulchrum meo superimponat; » sin autem, pendat *y* Romano ærario bina au- » reorum millia, et bonæ patriæ Hierapoli aureos » mille *z*. » Inscriptio quidem ita ad verbum habebat; nisi quod tempus pauxillum integritati detraxit et scriptum vitiosum reddidit.

41 « Ἐκλεκτῆς πόλεως πολίτης τόδ' ἐποίησα ζῶν, » ἵν' ἔχω καιρῷ σώματος ἐνθάδε θέσιν, τοὔνομα Ἀβέρ- » κιος· ὁ ὢν μαθητὴς Ποιμένος ἁγνοῦ, ὃς βόσκει προ- » βάτων ἀγέλας, οὔρεσι πεδίοις τε· ὀφθαλμοὺς ὃς ἔχει » μεγάλους πάντα καθορώντας. Οὗτος γάρ με ἐδίδαξε » γράμματα πιστά· εἰς Ῥώμην ὃς ἔπεμψεν ἐμὲ βασί- » λειαν ἀθρῆσαι· καὶ βασίλισσαν ἰδεῖν χρυσόστολον, » χρυσοπέδιλον· λαὸν δ' εἶδον ἐκεῖ, λαμπρὰν σφρα- » γῖδα ἔχοντα· καὶ Συρίης πέδον χώρας εἶδον, καὶ » ἄστεα πάντα, Νίσιβιν, Εὐφράτην διαβάς· πάντας » δ' ἔσχον συνομηγύρους, Παῦλον ἔσωθεν. Πίστις δὲ » παντὶ προῆγε· καὶ παρέθηκε τροφὴν, Ἰχθυν ἀπὸ πηγῆς » παμμεγέθη, καθαρόν· ὃν ἐδράξατο Παρθένος ἁγνὴ, » καὶ τοῦτον ἐπέδωκε φίλοις ἐσθίειν διαπαντός· οἶνον » χρηστὸν ἔχουσα, κέρασμα διδοῦσα μετ' ἄρτου. » Ταῦτα παρεστὼς εἶπον Ἀβέρκιος ὧδε γραφῆναι, » ἑβδομηκοστὸν ἔτος καὶ δεύτερον ἄγων ἀληθῶς. Ταῦθ' » ὁ νοῶν εὔξαιτο ὑπὲρ Ἀβέρκίου πᾶς ὁ συνῳδός. Οὐ » μὲν τοι τύμβον ἕτερόν τις ἀπ' ἐμοῦ ἐπάνω θήσει· εἰ » δ' οὖν, Ῥωμαίων ταμείῳ θήσει δισχίλια χρυσᾶ, καὶ » χρηστῇ πατρίδι Ἱεραπόλει, χίλια χρυσᾶ. » Τὰ μὲν δὴ τοῦ ἐπιγράμματος ὧδέ πως ἐπὶ λέξεως εἶχεν, ὅτι μὴ ὁ χρόνος ὑφεῖλε κατ' ὀλίγον τῆς ἀκριβείας καὶ ἡμαρτημένως ἔχειν τὴν γραφὴν παρεσκεύασεν.

et, designato sibi successore,

42 Denique, vocatis presbyteris et diaconis simul cum aliis quibusdam de populo: Filioli, ait, instat

42 Αὐτὸς δὲ τοὺς πρεσβυτέρους εἰς ταυτὸν καὶ τοὺς διακόνους, καὶ τινας τοῦ πλήθους καλέσας· τεκνία, ἔφη,

ἐμοὶ

AUCTORE METAPHRASTA EX MSS.

ἐμοὶ μὲν τὸ τοῦ βίου τέλος ἤδη πάρεστι· καὶ ἄπειμι, ὦ φίλον ἐμοὶ ποίμνιον, ἄπειμι πρὸς ἣν ἐπόθουν ἐκ νέου διαγωγήν, καὶ πρὸς ὃν μόνον ἐγὼ τὴν ἔφεσιν ἔχω· καὶ οὗ με σφοδρῶς ὁ θεῖος ἐξέκαυσεν ἔρως ἄπειμι τοῦτον ὀψόμενος. Ὑμᾶς δὲ χρὴ σκοπεῖν, ὅντινα ἑαυτοῖς ἐπίσκοπον ψηφιεῖσθε, ὃς ποιμανεῖ τὲ ὑμᾶς μετ' ἐμὲ, καὶ οὗτῆς φωνῆς ἀκούσει τὰ ἐμὰ πρόβατα καλῶς, καὶ, ὡς θεῷ φίλον, ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινόμενα. Ταῦτα τοῦ ἁγίου πρὸς αὐτοὺς εἰπόντος, βραχέα ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους εὐθὺς κοινολογησάμενοι, τὸν ἀρχιπρεσβύτερον τῆς ἐκκλησίας, ὄνομα καὶ αὐτὸν Ἀβέρκιον, κοινῶς ἐψηφίσαντο. Καὶ αὐτὸς δὲ τῷ ἀνδρὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἐπιψηφισάμενος, ἐπιτίθησί τε αὐτῷ τὰς χεῖρας, καὶ εὐλογήσας· σοὶ ἔφη, ὦ Ἀβέρκιε, ἐπισκόπῳ εἶναι δίδωμι· θεοῦ τε διδόντος καὶ ἐμοῦ ὅσον ἐπ' ἐμοί.

mihi vitæ finis, et abeo, o grex mihi dilecte; abeo ad eam, quam ab incunte ætate expetebam conversationem, et ad eum cujus ego solius teneor desiderio; cum visurus abeo, cujus divinus amor me vehementer inflammat. Vos circumspicere oportet, quem vobis eligatis episcopum, qui post me vos pascat, et cujus vocem feliciter audiant oves meæ, atque ab eo, juxta Dei beneplacitum, pascantur. Hæc postquam Vir sanctus esset locutus, illi protinus paucis inter se egerunt, et archipresbyterum ecclesiæ, Abercium *aa* pariter nomine, *aa* unanimiter elegerunt. Et cum ipse illi quoque sua sententia episcopatum detulisset, manus ei imposuit. Quem cum benedixisset : Tu quidem, inquit, Aberci, sis episcopus, Deo dante, et me quoque, quantum possum.

43 Εἶτα εἰς οὐρανοὺς σὺν τοῖς ὄμμασι καὶ χεῖρας ἀνασχὼν, καὶ προσευξάμενος τῷ θεῷ ἀπαίρει τὲ τῶν ἐνταῦθα τῷ πνεύματι, καὶ πρὸς Χριστὸν διαβαίνει, χοροῖς ἀγγέλων ὁ κατ' ἄγγελον ἀληθῶς βιώσας, παραπεμπόμενος. Τὸ μέν τοι τὴν πόλιν οἰκοῦν πλῆθος παρὰ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο τοῦ ἀνδρὸς σῶμα συναθροισθέντες, ἱερά τε αὐτῷ ἐπάσαντες ἄσματα, καὶ λαμπρῶς ἀνελόμενοι ὥσπέρ τινα κοινὸν θησαυρὸν, ἐν τῷ λίθῳ κατέθεντο, δευτέραν τοῦ Ὀκτωβρίου πρὸς ταῖς εἴκοσιν ἄγοντος. B Εἶτα τὸν ὑπ' αὐτοῦ δεξάμενον τὴν ἐπισκοπὴν, ἐπὶ τὸν αὐτοῦ θρόνον ἀναγαγόντες, κοινῇ τὸν ἐπὶ θρόνου δόξης τῆς βασιλείας Θεὸν ἐμεγαλυνον· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

43 Tum oculis manibusque in cælum sublevatis, atque Deum precatus, spiritu hinc discedit, et ad Christum tendit, choris tramissus Angelorum, qui Angelo plane similis vixerat. Populus, qui civitatem incolebat, ad sacrum beati Viri corpus congregatus, cum sanctos decantassent hymnos, solemniter illud sustulerunt veluti communem quemdam thesaurum, et deposuerunt in tumulo lapideo, die vigisima secunda Octobris. Posthæc, deducto in E ejus thronum illo, qui ab ipso episcopatum acceperat, communi voce magnificaverunt Deum, qui sedet in throno gloriæ; cui laus honor et adoratio nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen *bb*. *bb*

sanctissime moritur.

ANNOTATA.

a *Supra dictum est, magisterianos totidem insumpsisse dies, quibus Brundisio in Peloponesum appellerent. Cum vero Syria duplo imo triplo amplius quam Peloponesus ab Italia dissita sit, liquet quam celeri cursu* S. Abercius *iter illud emensus sit. Cæterum haud putem quemquam futurum vel inter confidentissimos Symeonis fautores, qui peregrinationis hujus apices omnes et singulos velit tueri.*

b *Plures sunt hujus nominis civitates :* Apamea Messenorum *in Peloponeso, item alia in parva Phrygia, alia in Bithynia etc. Hic agi de* Apamea Syriæ *liquet ex* S. Abercii *itinere in Actis descripto, ubi dicitur Syriæ civitatibus visitatis transiisse Euphratem et invisisse Mesopotamiam* (1).

c *Vide Comm. præv. num.* 11, *ubi pauca de initio hujus hæreseos delibantur.*

d Transmisso Euphrate. *Hæc transmissio memoratur quoque in Epitaphio :* Καὶ Συρίης πέδον χώρας εἶδον, καὶ ἄστεα πάντα, Νίσιβιν, Εὐφράτην διαβάς quin et Syriæ campos lustravi urbesque omnes et Nisibin, transmisso Euphrate. *Proinde ex Syria in Mesopotamiam transivit* S. Abercius, *atque hinc denuo illuc venit, exinde, ut infra dicitur, per Ciliciam etc. rediturus Hierapolim. Nihil in his est, quod spectata geographia, repugnet.*

e *Confer Comm. præv. num.* 6.

f Τὰ Συνν*άδα plurali numero,* Synnada Synnadorum. Etsi vero, *ait Lequien* (2) nomen illius neutrius C F generis plurale est, tamen poetis nostris latinis *Synnas* dicta est. Cæterum *Synnada* feminini quoque generis est Plinio. *Urbs est, juxta Strabonem et Ptolemæum,* magnæ *Phrygiæ* Φρυγίας μέγαλης πόλεις *etc, ut mirum sit in Actis vocari* parvæ Phrygiæ metropolim. Nisi forte, *inquit Halloixius* (3), in illis (*Actis*) non situs regionis spectatus sit, sed ecclesiarum observata dispositio, ut illic episcopi Metropolitani sedes fuerit. *Et re quidem vera in* Provincia Phrygiæ Salutaris (*in qua Hierapolitana sedes*) metropolis *erat* ecclesia Synnadorum (4). *Ita ut Actorum nostrorum verba recte interpretari queant juxta Halloixii mentem. Unde, mea opinione, verba* venit Synnada, minoris Phrygiæ metropolim, *id solum indicant sedem Hierapolitanam, cui præerat* Abercius, *illi metropoli subditam fuisse. Haud abs re fuerit hic Tullii sequentia adscripsisse verba ex libri* XV *epist.* IV *sub initium :* Biduum Laodiceæ fui, deinde Apameæ quatriduum, triduum Synnadis, totidem dies Philomelii.

g *In hunc locum observat Halloixius :* Insignia duo exempla hic referuntur divinæ animadversionis in eos, qui S. Abercio exigua caritatis officia, nempe aquæ frigidæ potum et tantillam a ventilando in area frumento cessationem, denegarunt. Quæ si concessissent, haud dubium quin a Viro sancto eximiæ caritatis pleno longe plus recepissent; aut si minus ab illo, certe a Domino legislatore caritatis, amplius centuplo. Sed cum caritati contraria fecissent, etiam contraria receperunt, et pro benedictione maledictionem hereditarunt... Notandum autem, ut caritati mercedem, sic inhumanitati suam fore. *Hic quasi sponte sua menti se offert simile quid de Eliseo lib.* IV *Reg. cap.* 2 ℣ 23 *et* 24, *qui pueris clamantibus et illudentibus :* Ascende calve, ascende calve; maledixit in nomine Domini; egressique sunt duo ursi de saltu et laceraverunt ex iis quadraginta duos pueros.

h *Vide Comm. præv. num.* 14.

i *Plura occurrunt in sacra Scriptura exempla locorum ab eventibus ejusmodi denominatorum. Sic Genes.* 16 : Puteus Viventis et Videntis me; *et Genes.* 22 ℣ 14 : Dominus videt. *Item Exod.* 17 ℣ 7 :

(1) Halloix, tom. II, p. 126. — (2) Oriens christianus, tom. I, col. 827. — (3) Ubi supra, pag. 128. — (4) Lequien, ubi supra.

Tentatio

A Tentatio *etc. Ad ipsum fontem quod spectat, confer Annotata in cap.* 2 *lit.* l. *De hac fontis eductione nihil habetur in* Μεταφράσει *Boissonadii. Præter hoc nullum reperi factum aliud, quod non in utraque Vita eodem recurrat ordine, licet stylo diverso.* AUCTORE B. B.

k *Monui Comm. præv. num.* 17 *hisce diebus disputatum fuisse de hoc Epitaphio. Neque hic ego dissidiis, quæ circa interpretationem veramque carminis lectionem versantur, diutius inhærebo, multo minus tantas quæram componere lites. Vide dicta loc. cit. Comm. præv. Id unum præ oculis habeo, ut Epitaphium juxta fidem manuscriptorum edam, aliis relinquens ut de ejus interpretatione et emendatione seu restitutione ex conjecturis epigraphicis vel historicis disserant; cum nihil hactenus prolatum sit quod mihi satis certum videatur. Ut tamen cognoscat lector quo loco sit hodie quæstio, præter jam datam ex Spicilegio Solesmensi Comm. præv. num.* 15, *duplicem aliam Epitaphii adscribam lectionem; alteram ex Halloixio nostro, tertiam ex Garruccio. Cæterum non est dubium quin Epitaphium hoc græce et fuerit et sit metricum. Id vel ex sola lectione satis manifestum, licet, prout nunc illud habemus, in multis deficiat,* non quidem, *ait Halloixius* (1) ex conditoris vitio, ut opinor, sed ex injuria temporis, lapides et marmora exedentis, aut etiam... ex librariorum vel ignorantia vel oscitantia. *Tum sequentem subjicit carminis restitutionem :*

Ἐκλεκτῆς πόλεος τόδε ζῶν ποίησα πολίτης,
Ὡς ἂν ἔχω καιρῷ τοῦ σώματος ἐνθάδε θήκην
Τούνομ' Ἀβέρκιος, ὢν ὁ μαθητὴς Ποιμένος ἁγνοῦ,
Ὃς βόσκει προβάτων ἀγέλας ὄρεσιν τε πέδοις τε.
Ὀφθαλμοὺς ὃς ἔχει μεγάλους πάντ' εἰσορόωντας.
Οὗτος γάρ μ' ἐδίδαξε..... γράμματα πιστά,
Εἰς Ῥώμην ὃς ἔπεμψεν ἐμὲ, βασίλειον ἀθρῆσαι
Καὶ βασίλισσαν ἰδεῖν χρυσόστολον, χρυσοπέδιλον.
Λαὸν δ' εἶδον ἐκεῖ, λαμπρὰν σφραγῖδα ἔχοντα,
Καὶ Συρίης χώρας εἶδον, καὶ ἄστεα πάντα,
Νίσιβιν, Εὐφράτην διαβὰς.....
Πάντας δ' ἔσχον ὁμηγερέας καὶ Παῦλον ἔσωθεν.
..... πίστις δὲ προῆγε
Πάντῃ, καὶ παρέθηκε τροφὴν Ἰχθῦν ἀπὸ πηγῆς
Παμμεγέθη, καθαρὸν, ὃν ἐδράξατο Παρθένος ἁγνὴ,
Καὶ τοῦτον παρέδωκε φίλοις ἔσθειν διὰ παντὸς,
Οἶνον χρηστὸν ἔχουσα, κέρασμα διδοῦσα μετ' ἄρτου.
Ταῦτα παρεστὼς εἶπον Ἀβέρκιος ὧδε γραφῆναι,
Ἑβδομηκοστὸν ἔτος καὶ δεύτερον ἦγον ἀληθῶς·
Ταῦθ' ὁ νοῶν εὔξαιτο ὑπὲρ μου πᾶς ὁ συνῳδὸς·
Οὐ μέν τις τύμβον ἕτερον ἐπ' ἐμοῦ ἐπιθήσει.
Εἰ δ' οὖν, Ῥωμαίων ταμείῳ δισχίλια θήσει,
Καὶ χρηστῇ πατριδ' Ἱεραπούλει χίλια χρυσᾶ.

B E

Hanc, *subdit Halloixius,* græci Epigrammatis restitutionem si admittat æquus lector, hanc latinam totidem versibus interpretationem ut ne rejiciat, pro pari benevolentia postulo :

Urbis ego electæ civis tumulum huncce peregi
Vivus, in hoc olim jaceant ut membra silentis,
Nomine Abercius; innocui Pastoris amicus
Sectator, pascentis oves in montibus atque
In campis; magno qui lumine cuncta tuetur.
Is me doctrinæ docuit sacra verba fidelis;
Is Romam me misit : vidi hic palatia regni,
Augustamque stolis soleisque micantibus auro
Ornatam, et populum, digitos cui fulgidus ambit
Annulus; et Syriæ terras atque oppida vidi;
Nisibin, Euphratem transgressus. . . . . .
Collectosque habui cunctos, intus quoque Paullum.
. . . . . fides mihi ubique præivit,
Apposuitque cibum, Piscem de fonte perenni,
Prægrandem, purum, quem Virgo pudica prehendit,
Proposuitque suis vescendum semper amicis;
Et quod habet vinum eximium, cum pane propinat.
Inscribi hæc volui ipse ego Abercius adstans,
Qui decies septem atque duos vixi insuper annos.
Hæc noscens prece me adjutet, quisquis pia mecum
Sentit. Non mî aliquis tumulum tumulo superaddat;
Aut det Romuleis auri duo millia gazis,
Hirapolique, bonæ patriæ, insuper altera mille.

C F

Rationem deinde reddit Halloixius mutationum et transpositionum verborum, quas in reformandis seu ordinandis hexametris græcis adhibuit (2). *Garruccius noster sequentem, ut ejus verbo utar,* restitutionem *proponit* (3). *Ut vero appareat, quid ipse sive addiderit sive mutaverit, Epitaphium typis majusculis exhibetur, emendationes minusculis.*

(1) Halloix, ubi supra, pag. 137. — (2) Ibid. pag. 138 et 139. — (3) Civilta cattolica, an. 1856, tom. I, pag. 689.

AUCTORE B. B.

1 ΕΚΛΕΚΤΗC ΠΟΛΕΩC ΤΟΔΕ σῆμ' ΕΠΟΙΗCΑ ΠΟΛΙΤΗC D
ΖΩΝ ΙΝΑ ΕΧΩ ΚΑΙΡΩ CΩΜΑΤΟC ΕΝΘΑ ΘΕCΙΝ
ΤΟΥΝΟΜΑ ΑΒΕΡΚΙΟC ΕΙΜΙ ΜΑΘΗΤΗC ΠΟΙΜΕΝΟC ΑΓΝΟΥ
4 ΟΥΤΟC ΓΑΡ ΜΕ ΕΔΙΔΑΞΕ Θεοῦ τὰ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΠΙCΤΑ
ΕΙC ΡΩΜΗΝ ΟC ΕΠΕΜΨΕ ΜΕ σὴν ΒΑCΙΛΕΙΑΝ ΑΘΡΗCΑΙ
ΛΑΟΝ Δ'ΕΙΔΟΝ ΕΚΕΙ ΛΑΜΠΡΑΝ CΦΡΑΓΙΔΑ ΕΧΟΝΤΑ
ΚΑΙ CΥΝΟΜΗΓΥΡέαC Πέτρον καὶ ΠΑΥΛΟΝ ΕCΩΘΕΝ
8 μαρτΥΡΙου ΠΕΔΟΝ εἰς ΕΙΔΟΝ ΠΙCΤΙC ΔΕ ΠΡΟΗΓΕ
ΚΑΙ ΠΑΡΕΘΗΚΕ ΤΡΟΦΗΝ ΙΧΘΥΝ ζωῆς ΑΠΟ ΠΗΓΗC
ΠΑΜΜΕΓΕΘΗ ΚΑΘΑΡῶς Οὗ ΕΔΡΑΞΑΤΟ ΠΑΡΘΕΝΟC ΑΓΝΗ
ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΝ ΠΑΡΕΔΩΚΕ ΦΙΛΟΙC ΕCΘΕΙΝ ΔΙΑΠΑΝΤΟC
12 ΟΙΝΟΝ ΧΡΗCΤΟΝ ΕΧΟΥCΑ ΚΕΡΑCΜΑ ΔΙΔΟΥCΑ ΜΕΤ' ΑΡΤΟΥ

ΤΑΥΤΑ ΠΑΡΕCΤΩC ΕΙΠΟΝ ΑΒΕΡΚΙΟC ΩΔΕ ΓΡΑΦΗΝΑΙ
ΕΒΔΟΜΕΚΟCΤΟΝ ΕΤΟC ΚΑΙ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΗΓΟΝ ΑΛΗΘΩC
ΟΥΜΕΝΤΟΙ ΤΥΜΒΟΝ ΕΜΟΥ ΕΤΕΡΟΝ ΕΠΑΝΩ ΘΗCΕΙΕ
16 ΕΙΔΟΥΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΤΑΜΕΙΩ ΔΙCΧΙΛΙΑ ΚΡΥCΑ
ἥ ΧΡΗCΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΘΗCΕΙ ΔΙCΧΙΛΙΑ ΚΡΥCΑ.

Quæ quidem latine, nec infideliter, reddita ibidem sunt his versiculis :

1 Electæ posui monumentum hoc filius urbis
Vivus ut olim habeam corporis heic requiem.
Pastoris sum nomine Abercius assecla puri.
4 Namque Dei verax mihi verbum hic tradidit; idem
Hortator fuit ut Romam tua regna viderem.
Vidi illic populum clarum fulgente sigillo, E
B Atque Petro Pauloque animis concordibus; intus
8 Martyrii inspectus locus ipse, fidesque præibat
Et mensæ apposuit Piscem (purissima Virgo
Eximium, pure quem vitæ a fonte prehendit)
Vescendumque dedit dilectis tempus in omne,
12 Utile habens vinum, potum cum pane ministrans.
Hos jussi inscribi versus ego Abercius adstans,
Quum vere octonus novies mihi volveret annus.
Nemo alia imponat nostro monumenta sepulchro,
16 Aut Romanorum fisco duo millia nummum
Vel caræ solvet patriæ duo millia nummum.

Ex his, ut dictum Comm. præv. num. 17, *videre est plura fuisse in Epitaphio resecata a Garruccio. Quod enim in Spicilegio Solesmensi versiculis constat omnino viginti duobus et apud Halloix viginti tribus, hic septemdecim tantum numerat. Specialia quædam indicabimus in sequentibus Annotatis.*

l *Notat Garruccius* (1) *ad hanc vocem* ἐκλέκτης, S. Abercium *falso oriundum a Metaphrasta dici ex Hierapoli Phrygiæ. Nam, inquit,* ita Abercius sedem suam reliquisset, ut Romam veniret; et exinde in Mesopotamiam se contulisset; *ubi* et mortuus et sepultus, *nihilominus sepulcri sui violatoribus imposuisset multam,* Hieropolitanæ civitati Phrygiæ solvendam. Quod, *addit Garruccius,* quam absonum sit nemo non videt. *Hæc vero ita ille scripsit, quia Acta nostra omnino rejicienda existimavit; unde et solam expendit ac admittit Epigraphen; in qua cum dicatur* S. Abercius *Romam ivisse, hincque venisse in Mesopotamiam, de reditu autem ad civitatem Hierapolitanam non fiat sermo; conclusit Garruccius, S. Episcopum in Mesopotamia et mortuum et sepultum. In Actis nostris sicut et in* Μεταφράσει *diserte dicitur, eum ad*
C *suam rediisse sedem, atque Hierapoli obiisse et quiescere*; *quibus, mea opinione, Epigraphe nullo modo* F *contradicit, utpote quæ de his omnino silet; imo potius concordat, cum, casu quo violaretur sepulcrum, imponat multam, civitati solvendam Hierapolitanæ; sane ideo, quod ibi illud esset.*

m Τόδ' ἐποιήσα. *Conf. Comment. præv. num.* 16.

n *Hunc versiculum expungit Garruccius, quod mera sit amplificatio Metaphrastica* (2); *item et sequentem: nam, inquit* (3), poterant quidem admirationi esse *magni illi oculi ætate Metaphrastæ, quando parietibus solebant inseri giganteæ effigies et icones; at tempore* Abercii *talia nec videbantur nec usui erant. Reponet forte quis, non opus fuisse istiusmodi grandibus figuris, ut auctor Epigrammatis* magnos oculos *Christo daret, cum alia multa sint quæ ad hoc eum inducere potuerint. Numquid apud Homerum frequens deabus affigitur vox* βοῶπις, *quæ a Schrevelio redditur :* Cui bovini sunt oculi, magni et venusti? *Nec omittendum quod ad hunc locum notat D. Pitra* (4) : Hic ultro subeunt animo egregiæ illæ Pastoris boni imagines, pictura aut mussivo opere expressæ, grandibus oculis conspicuæ non semel, quæ ad hæc usque tempora in cœmiteriis et basilicis romanis supersunt. *Confer Perret :* Catacombes de Rome, *pluribus in locis.*

o *Supplet hic D. Pitra voces* τὰ ζωῆς, *nec improbat Garrucius* (5); *ipse tamen loco* ζωῆς *ponit* θεοῦ, *quia priorem vocem paulo infra adhibiturus est. Cæterum verba* vitæ *et* Dei *eumdem habent sensum. Halloixius versiculum imperfectum reliquit.*

p *Ita habet D. Pitra :*

Εἰς Ῥώμην ὅς ἐπεμψέ με τὴν βασιλείαν ἀθρῆσαι.

Garruccius pro τὴν *scribit* σὴν, *deletque sequentem Hexametrum, atque verba vult interpretanda non sensu proprio sed translato, ita ut significent* Abercium *a Christo Romam fuisse missum ut* suam ecclesiam σὴν βασιλείαν *videret* (6).

(1) Civilta cattolica, an. 1856, tom. II, pag. 83. — (2) Ibid. — (3) Ibid. — (4) Spicil. Solesm. tom. III, pag. 553. (5) Civilta. Ibid. — (6) Ibid. pag. 84 et 85.

q Per

A q Per λαμπρὰν σφραγῖδα *clarum signum* seu *annulum*, intelligit Abercius annulos aureos in senatorum et equitum Romanorum (qui maximo numero erant) digitis splendentes (1). *Teste Plinio, qui haud multum ab ætate* S. Abercii *distat, consuetudo ferendi in digitis annulos, Romanis fere propria erat*, cum, *inquit* (2), nullos omnino annulos major pars gentium hominumque, etiam qui sub imperio nostro degunt, hodieque habeat. *Et notat Halloixius* (3), haud mirum, si in Phrygia annulos non viderit Abercius, Romæ eorum copiam stupuisse; *tanto magis quod*, essent qui tres annulos uni minimo digito congererent (4). *Plura vide apud Plinium, qui initio libri* XXXIII *quasi ex professo de annulis tractat. Confer Pitisci Lexicon Antiquitatum Roman. Negat Garruccius agi hic de annulis qui digito gestantur. Observat itaque vocem* σφραγὶς *varias habere significationes. Redditur latine :* annulus digitalis, obsignatorius, sigillum; *item* caracter *animis per baptismum et confirmationem impressus atque indelebilis; quæ quidem multis demonstrat ille* (5); *nec tamen ex his rectam hujus versiculi dari posse opinatur interpretationem.* Credat, *ait* (6), qui voluerit, Abercium, alludendo ad baptismum et confirmationem, dicere solum voluisse : Ego Romæ vidi populum christianum. *Hoc enimvero nec ille nec quivis initiatus poterat ignorare! Non ergo ejus opinione sumenda materialiter est vox* σφραγὶς, *sed latiori sensu. Reddit proinde versiculum Garruccius latine :* Vidi illic populum clarum fulgente sigillo, *scilicet,* populum, *ut ipse exponit,* cui Deus insigne illud concessit donum, ut primam et infallibilem haberet cathedram. *Sequentes quoque duos versiculos huic accommodat interpretationi, quos propterea haud leviter emendandos existimat, hancque proponit lectionem totius loci, ubi de itinere Romano :*

Hortator fuit, ut Romam, tua regna, viderem;
Vidi illic populum clarum fulgente sigillo,
Atque Petro Pauloque animis concordibus; intus
Martyrii inspectus locus ipse.

Ut sensus sit, secundum Garruccium : « *Grassantibus Montani erroribus, Christus Romam me misit* (Abercium), *ut confirmarer in fide, videndo ecclesiam matrem et principalem* (tua regna βασιλείαν), *et populum* B E *prima et infallibili gaudentem cathedra* (fulgente sigillo λαμπρὰν σφραγῖδα ἔχοντα), *qui doctores habuit Petrum et Paulum* (συνομηγορέας Πέτρον καὶ Παῦλον) *quorum et ibidem martyrii locum inspexi.* » *Sane hæc, absolute sumpta, sibi optime cohærent recteque concordant; ast nuspiam, ut dixi Comm. præv. num.* 17, *ita reddita leguntur, imo et longe diversa sunt a textu omnium Mss.*

r *Vide supra* Annot. d. *Resecat Garruccius omnia quæ ad hanc peregrinationem pertinent. Conf. Comm. præv. num.* 17.

s Παῦλον ἔσωθεν. *Nemo facile hæc verba explicaverit. Fortassis locus corruptus est. Reddit Halloixius :* Collectosque habui cunctos, intus quoque Paulum; *et, quod mireris, ne verbum quidem addit explicationis gratia. Surius ita vertit :* Habui autem omnes ad eamdem venientes concionem et Paulum intrinsecus. *Num forte dicere intendit* Abercius, *se in hac peregrinatione animatum fuisse exemplo et præceptis S. Apostoli gentium, quæ continue sibi ab oculos ponebat? D. Pitra, præeunte Dubnero, hanc adhibet emendationem; loco* Παῦλον ἔσωθεν *ponit*

πάντας δὴ ἔωθεν
Ἔσχον (ἐμοὶ) συνομηγυρέας

porro omnes ex oriente habui mecum (in sacris) unanimes (7). *Subjungit in nota* (8) : omnes (*codices*) interponunt illud : Παῦλον ἔσωθεν, absque ullo sensu : quam quidem ἀλογίαν Surius sincera reddidit interpretatione sed absona : « Habui autem omnes *etc.* » Sed aptissime Dubnerus suggessit ἔωθεν.... Cætera (*quæ sequuntur in Epigrapha de Pisce allegorico*) concordant cum 1 Cor. XI, 20 et seqq. (*ubi de mensa Eucharistica :* Convenientibus ergo vobis in unum *etc.*) quæ dum in margine notarius aliquis cum siglis forte implexis excitaverit; inde mali labes. *Posset id forte admitti, si in uno alterove codice hæc tantum haberentur; sed cum* omnes interponant illud, *haud facile capio, qui* notarius aliquis *fuerit* mali labes *et causa. Quam diversa censeat et quomodo textum emendet Garruccius, supra vidimus litt.* q.

t Πίστις δὲ παντὶ προῆγε. *Halloixius et Garruccius delent vocem* παντὶ; *item D. Pitra, qui præterea, et* C F *quidem solus ut putem, loco* προῆγε *habet* προσῆγε *et reddit :* Fides namque singulis produxit, *ut jam hæc spectent ad Piscem eucharisticum. Apud alios voces illæ separantur et sensu sumuntur absoluto, indicantes fidem ubique et in omnibus* Abercio *præluxisse, nec aliud eum quæsivisse in omni vita sua, et speciatim in peregrinationibus, nisi ut Christi fidem diffunderet.*

u Est illud satis compertum et exploratum, Christum imprimis denotari Piscis symbolo. *Ita Mamachius* (9). *Notum quoque est vocem græcam* ἰχθὺς (*latine* Piscis), *initiales ex ordine præbere litteras verborum* Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτὴρ Jesus Christus Dei Filius Salvator. *Vide Halloix* (10), *item Spicilegium Solesmense* (11) *ubi ex professo de* Pisce allegorico et symbolico *tractatur. Unde eruditus vir J. B. de Rossi* (12) : Piscis imaginem in christianis veteris ævi monumentis passim obviam, Ἰησοῦν Χριστὸν Θεοῦ Υἱὸν Σωτῆρα, et qui in Christo renascuntur et vivunt Pisciculos id est fideles, significare, ipsa nos antiquitas adeo disertis testimoniis edocuit, ut ejus rei multiplicari quidem argumenta possint, certitudini autem, quæ summa jam est, quidquam addi non item. *Cæterum nemo non assentiet D. Joanni Baptistæ Pitra, qui* S. Abercii *Titulum vocat* splendidum de eucharistico Pisce, quo vix aliud est præclarius, testimonium; imo fere unicum... quo arcana ἰχθύος tessera cum B. V. Maria conciliatur.

v *Ex his septuaginta duobus annis, quibus vixisse dicitur* S. Abercius, *concludit variis ex conjecturis Halloixius, eum* sub annum Domini nonagesimum sextum (13) *natum. Vide Comm. præv. num.* 10, *ubi demonstravimus nihil certi statui posse circa annos, quibus omnino natus vel mortuus* S. Abercius *sit.*

x Hæc cogitans oraverit pro Abercio quicumque nobiscum sentit. *Surius.*

(1) Halloix, tom. II, pag. 141. — (2) Histor. natur. lib. XXXIII, cap. 6, tom. V, pag. 13. Paris. 1685. — (3) Ubi supra. — (4) Plinius, lib. cit. pag. 14. — (5) Civilta cattolica, an. 1856, tom. II, pag. 85-87. — (6) Ibid. pag. 87. — (7) Spicilegium Solesmense, tom. III, pag. 553 et 554. — (8) Ibid. pag. 555. — (9) Origines et antiquitates christianæ, lib. I, § 6, tom. I, pag. 56. Romæ, 1749. — (10) Tom. II, pag. 142 et 145. — (11) Tom. III, pag. 499-584. — (12) Ibid. tom. III, pag. 546. — (13) Halloix. tom. II, pag. 55.

y *Non*

AUCTORE B. B.

γ *Non desunt, quibus mirum imo et reprehendendum videatur,* S. Abercium *de morte cogitantem, fuisse sollicitum de alterius sepulcri vetanda superimpositione, atque secus facienti imponenda multa; ast, reponit Halloixius* (1), id videri alienum a sancto Viro non debet, imo magis ad illius spectat providentiam, quod sepulcrum suum ac monumentum, unde aliqua ad posteros emanare utilitas poterat, abscondi vetuerit. *Caterum mos* non immittendi mortuos super mortuos *ab antiquissimis temporibus receptus tam apud hebræos et gentiles quam apud Christianos erat. ut probat Jacutius in suo commentario de Bonusæ et Mennæ titulo* (2). *Quam in rem citari solet locus Tertulliani ex libro de Anima* (3) : Est, *inquit,* et alia relatio apud nostros, in cœmeterio, corpus corpori collocando spatium recessu (*nempe prodigioso*) communicasse. *Probatur item mos ille ex concilio Autisiodorensi anni* 578 : Non licet mortuum super mortuum mitti (4); *et Matisconensi anni* 585 : Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris sepulcra reserare et mortuos superimponere... Ideoque statuimus ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legum decreta, superimposita corpora de eisdem tumulis rejactentur (5); *ita quoque in Capitularibus Caroli Magni :* Mortuum super mortuum non ponant (6). *Hinc, etiam in vetustioribus nonnullis titulis, diræ ac maledicta in eos qui tale quid attentare ausi fuissent* (7) : Nemo suum vel alienum cadaver super me mittat; quod si hoc præsumpserit, sit maledictus et in perpetuum amathemate constrictus. *Et in ipso Bonusæ et Mennæ titulo, quem Jacutius* ad quarti interlabentis, incipientisve quinti sæculi tempora *revocari existimat* (8), *inter alia legitur :* HABEAT ANATEMA A JUDA SI QUIS ALTERUM HOMINEM SUPER ME POSUERIT (9). *Ad hoc apposite notat idem Jacutius* (10) : Quotus enim est quisque, qui vel æquissimum non edixerit esse, ut Christi nempe fideles ad vita functorum requiem sartam tectam servandam, ultionis divinæ mala in illius protulerint violatores quoscumque, in quos ipsi se ethnici, nedum principum suorum legibus constitutisque pœnæ nomine mulctis opposuere; verum plurima in hos ipsos, perinde ac in sacrilegos nequissimosque mortalium consuevere projicere maledicta, fore eis optando IRATOS. MANES. OSSA. SUORUM, ERUTA. ATQUE. DISPERSA, nec
B non DEOS. IRATOS. QUOS. OMNES. COLUNT; vel his gemina (*similia*) alia, quæ in exscriptis ab Grutero potis- E
simum ac Menkenio paganorum epitaphiis recensentur? Quid quod sacris in litteris plura auditu fandoque ipso horrentia proferri solent in impios maledicta, uti illa præprimis in *amarissimis* Zelotypiæ *aquis* contra mulierem adulterii suspicione sese purgantem congesta (11); illaque dein adversus omnes divinæ legis transgressores Ebræos ab Levitis, in populi concione, Mosis jussu prolata (12); nil ut dicam de plagis maledictisque tot aliis, quæ in libri Apocalypseos violatorem pronuntiavit Johannes (13)? At si isthæc plenissimæ horroris diræ, Reinesio (*contra quem hic agit Jacutius*) ipso judice, nequaquam esse dicique possunt difformes mansuetudini Dei; nec eæ adhuc in antiquorum exstantes Christianorum Titulis diræ culpari poterunt adeo, inde ut *mansuetudini pietatique Christianæ difformes* reputentur. *Hactenus Jacutius. Paulo ante dixerat* (14) : Sane hæc Ethnicorum Ebræorumque sepulcralis religio, optato tandem asserta fuit veritatis in lumine a fidelibus priscis; qui probe quum essent adeo de mortuorum resurrectione instructi, ut antiquius nil inde creditu, nilque in ore retinuerint frequentius, quam eorum sepulcra, *domus* esse *quietis,* suosque mortuos *in somno pacis dormire, immutationem expectantes suam et adventum gloriæ magni Dei,* jam immane propterea execrandumque reputavere piaculum, ut suorum in Christo mortuorum pax ista, ex aliorum præsertim illa unius supra aliud injectione cadaverum turbaretur (15). *Ad multam quod attinet, similia rursus in antiquis sepulcrorum epigraphis nonnumquam occurrunt. Sic Polæ, teste Halloix* (16), *quæ urbs Istriæ est, in horto quodam ad S. Stephanum* (*ut Gruterus habet*) *sequens legebatur Inscriptio, quæ haud parum cum Aberciani Tituli fine consentit :*

AVIDIA MAXIMINA.
DOMVM. ÆTERNAM. V. S P.
SI. QVIS. ALIVD. CORPVS.
SVPERPOS. DET. FISCO. P.
CCC. M. N.

Quæ ita ibidem legenda volunt : Avidia Maximina domum æternam vivens sibi posuit. Si quis aliud
C corpus superposuerit. det fisco Polæ trecenta millia nummum. *Vide Halloix loc. cit. Alia, nec dubitem* F
meliora, de hac inscriptione habet Jacutius ex Fabretto (17). *His imprimis* epigraphe Brixiensis *est, non Polensis. Deinde ita illam reddunt :*

MAXIMINA
DOMVM ÆTERNAM
VIVA SIBI POSVIT
SI QVIS ALIVD CORPVS
SVPERPOSVERIT
DET FISCO X CCCMILLIA

id est, denariorum tria millia. *Denique Fabretto monumentum hoc Christianum est; aliter sentit Jacutius,* quum, *inquit* (18), nullum in eo ipso occurrat Christianismi indicium, ibique imo gentilitas, nedum (*tam*) ex formula *domum æternam...,* quam ex pecunia, se prodat illa, quæ inibi, pœnæ nomine adjudicata est fisco, jam is pro Ethnico existimandus est Titulo. *Nullo tamen modo negat Jacutius id genus multam in Christianis monumentis adhiberi non potuisse. Nec prætermittendum, quod habet Angelus Maius in Præfatione ad* Inscriptiones Christianas, *quas juxta Marinii codices mss. publici juris fecit in sua* Scriptorum veterum nova collectione *tom. V:* Ego, *ait* (19), a Marinio disquisitionem potissime optassem de inscriptionibus, quæ, utrum Ethnicæ an Christianæ sint, dubitatur... Fateor id quidem magni ac subacti esse judicii, diuturnæque peritiæ atque laboris, nec sine multarum rerum cognitione (quæ in Marinio abundabat),

(1) Halloix, tom. II, pag. 144. — (2) Christianarum antiquitatum specimina quæ in vetere Bonusæ et Mennæ titulo pag. 51 et seqq. Romæ 1758. — (3) Cap. 51. Patrologia Migne, tom. II, col. 738. — (4) Sirmond. Concilia Galliæ, tom. I, pag. 365. — (5) Ibid. pag. 388. — (6) Pertz, monumenta Germaniæ. Leges, tom. II, app. pag. 83. — (7) Jacutius, ubi supra, pag. 39 et seq. — (8) Ibid. pag. 4. — (9) Ibid. pag. 31. — (10) Ibid. pag. 41. — (11) Num. V, 14-31. — (12) Deut. XXVIII, 16 et seqq. — (13) Apocalyp. XXII, 18. — (14) Ubi supra, pag. 36 et seqq. — (15) Conf. Ang. Maium, Vet. scriptorum etc., tom. V, *in Præfatione*, pag. XVI. — (16) Tom. II. pag. 144. — (17) Specimina antiq. pag. 35. — (18) Ibid. *nota* — (19) Pag. XXII et seq.

AUCTORE B. B

A abundabat), veluti formularum et signorum, quæ sæpe eadem in utriusque religionis castris militant, dictionum etiam, emblematum atque siglorum, in dubiis hujusmodi certum denique aliquid posse constitui. Nam quis non rideat boni illius credulitatem viri, qui litteras I. O. M. lapidi inscriptas prae foribus monasterii, cui præerat, interpretabatur *introitus omnium monachorum*, et non potius *Jovi optimo maximo*, ut in classe inscriptionum de diis ethnicorum passim legimus?

z *Codex Colbert.* 1540 *invertit numeros; Romanis* mille; *Hierapoli* duo millia *solvenda imponit. Garruccius utrobique habet :* Duo millia nummum.

aa *Hic est, qui apud Lequien vocatur* Abercius II, *de quo hæc solum refert :* Sancti Abercii successor Abercius alter fuit ex Hierapolitano ecclesiæ archipresbytero, a decessore suo Abercio designatus, ipsoque vivente confirmatus. Ita fertur in Vita Abercii prioris (1). *Ibidem inter episcopos Hierapolitanos ordine X venit* Abercius III (2), *qui subscripsit Chalcedonensi concilio :* Abercius minimus episcopus Hierapolis Phrygiæ Salutaris.

bb *In* Μεταφράσει *Boissonadii additur clausula hortatoria, quam ita latine redditam alicubi reperio :* Et sepultus est magnifice in hoc, quem sibi ipse paraverat, tumulo. Ejus virtutem æmulemur audientes : neque enim simpliciter in descriptionem laudatorum hominum vitas Spiritus sanctus tradi permittit; sed ut quisque inveniens quod ex illis utile est, et imitatione meliorum vertutem exercens, similis gloriæ non expers in die retributionis inveniatur, gratia et largitate D. N. J. C., cui gloria in sæcula. Amen. *Coronidis loco adscribam ex codice Parisiensi num.* 1540, *quæ sequuntur post epigraphen usque ad Actorum finem. Diximus Comm. præv. num.* 2 *codicem hunc recentioris quam alios esse ævi; quod ex modo narrandi seu stylo etiam probari mecum, putem, existimabit eruditus lector :* Καὶ τοῦτο πράξας· καὶ συναγαγὼν τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τῆς ἐκκλησίας, καὶ τινας τῶν ἀδελφῶν, εἶπεν πρὸς αὐτούς· Τεκνία μου, ἐγὼ μὲν ὡς ὁ Κύριος προσέταξεν, μεθίσταμαι· ὑμεῖς δὲ ἐουλεύσασθε περὶ ἐπισκόπου. Καὶ πρὸς ἑαυτοὺς οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ μικρὰ διαλεχθέντες, ἐπελέξαντο τὸν ἀρχιπρεσβύτερον, καὶ αὐτὸν ὀνόματι Ἀβέρκιον· ἐπαινέσας οὖν τὴν προβολὴν αὐτῶν ὁ ἅγιος, ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, καὶ

B ἐπευξάμενος καὶ εὐλογήσας αὐτὸν. Οὐ μετὰ πολλὰς ὥρας παρακαθεζομένων αὐτῶν πάντων, ἀναβλέψας εἰς E τὸν οὐρανὸν καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνας, εἶπεν· εὐχαριστῶ σοι Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ μέχρι τῆς σήμερον φυλάξας τὸν δοῦλον σου· καὶ ἀξιώσας με εἰς τὴν πόλιν σου, ἣν ἐκέλευσάς με ἐπισκοπεύειν, μεταστῆναι τοῦ προσκαίρου βίου τούτου· καὶ εἴη τὸ ὄνομά σου δεδοξασμένον, εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ πάντων τῶν παρεστώτων τὸ ἀμὴν ἐπευφημισάντων παρέδωκεν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τοῖς παρεστῶσιν ἀγγέλοις. Ἐπιμελησάμενοι οὖν οἱ παρόντες τοῦ σώματος, ὡς ἦν δυνατὸν ἔθαψαν εἰς τὸν τύμβον, ὃν ὡς προείρηται κατεσκεύασεν ἑαυτῷ. Ἐτελεύτησεν δὲ ὁ ἅγιος Ἀβέρκιος, μηνὶ Ὀκτωβρίῳ κϐ κατὰ Ῥωμαίους. Καὶ ὑποστρέψαντες πάντες οἱ ἀδελφοὶ, εἰσήγαγον ὃν ἐψηφίσαντο ἐπίσκοπον, καὶ αὐτὸν ὡς εἴρηται Ἀβέρκιον καλούμενον, εἰς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ ἐκάθισαν αὐτὸν εἰς τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς τοῦ ἁγίου καὶ ἰσαποστόλου Ἀβερκίου· δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Hæc cum fecisset, congregavit presbyteros et diaconos ecclesiæ, nonnullosque ex fratribus; quibus dixit : filii, ego quidem, prout Dominus constituit, moriturus brevi sum : vos vero consulite de episcopo. Presbyteri et diaconi fratresque paululum inter se collocuti, elegerunt archipresbyterum nomine quoque Abercium. Probavit sanctus Vir illorum propositum, eique manus imposuit et benedixit. Paucis post horis, illisque circumstantibus, in cælum aspiciens extensisque manibus : Gratias, inquit, ago tibi, Domine mi Jesu Christe, qui in hunc usque diem custodisti servum tuum, et dignatus es me in civitate, cujus voluisti me esse episcopum, ex hac vita vocare. Sit nomen tuum benedictum in infinita sæcula sæculorum. Cumque circumstantes omnes dixissent Amen, tradidit spiritum adstantibus angelis. Cum ergo, qui præsentes erant, corpus defuncti curassent, illud in tumulum quem, ut dictum est, ipse sibi paraverat, deposuerunt. Mortuus est S. Abercius mense Octobri die XXII secundum Romanos. Tum fratres omnes regressi introduxerunt in ecclesiam episcopum quem elegerant, vocatum quoque, ut diximus, Abercium, atque imposuerunt cathedræ pontificali sancti et apostolis æqualis Abericii, laudantes et benedicentes benignissimum Deum ac Dominum nostrum Jesum Christum cum sancto Spiritu cui gloria et potestas in sæcula sæ-

C culorum. F

(1) Oriens christianus, tom. I, col. 854. — (2) Ibid. col. 855.

DE

A D

DE SS. ALEXANDRO, EPISC.; HERACLIO, MILITE; ANNA, THEODOTA, GLYCERIA ET ELISABET MM.

B. B.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

Memoria et Passio ex Menologio ac Menæis Græcorum et Martyrologio Romano. Ædes SS. Martyribus illis sacra Constantinopoli in Cupresseto.

FORTE S.EC. II VEL III. *Passio*

In Menologio græcorum Basilii legitur : Certamen sacrosancti martyris Alexandri et sociorum Heraclii, Annæ, Theodotæ et Glyceriæ (1). *Atque subjungitur :* Alexander sacer martyr cum episcopus esset, et libere Christum prædicans multos Judæorum Græcorumque ad
B Christi fidem traductos baptizaret, retentus a regionis præfecto, direque tortus et dilaniatus; cum idolis sacrificare compelleretur, nulla arte ad id induci potuit. Cujus constantiam miles quidam Heraclius nomine admiratus, in Christum credidit; quare et ipse multis tormentis excruciatus, capite plectitur. Alexander vero multis editis miraculis, quippe qui Christi opera a plagis sanatus fuerat, tres etiam feminas ad Christi fidem pertraxit, Annam, Theodotam et Glyceriam; quæ in conspectu præfecti oblatæ, ipsum objurgarunt, et idolorum superstitionem falsam appellarunt. Quamobrem ira excandescens præfectus, caput Alexandro primum amputari jubet; deinde Sanctas suppliciis vexatas capitis damnavit. Atque ita finem habuere. *Hæc quidem in Menologio; in Menæis* (2) *eadem fere leguntur, ast loco* trium, *ponuntur* mulieres quatuor γυναῖκας τέσσαρας Theodotam et Glyceriam, Annam et Elisabet; *præterea his quatuor gladio etiam cæsis* omnium postremus Ὕστερον δὲ πάντων S. Alexander *capite plexus occubuisse scribitur.*

ex Menologio et Menæis.

2 *Utra verior sit narratio, dubito an certo statui queat. Sane præclarissimum est* Menologium græ-
C corum, *circa annum* 984 græce editum jussu Basilii imperatoris, *non quidem* Macedonis, *ut perperam asseruit Baronius* (3); *bene vero Junioris seu* Porphyrogeniti, qui sæculo integro posterior Macedone fuit, *ut recte notat post alios Josephus Simonius Assemani* (4); *ubi præterea declarat se operis illius curasse editionem, auctoremque esse Præfationis, parti* I *afflixæ; quod cæteroquin ex Titulo nemo unus vel suspicaretur* (5). Omnium antiquissimum, *judice Zaccaria* (6) et augustissimum est Menologium illud; *de quo et decessores nostri* (7) : est... ceteris (*Menologiis*), quæ vidimus, omnibus illustrior hæc collectio, auctoritatisque majoris. *Editum est opus ex duobus codicibus : altero, eoque præstantissimo, Vaticano, sex complectente menses a Septembri ad Februarium.* Codicis dignitatem, *inquit Assemani* (8), supra ceteras laudes commendant, quadringentæ ac triginta imagines (*quot scilicet præfatis sex mensibus memorantur varii Sancti seu Sanctorum classes*) ab illustribus Basiliani ævi artificibus, mimio depictæ; *addunturque singulis imaginibus ad marginem pictorum nomina, quæ* in hujus editionis margine quadringenties trigesies repetere, nullius operæ prætium duximus; *picturæ denique illæ accurate ære incisæ fuerunt trium Pontificum, Clementis XI, Innocentii XIII et Benedicti XIII sumptibus. Alterum codicem* reperisse *se testantur Henschenius et Papebrochius* (9), *in* Basilianorum monachorum monasterio *Cryptæ Ferratæ;* non quidem pari (*ac Vaticanus*) characterum elegantia et picturarum ad singulas paginas delicijs exornatum... sed antiquitate et fide nihilo inferiorem. *Mirum post hæc non est,* injuriosam (*ab Harlesio, Fabricii editore,* iniqua *etiam dicitur* (10)) *a supra laudato Assemanio* (11) *vocari* Caroli Macri censuram, *aientis*, a catholicis caute legendum (*Menologium*), quia multi, qui schismatici exstiterant pro Sanctis in hoc kalendario celebrantur. *Reponit Assemanius :* Atqui nullus est ibi schismaticus; omnes vero orthodoxi; et pro Sanctis in utraque ecclesia, Romana scilicet et Græca habiti. Legantur Sanctorum nomina; consulantur Allatius, Ughellius, Bollandiani. Unus est Macrus, qui quum librum illum neque vidisset, tam animosum tamen, tamque injustum de eo profert judicium.

Num tres vel quatuor SS. Feminæ *numerandæ.*

3 *Ad sanctas Feminas, cum* S. Alexandro *passas, quod attinet, tres tantum numerantur in Menologii textu,* Anna, Theodota *et* Glyceria, *totidemque cernuntur in tabella seu imagine Passioni præfixa : scilicet ad dexteram legentis exhibetur* S. Heraclius *capite truncatus; versus medium* S. Alexander *cum carnifice, qui stricto elevatoque gladio beati viri cervicem jamjam percussurus est; ad sinistram partem stant tres sanctæ Mulieres. In Menæis quatuor nominantur, addita nempe* S. Elisabet. *Baronius* (*qui, ut ipse nos docet* (12), *codicem Vaticanum præ manibus habuit adeoque mensem Octobrim, qualis in excuso Menologio continetur*) *in medio reliquit quæstionem. Ita nempe annuntiat hac die* 22 *Octobris in Martyrologio Romano :* Item (*id est, non* Hadrianopoli, *ubi præcedens classis ponitur; sed* apud Græcos, *ut recte adnotat Castellanus*) sanctorum martyrum Alexandri episcopi, Heraclii militis et Sociorum; *imo* Sociarum, *siquidem feminæ sint. Quatuor leguntur apud laudatum Castellanum* (13), *immutato paulisper Menæorum ordine :* Anna, Elisabeth, Theo-
F

(1) Menologium Græcorum, part. I, pag. 134. — (2) Octobris, pag. 132. Venetiis 1843. — (3) Ad annum 886. — (4) Kalendaria ecclesiæ universæ, tom. I, pag. 100. Romæ 1755. — (5) Menologium græcorum... nunc primum græce et latine prodit studio et opera Annibalis cardinalis Albani. Urbini 1727. — (6) Bibliotheca Ritualis, tom. I, pag. 89. Romæ 1776. — (7) Acta SS. tom. I Martii, pag. 861. — (8) Menologium. Præfat, pag. VII. — (9) Acta SS. Ubi supra. — (10) Bibliotheca græca, tom. X, pag. 147. Hamburgi 1807. — (11) Kalendarium. Ubi supra. — (12) Menologium. Præfat. Ad calcem. — (13) Martyrologe universel, 22 Octob.

dota

dota et Glyceria; *eodem modo Seberus* (1), *in epigrapha ad versiculos ex Menæis desumptos, qui sunt hujusmodi :*

Τμηθεὶς ὁ σεπτὸς Ἀλέξανδρος αὐχένα,
Καὶ μάρτυς ἐστὶν, οὐ θύτης Χριστοῦ μόνον.
Θεοδότην ἄγχουσιν καὶ Γλυκερίαν,
Θεοῦ γλυκείας ἠγαπηκύιας δόσεις.
Στῶμεν καλῶς, καὶ θῶμεν αὐχένας ξίφει,
Ἀθλοφόροι λέγουσιν ἀλλήλαις δύο.

Verendus Alexander ense cæditur,
Qui mysta Christi ejusque martyr est simul.
Theodotam Glyceriamque strangulant,
Dulces amantes Numinis dotes boni :
Nunc stabimus pulchre, caputque dabimus
Ferro, triumphantes loquuntur invicem.

Qui quidem iambi latini satis accurate sensum reddunt textus græci, non tamen ad verbum, ut legenti manifestum est. In Synaxariis mss. nostris Ambrosianis vacat dies 22 *Octobris; Sirmundiana recitant elogium ex Menæis, cui nonnulla subnectuntur de cultu, quæ numero sequenti adscribam. Equidem starem potius Menologio, si hoc Menæis revera contradiceret : ast non ita est. Silet tantum de*
B S. Elisabet; *ac proinde argumentum præbet mere negativum, quod ex genere suo non prævalet diserto Menæorum testimonio; quemadmodum nec binarius iamborum officit ternario Menologii numero. Fieri etiam potuit, ut aliunde* S. Elisabet *accreverit turmæ et, licet alibi passa, communem sit nacta cultum. Apud latinos, Romano excepto Martyrologio, non occurrit Sanctorum nostrorum mentio : nihil in Hieronymianis; nihil in Adone et Usuardo, hujusque plurimis apud Sollerium Auctariis.*

De eorum Ede sacra

4 *Ignoramus quo tempore contigerit martyrium istud; putem sæculo secundo vel tertio. Nec etiam scimus cujus sedis* S. Alexander *fuerit episcopus.* S. Heraclius *diserte* miles *vocatur. Reliquæ tres aut quatuor simpliciter* feminæ γυναῖκες *dicuntur, ut non liqueat an virgines essent vel viduæ, vel fortassis adhuc matrimonio junctæ. Locus Martyrii primo intuitu videri posset subindicari in Sirmundi Synaxariis mss., ubi, recitato ex Menæis elogio, additur :* τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν συνάξις ἐν τῷ μαρτυρείῳ αὐτῶν πλησίον ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ κυπαρισσίῳ agitur autem horum conventus *seu festum* in martyrii sui statione ad S. Georgii in cupresseto, (loco cyparissis consito) : *ita nempe in Ms. Bibliothecæ Parisiensis latine reddunt verba illa Synaxarii Sirmundi seu collegii*
C *Claromontani Parisiis, postea* a Ludovico Magno *dicti. Quem in locum duo animadvertenda habeo : alterum est,* μαρτυρεῖον, *in media latinitate* Martyrium, *sumi pro* æde sacra, Deo sub Martyrum invocatione dicata (2). *Quod si ita sit, ex voce hac nihil concluditur de loco passionis. Scribit Faustinus Arevalus in Notis ad Etymologias S. Isidori Hispalensis* (3) : Martyrium græce, Memoria latine, erat ecclesia super alicujus vel aliquorum Martyrum sepulcrum constructa. Sed proprie locus ipse sub altari principe, in quo corpora sanctorum Martyrum requiescunt, martyrium seu confessio appellatur. Hinc Confessio sanctorum Apostolorum in templo Vaticano. *Ex his aliquid amplius haberetur, si nullam factam fuisse* S. Alexandri *et Sociorum constaret translationem : sed hac de re altum apud scriptores silentium. Nihilominus crediderim translationi hac præcipue de causa, quod* Μαρτυρεῖον, *constitutum in ipso loco passionis, idque in urbe celeberrima, nempe Constantinopoli, proprio nomine* SS. Alexandri *et Sociorum recenseretur. Nisi quis existimaverit verba* ἐν τῷ μαρτυρείῳ αὐτῶν Πλησίον ἁγίου Γεωργίου *ita intelligenda esse, ut declarent, SS. Martyribus nostris dedicatam fuisse ecclesiam, hancque haud multum dissitam a S. Georgii æde. Qua admissa interpretatione, locus passionis satis clare innotesceret. Alterum, quod animadvertendum habebam, illud est voces,* πλησίον ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ κυπαρισσίῳ *haud parum sollicitos jam habuisse decessores nostros. Sic Papebrochius in Actis S. Georgii* (4) *refert in Menæis* 26 *Novembris addi, in Synaxario Sirmundi, elogio S. Alypii :* ἐγκαίνια τοῦ ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ Κυπαρίσσῳ Encœnia seu Dedicatio S. Georgii in Cyparisso *seu* Cupresso; *atque subdit, his verbis* non significari urbem hujus nominis *Cyparissa*, quales apud Ortelium (*idem est apud alios*) variæ notantur, argumento est articulus τῷ, qui non solet ante urbium nomina in simili constructione poni, sed ante nomina locorum particularium; et hunc quidem locum, Cyparissi seu Cupressi appellatione notum, puto Constantinopoli aut circa eam inquirendam. *Si ad litterarum apices attendatur, non est accurata Papebrochii notatio. Præ manibus habeo ipsum illud Sirmundiani Synaxarii apographum ms., quo decessores nostri, adeoque et Papebrochius, usi sunt, in quo loc. cit. clare habetur* (5) : ἐν τῷ κυπαριστίῳ, in Cupresseto, *non* ἐν τῷ κυπαρίσσῳ in Cyparisso *seu* cupresso; *eadem lectio est in Additamento ad elogium* SS. Alexandri *et Sociorum. Sed et in Menæis impressis* (6) *ad diem* 9 *Maji invenio :* τελεῖται δὲ αὐτοῦ (Χριστοφόρου) σύναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ, τῷ ὄντι πλησίον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου ἐν τῷ κυπαρισιῳ; *item ibidem ad diem* 22 *Junii* (7) : *Agitur synaxis SS. Zenonis et Zenæ MM.* ἐν τῷ ἁγιῳ μαρτυρείῳ τοῦ ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ κυπαρισσίῳ. *Alibi aliarum rursus ædium divo Georgio sacrarum fit mentio. Sic in Menæis typo excusis ad diem ejus onomasticum* 23 *Aprilis* (8) : τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι ἐν τῷ Δευτέρῳ agitur ejus conventus in sanctissimo ipsius Martyrio (*æde*), quod est in Deutero.

AUCTORE B. B.

E

juxta S. Georgii in Cupresseto,

5 *Atque hæc ex Menæis et Synaxariis in quibus quater saltem occurrit mentio* S. Georgii in Cupresseto. *Aliunde plures ædes Constantinopoli exstitisse sancto huic Martyri sacras efficitur ex Ducangio et Banduro. Ille quinas numerat* (9); *hic plures quoque laudat variis in locis atque accurate in Indice tom. I, notatas* (10); *ast nulla apud eos* ἐν κυπαρισσίῳ *dicitur;* F *unde et Ducangius ignorare se declarat quo loco hæc steterit* (11). *Præterea in Tabula topographica* urbis Constantinopolitanæ in tres partes divisæ, qualis ab auctore anonymo, qui Alexii Comneni tempore vivebat, describitur, *quam exhibet Bandurus initio tomi II* Imperii Orientalis, *in hac, inquam, tabula binæ sunt S. Georgii ecclesiæ : altera versus portam Polyandri seu in* Deutero. *ut manifeste de hac agant Menæa ad diem* 23 *Aprilis; altera in parte urbis, priori e diametro opposita, nempe in Manganis.* An vero et quæ, ex duabus istis S. Georgii ædibus, sita fuerit in Cyparissiis incompertum nobis est, *ait Pinius noster in Actis S. Christophori ad diem* 25 *Julii* (12). *Nec ego quoque dixero. Id tamen noto : ex Menæis ad* 9 *Maji habetur ecclesia S. Christophori* πλησίον τοῦ ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ κυπαρισσίῳ, *atque ex iisdem* 16 *Decembris :* τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου μαρτυρος Χριστοφόρου πλησίον τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου, *ita ut videatur haud procul exstitisse*

(1) Ecclesiæ græcæ martyrologium metricum, pag. 345. Lipsiæ 1727. — (2) Glossarium Ducangii. — (3) Opera, tom. II, col. 982, Migne. — (4) Acta SS. tom. III Aprilis, pag. 112. — (5) Pag. 121. — (6) Venetiis 1845, pag. 41. — (7) Ibid. pag. 81. — (8) Ibid. pag. 100. — (9) Constantinopolis christiana, lib. IV, pag. 124 et 125. — (10) Imperium orientale, sive antiquitates Constantinopolitanæ. Paris. 1711. — (11) Constantinopolis christiana, ibid. pag. 121. — (12) Acta SS. tom. VI Julii, pag. 128.

AUCTORE B. B.

illa tum ab æde S. Polyeucti, tum ab æde S. Georgii ἐν τῷ κυπαρισσίῳ, *quæ proinde posteriores duæ haud longe ab invicem dissitæ forent existimandæ. Jam vero in superius laudata Tabula ponitur S. Polyeucti ecclesia versus urbis medium, æqualiter fere distans a Manganis et Deutero. Num forte ibidem erat* S. Georgius in Cupresseto? *Vel an S. Christophori* Μαρτυρεῖον *et ejusdem* Ναῦς, *diversæ ab invicem sunt ædes, atque diversis in locis seu partibus urbis* Cp*olitanæ sitæ? Aliud non habeo quod dicam, ne tenebris addere videar tenebras. Id certum, hactenus præter Menæa et Synaxaria, aliud opus a me non repertum, ubi mentio fiat* ædis in Cupresseto *intra urbis Constantinopolitanæ limites. Cæterum memorata Tabula Menæis longe ætate posterior videtur, utpote quæ referenda est ad tempora Alexii Comneni. Sed cujus? tres enim ejusdem nominis numerantur imperatores. Primus regnavit* (1) *ab anno* 1081 *ad annum* 1118; *secundus* (2) *ab anno* 1180 *ad annum* 1185, *quo strangulatus jussu Andronici fuit; tertius* (3) *ab anno* 1195 *ad annum* 1205, *quo solio pulsus est. Addi posset et quartus, filius nempe Isaaci,* junior *dictus* (4). *Verisimile tamen est ex regnorum illorum adjunctis, tabulam spectare ad ætatem Alexii I,*

B *adeoque ad finem sæculi* XI *vel initium sæculi* XII.

laudata in Menæis, quorum

6 *Ad Menæa quod attinet, illorum, asserente Pagio* (5), collectores seu instauratores præcipui censendi sunt Sabas, Sophronius et Damascenus, ut per se satis patet legentibus Typicum S. Sabæ ac Menæa. *Et re quidem vera, ut ibidem notat paulo superius idem Pagius :* Collatis diebus Menæorum cum diebus per sanctum Sabam in Rituali seu Typico ordinatis, manifeste apparet, Cantica omnia, quæ sanctus Sabas in Typico primis tantum verbis significavit, integerrimo textu et eodem prorsus ordine in Menæis esse collocata, quo ea sanctus Sabas in Typico seu Rituali, tamquam in Indice quodam notaverat. Cum vero successu temporum, maxime autem grassantium barbarorum furore, Menæa, quemadmodum et Rituale, pœne interiissent, a Sophronio primum, deinde a Joanne Damasceno pristino nitori reddita sunt, additis ab utroque plurimis Odis in laudem Sanctorum, qui post sancti Sabæ tempora vixerunt. *Porro S. Sabas sæculo floruit* VI, *vita functus anno* 532 (6); *S. Sophronius sæculo* VII, *patriarcha Hierosolymitanus erat cum urbs illa ab Omaro capta anno* 636 *est* (7); *S. Joannes Damascenus obiit circa annum* 750 (8).

C *Itaque, juxta Pagii sententiam, Menæa aliquatenus sæculo* V *forent antiquiora, et prout nunc fere habentur, sæculo* VIII *digesta fuissent. Cum tamen Pagius, ut ex ejus mox recitatis verbis liquet, præcipue nitatur Typico S. Sabæ, non est prætermittendum, alia prorsus ab Oudino proferri :* Fallitur, *inquit* (9) Caveus, dum ipsi (*S. Sabæ*) attribuit Typicum sanctæ Lauræ... quod revera opus Græciæ recentissimæ est; *additque inferius* (10) : Caveus... ut opinionem suam de Typico defendat, Cyrillum Scythopolitanum profert in Vita S. Sabæ cap. 76. Sed Caveus fallitur : non enim illic agitur de « Typico officii ecclesiastici, seu de ritibus officii per annum » sed « de Constitutionibus cœnobiticis ad morum informationem » conducentibus, in cœnobio suo obtinentibus. *Et rursus ibidem : Caveus* fallitur dum inquit, « Typicon S. Sabæ sæculo VIII a sancto Joanne Damasceno fere deperditum, restitutum fuisse et reparatum. » Apertum mendacium, quo convincitur ex statu miserrimo ecclesiæ Hierosolymitanæ... sub ditione Saracenica... quæ duravit ab anno Christo 636 ad 1099.

D

quædam additur notitia.

7 *Atque hæc quidem Oudinus pro more suo, haud parum in adversarium suum Caveum superciliosus. Profecto concordat cum Pagio Allatius* (11), *qui multis agit de Typico, citans verba Simeonis Thessalonicensis inedita, atque hæc inter alia :* Typicum Hierosolymiticum... sanctissimum Sabam et post eum theologum Damascenum auctores institutoresque agnoscit... qui ambo Typicum composuere: nam cum a divino Saba compositum barbarorum incursione excidisset, magnus hic Joannes ab initio illud, ut antiquitus erat, conscripsit ordinavitque (12). *Allatium sequuntur Fabricius* (13), *Lambecius* (14), *Zaccaria* (15); *item decessores nostri in Tractatu* de Acoluthia officii canonici Græcorum (16). *Cæterum argumenta Oudini non sunt valde stringentia; locus ex Cyrillo Scythopolitano invocatus ad summum probaret ibidem non agi* de Typico officii ecclesiastici; *ast exinde quis inferat, illud a S. Saba non fuisse conscriptum? Allatius alium ex eodem Cyrillo profert locum,* (*subobscurum tamen*) *quo suam dicit firmari sententiam* (17). *Nec etiam serio quis asseruerit* miserrimum ecclesiæ Hierosolymitanæ statum *impedimento fuisse, quominus Typicum S. Sabæ a S. Joanne Damasceno instauraretur. Denique, hic sicut et alibi sæpius, videtur Oudinus genio suo adversus Caveum luculenter indulsisse* (18), *nec putem inter eruditos quemquam futurum, qui Oudini nixus auctoritate, pronuntiet, Typicum S. Lauræ seu Sabæ,* revera opus Græciæ recentissimæ esse. *Poterit forte quæstio hæc retractari in Actis S. Sabæ abbatis, cujus memoria occurrit in Martyrologio Romano ad diem* 5 *Decembris.*

E

F

(1) Art de vérifier les dates, pag. 378. — (2) Ibid. pag. 380. — (3) Ibid. pag. 381. — (4) Ibid. — (5) Ad annum Baronii 636, num. IV. Annal. tom. XI, pag. 315. Lucæ, 1742. (6) Oudinus. Commentarius de scriptoribus ecclesiæ antiquis, tom. I, col. 1393. Lipsiæ 1722. — (7) Ibid. col. 1603. — (8) Ibid. col. 1725. — (9) Ibid. col. 1395. — (10) Ibid. col. 1396. — (11) De libris et rebus ecclesiasticis græcorum pag. 4 et seqq. — (12) Ibid. pag. 9. — (13) Bibliotheca græca, tom. X, pag. 141. *Nota.* — (14) Bibliotheca Vindobonensis, tom. V, col. 602. Vindobon. 1778. — (15) Bibliotheca ritualis, tom. I, pag. 79. Romæ 1776. — (16) Acta SS. tom. II Junii, pag. XXIII. — (17) Ubi supra, pag. 9 et 10. — (18) Confer. Biographie universelle. *Voce.* Oudin (Casimir).

A D

DE S. PHILIPPO EPISC. ET MART.

FIRMI IN PICENO.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

B. B.

S. Philippi memoria. Num proprie dici possit episcopus Firmanus. Diluitur commentum quoddam Tamayi de Salazar. Cultus et reliquiæ.

FORTE MEDIO SÆC. III. *Pauca de* S. Philippo *habemus,*

B *Ejus memoria habetur hac die in Martyrologio Romano :* Firmi in Piceno sancti Philippi, episcopi et martyris. *Et paulo fusius in Kalendario ms. ecclesiæ Firmanæ quod, judice Catalano* (1), *sæculo* XIII *exaratum fuit :* XI Kal. Novembris S. Phylippi ep. et m., cujus corpus jacet in ecclesia catedrali in confessione (2). *Item in Martyrologio ad usum ecclesiæ metropolitanæ Firmanæ, edito* 1797 : Firmi in Piceno S. Philippi episcopi et martyris, qui in agro suburbano viæ S. Mariæ ad mare, ut traditur, pro Christo necatus gloriosa passione Firmanam sibi creditam ecclesiam illustravit, cujus sacrum corpus in hac ecclesia metropolitana quiescit. *Et Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ :* Philippus patria Firmanus, ut habet ejus ecclesiæ traditio antiqua, ob ejus virtutes ad episcopale fastigium evectus, mira sanctitate refulsit, ac ecclesiam Firmanam suo sanguine, martyrio coronatus, decoravit, quia commota persecutione prædicare atque a gentilitate plures ad Christum perducere non deficeret, ab hostibus interfectus. Cujus corpus integrum in crypta seu sacra æde subterranea basilicæ Firmanæ una cum sanguine concreto decenter asservatur, nec mediocrem habet apud Firmanos venerationem. Natalis ejus Firmi totaque ejus diœcesi XI Kal. Novembris celeC bratur. Ex Tab. et monum. Eccles. Firmanæ. *Ad easdem Tabulas provocat Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, quas asserit se* Romam delatas accepisse: *at quid præter memoriam in illis contineatur nuspiam exponit, ut observat Colluccius* (3). *Juxta Catalanum* (4) S. Philippus Firmanam cathedram ascendisse putandus est altero ex duobus temporis intervallis, quo Gallus qui Decium, aut Valerianus qui Gallum in imperio excepit, aliquas dedit Christianis inducias; martyrii vero corona redimitum in ipsa Valeriani persecutione circum annum 257, vel in Aureliani circa anno 272. *De loco martyrii hæc habet Colluccius* (5) : Si qua traditioni debeatur fides, locus martyrii distincte satis innotesceret. Secundum illam S. Philippus extra urbem passus esset medio milliari a porta, quæ hodie a S. Francisco dicitur, juxta viam, quam Pinnorum (*dei Pini*) vocamus; in loco, ubi antiquissimum beneficium, sub titulo existens hujus sançti Episcopi et Martyris, habebat parvum fundum, in quo vetus ecclesia ædificata erat, forte supra sepulcrum S. Martyris, prout illa tempestate fieri contigebat. Ast postea temporum vicissitudine, collapsa ecclesia illa, titulus translatus fuit ad pa- E
ræciam S. Gregorii; fundus vero, in quo decuisset ut saltem parvulum sacellum in martyrii memoriam construeretur, datus fuit privato cuidam viro, sub onere canonis seu census singulis annis solvendi. Extant in archivo archiepiscopali cartæ valde antiquæ ad præfatum spectantes beneficium, quod ab immemorabili noscitur exstitisse. *Similia habet Catalanus* (6) : Haud longe ab ea urbis porta, quæ ad orientem vergit, locus, in quo S. Philippus passus fuit, indicatur; quo quidem in loco templum antiquitus in ejus honorem excitatum fuit, cujus rudera etiam eorum, qui sunt, memoria adhuc conspiciebantur. A fundi vero domino canon annuus persolvendus est sacerdotio cui titulus « S. Philippi a puteo »... Porro sacerdotium illud est in ecclesia parochiali S. Gregorii, ea quidem, ut arbitror, de causa, quod ibi vel priscis temporibus sua esset S. Philippo ara dicata. Aræ enim S. Philippi positæ in templo S. Gregorii meminit Alexander III in diplomate anno 1150 pro monasterio S. Petri Veteris, cujus erat templum illud. Hac vero ætate inibi colitur S. Philippus Nerius, quacumque prorsus de S. Philippo Firmano episcopo memoria obliterata. *Cæterum, ut Firmo rescripsit nobis hisce diebus vir eruditus, nulla* F
S. Philippi *exstat sive Vita sive Legenda, nec ulla ejus martyrii proferuntur Acta.*

2 *Atque hæc sunt, quæ saltem plus minus proba-* *eaque satis*
bilia ad nos pervenerunt. Nam ut iterum Colucci, *incerta.*
diligens rerum Picenarum collector, scribit (7) : Obscura et incerta est epocha, qua passi sunt SS. Alexander et Philippus (*hic priori successit*), quod de illis nulla, præter inveteratam traditionem et cultum in ecclesia Firmana, exstet memoria sive certa sive dubia. Spectatis tamen cultu et traditione, non absonum est admittere eos pro Christo sanguinem fudisse. Martyrium referunt ad tempora Decii imperatoris; et duo illi sancti Viri reputantur primi in serie episcoporum ecclesiæ Firmanæ; quod ego quidem nec affirmavero nec negavero, cum, ut dixi, nullum prorsus super his ad nos pervenerit documentum. *Concordat Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ :* Tempus, *inquit,*

(1) De ecclesia Firmana ejusque episcopis, pag. 41. Firmi 1783. — (2) Ibid. pag. 62. — (3) Antichita Picene, tom. II, pag. 168. Firmi 1788. — (4) Ubi supra, pag. 89. — (5) Ibid. tom. III Dessertatione prelim., pag. XXVIII. — (6) Ubi supra, pag. XXVII. — (7) Ibid. pag. LI.

et

AUCTORE B. B

et genus martyrii sciri haud potuit, cum circa annum Domini 1176 a Christiano (nomine non re) episcopo Moguntino, qui Frederici I imperatoris copiis præerat, capta et incensa urbe (Firmana), historiæ Sanctorum inter alia interciderint. *Ughellus quoque tradit* (1), *hac clade* omnia pene monumenta scripturarum deleta. *Atque hæc de martyrio.*

De ejus episcopatu

3 *Ad episcopatum quod attinet, probandum ex professo suscipit præfatus Colluccius* (2), nullam cathedram episcopalem in civitatibus Piceni fuisse erectam nisi post Constantini magni conversionem ad fidem. *Unde sequitur* S. Philippum, *si vere episcopus fuerit, non* titularem, *sed* regionarium *fuisse. Paulo aliter sentit Michael Catalanus.* Quo vero, *inquit ipse* (3), potissimum tempore eos apud Firmanos christiana religio progressus fecerit, eaque fidelium sacrorumque ministrorum copia haberi cœperit, ut peculiaris illis episcopus attributus et ecclesia Firmana fundata fuerit, incomperta omnino res est. Quare, quum omnimoda monumentorum inopia laboremus, rem argumentis ab antiqua ecclesiasticæ disciplinæ ratione petitis conficiamus oportet. Ac mihi quidem non minus rejiciendi
B videntur ii, qui ecclesiarum seu, quod idem est, episcopatuum origines ab apostolorum ætate repetunt, quam non nulli, qui sæculo v labente tum primum episcopatus constitutos esse opinantur. Nam quod ad primos illos attinet, nemo est qui nesciat apostolorum ævo episcopis fixam sedem nequaquam fuisse, sed, ut rectissime ait Thomassinius, « ordinabantur non civitati uni ejusmodi episcopi, sed universæ nationi, propterea quod persæpe nec nota quidem erant civitatum nomina »... Hinc porro factum est, ut hujusmodi episcopi Regionarii seu Apostolici dicerentur. *Addit Catalanus* (4), *Marangonii* opinionem, *qua statuit* sæculo v primum Piceno Suburbicario datos fuisse episcopos uni certæ ecclesiæ addictos, *Piceno nomini* valde injuriosam *esse*, quum ex ea illud sequatur oportet, longe tardiores in Piceni Suburbicarii quam in ceteris vel illi conterminis provinciis a christiana religione progressus fuisse factos : longe enim ante id temporis permultas episcopales cathedras in Italiæ regionibus constitutas fuisse, esse, qui ignoret, arbitror neminem... Ad eos itaque me convertam, qui rem diligentius ac penitioris artis
C criticæ usu pertractarunt, quos quidem etiam bifariam divido : alii enim sæculo IV ineunte, quum christiani nominis pax per Constantinum imperatorem fundata est; alii contra ni II labente, III saltem ineunte plerasque ecclesias fundatas esse volunt. *Suam deinde patefacit Catalanus opinionem :* Mihi vero, ut meam de Firmana sententiam aperiam, veri valde simile videtur, sæculo III ad medium vergente, Philippo imperatore ac Fabiano pontifice maximo, eam ortum duxisse. *Scilicet constat plures ubique episcopatus erectos jam inde a sæculo* II, *ut de Italia maxime liquet ex libro pontificali ecclesiæ Romanæ* (5); *sub initium sæculi* III *cum Agrippino Carthaginensi convenerunt episcopi numero* LXX; *circa medium ejusdem sæculi, teste S. Cypriano, Privatus hæreticus condemnatus fuit sententia nonaginta episcoporum; anno* CCLI *Cornelius pontifex contra Novatianum coegit synodum sexaginta episcoporum,* ex vicinis utique, *ait Catalanus* (6), provinciis, *et subdit :* Dum ergo remotiores etiam et ignobiliores Italiæ recessus cathedras episcopales habebant, quis dubitet jam diu in D
nobilioribus quibusque civitatibus fuisse erectas, atque in iis maxime quæ... in splendidissima provincia inter primas ac præcipuas numerabantur, *qualis erat urbs Firmana. Argumentatur similiter* (7) *ex concilio Romano sub Melchiade an.* CCCXIII, *in quo Optatus Milevitanus, juxta Dupinii editionem, præsentes signat nonnullos ex Piceno præsules.*

Firmano.

4 *Ecce locum S. Optati, de Schismate Donatistarum lib.* I (8) : Ad urbem Romam ventum est ab his tribus Gallis *episcopis,* et ab aliis quindecim Italis. Convererunt in domum Faustæ in Laterano, Constantino quater, Licinio ter consulibus (*id est anno* 314 *vel* 315, *ut notat ibidem Albaspineus*) sexto nonas Octobris die, sexta feria. Cum consedissent Miltiades episcopus urbis Romæ, et Reticius et Maternus et Marinus episcopi gallicani : et Merocles a Mediolano, Florianus a SINNA, Zoticus a Quintiano, Stennius ab ARIMINO, Felix a Florentia Tuscorum, Gaudentius a Pisis, Constantinus a Faventia, Proterius a Capua, Theophilus a Benevento, Subinus a Terracina, Secundus a Præneste, Felix a tribus Tabernis, Maximus ab Ostia, Evandrus ab URSINO, Donatianus a foro Claudii *etc. Piceno diserte adscribuntur civitates* Sinna *seu* Pinna, Ari- E
minium *et* Ursinum *seu* Urbinum *a Catalano, judice sane idoneo, utpote in rebus ad illam regionem spectantibus apprime versato. Confer etiam notas in S. Optatum. ubi lectiones variæ vocum* Sinna *et* Ursino *recitantur et expenduntur. Cæterum ex aliis sedibus laudatis, plures non procul a Piceno aberant. Atque ex his ita subsumit Catalanus :* Enimvero, si anno CCCXIII episcopi Piceni se nobis in conspectum produnt, quis illud in animum induxerit, eo demum anno eos delegatos illis urbibus episcopos, non vero multo ante, neque alios ante se, quos ipsi exceperint, habuisse? *Valet utique argumentum, quatenus ostendit, ante Constantinum Picenas urbes habuisse proprios episcopos. Nec quidquam etiam impedit, quominus* III, II *imo et* I *sæculo ibidem constituti fuerint episcopi. Ex Optato itaque habemus pro* IV *sæculo* (*nisi quis hæreret ob varias vocum lectiones harumque interpretationes*) *argumentum certum, pro anterioribus sæculis plus minus probabile. Denique addit Catalanus* (9) : Illud porro potiori ratione ac juxta sanioris criticæ leges statuendum est : ni priorum sæculorum monumenta intercidissent, ni conciliorum Romæ habitorum sæculis III, F
IV et V acta et episcoporum obsignationes nequaquam vetustas aut imperatorum in christianam religionem debacchantium furor nobis invidisset; profecto multarum urbium (quid ni et Firmanæ) episcopi a medio sæculo III nobis innotescerent. *Cum tamen revera non innotescant, liquet nihil certi de illis statui posse. Catalanum sequitur nulla addita nec ratione nec citatione, Cajetanus Moroni* (10). *Proinde probabilia tantum habemus. Certe Ughellus* (11) *in Catalogo episcoporum Firmanorum, horum nulli adscribit annos ante Justum, ordine juxta illum successionis septimum, qui* sub Symmacho papa concilio Romano interfuit anno 500, idemque subscripsit. *Cæterum in ordinanda serie primorum episcoporum variant scriptores, alii ab aliis initium facientes. Colluccius, ut vidimus, inchoat a S. Alexandro dein* S. Philippo; *Ughellus ordine primum ponit S. Adrianum, secundum S. Alexandrum, tertium* S. Philippum. *Colluccio consonat Catalanus. Hic præterea in suo* Prolego-

(1) Italia sacra, tom. II, col. 680. — (2) Antichita Picene, tom. II, pag. LI. — (3) De ecclesia Firmana ejusque episcopis et archiepiscopis commentarius, pag. 5. Firmi 1783. — (4) Ibid. pag. 6. — (5) Ibid. pag. 7. — (6) Ibid. — (7) Ibid. pag. 7 et seq. — (8) Migne. Patrologia, tom. XI, col. 931 et seq. — (9) Catalanus, ibid. pag. 8. — (10) Dizionario di erudizione-storico-ecclesiastico, tom. XIV, pag. 54. *Ad verbum* Fermo. — (11) Italia sacra. tom. II, col. 680.

meno

A meno II (1) *ex professo tractat* de episcopis ex Ughelliana serie expungendis, *cujusmodi numerat omnino quatuordecim, et primo loco S. Adrianum. Notum est Sixtum V pontificem max. anno* 1589 *sedem Firmanam in metropolitanam erexisse* (2). Neque vero, *subdit Catalanus* (3), in eo Xystus pontifex inconsiderate, ut ita dicam, se gessit, aut ex cæco quodam amore erga eam urbem, in cujus districtu ortum duxerat, in eamve ecclesiam, quam ad quinque annos administraverat, abripi passus est. Diligentissima enim quæstio de ecclesiæ Firmanæ promeritis ac dignitate instituta est, *etc.*

Diluitur Tamayi commentum.

3 *Tamayus de Salazar, fœcundus Sanctorum multiplicator, ut alicubi a nostris dicitur* (4), *in suo Martyrologio Hispano annuntiat hac die, et quidem primo loco, sanctum quemdam Philippum Philoteum, qui alius non est quam noster Episcopus Firmanus, sed fabulosis commentis adeo deformatus, ut vix et ne vix quidem dignosci queat.* Celebris est (*verba sunt Tamayi*) in Hispania memoria S. Philippi Philotei, Arevatum præsidis apud Hispanos, qui S. Paulo apostolo nostras adventante, ab eo conversus ejusque discipulus factus, Romam cum apostolo proficiscitur, ubi ejusdem et Petri apostolorum principis martyrio interfuit; postmodum B Mediolanum adiens, corpora SS. Gervasii et Protasii martyrum sepelivit; inde Romam reversus a B. Clemente episcopus ordinatus, occidentem exlegatur; cujus muneris onera subiens, Gallos et Hispanos lustravit, earum provinciarum urbes invisit; post vir egregius et servus fidelis in gaudium intravit Domini sui. *Subduntur Acta, ex pseudo Dextro, Braulione aliisque* (*præclaris utique fontibus!*) *corrasa; adduntur notæ, quibus* ecphrasis *illustratur*, ut omnibus fiat satis. *Non opus est longa refutatione istiusmodi faraginem diluere, cum satis superque Tamayi veteratorias artes tum alibi sæpius, tum rursus hac die in Actis S. Melloni Rolhomagensis perstringamus. Sufficiat adscripsisse, quæ habet eruditus vir D. Petrus Saenz de Barada in egregio sua Calendario Hispanico, nuperrime in lucem dato* (5) : S. Philippus, Firmanus episcopus, quem falsificatores volunt in Hispaniam venisse, innumeras de eo congerentes fabulas. *Confer D. Nicolaum Antonium in* Censura historiarum fabulosarum (6).

AUCTORE B. B.

cultus et reliquiæ.

6 *In Calendario Firmano festum* S. Philippi *indicatur ad* 22 *Octobris. Die præcedenti primæ Vesperæ decantantur in ecclesia metropolitana, sub quibus sacrum beati Pontificis corpus venerationi fidelium exponitur; die* 22 *celebratur missa canonicalis, præsente capitulo, quæ tamen propria non est; idem est de collecta et officio, sed omnia dicuntur de* Communi Martyrum. *Rursus sacrum corpus una cum numerosis Reliquiis aliorum Sanctorum, quæ sunt in eadem metropoli, veneranda exhibentur die* 1 *Maji. Ita nempe ex rescriptis Firmo nobis datis* 21 *Decemb.* 1856, *ubi pariter de Reliquiis hæc invenio :* S. Philippi *corpus hodie servatur in ecclesia metropolitana sub tabula altaris majoris, ubi collocatum fuit in capsa seu reliquiario recentis operis ab Alexandro Borgia, qui sedem Firmanam tenuit ab exeunte anno* 1724 *usque ad diem* 14 *Februarii* 1764 (7), *qui ipse, in homilia quam habuit ad populum in die natali* S. Philippi *anno* 1739 (8), E *refert se illud eo transtulisse ex sepulcro marmoreo, in quo antea quiescebat, quodque nunc adhuc videre est in crypta. In parte adversa præfati altaris majoris legitur, grandiori caractere exarata, inscriptio :*

CORPORA BEATISSIMA SS. PHILIPPI EP. ET MAR. ET AURELII MAR. *Ante eversionem antiquæ ecclesiæ metropolitanæ, altera exstabat epigraphe, in quo mentio erat de* S. Philippo :

SS. MM. ALEX. ET PHILIPPI EPP. FIRM.
EX CAN. ANTONII PACINI LEGATO.
CAN. VINCENTIUS SPACCASASSIUS
ANT. ALBERTUS RICCIUS
THOMAS JOSEPH GUERRERIUS
EREXERE A. D. MDCCVIII.

(1) De ecclesia Firmana, pag. 79-86. — (2) Ibidem pag. 9. — (3) Ibid. — (4) Acta SS. ad diem 6 Julii, *inter Prætermissos* — (5) Clave de la España Sagrada, pag. 427. Matriti, 1853. — (6) Censura de historias fabulosas, lib. IV, cap. 1, pag. 111. Valent. 1742. — (7) Catalanus, pag. 299 et 305. — (8) Conf. Catalanum, pag. 305.

C F

DE

A D

DE SANCTO VALERIO MARTYRE,

ARCHIDIACONO ECCLESIÆ LINGONENSIS,

IN GALLIA.

B. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Ubi, quando et a quibus S. Valerius martyrium passus sit. Ejus reliquiæ, cultus et officium. Acta.

B

CIRCA ANN. CCLXIV. *Martyrii memoria;*

De S. Valerio (St. Valère *seu* Valier *vel* Valier) *mentio occurrit hodie apud Castellanum; item in nonnullis Usuardi auctariis, juxta Sollerii nostri editionem. In Hieronymiano Corbeiensi Dacherii legitur hac luce :* S.Valerii martyris in Portu (1); *et eodem modo apud Florentinium* (2). *Quæ quidem conveniunt optime sancto nostro Martyri; nec video quid suadeat, ut quidam volunt, loco* Portu *vel* Porto *scribendum esse* Ponto. *Confer* Prætermissos. *In antiquo Martyrologio insignis ecclesiæ Autissiodorensis, quod edidit Martene* (3) *et videtur ineunte sæc.* XI *confectum, annuntiatur hac die :* Lingonis civitate, in Portu Bucino, passio S.Valerii martyris et levitæ (4). *Denique ex ms. Marrtyrologio S. Benigni Divionensis inter schedas Bollandi, a Chiffletio transmissas, habetur :* In territorio Lingonicæ civitatis, S. Valerii archidiaconi et martyris. *Sic etiam in Martyrologio Autissiodorensi RR. DD. Caroli de Caylus :* In territorio Vesuntino, passio sancti Valerii, ecclesiæ Lingonensis diaconi, cujus corpus in monasterio Molundensi prope Tornodorum quiescit et colitur; *laudatur quoque* S.Valerius *in notis ad Martyrologium Parisiense. Saussaius in Martyrologio Gallicano habet :* In territorio Lingonensi apud
C Portum Buxinum passio sancti Valerii martyris, beatique Desiderii, episcopi Lingonensis itidemque martyris, discipuli. *In Nova Gallia Christiana* (5). S. Valerius *dicitur* archilevita *S. Desiderii, item* archidiaconus *in Claudii Roberti, præsbyteri Lingonensis, primæva Gallia christiana, cujus verba hic adscribere opus est, quia quæ supra brevius et non omnino concordantia, quod spectat, ad Positionem ut Martyrologi loquuntur, id est passionis locum, retulimus, latius explicantur.* Eadem, *inquit ille* (6), quoque persecutione, XXII Octobris S.Valerius, memorabilis sancti Desiderii archidiaconus palmam martyrii adeptus est apud Portum Buxinum seu Abucinum... Hic locus est pagus seu vicus ad Lycum seu Lupam fluvium, vulgo nuncupatus *le port de Loue,* in Burgundiæ comitatu, distans a Salinis sesqui leuca, via quæ ducit Divione ad sanctum Claudium, cujus vici patronus dicitur S. Valerius, qui suas ibi sitas reliquias habet, ut est in catalogo ecclesiarum diœcesis Vesuntiensis, et in Ca- E
lendario metropolitano ejusdem diœcesis : 10 Calend. Novembris, *id est* XXIII *Octobris,* apud Portum Buxinum in territorio Bisuntinensi passio S. Valerii Lingonensis ecclesiæ archidiaconi. *Notatu dignum est festum S. Martyris celebrari etiam* 23 *Octobris in vico Port-sur-Saône qui hodie ad diœcesim Vesuntionensem spectat, dum in diœcesi Lingonensi agitur* 22 *Octobris. Juxta hæc longe ab urbe Lingonensi distaret* Portus Buxinus, *toto nempe tractu quo Vosagus seu Vosegus mons cui adjacent Lingonæ a Jurensibus separatur : ad horum enim radices accedunt Salinæ, ut videre est in mappis geographicis* (7).

2 *Aliud sentit Hadrianus Valesius* (8), *licet eo* locus *loci non nihil confuse loquatur. Imprimis observat in* Notitiis veteribus Galliarum *fieri mentionem* Portus Abucini *seu* Bucini; *sed* quid eo nomine, *inquit* designetur, divinare non possumus. *Tum refutat opinionem quamdam Holstenii, et addit :* Forsitan locum vult dicere, positum ad ripam fluminis Lupæ *la Louve,* non procul a Salinis Sequanorum, qui vulgo *Port Lannay* nuncupatur. *Hic utique consonat Roberto Valesius; ast mox ab eo omnino discedit.* Sed, *ait,* ego in Vita ms. Urbani, F
episcopi Lingonicæ, *Portus Bucini* mentionem fieri video, eumque inter urbem Lingonas et montem Juram in Sequanis collocari, quem *Portum Abucini* vel *Portum Bucini* Notitiarum nostrarum esse non dubito. Verba scriptoris Vitæ talia sunt (*quæ tamen in Vita S. Urbani ad diem* 23 *Januarii, a Bollando edita non leguntur* (9), *bene vero in passione* S. Valerii *infra a nobis edenda*) : Valerius, archidiaconus Lingonensis ecclesiæ, iter Sequanicum ingressus, ad Alpium Jurensium partes tendebat. Pergens igitur quo cœpit itinere, pervenit ad locum, quem haud longe positum ex antiquo incolæ appellant Portum Bucinum. *Ex postremis verbis* haud longe positum *patet, locum illum non ita procul quærendum ab urbe Lingonica esse, nec proinde ad radices alpium Jurensium. Valesio adhæret D. Bouquetus in Annotatis ad* Notitiam provinciarum et civitatum Galliæ (10); *additque in Indice geographico :* Portus Abucini Dunodo in historia Sequanorum

(1) Spicilegium, tom. II, pag. 20. In-fol. — (2) Vetustius martyrologium, pag. 930. *Nota.* — (3) Amplissima collectio, tom. VI, col. 686 et seqq. — (4) Ibid. col. 726. — (5) Tom. IV, col. 512. Paris. 1728. — (6) Claudius Robertus, Gallia christian. pag. 363. Paris. 1626. — (7) Sprünner. Atlas, Tabula 23. — (8) Notitia Galliarum. Verbe : *Portus Abucini.* Paris. 1675. — (9) Acta SS. tom. II, Januarii, pag. 492. — (10) Recueil des historiens etc., tom. I, pag. 123, nota *b*.

est

A est Portus ad Ararim juxta Vesolense castrum (*Vesoul*) in Sequanis, *Port-sur-Saône* (1). *Eodem modo Manginus* (2) *Danvillius* (3), *Expilly, qui scribit* Port *vel* Pont-sur-Saône (4); *et hoc sæculo Paulus Pechinet* (5), *Walckenaer* (6), *Guibert, cujus dictionarium geographicum in lucem venit anno* 1850, *ubi verbo,* Port *vel* Pont-sur-Saône *tradit oppidum esse,* 2067 *numerans incolas, tredecim milliaribus* (*chiliometris*) *distans Vesulio, atque insigni instructum ponte, quo transmittitur Araris. Concordat quoque Sprünner in suis tabulis geographicis medii ævi, ubi in mappa, Gallias sub regibus Merovongicis exhibente* (7), *perspicue notatur* Portus Abucini *vicus quindecim fere leucis in occiduum a Lingonensi urbe dissitus. Confer Bruzen de la Martinière* (8), *qui cæteris latius agit de loco isto ex Thoma Corneille, cui ad manum fuere investigationes anno* 1704 *ad hoc factæ.* Olim, *inquit,* erat ibidem pons lapideus et haud procul a ponte arx munita, posita in insula Araris fluvii, cujusque hodie spectantur ruinæ.

passionis ; 3 *Non dubitat Martinierius, hunc esse* Portum Abucini *Notitiarum, eoque loci* S. Valerium *martyrio coronatum; ita nempe fert traditio localis, ibique adhuc spectatur ecclesia ejus nomini dicata. Post hæc non videtur superesse dubium quin S. Viri pas-*
B *sio contigerit in Portu Bucino, haud procul a Lingonis. Addo quæ R. D. Deray parochus in Port-sur-Saône ad me scribere dignatus est die* 20 *Martii hujus anni* 1857 : S. Valerius martyrium subiit in Portu Abucino, quæ longo temporis spatio inter præcipuas hujus regionis urbes numerabatur; illius hodie cernuntur aliquot vestigia vel rudera, uno milliari (chiliometro) a vico *Port-sur-Saône.* Corpus S. Valerii depositum primum fuit in vicina caverna, super quam Gaudericus Langobardorum dux sacram extruxit ædem seu capellam. *Quæ desumpta sunt ex legenda, cujus mihi idem R. D. Parochus submisit exemplar, seu lectione* III *antiqui Breviarii Vesontionensis ad diem* 23 *Octobris, ubi hæc reperio :* Corpus ejus haud procul a Portu Bucino sepultum est. Cum autem dux Gaudericus adversus Longobardos pugnatum iret, revelatæ sunt ei divinitus Martyris reliquiæ, et admonitus est per quietem, si sacram illi ædem in reditu structurum (se) voveret, victorem reversurum. Nec fefellit opinio : nam et Longobardos bello vicit, et super corpus Martyris sacram ædem excitavit. *Addit vero R. D. Parochus,* hanc capellam abhinc decennio adhuc spectandam fuisse : tum vero fun-
C ditus eversam ejusque loco ædificatam parvam ecclesiam, *ubi præcipuo cultu gaudet S. Archidiaconus, ut infra latius explicabitur.* Pars illa meæ parochiæ, *subdit R. D. Deray,* quæ adjacet præfatæ capellæ vel ecclesiæ, a sancto Valerio *St-Valère* nuncupatur, et magnifici operis ponte sejungitur ab oppido *Port-sur-Saône. Atque hæc quidem fere omnia in Actis quoque reperies ad calcem hujus commentarii. Unde rursus apparet,* Portum Abucinum *quærendum non esse in partibus Jurensibus. Quod denique etiam efficitur ex rescriptis mihi eodem fere tempore Lingonis submissis, de quibus redibit in sequentibus sermo.*

4 *Martyrii tempus determinari debet ex Actis S. Desiderii : hujus enim gloriosam confessionem excepit* S. Valerii *corona. Ast hæc est* gravissima quæstio (9) magna animi contentione agitata, utrum sub Gallieno imperatore, tertio sæculo, anno salutis 264, an sub Honorio, quinto seculo, martyrium passus (S. Desiderius) sit. Bollandiani (10) in prævio commentario ad Acta Varnaharii (*puta ad Acta S. Desiderii, auctore Varnahario*) Vignerium socium suum secuti pro prima temporis epocha, aperte militant. *Scilicet P. Jacobus Vignier S. J. varia ad patriæ suæ historiam spectantia collegerat sub titulo Decadis historicæ diœcesis Lingonensis, quæ hactenus typis excusa non sunt, ast exstant mss. in fol. in bibliotheca domini Guyot-de-St-Michel* (11); *ipse vero auctor compendium quoddam illius edidit, quod* chronicon Lingonense *inscripsit* (12). *Exinde sua hausit Henschenius in Actis S. Desiderii. Horum* (*Vignerii et Henschenii*) sententiam vir doctus dominus Henriot, Lingonensis canonicus hoc sæculo (XVIII) confirmare conatus est, scripta de hocce argumento dissertatione, quam manuscriptam legimus (13). *Alteram sententiam, nempe passum S. Desiderium sæculo quinto, sequitur et propugnat Tillemontius* (14), *asserens plerosque scriptores* E *idem tenere; et inter alios Adrianum Valesium de Rebus Francicis; item Claudius Robertus in sua Gallia christiana, Dionysius Gaultherot in* Lingonensis civitatis (*ex quo uterque oriundi*) Anastasi; *Sammarthani fratres in Gallia christiana quadripartita,* aliique scriptores viri emunctæ naris. *Ita legitur in Nova Gallia Christ. Ubi tamen allatis utrimque rationibus concluditur :* Judicet æquus et eruditus lector; nos donec major lux affulserit, veterem (*quæ sæculo* V *S. Desiderii martyrium annectit*) sententiam sequemur (15). *Huic porro sententiæ favent* vetus catalogus (*cujus tamen ætatis, non dicitur*) Lingonensium antistitum, positus ante carthularium ecclesiæ sancti Stephani Divionensis, a Roberto et Sammarthanis citatus, in quo S. Desiderius passus dicitur a Wandalis anno 407 (16); *Usuardus ad diem* 23 *Maji, scribens S. Desiderium occisum a* Wandalis, *quorum* in Galliis flagitia inaudita ante seculum V (17); *item Acta S. Desiderii conscripta a Warnahario, initio sæculi* VII, *et Acta S. Antidii* (*de quo apud nos* 23 *Junii*); *in utrisque narratur Wandalorum, rege eorum Croco, in Gallias nefanda irruptio* (18); *eodem modo Fredegarius, ac denique Sigebertus Gemblacensis ad annum* 411 : F Wandali, *ait* (19), duce Crosco Gallias pervagati multas urbes et ecclesias subvertunt. Croscus tandem a Mariano præside Arelati captus et per victas urbes ignominiose retractus, ad mortem tormentatur. Sub hoc turbine inter multos martyrizantur Sedunenses Florentius et Hilarius, Desiderius Lingonensis cum Vincentio (*imo* Valerio) archidiacono, Antidius Besontionensis episcopus. *Quibus denique consonant Acta nostra, cum passionem ponant* sub Honorio, Theodosii majoris filio, cum Theodosio minore regnum potiente, et Romani imperii dignitatem catholica pietate gubernante. *Confer Annotata nostra in hunc locum.*

AUCTORE B. B. *tempus aliis circa an.* 411.

(1) Recueil des historiens, ad calcem voluminis, verbo : *Abucin*, pag. 825. — (2) Histoire ecclésiastique et civile etc., du diocèse de Langres, tom. I, pag. 125. — (3) Géographie ancienne abrégée, tom. III, pag. 199. Paris. 1768. — (4) Dictionnaire géographique de la Gaule, voce : *Portus Abucini* et *Porte*. Amstelodami 1768. — (5) Annuaire ecclésiastique du diocèse de Langres, pag. 59. Lingon. 1838. — (6) Géographie ancienne, historique et comparée des Gaules, tom. I, pag. 521. Paris. 1839. — (7) Historisch-Geographischer Hand-Atlas. Tab. 25. Gothæ 1846. — (8) Grand dictionnaire géographique, *verbo* Port-sur-Saône. Paris. 1768. — (9) Gallia christiana, tom. IV, col. 512 — (10) Acta SS. tom. V Maji, die 23, pag. 242 et seqq. — (11) Annuaire ecclésiastique et historique du diocèse de Langres, pag. 2, not. 5. — (12) Conf. Biographie universelle, art. *Vignier Jacobus.* — (13) Gallia christiana, ubi supra, item, Mangin, histoire de Langres, tom. I, pag. 114. — (14) Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique. tom. XI, pag. 540 et 648. Paris. 1706. — (15) Nova Gall. christ. tom. IV, col. 514 et 515. — (16) Ibid. col. 512. Item Mangin, Histoire de Langres, tom. I, pag. 114. — (17) Gall. christ. Ibid. Tillemont. Mémoires, tom. XI, pag. 648. — (18) Gall. christ. Ibid. — (19) Pertz, Monumenta German. tom. VI, pag. 305.

AUCTORE B. B. *aliis autem,*

5 *Pro Vignerii et Henschenii sententia stat primum, quod Desiderius passus sit sub Croco, qui, consilio matris, multas evertit urbes ac vetera ædificia, et tandem Arelate comprehensus, gladio transverberatus interiit. Jam vero Gregorius Turonensis diserte asserit hæc contigisse tertio, non autem quinto sæculo, temporibus scilicet Valeriani et Gallieni* (1). *Variis quidem modis argumentum hoc, utique minime spernendum, diluere conantur* viri emunctæ naris, *adversæ sententiæ patroni : Crocum istum, aiunt, a Gregorio non Wandalorum sed* Alamannorum regem *appellari; nec ab illo fieri mentionem S. Desiderii, sed S. Privati, Gabalitanorum episcopi, illa tempestate martyrii palmam adepti. At cum satis perspiciant his argumenti vim non elidi, alio sese vertunt ac* duos Crocos distinguunt, alterum Alamannorum ducem, qui tertio seculo Gallias ferro et incendio vastarit, atque sanctum Privatum, de quo Gregorius, occiderit; alterum qui quinto seculo unus e Vandalorum ducilius Gallias infestarit, Lingonas obsederit ac S. Desiderium trucidarit, dum alter eorum exercitus imperator, Gondericus nomine, alias regiones deprædaretur. *At ipsi novæ Galliæ christianæ scriptores hanc elevant ita continuo sententiam.* Id quidem, *aiunt,* optime, si qua distinctionis ratio aliunde suppeteret : verum eas Croci historiæ circumstantias, eaque adjuncta recensent et Gregorius et Warnaharius aliique deinceps, quæ unum eumdemque aperte demonstrant. Unde alii, ut Tillemontius, dicunt illorum scriptorum oscitantia duo illa tempora secum invicem permixta et confusa fuisse, eosque in hoc hallucinatos, non quod a Vandalis trucidatum Desiderium dixerint, sed quod Crocum Alamannorum duobus fere ante seculis regem, ipsis (Vandalis) ducem ac principem dederint. Unde Usuardus, qui S. Martyris passionem Vandalis attribuit, de Croco omnino silet (2). *Quæ quidem meræ conjecturæ sunt, eæque fundamento nixæ admodum levi. Numquid non potiori jure supponere liceat,* scriptorum illorum oscitantia, *si qua tamen admittenda, factum, ut incurrentes barbaros quoscumque dixerint generico nomine atque* προληπτικῶς Vandalos, *licet qui proprie ita vocantur, sæculo* V *primum in Gallias irruerint? Id equidem multo facilius admisserim, quam duos illos cudisse Crocos, aperte repugnantibus Gregorio, Warnahario aliisque deinceps. Confer Baillet, qui Crocum, Alamannorum Suevorumque, Gallieni temporibus, ducem,* regulum *habet* Wandaliæ; quam, *inquit,* hodie nos Pomeraniam vocamus (3); *item Mangin* (4) *et Longueval* (5), *qui omnes manifeste propendent in Vignerii sententiam.*

probabilius

6 *Hæc præterea confirmatur ex eo, quod juxta Warnaharium S. Desiderius a* gentilibus *fuerit interemptus :* Wandalorum, *inquit,* barbara et gentilis ferocitas; *additque : Capta urbe Lingonensi,* in Christi confessione perseverantes eadem die diversa sunt passim cæde prostrati; *et rursus :* De cultu religionis interrogati, quicumque Christum confessus se dixit credere, nusquam in tota urbe potuit evadere (6). *Sane hæc obvio sensu intellecta barbaros idololatras et Christianorum persecutores indicant. Reponunt alterius sententiæ fautores* (7), *verbum* gentilis *non ad litteram sumendum, sed eo sensu ut vox illa* nihil aliud sonet, quam ferocitatem, qua majore gentilis non sæviret; cætera vero verba significent eos, qui Christum verum Deum, Patri coæternum et coæqualem confessi fuissent, a Vandalis Arianis trucidatos fuisse. *Mirari utique quis poterit tam late interpretari hæc verba, ab iis ipsis qui paulo ante tam acriter contenderint propriam strictamque voci* Wandalis *servandam esse significationem. Multo minus, mea quidem opinione, adhuc valent quæ sequuntur :* Dici etiam posset inter tot diversas gentes, plures esse potuisse religiones; Gundericum aliosque longe plurimos christianam fidem cum Arii erroribus amplexos esse; alios nec parvo numero adhuc idololatriæ superstitionibus inquinatos, quibus Crocus, seu quivis alius qui Lingonas obsedit, præpositus fuerit (8). *Istiusmodi seu suppositiones seu explicationes et conjecturæ nulli non possent opponi facto historico; nec utique magni per se hic sunt ponderis. Rationabilius mihi videtur id simpliciter dicere, Warnaharium, qui sæculo* VII *scribebat, loqui non de* Wandalis *proprie talibus, sed eo nomine intelligere barbaros, qui duobus ante sæculis, ex septemtrione advecti Gallias vastarant. Hoc posito, concordat Warnaharius cum Gregorio Turonensi, omniaque sibi apprime cohærent. Atque hæc duo præcipua sunt Vignerii argumenta : alterum quod sub Croco, alterum quod a gentilibus trucidatus fuerit S. Desiderius. Addunt nonnulli, Desiderium in indicibus, ordine successionis tertium esse sedis Lingonensis episcopum* (*primus est* Senator, *secundus* S. Justus)*; si ergo sæculo* V *passus ille dicatur, sequitur cathedram istam sæculo tantum* IV *erectam et quidem satis provecto; dum passim longe antiquior illa habetur. Simile quid insinuatur in Gallia christiana* (9) *de præsulibus S. Desiderium inter et Apruneulum, qui ordine successionis decimus venit. Nolim tamen utiusmodi argumentis nimium insistere : non enim constat catalogos ecclesiarum completos et omnino accuratos esse.* Istorum quippe temporum, *ait Ruinartius* (10), monumenta tot rebus dubiis et incertis, immo et quandoque certissime falsis permista sunt, ut vix illis, maxime quæ ad chronologiam spectant, adhiberi possit tuta fides. *Putat tamen idem Ruinartius martyrium S. Desiderii potius ad sæculum* V *spectare, ob id solum quod passim referatur* Vandalorum gladio occubuisse (11).

circiter an. 265.

7 *Mihi propter binas supra expositas rationes, præplacet Vignerii Henscheniique sententia, quam etiam complectitur Paulus Pechinet* (13), *in hoc tamen emendandus, quod Ariani dogmatis initia affingat* (13) *anno* 419, *cum concilium Nicenum primum celebratum fuerit integro fere sæculo ante præfatum annum. Nobiscum quoque sentit R. D. Charlet Lingonensis, qui initio sæculi* XVIII *decanus erat ecclesiæ collegiatæ Granciacensis* (Grancey). *Hic plura scripsit ad historiam patriæ urbis spectantia, quæ in unum collecta atque hactenus inedita in manibus sunt hodie D. Theodori Pistollet de Saint-Ferjeux. Eorum catalogus reperitur in Annuario Lingonensi* (14). *Inter alia habetur Inventarium reliquiarum cum Notis* (15), *ubi sic legitur, prout mihi rescribere* 29 *Martii* 1857 *dignatus est adm. R. D. Lamy vic. gen. Lingon. et Seminarii superior :* S. Valerius abreptus in persecutione Alemannorum sub chrosco duce versus annum 264, tempore Galieni

(1) Historia Francorum, lib. I, cap. 30 et 32. Patrologia Migne, tom. LXXI, col. 177 et 178. — (2) Gall. christ. tom. IV, col. 513. — (3) Vies des Saints, 23 Maji, pag. 392. — (4) Histoire de Langres, tom. I, pag. 115 et 116. — (5) Histoire de l'Église gallicane, tom. I, pag. 101. Paris. 1825. — (6) Acta SS. XXIII Maji. Gallia christ. tom. IV, col. 513 et 514. — (7) Gallia Christ. Ibid. — (8) Ibid. tom. IV, col. 514. — (9) Ibid. — (10) Historia persecutionis Vandalicæ, part. II, cap. 1, pag. 411. Paris. 1699. — (11) Ibid. pag. 412. — (12) Annuaire eccl. et hist. du diocèse de Langres, pag. 56. — (13) Ibid. pag. 53. Nota 1. — (14) Ibid. pag. 548 et seqq. — (15) Inventaire des reliques qui sont au thrésor de l'insigne église de S. Mammes, cathédrale de Langres, avec des remarques. Ms. in-4°.

imperatoris;

A imperatoris; non vero anno 411 sub Vandalis, ut volunt nonnulli, quod etiam dicitur in breviario diœcesano, sicuti demonstravi in peculiari dissertatione ad calcem martyrologii Lingonensis. *Eumdem annum* 264 *adhibet R. D. Godard, in Vitis Sanctorum Lingonensis diœceseos* (1). *Et in* Proprio, *quod, assumpto ritu Romano, RR. DD. Parisis, nunc Atrebatensis, tum Lingonensis episcopus colligi, Romæque probari curavit, non a* Vandalis, *sed generico nomine* barbaris *passus legitur. Obiter noto, sententiam hanc haud infirmari ex eo quod dicatur Desiderius Lingonensis subscripsisse concilio Coloniensi anno* 346 *et Sardicensi anno* 347 : *nam præterquam quod ambo illi anni non melius quadrent cum adversa sententia,* de consilio Coloniensi vix quidquam certi habetur, et in subscriptionibus multo minus quam in aliis (2). *Confer Binterin* (3) *qui concilium illud suppositium habet.* Ad Sardicense quod spectat, episcopatus locus non assignatur (4). *Cum ergo passus S. Desiderius probabilius, ni malueris dicere certo sit circa annum* 264, *sequitur* S. Valerii *martyrium pariter hoc vel sequenti anno ponendum.*

Res gestæ S. Valerii ex Proprio Lingonen.

B 8 *Res gestas S. Archidiaconi summarie nec inconcinne exhibet recens Proprium ecclesiæ Lingonensis, Romæ probatum, ut paulo ante monui, editumque a RR. DD. Parisis, tunc episcopo Lingonensi. Juverit itaque Lectiones tertii nocturni hic adscripsisse. Sunt autem hujusmodi :* Beatus Valerius, parentibus apud Lingonas clarissimis et patritiæ nobilitatis stemmate fulgentibus ortus, a beato Desiderio, primum divinis institutionibus et spiritualibus disciplinis eruditus, clero deinde fuit adscriptus. Hunc cum nosset sanctus præsul castitate, sapientia, caritate in pauperes eximia cæteros præstare, elegit archidiaconum, quem constitueret bonorum ecclesiæ dispensatorem et sublevandis alendisque pupillis, viduis ac pauperibus præficeret. Quod ministerium fidelis dispensator summa cum laude adimplevit. Capta autem a barbaris urbe, et funditus diruta, Valerius cum videret oves, percusso pastore, sævientium immanitate luporum laniari et ad hostis libitum sine misericordia quoquoversum abduci, cum quibusque fidelibus ad Jurenses montes per Sequanos contendens, pervenit ad locum quem antiquitus Portum Buccinum vocabant. A barbaris qui has partes tenebant comprehensus,

C jubetur abnegare Christum, et divinæ cultum religionis coram omnibus improbare. Quibus vir sanctus acquiescere cum nollet, omni crudelitatis in eum genere desæviunt. Contra hæc omnia Christi confessor depugnabat, auxilium Domini sibi deposcens; quo confirmatus irrogata sibi pœnarum exitia alacrius tolerabat. Demum gladio trucidatus, gloriosi martyrii cursum Valerius consummavit : sicque sacerdotem suum brevi secutus est Levita eximius, patrem non degener filius. Sancta ejus anima cælos conscendit; corpus a fidelibus, qui manus persecutorum evadere potuerunt, sublatum est ac condigno honore non longe a loco supramemorato, sepulturæ mandatum. Extat etiamnum ad Araris ripam, sacellum vetus, beato Valerio dicatum, ipso loco ubi eum martyrio coronatum tradunt. *Quæ quidem manifeste desumpta sunt ex Passione, ut legenti in oculos incurret.*

aliique scriptoribus.

9 *Eodem ex fonte hausit Saussaius* (5) *præclarum suum de* S. Valerio *encomium :* (Qui ut habet vetus illius ecclesiæ *Lingonensis* hagiologium) Lingonicæ urbis indigena, clarissimis parentibus, et patriciæ generositatis stemmate conspicuis, generatus, ab ipso S. Desiderio archidiaconus (ob castimoniæ decora) creatus est. Persecutione autem Vandalorum ingruente, hanc ut declinaret, cum aliis iter Sequanicum ingressus, ad Alpium Jurensium perrexit partes, ibi aliquantulum temporis, dum vis persecutionis defervesceret, exacturus. At inde vergens quo cœperat itinere, pervenit ad locum, quem incolæ ex antiquo Portum Buxinum appellitant; ubi a barbaris illis interceptus, Vir in Christi confessione immobilis, dignaque fidei victima, obtruncatione capitis immolatur. Cui Angelus in procinctu agonis apparens, stolam obtulit candidam, in proximæ signum victoriæ. *Aliquid amplius recitat Manginus* (6), antiqua, *ut asserit,* nixus traditione. *Secundum quam* S. Valerius *educatus atque humanioribus litteris instructus a S. Desiderio fuit.* Sacerdos *factus eminuit castitate etc. (Negandum utique est* S. Valerii *sacerdotium; pugnat enim cum disciplina illius ævi. Unusquisque sui ordinis officium obibat. Certe nec in Actis, nec in breviariis sive manuscriptis sive impressis* Sacerdos E *uspiam dicitur* (7). *Ad archidiaconos quod spectat vide in Annotatis.) Quapropter S. Desiderius eum creavit archidiaconum, eique credidit bonorum ecclesiæ suæ administrationem. Interempto sancto episcopo,* Valerius *cum multis fidelibus aufugit versus partes Jurenses. Ast vix* Portum Araris (Port-sur-Saone) *attigerat cum interceptus a barbaris et crudeliter trucidatus est; feruntque ei mediis in suppliciis, angelum attulisse stolam candidam. In loco passionis ædificata in ejus honorem ecclesia est, e cujus regione, ex adversa fluminis ripa, cernuntur adhuc vestigia* Turris *dicta* Tubarum (Tour des Trompettes.) *Confer dicta num.* 2 *et* 3. *Eadem recitantur in Annuario Lingonensi* (8) *de fuga sancti Viri ejusque Martyrio ad Portum Araris seu, ut ibidem scribitur,* Portum Buccinum *vel* Abuccinum. *Additur,* S. Valerii *socios magno numero pariter ab iisdem barbaris simul morte traditos* (*quod etiam in Passione clare indicatur*) *alios autem fuga elapsos. Attamen unius tantum* S. Valerii *celebrata ab antiquo, celebraturque hodie festiva memoria.*

Reliquiæ.

10 *In chronico S. Benigni Divionensis, quod in lucem dedit Dacherius* (9), *legitur :* Abbatia Molundensis, ubi sanctus Valerius archidiaconus et F martyr quiescit. *Unde et in Martyrologio Autissiodorensi RR. DD. de Caylus :* Cujus corpus in monasterio Molundensi prope Tornodorum quiescit et colitur. *Notat autem Gallia Christiana* (10), *monasterium illud nunc vocari* Molosmus *seu* Molosmum (*Molome*), *atque* nomen esse corruptum haud ignobilis cœnobii, quod a vico Melundis, Melundense olim appellatum est. Situm est in Burgundia sesqui leuca fere ab urbe Tornodoro (*Tonnerre*). *Prima ejus initia Clodoveo magno tribuuntur.* Sacras vero inter reliquias, quibus hoc ditatur cœnobium Benedictinum, præcellit corpus sancti Valerii archidiaconi Lingonensis (11). *Atque, hæc quidem ibi, nimium forte confidenter. Est enim disceptatio inter scriptores num in chronico Benegniano agatur de* Molosmo *an vero de* Molismo, *quod alterum est monasterium, paucis leucis a priori distans, ordinis*

AUCTORE B. B.

(1) Vies des Saints du département de la Haute-Marne (diocèse de Langres) par M. l'abbé Godard, pag. 128. Lingonis 1855. — (2) Gallia christ. tom. IV, col. 515. — (3) Pragmatische Geschichte der deutschen Concilien, tom. I, pag. 348-388. Maintz 1835. — (4) Gallia christ., ubi supra. — (5) Martyrologium gallicanum, XXII Oct. — (6) Histoire ecclésiastique et civile du diocèse de Langres, par l'abbé de Mangin, tom. I, pag. 125 et seq. — (7) Conf. Augusti Denkwürdigkeiten aus der Christlichen archæologie tom. XI, pag. 207. — (8) Annuaire du diocèse de Langres, an. 1838, pag. 39. — (9) Spicilegium, tom. II, pag. 382. In-fol. Paris, 1723. — (10) Tom. IV, col. 720. — (11) Ibid.

AUCTORE B. B.

quoque S. Benedicti; et, quamvis paulo amplius absit Tornodoro, non tamen ita dissitum est, ut non possit recte dici ad urbem illam prope accedere. Vide Mappam ad initium tom. IV Galliæ Christ. Certe scribit Manginus (1): Juxta chronicon S. Benigni Divionensis et Martyrologium Lingonense, videtur corpus S. Valerii translatum fuisse ad abbatiam S. Michaelis seu Melugdense monasterium prope Tornodorum; alii putant agi potius de Molismo; unde quidam archidiaconus particulas nonnullas ad ecclesiam cathedralem Lingonas detulit, ubi in thesauro asservantur. *Pro* Molismo *stat quoque Charletus in* notis *ad Inventarium:* Ejus, *ait*, reliquiæ asservantur nunc in theca lignea deaurata in ecclesia Abbatiæ Molismensis prope Tornodorum, triginta et amplius leucis ab Arari fluvio distantis, quin sciatur quando et per quem eo fuerint adductæ. *Quod quidem testimonium adeo præcisum viri diligentis illaque in regione nati ac viventis vix non decretorium mihi videtur. D. Godard quoque in vitis Sanctorum:* Ecclesia cathedralis S. Mammetis, *inquit* (2), habebat Reliquias S. Archidiaconi allatas ex abbatia Molismensi. *Nec hodie ullum hac de re videtur Lingonis superesse dubium saltem in quantum concludere licet ex rescriptis adm.* B *R. D. Lamy, quamvis directe non agat de hac quæstione, quam nec ego illi proposueram. Id autem omnium consensu certum, Reliquias aliquas olim in ecclesia cathedrali Lingonis exstitisse.* Contra parietem, e regione altaris Thesauri, videre est statuam S. Valerii martyris. Manu gestat librum, in quo aliquæ ejus reliquiæ. Monachi Molismenses, qui reliquum ejus corpus possident, donarunt Josberto archidiacono os ex femore et alterum ex maxilla, item costam unam anno 1446. *Ita Charletus in* Inventario *reliquiarum ecclesiæ S. Mammetis. Videtur tamen subesse aliqualis difficultas quoad annum, siquidem in* Notis *ejusdem Charleti ad præfatum Inventarium, annus* 1446, *qui prius positus fuerat, mutatus est in annum* 1546, *non quidem, ut putem, in textu Charleti sed in apographo nobis submisso. At res hæc tanti non est, ut diligentius in eam inquiramus. Probabile est nostra ætate jam nihil vel saltem vix aliquid sacri illius pignoris supresse. Et ad Molismum quod attinet, refert Charletus in* Notis, corpus fere in cineres fuisse incendio redactum; *non indicat tempus; forte accidit anno* 1472, *cum monasterium, sicut, alia* C *multa, flagrante bello Ludovicum XI Galliæ regem inter et Carolum Burgundiæ ducem, fuerit destructum et spoliatum* (3). *Utcumque sit, Molismus ad finem sæculi* XVIII, *eadem qua tot alia cœnobia per Gallias, clade concidit; quid vero factum de corpore* S. Valerii *ignoratur. Aliunde vero scribit Adm. R. D. Lamy*: Nullæ jam remanent in nostra cathedrali reliquiæ S. Valerii: nisi forte quæ sint fragmenta inter alias illas, pariter incognitas, quæ promicue depositæ asservantur in sepulchro seu tumba majoris altaris. *Addit præterea, plures esse in diœcesi Lingonensi parochias, quarum* S. Valerius *est patronus, nec in illis ullam particulam ejus exuviarum reperiri. Nullæ pariter sunt in Portu ad Ararim* Port-sur-Saone, *ut ex litteris R. D. Pastoris accepi. Denique vidimus num.* 1 *juxta Claudium Robertum in sua Gallia Christiana,* Portum Bucinum *haud procul Salinis quærendum, esseque vicum* Port-de-Loüe; *cujus patronum dicit* S. Valerium, qui suas ibi sitas reliquias habet; *quæ post-*

rema verba forte sumenda sunt de parte aliqua in- D *signi; ni rectius dicamus, Claudium, prout labitur circa locum, ita etiam falli in cæteris.*

11 *Superest ut de cultu agamus. Lingonis celebra-* *cultus.*
tur festum S. Valerii *die* 22 *Octobris, ritu duplici, ut ex recenti Proprio liquet. Omnia dicuntur de communi unius Martyris, præter lectiones* II *nocturni, quas supra adscriptas habes. Lectiones istæ quod ad substantiam attinet, eædem fere sunt ac aliæ illæ, quæ sunt in* Brevario Lingonensi reverendi in Christo patris D. Sebastiani Zamet, *episcopi ab anno* 1615 *ad annum* 1655 (4). *Præcipua discrepantia est, quod, qui in his* Wandali, *in illis generico nomine* Barbari *et quidem sapienter prorsus vocentur. Confer dicta num.* 7. *Infra adscribam antiquum S. Martyris officium ex Breviario Lingonensi cardinalis de Givry, edito anno* 1560. *Ex quibus patet ecclesiam Lingonensem cultu perpetuo* S. Valerium *veneratam. Scribit Manginus* (5), *in testimonium hujus venerationis, effigiem S. Martyris in supplicationibus publicis a bidello deferri ante archidiaconum; quod tamen nunc amplius non obtinet, ut monuit me sæpius laudatus D. Lamy. Atque hæc de Lingonensi diœcesi. In Vesuntionensi festum agitur die sequenti,* 23 *Octobris, ut elucet ex Breviario, quod præ manibus habeo, et litteris R. D. Deray, pastoris in Port-sur-Saône; qui præterea scribit, quovis primo die Jovis* E *uniuscujusque mensis sacrum solere celebrari in sacello seu parva ecclesia* S. Valerii (*de qua supra num.* 3); *die autem ejus festo solemni ritu fit ibidem officium; addit, populum magna ferri in S. Virum devotione, fidenterque ad eum in publicis calamitatibus confugere; et meminit obtentæ pluviæ post habitam, (atque in ipso reditu) ad ejus sacrarium supplicationem ante annos abhinc fere triginta quinque.*

12 *Coronidis loco, sequitur* de S. Valerio Lin- *Monitio in*
gonensi archidiacono *antiquum Officium, prout illud habet* Breviarium secundum verum usum eccl. Lingonensis novissime impressum. Apud Senones 1560 *auctoritate Claudii de Longovico* (*Longuy*), *cardinalis de Givry, episcopi et ducis Lingonensis, defuncti anno* 1561 (6). *Apographum valde accuratum submisit R. Adm. D. Lamy. Ast cum lectiones* (*novem numero, eæque, ut assolet, breves valde*) *omnes vix non ad verbum desumptæ sint ex Passione, prætermittendæ fuerunt. Si quid diversum occurat, monebo in Annotatis.*

13 AD MAGNIFICAT. *Ant.* Magnificemus Christum *Officium*
regem virtutum, qui devoto sui nominis confessori F
Valerio triumphare dedit de hostis perfidi congressu durissimo. *Collecta.* Adesto, quæsumus, Domine, supplicationibus nostris: ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Valerii martyris tui intercessione liberemur. Per Dom. nostrum Jesum Christum. *Invitatorium.* Regem martyrum coronam adoremus Dominum: Qui cælestis vitæ stola decorat Valerium.

14 IN PRIMO NOCTURNO. *Ant.* Beatus quidem Vale- *ex antiquo*
rius carnis nobilitate clarus, sed mentis puritate clarior extitit et virtutibus. *Ant.* Pontifici Lingonum sancto traditus Desyderio, scientiæ et sanctitatis singulari fulsit privilegio. *Ant.* Sacræ itaque conversationis integer, cum juvenili floreret ætate, per præsulem ipsum archidiaconii sublimatur honore. *Resp.* 1. Insignis Valerius curis mundi posthabitis, soli Deo placere studebat. Cujus pro fide pati toto mentis desiderio indesinenter sitiebat. Christum etenim corde gestabat: Christum vocis officio dul-

(1) Hist. du diocèse de Langres, tom. I, pag. 126. — (2) Vies des saints de la Haute-Marne. Ubi supra. — (3) Gall. christ. tom. IV, col. 739 et seqq. — (4) Ibid. col. 638 et seqq. — (5) Histoire du diocèse de Langres, tom. I, pag. 126. — (6) Gall. christ. tom. IV, col. 635.

citer

A citer prædicabat. Cujus pro fide pati. *Resp.* 2. Meritorum denique lumine fulgidus exemplar edit mundo admirabile. In quo veritatis puritas et justitiæ sedulo perpendebatur æquitas. ℣ Per quem devius corrigebatur ne periret : rectus exhortabatur ut proficeret. In quo veritatis. *Resp.* 3. Vir igitur sanctus, venerabili Desyderio jam in cælestibus cum suorum plurimis coronato, saluti superstitum prospiciebat. Sed diutius a Christo peregrinari nolebat. ℣ Officii sibi commissi curis invigilans, delegatam plebem sanctitatis studiis reformabat. Sed diutius.

Breviario 15 In secundo nocturno. *Ant.* Gemebat pietate plenus Dei populum pastore destitutum : et quoquoversum miserabiliter exulare captivum. *Ant.* Promptus pro Christo optabat occumbere : sed verebatur fratres in persecutionis tempore fidei dispendium incurrere. *Ant.* Consilio tandem comperto, associatis sibi viris fidelibus, hostis crudelitati deliberavit cedere; memor Evangelii dicentis : persequentes vos ab una in aliam civitatem fugite. *Resp.* 1. Orabat Dei amicus Valerius dicens : Largitor æternæ salutis Domine, oves hæreditatis tuæ mihi commissas tibi resigno protegendas. Meque sicut desidero martyrum tuorum junge consortio. ℣ Esto
B mihi in Deum protectorem et in domum refugii, ut salvum me facias. Meque sicut desydero martyrum. *Resp.* 2. Miles itaque Christi cum Portum perveniret Buccinum, hostem fugiens propinquavit : a quo captus, illico negare Christum jubetur. Sed viriliter resistens verberibus duris aporiatur. ℣ Sanctus Dei martyr orphanorum caterva stipatus : divino cultui derogare compellitur. Sed. *Resp.* 3. Gloriosum confessorem Wandalorum crudelitas diversis cassat suppliciis : et suspensum equuleo nervis affligunt, ungulis discerpunt. Et taureis acribus dirumpunt. ℣ Nec mora respirandi Dei servo conceditur, sed tot simul in uno corpore tormenta connectuntur. Et taureis.

Lingonensi 16 In tertio nocturno. *Ant.* Inter hæc vox a supernis dimissa martyri intonuit : Valeri, ne frangaris supplicio, certus de sempiternæ felicitatis præmio. *Ant.* Audiens athleta fortis dicebat : Da illatas Christe pro te percurrere pœnas, quas diu desideratas excipio ut eas insuperabili devincam animo. *Ant.* Oranti Christi martyri stolam Angelus Domini obtulit, inquiens : suscipe, Deo dilecte, cælitus tibi munus collatum; induere exultationis indumento quod mox gestabis junctus Sanctorum
C consortio. *Resp.* 1. O virum multiplici laude dignum Valerium ! O Christi gratiam abundantius prædicandam ! Quem necdum corporea detectum tunica. Jam servum suum cælesti dignatur decorare trabea. ℣ Vere congratulandum est tibi, martyr egregie, quem pro se nudatum Christus tanto circumdat honore. Jam servum tuum. *Resp.* 2. Superno bellator inclytus munere donatus grates persolvit lætissimas : gratias, rerum Creator, tibi refero. Qui me incorruptibili veste muneratum æterno lætificas de præmio. ℣ Jam ergo, Rex bone, dissolvi desydero tibique præsentari in cælestibus opto. Qui me. *Resp.* 3. Sanctus itaque Valerius martyrii sui finem capitali peregit jugulo : cujus anima virtutum cælestium agminibus fulta, regni cælorum translata est ad gaudia. Dei sine fine fruitura præsentia. ℣ Quanta miri odoris illic manavit fragrantia, cum sancto de corpore beata resoluta est anima. Dei sine fine.

anni 1560; 17 In Laudibus. *Ant.* Cum supernis palatiis triumphalem palmam Valerius beatus intulisset : ultione divina gens Wandalica brevi consumpta disparuit. *Ant.* Sancti viri sepultura diutinæ oblivioni tradita Goderico duci divinitus est revelata : et fidelium frequentatione devotissime venerata. *Ant.* Opinione tantæ revelationis Lingonensium præsul exhilaratus, super martyris tumbam miræ basilicam amplitudinis condidit : ubi a fidelibus populis in Christo duplex alacritas solet reportari. *Ant.* Benedicta sit Dei nostri virtus et clementia, qui clericum irreverenter sepulchro martyris propinquantem cæcavit : et mentis humilitate consternatum denuo per ejusdem meritum illuminavit. *Ant.* Ægrotum quidem alium ejusdem ordinis, dum ante ejus sepulchrum artuum dissolutionem defleret, vigori pristino cælestis pietas ad integrum restauravit. Ad Benedictus *Ant.* Gaudeamus omnes in Christo qui Valerio bellatori suo in suæ confessionis dimicanti certamine contulit mundi discrimina superare et victorem in terris feliciter coronavit in cælis. *auctore B. B.*

18 *Idem officium reperitur in Breviario ejusdem ecclesiæ Lingonensis edito ann.* 1604 *jussu RR. DD. Caroli Descars episcopi, hac cum rubrica :* De Sancto Valerio Lingonensi archidiacono. In ecclesia cathedrali festum annale. *Quis vero hujus sit ritus, explicatur in* Rubricis generalibus *initio voluminis :* Annalia festa, ratione solemnitatis addunt supra officium festorum duplicium, quod in utrisque Vesperis dicuntur propriæ antiphonæ (*sunt pro* S. Valerio *in primis Vesp. antiphonæ primi et secundi nocturni; in secundis Vesp. antiphonæ ex laudibus*). Non fiunt commemorationes communes; nec fiet commemoratio de Octavis, si evenerint infra aliquas octavas, in primis vesperis et matutinis tantum; sed fiet in secundis vesperis, etiam de parvo festo occurrente in crastino. *item anni* 1604.

19 S. Valerii *Passionem edimus, et quidem putem hodie primum, ex pluribus inter se collatis manuscriptis, a decessoribus studiose collectis. Illam habemus ex Ms. Chiffletii; eademque exstat in Mss. Ser. reginæ Sueciæ. Acta rursus habemus ex codice D. Andreæ Du Chesne, collata cum Ms. Accineti monasterii in Burgundiæ comitatu, ordinis Cisterciensis abbatiæ, cum Ms. Caritatis ejusdem ordinis in eadem provincia, et alio S. Benigni Divionensis et monasterii Longi Pontis; quod postremum Ms. reperitur etiam in* supplemento Suriano Fr. Nicolai Belfortii, ecclesiæ S. Joannis Suessionensis canonici regularis, *itidem manuscripto. Hæc omnia, licet hinc inde alia aliis paulo breviora, inter se apprime conveniunt. Cæterum conscripta Passio est stylo bene latino, imo dixerim eleganti, et profitetur auctor se res gestas* magis veraciter quam luculenter *explicaturum. Verbis tamen et sententiis* (*quæ utique virum gravem produnt*) *abundat, quorum plura rescidit Belfortius, ut ex Annotatis videbitur. Ætatem scriptionis nemo facile determinaverit; equidem non putem valde antiquam esse.* *Acta.*

PASSIO S. VALERII

ARCHIDIACONI LINGONENSIS.

Ex ms. D. Andreæ du Chesne, cum aliis collato.

Incipit præfatio in Passionem S. Valerii. *a.*

Facienda est SS martyrum memoria

Sanctorum martyrum sacrosancta certamina, atque immortales invictæ confessionis eorum triumphos dignis præconiis attollere et ad succedentium

EX MSS. dentium memoriam litterarum tradere monumentis, tum gloriosum, tum etiam conducibile, imo necessarium probatur existere. Profecto enim ad laudes imperatoris eorum, omnipotentis videlicet Dei, referendum est, quidquid in devotorum militum fortitudine claruerit fuisse laudabile; cujus gratia potuerunt non solum ut certaminis laboribus non cederent, verum ut hostem sævissimum sua tolerantia triumpharent. Præterea inhumanum valde impiumque est, eorum triumphos infecundo silentio tegere, qui pro pietatis amore pulchra morte perfuncti, æternam sibi studuerunt comparare memoriam, quosque superno Regi tanto cariores non dubitamus existere, quanto acerbiora pro ejus fide supplicia eos certum est pertulisse. Sed et illud nihilominus perpendendum, quod quando eorum gesta admirationis plena leguntur, legentium pariter atque audientium mentes spiritalis
* inflammantur. desiderii igne flammantur *, ac discussa noxii torporis ignavia, tantæ virtutis et fidei eorum documenta anxie cupiunt imitari. Cum ergo universorum quidem martyrum memoria devota gratulatione sit suscipienda, præcipue tamen nobis in beati Valerii martyris et archidiaconi triumphali
B gloria propensius est exultandum, quem nobis peculiarem patronum a Domino attributum gaudemus, cujus merita eo usque cælestis doni gratia
* processerunt profecerunt *, ut post sacrà ecclesiasticæ munia functionis, sublimem martyrii proveheretur ad palmam. Quod qualiter gestum sit, magis veraciter quam luculenter, animante Domino, conabimur explicare.

ANNOTATUM.

a *Hæc inscriptio, sicut et sequens, ita in codice nostro.*

Incipit passio sancti Valerii.

Lingonis natus, eruditur a S. Desiderio; Beatus itaque Valerius Lingonicæ fuit urbis indigena, clarissimis parentibus et patritiæ generositatis stemmate fulgentibus generatus. Urbs illa ea tempestate Romanæ moderationis æmula multiplici virorum illustrium nobilitate per Gallias, vel sola vel prima fulgebat. Hujus civitatis sanctus
C erat Desiderius episcopus, vir magnificus, et cujus
* *alias* tunc nunc * sanctitas in rebus ecclesiasticis spectata
* *deest hæc vox.* omnibus et celebris habebatur *, *a* qui postmodum
* adeptus prætiosam martyrii indeptus * coronam, urbem
a cui pontifex præfuit martyrio decorat, fovet ossibus, meritis et intercessione conservat. Hic igitur sanctum Valerium, adhuc intra annos pueritiæ constitutum semper charum habuit, eumque divinis institutionibus ac spiritalibus erudivit disciplinis : cernebat enim in sancto hoc puero ingenitam radiare prudentiam, vivax ingenium, et futuræ virtutis atque solertiæ prænostica refulgere. Talibus
b indiciis, quæ in illo etiam ultra ætatis illius merita apparebant, vir Domini provocatus, maxima illum diligentia educatum, robustissimum agricolam excolendæ vineæ Christi rationabiles palmites afferenti, non insicus quid tanta prætenderet indoles, providebat.

fit archidiaconus. 3 Denique cum adolescentiæ lubrica transiens in robur virile migrasset, eum sanctus antistes
c Archidiaconum esse constituit *c*, quo in edito dignitatis gradu positus quasi exemplar quoddam sanctæ vitæ et sobriæ conversationis esse inciperet, duplicique modo subjectorum saluti consulens, prædicationibus erudiret, quos probis exem- D
plis informasset, in quo sermonibus accedebat auctoritas et merito sanctitatis *: nec (enim) poterat * sanctitas
ejus prædicatio contemni, cujus conversatio erat omnibus ammirationi; prius quippe semper adimplevit operibus quod verbis agendum esse perdocuit.

Barbari irrumpentes 4 Eodem tempore partim insolentium negligentia principum, partim peccatis exigentibus populorum, gravi vexatione Deus ecclesias affligi permiserat. Nam crudelissima gens Wandalorum *d*, junctis *d*
sibi Alanis et Gothis, primo ab Hispaniis in Africam, deinde ab Africa in Gallias irrumpentes impia feritate, universa ferro, fame et incendio proterebant. Sanctus ergo antistes Wandalorum exercitum cum rege suo Crosco *e* ad urbem, cui auctore Deo præ- *e*
sidebat, adventare præsentiens, totus ad divina confugit præsidia, et diebus ac noctibus precum assiduitate continuans, infatigabilis persistebat, Christi Domini clementiam deprecans, ut ecclesiam propitius tueretur *f*, nec eam barbaricæ domina- *f*
tionis rabie pateretur affligi, quam petioso sanguine suo redemisset; se potius unum pro omnibus periculo objectaret, paratum mori se pro salute dominici, cui invigilabat, gregis, dari se pro cunctis et E
redonari sibi cunctos.

S. Desiderium trucidant; 5 Cum ecce sibi superveniens impia non militum sed prædonum manus, sacra illum meditantem reperiunt, comminatione terribili imperant, ut abnegata fide Christi, suas idolis cervices inclinaret, seque cum suis omnibus genti ferocissimæ subjugaret. Verum cum ille magis eos in Christum credere
et accepta * immanitatis rabie cessare persuaderet, * a cœpta ?
funestus spiculator affuit, et uno ictu Sancti caput percutiens hostiam Domino acceptissimam consecravit; depositaque lutei corporis mole, spiritu cælestia conscendit, qui tunc mori vere desiit et vivere cœpit, tuncque perfecte capiti Christo fidele membrum vivificatus inhæsit, quando caput putatus est amisisse. Hæc pauca pro memoria Desiderii, martyris venerandi, sufficiat prælibasse, quæ studiosus quisque in textu passionis ipsius ex abundanti poterit reperire. A diverticulo narrandi ordinem repetamus.

S. Valerius, 6 Igitur Sanctus, et inter præcipua * semper ve- * præcipuos
nerandus martyr Valerius, post magistri et antistitis sui Desiderii pretiosam mortem, cernens gregem Domini, utpote pastoris præsentia destitutum, luporum rapacium immanitate laniatum, distrahi ac F
pro hostis libitu sine ullo respectu aut misericordia quaqua versum abduci, in ancipiti positus hæsitabat, quidnam sibi esset agendum. Exoptabat certe summa aviditate pro Christo morti succumbere, sed verebatur derelictæ plebis dispendium subire *g*. *g*
Desiderabat jam esse cum Christo, nec refugiebat pro salute suorum adhuc peregrinari a Christo, utque ita dictum sit, in utroque paratus erat, et quid magis eligeret ignorabat. Tandem diu multumque retractans, suis commodis fraterna præponit. Ea animo sententia sedit, ut collectis quibusque fidelibus vivis, hosti immensum cederet sævienti; memineratque quippe Dominum præcipisse : Cum Mat. X. 23.
vos persecuti fuerint in una * civitate, fugite in * ista
aliam.

Deum precatus ut sibi suisque sit propitius, 7 Totum ergo se ad Deum conferens, in hunc modum fertur fudisse orationem : Tu, Domine, cui præsto est omne quod gerimus, cui patet quidquid corde abditum occultamus; tu scis me toto affectu pro tui nominis confessione amplecti martyrium, ac jucundissimum mihi esse mille pro te subjici pœnis, et exquisitissimis, si ipse jusseris, impendi suppliciis; sed tua, Domine, præscientia * sicut in * providentia
sui

A sui dispositione non fallitur, ita votis hominum non
* mutatur. mutamur. *Tibi ergo, Domine, oves quas a te suscepi restituo; tu eas, Pastor bone, custodi, et propitius annue, ne tuo auxilio umquam destitutæ, consiliis diaboli acquiescant, ne eorum, qui nomen sanctum tuum non noverunt, prædæ atque insultationibus pateant. Mihi quoque pro tui gregis amore aliquamdiu in hujus vitæ turbela * remoranti, et secundum quod ipse præcipis, latebram requirenti, subvenire digneris, Domine; adsis comes itineris, revelator * laboris, nec me umquam a societate sanctorum martyrum, quam sitio, cui suspiro, ad quam pervenire desidero, divelli patiaris.

secedit; 8 Cum hæc gloriosus Martyr Domini perorasset, clanculo civitatem egrediens cum aliis fidelibus vivis, qui ad simile certamen agonizandum promptissimi erant, iter Sequanicum ingressus *h*, ad Alpium Jurensium partes tendebat, ibidem aliquantum temporis, cum * vis persecutionis deferveseceret, exacturus. Namque truculenti hostis dira molimina mente conspiciens, et nonnullos a fide labi posse prævidens, pertæsus mundanæ inquietudinis, ardebat innocentis columbæ pennas assumere et aviam solitudinem *, atque horrentia ferarum lustra penetrare, expectans donec veniret, qui eum * a pusillo animo et tempestate salvaret.

B Pergens igitur quo cœperat itinere, pervenit ad locum, quem haud procul positum *i* ex antiquo incolæ appellant Portum Bucinum *k*. Sed jam locum ipsum gens bellicosissima occupatum tenebat. Nam quia partim avaritiæ, partim cædis et fundendi sanguinis ferebatur insania, ubique sese diffundentes spe prædæ civitatis * passibus raptabantur, nec tutus poterat esse locus, quem natio effera non invaderet, perrumperet, spoliaret.

comprehensus jubetur abjurare Christum 9 Illic ergo Sanctus Dei capitur, trahitur et violentis manibus impia crudelitate tractatur; et primo ex obtentu cujusdam rationis jubetur abnegare Christum, et divinæ religionis culturam * palam omnibus improbare. Quid enim, aiebant, emolumenti, quid lucri hæc vestra superstitio potest habere? Ecce Christus vester, quem colitis, veneramini et adoratis, non potest vobis in tali necessitudine subvenire, neque a captivitatis et paratæ mortis exitio liberare. Quibus sanctissimus Athleta, illatorum terrore confidentior, respondit : Oportebat vos, o Viri, Deum verum agnoscere, et ejus
C omnipotentiam ex his saltem, quæ vobis evenisse conspicitis persentire. Non enim vestris viribus aut multitudine freti, tot regna penetratis, tot urbes subruitis, tam innumeras hominum strages editis; sed ejus utique permissu, cui peccavimus, cui non sicut debuimus obsequium sanctæ virtutis exsolvimus. Cum ergo his*, qui vester omniumque creator et dominus est, vobis ad tempus pro christiani populi correctione, tanta potestate uti contigerit*, vos e contra ejus dono perverse abutimini, eumque, qui talia præstitit, digne honorare, aut Deum agnoscere dedignamini, et nobis quidem, si fidem ejus inviolabiliter servaverimus, erit propitius, et pro sui nominis confessione a vobis peremptos, ipse in supremæ pacis ac vitæ indeficientis felicitate suscipiet. Vos autem, si ingrati ejus beneficiis, ad ipsius agnitionem concurrere neglexeritis; et hic brevi in præsumpta temeritate durabitis et æterna supplicia post luetis.

et dire cruciatus, 10 Ad hæc illi, non ratione veritatis, sed fastu elationis, quasi nihil metueret, eum talia prosecutum dicentes; ingenti furore armantur, et nulla misericordiæ habentes viscera, sanctum Martyrem
✓ Dei flagris crudeliter cædunt, et novi generis cruciatibus in eum desæviunt. Putabant enim se hoc modo insuperabilem ejus animum ab intentione Christianitatis revocare, et vel tormentis infractum cædere *, quem videbant persuasionibus non cessisse. Sed quia amor fidei in eo durabat, Christi nomen, quod sacro semper in ore habebat, negare non poterat. Et quoniam igne perfectæ charitatis quæ foras excludit timorem, sancti Martyris animus fervebat, illata sibi ab impiis tormenta minime sentiebat. Interea ministri diaboli omni crudelitate in Sanctum Dei grassantur : alii eum equuleo suspendunt, alii nervis fortissimis ac recentibus attrahunt; hi ungulis ossetenus radunt, illi loris et taureis cædunt : nulla requies Sancto, nulla mora supplicio; nec jam sibi vicibus tormenta succedunt, sed, quod mirum est, tam multa, tam diversa uno simul nectuntur in corpore. Contra hæc omnia fortissimus Athleta spe invicta pugnabat, divinum sibi auxilium prophetico illo deposcens adesse oraculo : Deus in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina.

ex mss.

* cedere

cœlestique voce confirmatus 11 Interea cum et hi pœnis non parcerent, et ille a precibus non cessaret, fertur audisse demissam cælitus vocem, dicentem sibi : Valeri, ne angaris præsenti supplicio, sed magis gratulare, E securus de præmio; nec frangaris inflicto verbere, sed potius gaude in mente habens, quæ te præmia maneant in retributione. Hac voce confortatus Agonista divinus, cœpit irrogata sibi pœnarum terribilium exitia non modo patienter, sed magis alacriter sustinere, rursumque ad Deum vultu lætissimo conversus orare : Da, Domine, servo tuo constantiam in animo, præbe tolerantiam in membris, ut intrepidus tormenta devincam, et eorum ministros libera voce devincam. Porrige mihi, quæso, manum benignus auxilii, qui sanctos martyres tuos ad aulam provexisti cœlestis regni.

atque ab angelo stolam candidam donatus, 12 Hæc illo orante, Angelus Domini cum immenso lumine affuit, atque stolam summo splendore ac candore micantem obtulit, dicens : Care Dei Valeri, hoc munus tibi a Domino transmissum; circumdare virtutis indumento et justitiæ stola, quam cum consortibus tuis certaminis martyribus felici mox es in patria recepturus. O Virum summis præconiis efferendum! O Gratia nullis umquam ex æquo verborum suffragiis explicanda! Stricto jamjamque impendenti mucrone percussor instabat, jam feriendus et e vestigio sacris cervicibus jugulum fuerat excepturus; tantusque circa Martyrem divinus favor apparuit, ut necdum exutus carnis tunica, angelico ministerio syderea exornaretur prætexta. Beatum te, Martyr sanctissime, irrogata carnificum dixerim nuditate, quæ tali meruit compensari decore! Quam securus ad ornamenta cælestia properas, qui jam supernas exuvias tuo in corpore gestas. Vir ergo Domini donum cæleste suscipiens, ore lætifico gratias cœpit agere Deo, dicens : Gratias tibi, Jesu bone, ago et habeo, et tota animi præsultatione tuo nomini plaudo, qui es robur martyrum, destructor dæmonum, levamen oppressorum solatorque laborantium, qui me etsi indignum tuo præclaro munere non fraudasti, sed salutis et jocunditatis indumento circumdedisti. Jube ergo servum tuum ad te jam venire, quia diu est quod desidero te videre.

F

capite plectitur, 13 Ad hæc ministri scelerum cùm eum suppliciis cernerent superari non posse, quam primum gladii animadversione accelerant trucidare, direptoque unus (eorum) ense caput sancti Martyris amputavit *l*, sicque rosea cruoris sui unda perfusus, gloriosum martyrium optabili fine complevit, moxque sancta anima hymnidicis Angelicorum spirituum stipata choris cæli arcem laureata conscendit.

l

O Sanctorum

ex mss. O Sanctorum omnium mortem pretiosam! O interitum festivum et omni celebrem memoratu! Perit mors dum Sanctos impetit, dumque suis legibus utitur, ipsa suis legibus superatur, fitque stupenda conversio : brevibus lachrymis succedunt gaudia sempiterna, momentaneis doloribus æterna refrigeria capiuntur, et morte perfunctoria immortalitatis compendia conquiruntur.

et sepelitur a fidelibus:

14 Ad declarandum sane meritum Sancti divina non defuere miracula. Tantus denique odor suavitatis eo loci affuit, omnesque qui aderant tanta miræ suavitatis fragrantia replevit, ut paradisi odoribus non dubitarent se fuisse afflatos. Corpus vero Martyris a fidelibus, qui manus persecutorum

m evadere potuerunt *m*, sublatum, ac condigno honore non longe a supra memorato loco sepulturæ mandatum est. Acta sunt hæc sub Honorio *n* Theodosii

n majoris filio, cum Theodosio minore regnum potiente, et Romani imperii dignitatem catholica pietate gubernante.

barbari vero se ipsi discerpunt.
* indicibus?

15 Operæ pretium est breviter intimare quem deinde exitum gens incredula consecuta est. Ut enim gestis indicium * et multorum opinione vulgatum habetur, impleta gloriosi Martyris passione, tam repentina ultio Wandalorum phalangas perculit, ut subita capti dementia, in se ipsos impias manus verterent, quas in Sanctum Dei extendere

B non timuissent. Denique dæmoniaco extemplo arrepti furore ita se mutua cæde prostraverunt, ut comprehendi numero occisorum non potuerit multitudo. Ipse quoque eorum princeps vesaniæ Croscus non multo post tempore in urbe Arelatensi, multis, ut erat dignus, suppliciis expensis, indignam vitam indigna morte finivit. Hæc de felicissima sancti Valerii morte, ac justissima necatorum ejus ultione brevi dicta sufficiant.

Goderico duci ad bellum properanti

16 Nunc ordo postulat, ut ad ea quæ post Passionem ejus, ad declarandam sui martyrii gloriam, Christus Dominus, in cujus conspectu suorum mors semper est pretiosa Sanctorum, operari dignatus est, stili seriem transferamus. Siquidem, imminente ubique Wandalorum immanissima persecutione, valde admodum rari remanserant, qui juxta morem Christianæ religionis sanctorum Martyrum sepulturas inviserent, aut eorum memoriam cum digna sedulitate recolerent; hinc factum est ut beati quoque Valerii prædicabile meritum, paulatim subintrante negligentia obsolesceret, adeo ut pœne nullus

C esset, qui locum quo humatus esset agnosceret. Sed etsi qui essent, qui requirerent, deerat qui quærentibus indicaret. Verum Dominus ad prærogandum suis fidelibus patrocinium, quo loco Sanctus quiesceret, hoc modo dignatus est propalare. Accidit non post multum tempus, ut dux quidam Godericus *o* nomine, dum contra Longobardos, qui

o tum totam Italiam depopulandam invaserant, militari manu dimicaturus pergeret, in ipso, quo Sancti membra condita fuerant, loco mansionem haberet.

revelatur B. Valerii *tumulus;*
* idem? ibidem?

17 Cumque post laborem diuturnæ expeditionis isdem * se vir ad quiescendum contulisset, vidit subito cœtus abbatorum, perspicuo candore micantes, auro textis cicladibus exornatos, quorum capita coronis sydereo fulgore radiantibus resplendebant. Hos ergo cum immensa claritate præterire conspiceret, ab uno eorum tale fertur attonitus accepisse responsum : Hunc locum, in quo quiescis, sancti Valerii Sociorumque ejus martyrio simul et tumulis noveris consecratum. Si vis igitur ejus meritis et intercessione victor bellici discriminis atque incolumis repedare, ædificaturum te super corum sepulchra basilicam mox ut reversus fueris fideliter necesse est repromittas.

18 Sub hæc verba evigilat, et magno correptus pavore, suis quæ viderat enarravit. Cui Deo tacti respondent : Exultare te oportet, domine, et Deo, qui per angelicum ministerium te visitare dignatus est, gratias agere, atque quod monitus es, maturata festinatione et devota sollicitudine, statim ut redieris, adimplere. Ille porrectis in cælum reverenter brachiis et voto se obligans, dixit : Si me Dominus, Martyris sui interventu, sospitem victoremque reduxerit, et basilicam ei fabricabo, et annis singulis ejus festivitatem celebrare curabo. His et aliis quam plurimis addutus * votis, Sanctoque impensius venerato, securus triumphi contra hostiles cuneos properat, et accepta de immenso hoste victoria lætus remeavit ad propria. D *ille gratus de adepta victoria* * additis?

19 Nec dubius sancti Valerii obtentu se suosque salvatos, reversus ad sibi cœlitus ostensum accedit locum, ibique primum ut sors temporis permittebat, modico sumptu oratorium ædificavit, ardens nimio animo perinde succedenti tempore ingentis fabricæ fundamenta jacere, suisque votis respondentem et tanto Martyre dignam basilicam construere. *S. Martyri oratorium ædificat:*

20 Verum quod mente conceperat, cita morte præventus implere non potuit. Sed cum ista ad notitiam pontificis, qui tunc temporis Lingonicæ cathedræ præsidebat, perlata fuissent, gaudens sancti Martyris meritum se præsule manifestatum, ecclesiam miræ amplitudinis supereum construens, celebrem universis locum indixit, ubi clara populis assidue præbens miracula continuis virtutibus, cujus loci apud Deum extiterit (Valerius) manifestat. Pie de Deo sentientibus e multis sufficit pau- *dein basilica etiam erecta est.* E citas annotata.

21 Mulier quædam fama Sancti comperta, comitante secum * coram clerico ad locum venit, et cupiens secum Sancti reliquias tollere, oblita sexus sui ausa est ad tumulum imprudenter accedere. Cumque isdem, quem diximus, clericus temeritate damnabili sepulchrum contingere voluisset, illico oculis, quibus sancta inconsulte videre non timuerat, multatus est, et subito circumvallatus tenebris, omnes qui aderant in tantum stuporem metumque convertit, ut quidnam agerent aut quo verterent se ignorarent. Matronam vero ita medullitus pavor invasit, ut nihil operis aut consilii superesse sibi credens, via qua venerat festina rediret. Clericus inter hæc reatus sui conscius, atque F ad pœnitentiæ lamenta conversus, id quod incaute præsumendo deliquerat, ejulatu assiduo diluebat. Ita factum est ut lumen, quod temerarius amiserat, humili satisfactione reciperet. Quanta sane sanctis reverentia debebatur * hinc vel maxime licet advertere, quo hujus de quo nobis sermo clerici vesana præsumptio, ne saltem ad modicum tempus dilata, sed præsenti e vestigio castigata est ultione. Nos certe, nos ista respiciunt, nobis ac pro nobis talia gesta creduntur, ne Sanctorum pignoribus, quæ solis sacerdotum mundis sunt manibus contrectanda, injuriam faciamus extraordinarie illis utendo, quæ ne dicam tangenda, sed ne saltem sine magno metu et reverentia contuenda. Illud etiam opportunissime dicimus * subnectendum, quod ad propagandam sui Martyris gloriam divina virtus dignata est demonstrare. *Cæco visus restitutus,* * quodam? * debeatur? * ducimus

22 Clericus quidam toti notissimus regioni, quippe haud longe a loco commanens, in quo Sancti servabantur reliquiæ, ab incunte ætate gravissima artuum vexabatur contractione. Insidiis ergo occulti, ut creditur, innimici ita fuerat nexu invisibili coarctatus, ut distortis turpi difformitate membris, non pes, non manus solitum possent officium *alter a contractione membrorum sanatus.*

A cium adimplere. Rogat suos, ut eum ad memoratum sancti sepulchri locum deferrent; ubi plenus fide veniens et per dies aliquos querulis vocibus a Sancto deposcens opem, germanæ rectitudini meruit reformari, sicque factum est, ut qui alienis manibus delatus fuerat, suis gressibus gaudens, Dominumque in sancti Valerii præconio magnificans ad diversorium repedaret. His et aliis innumeris miraculorum signis quotidie novis, noviter quotidianis Jesus Christus Dominus noster sancti Martyris sui merita provehendo sublimat ad laudem et gloriam nominis sui, cum quo et Deo Patri honor et imperium et potestas, una cum Sancto Spiritu nunc et semper et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Hactenus, et ne voce quidem mutata, prima lectio antiqui Breviarii, dempta tamen pericope:* urbs illa fulgebat, *etc. Vide Comm. præv. num.* 12.

b Talibus indiciis *usque* prætenderet indoles, providebat, *desunt apud Belfortium, sicut et id genus pleraque.*

c *In his et sequentibus nihil habetur, quod vel*
B *levissime suadeat* S. Valerium *sacerdotio fuisse initiatum. Vide comm. præv. num.* 9. *Ad* Archidiaconos *quod spectat, jam ex* Constitutionibus Apostolicis *apparet, diaconum unum, aliis per ecclesiam discurrentibus, pontifici adstitisse :* Diaconi post orationem, alii quidem oblationi Eucharistiæ vacent, corpori Domini cum timore ministrantes; alii turbam circumspectent, eique silentia faciant; qui autem pontifici assistit diaconus, plebi dicat : nec quis contra aliquem; ne quis in hypocrisi (1). *Unde passim scriptores inferunt, hunc cæteris eminuisse et vocatum fuisse* primum, primicerium diaconorum (2), *atque inde ortam postea* archidiaconi dignitatem, *quæ jam sæculo* IV *magno in honore erat* (3). Diaconorum, *inquit Pellicia* (4), primus olim archidiaconus appellabatur, neque aliis nisi ætate præstabat (*de hoc tamen, auctore Binterim, historia nihil testatum reliquit*). At post IV sæculo primis hisce diaconis potissima ecclesiæ munera demandari cœperunt, eo ut archidiaconatus prima evaserit cleri dignitas. *Hactenus Pellicia. Sane archidiaconi appellatio imo et jam spectabilis dignitas antiquissima est.* Singuli, *scribit S. Hieronymus ad Rusticum monachum* (5), ecclesiarum presby-
C teri, singuli archipresbyteri, singuli archidiaconi; et omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. *Ex* Historia Donatistarum *discimus, quo loco esset Cæcilianus apud Mensurium, episcopum Carthaginensem, cui dein etiam successit. Sæviebat anno* 304 *persecutio in Africa, pluresque fideles Carthagine post gloriosam confessionem in carcerem conjecti erant,* ad quos *cum incaute et glomeratim concurrerent christiani, atque exinde invidia concitaretur pluresque morti objicerentur,* Mensurius, Cæciliano archidiacono in mandatis dedit, ut inconsultam illam turbam a foribus carceris arceret *etc.* (6), *ipse vero S. Optatus Milevitanus tradit* (7), *Lucillam,* cum correptionem Cæciliani archidiaconi ferre non posset *etc. Victor quoque Vitensis lib.* V *de Persecutione Vandalica expressam mentionem habet* (8) Salutaris archidiaconi ecclesiæ Carthagenis, *cujus memoria* 13 *Julii celebratur in Martyrologio Romano. Confer Binterim, Pellicia, Augusti loc. citt. Nihil itaque obstare videtur quominus post medium sæculi* III S. Valerius *diceretur* archidiaconus *nomine et officio.* AUCTORE B. B.

d *Vide Comm. præv. num.* 4-7. *In omnibus mss.* gens Wandalorum *diserte nominatur.*

e *De* Crosco *plura disputavimus in Comm. præv. num. item* 4-7.

f *Hæc rursus :* nec eam *usque ad finem numeri desiderantur apud Belfortium.*

g Desiderabat-ignorabat. *Hæc quoque suppressit Belfortius.*

h *Vide Commentarium præv. num.* 2 *et* 3.

i Haud procul positum. *Ex his utique patet* S. Valerium *passum in loco, Lingonis vicino. Vide Comm. præv. num.* 3.

k *Pluribus de* Portu Bucino *diximus Comm.* E *præv. num.* 2 *et* 3.

l *Factum id esse mense Junio suspicatur Belfortius. Ejus* (S. Valerii) natalem, *ait in Supplemento Suriano ms.*, diem scire non potui; sed ni fallor mense Junio passus est, si quid conjectari licet ex manuscripti (qui quintus est *ex* Longiponticis) dispositione. *Conf. Comm. præv. num. ultimo.*

m Evadere potuerunt. *Ex his verisimile, ni certum dicas,* S. Valerio *plures martyrii socios fuisse Conf. Comm. præv. num.* 9.

n *Honorius imperio occidentis potitus est anno* 395 *obiitque anno* 425, *ætatis* 39 (9); *Theodosius Junior patri suo Arcadio, in imperio orientis, successit anno* 804, *regnavitque usque ad annum* 450 (10). *Acta ergo nostra* S. Valerii *martyrium ponunt inter annum* 404 *et* 425. *Favent proinde opinioni eorum qui illud anno* 411 *adscribunt; quam quidem opinionem deserendam diximus Comm. præv. num.* 4-7.

o *Goderici mentionem alibi non inveni. Cæterum non ante medium sæculum* VI *adversus Langobardos in aciem procedere potuit, cum hi tunc tantum Italiam invaserint, suæque ditioni subjecerint* (11). *Potest Goderici expeditio referri ad annum* 576. Irruentibus, *inquit Gregorius Turonensis* (12), ite- F
rum Langobardis in Gallias... Mummulus exercitum movet et cum Burgundionibus illuc (ad civitatem Ebredonensem) proficiscitur *circumdatisque Langobardis cum exercitu, factis etiam* concidibus (concædes *Tacito videntur* arbores cæsæ (13)) per devia silvarum irruit super eos : multos interfecit, nonnullos cepit, et regi (*Guntchrammo aliter Guntramno*) direxit... Hæc prima Mummuli in certamine victoria fuit, *quæ adscribitur præfato anno* 576 (14).

(1) Constitut. apost. lib. II, cap. 57. Migne, Patrol. græc. tom. I, col. 754 et 755. — (2) Binterim, Denkwürdigkeiten, tom. I, part. 1, pag. 386. Conf. Augusti Denkwürdigkeiten aus der Christ. archæologie, tom. XI, pag. 204. — (3) Ibid. — (4) De christianæ ecclesiæ politia, tom. I, pag. 62. Bassani, 1782. — (5) Migne, patrol. lat. tom. XXII, col. 1080. — (6) Historia Donatistarum. Patrolog. Migniana, tom. XI, col. 775. — (7) De schismate Donatistarum, lib. I, num. 16. Patrolog. ibid. col. 916. — (8) Migne, patrolog. tom. LVIII. col. 247. — (9) Art de verifier les dates, pag. 353. — (10) Ibid. pag. 354. — (11) Ibid. pag. 361. — (12) Historia Francorum, lib. IV. Migne, Patrolog. tom. LXXI. col. 304, — (13) Rob. Stephani. Thesaurus, *verbo* concædes. Basileæ,, 1740. — (14) Art de verifier les dates. pag. 325.

DE

D

DE S. LEUGATO SEU LEOGATHO

MARTYRE.

B. B.

MEMORIA EX HIERONYMIANIS.

SÆC. I, II, VEL III.

In plerisque Hieronymianis hac die fit memoria sancti Martyris illius, cujus nomen vario scribitur modo : Leugatus, Legatus, Leucatus, Leucadius, Leogatus, Leogathus. *Cum Hieronymiana quo puriora eo etiam sint breviora, et aliunde nihil de sancto* Leugato *ad nos pervenerit (ut haud infrequenter in similibus obtinet), aliud præstandum mihi non est, nisi varia recensere martyrologia seu codices, in quibus mentio* S. Leugati *occurrit, eorum textum, quantum opus est,*
B *subjiciendo. Initium faciamus a Martyrologio, quod, ut tradit Martene* (1), *primus sub S. Hieronymi nomine vulgavit Dacherius ex codice Corbeiensi anno* 1661, *et deinde insertum fuit a Vallarsio mantissæ operum S. Hieronymi* (2). *Ita porro illud habet* (3) : XI kal. Nov. In Adrianopoli Thraciæ, Philippi episcopi, Eusebii et Hermetis, Severi. In Portu, sancti Valerii martyris. In Thracia item Severi. Et alibi, passio sancti Leugati. *Septem annis post Dacherium edidit quoque Florentinius duplex martyrologium Hieronymianum; prolixum unum, brevius alterum; in hoc solius S. Philippi fit mentio; in illo eadem, eodemque ordine quibus in Dacherio, recurrunt nomina imo voces, nisi quod paulo aliter hinc inde reddantur, ut* Legati, Atriopoli *etc., et prætermittatur annuntiatio tota* S. Valerii. *Notat autem in hunc locum Florentinius* (4) *se alibi non comperisse* hunc incerto loco indicatum martyrem Legatum sive Leugatum sive Leogathum. *Gellonense, quod idem Dacherius primum publici juris fecit anno* 1717, *sic habet :* Philippi, Eusebii, Hermetis Severi, Leucati (5); *et eodem prorsus modo apud Sollerium habent Augustanum et Labbeanum* (6) *sicut et Antissiodorense apud Martenium* (7). *Richenoviense quod ad* S. Leugatum *spectat consonat omnino Dacheriano et Florentiniano :* In Tracia Philippi episcopi. Et sancti Severi martyris et Hermæ discipuli ejus et Eusebii. Et alibi passio sancti Leucadii (8). *Nec addidisse hic pigebit quæ scripsit Sollerius de Martyrologio Richenoviensi* (9), *nempe* antiquum esse et notæ optimæ, neque Gellonensi posthabendum, quamvis hinc indè recentiora Sanctorum, præsertim Germanicorum, nomina adscripta habeat. Absque hoc si E
foret, ceteris prope omnibus incunctanter præferrem... Displicet titulus *sancti,* paulo frequentius, quam Hieronymianis in usu sit, a librario appositus. *Notum quippe est in illis* tantummodo, *ut loquitur S. Gregorius magnus* (10), nomen, locum et diem passionis poni. *Unde rursus Sollerius* (11) : Qui plura in martyrologio aliquo reperit, certo statuat, non esse sibi præ manibus purum martyrologium Hieronymianum. *Denique in* fragmento pervetusti martyrologii ecclesiæ Turonensis *legitur* (12) : Passio Leucadi, Philippi, Eusebii. *Ex quibus innotescit quidem sancti Martyris nostri nomen et memoria, ast nihil occurrit quo sive de loco sive de tempore passionis quidquam statuamus. Margini propterea adscripsi sæculo* I, II *vel* III; *quod si quis initium sæculi* IV *addere voluerit non repugnabo. Id unum restat monendum* Leogati martyris *memoriam celebrari in Auctariis Usuardi ex editione Greveni* (13), *et in additamentis Wandelberti apud Dacherium signari* (14), S. Leodegali passionem in Tracia civitate. *An idem ac* Leogathus *seu* Leugatus?

C (1) Martene, Thesaurus anecdotorum, tom. III, col. 1545 et 1546. —(2) Migne, Patrologia, tom. XXX, col. 433 et seqq..—(3) Spicilegium, tom. II, pag. 20. Édit. in-fol. Migne, ubi supra, col. 479. — (4) Florentinius, pag. 931. — (5) Spicilegium, ubi supra, pag. 35. — (6) Martyrologia Hieronymiana contracta. Vide Acta SS. tom. VII Junii ad calcem, pag. 22 et 29. — (7) Thesaurus, tom. III, col. 1561. — (8) Martyrologia contracta, pag. 13. — (9) Ibid. præfat. pag. IV. — (10) Epist. lib. VIII, ep. 29. Migne, tom. LXXVII, col. 931. — (11) Præfat. ad Usuard. num. 148. — (12) Martene, Thesaurus, tom. III, col. 1590. — (13) Sollerius, Martyrol. Usuardi, pag. 620. — (14) Spicilegium, tom. II, pag. 54. F

A D

DE S. JULIO MARTYRE

APUD COPTOS.

SYLLOGE.

B. B.

ANTE SÆC. IV. *Castellanus habet hac die :* S. Julii, martyrio coronati cum pluribus aliis Christianis utriusque sexus. Colitur a Coptis et Abyssinis. *Item celebratur in* Fastis sacris *seu Calendario ecclesiæ Æthiopicæ apud Ludolfum* (1), *ubi nihil præter solum ejus nomen habetur. In Indice primo ms. Martyrologii Coptici, de quo infra in Actis SS. Abibi et Apollinis, legitur :* Dedicatio ecclesiæ in honorem S. Julii martyris post Diocletiani persecutionem sub
B Constantino. *In nostro autem Martyrologio ms.* (*cujus notitiam habes rursus in Actis SS. Abibi et Apollinis*), *hæc reperio :* Et Dedicatio sancti Julias in Alexandria, et Translatio ad eam ecclesiam a Constantino pio imperatore; quam ecclesiam ipse imperator ædificavit; et ipse imperator scripsit Julio papæ, quomodo magna cum diligentia quærens reliquias sanctorum Martyrum, ferebat ad loca sacra cum reverentia et quomodo transtulit corpus hujus Sancti ad Alexandriam etc. *Cum electus fuerit S. Julius papa die* 5 *Februarii* 337 (2), *mortuus vero sit anno* 352; *Constantinus autem magnus obierit die Pentecostes seu* 22 *Maji ejusdem anni* 337 (3); *non repugnat memoratam epistolam ab hoc ad illum datam. Aliud de* S. Julio *martyre non habeo quod dicam, nisi eum floruisse ante pacem ecclesiæ a Constantino concessam seu ante sæculum* IV. E

(1) Ad historiam æthiopicam commentarius, pag. 395. — (2) Art de vérifier les dates, pag. 245. Paris. 1770. — (3) Ibid. pag. 349 et seq.

DE SS. PHILIPPO, EPISC. HERACLEENSI, SEVERO PRESBYTERO, ET HERME DIACONO, MM.

HADRIANOPOLI THRACIÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

B. B.

C **§ I. Acta, primum a Mabillonio tum a Ruinartio edita, sincera sunt. Correctiora nunc prodeunt ope plurium codicum mss. Illorum compendium ex Ms. Ultrajectino. Martyrologia ex Actis emendanda.** F

AN. CCCIV *Acta* *Primus Mabillonius Acta SS. horum Martyrum in lucem edidit in* Veteribus Analectis, *quæ quatuor tomis in-8° excusa Parisiis primum fuere anno* 1675, *et rursus, sed uno volumine in-fol., ibidem anno* 1723; *atque hæc est, qua nos utimur editione. Porro eruditus vir Acta illa in pretio habuit, ut in aliqua præfatione Operis sui declaravit.* Digniora (*quam Passio Marculi, de qua proxime egerat*) sunt quæ legantur Acta Theoditi Martyris, itidemque Philippi, Hadrianopoleos (*imo Heracleæ*) in Thracia episcopi : etsi hujus (Philippi) gesta præferenda videntur, quæ tamen medica manu quibusdam in locis indigent, id est subsidio alterius codicis paulo emendatioris. *Atque hæc Mabillonius* (1), *qui alibi* (2) *tradit* Acta exstare in veteri codice qui olim fuit ecclesiæ Laudinensis, *ac proinde hinc ab eo hausta. Ruinartius quoque illis locum dedit inter* Acta Martyrum sincera et selecta (3), *quod indicium est quanti ea fecerit; addit vero in* Admonitione, *referens optasse Mabillonium* emendatioris codicis *subsidium :* talem invenimus inter reliquias insignis bibliothecæ Corbeiensis, quæ excidium evaserunt, cujus codicis ope, aliquot editionis Mabillonianæ loca obscura et depravata emendavimus (4). *Ego vero inter mss. nostra hagiographica inveni subsidium aliorum*

(1) Vetera analecta, præfat. tom. IV. Ad caput editionis in-fol. 1715. — (2) Ibid. pag. 194. — (3) Pag. 409-419. Edit. Amstelodami — (4) Ibid. pag. 419

AUCTORE B. B. *duorum imo trium codicum : nempe transumptum ex manuscripto Fuldensi, et quidem collatum cum altero* manuscripto Maximini Trevirensis, *ut in fronte ibidem notatur, et apparet ex annotatis marginalibus; deinde aliud itidem transumptum* ex Bodecensis cœnobii, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, diœcesis Paderbornensis, Passionali pergameno ms. insigni, Aprilis fol. xxxvii pag. A., *ubi legitur :* Incipit vita seu Passio sancti Philippi episcopi et Sociorum ejus, quorum festum celebratur x calend. Maji *id est die* 22 *Aprilis. Prius transumptum, addita etiam collatione, haud multum differt a codicibus Mabilloniano et Ruinartiano, ut parum subsidii ad Actorum emendationem ex hoc habeatur; posterius, Bodecense scilicet, in multis locis variam exhibet lectionem, et quibusdam obscurioribus lucem affundit haud exiguam, sicuti ex Annotatis nostris ad ipsa Acta manifestum fiet. Cæterum textus, qui huc usque duorum codicum fide tantum nitebatur, deinceps trium aliorum firmabitur subsidio.*

sinceris annumerantur,

2 *Quod ad Acta ipsa spectat; judice Tillemontio talia sunt, ut de eorum sinceritate non possit esse dubium* (1) *utpote quæ ab initio ad finem optime sibi*
B *cohæreant, ordine procedant maxime naturali; præterea nativa quadam donantur simplicitate, ut facile in mentem veniret legenti, a teste occulari conscripta; quod cæteroquin auctor diserte edicit :* mœrori, *inquit,* fratres omnes instantes, luctum atque angustias civitatis agnovimus. (*Vide infra* Pass. *num.* 3.) *Quæ quidem verba proprie referuntur ad res gestas Heracleæ, qua in urbe cœpit Passio; attamen nihil est quod suadeat, auctorem SS. Martyres non secutum fuisse Hadrianopolim usque, ubi flammis addicti gloriosum perfecere agonem. Communis opinio est Acta primum græce fuisse conscripta, ac deinde latine reddita, ut ex pluribus hellenismis efficitur v. g.* οἱ δὲ περὶ τὸν φιλίππον quidam vero circa beatum Philippum (2); *item* exhibitam sibi *pro* a se *etc. Mazochius aliter sentit* (3); nec tantum latine primitus fuisse scripta *autumat*, sed ipsum etiam S. Hermem latine quædam elocutum; *idque ita infert ex loco, ubi verbum* sustinere, *ancipiti* (*saltem ut Mazochio placet*) *usurpatur sensu;* dum nullum, *inquit* (4), græcum verbum est, quod duplicem verbi *sustineo* significationem obtineat. *Ast numquid* ὑποφέρω *non respondet latino* sustineo? *Confer Annotata cap.* 2 *lit.* r. *Sententiam suam inde*
C *confirmari quoque existimat Mazochius, quod horum Sanctorum memoria non occurrat apud Græcos. At nonne ipsum Kalendarium marmoreum græcæ est originis? Non ergo illa sunt præfati scriptoris argumenta, quæ suadeant a communi recedere sententia. Græci textus nulla, quod sciam, hucusque inventa vestigia sunt; latinus, non admodum purus est; purior tamen ex tribus nostris, Laudinensi Mabillonii et Corbeiensi Ruinartii additis, codicibus evadet, ut confidam pauca superfutura loca, haud satis clara. Cæterum dubito, an ulla sint inter sincera Martyrum acta, quæ nostris suaviorem spirent unctionem, adeoque efficacius ad virtutis amorem et exercitium stimulent. Quo præcipue spectant responsa* SS. Philippi *et* Hermæ, *sicut et oratio, quam* S. Severus *fundit ad Dominum, ut dignus habeatur duobus prioribus in martyrii gloria sociari : et specialius adhuc, ubi* S. Hermes *jamjam palo, ut comburatur, alligandus postrema sua monita filio transmittenda curat.* D

quamvis non sint proconsularia.

3 *Ast hæc ipsa, quia prolixiora, impediunt quominus Acta ista* Proconsularibus *seu* Præsidialibus *annumeremus. Notum scilicet est varias Actorum sincerorum distingui ab eruditis classes. Alia vocantur* authographa judiciaria, *seu communius* proconsularia *et* præsidialia, *eo quod, ut habet Honoratus a S. Maria* (5), Proconsules et Præsidum munere fungentes, præclariores essent inter provinciarum moderatores aliosque judices, qui sub ethnicis imperatoribus judicium capitis intendebant. Acta ista, quæ nihil aliud præferunt, nisi interrogata quædam ad juris normam exacta, in tabulariis publicis servabantur; indeque summo studio ea, ut exscriberent, habere conabantur christiani. *Hujusmodi Acta pauca ad nos pervenerunt; præfatus scriptor asserit* (6) *numero esse* sexdecim aut octodecim; *ast plura hodiedum nota esse contendit Binterim* (7). *Altera classis* authographorum *eorum est,* quæ martyres ipsi per sese, ut commodum erat, conficiebant (8). *Hujusmodi certæ auctoritatis paucissima sunt. Tertia classis componitur ex iis,* quæ Christiani tribunali adstantes eodem, quo scribæ publici, tempore scriptis com- E
mendabant; aut ipsorum certaminis testes, statim ac absolutum erat martyrium, instituebant (9). *Unde et Ruinartius* (10) : Nonnulli etiam cum martyrum quæstiones haberentur, sese cum spectantibus gentilibus intermiscebant, sicque ea, quæ tum a præsidibus tum ab ipsis martyribus dicta factave fuerant, diligentissime annotantes, ex iis quæ coram positi viderant aut audierant, postea Acta concinnabant. *Subjicit P. Honoratus* (11) : Ista similiter autographis accensentur; atque utroque modo exarata undecimum aut duodecimum numerum non excedunt. *Acta* SS. Philippi *et* Sociorum *huc spectare nobis videntur; nec video cur, qua talia non laudentur ab eodem P. Honorato. Quarta classis eorum est,* quæ ab authographis decerpta sunt, a quibus... judiciariæ formulæ detractæ, et non semel animadversiones et rhetoricæ venustates additæ (12); *vel etiam* si aliquid, *ut loquitur Ruinartius* (13), ex publica fama notum esset, aut certe ex antiquioribus viris, qui persecutionum tempore vixerant, hæc omnia in unum colligebantur, unde aliqua saltem martyrum gesta innotescerent. *Denique* aliquot martyrum gesta ex homiliis *et aliis hujusmodi scriptorum ecclesiasticorum voluminibus* F
discimus (14).

Subjicitur

4 *Atque hæc omnia sinceritatis aliqualem præ se ferunt indolem, priora certiorem, posteriora minus tutam, præsertim quod ad additamenta spectat. Ex quibus efficitur Acta* SS. Philippi *et* Sociorum *jure merito sinceris annumerari utpote ex genere authographorum, non tamen sunt* proconsularia. *Vocat illa Sollerius noster* præclarissima 15). *Inter mss nostra hagiographica exstat illorum compendium, transumptum* ex manuscripto Ultrajectino S. Salvatoris. *Verbis concipitur Actorum, omissis quæstionibus, responsis, concionibus ad populum, et oratione* S. Severi. *Cum firmetur rursus exinde textus, hactenus, ut diximus, duobus tantum nixus codicibus; propterea operæ pretium duximus compendium illud hoc loco subjicere, tanto magis quod ita sanctorum illorum Martyrum habebitur notitia, quæ op-*

(1) Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique, tom. V, pag. 706. Paris, 1702. — (2) Tillemont, ibid. pag. 706. — (3) In vetus marmoreum kalendarium commentarius, tom. I, pag. 216. Neapoli, 1755. — (4) Ibid. pag. 121. — (5) Animadversiones in regulas et usum critices, tom. I, col. 172 et seq. Venetiis latine 1768. — (6) Ibid. col. 173. — (7) Denkwürdigkeiten, tom. V, part. I, pag. 79 et 80; item pag. 118. — (8) Animadversiones ibid. — (9) Ibid. — (10) Acta sincera. Præfat. general., pag. II, num. 2. — (11) Ubi supra, col. 175. — (12) Ibid. — (13) Ubi supra. Præf. gen. pag. IX. — (15) Honoratus a S. Maria. Ubi supra. — (16) Martyrologium Usuardi, pag. 618.

portune

A *portune præludet difficultâtibus aliquot, in reliquo commentario nostro enodandis.*

Actorum præclarum

5 Philippus episcopus in Heraclea, cum discipulis suis Severo presbytero et Herme diacono, cum diræ persecutionis advenisset excidium, non est mente turbatus; sed suadentibus multis ut a civitate proficiscens, pœnam tantæ crudelitatis effugeret, non acquievit; quin potius ut secum Christo animas ponerent, persuasit. Adveniente autem Aristemaco, stationario civitatis, ut præsidis jussu, impressis cera signis, ecclesiam clauderet Christianis, Philippus justa et docta libertate contempnens Dominici (*id est* ecclesiæ) foribus innixus, a sede sibi credita, non patiebatur evelli, suos in fide confortans. Postea cum in Heraclea persecutores convenissent, Philippum cum cæteris ecclesiæ foribus adstantem præses Bassus invenit. Quem cum ad sacrificandum non posset inducere, jussit sibi omnia vasa et libros et ornatus ecclesiæ præsentari. Cumque Episcopus dixisset præsidi : Quæ postulas nec dare mihi, nec accipere tibi convenit; mox Severum presbyterum introduci præses jussit; qui cum facile investigari non posset, Philippum affligi præcepit injuriis; et cum diutius puniretur,

B prope adstantem Hermem, diu etiam antea verberatum, misit, ubi vasa omnia et scripturæ latebant. Secutus est eum Publius, assessor præsidis, avidus homo furandi. Itaque cum vasa aliqua callidus occultasset, contradicentem sibi ne id faceret, Hermem fracta facie, effuso etiam aliquanto cruore, fœdavit. Quibus cognitis Bassus iratus est Publio, et Hermem curari præcepit. Vasa vero inventa et scripturas omnes tradi jussit officio. Philippum vero et cæteros, vallatos custodibus in forum præcepit adduci. Ecclesia autem omni ornatu, et etiam tecto tegulis spoliato, civibus adstantibus, pergensque collectas scripturas omnes divinas in medium misit incendium. Tanta subito ad cælum divinitus flamma processit, ut adstantes singulos formido a spectaculo tanti ignis avelleret.

compendium

6 Post hæc præses ad Sanctos cum templorum sacerdotibus, prophana sacra et infelices epulas portantibus in forum ingreditur; et cum Sanctos ad Christum negandum cogere non valeret, miratus eorum constantiam, recipi eos in carcerem jussit. Quibus pergentibus protervi quidam Philippum solo sæpe fundebant, ut nec illo quidem tempore, quo ibat ad carcerem, vacuus esset a pœna. Sed

C hæc virtute plenus tam placido vultu portabat, ut mirarentur singuli tot acerba a sene *contenta mente* tolerari. Paucis in carcere diebus effectis, Pancratii cujusdam domus vicina complacuit, in qua sub custodia reciperentur hospitio. In ea igitur commanentes, fratres certatim ad se fluentes monitis salutaribus imbuebant; ob quam causam iterum in carcerem reducuntur.

ex Manuscripto

7 Quum hæc fiunt, Basso præsidi successor annuus, nomine Justinus, advenit, qui sibi præsentatum Philippum, cum ei non obtemperaret, per mediam urbem, vinctum pedibus trahi jussit. Qui acceptis tot silicum offensione vulneribus, et per singula membra laceratus, rursum ad carcerem fratrum manibus reportatur. Deinde magnis agebatur excubiis, ut Severus presbyter inveniretur, qui se occultioribus latebris ab exquisitione subtraxerat. Quem cum investigare non possent, impulsu Sancti Spiritus, sponte in medium ipse prorupit. Cum ergo ad judicium fuisset adductus et sacrificare nollet, cum aliis incarceratur. Ubi per sex continuos menses putore confecti sunt. D

Ultrajectino

8 Tunc Adrianopolim eos adduci præcepit; ubi præses in thermis publice residens, Philippum inobedientem ligari jussit et virgis verberari. In quo incredibile miraculum apparuit. Nam pars linea, quæ honestum pectus velabat, illæsa permansit; illa vero quæ dorsum tegebat, per partes rupta discessit. Omnes itaque artus ictibus incisi penetralia cordis et intestina pandebant. Securus tamen Athleta Christi perdurabat; cujus animum Justinus expavit, et recipi eum jussit in carcerem: in quo Sanctus nulla sensit incommoda, ope tectus angelica. Post triduum tribunal Justinus ascendit, et sanctos Philippum et Hermen præcepit adduci, et sibi iterum non acquiescentes, vivos jubet incendi, Severo solum in carcere derelicto. Quo orante ne indignus ab hac passione separetur, postero die, quod postulabat accepit. Itaque et ipse cum illis quibus vixerat confessurus ingreditur; et votivo composito (*in Actis legitur* voti compos), non solum quæ poscebat, obtinuit, sed etiam cito quod quærebat, invenit.

S. Salvatoris.

9 Beatus vero Philippus manibus portabatur ad flammam; dolor enim pedum aliter eum ire non passus est. Quem tardo passu sequebatur Hermes, simili pedum dolore constrictus. Cumque ad locum E pervenissent, carnifices beati Philippi pedes humo usque ad genua texerunt, adligatas post tergum manus claviculis in fuste figentes. Similiter et sanctum Hermen aptarunt. Tunc a ministris flamma supponitur. Quibus audientibus (ardentibus?), quamdiu sermo duravit, gratias Æterno reddebant. Igne vero cessante, facie florentes, et colore pretiosi apparuerunt, spiritibus redditis Creatori: quorum corpora jussit præses Ebro flumine mergi. Quod cum fuisset factum, omnes Adrianopolitanæ civitatis viri, quos Dei cultus urgebat, tanta crudelitate perspecta, retia parant, navigia conscendunt, si cui piscanti veniant Sanctorum corpora. grata captura. Quibus orantibus non negatur. Nam mox illæsæ reliquiæ involutæ retibus extrahuntur et decimo ab ea urbe lapide cum magna devotione conduntur. *Miror abbreviatorem prætermisisse, quæ circa Actorum calcem occurrunt, de supremis* S. Hermæ *mandatis, filio suo transmittendis.*

Martyrologia ex Actis

10 *Ex eo quod Acta* SS. Philippi *et* Sociorum *tamdiu ignota fuerint, nonnulla in classicis Martyrologiis reperiuntur parum accurrata, imo et a vero aberrantia. Romanum habet ad hunc diem :* Hadria- F nopoli in Thracia, natalis sanctorum martyrum Philippi episcopi, Severi presbyteri, Eusebii et Hermetis, qui sub Juliano apostata, post carceres et flagella incendio cremati sunt. *Et Baronius in Notis diserte assumit* Philippum *præfatæ civitatis episcopum fuisse; quod cæterum annuntiationis textus satis indicat; atque idem non obscure tradit in Annalibus* (1), *ubi, ob Actorum defectum, vix plura habentur quam in Martyrologio. Attamen ex Actis evidenter efficitur B. Martyrem in illa urbe quidem passum, sed Heracleensis metropoleos episcopum extitisse. Hac de re jam nullum superest dubium. Secundo loco venit in serie præsulum illius ecclesiæ apud Lequien* (2). *Nec in Actis mentio fit de Eusebio; et recte observat Sollerius* (3) : Unde huc *eum* intruserint, fateor me nec divinando assequi posse; *nisi cum Mazochio* (4) suspicemur *præter Acta sincera,* fuisse alia adulterina a martyrologis visa, in quibus plura præter verum proderentur. *Cæterum, ut addidit Sollerius, ex Actis* evidenter

(1) Ad annum 362, num. LXXX. — (2) Oriens christianus, tom. I, col. 1101 et 1102. — (3) Martyr. Usuardi, pag. 618. — (4) In vetus marmoreum kalendarium commentarius, tom. I, pag. 214.

patet.

A patet, Philippum non nisi binos martyrii socios habuisse, Severum presbyterum et Hermetem decurionem diaconum. *Denique infra ostendam, eorum agonem ad Diocletiani non vero ad Juliani tempora esse referendum. Hic reliqua ex Martyrologiis exequar. In antiquioribus (excepto Romano parvo Rosweydi, ubi nulla eorum mentio) celebrantur ad hunc diem.* In Atriopoli Thraciæ, Philippi, episcopi, Eusebii et Hermetis, Severi; *ita Vetustius Florentinii, qui ibidem notat* (1), *eadem haberi in Corbeiensi (a Luca Dacherio etiam edito* (2)); *sicut et passim in apographis Hieronymanis* (3). Hinc, *ait Sollerius* (4), verosimilime tres primos (Philippum, *Eusebium, et* Hermen) accepit Ado...; ex Adone verbatim sua desumpsit noster (*Usuardus*); primo loco classem referens, quæ illi postrema est.

mendanda. 11 *Prætermittunt itaque Ado et Usuardus* S. Severum. *Unde et evidens illos Acta latuisse. Aliud est de Rabano, qui socios martyrii recte distinguit et determinat, breve etiam contexens elogium, Actis consonum, quæ proin judicandus est præ manibus habuisse* XI Calend. (*Novembris*), in provincia Thraciæ (*verba sunt Rabani* (5)) et in Adrianopolitana civitate, Passio Philippi episcopi, et Severi
B presbyteri, atque Hermetis diaconi, qui persecutione sæviente christianorum ecclesias claudere et spoliare jussu imperatoris per iniquos præsides contradicebant, et ob hoc per Passum (*lege* Bassum) præsidem, nec non et Justinum multis tormentis afficiebantur, hoc est carceribus, vinculis, flagellis, ad ultimum vero flammarum incendio; sed Domini virtute roborati, usque in finem in confessione nominis ejus perseverarunt. *Notkerus* Rabanum ex parte sequitur, sed ejus verba cum Adonianis perperam commiscet, in Kalendarum ordine... aberrans (6); *scilicet quos alii omnes* 11 *Calend. Novembris* (22 *Oct.*) *ponunt, Sanctos Notkerus adscribit die præcedenti seu* 12 *Calend., in hunc modum :* Hierosolymis Marci... Item beatæ Salomæ... Apud Thraciam in Adrianopoli civitate, sanctorum Philippi episcopi, Eusebii, Severi presbyteri, Hermetis diaconi, qui ecclesias ab iniquis spoliari contradicentes, martyrio sunt coronati (7). *Cæterum Notkerus etiam in diebus præcedentibus et sequentibus uno die aberrat; ac proinde reapse hic consentit. Denique Wandelbertus diaconus Adonem sequitur :*

Undecimum festo Philippus episcopus auget;
C Hermes hoc ipso nitet Eusebiusque beatus (8)

Hi itaque omnes, Notkero excepto, diem habent 22 *Octobris. In Bodecensi cœnobio festum celebratur* 22 *Aprilis* (*conf. num.* 1) *quo die etiam notatur in quodam auctario Usuardi apud Sollerium. In Menæis et Menologiis græcis illorum* Sanctorum *nullam fieri mentionem, testatur Tillemontius* (9); *nec ego in variis hujusmodi tomis, quos ad manus habeo, quidquam reperi. Non ergo video qua ratione asserat Baronius* (10) : Natalis dies ipsorum penes latinos et græcos in publicas ecclesiæ tabulas relatus est undecimo Kalend. Novembris; *in margine notatur;* Rom. martyrol. et menolog. ea die. *In Notis ad martyrologium Rom. de Græcis silet. Est tamen notandum, in Kalendario marmoreo Neapolitano, quod Mazochius illustravit, quodque* græcæ est originis, *ad diem* 18 *Aprilis Sanctorum nostrorum haberi memoriam* (11); *unde non ausim affirmare eos* D *omnino non fuisse olim a græcis cultos.*

§ II. Passio S. Philippi et Sociorum, cœpta circa festum Epiphaniæ et pluribus post mensibus consummata, contigit sub Diocletiano, non autem sub Decio. Sedis Heracleensis, cui præfuit S. Philippus, notitia.

Passio, cœpta circa Epiphaniam

Ex *Actis diserte habemus sanctos Martyres nostros comprehensos fuisse,* Epiphaniæ die sancto incumbente, *qui illa ætate etiam* 6 *Januarii celebrabatur.* Vix dubitaverim, *inquit Mazochius* (12), quin id festum heic intelligatur, quod eodem sub E nomine, die VI Januarii hodieque et olim celebratnm fuit. At fuere olim ecclesiæ, in quibus Natalis Domini die VI Januarii celebrabatur, nihiloque minus id festum Ephiphania vocabatur. *In Actis nostris agitur de Epiphania proprie dicta, non vero de die Christi natali; quod paulo explicatius hic reddidisse operum pretium existimo. Auctore Bernardo Montfauconio* (13): Veteres Ægyptii et Orientales omnes ut concors universorum sententia est, pari ritu Epiphaniæ Natalisque Domini festum VI Januarii celebrabant. Versus quarti sæculi medium invecta easdem in regiones consuetudo fuit, ut XXV Decembris Natalem diem agerent... Verum priscam consuetudinem ad ætatem usque suam in ecclesia Jerosolymitana obtinere testis est Cosmas (*qui floruit sæculo* VI) aliis ritum posterius inductum servantibus... Orientales ad usque medium sæculi quarti ritum celebrandi XXV Decembris vix noverant, ut videre est in sermone Gregorii Nysseni de die natali : « *Nunc* per totum orbem habitatum,» inquit, « diem festum celebrantium concors sonus auditur. » *Nunc* scilicet et non antea. *Atque hæc ita quidem ille in Homiliam Chrysostomi ad populum An-* F *tiochenum, habitam in die natali anno* 386 (14), *ubi inter alia habet S. Doctor :* Nondum decimus annus est, ex quo ipse dies manifeste nobis innotuit (15). *Ast Montfauconii assertis standum non esse docet P. Franc. Xav. Patritius S. J. qui, more suo, diligentissime hoc argumentum tractavit* (16), *cujus disputationis summam hic adscribimus. Primo, non habetur dubium a Latinis et Græcis festum Epiphaniorum* 8 *Idus id est die* 6 *Januarii celebratum, idque ab omni retro antiquitate* (17); *secundo, plurimorum quidem opinio est, eodem die celebratum prisca ecclesiæ ætate fuisse quoque Christi Natalem, saltem ab Orientalibus, a Græcis et ab Ægyptiis; quæ tamen opinio nec vera nec firma satis deprehenditur* (18) : *nam in Oriente, quos certo constat, Natalem Christi egisse* 6 *Januarii, nullos novimus præter Edessenos et Hierosolymitas* (19); *ex Græcis sive*

(1) Vetustius occidental. ecclesiæ martyrol. pag. 950. Lucæ 1668. — (2) Spicilegium, tom. I, pag. 20. Paris. 1723. — (3) Mart. Usuardi, ubi supra. — (4) Ibid. — (5) Martyrologium ad diem 22 Oct. Apud Canisium, Thesaurus monumentorum, tom. II, part. II, pag. 544. Amstelodami 1725. — (6) Martyrol. Usuardi, pag. 619. — (7) Apud Canisium, ubi supra, tom. II, part. III, pag. 132. — (8) Dacherii spicilegium, tom. II, pag. 54. — (9) Mémoires, tom. V, pag. 310. — (10) Annales, an. 362, num. 80.—(11) Mazochi, tom. I, pag. 214.—(12) Ibid. pag. 217. — (13) Opera S. Chrysostomi, tom. II, pag. 353. *In Monito.* — (14) Ibid. pag. 554-566. — (15) Ibid. pag. 255. — (16) De Evangeliis, lib. III, dissert. XXXI, pag. 280-287. Friburg. Brisgov. 1853. — (17) Ibid. pag. 282. — (18) Ibid. pag. 283.— (19) Ibid.

proprie

A *proprie sive improprie dictis, unos Cyprios novimus* (1); *de Ægyptiis id ipsum narrat Cassianus, at dicendum videtur, non universæ Ægypto, neque Alexandrinis, sed monachis atque iis fortasse regionibus, in quibus hi degebant, morem hunc proprium fuisse ac peculiarem* (2); *aiunt etiam Antiochiæ ante annum* 376 *eo die* (6 *Januarii*) *Christi Natalem agi solitum, idque videntur sibi eruere posse ex prædicta Homilia S. Chrysostomi de Natali, ex qua tamen hoc unum colligitur, anno illo ibidem agi cœpisse* 25^{m} *Decembris; at ne unum quidem verbum in ea legitur, quod vel suspicari sinat ad id usque tempus alio die agi solitum. Tertio, falluntur, qui putant, quotquot Christi natalem festum non agebant* 25 *Dec., eos hunc simul cum baptismo celebrasse* 6 *Januarii*. Unde enim, *exclamat jure merito Patritius* (3), id didicere? *Quarto, in Occidente non est dubium ab omni memoria Natalem Domini celebratum* 25 *Dec.; nec desunt in Oriente ecclesiæ haud parvo numero, quas certo constat hac in re consensisse cum Occidente, a medio sæculi quarti ad medium quinti* (4); *circa medium vero sæculi* V Orientales omnes catholicos *morem occidentalium secutos, in comperto est* (5).

VI *Januarii*, 13 *Nutant ergo et plurimum quidem Montfauconii*

B *asserta. Unde P. Patrizzi :* Viderit porro, *inquit* (6), Montfauconius, quam vere et quibus auctoritatibus hæc affirmaverit : « Orientales ad usque medium sæculi quarti ritum celebraudi (natalem Christi) 25 Decembris vix noverant, ut videre est in sermone Gregorii Nysseni » etc. Non modo enim nulla satis est ratio putandi rem sic se habere, ut ipse ait, sed neque quod prior fuerit aut communior in Oriente mos agendi hoc sollemne (*natalem Christi*) VIII Idus quam VIII Kal. Januarii. *Quibus subjicit Patritius :* Illud enimvero minime patiar, verba Nysseni tanto viro (*Montfauconio*) male fuisse intellecta. *Et re quidem vera, particula* nunc *non refertur ad tempus quo celebrari cœpit Christi Natalis, sed ad bona, quibus* nunc, *id est post Christum natum, fruitur genus humanum, ut ex textu* (*quem non integre recitavit Montfauconius*) *evidenter efficitur :* NUNC, *ait Nyssenus* (7), ut prophetæ testantur... NUNC, ut cecinit David... NUNC *per totum orbem habitatum* DIEM FESTUM CELEBRANTIUM CONCORS SONUS AUDITUR : PER HOMINEM MORS ET PER HOMINEM SALUS. *Notat quoque Augusti* (8), *Natalem Domini sæc.* IV *celebratum* 25 *Decembris ab ecclesia Græca; certumque, festum Epi-*

C *phaniæ antiquius festo nativitatis esse; indeque erat, quod etiam, ut tradit Montfauconius* (9), in Occidente *et in urbe Roma, Natali potior Epiphania haberetur, ut legitur in vetere Ordine Romano :* Nec hoc prætereundum est, quod secunda nativitas *quo intelligitur Epiphania,* tot illustrata mysteriis honoratior sit quam prima, *videlicet quam Natalis. Confer de toto hoc argumento Binterim* (10). *Cum itaque passio* SS. Philippi *et* Sociorum *ultra prima sæc.* IV *initia retrahi nequeat, certum est Epiphaniam de qua in Actis die* 6 *Januarii celebratam; an autem illa ætate Heracleæ et Hadrianopoli ageretur Natalis Domini die* 25 *Decembris, non ausim affirmare, nec etiam negare; præsertim ob verba S. Chrysostomi in præfata Homilia, ubi ex professo probandum suscipit, diem Christi natalem incidere in* 25 *dicti mensis, et primum quidem ait, hinc probabiliter argui hanc veram esse sententiam, quod* jam inde a primordio ab ipsa THRACIA Gades usque incolentibus *dies* manifestus et celebris fuerit (11). AUCTORE B. B.

14 *Solus quoque Baronius* (*ni addere velis Molanum, haud obscurum Usuardi editorem*) *inter martyrologos citatos est, qui Passionis tempus determinet, eam Juliani apostatæ persecutioni adscribens. Nihil enim moror Bedam spurium, ex quo suspicatur Tillemontius* (12), *epocham in Molanum et Romanum martyrologium transiisse. Martyrologium enim, prout exhibetur in Bedæ Operibus* (13), *et postea anno* 1664 *separatim typis Plantinianis excusum,* nullo pacto a Beda, sed a nescio quo, ex Adone aliisque compilatum fuisse, tam evidens est, quam quod evidentissimum, atque hoc tempore indubitatum (14). *Cæterum quæ ibidem habentur ad* 11 *Kal. Novembris de nostris SS. Martyribus, desumpta sunt ex Rabano, et quidem ad verbum, nisi quod addatur* Eusebius, *et loco :* Jussu imperatoris, *ponatur :* Jussu imperatoris Juliani. *Confer Bedæ martyrologium ab Henschenio et Papebrochio editum* (15), *in quo nihil simile reperire est. Ab aliis nullum certum Passioni assignatur tempus. Post detecta vero Acta* E *(quamvis in his nullum exprimatur tempus) vix non omnes illam sub Diocletiano contigisse, probabilius admittunt. Ita Sollerius* (16), *Tillemontius* (17), *Lequien* (18), *Ruinart* (19), *Baillet* (20), *Butler* (21) *aliique. Et re quidem vera, nemo unus facile admittet, sub Juliano cautum generali edicto fuisse, ne christiani conventus haberent, illosque per orbem universum, ni sacrificarent, morti addictos; quæ tamen diserte in Actis traduntur. Præterea in iisdem legimus, præsidum jussu clausas imo et dejectas ecclesias, ablata vasa sacra, combustas scripturas. Quæ cum executioni curarent mandari vel ipsi qui inter magistratus erant indulgentiores* (*qualis deprædicatur in Actis Bassus :* Mitior enim fuerat Bassus, et ratione sibi reddita vincebatur, eo quod uxor ejus Deo aliquanto jam tempore serviebat) : *pronum est concludere lege hæc universali et absoluta fuisse præscripta. Atque hujusmodi lex primum lata sub Diocletiano videtur. Certe Eusebius refert* (22) : Anno decimo nono imperii Diocletiani... omnibus in locis per imperatoris litteras palam indictum fuit, ut tum deturbarentur ecclesiæ soloque æquarentur, tum scripturæ Christianorum absumerentur igni... F Ac primum edictum contra eos editum tale fuit. Non longo post tempore, aliis litteris exeuntibus, mandatum est, ut omnes ecclesiarum præsides ubique gentium primum conjicerentur in vincula, deinde omnibus machinis adhibitis, idolis victimas immolare cogerentur. *Quæ quidem apprime et ad amussim conveniunt Actis nostris.* *contigit sub Diocletiano,*

15 *Porro prius edictum anno Christi exiit* CCCIII (*Diocletiani* XIX *utpote qui imperare cœpit* CCLXXXIV (25)) *die* 24 *Februarii, ut ex Lactantio habetur* (24), *cui Eusebius fere omnino concordat :* mense Dystro, *inquit* (25), quem Romani Martium vocant. *Ecce Lactantii verba* (26) : Inquiritur peragendæ rei dies aptus et felix; ac potissimum Terminalia deliguntur, *persecutionis anno secundo,*

(1) De Evangeliis, lib. III, dissert. XXXI, pag. 284. — (2) Ibid. — (3) Ibid. pag. 284. — (4) Ibid. pag. 285. — (5) Ibid. pag. 287. — (6) Ibid, pag. 286. (7) Opera, tom. III, pag 552. Paris. 1658. — (8) Handbuch der christlichen archäologie, tom. I, pag. 551. Lipsiæ 1856. — (9) Chrysostomi, opera, tom. II, pag. 554. — (10) Denkwürdigkeiten, tom. V, part. I, pag. 510-518. — (11) Opera tom. II, pag 555. — (12) Mémoires, tom. V, pag. 706. — (13) Ven. Bedæ opera, tom. III, col. 277 562. Coloniæ Agrippin. 1612. (14) Sollerius martyrol. Usuardi Præfat. pag. XIII, num. 46. *Item* The complete Works of Ven. Bede by the Rev. Gilles, vol. IV, Præfat., pag. IV. Londin. 1845. — (15) Acta Sanctorum, tom. II Martii, Præfat. pag. XXXV. *Item* the complete works etc., ubi supra, pag. 139 et 140. — (16) Martyrol. Usuardi, pag. 619. — (17) Mémoires, etc. tom. V, pag. 707. — (18) Oriens christianus, tom. I, col. 1102 — (19) Acta sincera, etc., pag. 409. — (20) Vies des Saints, 22 Oct. tom. VII, pag. 558. Paris. 1739. — (21) Vies des Saints. tom. XVI, pag. 151. Lovanii 1852. — (22) Hist. eccles. lib. VIII, cap. 1. Apud Baron. Annal. ad an. 302, num. 1. — (23) Art de vérifier les dates, pag. 548. — (24) De mortibus persecutorum cap. 12 et seq. Migne. Patrol. tom. VIII col. 213. — (25) Hist. eccles., lib. VIII, cap. 2. — (26) De mortibus persecut. Patrol. ibid. col. 213.

quæ

AUCTORE B. B.

quæ sunt ad septimum Kalendas Martias (*id est* 25 *Februarii*), ut quasi terminus imponeretur huic religioni (*Christianæ*). *Addit hac die* agentibus consulatum senibus ambobus octavum et septimum.., fanum *Nicomediense, ubi tunc degebat Diocletianus*, editissimum paucis horis solo adæquatum. *Dein capite sequenti in hunc modum orditur* (1) : Postridie propositum est edictum, quo cavebatur, ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis subjecti essent, ex quocumque ordine aut gradu venirent, adversus eos omnis actio caleret. *Habemus ergo manifeste diem Februarii* 24. *Annus autem deducitur ex* Diocletiano VIII et Maximiano Herculio VII consulibus, *quo annus Christi* CCCIII *designatur* (2). *Notat insuper Baluzius* (3) : Hæc porro certo indicant tempus istius persecutionis, de quo tanta contentione inter se digladiantur viri docti. Nam Onuphrius, Baronius, Petavius, ne singulos commemorem, contendunt eam cœpisse anno Christi trecentesimo secundo; Saliger, Valesius et alii multi, anno sequenti; quorum opinionem esse veram, probat hic locus Lactantii... Præterea Lactantius infra... (4), cum dixisset edictum... quo pax data est ecclesiæ, propositum fuisse Nicomediæ die
B Iduum (*id est die* XIII) Juniarum, Constantino et Licinio ter consulibus, ait, « ab eversa ecclesia usque ad restitutam fuisse annos decem, menses plus minus quatuor. » Atqui si a die septimo Kalendas Martias (XXIII *Februarii*), quo diruta est ecclesia Nicomediensis, usque ad diem Iduum Juniarum anni 313 colligas, invenies ab eversa ecclesia illa usque ad restitutam fluxisse annos decem, menses tres, dies novemdecim... Quare argumenta quæ Petavius in lib. XI de Doctrina temporum cap. 32 adducit ex Sulpitio Severo, ut probet persecutionem cœpisse anno 302, infirma esse constat, cum eo fundamento nitantur, quod ea desierit anno 312, quam certum est nonnisi anno demum sequenti conquievisse. *Atque hæc Baluzius, cui ex omni parte consentit Pagius :* Liber Lactantii, *inquit* (5), de Mortibus Persecutorum controversiam tandem diremit, et Valesii sententiam certam esse ostendit. Is in notis ad lib. VIII Eusebii, eam anno tantum sequenti (303) cœptam adeo solide demonstravit, ut mirum mihi acciderit, post ejus notas in lucem emissas, inventos fuisse, qui contrarium sentirent. *Similiter sentiunt Norisius* (6), *Tillemontius* (7) *etc. Cæterum nec Baronius, defunctus anno*
C 1607 (8), *nec Petavius mortuus anno* 1652 (9), *præclarum Lactantii de Mortibus Persecutorum viderant opusculum, quod anno primum* 1679 *a Baluzio editum in lucem est* (10).

Christi 304; 16 *His positis, passio* SS. Philippi *et* Sociorum *incidet in annum Christi* 314, *persecutionis secundum. Nam quum ex dictis cœpta hæc sit* 24 *Februarii anni* 303; *et aliunde Acta perspicue indicent, comprehensos SS. Martyres primum versus Epiphaniam* (Epiphaniæ dies sanctus incumbit); *consequens est eorum certamen in annum cadere sequentem, scilicet* 304. *Constat quoque ex iisdem Actis, inter eorum comprehensionem et mortem plures intercessisse menses, puta ad minus decem* (*vult* (11) *Mazochius annum et amplius*), *si concremati fuerint Octobris* 22, *quo die memorantur in martyrologiis. Atque exinde aliqualis suboritur difficultas. Scilicet quæritur, qui factum sit, ut annus fere integer effluxerit, antequam* D *Diocletiani edictum Nicomediæ promulgatum, suum sortiretur effectum in vicina urbe Heraclea, quæ et metropolis illius provinciæ erat. Respondet Tillemontius* (12) *id ex eo forte, quod Bassus præses, cum mitior esset et uxorem haberet christianam, non adeo promptum se exhibuerit ad exequenda imperatoris jussa. Quæ ratio, quamvis non absolute stringens, mihi sufficiens videtur solvendæ difficultati, per se haud admodum gravi, cum non proprie in rem ipsam cadat, sed potius in modum.*

17 *Sunt tamen qui sanctos Martyres nostros sub* *non vero sub* *Decio et quidem anno Christi* 250 *vel sequenti passos velint. Hanc sententiam fuse propugnat Mazochius, cujus argumenta hic nonnihil ducimus expendenda. Fatetur quidem ille* (13), demolitionem ecclesiarum sacrorumque librorum concremationem, *esse duos Diocletianeæ persecutionis* peculiares indices; *sed non videt cur eadem fieri non potuerint etiam in sævissima Deciana procella,* si non ex edicti jussione, at sive instigantibus urbicis magistratibus, sive ex præsidum πολυπραγμοσύνῃ ad mentem se principum magis quam ad edicti complexum conformantium *etc. Levia sane hæc sunt, et si admittantur, æque ad aliam quamlibet persecutionem quam ad Decianam referri poterit passio* S. Philippi *et* Sociorum. E Verum, *prosequitur Mazochius* (14), quidquid id fuit, prope certum habeo *a Deciana persecutione* ecclesiarum ruinas nec defuisse. *Quod sic ostendit :* Ex longa pace quæ ante Decium fuit, ubique ecclesias fuisse constructas, Christoque propalam fuisse servitum, nemo ignorat. At vero sub Valeriani initia, *id est ante exortam sub hoc imperatore tempestatem, reperio christianos* non in ecclesiis sed clam in cœmeteriis *egisse conventus :* An non id argumento est sub proximo persecutore Decio basilicas magnam partem fuisse eversas? *Respondeo ego, id a christianis ob sexcentas alias rationes potuisse fieri: v. g. ob perpetuas sibi succedentes persecutiones, unde territi fideles quibusdam in locis* (*nec enim id ubique seu universim factitatum probatur*) *suos in cryptis seu cœmeteriis agebant conventus. Quod autem addat Mazochius* (15), Traditionem *Scripturarum* peculiarem *ævo fuisse Diocletiani, non item earum* perquisitionem et concremationem; *id enimvero aperte repugnat Eusebio asserenti* (16), *Diocletiani* anno decimonono proposita *fuisse* ubique imperialia edicta, quibus ecclesiæ quidem ad solum usque F dirui, sacri vero codices flammis absumi jubebantur.

18 *Denique princeps ratio, quæ Mazochio* eam *Decio.* curam injecit, ut hos Martyres sub Decio poneret, *est sequens Actorum locus* (*infra num.* 5) : Ad hæc S. Martyris (Philippi) verba carnifices mox præses jussit adduci. Tunc ipsius naturæ expers atque humanitatis ignarus MUCAPOR ingreditur. *Mazochio* Mucapor *nomen proprium est; unde* conjicit *ex verbis mox recitatis eum* carnificibus præfuisse, *sive sub nomine* principis officii, *sive* commentariensis *sive* cornicularii. *Quibus positis tale struit argumentum* (17) : Cum *Mucaporis* nomen sit plane inusitatum, sicubi eodem tempore ac loco, nec dispari cum officio id nomen reperiatur, non dubitaverim quin unius ejusdemque hominis sit habendum. *Jam vero sub Aureliano, imperatore ab an.* 270 *ad* 275, *floruit aliquis Mucapor nomine, quem censet Mazo-*

(1) De mortibus persecutorum, cap. 13. Ibid. col. 214. — (2) Baluzii notæ in librum de mort. persecut. Ubi supra, col. 316. Confer. Art de vérifier les dates, pag. 332. (3) Ibid. — (4) De mort. Persecut. cap. 48. Ubi supra, col. 270. — (5) Ad Baronii an. 302. Annal. tom. III, pag. 305. Lucæ 1738. — (6) Ibid. — (7) Mémoires, tom. V, pag. 808. — (8) Biographie univ. *Voce :* Baronius (Cæsar). — (9) Ibid. *Voce :* Petau (Denis). —(10) Lactantii opera. Patrologia Migniana, tom. VIII, col. 157 et 158. — (11) In vet. marmor. kalend. tom. I, pag. 215. — (12) Memoires, tom. V, pag. 707. —(13) In vet. marm. kalend. comment. tom. I, pag. 222. — (14) Ibid. — (15) Ibid. pag. 223. — (16) Hist. eccles. lib. VIII, cap. 2. Vales. Moguntiæ, 1672. — (17) In vet. kalend. comm., tom. I, pag. 224.

chius

A *chius* Thracii limitis ducem *fuisse; ad quem, apud Vopiscum, extat epistola præfati imperatoris de bello quod cum Zenobia gerebatur; idemque Vopiscus refert, Aurelianum ejusdem* Mucaporis manu, *inter* Heracleam *et Byzantium, interemptum; quem propterea, teste Aurelio Victore, Tacitus, Aureliani successor,* excruciavit. *Hæc omnia latius evolvit Mazochius, et denique concludit :* Ergo Mucapor is, qui Aureliani favore atque gratia ad limitaneum ducatum prorepserat, idem antea sub Decio (quantum ex his Actis potest intelligi) sive Princeps officii erat, sive Commentariensis aut Cornicularius aut tale aliquid. *Sola itaque nominis similitudo seu identitas est Mazochii ratio fundamentalis imo et unica, ut quem sub Aureliano inter primarios regni viros reperimus, eumdem dicat viginti ante annis carnificem SS. Martyrum nostrorum! Nihil sane ex istiusmodi ratiocinio probatur. Alia quædam addit in confirmationem suæ sententiæ, sed haud magis stringentia et quæ numero sequenti attingam. Manet itaque mihi longe probabilius Passionem contigisse sub Diocletiano.*

Solvitur difficultas, petita

19 *His expeditis, solvenda est difficultas, petita tum ex Actis nostris tum ex Actis S. Acacii (de quo* B *apud nos* 8 *Maji), et refertur ad provinciarum sub imperatoribus seu divisionem seu administrationem. Objicit Tillemontius primum* (1), *Heracleam, in qua cœptum martyrium* S. Philippi, *ad Europæ, et Hadrianopolim, ubi illud consummatum, ad Hæmimontii provinciam spectasse; deinde addit* (2), *S. Acacium quoque Heracleæ nervis cæsum, capite truncatum Byzantii fuisse sub Flaccino proconsule Europæ. Porro si, inquit Tillemontius, hic quoque passus, ut plures volunt, est anno Christi* 304, *explicandum erit qui eodem tempore Flaccinus præses seu proconsul (promiscue utraque vox in Actis S. Acacii usurpatur* (3), *in nostris sola, et recte quidem* (4), *adhibetur vox Præses) Byzantii sederit et Justinus Heracleæ, quæ urbes, non ita procul ab invicem dissitæ ad eamdem provinciam videntur spectasse, (imo absque ullo dubio spectabant, ut infra ostendam). Plurimum se torquet Tillemontius* (5), *quo nodum hunc,* levem *tamen judice Mazochio* (6), *extricet, quem videsis, si libeat. Mea opinione, solvitur quæstio et tota difficultas evanescit si notemus primo, Acta* S. Philippi *et* Sociorum *longe præstare Actis S. Aca-* C *cii, nec proinde illa ex his dijudicanda vel castiganda; secundo, non omnino constare de anno utriusque martyrii; Henschenius* (7) *coronam S. Acacii adscribit anno* 303, *Tillemontius* (8) *veriorem censet annum* 306, *nobis verisimile est* S. Philippum *anno* 304 *passum; ut proinde nullo modo cogamur admittere eodem tempore Flaccinum Byzantii, Justinum Heracleæ sedisse; tertio, ad Byzantium quod spectat, hanc revera, sicut et Heracleam, sitam in provincia, quæ, postea Europæ dicta est, imo et hujus primum metropolim fuisse; at* expugnato per Severum Byzantio, Perinthum seu Heracleam metropolem factam esse (9). *Faverant nempe Byzantii partibus Pescennii Nigri; quare Septimius Severus eorum urbem post triennii obsidionem expugnavit* (10) *circa initium anni* 196 (11); privilegia omnia quibus gaudebat, libertatemque ac jus civitatis ademit; mœnia ipsa, theatra, thermas aliaque D ædificia publica diruit, et redactam in vici formam urbem Perinthiis, qui et Heracleenses dicti, donavit et eorum juri addixit... ex quo usus postmodum obtinuit, ut Byzantinus episcopus Heracleæ metropolitano subditus esset, et patriarchæ deinceps Constantinopolitani confirmatio ad eumdem antistitem pertineret (12). *Flaccinus itaque, qui Heracleæ præerat, Byzantii quoque jus dicebat; quarto,* factum, ut ad imperatorum arbitrium ordo (*provinciarum*) constitutus frequenter mutaretur, quod diserte testatur Dio; provinciæ plures subjicerentur unius imperio, uni in plures partes sectæ plures imponerentur rectores, cujus quidem exempla passim offerunt scriptores ac marmora. *Ita conceptis verbis Eckhel* (13).

ex provinciarum administratione.

20 *Nihil itaque repugnat quominus Justinus pluribus provinciis, imo et Thraciæ universæ præfuerit, ac proinde sanctos Martyres Heraclea duxerit Hadrianopolim; idque tanto magis, quod notandum sit denique quinto, Thraciam divisam quidem sub Hadriano in sex provincias fuisse, scilicet* Thraciam, Hæmimontium, Mysiam inferiorem, Scythiam, Rhodopen et Byzantium (14), *postea* Europam *dictam,* E *præcipue a recentissima imperii divisione per Constantinum magnum* (15); *attamen sex illarum provinciarum non ita frequenter ante Constantini tempora occurrere mentionem. Certe Eckhel de nulla, si Thraciam et Mœsiam inferiorem excipias, in specie tractat; imo nomine Thraciæ, omnes, dempta Mœsia, comprehendit* (16). *Unde fas est, saltem conjicere, provincias illas (quæ Cæsarum erant), etiam frequentius quam alias, uni fuisse subjectas* præsidi *: nam, ut observat iterum Eckhel* (17), factum sub Antonino, ut deinceps Thraciæ rectores non amplius πρεσβευται (*legati*) in numis vocarentur, sed ἡγμονες præsides, *idque* constanti lege. *qua vero de causa* incertum (18); *quod idem testatur obtinuisse Heracleæ* (19) *et Hadrianopoli* (20). *Atque hæc mihi videntur sufficere, ut satisfiat objectis a Tillemontio, atque sua asseratur fides Actis nostris, et, hac saltem ex parte, etiam Actis S. Acacii. Cæterum utraque Diocletiani tempora sapiunt, atque præterea nonnullam inter se habent similitudinem : sic utrobique inchoatur martyrium Heracleæ, consumatur alterum Hadrianopoli, alterum Byzantii: Flaccinus* uxorem Christianam *habebat* (21), *sicut Bassus, etc., ut forte in mentem veniat non nemini,* F *altera ex alteris fuisse adornata; quod si ita esset, utique prævalerent Acta* S. Philippi.

Qua die passus S. Severus?

21 *Diximus supra n.* 10 *et* 11 *binos tantum* S. Philippo *fuisse martyrii socios :* Severum *presbyterum et* Hermen *diaconum; eos autem eodem die passos, suadent generatim Martyrologia, in quibus* 22 *Octobris annuntiantur. Non vidi eorum festum alia celebrari die, nisi in* cœnobio Bodecensi ordinis canonicorum regularium S. Augustini, diœcesis Paderbornensis, *ut habetur ex manuscripto insigni, cujus memini num.* 1 *et in quo legitur :* Incipit Passio sancti Philippi et sociorum ejus. quorum festum celebratur x calend. Maji, *id est* 22 *Aprilis. Cum vero nihil simile occurrat in Ordinis illius Breviariis, liquet id præfato monasterio particulare*

(1) Mémoires tom. V, pag. 707. — (2) Ibid. pag. 590-594. —(3) Act. SS. tom. II Maji pag. 296-298. —(4) Eckhel. Doctrina numorum, tom. II, pag 20. — (5) Mémoires, tom. V, pag 740 et seqq. — (6) In Vetus marmor. Kalendarium, tom. I, pag. 223. — (7) Acta SS. tom. II Maji pag. 291, num. 1, *ad marginem.* — (8) Ubi supra, pag. 741. Nota II. — (9) Schelstrate, Antiquitas ecclesiæ, tom. II, pag. 228. Romæ, 1697. — (10) Ducange Constantinopolis Christiana lib. I. cap. 15. pag. 25. Venet.. — (11) Tillemont hist. des Empereurs, tom. III, pag. 16. Bruxelles, 1732. — (12) Ducange. Ibid. Schelstrate Antiquitas ecclesiæ, tom. II. pag. 397 et seqq. — Lequien Oriens Christianus tom. I, col. 1095. — (13) Doctrina numorum, tom. IV, pag. 258. — (14) Onuphrius Panvinius. Imperium Romanum cap. 25. Grævius, tom. I, col. 448. Conf. Schelstrate, tom. II. pag. 228. — (15) Vide Panvinium. Grævius, tom. I. col 449 et seqq. — (16) Doctrina. numorum, tom. II, pag. 19 et seqq. — (17) Ibid. pag. 20. — (18) Ibid. pag. 21. — (19) Ibid. pag. 41. — (20) Ibid. pag. 55. — (21) Acta SS. tom. II Maji pag. 298, num. 20.

fuisse.

AUCTORE B. B.

fuisse. De hoc monasterio, vide Nicolaum Schaten S. J. (1); *ex quo disces fundatum sæculo* IX, *et primum canonicarum fuisse* (2); *ineunte vero sæculo* XV *translatum ad canonicos* (3). *Atque ita quidem de festivitate trium Sanctorum collectiva. Ast in nonnullis Martyrologiis* S. Severi *mentio fit die sequenti, scilicet* 23 *Octobris : dubium namque est, an simul cum duobus aliis crematus fuerit :* Severum, *ait Sollerius* (4) diserte excludit Castellani (5) notula, asserens « solum decurionem Diaconum (Hermen) cum episcopo passum. » Verum qui Acta consuluerit, manifeste deprehendet, prædictum Severum, una cum duobus aliis martyrii gloria coronatum. *Hæc mea opinione dicta paulo confidentius a Sollerio sunt. Imprimis longe paucioribus de* S. Severo *quam de duobus aliis agitur in Actis, qui sese quoque* occultioribus latebris *abdiderat; postea tamen* impulsu sancti Spiritus in medium prorupit; *Heraclea Hadrianopolim cum* SS. Philippo *et* Herme *transfertur, in quos lata sententia,* ut vivi comburantur, egressi ibant gaudentes ad flammam... Beatus autem Severus in carcere solus, *relictus,* flexis genibus Dominum orabat, *ut illis associaretur.*

B Hac itaque oratione completa, tantum fidelia verba potuerunt, ut, postero die id, quod postulabat, acciperet. Itaque et ipse, ut fortis athleta, cum illis, quibus vixerat, confessurus ingreditur; et voti compos, non solum, quæ poscebat, obtinet, sed etiam cito, quod quærebat, invenit. *Posthæc describitur accurate et fuse satis supplicium* SS. Philippi *et* Hermæ, corpora *in Hebrum, jussu præsidis projecta,* retibus extrahuntur... *et* duodecimo ab urbe lapide, per tres dies celantur in villa; *quin jam ulla prorsus mentio* S. Severi *fiat. Ex his utique, præsertim vero ex verbis* postero die, *oriri potuit, et potest, dubium, an eodem die* S. Severus *martyrium suum consummarit. Omnibus tamen perpensis inclino potius in Sollerii nostri sententiam quam Castellani. Quo autem fundamento nixus asserat Butlerus* (6), S. Severum *passum* tertio post alios die, *fateor me non perspicere.*

De episcopatu S. Philippi

22 *Cum de* S. Philippo, *præter ea quæ in Actis et Martyrologiis leguntur, alia non innotuerint, nec in illis indicetur tempus, quo Heracleensem sedem tenuerit, consequens est nihil certi hac de re statui posse. Quia tamen probabile est, ejus passionem ad Diocletiani persecutionem pertinere, eamque ineunte*

C *sæculo* IV *contigisse; idem de ejus episcopatu affirmari debet. Inter episcopos Heracleenses apud lequien* (7), *ordine secundus venit, cum encomio ex Actis et Martyrologio Romano; addit auctor, passum sub* Diocletiano potius quam Juliano. S. Philippum *virum fuisse non modo sanctitate et virtute, sed doctrina quoque et eruditione præstantem, liquet ex ejus ad præsidem responsis et concionibus ad populum. Licet enim verba, prout in Actis exhibentur, ab eo diserte prolata non fuissent, nihilominus ostendunt, eum ab Actorum scriptore, viro sane gravissimo, talem æstimatum, qui hujusmodi proferre valeret. Maturæ jam ætatis ad episcopatum provectus videtur :* Consensu omnium tandem (*ita in Actis*) decus episcopale suscepit, nullo mirante, quod (*quia*) dignus; aliquantis stupentibus, quod non prius. *Decessor ejus fuit secundum Lequien* (8), Domitius, tempore Antonini Pii; ut ellicitur *ex passione S. Glyceriæ virginis. Successor vero, apud eumdem* (9), Phædrius, *de quo id solum asseritur :* In Nicænæ Synodi Patrum indice. « De provincia D Europæ » legi « Phædrius Heracleensis, » qui profecto alius non est ab illo quem Athanasius Oratione I contra Arianos « Pæderotem » nominat : καὶ Παιδέρωτος τοῦ Ἡρακλείας. *Ab Antonini obitu anno* 161 (10) *usque ad celebratum Nicænum I anno* 325, *habetur intercapedo annorum omnino centum sexaginta quatuor; evidens proinde est vel sedem diu vacasse, quod non præsumendum, vel* S. Philippum *non immediate successisse Domitio, et lacunam esse in catalogo ecclesiæ Heracleensis. Nec minor difficultas hæc iis est, qui passionem sub Decio ponunt, nempe anno* 250, *quo cœpit persecutio, vel anno* 251, *quo periit Decius* (11). *Quis enim admiserit Domitii episcopatum ab Antonino ad Decium usque perdurasse, annos scilicet octoginta et plures, cum ex Actis constet* S. Philippum *ætate provecta cathedram conscendisse? Item Phædrio dandi essent præter propter septuaginta pontificatus. Ignoratur ergo quo cœperit* S. Philippus *præesse anno; quo vero desierit, probabiliter efficitur ex Actis anno* 304. *Cæterum universim laudatus Lequien* (12), *ubi in genere tractat de* Diœcesi Thracica, cujus caput Heraclea Perinthi, *notat :* De Thraciæ diœcesi non tam multa ac de aliis dicenda mihi suppetunt, quod E rari scriptores apparent, qui res illius tractus ecclesiasticas, primi præsertim Christianæ religionis ævi, narraverint. Quinimo, ex quo Byzantus Constantinopolis facta, orientalis imperii caput evasit, regiæ hujus urbis antistite vicinarum, Thraciæque adeo ecclesiarum ordinationem regimenque sibi vindicante, priscæ illarum gerendarum rationis vestigia fere omnia, ante ipsa quoque Chalcedonensis concilii tempora, sensim obliterata deletaque erant.

et sede Heracleensi.

22 *De Thracica urbe ac sede Heracleensi quædam hic addo, ne sparsim inter Annotata veniant indicanda. In prima imperii Romani divisione, sub Augusto, e provinciis quatuordecim, ad confinia ejusdem imperii hinc inde pertinentibus, septima censebatur* Mœsia (*in qua* Dardani, Thraces *et* Daci *erant*), *ab Istro seu Danubio ad Propontidis exitus Ægæumque mare protensa. In altera divisione, facta sub Hadriano vel certe paulo ante tempora Severi imp., Thraciæ nomine designabatur regio, sex minoribus composita provinciis, ex quibus Thracica diœcesis constabat. Scilicet* I *provincia :* Thracia; II *provincia* Hæmimontium; III Mœsia inferior; IV Scythia; F V Rhodope; VI provincia Byzantium. *Qui provinciarum numerus, etsi non nihil mutato ordine, uniusque earum vocabulo, ut pro* Byzantio provincia *diceretur* provincia Europæ, *a Constantino servatus idem fuit, auctore Lequien* (13) *:* In Thracia provinciæ sex sub vicario Thraciarum; I provincia Europæ Consularis; II provincia, Thracia Consularis; III provincia, Hæmusmons et reliquæ Præsidiales; IV Rhodope; V Mœsia secunda; VI Scythia. *Ætate ergo Diocletiani, Heracleam proprie ad* provinciam Byzantium *spectasse apparet, nondum ejus mutato nomine in* provinciam Europæ. *Cæterum, quod ad Acta nostra quidem pertinet, parvi id refert; cum in illis nullius provinciæ fiat mentio, ast urbium tantum Heracleæ et Hadrianopolis, quarum hæc in Byzantio, illa in Hæmusmonto sita erat; ut propterea Tillemontio mirum videatur, Justinum SS. Martyres Heraclea Hadrianopolim duxisse, adeoque ex una provincia in alteram transtulisse. Confer dicta num.* 10 *et* 20. *ubi probavimus, factum sæpe fuisse, ut pro-*

(1) Annales Paderbornenses, part. I, pag. 112. Neuheusii 1693. — (2) Ibid. part. II, pag. 41. — (3) Ibid. pag. 489. — (4) Martyrol. Usuardi, pag. 618. — (5) Martyrol. univ., 22 Oct. — (6) Vies des Saints, tom. XVI, pag. 151. Lovanii 1852. — (7) Oriens christianus, tom. I, col. 1101 et 1102. — (8) Ibid. col. 1101. — (9) Ibid. col. 1102 et seq. — (10) Art de vérifier les dates, pag. 541. — (11) Ibid. pag. 544. — (12) Oriens Christ. tom. I, col. 1091. — (13) Ibid. col. 1091 et seqq.

vinciæ

A *vinciæ plures subjicerentur unius imperio, uni in plures partes sectæ plures imponerentur rectores. De urbe Heraclea, prisco nomine* Perinthus *dicta, legitur* [*ex Procopio apud Carolum a S. Paulo* (1) : Ad mare sita est, vicina Byzantio, Perinthus, quæ olim quidem Europæ metropolis habebatur, nunc post Constantinopolim secundum locum obtinet. *Illam his describit verbis Diodorus Siculus* (2) : Perinthus ad mare posita est in edito peninsulæ jugo ad stadii longitudinem porrecto. Ædes inter se confertas et altitudine conspicuas habet : nam aliæ identidem aliis pro acclivitate collis supereminent, urbisque forma theatri quamdam similitudinem præfert. *Subjicit autem Lequien :* Quando Heraclea dici cœperit, non prorsus liquet; at certe Severi Augusti, imo etiam Aureliani, Zosimo teste, ævo Perinthus vulgare ejus nomen erat. Cæterum prisco nomine ejus retento, recentiori ævo Heraclea Perinthi a multis vocitata est, *sicut et* Heraclea Thraciæ, *quo distingueretur a plurimis ejusdem nominis urbibus. Hodie* Crekli *dicitur, estque in parte Europæ turcicæ dominationis* (3). Hujus autem civitatis episcopum primis temporibus... id juris habuisse, ut Byzantinum episcopum ordinaret,
B evidenter apud Codinum dignoscitur, cum de electione Patriarchæ scribens ait : « Ordinatur vero Patriarcha ab episcopo Heracleæ, quia Byzantium olim ad episcopum Heracleæ spectabat (4). *Quod Sozomenus quoque testatur* (5), *narrans, Paulum, qui Constantinopolitanam ecclesiam ante Macedonium gerebat, a Theodoro Heracleæ ordinari debuisse. Vide Lequien* (6).

MARTYRIUM

S. PHILIPPI EPISC., SEVERI PRESB. ET HERMÆ DIAC.

IN ADRIANOPOLI THRACIÆ.

Ex ms. Fuldensi, collato cum tribus aliis a.

a

C

CAPUT I.

Inchoatur martyrium Heracleæ.

S. Philippus *episcopus Heracleæ,*

Beatus *b* itaque Philippus, diaconus primum, mox presbyter, aliquot laboribus probatus ecclesiæ, et stipendiorum suorum devotione laudabilis, conscientiæ bonis *c* lætus, et vitæ honestatem secutus, consensu omnium tandem decus episcopale suscepit, nullo *d* mirante, quod dignus; aliquantis stupentibus, quod *e* (non) prius. Statim apostolum Paulum *f* prædicationis ornavit eloquium in epistola ejus, in qua inter cetera illud adjectum est : *si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Tunc discipulos suos Severum presbyterum, et Hermen diaconum, frequenti ad doctrinam disputatione confirmans, similes non solum animo sed etiam passione sibi fecit, ut quos habuerat in gloriosi ipsius mysterii traditione consortes, haberet etiam in confessione collegas. Diligens itaque divina præcepta, talem gloriosissimus Senex agebat ætatem, victimam se offerens Deo, in Adrianopolitana *g* civitate passurus. Qui ut peritus et optimus gubernator fluctibus navem frequenter opponens, resistendo aliquoties et cedendo, omnem procellam moderatus *h* magister excludit; aut quasi peritus auriga, nunc relaxando habenas, nunc retinacula stricta cohibendo *, aut plus justo equos vagari patitur, aut segnes nimio torpore * retineri. Ad hujus similitudinis *i* modum beatus Philippus populum cælesti gubernavit imperio et episcopali amore servabat.

ex mss.

g

h

* prohibendo R.

* pavore B.

i

2 Sed cum duræ * persecutionis immineret excidium, non est mente turbatus; ac suadentibus multis, ut a civitate proficiscens pœnam tantæ crudelitatis effugeret, exire detrectans, docuit hæc expetenda esse potius quam cavenda, dicens : Compleatur *k* cæleste mandatum. Itaque de ecclesia non recedens, et ad tolerandam * (tolerandi) patientiam singulos fratres docta oratione confirmans, hujusmodi verba profudit : Prædictum jam. si creditis fratres, tempus advenit. Nutantis sæculi extrema volvuntur; imminet pertinax diabolus, et potestate paulisper arrepta *, servos Christi non venit perdere sed probare. Epiphaniæ *l* dies sanctus incumbit, quæ res admonitionem nobis præstet * ad gloriam. Nullæ ergo impiorum minæ, nulla tormenta vos terreant : nam et patientiam perferendi et mercedem tolerandi doloris militibus suis Christus indulget. Credo enim quod incassum omnis illorum procedit intentio.

fugere persecutionem detrectans, * diræ B.

k

* tolerantiæ B. E

* accepta B.

l

* præstat R. M. B.

3 Hæc adhuc beato Philippo disserente, Aristemacus * stationarius *m* civitatis advenit, ut præsidis jussu impressis cera signis * ecclesiam clauderet christianis *n*. Homo stultæ persuasionis et frigidæ, qui habitare omnipotentem Deum in parietibus magis, quam in hominum corda (corde) credebat, Esaiæ sancti dicta non retinens, qui dixit : « Cælum *o* mihi sedes est; terra vero (autem) scabellum pedum meorum. Quam domum mihi ædificabitis? » Postero die stationarius, ministeriis *p* omnibus ecclesiæ inventis atque signatis egrediebatur. Mærori *q* tunc fratres omnes instantes, luctum atque angustias civitatis agnovimus. Beatus Philippus cum Severo et Hermete * et cæteris cogitabat intentius, quid fieri *r* necessitas ista mandaret; et Dominici *s* foribus innixus, a sede sibi credita *t* non patiebatur abscedere *u*. Futura tractabat ac meditabatur singulos * in dolore, ut medici doctiores * inutile in ægris quodcumque resecando, auferunt putrida, et quæ adhuc aliquid prosperitatis habent, medicamine malunt curare quam ferro; alia vero resecantes *, ne ad tactum *v* inutilis carnis et rancidæ vicina etiam, quæ sanitate non indigent, corporis membra solvantur. Itaque ne vitientur incolumia, inciduntur infirma. Sic eo tempore beatus Philippus, secernens ab optimis malos; (hos) ut meliores fierent cogebat imperio; illos, ne mutarentur, dulci hortabatur eloquio, medicinam ægris, incolumibus præbendo consilium.

simul cum SS. Severo *et* Herme *conveniunt;*

* Aristemachus. R.

m

* sigillis B.

n

o

p

q

F

* Herme R. M. B.

r

s

t u

* singula R.

* doctores R. M.

* resecant R. resecare solent M.

v

4 Postea cum in Heraclea ad dominicum convenissent, Philippum cum cæteris ecclesiæ foribus adstantem præses Bassus invenit. Qui cum judica-

interrogantur a præside;

(1) Geographia sacra, sive Notitia diœcesium patriarchalium veteris ecclesiæ, pag. 217. Amstel. 1703 *cum Notis Holstenii.* — (2) Apud Lequien. Oriens christ. tom. I, col. 1100. — (3) Guibert, diction. géogr. — (4) Geographia sacra, ubi supra. — (5) Lib. v, cap. 5. — (6) Oriens Christ., tom. I, col. 1097.

EX MSS. turus solito more resedisset, inductis ad se omnibus et cæteris dixit : Quis ex vobis christianorum magister aut doctor est ecclesiæ? Respondit Philippus : Ego sum ille quem quæris. Ait Bassus : Legem imperatoris audistis *, jubentis nusquam colligere christianos, prorsus ut in toto orbe terrarum hujus sectæ homines aut ad sacrificia convertantur aut pereant. Vasa ergo quæcumque vobiscum sunt aurea vel argentea vel cujusvis denique metalli aut artis *x* insignis; Scripturas etiam per quas vel legitis vel docetis, obtutibus nostræ potestatis ingerite, ne hæc eadem, si dubitandum putaveritis, post tormenta faciatis. Ad hæc Philippus sanctus eloquitur : Si te nostra, ut dicis, tormenta delectant, paratus est animus ad ferendum. Corpus ergo istud infirmum, cujus potestatem habes, qua volueris crudelitate dilacera, tantum ne quid tibi in anima mea * potestatis adscribas. Vasa ergo * ea quæ postulas, quæcumque apud nos sunt, mox accipe. Facile enim nos, qui a vobis pellimur, ista contempsimus. Non enim pretioso metallo Deum colimus, sed timore; nec ornatus ecclesiæ Christo plus potest placere quam cordis; Scripturas vero B nec accipere tibi, nec dare mihi convenit.

5 Ad hæc sancti Martyris verba, carnifices mox præses jussit adduci *. Tunc ipsius naturæ expers atque humanitatis ignarus mucapor *y* ingreditur. Mox *z* Severum presbyterum intromitti præses jussit. Qui * cum investigari facile non posset, Philippum affligi præcepit injuriis. Sed cum diutino pœnæ adficeretur incommodo, prope adsistens Hermes sanctus dixit : Etsi omnes Scripturas nostras durus * inquisitor acceperis, et nulla prorsus in orbe terrarum vestigia veræ hujus traditionis appareant; posteri tamen nostri et paternæ memoriæ et suæ animæ consulentes majora voluminum scripta conficient, et vehementius timorem, qui impendendus Christo, edocebunt. His dictis, diu antea verberatus ingressus est, ubi vasa omnia et Scripturæ latebant. Secutus eum est Publius, adsessor præsidis, homo furandi avidus et rapiendi ardore divinctus. Itaque cum vasa aliqua ab inventorum numero callidus occultator auferret, pœnæ inscius imminentis, contradicentem sibi, ne id auderet, Hermem, fracta facie effuso etiam aliquanto cruore, fœdavit. Quibus cognitis Bassus, et vultu ejus aspecto, iratus est Publio, et curare * C præcepit Hermem, inventa vasa vero et Scripturas omnes tradi jussit Officio *aa,* Philippum et cæteros *bb* vallatos * custodibus ad forum præcepit adduci, ut et populum juvaret *cc* spectaculum, et videntes cæteros, qui negassent, terreret exemplo.

6 His itaque ad forum euntibus, præses Scripturas omnes militibus imposuit *. Tunc ad palatium magna festinatione tendebat, cupiens nudare ecclesias omnibus *, qui ubique essent cultoribus; ipsum *ee* etiam dominicum * tectum devoluto omni tegularum fraudabatur ornatu. Hi ipsi quoque qui hæc agebant, ne ad diruendum segniores essent cogebantur verbere. Bellum itaque * domesticum et seditio subita fuit ac privata confusio *ff*, igneque supposito, adstantibus etiam peregrinis civibusque collectis, Scripturas omnes divinas in medium dimisit incendium; tanta subito ad cælum flamma præcessit *, ut stantes singulos formido ad spectaculum * tanti ignis arceret. Quidam vero circa beatum Philippum in foro sedebant, ubi venale quodcumque proponitur; ad quos cum pervenisset *gg* nuntius, præsentibus exponebat * dicens :

7 Viri, qui Heracleam incolitis, judæi, pagani, vel cujuscumque religionis aut sectæ; jam nunc extremi temporis futura cognoscite, Paulo apostolo commonente, qui dixit. « Revelatur enim ira Dei D de cælo super omnem impietatem et injustitiam Rom. 11. 18 hominum. » Et in Sodomis ideo venit ira justa « propter injustitias eorum »; ut, ac *hh* si Sodomorum *hh* timeant judicium, et injustitiam fugiant, et, quærentes qui (quis) sit qui hoc facit judicium, ad eum convertantur ex vanis lapidibus et sint salvi. Quare his, quibus per orientem in Sodomis ignis apparuit, et signum judicii et indicium fuit iræ cælestis. Ac ne in solo oriente prius * se ignis ostenderet, in Sicilia quoque atque in Italia visa est res digna miraculo. Ex Sodomis enim per Angelos cum filiabus suis Loth sanctus expulsus est, quia immunis videbatur a crimine et longe a civitatis ejus * vitiis abhorrebat. In Sicilia quoque aquarum copia divini crateris alveo clausa dissiluit, et statim peccatorum ultrix de cælo flamma descendit. Ubi crematis omnibus duæ tantum virgines pœnæ * effugere discrimen, habentes in ipsa etiam trepidatione consilium. Patrem namque senectute ac debilitate confectum piis manibus abstulerunt, quem dum eripere conabantur incendii *ii* adustione retardatæ, *ii* crepitantis flammæ corona circumdatæ necessitatem subito desperatæ salutis habuerunt. Sed omnipotens Christus affectum tantæ clementiæ perire E non passus est. Filiabus patrem, patri filias præsentis majestatis suæ favor concessit, ut posset intelligi illis omnibus, quos flamma consumpsit, non Deum defuisse sed meritum. Statim itaque immunis a pœna via facta est virginibus, et quo ire capiebant * sectus ager * apparuit. Colludium quoddam ipsius videres incendii : sic se omnis ardor ejus anhelitus * contrahebat; sic venientibus locum blandiens flamma faciebat, ut earum crederetur arbitrio cuncta vegitari. Tantum itaque sanctarum virginum meritum fuit, virtus tanta pietatis, ut ignem non sibi tantum, sed ipsi etiam loco, per quem evaserant, mererentur (esse) innoxium; qui locus nullo tunc vastatus ardore vocabulum sumpsit ex merito : *Piorum* enim adhuc hodie nuncupatur, ut hæc *kk* posteris probet non solum lectione sed nomine *ll*.

8 Hic erit ignis ille divinus, justus factorum omnium et optimus judex, qui ad terram defluens quodcumque inutile invenit *, exurit. Hic Herculem, dum incensos * fieri deos putat, in amorem expetendæ mortis impegit, qui infelix in Ygiæ *mm* monte combustus est; et Scolapium *nn* medicum in monte Cynozuridos * fulminatum consecrationem mereri in gentibus fecit *oo,* non aliqua potestate sed pœna, proprio infelix commendatur exitio. Minus credo putaretur valere si viveret. Hic exussit eum, quem Ephesini deum habere se credunt; hic Romanæ urbis * et capitolium incendit et templum; hic Eliogabalum * pari cremavit incendio. Nec in Alexandria Serapis pepercit hospitio : arsit namque cum templo. Quis rogo ab his speret auxilium, qui se nec possunt servare nec facere? Fit *pp* ab illo, qui * colitur, et si * incensus subito mane fuerit, pervigilis * artificis cura nocte reparatur. Numquam his itaque numen deesse poterit, si aut ligna facientibus (deos) suggerantur aut saxa. Arsit libenter in Athenis Lybæi * patris habitaculum, sciens deum suum fulmine consecratum. Arsit et armata Minerva; nihil illam Gorgoneum pectus nec defendit illi pecturatus splendor armorum; melius infelix * si pensa tractasset. Similiter Delfinum * Apollinis templum primum affecit turbo * nescio quis, post ignis incendit. Nulli *qq* hic ignis gratia intercedente colludit. Sic probator justi et est punitor injusti; atque bonis non flamma sed lux est *rr*. Dum hæc longo sermone meditantur

---

* audisti B.

x

* animam meam R. animam M.
* vero R. M. B.

B *verberantur*
* venire B.
y
z
* quem.. investigare B.

* dire R.

* curari B.

C *aa*
bb
* hinc inde. M. R.
cc
et in forum ducuntur.
* ad portandum. B.
* omnes B.
ee
* dominici M. B.
* namque B.
ff

* erupit B.
* ab spectaculo R. M.
gg
* exponebant dicentes. M.
Turbam alloquitur S. Philippus,

* prius *deest* B.

* suæ B.

* pene B. pœne R. M.

ii

* cupiebant B.
* agger T.
* omnis ardoris anhelitus R. M. B.

kk
ll
deorum vanitatem demonstrans.
* invenitur R. M.
* incensus fieri deus putaretur B.
mm
nn
* cyno B.
oo
* mœnia et capitolium B.
* Eliopolim B.

pp
* a quo colitur B. quo colitur M.
* quod si aliquis illorum B.
* pervigili R. M. B.
* Liberi patris R. M. B.
* illa tunc pensa B.
Delficum B.
* et postea, nescio quis ignis B.
qq rr

A meditantur *ss* viso Catafronio sacerdote et ministris cæteris, infelices epulas et profana sacra portantibus, sic ad circumstantes se Hermes sanctus edixit : Cœnam istam, quam cernitis, diabolica * invocatione pollutam, nobis constat allatam. Cui Philippus ait : Fiat quod Domino placet.

ss

* est invocatio, et ut polluat nos constat R.

Renuit sacrificare

9 His dictis forum præses Bassus ingressus est cum multitudine diversi sexus et ætatis. Tunc, ut se semper vulgus ostendit, alios tristes Sanctorum pœna faciebat, alios major accendebat insania, ut dicerent servos Dei omnes ad sacrificium debere compelli : specialiter tamen Judæos, juxta Scripturarum ordinem; dicit enim Spiritus sanctus per prophetam : Sacrificaverunt dæmoniis et non Deo. Tandem Philippum sic præses interrogat dicens : Immola *tt* victimas numini. Respondit Philippus : Quomodo possum lapides colere Christianus? Ait Bassus : Dominis nostris sacrificia rite solvenda sunt. Respondit Philippus : Docti sumus parere majoribus, et obsequium imperatoribus exhibere, non cultum. Ait Bassus præses civitatis *uu* : Saltem sacrificia fortunæ. Aspice quam pulchra, quam læta est, quam ad obsequium suum omnem plebem libenter admittit. Respondit Philippus : Vobis B debet placere, qui colitis (eam); me vero non poterit ars omnis * cælesti amore subtrahere. Ait Bassus : Moveat te vel præsentis Herculis tam pulchrum tam immane simulachrum.

tt

uu

* ars hominis B. M.

10 Respondit Philippus : Heu miseros et deflendos, qui Divinitatis sacrosanctum Nomen * ignorant *. Heu infelices vos, qui cælestia ad terrena transfertis, et veritatis ignari invenitis et facitis, quod colatis. Quid aurum, argentum et * ferrum vel plumbum? Nonne ex terra et nutriuntur et constant? Ignoratis *vv* Christi nomen *, quod nec comprehendere æstimatio, nec quantum sit potest humana mens capere. Aut * habere aliquid illa adseritis potestatis, quæ faber oscitans aut vinosus * effecit. Si diligentius subito * expressit effigiem, continuo simulachro illi et potestas adscribitur et nomen * aptatur. Domuum vestrarum sive villarum ædificia *xx* tota * sunt numina; quotidiana ergo vobis sunt blasphemia et quotidiana peccata. Cum ad usus domesticos aliquod lignum incenditur, dei vestri corpus exuritur. Qua te enim in hoc crimine excusatione defendis? Dicis : Lignum illud non erat Deus. Respondebo tibi : Sed C esse poterat cum placuisset artifici. Ne adhuc quidem in quibus sitis tenebris prævidetis *. Bonus lapis parius. Numquid si sculptor ejus bonus est, poterit esse Neptunus? Bonum ebur. Numquid pulchrius illud expressus in eo Jupiter fecit? Hæc bene cupidi artifices invenerunt, ut cuicumque metallo vultus aptatus prætium magis efferret *, non potestatis gratia sed æstimatione mercedis. Ex terra ergo sunt omnia, quam * calcare non adorare debemus. Nobis enim illa * ad possidendum Deus fecit; vobis, ut video, deos illa generavit.

idolis.

* numen R. M.

* ignoratis B.

* ars B.

vv

* Christi numen. R. M.

xx

* tot sunt M.

* providetis B. pervidetis R. M.

* efficeret B.

* quæ calcare R. M.

* illam B. T.

11 His cognitis Bassus Philippi constantiam vehementer admirans, et victus a primo, ad Hermetem *, se convertit iratus dicens : Vel tu sacrificium solve * numinibus. Respondit Hermes : Non sacrifico; christianus sum. Ait Bassus : Cujus sis conditionis expone. Respondit Hermes : Decurio sum, et doctori meo in omnibus obsecundo. Ait Bassus : Si Philippus ad sacrificium fuerit adductus, sequeris auctorem? Respondit Hermes : Nec ego sequar, nec ille vincetur : par enim nobis virtus et animus est. Ait Bassus : Traderis incendio, si in hoc * furore permanseris. Respondit Hermes : Flammam mihi levis minaris istius ardoris, quæ deficit pœne *

similiter et Hermes.

* Hermen. R. M. B.

* redde B.

* hac sententia B.

* forte B.

antequam surgat, ignorans violentiam perennis incendii, quod sine remissione semper exæstuat, et discipulos diaboli longa tabe * consumit. Ait Bassus : Sacrifica vel dominis et imperatoribus nostris, et dic : Valete, principes magni. Respondit Hermes : Festinamus ad vitam *yy*. Ait Bassus : Sacrificate ergo, si *zz* quæritis vitam, et horridas catenas ac sæva vitare tormenta. Respondit Hermes : Numquam nos, judex impie, ad ista perduces; istæ minæ enim aliquid nobis ad fidem virtutis non ad perfidiam timoris incutient. Tunc Bassus truci vultu et oratione * terribili recipi eos jussit in carcerem.

EX MSS.

* pena B.

yy

zz

* comminatione B.

12 Quibus pergentibus, protervi quidam ex assistentibus viris impulsu crudelis dexteræ Philippum solo sæpe * fundebant, ut ne illo quidem tempore, quo ibat ad carcerem vacuus esset a pœna. Sed quasi nihil passus sanctissimus Senex erigebatur a terra, læto vultu, ut nec indignationem ostenderet nec dolorem. Stupor omnium corda pervaserat; mirabantur singuli tot acerba a sene contenta mente tolerari. Tunc Psalmum * dicens Domino, qui eos fecerat fortiores, lætos se dedere custodibus *. Paucis in carcere diebus effectis *, divinæ Majestatis auxilio *, Pancrati cujusdam domus vicina complacuit *, in qua sub custodiis reciperentur hospitio. In ea, ut diximus, commanentes, multos ad se fratres certatim hinc inde venientes, et libenter exceptos divinæ legis docebant sacra mysteria. Quæ cum diabolus pervideret, dolens auferri a se omnes illorum * vel traditione vel fabulis, denuo eos remitti fecit in carcerem. Erat vicinus theatro carcer, circulo cameræ cohærens: et ad clausum undique theatrum ex carcere secretus ingressus. In ea spectaculi sede * residentes, suscipiebant confluentem ad se turbam. Tanta autem cupiditate currebatur * a singulis, ut nec nox a salutatione cessaret. Prostrati quotidie solo Philippi vestigia sancta lambebant, scientes quantum in eo esset divini auxilii.

Deducuntur in carcerem;

* ad terram sæpius B.

* Psalmos B. Psalmum dicentes R. M. B.

* custodiis R. M.

* transactis B.

* auxilium B.

* complevit B.

* prædicatione denuo B.

* spectaculi æde B. ordine M.

* illuc B.

13 Cum hæc aguntur Basso præsidi annuus *aaa* successor advenit, Justinus quidam * nomine, sed mente perversus, qui nesciret Deum, vel intelligeret vel timeret *. Hæc res vehementer fratres affecit. Mitior enim fuerat Bassus, et * ratione sibi reddita vincebatur, eo quod uxor ejus Deo aliquanto jam tempore serviebat. Tum Zoilus, magistratus illius civitatis, populo militibusque circumdatus *bbb* ad tribunal eum præsidis jussit adduci.

Justinus, Bassi successor, aaa

* quidem ?

* vel inte ligere vel timere R. M. B.

* in B.

F

bbb

14 Quo * introducto, Justinus ait : Tu es episcopus Christianus? Respondit Philippus : Ego sum; negare non possum *. Justinus dixit : Domini nostri dignati sunt Christianos omnes ad sacrificium, si noluerint sponte, necessitate compelli; negantes pœna affici. Parce ergo ætati tuæ; necesse * habes, juvenibus etiam non ferenda sufferre. Respondit Philippus : Vos accepta a similibus vobis hominibus præcepta servatis, pœnæ * brevis timore; quanto magis nos Dei jussis obtemperare debemus, qui merentibus * tribuit sine remissione supplicium? Justinus dixit : Imperatoribus parere nos convenit. Respondit Philippus : * Christianus sum; ideo hoc quod dicis facere non possum *. Jussus es punire non cogere. Justinus ait : Nescis quæ te tormenta circumstent *. Respondit Philippus : Poteris torquere, non vincere : nam ad sacrificium me nemo perducit *. Justinus ait : Per mediam urbem te trahere pedibus jubeo; et si vixeris ad renovanda supplicia, rejicieris in carcerem. Respondit Philippus : Utinam velles confirmare quæ dicis, ut * satisfaceres impiæ voluntati. Tunc Justinus trahi

S. Philippum *interrogat et torquet.*

* quibus introductis B.

* nec debeo B.

* ne necesse habeas etc. R. M.

* pene brevi tempore B.

* promerentibus B.

* Episcopus christianus sum B.

* ne cesses punire. Justinus *etc.* B.

* expectent B.

* nemo me perducet R. M.

* et satisfacere R. M. B.

EX MSS.

trahi eum vinctum pedibus jussit. Qui acceptis tot silicum offensione vulneribus, et per singula corporis membra * laceratus, rursus ad carcerem fratrum manibus reportatur.

* fœde B.

S. Severus *in carcerem mittitur;*

15 Sed palam, post admodum Seragarentium contulerunt *ccc*. Grandi præterea inquisitione et magnis agebatur excubiis, ut Severus presbyter inveniretur, qui se occultioribus latebris ab ea inquisitione subtraxerat; quem cum investigare *ddd* non possent, impulsu sancti Spiritus in medium ipse prorupit. Nec enim diu latere poterat, quem passio ipsa poscebat. Cum ergo ad judicium fuisset adductus, Justinus ait [a] : Jam nunc moneo (te), ne seducaris insania, qua doctor vester Philippus incitatus *, pœnam proprio furore sibi peperit; sed magis jussis imperatoris obtempera *, parce corpori, vitam dilige et bona sæculi hujus lætus amplectere. Respondit Severus : Me necesse est tenere quod didici; et in perpetuum servare quod colui. Justinus dixit : Omnem et pœnæ et salutis rationem animo concipe, et intelliges sacrificium istud tibi optandum *. Cumque ille nomen ipsius sacrificii iratus horreret, jussu præsidis etiam ipse receptus in carcerem est.

ccc

ddd

* ad eum : moneo B.

* irritatus R. M. B.

* obtemperans B.

* et sponte exequendum B.

B Hermes *coram Justino sistitur.*

16 Tunc Hermete (Herme) exhibito, Justinus ait : Hos quos imperatoria constat neglexisse mandata, videbis cito quæ pœna conficiat. Ne ergo cruciatibus eorum etiam ipse jungaris, memor salutis propriæ, memorque filiorum *eee*, effuge mala omnia sacrificando numinibus. Respondit Hermes : Numquam hoc poteris impetrare quod postulas; in hac fide crevi, hanc mihi ab ipsis incunabilis veritatem sanctus magister impressit; ab hac claudicare non possum, nec aliqua ratione discedere. Tu ergo, præses, quemadmodum vis, lacera confitentem. Justinus ait : Securum te facit ignorantia futuri mali : nam cum subjacueris pœnæ, pœnitentia sera torqueberis. Respondit Hermes : Quamvis * graves dolores a te impositos, per angelos suos nobis, pro quo patimur, Christus imminuet. Itaque cum Justinus fidem ejus firmissimam cognovisset, etiam ipsum recepit in carcerem.

eee

* quantumvis R.

ANNOTATA.

a *Vide Comm. præv. num.* 1. *Cum per decursum variantes, ut aiunt, lectiones alicujus momenti indicare mihi proponam, moneo litteram* T *designare* C *Ms.* Trevirense; B. Bodecense; F. Fuldense; M. Mabillonii *textum;* R. Ruinartii.

b *Præfantur* T *et* B *in hunc modum :* Singulorum gesta Sanctorum brevitate colligere, diligentia est et utilitatis insigne : dulcior enim labor est stricte omnia colligentis, et minor legentis anxietas. Beatus itaque *etc.*

c Bonitate lætus et vitæ honestate securus. B.

d Nullo mirante *usque* bonum opus desiderat *desunt in* B.

e Quod serius. R.

f *Locus mendosus apud omnes. Num forte ideo prætermissus in* B.? *Partim ad marginem* F., *partim verba verbis superponendo aliquis decessorum nostrorum scripsit :* Statim apostoli Pauli prædicationis ordinavit eloquium in epistola, quæ ad Timotheum scripta est ejus : Si quis *etc.*

g *Hadrianopoli consummatum martyrium est, cœptum Heracleæ.*

h Resistendo aliquotiens, aliquotiens cedendo (*B. M.*), omnem procellam moderaturus magister excludit B.

i Sollicitudinis modum B. Philippus episcopus populum cælesti gubernat imperio et pastorali diligentia ac paterno amore servabat B. D

k *Addit* B. in me et de me.

l *Vide Comm. præv. num.* 12 *et* 13.

m *Audi Ducangium :* Stationarii, milites, apparitores et officiales Præsidum, qui dispositi per provincias certis locis denunciabant magistratibus, quid ageretur. *Et citantur verba ex Actis nostris.*

n *Hic inserit Ruinartius :* Beatus Philippus dixit, *quasi verba sequentia usque* ædificabitis, *ab eo fuissent prolata.*

o *Isaiæ cap.* 66 ℣ 1. *Textus paulo diversus :* Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum : quæ est ista domus quam ædificabitis mihi?

p *Sic veteres sacram suppellectilem appellabant. Vide Mabillon. de Liturgia Gallicana.*

q Mœrorem tunc nos omnes fratres percepimus et angustias civitatis agnovimus. B. *Ex quibus liquet scripta hæc esse a teste oculari. Confer Comm. præv. num.* 2.

r Quid futurum esset. B.

s *Id est* ecclesiæ. *Vide Cardinalem Bonam,* Rerum Liturgicarum *lib.* I *cap.* 19 *num.* 4 (1); *ubi* E *multis exponit quam ob causam ita ecclesiæ nominatæ sint.*

t Non patiebatur illos (alios R.) abscedere B.

u Sed futura retractans meditabatur, docens singulos dolorum vanitatem declinare et in via mandatorum Domini diligenter ambulare. B. *Protinus, omissis comparatione hujusque applicatione, subjungitur :* Interea Philippum cum aliis fidelium turmis ecclesiæ foribus adstantem præses Bassus invenit. Statimque jubens sibi præsentari christianorum multitudinem dixit : Quis ex vobis *etc.*

v Ne attactu inutilis... carnis... vicina... membra solvantur. M.

x Artis; insignes scripturas etiam per quas intelligitis et docetis... ingerite, ne hæc eadem, si dubitando puniti sitis, post tormenta faciatis. B.

y Mucabor B. Mucator R. *Prout in textu nostro scribitur nomen diceres esse proprium. Certe Aurelianus imperator, auctore Vopisco, interemptus fuit a Mucapore, quo familiariter utebatur. Si non sit nomen proprium, non facile dixerim quid vox sibi velit. Num forte* tortor *vel simile quid?* Por *idem sonat ac* puer *seu* servus (2). *Et notat Polenus ad vocem* Quintipor *ex Festo* (3) : Servile nomen frequens apud F antiquos, a prænomine domini ductum, Marcipor, Caipor *id est* Quinti, Marci, Caii *puer seu servus. Et iterum* (4) : Marcipores, Publipores *dicebantur quasi* Marci, Publii *pueri seu servi.*

z Ad cujus ingressum Severum... intromitti præses illico jussit. B.

aa Officium, *græce ἡ τάξις, quo verbo significantur ministri tribunalis.*

bb Qui cum eo tenti fuerant Christianos. B.

cc Delectaret ex spectaculo et videntes omnes christianos terreret exemplo. B.

ee Ipso etiam dominico tecto devoluto omni tegularum fraudabatur ornatu. Ipsi quoque qui hæc agebant, ne vel ad diruendum, vel ad tradendum christianos segniores essent, cogebantur verbere, adhibitis exactoribus truculentis ac sævis B.

ff Tunc præses insanus jussit ut igne supposito, adstantibus tam peregrinis quam civibus undecumque collectis, Scripturas omnes divinas in medium mitti incendium B.

gg Ad quos cum venisset hic nuntius, præsenti-

(1) Operum, pag. 414, Antverpiæ 1677. — (2) Forcelini Lexicon. — (3) Tom. III, col. 1148. — (4) Ibid. col. 1149.

busque

busque exponebat quid de librorum incendiis actum fuisset. Quod cum audisset B. Philippus, in medio militum in custodiam positorum, dixit ad omnes qui aderant et circumstabant : Viri, qui hanc civitatem incolitis *etc.* B. *Cæterum apud alios ita sumendus textus, ut* S. Philippus *sequentem pronuntiasse orationem intelligatur.*

hh Ac si Sodomorum; *voces hæ non habentur in* B. *Variant alii :* ut si Sodomorum R. ut excidio domorum M.

ii Ab adustionibus incendii, dulci onere retardatæ *etc.* B. M. R.

kk Ut ea quæ facta sunt ibi posteris probentur, non solum lectione *etc.* B.

ll *Evidens est in tota hac narratione respici ad fabulam seu potius historiam* (*ut habent editores Biographiæ universalis* (1)) *Amphinomi et Anapiæ seu Anapidis, qui dicti sunt* Pii fratres; *quorum loco duæ sorores Virgines hic ponuntur, et hæ quidem, ut apparet, Christi sequaces. Erant illi inter ditiores Catanensis in Sicilia urbis cives. Quadam die, erumpentibus Æthnæ flammis, humeris parentes suos civitate extulerunt; ita ut, cæteris igne consumptis, ipsi illæsi per medium incendium transiisse*
B *ferantur. Syracusani cum Catanensibus contendunt inter se de* piorum fratrum *natalibus. In utraque civitate templum eis dedicatum cernebatur* (2). *Notatur autem apud Grævium* (3) *in* Catanensium Numismatum explicatione *Tab.* XXVII *num.* 43 *et* 44 (4) : Insigne ac pium exprimunt (*nusmismata*) factum Amphinomi et Anapis, fratrum Catanensium, quo moti templa, signa ac numismata iis veteres dedicavere, ac tamquam deos coluere. Quid namque magis pium, quam genitores humeris impositos, ita volente Neptuno, ab Æthnæ incendio liberasse? Haud immerito igitur *Piorum* nomen sunt assecuti. *Addo quædam Claudiani disticha, quibus pleraque*, S. Philippo *in Actis tributa verba, haud parum consonant :*

Aspice sudantes venerando pondere fratres,
Divino meritos semper honore coli;
Justa quibus rapidæ cessit reverentia flammæ,
Et mirata vagas rettulit Æthna faces.
Complexi manibus fultos cervice parentes
Attollunt vultus accelerantque gradus.
Grandævi gemina sublimes prole feruntur,
Et cara natos implicuere mora....
O bene naturæ memores, documenta supernæ
C Justitiæ, juvenum lumina, vota senum;
Qui spretis opibus medios properastis in ignes
Nil præter sanctam tollere canitiem...
Plura licet summæ dederit Trinacria laudi,
Noverit hoc majus se genuisse nihil :
Nec doleat damnis, quæ devius intulit ardor,
Nec gemat exustas igne furente domos.
Non potuit pietas, flamma cessante, probari :
Emtum est ingenti clade perenne decus (5).

Facile est porro conjicere, hæc ex Sicula historia ad Acta martyrum plus minus feliciter accommodata seu potius detorta fuisse. Nec repugnat id jam factum tribus prioribus sæculis; adeoque hanc invaluisse famam ante S. Philippi *ætatem.*

mm *Varie in variis Mss. vox hæc redditur :* Ideo B. Agia M. Ygieo T. *scribendum foret* Oëtes, *qui mons est Thessaliæ, supra quem combustus fertur Hercules.*

nn *Lege* Æsculapium, *ut habet* Bodecense. *Hic scilicet, quod Hippolytum suscitasset, legitur a Jove occisus, et apud Cynozurim Thessaliæ urbem sepultus.* EX MSS.

oo *Sequentia usque* si viveret *desunt in* B.

pp Ni ab illo fiant, a quo coluntur B.

qq Nulli—colludit, *omissa in* B, *quod habet ita :* Et sic ignis probator est justi *etc. Ruinartius :* Sic probatur justus ut et puniatur injustus. *Mabillonius :* Ut exponitur injustus.

rr *Addit* B. : malis autem et iniquis consummatio perditionis est.

ss Meditaretur et exponeret B. Philippus episcopus; viso Catafronio sacerdote et ministris ejus infelices epulas *etc.* B.

tt Vis victimas immolare numinibus? B.

uu *Locus paulisper corruptus.* R. *et* M. : Ait Bassus : Civitatis saltem sacrifica fortunæ. *Forte loco* civitatis *legendum* divinitatis *vel* deitatis, *atqae vox hæc jungenda phrasi præcedenti :* et obsequium imperatoribus exhibere, non cultum divinitatis. *Ita ordinantur verba in* B, *in quo tamen legitur* civitatis.

vv Ignorantia Christi nomen nequit comprehendere vel æstimare; nec quantum sit potest humana mens capere. B.

xx Et domuum variarum seu villarum ædificia
fiunt etiam numina vestra; ergo vobis sunt blasphe- E
mia et quotidiana peccata B. *Brevius* R. : domuum vestrarum sive villarum ædificia vobis sunt quotidiana peccata.

yy Festinamus ad vitæ auctorem, et æterni regni adoramus principem. B.

zz Si quæritis vitam, et si vultis horridas catenas et sæva vitare tormenta, honorate principes et imperatores. Beatus Hermes dixit : Numquam nos, judex impie, ad tua nefanda sacrificia perduces : istæ enim minæ tuæ aliquid nobis ad fidei virtutem proficiunt, non perfidiam timoris incutiunt. B.

aaa Dum hæc aguntur, Basso præside decedente, successit ei Justinus quidam *etc.* B. *desunt verba* annuus successor.

bbb Militibus circumdatus beatum Philippum episcopum cum cæteris christianis, qui cum eo erant in vinculis ad tribunal præsidis *etc.* B.

ccc *Concordat M. Locus admodum mendosus. Ruinartius legit :* Sed paulo post ad modum ferarum garrientium, grandi inquisitione *etc., quod utique non valde lucidum est. Bodecense ita habet :* Sed et ipsi fratres, post exhibitam sibi (a se?) humanitatem, ad oppidum Sagarensium, latitandi causa, se contulerunt. Grandi interea inquisitione, *etc.* F
Lectio hæc aliquam imo haud levem probabilitatem præ se ferret, si in Heracleæ vicinio oppidum aliquod esset Sangarium vel similis nominis. Ast non omnino ita est. Jacet Heraclea Thraciæ, ad latus seu litus Propontidis (*hodie mare Marmaræ vocitatur*) *occidentale, e regione vero, ad orientale litus, in extremo sinu, posita est Nicomedia, a qua si paulum, rursus in orientem iveris, fluvium reperies* Sangarium; *ast oppidum non invenio quod ita nuncupetur. Vide mappam apud Carolum a S. Paulo* (6). *Meminere quidem geographi vici* Sangias (7); *ast hujus non facile fuerit hoc loco mentio, ut videbitur ex verbis Baudrandi* (8) Sangarius, *inquit,* Zagari et Sangari, sacari... fluvius Asiæ, ex Phrygia magna (ubi ortum habet ex Dindymis montibus) apud Sangiam vicum ortum ducens, a Pessinunte 150 stadiis, per Bithyniam in mare Euxinum (*nigrum*)... decurrens... Ejus ostia inter Nicomediam ad occasum

(1) Biographie universelle; partie Mythologique. Verbo : *Amphinome.* — (2) Ibid. — (3) Thesaurus Antiquitatum et historiarum Siciliæ, tom. VI. Lugduni Batavor, 1723.— (4) Ibid. col. 191. — (5) Ibid. col. 213 et 214. — (6) Geographia sacra, pag. 205. Ubi de patriarchatu Constantinopol. — (7) Baudrand. Conf. de la Martinière, etc.—(8) Novum Lexicon geographicum. Isenaci, 1677. Verbo : *Sangarius.*

ex mss. 300 et Heracleam (*utique Bithyniæ, non autem Thraciæ, de qua in Actis*) ad ortum 500 stadiis distant. *Post hæc videat eruditus lector, num forte* fratres, *atque nominatim* S. Severus, latitandi causa, *Nicomediam terra marive transierint, atque hinc ad ripas Sangarii? Fieri sane potuit.*

ddd Quem cum investigare quæstionarii a Justino missi non potuissent B.

eee *Patet ex his* S. Hermen *diaconum, matrimonio quondam fuisse junctum, filiosque habuisse. Infra quoque mentio fiet de altero illorum, Philippo nomine. Ex Præsidis verbis apparet plures ei natos.*

CAPUT II.

Consummatur Martyrium Hadrianopoli.

Omnes tres simul Hadrianopolim transferuntur;

Duobus sane diebus jussit eos in hospitio custodire*, paululum a sua severitate discedens, quem statim diabolus inflammat. Jubet enim ut iterum mittantur in carcerem, et septem *a* continuos menses in illo custodiarum fœtore conficiant *. Tunc Adrianopolim *b* eos præcepit adduci. Quibus egredientibus, fratres mœror subito invasit; quippe qui tanti Magistri doctrina fraudarentur et visu. Ut infantes vix dum adhuc cunabilis violenter abstracti dulcibus nutricum uberibus inhærentes, auferri sine lacrymis a grato sibi lacte non possunt : sic discipuli salubrem pastum perdere se credentes, solatia capiebant fletibus, quia remedia impetrare non poterant. Sed cum Adrianopolim pervenissent, in Sempori *c* cujusdam suburbano usque ad præsentiam præsidis servabantur.

* custodiri B. M.

a

* conficiantur B.

b

c

S. Philippus *cæditur virgis:*

18 Tandem præses advenit, statimque alio die publice in thermis residens, Philippum præcepit induci, et ait illi : Quid hucusque * tractasti? nam dilatio ista ad mutandum tibi fuerat permissa consilium; sacrifica ergo, si vis liber effugere *. Respondit Philippus : Si illo carcere *, in quo hucusque permansimus, voluntate non necessitate perreximus, concessum nobis bene * hoc tempus assignas; sin vero pœna fecit potius quam voluntas, cur ad veniam imputes tempus, quod posuisti? Ego vero, ut ante jam dixi, Christianus sum; et hoc quotiescumque interrogaveris respondere curabo; nec simulacris umquam satisfaciam, sed æterno Deo, quem cœpi, exhibeo * famulatum. Tunc præses ligare * eum jussit iratus. Cumque ei ipsa etiam linea * corporis fuissent ablata, ait præses : Facis quæ jussimus, an recusas? Respondit Philippus : Numquam me sacrificaturum jam ante testatus sum. His Justinus auditis, virgis præcepit eum verberari, qui cum omnia * contenta mente toleraret, stans super petram Christi, robusta mole solidatam, ipsos quoque per quos pœna mandabatur exterruit. Erat incredibile miraculum. Nam pars lineæ quæ honestum pectus velabat, illæsa permansit; illa vero quæ dorsum tegebat, per partes rupta discesserat *d*. Omnes artus virgarum ictibus vehementer incisi penetralia ipsa corporis atque intestina patefecerant. Securus tamen Christi perdurabat Athleta, cujus animum Justinus expavit, et recipi eum jussit in carcerem.

C

* de salute tua tecum B.

* pœnas tibi debitas B.

* si in illo carcere R. M. carcerem B.

* nobis breve M.

* exhibebo B.

* spoliari B. M.

* linea camisia B.

* omnia verberum supplicia B.

d

Hermæ *minatur judex.*

19 Tunc vocavit Hermen *e* cui comminans judex, consilium Officium vero ejus ostenderat, nec terreri metu potuit nec persuasione perduci. Diligebatur enim tam ab apparitoribus judicis, quam ab omnibus viris. Nam magistratus ante jam fuerat, et obsequiis suis Officium sibi præsidis obligarat; qui occasionem redhibendæ gratiæ nacti, pro ejus salute trepidabant. Sed his omnibus victis atque prostratis, quasi ad quemdam portum quietis refugit ad carcerem, ubi gaudium in mane * celebratum est. Agebant autem gratias Christo et tropæa gloriosa ex diaboli eversione referentes principio ipso passionis elati, majus robur ad futura tormenta capiebant. Beatus itaque Philippus, qui tactu ipso corporis antea agebatur *, semper delicatus ac mollis, nulla tunc sentiebat incommoda, ope tectus angelica.

e

D

* gaudium immane R. M. B.

* angebatur?

Rursus interrogantur S. Philippus

20 Ecce post triduum Justinus præses solitum judicantibus tribunal ascendit, et eos jussit adduci. Quibus exhibitis, ait Justinus ad Philippum : Cur tanta temeritate aptaris *, ut salute contempta, imperatoris detrectes obedire mandatis. Respondit Philippus : Ego non vitio temeritatis inflammor, sed Dei, qui fecit omnia, qui * judicaturus est vivos et mortuos, amore * et timore compellor. Hujus mandata præterire non audeo. Imperatoribus vero per singulos annos *f* parui, et cum justa imperant, parere festino : præcepit enim Scriptura divina « Reddi * quæ sunt Dei Deo, et quæ sunt Cæsaris Cæsari. » Inculpabiliter itaque hucusque servivi. Jam superest ut relictis sæcularibus blandimentis, cælestia festinem præferre terrenis. Repetita itaque sæpius verba *, quibus me Christianum assero et diis vestris sacrificare detrecto.

* raptaris B.

* venturus est judicare B.

* amore vegetor B.

f

* reddite M.

E

* verba cognosce, quibus B.

21 Tunc relicto eo, Hermen Justinus alloquitur : Si hunc senectus vicina jam morti cogit bona hujus lucis horrere, tu sacrificando prosperiora * non neglige. Respondit Hermes : Breviter tibi et his qui assistunt, o præses, dilucideque monstrabo, quod ex vanitate miserabili facta est odiosa tibi pietas. Nam unde est, ut * veritatem falsitas, innocentiam malevolentia, postremo homo hominem festinet appetere? Quid enim simile hominis * Deus aliquando formavit? Sed conatus est diabolus opus cæleste violare *. Invenit illa quæ colitis, et servos juris sui sacrificando vos fecit. Nam ut subito equi ferventes insania, non obtemperantes lupatis, auriga contempto, relicto salubri campo *, mortis ignari ad præcipicia festinant; ita vos ipsos præcipitatis insania, et prætermisso Dei verbo, consilia diaboli scelesta * tenuistis. Hæc est itaque cælestis vera sententia, ut bonos ac pios gloria, malos persequatur infamia *; atque ut illis merces, ita istis pœna succedat. Sic propheta Zacharias eloquitur dicens : « Increpet in te dominus Satan, increpet in te qui elegit Hierusalem. » Nonne hic torris obustus * abstractus de flamma est? Quæ ergo adhuc * hominibus est cupido, qui ad lignum obustum * ac letiferum confugistis? Cumque pariter ardeatis, licet * brevissimum lucis circulum sic transigere, ut ad bona lucis æternæ veniamus. Vos autem qui cum ingenti illuvie vestis et corporis, capillis sordidis ac dimissis, quibus * tumulos *g* et templa observatis et carceres; videmini mihi deos vestros non colere sed lugere *, et ante judicium pœnam jam sustinere peccati, qui * hæc videntes in cæcitate consistitis, nec ad liberatoris vestri auxilium convolatis. Canes dominum odore vestigant, et audito rectoris sibilo, equus, quem ignarus paulo ante projecit, inquirit; præsepe agnito, bos concurrit ad Dominum et asinus stabulum possessoris invenit. Israel Dominum solus ignorat, juxta quod *h* lectum est : Israel non me cognovit omnium Dominum, nec timuerunt judicium justi (Dei). Per undam pereant sicut sub Noe. Aliorum vero in solitudine genua sunt soluta, alios

* securiora M.

* quod B.

* homini R. M.

* violare, invenitque B.

* camo R. M.

* scelesta atque sacrilega tenetis B.

* insania B.

F

Zach. 3. 2.

* ambustus R. M.

* vobis hominibus B.

* obtusum R. M.

* liceat B.

* ac dimissis tumulos B.

g

* lugere B.

* peccati. Quid hæc videntes... convolatis ? R. M.

h

alios ignis exussit, ideo quod præcepta nemo servabat.

igni damnantur.

22 His auditis Justinus beato Hermæ iratus exclamat : Tu sic loqueris quasi me possis facere Christianum? Respondit Hermes : Non te solum, sed circumstantes singulos opto fieri Christianos. Cæterum me sacrificaturum esse non credas. Tunc præses (a) fortissimis Dei victus Athletis, communicans cum participibus * et adsessore consilium, talem edidit sævo ore sententiam et ait : Philippum et Hermem*, qui præceptum romani imperatoris negligentes, alienos se ab ipsa etiam romani nominis appellatione * fecerunt, vivos jubemus incendi, ut cæteri facilius agnoscant, quanto constet exitio imperialia contempsisse mandata. Tunc *i* egressi ibant gaudentes ad flammam, quasi gregum principes gemini arietes omnipotenti Deo quasi sanctum quoddam munus oblati.

* ne B. M.

* principibus B.

* Philippus et Hermes B. M.

* compellatione B. M.

i

S. Severus *orat ut eis societur,*

23 Beatus autem Severus in carcere solus, quasi navis in pelago fluctuabat gubernatore deserta, * aut quasi ovis relicta in solitudine perdito pastore,* et trepidabat. Gaudio tamen attollebatur immani, quod eos duci ad dulce et ad expetendum sibi passionis munus audierat. Tunc flexis genibus orabat cum gemitu magno dicens ad Dominum *k* : Omnium fluctuantium qui es portus placidus, spem sperantibus tribuens, salvator ægrorum, auxiliator egentium, dux cæcorum, misericors in eos quos pœna circumstat, fatigatorum murus, tenebrarum lumen, fundator terræ, ordinator pelagi et totius distributor elementi; cujus verbo *l* cælum, astra et cuncta perfecta sunt; qui servasti Noe, et Abrahæ divitias * obtulisti, qui liberasti Isaac * et parasti pro eo * victimam; qui cum Jacob exercitatus es palæstra dulcedinis, et eduxisti Loth ex Sodomis de terra maledicta; qui visus *m* es Moysi et Jesu Nave prudentem fecisti ; qui cum Joseph iter habere dignatus es, et eduxisti populum ejus de terra Ægypti, ad terram repromissionis adducens; qui auxilio fuisti tribus pueris in camino, quos sancto majestatis tuæ rore perfusos flamma non attigit; qui leonum ora clausisti *n*, vitam Danieli et cibum tribuens; qui Jonam nec maris profundo, nec morsu ceti crudelis exceptum lædi passus es aut perire; qui Judith armasti, qui liberasti Susannam a * judicibus injustis, qui Ester gloriam didisti, qui Aman perire jussisti ; qui eduxisti nos de tenebris ad lumen æternum *o;* Pater Domini nostri Salvatoris Jesu Christi, qui est * lumen invictum; qui donasti mihi signum crucis Christi; ne indignum me censeas, Domine, ab hac passione quam mei obtinuere collegæ; sed da mihi partem coronæ ut sim illis junctus in gloria, quibus eram junctus in * carcere; habeam cum illis requiem, cum quibus nomen tuum venerabile confessus, tormenta judicis sæva non timui.

* amisso B.

* pastore trepidabat R. M. B.

k

B

l

* et facultates B.

* ab iniquis senibus B.

o

* es lumen R. M. B.

* in carceris pœna B.

et exauditur.

24 Hac itaque oratione completa, tantum fidelia verba potuerunt, ut postero die id, quod postulabat, acciperet. Itaque et ipse ut fortis athleta cum illis, quibus vixerat, confessurus ingreditur, et voti compos, non solum quæ * poscebat, obtinet *, sed etiam cito quod quærebat, invenit *p*.

* quod B.

* obtinuit R. M. B.

p

Deducuntur ad rogum

25 Beatus vero Philippus manibus portabatur ad flammam : dolor enim pedum aliter eum ire non passus est. Quem tardo * passu sequebatur beatus Hermes, simili pedum dolore constrictus. Sed Hermes iter suum hoc sermone mulcebat, dicens Philippo : Doctor optime, festinanter pergamus ad Dominum *; nulla nos pedum cura sollicitet, quibus jam nullus futurus est status *. Cessatura sunt enim ministeria terrena, cum ad cælestia regna fuerit perventum. Tunc ad multitudinem, quæ sequebatur, adjicit *: Hoc me passurum, Deo ac Domino jam ante adnuntiante, cognoveram revelatione certissima. Nam cum dulci sopore devinctus jacerem, columba mihi visa est, niveo candore perlucida, cubiculum illud ingressa, subito in medio capite consedisse, quæ et inde descendens in pectus escam mihi gratissimi cibi offerens *, statim cognovi, quod me Dominus vocare dignatus est *q*, et dignum habuit passione. Dum hæc loqueretur, ad locum illum, in quo pœnæ parabantur, adveniunt.

* tardiore B.

* dominum B.

* usus R. M.

ex mss.

* locutus est B

* obtulit, statimque B.

q

comburendi.

26 Tunc ex more carnifices beati Philippi pedes humo usque ad genua texerunt; religatas post tergum manus claviculis * in fuste configunt. Similiter et Hermes descendere jubetur in fossam, qui fuste sustinens trepida hinc inde vestigia, risu *r* nimio sic locutus est dicens : Neque me hic, diabole, potes sustinere; et statim super pedes ministri congerunt terram. Ante tamen quam supponeretur incendium, Hermes sanctus quemdam ex fratribus Christianis ibi stantem vocavit Velogium *, quem magna per Dominum Jesum Christum adjuratione constrinxit, ut ad filium ejus Philippum patris mandata perferret, diceretque ei ut redderet omnibus quæ deberet : Nam et mundi hujus E imperatoris similia sunt præcepta. Præcepit *s* enim singulis, ut si quid ab aliis acceperint, sine contradictione redhibere. Reddat itaque singulis, quæ debentur, ne mihi aliquem scrupulum doloris incutiat. Hæc autem dicebat de illis, quæ a multis tute sibi credita redditurus acceperat. Addit * etiam hoc amore pietatis, et ait : Juvenis es, et debes victum labore tibi quærere, ita ut patrem fecisse meministi, quem scis cum omnibus bene esse * versatum. Hac voce completa, ligatur et ipse post tergum. Tunc a ministris flamma subponitur, quibus ardentibus, quamdiu sermo duravit, gratiæ reddebantur, et in ultimo * gratiarum « Amen » dulce resonabat.

* clavis R. M

r

* Eulogium B.

s

* addidit R. M. B.

* conversatum B.

* ultima R. M.

27 Sic beati Martyres testimonium vitæ implevere. Felices Christi discipuli, ejus secuti vestigia, per quem illis fuit concessa victoria; comitati etiam doctrinam apostolorum et eorum martyrum qui apostolos sunt secuti; quorum exutæ a labe terrena animæ ad cælestia regna * properarent. Extensæ beati Philippi manus, ut in oratione fuerant, inveniuntur * in corpore, et ipse ex sene juvenis reparatus in pœna et agone coronandus, quasi adversarium provocans repente conspicitur. Similiter et beatus Hermes, facie florens et colore (calore) pretiosus, lividis paulisper auriculis, quasi ex certamine quodam, post illud omnibus monstratur incendium. Tunc omnipotenti Deo gratia * ex omni ore fundebatur, qui dat gloriam in se sperantibus et coronam.

Corpora integra inventa,

* properarunt R. M. B.

* inveniuntur : in corpore et ipse... R. M. F

28 His tamen diabolus contentus esse non potuit. Mox Justino audaciam * et mentis furorem * injecit, ut forte *t* Sanctorum corpora Hebro juberet immergi, ut quibus abstulerat injusta persecutione vitam, ipsam etiam invideat sepulturam. Quod cum fuisset effectum, omnes Adrianopolitanæ civitatis *u* viri, quos Dei cultus urgebat, tanta crudelitate perspecta, infra parabant retia, navigia conscendunt; si cui piscanti eveniat sanctorum corporum grata captura. Quibus orationibus * non negatur effectus *v* : nam mox inclusa corpora cum retibus extrahuntur. Tunc grata venatio et auro pretiosior et omni decore gemmarum, duodecimo ab ea urbe lapide per tres dies celabatur in villa, quæ sermone patrio *Gestistyrum x*, interpretatione vero latinæ linguæ *Locus possessorum* vocatur. Ea possessio *y* et fontibus abundabat et nemore, ornata

atque ex flumine servata.

* gratiæ... funduntur B.

* furoris et B.

* insaniam B.

t

u

* orantibus B.

v

x

y

EX MSS.
* famulos R. M. B.
* ad coronam. Amen. R M.

ornata messibus et vineis. Tunc omnibus Dei est probata majestas, famulum * ejus latere non posse, quem (quos) etiam flumina profunda restituunt, nec in trepidatione sentire pœnam, sed festinare * potius ad coronam z.

ANNOTATA.

a *Ex Martyrologiis habetur SS. Martyres passos 22 Octobris. Quo posito, sequeretur eos hoc mense Hadrianopolim pervenisse, si tamen cum Tillemontio* (1) *admittamus Justinum Basso successisse circiter mense Martio : ab hoc enim ad Octobrim septem omnino numerantur menses. Cum præterea apprehensi fuerint* Epiphaniæ die sancto incumbente, *ulterius sequeretur eos sub Basso per duos menses fuisse detentos. Proinde universim per novem omnino menses Heracleæ in custodia fuere. Nihil tamen certi super his quisquam statuerit. Confer Mazochium qui ex similibus conjecturis ab Actorum textu petitis, annum et amplius numerat a Sanctorum prima comprehensione usque ad eorum mortem.* Si, *inquit* (2), me audis, non modo emortualis dies ab Octobri mense dimovebitur, verum etiam annus passionis
B non 304 (quod hucusque persuasum eruditis fuit) sed 305 fuisse statuetur, etsi anno 304 primæ quæstioni eidem admoti fuerint. Aut si vero sub Decio passi fuerint (ut infra ostendam), eorum passio anno 250 incepta, postremo anno 251 consummari debuit. *Vide Comm. præv. num.* 16.

b Hadrianopolis, *Andernopoli* et *Endrem* Turcis, *teste Baudrand* (3). *Guibert* (4), *asserit scribi a Turcis* Edreneh, Adranah. *Urbs illa* sita est in Rumelia, habeturque secunda imperii ottomanici regia, incolas numerans ad 90,000; quorum 45,000 turcæ; 30,000 Græci et Bulgari; reliqui Armenii et Judæi. Antiquitus vocabatur *Uscudama* Thraciæ; reædificata ab Hadriano imperatore, atque hinc nomen sortita. A Turcis occupata anno 1360, eorumque regia ab anno 1366, usque ad annum 1455, quo capta Constantinopolis. *Nostris diebus, urbs illa nemini non nota est, quod a Russis expugnata* 20 *Augusti anno* 1829, *sequentis mensis die* 14 *fœdus inter illos et Turcas ibidem sit ictum.*

c *In Bodecensi codice* Symphorii. *Notat Mazochius* (5) : Nec græcum id (*Sempori*) nomen est nec gentis romanæ alicujus, ex iis certe, quæ ex inscriptionibus aut libris innotuerunt, ut plane videndum sit an non auctor *Semproni* (*vel ut in Bodicensi Symphorii*) scripserit. Cæterum novæ quotidie gentes ex detectis lapidibus emergunt; nec difficile est ex *semper* deflecti potuisse gentis, si ulla fuit, *Semporiæ* aut *Semperiæ* nomen.
C

d Omnes quippe artus ejus virgarum ictibus vehementer erant incisi, ut etiam ipsa penetralia corporis atque intestina patefacta viderentur. Securus tamen ac lætus Christi Athleta permansit in omnibus et invictus in fide perdurabat; cujus animum tam inexpugnabilem Justinus præses expavit, et recipi eum iterum jussit in carcerem. B.

e *Melius* R. *et* M. : cui cum minas judex, consilium vero ejus Officium ostenderat, nec terreri *etc. Totus vero locus explicatior in* B. : Tunc vocavit præses iterum ad se Hermen, ut minis eum vel persuasionibus molliret ad sacrificandum. Cui cum minas judex, consilium vero ejus Officium ostenderet; Athleta Christi nec minis terreri potuit nec persuasione abduci : diligebatur enim tam ab Officio judicis quam ab omnibus hominibus : nam D
magistratus ante jam fuerat et Obsequium sibi præsidis obligaverat. Qui occasionem redimendæ gratiæ nacti pro ejus salute trepidabant.

f Per singulos annos, *desunt verba illa in* B.

g Tumulos... Carceres; *prior vox indicat* Colles, *in quibus dii colebantur, græce* λόφους; carceres *vero non sunt* noxiorum custodia, *sed* ἀφετηρία sive janua aut linea, *unde equi emittuntur ad cursum.* Vide Servium *ad Æneid. I* ℣ 58 *et* 145 notantem, noxiorum locum dici numero singulari *carcerem;* at plurativum *carceres* esse id, unde emittuntur quadrigæ. *Cæterum ludi pars erant* paganicæ religionis, nec sine suis ritibus peragebantur. *Hæc ita fusius apud Mazochium* (6).

h *Sic habet* B : Juxta quod in Isaia legitur; *nempe cap* 1, ℣ 3 : Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui; Israel autem me non cognovit. *Proin sensus non verba Isaiæ in Actis redduntur. Cæterum hoc loco nonnulla adduntur in* B. Israel non cognovit Dominum suum dominatorem omnium, unde et justo judicio Dei, alii eorum in solitudine a serpentibus perierunt, alii ab igne exusti sunt, alii subito terræ hiatu absorpti sunt; sic ergo restat et vos æternaliter perituros, E
nisi recedentes ab idolorum cultura, Deum qui in cælis est colere et adorare velitis. Hæc audiens Justinus a B. Herma *etc.*

i Qua promulgata sententia, egressi ibant gaudentes ad flammam, ut gregum principes, gemelli arietes, omnipotenti Deo, quasi sanctum quoddam munus in ara cremandi. B.

k Domine Jesu Christi, qui es omnium fluctuantium portus placidus, pacem et gaudium in te sperantibus tribuens, salvator ægrorum, *etc.* B.

l Per quem astra, cæli et cuncta viventia creata sunt. B.

m Qui visus es a Moyse et prudentem fecisti Jesu Nave (Josue); qui cum Joseph descendisti in carcerem, et eduxisti populum tuum de terra Ægypti, adducens eos ad terram repromissionis, *etc.* B. *Hic quidem alia differunt ab Actis, alia sunt eadem, sed diverso verborum ordine. Quod posterius cum frequentissime occurrat, exinde quoque confirmatur nonnullorum opinio quibus visum est Actorum Bodecense manuscriptum vel ex alio provenire fonte* (*plus minus græco forte*) *quam alia* SS. Philippi *et* Sociorum *Acta, vel castigata fuisse; sed an semper ex bonæ notæ documentis, an ex proprio auctoris* F
penu? Certe in hac S. Severi *ad Dominum oratione, quæ adduntur in Bodecensi, facile ex sacra Scriptura hauriri pleraque potuerunt.*

n Et per Abacuc victum Danieli in lacum misisti. B.

o Exaudi me, Domine, et tribue, ut particeps esse merear passionis sanctorum Martyrum sociorum meorum. O Pater domini mei Jesu Christi, salvatoris et redemptoris omnium in te credentium, qui es lumen invictum; qui donasti mihi signum crucis filii tui tota mentis devotione sequi, ne me indignum censeas, Domine, ab hac passione, quam mei collegæ obtinuere; sed da mihi, *etc.* B.

p *In his vix ab invicem differunt manuscripta. Quod quidem argumento sit, Bodecensem compilatorem proprio facilius indulsisse genio, ubi agebatur de verbis, a SS. Martyribus prolatis.*

q Ut mortem patiar pro nomine ejus. B.

r Qui, fuste sustinente trepida membra, intravit

(1) Mémoires, tom. V, pag. 507. — (2) In vetus marmoreum Kalend. pag. 215. — (3) Nov. Lexicon Geographium. Isenaci, 1677. — (4) Dictionnaire Géographique. Paris. 1850. — (5) In vetus marmoreum kalend. Commentarius, tom. I, pag. 220. — (6) Ibid.

fossam,

A fossam, et cum fiducia nimia sic locutus est dicens : Neque hic me, diabole, poteris superare. Statim vero ministri congerunt terram : *B. Dixi Comm. præv. num.* 2 *Mazochium ex hoc loco, (prout in textu, non prout in Bodicensi redditur) concludere, Acta nostra* latine *fuisse primum conscripta, imo et nonnulla saltem a SS. Martyribus prolata itidem* latine. *Ejus verba juverit hic paulo latius exposuisse.* Quid, *inquit* (1), risum Martyri elicuit? *Responderem ego: Nescio; at multa sunt qui hunc elicere potuerint. Respondet vero Mazochius :* Luditur omnino in verbi *sustineo* ancipiti significatu. Nam in speciem videbatur sumi (*etiam secundo loco*) pro *fulcio,* sicut et priori accipitur, at revera Martyr accepit pro *tolero.* Itaque et ἀνταναίκλασις in scriptore heic occurrit, a quo eadem vox alia atque alia notione usurpatur... Hic autem locus, nisi vehementer fallor, aperte ostendit, hanc historiam non de græco transfusam, sed latine primitus scriptam fuisse. Nam nullum, quod sciam, græcum est verbum, quod duplicem illam verbi *sustineo* significationem obtineat, tum scilicet τοῦ ὑπερείδειν *fulciendi,* tum etiam τοῦ ἀνέχομαι *tolerandi.* Atqui scriptor priore loco unam, posteriore
B alteram secutus est notionem. At, inquis, si hæc ratio valeat, necesse erit et Martyrem latine dictum illud usurpasse : nam sublato ancipiti verbi *sustineo* significatu, jocus deperit, nec erat cur ipse prior in risum solveretur. Fateor ita prorsus fieri debuisse, nisi scriptorem sive inscitiæ sive imposturæ accusare velimus, quorum utrumque vel simplex horum Actorum inspectio amolitur. *Nec est, judice Mazochio, quod impediat quominus id admittamus:* Certe, *ait,* ex eo tempore, quo Thraciæ limes imperii factæ, stativa legionibus præbuerunt; debuit Heraclea metropolis (quæ etiam Romani præsidis et tot dignitatum atque officiorum sub dispositione præsidis, sedes erat) Romanam callere et interdum usurpare linguam, in tantum, ut paulo politiores cives, iidem bilingues essent. Quid porro miramur, si B. Martyr, stipatus tot præsidis officiis latini oris, joculare dictum, non nisi latina lingua effabile, latine sit elocutus? Id porro si verum sit, tum illud minus mirabimur, fuisse inter tot Christianos Heracleotas aliquem latine doctum, qui horum Martyrum Acta (uti patet ex illo « agnovimus » *num.* 23) latino sermone conscripserit. *Hæc quidem Mazochius satis acute; at an satis vere? Equidem non putem. Nam, ut jam monui, potuit* risus *S. Martyris elici multiplici ex causa. Cæterum numquid vox* ὑποφέρω *non respondet verbo* sustinere, *saltem aliquo usque?*

AUCTORE B. B.

s Præcepit enim singulis suo frui; et si qui ab aliquibus mutuum acceperint, sine contradictione redhiberi. Reddat itaque, *etc.* B.

t *In Bodecensi* fortia. Ne dubita, *ait Mazochius* (2), quin « fortium » scripserit auctor. *Dubito tamen ego. Præplacet mihi* fortia.

u *Locus non eodem modo redditur :* Civitatis veridicos Dei cultores urgebat tanta crudelitas, perspecta apparant retia, *etc.* M. Civitatis viri, quos Dei cultus urgebat, tanta crudelitate perspecta, apparant retia *etc.* R. *Concordat* B. *cum* R.

v Grata captura. Et mox, annuente Dei clementia, cum retibus extrahuntur corpora Martyrum illæsa. B. Nam mox inclusæ reliquiæ involutæ retibus extrahuntur. M. R. E

x Getystirum B. Ogetistyrum M. R. At, *inquit Ruinartius,* Cotelerius legendum censet τόπος κτητόρων, *quod utique latine sonat* locus possessorum. *Verum cum hæc quam longissime absint ab hodierna lectione;* quid, *ait Mazochius,* si nomen villæ fuerit Ὄγμος κτητόρων, aut latinis litteris *Ogmos ctectoron,* sive, uti vulgo pronuntiabant *ctitoron?* Ὄγμος *Eustathio est* aratus locus *itemque* pastinatio ordine et per sulcos facta. *Atque hæc quidem Mazochii conjectura est.*

y Fontibus abundat, nemore, messibus, et vineis ornata B.

z *Sicut præfatiunculam posuit, ita et clausulam habet* B *:* Præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

(1) In vetus marmoreum kalend. Commentarius, tom. I, pag. 221. — (2) Ibid. pag. 222.

C F

A D

DE S. MELLONO VEL MELANIO

CONFESSORE, EPISCOPO ROTHOMAGENSI

IN GALLIA.

B. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. S. Mellonus, minus recte Melanius dictus, perperam a Tamayo episcopis Toletanis annumeratur. Ejus Acta et res gestæ. Num primus et quo quantove tempore sedem tenuerit Rothomagensem. De Æde sacra ab eo erecta.

B E

CIRCA ANNUM CCCXIV. S. Melanii *rectius* Melloni,

Sanctus hic Præsul in martyrologio Romano ad hunc diem celebratur sub nomine Melanii, *notatque Baronius* (1) *ab* aliquibus hunc Melonem, corrupto vocabulo, appellari. *Quosdam reperi, qui Melonem scribant; ast inter Gallos plerique eum haud alio quam* S. Melloni *nomine dicunt. Sic Legenda, quam infra publici juris facimus; sic in Lectionibus, quas habemus inter Mss. hagiographica, excerptis ex antiquiori breviario Rothomagensi; sic rursus in recentioribus breviariis ejusdem diœceseos omnibus, nominatim anni* 1756, *ubi notatum invenio in parte Autumnali :* Dominica secunda Octobris, festivitas SS. Nicasii, Neustriæ apostoli, et sociorum Martyrum, ac Melloni, qui ecclesiam Rotomagensem fundaverunt. *Castellanus quoque tum in Martyrologio universali, tum in annuntiationibus ad præsentem diem, tum in catalogo generali, ad totius voluminis calcem, latine* Mellonus *scribit, gallice vero* Mellon *vel* Mélon. *Notum porro est Castellanum singulari quadam cura et studio indagasse quo nomine Sancti, in Galliis cultu florentes, variis in locis appellarentur. Habemus plures*
C *viri illius epistolas decessoribus nostris Hagiographis missas, in quibus plurima hac super re haud parum erudite disputat, longosque texit catalogos nominum tam patrio quam latino idiomate, atque hic etiam scribitur* Mellonus (Melon). *Imo, petente Menagio, composuit Castellanus* Hagionomasticum *quoddam seu* Vocabularium Hagiologicum, *in quo ordine alphabetico digesta hujusmodi nomina mille et amplius, gallice et latine exarata reperiuntur; atque inter alia occurrit* Mellonus, Mélon, *reprehenditurque noster Bonnefons, quod in* Vitis Sanctorum (2), *præpostere scripserit* Melaine (Melanius). *Cæterum Castellani Vocabularium typis excusum reperies ad initium Dictionarii Menagiani* (3). *Frequens* S. Melloni (*ita enim scribitur*) *habetur mentio in* Regestro *Eudonis Rigaldi, Archiepiscopi Rothomagensis, sæculo decimo tertio conscripto atque nuperrime primum edito a Thoma Bonnin* (4). *In Martyrologio Usuardi, juxta editionem Sollerii* (5), *nomen sancti Pontificis non occurrit; ast reperitur in Auctariis fere omnibus; nec vel semel vocatur* Melanius, *sed constanter scribitur :* Mellonus, Mellonius, Mello, Melo. *In* Actis archiepiscoporum Rothomagensium *sæculo undecimo conscriptis atque a Mabillonio primum editis* (6) *legitur* Mallonus. *Alicubi* Melloninus *vocatur. Haud facile itaque quis dixerit unde auctores martyrologii Romani lectionem suam hauserint; multo vero minus cernitur quo jure Baronius reprehendat eos, qui aliam adhibent lectionem, cum ipse longe potiori ratione carpendus videatur. Denique Gallia Christiana ita habet* (7) : Mello, qui et Mellonus et Mallonus et Melanius dictus est. *Secundum Severtium videretur* Melanii *nomen ex Petro de Natalibus ad martyrologium Romanum transiisse.* Mello, *inquit ille* (8), sive Mellonus : hac voce duo præfati aucthores utuntur (*nempe Democharès et Chenutius*); sed Petrus de Natalibus atque Baronius illum vocant sanctum Melanium.

quem Tamayus episcopis Toletanis F

2 *Scripsit Sollerius in auctariis ad hunc diem* (9) : Qualia occasione hujus Sancti a nonnullis Hispanis scriptoribus conficta fuerint disces ex cardinali Aguirrio. *Scilicet Tamayus de Salazar in fabuloso suo Hispanico martyrologio* S. Mellonum *episcopis Toletanis annumerat :* Toleti, *inquit* (10), in Carpetania Hispaniæ, S. Melantii ipsius urbis episcopi, qui cum primo a B. Stephano pontifice maximo ad Rothomagenses in Gallia episcopus ordinatus dirigeretur, cujus officii munus diligenter exercuit, Athenas demigrans, Toletum pervenit, cujus ecclesiæ creatus antistes (in locum B. Pomponii Paulati defuncti, *ut alibi addit Tamayus* (11)) per aliquod temporis gregem salutaribus pavit institutis : ast Rothomagum reversus glorioso fine quievit. *Asserit paulo inferius nec minus confidenter seu potius temerarie* (12), *eum* omnes ecclesiarum præsules Hispanici orbis ad concilium incundum per litteras sollicitasse; hinc apud Illiberim Bœticæ concilium contractum fuisse, cui ipse Melantius cum aliis

(1) In Notis ad Martyrol. Rom. pag. 450. — (2) Les fleurs des Vies des Saints, par le R.P. Amable Bonnefons S. J. Paris. 1701. — (3) Dictionnaire Etymologique de la langue française, par Ménage. Paris. 1750. — (4) Regestrum Visitationum archiepiscopi Rothom. seu Journal des visites pastorales d'Eude Rigaud. Rothomagi 1852. — (5) Martyrologium Usuardi monachi. Ad diem 22 Octobris. — (6) Vetera Analecta, pag. 222. Paris. 1728. — (7) Tom. XI, col. 5. — (8) Chronologia historica successionis hierarchicæ. Lugduni 1628. Tom. III, pag. 16. — (9) Martyrologium Usuardi, part. II, pag. 619. — (10) Tom. V, pag. 608, ad diem 22 Octobris. — (11) Ibid. pag. 615. — (12) Ibid. pag. 614.

præsulibus

A præsulibus interfuit... Posthæc sanctus ipse Pontifex ad sedem suam Toletanam reversus concilii canones mirabiliter stabilivit, templum in honorem Christi Domini, ejusque immaculatæ Matris construxit, S. Leocadiæ Toletanæ, quam in carcere roboravit, interfuit martyrio, cujusque corpus honorifice tumulavit. Quinque annos itaque S. Antistes post concilium Illiberitanum, Toletanam cum rexisset ecclesiam... Rhotomagum, electo suæ sedis vicario Natali, postea episcopo Toletano, repedare constituit. *Quæ quidem omnia sunt mera putidaque commenta, quamvis sesquipedalem texat Tamayus catalogum scriptorum, ex quibus se hujusmodi edoctum, more suo profiteatur* (1).

perperam adscribit,

3 *Id unum constat, inter subscriptiones concilii Eliberitani (quod celebratum probabilius tenet Aguirrius anno* 303 *vel* 305 (2) *alii paulo citius vel paulo tardius* (3)) *reperiri :* Melanthius episcopus Toletanus (4), *de quo ita in rem nostram apud laudatum Aguirrium* (5) : Mira sunt et speciosa, quæ de Melantio hoc præsule, subscribente Eliberitanæ synodo, leguntur in pseudo-chronicis Dextri, Juliani, Luitprandi, a nullo prorsus veterum memorata vel audita, quotquot scripserunt de Rebus Hispaniæ
B vel magnæ ecclesiæ Toletanæ usque ad annum millesimum quingentesimum nonagesimum. In eo quippe aut paulo post illa pseudo-chronica et alia similia excogitata fuerunt, et evulgata ab homine inimico veritatis historiæ et audacissimo, si quis umquam fuit, fabularum architecto. Ex eo sine delectu, fide nimia et crisi nulla farragines et commenta plura de Melantio mutuarunt plerique recentiores Hispani, ac præsertim Quintana-Duenas et Joannes Tamayus in Martyrologio Hispanico tomo V ad 22 Octobris, confundentis illum cum S. Melanio, episcopo Rothomagensi, qui in Martyrologio Romano ea die colitur; et plurima alia addentes, quæ numquam in cogitationem hominum venerant usque ad finem fere sæculi præcedentis. *Et rursus eodem loco :* Sane Joannes Mariana qui eodem tempore simul cum P. Higuera (*erant ambo ex Societate Jesu*) degebat Toleti, et edebat pulcherrimam illam Hispaniæ historiam, sicut et clarissimi viri Mendoza ac Loiaisa, qui tunc ediderunt suos in hoc concilium commentarios, nihil omnino invenere eatenus scriptum de Melantio hoc, nisi quod interfuerit præsenti synodo (*Eliberitanæ*) et subscripserit tamquam præsul To-
C letanus. Unde omnia alia quæ leguntur de illo apud recentiores quosque, a centum circiter annis usque modo, rejicienda sunt, veluti commenta manifesta, primum excogitata a P. Higuera, ac deinde incaute credita, ampliata et magno conatu protecta ab aliis. *Hactenus Aguirrius. Supervacaneum foret ulterius illa prosequi. Hoc unum addidisse juverit ex Florez* (6) : Melancius, *inquit,* unus fuit ex episcopis, qui interfuerunt concilio Eliberitano. Ejus nomen non legitur nec in antiquis catalogis, nec in alio quovis (quod ego sciam) instrumento, præter Acta illius concilii : in his proinde si non inscriptus legeretur, prorsus ignoraremus a sæculo tertio exeunte Toleti aliquem sedisse episcopum. *Præterea fabulatur Tamayus Melanium successisse Paulato, locumque fecisse Natali. Sed auctore Florezio* (7) *ille sedem Toletanam tenuit circiter ab anno* 363 *usque ad annum* 375; *deinde Natalis usque ad annum circiter* 385. *Constat autem ex subscriptionibus Arelatensis concilii anno* 314 *Avitianum* (*cui præcessit* S. Mellonus) *Rothomagensem exstitisse episcopum.*

AUCTORE B. B.

4 *Acta* S. Melloni, *ad calcem hujus commentarii edenda, et quidem, in quantum ego sciam nunc primum nativo suo idiomate scilicet latino, non constat quo tempore et quo auctore conscripta fuerint. In manuscriptis nostris hagiographicis, a prædecessoribus ingenti numero collectis, sequens legitur epigraphe:* Vita S. Melloni archiep. Rothom. ex Petro de Natalibus episcopo Constantiensi (*imo* Equilino) sumpta, *quod utique minime accuratum est. Paucissima habet Petrus, ut longe potiori jure, illum ex nostris Actis hausisse, quam nostra ex illo hausta dixeris. Propterea additum, sed alia manu, est præfatæ epigraphæ :* itemque ex vetutissimo Legendario. *Utut est, eamdem Vita hæc sibi præferre videtur ætatem ac* Passio *S. Nigasii, de qua infra, quamque, ut ibidem videbimus, Byeus noster ad sæculum decimum pertinere autumat. Utraque scriptio eamdem habet formam, mira et prodigiosa ejusdem generis recenset, haud parvo numero, quibus utique nemo facile fidem adhibuerit. Imo apud Petrum de Natalibus* (8), *sicut et in Mombritio* (9), *aliud nullum, in Galliis a* S. Mellono *patratum, occurrit miraculum præter sanationem* E *viri illius Antisiodorensis,* qui casu bipenni sibi pedem in duas partes diviserat. *Non tamen idcirco omnimodæ falsitatis arguenda censemus Acta* S. Melloni, *quasi in iis nihil esset quod confictum non sit. Antiquam imo et primævam iis contineri putamus ecclesiæ Rothomagensis traditionem, sed pluribus vestitam seu potius delibutam et immersam fabulosis narratiunculis, quales procudere solebant legendarii, nominatim in Britannia Armorica et Normannia sæculo* IX *et* X, *ad quod satis probabiliter ex notis seu characteribus scriptionis intrinsecis* (*extrincesi enim haud suppetunt*) *Vita* S. Melloni *refertur. Atque hæc dicta in genere de Actis sancti Præsulis nostri sint. Jam peculiaria quædam ex illis attingamus.*

Acta nunc primum latine edimus,

5 *Mombritius his verbis res a* S. Mellono *gestas complectitur* (10) : Tempore Valeriani imperatoris Mellonus quidam Majoris Britanniæ oriundus Romam venit, ut patriæ suæ tributum solveret, et imperatori serviret, ibique, sicut mos erat, cum sociis suis ad templum Martis ductus est, ut sacrificaret. Audiens autem Stephanum papam paucis christianis evangelium prædicantem; verba ejus attendit et credidit; baptismum ab eo petiit et ac-
F cepit; et ab eo instructus, quidquid habebat vendidit et pauperibus erogavit. (*Additur apud Capegravium :* Arma etiam cum quibus militabat pauperibus erogavit, *quod similiter reperitur in Actis infra edendis*) Quem præfatus papa sibi adhærentem per omnes ecclesiæ gradus usque ad sacerdotium promovit. Cumque jejuniis et vigiliis instaret, quadam die missam eo celebrante, viderunt ipse et papa angelum Dei stantem ad dexteram altaris; qui peracta Missa dedit ei virgam pastoralem, quam manu tenebat, dicens : Accipe virgam sub qua reges populum civitatis Rothomagensis, in Neustriæ finibus : tibi enim illic præparatus est a Deo locus. Licet autem labor incognitæ viæ tibi onerosus sit; nequaquam tamen tibi timendum est; quum sub umbra alarum suarum proteget te Dominus Jesus Christus. Tunc accepta benedictione a papa iter arripuit. Et cum venisset Antisiodorum, virgam tenens quam ab angelo acceperat, quemdam bipenni vulneratum, cujus pes in duas

a Mombritio

(1) Martyrol. Hispan. tom. V, pag 612.—(2) Concilia, tom. II, pag. 1. Romæ. 1753.— (3) Art de vérifier les dates, pag. 172. — (4) Aguirrius, ubi supra, pag. 50. — (5) Ibid. pag. 57. — (6) España Sagrada, tract. v, cap. 3. Tom. V, pag. 228. — (7) Ibid. pag. 254. — (8) Catalogus, lib. IX, cap. 93. — (9) Vitæ Sanctorum, tom. II, fol. 156. — (10) Ibid.

partes

AUCTORE B. B.

partes divisus erat, oratione facta illico sanavit. Denique Rothomagum veniens et ministerium suum fideliter implens, multis virtutibus et miraculis clarus tandem quievit in pace. Hujus festum recolitur undecimo calendas Novembris.

aliisque partim data.

6 *Hactenus Mombritius, cui consonat Capegravius, addens aliquid de* armis, *item, sed variantibus verbis, Petrus de Natalibus; nec abludit Usserius* (1): Ante hanc persecutionem (*Diocletiani*) S. Mellonis Britanni (Malloni, Melanii et Melonini aliis nuncupati) celebris exstitit memoria... Hunc ex majori Britannia Romam venientem, a Stephano I pontifice in fide christiana instructum, baptizatum, clericum et gradatim sacerdotem ordinatum atque divino oraculo Rothomagensem episcopum consecratum fuisse anno CCLVI, in Natalibus sanctorum Canonicorum refert Constantinus Ghinius; Actis etiam ejusdem (S. Melloni) consentientibus, quæ ita rem gestam narrant: « Tempore Valeriani *etc.* » (*hic ad verbum recitantur quæ supra habentur ex Mombritio usque ad baptismum* S. Melloni.) *Dein addit Usserius:* A Stephano quoque papa ordinatum et Rothomagum ad prædicandum evangelium missum esse, martyrologium Romanum et breviarium
B Rothomagense confirmant, ut et Balæus, Baronius ac recentiorum alii... Ordericus vero Vitalis, tempore Constantii, patris Constantini Magni, « Mal» lonum cum aliis quibusdam fidelibus Rothoma» gum incoluisse » scribit, « et primum ibi volente » Deo pontificalem cathedram obtinuisse; tempore » Eusebii et Melchiadis claruisse, undecimoque » calendas Novembris ad Dominum migravisse, in » crypta basilicæ S. Gervasii martyris extra urbem » sepultum » quam temporis consignationem si sequi volumus, Diocletianææ persecutioni superstitem illum vixisse dicamus necesse est; *quod et nos probabilius admittendum paulo inferius probabimus. Multo adhuc parcius res gestæ* S. Melloni *exhibentur in breviario Rothomagensi edito auctoritate RR. DD. Ludovici de Laverqne de Tressan anno* 1736 : Mellonus (2) Roma in Gallias profectus, Rotomagi christianam fidem annuntiavit et sedem episcopalem ea in urbe constituit primus, ubi plurimos Christo filios peperit et plenus meritis obdormivit in Domino. *Quæ quidem vix non verbotenus hausta sunt ex Orderico Vitali* (3). *In antiquioribus Rothomagensis diœceseos breviariis* (*ut fidem faciunt Mss. nostra hagiographica, ad hunc*
C *diem* 22 *Octob.*) *prolixius vita S. Melloni describitur; ubi et ex Britannia majori oriundus, et Romam missus asseritur; instructus et baptizatus a Stephano papa; divinitus ordinatus ad sedem Rothomagensem, quam et fundasse dicitur post multa patrata miracula, quorum nonnulla recensentur. Ut liqueat hic præ manibus fuisse Acta, prout nos illa inferius edemus.*

S. Nigasii in sede Rothomagensi

7 *Id igitur in confesso videtur* S. Mellonum *reapse Rothomagi cathedram posuisse episcopalem. Imo et hoc satis probabile censemus, oriundum eum ex Britannia majori, atque Roma in Gallias missum a summo Pontifice fuisse. Ast duplex hic oritur quæstio : altera num* S. Mellonus *primus Rothomagensium fuerit præsul, altera quibus annis illi ecclesiæ præsederit. Atque ad prius quod attinet in catalogis Rothomagensium præsulum ordine secundus venit. Ita in nova Gallia christiana* (4), *ita apud Severtium* (5), *Franciscum Pomerayum* (6) *aliosque* D
passim. Hi quidem omnes primo loco ponunt S. Nigasium seu Nicasium; secundo S. Mellonum; *non tamen omnes æque confidenter. Notandum itaque hic ante omnia est, Cornelium Byeum, decessorem nostrum, in Actis SS. Nigasii et Sociorum* (7) *revocasse in dubium, non modo an S. Nigasius episcopus fuerit Rothomagensis, sed an reapse pontificali dignitate umquam fuerit insignitus. Toto* § *tertio Commentarii prævii hæc tractatur quæstio; quæ tandem sic concluditur* (8) : Itaque, etsi quidem Nigasium exstitisse dumtaxat inferioris ordinis sacerdotem, pro certo asseverare non ausim; anne tamen revera exstiterit episcopus, ac proin an eum e mero, qualis initio creditus fuerit, presbytero, episcopum regionarium, ac deinde, ut fabulæ temporis progressu crescunt, e regionario Rothomagensem episcopum haud fecerint, dubitare ob jam allegata cogor. Nec, ut credam eum exstitisse episcopum, me movere queunt, quæ id luculentissime etiam docent supra plus semel laudata archiepiscoporum Rotomagensium Acta (*de his et nos infra ex professo agimus*) : præterquam enim quod in hæc, quod supra generatim de monumentis omnibus, de Nigasio post Usuardum locutis, dixi, quadret; sæculo demum, E
ut docui, undecimo sunt scripta, ac proin tempore a Nigasii ætate longe remotiori, quam ut, qui ea scripsit, episcopusne an non ille exstiterit, potuerit habere sat probe perspectum. Diutissime quidem Nigasium ut pontificem martyrem jam coluit Rotomagensis ecclesia; verum, cum ne sæculum quidem, quo ita Sanctum colere inceperit, determinari utcumque queat; dubium mihi atque incertum apparet, anne id, si non archiepiscoporum Rotomagensium mox iterum laudatis exiguæ hac in re auctoritatis Actis, sola forsan penes nos exstante sæpiusque etiam jam laudata S. Nigasii Passione impulsa haud fecerit. Hæc (Passio) enim diserte loco non uno Nigasium appellat Episcopum; ast, cum fidem integram, ut-supra docui, minime mereatur, hincque tempus, quod S. Negasii martyrio assignat, certum facere haud queat, idem eamdem ob causam de episcopali, quem huic Sancto nostro attribuit, charactere est dicendum. *Ex quibus verbis satis apparet Byeum nostrum in negantem vehementer inclinare sententiam; quod si ne episcopus quidem S. Nigasius fuerit, evidens est nec, qua talem, sedi Rothomagensi ullo umquam tempore præfuisse.* F

successor a multis dicitur;

8 *Quæ tamen non ita intellecta velim, quasi ego omni ex parte Byeo consentiam. Quæ enim toto hoc loco ipse urget, eodem fere modo adhiberi possent ad evertendam quamcumque antiquam cujusvis in specie ecclesiæ traditionem de cultu suis fundatoribus ab immemorabili reddito. Huc nempe universa illius recedit argumentatio :* Acta *seu* Passio *SS. Nigasii et Sociorum parum firmæ sunt fidei, tum quod ultra sæculum* X *non ascendant* (9), *tum quod manifeste labantur, ubi assumunt S. Dionysium Parisiensem, eumdem esse ac Areopagitam, sanctumque Nigasium passum velint sub Domitiano* (10); *talia insuper narrari, quæ nemo prudens facile crediderit, nisi antiquis et fide dignis innitantur monumentis, qualia auctor Passionis sibi prælucentia utique non habuit, secus id alicubi indicaturus fuisset* (11). *Has ob rationes, quas more suo Byeus latissime evolvit,*

(1) Britannicarum ecclesiarum antiquitates, pag. 75 et 76. Londin. 1687. — (2) Part. IV seu Autumnali, pag. 437. — (3) Hist. eccles. lib, V. tom. II, pag. 335 et 336. — (4) Tom. XI, col. 5. — (5) Chronologia hierachicæ successionis. Ubi supra. — (6) Histoire des Archevêques de Rouen, *in Tabula ante Præfationem;* item pag. 39. Rothom. 1667. Item. Hist. de la ville de Rouen, part. III, pag. 131. Rothomagi. 1731. — (7) Acta SS. ad diem 11 Octobris, tom. V, pag. 519 et seqq. — (8) Ibid. pag. 522. — (9) Ibid. pag. 512, num. 7, 8, 9. — (10) Ibid. num. 6. — (11) Ibid. pag. 513, num. 10.

Acta

A *Acta seu Passionem SS. Nigasii et Sociorum plane indigna judicans quæ typis edantur* (1). *Negat præterea* (2), monumentum litterarium ullum undecimo sæculo antiquius, in quo Nigasius appelletur episcopus Rotomagensis, inveniri. *Unde hanc haud obscure amplectitur sententiam :* vel Actis Episcoporum Rothomagensium *vel laudata S. Nigasii* Passione *impulsam Rothomagensem ecclesiam fuisse, ut Sanctum illum suis præsulibus annumeraret. Verum* Passionem *Byeus nullius æstimat pretii;* Acta *autem ex ejus mente vel* Passione *nituntur, vel exiguæ sunt hac in re fidei : unde nec Nigasius quidem episcopus fuerit, cum id ex* Passione *tantum efficiatur; multo minus archiepiscopus Rothomagensis, prout gratis omnino illud asserunt* Acta. *Nimium in his omnibus tribuere nobis videtur Byeus argumento, quod negativum appellari consuevit, dum assumit nomen Nigasii non aliunde quam ex duobus supra indicatis fontibus in tabulas Rothomagensium præsulum fuisse illatum, eo quod* monumentum litterarium nullum antiquius *hac super re invenire sit. Sed enim præterquam quod generatim adnimadventendum sit, primis sæculis episcopos magis necessarios fuisse quam presbyteros, cum hi magnam rerum agendarum partem præstare*
B *non possent; rationibus a Byeo adhibitis, truncandæ, ut jam monui, forent vix non omnes ecclesiarum Gallicarum tabulæ episcopales, et nominatim expungendus foret* S. Mellonus, *de quo hic agimus; tum quod in ejus Actis eadem fere occurrant, quæ Byeus in Passione S. Nigasii reprehendit, tum quod monumentum litterarium nullum sæculo* XI *antiquius noverimus, quo* S. Mellonus *sæpius dictæ ecclesiæ pontificibus annumeretur. Quod si Byei negativa argumentatio subsisteret, sequeretur ordiendam Rothomagensium episcoporum seriem esse ab Avitiano (tertio scilicet in catalogis nostris), qui subscriptus legitur concilio Arelatensi I anno* 314 (3). *Fateor ecclesiarum traditiones ab immemorabili pluris apud me esse, quam ut illas censeam posse elidi argumentis mere negativis. Attamen his positis haud mirandum est, scriptores in varias abiisse sententias.*

ab aliis primus 9 *Castellanus, in suo Martyrologio universali ad hunc diem vigesimum secundum Octobris, annuntiationem ponit ex martyrologio Romano, additque ad marginem* S. Mellonum primum *sedis Rothomagensis* episcopum *fuisse, quod et rursus affirmat in* Indice Hagiologico *ad calcem libri sui, sicut et ad*
C *caput Dictionarii Menagiani, de quo dixi num.* 1. *Castellanum (virum sane haud exiguæ in hujusmodi quæstionibus auctoritatis) sequuntur martyrologia Ebroicence et Autissiodorense; item breviarium Parisiense, typis excusum anno* 1736, *hujusque Gallica versio, probante archiepiscopo, publici juris facta anno* 1742; *ubi vigesima secunda Octobris festum* S. Melloni *indicatur celebrandum, in cujus lectione (unica enim tantum habetur) hæc reperiuntur :* Mellonus... Rotomagi Christianam fidem annuntiavit, sedemque episcopalem ea in urbe constituit primus. *Quæ verba etiam habentur in breviario Rothomagensi ejusdem anni ad Dominicam secundam Octobris in* festivitate SS. Nicasii et Sociorum martyrum ac S. Melloni, qui ecclesiam Rotomagensem fundaverunt. *Quæ quidem posteriora verba indicare viderentur dictam sedem fundatam ab omnibus illis simul. Quod qua ratione teneri possit vel debeat, docebunt supra jam laudata* Acta Archiepiscoporum Rothomagensium, *a Mabillonio primum in lucem data* (4) : AUCTORE B. B

illius sedis 10 In præfata civitate Rothomagensi exstitit egregius Mallonus in ordine primus. Nonnullos horum positio verborum perturbat, non satis idonce speculantes, quoniam eorum velle, scilicet beatissimum Nigasium prænominatæ civitatis primum antistitem exstitisse, nullatenus hac in re pugnatur, si expositione quantulumcumque subtili fulciatur. Attendant igitur tam clerici quam monachi ne errent, qualiter scripturas perspicacius indagantes, utrumque posse haud inconvenienter stare dijudicent. Decenter, inquam, inquiunt, qui Mallonum in sede Rothomagensi fuisse primum asserunt. Nullus enim eum præivit, quantum ad archiepiscopatus usumfructum : nec tamen male prædicant, qui beatum Nigasium ejusdem sedis archiepiscopum fuisse primum comprobant. Quippe jam non paucis reor manifestatum esse, hunc Romæ a beato papa Clemente Rothomagensium urbis antistitem ordinatum fuisse, nondum jugo pastorali cujuspiam obnoxiæ. Nec est frivolum, sed firmum et ratum, prout sua testatur Passio, cum beato sociatum Dionysio, permissione Clementis papæ hunc eumdem ad oras Gallicas E conscendisse; et priusquam ad suam, quam Romæ, sicut diximus, acceperat, sedem posset pervenire; martyrium truncato capite, tamen vicinius circa fines Northmannicos, cum Quirino et Scuviculo pertulisse. Quo fit ut de utroque, sed alio et alio modo, vera prædicatione prædicetur primus; de Nigasio quidem secundum ordinationem, de Mallono secundum loci inhabitationem. Ut sic dicatur : Nigasius fuit Rothomagensis urbis antistes primus ordinatus, at Mallonus fuit primus in sede locatus. *Atque hæc ex Actis de quibus ita statuit Mabillonius* (5) : Præmissa pontificum Rotomagensium Acta litteris mandavit anonymus cœnobii sancti Audoëni ejusdem urbis monachus, ad cujus autographum hæc editio exacta est. Vixit is Gregorio VII pontifice, Johanne archiepiscopo Rotomagensi, *etc. Quæ notæ temporis in sæculum cadunt undecimum ad exitum jam vergens.*

episcopus 11 *Admittit itaque anonymus S. Nigasium ordinatum fuisse episcopum et quidem sedis Rothomagensis, licet ad hanc urbem, dum in vivis erat, non pervenerit; quod,* posita consecratione, nihil utique officit quominus vere et fuerit et dicatur episcopus, *ut recte notatur ad diem* 11 *Octobris in Gallica* F *martyrologii Romani versione* (6) *edita sub auspiciis RR. DD. Hyacinthi de Quelen Parisiensis archiepiscopi. Ordericus Vitalis, qui synchronus exstitit anonymo Actorum scriptori, librumque suæ historiæ quintum exaravit, ut ipse testatur* (7), *initio sæculi* XII (*circa annum* 1128) *ita habet* (8) : Ad hanc (*Rothomagum*) a S. Dionysio... beatus Nigasius episcopus cum sociis suis destinatus est; sed obiter in quodam foro, quod Scamnis dicitur, a Sisinnio Fescennino comprehensus est, et constanter in fide Christi perseverans, cum Quirino presbytero et Scuviculo diacono v°. Idus Octobris decollatus est. *Additque* (9) : Prisca gentilitas, obiter martyrizato prædicatore (*S. Nigasio*), Rotomagum diu possedit, et innumeris idolorum spurcitiis usque ad sanctum Mellonum archiepiscopum replevit. *Ast seriam difficultatem movet Usuardus, qui S. Nigasium* præsbyterum *vocat. Unde suam hanc ille annuntiationem*

(1) Acta SS. ad diem 11 Octob. tom. V, pag. 514, num. 16.— (2) Ibid. pag. 520, num. 38. — (3) Sirmundus. Concilia antiqua Galliæ, tom. I, pag. 8. — (4) Vetera Analecta, pag. 222. Paris. 1723. — (5) Ibidem pag. 226. — (6) Martyrologe Romain, pag. 298. Paris. 1850. — (7) Historiæ ecclesiasticæ tom. II, pag. 502. Paris. 1840. — (8) Ibid. pag. 524 et seq.— (9) Ibid. pag. 525.

deprompserit.

AUCTORE B. B. *deprompserit, non satis apparet, judice Sollerio.* Neque, *subjungit* (1), ab aliis martyrologis lux ulla affulget; unde superest conjectandum, peculiarem notitiam habuisse Usuardum, ex qua classem illam martyrologio suo inseruit. *Id autem certum, Usuardum duobus sæculis anonymum* Actorum *scriptorem sicut et Ordericum Vitalem ætate præcedere. Atque hac ex ratione Tillemontius* (2) *inductus fuit ut S. Nigasium albo Rothomagensium pontificum expungeret :* volunt hodiedum, *inquit,* S. Nigasium fuisse primum illius urbis episcopum; ast Usuardus, omnium primus inter eos qui de illo agunt, Presbyterum eum vocat.

habetur. 12 *Non est cur diutius his immoremur. Patet dubium saltem esse S. Nigasii pontificatum, cui obest Usuardi assertum; favent* Acta *superius laudata, et traditio ecclesiæ Rothomagensis, quæ tamen ad Usuardi tempora non videtur ascendere : secus quomodo is illam ignorasset? Reliqua argumenta, a Byeo nostro adducta atque episcopatui S. Nigasii adversantia, pari ratione contra* S. Mellonum *urgeri possent. Ast, ut diximus mere negativa sunt, nec aliquo firmantur argumento positivo, prout obtinet in S. Nigasio, qui diserte* præsbyter *vocatur apud*
B *Usuardum. Propterea illius episcopatum minus quam hujus vacillantem habemus. Haud multum equidem recederem a D. Guillelmo Bessin, qui in* serie *episcoporum Rothomagensium ita exorditur :* Sanctus Nicasius presbyter, Roma in Gallias missus, dum apud Velocasses evangelium prædicat capite plectitur. Omittitur a nonnullis, tum quod non erat episcopus, tum quod Rotomagum non pervenerit. S. Mellonus, qui et Melanius, Cardiolæ in majori Britannia natus, Romæ a S. Stephano I papa baptizatus et ordinatus, primus Rotomagi fidem prædicat et sedem figit (3). *Erit itaque inter* vulgatos *urbis Rothomagensis præsules* S. Mellonus *ordine primus, si vis decretoria asserto Usuardino tribuatur; secus ordine secundus veniet. Consulto dixi* inter vulgatos : *duo enim tantum præsules nominantur, Nigasius scilicet et* Mellonus, *inde a fundatione sedis Rothomagensis usque ad annum* 314, *quo anno Avitianus subscripsisse legitur concilio Arelatensi I, quæ prima sedis illius certa et manifesta indicatio est, ut jam monui.*

Anni ejus episcopatus incerti; sive secundus,
C 13 *Proinde de tempore, quo* S. Mellonus *ecclesiæ Rothomagenis infulas tenuerit, certi statui potest nihil, præter hoc solum, quod ultra mox dictum annum* 314, *pontificatum non protraxerit; siquidem jam tunc Avitianus, qui in omnibus catalogis illius successor scribitur, præsset. Unde nec determinari potest quo præcise anno* S. Melloni *episcopatus cœperit nec quo desierit. Juxta Byeum nostrum* (4) *martyrio coronatus fuit S. Nigasius verosimilius anno* 286. *Si itaque id certum esset et insuper constaret* S. Mellonum *illi absque mora successisse, initium episcopatus fixum haberetur. Ast multum abest ut utrumque in comperto sit. Gallia christiana* (5) *passum S. Nigasium vult circa ann.* 250; *Pommerayus* (6) *initio sæculi* II *circa annum Christi C : admittit enim cum Baronio* (*quæ nunc absoleta sententia est*) *S. Dionysium Parisiensem* (*cujus comes fuit S. Nigasius*) *eumdem esse ac Areopagitam.* Difficile est, *inquit Tillemontius* (7), definire tempus, quo passus S. Dionysius est. *Deinde fieri id potuisse declarat sub Valeriano circa annum* 258 *vel* 259; *vel sub Aureliano annis* 273 *et* 274; *vel sub Maximiano Herculeo* D *anno* 286 *vel* 287. *Notat vero has conjecturas tantum esse, nec alias aliis meliores : unde ejus opinione pari jure quivis ex prænotatis sæculi* in *annis assumi potest, cui martyrium innectatur. Quod ad alterum spectat, an scilicet post S. Nigasii mortem sedes aliquamdiu vacaverit nec ne? res quoque est haud satis comperta.* A Mellone, *aiunt collectores Galliæ christianæ* (8), nonnulli indices exordium ducunt episcoporum Rotomagensium..., quod ecclesiam cathedralem fundasse credatur..., vel forte quod a Nicasio ad Mellonem intermissi aliquo intervallo episcopi propter ethnicorum vexationes, a Mellone deinceps ad nostra usque tempora non cessaverint; *quod satis consonat Orderico, qui scribit, ut vidimus,* martyrizato Nigasio, priscam gentilitatem Rotomagum diu possedisse. *Nec apparet sive ex Passione S. Nigasii sive ex Actis* S. Melloni *hunc illi uspiam comitem seu socium fuisse aut morienti vicinum exstitisse. Præterea satis convenit, S. Nigasium Rothomagum numquam attigisse; sanctum vero* Mellonum *Romæ ordinatum fuisse episcopum Rothomagensem, efficitur ex ejus Actis, ut mox latius exponam. Si itaque admittamus S. Nigasium ordine reipsa primum esse, evidens est non constare de* E *tempore, quo* S. Mellonus *pontificatum suum inierit.*

sive primus fuerit 14 *Si vero a* Mellono *ordienda censeretur præsulum series atque ejus Actis firma staret auctoritas, major aliqua affulgeret lux ad statuendum, quo primum tempore præsse cœperit.* Mellonus (*ita Acta loquuntur*) in majori Britannia natus..... veniens Romam, reddito tributo, ductus est cum sociis ad templum Martis.... Erat autem illo tempore Valerianus tenens arces Romanas, vir Deo odibilis. Cum ergo perambularet civitatem S. Mellonus, venit ad locum ubi S. Stephanus papa docebat paucos christianos... Beatissimus papa illum catholicam fidem edocuit, eumque baptismo tinxit..., ad gradum sacerdotii conscendere fecit..... Die quadam S. Mellonus celebrans missarum solemnia, vidit ipse et beatus Stephanus papa angelum Domini stantem ad dexteram partem altaris; cumque perfecisset sacrificium, angelus Domini tenens virgam pastoralem, dedit eam S. Mellono dicens : Accipe virgam, sub qua regere debes populum civitatis. quæ Rothomagus dicitur, in finibus Neustriæ : tibi enim ibi est præparatus locus Domino inserviendi... Beatus itaque Mellonus pontificali infula decoratus et benedictione apostolica munitus, ab urbe Roma F egreditur, et iter suum agreditur, ad civitatem sibi indicatam cupiens pervenire..... Post longissimæ viæ labores, sanctus Vir in pagum Rothomagensem venit, vidensque civitatem, genibus flexis cœpit orare, et in illam ingressus miraculis clarescere. *Obiter hic primum notemus, nihil in his esse, quod vel levissimam jam fundatæ a S. Nigasio sedis suspicionem ingerat; verbaque per se omnino favere illorum sententiæ, quæ* S. Mellonum *præsulum Rothomagensium agmen ducere statuit.*

Roth. præsul; 15 *Deinde, ut ad rem nostram veniamus, quo scilicet anno hæc, cælitus ordinata, facta episcopalis consecratio sit; notare juvat, in præfata narratione tempus satis arcte circumscribi, cum id contigisse dicatur, sub Stephano papa et Valeriano imperatore; quorum ille sedit ab anno* 253 *ad annum* 257 (9); *hic imperare cœpit anno item* 253, *victus captusque fuit a rege Persarum Sapore anno* 260, *vita vero priva-*

(1) Martyrol. Usuardi, ad hunc diem 11 Octobris. — (2) Mémoires pour servir à l'histoire ecclés, tom. IV, pag. 485. Paris. 1701. — (3) Concilia Rotomagensis provinciæ. Part. posterior. pag. 1. Rotomagi 1717. — (4) Acta SS. tom. VI Octobris, pag. 512. — (5) Tom. XI, col. 5. — (6) Histoire des archevèques de Rouen, pag. 5 et 6; item pag. 9. — (7) Mémoires pour servir à l'histoire ecclés. tom. IV, pag. 446 et 716.— (8) Tom. XI. col. 5 et 6. — (9) Art de vérifier les dates, pag. 245.

tus

A *tus anno* 263 *vel paulo tardius* (1). *Ex his sequeretur ordinationem* S. Melloni *adscribendam quadriennio, quod habetur ab anno* 253 *ad annum* 257. *Imo posset et propius accedi ad initium episcopatus beati Præsulis, si verba ad Valerianum spectantia :* vir Deo odibilis *ita intelligenda forent, quasi jam mota ab isto esset in Christianos persecutio : hujus enim (saltem in quantum generalis erat) exordium refertur ad annum* 257 (2); *quo etiam anno S. Stephanum martyrio coronatum, communior et probabilior tenet opinio, quamvis nonnulla occurrant, quæ id an.* 253 *contigisse suadent* (3). *Proinde inhærendo firmiori sententiæ, ordinatio* S. Melloni *innectenda esset anno* 257, *vel anno præcedenti, ubi jam persecutionis prima initia ebulliebant. Atque hunc annum* 256 *diserte ponit Constantinus Ghinius in Natalibus sanctorum Canonicorum apud Usserium* (4). *Ast obstat, quominus mox dictum annum tamquam certum admittamus; primum, quod non omnino constet verba hæc* vir Deo odibilis *indicare cœptam jam fuisse persecutionem : potuit enim scriptor hæc de Valeriano* προληπτικῶς *dixisse ob horrendam ab eo postea in Christi sequaces excitatam procellam. Deinde hæc chronotaxis componi nequit cum an.* 286,

B *quo probabilius S. Nigasium passum censet Byeus, ut proinde ille vel ex albo præsulum Rothomagensium foret penitus expungendus, vel alio quam modo assumpto, passus dicatur anno. Alterutrum facile concederetur, si integra Actis* S. Melloni *fides adhibenda esset. Ast illa non tantæ apud nos sunt auctoritatis, ut talibus amovendis difficultatibus censeanturidonea. Et re quidem vera, Gallia christiana* (5) *tam flocci illa pendit, ut, licet diserte ibidem scribatur* Mellonus *fuisse missus a Stephano I, nihilominus* verosimilius videri *asserat (quamvis temere ut mox dicemus)* a Marcellino aut ab aliquo ex ejus proximis successoribus missum.

nec constat quo anno

16 *Itaque, quamvis stando Actis certi quid habeatur de initio pontificatus* S. Melloni, *cum hæc per se firma admodum non sint, remanet obscurum quando ordinatus Vir sanctus fuerit. Non tamen putem hoc factum ante medium sæculum tertium, quæcumque demum admittatur hypothesis; scilicet primus fuerit, sive tantum, præcedente Nigasio, secundus. Quamdiu autem præfuerit definiet nemo : cum non clarius constet de fine quam de initio ejus administrationis. Hoc solum certo tenemus, nempe, ut loquitur Gallia Christiana* (6) Mellonem morte sua obiisse ante

C annum 314, *quo celebratum est concilium Arelatense I, cui subscriptus legitur :* Avitianus episcopus, Nicetius diaconus de civitate Rotomagensium (7). *In Actis dicitur* eum invida mors undecimo kalend. Novembris (*i. e. vigesima secunda Octobris*) e terris ademisse, *nullo addito anno.* Acta *vero* archiepiscoporum Rothomagensium, *satis clare indicant annum ipsum* 314. *Ita enim habent* (8) : Beato vero Mallono Avidiamus successit, qui sub beato papa Sylvestro et Constantino imperatore præfatam rexit ecclesiam. *S. Sylvester autem successor datus fuit S. Melchiadi die ultimo Januarii* 314, *obiit ultima Decembris anno* 335 (9); *concilium Arelatense, cui subscripsit Avitianus, celebrari cœpit prima Augusti præfati anni* (10). *Proinde si mox recitata verba eo sumenda sint sensu, ut non sub alio floruerit pontifice Avitianus, quam S. Sylvestro, satis probatum foret* S. Mellonum *superstitem circa annum* 314 *adhuc fuisse, seu mortem ejus huic anno innectendam. Nihilominus Pommerayus* (11) *affirmat, id contigisse supra dicto die* 22 *Octobris* anno 311 secundum communiorem sententiam. *Paulo ante dixerat* (12): Scio communiter S. Mellono tribui tantum annos quadraginta in episcopatu transactos : si tamen ejus ingressus in Urbem ponatur anno 260; et aliunde in mentem nobis revocemus pleraque chronica et manuscripta antiquiora mortem ejus referre ad annum 314, vel potius et probabilius ad annum 311; necesse erit ejus pontificatui annos tribuere quinquaginta et unum. Nec id quidem credidisse repugnat, quoniam constat plures episcopos aliosque viros sanctos diutissime vixisse, primis præsertim ecclesiæ sæculis, ubi ita videbatur expedire. *Tillemontius* (13) *citatis Pommerayi verbis subjungit : Si mortuus tantum sit* S. Mellonus *anno* 314, anni ejus episcopatui numerandi erunt non solum quadraginta, sed omnino quinquaginta quatuor, quoniam anno 257 diem obiit supremus S. Stephanus, *a quo vix non omnes perhibent* S. Mellonum *in Gallias missum fuisse.* Stephanus papa, *ait Baronius* (14), ordinavit episcopos per varia loca tres. Ex iis fuit Melanius, episcopus Rothomagensis, sanctitate celebris. *Obiter noto* E *in margine remitti ad martyrologium Romanum die* 28 *Octobris; quod utique mendum vel error est, cum* S. Melanii *annuntiatio occurrat ibidem ad diem* 22 *præfati mensis. Soli sunt (saltem in quantum mihi constat) collectores Galliæ Christianæ qui in diversam abierint sententiam* : Aiunt Mellonem in Gallias missum fuisse a Stephano I papa; quod si verum est, Nicasius martyrium passus est longe ante Diocletianum. Sed verosimilius videtur a Marcellino, aut ab aliquo ex ejus proximis successoribus missus : traditur enim (*scilicet apud Ordericum Vitalem* (15)) sub Eusebio et Melchiade floruisse : apposite quidem, si reipsa ecclesiam cathedralem fundaverit : quod quomodo facile exsecutus est, nisi sub Constantino Magno, Eusebii ac Melchiadis æquali? *Hactenus Gallia Christiana* (16).

AUCTORE B. B.

desierit ejus pontificatus

17 *Ast utraque ratio valde parum stringit, imo potius vanam dixerim. Haud enim fluit ex eo quod* Mellonus *tradatur* floruisse sub Eusebio et Melchiade (*qua de re sive in* Actis *nostris infra edendis, sive in supra laudatis* Actis Archiepiscoporum Rotomagensium *altum habetur silentium*), *nullatenus sequitur eum* probabilius missum fuisse a Marcellino. *Hic, electus anno* 296, *mortuus est anno* 304: F *deinde sedes vacavit ultra tres annos cum dimidio; anno* 308 *electus fuit Marcellus, cui successit an.* 310 *Eusebius, qui, post pontificatum aliquot mensium, successorem habuit anno* 311 *Melchiadem, defunctum mense Januario anni* 314 (17). *Si ergo missus* Mellonus *fuit a Marcellino, sequitur haud diuturnum ejus fuisse episcopatum, puta octodecim annorum ad summum, quod pugnat cum antiqua traditione. Præterea ponamus* S. Mellonum, *cum a S. Stephano mitteretur trigesimum ætatis attigisse annum, post quinquaginta episcopatus annos, octogenarius decessisset; in quo profecto nihil est, quod vel minimum reprehenderis. Absona proinde hæc argumentatio est :* Floruit sub Eusebio et Melchiade; ergo probabilius missus fuit a Marcellino, non autem a Stephano. *Quod vero additur* non facile fundandam fuisse a Mellono ecclesiam cathedralem, nisi sub

(1) Art de vérifier les dates, pag. 344. — (2) Vide Tillemont. Mémoires, tom. IV, pag. 3 et 4. — (3) Idem ibid. pag. 31. — (4) Britannicarum ecclesiarum antiquitates, pag. 76. Londin. 1687. — (5) Tom. XI, col. 6. — (6) Ibidem. — (7) Sirmundus, concilia Galliæ, tom. I, pag. 8. — (8) Vetera Analecta, pag. 222. — (9) Art de vérifier les dates, pag. 344 et 345. — (10) Ibid. pag. 172. — (11) Histoire des archev. de Rouen, pag. 44. — (12) Ibid. — (13) Mémoires, etc. tom. IV, pag. 487. — (14) Ad an. 260, tom. III, pag. 76. — (15) Historiæ ecclesiast. lib v. Paris. 1840, pag. 336. — (16) Tom. XI, col. 6. — (17) Art de vérifier les dates, pag, 243 et 244.

Constantino

AUCTORE B. B. Constantino Magno : *nec id ego seria attentione dignum existimaverim. Profecto non est hic quæstio de ingenti quadam fabrica, qualem nunc cernimus, sed de oratorio seu sacello vel saltem templo minoris molis.* S. Mellonus (*ita in Actis*) primam ecclesiam construxit, quam in honorem sanctissimæ Trinitatis almæque virginis Mariæ consecravit. *Hujusmodi plurima in antiquis monumentis occurrunt; nec ulli in mentem venit illa asterisco notare, quasi vero hujusmodi verba prægrande indicarent ædificium, quod, non nisi pace ecclesiæ sub Constantino firmata, perfici potuisset. Infra videbimus num præsens ecclesia cathedralis eodem assurgat loco, quo prima sacra ædes a* S. Mellono *condita est.*

Recapitulatio. 18 *Hactenus disputata, ita paucis complectimur.* S. Mellonus (*minus bene scribitur* Melanius) *si revera, qua præsul Rothomagensis, S. Nigasio successerit* (*quod utique parum solide probatum videtur*), *id hac ratione est intelligendum, quod nihilominus* Mellonus *primus sit præsul qui sedem suam in præfata urbe* habuerit. *Quibus autem annis cœperit præesse incertum : variant scriptores in determinanda ætate, qua S. Nigasius martyrium subierit : alii volunt circa annum* 250; *alii anno* 258 *vel* 259; *alii rursus*
B *anno* 273 *vel* 274; *alii denique anno* 286 *vel* 287. *Unde liquet non constare quando* S. Mellonus *ei successerit, si tamen successerit. Quod si ipse primus seriem Rothomagensium præsulum auspicatus sit, ex Actis, quæ diximus haud magnæ per se esse auctoritatis, sequeretur ordinatum illum fuisse circiter anno* 257; *aliunde vita functum apparet circa annum* 314; *quibus admissis ab ordinatione usque ad diem obitus reperitur intercapedo quinquaginta septem annorum.*

Ecclesiam S. Mellonus ædificavit 19 *Traditur* S. Mellonus *apud Saussaium* (1) *tres omnino ædificasse Rothomagi ecclesias :* Ingenti civium multitudine fidei dogmatibus imbuta, sacroque tincta lavacro, ibidem unde dæmonem (*ejus deturbando simulacrum*) extruderat, Christo servatori Mello primum trophæum erexit, condita ecclesia sub supremæ Trinitatis invocatione... Cum gregi Christi in dies numerosa fieret accessio,... in eorum gratiam aliam sanctus Antistes sacram ædem in Insula (qui locus sacro conventui opportunior esset) construxit, cui sancti Clementis indidit nuncupationem. Tertiam etiam superaddidit, ut confluentium ad Christi signa ardori satisfaceret, quam sanctæ virgini Deiparæ venerationi sa-
C cravit; in qua et presbyterio constituto, episcopalis sedis primordia iniit. *Unde trinas ædes illas Saussaius deprompserit, operæ non est pretium multis inquirere. In Actis nostris unius tantum a S. Præsule ædificatæ ecclesiæ mentio occurrit his verbis :* Illis temporibus (*post baptizatum nempe Præcordium, virum primarium, cujus filium a morte ad vitam revocaverat*) S. Mellonus primam ecclesiam ubi suscitatus fuit Præcordius construxit, quam in honorem sanctissimæ Trinitatis almæque virginis Mariæ consecravit. *Paulo aliter textum reddit Pommerayus* (2) : Quia igitur in illo loco nondum erat aliqua ecclesia constructa, construxit novam in honore sanctæ Trinitatis et sanctæ Dei genitricis Mariæ, ubi suscitatus fuerat Præcordius. *Judice eodem Pommerayo* (3), *opinio, quæ plures a S. Mellono erectas tenet ecclesias, potissimum tantum fundatur in traditionibus, quæ ipsæ levioribus omnino nituntur momentis.* Nuspiam, *inquit,* legere est in Actis templum, in quo everterat S. Mellonus simulacrum idoli, quod Roth D vocatur, in ecclesiam fuisse conversum. Quinimo si perpendatur episcopatum sancti Præsulis nostri coincidere cum dirissimis contra Christi sequaces persecutionibus, haud facile quis judicabit datum illa tempestate christiano antisti fuisse idolorum latebras in suos consecrare usus simulque eadem in civitate tres ædificare ecclesias. Fors jam difficile videbitur, unicam a fundamentis ab eodem erigi potuisse. *Cæterum suspicatur opinionem, plures a* S. Mellono *extructas sacras ædes, ex eo primum ortam, quod in Actis legatur ecclesiam consecratam fuisse* in honorem sanctissimæ Trinitatis almæque virginis Mariæ. *Diviso titulo ex unica duas fecerint; alteram* sanctissimæ *dicatam* Trinitati, *alteram* almæ virgini Mariæ.

loco quo nunc exurgit 20 *Post hæc inquirit laudatus Pomerayus, utrum ecclesia cathedralis quæ nunc cernitur Rothomagi, eodem exurgat loco, quo* S. Mellonus *ædem sacram erexit, affirmantemque tenet sententiam, quam pluribus, iisque haud spernendis fulcit argumentis* (4). *Dubium scilicet injecerunt aliqui, opinantes cathedram Rothomagensem ab initio potius constitutam in ecclesia quæ nunc a S. Laudo* (St. Lo) *vel in altera illa, quæ a S. Gildardo* (St. Godard) *nuncupatur. Ast, quemadmodum rursus notat Pomerayus* (5), *ab omni retro tempore distincta perpetuo fuit ecclesia S. Mariæ ab ecclesia S. Laudi, exurgente, ut communiter tenetur, eo loci ubi quondam extabat templum idolo Roth dicatum, quod præterea extra urbis pomœrium stetisse videtur; dum ædes a* B. Mellono *sanctissimæ Trinitati consecrata intra civitatis limites contineretur. Quæ ratio pariter valet contra ecclesiam S. Gildardi, longius adhuc quam S. Laudi templum, ab urbis ambitu remotam. Utrumque ex professo probatur in historia Rothomagensi, edita a Ludovico du Souillet. Et primum quidem notat auctor* (6) *ecclesiam prius S. Salvatoris postea S. Laudi dictam, antiquissimam esse, minime vero cathedralem; quod si deinde per aliquot annos talis fuerit, id obtinuisse non titulo sedis Rothomagensis bene vero Constantiensis. Quî id factum sit, discimus ex Libro Nigro capituli Rothomag.* (7).

cathedralis Rothomag., 21 *Prævalentibus scilicet Normannis, post medium sæculum* IX, sancta ecclesia Constantiensis, quæ... sub 33 episcopis Deo fideliter militaverat, funditus evertitur, clero et populo... reliquiis et sanctorum (*inter alios S. Laudi*) corporibus viduatur... continuisque 74 annis, ut legitur in chronicis, fœditate F idololatriæ et paganis furibus conculcatur. *Initio sæc.* X, *Rollone baptizato,* corpora sanctorum episcoporum Constantiensium, Laudi atque Rumpharii, quæ exportata fuerant, Rotomagum sunt delata, *et in ecclesia S. Salvatoris recepta.* Quia ergo Constantiensis pagus christicolis vacuus erat et paganismo vacabat, *illius episcopus Theodericus* beato Laudo et ipsius ecclesiæ Rotomagi serviebat, ibique sicut in sede propria sedebat, *et ecclesia a* S. Laudo nominari *cœpit. Theodericus* Rotomagum reversus, ibi velut in sede propria morabatur, scilicet episcopale officium agens libere in ecclesia sancti Laudi sicut in Constantiensi. Hæc est igitur vera et certa ratio, qua nunc hucusque Constantiensis præsul nominatur episcopus de S. Laudo. Sederunt itaque ibi præcipue quam Constantiis quinque episcopi, prædictus videlicet Theodericus, Herbertus, Algerundus. Gilbertus et Hugo; *hic obiisse notatur in Gallia Christiana anno* 1025 (8);

(1) Martyrol. Gallican. ad diem 22 Octobris. — (2) Histoire de l'église cathédrale de Rouen, pag. 9. Rothomag. 1686. — (3) Ibid. pag. 10. — (4) Ibid. pag. 11 et seqq. — (5) Ibid. pag. 11. — (6) Histoire de Rouen, tom. II, pag. 38 et seqq. — (7) Gallia Christ. Tom. XI, Instrumenta, col. 217 et 218. — (8) Ibid. col. 869.

multoque

A *multoque tardius consecrata ecclesia Constantiensis fuit, sub Gaufrido nempe episcopo mense Decembri* 1056 (1). *Potuit ex his facile oriri opinio, Rothomagensem cathedram olim ad S. Laudi fuisse. Ad S. Gildardi ecclesiam quod attinet, sane hæc etiam antiquissima est; ast rursus in eadem historia Rothomagensi ostenditur* (2), *infirmas valde imo nullas esse rationes, quibus quidam scriptores probari existimarunt, episcopum in illa sedem sudm aliquando habuisse. Pomerayus, inter alia testimonia, in sententiæ suæ confirmationem recitat verba sequentia ex Actis S. Evodii :* Sepultus est autem sanctus Dei (Evodius) in ecclesia beatæ Mariæ semper virginis, ubi sedes est episcopalis. *Similia reperiuntur in vita S. Audoëni, auctore Fridegodo, sicut et in* libro nigro, *seu manuscripto antiquissimo abbatiæ S. Audoëni, item in altero manuscripto ecclesiæ cathedralis Rothomagensis, quod, ratione involucri,* eburneum *vocatur, ubi ad Acta Grimonis episcopi* (*sedit versus medium sæculum* VIII (3)) *legitur :* Ecclesiam Dei genitricis Matris, cujus sedi præerat, propriis prædiis ac pluribus beneficiis augmentavit. *Itaque ex his aliisque similibus testimoniis satis superque demonstra-*
B *tum opinatur Pomerayus, cathedram Rothomagensem, tum ante tum post Normannorum adventum, eodem loco atque eodem sub titulo stetisse, usque ad tempora Roberti et Maurilii archiepiscoporum, quorum ille sedem tenuit ad finem sæculi* X *et initium sæculi* XI, *hic vero ab anno* 1055 *ad an.* 1067; *prior, ut habet Ordericus,* ecclesiam metropolitanam in urbe Rotomagensi sanctæ Dei Genitrici a fundamentis inchoavit, quam magna ex parte consummavit; *posterior* ecclesiam a Roberto archiepisco incœptam complevit, et adstante Willelmo Normannorum duce dedicavit (4). *Atque hæc est magnifica illa basilica, quam et hodiedum in præfata urbe videre est* (5). *Nec opus est pluribus hac de re disputare. Sua utique stat Pomerayanæ sententiæ probabilitas. Ulterius nil affirmare ausim. Hoc unum addam, Pomerayo favere quoque Duplessium* (6) *et Leonem Fallue* (7); *quibus etiam consonant Farinus* (8) *et Solitarius* (*ut ipse se dicit*) *quidam, auctor historiæ urbis Rothomagensis, tertio editæ a Ludovico du Souillet, cujus supra pluries facta est mentio* (9).

C

§ II. Ubi prima S. Mellonus sepultura donatus fuerit. De sacri ejus corporis translatione in Castrum Pontisarense.

S. Mellonus *sepultus primum videtur*

Ut jam de reliquiis B. Melloni *dicamus, id certum sanctum Præsulem in ecclesia sanctæ virginis Mariæ, a se fundata, non fuisse tumulatum. Ast ubi? Plerique, ducibus Farino* (10) *et Pomerayo* (11), *dicunt in ecclesia subterranea seu crypta S. Gervasii extra ambitum urbis Rothomagensis. Attamen R. D. Cochet* (12) *autumat, rem ab initio aliter se habuisse. Ejus opinione, recte tenit Pommerayus beatum Virum obiisse in vico Hericuria, haud procul ab Rothomago* (*id tamen in Actis nostris nuspiam indicatur*); *ast dissentit in eo quod et ibidem illum ab initio sepultum credat, dum Pomerayus et Farinus volunt, eum post obitum continuo ad S. Gervasii cryptam delatum.* Opinamur nos, *inquit* (13), cineres illius per integrum sæculum permansisse in Hericuria, ex quibus locus iste et nomen suum mutuavit (*vulgo adhuc hodie a S. Mellono* St-Mellon *dicitur*); postea vero translatos fuisse Rothomagum, sub S. Victricio, qui postquam propriis suis manibus extruxisset cryptam S. Gervasii servandis Sanctorum reliquiis a S. Ambrosio missis, ibidem reponenda curavit etiam ossa SS. Melloni et Avitiani in fornicibus, quæ hodiedum adhuc existunt. *Assumit itaque tamquam certum vir eruditus* (*cui satis consonat recentior Rothomagensis ecclesiæ historiographus L. Fallue* (14)) *cryptam S. Gervasii ædificatam ad exitum sæculi* IV *a S. Victricio. Hoc autem posito liquet, exuvias* S. Melloni, *vita functi eodem ineunte sæculo, haud potuisse in illa ab initio reponi. Fatendum est, ex hoc pondus, haud sane leve, accedere indiciis, quibus probatam existi-* E
mat laudatus scriptor Hericurianam S. Melloni *sepulturam. Scilicet* (15) *locus ipse, qui in populo nunc etiam a* S. Mellono *appellatur, non vero Hericuria; nonnullæ reliquiæ in ecclesia illius vici, sicut et statua sancti Viri in altari majori; item vestigia aliquot domus ejus, ad radices montis* Pyval, *quæ vulgo etiam a* S. Mellono *dicuntur. Huc quoque facit et quidem præcipue crypta recens detecta, die* 12 *Novembris anni* 1847, *ad imam collem, cui insidet dicta ecclesia. Non dubitat R. D. Cochet quin monumentum illud ad* tempora *ascendat* apostolica; *atque ex ejus forma, situ et absida, ad* orientem versa, *concludit in hac crypta christianos, persecutionum tempore suos habuisse conventus, ibique primævam fuisse* S. Melloni *sepulturam. Denique ad pedem ejusdem montis* Pyval *habetur fons, dictus in populo parvus sanctus Mellonus* (Petit-saint-Mellon), *ubi traditur B. Præsul baptismo donasse conversos ad fidem. Ex his omnibus colligit R. D. Cochet non in S. Gervasii, sed in crypta Hericuriensi primum depositas fuisse sacras beati Pontificis exuvias.*

Hericuriæ,

23 *Huic sententiæ bina præcipue difficultas op-* F
ponitur : altera, quod non satis constet, S. Mellonum *diem supremum obiisse Hericuriæ; altera, quod subsit dubium, an crypta S. Gervasii ædificata sit a S. Victricio. Et primum quidem silent, ut jam monui, Acta de secessu sancti Viri ubi mors appropinquaret :* Ut tandem sanctus pontifex Mellonus, senio et labore fatigatus, de more solito vigilaret et oraret, angelus Domini illi apparuit, dicens : Mellone, bonum pro Christo certamen certasti... Ecce præparata tibi æternæ vitæ retributio. Hæc intelligens Famulus Dei... convocatis discipulis ac civibus civitatis, illis verbis affatus est : Vobis præerat illusio diabolica... Quid plura? Felix præ cæteris Rothomagensis civitas tanti Præsulis præsentia, quem invida mors undecimo Calendas Novembris e terris ademit juxta promissum angelicum. *Ita in Actis nostris. Sed in breviario Rotho-*

(1) Gallia Christ. tom. XI, col. 871. Conf. Hist. de Rouen. Ubi supra.—(2) Hist. de Rouen, tom. II, pag. 132 et 133.—(3) Gallia Christ. tom. XI, col. 18 et 19. — (4) Ibid. col. 26 et 27; item col. 30 et 31. — (5) Hist. de l'église cath. de Rouen, pag. 14. — (6) Description de la Haute Normandie, tom. II, pag. 23 et seqq. — (7) Histoire de l'église metropolitaine de Rouen, tom. I, pag. 19. — (8) Normandie chrétienne, pag. 142; item histoire de la ville de Rouen, tom. II, pag. 2. Rothomag. 1668. — (9) Histoire de la ville de Rouen, divisée en six parties, tom. I, part. III, pag. 2 Rothomag. 1731. — (10) La Normandie chrétienne, pag. 137. — (11) Histoire des archevêques de Rouen. pag. 44 —(12) Les églises de l'arrondissement d'Yvetot, tom. II, pag. 107. — (13) Ibid. — 14) Histoire politique et religieuse de l'église métropolitaine et du diocèse de Rouen, tom. I, pag. 29 et 30. Rothomag. 1850. — (15) Les Églises de l'arrondissement d'Yvetot. Ubi supra.

gensi,

AUCTORE B. B.

magensi, excuso anno 1491, *sicut et in hujus exemplari Ms. sæculi* XIV (*de utroque agimus alibi*) *legitur:* Senex effectus... perrexit ad quemdam locum, fere ab urbe Rothomagensi viginti millibus sepositum, inter partem occidentalem et septemtrionalem, amenitate fontis et fluvii jucundissimum. Ubi cum aliquandiu vigiliis vacans moram fecisset... beatam Deo animam reddidit. *Quæ quidem Hericuriæ conveniunt apprime, ut videre est in tabula geographica Duplessii, inserta tomo II Historiæ Normannicæ: est enim vicus ad septemtrionem urbis Rothomagensis paululum deflectendo versus occidentem; est amœnitate fontis ad radices montis Pyval et* fluvii *Durdonis* (*vernacule* Durdan, Durdent, Duredent) *jucundissimus, ac Rothomago distat leucis novem vel decem; ut proinde in breviario manifeste indicetur, quamvis non nominetur Hericuria. Breviarium sequuntur Farinus* (1) *et Pomerayus* (2), *ambo diserte asserentes sanctum Episcopum in* Hevecuriam (*ita enim isti scribunt*) *secessisse, Rothomago, ut prior habet, novem fere leucis dissitam. Nihilominus uterque scriptor tenet eum ab initio sepultum in crypta vel cœmeterio S. Gervasii. Quæ cum ita se habeant, non equidem putem sententiam R. D. Cochet hac ex*
B *parte infirmatam, imo potius confirmatam dixerim.*

non vero in crypta.

24 *Quod spectat ad alterum, nempe cryptam S. Gervasii ædificatam fuisse a S. Victricio; id quidem opinatur præfatus auctor probari perspicue ex libro de* Laude Sanctorum, *mihi tamen remanet aliquod dubium, aut, si mavis, scrupulus, licet nihil dubitem librum illum S. Victricio esse tribuendum:* Notarunt, *inquit Ghesquierius noster* (3), eruditi Benedictini, operum S. Ambrosii anno 1690 editores, in sua ad tomum secundum Præfatione pag. 3, in bibliotheca Sangallensi apud Helvetios asservari duos codices mille annorum, in quorum altero tractatus extat, sub hoc lemmate : « Liber sancti Ambrosii episcopi contra hæreticos; » in altero autem tractatus alius, ita inscriptus : « Liber sancti Ambrosii episcopi in Laude Sanctorum... » Est adeo posterior liber... quem nos S. Victricio ante tribuimus, et jure merito tribuendum esse judicamus, moxque demonstraturi sumus. *Deinde* (4) *varia in hanc rem adducit argumenta, utique solida atque jam a R. D. Lebeuf proposita, cujus vestigiis se profitetur Ghesquierius inhærere. Confer Patrologiam Mignianam, in qua librum novis typis excusum reperies* (5). *Porro ex hac ipsa S. Victricii scriptione*
C *manifestum est,* Ælianum quemdam (6), Sanctorum aliquot reliquias, *a S. Ambrosio* destinatas Rotomagum detulisse, quas sanctus noster (*Victricius*) summo animi gaudio excepit, atque in BASILICA A SE INCHOATA, necdum tamen peracta, honorifice collocavit. *Basilicam hanc, cryptam esse S. Gervasii existimat laudatus R. D. Cochet* (7), *sicut et L. Fallue; hic tamen paulo minus diserte* (8). *Ast, mea opinione, non ita perspicue id habetur ex libro* de Laude Sanctorum.

(*quæ a S. Victricio ædificata*

25 *Duo sunt loci huc spectantes, quos propterea in extenso recitandos duximus. Prior ita habet* (9) : Nec vobis, venerandi (*Sancti scilicet, quorum reliquias deferebat Ælianus*), nostra sordebit oblatio. Dignum domicilium est quod tot victoribus habitetur. Hic invenietis Johannem Baptistam... Hic Andream, hic Thomam, hic Gervasium, hic Protasium, hic Agricolam, hic Eufemiam... *Nihil utique in his cryptam S. Gervasii aperte designat. Nomen* Gervasii, D *plus non dicit quam* Andreæ, Thomæ, Protasii *etc. Præterea numquid ex textu illo fas esset arguere, Basilicam, non vero cryptam tunc fuisse ædificatam? Verba S. Victricii obvio sensu innuunt illic jam asservatas esse reliquias Sanctorum, quorum recenset nomina:* Nec vobis, *inquit,* nostra sordebit oblatio. Dignum domicilium est quod tot Victoribus habitetur. Hic invenietis Joannem Baptistam, *etc. Ubi autem* habitassent, *nisi in crypta? Huic igitur superstruxerit suam Basilicam S. Victricius. Aliunde vero si* S. Melloni *corpus una cum reliquiis eorumdem Sanctorum in crypta repositum esset, ut quid a Victricio nomen beati Præsulis prætermittitur? Notat quoque Ghesquierius* (10) : Alloquitur S. Victricius Sanctos illos, quorum sacræ reliquiæ recens ad se per Ælianum delatæ fuerant, dicitque ecclesiam suam cathedralem dignum ipsis habitaculum ex eo esse, quod jam ante Sanctorum, quos enumerat, exstiterit domicilium. *Non equidem putem quæstionem hic esse de* ecclesia cathedrali; *ast liquet ne cogitasse quidem Ghesquierium nostrum de crypta S. Gervasii, dum Librum Victricii commentaretur. Alter locus, ad rem nostram pertinens continetur paragrapho ultimo* (11), *estque hujusmodi* : Divinis E pateat aula Martyribus, jungantur reliquiæ... Haud immerito, carissimi fratres, Basilicæ spatium cupidus ædificator arripui. Appetentiam meam Sanctorum excusat adventus. Ipsi sibi aulam parari occulta desiderii mei ratione jusserunt. Sic est profecto, sic est. Nam fundamenta jecimus, parietes in longum duximus, et hodie discimus, quibus operis nostri crescebat intentio. Qua de re omnes sunt moræ castigatione pulsatæ; nihil me pigrum tardumque delectat. Juvat manibus volvere et grandia humeris saxa portare. Sudorem meum bibat terra; atque utinam sanguinem biberet pro nomine Salvatoris. Sudorem interim bibat terra altaria susceptura. *Ex his quidem habemus* basilicam *a S. Victricio ædificatam, manumque a sancto viro admotam operi; ast rursus ne vel unum est verbum, quod ecclesiam, multo minus cryptam S. Gervasii demonstret.*

dicitur)

26 *Non itaque satis constat quæ sit basilica a S. Victricio erecta; an S. Gervasii? Negare non ausim, sed nec omnino affirmare. Consentit fere Joannes Lebeuf in Præfatione ad librum de Laude Sanctorum:* Exstat, *ait* (12), in suburbio Rothomagensi F ecclesia sub titulo S. Gervasii. Hanc non absurde crediderim locum occupare in quo S. Victricius templum posuerat de quo in hujus operis fine loquitur. Tanta est ejus antiquitatis opinio, ut fama sit S. Mellonis primi Rothomagensis episcopi corpus in ea sepultum fuisse. Illam suspicor fuisse ædificatam extra civitatem romanam, ubi juxta leges corpora terræ mandare licitum erat, primamque Rothomagi cœmeterii jus habuisse, quam potissimum frequentabant fideles propter Sanctorum reliquias et sepulcra. *Itaque, mea opinione, non satis probatur crypta S. Gervasii opus Victricii esse; unde, et potiori quidem jure, dubitare licet, an S. Victricius corpus* S. Melloni *ex Hericuria transtulerit ad S. Gervasii. Sed quamvis non firma mihi sit ratio, quam pro primæva sancti Præsulis sepultura, R. D. Cochet urget ex ædificata S. Gervasii basilica, non tamen ideo dixerim alia argumenta, numero*

(1) La Normandie Chrétienne, pag. 135 — (2) Histoire des archevêques de Rouen, pag. 44. — (3) Acta SS. Belgii, tom. I, pag. 393. — (4) Ibidem. pag. 394. — (5) Tom. XX, col. 457 et seqq. — (6) Ibid. pag. 390. — (7) Églises de l'arrondissement d'Yvetot, tom. II, pag. 107. — (8) Histoire de l'Église métropolitaine de Rouen, tom. I, pag. 30. — (9) Liber S. Victricii de Laude Sanctorum, § 6, num. 10 et seq. Acta SS. Belgii, tom. I, pag. 426. Migne, tom. XX, col. 448. — (10) Ibid. annot. *d.* — (11) § 12, num. 29. Ubi supra, pag. 455. — (12) Patrologia Migniana, tom. XX, col. 441.

præcedenti

A *præcedenti recitata, vim suam amittere. Quinimo si crypta admitteretur ætate Victricii antiquior; exinde non sequeretur,* S. Mellonum *in illa continuo post obitum fuisse tumulatum, si testimonia idonea adsint* (*atque adesse ego censeo*), *quibus probetur eum Hericuriæ et defunctum et prima sepultura donatum.*

S. Gervasii, 27 *Nihilominus plures, ne dicam plerique scripserunt sancti Præsulis nostri exuvias sive in crypta sive in cœmeterio suburbano S. Gervasii primum fuisse depositas. Ordericus Vitalis diserte tradit* (1), *illum* undecimo Kal. Novembris ad Dominum migrasse, et in crypta in basilica S. Gervasii extra urbem sepultum diu jacuisse. *Quæ verba licet per se non excludant alteram sepulturam prius factam in Hericuria, ita intellecta fuere ab antiquioribus scriptoribus, ut declarent S. Antistitem statim post mortem ibidem fuisse conditum. Sic habent Farinus* (2), *sic Pomerayus* (5), *quamvis uterque teneant illum in Hericuria diem obiisse supremum. Non tamen asserunt clare corpus ab initio in crypta fuisse depositum, imo, Pomerayus præsertim, in hanc potius inclinant sententiam, prius id factum in communi cœmeterio. Atque sic quidem illi opinabantur,*

B *nulla habita ratione* libri de Laude Sanctorum, *qui eorum ætate passim tribuebatur S. Ambrosio, quin vel minima tunc temporis suspicio foret scriptionem illam ad S. Victricium pertinere. Aliud est de Augusto Le Prevost, qui novis typis subjecit notisque egregiis illustravit Ordericum Vitalem. Nec enim potuit illum latere præfatum* librum de Laude Sanctorum *a multis jam annis vero suo auctori fuisse restitutum. Nihilominus sententiam amplectitur, non magnopere a Pomerayo et Farino abscedentem.* S. Mellonus, *ait* (4), ejusque successor Avitianus seu Avidianus tumulati fuerunt in crypta, quam et hodiedum videmus in subterranea ecclesia S. Gervasii (atque hæc crypta, nostra quidem opinione, antiquissimum est in tota Normannia religionis christianæ monumentum); ni potius dicamus id factum in communi cœmeterio, quod adjacet viæ, qua Rothomago Juliobonam (*Lillebonne*) iter erat; ubi dein illorum successor aliquis (probabiliter S. Victricius), pace ecclesiæ data, super tumulum ædificavit cryptam illam, in qua spectantur adhuc sublumbatæ fornices duæ, sub quibus longo temporis spatio requieverunt sacra utriusque præsulis lipsana. *Nihil innuit laudatus scriptor sive de mora*

C *sive de sepultura* S. Melloni *in vico Hericuria. Animadvertendum tamen est ignotam illi fuisse cryptam 12 Novembris 1847 detectam, adeoque septem annis post vulgatum ab illo secundum Historiæ ecclesiasticæ Orderici tomum, qui anno 1840 excusus fuit. Non itaque convenit inter scriptores ubi primum requieverit S. Episcopus. Inter antiquiores plerique, ut dixi, stant pro S. Gervasii sive crypta sive cœmeterio; nec abludunt recentiores, præter R. D. Cochet, virum sane diligentem atque eruditum; cujus sententiam nos longe probabiliorem imo fere certam ducimus.*

in qua postea per aliquot centurias quievit: 28 *Ast utut est de prima* S. Melloni *sepultura, id in confesso apud omnes, corpus ejus per aliquot sæcula asservatum in sæpius dicta S. Gervasii crypta fuisse, ut ex constanti scriptorum hactenus laudatorum aliorumque habetur testimonio.* Ædes S. Gervasii, *inquit Duplessius* (5), olim abbatia, nunc parochialis ecclesia, *exurgit in suburbio* Rothomagensi. Ibi est crypta seu capella subterranea, capiens pedes triginta quinque in longitudine, quindecim in latitudine, sexdecim in altitudine; ad quam descenditur scala lapidea, novemdecim numerante gradus. In illa conditi fuerunt S. Mellonus et Avitianus. (Hanc etiam nonnulli sanctum dixere). Corpora hodie quidem absunt; ast spectantur adhuc est eorum sepulcra, quæ magna habentur in veneratione. *Quæ hic* sepulchra *vocantur rectius dixeris* fornices sublumbatas, *in quibus sandapilæ positæ erant. Refert autem Farinus* (6) *testem adhibens Robertum Cenalem,* mausoleum ejus (S. Melloni) usque hodie (*annum* 1141) ibidem servatum; *quod utique non intelligendum de corpore est, jamdudum, sæculo nempe nono, Pontæsiam translato. Nec Farinus ad amussim concordat cum Duplessio in assignandis longitudine et latitudine* (*prætermittit altitudinem*) *cryptæ; illam scribit capere pedes triginta tres, hanc sexdecim. Ecce tibi accuratam antiquissimæ illius structuræ, prout nunc est, descriptionem :* Monumentum, ab advenis Rothomagum visitantibus ante alia omnia visendum, crypta est S. Gervasii, subjacens choro illius ecclesiæ, ad quam habetur E discensus ope graduum lapideorum viginti octo. Habet crypta in longitudine pedes triginta quinque, in latitudine sexdecim, in altitudine quindecim. In toto circuitu interiori existit sedile lapideum. Ibi tumulati fuere duo ex primis nostris archiepiscopis, S. Mellonus et S. Avitianus, sub duabus fornicibus, quas videre est a dextra et sinistra scalæ qua descenditur ex ecclesia in cryptam. Fornices illæ calce et cœmento obductæ fuerant, turbatis per Gallias ecclesiæ rebus: ast rursus ab anno millesimo septingentesimo vigesimo tertio patefactæ sunt. Sepulcrum S. Melloni reperitur ad sinistram introeuntium. Atque hæc sola sunt in urbe nostra vestigia operis architectonici, ad romanorum ascendentis tempora. Juxta hanc cryptam, a sexdecim jam sæculis extructam, protendebatur via, qua ab antiqua Rothomago iter erat Juliobonam, forte Rothomago antiquiorem. *Ita Theodorus Licquet* (7). *Quæ quam accurate sint dicta, nostris licuit inspicere oculis, cum die 18 Maji 1854 circa horam octavam matutinam in locum illum tanta dignum veneratione descendissemus. In ima parte, e regione portæ, qua patet ingressus, vidi speciem altaris, in qua cernitur statua B. Mariæ virginis. Præterea* F *nihil.*

sæculo IX Pontisaram translatus est, 29 *Auctore Pomerayo* (8) Reliquiæ S. Melloni permanserunt in crypta illa annorum fere 569 spatio, usque ad annum scilicet 880, quo ad castrum Pontisarense translatæ fuerunt. *Quod tamen ad annos spectat adeo exacte notatos, nolim me vadem facere. Viderit Pomerayus, qui nec ipse mentionem de hac translatione facit in Vita seu Elogio Joannis I episcopi Rothomagensis* (9), *nec collectores novæ Galliæ Christianæ* (10), *quem tamen omnes sedisse ferunt ab anno 873 ad annum 888. Præterea cum in confesso apud omnes sit, id factum ob metum Normannorum, et aliunde appareat castrum Pontisarense direptum atque incensum a barbaris illis fuisse anno 883, sequeretur reliquias ibidem haud fuisse loco satis tuto. Quocirca Duplessius alterutrum annum, imo forte utrumque suspicatur erroneum* (11).

AUCTORE B. B.

(1) Historia ecclesiastica, lib. v, tom. II, pag. 356. — (2) Normandie chrétienne, pag. 137. — (3) Histoire des archevêques de Rouen, pag. 44 et 45. — (4) Ordericus Vitalis, ubi supra. — (5) Description de la haute Normandie, par Duplessis, tom. II, pag. 117 et 118. — (6) Normandie chrétienne, pag. 138. — (7) Rouen, précis de son histoire, pag. 94 et 95. Rothomagi 1827. — (8) Histoire des archevêques de Rouen, pag. 45. — (9) Ubi supra, pag. 219-225. — (10) Tom. XI, col. 24. — (11) Description de la haute Normandie, tom. II, pag. 174.

Paucis

AUCTORE B. B. *Paucis abhinc annis typis excusa est nova urbis Pontisarensis Historia* (1), *conscripta a viro satis diligenti. In hac refertur translatio* S. Melloni *ad annum* 884. *Traditur enim ibidem, a Rifero seu Riferone, primo Pontisarensi comite, ad finem sæculi* VIII *posita fuisse monasterii seu abbatiæ fundamenta in loco edito, tunc Mons Belianus appellato, (nunc castrum est* (2)); *Carolum Calvum, anno* 864 *plura concessisse mox dictæ abbatiæ privilegia;* elapsis *vero abhinc* annis vigenti (3) *corpus* S. Melloni *Rothomago, cui imminebant Dani, Pontisaram fuisse allatum, atque creditum monachis montis Beliani; cum tamen paulo post eadem clades urbi Pontisarensi impenderet, sacras reliquias in locum tutiorem festinanter translatas; dein post Danorum seu Normannorum discessum repositas in nova ecclesia, quam juxta castrum munitum exstruxerant simul cum novo monasterio, quod a* S. Mellono *deinceps fuit nuncupatum. Atque hæc quidem haud parum confidenter scribit præfatus auctor; cum tamen vix declaret, quibus nitantur argumentis; malim ego generatim dicere, translationem contigisse sæculo* IX *ad finem vergente, quam ut illam certo cuidam ad-*
B *scribam anno.*

ubi primum abbatia 30 *Nec etiam, ut omnimode firma sunt habenda, quæ idem scriptor de initiis laudatæ abbatiæ tradit, atque de repositis ibidem* S. Melloni *reliquiis. Id quidem certum, fuisse Pontisaræ usque ad finem sæculi* XVIII *ecclesiam collegiatam (olim abbatialem) a* S. Mellono *dictam; quæ, ut est apud Duplessium* (4), *si admittatur origine esse ipso castro recentior, (quod satis probabile), fas erit concludere, ab initio tantum fuisse loci illius sacellum, quod deinde, confluente populo ad sancti Præsulis reliquias, paulatim in ecclesiam excrevit abbatialem ejus nomini dicatam. In Memorialibus nonnullis ejusdem ecclesiæ legitur abbatia fundata ad finem sæculi* VIII. *Quo posito rueret utique hypothesis mox explicata; atque certum efficeretur monasterium fuisse ordinis S. Benedicti. Utrumque, nihil dubitans, tradit supra laudata Pontisarensis historia : scilicet fundatam ad finem sæculi* VIII *et institutum benedictinum* (5). *Ast multum abest, ut tanta hæc antiquitas ei clare vindicetur; imo primum instrumentum, in quo titulus abbatialis inscribitur, ad finem spectat sæculi* XI. *Est scilicet charta Philippi I, regis Francorum, data anno* 1091, *ubi hæc leguntur :* Concedo abbatiam S. Mellonis de Ponte-Isaræ Domino Willelmo Rotomagensi
C archiepiscopo et omnibus suis successoribus, et dono in feodum, ut eam de me et successoribus meis perpetuo teneant (6). *Notat Gallia Christiana, Duplessium, in sua superioris Normanniæ descriptione,* chartam hujus donationis nonnihil elevare tentasse. *Scilicet ex præcitatis verbis, inferendum putat Duplessius extinctum, idque in perpetuum, tunc titulum fuisse abbatialem in gratiam Rothomagensium præsulum. Quod tamen, ut ipse observat, nullatenus concordat cum aliis plurimis documentis certæ fidei. Sic ad annum* 1138 *reperitur Henricus, Ludovici Crassi filius,* abbas S. Mellonis; *item ad annum* 1147, *Philippus, frater præfati Henrici; et sic porro usque ad annum* 1257, *ubi* abbas *erat Henricus, cognomine Pica, ut liquet ex monasterii Necrologio :* Rogerius Pica, miles, pater Henrici, abbatis hujus ecclesiæ; Vincentius Pica, Canonicus S. Melloni, frater Henrici abbatis *etc. Ex his putat Duplessius nutare chartam Philippi, imo dubium* D *esse an ad finem sæculi* XI, *ecclesia S. Melloni abbatiæ titulo gauderet, cum, ad finem ejusdem sæculi, auctor vitæ S. Walteri, primi abbatis S. Martini Pontisarensis, ubi de ecclesia S. Melloni loquitur, abstineat a vocibus :* abbas, abbatia, monasterium; *hæc et similia adhibens verba :* Marcellum presbyterum, Raymundum diaconum ex Pontisarensi castro, *quæ potius collegium aliquod presbyterorum sæcularium indicare videntur.* (7). *Quo ista inter se componantur, dici forte posset, ex charta Philippi, si sincera sit, titulum anno* 1091 *fuisse extinctum, sed paulo post resuscitatum, cum ad annos* 1138 *et* 1147 abbates *S. Melloni reperiantur Henricus et Philippus, Ludovici Crassi filii. Atque hæc summa argumentationis Duplessianæ.*

a S. Mellono *dicta,* 31 *Ast primum charta Philippi non extinguit titulum, sed* concedit in fedium, *seu, ut alii legunt,* in feodum; *deinde non ita raro occurrit, ut is, qui in abbatia, alteri in feudum etiam perpetuum concessa, monachis vel canonicis præerat,* abbatis *nomine diceretur* (8). *Ob similem rationem, nihil admodum inferri potest ex anonymi scriptoris vitæ S. Walteri verbis :* Marcellus presbyter, Raimundus diaconus ex Pontisarensi castro; *secus quid obstaret quominus* E *per antiqua chronica etc., tituli seu chartæ monasteriorum destruantur? Frequenter sane* presbyter, diaconus *ex tali castro, loco etc., de monachis intelliguntur. Neque scriptores novæ galliæ Christianæ adhærent Duplessio.* Translatum, *aiunt* (9), IX, ut fertur, sæculo exeunte, ab urbe Rotomago ad Pontem-Isaræ sancti Mellonis corpus, nomen suum facile cum ecclesia, in qua depositum est, communicavit, quæ ejus in honorem fundata fuit... Abbatiam S. Mellonis ad exaltandam Rotomagensem ecclesiam Wilhelmo archiepiscopo in feudum donavit Philippus I anno 1091... Abbatiæ denique illi seu ecclesiæ regali, variis subinde nominibus præfuere sæculares clerici abbates : anno 1123, Henricus Ludovici VI regis filius; anno 1138, Philippus Henrici frater; anno 1196, Henricus alter, qui una cum Canonicis cessit regi eodem anno, in saltu Henonis-Villæ territorium ad ædificandum pagum, qui primo dictus est Villa-Nova S. Mellonis, deinde Villa-Nova regis; annis 1199, 1200, 1209, iterum Henricus sive idem sive alter cognomine Pica. *Cæterum neminem, excepto Duplessio, reperi, qui chartam Philippi suspectam habeat. Ut sincera laudatur et exhibetur a pluribus apud Brequigny* (10). *Integra* F *recitatur et quidem* ex autographo *in Conciliis Normannicis D. Bessin* (11); *item ab erudito viro Brussel in egregio suo Examine* (12), *quod a Maurinis in nova Glossarii medii ævi editione commendatur, et quo usi illi sunt ad emendanda atque augenda quæ Ducangius habet ad vocem* feudum. *Nec ratio dubitandi a Duplessio allata, satis mihi videtur idonea infirmandæ chartæ illius fidei.*

dein collegiata 32 *Sub Henrico Pica, de quo supra, vel statim post ejus obitum,* abbati *substitutus fuit* Thesaurarius, *cui tandem subrogatus* Decanus *ab Odone II* (*Odo Rigaldus* seu *Rigaldi, Gall.* Eudes Rigaud) *archiepiscopo Rothomagensi, nempe* 13 *Junii* 1266, *ut asseritur in Gallia Christiana* (13) : anno 1266, mense Junio, Thesauriam sancti Mellonis in Decanatum erexit (*Odo*), huncque illi substituit. *In margine remittitur ad* codicem Visitationum *Odonis. Paulo*

(1) Recherches historiques, archéologiques et biographiques sur la ville de Pontoise, par l'abbé Trou. Pontisar. 1840. — (2) Ibid. pag. 17. — (3) Ibid. pag. 18. — (4) Description, etc. tom. II, p. 174.—(5) Recherches, etc. p. 17.— (6) Description, etc. pag. 175. — (7) Ibid. pag. 176.—(8) Vide Glossarium Ducangii, voce : *Abbas.* Item Molanum de Canonicis, lib. II, cap. 5, pag. 136-148. Lovanii 1670. — (9) Gall. Christ. tom. XI, col. 155. — (10) Table chronologique des diplômes et des chartes. Ad an. 1091, tom. II, pag. 242. — (11) Parte posteriori, pag. 222. — (12) Nouvel examen de l'usage général des fiefs en France pendant le XI, XII, XIII et XIV siècle. Paris. 1727. — (13) Tom. XI, col. 70.

ante

A *ante recitatur ex eodem codice :* Eodem anno (1249) IX calend. Octob. sepulturæ tradidit (*Odo*) in choro ecclesiæ Parisiensis, corpus Galterii, ejusdem ecclesiæ episcopi. *Ast hic nascitur mihi scrupulus. Codex ille alius non est a* Regestro Visitationum archiepiscopi Rothomagensis *quod duobus abhinc annis typis primum editum est curante Th. Bonnin* (1). *Inter innumeras, quæ afferri possent, hujus asserti probationes, sufficiat recitasse quæ habentur de funerato Gualtero :* IX kal. Octobris. Bone memorie Galterum, episcopum Parisiensem, tradidimus sepulture, in choro cathedralis ecclesie (2). *Posito autem,* codicem *eumdem esse ac* Regestrum, *non omnino liquidum erit,* Thesauriam S. Mellonis *fuisse in* Decanatum *erectam* 15ª Junii *anno* 1266, *cum id minime efficiatur ex Regestro : nec enim ibidem legitur Odo Pontisaræ fuisse mense* Junio *anni illius; bene vero* VI *kal. Martii* (*id est* 24 *Februarii*) : Videlicet in festo beati Mathie apostoli, celebravimus magnam missam in ecclesia sancti Melloni *etc.* (3). *Proxime autem præcedenti mense Junio* (*qui in Regestro quidem adscribitur eidem anno* 1266, *cum hujus revolutio sumatur a Paschate ad Pascha; nostro itaque computandi more spectat ad an.* 1265 :

B *inchoatur enim Regestrum mense Julio an.* 1248) *degebat Odo Parisiis* propter Pallamentum *usque ad diem* XIII kal. Julii (*id est* 16 *Junii*) *quo notat se fuisse* apud sanctum Martinum juxta Pontisaram (4). *Altero vero mense Junio, sequenti scilicet præfatum* festum S. Mathie (*quem Regestrum annectit an.* 1267; *nostro autem more adscribendum anno* 1266) *notatur :* VI Id. Junii (*id est die* 8) : Apud sanctum Martinum juxta Pontisaram (5). *Ex utroque autem loco apparet Odonem Pontisaræ tum vix substitisse, cum et pridie et postridie alibi notetur fuisse. Stando itaque verbis Regestri, non liquet Thesauriam in Decanatum erectam* 15ª Junii, *imo nec ipso mense* Junio.

a sæc. XIII, 33 *Certum tamen est id jam obtinuisse festo S. Mathiæ anno* 1266, *ut clare efficitur ex verbis sequentibus :* Invenimus ibi unicum canonicum residentem, videlicet dominum Johannem de Fenins, rectorem domus Dei ejusdem loci; DECANUS aberat (6). *Anno Regestri* 1268 *legitur :* XII kal. Junii (*id est* 21 *Maji*). Per Dei gratiam accessimus ad ecclesiam sancti Melloni, et in quadam domo prope ecclesiam qua canonici utuntur loco capituli, a nobis proposito verbo Dei, visitationis officium

C exercuimus, Domino adjuvante. Ibi invenimus DECANUM et duos canonicos residentes *etc.* (7). *Anno autem Regestri* 1265 *habitur :* Invenimus ibi tres canonicos residentes; videlicet THESAURARIUM, dominos Lucam et Petrum de Bosco Coumin. *etc.* (8). *Quidquid vero sit, constat Reliquias* S. Melloni, *cadente sæculo nono, translatas Rothomago Pontisaram, ibique deinceps exstitisse ecclesiam ejus nomini dicatam, abbatialem quondam, incertum tamen ab initio cujus regulæ, probabiliter S. Benedicti; deinde canonicorum regularium* (9), *si cum Duplessio dicamus, titulum abbatialem per chartam Philippi extinctum ad tempus fuisse. Circa annum* 1257 *collegiata facta est, et quidem præsidente Thesaurario; donec tandem circiter anno* 1266 Thesauria in Decanatum erecta est *sub Odone Rigaldo. In Historia Pontisarensi* (10) *legitur Philippus rex, cognomento Pulcher,* anno 1286, ædificasse intra Castri limites magnam ecclesiam, *quæ locum teneret antiquæ ecclesiæ* S. Melloni, cujus monachi sæcularisati fuerant initio sæculi XIII, Abbatique subrogatus Thesaurarius, et huic deinde paulo post Decanus : *nec enim ullus ibidem distincte notatur annus. Porro ecclesia illa nova* tribus constabat fornicibus, majori nempe et duabus lateralibus minoris altitudinis. Sacristia a sinistris stabat; turris seu campanile a dextris, in qua subinde appensæ fuere campanæ quatuor justæ magnitudinis. Absoluto ædificio curavit Philippus rex corpus S. Melloni eo, ex abbatia transferri; volens præterea ut Collegiata foret atque a S. Mellono diceretur, qui et deinceps præcipuus Pontisarensium coleretur patronus. Denique ex monachis sæcularisatis constitutum fuit capitulum, novem constans canonicis et Decano. Numerus tamen hic non sibi perpetuo constitit, *quod ultimum etiam efficitur ex Regestro Rigaldi.* AUCTORE B. B.

34 *Atque res eodem permansit statu usque ad finem sæculi* XVIII, *ubi vix non omnia in Galliis monasteria et collegiatæ, impio sæviente turbine, vel destructa vel suppressa fuere. Ita solo æquata* S. Melloni *ecclesia est, ut nec accurate designari possit locus in quo exurgebat. Extat adhuc pars ædium, quas incolebat decanus. Quæ cum parum abessent a collegiata, pronum est autumare hujus* E *aliqua saltem fundamenta fore detegenda, si ibidem terra foderetur. Cæterum Pons Isaræ seu Pontæsia hodie spectat ad diœcesim Versaliensem, duasque habet parochias : alteram primariam S. Maclovii* (*St Maclou*); *divæ Virginis alteram* (11). *hodie diruta.*

§ III. De Reliquiis S. Melloni, festiva memoria et cultu variis in locis.

De S. Melloni *corpore*

Quod vero ad corpus S. Melloni *attinet, præter constantem nec umquam interruptam de ejus in castro Pontisarensi asservatione traditionem, pauca hæc tantum reperio. Notat Odo Rigaldus* (12) *ad diem* V *kal. Septembris anno* 1258, *nostro computandi more* 1259 : Capse, in quibus dicuntur requiescere corpora quorumdam Sanctorum, et sancti Melloni, adeo putrefacte erant et vetustate consumpte, quod vix poterant manu contingi; precepimus hoc emendari. *Quod tamen præceptum non* F *ita celeriter excutioni datum fuit, annuente vel saltem tacente Odone, cum hac de re in Regestro* (*quod desinit anno* 1269 *vel* 1270) *nulla amplius occurrat mentio. Ast successor Odonis, Guillielmus de Flavacuria, electus mense Septembri anno* 1275, *legitur id tandem perfecisse anno* 1296 : Die festo sanctorum Petri et Pauli, una cum Hugone episcopo Bethleemitano transtulit Pontisaræ in novam capsam corpus sancti Mellonis. *Ita Gallia Christiana* (13). *Consonat Pomerayus, qui Hugonem dicit fuisse vicarium generalem Guillielmi* (14). *Cæterum tam Rothomagi quam Pontæsiæ, plures viri ecclesiastici, eruditione sacra haud parum spectabiles, mihi, cum in his locis degerem, asseruerunt nullas exstare litteras seu instrumenta, quæ ad hujusmodi translationes sive reserationes aliquo modo pertineant. Denique circa annum* 1793, *D. Chouquet, tunc temporis jam parochus S. Maclovii Pontisaræ* (*obiit ibidem an.* 1828) *colligendas curavit in presbyterio suo magnam Reli-*

(1) Rothomagi 1852. — (2) Regestrum Visitationum, pag. 51. — (3) Ibid. pag. 570. — (4) Ibid. pag. 546. — (5) Ibid. pag. 580. — (6) Ibid. pag. 570. — (7) Ibid. pag. 605. — (8) Ibid. pag. 555. — (9) Description de la haute Normandie, tom. II, pag. 176 et de France, pag. 656, 1854. — (12) Regestrum Visitationum, 177. — (10) Recherches, pag. 81. — (11) Almanach du clergé pag. 656. Edit. 1854. — (12) Regestrum, pag. 315. — (13) Tom. XI, col. 74. — (14) Histoire des archévêques de Rouen, pag. 488.

quiarum

AUCTORE B. B. *quiarum vim, per varias tum abbatias tum ædes sacras eo loci distributarum. Ast, invalescente turbine, tutius duxit illas deponi in communi cæmiterio; quod et factum ejus jussu a sacrista seu bidello, et quidem ita ut deinceps dignosci non potuerit locus, in quo repositæ fuerant. Postea cœmiterium illud alio translatum, ossa vero promiscue collecta decenter in novo cœmiterio terræ mandata. Hæc mihi vix non ad verbum retulit supra laudatus scriptor historiæ Pontisarensis, R. D. Trou, qui pie in Domino defunctus est mense Novembri hujus anni* 1857 (1).

et reliquiis particlibus; 56 *Extat apud R. D. Driou, parochum S. Maclovii Pontisarensis, in tabula marginata particula ex ossibus* S. Melloni; *ita saltem fert inscriptio. Desunt litteræ authentiæ testes. Videtur hæc particula, exigua valde, fuisse distracta ab alia, quæ servabatur apud moniales Carmelitas præfatæ urbis. Vaga tamen admodum sunt quæ hac de re audivi. In eadem tabula videre est alias reliquias duas, ejusdem fere magnitudinis; S. Rustici alteras, alteras S. Dionysii areopagitæ. In primaria vero ecclesia S. Maclovii rursus particula* S. Melloni *paulo major priori reperitur in theca, quam vidi superpositam altari SS. Trinitatis, aliasque multas Sanctorum similes* B *continentem reliquias. Ast hic rursus desiderantur litteræ authenticæ, imo et qualescumque. Notemus tamen generatim, defectum litterarum favere nonnumquam authentiæ reliquiarum, nempe quando tantæ est antiquitatis theca, ut ejus ætas Tridentinum præcesserit. Cæterum thecæ hujusmodi plures per varia altaria dispertitæ in eadem ecclesia reperiuntur. R. D. Cochet* (2) *duarum meminit thecarum, quæ habentur Hericuriæ in ecclesia parochiali; altera S. Dionysii,* S. Melloni *altera; additque :* dicitur hanc multas alias continere reliquias; *quod per se indicaret saltem aliquid de corpore* S. Melloni *in illa includi. Præ manibus habeo epistolam a R. D. Anias, parocho illius loci, datam* 27 *Aprilis anni* 1854; *ex qua hæc in rem nostram adscribo :* Altera duarum thecarum (de quibus amicus noster Cochet) a S. Mellono nuncupatur, atque singulis annis per modum publicæ supplicationis defertur ad fontem, in quo creditur S. Præsul baptismo donasse primos, quos Christo lucrifecerat, fideles. Fertur præterea capsa illa continere quasdam beati Viri reliquias. Ab immemorabili exponitur fidelium venerationi. Forma externa seu moles satis ampla reliquiarum, linteamine involu- C tarum, indicare videtur haud parvam copiam. Desunt authenticæ. Senex quidam asserit, olim se vidisse thecam apertam, præsente parocho, *in eaque* haberi scriptum aliquod. *Optandum ut aperiatur capsa; ita demum sciretur quid contineat.*

Item de festiva memoria. 57 *Restat ut aliquid dicamus de festiva* S. Melloni *memoria. Scribit Pomerayus* (3) *illius celebritatem multum fuisse Rothomagi imminutam, ex quo solemnius agi cœpit festum SS. Romani et Audoëni, successorum ejus episcoporum, ut efficitur ex antiquis ecclesiæ cathedralis breviariis, ubi officium istorum habetur omnino proprium et quidem cum octava, dum in die* S. Melloni, *omnia dicuntur de communi præter lectiones; similiter ad Benedictionem fontium in vigilia Paschatis, SS. Romanus et Audoënus invocantur in prioribus Litaniis, noster vero sanctus Præsul in posterioribus tantum.* Ast, *subdit laudatus scriptor,* ante annos circiter trecentos (*id est post medium sæculum* XIV) Guido Rabascher, canonicus capituli Rothomagensis, Deo inspirante, atque sua in S. Mellonum motus devotione, piam fecit in hujus honorem fundationem in ordine D festorum triplicium, seu tertiæ classis; compositoque hymno proprio (cujus finis seu postrema pars jam non reperitur in nova breviarii editione), curavit officium celebrari cum organo, luminaribus, revelatis quoque tabulis argenteis, quæ tunc temporis adhærebant altari, atque adhibito campanarum tam majorum quam minorum pulsu. Addit præterea viginti asses Turonenses (*libram Francicam*) dandos singulis capellanis seu Choristis, qui memoria tenerent præfatum hymnum sicut et novam S. Melloni vitam. *Hactenus Pomerayus, cujus verba ex gallico latina fecimus. Concordat Farinus* (4), *diserte asserens officium ab ipso canonico Guidone compositum, quod non ita clare ex textu Pomerayano efficitur. Vix dubitem quin hoc illud sit officium, quod habetur in breviario ms. bibliothecæ RR. DD. archiepiscopi Rothomagensis. Tempora quidem apprime concordant, ut apparet ex nota recentiori manu exarata atque præfato breviario præfixa, quam hic appono, prout illam descripsi in ipsa bibliotheca. Est autem hujusmodi :* hoc Breviarum Rothomagense scriptum est post an. 1518, quo institutum fuit festum Eucharistiæ; et ante annum 1582, quo Urbanus P. festum Visitationis E B. Mariæ instituit, quod hoc in calendario non reperitur. *Porro typis Martini Morini anno* 1491 *prodiit Rothomagi in lucem illud ipsum breviarium, quibusdam immutatis. Editio hæc, ut ex adscripto anno satis efficitur, ad prima artis typographicæ tempora ascendit et valde rara est* (5). *Exemplar habetur Rothomagi in bibliotheca archiepiscopatus, et alterum in bibliotheca publica estque formæ, ut aiunt, in-folio præstantisque operis.*

Rothomagi quondam propriis Officio

58 *Officium* S. Melloni *hic subjicimus, prout in breviario impresso legitur. Vix differt a manuscripto. Hinc inde paulo aliter secantur lectiones. Sic porro habet :*

(Vesperæ

59 Sequitur sancti Melloni archiepiscopi Rothomagensis festum triplex. AD VESP. *Ant.* Gaude Syon exultans, iubila tui colens patris solennia, verbo cuius fugat lux nubila. Fides crescit, cedunt demonia. Psalmi de die. *Ant.* Vita cuius in tantum claruit virtutibus necnon miraculis : ut et cecis lumen restituit, claudis gressum, fidem incredulis. *Ant.* Parentibus clarius progenitus Christi præsul, sed infidelibus fide clarius fulsit divinitus velut stella relucens gentibus. *Ant.* Salvatoris igitur gratia baptizatus et in Normannia F primas factus, fugat demonia, cedunt morbi, crescit ecclesia. *Ant.* O Mellone, pastor egregie. plebis tutor, scutum ecclesie, nos astantes tue memorie duc ad vitam celestis patrie. *Capitulum :* Ecce sacerdos magnus. ℟ Mellone, presul inclite, precum effunde munera pro te precanti populo. Per te vite preterite mala vitantes prospera sequamur in hoc seculo. ℣ Ut te, virtute comite, soluto carnis vinculo recto sequentes tramite, celi fruamur epulo. Per te vite preterite mala vitantes prospera sequamur in hoc seculo. Gloria patri.

Hymnus

40 HYMNUM vocis personemus
Cum cordis concordia;
Corda nostra conformemus
Cum vocis armonia;
Ne psallendo discordemus
Tendentes in varia.

Ut Melloni corde mundo
Colamus solennia,

(1) L'Ami de la Religion. — (2) Les églises de l'arrondissement d'Yvetot, tom. II, pag. 115. — (3) Hist. des archev. pag. 45. — (4) Normandie chrétienne, pag. 140. — (5) Vide Fabricium : Bibliotheca latina, tom. I, pag. 274 et seqq. Patavii 1754.

Ut

A Quem elegit ex hoc mundo
Dei prouidentia,
Ut hunc mundi de profundo
Transferret ad gaudia.

Baptizatus, ordinatus
A summo pontifice;
Ab angelo presulatus
Honorem mirifice
Recipiens, Primas datus
Est genti normannice.

Rothomagi constitutus
Presul Christum predicat;
Fulget signis : fatur mutus,
Lux in cecis emicat;
Christum vitam * assecutus, * vita?
Defunctus glorificat.

Claudi surgunt, et curatur
Quelibet infirmitas;
Eius verbo religatur
Demonis improbitas;
Plebs in fide baptizatur,
Cedit infidelitas.

B Ferro cinctus singulari,
Pastus est cum fluvio
Pane; celi confortari
Promeruit nuncio,
Et a Christo coronari
In celi palatio.

O Mellone, doctor bone,
Concivis angelice,
Destitutos in agone
Mundi clemens aspice,
Et celestis nos corone
Participes effice.

Laus et honor sit Gignenti
Persone cum Filio
Ab utroque Procedenti
Laus et inbilatio
Sine fine permanenti
Et absq. principio. Amen.

℣ Ora pro nobis etc. *Ant.* O Mellone iubar ethereum, pie pastor, plebis presidium; roga Iesum qui tam ydoneum te prefecit in sacerdotium, ut nos per te sanctorum cuneum consequamur, post hoc exilium. ***Psalmus :*** * Magnificat. *Canticum :*
C ***Oratio :*** Concede. De coi. Nulla memoria, nisi sabbatum vel tempus proce fuerit.

Matutinum 41 Ad matitunum. ***Invitatorium :*** Corde mundo letabundo Christo demus preconia. Cuius dono sunt Mellono collata celi gaudia. ***Psalmus :*** Venite.

Hymnus. Exultemus venerantes
Melloni solennia,
Mundo cordi concordantes
Linguam, dentes labia,
Ne per partes discrepantes
Fiat discordantia.

Lingua cordi non discordet
Ut fiat armonia;
Cedat culpa que corsordet
Et oris obsequia;
Et sit munda que remordet
Culpam conscientia,

Ut possimus sic Mellonum,
Mundo corde colere,
Qui tam summum Dei donum
Meruit accipere,
Ut hunc vellet in patronum
Normannis eligere.

Illos ergo predicando
Rectam fidem docuit,
Atque signis choruscando
Cecis lumen tribuit,
Claudis gressum, suscitando
Quos iam mors occubuit.

Extirpato Roth idolo,
Fides est in lumine;
Ferro cinctus pane solo
Pascitur et flumine;
Post hec iunctus est in polo
Cum sanctorum agmine.

Ipsum ergo deprecemur
Cordis desyderio;
Ut ipsius relevemur
Precibus a vicio,
Et cum ipso colletemur
In celesti gaudio. Amen.

AUCTORE B. B.

42 In I nocturno. Beatus vir Mellonus pontifex non infima natus ex sobole, preelectus a deo famulus, civis fuit urbis Cardiole. *Ps.* Beatus vir. *Ant.* Qui, tributo romano principi persoluto, missus ad propria, verbo credens beati Stephani pape cessit ab ydolatria. *Ps.* Quare fremuerunt. *Ant.* Tandem E armis instructus fidei, sublimatus ad sacerdotium, in amore regis syderei flagrans omne vitat contagium. *Ps.* Domine quid. ℣ Amauit. Lectio i. Beatus Mellonus de maiori Britannia, civis Cardiole urbis, parentibus non infimis extitit oriundus. Cumque tunc temporis mos esset omnium provinciarum Romam mittere obsides, qui patrie sue ferrent tributum et imperatoribus servirent : hic illuc cum aliis suis coetaneis missus fuit. Romam vero venientes et reddito tributo, ducti ad templum Martis adoraverunt et sacrificaverunt. Tu autem. ℟ Hec est dies digna preconio, qua relicto carnis exilio. Christi presul Christo cum gaudio iam fruitur sine fastidio. ℣ Iam sanctorum iunctus collegio sui cursus completo stadio. Christi. Lectio ii. Impiissimus autem Valerianus tunc imperator omnes christianos variis interficiebat tormentis. Quadam vero die per civitatem vagantes invenerunt papam Stephanum paucis christianis in loco quodam predicantem. Socii igitur sui pro nichilo et ipsum fabulatorem reputantes, recesserunt. Mellonus vero stetit, diligenter audiens que dicebantur. Cessante denique episcopo loqui, cum aliis ad benedictionem se inclinans, recedente F populo solus remansit cum papa. ℟ Dum missarum semel solennia celebraret, quidam apparuit angelus in altaris alia parte, sibique virgam tribuit pastoralem. Quem Dei gratia Rothomagi primatem statuit. ℣ O presulem dignum memoria vita cuius in tantum claruit. Quem Dei. Lectio iii. Cuius igitur patriam et genus cognoscens papa Stephanus, unum illi Deum esse adorandum, simulacra autem vana nullum posse iuvare docuit. Credensque et baptizatus ab ipso omnia sua pauperibus erogavit. Presbyter autem ordinatus trecenties flectebat genua in oratione nocte et die. Deinde dum Deo offerret sacrificium, vidit cum beato Stephano angelum Dei stantem a dextris altaris. Tu autem. ℟ Adolescens quidam Precordius domum scandens, ut sancti Presulis exaudiret vocem liberius predicantis pacem in populis. Qui collapsus ruit inferius aliorum impulsus stimulis. ℣ Hunc defunctum Pastor egregius suscitavit a mortis vinculis. Qui. Gloria.

43 In II nocт. *Ant.* Quidam a se pedem diviserat II *Nocturn.* cum bipenni Lupillus nomine, quem Melloni prece recuperat, credens plebis cum multitudine.

Psalmus :

AUCTORE B. B.

Psalmus : Cum inuocarem. *Ant.* Veronica orba luminibus lachrymando pro viro mortuo provoluta Melloni pedibus, cum Lupillo sana fit denuo. *Ps.* Verba. *Ant.* Rothomagum volenti pergere apparuit sathanas Famulo Dei minans, ni inflectere vellet iter ab illo poplo : quem devictum fecit discedere Christi Seruus crucis signaculo. *Ps.* Domine Deus noster. ℣ Iustum deduxit. LECT. IV. Perfectis itaque missarum solenniis, angelus virgam tenens pastoralem eam sancto Mellono tradidit, dicens : Accipe et vade in ciuitatem, que dicitur Rothomagum, que est in partibus Neustrie. Tibi enim paratus est locus ille ad plantandum vineam Christo. Quam Mellonus accipiens gratias egit Deo, dicens : Deus meus et Dominus meus quocumque iusseris, ibo. Ad jussum igitur pontificis, benedictione accepta, venit Antisiodorum. ℟ Erat quidam plenus demonio qui Mellono occurrens obvius. Mediante crucis auxilio sanitati datur celerius. ℣ Baptizari poscit cum gaudio Basuinus videnque filium. Mediante. LECTIO V. In eodem loco quemdam hominem bipenni sectum ad Christum convertit et vulneratum sanavit. Hic enim bipenni pedem per medium secuerat. Veronica etiam, que
B flendo mortem viri sui, amiserat oculos, ab ipso illuminata, cum duobus filiis eius credens baptizata est, et cum eis Lupillus qui (ut predictum est) a cesura pedis sanatus fuerat. Qui etiam postea pro Christi nomine martyrii palmam adeptus est. ℟ Dum Quirinus contractus genibus sic fugatum vidit demonium, provolutus Melloni pedibus implorabat eius auxilium. Qui Melloni sanatus precibus incolumis adit hospitium. ℣ Ille spretis deorum cultibus confitetur Marie Flium. Qui. LECTIO VI. Rothomagum igitur veniens, ubi ipse primus nomen Christi predicauit, in introitu porte demoniacum puerum filium Basuini, in ciuitate prepotentis, obvium habuit. Quem cum curatum et quietum reddidisset, ipse cum patre suo et fere ducentis (exceptis mulieribus et parvulis) baptizatus est. Quin etiam Quirinus quatuordecim annis corpus habens contractum, ab ipso sanatus est. Tu autem. ℟ Annis octo quidam officium amiserat membrorum omnium. Qui Melloni poscens auxilium, sanitatis sumpsit remedium. ℣ Letus Dei collaudans Filium, properavit ad baptisterium. Qui Melloni. Gloria.

III *Nocturn.* 44 IN III NOCT. *Ant.* Dum in nocte natalis Domini
C celebraret pastor egregius, super caput eius enituit iubar quoddam sole lucidius. *Ps.* Domine quis habitabit. *Ant.* Christi presul trecentis vicibus die noctuque flectens genua insistebat orationibus, charitate fervens continua. *Ps.* Domine in virtute. *Ant.* Quadam die panem pauperibus prebens manum cuiusdam aridam suis tangens Mellonus manibus Dei nutu reddidit validam. *Ps.* Domini est terra. ℣ Iustus ut palma. LECTIO VII. Homo quidam nobilis. ℟ Macerabat corpus ieiuniis genu flexo trecentis vicibus, per diem et noctem vigiliis insistens et orationibus. ℣ Sic divinis vacans officiis carnem domat multis laboribus. ℣ Fatigatus, paucis cibariis utebatur, contentus talibus. Sic divinis. LECTIO VIII. Isuardus quidam nomine, valde dives qui ante annos circiter octo paraliticus effectus, lingue et omnium membrorum usum amiserat, sanus factus, cum domo sua et plebis multitudine credidit. Quodam vero die cum (beato Mellono docente populum) adolescens nomine Precordius (ut commodius intelligeret que dicebantur) super tectum domus excelsioris ascendisset, dormiens, ab aliis impulsus corruit, et fractis cervice et membris expiravit. Qui ab Epyscopo lachrymis patris moto suscitatus, baptizatus et presbyter D ordinatus, multa hominum millia ad fidem convertit. ℟ Dum Mellonus iam fessus senio vigilaret orans pro gentibus, confortari celesti nuncio meruit, hunc affante talibus. O Mellone, iam tua talio parata est cum celi civibus. ℣ In stadio certans pro bravio subiecisti mundum sub pedibus. O Mellone. LECTIO IX. Igitur his atque innumeris aliis prefulgens miraculis beatus Mellonus, senex effectus, omnibus bene dispositis, voluit specialius contemplationi insistere. Perrexit itaque ad quemdam locum fere ab urbe Rothomagensi viginti millibus sepositum, inter partem occidentalem et septentrionalem, amenitate fontis et fluvii iocundissimum. Ubi cum aliquamdiu vigiliis vacans moram fecisset, ab angelis confortatus, beatam Deo animam reddidit premiis ditandam celestibus. Tu autem. ℟ Per ipsius suffragia multis confertur gratia. Cecus videns efficitur, surdis auditus redditur et debilis quisque sospes regreditur. ℣ Alternatim ruunt languidi, consequi cupientes que per eum dantur beneficia. Surdis auditus. Gloria.

45 PROSA. Sospitati dat Mellonus *Prosa.*
Dolores languentium; E
Doctor bonus et patronus
Fit Rothomagensium.
Relevauit a defunctis
Defunctum Precordium;
Cecis, mutis, egris cunctis
Impendens auxilium.
Fidem firmat, et infirmat
Errores gentilium.
Sic expleta vite metha,
Migravit ad gaudium.
Ergo laudes dent Mellono
Voces iubilantium;
Nam qui corde poscit bono
Eius patrocinium,
Sospes regreditur.

Psalmus : Te Deum. ℣ Iustum deduxit.

46 IN LAUDIBUS. *Ant.* Sanctus Dei Presul innumeris *Laudes)*
choruscabat mundo miraculis; victum domat auctorem sceleris, ecclesiam fundat in populis. *Ps.* Dominus regn. *Ant.* Eius erat cibus de ordeo panis factus iunctus oleribus, aqua potus, cingulo ferreo stringebatur caro sub vestibus. *Ps.* Iubilate. *Ant.* Morabatur hic solo corpore, iungebatur mens F
celi civibus; quod docebat complebat opere, suos actus ornans virtutibus. *Ps.* Deus Deus. *Ant.* Confirmabat corda fidelium veritatis verbo, radicitus extirpando legem gentilium, fidem rectam inserens celitus. *Ps.* Benedicite. *Ant.* Egri morbi cuiusque generis postulabant eius suffragia, in tantum ut felix pre ceteris tunc fieret illa provincia. *Ps.* Laudate. CAPITULUM : Ecce sacerdos magnus. HYMNUS : Hymnum vocis. ℣ Justus germinabit. *Ant.* Archipresul Mellonus, nimio pre labore fessus et senio, viam carnis secans, exilio mundi spreto, iam contubernio confessorum iunctus pro premio Christum videt in celi gaudio. *Ps.* Benedictus. Ant. ter dicitur. ORATIO III. Immensam pietatis tue clementiam, quesumus, diuina Maiestas, ut qui annuam beati Melloni confessoris tui atque pontificis celebramus solennitatem, eius obtinentibus meritis, perveniamus ad gaudia repromissa. Per Dominum. —Nulla memoria nisi ut supra. Ad horas. Antiphonæ de Laudibus. Cetera de comm̄i unius confessoris cum oratione propria.

47 *In Missali,* ad usum ecclesiæ metropolitanæ *et Missa*
Rothomagensis, eodem anno, quo supra laudatum breviarium, sed Parisiis excuso per Johannem de Prato,

A Prato, *quod in eadem reperitur bibliotheca, ita habetur ad diem* 22 *Octobris :* Sancti Melloni archiepiscopi Rothomagensis et confessoris. Festum triplex. *Ad Missam.* Offic. Statuit. Gloria in excelsis. Oratio : Immensam pietatis tuæ clementiam quesumus divina Maiestas (*ut supra num.* 46). Nulla memoria nisi sabbatum sit. *Epistola :* Ecce sacerdos magnus qui in vita. *Graduale :* Domine prevenisti. Alleluia. ℣ O consolator pauperum Mellone, tuis precibus auge virtutum numerum in te precantium cordibus, que tota labe criminum et immundis spiritibus prece eripuisti.

(*Sequentia* 48 Sequentia :

Hac in die gaudeamus
Et Melloni recolamus
Virtutes et premia.

Missus puer Romam vadit,
Et que secum portat tradit
Tributa pro patria.

Monitis Stephani credit,
Baptizatur et obedit
Mandatis ecclesie.

B Hinc sacerdos ordinatur,
Dat se Deo; census datur
Pauperum inopie.

Inde nullum habet stratum,
Vigiliis fatigatum
Sola sedes reficit.

Quaque die naturali
Genu vice trecennali
Flectere non deficit.

Aqua potum sitienti,
Cibum dat esurienti
Olus panis ordei.

Ferrum nudam carnem stringit,
Caro tumens fere cingit
Corpus cicli ferrei.

Stans angelus ad altare
Mittit eum predicare
Rodomico populo.

Paret Vir sanctus precepto,
Ab eo prius accepto
Pastorali baculo.

C Iter agens pedem cesum,
Cecum et quemcumque lesum
Sanat Christi nomine.

A demonio vexatum
Et confractum morti datum
Dat saluti pristine.

Manum sanat arescentem,
Morsum curat et serpentem
Sese cogit perdere.

Visa luce singulari,
Signat eum in altari
Manus Dei dextere.

Apri dente vulnerati
Signo crucis sanitati
Restituit viscera.

Carnis penas non infringit,
Fini fortiter attingit
Spe firma, fide vera.

Victor sui mundum vicit
Mundique victor evicit
Sibi regnum glorie,

Quo nos tecum det regnare
Tua prece, Pater care,
Iesus dator venie. Amen.

auctore B. B.

49 *Euang.* Homo quidam nobilis. Credo. *Offert.* Posuisti. *Secreta.* Hostiam quesumus, Domine, quam nomini tuo sacrandam offerimus, sancti confessoris tui atque pontificis Melloni prosequatur oratio, per quam nos et expiari facias et defendi. Per. *Communio.* Beatus servus. *Postcommunio.* Prestent nobis, quesumus, Domine, tua sancta que sumpsimus mysteria presidium, quo intervenientibus beati Melloni confessoris tui atque pontificis meritis ab omnibus nos absolvas peccatis. Per. *Evangelium, etc.)*

50 *Utrumque, Officium nempe et Missa, notatur* ritus triplicis. *Scilicet, prout legitur in breviario Rothomagensi ubi de Rubricis generalibus,* officium est vel Feriale vel Festivum. Feriale distinguitur in Minus et Majus. Festivum vel Simplex est vel Semiduplex; vel Duplex minus aut majus; vel Triplex II aut I Classis; vel tandem Solemne. Præterea *inter Duplex minus* et *majus* suum locum tenet officium de Dominica. *Festa porro* triplicia I *classis tres habent Nocturnos;* II *classis unum. In utroque* triplicantur *antiphonæ ad* Magnificat *et* Benedictus. *Primum dicuntur ante* Canticum; *rursus ante* Gloria E Patri, *tertio post* Gloria Patri; *quod quidem asserunt particulare esse diœcesi Rothomagensi. Notat Glossarium Ducangii* (1) : Quod etiamnum fit in diœcesi Parisiensi in solemnioribus illis antiphonis quæ Natalem Christi præcedunt. *ritu triplici,*

51 Colebatur, *inquit Gallia Christiana* (2), sanctissimus Præsul X Calendas Novembris (*id est* 23 *Octobris*), ante recusum recens ecclesiæ Rothomagensis breviarium; nunc vero colitur Dominica prima Octobris, una cum decessore suo sancto Nicasio. *Utrumque falsum : colebatur olim* 22 *Octobris; nunc Dominica* secunda *Octobris; ut evidenter elucet ex breviariis illius ecclesiæ sive antiquis sive recentioribus. Ita in breviario anni* 1491 *sicut et in manuscripto, de quibus supra; ita in Missali ms. sæculi* XIII (*prout notatur in catalogo publicæ bibliothecæ Rothomagensis*) *folio verso* 301, *legitur ad diem* 22 *Octobris :* In festo S. Melloni Archiepiscopi et confessoris. Omnia de coi unius Confessoris. *Ita in subsecutis ejusdem ecclesiæ breviariis sub Carolo Borbonio cardinali anno* 1579, *sub utroque Harlæo, Francisco nempe* II *et* III, *annis* 1617, 1628, *et* 1662, *denique sub Francisco* IV (*Rouxel de Medavy*) *anno* 1675. *Ast sub archiepiscopo Tressano* (*de la Vergne de Tressan*) *novum introductum est breviarium, excusum anno* 1728. *Exin usque ad nostram ætatem celebrari cœpit festum* S. Melloni *dominica* II *Octobris, sequenti notatum modo :* Dominica secunda Octobris : Festivitas SS. Nicasii, Neustriæ apostoli, et sociorum martyrum, ac Melloni; qui ecclesiam Rothomagensem fundarunt: Triplex primæ classis. *In breviariis Ebroicensi anno* 1757 *et Versaliensi anno* 1828, XXII *Octobris indicatur festum* S. Melloni, *et quidem in priori sub ritu Semiduplici; in posteriori sub ritu Simplici; in utroque habetur Lectio* II S. Melloni. *Testatur Pomerajus* (3) *Parisiis* fieri officium S. Melloni idque esse novem lectionum. *Et re quidem vera est mihi præ manibus breviarium illius ecclesiæ, editum anno* 1585, *ubi ad diem* 22 *Octobris legitur :* de S. Mellono, episcopo et confessore. In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente. In secundo Nocturno, ex Gestis lectio IV et V. Lectio sexta : *Bene et congrue.* in Communi. In tertio Nocturno Lectiones ex homilia beati Gregorii in Evangelium : *Homo qui-* F *die* 22 *Octobris.*

(1) Voce *Festum* seu *Festivitas triplex.* — (2) Tom. XI col. 6. — (3) Histoire des archevêques de Rouen, pag. 45.

AUCTORE B. B.

dam peregre proficiscens. Oratio de Communi. *In altero breviario ejusdem ecclesiæ, anni* 1756, *ad eumdem diem* 22 *Octobris notatur officium Simplex et tertia Lectio de* S. Mellono; *concordat breviarium anni* 1822, *nisi quod secunda Lectio sit de* S. Mellono. *Olim Pontæsiæ eodem die celebrabatur festum, nunc vero id tantum obtinet cum dies* 22 *Octobris incidat in Dominicam. Est enim regula, post Concordatum anni* 1801, *in Galliis generalis, ut festa Patronorum habeantur Dominica sequenti, nisi hæc concurrat cum eorum die. Quod etiam servatur pro patronis collegiatarum antiquarum, licet nunc destructarum. Unde festum* S. Melloni *Pontæsiæ celebratur dicto die vel dominica proxime insequenti, et quidem sub ritu Solemni minori.*

Cultus Rothomagi

52 *Ex dictis patet cultum* S. Melloni *quondam haud parum celebrem fuisse Pontisaræ, imo et Rothomagi, quamvis lapsu temporis multum in posteriori urbe deciderit. Nostra autem ætate vix in populo colitur ibidem S. Pontifex, nisi in ecclesia S. Gervasii, ubi secundarius est patronus et in ejus honorem peculiaris quædam canitur Prosa. Insuper satis notabilis habetur populi concursus, die secunda Rogationum, qua confertim descendunt in Cryptam præfatæ* B *ecclesiæ, ut, pueris præcipue, per intercessionem* S. Melloni, *vigorem obtineant membrorum. Sic etiam per anni decursum afferuntur infantes puerique debiles, super quos in Crypta recitatur Evangelium ex Missa S. Præsulis. His exceptis, in urbe Rothomagensi ejus memoria fere obliterata est. Reliquiæ, si quæ sint, perinde ac si nullæ essent, delitescunt. Sane optandum foret ut sanctus Neustriæ Apostolus a fidelibus et melius nosceretur et diligentius coleretur. Aliquid amplius occurrit in Hericuria, quæ Normanica et Capetiana ætate* Vicus S. Melloni *vocabatur, ut tradit R. D. Cochet, et adhuc vulgo* St-Mellon *dicitur* (1). *Num.* 22 *retuli quæ ibidem vestigia perhibeantur indicare sanctum Virum eo loci moratum.*

et aliis in locis.

53 *Quod ad præsentem cultum attinet, hæc R. D. Anias, parochus in Hericuria, scribit* 27 *Aprilis* 1854: Ilic S. Episcopi memoria haud parum viget et colitur. Altera ex duabus thecis (*altari impositis*) a S. Mellono vocatur et singulis annis (*feria secunda Pentecostes*) solemniter per modum supplicationis defertur ad fontem, in quo primi christiani baptismate donati creduntur. Fama est, thecam illam plurimas continere reliquias. Publicæ exponitur venerationi et quidem ab immemorabili. *Confer* C *num.* 56. *Per totius anni decursum cerei accenduntur et dicuntur Evangelia* (2). Non habemus, *ita prosequitur præfatus D. Parochus,* officium particulare. Evangelium, quod supra peregrinos recitatur, desumptum est ex officio diœcesano SS. Nicasii et Melloni. Oratio autem est sequens : « Adesto, quæsumus Domine, piis supplicationibus nostris, et intercessione beati Melloni confessoris atque pontificis, viam famuli (*vel* famulæ) tui in salutis tuæ prosperitate dispone, ut inter omnes vitæ hujus varietates tuo semper protegatur auxilio. » *Pontisaræ cernitur in majori altari ecclesiæ S. Maclovii, ad cornu epistolæ, statua* S. Melloni, *ordinariæ magnitudinis, mitra ornati, manu sinistra tenentis pedum pastorale, manu vero dextra librum apertum in quo legere videtur. Confer supra num.* 51, *ubi diximus festum S. Præsulis agi Pontisaræ ritu Solemni minori, utpote Patroni antiquæ collegiatæ. Datur etiam populo in ejus memoriam Benedictio SS. Sacramenti* (*vulgo* salut), *ante quam canitur Prosa in ejusdem Sancti honorem. Hanc suspicor eamdem esse, quæ adhibetur ad S. Gervasii Rotho-* D *magensis; nil peculiare continet; quare eam hic haud adscribendam duxi, tanto magis quod recentioris omnino videatur ævi. Cæterum Pontisaræ intercidit cultus venerandi Pastoris. Nulla erga eum in populo devotio, nulla reliquiarum ejus veneratio; nullum in utraque ecclesia ejus nomini dicatum altare.*

VITA S. MELLONI,

ARCHIEPISCOPI ROTHOMAGENSIS.

Ex Vetutissimo Legendario ms.

S. Melloni *natales et ad fidem conversio.*

Mellonus *a* in majori Britannia non infimis parentibus ortus, civis fuit Cardiolæ *b* urbis. Qui Romæ obses missus ut patriæ suæ tributum persolveret *c*. Veniens igitur Romam, reddito tributo, ductus est cum sociis ad templum Martis, ut sacrificarent et adorarent; quod fecerunt. Erat autem illo tempore Valerianus *d* tenens arces Romanas, E vir Deo odibilis. Cum ergo perambularet civitatem S. Mellonus, venit ad locum ubi S. Stephanus papa docebat paucos christianos. S. Mellonus relinquens socios cœpit indagare quæ dicebantur a beato Stephano papa, qui, genu flexo, adhuc tamen gentilis petiit benedictionem. Recedentibus autem auditoribus, mansit is cum beato papa, quem informavit de prole*, patria et religione suorum deorum. Quibus auditis, beatissimus papa illum catholicam fidem edocuit, eumque baptismo tinxit, monitis addens : « Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest esse Christi discipulus. »

a
b
c
d

* genere

Luc. XIV. 33.

Ordinatus sacerdos, cœlitus designatur in episcopum Rothomagensem.

2 Ille vero veniens ad hospitium, quidquid haberet, vendidit, etiam arma, quibus militabat, et pauperibus erogavit, eligens magis contemplativam vitam, quam activam. Postea adhæsit S. Stephano pontifici, monita salutis adimplens. Cum ergo S. Mellonus fidei donum exerceret, stupente sancto papa, hunc ad gradum sacerdotii conscendere fecit. Ordinatus itaque presbyter, macerabat corpus, et domabat jejuniis vigiliisque, flectens genua trecenties per diem ac noctem. Die quadam S. Mellonus celebrans missarum solemnia, vidit ipse et beatus Stephanus papa angelum Domini stantem ad dexteram partem altaris; cumque perfecisset * angelus Domini tenens virgam pastoralem, dedit eam S. Mellono dicens : Accipe virgam, sub qua regere debes populum civitatis, quæ Rothomagus dicitur, in finibus Neustriæ *e*. Tibi enim ibi est præparatus locus Domino inserviendi. Sanctus itaque Mellonus accipiens virgam de manu angeli, cœpit gratias referre Deo dicens : Quocumque me miserit Deus meus, ibo; et nomen ejus gentibus prædicabo. Tunc angelus ab eis discessit. Ad quem beatissimus papa ait : Nunc, frater charissime, discede, ut velociter ad locum tibi paratum valeas pervenire.

F

* *supple :* Sacrificium

e

Roma discedens, subsistit Autissiodori, ibique virum bipenni læsum sanat;

3 Beatus itaque Mellonus, pontificali infula decoratus et benedictione apostolica munitus, ab urbe Roma egreditur et iter suum agreditur, ad civitatem sibi inditam * cupiens pervenire. Cumque magnam viam peragrasset; beatus pontifex Mellonus pervenit ad quamdam urbem, quæ Autissiodorum dicitur; obvios habuit quosdam gentiles, portantes virum qui seipsum vulneraverat bipenni, Lupillum nomine, cui pes in duas partes divisus erat. Quos cum sanctus Mellonus flentes intuitus fuisset, quæ-

* indicatam

(1) Les églises de l'arrondissement d'Yvetot, tom. II, pag. 105 et 107. — (2) Cochet. Ubi supra. pag. 115.

sivit

A sivit ab eis, quid hoc esset. Quibus ille ait : Si me audire et verba mea servare volueritis, mox debilis iste ac saucius sanabitur. At illi : Quidquid jusseris, faciemus, et Deo tuo credemus; illum adorabimus. Tunc beatus Mellonus, tenens virgam acceptam ab angelo, oratione fusa, dixit vulnerato : In nomine Domini Jesu Christi efficiaris sanus. His dictis illico sanus effectus est; et currens in civitatem narrabat omnibus quid sibi evenisset.

item matronæ visum restituit.

4 Hæc audiens quædam mulier nomine Veronica, nobilissima, quæ visum flendo mariti sui mortem amiserat, misit duos filios, ut accersirent eum. Cui illa ait : Sicut sanasti Lupillum vulneratum, rogo te, ita et mihi lumen reddas. Et corruit ad pedes ejus cum duobus filiis. Vir autem Dei, flexis genibus, dixit : Domine Jesu Christe, qui aperuisti oculos cœci nati, aperi oculos mulieris istius, ut per eam cognoscatur quia non est alius Deus nisi tu. Et pollice dextræ manus oculos signans, dixit : In nomine Jesu Christi Nazareni aperiantur oculi tui. Et repente vidit. S. Mellonus Veronicam, filios ejus et Lupillum baptizavit, qui *f* postmodum martyrii palmam pro Christi nomine adeptus est.

f

Rothomagum versus properanti apparet dæmon.

5 Pergens beatus vir Mellonus ad opus suum, discedens ab Autissiodoro, apparuit ei sathanas dicens : Putas solus inire contra me meosque certamen? Tibi tuisque nocere paratus sum. Ad quem B Beatus : Vexillo crucis munitus tuas non timet insidias. Idcirco egressus sum Roma, ut de habitationibus tuis te ejiciam. Ad hæc verba aufugit dæmon, vocem horrendam emittens. Post longissimæ viæ labores sanctus Vir in pagum Rothomagensem venit, vidensque civitatem, genibus flexis cœpit orare et in illam ingressus miraculis clarescere.

Liberat obsessum a dæmone;

g

6 Erat in civitate quidam præpotens ac nobilis Basuinus nomine, cui unicus erat filius a dæmone obsessus, ita ut vinculis et catenis retineri non posset. Qui sæpissime ad templum Rothi *g*, illorum dei cui offerebant sacrificia et munera, ductus et inde minime convaluit; imo dum liber evaderet, quidquid attrectabat, dentibus et unguibus dilacerabat. Obsessus, cui Theodorus nomen erat, Beato Dei obvius factus, aperto ore elevatisque brachiis nocere cupiebat. Beatus vero Mellonus, signo crucis munitus, indicem dextræ manus in os ejus misit, dicens : Nequaquam habes licentiam mihi obesse. Ille vero cadens supinus, aiebat : Ardeo, C ardeo. Et factus est quietus, populo mirante.

item sanat membris contractum.

7 Illic etiam aderat vir nomine Quirinus, ante quatuordecim annos membris contractus, qui corpus suum a loco scannis tantum movebat. Cum accepisset Sanctum Dei devicisse dæmoniacum, procidit ad pedes ejus, dicens : Ut video, si vis potes me sanare. Cui Sanctus : Modo abneges deos tuos, sanaberis. Ad quem (ille) : Credo in Deum, quem prædicas. Quo audito, beatus Mellonus tenens manum ejus dixit : Quirine, surge sanus et incolumis in nomine Domini. Et consurgens cucurrit ad patrem tenens scanna, enarrans adstantibus, quomodo sanus evasisset.

His visis, multi baptizantur.

* his

8 Parentibus utriusque, nempe Theodori et Quirini, hæc * perspectis, festinantes venerunt ad eum et dixerunt : Quomodo, o bone Vir, et in cujus Dei virtute dæmonium ejecisti et filium meum sanasti? Ad quos S. Mellonus : Dominus Jesus Christus misit me ad vos, ut agnoscatis et credatis, quia non est alius Deus præter eum. Respuentes autem simulacra aurea et argentea, hominum manibus facta, adorate Deum, qui fecit cœlum, terram, mare et omnia in eo contenta; vosque aqua et Spiritu sancto regenerati, laudate Dominum ejusque nomen benedicite. Si hæc egeritis, erit vobis pater et liberabit vos a malis. Adstantes Quirinum ambulantem et Theodorum quietum cernentes, flexis genibus rogaverunt ut baptisarentur. Ipso itaque die ducenti *h* viri, mulieribus et parvulis exceptis, baptismo tincti sunt.

EX MSS.

h

Muto restituta loquela, plures rursus convertit;

9 In civitate eadem vir aderat quidam ditissimus, Isuardus nomine, qui ab octo annis paralyticus amiserat officium linguæ membrorumque omnium, duos filios habens; qui opera Dei a sancto Viro acta audientes, patrem in lectum assumentes, illum coram S. Mellono statuerunt, ut ei sanitatem impertiret. Quorum fidem intuens sanctus Pontifex, annuens precibus illorum, oratione fusa, dixit : Surge in nomine Domini Jesu Christi. Illico surrexit ille incolumis, benedicens Deum; et procidens ante pedes S. Melloni baptisatus est, et cum eo uxor, filii multitudoque copiosa.

mortuum revocat ad vitam,

10 Die quadam dum S. Mellonus doceret, congregata plebis copia, quidam ex eis ascenderunt tecta, ut plenius doctrinam Christi audirent. Inter quos erat adolescens, Præcordius nomine, nobili genere ortus. Hic suasit parenti, ut Sanctum Dei tanta miracula exhibentem adirent, et quid essent acturi perpenderent : Dii namque nostri talia numquam perpetrarunt. Uterque ergo perrexit, ut sanctum Episcopum, turbam populosam erudientem, auscultarent. Ad locum venientes, puer ascendit super tectum altioris domus ut lubentius audiret. Cumque S. Pontifex monita Dei dilatasset * obdormivit ipse.* Ab aliis impulsus corruit; cervice et membris confractis expiravit. Quod intuens parens gentilis, immensis plorans gemitibus, dixit sancto Præsuli : Huc me unicus perduxit filius, doctrinam Dei tui auditurus; et nunc jacet exanimis. Verba fletibus plena Sanctum Dei ad luctum protraxerunt. Jussit omnes flexis genibus Deum deprecari. Quod actum est. Finita oratione surrexit et iterum septies flectit genua. Invocans nomen Domini Jesu Christi, virga, ab angelo accepta, mortuum tetigit ad hæc verba : In nomine Domini nostri Jesu Christi, Præcordi, surge. Quibus dictis mortuus puer lumina aperuit; vidensque sanctum Pontificem surrexit, et ad ejus pedes procidit, postulans baptizari; quem S. Mellonus, illius patrem et multam plebem sacro baptismate decoravit. Crescebat fidelium fides, signa, quæ a beato Pontifice fiebant, stupentes.

E

* explicasset

**Conf.* Act. Apost. XX. ℣ 9.

F

qui deinde factus sacerdas plurimos convertit.

i

11 Illis temporibus S. Mellonus primam ecclesiam ubi suscitatus fuit Præcordius construxit, quam in honorem sanctissimæ Trinitatis almæque virginis Mariæ consecravit *i* sacrasque ordinationes habuit, de quibus Præcordius ordinem præsbyteratus suscepit. Qui post sancti Pontificis necem, prædicator insignis factus, multas regiones, multaque millia hominum convertit ad Christum. Dum in Natalis Domini nocte missæ solemnia celebraret, apparuit super caput ejus jubar lucidius. Ex quo consuevit orationem dominicam decantare donec * benediceret populo.

* antequam

Manum aridam sanat;

12 Aliquando pauperibus eleemosynam tribuens, adfuit pauper dexteram habens aridam, sinistra donum sumens. Sanctus Dei aridam, quam nesciebat tractans : Non, inquit, sinistra, sed manu dextra eleemosyna recipitur. Quo attactu arida manus sanata est; et tanti beneficii memor, dies reliquos in foribus ecclesiæ custodiendis mendicus terminavit.

mortuum suscitat.

k

13 Civitati Rothomagensi adjacet mons altissimus *k* in quo latebat serpens, longitudine cubitorum quinque, qui multos vita privaverat. Huic incola erat adolescens, nomine Ansigisus, dilectus sancto Præsuli, habens patrem liberrime * monitis illius

* libentissime

EX MSS. illius obedientem. Ille venatus officio (ad) montem pervenit. Canibus ergo cervum persequentibus, adolescente cornea tuba buccinante ad canes instigandos, silva personuit. Excitato itaque angue, furibundoque egresso de latebris, dante ingentes sibilos, venit obviam Ansigiso. Qui cum vidisset serpentem hunc terribilem, perterritus extendit brachium in eum; quod apprehensum, dentibus vulneratum venenoque infectum cum toto corpore reddidit turgidum. Is cauda serpentis circumligatus a loco moveri non poterat. Qui aderant socii talia intuentes, omnem patri ejus rei eventum properantes narravere. Hæc audiens pater nuntiavit Sancto Dei; qui festinans cum multa populi turba montem conscendit; cumque appropinquaret locum adolescentis in terram prostrati, serpens tumultum populi audiens, erecto capite, diris oculis aspicere cœpit. Cui S. Mellonus : Recede, inquit, recede; sufficit. Nulla tibi nunc est licentia. Quibus dictis, serpens recessit, et seipsum lacerans interemit. Sanctus Dei consignans juvenem ait : In nomine Jesu Christi Nazareni surge sanus et incolumis. B Apprehensaque manu ejus erexit eum et patri reddidit sanum *l*.

l *dæmonem in idolo latentem manifestat et expellit.*

14 Aliquando dum S. Mellonus docendo populum deambularet foras, invenit templum Rothi aramque Dianæ ac Veneris, statuamque æneam deauratam, in qua dæmon latebat, dans responsa munera offerentibus. Et juxta templum positus est fons, qui Meretricum dicitur. Cum ergo accessisset Dei Servus ad portam templi, vidit Seledionem, pontificem idolorum, offerentem sacrificia, et dixit : Heu miser, ut quid meum Deum contemnens, imploras idola atque simulachra surda, cæca et muta, quæ nec sibi aliisque auxilium præstare possunt? Cui respondit : Dii immortales mortem minime gustaverunt; tuus vero quem colis a judæis crucifixus et mortuus est. Ait illi Vir Dei : Statim videbis, quem dicis esse Deum. Et intuens simulachrum dixit : Dæmon, qui lates intro, tibi jubeo in nomine Jesu Christi Nazareni, egredere foras illa specie in qua es, et sta super ara tua, ut populus hic deitatem et decorem tuum videat. Protinus dæmon dans ululatum horrendum egressus est,speciem simiæ præferens, et sic super ara sedebat. Tunc beatus Mellonus ait pontifici idolorum : Intuere deum immortalem. Quod Seledion contuens repletus furore et contumelia affectus, recessit, et veniens C domum laqueo suspensus interiit. Sanctus vero Dei dæmonem affatus est : Quod est nomen tuum, vel quæ sunt opera tua? Cui ille : Nomen Scragon est; opera autem sunt homicidia, furta, ebrietas, falsa testimonia et omnis immunditia. Ne me quæso demergas in abyssum. Ad quem Sanctus : Neminem lædens, vade in locum, ubi nulla habitatio hominum invenitur. Dæmon ululatum atque mugitum emittens, templum deserens nusquam comparuit.

S. Melloni *abstinentia cæteræque virtutes.*

15 Sanctus Mellonus corpus macerabat jejuniis et orationibus, trecentis vicibus per diem et noctem genua flectens; strato carens ab ordinatione præsbyteratus, sed fatigatus aliquantum sedendo dormiebat. Cibus erat panis hordeaceus, olera; et potus, aqua pura. Cingulo ferreo ad nudam cutem præcingebatur. Illis diebus pater pauperum, orphanorum et judex viduarum habebatur. Hic solo corpore morabatur. Oves, quas Christo comparaverat, verbis divinis pascebat; et quod sermone D docebat, illud exemplo complebat.

Vulneris sanatio.

16 Interdum * beato Pontifici virum præpotentem ab apro graviter vulneratum, Theodorum nomine obtulerunt. Hoc casu propinqui ejus contristati rogabant, ut ab illo sanaretur. Ille quidem Sanctum diligebat et documentis semper obtemperabat. Videns itaque Vir Dei populum plorantem, eorum fletu motus, oratione, ut consueverat, fusa, dixit : Theobalde *, in nomine domini nostri Jesu Christi sanus et incolumis surge. Qui illico sanus factus ac si nullo vulnere affectus fuisset.

* Interea

* Theodore

Puella contracta erigitur.

17 Exstitit vir nobilis atque dives urbis Bellovacorum, unicam habens filiam contractam, quæ non movebatur, nisi deportaretur. Qui fama sancti Viri audita, ad eum cum filia iter maturavit. Ad ejus pedes provolutus, lacrymis precabatur ut illius interventu impotens et contracta filia sanaretur. Cujus fletibus Vir pius annuens, oratione contractampatri lugenti filiam incolumen reddidit, eosque gaudentes ad sedes proprias remisit.

S. Melloni *mors pretiosa.*

18 Itaque Viri sancti fama ubique locorum audita, factum est ut ad eum muti, claudi, surdi, cæci cæterisque morbis oppressi convenirent, ab ipso E sanari cupientes; nec eorum precatio frustrabatur effectu. Ut tandem *m* sanctus pontifex Mellonus, senio et labore fatigatus, de more solito vigilaret et oraret, angelus Domini illi apparuit dicens : Mellone, bonum pro Christo certamen decertasti, nomen ejus gentibus prædicasti, fideliter ecclesiam Christi fundasti, cursum vitæ mundo corde et corpore consummasti. Ecce præparata tibi æternæ vitæ retributio. Hæc intelligens Famulus Dei, elevatis oculis et manibus, gratias Deo reddidit. Convocatis discipulis ac civibus civitatis, illis verbis affatus est : Vobis præerat illusio diabolica. Idcirco missus fui ad vos, ut per me agnosceretis verum Deum, idemque omnipotentem : facti etenim hostis antiqui servi, qui omnes sibi servientes detrudit ad orcum, ubi est sempiternus dolor, cruciatus æternus, ignis paratus diabolo et angelis ejus. Vobis autem si vultis obedire mandatis ejus, qui nos redemit proprii sanguinis pretio, parata est domus sole lucidior, perennis lætititia, gaudium quoque sine fine mansurum. Quid plura? Felix præ cæteris Rothomagensis civitas tanti Præsulis præsentia, quem invida mors undecimo Calendas Novembris *n* *n* e terris ademit, juxta promissum angelicum, in F perpetuas æternitates cum Christo regnaturum, cui honor et gloria in sæcula sæculorum.

ANNOTATA.

a *Diversimode nomen hoc scribi diximus Comm. præv. num.* 1.

b Cardiolæ urbis *nuspiam mentionem reperio, nec in Camdeno* (1) *nec in Carlisle* (2). *Num forte corruptio est vocis* Carleolum, *qua latine vocatur urbs anglice nunc dicta* Carlisle (3)? *Item in Wallia habetur urbs* Cardiff *dicta, alias* Caerdydd (4). *In* Encyclopædia *Gallica notatur quoque Scotiæ urbecula, nomine* Cardes (5). *Atque hæ sunt voces, quas inveni vicinius accedere ad vocem* Cardiola. *Nihil itaque de urbe illa in præsentiarum definiri potest, imo nec ulla nobis illius suppetit satis idonea notitia.*

c *Hæc verba ita Pomerayus reddit seu interpretatur :*

(1) Britannia. Londin. 1789. — (2) Topographical dictionary of England. Londin. 1808. — (3) Confer Dictionnaire Géographique, auctore Adriano Guibert. Paris. 1850, voce : *Carlisle.* — (4) Ibid. voce : *Cardiff.* — (5) Encyclopédie méthodique; Géographie. Ad vocem *Cardes.* Paris. 1785.

A *tur* (1) : Missus Romam fuit S. Mellonus, ut ærario imperatoris inferret pecunias corrasas ex tributis, quæ singulis annis insula Britannica Romanis persolvenda habebat. *Expungit itaque vocem* Obses, *quæ reipsa non videtur strictiori sensu hic sumenda.* Romani, *inquit Petrus Burmannus* (2), quum bello aliquem populum in ditionem redegissent suam, duabus quam plurimum rationibus cum iis agebant; aut populos liberos et suis legibus relinquebant, imposito annuo stipendio in victoriæ præmium et belli pœnam, et hoc proprie *tributum* vel *stipendium;* populi *tributarii* et *stipendiarii* vocabantur : vel devictos agris exuebant, civitatibus et omnibus bonis, quæ publicabant; eorum agros vel in publicum reipublicæ patrimonium redigebant, vel in eos ex urbe colonos deducebant, quibus divendebantur, et quos ex eorum proventu aliquam reipublicæ partem tribui jubebant. *Atque hac ratione actum cum Britannia fuit* (3), *cui Romanorum nomine præerat* præfectus *seu* Propræ-tor (4). *Huic suberat* Procurator *seu* Quæstor, *cujus erat rem æræriam administare* (5). *Ex his apparet non satis videri quod sibi velint verba :* Qui Romæ obses missus, ut patriæ suæ tributum persolveret.

B *Non enim ab indigenis hæc præstatio fiebat; bene vero ab Romanis provinciam administrantibus. Ad summum admitti posset unum alterumve indigenam quandoque ob hujusmodi causam ivisse Romam. Notatu tamen dignum est, Romanam hanc* S. Melloni *missionem vix non ab omnibus scriptoribus etiam recentioribus memorari, absque asterisco. Sic R. D. Cochet* (6), *sic L. Fallue* (7) *etc. Ideo sane, quod pro scopo suo rem hanc non ducerent sibi elucidandam.*

d *Vide Comm. præv. num.* 15.

e *Tunc temporis ignota erant vocabula Austrasiæ et Neustriæ. Vide Acta S. Aquilini, episcopi Ebroicensis* (8).

f *Pomerayus* (9) *omnes martyrio coronatos supponit, matrem scilicet et filios sicut et Lupillum. Ita absque dubio legerit in suis apographis.*

g *In omnium ore versantur, juxta Theodorum Liquet, versiculi :*

Extirpato Roth idolo
Fides est in lumine;
Ferro cinctus, pane solo
Pascitur et flumine;
Post hæc junctus est in polo
C Cum sanctorum agmine.

Atque subjungit : Quid sibi vult idolum Roth? Quod profecto numquam exstitit nisi in phantasia illius, qui illud procudit; nec agnitum fuit, nisi a credula multitudine (10). *Quæ paulo confidentius dicta existimabit utique eruditus lector. Sane in dictionnario Mythologico, quod additum est Biographiæ universali* (11), *ita reperio :* Roth sive Rothon Velocassibus idem erat quod Romanis Venus, unde metropoli suæ nomen *Rothmag* (latinis Rothomagus) indiderunt. *Noto tamen in duobus voluminibus, quæ D. Jacobus Martin, ex congregatione S. Mauri, edidit de Religione veterum Gallorum, nulla prorsus præfati idoli inveniri vestigia* (12). *Cæterum plures voluere ab hoc idolo nomen urbis Rothomagi esse deductum.* Quidam, *inquit Valesius* (15), Rothomagum celtice dictam aiunt, quasi *Roti urbem;* a *Roto* vel Roth idolo, *quod ibi colebatur...* Omnino a *Rode* seu *Roto*, rivo monasterium S. Audoëni alluente, *quem Rodebeccum* aut *Rotobeccum* (recentioribus *Robecius*, *Robec*) id est rubrum rivum, nuncupant, *mihi videtur esse* Rotomagus appellata : *Roth* enim germanis vel *Rotem* rubrum ac rufum quoque significare, docent vocabularia Franco-Germanica (14). *Consonat Duplessius* (15) : Rot *idem est ac* rubrum; Maq *latine* emporium *sonat. Hinc* Rotobeccus, *fluviolus in Sequanam intra ipsa Rothomagensis urbis septa incurrens, nomen suum sortitus est a colore quem ab agris* (*rubet enim ibi terra*) *mutuabat. Itaque sive Rothomagus idem sonet ac* emporium ad ora Rotobecci, *sive nomen suum desumpserit a colore agrorum, ubi emporium illud habebatur, extra controversiam est, nomen derivari a* rot, rubrum. *Hæc ita Duplessius. Confer dictionnarium Hibernico-Anglicum* (16), *ubi reperies voces celticas* Rot *idem esse ac* rubrum; *et* Magh, planitiem *seu* campum. *Ordericus Vitalis* (17) *scribit, Julium Cæsarem* munimentum Juliobonam, ac nobilem metropolim super sequanam Rotomagum E condidisse. *Ubi notat Valesius* (18), id haud dubie falsum esse : cum una sit ex vetustissimis urbibus Galliarum, a Gallis multo ante natum Julium Cæsarem condita, et Gallico nomine donata.

h *Non videtur fidere Pomerayus* (19) *anonymo narranti.* Plures *asserit conversos, scribitque in margine numerum in Actis positum.*

i *De hac ecclesia vide dicta Comm. præv. num.* 19, *ubi etiam inquisitum, an et alias ædes sacras, ut plures tradunt, erexerit* S. Mellonus; *sicut et an hodierna ecclesia cathedralis Rothomagi eodem stet loco, quo primum suam extruxerat S. Pontifex. Quod ad titulum spectat* sanctissimæ Trinitatis almæque virginis Mariæ, *non facile quis admittet, tali sub invocatione, ædes sacras ad sæculi* III *finem vel initium* IV *fuisse dedicatas. Certe scribit Sicardus Cremonensis, sæculi* XIII *auctor, in Mitrali seu Summa de Officiis ecclesiasticis* (20) : Superveniente hæresi Ariana, fere fuit Trinitatis fides extincta, sed Hilarius et Eusebius et Ambrosius restiterunt. Consensit igitur ea de causa Gregorius magnus, ut de Trinitate specialia cantaremus et ecclesias ædificaremus... Exinde igitur est, quod de historia (liturgia) Trinitatis inveniatur varia consuetudo. Alii F namque non utuntur ea, sequentes reprobationem Alexandri. Alii utuntur ea *etc.* Reprobatio Alexandri *qualis sit, discimus ex Decretalibus, ubi inserta legitur lib.* II, *tit.* IX, *cap.* 2 *his verbis :* Festivitas sanctæ Trinitatis, secundum consuetudines diversarum regionum a quibusdam consuevit in octavis Pentecostes, ab aliis in dominica prima ante Adventum Domini celebrari. Ecclesia siquidem Romana in usu non habet, quod in aliquo tempore hujusmodi celebret specialiter festivitatem; cum singulis diebus Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, et cætera similia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis. *Morem Romanum, ejus-*

AUCTORE B. B.

(1) Histoire des archevêques de Rouen, pag. 39.— (2) Dissertatio de vectigalibus populi Romani, *apud Polenum :* Utriusque thesauri Antiquit. Supplementa, tom. I, col. 935 et 936. Venetiis 1737. — (3) Vide Lingard, Histoire d'Angleterre, tom. I, cap. 1 passim. Lovanii 1827.— (4) Ibid. pag. 38.— (5) Ibid. pag. 39.— (6) Les églises de l'arrondissement d'Yvetot, tom. II, pag. 105.— (7) Histoire de l'église métropolitaine de Rouen, tom. I, pag. 19. — (8) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 495. — (9) Histoire des archevêques de Rouen, pag. 41.— (10) Recherches sur l'histoire religieuse, morale et littéraire de Rouen, par Théod. Licquet. Rothomag. 1826, pag. 2. — (11) Biographie universelle, partie mythologique, voce : *Roth.* — (12) La religion des Gaulois. Duo volumina in-4°. Paris. 1727. — (13) Notitia Galliarum, verbo : *Rotomagus,* — (14) Ibidem, pag. 482. — (15) Description de la haute Normandie, tom. II, pag. 5. — (16) An Irish-English Dictionnary. Dublin. 1821. — (17) Historiæ eccles. lib. XII. juxta Valesium. — (18) Notitia Galliarum. Ubi supra.— (19) Ubi supra.— (20) Migne, Patrologia, tom. CCXIII, col. 387. Item Spicilegium Romanum, tom. VI, pag. 596. Romæ, 1841.

etc

AUCTORE B. B.

que rationem exponit quidem, non tamen reprobat seu prohibet aliarum consuetudinem ecclesiarum Alexander III, *ut communiter fertur* (*at* scribendum esse Alexandrum II demonstratAzevedus (1)). *Alter Pontifex sedit ab anno* 1061 *ad annum* 1073 (2); *alter ab anno* 1159 *ad annum* 1181 (3). *Rupertus abbas, sæculi* XII *initio, testatur festivitatem SS. Trinitatis* vulgo celebrari cœptam; *Durandus ad finem sæculi* XIII, pluribus in locis esse receptam; *Joannes XXII* (*obiit anno* 1334) *primus decrevit, ut prima post Pentecostem Dominica ab universali celebraretur ecclesia* (4). *Ex his utique efficitur, nullo modo probabile esse,* S. Mellonum *ecclesiam sub hoc titulo dedicasse. Sed an sub titulo* almæ virginis Mariæ? *Non desunt qui opinentur, templum B. M. ad Nives, a Liberio circa annum* 367 *dedicatum,* primum *esse quod B. Virginis nomini inscriptum fuerit; ast Florentinio* difficillimum videtur *basilicam hanc* primam dicere. *Et sane, subjungit Benedictus XIV* (5), *cum in libro Pontificali de S. Callixto I, qui sedit ab anno* 219 *ad annum* 222 (6) *in ejus vita scriptum sit :* Fecit ecclesiam S. Mariæ trans Tyberim, *facile quivis intelligat S. Mariæ ad Nives* basilicam eam non esse, quæ Romæ prima
B fuerit in B. Virginis honorem consecrata. *Hæc ita eruditus Pontifex. Notum porro est, synodum Ephesinam anno* 431 *celebratam in æde B. V. Mariæ consecrata. Contendit generatim Petrus Morettus* (7), *hujusmodi titulos sæculo* IV *longe antiquiores esse :* Non enim, *inquit,* facili assentiar umquam, non solum cuivis usum dedicandi Deo sacras ædes, quibus honor memoriaque SS. virginis Matris singularius animo fidelium excitaretur, ad pacatam usque ecclesiam differenti, sed et putanti vetustiorem etiam Callisto ætate nullam, quæ pateret omnibus, extructam per orbem fuisse ex talibus Marianis ædificiis; per orbem dico, quo frequentiores esse verosimiliter potuere magistratuum favores, iisque utendi securior et diuturnior facultas quam in arce superstitionis urbe. An hac prompta pietatis et obsequii significatione erga Mariam a posterioris ævi christianis primitivos superatos omnino censebimus? An ad unam omnes commentitias vel abditas judicabimus, quas eruditi plerique recentiores memorant, Marianas ecclesias, suas sibi origines, utut queunt, vel ab apostolicis temporibus vindicantes? Procul hæc a piis judicia. D
Quæ quidem, partim pie partim erudite a Moretto disputata, id ostendunt, a nemine confidentius vel præfractius negandum, ædem a S. Mellono *erectam,* almæ virgini Mariæ *fuisse dicatam.*

k Rotomagi, *ait Valesius* (8), tria esse loca munita scribit Alanus Carterius : Palatium (*le Palais*); Arcem seu Castellum (*le Chastel*), quod et a situ et a monasterio abbatiali, S. Catharinæ Mons vocatur *le Mont S. Catherine,* item munimentum S. Catharinæ *le Fort S. Catherine;* et Pontem, *le Pont. Putem anonymum vitæ* S. Melloni *scriptorem hic respicere Montem S. Catharinæ, quamvis et aliæ sint colles juxta Rothomagum, cum urbs hæc sita sit in extrema valle semi arculari* (9). *Vide quoque Galliam christianam* (10), *ubi satis multis agitur de præfato monasterio, quod ibidem vocatur* sanctissima Trinitas *seu* sancta Catharina in monte prope Rotomagum. *Jam ad finem sæculi* XVI *diruta fuit domus illa sacra.*

l *Pomeragius* (11) *totam hanc narationem his complectitur verbis :* Quantum apud Deum valeret S. Mellonus ostendit, alterum virum liberando a serpente, qui eum cauda constrictum tenebat. *Cæterum hæc, sicut et alia quæ sequuntur, imo et pleraque ex præcedentibus ejusmodi sunt, ut non facilem apud cordatos fidem invenire queant, utpote quæ Legendas et narratiunculas temere confictas et congestas sapiunt.* E

m *Asserit Pomerayus* (12) *S Episcopum, morti vicinum, secessisse in solitudinem, et quidem in eremum* Hevecuriam (*imo Hericuriam* Hericourt, *non vero* Hevecour *ut recte monet Cochet* (13)) *nuncupatam in pago Caletensi* (pays de Caux). *Id ego quoque longe probabilius esse dixi, quamvis in nostro Actorum apographo ne in genere quidem memoretur vel indicetur secessus in solitudinem. Vide Comm. præv. num.* 23. *Addit Pomerayus beatum Virum frequenti ibidem angelorum consortio gavisum; et quadam vice ab altero eorum præmonitum fuisse de proximo suo ad cælestem patriam discessu.*

n *i. e.* 22 *Octobris, et quidem, ut nobis probabilius videtur, circa anno* 514. *Vide Comm. præv. num.* 16 *et* 17, *ubi ex professo, tum de annis, quibus* S. Mellonus *præfuit, tum de anno quo defunctus est, disputavimus.*

C (1) Ben. XIV. Opera, tom. IX, pag. 136. Venetiis 1788. — (2) Art de vérifier les dates, pag. 285. — (3) Ibid. pag. 291. — (4) Ben. XIV, ubi supra, pag. 137. — (5) Ibid. pag. 186. — (6) Art de vérifier les dates, pag. 241. — (7) De S. Callisto ejusque Basilica S. Mariæ, pag. 125. Romæ 1752. — (8) Notit. pag. 483. — (9) Dictionn. Geograph. auctore Adriano Guibert. — (10) Tom. XI, col. 124. — (11) Histoire des archevêques. etc. pag. 43. — (12) Ibid. pag. 44. — (13) Les églises d'arrondissement d'Yvetot, tom. II, pag. 102. F

DE

A D

DE SS. ABIBO ET APOLLINE

MONACHIS IN ÆGYPTO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

B. B.

Eorum memoria ex Coptitarum martyrologiis, in quibus floruisse dicuntur S. Mercarii magni ætate. Encomium.

SÆC. IV. *Nomina et memoria*

Meminit hac die Castellanus : In Ægypto S. Abibi monachi, qui colitur a Christianis Æthiopiæ. *Et in codice Arabico Vaticano.* XV (1), *quo continentur* sacrosancta quatuor Evangelia, *cum Indice Lectionum Evangelicarum, quæ per anni circulum in divinis Coptitarum officiis recitari consueverunt, fit memoria* Abbatis Apollinis monachi (2). *Eadem fere reperio in nonnullis Synaxariis seu kalendariis Copticis, quæ præ manibus habeo. Notandum vero est, Coptos æque ac Abyssinos inchoare annum, saltem ecclesiasticum, a Latinorum Septembri; illos tamen mensium suorum initium prævertere* triduo, *ponentes primum diem primi mensis sui* 29 *Augusti nostri; et sic primus dies Septembris nostri est ipsis quartus sui mensis primi id est* Thoth; *ac proinde dies noster Octobris* 22, *ipsis est dies* 25 *mensis secundi id est* Babeh. *Hac autem die* in Fastis sacris *seu* Calendario *ecclesiæ Æthiopicæ et Copticæ apud Ludolfum legitur* (3) : Abba (*pater*) Abibus monachus. *Item apud Seldenum in kalendario, Arabice conscripto circa annum Christi* 1286 (4), *ad hunc diem occurrit memoria* patris Abluæ monachi (5). *Habemus quoque in Mss. nostris tres Indices Coptici martyrologii,* sed ex invicem supplendos et corrigendos, *ut notavit Papebrochius initio Indicis primi, de quo præterea addit :* Videtur esse manus P. Kircheri, qui illud martyrologium subsecivis horis a se verti scripsit 18 Octobris 1658. *In hoc Indice habetur ad* 25 (*nobis* 22) *Oct. :* Abib et Bala; *in altero :* Obitus abbatis Abibi et abbatis Pelæ; *in tertio denique :* Obitus abbatis Abibi et abbatis Belæ. *In Synaxario seu Martyrologio* (*quod mihi idem est cum præcedenti*) ecclesiæ Alexandrinæ Coptitarum, *cujus edita quædam synopsis est a cardinali Angelo Maio* (6), *habetur :* Requies sancti Abibi monachi, et festum sancti Apollinis juxta ritum Saidi seu Ægypti superioris. Æquales dicuntur sancto Macario magno abbati. *In ipso autem Cod. Vaticano ms. hæc est annuntiatio :* Hac die defunctus est devotus et Deo militans abbas Abibus; et eadem luce celebramus festivitatem abbatis Apollinis secundum usum Thebaidis. *Qui enim ab aliis* Eblau, Ablua, Bala, Pela, Bela *dicitur, vero nomine* Apollo *est. Quocirca notandum primo, vocem* Apollo *Arabice scriptam, nostris reddi litteris* Abollau, Ebollau, Abolau, Ebolau; *secundo, consonantem nostram* p *deesse Arabico alphabeto, et vocalem* ô *protractam seu longam reddi per diphthongum* au; *tertio in vulgari Arabum pronunciatione unam ex prioribus verborum vocalibus ordinarie supprimi seu absorberi, unde ex* Abolau *vel* Ebolau *facile fit* Ablau *vel* Eblau; *quarto, Coptos frequenter truncare nomina; exemplo sit* Chael *pro* Michael (7); *atque exinde explicantur formæ* Pala, Pola, Bola, *si tamen non sint mera amanuensium menda; denique quinto, textum Arabicum calendarii apud Seldenum laudati* (8), *ferre ad libitum* Abali, Oboli, Ebli; *ipse vero Seldenus legit* Ablua; *et alio in loco nempe ad* 25 *Julii* (9) Abalii; *Ludolfus scribit* Oboli, *ideo probabiliter quod Æthiops ita habeat* (10). *Cæterum Seldeni calendarium mendis scatet, nec emendatum fuit in* novissima editione (*hac nos usi sumus*) Francofurt. *an.* 1696, *ut perspiciet quivis voluerit hanc conferre cum prima ejusdem Seldeni editione Londin.* 1655. *Nullus equidem dubito, verum S. Monachi nostri nomen esse* Apollinem; *idque firmatur auctoritate Assemanii, qui illud ita reddit in synoptico Synaxario Coptico, quod ex ejusdem Assemanii ms. catalogo typis primum vulgavit Angelus Maius* (11).

B C E F

2 *Auctor præfati Synaxarii seu Martyrologii est Michael, episcopus Atribæ et Meligæ in Ægypto inferiore, qui claruit circa annum* 1425. *Duabus constat opus partibus seu tomis, singulis menses complectentibus sex. Priori, qui inchoatur a mense* Thoth (*Septembri*), *præfigitur titulus :* In nomine Patris *etc.* Incipimus ope Dei excelsi et bonitate providentiæ ejus, scribere tomum primum libri Synaxarii, continentis epitomen vitarum Martyrum per totum anni circulum; nec non Angelorum, Apostolorum et Sanctorum memorias, juxta recensionem factam a patre Michaele episcopo Atribæ et Meligæ et ab aliis sanctis Patribus (12). *Judice cardinali Maio vel potius Assemanio, compendiaria illa Sanctorum elogia,* si aniles fabulas et anachronismos palmares, quibus passim eadem respersa sunt, demas atque emendes, luce quidem dignissima arbitramur, ex eo potissimum, quod in iis tota ferme nationis Coptitarum et Habessynorum historia describitur; ecclesiæ Alexandrinæ traditiones et ritus illustrantur, ac varia optimæ notæ monumenta ad sacram profanamque eruditionem, uti et orientalis historiæ notitiam spectantia referuntur (13). *Est ergo dolendum mihi codices illos*

ex Synaxario Coptico.

(1) Maius, Veterum scriptorum nova collectio, tom. IV, pag. 14 et seqq. — (2) Ibid. pag. 19. — (3) Ad historiam Æthiopiæ Commentarius, pag. 595. Francofurt. ad Mæn. 1691. — (4) De Synedriis veterum Ebræorum, lib. III, pag. 1515 et seqq. — — (5) Ibid. pag. 1519. — (6) Veterum Script. tom. IV, pag. 92 et seqq. — (7) Maius. Ibid. pag. 115. — (8) De Synedriis lib. III. cap. 15. pag. 1519. — (9) Ibid. pag. 1541. — (10) Commentarius in hist. Æthiop. pag. 595. — (11) Tom. IV. Codd. Aab. pag. 67 in *nota*. Conf. Ibid. Præfat. pag. VI. — (12) Ibid. pag. 95. — (13) Ibid.

hactenus

AUCTORE B. B.

hactenus in scriniis Vaticanæ bibliothecæ latitare : nihil enim, quod ego sciam, præter Maii recensionem typis fuit excusum; nec proinde aliquid ex illis ad SS. Abibi *et* Apollinis *res gestas spectans, depromere licuisset, nisi opera P. Joann. Baptistæ Rostagno S. J. (quem ego id enixe rogaveram cum Lovanio nuper discederet in Urbem) mihi ad manus venisset versio italica (ad textum Arabicum diligenter collata quam ad calcem hujus commentarii reperies latine redditam) omnium illorum, quæ in præfato codice Vaticano* LXII *ad diem* 25 *seu* 22 *Octobris occurrunt. Habemus etiam in museo Bollandiano, Martyrologium Copticum ms., quod complectitur sex primos menses anni Coptici, et, ut notavit decessor noster Conradus Janningus, anno* 1633 *interpretatus est Romæ Simon Moysis, Maronita et collegii Maronitici ibidem alumnus. Ast negligenter opus suum Maronita noster perfecit : nam ipse fatetur,* quod nomina mensium et multorum Sanctorum scripserit, uti a Coptis appellantur; quod multa ad vitas, gesta, martyria, patriam, miracula Sanctorum prætermiserit; quod e multis Sanctis, qui uno eodemque die referebantur, sæpe unum tantum selegerit; quod per suam incapacitatem multos errores com-

B miserit, *ubi subdit, et recte quidem, Janningus noster :* Et hoc verum est; ideoque non illico usurpari debet ejus interpretatio, sed cum aliorum scriptis conferenda est. *Id porro tanto magis lugendum, quod Martyrologium, cujus laudatam supra synopsim habes apud Angelum Maium, magnam habeat similitudinem cum altero illo a Simone Moysi latine reddito, ut in oculos incurrit cuivis, eminentissimi Cardinalis recensionem cum nostro codice conferenti. Adduntur hinc inde non nulla apud Simonem; exemplo sint, quæ supra occurrunt in Sylloge S. Julii. Ast hic, ut et alibi passim, mendosum et truncatum est elogium ad diem* 25 *mensis Babeh, nobis* 22 *Octobris. Illud infra adscriptum reperies in Annotatis lit.* g.

tas utrius-e Sancti.

3 *Ætas sanctorum Virorum declaratur, ex quod apud card. Maium dicantur* æquales sancto Macario Magno abbati *prout clare etiam efficitur ex eorum Encomio. Putem agi de Macario seniore seu* Ægyptio, *non autem de Sancto ejusdem nominis* Alexandrino. *Prioris Acta edidit Bollandus ad diem* 15 *Januarii* (1); *posterioris ad diem* 2 *ejusdem mensis* (2). *Ast uter uter fuerit, nihil refert ad quæstionem nostram, cum coætanei sint* (3), *et ambo floruerint sæculo* IV;

C *Macarius quidem* Ægyptius *dictus, ab initio illius sæculi usque ad annum fere* 390. *Quo præterea tempore nulla adhuc hæretica labes inter monachos Ægyptios grassabatur.*

nulla de bibo, ex to spiri-i.

4 *Superest, ut adscribam locum Joannis Mosci in Prato spirituali cap.* CCII (4), *ubi hæc de quodam* sancto Abiba *leguntur :* Narravit aliquis Patrum, quod sæcularis quidam habuerit filium pium, religiosum, virginem, et ab ipsis annis puerilibus continentiæ omnium rerum assuetum, adeo ut vinum jam non biberet. Habebat autem in votis sedere in solitudine : pater vero ejus volebat illum sæculi obligare negotiis, neque poterat : nam hoc ille minime patiebatur. Erant et illi alii fratres, ipse autem major natu omnibus. Cum autem illius institutio a patris voluntate esset remotissima, objurgabat illum assidue pater, exprobrans illi ipsam continentiam, et dicens : Cur similis non es fratribus tuis, nec te ipsum negociis exponis? Ille vero sustinebat tacens. Omnes vero diligebant eum pro illius religione et modestia. Cum vero pater ejus moriturus esset, D quidam ex genere ipsius et alii Abibæ (hoc enim erat filio nomen) amantissimi, putantes quod illum odisset pater ejus propter assiduas illius objurgationes, convenerunt, dicentes : Ne forte privet hereditate Servum Dei pater, pro illo deprecemur. Erat enim dives valde. Pergunt itaque ad eum et dicunt : Convenimus aliquid abs te precaturi. Quibus ille ait : Quid vultis a me petere? Pro domno Abiba oramus, ne illum negligas. Tum pater : Pro illo rogatis me? Dicunt ei : Utique. Qui ait : Vocate illum huc. Putaverunt autem, quod juxta consuetudinem objurgare eum vellet. Cumque ingressus fuisset, ait illi pater : Appropinqua mihi. Et cum appropinquasset ei, tenuit pedes ejus plorans et dicens : Ingosce mihi, fili mi, et ora Deum, ne mihi imputet quoniam afflixi te : tu enim quærebas Christum, et ego sæculariter movebar. Vocat autem et alios filios et ait illis : Hic dominus vester et pater est; quidquid dixerit facite, et quod vos habere voluerit, in ipsius potestate erit. Admiratique sunt omnes. Statim vero ut mortuus est pater ipsorum, distribuit fratribus partes; ipse vero sumens partem suam dedit eam pauperibus, nihil sibi omnino reservans. Fecit autem sibi brevem E cellulam ut solitarius degeret; moxque cum consummasset cellam, infirmatus est atque ad finem pervenit. Aderat autem illi frater ejus (*num forte* S. Apollo?), cui dixit : Vade, frater, fac domui tuæ consolationem : aderat quippe solemnitas Apostolorum. Dixit ei frater ejus : Quomodo dimittam te et abibo? Ait illi : Vade, et cum venerit hora mea, ego te vocabo. Cum ergo venisset hora, surrexit ad fenestram et pulsavit. Intendit autem in eum frater ejus; et ille ipsi annuit dicens : Veni. Statim vero ut venit frater ejus, tradidit spiritum Domino. Omnesque mirati sunt et glorificaverunt Deum dicentes : Eximia charitate, qua dilexit Christum, dignum invenit finem. *An hæc referenda plane sint ad* S. Abibum *nostrum, non ausim asserere; ita tamen mihi videtur. Certe narratio non abludit a stylo modoque martyrologii Coptici; imo apprime convenit in eo, quod brevi tantum temporis spatio tradatur* S. Abibas *vixisse in eremo. Hujus Compendium habetur in* Dictionnario hagiographico, *quod nuper, typis Mignianis editum est* (5), *auctore R. D. Petin, qui* S. Abibum *refert ad diem* 22 *Octobris, addens eum obiisse* circa finem sæculi VI; *forte mendum est,* F *loco* sæc. IV. *Cæterum in Prato spirituali, ex quo non dubitem laudatum scriptorem sua hausisse, nulla notatur ætas.*

ENCOMIUM

SS. ABIBI ET APOLLINIS.

Ex ms. codice Arabico Vaticano num. LXII, *pag.* 98 a.

a

Die XXV mensis Babeh *b*. Hac die defunctus est b
devotus et Deo militans abbas *c* Abibus *d* et eadem c d
luce celebramus festivitatem abbatis Apollinis *e*, e

(1) Acta SS. tom. I Januarii, pag. 84 et seqq. — (2) Ibid. pag. 1005 et seqq. — (3) Baillet, Vies des Saints, 2 Janv. — (4) Apud Rosweydum, de Vitis Patrum, lib. x, pag. 923. Antverpiæ 1615. Item Migne, Patrologia lat. tom. LXXV, col. 230 et seq. — (5) Dictionnaire Hagiographique. Paris. 1850. Verbo : *Abibe*.

secundum

A secundum usum Thebaidis. Itaque abbas Apollo, angelis par, patrem habuit nomine Emani ex civi-
f tate Ehmim *f*, et matrem dictam Aiti. Erant ambo innocui coram Deo, progredientes in via mandatorum ejus, amantes sanctos et peregrinos. Carebant vero prole. Nocte quadam mater ejus (*sancti*
g *Apollinis*) visionem habuit *g*. Apparuit scilicet illi vir pellucidus, secum ferens arborem, quam plantavit in domo illorum; atque illa quidem floruit et fructus protulit. Dixit autem vir pellucidus : Qui commederit de fructu illo, æternum vivet. Commedit itaque mulier, fructumque gutturi dulcem experta, ait : Forte erit mihi proles. Cum experrecta esset, virum suum de visione monuit; qui testatus est se eamdem omnino habuisse. Quapropter ambo glorificaverunt Dominum et ardentius semitas justitiæ et virtutum perambularunt. Cibus eis erat panis et aqua, atque alternis diebus jejunabant. Uxor, prægnans facta, orationi, ultra id quod per vires liceret, vacabat; siquidem millies de nocte, millies vero quingenties de die genibus provolvebatur; atque hoc totis novem præstitit mensibus, donec tandem in lucem edidit filium, quem nomine Apollinem dixerunt; bonis quoque
B operibus exinde multo amplius institerunt. Puer, vix teneram supergressus ætatem, cœpit vitam religiosam anhelare; nec destitit, donec nactus adimplendi opportunitatem voti est; tum vero selegit amicum nomine Abibum et una abierunt, habitum religiosum induturi in quodam monasterio, ubi virtutum exercitio plurimum excelluerunt. Paulo post obiit abbas Abibus die XXV mensis Babeh. Tum
h abbas Apollo secessit in montem Eblieg *h*, ubi congregavit magnam populi multitudinem, quos timorem Dei et veram docebat pietatem. Die quadam, cum memoriam agerent sancti abbatis Abibi, dixit ad eos abbas Apollo : Fratres, quiscumque hodie precem aliquam fuderit in nomine S. Abibi, Dominus Jesus Christus indulgebit illi omnia peccata. Atque ita factum est. Hac vero hora mortuus erat quidam ex fratribus, cujus exequias cum celebrerarent, dubitabant nonnulli de veritate promissorum Abbatis; sed ecce resedit defunctus, cœpitque eos alloqui, dicens : Quare dubia sunt vobis promissa Patris nostri, in die commemorationis sancti abbatis Abibi? His dictis mortuus iterum est. Obstupentes tum fratres, glorificaverunt Deum.
C Vixit autem abbas Apollo multis annis, pluraque habuit monasteria multosque fratres. Vivebat pater noster Apollo temporibus sancti Macarii magni, qui quoties de illo (sancto Apolline), aliquid audiret, gaudebat; eique scripsit epistolam, qua consolaret illum et fratres, exhortando omnes, ut fideliter Domino servirent. Dum autem has litteras S. Macarius exarabat, monitus de his per visionem a Spiritu Sancto fuit abbas Apollo; quare circumstanti multitudini, quam verbo Dei pascebat, dixit : Ecce
i pater noster abbas *i* Macarius scribit nobis litteras consolatorias. Hoc dicto, post mediam fere horam adest frater cum præfatis litteris, cui omnes lætabundi obviam properant. Prælegit dein Vir Dei epistolam fratribus non sine magno omnium solatio. Sanctus quoque abbas Apollo est, qui quondam
k a S. abbate Amani discedens vidit sibi prope adstantem beatissimam virginem *k*. Cum autem placuit domino nostro Jesu Christo dare ei quietem a laboribus hujus sæculi, obiit in pace abbas Apollo. Sit benedictio ejus orationis nobiscum. Amen.

ANNOTATA. AUCTORE B. B.

a *Quando et a quo codex exaratus sit, discimus ex adscripta Ant. Assemanii notula :* Codex 62 bombyc. foliorum 195, a Josepho Simonio Assemanio ex oriente advectus, Arabice descriptus, auctore Michaele episcopo Atribæ in Ægypto. Tomus I continens Synaxarium ecclesiæ Alexandrinæ Coptitarum, priores sex menses a Septembri ad Februarium complectens. Exaratus est anno Christi 1715 ab Abrahamo Salomone, fabro lignario Ægyptio, ut ex epigraphe ad calcem apposita apparet. *Est signata notula :* Antonius Simonius Assemanius in Bibliotheca Vaticana linguarum Arabicæ et Syriacæ scriptor, et in Romano Sapientiæ archigymnasio Syriacæ linguæ professor *etc.* 1788.

b *Nobis dies* 22 *Octobris, ut dictum est Comm. præv. num.* 1.

c *Id est* patris. *Vox Arabica respondens scribitur* Amba, *Syriace* aba *vel* abba. *Littera* n *locum tenet reduplicatæ litteræ* b. *Confer Assemani Biblioth. Oriental.* (1), *ubi docet,* abbates *dici monachos omnes. In Ægypto titulus ille dabatur quoque episcopis et patriarchis, Copti scribunt* Apa : quo titulo, *inquit Peyron* (2), insigniebantur ascetæ omnes, E
dum modo non essent Novitii.

d *Versio nostra Italica pro* Abibus *habet* Ebliu. *Inspicienti textum Arabicum, cujus apographum vel, ut rectius dicam fac-simile* (*gallice* calque) *Roma accepi, manifestum fit, vocem, hoc loco confuse exaratam, legi posse* Ebliuk. *Si tamen vox, ut hoc loco scribitur, conferatur cum eadem voce prout infra exarata recurrit quamque versio nostra Italica ibidem reddit nomine* Abib, *deprehenditur interpres noster Italus ex vocali* i (*quæ longiuscula exhibetur*) *fecisse* l, *et suppressisse ultimam vocis Arabicæ litteram, ita exhibitam, ut non facile dixeris, quæ et qualis illa sit. Conf. Comm. præv. num.* 1, *ubi similia notamus de* S. Apolline.

e *Hoc verum sancti Viri nomen esse probavimus Comm. præv. num.* 1.

f *Imo* Akhmim *seu* Achmim, *quæ etiam* Panopolis sive, *ait Lequien* (3), *Panis civitas,* olim *Kemmis* et *Kemmo,* hodie *Echmim* vel *Aschmim,* sedes episcopalis in Thebaide. *Arabes initio verborum promiscue utuntur* a *vel* e. *Præterea redditur nonnumquam simplici littera* h, *caracter qui communius* kh *vel* ch *scribitur* (4).

g *In nostro Ms. Simonis Moysis* (*de quo Comm.* F
præv. num. 2) *hæc habentur :* S. Abibus et Bala. Mater istius Sancti, vidit in somno hominem, habentem arborem; et plantavit eam in domo sua; et nata est arbor, et produxit fructus; et dixit : Qui manducat ex his fructibus vivat in æternum. Ipsa autem comedit. Et vidit *quod* fuerant dulces (*fructus*). Cum autem evigilavit, narravit viro suo, qui etiam viderat eamdem visionem. Concepit et peperit Bala. Porro parentes sancti Bala erant Deum timentes et orabant; colebant Deum genuflectionibus et jejuniis ac orationibus. Paulo post crescebat puer; et vitam monasticam elegit; et fuit tempore sancti Macarii magni; et florebat in magna sanctitate et disciplina.

h *Juxta Arabicum, rectius* Eblug *vel* Ebludj *seu* Ebludtz.

i Abu *honoris titulus, quem christiani Arabes tribuunt Apostolis, Patribus aliisque Sanctis insignioribus. Confer Wüstenfeld* (5).

(1) Tom. I, pag. 15 et 492. — (2) In Lexico. — (3) Oriens Christ. tom. II, col. 601 et 602; item in Indice Patriarchatus Alexand. — Conf. Quatremère, Mémoires géographiques sur l'Égypte. — (4) Conf. Georgi. Fragmentum Græco-Copto-Thebaicum Evangelii S. Joan. pag. XXVIII. — (5) Geschichte der Copten, pag. 6. Göttingen 1845.

AUCTORE B. B.

k *Sic quidem locus iste habet ex versione nostra Italica. Ast notemus primum nomen* Amani *idem esse ac* Amon, Amonium; *deinde textum Arabicum, inhærendo verbis, reddendum hoc modo :* Et vidit cum ipso (*Amonio*) individuum *seu* sociam, *nempe* sanctam mulierem; *quæ voces* sanctam mulierem, *non essent proin intelligendæ de B. V. Maria, sed de sponsa ipsius Amonii. Scilicet in* Vitis Patrum, *ubi* de sancto Amon *et ejus conjuge agitur* (1), *legantur sequentia :* Cum esset (*Amon*) parentibus orbatus adolescens circiter viginti duos annos natus, vi a suo patruo mulieri junctus est matrimonio; et cum non posset resistere necessitati, quam ei afferebat patruus, visum est ei et corona redimiri, et sedere in thalamo, et omnia sustinere, quæ fiunt in matrimonio. Postquam autem omnes essent egressi, qui in thalamo et lecto dormituros collocaverant; surgit beatus Amon et claudit fores, et sedens vocat beatam et germanam conjugem et dicit ei : Adesdum, domina et soror; deinde rem tibi narrabo. Hoc, quo conjuncti sumus, matrimonium nihil habet eximium. Recte ergo faciemus, si abhinc unusquisque nostrum seorsum dormierit, ut Christo placeamus, intactam nostram reddentes virginitatem.... Quo factum est, ut illa Christi repleta gratia diceret : Ego quoque, domine mi, persuasum habeo fore ut castam vitam libenter agam; et si quid jubes, hoc deinceps faciam. Ille vero : Ego, inquit, jubeo et rogo, ut unusquisque nostrum seorsum maneat. Ea vero hoc non tulit dicens : Maneamus in eadem domo, sed in diversis lectis. Vivens ergo cum ea decem et octo annos in iisdem ædibus *etc. Abiit ille postea ut aliam sibi domum faceret.* Qui cum ab ea (*conjuge*) esset egressus, ingressus est in interiora montis Nitriæ : nondum enim tunc illic erant frequentia monasteria, et sibi fecit duos cellarum tholos. Et cum vixisset alios viginti duos annos, et recte summam exercitationis virtutem exercuisset, in vita obiit monastica, vel potius translatus est S. Amon, natus sexaginta duos annos, bis in anno videns beatam vitæ suæ consortem. *Confer Acta nostra die 4 Octobris, quo decessores nostri de* S. Ammone *seu* Ammune *Ægyptio egerunt* (2). *Mortem annectunt anno circiter* 350. *Nihil mihi videtur obstare, quominus locum hunc Encomii referamus ad S. Ammonium Nitrientiensem ejusque beatam consortem; idque mihi longe melius placet.*

B D E

(1) Lib. VIII, cap. 8. Patrolog. Migne, tom. LXXIII, col. 1099 et seqq. — (2) Tom. II Octob. pag. 413-422.

DE S. CANDIDA VEL CANDIA V. ET M.

EX SOCIABUS S. URSULÆ

DERTOSÆ IN HISPANIA.

B. B.

SYLLOGE HISTORICA.

AN. CCCCLI. S. Candidæ *memoria*

C Sanctæ Candidæ *meminere hac die Dertosæ (ob sacri Corporis ibidem venerationem) Ferrarius et Saussaius. Ille quidem in Catalogo generali, his verbis :* Dertosæ in Hispania sanctæ Candidæ, virginis et martyris. *Et in Notis additur* (1) : Passa est Coloniæ una cum sancta Ursula. Corpus (*imo caput tantum*) Dertosæ quiescit et colitur. *Hinc accuratius annuntiat Saussaius in Supplemento* (2) *:* Dertosæ in Hispania Tarraconensi veneratio reliquiarum sanctæ Candidæ virginis et martyris, Coloniæ in solo Gallico laureatæ. *Hæc eadem rursus memoratur eodem die apud Ferrarium* Friburgi in Brisgovia *una cum* sancta Flora, *itidem S. Ursulæ socia. Notanda est hic solemnis quædam Saussaii hallucinatio (quales cæteroquin non infrequenter in verboso ejus martyrologio occurrunt). Post relata mox verba subdit :* Hujus beatæ cœlitis (Candidæ) Reliquiarum pars Friburgi in Helvetia (ubi Basiliensis episcopi et capituli jam hæret, profligata a Basiliensibus civibus catholica religione, sedes) omni honore conservatur cum sanctæ Floræ, ejusdem Candidæ sodalis, venerandis lipsanis. *Nullo modo hic agitur de* Friburgo Helvetiorum, *quo turbatis sæculo* XVI *religionis rebus, episcopus Lausanensis exul confugit; bene vero de* Friburgo Brisgoviæ, *quæ, ut observat laudatus Ferrarius* (3), *est* F Sueviæ, nunc episcopi Basileensis sedes, *imo* Capituli : *nam, ut habet Christianus Urtisius* (4), *Philippo de Gundholtzheim episcopo Basiliensi, qui ob turbatas jam admodum res religionis, facem præferente Œcolampandio,* electus fuit Telamontii (*Delemont*) mense Martio 1527, Collegium majoris Basilicæ Friburgum migravit, ipse vero ab electione sua urbem (*Basileam*) numquam ingressus, Pourrentrutii (*Porentrui*) sedem sibi delegit. Obiit mense Octob. an. 1553. *Conf. P. Richardi Bibliothecam, ubi aliqua de Philippo Gondolphino (ita ibidem scribitur) non satis distincte vel accurate dicta reperies* (5). *Conf. etiam Baudrand* (6).

et reliquiæ in urbe Dertosa,

2 *Est autem* Dertosa, *Plinio* Dertusa, *vernacule* Tortosa, *urbs Hispaniæ Tarraconensis, ad ostia Iberi fluvii in Catalaunia, apud Valentiæ regni confinium* (7). *Nostra ætate incolas numerat* 11,000, *estque adhuc sedes episcopalis* (8). *Cathedralis, inter*

(1) Pag. 414. — (2) Martyrologium Gallicanum, pag. 1184. — (3) Ubi supra. — (4) Basil. episcoporum catalogus. Rerum Basil. scriptores minores, tom. I, pag. 315. Basiliæ 1752. — (5) Bibliothèque sacrée, verbo : *Basle*. Edit. 1822. — (6) Lexicon geographicum, verbo : *Friburgum Brisgoviæ*. Itenaci 1677. — (7) Ibidem, verbo : *Dertosa*. Conf. Pet. de Marca, lib. II. Marcæ Hispanicæ, col. 125 et seqq. Item, España Sagrada, tomo XLII, pag. 1 et seqq. — (8) Guibert, Dictionn. Géograph. Paris. 1850.

alia

A *alia pretiosa, servat* Corrigiam *seu* Cingulum *B. Mariæ virginis* (la santa Cinta) *ab ipsa matre Dei, ut fert traditio, allatam sæculo* XII (1), *de qua officium habetur* (2). *Ferebatur, saltem jam ab ætate Philippi IV regis* (*ab anno* 1621 *ad annum* 1665 (3)) *sacrum hoc pignus ad aulam, quo parturientibus Hispaniæ reginis præsidio esset* (4). *In eadem ecclesia cathedrali est hodie* caput *S. Virginis* Candidæ. *Quod qui et quando eo allatum fuerit quantaque sit ibidem in veneratione, docebunt sequentia ex antiquo breviario Dertosensi desumpta, in festo* S. Candidæ (*ita enim in Lectionibus nuncupatur*), *atque recitata a P. Villanova ordinis S. Dominici* (5). *Priores tres Lectiones agunt de* XI *millibus Virginum in genere, et in specie de S. Cordula. Tres posteriores sunt hujusmodi :* Diffusa autem inter fideles Christi erga sacras Virgines devotione, multæ ecclesiæ per orbem de reliquiis earum obtinere conatæ sunt; ut earum veneratione habere mererentur suffragia, quarum reliquiis piæ religionis præstarent obsequia. Quod Dertusensis ecclesia studiosius devotiusque peregit. Anno siquidem Domini MCCCLI, sexta Aprilis caput B. Candidæ a Coloniensi archiepiscopo Guillelmo
B (*sedit ab anno* 1349 *ad annum* 1362 (6)) viro utique insigni, eidem Dertusensi ecclesiæ fuit concessum, et ad ipsam debita cum reverentia deportatum. Inter cætera autem, quæ ipsius sacræ Virginis intercessione Deus mirabiliter operatur, tactu capitis plurimi a dolore capitis et gutturis infirmitate aliisque curantur languoribus, ad gloriam Dei omnipotentis et honorem ipsius B. Candidæ virginis. Præcipue autem inter cætera infirmitatum genera, quæ meritis B. Candidæ, tactu illius capitis curantur, sunt scropholæ, quæ collo puerorum puellarumque sæpe gignuntur. Accepta insuper mensura capitis Virginis, filo sive funiculo, et infirmantium circumdata collo, resolvuntur tumores, et languentes sospitate reddita liberantur. Propter quod alienigenarum concepta ad ipsam Virginem devotione pro hujusmodi languore curando, ad habendam in funiculis mensuram capitis, circumponendamque languentium collis, frequentius mittitur; sicque infirmitas ipsa seu ægritudo curatur. *Caput beatæ Virginis et Martyris primum fuit depositum in Capella seu Oratorio S. Joannis, quod deinde a* S. Candia *seu* Candida *est nuncupatum; ibique permansit usque ad annum* 1802, *quo translatum est*
C *in ecclesiam cathedralem, servaturque in reliquiario* (7). *Tradit Rusco* (8), *Poncium de Turrella, episcopum Dertosensem mortuum anno* 1254, *esse* sepultum in Capella sanctæ Candidæ, *id est quæ integro fere post sæculo ita dici cœpit : quo enim tempore defunctus est Poncius,* Capella *vel* Aula S. Joannis *vocabatur* (9). AUCTORE B. B.

4 *Multa feruntur miracula ope et intercessione* prodigiis celebris. *B.* Candidæ *patrata Dertosæ. Sequentia adscribo ex P. F. Antonio Vincentio Domenec, ordinis Prædicatorum* (10). Anno 1508 *Dertosam venit Joannes Bearn, ex Gallia oriundus, qui scrophulis adeo vexabatur, ut totum haberet collum foratum. Confugit ad benedictam Virginem nostram, nec incassum : ungendo enim pluries collum oleo lampadis, quæ in illius ardet oratorio, brevi sanatus fuit. Anno* 1551 *Vincentius Ramos Guesped del Hostalete in Catalaunia, in tam gravem domi suæ incidit morbum, ut extrema donaretur unctione; jamjam moriturus* B. Candidæ *sese commendat et illico recuperat sanitatem. Quatuor post menses ejus uxor sanguinis laborat fluxu tam copioso, ut jam voce destituta jaceret; invocat* S. Candidam, *ac subito liberatur. Esperanza, uxor viri cui nomen Orta, tantis oculorum doloribus premebatur, ut nihil videre posset, nec uno progredi* E *passu, quin manu duceretur a puellula;* S. Candidæ *implorata ope, visum recuperat. Puer cadens per scalas gravi percutitur in capite vulnere; et huic S. Virgo præsenti adfuit remedio. Anno* 1596 *Ursula Domenech, ex oppido Canar, scrophulis admodum cruciabatur; gloriosam invocat Martyrem, seseque, ut consulebant, oleo lampadis ejus inungens, brevi tempore curata est. Michael Joannes Martin, filius Joannis Martin, non aliter nisi baculis subnixus incedere poterat. In his malis, quoniam aliunde spem nullam habebat, cum lacrymis confugit ad* B. Candidam. *S. Virgo de nocte illi apparet. Ipse terrefactus clamorem edere tentat; jubet illa eum tacere, quoniam jam sanatus est, testaturque se esse sanctam* Candidam *Dertosensem. Adveniunt mulieres, quæ ægro inserviebant; quem bene valentem inveniunt, de cujus vita modo desperabant. Tum Michael eis narrat, vidisse se* B. Candidam, *splendidissima luce circumfusam; seque hoc visu repente fuisse sanatum. Constat præfatum miraculum ex charta authentica exarata a Petro Perera, notario Dertosensi et subscripta* 18 *Decembris* 1551.
F

(1) Villanueva. Viage literario a las iglesias de España, tom. IV, pag. 137. Matriti 1806. — (2) Ibid. pag. 141. — (3) Art de vérifier les dates, pag. 823 et seq. — (4) Villanueva. Ubi supra, pag. 141 et seq. — (5) Ibidem, pag. 147 et seq. — (6) Gallia Christiana, tom. III, col. 699. — (7) Villanueva. Viage, etc. tom. IV, pag. 142 et seq. — (8) España, tom. XLII. pag. 144. — (9) Villanueva. Ubi supra, pag. 142. — (10) Hist. general de los Santos del principado de Cataluña, p. 192 et seq. Edit. an. 1650.

DE

A D

DE S. CORDULA VIRG. ET MART.,

S. URSULÆ SODALI.

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

B. B.

SYLLOGE HISTORICA.

Quando et quamobrem celebrari cœperit hac die festum S. Cordulæ; item quando et quomodo inventum et elevatum sit sacrum ejus Corpus, de quo postea exorta contentio, præsertim Colonienses inter et Viconienses.

C E

ANNO CCCCLI. S. Cordulæ *festum;*

Martyrologium Romanum hac die annuntiat : Apud Coloniam sanctæ Cordulæ, quæ una ex sodalibus sanctæ Ursulæ, cum aliarum suppliciis et cœde perterrita se occultasset, ejus rei pœnitens, postridie se ultro patefecit, et novissima omnium martyrii coronam accepit. *Sola ex S. Ursulæ sodalibus est* S. Cordula, *quæ polleat prærogativa,* quod ejus festivitas postridie S. Ursulæ tabulis Romani martyrologii consignetur, et olim semiduplici ritu eam universalis ecclesia sit venerata (1). *Occasionem præbuit ipsa* S. Cordula, *apparens Helendrudæ, virgini Deo dicatæ in cœnobio quod* Heerse *vocatur, tunc in diœcesi Paderbornensi; cui dixit :* Ego sum una ex sacro undecim millium Virginum Coloniensium numero, quæ illis martyrio laureatis noctem unam superstes fui, dieque postera sponte me barbaris obtuli jugulandam, ut collegio parthenico meruerim in cœlo gloriosa sociari; sed in terris ab ea me societate mortales eximunt : cum enim anniversario cultu sodalium Martyrum solemnitatem tota celebret Colonia, nulla nominis mei peragitur memoria. Tibi igitur hoc unum impero, ut sanctimonialibus ad corpora nostra devote excubantibus meo denuncies nomine, ut cum sodalium mearum festiva celebritas annuo ritu peragitur, postridie mihi etiam aliquid honoris impertiant. *Et Helentrudæ, de nomine percunctanti,* offert frontem, in qua distinctis litteris CORDULÆ vocem legit. Coloniam igitur divinum oraculum virginibus basilicæ Ursulanæ Helentruda nunciavit; fidem omnes ei tribuere, cujus sanctimoniam Deus miraculis multis confirmavit. *Ex eo tempore mos invaluit, ut* 22 *Octobris* S. Cordulæ *dies festus ageretur* (2). *Auctore Crombachio, id contigit circa medium sæculum* XII, *cum* S. Elisabeth ejus (S. Cordulæ) martyrii 22 Octobris patrati meminerit; *sed festum jam ante annum* 1135 *celebratum, testis est Bruno II, Coloniensis antistes, qui in diplomate illius anni ejus festivitatis ut diversæ jam eo tempore meminit a pridiana solemnitate S. Ursulæ :* XV denarii, *inquit* (3) de decimis in festo S. Cordulæ exhibentur; *imo etiam ante sæculum* XI, *cum tunc jam scripta esset* Passio *Ursulanarum virginum quæ incipit* Regnante Domino; *vult quidem Crombachius* Revelationem S. Cordulæ *assutam præfatæ* Passioni *fuisse; ast perperam, ut probatur in commentario de S. Ursula et Sociabus num.* 23. *Altera vice, sæculo nempe* XIII *labente apparuit* S. Cordula, *sed tunc eo fine ut revelaret quo loco ejus mortales exuviæ jacerent reconditæ, quas elevare jubebat. Qui id factum sit, habemus* ex libro ms. pergameno vetusto S. Cordulæ Coloniæ, *cujus* author, *qui alibi se dicit* humilem et indignum sacerdotem, fuit synchronus Petronillæ, abbatissæ S. Claræ, Coloniæ, quæ vixit circa 1320. *Hæc ita notata erant in ipso ms. ad marginem, sed recentiori manu. Quibus admissis, scriptor fere coævus* revelationi *habendus est, cum hæc contigisse dicatur* anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo octavo. *Illius narrationem hic subjicimus, suppresso tamen prologo, qui ad rem historicam nullo modo pertinet.*

item, ipsa denuo apparente semel

2 Fuit frater quidem ejusdem ordinis (Hospitalis Iherosolimitani beati Joannis Baptistæ) domus Coloniensis, nomine Yngebrandus de Rurke, a re nomen habens Yngebrandus (*germanice* Ungebrant *participium, significat latine* inustus), qui ardore humanæ, immo verius ardore concupiscentiæ vanæ non adustus; erat enim vir simplex et rectus ac timens Deum et recedens ab omni opere malo. Qui in fratrum congregatione ita boni exempli conversatione prænituit, ut de eo merito dici posset : Ecce homo sine querela, verus Dei cultor etc. Erat etiam miræ patientiæ, magnæ abstinentiæ, qui non solum corpus continua afflixit inedia; verum etiam nec mollibus vestitus, ut suus Baptista, sed lorica ferrea, qua olim cum miles esset sæculi, in armorum exercitio usus fuerat, nunc autem miles Christi, eadem super nudo indutus, nocte et die corpus castigans in Dei redegit servitutem. Hic etiam super humanum modum totus visceribus caritatis diffusus, in meditationibus divinis assiduus, oratione fervidus, contemplatione suspensus, sic quod de eo dici posset, sicut de Daniele : Quia vir desideriorum es

(1) Crombach, S. Ursula vindicata, pag. 498. Colon. 1647. — (2) Crombach. Ibid. — (3) Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins, tom. I, pag. 213. Dusseldorpi 1840. Conf. Crombach. Ubi supra.

tu

A tu. Cumque vir Dei prælibatis meritis coram Deo et hominibus annis pluribus claruisset, nocte quadam, cum post multas orationes et vigilias ad refocillandum corpus attenuatum, sopori se dedisset, vidit imaginem quamdam pulcherrimæ Virginis indutam vestibus mirabilibus, auro et gemmis pretiosissimis decoratam, coronam gerens auream in capite suo; a cujus facie splendor quasi solaris esset radiavit. Qua visa frater ille devotus nimio terrore correptus est. Cui Virgo : Noli timere, frater delecte : nihil enim tibi oberit. Ego enim una fui ex ancillis Christi, quæ pro ejus nomine et fide, in septo hujus claustri cum aliis multis sororibus quondam prostrata occubui. Unde peto devote, ut ossa mea, quæ adhuc negligenter jacent abscondita, exhumari procures et producas in lucem. Nec ille, quasi in extasi positus, amplius quidquam ab ea requisivit. Mane autem facto, veniens idem frater apud Priorem domus, cui visionem sibi factam per ordinem enarravit, consulens eumdem super his quid agendum esset. Cui ille : Si visio ista vera est, ut asseris, et si deinceps tibi apparuerit, quære diligenter de loco sepulturæ suæ; quo cognito, quod petivit a te, libenter una tecum
B exequemur. Et his auditis, recessit ab eo.

iterumque et tertio.

5 Nocte vero sequenti, cum se iterum ad quiescendum idem frater reposuisset, superveniens eadem Virgo clarissima, ampliori lumine circumfusa, his eum verbis allocuta est : Quare non fecisti quod petivi? Ac ille respondit : Quia locum ubi fodere deberem ignoravi, et ob hoc prætermisi; unde illum mihi demonstra, et perficiam vota tua. Et ait illi Virgo beata : Prope corylum arborem majorem in pomerio fratrum, in parte orientali recondita invenies ossa mea. Unde quod facturus es, fac citius : tempus enim advenit. Et his dictis sublata est. Mane autem facto, accedens iterum ad Priorem domus recitavit ei revelationem sibi factam, qui exhilaratus nimium super his quæ audierat, dixit ei : Injungo tibi, frater charissime, ut si ammodo te visitaverit, quæras de nomine Virginis; et ex tunc quod postulat concite faciemus, scientes quod non sit illusio fantastica, sed revelatio vera et divina. Acquievit frater Yngebrandus Prioris sui consilio, et vadens incubuit orationibus et vigiliis consuetis, expectans cum mansuetudine et devotione tertiam apparitionem. Superveniente
C vero nocte, cum idem frater jam oratione fessus post noctis gallicinium caput ad dormiendum inclinasset, venit eadem Virgo stans juxta eum in vestitu deaurato, et coronata diademate mirabiliter renitente. Quæ ait illi : Yngebrande dormis? Ad cujus vocem frater ille expergefactus respondit : Quid placet excellentiæ tuæ, Virgo egregia? At illa : Quotiens volui convenire pigritiam tuam? Quare injunctum tibi officium totiens exequi recusas? Non expedit quod omittis; et si amplius tardaveris, tu et tui meam animadversionem sentietis. Cui ille : Non ita fiat, Virgo gloriosa : faciam enim die crastina quod hortaris, et fecissem citius, si novissem nomen tuum; quod, suplex rogo, dicito mihi, et indefesse tuum desiderium adimplebo. Cui Virgo : Aspice in faciem meam. Ac ille intuitus in eam, vidit in fronte ejus quasi laminam auream, in qua hæc tria nomina erant litteris rubeis exarata : Cordula Virgo Regina, qui ut legit perfectissime quotiens sibi placuit, recidit in faciem suam, tanti luminis fulgore concussus; revolvens diligenter in corde et ore : Cordula Virgo regina; et post modicum a facie ejus elapsa est et disparuit mirum in modum, quod laico illi militi, qui numquam novit apices litterarum, concessum est hæc nomina legere et tamen non intelligere; et hoc extitit divinæ voluntatis, cujus non est altera causa.

AUCTORE B. B.

tumuli revelatio

4 Unde non ausus iterum redormire, ne forte verborum illorum posset oblivisci; in primo pulsu Matutinarum currens illico ad lectum Prioris patris sui, cui ait : Audi, Prior : Cordula Virgo regina. Quibus verbis sæpius coram eo peroratis, divertit se ad alia, oblitus eorumdem. Sed revera non immerito Cordula dicta est : Cordula enim sonat parvam cordam : sicut enim in instrumento musico magis est dulcis, subtilis et delectabilis, sic vox hujus Virginis dulcis est in aure Domini, subtilis et dilectabilis : pausat enim sub umbra Dilecti. Porro senex ille nimio accensus desiderio, nihil discredens in verbis fratres sui, sed mox convocatis fossoribus jussit fieri foveam in loco sibi demonstrato; in qua cum aliquamdiu fossum esset, inventus est pretiosus thesaurus ille reliquiarum, hominibus quidem occultatus sed Deo manifestus, cum diversis insignibus quæ apud corpora sanctarum undecim millium Virginum in locis pluribus consueverat inveniri. Tanta etiam suavissimi odoris fragrantia circa sacrum locum illum respersa est, ut circum- F
stantes se crederent in terrestri paradiso constitutos. (*Locus iste, abhinc usque ad finem numeri sequentis, recitatur germanice ad verbum et absque ullo asterisco, in vita Alberti Magni recens edita Ratisbonæ a doctore Joachimo Sighart* (1)). Quo viso Prior ille gavisus est gaudio magno; anxius tamen in seipso quid ageret, ne tam magnum negotium minus caute vel indigne videretur attemptasse.

et corporis elevatio

5 Unde cum illis temporibus vir reverendus et venerabilis dominus Albertus Ratisponensis episcopus (*communiter* Albertus magnus *audit, fuitque S. Thomæ Aquinatis magister*) ordinis fratrum Prædicatorum, professor sacræ Theologiæ, qui illis diebus in scientiis et studiis liberalibus tam divinis quam humanis nulli, ut creditur, secundus habitus, in sancta civitate Coloniensi frequenter moram traheret, eo quod jam senio confectus in ea locum habitationis perpetuæ delegisset; eumdem clericus adiit, consilia ab eo super his petiturus; dimissis medio tempore sacris illis ossibus discoopertis et intactis. Veniens itaque apud dictum pontificem, narravit ei per ordinem hystoriam facti super tribus apparitionibus istis et non minus de sacri inventione corporis. Quibus auditis reverendus F
ille pater lætabundus efficitur, et exurgens ait : Vadam et ego visurus, quomodo Dominus visiones has magnas opere adimplerit. Et secutus Priorem venit ad domum fratrum. Qui auditis verbis fratris Yngebrandi de Rurke, inventoris Reliquiarum, resolutus in lachrymas, laudans Deum ex intimo sui cordis et illam ymnologiam Te Deum Laudamus inibi congregatis cantari præcepit in excelsis. Ipseque indutus suis pontificalibus elevavit de terra et transtulit easdem reliquias cum omni solemnitate qua decuit in ecclesiam fratrum, et inibi devote peractis missarum solemniis, reposuit eas loco decenti infra chorum, eo quod tunc amplius tamquam novelli de ecclesia non haberent, ad ampliorem ornatum reservandas; ubi tunc ea die et post intervalla temporum ad laudem Dei et hujus beatæ Virginis miracula plurima facta fuisse referuntur, de quibus aliqua vobis intendo disserere, postquam gratiam Priori factam, quem præfatus sum, recitavero. Et merito ille cæteris præferendus est, quia ille ampliori devotione affectus circa sacram

(1) Albertus Magnus, sein Leben und seine Wissenschaft. Regensburg 1857. Pag. 218 et 219.

Virginem,

AUCTORE B. B.

Virginem, ejus sacrorum ossium meruit esse coinventor.

in templo Metitensium equitans;

6 Prior Henricus, cujus supra memini, post sacrarum reliquiarum inventionem, sæpius a Deo et beata Cordula in orationibus suis postulavit quatenus sibi, se defuncto, sub tumba sacrorum ossium conderetur sepeliri. Non erat tunc temporis fratribus major et amplior orationis locus quam chorus fratrum in quo recondita erant hæc lipsana. Eo modo quo nunc in ecclesia, sed ante fores chori, quoddam tugurium appensum erat, quod vulgari sermone *Halla* dicitur. Postquam vero senex iste cursum dierum suorum compleverat, de medio sublatus est et sepultus sub eodem tugurio ante chorum. Devolutis vero aliquibus annis, secunda pars ecclesiæ a fundamentis erecta est, quæ dum aliquo modo completa esset et operta tecto novo, licet non magno, ut esset eis chorus spatiosior, transtulerunt tumbam cum suis reliquiis in medium ecclesiæ, forinsecus (*chori*) super sepulchrum dicti Prioris eam reponentes: ubi usque hodie requiescunt et sic desiderium hujus viri devoti adimpletum est operante Domino nostro Jesu Cristo. *Addo ex Proprio Coloniensi anni* 1709 *ad diem* 22 *Oct. in nona Lectione de Simplici, ecclesiam S. Joannis Hierosolymitani post memoratam reliquiarum translationem,* sanctorum Joannis et Cordulæ cœpisse nominari. *In nota quadam ms. Bollandi* (*ejus enim videtur manus*) *leguntur sequentia :* Inventionem sacrarum S. Cordulæ reliquiarum agi XVI Kal. Martii (*die* 14 *Februarii*) testatur Martyrologium Coloniense : « Item Coloniæ Agrippinæ Inventio S. Cordulæ virginis et martyris de societate undecim millium Virginum sanctarum, quæ anno a Nativitate Domini MCCLXVIII (*imo* MCCLXXVIII) facta est. » Carthusiani Colonienses in Additamentis ad Usuardum : « Item ibidem Translatio S. Cordulæ virginis et martyris de eadem societate, facta per beatæ memoriæ dominum Albertum quondam Ratisponensem episcopum. » Eadem habet Martyrologium Germanicum. Ejus meminit et ms. Florarium ac Ferrarius, qui tamen perperam Cordubam vocat. *Confer* Prætermissos *hæc die.*

B

quo tempore puer resuscitatur.

7 *In Ms. pergameno, quo usus hactenus sum, recensentur nonnulla miracula, quæ circa tempus Translationis contigerunt, quæ propterea hic apponenda judicavi, præsertim quod ex modo quo narrantur, scriptoris supra laudati ætas satis manifeste declaretur, ejusque diligentia et sinceritas haud parum commendentur.* Parvulus quidam per parentum suorum negligentiam absorptus in Rheno extinctus est; cujus cadaver iidem parentes cum gravi mœrore et planctu ad sepulchrum, unde sacra ossa effossa erant, detulerunt. Flentes, ejulantes et clamantes in altum : Virgo beatissima Cordula, miserere nostri, et consolare nos in hoc infantulo, alioquin præ tristitia moriemur. Similiter et circumstantes pro eodem singuli orationes intimas et devotas effuderunt. Quod cum per modicum temporis spatium continuatum esset, ecce puer ille paulatim aperiens oculos et quasi singultire cœpit et palpitare; nec non velut a suavi somno excitatus, semiridendo respiciens in parentes, ac si diceret : Quare tristis est anima vestra? Si mortuus fui, jam revixi; si perii, inventus sum. Quo viso parentes cum universa concione adstantis populi, levaverunt voces suas in cœlum laudantes Deum, qui ob merita beatæ Cordulæ et orationes plebis adstantis hoc miraculum exercere dignatus est. Unde cum ego conscriptor hujus operis adhuc adolescentulus, viderem frequenter circa parietes hujus ecclesiæ pendere camisiolas infantium et causam quærerem, responsum est aliquando ab astantibus, quibus constitit de facto infantuli submersi, de quo mihi sermo est, quod essent camisiolæ infantium submersorum. Hoc forte verum non erat de omnibus sed de aliquibus : devotæ namque matronæ hujus sanctæ civitatis Coloniensis, a tempore submersionis dicti infantis, habentes partus debiles et ad exitum vitæ temporalis properantes, propter istius miraculi novitatem et ob gratiam similem in illis a sancta Virgine nanciscendam, illuc suspendere talia signa consueverunt.

C D

puellæ visus restituitur.

8 Sophia quædam, femina, ut apparuit, satis devota, et annosa, personaliter de se ipsa mihi retulit, quod enarro. Ait enim : Cum essem annorum quinque bene et clare videns, more infantium cœpi morbillare (*id est laborare pustulis rubentibus vel alia simili cutis deturpatione* (1)), et in tantum invaluit in me hæc passio, quod jam in facie et toto corpore nimis videbar difformis, insuper et morbilli (*germanice* rudelen) in oculos meos irruerent, ita quod tandem adeo cæca effecta fui, sic quod nec orbes oculorum videri possent; sed loco eorum carunculæ tantum rubeæ cernebantur. Qua propter parentes mei, quibus satis cara fueram, insolabiliter doluerunt, specialiter mater mea, quæ nec cibum nec potum sumere nec dormire valuit præ dolore. Post octo dies morbillis cessantibus et me convalescente, nihilominus luminibus orbata permansi sicut prius; quo viso parentes mei amplius doluerunt. Evolutis vero pluribus hebdomadis, cum quadam nocte mater mea soporandi gratia se reposuisset apud patrem, meque locasset juxta latus suum, gemens tota nocte nec dormire valens præ dolore, audivit vocem quamdam dicentem sibi : Cur turbaris? Si desiras infantem salvum fieri, defer eum ad oratorium fratrum beati Joannis Baptistæ, ubi alias ossa beatæ virginis Cordulæ inventa fuerunt : hujus cum imploraveris auxilium, recipiet totius cœcitatis omnimodam sanitatem. Quibus auditis mater gavisa non modicum, excitato patre meo, audita sibi per ordinem enarravit. Ad quæ pater respondit : Nec de die comedis nec bibis, sed continue lachrymaris; ideo in tantum virtutem tui capitis evacuas ut in noctibus dormire non valens, phantasticas illusiones patiaris. Et his dictis mater obticuit, non audens eum amplius inquietare. Sequenti nocte simile factum est; et excitato patre et dicto sibi iterum de verbis auditis, dixit ei pater iterum : Videris insanire; somnia sunt de quibus mihi loqueris. Tertia nocte ambobus vigilantibus eadem vox insonuit admonens et exhortans sicut prius; qua audita pater placatus est, committens matri meæ, quod juxta revelationem sibi factam proxima die agere non omitteret, si forte Deus infantis vellet misereri. Mane autem facto detulit me mater mea per ancillam ad ecclesiam fratrum prædictorum, ubi apud tumbam sanctæ Cordulæ de sanctuario ejusdem loca oculorum meorum tergi præcepit. Sed ita nihil perfecit. Tandem procidens ante altare proximum, clara voce profusis lachrymis ex intimo cordis dicebat : Sancta virgo Cordula, subveni huic puero; nec recedam a te priusquam hoc feceris. Tales et hujusmodi voces cum aliquali temporis spacio continuasset, et tam fratres quam populus congregatus instanter idem peterent, et nihil salutis invenirent, tandem quasi attœdiati iterum me ferentes apud tumbam, loca oculorum meorum

E F

(1) Du Cange, Glossarium. Item. Carpentier, Supplementum Gloss.

tergi

A tergi de sacris reliquiis postularunt. Hoc cum factum esset, illico aperti sunt oculi mei, et visum recepi clarissimum, quo fungor hodierna die, concedente Domino, cui est honor et gloria.

item alteri: 9 Item eadem Sophia, quam præfatus sum, simile retulit de sorore sua, quæ etiam adhuc superstes est nomine Catharina. Ait enim : Soror mea, eadem adhuc juvencula, juxta consuetudinem juvenilis ætatis, erumpentibus in eis variolis (*pocken*), unius oculi visu privata est, eo quod illarum variolarum una ei irruerit in pupillam ejus. Quæ cum nullo medicamine juvari posset, rememorata tandem mater nostra, quomodo ego Sophia adjutorio Dei et beatæ Cordulæ salva facta fuerim; festine sororem meam obtulit ad tumbam ejusdem et fusa oratione ad eam sicut antea fecerat; et ea completa in fide nihil hæsitans, sed de auxilio Dei et Virginis confidens, rogavit oculis sororis meæ prædictæ sacras apponi reliquias, quæ mox sanitatem consecuta est; et illo cæcato oculo ita clare videns et adhuc, dono Dei, videt, ac si illum numquam aliquid caliginis vel morbi fortuiti incidisset. Unde mater nostra repleta gaudio ad sua reversa est, frequenter commonere nos habens,

B quatenus memores beneficiorum beatæ Cordulæ, eam perpetuo honorare, ei semper servire, crebro grates referre pro nostro posse non cessaremus; quod nacta opportunitate diligenter faciemus, licet heu! sufficienter non possimus, nisi cooperante nobis gratia Jesu Christi.

lumina visa circa sepulcrum; 10 De visione candelarum et luminum circa sepulchrum hujus sanctæ Virginis plurima mihi relata sunt; sed quia referentes, ut in pluribus erant simplices, leves et minus authoritatis habentes, ideoque advertere vel sufficienter credere non curavi. Tandem discretiores et fide digniores viri mihi retulerunt, quorum non diu post inventas sacras reliquias, mulier quædam peregrina, et, ut videbatur Deo plena, juxta opinionem eorum, qui eam agnoverunt. Hæc gratia visendi beatorum Magorum corpora, et aliorum loca Sanctorum, quorum lipsana in hac sancta Colonia continentur, de partibus exteris aliquando consuevit advenire,

* hospitio recipi etiam hospitium *apud de Raytputze matronam devotam et vicinam immediatam fratrum prædictorum. (***Locus iste plus minus corruptus est; Crombachius noster factum, prout, inquit*** (1), testantur id vetustissima loci Mss., *narrans, **mutatis tamen verbis, ita habet :*** Divertebat autem in domum vicinam Cordulani templi). Quæ nocte quadam post Matutinas fratrum surgens more solito ad orationem faciendam, casualiter aperta fenestra

C sollarii, exposita versus sacrum locum, vidit quatuor candelas cereas et valde luminose ardentes, positas in quatuor finibus loci, unde noviter effossa erant ossa sacra. Quibus visis, mente concussa est, nesciens quid hoc portenderet aut significaret, et dum sic fluctuaret intra se meditando, an sic visa lumina essent naturalia vel miraculosa; sed ad tollendam omnem suspicionem, mox circa totam illam aream respersus est odor suavissimus, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus; ex cujus suavitate persona illa mirabiliter affecta et divinitus consolata fuit. Post horam vero aliqualem, modicum ante lucanum (*Crombachius interpretatur* (2) : Usque ad crepusculum), disparentibus candelis et lumine, reposuit se in commodum suum, nec tamen præ gaudio et admiratione dormire valens. Illucescente vero die vocavit hospitam suam, cui seriem visionis et per olfactum ex parte suavitatis enarravit, nihil sciens de inventione reliquiarum. Cui illa : De odorata quidem aromaticitate ego ipsa aliquando experta sum, sed non de candelis aut luminibus; simile tamen de aliquibus intellexi. Peregrina autem curiosius requirente ob quam causam et quomodo possent hæc fieri; illa ad hæc respondit : Quoniam propter sacra pignora beatæ Cordulæ, ibi noviter effossa, crederet sibi hæc signa cælitus fuisse monstrata. Quo audito gavisa est gaudio magno, gratias agens et benedicens eum, qui est mirabilis in suis sanctis, Dominum Jesum Christum. AUCTORE B. B.

11 ***Quo facilius intelligatur prologus in sequentem sanationem, notandum duas imo tres a B. Hermanno Steinfeldiensi recenseri virgines, S. Ursulæ sodales, nomine*** Cordula ***dictas*** (3). ***Prima filia comitis Quirini, estque nostra; altera Aviti filia et soror S. Columbæ; tertia neptis ejusdem Aviti.*** Duæ etiam effossæ Cordulæ sunt (4). ***Et primum quidem reperta Cordula Aviti filia est una cum sorore sua, et*** passim credita fuit illa esse, quæ occisa postridie est, idque titulo ejus quidam addiderunt; sed centum annis postea detecta Cordula, ***Quirini filia,*** primum magnis prodigiis est, et cœlitus etiam significatum eam in navi dilituisse. ***Ita Crombachius*** (5), ***addens*** sopitam Coloniæ, non tamen alibi, controversiam. ***Et alio in loco*** (6) : Non dubito, quin, re per archiepiscopum vel Albertum Magnum diligenter explorata; pro ipsis (*Joannitis*) fuerit pronuntiatum. ***His prænotatis ad verba anonymi scriptoris nostri redeamus.*** Quadam vice, quædam canonica (***ad S. Ursulam primum abbatia fuit feminarum, sub regula S. Hieronymi dein S. Benedicti viventium,*** quæ demum in canonicas regulares defecerunt (7) ***et tandem sæculares. Vide supra Acta SS. Ursulæ etc.*** (8)), sanctarum Virginum zelo ducta, prorupit in verba cum quodam commandatore fratrum, dicto et oriundo de Dune : erat enim materia contentionis eorum de corpore beatæ Cordulæ virginis; illa fortiter firmante quod esset apud eas; isto e contra fortius contradicente et probante per revelationes factas fratri suo (et) miracula plurima subsecuta. Quæ omnia illa nihil pendens, cœpit iterum de sua sancta Cordula replicare; ille vero videns illam in suo proposito infatigabiliter persistere, tandem dixit ei : Ut quid multa verbositate variamur inaniter? Experiamur hujus dubietatis veritatem non verbis sed factis : cujuscumque Cordula prior infra dimidii anni spacium miraculo coruscaverit, illa sit vera nobis Cordula. Possibile tamen est plures in sacrarum Virginum consortio fuisse Cordulas, sicut plures Ursulas, et aliarum Virginum plura nomina æquivocaliter consonantia. His et hujusmodi verbis hæc virgo contenta fuit. Valedicentibus sibi invicem et consentientibus conditione prædicta ad sua quilibet eorum repedavit. Evolutis tribus mensibus contigit matronam quamdam nobilem in partibus Hollandiæ graviter infirmari. Quæ omnino ad mortem disposita, simul est consilio et auxilio medicorum destituta; revolvens tamen intra se : Mihi adhærere Domino Deo bonum est et Sanctis suis; sed cum nihil proficeret, astitit quædam persona religiosa, consulens eidem quod (si) voveret beatæ Cordulæ quiescenti apud DOMUM FRATRUM SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ in Colonia aliquod servitium se facturam, ex hoc citius posset Dei et ejus adjutorio consequi sanitatem. Quod cum illa devote et

matrona mirum in modum convalescit;

E

F

(1) S. Ursula vindicata, pag. 894. — (2) Ibid. — (3) Ibid. pag. 648. — (4) Ibid. pag. 501. — (5) Ibid. pag 527. Confer lib. VII, cap. 25, pag. 501 et seq. — (6) Ibid. pag. 501. — (7) Gallia Christiana, tom. III, col. 771. — (8) Gloria posthuma.

profusis

AUCTORE B. B.

profusis fecisset lachrymis, extemplo salva facta est. Nec immemor postea accepti beneficii misit ei, pro vicissitudine sibi impensa, pretiosam coronam suam, qua hodierna die sanctum regale caput ejus adornatur. Quam accipiens commendator ille, et super dignatione sibi facta a sancta Cordula valde lætificatus, tulit illam apud domicellam sanctarum Virginum de qua supra dictum est, et enarrato sibi facto per ordinem, ostendit ei coronam, quam sibi lucrata fuerat sua sancta Cordula. Qua visa stupuit puella, et gemens conversa retrorsum, dixit se verbis illius adhibere fidem, et non solum propter coronam et miraculum narratum, sed propter apparitionem sibi quamdam de eodem sibi factam, quam quia longum esset enarrare, ne tædio afficiamini, prætermitto, laudans tamen Dominum Jesum Christum in operibus suis, cui est honor et gloria. *Nota in Auctariis Usuardi apud Sollerium ex codice Hagenoyensi annuntiari:* Ipso die (XXII Oct.), sanctæ Cordulæ virginis cum aliis pluribus, quæ fuerunt de consorcio undecim millium Virginum. Quæ fuerunt perterritæ nomine mortis et latuerunt per noctem in navibus; ubi (autem) viderunt alias Virgines gloriosas cælum conscendere, sponte
B sequenti die carnificibus se tradiderunt; (*attende verba sequentia*) quæ cum aliis Virginibus sepeliri non poterant et ideo illæ non requiescunt in ecclesia Hospitaliorum, ubi plura per earum merita facta sunt miracula. *Putem mendum esse, et expungendam particulam* non, *secus dictio non cohæret.* Aliæ *enim Virgines non sepultæ fuerunt in ecclesia Hospitaliorum, sed S. Ursulæ. Deinde vox* ubi *refertur obvio et naturali sensu ad* ecclesiam Hospitaliorum. *Ut quid autem eo loci* plura facta miracula, *nisi quia ibidem* illæ requiescunt? *Cæterum codex Hagenoyensis conscriptus fuit anno* 1412, *ducentis proinde et eo amplius annis post historiam Revelationis, estque notæ non valde bonæ.* Hujus martyrologii collector, *inquit Sollerius* (1), non magnam retulit laudem, nescio quas historias passim commiscens. *Redeo ad miracula.*

captivis solatium affertur.

12 Senex quidam venerabilis et discretione maturus, hoc mihi miraculum recitavit. Religiosa quædam persona, de vita et conversatione illarum puellarum, quas in vulgari nostro Beghinas nominamus, servivit cuidam militi in Castro quodam juxta oppidum dictum Arwilre (*sic*) manenti. Turris vero castri illius in inferiori sua parte nimis
C immunda; unde captivi in ea positi a venenosis vermibus, serpentibus, bufonibus et similibus pœnas intolerabiles pertulerunt. A quibus dum hæc puella ploratus et ululatus varios frequenter audiret, compuncta corde, cogitavit quomodo captivis illis de remedio posset providere. Verum cum aliquibus annis rumor fuisset de Inventione sanctæ Cordulæ, venit illa Coloniam peregrinationis causa; et visitatis hinc inde sacris locis, decrevit tandem adire sepulchrum sanctæ Cordulæ, non immemor captivorum Domini sui. Sumpto secum saculo uno, implevit eum de terra unde noviter sacra ossa effossa erant. Expleta vero peregrinatione, et aliis negotiis sibi incumbentibus, reversa est ad Castrum domini, deferens secum ruder, quod de sacra fovea sustulit; et post horam, ignorante domino, sparsit illud in profundum turris illius; et ecce subito fugata sunt illa venenosa animalia, nec ibi postmodum visa fuerunt. Animadvertite et gratias Deo agite, quod locus iste idem habet a D
Deo privilegium, quod sanctum illud cœmiterium sanctarum aliarum undecim millium Virginum. Et merito dixi: Sanctum cœmiterium. Sanctum namque in una sui ethimologia quasi *sanguine tinctum* dicitur. Et propterea victimæ et holocausta legis veteris, quia sanguine tincta, olim Sancta vocabantur; simili modo hæc loca Sancta dici possunt, eo quod ipsa sanctarum Virginum et Martyrum sanguine tincta sint et copiose delibuta. Multa quidem et alia miracula Deus fecisse dicitur in hoc loco et alibi ad laudem beatæ Cordulæ virginis; sed quia mihi de illis sufficienter constare non potuit, ideoque prorsus scribere prætermisi.

De anno præfatæ Inventionis,

13 Inventum est autem corpus sanctæ Cordulæ virginis præsidente sedi apostolicæ domino papa Johanne XXI, et reverendo patre domino Syfrido archiepiscopo Coloniensi, nec non regnante glorioso principe domino Rudolpho Romanorum rege, anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, in die beati Valentini martyris, *id est die* 16 *Julii, quo celebratur festum S. Valentini Trevirensis episcopi et martyris. Hactenus Ms. Coloniense,* missum inde ad nos a P. Jacobo Kritpaet S. J. anno 1662 mense Novembri, E
ut aliquis prædecessorum nostrorum manu sua codici adscripsit. Ad annum tamen Inventionis quod attinet moveri posset difficultas, quod illa facta dicatur præsidente Joanne papa XXI... anno 1278: *ast obiit Joannes* 16 *Maji anno* 1277 (2) *ejusque successor Nicolaus III electus fuit* 25 *Novembris ejusdem anni* (3). *Differentia tanti non est, ut auctor sæculo* XIV *scribens, non facile de hujusmodi lapsu excusetur; idque eo magis quod cætera concordent. Siffridus Coloniæ sedit ab anno* 1275 *ad ann.* 1297 *vel* 1298; *Rodolphus solium conscendit sæculo* XIII *haud valde provecto, mortuusque est anno* 1291 (4). *Fratres quoque S. Joannis Colonienses* statim *sepulcrali lapidi,* qui adhuc in pomario S. Cordulæ superat, *sequentem inciderunt epigraphen:* Hic inventum est corpus B. Cordulæ virginis et reginæ, quæ post mortem SS. Virginum in navi latuit, præsidente Joanne papa XXI nec non reverendo *etc. ut supra* (5). *Eamdem inscriptionem habemus ad calcem codicis nostri, ex quo desumpsimus hactenus dicta de revelatione corporis sanctæ Virginis et Martyris.* F

et altero corpore S. Cordulæ *Viconii,*

14 *Jam innui num.* 11, *exstitisse nonnullam contentionem de possessione sacrarum* B. Cordulæ *exuviarum, illius scilicet quæ altero post commune martyrium coronata est die; hinc illas sibi vindicantibus Ursulanis sanctimonialibus, illinc hospitalariis S. Joannis seu, ut postea dicti sunt, Melitensibus equitibus. Hac sopita Coloniæ disceptatione, renovata est, inquit Crombachius noster* (6), controversia paucis abhinc annis Colonienses inter et Viconienses *ordinis Præmonstratensis prope Valencenas.* Hi eam (S. Cordulam) sibi vindicant; primo quia centum annis antequam apud S. Joannem altera reperta est, Coloniensium recepta opinione, ut ea ipsa Cordula, quæ postridie occubuisset, fuit honorata; secundo quia Deus eam miraculis illustravit, et adhuc, testibus archiepiscopis, spirant sanctæ Cordulanæ exuviæ odorem suavissimum. *De quibus latius jam tractandum. Scilicet ex quodam documento, apud Adrianum David citato* (1), *discimus quando et a quo corpus* S. Cordulæ *Viconium fuerit allatum.*

(1) Martyrologium Usuardi. In Præfatione, pag. LX. — (2) Acta SS. Propyl. Maii, in Conatu chronico-hist. pag. 59. — Item Novaes, tom. III, pag. 264. — (3) Propylæum. Ibid. pag. 60.— (4) Biographie universelle.— (5) Crombach, pag. 501. — (6) Ursula vindicata, pag. 903. — (7) Trésor sacré de plusieurs belles et précieuses reliques, conservées et honorées en l'abbaye de Vicoigne, auctore Adriano David ejusdem abbatiæ monacho. Valencenis 1654. Pag. 75 et seqq.

A *allatum :* Frater Nicolaus de Valencenis, religiosus hujus venerabilis conventus (*Viconiensis*) pietatis affectu compulsus est visitare partes Alamaniæ et impetrare precibus improbisque laboribus multas sacras reliquias, aliqua nec non gloriosa corpora sanctarum undecim millium Virginum Coloniensium Episcoporumque una cum eisdem coronatorum. In quarum etiam acquisitionem plures istius loci fratres, quorum nomina non distincte reperiuntur, fideliter, ut jam notum est, laboraverunt, relinquentes successoribus suis exemplum augmentandi ecclesiæ decorem et totius populi christiani devotionem. Rediit autem prædictus frater Nicolaus ab Aquisgrano obtentis reliquiis, in Octavis earumdem Virginum ab anno Incarnationis Domini 1256. Sciendum vero est quod istæ sacræ reliquiæ requiescunt in fenestris hujus templi superioribus. *Sequitur designatio locorum, quibus singulæ reliquiæ sint depositæ; et speciatim habetur :* In 13 (loco) de sancta Cordula.

quod solemniter translatum,

13 *Quæ quidem ibidem permanserunt ab anno* 1260 *usque ad annum* 1631, *quando situ suo movendæ fuerunt, quo ecclesiæ chorus ampliaretur* (1), *ut etiam constat ex sequenti Instrumento RR. DD.*

B *Pauli Boudot, episcopi Atrebatensis* (2) : Notum facimus universis quod nos anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo secundo, mensis Maji die quarta... processerimus ad visitandas sacras reliquias in viginti sex capsulis, suo numero per ordinem notatis, quæ in sublimi parte muri chorum ecclesiæ ambientis intra parvulos fornices decenter collocatæ, fuerunt nuper repertæ, dum ampliando choro prædictus murus destrueretur. Quas quidem capsulas firmiter clausas reperimus, et in iis, jussu nostro et in nostra præsentia patefactis, reliquias sacras huic tabulæ, cui nostræ præsentes infiguntur, conformes et correspondentes invenimus. Et visitatis parvulis fornicibus, qui in sinistra parte chori supererant, et consideratis imaginibus in tabella depictis, quibus prætacti fornices claudebantur; censuimus eas in loco tam sublimi fuisse repositas ad earum securitatem, et nihilominus expositas populo ad cultum et venerationem. Ideoque permisimus et tenore præsentium permittimus easdem, per nos, ut præmittitur, visitatas, populo exponi ut debitus eis honor reddatur et glorificetur Deus in Sanctis suis *etc.* Datum Valencenis die 14 Maji anno 1632. *Advenerunt quoque*

C *per id tempus Viconium RR. DD. Cameracensis, Tornacensis, Namurcensis et electus Audomarensis antistites, qui particulas nonnullas reliquiarum illarum et in specie* S. Cordulæ *ad suas quisque ecclesias detulerunt.*

suavem spiravit odorem;

16 *Qui autem res peracta sit, eorum sequentes litteræ docebunt :* Franciscus... archiepiscopus et dux Cameracensis, Maximilianus episcopus Tornacensis, Engelbertus episcopus Namurcensis et Christophorus electus episcopus Audomarensis... salutem in Domino. Ad majorem Dei et Sanctorum gloriam notum facimus per præsentes et testamur, quod anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo secundo, mensis Maji die decima in cœnobio Viconiensi ordinis Præmonstratensis, diœcesis Atrebatensis existentes, et intelligentes a Reverendissimo Domino Paulo Boudot, Atrebatensi episcopo illic præsente, quod paucis ante diebus visitasset plurimas capsulas in sublimi murorum chori ecclesiæ prætacti cœnobii parte repertas, in iisque admodum insignes invenisset Sanctorum reliquias; nos uti par est pia erga Sanctos et sacra, quæ nobis ab ipsis sunt relicta, pignora succensi devotione, contulerimus ad locum, ubi repositæ asservabantur dictæ capsulæ, quarum nonnullæ in præsentia nostra, simul cum reverendis dominis Matthia Viconiensis, Jacobo Hasnoniensis, Philippo sancti Joannis in oppido Valencenensi, et Philippo sancti Salvii monasteriorum abbatibus, adstantibus pluribus aliis... fuerunt apertæ et nobis monstratæ Sanctorum præclaræ et omni cultu ac veneratione dignæ reliquiæ : ex quibus particulas desideravimus et cum affectu nobis gratiose donari postulavimus, partim altarium consecrationi, partim accendendæ fidelium devotioni, impendendas. In qua petitione nostra eo majori studio perseveravimus, quod patefacto loculo plumbeo, in quo recondita sacra ossa cum hac inscriptione : De sancta Cordula (quæ inter undecim millia Virginum postrema profuso sanguine refertur martyrio coronata) claudebantur, suavem odorem undequaque diffundi sensimus, quem et circumstantes sese percipere testabantur. De quibus et aliis nonnullis dono præfati R.D. Abbatis Viconiensis cum religiosa animorum lætitia et gratiarum actione ad finem, de E quo superius, accepimus, benedicentes Deum, qui nos experimento tam evidenti docere voluit, quod Sancti ejus sint sicut odor balsami ante ipsum. In quorum omnium fidem *etc.* Datum Valencenis die 14 Maji 1632. *Erat signatum :* Franciscus Van der Burch archiep. Cameraci, Maximilianus Vyllani a Gandavo episc. Tor., Engelbertus des Bois episc. Namurc., Christophorus electus episc. Audomarensis (3).

AUCTORE B. B.

unde magna contentio Viconienses inter

17 *Quibus ita fideliter exhibitis subdit Adrianus David* (4), *Viconii haberi SS. Virginum Coloniensium* fere corpora duodecim, *atque inter illa* corpus S. Cordulæ, *postridie passæ,* ut testantur RR. DD. Episcopi *præfati;* atque id ipsum, *inquit,* perpetuo nobis tradiderunt prædecessores nostri, et ita esse revera nos hodie etiam credimus. *Objicit deinde sibi Coloniensium prætensionem, qua volunt corpus* S. Cordulæ, *quæ sequenti die passa est, translatum fuisse anno* 1278 *ab Alberto magno, et asservari* ad sanctam Cordulam. *Reponit autem, ipsos* canonicos *collegiatæ S. Ursulæ in eadem urbe id negare, sibi vindicantes reliquias ejusdem S. Virginis* Cordulæ. *Præterea notat in abbatia Marchianensi ad Scarpum haud procul Duaco* (5), *ordinis S. Benedicti* F *pariter ejusdem nominis asservari corpus. Unde, inquit, evidenter sequitur, in agmine Ursulano plures fuisse* Cordulas; *ac denique concludit his verbis :* Sane difficile admodum foret, statuere, quæ ex eis sit illa S. Cordula postridie passa. Certe nos nostrum sanctam Virginem possidebamus, annis plus centum antequam utraque Cordula Coloniensium sive quæ ad S. Ursulam sive quæ ad S. Cordulam, innotuisset (*exageratur annorum numerus, cum Viconium allatæ reliquiæ primum sint anno* 1256. *et Inventio* S. Cordulæ *in horto FF. Joannitarum sit facta anno* 1278). Denique nostra seu possessio seu sententia fundatur in communi opinione, quæ apud Colonienses erat, quando nos sacro corpore illo donarunt; et confirmatur haud sane parum ex prodigio, cujus testes fuerunt, præter plures alios, quinque omnino episcopi, ut ex præcitatis horum litteris plane constat *Equidem fateor, minime spernendas videri rationes adductas, præsertim illas quæ*

(1) Trésor sacré de plusieurs belles et précieuses reliques conservées et honorées en l'abbaye de Vicoigne, auctore Adriano David, ejusdem abbatiæ monacho. Valencenis 1654. Pag. 80.—(2) Ibid. pag. 81 et seq. — (3) Ibid. pag. 86-89. — (4) Ibid. pag. 106 et seqq.—(5) Nova Gallia Christiana, tom. III, col. 395.

AUCTORE B. B. *desumuntur ab antiquiori possessione sacri corporis, et ab opinione Coloniensium, quando illius facta translatio in Hannoniam est.*

et Colonienses. 17 *Reponit autem Crombachius* (1) : Joannitæ Colonienses utrumque dant libenter Viconiensibus : primo Colonienses errore ductos, centum annis Viconiensem illam pro Cordula postridie occisa coluisse; effossa vero altera apud DD. Joannitas, et clarioribus pro ea testimoniis etiam divinis inventis, mutasse opinionem; ipsas adeo Ursulanæ basilicæ Virgines, quæ pertinacius obnitebantur, divino etiam responso monitas (*vide supra n.* 11) nullam deinceps in hunc usque diem litem movisse Joannitis. *Alterum etiam Colonienses concedunt, nempe* prodigioso odore Viconiensem S. Cordulam a Deo nobilitatam; interim si de miraculorum multitudine, varietate, præstantia contendatur, ipsique ea tantum proferant, quæ quatuor ab inventione Cordulæ annis contigerunt; longe se sperant judicio etiam adversariorum fore superiores : nam præter septem (*in codice nostro* sex *tantum describuntur*) D illustriora miracula, quæ autor inventionis S. Constantiæ (*qui idem ac Inventionis* S. Cordulæ *est*) fusius memorat; septuaginta alia in variis mss. codicibus apud patres Carthusianos Colonienses latine referuntur; eadem aliquot jam sæculis in tabella ecclesiæ, Germanico scripta idiomate, ad S. Cordulæ tumulum appensa videre licet. *Hæc ita Crombachius quasi per modum præfationis, ubi de miraculis* S. Cordulæ *dicturus est. Quæ autem ejus sit de ipsa controversia mens, non rotunde enuntiat. Propendet tamen evidenter in partes FF. Joannitarum. Fundantur itaque Colonienses in revelatione ipsius* S. Cordulæ, *et in miraculis sane plurimis ab eorum S. Virgine et Martyre obtentis, quorum habemus Germanica lingua elenchum, Coloniæ typis excusum anno* 1662. *Recensentur sanationes omnino sexaginta septem; et in Monito ad lectorem* (2) *dicuntur probabiliter collectæ et descriptæ circa annum Christi* 1480 *vel* 1500.

(1) Ursula vindicata, pag. 905. — (2) Ibid. pag. 55 et seq.

B

DE S. VERECUNDO EPISCOPO VERONÆ IN ITALIA.

B. B.

SYLLOGE HISTORICO-CRITICA.

Ejus hodie celebratur festum; res vero gestæ valde obscuræ; reliquiæ in hunc diem servatæ.

AN. DXXII. S. Venerandus, *cujus hodie festum celebratur,*

Solicite attendentes, quod clarissima hæc civitas Veronensis, triginta sex sanctissimorum Antistitum suorum, qui Beatorum in catalogum relati fuerunt, glorioso munere decoratur, *qui tamen* gregatim negligentius, et C non sine maximo ingratitudinis vitio, nimis frigide et indecore celebrantur; *quapropter*, habito prius reverendi hujus capituli ac totius synodalis congregationis venerandi cleri Veronensis consilio pariter et assensu, prælibatos sanctissimos triginta sex Episcopos et eorum quemlibet suis infra scriptis diebus, sub duplici venerabili officio ecclesiastico per universas hujus civitatis et diœcesis Veronensis ecclesias et ecclesiasticas utriusque sexus personas... perpetuis futuris temporibus, annis singulis devote, solemniter et inviolabiter celebrari volumus *etc. Ita* Synodalis Constitutio *edita* in episcopali palatio Veronæ 1503 die Mercurii xv Februarii (1), *in qua assignatur pro festo* S. Verecundi *dies* 22 *Octobris* (2). *Pauca ad nos de sancti Viri hujus gestis pervenerunt.* Verecundus, *inquit Raphael Bagata* (3), Veronæ episcopus, episcopalis muneris laude ornatus, ecclesiæ cultum amplificare ejusque dignitatem tueri maxime studuit. Omnes hujus vitæ cupiditates spernens, cœlestes voluptates animo et meditatione anticipabat, et precibus mirifice delectabatur. Obiit undecimo calendas Novembris (22 *Octobris*), sepultus fuit in basilica sancti Petri in Arce. *Et rursus, ubi de singulis* XXXVI *SS. Episcopis Veronensibus* (4) : S. Verecundi corpus requiescit in ecclesia S. Petri in F Arce, ut ex lapide marmoreo ad latus majoris altaris ad meridiem constat, in quo hæ litteræ sunt incisæ : HIC REQUIESCIT IN PACE SANCTÆ MEMORIÆ VERECUNDUS EPISCOPUS, et ex Arca parva lapidea rubei coloris cum operculo et basi albi coloris, et fenestella ferro munita prope supradictum lapidem, in qua hæ litteræ sunt incisæ : CORPUS SANCTI VERECUNDI EPISCOPI. *Ferrarius eadem fere habet ad verbum* (5). *Nec mirum siquidem, ut fatetur, hauserit* ex libello Augustini Valerii episcopi Veronensis, de Sanctis ecclesiæ Veronen., *eodem scilicet quem supra citavimus, sed sub vero suo titulo. Onuphrius Panvinius, ita habet* (6) : Floruerunt Justino seniore et Justiniano magno Augustis, Theodorico vero et Atalarico regibus in Italia Gothorum, sancti Veronenses episcopi Verecundus et Valens, quemadmodum ex eorum epitaphiis intelligi potest. E queis Verecundus, vir pius religione, doctrina et morum gravitate urbem nostram mirum in modum

(1) SS. Episcoporum Veron. antiqua Monumenta, coll. Valerio, fol. vers. 1 et fol. rect. 2. Venetiis 1576. — (2) Ibid. fol. vers. 12. — (3) Ibid. fol. rect. 43. — (4) Ibid. fol. vers. 12. — (5) Catalogus SS. Italiæ, ad 22 Octob. — (6) Antiquitatum Veronensium, lib. IV, cap. 20, pag. 119. Veron. 1647.

illustravit.

A illustravit. Obiit vero in pace XI kal. Novembris... anno Christi DXXIII, sepultusque est in æde omnium vetustissima S. Petri in Arce supra theatrum vetus fabricata, cujus tumulo hoc incisum est epitaphium (*ut supra* Hic requiescit *etc.*). Vacavit tum Veronensis sedes mensem I, dies XV. Verecundo... VI Idus Decembris ejusdem anni suffectus est S. Valens. *Panvinium sequitur Ughellus* (1), *ne una quidem voce mutata, si tamen excipias numerum dierum, quibus sedes Veronensis vacasse dicitur : Panvinius ponit* dies XV, *Ughellus* dies 25. *An hic forte mendum? Sed quidquid sit, neuter numerus est accuratus. Nam ab* 11 *kal. Nov. seu die* 22 *Octobris, quo uterque scriptor asserit obiisse* S. Verecundum, *usque ad* VI *Idus, id est diem* 8 *Decembris, quo S. Valens illi suffectus est, habetur intercapedo dierum* XVII. *Putem Panvinium confudisse* VI Idus *cum* sexto *Decembris; ita enim sedes vacasset* mensem I dies XV.

episcopus fuit Veronensis;

2 *Atque hæc sunt quæ ex variis colligere de* S. Verecundo *licuit; nec quidem omnia et singula æque probata. Apud Ughellum*, S. Verecundus *ordine successionis* XXXVI *ponitur* (2); *ast notat Coletus* (3), Ughellianam seriem uberem quidem esse, sed indigestam satis atque implicatam. *Juxta Ferrarium* (4),

B S. Verecundus episcopus Veronæ XXXII est; *Joannes Bapt. Biancolini eum ordine* XXXI *recenset* (5); *monetque* (6) *in tantis, quibus episcoporum Veronensium series chronologica obvolvitur, tenebris, se, post primos octo episcopos* (*quorum successio habetur* ex rithimica quadam Veronæ descriptione, regnante Pippino, Caroli M. filio, ab anonymo auctore elucubrata (7), *quæ latuit Ughellum*) *exhibiturum sequentes præsules usque ad annum* 750, *prout ab aliis scriptoribus fuerunt in catalogum redacti. Qui illi sint scriptores, non dicit Biancolinus; ast plurimum differunt ab Ughello, quem asserit non mereri fidem, nisi dum agit de episcopis qui sederunt post annum* 1225 (8). *Neque ad annum mortis quod spectat, omnino concordant scriptores. Panvinius et Ughellus, ut vidimus, eam ponunt anno* 525, *uti et Perettus* (9); *paulo aliter Biancolinus :* mortuus est, *inquit* (10), anno 552 die 22 Octobris; *Ferrarius hoc loco mendosus est :* circa annum salutis 55. *Raphael Bagata* (11) *de anno obitus silet. Putem aliud haud haberi argumentum, quo de mortis tempore statuatur, præter epitaphium sancti Valentis, qui ab omnibus* S. Verecundo *datur proximus successor. Reperitur illud in ecclesia S. Petri de Arce, estque,*

C *referente Panvinio* (12), *hujus tenoris :* Hic requiescit in pace sanctus Valens episcopus, qui vixit annos plus minus XXXXV, et sedit episcopatum (*sic*) an. VII, menses VII et dies XVIII, et recessit sub die VII kal. Augustas (26 *Julii*) post consulatum Lampadi et Orestis clarissimorum virorum, Indictione VII. *Ast observat Biancolinus* (13) *hanc Panvinii lectionem minime esse accuratam.* Quamvis, *inquit,* lapis ille non ita jam sit integer, non tamen adeo est læsus, ut non clare cernatur Panvinium in numeris plurimum fuisse hallucinatum. *Testatur deinde vir eruditus, se quanta fieri potuit diligentia, curasse ut inscriptio, qualis sua adhuc erat ætate, ad amussim redderetur, cujus et ectypum Notitiis suis inseruit cum hac interpretatione :* Hic requiescit... qui vixit annos plus minus LXXXV, et sedit episcopatum annos VIII, menses VIII et dies XIX et recessit sub die VIII kal. Aug. post cons. Lampadi et Orestis... Ind. IX. *Unde sequitur, omnes omnino siglas seu notas numericas a Panvinio lectas, esse falsas. Addit Biancolinus erroris præcipuum fontem in eo positum, quod ille notam numericam, quæ formam græci characteris habet, confuderit cum nota romana* V, *dum reapse æquivalet* VI. *Insuper in ectypo Biancoliniano clare exprimitur ætatis annus* 85, *non vero* 45, *ut docet Panvinius. Denique dies* VII *vel* VIII kal. Aug. post consulatum Lampadi et Orestis *concurrit cum anno Christi* 551 (14), *cui ex Tabulis ordinariis* (15) *convenit Indictio* IX, *non autem* VII. *Hæc si admittantur, obitus* S. Verecundi *adscribendus erit anno Christi* 522, *ut comperiet, quisquis contulerit diem depositionis sancti Valentis cum annorum et mensium, quibus præfuit, numero.*

AUCTORE B. B.

de quo plura referuntur non satis probata;

3 *Longe alia leguntur in Opusculo* de sanctis Veronensibus, *quod edidit anno* 1817 *R. D. Joannes Jacobus March. Dionisi, canonicus Veronensis. Summa narrationis est hujusmodi. Regnabat in Italia impius Theodoricus rex arianus, qui sedem suam fixerat Veronæ. Hoc illi ante omnia erat in votis, ut per universam ditionem suam episcopi eligerentur Arii sectatores, nec pauci jam erant hujus dogmatis viri, qui ecclesiis præsidebant. Non tamen*

E *ita Veronæ, ubi infulas tenebat S. Theodorus. Hic, convocatis populo et clero, successorem sibi designavit omnium cum approbatione* S. Verecundum. *Mortuo itaque S. Theodoro,* S. Verecundus *cathedram conscendit. Ariani, spe sua delusi, incredibiliter furentes, Theodoricum adeunt, ejus animum, jam in fideles satis acerbum, magis magisque exasperant, ex eo præsertim capite, quod Theodorus vivens sibi delegisset successorem, non sine regiæ, ut aiebant, majestatis vituperio. Cum tamen facile perciperent, Theodoricum non adeo paratum esse, ut contra Veronensem Præsulem gravius quid susciperet, impulerunt illum, ut sanctum Episcopum mitteret Ravennam, ubi concilium indixerat celebrandum occasione tumultus populum inter et Hebræos orti; quod tamen, renitente summo pontifice, habitum non fuit. Ast* Verecundus *probe intelligens, quo hæretica illa astutia spectaret, regio paratum se præbet obtemperare quidem mandato, verum simul etiam præcavere malo a sectariis intento. Quapropter congregat populum cum clero, quibus persuadet, ut sibi, quoniam abesse cogitur, substituerent S. Valentem, qui die dominica,* 6 *mensis Novembris anno* 522 *onus subiit episcopale, accepta consecratione de consensu com-*

F *provincialium præsulum. His peractis Ravennam discessit* S. Verecundus, *ubi permansit, donec anno* 524 *Constantinopolim petiit una cum S. Joanne papa, conveniendi causa imperatorem Justinianum, qui præfato anno lege caverat ne Ariani ecclesias haberent. Ex oriente redux, substitit iterum Ravennæ, sive quia ita suadebat prudentia, sive quia judicabat se ecclesiæ profuturum amplius ibi quam Veronæ. Interim furebat Theodoricus. Neci dabat S. papam Joannem, Boetium, Symmachum, primarios rei catholicæ per id tempus in Italia defensores. Qui autem ipse* S. Verecundus *sævientis tyranni manus evaserit, nemo facile dixerit. Dum ergo procul Verona exul degeret sanctus Episcopus, Ariani tempus opportunum judicantes, perversa exequi consilia statuerunt, sui dogmatis eligentes pontificem. Ast ecce adest S. Valens, qui vices exulantis pastoris impleret. Furibundi Theodoricum conveniunt se-*

(1) Italia sacra, tom. V, col. 697. — (2) Ubi supra. — (3) Ibid. col. 672. — (4) Catalogus SS. Italiæ. — (5) Notizie storiche delle Chiese di Verona. Libro primo, pag. 169. Veronæ 1749. — (6) Ibid. pag. 164. — (7) Vide Maffeium apud Ughellum, tom. V, col. 672. — (8) Notizie. Ubi supra, pag. 164. — (9) Apud Valerium, pag. 55, item pag. 57. — (10) Notizie, pag. 169. — (11) SS. Episcoporum Veron. antiqua monumenta. Apud Valerium locis supra citt. — (12) Antiquitates Veronenses, pag. 120. — (13) Notizie, lib. 1, pag. 150. — (14) Art de vérifier les dates, pag. 336. — (15) Ibid. pag. 11.

clarii,

AUCTORE B. B.

ctarii, ejus animum incendunt, adeo ut imperet is ecclesiam S. Stephani, in qua tunc erat cathedra episcopalis, funditus everti, catholicosque dire vexari. Hæc dum duravit procella, latuit S. Valens in cavernis montis S. Petri, ex quibus aditus erat ad oratorium in cacumine positum. Tandem extincto Theodorico die 29 *Augusti* 526, *successit Athalaricus et cum eo pax reddita ecclesiæ est. Tum vero rediit a longo exilio* S. Verecundus, *cui cum jubilo obviam occurrit plebs catholica universa cum clero et S. Valente, primario suo pastori congratulatura, eumque deducunt usque ad præfatum oratorium S. Petri, in quo sedes jam erat pontificalis. Exinde* SS. Verecundus *et Valens cœperunt simul ecclesiam Veronensem administrare ejusque multiplicia, ab Arianis illata vulnera curare, usque dum die* 24 *Julii an.* 531 *extinctus est S. Valens ætatis anno* 85, *sepultusque ad S. Petrum in Arce. Supervixit* S. Verecundus *annis paulo plus duobus, diemque obiit supremum* 22 *Octobris anno* 533, *regnante Athalarico et Justiniano Augusto Consule* III. *Atque hæc ita quidem R. D. Dionisi; quæ unde hauserit vel acceperit prorsus ignoro. Id certum nihil tale reperiri in antiquis, quæ supra laudavimus, monumentis, in quibus*

B *passim S. Valens successor datur* S. Verecundo. *Penes ergo reverendum canonicum sit fides narrationis, cujus equidem vadem me nullo modo facere ausim. Vide Syllogem S. Theodori a Stiltingo nostro ad diem* 19 *Septembris scriptam* (1), *ubi concluditur nihil certi nec de gestis nec de ætate S. Theodori statui posse. Et additur ex Aloysio Lipomano, quondam Veronensi episcopo* (2) : Sanctos meæ ecclesiæ non solum hæc civitas, sed pene totus mundus veneratur et suspicit; sed ego eorum vitas, quales habentur, si in medium proferrem, non modo contra institutum meum agerem, verum etiam omnibus me ridendum exponerem. *Subdit vero Stiltingus* (3) : Ex quibus liquet, laborandum mihi non esse pro sancti Theodori vita comparanda, *nec etiam mihi pro* S. Verecundi.

ejus reliquiæ in hunc diem servatæ.

4 *Hæc itaque probata sunt,* S. Verecundum *Veronensi sedi præfuisse, unde et inscriptum ejus nomen legitur Casulæ seu Planetæ, quæ in sacrario Classensis monasterii Ravennæ asservatur,* diptychorum imaginem referens, e serico argenteo texta est, *de qua ex professo tractat sæpe dictus Biancolinus sed in alio opere* (4). *Certum rursus est festum* S. Verecundi *tum Veronæ tum in tota diœcesi, ex constitutione synodali anni* 1503, *agi* 22 *Octobris. Denique non est dubium, quin corpus S. Viri requieverit in ecclesia S. Petri de Arce. Asserit quidem Maffeius Reliquias jam ibidem non reperiri;* at, *reponit Biancolinus* (5), nullum, quod ego noverim, translationis exstat documentum, et certum est eas anno adhuc 1493 in dicta ecclesia S. Petri fuisse, *prout fidem facit sequens inscriptio, epitaphio superimposita :* Hic requiescit in pace corpus sancti Verecundi episcopi MCCCCLXXXXIII. *Concordant rescripta, quæ hisce diebus Verona accepi, in quibus sic breviter Reliquiarum fata et præsens status exhibentur :* S. Verecundi *corpus sepultum fuit in ecclesia S. Petri de Arce, juxta S. Valentem. Dein anno* 1493 *facta solemnis utriusque corporis recognitio, quando et extracta fuerunt ex antiquo loculo atque reposita in duobus sepulcris marmoreis. Anno* 1801, *solo a militaribus copiis æquata ecclesia S. Petri, pius quidam sacerdos SS. præsulum illorum exuvias incolumes servavit, quæ exin depositæ remanserunt in palatio episcopali usque ad an.* 1817, *quando RR. DD. Innocentius Liruti, Veronensis episcopus, die* 16 *Novembris illas solemni ritu in novam* E *eamque magnificam sedem ex marmore in altari S. Annonis collocavit; atque ita in eadem ara SS. Valentis,* Verecundi *et Annonis Veronensis cathedræ antistitum, corpora conjunctim religiose asservantur, addito hoc epigrammate :*

OSSA. SS. VALENTIS. ET. VERECUNDI.
EPISCOP. VERONEN.
E. DIRUTO. TEMPLO. S. PETRI. IN. CASTRO.
HIC. APUD. S. ANNONIS. EPISCOPI.
ITEM. VERONEN. CINERES.
INNOCENTIUS. LIRUTI. EORUNDEM. SUCCESSOR.
RITU. CHRISTIANO. TRANSTULIT.
A. D. M.ID.CCCXVII.
XVI. K. DECEMBRIS.

Fundamenta tum ecclesiæ S. Petri tum Arcis exhumata et explorata anno 1833 *fuerunt, quando scilicet novum ibidem ædificatum est militare contubernium idque munitum. Nihil vero in hac investigatione repertum, quod ad memoriam* S. Verecundi *spectat, ut expresse monent documenta nobis Verona submissa.*

(1) Acta SS. tom. VI Septemb. pag. 23-26.— (2) Ibid. pag. 25. C — (3) Ibid. pag. 26. — (4) Dei vescovi e governatori di Verona dissertazioni due, pag. 1* et seqq. Veronæ 1757. — (5) Notizie, lib. I, pag. 103. F

DE

A D

DE S. SIMPLICIO ET S. CONSTANTINO

ABBATIBUS MONTIS CASSINI,

IN ITALIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS. B. B.

S. Simplicii memoria, ætas, res gestæ. Non nulla ejus scripta, ex quibus non probatur, Regulam S. Benedicti latuisse usque ad tempora S. Simplicii. De hujus reliquiis earumque variis inventionibus et translatione. Cur hic adduntur B E **acta S. Constantini primi, post S. Benedictum, abbatis Cassinensis.**

CIRCA AN. DLXX. *Cur hac die agatur de* S. Simplicio

Ad hunc diem S. Simplicius *relatus est ex* 29 *Martii, ubi aliqua ejus Translatio memoratur. Cæterum in Martyrologiis vel catalogis sive Benedictinorum sive aliorum typis excusis nullum S. Abbati alium reperi assignatum diem. Ratio fors erit, quod, ut habet Mabillonius in ejus elogio historico* (1), quo die vel anno S. Simplicius in cælos migraverit incompertum sit. *Et rursus infra* (2) : Inventionis dies IV Kalend. Aprilis (29 *Martii*) in martyrologio Benedictino consignatur; obitus vero diem antiqua kalendaria non produnt. *Suspicor decessores nostros* S. Simplicium *ad præsentem remisisse diem ex* kalendario Sanctorum ordinis S. P. N. Benedicti, *quod manuscriptum exstabat in cœnobio S. Michaelis ordinis Præmonstratensis et transcriptum fuit anno* 1668, *et quidem ab ipso Papebrochio, ut saltem conjicere licet ex charactere. In hoc autem kalendario ita habetur :* C XXII (*Octobris*) S. Simplicii abbatis III Casinensis post S. Benedictum; *nec alius quispiam eodem die ibidem memoratur. Testatur quoque R. P. D. Sebastianus Kalefati* (*cujus in sequentibus sæpius facienda erit mentio*) *prior claustri et bibliothecæ Cassinensis præfectus, se nec in breviariis mss.* (*quæ in scriniis montis Cassini plura sæc.* IX-XV *reperiuntur*), nec alibi uspiam comperisse de SS. Simplicio et Constantino fieri officium, *quod proinde existimat numquam exstitisse.*

abbate III *Cassinensi;*

2 *Pauca ad nos de illo pervenerunt. Odo abbas Glannafoliensis, sæculi noni scriptor, in epistola, S. Mauri Actis præfixa,* asserit, *testibus Mabillonio* (3) *et Gattola* (4), Simplicii vitam a se visam; *ast quod sane dolendum, deperdita est. Id certum S. Virum Cassinensis monasterii tertium fuisse abbatem, ut diserte habet Paulus Diaconus :* Post beatum Benedictum, *inquit* (5), Constantinus, post hunc Simplicius, post quem Vitalis, ad extremum Bonitus. *Sic etiam Leo Ostiensis* (6) : Sanctissimo Patri (*Benedicto*) successit in monasterii regimine Constantinus; tertius autem a beato Benedicto *præfuit ejusdem congregationi* Simplicius *etc. Concordat Petrus Diaconus* (7) : Simplicius, post Constantinum abbas effectus, ibidem defunctus in Casino *etc. Idem efficitur ex S. Gregorio M., sane interpretato; qui in Prologo ad librum secundum Dialogorum,* de Vita et miraculis *S. Benedicti inscriptum :* Hujus, *inquit* (8), ego omnia non didici, sed pauca, quæ narro, quatuor discipulis illius referentibus, agnovi : Constantino scilicet reverendissimo valde viro, qui ei in monasterii regimine successit; Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranensi monasterio præfuit; Simplicio, qui congregationem illius post eum tertius rexit; Honorato etiam, qui adhuc cellæ ejus, in qua prius conversatus fuerat, præest. *Concludit ex his verbis Baronius* (9), Simplicium, *non S. Benedicti in Cassinensi, sed Valentiniani in Lateranensi regimine successorem* tertium *fuisse,* ratus, *ut recte notat Pagius* (10), pronomina relativa *illius* et *eum,* ad Valentinianum referri. Verum eodem modo intelligendus Gregorii locus de Simplicio ac de Honorato, qui tunc præerat *cellæ ejus,* nempe sancti Benedicti, qui in Sublacensi cella primum conversatus fuerat. Præterea post Valentinianum in Lateranensi monasterio abbas tertius fuit Theodorus, ut patet ex Prologo Fausti in Vitam S. Mauri. *Simili modo jam perstrinxerat Mabillonius Gallonium cum Baronio sentientem* (11) : Pronomen *illius* Gallonius retulit ad Valentinianum, cum ad S. Benedictum manifeste referatur; *idque certum prorsus efficitur ex Paulo Diacono, Leone Ostiensi, Petro item Diacono supra laudatis. Confer Gattola* (12). *Fons erro-* F

(1) Acta SS. Ord. S. Benedicti, sæc. I, pag. 194. — (2) Ibid. pag. 196. — (3) Ibid. Item in Annalibus, tom. I, pag. 130. — (4) Historia abbatiæ Cassinensis, part. I, pag. 9. Venetiis 1733. — (5) De gestis Langobardorum, lib. IV, cap. 18. Muratori, Scriptores, tom. I, pag. 459. — (6) Chronica Cassinensis, lib. I, cap. 2. Muratori, tom. IV, pag. 25. — (7) De ortu et obitu Justorum cœnobii Casinensis XII. Apud Ang. Maium, tom. VI. Scriptorum Veterum nova collectio, part. II, pag. 250. — (8) S. Gregorii M. opera, tom. II, col. 208. Benedict. Paris. 1705. — (9) Ad an. 581. num. 10. Annal. tom. X, pag. 567. Lucæ 1741. — (10) Annal. ibid. pag. 568. — (11) Annal. Benedict. tom. I, pag. 130. Item Acta SS. Ord. S. Ben. sæc. I, pag. 195. — (12) Ubi supra.

ris

AUCTORE B. B.

ris in eo latet, quod non attenderint duos eodem tempore Simplicios *sanctitate claros apud Cassinum sub S. P. Benedicti magisterio vixisse; alterum abbatem Cassinensem, alterum S. Mauri in Gallias comitem* (1). *Utrumque rite distinguit Petrus Diaconus in Opusculo de* ortu et obitu Justorum (2) : *Priorem dicit post Constantinum effectum in Cassino abbatem ibique sepultum; posteriorem vero, post B. Mauri obitum,* Romam cum Fausto reversum, apud Lateranense cœnobium defunctum esse ac sepultum.

ejus res gestæ et obitus.

3 *Ad Vitam quod spectat S. Abbatis; idem Petrus Diaconus in laudato* Opusculo de viris illustribus Casinensibus *hæc tradit* (3) : Simplicius sanctissimi Benedicti discipulus, ac post eum in Casino abbas effectus, regulam, quam suus magister ediderat, publice legendam omnibus monachis tradidit; versus quoque nonnullos de eadem re descripsit. Fuit vero temporibus Justini junioris, sepultus autem in Casino juxta corpus B. Benedicti. *Porro Justinus junior imperavit ab anno* 565 *ad annum* 573 (4). *Rursus Petrus Diaconus in altero Libello* de ortu et obitu Justorum cœnobii Casinensis, *quem primus integrum in lucem protulit cardinalis Maius :* Simplicius, *ait* (5), nominè et opere sim-
B plex, post Constantinum abbas effectus, ibidem defunctus in Casino atque juxta patrem Benedictum sepultus. *Præter hæc de* S. Simplicii *gestis nihil ad nos pervenit. Addit Joannes Baptista Marus, in* Notis *ad Petrum Diaconum* (6), *fuisse* Virum cœlestibus charismatibus præditum, omnique testimonio sanctitatis illustrem; *quæ verba latius amplificat Yepezius in chronico generali Ordinis S. Benedicti, quin tamen amplius aliquid addat* (7). *Mabillonius in Actis* (8) *recitat verba Petri Diaconi de* Viris illustribus, *nec quidquam adjicit, nisi sibi ad manum non esse alterum ejusdem Petri Opusculum de* ortu et obitu Justorum. *Secundum Joan. Bapt. Marum* (9), ad auspicatissimum locum indeterminatæ beatitudinis transivit Simplicius circa annum Domini DLXXVI miraculis coruscans. *Eodem quoque modo Wion in Ligno Vitæ similibusque verbis* (10). *Consonat Yepezius* (11), *eclectionem S. Vitalis annectens eidem anno. Mabillonius sancti Viri obitum ponit sexennio citius, nempe circa ann.* DLXX, *hac nixus ratione :* Post eum (Simplicium), *inquit* (12), usque ad Langobardorum cladem Cassino illatam circa annum DLXXX, duos Cassinensi monasterio præfuisse abbates, Vitalem et Bonitum
C docet Paulus Diaconus; proinde Simplicius annum Christi DLXX excessisse non videtur. *Poterit non nemini ratio haud satis idonea videri; quidquid vero sit, eumdem annum rursus adponit in Annalibus* (13), *imo Pagius opinatur,* Simplicium vix ad an. DLXX pervenisse (14). *Quo assumpto præfuit* S. Simplicius *annis decem vel sexdecim, cum, referente Mabillonio* (15), *ejus decessor Constantinus,* post S. Benedictum Casinensis abbas primus, annis septemdecim sacro Monti præfuisse, atque ad annum hujus sæculi sexagesimum pervenisse credatur. *His admissis recte tradit Nuceus in Notis ad chronicam Leonis Ostiensis* (16), Simplicium septemdecim tantum post Benedictum annis Casini sedisse.

4 Vidimus supra num. 2, *ex Petro Diacono,* D
S. Simplicium versus nonnullos scripsisse de regula. *Versus istos eruit ex bibliotheca Vaticana Gallonius : et iterum Lucas Holstenius in* Codice Regulari (17). *Sunt autem hujusmodi :*

Versus aliquot S. Simplicii.

Qui leni jugo Christi colla submittere cupis,
Regulæ sponte da mentem, dulcia ut capias mella.
Hic testamenti veteris novique mandata;
Hic ordo divinus, hicque castissima vita.
Hoc Benedictus pater constituit sacrum volumen,
Suisque mandavit hæc servanda alumnis.
Simplicius famulus Christique minister
Magistri latens opus propagavit in omnes :
Una tamen merces utrisque manet in ævum.

Ex his, *subdit Mabillonius* (18), versibus, claudicante Minerva compositis, duo argumenta æque claudicantia producit Gallonius; nimirum S. Benedictum, dum adhuc in vivis esset, Regulam suam non evulgasse (*siquidem* latens opus *a* S. Simplicio *dicatur*); ac Gregorium magnum a S. Benedicti instituto fuisse alienum, siquidem Simplicius qui S. Benedicti Regulam (ut ex versibus suadere conatur *Gallonius*) propagavit, nondum abbas erat Latera- E
nensis, cum Gregorius monachus esse desiit. Ista sufficiat tetigisse; quibus impugnandis, cum jam refutata sint a multis, lubenter supersedemus, *et nos pariter imo eo lubentius, quod ad rem nostram remote tantum spectent. Confer Acta nostra, ubi tom. II Martii Papebrochius, in Vita S. Gregorii Magni, reperitur dubius hæsisse de hujus monachatu Benedictino* (19). *Id tamen animadverto,* S. Simplicium *frustra a Gallonio dici* abbatem Lateranensem. *Conf. num.* 2. *Deinde singularem edidit Mabillonius dissertationem* de Gregorii M. monastico instituto, *ubi contendit eum* Benedictinum *fuisse* (20), *adversus Baronium, qui vult,* contra receptissimam veterum sententiam, Gregorium, non Benedictini sed Æquitiani fuisse instituti (21).

ex quibus non probatur latuisse S. Benedicti regulam;

5 *Quod vero spectat ad* latens opus, *observat Nuceus in caput* 29, *lib.* III *chronicæ Cassinensis* (22), latens non ideo dici, quod antea penitus latuisset (saltem non latuit Mauro, non latuit Cassini); sed quia nondum cunctis per orbem exemplandum fuerat datum. *Et Mabillonius :* S. Benedicti regulam, *ait* (23), ipso vivente in Italia maxime promulgatam ac disseminatam fuisse, nemo ante Gallonium Cæsaris Baronii patronum dubitavit. *Et* F
paulo inferius (24) : Certe non pauca monasteria a S. Benedicto excitata, ac suismet sine dubio instructa legibus fuisse, nemo infitias ire potest; siquidem præter duodecim, quæ in solitudine Sublacensi condidisse legitur, cœnobium Terracinense, teste Gregorio in lib. II Dial. cap. XXII, construendum curavit. Quid? Quod ipse brevi moriturus Mauro discipulo suo in Galliam proficiscenti Regulam manu propria exaratam concessit? An fortasse invidendo subtraxit popularibus id quod cum exteris benigne communicavit? *Idem rursus efficitur ex Fundani abbatis ad* S. Simplicium *epistolam, quam hic subjicio :*

(1) Acta SS. ord. S. Bened. sæc. I, pag. 195. — (2) Maius, Veterum Scriptorum nova collectio, tom. IV, pag. 250. — (3) Muratori, Rerum Italic. scriptores, tom. VI, pag. 15. — (4) Art de vérifier les dates, pag. 560. — (5) Maius, Veterum Scriptorum nova collectio, tom. IV, part. II, pag. 250. — (6) Muratori, tom. VI, col. 15. — (7) Coronica general de la Orden de San Benito, tom. I, centuria I, fol. 213 verso. Edit an. 1609. — (8) Ubi suprà (9) Muratori, tom. VI, col. 15. — (10) Lib. I, cap. 3. — (11) Coronica general, centuria I, fol. rect. 556. — (12) Act. SS. Ord. S. Bened. sæc. I, pag. 195 et seq. — (13) Tom. I, pag. 142. — (14) Baronii annales, tom. X, pag. 569. — (15) Annal. Bened. tom. I, pag. 129. — (16) Chron. Monasterii Casin. lib. III, cap. 29, nota 6. Muratori, tom. IV, pag. 446. — (17) Tom. I, pag. 112. Item Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. I, pag. 195. — (18) Ibid. — (19) Die XII, pag. 123 et seqq. — (20) Annales Ben. tom. I, pag. 604 et seqq. Conf. Yepez Coronica general ad annum 576, cap. 7. — (21) Annal. Bened. Ibid. pag. 614. — (22) Muratori, tom. IV, pag. 447. — (23) Acta SS. Ord. Ben. sæc. I, pag. XVIII, Præfatione. — (24) Ibid. pag. XIX.

quædam ad eum data epistola.

A 6 Reverentissimo monachorum patri Simplicio, B. Abbas monasterii apud Fundanam urbem, obedientiæ subjectionem. Experientia compertum est, multorum rectorum mores varias vivendi normas in monasteriis peperisse. Hinc factum est, ut jam omnia monasteria Campaniæ, Samniæ, Valeriæ, Tusciæ, Liguriæ et aliarum provinciarum Italiæ, certam et rectam regulam vivendi, quam sanctissimus et Deo acceptus Benedictus magister tuus instituit, servare decreverint; ut juxta illam viventes nec ad dexteram nec ad sinistram declinare præsumant. Hanc ergo servandam proposui huic congregationi, cum nuper me in suum abbatem elegit indignum. Quam cupientes in hoc monasterio sicut in Cassinensi observare inviolabiliter, decrevimus ad sanctitatem vestram destinare religiosos ex eadem congregatione viros Hugonem et Paulum fratres nostros, juxta prædictam sanctam Regulam et observantiam instruendos in Cassinensi sancta congregatione; quos commendatos apud paternitatem tuam humili obsequio rogamus. Datum in monasterio prope urbem Fundanam VII Kal. April. *id est* 26 *Martii. Annus non assignatur; ast Mabillonius Epistolam* paulo post S. Benedicti obitum scriptam B *asserit* (1), *ac proinde versus initium regiminis a* S. Simplicio *suscepti. Hic autem abbas factus est anno decimo septimo ab obitu sancti Patriarchæ. Vide num.* 5. *Notat Nuceus in cap.* 29, *lib.* III *Chronicæ Cassin.* (2) : Hæc est epistola illa, quam Cajetanus et Lauritus tuentur contra Gallonium, qui nomina in primis Hugonis et Bernardi, ævo divi Gregorii in Italiam nondum inducta cavillatur. Verum quod attinet ad nomen Bernardi, epistola non refert extensum nomen, sed tantum B., qua notari æque potuit Basilius, Benedictus, Beda, Bartholomæus aut aliud tale nomen, in Italia usu receptum, ea littera incipiens. Deinde Bernardi et Hugonis nomina, cum primum Italicis auribus sonuerunt, an tunc primum quoque Germaniæ et orbi universo? Aliunde igitur in Italiam importata. An non ergo ex ea provincia, in qua jam ea nomina obtinebant, potuerunt, unus vel alter, his nominibus nuncupari, in Italiam peregrinando Fundis monachum induere nomenque non exuere? *Similiter Mabillonius* (3) : Hoc argumento, cum se feriri sentiret Gallonius; Bernardi et Hugonis nomina, in ista Epistola expressa, Simplicii ævo in Italia fuisse inaudita exclamavit. At Bernardi no- C men haud exprimit Epistola, sed vocem decurtatam in ancipiti relinquit; nec unius Hugonis nomen sufficit elevandæ Epistolæ auctoritati. *Denique subdit laudatus Nuceus* (4) *:* Saltem huic Epistolæ calculum suum propria manu apponere non renuit emunctissimæ naris effusissimæque vir eruditionis Lucas Holstenius, cum illam sibi in præfato codice descriptam ipse ostenderem anno 1657, quo ad nos (*Cassini*) divertit, nostræque bibliothecæ forulos omnes inspexit. *Confer Annales Benedictin.* (5).

SS. Simplicii *et* Constantini *inventionis historia*

7 S. Simplicius *primum una cum decessore suo* S. Constantino *compositus fuit sub ara maxima ad pedes sanctissimi patris Benedicti* (6); *ibique remanserunt usque ad exitum sæculi* XVII, *quando translati fuere in sacellum S. Bertharii* (7), *et dein incunte sæculo* XVIII *ad sacellum S. Gregorii Magni. Interea vero plures factæ sunt SS. Corporum Inventiones, quarum historiam ex certis documentis hic exequi necesse est; hanc porro liquet intime connexam esse cum iis, quæ ad reliquias S. Benedicti pertinent, cum* ad pedes *hujus* SS. Simplicius *et* Constantinus *tot sæc. requieverint. Prætermitto famosam S. Patriarchæ translationem ad Floriacense monasterium in Galliis, de qua apud nos ad* 21 *Martii* (8); *ut solius traditionis Cassinensis* (*quam veriorem arbitror*) *seriem, haud ultra sæculum* XI *perductam a prædecessoribus loco citato, texam. Sepultus primum S. Benedictus fuit* in ecclesia S. Baptistæ Joannis Casini ante altare in sepulchro, quod sibi et sorori paraverat (9); *nec ullus est qui id uspiam in dubium vocaverit. Ad exitum sæculi* VI, *abbate Bonito,* Langobardi cœnobium nocturno tempore, quiescentibus fratribus, ingressi, universa diripuerunt; *fugientesque fratres,* Romam profecti, juxta Lateranense patriarchium, monasterium construxerunt (10), *ubi integro et ultra sæculo morati sunt.* (*Ad hoc temporis spatium, quo monachi Cassino exulabant, refertur missio Aigulphi, quem volunt corpora SS. Benedicti et Scholasticæ in Gallias transvexisse* (11)). *Circa annum* 720 (12), *Cassinum rediit Petronax* E *abbas, et* constructis decenter habitaculis, ac multorum ibi fratrum congregatione statuta, sub regulæ sanctæ doctrina vivere studuit. *Ita Leo Ostiensis* (13). *Et infra* (14) : In ecclesia S. Martini, quam parvulam repperit (*Petronax*) sedecim ferme cubitos auxit, ibidemque absidam efficiens... in ea altarium statuit. *Templum Zachariæ papa anno* 748 *consecravit* (15), *quo etiam tempore celebre concessit privilegium, ut monasterium Cassinense* nullius juri subjaceat, nisi solius Romani Pontificis (16).

ex antiquis documentis.

8 *Instrumentum recitatur integrum apud Tostium* (17), *in quo ita conceptis verbis* (18) : Qualiter autem ejusdem Patris (*S. Benedicti*) pignora sororisque ejus sunt posita perspicientes, ac intemerata invenientes, pro reverentia tanti Patris tangere minime ausi sumus. In dedicatione vero ejusdem (*ecclesiæ*) dum una cum tredecim archiepiscopis et sexaginta octo episcopis adessem *etc. Atque hæc medio sæculo octavo. Et iterum post medium sæculum undecimum, anno scilicet* 1066 *Desiderius abbas* (*qui postea fuit Victor papa III*) ecclesiam tam parvitate quam difformitate thesauro tanto (*reliquiis SS. Benedicti et Scholasticæ*) tantæque fratrum congregationi incongruam evertere a funda- F mentis aggressus est (19). *Et nonnullis interpositis :* Tandem igitur totius *Basilicæ præter aditum* (*lege* adytum *seu* absidam, sanctuarium (20)), cum difficultate non parva complanato et necessariis omnibus abundantissime apparatis... cœpit ejusdem Basilicæ fabricam (21). *Ex quibus verbis efficitur, ecclesiam a Petronace erectam solo fuisse æquatam, solamque remansisse absidam seu adytum, ubi pignora SS. Benedicti et Scholasticæ recondita servabantur. Mense autem Octobri anno* 1071, *Alexander papa II Cassinum accessit, numerosissimo stipatus cœtu Cardinalium* (*inter quos Hildebrandus, postea Gregorius VII et S. Petrus Damianus*) *archiepiscoporum et episcoporum, novamque basilicam inenarrabili cum pompa consecravit* (22), *deditque bullam,*

(1) Ubi supra. — (2) Muratori, tom. IV, pag. 446. — (3) Acta, sæc. I, pag. XIX. — (4) Muratori. Ubi supra. — (5) Tom. I, pag. 129 et 130. — (6) Annales Benedictini, tom. I, pag. 142. Gattola, Historia Cassin. pag. 8. Acta SS. ord. S. Bened. sæc. I, pag. 196. Wion. lib. I, cap. 3, aliique. — (7) Gattola, Hist. Cassin. pag. 8. — (8) Acta SS. tom. III Martii, pag. 299 et seqq. — (9) Wion. Lignum Vitæ, lib. III, pag. 81. — (10) Leo Ostiens. Chron. lib. I, cap. 2. Muratori, tom. IV, pag. 252. — (11) Acta SS. tom. III Martii, pag. 302. — (12) Muratori, ibid. pag. 257. — (13) Idem ibid. — (14) Idem ibid. pag. 258. — (15) Wion. lib. I, cap. 5. — (16) Muratori. Tom. IV. pag. 262. — (17) Storia della Badia de Monte-Cassino. tom. I, pag. 82-87. Neapoli 1842. — (18) Ibid. pag. 85. — (19) Leo Ostiens. apud Muratori, tom. IV, pag. 457. — (20) Vide Muratori. Ibid. pag. 457 et 440. In appendice Honorii Santilli. — (21) Ibid. pag. 457. — (22) Ibid. pag. 456 et seqq. Item Tosti, tom. I, pag. 558.

quam

AUCTORE B. B. *ex bulla Alexandri II,*

quam in lucem primus integram traxit Tosius (1).

9 *In hac autem ita fatur Pontifex* (2) *:* Cum dilectissimus filius noster Desiderius eamdem renovaret Basilicam, et aditum Basilicæ disponeret adæquare, cum tres integras ulnas fodisset in dextro altaris latere, laterem repperit, nomen ejusdem confessoris (*S. Benedicti*) continentem. Cumque fragmenta altaris remota fuissent, invenit super sepulcra syndonem expansam candidissimam, quæ, cum tangebatur evanescebat. De visione certissimus redditus, reserari sanctissimi Patris præcepit tumulum. Quo facto, sanctissima corpora intemerata et indiminuta inveniens, nuntios nostros adsciscens, pretiosissimaque corpora eis ostendens, tam præsentes quam futuros, certissimos et indubios de sanctis corporibus reddidit.

historica relatione Petri Diaconi,

10 *Atque hæc est Inventio, cujus celebratur, juxta Wion* (3), *festum* 29 *Martii, et de qua scripsit* historicam relationem (*quam vide apud nos* (4)) *Petrus Diaconus, qui floruit sæculo sequenti seu duodecimo, siquidem, ut monet Fabricius* (5), apud Lotharium gratiosus fuerit circa annum 1137. *Illius hic sequentia non possumus non adscribere verba :* Levantes autem lapidem invenerunt duas sepulturas,
B in quibus hoc ordine reliquiæ positæ erant. Loculus erat marmoreus in dexteram partem sepulcrorum longitudinis quatuor pedum et latitudinis pene duorum, in quo ossa sanctissimi Benedicti et sororis ejus posita erant... Juxta pedes vero eorum invenerunt sepulcra, in quibus Carolomannus et CONSTANTINUS et SIMPLICIUS requiescebant (6). *Ita Petrus, scriptor fere coævus huic inventioni. Confer Gattolam* (7).

instrumentis anni 1486,

11 *Alia rursus Inventio facta est anno* 1484 *sub abbate Joanne Aragonio, de qua, biennio post, authenticum conditum instrumentum, quod in extenso recitat idem Gattola* (8); *cujus hic sufficiat præcipua quædam in rem nostram excerpisse. Incipit hoc modo:* In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo octogesimo sexto... die vero decima octava mensis Novembris quintæ Indictionis. In sacro monasterio Cassinensi. Præsenti publico documento declaramus..., qualiter dum magnificus et excellens dominus Johannes Antonius Carrafa, miles... gubernator in abbatia Cassinensi, (*absens erat Johannes de Medicis, abbas commendatarius, pene infans, ab Innocentio VIII electus die* 14 *Martii* 1486;
C *qui deinceps toto innotuit orbe sub nomine Leonis papæ X* (9)) et habuisset relationem a nonnullis fidelibus probis et fide dignis personis Deum timentibus, et maxime ab experientia, quæ rerum magistra nuncupatur, dum gloriosissima corpora beatissimi patris Benedicti et Scholasticæ ejus sororis, ac SIMPLICII et CONSTANTINI, et Caroli Manni, regis et monachi Cassinensis, fuissent recondita subtus majori altari, vera testante scriptura modo infra scripto, videlicet : quia « loculus ubi posita sunt Sanctorum corpora est marmoreus in dextra parte sepulchrorum longitudinis quatuor pedum, latitudinis pene duorum, in quo ossa SS. Patris Benedicti et sororis ejus posita sunt... Juxta pedes vero eorum inventa fuerunt sepulchra, in quibus Carolus Mannus rex et monachus, S. CONSTANTINUS et SIMPLICIUS requiescebant. » A dextero autem altaris latere Benedictus Pater SS. et Scholastica soror inventi fuerunt. Et quia varietas personarum erat, quod corpus S. Benedicti non fuisset D
in dicto loco, quondam (*scilicet ante biennium*) Johannes de Aragonia, cum Ludovico de Borsis, Aquilano episcopo, ejus auditore et cum quibusdam aliis, cupiens perquirere veritatem... ecclesiæ dictum altare mutavit seu mutare fecit, die videlicet decima octava mensis Novembris anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo quarto, et ipsum altare construi fecit subtus tribunam majorem dictæ ecclesiæ, ubi prius erat altare S. Johannis Baptistæ, et dum magistri in arte periti amovissent dictum altare magnum, et aliquantulum subtus cœpissent effodere... dicta sanctissima corpora Sanctorum invenerunt, eo quidem ordine quo supra scriptum est, et ex ipsis corporibus amotis, apertis sepulchris, corpore Caroli Manni antedicti et corporibus CONSTANTINI et SIMPLICII, ipsisque in sacristia cum aliis reliquiis sanctis collocatis, ad corpora beatissimi patris Benedicti et Scholasticæ adierunt (10), *quæ loco non moverunt. Sequitur narratio multarum calamitatum, exinde ortarum, quod sacra pignora discooperuissent : obiere Joannes Aragonius et Ludovicus de Borsis; exarsit bellum Pontificem inter et regem; monachi Cassino fuere expulsi etc.* His igitur attentis (11), et aliis mentem præfati D. Joannis Antonii (Carrafæ) moventibus, dubitansque ipse omnia præfata mala evenisse... propter amotionem dicti altaris et dictorum corporum discooperitionem, timensque pejora futura... ne dicta corpora sic remanerent discooperta, dictum altare majus de novo E
reædificari et construi fecit et ad pristinum statum reduci; et corpora SS. Caroli Manni, CONSTANTINI et SIMPLICII, quæ inde fuerant ablata et in sacristia recondita, in locum pristinum et in primas eorum sepulturas juxta pedes beatissimorum patris Benedicti et Scholasticæ in cassis plumbeis, propriis nominibus desuper scriptis litteris plumbeis, collocari fecit et subtus idem altare recondi, eo quidem mense, die et hora, quibus inde (*ante biennium*) fuerant ablata, remota et discooperta *etc. Clauditur Instrumentum supscriptione testium et notarii Christophori Perroni* (12).

12 *Et iterum publico et originali instrumento in* *an.* 1628,
pergameno, confecto die 1 *mensis Octobris anni* 1628, *in præsentia novem notariorum apostolicæ et regiæ auctoritatis, atque plurium fide dignorum testium, subscripto et signato a tribus publicis notariis, quod nobis submisit hisce diebus R. P. D. Sebastianus Kalefati, vir diligens et eruditus, cujus supra jam incidit nonnulla mentio, qui ex præfato instrumento hactenus inedito hæc propria manu excerpsit :* Quod cum prædictus reverendissimus Abbas (*D. Simplicius Caffarello*) mandaverit proximis retroactis mensibus ejusdem majoris cathedralis ecclesiæ (*Casinensis*) tholum et aram maximam honorificentius et decentius exornari, in ipsius effossione non solum cum plurimis reliquiis, integra etiam multorum corpora Sanctorum reperta fuisse, sed tunc etiam temporis multa contigisse valde miranda, quæ spectato naturali rerum cursu contingere non potuisse judicabatur... Cum vero ipse probe nosset sancte a S. Concilio Tridentino fuisse decretum, nec Sanctorum corpora, et reliquias publice adorandas proponi, nec nova in his miracula populo prædicare deberi, nisi diocesano recognoscente et approbante pastore... confisus de F
fide...

(1) Storia della badia, tom. I, pag. 408 et seqq. — (2) Ibid. pag. 408. — (3) Lignum Vitæ, lib. III, pag. 122. — (4) Acta SS. tom. III Martii, pag. 288 et seqq. — (5) Bibliotheca latina, tom. III, pag. 251. — (6) Act. SS. tom. III Martii, pag. 288. — (7) Historia Cassinensis, pag. 163 et seq. — (8) Ibid. pag. 595-597. — (9) Ibid. pag. 596 et seq. — (10) Gattola. Ubi supra, pag. 595 et 596. — (11) Ibid. pag. 596 et seq. — (12) Gattola, pag. 597.

A fide... prædictorum RR. DD. theologorum et judicum... discretioni, et prudentiæ ipsorum commisit, ut visis... ad processum exinde de dictis efformandum se contulerunt, jubentes prius prædicta Sanctorum corpora diligenter custodiri, clavibus præfecto sacrarii juridice consignatis. Atque præter alios ipsum reverendissimum P. Abbatem, qui, quoniam multis præsens adfuerat, voluit etiam se examini subjicere. Examinati etiam fuerunt ex monachis abbates duo, decani tres, sacerdotes quatuor, et commissi tres, item alius sacerdos Cappucinus, unus eques operis faciendi architectus, variique alii inferioris ordinis fabri et ministri, ac prævio diligenti examine, infrascripta constiterunt, videlicet : Sacra corpora ibi inventa alia non esse quam sanctorum Constantini et Simplicii, SS. Patriarchæ Benedicti discipulorum, et in sede successorum : SS. Guinizonis et Januarii, ejus discipuli monachorum : S. Carolomanni regis et monachi : aliaque Sanctorum innominatorum corpora et reliquias, prout tum ex inscriptionibus... apparet. *Quibus omnium Sanctorum* (*verba fere sunt P. Sebastiani*) *corporibus in sacrario ad tempus collocatis, instruitur processus mirabilium ab ipsis patratorum, tempore*
B *hujus recognitionis : qui postmodum defertur ad pleniorem congregationem viginti unius theologorum ex diversis religiosis ordinibus, sub die* 11 *mensis Martii ejusdem anni : a quibus tandem actorum processus approbatur, lataque per judices sententia ore uno celebratur.*

quo SS. corporum facta translatio,

13 *Die vero* 1 *Octobris ejusdem anni, de mane prædictus reverendissimus P. Abbas pontificaliter paratus, una cum supradictis, et omni religiosorum conventu, magnaque populi frequentia comitantibus, prædictas Sanctorum capsulas a sacrario basilicæ auferens, tali ordine processionaliter eas per monasterii claustra circumduxit. Prima, in qua SS. Innominatorum reliquiæ tegebantur, a quatuor diaconis : secunda, in qua S. Carolomanni regis et mon. corpus erat, a quatuor item diaconis : tertia, quæ SS. Januarii et Guinizonis corpora condebat, a quatuor sacerdotibus : tandem quarta a quatuor abbatibus ferebatur, quæ SS.* Constantini *et* Simplicii *corpora continebat. Hac igitur solemni processione in basilicam reducta, prædicta SS. corpora sub majori altari, jam decentius ornato et perfecto, ubi prius jacuerant, iterum sunt collocata. Capsula vero* SS. Constantini *et* Simplicii *ad pedes SS. Patriar-*
C *chæ reposita, infra scriptum, ad perpetuam rei memoriam ferebat documentum :* Sanctorum abbatum Constantini et Simplicii, SS. patriarchæ Benedicti discipulorum et successorum corpora ad ejus pedes posita, Simplicius Caffarellus, hoc nomine II, et hujus sacri cœnobii abbas CXXVIII, dum altare majus exornandum curaret, ingenti sua et monachorum lætitia, cum rivi sacri nectaris ex aridis ossibus emanarent, et jucundissimo cum animi sui sensu sacras suorum prædecessorum exosculatus et veneratus exuvias, ut honorificentiori loculo condita in posterum servarentur, sollemni pompa elevavit et reposuit. Kal. Octobris, anno MDCXXVIII Pontif. SS. D. N. Urbani VIII anno VI, Philippo IV Hyspaniar. Rege cathol. regnante. *Postremo sollemniter per dictum reverendissimum P. Abbatem decantata fuit Missa, et post datas de more indulgentias, D. Tiberius Pollicelli apostolica auctoritate notarius hoc publicum confecit instrumentum, approbantibus apostolicis protonotariis, regiis notariis, cæterisque præsentibus testibus. Atque hæc ita D. Sebastianus ex origin. instrum. archivii Casin. caps.* 35. *fasc.* VI. *num.* 7. *Confer Gattola* (1).

AUCTORE B. B.

14 *Ex altero item publico instrumento in membrana, rogato manu notarii Antonii Pagliaro S. Germani sub die* 13 *mensis Januarii anni* 1637, *habetur, quod plurimi ex prædictis testibus, qui primæ huic translationi seu recognitioni interfuerant, rogati denuo, noviter publice et juridice deposuerunt super* constitis *ab ipsis in priori illa recognitione, facta anno* 1628 *ut habetur ex origin. instrum. archivii Casin. ibid. fasc.* 1. *num.* 1. *Num forte hac occasione adscripta fuit epigraphe, quam recitat Tostius* (2), *hisque conceptam verbis?* Corpora sanctissimi patris Benedicti, monachorum patriarchæ ac sanctæ Scholasticæ virginis, sororis ejus, quæ post annos bis centum, Petronace abbate, sanctus Zacharias I papa perspiciens, prout reperit intemerata reliquit. Et alios post ter centum annos, abbate Desiderio, apostolicæ sedis legatis inspectoribus, Alexander II papa, qui et Basilicam hanc consecravit, intacta et indiminuta inventa esse testatus est; sub hoc uno eodemque sepulchro, ubi primum posita fuere, sepulta quiescunt. Ad ipsorum pedes corpora sanctorum discipulorum ejus Constantini et Simplicii atque sancti Caroli Manni, regis et monachi, cum aliis multis sanctorum Monachorum corporibus condita sunt. Simplicius abbas, qui altare et tholum exornari curavit, posteritati monumentum posuit anno MDCXXXVIII, ab obitu vero SS. patris Benedicti MLXXXV. *Ast probe notandum annum* ab obitu SS. P. Benedicti 1085, *minime concurrere cum anno vulgari* 1638 : *si enim annus S. Benedicti emortualis, quem communius assumunt eruditi, nempe* 543 ,*addatur anno ab ejus obitu in epigrapha, habetur annus* 1628. *Cæterum licet non conveniat inter auctores,* quo die, mense et anno *S. Patriarcha ad superos migraverit, hærent tamen omnes inter annum sæculi sexti quadragesimum secundum vel tertium, ut proinde hæc controversia parum aut nihil faciat ad quæstionem præsentem. Præterea ex Gattola* (3) *certum est Simplicium Caffarellum obiisse mense Decembri anno* 1628. *Labitur itaque Tostius integro decennio, cum formam ecclesiæ ab illo immutatam scribat anno* 1637 (4). *Hoc imbutus errore, ipse probabiliter eum in epigraphen transtulit. Conf. num. præced.*

An. 1637.

15 *Aliud rursus, inquit D. Sebastianus, publicum habemus instrumentum in pergamena, rogatum manu notarii Josephi Riccardi a S. Germano, sub die* 19 *Martii anni* 1692, *in quo refertur :* Quod reverendissimus P. D. Andreas a Neapoli, præsidens totius congregationis Cassinensis, et abbas prædicti sacri ac regalis monasterii montis Casini, cum hujus cœnobii regimen suscepisset, jam tum in signum filialis erga patriarcham SS. Benedictum devotionis, ea cura animo insedit suo qua... templum quoque, quod sacros Legislatoris sanctissimi cineres excipit, perquam nobilissimis ornamentis eniteret. Quapropter.... (*sequitur, teste D. Kalefati, historia constructionis novarum capellarum Basilicæ Cassinensis, carumque ornatus tum marmorum tum picturarum, modo quo nunc adhuc cernitur*). Ad opus autem perfecti decoris hoc unum addendum supererat, scilicet, quod suam unaquæque cappella sortiri deberet urnam, in qua alicujus Sancti corpus, velut cælestem quemdam thesaurum clauderet. Neque aliunde tam prætiosa pignora quærenda, aut e longinquo exportanda erant, cum ibidem plurium

An. 1692.
F

(1) Pag. 705. — (2) Tom. III, pag. 304. — (3) Hist. Cassin. pag. 702. — (4) Storia etc. tom. III, pag. 305.

AUCTORE B. B.

sanctorum alumnorum prædicti SS. Benedicti gloriosa servantur corpora, nempe Victoris (papæ III), Apollinaris ab. Casin, Guinizonis et Januarii. Ut hiis ergo honor veneratioque a cunctis tribueretur *in proprias cappellas jam perfectas, et elegantissime exornatas, solemni pompa tum ex sacrario, tum ex antiquioribus cappellis, sedulo reponenda curavit.* Exinde cum eodem comitatu idem P. Vicarius (*scil. sacristiæ*) ad aram maximam accedens, arcam, quæ sub ea posita erat, SS. Guinizonis et Januarii corpora claudentem, iisdemque cœremoniis, eodemque modo in sacristiam devote asportavit · itemque dictus P. Vicarius ad dictam aram maximam cum eodem comitatu revertens, ab eodem artifice magnifico Antonio Fontana, sublatus fuit ex eo loco supradicti altaris, qui cornui Evangelii correspondet, lapis marmoreus ibi structura hærens, statimque arca plumbea apparuit ubi SS. abb. Casin. Simplicii et Constantini discipulorum SS. Benedicti corpora quiescebant; eamque tunc P. Vicarius eadem pompa, et cœremoniis attulit *scilicet in sacristiam*. Omnibus semper supradictis asportantibus adfuit ipse reverendissimus P. Abbas cum pluribus monachis, præsentibus etiam nobis regio judice
B ad contractus, notario, testibus nominatis, et aliis. Hæc autem summo mane usque ad prandii horam peracta sunt. Post prandium iterum ad sacrarium deventum est; ibique illustrissimus et reverendissimus P. Abbas comitante plurima monachorum, commissorum, et aliorum turba, in præsentia supradictorum judicis...

quo sacra corpora translata in S. Bertharii

16 Deinde sacrorum corporum SS. Simplicii et Constantini in arca plumbea asservatorum, quæ quidem in alia arca itidem plumbea inclusa erat, facta fuit recognitio, et mox sacrorum corporum partem intus arculam plumbeam, ad cujus ima et circum latera velum sericum albi coloris expansum fuit, eaque in alia majori capsula cipressina inclusa, idem illustrissimus et reverendissimus P. Abbas reposuit; et similiter item de alia dimidia sacrorum corporum parte dispositum fuit : sicque dictas capsulas plumbeas jam benedictas in quatuor angulis, singulas stamno liquefacto obseratas, tum P. Vicarius sacrarii superpelliceo et stola indutus, cum comitatu monachorum, commissorum, et sæcularium candelas accensas in manu gestantium, præsentibus dictis judice, notario et testibus ad sacellum S. Bertharii detulit, et earum alteram in
C tumulo alabastrino ad latus in cornu evangelii, alteram vero in tumulo in cornu epistolæ reposuit, super lamina plumbea apposita inscriptione : SS. Simplicii et Constantini abb. corporum, quæ prius sub ara maxima permixte uno servabantur tumulo, dimidiam hic partem reposuit Andreas a Neapoli abbas et præsidens, die 30 Januarii 1692., et statim supradicti tumuli sunt clausi *Sequitur deinde relatio solemnis translationis corporum S. Victoris, pag.* 111, *S. Apollinaris ab. Casin. et SS. Guinizonis et Januarii a sacrario Cassinensi in proprias cappellas. Ita ex origin. instr. in arch. fasc. ibid.* 4. *num.* 10.

et an. 1710 *in S. Gregorii sacellum.*

17 *Tandem ex quarto* (*totidem submisit D. Kalefati*) *et ultimo publico instrumento in pergameno, dici* 29 *Septembris anni* 1710, *rogato manu notarii Joan Baptistæ Barberio S. Germani, et subsignato a duobus protonotariis, ab alio notario, regio judice, doctore phisico, pharmacopola aliisque pluribus testibus, habemus sequentia :* Corpora SS. Simplicii et Constantini, B. patriarchæ Benedicti discipulorum, et in Casinensis archisterii gubernio successorum, prius sub ara maxima permixtim servata, et per D illustrissimum et reverendissimum P. D. Andream Adeodati a Neapoli iterato Casinensem abbatem, et congregationes præsidem, nunc Rossanensem archiepiscopum, exinde ad sacellum S. Bertharii ab. et martyris in lateribus ejusdem, intra duas capsulas plumbeas confusa, divisa, fidelium votis exposita, ut ex instrumento translationis *constat* (*num. præcedenti*), cui relatio habeatur : iterum a dicto sacello S. Bertharii ad sacrarium, obsignato prius ligamine, et sigillo ambabus capsulis, præsentibus judice, notario et testibus, servatisque, etc... asportata, ut ex instrumento per R. D. Benedictum Lanno apostolica auctoritate notarium confecto die 6 mensis Maji 1710. Hodie supradicta die, præfecturam dicti S. monasterii per indultum apostolicum ad quadriennium protractam, gerente illustrissimo et reverendissimo P. D. Gregorio Galisio a Neapoli, eodemque sacris vestibus, præcedentibus omnibus monachis cum pluvialibus, planetis et dalmaticis, induto, obsequentibus circum cum superpelliceis novitiis, ab ara majori, supra quam prævia diligentia fuerant a sacrario deducta, in nostrorum prædictorum præsentia, præciso ligamine, et fracto sigillo, quibus capsulæ obsignatæ fuerant, clero et E populo monstrata, in subpositam arculam ex auricalco, velo serico albo intus ornatam, permixtim, sicut prius, sunt immissa; cujus arculæ operculum his inscriptum : Corpora SS. Abbatum casin. Constantini et Simplicii discipulorum SS. patriarchæ Benedicti, sub ara primum maxima permixte condita, ad latera inde sacelli S. Bertharii martiris die 30 Januarii 1692 utraque simul dimidiatim reposita, permixta rursus una hæc claudit urna, Gregorio Galisio a Neapoli ab. die 29 Septembris 1710. Nobis notario, judice, et testibus cernentibus, plumbo liquato per gyrum obfirmatum est. His peractis ad augumentum sollemnitatis instituta processio, et procedentibus monachis sacras vestes et intorticia gerentibus, supra gestatorium deferentibus quatuor ex decanis arculam prædictam, per monasterium cum sacris canticis, inde ad ecclesiam, et ad majus altare iterum regressum, et facto silentio sermo elegans latino idiomate de prædictorum SS. laudibus est habitus per R. P. D. Josephum Mariam Franchini a Padua Casin. professum. Postremo eadem arcula sacra pignora continens ad sacellum divi papæ Gregorii Magni, introeuntibus templum ad dexteram obvium, nobis prædicto illustrissimo et re- F verendissimo, et tot RR. PP. monachorum populique comitatu, intra sacelli ejusdem altare in loculo marmoreo ad id disposito, iterato in ephipiis operculi plumbi liquati munimine ad gloriosam resurrectionem custodienda, illata est... etc. *Ex origin. instr. in arch. ibid. fasc.* VI, *num.* 9.

Reliquiarum præsens status.

18 *Atque ex his sane plenam et authenticam habemus notitiam de reliquiis* SS. Simplicii *et* Constantini, *quæ primum repositæ sub ara basilicæ Cassinensis ad pedes sanctissimi patris Benedicti, ibi permanserunt usque ad annum* 1692, *quo in eadem basilica translatæ sunt ad sacellum S. Bertharii, et hinc anno* 1710 *ad sacellum S. Gregorii Magni. Quia vero ad duplicem hanc translationem non attenderunt scriptores, nonnulla reperitur in eorum narratione confusio et contradictio. Asserit Gattola* (1), *corpora utriusque sancti Abbatis sub finem sæculi* XVII *translata fuisse in sacellum S. Bertharii,* ac demum ineunte nostro hoc sæculo (*nempe* XVIII) sub ara illius sacelli humata; *quod posterius falsum utique*

(1) Historia Cassin. pag. 8.

esse

A *esse ex dictis num. præc. constat; at recte in Descriptione historica montis Cassini, anno* 1775 *italice Neapoli edita notatur* (1) : Primum sacellum a dextris dedicatum est SS. Gregorio Magno, Simplicio et Constantino, sed a S. Gregorio nuncupatur. Sub altari quiescunt corpora dictorum SS. Simplicii et Constantini, discipulorum S. Benedicti et post eum abbatum, quæ initio hujus sæculi XVIII eo, a D. Hippolito Penna abbate translata fuere ex majori altari, sub quo hactenus condita erant. (*Hæc ultima minime accurata sunt; corpora* SS. Simplicii *et* Constantini *jam ab anno* 1692 translata *fuerant* ex majori altari. *Confer num.* 15 *et* 16. *Nec in Instrumentis nostris supra laudatis mentio fit D. Hippoliti Pennæ abbatis.*) *Hodie res aliter se habet; nec scitur ubi sacra sint illa pignora, imo et an omnino adhuc sint. Qui id factum sit, dabit laudatus D. Kalefati in responso ad quæsita nostra* 2^m^ *et* 3^m^, *scilicet :* Quis sit reliquiarum illarum præsens status? Quo anno evenit sacrarii Cassinensis profanatio? *Respondet vir doctus nobisque benevolentissimus :* Anno 1799, mense Majo, exercitus Gallorum, qui ab hoc regno Neapolinano Galliam repetebat, S. monasterium Casinense invasit,
B totumque expilavit. Eorum efferata insania maxime in reliquias, Sanctorumque corpora per tot sæcula in hac basilica asservata pieque custodita, debacchata est. Nam sacra corpora sub altaribus ecclesiæ condita, disruptis arculis, per pavimentum sunt disseminata. Sacrarium Casinense, abunde olim sacris Sanctorum pignoribus refertum, aureis argenteisque thecis inclusis, deprædatum omni prætiosa sua suppellectile remansit : ut vix postea potuerint majores nostri fragmenta et pulveres detritorum colligere ossium, quæ in solo projecta fuerant, incedentium pedibus conculcanda. Quibus, ut potuerunt, collectis, in plurimis capsulis decenter composuerunt; sed nunc aliæ ab aliis reliquiæ discerni minime possunt; et ita in sacrario modo etiam asservantur. Hisce in capsulis credimus fuisse unita ossa, quæ sub altaribus quiescebant. *Liceat ad finem hujus tractatus, publico testimonio grates referre optimo eruditoque P. D. Sebastiano, cujus benevolentiæ et labori libenter profitemur nos debere longe maximam partem eorum, quæ de reliquiis disseruimus.*

AUCTORE B. B.

Manifestum erit cuique legenti hunc commentarium nostrum pleraque hic tradita communia esse et S. Simplicio *et* S. Constantino. *Hic olim remissus fuerat ex die* 29 *Martii ad* 17 *Octobris* (2), *ubi de eo proin fuisset agendum. Et re quidem vera ejus parata erat Sylloge, quæ casu fortuito, dum excudebamus tomum VIII Octobris, intercidit. Addam itaque hic pauca illa, quæ ad* S. Constantinum *specialiter spectant.* A mœstissimis, *ait Gattola* (3), ob mortem S. Benedicti monachis electus est Cassinensis abbas S. Constantinus anno circiter 543; qui cœnobio præfuisse fertur annos decem et septem, ad annum scilicet 560. *Confer. num.* 3. Ejus sanctitatem satis prædicat Gregorius Magnus, cum in Prologo ad vitam S. Benedicti « reverentissimum valde virum » appellat, quo titulo non nisi insignes pietate ac dignitate viri designabantur; unumque fuisse testatur ex quatuor illis S. Benedicti discipulis, a quibus præceptoris eorum præclarissima planeque admiranda gesta didicerit. Non minimum ejus sanctitatis indicium est etiam, quod sub ara maxima E
ad pedes S. Benedicti humatus fuerit. *Addit Wion* (4) : Eo gubernante, multa ordinis monasteria diversis in locis et præcipue in Hispania et Gallia per S. Maurum fundata. *Leo Ostiensis nihil præter hæc habet* (5) : Huic sanctissimo patri (Benedicto) succedit in monasterii regimine vir reverentissimus Constantinus, ejusdem sancti Patris discipulus. *Prætermittitur in Petri Diaconi* Opusculo de viris illustribus Cassinensibus. *Non item in altero ejusdem Petri Libello* de ortu et obitu Justorum, *ubi :* Constantinus nomine, *inquit* (6), Constantinus et opere, post patris Benedicti transitum abbas effectus, vir valde reverendus, in Casino defunctus juxtaque est corpus beati Benedicti sepultus. *Cætera de cultu, inventione, translatione vide supra.*

De S. Constantino

(1) Descrizione istorica del sacro real monistero di Monte Cassino, pag. 113 et 115.—(2) Acta SS. tom. III Martii, pag. 768. — (3) Historia Cassinens. pag. 8. — (4) Lignum Vitæ, tom. I, pag. 10. — (5) Chron. lib. I, cap. 2. Muratori, tom. IV, pag. 251, — (6) Maius, Veterum scriptorum nova collectio, part. II. pag. 250.

C F

DE

A D

DE S. NUNCTO ABBATE ET MARTYRE

PROPE EMERITAM.

B. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sancti Nuncti memoria et acta. Quo tempore in Hispaniam venerit, et cui religiosæ familiæ sit adscribendus.

CIRCITER AN. DLXXX S. Nuncti

Acta S. Nuncti *scripsit Paulus Diaconus Emeritensis. Decessores nostri notarunt die* 17 *Maji ad Prætermissos* (1), nihil *eum* (*Paulum*) addidisse de veneratione ecclesiastica, quam Tamayus eidem asserit tribui, quod
B interim poterit cognosci ad diem XXII Octobris. *Porro Tamayus ita annuntiat* (2) *:* Emeritæ Augustæ in Lusitania Hispaniæ, S. Nuncti eremitæ et martyris, qui a barbaris occisus æternam adeptus est felicitatem, et ejus proditores a dæmonibus obsessi pœnas facinoris persolverunt æternas. *Præter Tamayum*, S. Nuncti (*gallice* Noint) *meminit hodie Castellanus, cujus nota est diligentia. A Florezio diserte Sanctus appellatur* (3) *a Baronius* miræ sanctitatis vir (4). *Item refertur in Hagiologio Lusitano Georgii Cardosi et in Chronologia ecclesiastica Antonii a Purificatione* (5). *Ambrosius quoque Morales ejus* magnam *celebrat* sanctitatem (6). *Denique Aloysius Torellius* (*cujus studium et eruditionem præ cæteris extollit Ossinger* (7)) *ad annum* 52 *sæculi Augustiniani tertii, Christi annum* 585 *habet* (8) : Breve compendium sanctæ vitæ et martyrii gloriosi abbatis F. Nuncti ordinis Eremitarum S. Augustini. *Et paulo infra :* Dubitaverit fors, *ait* (9) quispiam num vere martyr dicendus sit, cum non fuerit necatus ex odio Christi vel Christianæ religionis; *et subjungit* : Certe talis existimandus est, non solum quod ab immemorabili Martyr apud omnes Hispanos scriptores habeatur;
C sed etiam quod vere mortem propter justitiam obierit (10). *Vide Commentarium de S. Ursula pag.* 141, *ubi dictum est* martyres *etiam vocatos qui* pie immeriti violentam sustinuerant mortem. *Ex his sane præsumere licet sancto Abbati et Martyri cultum fuisse olim exhibitum; nec proinde ejus Acta a nobis sunt prætermittenda.*

Acta;

2 *Res sancti* Nuncti *gestas posteris transmisit Paulus Diaconus Emeritensis in* Opusculo de vita et miraculis Patrum Emeritensium, *quod quidem opusculum in lucem primus protraxit notisque illustravit D. Barnabas Moreno, Emeritensis decurio, Matriti anno* 1633 (11); *quinquennio post, nempe anno* 1638, *alteris typis datum fuit Antverpiæ, ex octo codicibus mss. studio Thomæ Tamayi, qui, ut saltem videtur, ignorans quæ jam præstiterat Morenus, libelli Titulo subjunxit hæc verba :* A multis hactenus desideratus, numquam editus (12); *nisi forte subintellexerit* satis accurate : *mendosus enim valde est Morenus. Tamayi textus et notæ recusæ sunt in Patrologia Migniana* (15). *Tertiam paravit editionem ex novo ms. Bivarius Matriti* 1651 (14). E *Hæc manca est, deficiunt nonnulla capita; Moreni editio scatet erratis; cæteris præstat Tamayana* (15). *Ex præcedentibus tribus novam adornavit Florez tomo XIII Hispaniæ sacræ* (16); *hujus textum commentario nostro subjungimus. Opusculum istud suum scripsit Paulus, sedem Emeritensem tenente Stephano I* (17), *qui præfuit ab anno circiter* 632 *ad annum fere* 637 (18). *Unde efficitur scriptorem nostrum* S. Nuncto *cœvum vel saltem supparem exstitisse, ut patebit quoque ex dicendis num. sequenti. Qui deinceps de sancto Viro scripserunt, sua eodem ex fonte omnes hauserunt, cum præter ea quæ Paulus Diaconus tradidit, nihil ad nos pervenerit.*

Ætas.

3 *Notat laudatus Florez* (19) *a Paulo Diacono chronologiam vix non omnino negligi; hinc licet multarum, quas narrat, rerum annos, quibus evenerint, haud ignorare potuerit, vel facile, si voluisset, assecutus fuisset; nuspiam æram adscribit. Unde sæpius dubia enascuntur. Est tamen ad* S. Nunctum *quod spectat aliqua nota chronologica : tradit enim Paulus, eum ab Africanis regionibus in provinciam Lusitaniam advenisse* temporibus Leuvigildi, Visegothorum regis. *Hic autem juxta communiorem sententiam regnavit ab anno* 568 *ad annum* 586 (20). F *Alii parum differunt. Petavius* (21) *regni initium inectit anno* 564, *mortem regis anno* 585. *In Biographia* (22) *traditur regnare cœpisse* 567 *desiisse* 585; *nihilominus alibi* (23) *Hermenegildus, a patre suo interfectus legitur anno* 586, *quod utique non concordat cum anno* 585, *quo mortuum dicunt Leuvigildum. Mortem S. Hermenegildi Henschenius diserte adscribit anno* 586, quo, cyclo Lunæ XVI, Solis VI et littera Dominicali G, incidit pascha Dominicæ Resurrectionis in diem XIV Aprilis (24).

Anni quibus S. Nunctus in Hispania degerit.

4 *Ast ulterius quæri potest quibus annis Leuvigildi* S. Nunctus *in Hispania versatus sit. Probabile mihi est id contigisse ante bellum adversus patrem suum ab Hermenegildo motum et ortam exinde contra catholicos sævissimam persecutionem. Ratio*

(1) Martyrol. Hispanum, 22 Octob. — (2) Acta SS. tom. IV Maji, pag. 5. — (3) España sagrada, tom. XIII, pag. 321, 322, etc. — (4) Ad an. 589, num. 44, tom. X, pag. 470. — (5) Acta SS. tom. IV, Maji. Ubi supra. — (6) Coronica general de España, tom. V, pag. 566 et seq. Matriti 1791. — (7) Bibliotheca Augustiniana, pag. 897. Ingolstad. 1768. — (8) Secoli Agostiniani, tom. II. pag. 453. Bononiæ 1667. — (9) Ibid. pag. 455, num. 22. — (10) Confer Acta S. Lupentii. Infra ad hunc diem. — (11) Florez, tom. III, pag. 331 — (12) Ibid. pag. 332. — (13) Tom. LXXX, col. 111 et seqq. — (14) Florez, ibid. pag. 333. — (15) Ibid. — (16) Ibid. pag. 335 et seqq. — (17) Ibid. pag. 328-330. — (18) Ibid. pag. 215. — (19) Ibid. pag. 328. — (20) Patrologia, tom. LXXX, col. 125, not. 6. — Art de vérifier les dates, pag. 704. — (21) Rationarium, pag. 296. Lugdun. Batav. 1710. — (22) Biographie universelle. Voce : *Leuvigilde.* — (23) Ibid. Voce : *Hermenegilde.* — (24) Acta SS. tom. II April. pag. 157.

est,

A *est, quod, teste Paulo, Leuvigildus valde benevolus in sanctum Abbatem fuerit. Cum enim hic, haud diu, ut apparet, post adventum suum ex Africa,* in eremo sibi vilissimum construxisset habitaculum *et* crebris illic virtutibus coruscaret, recurrente opinione ad auditum Leuvigildi, *is, quamvis esset* Arianus, *se ejus* precibus commendavit *et providit* ut alimenta et indumenta *ex quodam præcipuo loco fisci* cum suis fratribus haberet. *Paulo post, crudeliter necato* S. Nuncto, *idem rex comprehendi homicidas jussit. Quæ non facile capiuntur præstita a viro, cujus animus summopere exulceratus in catholicos esse debebat, ob filii sui conversionem, et natum exinde inter se bellum. Jam vero, juxta Marianam, quem noster sequitur Henschenius in Actis S. Hermenegildi* (1), *illius* belli initia inciderunt in salutis annum quingentesimum octogesimum, *scilicet uno anno post connubium Hermenegildi cum Ingundi, quæ virum ab Arianis abduxerat; quod quidem connubium summa Leuvigildi voluntate fuerat contractum. Infensus itaque catholicis non fuit iste ante annum* 580. *Quapropter munificen-*
B *tiam ejus in* S. Nunctum *ad præcedentes annos referendam potius existimo. Imo et mortem sancti Viri ante eumdem annum obtigisse putem : stando enim Pauli contextu non videtur* S. Nunctus *multo tempore in Hispania vixisse, ut suadent voces* aliquamdiu, post aliquos dies, post non longum temporum intervallum. *Mortem sancti Viri refert Tamayus de Salazar in Martyrologio Hispano ad prima omnino Leuvigildi regis tempora :* De agonis anno altum, *inquit,* silentium. Crediderim occubuisse S. Martyrem circa Dominicum (*annum*) DLXVIII vel circiter, cum illo ejus memoriam recitet S. Maximus. *Quidquid sit de S. Maximo, cui, ut notum est, plurima Tamayus affingit, annum prædictum haud facile mortis dixerim, ni cum Petavio initium regni Leuvigildi removeamus ad annum Christi* 564. *Nam si mors sancti* Nuncti *ponatur primo illius regni anno* (*cum asserat Paulus eum* temporibus Leuvigildi ab Africanis regionibus in Lusitaniam advenisse) *sequeretur omnia quæ a Paulo narrantur, unius anni spatio comprehendenda; quod utique verosimile non apparet. Morcelli ad annum* 567 : Jam id temporis, *inquit* (2), ex Africa in Lusitaniam Nunctus abbas cum monachis aliquot
C trajecisse putatur, quum illic rex Leovigildus regnaret; et apud Emeritam singulari castimoniæ fama aliquamdiu versatus, monasterium postea condidisse, rege ipso ariano probante atque adjuvante, qui Viri sanctitatem suspiciebat, ac preces plurimum profuturas arbitrabatur. Sed Nuncti in eo monasterio brevis admodum vita fuit : nam coloni, quos ei rex parere jusserat, hominem aspernati, vestitu obsoletiore incultum atque horridum, fracta cervice crudeliter necaverunt. *Mabillonius meminit sancti* Nuncti *ad annum* 569, *his verbis :* Per id tempus Nunctus abbas ex Africanis regionibus in Lusitaniam cum aliquot fratribus trajecit (3). *Subdit dein, mutatis solum verbis, quæ in Paulo Diacono leguntur. Torellius, sed mea opinione, ob rationes mox dictas, perperam, adventum sancti Abbatis ponit anno* 581 (4) *mortem anno* 585 (5). *Baronius ad annum* 589, *cum jam loco Leuvigildi regnaret Recaredus, generali formula scribit de* S. Nuncto, qui his item temporibus floruit, *aliud fere nihil addens* (6).

5 Quatenus ad institutum sancti viri (Nuncti) anceps etiam contentio est. Barnabas (*Morenus*) *ait* cum fuisse ex ordine Benedictino, cujus erat ipse Paulus diaconus, qui Nunctum, ABBATEM NOSTRUM nuncupat. Negant Marquez, Herrera et cætera scriptorum nostratum cohors, illumque Eremitam Augustinianum faciunt. *Ita Tamayus de Salazar in Martyrologio Hispano* (7); *et addit :* Sine lege et ratione vix neutri adhæreo; fides et lis apud ipsos sit. *Quæ verba stuporem imo et stomachum movent Torellio, utpote cui ne vel minimum dubium, quin omni ex parte demonstratum sit,* S. Nunctum *sub regula S. Augustini et vixisse et obiisse* (8), *idque eam ob rationem, quod ex Africa venerit cum jam monachus et abbas esset; et in Africa, illa ætate, monachi præter S. Augustini discipulos invenirentur nulli* (9). *Ita quoque asserunt Padilla, Higuera, imo, et* omnes hispani scriptores, *ut fatetur Morenus* (10), *qui tamen ipse, ut jam dictum est, aliud sentit,* quia, *inquit,* Paulus ordinis fuit S. Benedicti *et loquens de* Nuncto *dicit :* nostrum abbatem. *Ast neutra hæc ratio admodum firma est. Verba Pauli sunt :* Narrant... in provinciam Lusitaniam Nunctum nostrum advenisse abbatem. *Vox itaque* nostrum *saltem æque bene refertur ad* Nunctum *quam ad* abbatem; *sed* E
plurimum inter se differunt Nunctum nostrum, *et* abbatem nostrum. *Usitatissimum namque est, et apud nos per singulas fere recurrit paginas, Sanctos vel viros præclaros, de quibus tractamus, dicere* nostros, *id est quorum rebus scribendis occupamur, quin eos idcirco ordini nostro vindicare ullo modo intendamus. Potuit quoque Paulus* Nunctum nostrum *vocare, quod Emeritæ, quæ Pauli patria erat, floruisset, ibique vel in vicinio et mortuus et sepultus quiesceret, et ob alia id genus sexcenta. Nec melius valet altera Moreni ratio. Et primum quidem ita prius argumentum retorquet P. Herrera in suo Alphabeto Augustiniano :* Certe, *inquit* (11), si ex illis verbis aliquid colligi potest, potius infertur Paulum fuisse Augustinianum, quam Nunctum Benedictinum; quia de Nuncto certum est, communi authorum consensu, fuisse Augustinianum; de Paulo vero id non est certum, *nempe fuisse Benedictinum. Nicolaus Antonius* (12) *et D. Ceillier* (13) *Paulum simpliciter Diaconum vocant. Antonius Yepes in Chronico generali Ordinis S. Benedicti* (14) *nuspiam meminit sive Pauli, sive* Nuncti, *sive monasterii S. Eulaliæ; quod quidem argumento est,* S. Nuncti *notitiam tantum haberi ex Pauli scriptis,* F
quæ, dum sua septem edebat Yepes volumina, nondum in lucem prodierant. Cardo totius quæstionis in hoc præcipue laudatis scriptoribus vertitur, an scilicet ecclesia S. Eulaliæ Emeritensis, cui addictus saltem aliquamdiu legitur Paulus, monasterium fuerit sancti Benedicti, nec ne. Affirmat Mabillonius, negat Florez; uterque inhærentes libello Pauli nostri.

AUCTORE B. B
S. Nunctum *professione Augustinianum dicit Torellius,*

6 *Atque, ut a Mabillonio ordiamur :* Certa, *inquit* (15), et explorata sunt *ex libro Pauli Diaconi testimonia de Emeritensi sanctæ Eulaliæ* monasterio, qui ejusdem loci monachus videtur fuisse. *Nam* Abbatem suum, *tacito nomine,* appellat *sub finem capitis primi, cujus initio eumdem vocat* Præpositum cellæ; *et rursus cap.* 18, dominum qui præest cellæ sanctæ Eulaliæ *id est* monasterio : neque enim infrequens est apud veteres, ut cellæ nomine monasterium designetur. *Quod autem agatur de monasterio Benedictino, efficitur, quia, ex ejusdem Pauli*

Benedictinum Mabillonius.

(1) Act. SS. Ibid. pag. 155. —(2) Africa Christiana, tom. III, pag. 325. Brixiæ 1817. — (3) Annal. Bened. tom. I, pag. 141. Lucæ 1739 — (4) Secoli Agostiniani, tom. II, pag. 414. — (5) Ibid. 455 et seq. — (6) Annal. an. 589, num. 44. Tom. X. pag. 470. — (7) 22 Octobris. — (8) Secoli Agostiniani, tom. II, pag. 414 et seqq.— (9) Ibid. pag. 415. — (10) Ibid. — (11) Apud Torellium, ibid. pag. 416. — (12) Bibliotheca Vetus, tom. I, pag. 573 et seq. —(13) Auteurs ecclésiastiques, tom. XVII, pag. 569. — (14) Coronica general de la Orden de San Benito. Edit. an. 1609-1621. — (15) Annal. tom. I, pag. 64.

capite

AUCTORE B. B.

capite 1, *in illa ecclesia* mos erat, *ut* hiemis tempore seorsum matutinum officium facto intervallo celebraretur, *hoc est, ut Vigiliæ nocturnæ aliquo temporis intervallo dirimerentur a Matutino id est a Laudibus, quas modo vocamus;* qui ritus omnino assignatur a sancto Benedicto in regula sua (*cap.* 8). *Alia non affert Mabillonius in confirmationem suæ sententiæ. Nam quod* Florentinus ecclesiæ monasterii sanctæ Eulaliæ abbas *subscriptus legatur concilio Toletano* XI *anno* 675 (1), *censet Mabillonius* (*et in hoc ei consentit Florez* (2)) *id non interpretandum de Emeritensi cœnobio, sed Toletano :* nam, *inquit,* et istic sanctæ Eulaliæ ecclesia erat. *Manet ergo, ut ejusdem Sanctæ ecclesia Emeritensis D. Benedicto abscribatur, id unum, moris nempe in illa fuisse,* ut hiemis tempore seorsum matutinum officium facto intervallo celebraretur. *Stringens utique ratio non est. Nihilominus Mabillonius qui hic subdubitans Paulum nostrum Benedictinis annumerabat, alibi* (3) *diserte edicit, eum fuisse* monachum cellæ seu monasterii S. Eulaliæ, cujus loci rectorem, Dominum et Abbatem suum vocat. *Cæterum exceptis duobus locis citatis, nuspiam deinceps in annalibus Benedictinis mentio fit illius seu ecclesiæ seu monasterii.*

B

negante Florezio;

7 *Ad Florezium quod attinet, negat ipse* (4) *fuisse* monasterium, *bene vero basilicam, in qua nocturnum diurnumque celebrabatur officium, et educabantur adolescentes, in* cellis *juxta templum habitantes, ut manifeste patet ex historia* ephæbi Augusti, *quam narrat Paulus Diaconus cap.* 1; *alibi dixerat Florez* (5), *ecclesiam S. Eulaliæ ædificatam fuisse sub Constantino magno, additque ex Paulo* (*cap.* 7) *sæc.* VI *restauratam a Fideli, Emeritensi episcopo, qui paulo ante collapsam ecclesiam suam cathedralem, seu ut Paulus loquitur,* sedis dirutæ fabricam *restauraverat* (6). *Quod si is alicubi* (7) *loquatur de* cella S. Eulaliæ (8), *vocem hanc interprebandam vult Florez non de* monasterio, *prout contendit Mabillonius, sed de universa S. Eulaliæ fabrica, ita ut quodammodo pars pro toto sumatur; nec hoc, addit, a stylo abludit antiquorum, quoniam in ipsis gentilium templis pars quædam vocabatur* cella, *locus scilicet in quo ponebantur simulacra dearum. Nec amplius favet Mabillonio, quod Paulus* abbatem suum *dicat præpositum S. Eulaliæ : vox enim* abbas *idem est ac* pater, *superior; nec refertur exclusive ad monasteriorum præpositos. Confer Glossarium Cangii. Certe in concilio Aquisgranensi II sub Ludo-*

C *vico Pio, anno* 836, *præscribitur* abbatibus canonicorum, ut congregationes *suas verbo atque exemplo regant et* episcopis subditi sint (9). *Atque hæc ita Florez, in cujus sententiam fateor me, post diligentem Pauli lectionem, valde propendere. Non aliter Paulus loquitur de Basilica* (*ita eam fere semper appellat*) *S. Eulaliæ quam de aliis Basilicis Emeritensibus S. Mariæ, S. Joannis Baptistæ, S. Lucretiæ, SS. Cypriani et Laurentii etc., nisi quod de priori longe frequentius sermonem faciat; sæpius enim meminit* reverendi viri Redempti diaconi, qui ibidem (*in S. Eulaliæ*) præest. *Ita cap.* 3, *ubi de* S. Nuncto (10); *et cap.* 9 *ubi de Masona episcopo Emeritensi :* Tanta, *inquit* (11), illi cura pro omnium erumnis miserorum, ut ad Basilicam sanctissimæ Eulaliæ diacono, viro venerabili Redempto nomine, qui præerat, D duo millia solidos dederit, e quibus mox, ut aliquis urgente necessitate adveniret, facta cautione, quantos vellet absque aliqua mora vel difficultate acciperet. *Nihil sane in his* (*et possem alia id genus sexcenta recitare*) *est quod vel minime indicet monasterium. Alio prorsus modo loquitur Paulus, quando quæstio est de cœnobio, quod tale fuisse non una vel altera voce plus minusve obscura seu dubia insinuat, sed apertis declarat verbis. Exemplo sint quæ leguntur cap.* 11 (12) : Cum in monasterio, cui Cauliana vocabulum est... reverendissimus vir piæ memoriæ Renovatus abbas præesset... et cunctos illic commorantes monachos *etc. Certe qui hæc contulerit cum his quæ habet de Basilica, quam semel aut iterum tantum vocat cellam, S. Eulaliæ, haud facile assentiet Mabillonio. Confer Torellium, qui vult quidem ad sanctæ Eulaliæ monasterium fuisse, sed ordinis S. Augustini* (13), *ad quem etiam spectasse Caulianense, multis verbis contendit* (14). *Vide Annotata ad Vitam.*

8 *Utique cum Torellio, Augustinanis adscriberem* S. Nunctum, *si constaret, revera hujus ætate id est circa medium sæculum* VI, *nullos in Africa, præter S. Augustini discipulos, fuisse monachos. At quis qualive argumento id probaverit? Quocirca notandum est primo, acriter agitatam olim quæstionem, an omnino S. Augustini sit* Regula ad servos Dei, *quæ in tomo I ejus operum excusa reperitur* (15). *Unde Morcelli* (16) : Illud ambigium videri possit, an quæ Augustini Regula jam dicitur, et Gelasii pontificis maximi hoc nomine secundi auctoritate probata est, ab ipso Augustino profecta putanda sit. *Longe plures negant. Quinimo* in hoc, *inquit Brokie* (17), collimant omnes viri docti, S. Augustinum numquam *pro viris* regulam scripsisse, quamvis tres Regulæ sub ejus nomine circumferri soleant. *Et Helyot* (18) : Epistola CIX S. Augustini (CCXI *in editione Maurinorum*), quæ nunc loco Regulæ est in variis utriusque sexus congregationibus, S. Doctore tamquam parente gloriantibus, anno tantum 423 ad moniales, quas Hippone instituerat (*quibusque præerat ejus soror*) data est. Quo vero tempore viris accommodata fuerit; in qua regione et a quo hæc commutatio facta fuerit, plurimum ambigitur. *Et Mabillonio* persuasum *est* (19), non posse ante sæculum undecimum, aut si plurimum concedimus, F ante decimum ostendi ullam congregationem, in qua hæc Regula ceu fundamentum vitæ Canonicæ et Regularis, fuerit observata. *Secundo, S. Fulgentium, Ruspensem in Africa episcopum, defunctum circa annum Christi* 529, *plura condidisse monasteria, sive ante sive post adeptas infulas, ex ejus Vita, ab ejus discipulo conscripta, discimus; quin vel ullum de S. Augustini seu regula seu instituto fiat mentio. Id quoque monet auctor virum sanctum* Beati Augustini, exponentis tricesimum sextum psalmum, disputatione commonitum et compunctum, publicare suum statuisse votum *de dimittendo sæculo* (20). *Et alibi narratur* (21), *cum fundatum esset monasterium Ididi,* ubi parvo tempore Domino servientes (*S. Fulgentius et socii*), insistebant operibus caritatis; donec subito beatus Fulgentius

ast potius videtur promiscuam regulam E

(1) Confer Aguirre. Concil. Hispan. tom. IV, pag. 247. Romæ 1754. — (2) España Sagrada, tom. XIII, pag. 237. — (3) Annal. Ben. tom. I, pag. 337. — (4) España Sagrada, tom. XIII, pag. 236. — (5) Ibid. pag. 234. — (6) Ibid. pag. 236. — (7) Paulus diac. De Vitis Patrum Emeriten. num. 1 et 43. — España Sagrada tom. XIII, pag. 336 et 380. — (8) Tom. XIII, pag. 236. — (9) Sirmondus. Concilia antiqua Galliæ, tom. II, pag. 582. Paris. 1629. — (10) Florez, tom. XIII, pag. 343. — (11) Ibid. pag. 360. — (12) Ibidem,, pag. 440. — (13) Secoli Agostiniani, tom. II, pag. 421. — (14) Ibid. pag. 420. — (15) Col. 789 et seqq. — (16) Africa Christiana, tom. II, pag. 506, ad an. 591 Brixiæ 1817. — (17) Codex Regularum Holstenii. Edit. Brokie, tom. II, Additament. IX. observat. crit. pag. 120. Conf. Examen historicum et canonicum, pag. 157. Gandavi 1847. — (18) Histoire des ordres rel. tom. III, pag. 6 et seq. — (19) Gemina apolog. Benedictin. pag. 10. Constantiæ 1706. — (20) Acta SS. tom. I Januar. pag. 33. — (21) Ibid. pag. 36.

Ægyptiorum

A Ægyptiorum monachorum vitas admirabiles legens... memoratas terras navigio petere statuit : duabus videlicet ex causis, ut vel ibi deposito nomine *abbatis*, sub regula viveret humilitatis, vel districtioris abstinentiæ legibus subderetur. *Cui hæc legenti in mentem venerit, B. Fulgentium S. Augustini instituto addictum fuisse, illudque, si propositum sibi iter prosecutus esset, in Ægypto propagare voluisse? Nec sane validior ratio nos movet, ut aliud de* S. Nuncto *dicamus, qui circa medium ejusdem sæculi sexti floruit et proinde paucis tantum annis a S. Fulgentio distat. Tertio, sæculo* V *Salvianus, qui, ut notum est, adeo virulenter in Afros invehitur, ita de* monachis *seu* religiosis *vel* sanctis *aut* servis Dei *loquitur, ut eos certæ Regulæ vel Instituto, ut nunc dicimus, nullo modo insinuet addictos.* Insectabantur, *inquit* (1), Afri atque oderant servos Dei... in quibus omnia sibi æmula atque inimica cernebant : illi enim vivebant jugiter in nequitia, isti in innocentia;.. illi in lustris, isti in monasteriis... Non sine causa itaque istud fuit quod intra Africæ civitates, et maxime intra Carthaginis muros, palliatum et pallidum et recisis comarum fluentium jubis usque ad cutem
B tonsum videre tam infelix ille populus quam infidelis sine convicio atque exsecratione vix poterat. Et si quando aliquis Dei servus, aut de Ægyptiorum cœnobiis aut de sacris Hierusalem locis, aut de sanctis eremi venerandisque secretis ad urbem illam officio divini operis accessit, simul ac populo apparuit, contumelias, sacrilegia et maledictiones excepit. *Ex recitatis SS. Salviani et Fulgentii verbis efficitur mea opinione, sæculo* V *et* VI *in Africa fuisse monachos proprie dictos, quibuscum nil commune habuit S. Augustinus; nec aliquid est quod suadeat eos, non secus ac alibi monachos, secutos regulas promiscuas; atque mihi indubium videtur,* S. Nunctum *ex hoc genere fuisse.*

secutus. 9 *Quod etiam clarius fiet si notemus denique quarto, ex universa historia monastica constare,* unum *solum, non vero* plures, *tunc temporis agnitum fuisse Ordinem monasticum. Audiamus Lucam Holstenium seu P. Possinum* (2) : Ex hactenus dictis, *inquit,* de multitudine ubique colentium vitam monasticam in utroque sexu, facile cuipiam, vetera ex præsentibus æstimanti, persuadebitur fuisse primis illis temporibus diversos et certo charactere discriminatos monachorum Ordines,
C prout postea institutum præsertim in Mendicantibus, quorum universæ quamvis late sparsæ familiæ, sub uno peculiari capite, certis et cuique propriis officiis ac legibus Deo militant. Valde fallor, si jam tum primis sex septemve ecclesiæ sæculis iste usus invaluerat. Certe vestigia mihi quidem non apparent, qui, quocumque intueor, uniformem ubique monachatus rationem, et facilem ac promiscuum invicem transitum, mutuumque commeatum professionum et cœnobiorum cerno. Orientales monachi, quando in Occidentem venerant, cum ibi profitentibus religiosam vitam sine discrimine censebantur; vicissim Occidentales in Oriente... Unde satis apparet existimasse ipsos unum esse in commune omnium ubique monachorum modum et usum religionis profitendæ (3). *Atque hæc est regula, quæ vocatur promiscua vel apostolica, scilicet* in Evangelio Actibusque expressa (4), *quam equidem non dubitem secutum* S. Nunctum. *Quod vero Eremitas S. Augustini attinet, hi, si tamquam Congregatio aut Ordo spectentur, sæculo* XIII *antiquiores non sunt. Cæterum ex professo de hac quæstione tractabitur infra in Vita S. Joannis Boni.*

EX FLOREZ.

VITA S. NUNCTI

Auctore Paulo diacono Emeritensi.

De Vita Patrum Emeritensium, cap. 3, *apud Florez, Hispaniæ sacræ t. XIII, pag.* 343 *et seqq.*

E Narrant plurimi, ante multa jam curricula *a* annorum, temporibus Leuvigildi * Visegothorum regis, ab Africanis regionibus in provinciam Lusitaniam Nunctum nostrum advenisse abbatem *b* : qui cum aliquamdiu ibidem sanctissimæ virginis Eulaliæ *c* degisset devotionis gratia, ad Basilicam sanctissimæ virginis, in qua ejus sacratissimum corpusculum *d* requiescit, desideranter accessit.

S. Nunctus B. *Eulaliæ devotus,*

a

**al.* Leovigildi

b

c

d

2 Sed ut fertur, per omnia aspectum mulierum velut vipereum vitabat morsum; non quia aspernabatur sexum, sed ex contemplata specie, tentationis metuebat incurrere vitium; ita etenim ut quocumque loco pergebat, unum monachum ante se et alterum *e* post se gradi præcipiebat, ne eum per quamcumque occasionem mulier *f* videret *g*. Qui, ut supra diximus, cum ad Basilicam sanctæ Eulaliæ virginis et martyris venisset *h*, reverendum virum Redemptum diaconum, qui ibidem præerat, multis precibus exoravit, ut quando ad orationem nocturno tempore ad ecclesiam de cella procederet, ita custodias poneret, ut eum nulla penitus femina videret.

nec videri a muliere volebat;

e

f *g*

h

3 Sed cum aliquos dies in eadem sancta ecclesia moras fecisset, quædam nobilissima et sanctissima vidua, nomine Eusebia, omni desiderio eum videre cupiebat; sed ille nullatenus ab ea videri patiebatur. Cum vero eum sæpius diversi rogarent, ut F eam videre dignaretur, et ille nullo modo consentiret; illa coassumpto consilio, supradictum diaconum deprecabatur, ut explicitis matutinis Laudibus, dum ille de ecclesia ad cellulam reverteretur, illa stante in abditissimo loco, circa eumdem sanctissimum Virum lumen cereorum clarissimum fieri præciperet, ut saltem a longe eum videre mereretur; quod factum.

cum tamen a vidua visus fuisset,

4 At ubi, ignorante illo, femineus contigit aspectus, ita cum gemitu magno sese in terra prostravit, ac si magni lapidis ictu graviter fuisset percussus. Mox ipsi Redempto diacono dicere cœpit : Indulgeat tibi Dominus, frater; quid est quod fecisti? Post hæc denique egressus inde, ad eremi loca paucis cum fratribus pervenit *i*, ibique sibi vilissimum construxit habitaculum *k*.

secedit in eremum;

i

k

5 Sed cum crebris illis virtutibus coruscaret, recurrente opione ad auditum Leuvigildi principis pervenit, qui quamlibet esset arianus, tamen ut se

ibique honoratus a Leuvigildo,

(1) De gubernatione Dei, lib. VIII. Patrol. Migne. tom. LIII, col. 156 et seq. — (2) Codex Regularum. Præf. pag. XI. Brokie. — 3) Conf. Examen historic. pag. 159-161. — (4) Papebrochius. Respons. ad Exhibit. errorum art. 12, § 6, num. 84. Acta SS. vindicata, pag. 424. Antverpiæ 1785.

ejus

EX FLOREZ. ejus precibns Domino commendaret, eidem Viro auctoritate conscripta, de quodam præcipuo loco fisci direxit, ut alimenta et indumenta exinde cum suis fratribus haberet *l;* quod Vir Dei omnino accipere recusavit. Sed cum ille renueret, et is qui a rege directus ad eum venerat, diceret: Oblationem filii tui despicere non debes; tandem ipso compellente suscepit.

l

crudeliter necatur ab agricolis.

6 Post aliquos vero dies homines habitantes in eodem loco cœperunt ad invicem dicere: Eamus et videamus qualis est dominus noster, cui dati sumus. Cumque fuissent et vidissent eum veste sordidum habituque deformem; contemnentes eum dixerunt mutuo: Melius est nobis mori quam tali domino servire. Ac deinde post aliquos dies cum Vir sanctus in sylvis paucis ovibus depascendis processisset, reperientes eum solum fractis cervicibus crudeliter necarunt *m*.

m

quos dein dæmon discerpit.

7 Post non vero longum temporum intervallum ipsi homicidæ comprehensi et Leuvigildo regi in vinculis sunt præsentati, cui dictum est ipsos esse, qui Servum Dei interemissent. Ille autem quamvis non rectæ fidei esset, recte tamen promulgavit sententiam *n*, dicens: Absolvite illos a vinculis et

n

B sinite abire; et si Servum Dei occiderunt, sine nostra ultione ulciscatur Dominus mortem Servi sui. At ubi dictum est et illi absoluti sunt, statim eos dæmones corripuerunt et per plures dies afflixerunt, quousque crudeli morte animas e corporibus excusserunt.

ANNOTATA.

a Ante multa jam curricula annorum. *Communior est sententia Paulum scripsisse suum Opusculum versus annum Christi* 655. *Si itaque teneamus adventum* S. Nuncti *contigisse ante annum* 580 (*vide Comm. præv. num.* 4), multa *illa* curricula annorum *reducentur præter propter ad quinquaginta.*

b *Quæ ante suum ex Africa discessum S. Vir fecerit, prorsus ignoratur.* Qua in urbe quove in tractu Africæ natus; et ubi religionem sit professus vel cujus fuerit monasterii abbas nescimus. *Ita Torellus* (1). *Quid vero sanctum Virum moverit ut patriam relinqueret, haud clarius patet.* An forte, *ait rursus Torellius* (2), ut se subduceret vexationibus Maurorum, qui jam variis in partibus jugum Romanorum excutiebant, et perpetuo sub armis erant,

C catholicosque et præcipue religiosos male habebant?

c *Ita legit Florez, utique mendose : verba enim hæc cum sequentibus non cohærent. Melius Tamayus de Vargas* (3) : Qui cum aliquamdiu ibidem degisset, devotionis gratia ad Basilicam sanctissimæ virginis Eulaliæ, in qua ejus sacratissimum *etc. Antequam ergo* B. Nunctus *ad sanctæ Eulaliæ accederet,* aliquamdiu *jam in Lusitania moratus erat. Vide Comm. præv. num.* 5-8 *ubi agitata quæstio est, cuinam regulæ sanctus Vir fuerit addictus. Vox* aliquamdiu *per se ostendit haud longam eum ibidem traxisse moram.*

d *Duodennis passa sancta Eulalia est. Annuntiatur in martyrologio Romano* 10 *Decembris, qua die agendum de ea erit.*

e Unum monachum... et alterum, *hinc concludere licet S. Abbatem cum aliquot sociis ex Africa migrasse.*

f *Raro id sane exemplo. Multi quidem activum mulieris reformidarunt aspectum, sed non ita passivum, ita ut nec inscii ab ea se conspici ullo modo pa-* D *terentur.*

g *Notat Florez* (4), *desiderari apud Morenum totam hanc pericopen :* ita enim ut *usque ad* mulier videret. *Confer Comm. præv. num.* 2, *ubi de variis Pauli editoribus aliquid delibavimus.*

h *Vide Comm. præv. num.* 7.

i Circa situm quo S. Eremita construxerit habitaculum, valde fatigatur Franciscus Bivarius, inducens in textu Maximi *vicus Pinciacensis,* quo vitam Servum Dei egisse commentat, idque ut introducat topographiam Pinciæ urbis, qua tunc ille Commentaria seu Notas scribebat, quasi vellet Emerita Pinciam traducere non solum S. Martyrem, sed etiam tugurium, quo sanctissimus Eremita delituit. Glosema igitur illud *in vico Pinciacensi* a Bivario effictum nullibi apud Maximum scriptum reperitur, nec in Caro, nec in Calderoni editis codicibus, nec in mss. quorum plurimos vidimus. Maxime cum constet Emeritensem Paulum de urbe sua tantum locutum; nec est credendum, S. Martyrem deseruisse basilicam Eulaliæ Virginis, cujus erat devotissimus, et in tot remotis partibus, Pinciam usque secedere. *Hæc Tamayus de Salazar in Martyrologio Hispano.* E

k *Id est monasterium, et quidem, ut latius expositum reperies Comm. præv. num.* 5-7, *nec Augustinianum, nec Benedictinum. Declarat denuo hac opportunitate Florez* (5), *quod nolit se immisceri disputationibus de institutis antiquiorum per Hispaniam cœnobiorum.* Attamen, *inquit,* prætermittere non possum rudem simplicitatem (*candidez*) Moreni de Vargas, qui in suis notis ad Paulum diaconum, non solum huic et S. Nuncto imponit cucullum (S. Benedicti), sed et omnibus monachis qui floruerunt in Hispania ante annum 516, quo utique S. Benedictus regulam suam nondum scripserat... Ante sæculum sextum per Hispaniam valde propagata erat monastica disciplina; nec fieri potest ut instituta illius ævi (quæ certe Benedictina non erant) sæculis sexto et septimo, quibus vivebant S. Nunctus et Paulus Diaconus, evanuisse dicantur. *Similia habet Cardinalis Aguirrius in Notis ad concilium Tarraconense, celebratum tempore Hormisdæ papæ anno Christi* 516 (6). Constat, *inquit* (7), exinde (*canone* XI) hoc tempore jam fuisse monachos et illorum abbates in Hispania, de quibus censet Morales lib. II, cap. 45 fuisse ordinis S. Benedicti... At enim licet id valde honorificum F sit religioni meæ Benedictinæ, non possum concedere in sententiam doctissimi historiographi (*Ambrosii Morales*). *Et paucis interpositis :* S. Benedictus non scripsisse regulam suam creditur et traditur, usque dum e monasterio Sublacensi transiit ad montem Cassinum, ibidemque habitare cœpit anno plus minus 529, id est tredecim annis post celebratum hoc concilium Tarraconense. Quapropter certissimum est, monasteria in eo commemorata anno 516, fuisse alterius instituti quam Benedictini : hoc enim non nisi aliquot annis postea cœpit primum intra Italiam, et pluribus adhuc elapsis ad Galliam et Hispaniam propagari contigit. *Cæterum Paulus hoc solum, de quo hic agimus, a* S. Nuncto *asserit fundatum monasterium. Perperam ergo nonnulli scripsere et Caulianense et nescio quæ alia in Hispania cœnobia auctorem habere eumdem S. Abbatem.*

l *Dixi Comm. præv. num.* 4 *ex hac Leuvigildi in S. Abbatem benevolentia probabilius* B. Nuncti

(1) Secoli Agostiniani, tom. II, pag. 453. — (2) Ibid. — (3) Patrologia, tom. LXXX, col. 126. — (4) España sagrada, tom. XIII, pag. 343. — (5) Ibid. pag. 244 et seq. — (6) Concilia Hispaniæ, tom. III, pag. 123 et seqq — (7) Ibid. pag, 127.

res

A *res gestas referendas esse ante annum* 580, *quo rex catholicis valde infensus erat. Quod confirmari potest ex altero Pauli Diaconi loco, capite nempe* 10, *ubi describit quomodo Leuvigildus tentarit S. Masonam seu Mausonam episcopum a fide catholica divellere. Et primum quidem ita concluditur cap.* 9 (1) : Cumque talibus divino favore virtutibus polleret (Masona), fama bonorum opinione concrescente, asparsit (*alibi* affulsit) et opera luminis a vero Lumine condonata multis in regionibus coruscavit. *Dein cap.* 10 : Unde accidit, ut hæc opinio sævissimi atque crudelissimi Leovigildi regis penetraret auditum; *qui* diabolica stimulante invidia, supradicto sanctissimo viro, legatis intercurrentibus, iterum iterumque mandavit, ut relicta fide catholica ad arianam hæresim cum universitate plebis sibi commissæ diverteret. *Quod cum ille constanter fortiterque recusaret,* raptus in furorem *rex* cœpit eum multis pulsare terroribus; *ast vir sanctus* forti congressione adversus atrocissimum tyrannum dimicans, pro defensione justitiæ persistebat invictus (2). *Sequentibus capitibus exponuntur multifariæ diuturnæque persecutiones, quibus Masona a rege impetitus fuit. Sane modus, quo hic Paulus de*
B *Leuvigildo loquitur, plane diversus est ab illo, quem adhibet in Actis* S. Nuncti; *nec probabile apparet regis in hunc benevolentiam contigisse post tantam in S. episcopum concitatam procellam. Jam vero hæc, ut Pauli suadet narratio, cœpta est circiter tempus quo eruperat bellum patrem inter et filium, Leuvigildum et Hermenegildum, circa annum* 380 : *nam alias plurimas perpessus vexationes,* per annos tres et eo amplius (3), *regis jussu, vixit in exilio Masona; post quos restitutus sedi Emeritensi fuit ab ipso Leuvigildo; non quod is meliora saperet, sed quod* percussus *et* flagellatus a S. Eulalia vereretur ne gravius Dei judicio mulctaretur (4). *Quæ quidem omnia facile quinquennii vel sexennii spatium impleverint; quo exacto mortuus Leuvigildus est, anno scilicet* 586. *Confer Mariana lib.* v, *cap.* 13 (5).

AUCTORE B. B.

m *Mariana noster* (6), *narrata nece* S. Nuncti, *subjungit :* Causæ fuere in incerto; et fortassis liberas sancti Viri increpationes ferre non poterant agresti homines pectore et rudi ingenio. *Quod ad* causas *spectat, non satis attente legit Mariana Paulum; alioquin vidisset præcipuam necis illatæ causam fuisse, quod nollent tali domino servire, quia specie* sordidus *erat* habituque deformis.

n *Non reprehendit Paulus Leuvigildum de hac sententia, imo laudat. Atque hæc, inter alias, etiam ratio est, cur obitum sancti* Nuncti *ponendum duxerim ante ortum bellum. Hoc rursus loco discedit a Paulo Mariana, regem saltem plus minus reprehendens :* Sacrilegii certe, *inquit* (7), pœnas, rege vindictam negligente, dæmonum incursu in furorem acti dederunt. E

(1) De Vita Patrum Emeritensium España Sagrada, tom. XIII, pag. 361. — (2) España Sagrada. Ibid. pag. 362. — (3) Ibid. pag. 370. De Vita PP. Emeritens. cap. 13. — (4) Ibid. pag. 372. —(5) De rebus Hispaniæ, tom. I, pag. 187. Hagæ-Comitum 1733 —(6) Ibid. pag. 189.— (7) Ibid.

DE S. LUPENTIO ABBATE ET MART.

CATALAUNI IN GALLIIS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C **§ I. S. Lupentii passio habetur ex S. Gregorio Turonensi, cujus textum perperam dixit Cointius esse apocryphum. Ubi et quando cæsus fuerit sanctus Abbas.** F

CIRCA ANNUM DLXXXIV. S. Lupentii *cædes,*

Lupentii, *vulgo* S. Louvent, *martyrium habemus ex S. Gregorio Turonensi, auctore coævo, utpote qui natus anno* 559 *defunctus est anno* 593 (1), *vel secundum alios natus anno* 544, *defunctus anno* 593 (2). *Rem, prout gesta est, ita, nec inconcinne, reddit Hadrianus Valesius, Rerum Francicarum libro* XI (3) : Hunc (Lupentium) abbatem basilicæ S. Privati martyris, in urbe Gabalis (*vernacule* Javouls *seu* Javoux (4)) sitæ, Innocentius Gabalorum comes apud Brunichildim accusaverat majestatis, et de ipsa male locutum affirmaverat. Itaque a regina accersitus cum venisset (*scilicet Metas Lotharingiæ* (5)), et cognita causa insons esset inventus, discedere jussus est. Jamque iter facere securus cœperat, cum ab Innocentio innimico suo comprehenditur, duciturque in villam publicam nomine Ponticonem, ac multis ibi injuriis affectus tandem dimittitur. Sed nondum erat Innocentii, nocentissimi hominis, satiata sævitia, videbaturque non ob aliud Lupentius abbas dimissus, quam ut clam et paucis consciis in itinere interimeretur. Quippe simul atque ad flumen Axonam pervenit, ibidemque tentorium refovendi causa posuit, iterum comes de improviso in eum irruit, incautumque vi opprimit et obtruncat; atque ut scelus lateret, caput Abbatis amputatum culleo repleto lapidibus includit; reliquo corpori saxum similiter alligat, et utrumque in flumen dejicit. Dicitur post paucos dies Lupentius pastoribus dormientibus visus esse indicare, quo in loco corpus suum esset

(1) Biographie universelle. — (2) D. Ceillier, auteurs ecclésiastiques, tom. XVII, pag. 2 et 5.—(3) Tom. II, pag. 167. Paris 1638. — (4) Histoire générale de Languedoc, par D. Vaissette, tom. I, pag. 293. Paris. 1730. — (5) Ibid. Item, Baillet, Vies des Saints, 22 Octob. pag. 343. Paris 1739.

AUCTORE B. B.

positum, et rogare ut extractum e flumine sepelirent; quod cum fieret, derepente aquila, ex alto librans sese, visum in imo flumine culleum apprehendit ac in ripa deposuit. Ita caput repertum a pastoribus suo trunco redditur, ac una sepelitur. *Hactenus Valesius secutus S. Gregorium Turonensem. Haud abs re fuerit hic addidisse ex Mabillonio, ubi de S. Bercario, primo Dervensis monasterii abbate, similiter perempto* (1) : Sic *Martyres* appellabant pios homines, qui injuste seu nullam ob causam necati fuerant. *Et enucleatius noster Papebrochius* (2) : Sicut omnes incruenta morte defuncti, Sancti ab ecclesia nominantur et coluntur *Confessores,* licet hic titulus olim solis iis daretur, qui fidem in judicio confessi, *carcerem, tormenta vel exilia sustinuerant;* ita *Martyres* communis nunc usus appellat quotquot ecclesia colit olim cruenta morte necatos, licet varia ex causa necati essent; nec eum titulum aut ritum mutari quisquam jussit... Ita SS. Rumoldus, Rutpertus, Lambertus, episcopi, alia quam fidei causa occisi; Evermarus, Trudbertus et similes mactati a grassatoribus; Canutus Daniæ, Eduardus Angliæ, Wenceslaus Bohemiæ reges, causa regni occubuere, et Martyres
B habentur absque ulla cujusquam contradictione : nec ullus decurrit nobis mensis, qui non plurima hujus generis in utroque sexu præbeat exempla.

Brunichildi tributa,

2 *Quamvis diserte id non edicat Turonensis, concludit Valesius, infandam illam necem jussu reginæ fuisse perpetratam :* Hunc, *inquit* (3) fecit exitum Lupentius, vir sanctus, quem jussu Brunichildis jugulatum esse non dubito, cum tam atrocis facinoris præmium paullo post percussori repensum animadvertam. Siquidem Innocentius Gabalitanorum comes in locum Theodosii Rutenorum (*Rhodez*) episcopi, favore Brunichildis est substitutus, ac post multas contentiones fœdumque ambitum Transobado presbytero prælatus : vir supplicio quam sacerdotio dignior, cujus manus, insontis Abbatis cruore pollutas, populi osculis honorari, et episcopalibus ministeriis adhiberi non oportuerat. *Dubitat D. Vaissettus* (4), *reginam tanti facinoris ream dicere; falso illam accusari asserit Baillet* (5). *Valesio favent vetera breviaria ecclesiæ Catalaunensis. Apposite itaque Beschefer, Canonicus Catalaunensis post medium sæculum* XVIII, *notavit :* Multa de martyrio Lupentii variant auctores. Alii unum sceleris auctorem et actorem faciunt Innocentium
C Gabalitorum comitem, et a Brunichilde omnem criminis suspicionem removent; alii totum flagitium in Brunichildem refundunt, et Lupentium non ab Innocentio comite, sed a duobus nobilibus Agnuino et Rodone interfectum fuisse volunt. Nocens tamen vocatur Innocentius, quod ab eo Lupentius apud reginam accusatus fuerit, quasi eam verborum contumeliis lacerasset. Alii tandem et Brunichildem et Innocentium sceleris pactiones conflasse dicunt, et necis illatæ reos Innocentium, Agnuinum et Rodonem constitui.... Asservatur Catalauni in monasterio S. Petri ad Montes Vita ms. S. Lupentii... in illa Innocentius ne quidem nominatur. Lupentius interficitur a Bozone, militum tribuno, et duobus nobilibus Agnuino et Rodone. *Hæc præfatus canonicus Beschefer in notis mss. ad eam Galliæ Christianæ partem quæ de ecclesia tractat Catalaunensi, tom. scilicet X col.* 856-977. *Notæ illæ, ipsi mox dicto tomo insertæ,* D *asservantur in archivo ecclesiæ cathedralis, mihique ab admodum R. D. Musart, capituli Catalaunensis decano, benevole fuerunt communicatæ. Non ausim rem ego dirimere. Certe Brunichildis ea erat, quæ sceleris committendi horrore non admodum, nec facile concuteretur; et aliunde pronum satis est ex textu Gregoriano deducere illam haud alienam ab hac nece fuisse. Innocentius* in locum Theodosii, *inquit Mabillonius* (6), Rutenorum episcopi substitutus est favore Brunichildis, quæ hoc facto perpetrati criminis particeps fuisse non immerito visa est. *Attamen præter conjecturam plus minusve fundatam, aliud non habemus ex Gregorio, cui, ut infra ostendam, videtur soli fidendum.*

a S. Gregorio Turonen. describitur;

3 *Diligentius proinde excutienda hic venit Caroli Cointii sententia, qui textum Gregorii vult esse apocryphum :* Vulgatum, *ait* (7), libri sexti Gregoriani caput tricesimum septimum, in quo martyrium sancti Lupentii describitur, censeri debet insititium, nec integra fide dignum, quia Lupentium testatur interfectum fuisse ab Innocentio, comite Gabalitano, qui Rutenensem episcopatum paulo post suscepit. De comprovincialibus enim præsulibus non adeo prave sentimus, ut eos hominem, qui E tanto se flagitio coinquinasset, credamus in collegium episcoporum admissuros fuisse. *Duplici itaque nixus ratione caput trigesimum septimum supectum habet Cointius; tum quod interpolatum sit, tum quod incohærentia de Innocentio comite contineat. Ad prius respondet Ruinartius in Præfatione ad opera S. Gregorii Turonensis* (8) : Cum in nonnullos codices scriptos et quidem antiquissimos, in quibus aliquot vulgatarum editionum capita desiderantur incidisset (*Cointius*); in animum induxit ea ipsa ab aliquo interpolatore Gregorianæ historiæ addita fuisse, ideoque... rejecit veluti spuria, aut certe, si ex illis nonnulla ad rem suam faciant, ea sub interpolatoris nomine profert, cujus auctoritatem multo Gregoriana minorem esse debere contendit. *Et subdit :* Argumenta (*Cointii*) si nulla esse demonstraverimus, corruet viri eruditi sententia stabitque inconcussa Gregorii operum integritas. *Singulas itaque rationes ex professo Ruinartius expendit refutatque; nec putem post ejus eruditam claramque disputationem, quemquam fuisse repertum, qui in Cointii sententiam abierit.*

hujus textus sinceritas probatur

4 *Ad alterum quod spectat, reponit idem Ruinartius* (9), *non esse cur rejiciatur seu interpolatus credatur textus Gregorii lib.* VI *cap.* 37, licet in F eo Lupentii cædes Innocentio tribuatur qui postea cap. XXXVIII dicitur Theodosio Ruthenorum episcopo successisse. Non enim facile arceri potuit ab episcopatu Innocentius, cujus magna apud reginam gratia erat, nisi hoc crimen publice notum fuisset. At nusquam legimus Innocentium tanti criminis reum declaratum fuisse, immo nec publice accusatum, quamquam forte id rumor ei tribueret. Sed non erat legitima, aut certe sufficiens illis temporibus impediendæ ordinationis causa, quæ alias juxta canonum præscripta, cleri et populi votis, aut certe ex regum voluntate, fieri petebatur. Nec desunt exempla nequiorum hominum, qui per ea tempora sedes episcopales sceleribus partas diu obtinuere : vel unus Melantius in Prætextati Rothomagensis locum intrusus hujus rei exemplum

(1) Annales Benedictini, tom. I, pag. 530. Lucæ 1739. Conf. Acta SS. tom. VII Octob. pag. 1001 et seqq. — (2) Responsio ad Exhibitionem errorum, art. 11, § 17. Acta Bollandiana vindicata, pag. 378. — (3) Rerum Francicarum, tom. II. Ubi supra. — (4) Histoire de Languedoc, tom. I, pag. 294. — (5) Ubi supra, pag. 344. — (6) Annales Benedictini, ad an. 584. num. 28, tom. I, pag. 170. — (7) Annales ecclesiastici Francorum, tom. I, pag 254. — (8) Patrologia Migniana, tom. LXXI, col. 72 et seqq. — (9) Ibid. col. 92.

suppeditare

A suppeditare potest.... Plura alia adjicere haud esset difficile, si res exigeret. *Quam in rem hæc habentur in Gallia Christiana* (1) : Occiso Prætextato (*anno* 585 *vel* 586) Melantius, qui jam sedem ejus occupaverat ab anno 572 ad annum 584.., rursus ad infulas Rotomagenses evectus est, licet sanguinis Prætextati effusi vehementer suspectus, sed favore Fredegundis reginæ subnixus. *Sua ergo stat Gregoriano textui fides.*

contra Cointium, 5 *Cæterum non rejicit Cointius universim quæ de* S. Lupentio *in Gregorii Historia leguntur. Sed omnem criminis suspicionem vult amotam non solum a Brunichildi sed etiam ab Innocentio. Atque hac ex parte interpolatorem, ut ipse vocat, reprehendit.* Necem, *inquit* (2), beato Lupentio nec Brunichildis regina, nec Innocentius comes inferendam curavit. Gregorianus interpolator Brunichildem in suspicionem criminis ne quidem vocat (*confer supra num.* 2) cumque pontificales infulas Innocentio statim defert, eum quoque declarat innocentem.... Totum scelus in eos rejicimus, qui Lupentium apud Innocentium comitem aut apud Brunichildem reginam falso accusarunt, et quem fraudulentis delationibus enecare non potuerunt, vi tandem et armis
B aggressi sunt ad Axonam fluvium, cum ex aula regia in monasterium suum reverteretur. *Cointii sententiam suam fecit laudatus can. Beschefer in notis mss.* Nos, *inquit,* si sententiam nostram in rebus tam inter se pugnantibus aperire licet, nec in Brunichildem, quæ apud septimi sæculi scriptores odiosissimas semper partes agit, nec in comitem Innocentium, cui Gregorianus interpolator pontificales infulas statim defert, scelus rejiciendum esse putamus. Totum flagitium in eos refundimus, qui, Lupentii virtutibus infensi, illum fraudulentis delationibus apud Innocentium comitem accusarunt, a quo, cunctis in majus creditis, Lupentius majestatis postulatus est. Metas advenit sanctus Abbas, causam agit, calumniam obterit, a Brunichilde dimittitur. Cum hæc accusatio tanta ad nihilum recidisset, criminis depulsione magis ac magis accensi delatores Lupentium vi et armis ad ripam Blesæ amnis aggressi sunt, cruentasque manus in eum injecerunt. *Ex his videre est D. Canonicum ignorasse Ruinartii dissertationem, qua sua Gregorio scripta asseruit. Mirabitur quoque lector, virum, qualis absque controversia erat Cointius, eruditum prudentemque ita extrinseca ex ra-*
C *tione, eaque admodum levi, factum seu mutilare seu deformare historicum. Quod si fas esset, vix ullus haberetur scriptor, cujus opera non forent truncanda.*

qui legendas S. Martyris 6 *Rectius præfatus auctor perstringit Vitam sancti* Lupentii, *a Rapinæo laudatam. Quæ, cum alia non videatur esse, ab illa quam nos infra typis damus, sive ex mss. nostris hagiographicis sive ex veteri breviario ms. Catalaunensi, atque, ut putamus, hactenus inedita, operæ pretium erit Cointii crisim hoc locó adscripsisse.* Carolus Rapinæus in Historia Catalaunensium antistitum testatur vitam beati Lupentii manuscriptam in monasterio sancti Petri ad montes (*S. Pierre aux monts*) prope Catalaunum asservari; sed ex ejus epitome, quam elogio sancti Leudomiri Catalaunensis episcopi subjecit, satis apparet quam inepte sit concinnata. Imprimis ait Lupentium in diœcesi Catalaunica et vixisse et martyrio coronatum fuisse, cum Leudomirus pontificatum gereret, et Brunichildis alteram Jesabelem se præstaret (3). *In nostro ms. id quidem non adeo diserte asseritur, imo ortus dicitur* Gavallitano territorio; *at ex verbis concludi potest sanctum Virum in loco martyrii sui etiam* vixisse : *sic enim habetur :* S. Lupentius... illustribus Gavellitano territorio exortus est parentibus ; *et infra...* Adeptus est gradum presbyterii. Qui cum traditum sibi officium irreprehensibiliter exhiberet, a quodam cesus fertur in conspectu regine.... Tunc Ghezabel nostri temporis jussit Christi Famulum carcerali mancipari custodie *etc. In his nihil habetur, quod insinuet eum ex longinqua regione venisse, ut coram Brunichilde innocentiam suam tueretur; nec etiam mentio fit, quod* abbas *esset* S. Privati *in urbe Gaballitana. Non ergo probabili caret argumento Cointii supra recitata notatio. Hoc autem admisso recte subdit idem scriptor* (4) : Martyrii quidem palmam in episcopatu Catalaunensi percepit Lupentius....; solitus autem erat degere in civitate Gaballitana, ubi abbatis officio in monasterio sancti Privati fungebatur, casuque tantum contigit, ut interimeretur ad Axonam fluvium, cum per diœcesim Catalaunensem iter haberet et in cœnobium suum reverteretur ex aula. *Infra num.* 11 *exhibebimus chartam Brunonis abbatis Dervensis monasterii, in qua dicitur* Lupentius *ecclesiam ædificasse apud Catalaunos; quod quidem Cointio adversaretur. Ast tanti non est,* E *ut diutius his nunc immoremur.*

recte 7 *Pergit Cointius* (5) : Rapinæus vult martyrium beati Lupentii contigisse sub principatu Theodorici (*atque id rursus* concludi *quidem potest ex Vita*), qui post Childebertum patrem in Burgundia regnavit. At sanctus Lupentius in Austrasia martyrium subiit, Theodorico nondum in lucem edito, et Childeberto nondum obtinente Burgundiam, quæ Guntchramno ad annum usque DXCIII paruit. Frustra igitur Rapinæus a Brunichilde et ejus nepote Theodorico multa nefarie gesta dixit, ut inde occasionem et Lupentio in Brunichildem acrius invehendi, et Brunichildi in Lupentium vehementius irascendi, datam insinuaret. *Additur* (6) : Apud eumdem scriptorem Innocentius urbis Gabalitanæ comes, quem unum sceleris et authorem et actorem Gregorianus interpolator facit, ne quidem nominatur; Brunichildis autem... necem Abbati machinatur, et ut voti compos fiat, Bozone, militum tribuno, et duobus nobilibus Agnuino (*Acimino*) et Rodone præcipuis ministris utitur, in Gregoriana interpolatione nusquam notis. *Denique :* Rapinæus asserit postera die caput Martyris ex
F aquis levatum ab aquila, sepultumque perhonorifice a Paulo presbytero...: Addit interjecto temporis quodam intervallo repertum quoque fuisse corpus, et ab Hermentio presbytero conditum in ecclesia parœciali sancti Remigii, in quam caput etiam postea translatum affirmat. Interpolator nec presbyterorum meminit, nec ecclesiæ Remigianæ, corpusque prius inventum testatur quam caput, nec die post martyrium proximo, sed, ut loquitur, « post dies paucos. »

perstringit. 8 *Cointii crisim fundatam existimamus, præterquam in duobus capitibus : altero quod interpolatum velit textum Gregorii Turonensis; altero, quod tamquam certum assumat, nec Brunichildem, nec Innocentium comitem machinatos fuisse necem* S. Lupentii. *Certum nobis e contrario apparet Innocentium illius auctorem et actorem habendum, cum diserte id affirmetur in Gregoriana Historia; item longe probabilius nobis videtur, Brunichildem haud immunem ab hoc crimine fuisse, inhærendo scilicet ejusdem Gregorii narrationi. Cæterum cum Cointio ut fictiam*

(1) Tom. XI, col. 11. — (2) Annal. eccles. tom. I, pag. 255 et 256. — (3) Ibidem pag. 255. — (4) Ibid. — (5) Ibid. — (6) Ibid.

AUCTORE B. B.

AUCTORE B. B.

tiam rejicimus vitam a Rapinæo laudatam, quam nihilominus Operi nostro inserendum censuimus, sive quia satis antiqua est, sive quia in vetustioribus breviariis Catalaunensis ecclesiæ integra fere reperitur, de quibus notat can. Beschefer : Vetera hæc breviaria recognoverunt Godefredus III Soreau anno 1460, Robertus de Leoncourt anno 1559, Hieronymus Burgensis anno 1570; Henricus Clausse anno 1636. *Breviarium tamen ab Henrico Clausse recognitum, satis notabiliter discedit ab antiquiori illo, quod vidimus ms. Parisiis in bibliotheca armamentarii* (arsenal), *cujus textum ad calcem commentarii prævii integrum reperies. In priore* (*quod scilicet recognitum fuit anno* 1636) *hæc leguntur* (1): Lupentius in Gabalitano agro illustri genere, litteris eruditus, præpositusque basilicæ sancti Privati martyris, ad sacerdotii dignitatem provectus est. Cum autem... in aulæ vitia inveheretur, ab Innocentio comite Gabalitano delatus est apud reginam Brunichildem... Proinde venire jussus ad dicendam causam, læsæ majestatis crimen ita diluit ut... calumnia plene constaret. Cum autem Lupentius perorata causa reginam non exorasset, quæ in eum majori odio incensa est... ab assentatoribus aulicis et lingua et manu divexatus in
B carcerem truditur. Sed callida mulier sanctum Sacerdotem jubet ocyus e carcere emitti, statuitque non vi aperta sed clanculum per insidias interficere.... In nefarii igitur sceleris conscientiam paucos admittit, nocentem comitem Innocentium, Agminum et Rodonem purpuratos satellites *etc. Subinde martyrium describitur ut apud Gregorium, at elegantiori stylo. Cæterum videre est, flagitium præcipue refundi quidem in Brunichildem, nec tamen absolvi Innocentium; Lectiones vero compositas fuisse simul ex Vita et ex verbis Gregorii Turonensis; ac proinde vera habent admixta falsis vel saltem non satis probatis.*

quamvis breviariis insertas.

9 *Perperam itaque post verba paulo superius recitata addit laudatus Beschefer :* Constans igitur hæc fuit ecclesiæ Catalaunensis traditio a sæculo VII, hoc est ab ipsius Lupentii abbatis temporibus ad medium sæculi decimi septimi, sanctum Abbatem, non ab Innocentio fuisse interfectum, sed ab ipsis Brunichildis ministris Agnuino et Rodone, *imo et ab Innocentio, qui diserte nominatur in mox positis Lectionibus :* In nefarii sceleris conscientiam paucos admittit, nocentem comitem Innocentium, Agnui-
C num et Rodonem purpuratos satellites. *Fidentius quoque idem Canonicus* traditionis ecclesiæ Catalaunensis *originem retro trahit ad sæculum septimum : id enim nullo probatur nec probari hactenus potest testimonio; unde et consultius illi fuisset, parcere sequenti exclamationi :* Breviarium typis mandari jussit anno 1646 (*imo* 1665) Felix de Vialart, episcopus Catalaunensis; et ecce mille post annis, de Lupentii cæde in ecclesia Catalaunensi cum Brunichilde insimulatur Innocentius comes, paulo post Rutenensis episcopus! *Quæ quomodo cum præcedentibus ab eo annotatis cohæreant, ipse viderit D. Canonicus. Denique Lectiones breviarii Felicis de Vialart ad verbum desumptæ sunt ex Gregorio Turonensi additis ad finem* II *Lectionis :* Sacræ ejus reliquiæ postea Cathalaunum delatæ in cathedrali ecclesia in argentea capsa repositæ sunt. *Haud abs re fuerit animadvertisse Cointium eodem tempore, quo Vialartius breviarium, cæpisse publici juris facere suos* Annales ecclesiasticos Francorum, *quorum tomus primus* (*in quo de interpollationibus* D *Gregorii Turonens. disputat*) *editus Parisiis est anno* 1666. *Nec postea Cointii placita prævaluerunt, siquidem eædem Lectiones servatæ fuerint in breviariis RR. DD. Claudii Antonii de Choiseul-Beaupré anno* 1736, *et RR. DD. Monyer de Prilly anno* 1840, *item in Proprio, paucis post annis edito, ab introducto nempe ritu Romano in Catalaunensem diœcesim. Cum tamen anno* 1668 *fulmine tacta ecclesia cathedralis, atque eo ipso hierotheca* S. Lupentii *maximum passa sit detrimentum, exinde factum est, ut mutanda fuerit clausula de Reliquiis, ut infra videbitur. Cæterum id extra controversiam positum est, nempe admissa Gregoriani textus sinceritate* (*de qua non est post Ruinartii investigationes quod rationabiliter dubites*) *nihil non suadere, asserta auctoris coætanei, gravis atque sancti anteponenda esse placitis cujusvis legendarii ignoti et innominati.*

10 *Martyrii locum his determinat S. Gregorius Turonensis verbis :* Verum ubi (Lupentius *ex aula Metensi discedens*) viam carpere cæpit, iterum ab antedicto comite (*Innocentio*) captus, ad Ponticonem villam deductus, multis suppliciis est affectus, dimissus iterum ut rediret, cum super Axonam fluvium tentorium tetendisset, iterum irruit super E eum innimicus ejus. Cujus vi oppressi amputatum caput in culeum oneratum lapidibus posuit et flumini dedit; reliquum vero corpus vinctum cum saxo immersit gurgiti. *His inhærendo, admitti potest sanctum Abbatem Metis seu a Mosellæ ripis discessisse recta in occidentem Virodunum usque, ibi Mosam transivisse, deinde Eduram, atque ita pervenisse ad Axonam haud procul ab hujus fontibus; exinde vero, plurimum in meridiem deflectendo, attigisse Pontigonem* (2), *positum super Saltum* (Saulx) *amnem, duabusque fere leucis ad orientem Vitriaco Francisci* (Vitry-le-François) *distantem* (3); *post priores autem passas ab Innocentio injurias, a meridie in septemtrionem ascendisse, donec rursus ad Axonam, forte haud longe a Sancta Manechilde, accederet* (4), *in quam capite truncatus fuit dejectus. Nihil sane in his est quod vel minimum repugnet, vel tamquam verisimile haberi nequeat. Atque ideo hæc dicta sint, quod supra laudatus canonicus Beschefer in notis suis mss. falsitatis arguat textum Gregorianum etiam exinde, quia ad Axonam passum tradit* S. Lupentium. Quod, *inquit,* addunt Gregorii interpolator et alii, Lupentium ex Pontigone dimissum ut abbatiam repeteret, super Axonam F fluvium fuisse enecatum, aperte veritati refragatur. Lupentio enim ex aula Childeberti regis, nempe ex vicinis ad Mosellam locis, redeunti Pontigo erat trans Axonam fluvium. Igitur non ad ripam Axonæ aut Saltus amnis, quos ut Gabalum repeteret non erat trajecturus, sed ad ripam Blesæ amnis, qui in Matronam involvitur, martyrium subiit sanctus Abbas Gabalitanus. *Recte quidem, si necesse sit omnino, idque a priori, admittere, sanctum Martyrem recta brevissimaque via debuisse patriam repetere, nec ulla qualicumque ex ratione declinare potuisse. Ast quis umquam serio istiusmodi paradoxon protulerit, præsertim post Gregoriani textus tam luculenter vindicatam a Ruinartio sinceritatem? Quod si etiam daretur, nec tamen concederetur,* S. Lupentium *brevissimo itinere Metis seu ex* vicinis ad Mosellam locis *Mimatum* (Mende) *seu Gabalos* (Javouls) *repetere voluisse, nihil opus erat Blesam* (Blaize) *trajicere; imo nec ad hanc pervenire*

Cæsus est S. Lupentius *ad Axonam ;*

(1) Apud Cointium, ubi supra, pag. 254. — (2) Spruner, Historisch-Geographischer Hand-Atlas. Mappa 25. Item Gallia Christ. tom. IX. Mappa Provinciæ Remensis. Cassini, carte générale de la France, 7 K. Paris 1808. — (3) Expilly, Dictionnaire géographique des Gaules et de France, verbo : *Ponthyon*. — (4) Gallia Christ. Ibid. Mappa.

poterat,

A *poterat, nisi prius transmissa Matrona* (Marne) *aut magno facto circuitu, ut geographicas inspicienti tabulas in oculos incurrit. Cæterum vana prorsus sunt id genus ratiocinia, ubi sua stat Gregorio Turonensi auctoritas. Quod autem scribit Castellanus* (1), *Passionem contigisse* prope Gibriacum (*Givry*) in Argonna, Catalaunensis diœceseos, *verisimilitudine non caret, eo præsertim ex capite, quod cum S. Gregorii dictis rectissime componatur. Est enim Gibriacum, Campaniæ oppidum, in tractu Argonnensi, regione scilicet saltebrosa, inter Mosam, Matronam et Axonam protensa, cujus primaria civitas Sancta Manechildis* (2), *a qua Vitriacum non procul ad meridiem abest, ita quidem ut et ad Catalaunensem urbem accedat, nec multum ab Axona sejungatur, jaceatque in loco latrociniis admodum idoneo* (3). *Itaque Castellani sententia valde probabilis mihi est.*

non probatur ex charta Dervensi.

11 *Mabillonius aliud de martyrii loco asserit* (4): Locus, ubi capite mulctatus est, in quadam charta Dervensis monasterii dicitur esse Mediolanense castrum (*Molain*) diœcesis Catalaunensis, cui proxima est ecclesia sancti Sepulchri, sanctæ Mariæ sanctique Stephani protomartyris, quam sanctus
B Lupentius ædificasse et incoluisse traditur, donec Brunichildis eum decollari fecit, ut legitur in charta Witeri militis Mediolanensis castri, qui hanc ecclesiam Dervensi monasterio largitus est anno MLXIII. *Nullus dubito quin agatur de charta Brunonis abbatis, quam Mabillonius, forte per aliquam extensionem, dicit esse Witeri, ex qua tamen nihil de martyrii loco legitime concluseris. Apographum chartæ Brunonis decessoribus nostris submisit Ducangius* ex Tabulario cœnobii Dervensis diœcesis Catalaunensis. *Illius partem hic adscribo :* Ego Bruno, Dei gratia abbas Dervensis monasterii, notitiæ fidelium tradere volo, quod Witerus miles Mediolanensis castri (Molain *viculus in diœcesi Catalaunensi, ut notatur ad marginem apographi*), qui fuit famosissimus vir, postquam ab Hierosolymis reversus est, peccatorum suorum recordatione pertæsus, ecclesiam Dei in honore SS. apostolorum Petri et Pauli, sanctique Bercharii constituit... ibique habitum monachalem devote suscepit. Est quædam ecclesia juxta prædictum castrum in honore S. Sepulcri, S. Mariæ sanctique Stephani protomartyris, quam S. Lupentius, dum eremiticam vitam duceret, a fundamentis locavit, ibique tamdiu conversatus
C est, donec Brunichildis impiissima regina eum decollari fecit, quam postea domnus Rogerus episcopus Catalaunensis ecclesiæ Dervensi, pro eo quod familiaris ejus erat, donavit. Prædictus autem Witerus, antequam monachalem habitum susciperet, ob amorem loci et congregationis, cui inserendus erat, donavit ecclesiæ illi partem patrimonii sui *etc.*

id contigisse in Mediolanensi castro.

12 *Utique verborum contextus suadet, quod supra dixi, Mabillonium eamdem illam chartam indigitasse. Quod si ita sit, obiter omnino et negligenter eam legit, ni malueris instrumentum ipsum illi præ manibus non fuisse. Nam primum* Brunonis *charta est, non* Witeri; *deinde non hic, bene vero* Rogerus *episcopus ecclesiam S. Sepulcri monasterio Dervensi donavit; denique ex verbis :* ibique tamdiu (Lupentius) conversatus est, donec Brunichildis eum decollari fecit, *nullatenus sequitur eo loci caput sancto Viro fuisse amputatum. Cæterum ipse Mabillonius rem gestam paulo ante ex Gregorio Turonensi describens :* Id factum, *inquit,* ad Axonam fluvium. *Jam vero pluribus ab Axona distat leucis* (5) *castrum Mediolanense,* (Molain, *Cassini scribit* Moulins); *hodie in diœcesi est Suessionensi, haud procul ad boream ab urbe Verbino* (Vervins) *juxta oppidum* Wassigny; *estque vicus incolas numerans* 480 (6). *Ejus mentio non fit in Calendario ecclesiastico Franciæ* (7). *Quæ porro fides sit præfatæ adhibenda chartæ haud facile dixerim. Deest annus; ætas tamen aliunde innotescit. Bruno* benedictus est Romæ anno 1050 in capella Lateranensi ab ipso Leone papa (8); *obiit circiter annum* 1082 (9). *Addunt :* Anno 1065 donationes plurimæ Dervensibus factæ; inter eas data est a Rogero episcopo Catalaunensi ecclesia S. Sepulcri ac Stephani, quam S. Lupentius eremita condiderat incolueratque, antequam Brunichildis reginæ jussu capite plecteretur (10). *Sæculo itaque quinto a morte* Lupentii *primum occurrit mentio ecclesiæ ab eo conditæ, quod profecto tanti non est, ut per se argumentum efficiat satis firmum. Hujusmodi plerumque* E *asserta* (*admissa instrumenti sinceritate*) *ortum habent ex popularibus traditionibus, quibus ædes sacræ ædificatæ feruntur ab iis, quorum vel reliquiæ asservantur, vel peculiaris aliqua fit memoria. Nec enim dubitem* S. Lupentium *cultum habuisse in Mediolanensi castro, imo et in Dervensi cœnobio. Atque hæc de loco martyrii, de quo nihil certum, præter ea, quæ a S. Gregorio Turonensi traduntur; illud nempe contigisse ad Axonam fluvium; probabiliter tamen haud procul Catalauno, ut suadet sacri Corporis ad illam ecclesiam translatio.*

Passio videtur adscribenda

13 *Ad annum quod spectat martyrii, plurimum quoque ab invicem discedunt scriptores.* Sunt, *inquit Baillet* (11), qui passum velint ineunte sæculo septimo, sub Theodorico, rege Burgundionum (*ita in Vita ad calcem hujus commentarii edita*); ast alii, et quidem plausibilius necem sancti Viri referunt ad tempora Childeberti versus annum 584 vel saltem ante annum 593, quo Childebertus, mortuo Guntramno, regnum Burgundiæ adeptus est. *Hæsitat Baillet inter annum* 584 *et* 590 (12). *Simon de Peyronnet* cæsum *scribit* (13) sæculo septimo, *et Nicolaus Desguerrois, qui longissimam, ut infra in Annotatis videbitur,* S. Lupentii *historiam seu potius legendam texit, annum ponit* 615 (14). *Rapinæus non sibi cohæret : martyrium contigisse vult sub episcopatu Leudomiri; hic autem secundum Galliæ christianæ editores* (15), *sedit Catalauni anno* 580; *ejus obitus non indicatur, ast anno* 589 *sedem illam tenebat Felix I. Aliunde* S. Lupentii *cædem refert idem Rapinæus ad principatum Theodorici II. Confer num.* 7. *Hæc et id genus alia satis declarant recte opus illius scriptoris vocari* mediocre (passable) *apud Lenglet du Fresnoy* (16). *Surius annum habet* 590; *Castellanus margini adscribit* (17) : circa annum 589; *Ferrarius in Catalogo generali habet annum* 588; *Baronius in Annalibus* (18) *annum* 587; *Cointius* (19), *Hadrianus Valesius* (20), *D. Vaissette* (21), *Longuevallius* (22), *item Mabillo-* F

(1) Martyrologe universel, 22 Octob.— (2) Expilly. Ubi supra. Verbo : *Argonne.* — (3) Cassini, 7 K. *Givry en Argonne.* — (4) Annales Benedicti, tom. I, pag. 170, ad an. 584, num. 28. — (5) Gallia Christ. tom. IX. Tabula Geograph. — (6) Dictionnaire géographique, statistique de la France. Paris, an XIII seu 1804. — (7) Almanach du clergé de France. Paris 1854. Pag. 576 585. — (8) Gallia Christ. tom. IX, col. 917. — (9) Ibid. col. 918. — (10) Ibid. — (11) Vies des Saints, 22 Oct. pag. 344. — (12) Ibid. pag. 343. — (13) Catalogus Sanctorum et Sanctarum, pag. 315. Tolosæ 1706. — (14) La Saincteté Chrestienne, *seu* Vies des Saints honorés à Troies, fol. 126-132. Trecis 1637. — (15) Tom. IX, col. 862 et 865. — (16) Méthode pour étudier l'histoire, tom. XIII, pag. 58. Paris 1772. — (17) Martyrologe universel. — (18) Tom. X, pag. 446. Lucæ 1741. — (19) Ubi supra. — (20) Rerum Francicarum, tom. II, pag. 166. — (21) Histoire de Languedoc, tom. I, pag. 559. — (22) Histoire de l'église Gallicane, tom. IV, pag. 188. Paris 1826.

nius

AUCTORE B. B.

AUCTORE B. B.

nius (1) *annum* 584. *Butlerus denique rem in medio relinquit, nullum adscribens annum* (2).

circiter anno 584.

14 *Nostra opinione, mortem* S. Lupentii *ponendam circa annum* 584 *suadent sequentia. Quod contigerit ante annum* 593, *liquet ex morte S. Gregorii Turonensis, ultra hunc annum non differenda* (3); *anno sequenti* (596) *extinctus Childebertus, filius Brunechildis, est* (4). *Illius pietas et justitia encomio donantur* (5); *ita ut postremis saltem regni annis atrox adeo facinus committi potuisse non appareat. Unde magna accedit probabilitas sententiæ Bailleti, qui statuit mortem* Lupentii *ponendam ante annum* 593. *Præterea Sigebertus rex, Childeberti pater, in obsidione Tornacensi ex improviso necatus machinationibus Fredegundis est anno* 575 *seu* 576 (6); *patri mox in regno Austrasiæ suffectus est Childebertus* annos natus IV et menses circiter IX (7). *Paulo post ipsa Brunichildis, Sigeberti uxor Childebertique mater, Rothomago, ubi aliquamdiu exul morata erat,* Mediomatricos, *id est Metas* (*Austrasiorum metropolim*) *ad filium suum venit; atque* domum reversa non modo Childebertum filium suum sed etiam rempublicam rexit (8); *idque perdurasse saltem decennio credere fas est;*
B *atque ita facile pertingimus usque ad annum* 584, *sub cujus initium ex serie Gregoriana factorum* (9) *incidit mors* S. Lupentii. *Cumque versus annum ætatis suæ decimum sextum* (*imo citius, ut Valesio placet :* Natus, *inquit* (10), annos circiter XV filium ex uxore tulit) *matrimonio junctus fuerit Childebertus, prout efficitur ex eo quod anno* 586 *natus ei sit filius* (11), *credibile est regem jam ex tunc rebus publicis administrandis per se diligentiores curas adhibuisse. Quidquid tamen de his sit, præcipua ratio, qua suademur mortem* S. Lupentii *referre versus annum* 584, *deducitur ex serie rerum gestarum in libris Historiæ Francorum S. Gregorii Turonensis, ut videre est ex Indice chronologico Bouqueti* (12), *ubi plurima facta sibi in narratione S. præsulis succedentia ad mox dictum annum notantur, inter quæ et passio sancti martyris* Lupentii.

§ II. De festiva S. Lupentii memoria, reliquiis et Actis.

C *Festiva memoria Catalauni*

Ab immemorabili festum S. Lupentii *celebrat ecclesia Catalaunensis die* 22 *Octobris. Exstat Parisiis in Bibliotheca Armamentarii* (de l'Arsenal) *inter Mss. præclarissimum volumen, notatum T. L.* 123°, *in quo continetur Breviarium et Missale Catalaunense exeuntis sæculi* XIII, *vel ineuntis sæculi* XIV. *Certe in ejus parte secunda legitur folio recto* I : Sicut contigit anno septuagesimo secundo, *et in margine adscribitur alia manu* : Nota epocham an. 1272. *In calendario habetur :* XI kal. (*Novemb.*) Lupentii MR. IX lectionum dupplex solemne. *Et parte secunda folio* CXLIII *recto et verso ponitur Officium et Missa, hoc modo.* Lupentii mr. Oratio. Propiciare, quæsumus, Domine nobis famulis tuis per sancti martyris tui Lupentii merita gloriosa, ut ejus pia intercessione ab omnibus semper muniamur adversis. *Sequitur dein vita in novem distributa lectiones, quas ad calcem hujus commentarii integras reperies. Missa eadem ac in duobus antiquioribus Missalibus impressis; altero anno* 1509, *altero* D *anno* 1543, *utroque typis Parisiensibus. Priori qui asservatur in præfata Armamentarii bibliotheca titulus est :* Missale ad usum insignis ecclesiæ Cathalaunensis noviter emendatum ex jussu reverendi in Christo patris et domini, Domini Egidii de Lucemburgo, episcopi Cathalaunensis, parisque Franciæ. *Et ad calcem :* anno Domini millesimo quingentesimo nono die XVI Januarii. *In calendario :* XI kal. (*Novembris*) Lupentii martyris tertium duplex. *Posterioris* (*quod Catalauni reperitur*) *titulus est :* Missale ad usum insignis ecclesiæ Gathal. noviter emendatum ex ordinatione reverendiss. dñi dñi Roberti de Lenoncourt *etc. Parisiis anno* 1543. *In calendario :* XI kal. (*Novemb.*) Lupentii martyris tertium duplex. *In utroque : Introitus :* Letabitur justus in Dño. *Oratio :* Propiciare *etc. ut supra. Epistola :* Beatus homo qui invenit sapientiam. *Evangelium :* Nisi granum frumenti. *Secreta :* Suscipiat clementia tua quesumus Domine, de manibus nostris munus oblatum, et per sancti martyris tui Lupentii orationes ab omnibus nos emundet peccatis. Per Dominum. *Postcommunio :* Divina libantes mysteria quæ pro sancti martyris tui Lupentii veneratione tuæ obtulimus majestati, E quesumus Domine, ut per ea veniam mereamur peccatorum et celestis gratie donis reficiamur. Per Dominum. *In Brevario RR. DD. Felicis de Vialart an.* 1665, *calendarium habet :* In festo S. Lupentii martyris. Duplex quarti ordinis in cathedrali ecclesia, per diœcesim Semiduplex. *Oratio :* Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui beati Lupentii martyris tui natalitia colimus intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Dominum. *Denique Breviarium RR. DD. Mariæ Josephi Monyer de Prilly editum an.* 1840 *habet :* Die XXII Octobris. S. Lupentii abbatis et martyris. Semiduplex. In cathedrali duplex majus. De communi unius Martyris. *Oratio :* Deus qui beatum pag. XII. *Lectiones binæ ex Gregorii Turonens. Historia, addita clausula de Catalaunensi translatione. Evangelium :* Si quis vult post me venire *cum homilia S. Augustini :* Quid est, rogo vos : Si quis vult post me venire *etc. Viguit igitur ab antiquo in ecclesia Catalaunensi memoria* S. Lupentii; *et quidem olim solemnis, ut tum ex præcedentibus, tum ex dicendis de reliquiis patet; decursu autem temporis decidit cultus, qui hodie ille est in cathe-*
F *drali quem solent exhibere in ecclesiis Sanctis quorum Reliquiæ habentur. Conjicere licet solemnem supplicationem, singulis annis feria secunda Pentecostes recurrentem in cathedrali Catalaunensi, qua omnes Sanctorum reliquiæ per urbem deferuntur, originem habere ex translatione corporis* S. Lupentii *in aliam thecam, factam anno* 1415, *ipso sanctæ Pentecostes die, ut infra dicam.*

16 *Colitur quoque* S. Lupentius *in patria sua ecclesia Mimatensi, in cujus breviario officium habet ad eumdem diem*; *Lectiones ordinatæ sunt secundum textum S. Gregorii Turonensis; addita clausula de* insigni reliquiarum parte, *a Claudio Antonio Catalaunensi episcopo versus finem sæc.* XVIII *submissa. Ex charta Brunonis, de qua supra num.* 11 *concludere, fas sanctum Abbatem habuisse cultum in Mediolanensi castro sicut et in Dervensi monasterio. In Saussaii martyrologio Gallicano duplex celebratur memoria. Altera* 22 *Octobris :* Mimate Gabalo- *et alibi.*

(1) Annales Bened. tom. I, pag. 170. Lucæ 1739. — (2) Vies des Saints tom. XVI pag. 154. Lovan. 1832. — (3) Histoire de l'église Gallicane, tom. IV, pag. 320. — (4) Ibid. pag. 333. — (5) Ibid. — (6) Valesius, Rerum Francicar. tom. II, pag. 61. — (7) Ibid. pag. 69. — (8) Ibid. pag. 77. — (9) D. Bouquet, Recueil des historiens, tom. II. Index Chronolog. pag. LXXXVII. — (10) Ubi supra, pag. 481. — (11) D. Bouquet. Ibid. pag. XCI. — (12) Ubi supra.

rum

A rum in Aquitania natalis sancti Lupentii abbatis basilicæ sancti Privati. *Additur prolixum encomium haustum tam ex Vita et antiquis breviariis quam ex Gregorio Turonensi. Altera* 6 *Novembris :* In campania sub præsulatu Catalaunensi, sancti Lupentii martyris, qui sponte segregatus a sæculo, totum cum se divinis obsecutionibus mancipasset, in ecclesiola, quam struxerat in eremo, jussu impiæ Brunichildis reginæ decollatus est. *Hic ergo, ex mente Saussayi, diversus ab altero videtur. Clarum præterea est ex ipsis verbis, posteriorem annuntiationem desumptam esse ex præfata Brunonis charta. Perperam duos procudit Saussayus Sanctos homonymos : nihil enim repugnat quominus* Lupentius *Gabalitanus apud Catalaunos seu in Mediolalanensi castro aliquamdiu moratus sit, ut jam animadverti ntm.* 10. *Cæterum notum eruditis est quam flocci pendantur præfati scriptoris asserta, ubi præsertim de rebus antiquioribus sermo est. In martyrologiis Adonis, Rabani, Usuardi, etc. nomen* S. Lupentii *non occurrit, sicut nec in hodierno Romano. In auctariis quibusdam Usuardi reperitur, nominatim apud Molanum, ut videre est in Usuardo Sollerii nostri ad hunc diem* 22 *Octob. De-*
B *nique testatur Nicolaus Desguerrois* (1), *Trecis in Campania ad diem* 15 *Octobris celebrari festum* S. Lupentii, *cujus ossa* (*dempto capite*) *asserit requiescere in vico a* S. Lupentio (*St. Lupien*) *nuncupato, atque sex leucis a præfata urbe dissito; additque dicto die sicut et dominica sequenti magnum haberi populi concursum, pluresque ibidem obtineri sanationes; cum autem Catalauni ejusdem* Lupentii *dies agatur* 22 *Octobris, opinatur Nicolaus Desguerrois, hic Depositionem, in Trecensi vero ecclesia celebrari quamdam Translationem. Ast scriptorem hunc hallucinari, patebit ex dicendis tum numero sequenti tum ex Annotatis ad Vitam; ita ut ossa Trecensia* (*si quæ habeantur*) *alterius omnino Lupentii sint.*

Reliquiæ; 17 *De reliquiis agentes, primum recitabimus plurium scriptorum placita haud parum discordantia; dein earum præsentem statum certis ex monumentis indicabimus. Indubium ex S. Gregorio Turonensi est* (2), caput (S. Lupentii) cum reliquis artubus sepultum *fuisse haud procul a loco martyrii, ibidemque aliquo temporis spatio mansisse; subjungit enim Gregorius :* Ferunt nunc et lumen apparere; et si infirmus ad hunc tumulum fideliter
C deprecatus fuerit, accepta sospitate recedit. *Quamdiu sacræ exiuvæ ibidem permanserint, nuspiam reperio, sicut nec a quo nec quomodo fuerint translatæ Catalaunum. De facto tamen ipso translationis graviores ad unum omnes conveniunt scriptores.* Beatus Lupentius (*verba suntCointii* (3)), hodie quiescit Catalauni in ecclesia cathedrali, ibique colitur undecimo kalendas Novembres. *Similiter loquuntur locis supra citatis Baillet, Ruinartius, Vaissette, Butler aliique. Ast non ita concordant, ubi quæstio est de illarum præsenti statu. Ruinartio* (4) S. Lupentii corpus Catalaunum allatum, in ecclesia cathedrali servatum est usque ad annum 1667, quo ecclesia fulmine die XIX Januarii icta conflagravit, simulque sacræ reliquiæ, quæ ibi servabantur, consumptæ sunt. Quæ vero superfuerunt, ossa scilicet semiusta et cineres, simul congesta in theca asservantur retro majus altare. *Quæ quidem verba adeo diserta indicarent scriptorem eruditum haud segniter hac de re quæsivisse. Loco tamen anni* 1667, *sequentem habet Gallia Christiana* (5) : Quum vero anno 1668, mense Januario, ecclesia cathedralis igne cœlitus dimisso percussa fuisset, ruinas illius omnes intra quadriennium sarcivit *Julius Felix Vialart, pro tempore episcopus Catalaunensis, vocatus Felix III. Atque hic annus certus omnino est, utpote inscriptus hodie zyphris majusculis rubei coloris fornici interiori chori cathedralis ecclesiæ Catalaunensis. Habetur præterea ex instrumento authentico, quod asservatur in archivo ejusdem ecclesiæ. Hujus paulo inferius recurret mentio. Hunc quoque annum* 1668 *ponit Butlerus, qui et in aliis multo amplius a Ruinartio* (*nec, ut mox reddam, sine ratione*) *discedit : tradit nempe* (6), *ad nostram usque ætatem haberi reliquias* S. Lupentii *atque partem tantum earum incendio periisse; quinimo* ossa aliqua *sancti Viri data fuisse ecclesiæ cathedrali Mimatensi* (*vulgo Mende*) *a Claudio Antonio de Choiseul-Beaupré, qui episcopus Catalaunensis diem supremum obiit anno* 1765. *Rursus aliud memoratur in historia Occitaniæ* (7), combustas *scilicet* majorem partem reliquias S. Lupentii seculo XVI a Calvinianis. *Quæ quidem licet parum consentientia, id tamen clare demonstrant, stare non posse asserta Nicolai Desguerrois, nempe caput* E
solum beati Martyris Catalauni fuisset asservatum, reliqua vero membra in Trecensis tractus vico St-Lupien. *Cæterum ipse fatetur* (8) *se nescire quo tempore sacra lipsana eo essent allata, licet suspicetur hoc contigisse sub Normannicis incursionibus, imo anno* 882, *ubi Campania superior fœde vastata erat; unde, ejus opinione, inferre licet, thesaurum adeo pretiosum mediis in sylvis absconditum fuisse ibique paulatim exortum oppidulum esse. Vide num. sequent. et Annotata ad Vitam lit.* a.

præsens carum, 18 *Atque hæc sunt, quæ varii varie de reliquiis sancti Viri scripserunt. Certiora nos nacti documenta sumus, cum diebus* 8 *et* 9 *Julii anni* 1855 *Catalauni versaremur, hospitio excepti ab ipso illustrissimo ac RR. DD. Maria Josepho Francisco Victore Monyer de Prilly Catalaunensi episcopo, viro venerando et Societatis nostræ amantissimo. Præcipuum est instrumentum authenticum, in archivo capituli Catalaunensis depositum, quod, versum ex gallico in latinum, hic in extenso damus, ubi præsens reliquiarum status clare exhibetur. Est autem sequentis tenoris :* F

ex instrumento authentico, 19 In nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus sancti, ad majorem Dei gloriam et Sanctorum venerationem. Anno gratiæ millesimo octingentesimo quinto, die decima nona Martii, nos Augustinus Josephus Becquey presbyter, quondam canonicus ecclesiæ cathedralis Catalaunensis, modo canonicus ad honores ecclesiæ cathedralis Meldensis, et consiliarius RR. DD. Ludovicii Mathiæ de Barral, Meldensis episcopi, speciatim delegatus atque ex auctoritate R. D. Dubois de Crancé, vicarii generalis pro foro interno, canonici archipresbyteri Meldensis, præsentibus et requirentibus D. Josepho Alexandro Benjamino Hurault, presbytero parocho dictæ ecclesiæ S. Stephani, DD. Ludovico Carolo Valois et Joanne Baptista Wareuflot, utroque vicariis ejusdem ecclesiæ, nec non DD. Joanne Baptista Bulard, presbytero et incola supra nominatæ paræciæ, et Antonio Meunier, ex primariis administris curiæ præfectoralis (*chef de bureau à la préfecture*) domicilium habente Catalauni, ad inspectionem et verificationem reli-

(2) La Sainctetè Chrestienne, fol. 132. — (2) Patrol. Mignian. tom. LXXI. col. 405. — (3) Annales eccles. tom. I, pag. 254. — (4) Patrologia Mignan. Ubi supra, col. 405, nota *a*. — (5) Tom. IX, col. 900. — (6) Vies des Saints, tom. XVI, pag. 154. — Lovan. 1852. — (7) Histoire de Languedoc, tom. I. pag. 294. — (8) Saincteté Chrestienne, fol. 150, verso.

quiæ

AUCTORE B. B.

AUCTORE B. B.

quiæ cujusdam, quam possidet in urbe Catalaunensi ecclesia S. Stephani, quondam cathedralis, processimus forma et modo, prout sequitur. Post invocatam S. Spiritus gratiam, nobis exhibitus a D. Hurault, parocho dictæ ecclesiæ S. Stephani, fasciculus est, continens fragmentum ossis ustulati, quod Maria Arentz, religiosa hospitalaria in Xenodochio Catalaunensi, atque præsens cum aperiretur præfatus fasciculus, testata est, se extraxisse ex hierotheca S. Lupentii martyris, cujus ossa omnia asportata fuerant ex ecclesia S. Stephani in aulam Xenodochii, quando deripiebantur ecclesiæ, atque hactenus multa cum veneratione asservasse. Dictum ossis fragmentum involvimus panno ex serico viridi, cui apposuimus sigillum Meldensis episcopi ceræ rubræ impressum, quo reliquiario includi posset, atque exponi, ut antea, fidelium venerationi. In quorum fidem præsenti instrumento subscripsimus una cum testibus supra nominatis, quod et munivimus sigillo episcopali ex cera rubra. Becquey *c. h. d. M.* (*canonicus honorarius diœceseos Meldensis*). *Erat signatum* Hurault, parochus ecclesiæ S. Stephani, Vallois, vicarius S. Stephani, Wareuflot, vic. S. Stephani, Bulard, Meunier-
B Clauzet. *Eidem instrumento addita est sequens attestatio RR. DD. Mariæ Josephi de Prilly :* Anno gratiæ millesimo octengentesimo quadragesimo quinto, die decima quarta Aprilis, nos Maria Josephus Franciscus Victor Monyer de Prilly, episcopus Catalaunensis, visitavimus reliquias sancti Lupentii martyris, quas invenimus tales, quales describuntur in supra exhibito instrumento, quibus nostrum apposuimus sigillum, sicut etiam capsulæ, qua includuntur. Catalauni die 14 Aprilis 1845 : *Erat signatum* M. J. F. V. episcopus Catalaunensis.

tus;

20 *Ex his duo efficiuntur; unum, partem reliquiarum* S. Lupentii *adhuc superesse, ut accurate redditur in hodierno Proprio Catalaunensi* (*post introductum in illam diœcesim paucis abhinc annis breviarium Romanum*) : Sacrum Lupentii corpus e pago Pertensi Catalaunum translatum est, ubi aliqua pars hujus verendi pignoris, perturbationibus desinentis sæculi decimi octavi superstes, in ecclesia cathedrali religiose asservatur. *Alterum, quod in conflagratione ecclesiæ, a fulmine percussæ, magna saltem reliquiarum* S. Lupentii *pars superfuerit, cum Maria Arentz testetur se* fragmentum ossis *S. Martyris extraxisse ex hierotheca;* ossa vero om-
C nia *asportata fuisse in aulam Xenodochii. Id aliquatenus confirmatur ex alio documento, quod vidi in archivo fabricæ ejusdem ecclesiæ cathedralis, scilicet Relatione, auctoritate publica a Ludovico Francisco Lefèvre de Caumartin regio consiliario facta, de damnis ex incendio ortis. Incipit :* Anno millesimo sexcentessimo sexagesimo octavo, vigesima prima Januarii, nos Lud. Franc. Lefèvre de Caumartin... exhibita a DD. Decano atque canonicis et capitulo cathedralis ecclesiæ S. Stephani Catalauni in Campania petitione, qua refertur, die decima nona hujus mensis (*Januarii*) circa horam pomeredianam sextam et dimidiam fulmine ictam fuisse ædis illius sacræ turrim, quæ penitus flammis consumpta est, et collapsa perfregit fornicem chori, commimuit altare majus thecasque sanctarum reliquiarum desuper exaltatas; fudit etiam con-
ɔamerationem sacelli subterrranei *N. D. de la* 'rouste nuncupati; ruina oppressi plures tam lerici quam laici perierunt, dum D. Decano ɔem ferunt ad sacras ab incendio salvandas ecies sicut et Sanctorum reliquias in armariis asservatas *etc.* Accepto igitur hoc supplici libello, D ecclesiam adivimus chorumque intrantes... ita in ruinam invenimus actum ut præter columnas nihil jam subsisteret. Vidimus quoque subterranei sacelli (quod, sex hexapedis longum, latum vero quinque, nuncupatur *N. D. de la Crouste*) fornicem, cui innixum erat altare majus, pariter collapsam et comminutam, ut jam nullum illius videre esset vestigium... Altare quoque præfatum... fuit confractum, disruptum et fusum cum tribus thecis ex argento deaurato, quibus tria continebantur Sanctorum corpora, ex quibus pauca omnino (*fort peu*) supersunt. *Componendo inter se duo hæc instrumenta, id effici videtur ossa nonnulla* S. Lupentii *ustulata, post incendium exstitisse* (*conf. num.* 22); *nunc autem, præter unum fragmentum a Maria Arentz servatum, cetera desiderari. Fragmentum porro illud capsula inclusum, repositum est in hierotheca ex ligno deaurato justæ magnitudinis et duas divisa in partes : in altera sunt reliquiæ S.* Lupentii, *in altera exuviæ S. Quintini. Hierotheca nunc asservatur retro sub altari majori, et secunda Pentecostes die solet cum aliis SS. reliquiis in supplicatione publica circumferri. Alia devotionis signa in populo haud apparent. De præfata* E *supplicatione mentionem faciunt Ephemerides Gallicæ hujus anni his verbis* (1) : Ecclesiæ urbis Catalaunensis plurimas possident SS. reliquias, easque admodum pretiosas. Quæ ut simul omnes publico solemnique cultu afficiantur, ab immemorabili fit feria secunda Pentecostes per civitatem supplicatio insignis, quæ Supplicatio Hierothecarum dici solet. Illo scilicet die, omnes hierothecæ, in ecclesiis S. Stephani, S. Joannis et S. Lupi asservatæ, cum pompa feruntur per urbem atque in ecclesia cathedrali exponuntur venerationi fidelium, sequenti die, reliquiæ ad cathedrales spectantes reponuntur retro altare in sanctuario; cæteræ per modum rursus supplicationis deferuntur ad suas singulæ sedes proprias.

translationes

20 *Hic breviter recensebo varias sacri Corporis translationes. Discimus ex S. Gregorio Turonensi sanctum Virum haud procul a loco passionis fuisse sepultum. Vide num.* 17. *Quamdiu autem ibidem permanserit non liquet. Additur in Vita ms. sicut et in antiquo breviario item ms.* (*quamvis, ut in Annotatis dicam, non omnino inter se concordent*), *post primam sepulturam* revelatum fuisse sancto viro Hermencio ut tanti Martyris membra colli- F geret et intra septa basilicæ collocaret. Et sepelivit corpus sancti Martyris in basilica sancti Remigii *etc. Id vero supra cum Cointio diximus nullo pacto posse subsistere num.*7 *et* 8. *Quando autem e loco primæ sepulturæ Catalaunum fuerint sacræ exuviæ translatæ incompertum est, attamen non est cur de ipso facto liceat dubitare; adeo constans et perspicua habetur hac de re traditio. Notatu nihilominus dignum est, nec in Vita ms. nec in antiquo breviario ms. sæculi* XIII *vel* XIV, *ullam fieri de Catalaunensi translatione mentionem. Ex notis mss. canonici Beschefer ad Galliam Christianam tom. X, ubi de ecclesia Catalaunensi, alia habetur translatio :* Anno 1415, in die Pentecostes, transtulit in aliam thecam S. Lupentii reliquias Ludovicus Debar Catalaunensis episcopus et S. R. E. Cardinalis. *Cæterum eadem fere verba leguntur in catalogo episcoporum præfati operis* (2). *Animadvertendum est, præfatum Ludovicum Cardinalem sedem suam Lingonensem permutasse cum Carolo de Poitiers episcopo Catalaunensi, ita ut hic Lingonas, ille Catalaunum transierit*

') L'Ami de la Religion, 24 Maji 1856. Tom. CLXXII, pag. 488. — (2) Gallia Christ, tom. X, col. 894.

A *transierit anno, quo supra,* 1413 (1). *Translationem reliquiarum* S. Lupentii *factam vult D. Franciscus* (2) *ante permutationem, ac proinde contigisse sub Caroto episcopo. Non habeo, unde hanc dirimam quæstionem. Ast parum refert cum constet de facto et anno. In breviario Catalaunensi, quod primum typis excusum fuit anno* 1665, *sub episcopatu Felicis Vialart, ad finem Lectionum reperio :* Sacræ ejus (Lupentii) reliquiæ postea Cathalaunum delatæ in cathedrali ecclesia in argentea capsa repositæ sunt. *Scribebat vero Rapinæus anno* 1656 *in suis Annalibus diœceseos Catalaunensis :* Sanctissimum ejus corpus requiescit in præclara theca argentea majori in altari ecclesiæ cathedralis. *Et in Necrologio ejusdem ecclesiæ legitur ad annum* 1333 : Obitus defuncti bonæ memoriæ Ægidii de Luxemburgo, episcopi Catalaunensis, qui legavit septies centum scuta aurea pro reparatione capsæ sancti Lupentii (3). *Ex quibus satis pronum est concludere agi apud illos omnes de hierotheca in quam sacrum corpus translatum fuerat anno* 1413; *quæ deinde sub eodem Felice Vialart in incendio anni* 1668 *confracta, disrupta et fusa fuit.*

variæ. 22 *In breviariis post hunc annum editis, jam non*
B *fit mentio argenteæ capsæ :* Sacrum Lupentii corpus e pago Pertensi Cathalaunum translatum est, ubi in ecclesia cathedrali religiose asservatur. *Ita in breviario Claudii Antonii de Choiseul-Beaupré anno* 1736, *et in recentissimo, a RR. DD. Monyer de Prilly anno* 1840 *in lucem dato :* Sacrum Lupentii corpus e pago Pertensi Catalaunum translatum est, ubi aliqua pars superstes in ecclesia cathedrali religiose asservatur. *Paucis annis post editum hoc breviarium, præfatus episcopus assumpsit ritum Romanum. Supra posui quid in præsenti diœceseos Proprio de Reliquiis* S. Lupentii *occurrat num.* 20. *Fatendum est, non clare effici ex instrumentis num.* 19 *et* 20 *laudatis quid anno* 1668 *de corpore* S. Lupentii *fuerit servatum,* fusis, *ut habet Ludovicus Caumartin,* thecis, quibus tria continebantur corpora Sanctorum. *Confer num.* 20. *Monet Butlerus ad hunc diem* 22 *Octobris partem aliquam superstitum ossium transmissam fuisse Mimatum, quod luculenter traditur in breviario illius ecclesiæ, ubi in Lectionibus* (*quæ eædem fere ac in Catalaunensi Vialartii*) S. Lupentii, *præfato die legitur :* Sacrum Lupentii corpus e pago Pertensi Cathalaunum translatum est, ubi in ecclesia cathe-
C drali religiose asservatur. Providit autem Deus, ut ecclesiæ Gabalitanæ, quam virtutibus eximiis Lupentius adornaverat, sacris etiam exuviis quodammodo redivivus præsidio esset et exemplo. Insignem earum partem Claudius Antonius Cathalaunensis episcopus, de capituli sui consensu, dono dedit ecclesiæ cathedrali Mimatensi, cujus antea fuerat archidiaconus. *Aliunde vero discimus reliquias a Claudio Antonio Choiseul-Beaupré datas, in ecclesia cathedrali Mimatensi solemniter depositas fuisse anno* 1738 *die* 22 *Octobris, quo ejus festum agitur.*

Acta. 22 *Subjicimus primum Passionem* S. Lupentii *ex Gregorio Turonensi, scriptore, ut monui, coævo, et cui præ cæteris fidendum est. Quæ vero addita aut diversa in Legendis et Lectionibus occurrunt, parum vel nihil arbitramur auctoritatis habere. Cum tamen nonnulla ab antiquo tradita sint, ac passim, plus minus castigata, in vetustioribus recitentur breviariis atque historiis, idcirco addimus Vitam beati Viri, prout in nostris Mss. reperitur, diciturque descripta ex* breviario Catalaunensi *utique ms.; item et alteram, quam nos ipsi nacti sumus Parisiis ex bibliotheca Armamentarii* (*de* l'Arsenal) *in volumine ms. egregie exarato et conservato, quo simul continentur et Breviarium et Missale ecclesiæ Catalaunensis. Notatur volumen T L.* 123°, *pertinetque ad sæculum* XIII *vel ad initium sequentis. Existimo priorem magis antiquam tum quod multo prolixior sit, tum etiam ob dictionis barbariem et acriora in Brunichildim convitia. Ad res gestas quod spectat, ambæ inter se satis concordant, ita ut dubitem utra sit, quam Rapinæus testatur in monasterii S. Petri ad Montes prope Catalaunum asservatam. Conf. num.* 6. *Utraque discriminata est per numeros romanos ad normam novem Lectionum; hanc divisionem duximus servandam. Cæterum ex Vitis cum Passione collatis videre est quomodo Sanctorum acta a legendariis fuerint nonnumquam aucta, deformata, vitiata.*

AUCTORE B. B.

PASSIO S. LUPENTII,

ABBATIS. E

Ex S. Gregorio Turonensi Hist. Francorum, lib. VI, *cap.* 36 a.

a

Lupentius, abbas basilicæ sancti Privati *b* martyris urbis Gabalitanæ *c*, a Brunichilde regina accersitus, advenit *d*. Incusatus enim, ut ferunt, fuerat ab Innocentio supradictæ urbis comite, quod profanum aliquid effatus de regina fuisset. Sed discussis causis, cum nihil de crimine majestatis conscius esset inventus, discedere jussus est. Verum ubi viam carpere cœpit, iterum ab antedicto comite *e*, captus ad Ponticonem *f* villam deductus, multis suppliciis est affectus; dimissusque iterum ut rediret, cum super Axonam *g* fluvium tentorium tetendisset, iterum irruit super eum inimicus ejus. Cujus vi oppressi amputatum caput in culeum oneratum lapidibus posuit et flumini dedit, reliquum vero corpus vinctum cum saxo immersit gurgiti. Post dies vero paucos apparuit
F quibusdam pastoribus, et sic extractum a flumine sepulturæ mandatum est. Sed dum necessitates funeris pararentur, et ignoraretur quis esset e populo, præsertim cum caput truncati non inveniretur, subito adveniens aquila levavit culeum a fundo fluminis et ripæ deposuit; admirantesque qui aderant, apprehenso culeo, dum sollicite quid contineret inquirunt, caput truncati reperiunt, et sic cum reliquis artubus est sepultum. Nam ferunt nunc et lumen ibi divinitus apparere; et si infirmus ad hunc tumulum fideliter deprecatus fuerit, accepta sospitate recedit.

b *c* *d* *e* *f* *g*

ANNOTATA.

a *Notat Ruinartius* (4) *deesse hoc caput in codd. Vaticano, Corbeiensi, Colbertino. Perperam tamen exinde conclusit Cointius caput hoc* insititium esse. *Vide Comm. prav. num.* 4 *et* 5.

b *Scribit Valesius* (5) : Monasterium S. Privati, vulgo *S. Privas* dictum a Privato Gabalitanæ urbis

(1) Gallia Christ. tom. X, col. 894. — (2) Histoire du diocèse de Châlons-sur-Marne, ms. pag. 377. — (3) Gallia Christ, tom. X, col. 896. — (4) Patrologia Mign. Tom. LXXI, col. 405. nota *a*. — (5) Notitia Galliarum. Vocibus : *S. Privati monasterium.*

VITA S. LUPENTII,

ABBATIS ET MARTYRIS.

Ex Breviario Catalaunensi ms.

Brunechildis, sua in proceres,

a Beati Lupentii *a* dicturus necem, prius necesse intimare scelera Brunechildis nefandissime regine, quo quanta ejus pravitas pertinaciaque exstiterit animi contra auctoritatem divini precepti facilius a prudenti lectore animadverti possit, cujus quamvis nefanda scelera paucis nequeant
B comprehendi, pauca tamen de multis explicare
b conabor *b*. Hec igitur regina, de qua facta est mentio, erat accensa flammis avaricie ac torquebatur alterius felicitatibus in tantum, quatinus istius rei gratia, frequenter bella inter Francorum proceres orirentur, videlicet propter ipsius nefandissime iniquissima consilia. Nam nobiliores sine causa deponebat de propriis sedibus, atque in eorum sedibus infimos quosque ignobilesque commutabat.

sacerdotes

2 Pro cujus nequicia et iniqua actione plurimi Francorum dispersi sive interfecti sunt. Infelici vero illi tam multa hec scelera non sufficerunt; sed etiam contra ipsos arietes dominici gregis arma nequitie sue crudeliter coegit. Denique ipsa infelicissima tenebat filium filii sui ac regnum ipsius, id
c est Theodoricum regem *c*, ipsumque in persecutionem armaverat Christi sacerdotum; quin etiam
d beatissimum Columbanum abbatem *d* exilio condempnavit et destinavit. Nec multo spatio temporis peracto, sanctum Desiderium clarum eque virum, Viennensis ecclesie episcopum, lapidum ictibus

(1) Notitia Galliarum. Voce: *Gabali*.—(2) Ibidem.—(3) Ibid.

ex mss. episcopo, qui ab Alamannis Gallias, Croco duce, pervagantibus, fustibus cæsus est, Valeriani Gallienique principatu. (*Conf. Acta S. Valerii Lingonensis pag.* 527 *et seqq.*). Gregorius Turonicus hoc monasterium *basilicam S. Privati martyris urbis Gabalitanæ*, cujus abbas esset Lupentius, appellat: non quod esset basilica hæc in civitate Gabalorum seu intra urbis muros, sed quod in agro Gabalitano.

c Gabalos recentiores geographi aliique, similitudine nominis adducti, putant esse oppidulum *Javouls*, IV leucis distans a Mimate, quem in locum sedes episcopatus ex urbe *Gabalis translata est*... Memmate vel Mimmates Mande (*nunc Mende*) a nostris vocatur, *m* in *n* ac *t* in *d* conversis (1).

d Metas *nempe, quæ metropolis erat Austrasiæ.*

e *Vide Comm. præv. num.* 3 *et* 8, *ubi multa de Innocentio, quem insontem vult a cæde* S. Lupentii *Cointius, sed absque satis idonea ratione.*

f Pontico *vel* Pontigo, *ait Valesius* (2), villa regia vel publica regum Austrasiorum fuit, sub Merovingis et Carlovingis, etiam synodis episcoporum, imprimis anni 876, celeberrimus locus, Gregorio Turonico antistiti ceterisque nostris historicis memoratus, vulgo *Pontion*. Ponticonem David Blon-
C dellus Campanensis ad flumen Ornam positum esse ait in pago Pertensi, non procul a Victoriaco Incenso (*Vitry-le-François*); quod et Tabulæ confirmant.

g Flumen Axona (*vulgo* Aisne) est in extremis Remorum finibus. *Ita Cæsar lib.* II *de Bello Gallico. Apud Compendium Isaræ miscetur* (3).

interemit *e*. Et quia malicia supra dicti regis Theo- D
dorici contra Domini sacerdotes accensa fuerit, in *e*
sequentibus palam ostendetur.

3 Hic præventus iniquissimis consiliis atque *bonosque omnes crudelitate,*
deceptus, ac si dæmonis spiritu actus, ausus est fatigare ac debellare ecclesiam Christi; similis factus est belue, que sanguinis copiam sitit: haud secus iste sitiebat detrimenta justorum. Denique nemo audebat, pravitatem nequiciamque ipsius regine arguendo, corripere; quia cunctos opprimebat per secularem potentiam. Nonnullique ministrorum, qui decepti favebant prave ejus accioni, honoribus dilatabantur aut muneribus ditabantur. Nobilissimi vero qui consentire detrectabant, facultatibus ab ea nudati, per eam in quantum in ipsa erat ignobiles reddebantur.

4 Decretum quoque ejus erat, ut quicumque *altera Jezabel,*
ejus pravitati inventi fuissent derogari, aut carcerali custodie mancipati, aut exilii expulsione dampnati, sive etiam morte mulctati crudeliter penis subjicerentur. Et ut breviter comprehendam que gesta sunt, illud a nobis pandendum est, quia in tantum ejus nequicia venit in effusione sanguinis innocentis, quo malicie sue magnitudine vel nequicia quoque Jhezabel preire videretur. Hec de E
nequiciarum ejus cumulo narrasse sufficiat.

5 Sanctus igitur Lupentius martyr Domini *reprehenditur a S. Lupentio;*
eximius, cujus mentio in superioribus relata est, secundum seculi nobilitatem illustribus Gavellitano territorio exortus est parentibus; et deinde litteris eruditus atque religioni deditus, adeptus est gradum presbyterii, consentiente vite merito cum sanctitatis decore. Qui cum traditum sibi officium irreprehensibiliter exhiberet, a quodam *f*, *f*
qui nequissimo spiritu contra eum incitatus fuerat, cesus fertur in conspectu regine. At Dei Servus cum minime recognosceret ea que sibi ingerebantur, non est cunctatus arguere in conspectu omnium iniqua opera suprascripte iniquissime regine, cum omni tamen decore patientie.

6 Tunc Jhezabel nostri temporis hec audiens, *quem carceri mandat;*
permota veluti nequissimo spiritu, arreptum jussit Christi Famulum atrioribus (atrocioribus?) affici injuriis, atque carcerali mancipari custodie. Tunc sanctus Lupentius traditus est Bosoni tribuno *g*. *g*
Servabatur autem trusus in carcere ut reus, insomps (insons), sed tamen a reis. Sed conscius innocentie atque puritatis proprie manebat Sacerdos Dei liber atque intrepidus. Et (tanta) in tribu- E
latione positus confidebat de auxilio divino, dicens illud propheticum: « Fidelis Dominus in omnibus Ps. 144. ℣ 13
verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis » atque sciens * de repromissione, qua dicitur: * securus?
« Quoniam non dereliquit Dominus sperantem in se *h* » firmabatur cor ejus in dilectione Domini. Cui *h*
etiam in carcere posito, oranti devotissime revelatio divinitus facta est, eo quod esset paulo post de seculo migraturus, et sanctis martyribus Martyr ipse sociandus. Unde letus effectus, Domino gratias egit, atque custodibus indicavit revelationem a Domino hanc sibi concessam, eo quod dissolutio sui corporis immineret. Quod illi regine sub velocitate intimaverunt. Illa vero sciens sanctum Sacerdotem ab omnibus diligi atque venerari; noluit eum occidere publice propter opprobium: sed jussit eum custodia relaxari.

7 Dolens vero sanguinis bibula, eo quod morte *dein capite truncatum aquis immergi curat;*
ejus non esset satiata, nocte eum clam persequi jussit atque interimi. Tunc Aciminus et Bodo *i*, *i*
quamvis essent lampade terrene generositatis lu-

cidi,

A cidi, obcecati tamen erant sucio (fuco?) prave voluntatis, qui more latronum eum nocte secundum regine imperium consequentes in ipso horrore tetre noctis peremerunt, videlicet propter tumultum populi. Ita denique regina mandaverat. Illi vero egerunt secundum latronum morem, qui constituti in insidiis innocentes quosque jugulant. Denique
k caput abscissum, qui (quod?) pondere ac glide *k*
l circondatum in flumen Mateone *l* projecerunt. Sed et cum seorsum corpus sancti Viri super undas ferretur, illi onerantes iddem gravi pondere, iterum eidem gurgiti mancipaverunt.

ast in te divinitus eductus

8 Dominus vero Jesus Christus, qui protector agminis suorum fidelium in periculis (esse) consuevit, atque post finem victorie glorificare non cessat, etiam istius sancti Viri necem non dimisit occultam, neque passus est manere inultam. Denique illucescente die ac recedentibus tenebris obscure noctis, aquila cito volans prospexit caput sancti Viri jacens in profundo pelagi, que celeri volatu dimissa, levatum caput de lymphis in lictore
m illesum deposuit *m*. Aliud etiam miraculum virtus divina dignata est monstrare pro sancti Viri capite. Jacebat quidem expositum ab aquila, nec
B venerabatur, sed pocius tenebatur donec ministri
n humanitatis *n* advenirent. Nam virtus divina, que imperavit volucri, quatinus hoc caput levaret de profundo gurgitis, ipsa divina clementia animonuit (admonuit) Paulum presbyterum
o *o* quatinus dignum sepulture locum preparet. Qui veniens caput reperit, sicut fuerat abscissum a corpore. Quod cum veneratione suscipiens, sepelivit honorifice more canonico.

honorifice sepelitur.

9 Non multo spatio post temporis transacto, miraculum claruit jubente Domino pro corpore ejusdem sancti Martyris, quatinus dignaretur pietas divina (monstrare) cujus meriti sanctus Vir fuerit. Denique corpus submersum in supradicto flumine, sub onere immensi ponderis, cum ipso pondere, regente virtute divina, ipsum corpus exanime natavit ex profundo aquarum. Quod cum pervenisset ad lictus, incole regionis illius haut procul a littore sepelierunt. Denique admonitus
p est per visum devotus vir Hermensius *p* ne permitteret tanti Martiris membra jacere in lictore, sed potius cum decore ea colligeret atque intra septa basilice collocaret. Qui jussis obtemperans, transtulit ea cum decore in basilica sancti Remigii
C confessoris, quæ subjacebat cure ipsius regiminis, cum summo honore tradidit sepulture.

Invocatio.

10 Gloriose martyr Lupenti, cujus venerabile corpus ab aquila monstratur in terris, cujus spiritus a Domino coronatur in celis, te devote petimus, tuum recolentes triumphum, intercede pro nobis ad Dominum nostrum, qui vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Præpostere nomen hoc, Nicolaus Desguerrois* (1) *Gallice reddit* S. Lupien; *cum ipse fateatur illum tum Trecis tum Catalauni vulgo appellari* S. Lovvain, *quod parum abest a voce* S. Louvent, *apud scriptores usitata, ut diximus initio Comm. præv. Ex hac nominis confusione deceptus, latine homonymos vult* Lupentium *et* Lupianum, *unde et quatuor omnino Sanctos hoc nomine dictos enumerat* (2). *Primus celebratur* 17 *Februarii apud Molanum sicut et in aliis quibusdam Usuardi Auctariis* (3) : Claromonte S. Lupiani confessoris, *vel* Claromonte translatio Lupiani confessoris. *De hoc ex professo actum apud nos Kalendis Julii* (4); *ejus quoque meminit S. Gregorius Turonensis in* libro de Gloria confessorum (5); *estque prorsus alius a nostro S. Martyre. Secundus Lupentius apud præfatum Nicolaum laudatus hisce verbis :* S. Lupentii presbyteri, *idem profecto est qui in pluribus auctariis Usuardinis, in specie apud Molanum,* Lubentius *nominatur, et ad diem* 13 *Octobris ab omnibus annuntiatur, non* Trecis, *ut Nicolaus ex hallucinatione sibi persuasit, bene vero* Treviris (6). *Hujus Acta, ad præfatum diem digessit Joannes Baptista Fonsonus* (7). *Ast hic rursus nihil commune habet cum* S. Lupentio *nostro, quem nihilominus Nicolaus, ut diserte ipse enuntiat* (8), *unum eumdemque esse existimat cum imaginario suo Lupentio Trecensi. Confer. Comm. præv. num.* 16. *Tertius, noster est. Quartus denique laudatur in iisdem auctariis ad diem* 6 *Novembris, hoc modo :* In territorio Turonico B. Lupentii confessoris. *Quis ille sit ignoro; forte sciet is, qui diem illum suo tempore in* E *Actis nostris illustrabit. Videsis Comm. præv. num.* 16, *ubi hallucinatio quædam Saussaii indicatur.*

b *Notat Longuevallius noster* (9), *plures annalistas ac præcipue legendarios atris omnino coloribus exhibere Brunichildem, ita ut ex ea infandum et intollerabile quoddam efficiant humanæ naturæ monstrum; observat vero hos omnes scripsisse regnantibus Clotario* (*a quo atroci supplicio affecta interierat*) *hujusque filiis; unde haud improbabile existimat severius cum ea actum, quo Clotarii in victam ætateque fractam mulierem inaudita crudelitas minus appareret odio digna.* Brunichildis, *ait Bossuetius,* Clotario II tradita, hujus ambitioni pœnas dedit; illius (*Brunichildis*) memoria adeo lacerata fuit, ut ejus virtutes, tantopere a S. Gregorio magno prædicatæ, vix consistere posse videantur (10). *Media hic sicut et plerumque alibi, procedendum via est, ut veritati locus statuatur suus. Vide, si libeat Marianam* (11) *qui eam vix non omni extergit culpa, nixus præsertim* Gregorii Turonensis æqualis de his flagitiis silentio. An id gratiæ datum putabis a Gallico scriptore magnæque auctoritatis viro? An qui Fredegundis scelera F omnia et dolos exposuit, externæ feminæ pepercisset? Non arbitror. *Hæc ille. Reponit Valesius. Brunichildi ante omnes infensus* (12) : Ita auctor Hispanus popularem suam sacrilegam, sanguinariam ac nefariam abunde se purgavisse putat et a calumniis vindicavisse... Quod ad Gregorii Turonici silentium attinet, scire Mariana debuit, Gregorium hunc ante annos viginti quam Brunichildis decederet, historiam scribere desiisse. *Congerit dein Valesius plurima scelera hisce viginti annis a regina perpetrata, et subjungit :* Nec mirum est, de his siluisse Gregorium, quæ post ipsius obitum a Brunichilde sunt facta. Quamquam etiam Mariana, si Gregorii historiam non perfunctorie legisset, velut ex unguibus leonem agniturus, et aliquot Brunichildis facinora a pio antistite notata observaturus fuit : incestum viduæ cum Meroveo leviri

EX MSS.

(1) Sainctcté Chrestienne, fol. 126. — (2) Ibid. fol. 131 verso. (3) Vide Usuardum Sollerii nostri. — (4) Acta SS. tom. I Julii, pag. 32. — (5) Cap. 54. Patrologia Mign. tom. LXXI, col. 868. — (6) Vide Sollerium, Martyrologium Usuardi, pag. 598. — (7) Acta SS. tom. VI Octob. pag. 200-204. — (8) La Sainctcté Chrestienne, fol. 131 verso. — (9) Histoire de l'église Gallicane. tom. V, pag. 39. — (10) Biographie universelle. Voce : *Brunehaut.*—(11) De rebus Hispaniæ, lib. v, cap. 10, tom. I, pag. 179. Hagæ-Comitum 1733. — (12) Rerum Francicarum, tom. II. pag. 579.

sui

EX MSS. sui filio contractum matrimonium; cædem indignam Lupentii abbatis... cujus accusatorem interfectoremque Innocentium, nocentissimum Gabalitanorum comitem, Rutenæ ecclesiæ episcopatu donavit *etc. Confer Comm. præv. num.* 2, *ubi vidimus plures esse, qui dubitent an Gregorius Brunichildem ream cædis* S. Lupentii *revera dicat.*

c *Theodoricus minorennis regnare cœpit circiter annum* 596, *post mortem proinde S. Gregorii Turonensis. Scilicet rex Childebertus, annos natus viginti sex, obiit anno* 596, *binam reliquens prolem: Theodebertum (Austrasiæ regem) decennem, et Theodoricum (Burgundiæ principem) novennem. Eorum avia Brunichildis utrumque regnum aliquot annis administravit. Theodebertus, ætatem quatuordecim annorum adeptus, expellit e ditione sua aviam. Hæc Burgundiam petit, beneque excepta a Theodorico, remansit ibidem usque ad annum* 612, *quo omnes tres extincti fuere* (1). *Quæ ergo in Vita referuntur numm.* 2, 3, 4, *diu post* S. Lupentii *mortem gesta sunt.*

d *Præpostere hæc redduntur. S. Desiderii martyrium refert Longuevallius* (2) *ad annum* 607; *exilium vero S. Columbani ad annum* 609 (3), *imo an-*
B *num* 610. *Vide Acta S. Galli* 16 *Octobris Comm. præv.* § 3 (4).

e *Vide Annot. præcedens.*

f *Hic, sicut et in sequentibus numeris, nulla fit mentio Innocentii comitis Gabalitani, quem tamen Gregorius Turonensis solum auctorem perpetratoremque cædis* S. Lupentii *exhibet. Vide Comm. præv. num.* 4 *et* 5.

g *Nec hujus meminit Gregorius Turonensis.*

h *Non videtur ad verbum citatus textus, saltem non putem reperiri in Concordantiis. Mach. cap.* 2 ℣ 61 *legitur :* Quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur. *Sensus idem.*

i *Horum neutrum nominat nec indicat Gregorius Turonensis.*

k Glis glittis *ex Ducangii Glossario idem est ac* terra tenax *Gallice* terre glaise. *Ex mente legendarii probabiliter intelligitur* culeus, *ut habet Gregorius Turon.*

l Mateone *pro* Axona. *Forte legendum in textu* Aaeona, *prout occurrit in Spruneri tabula* 23 (5).

m *Ex narratione S. Gregorii Turon.* Corpus *S. Martyris primum, dein inventum est* caput. *Hic vice versa. Conf. Comm. præv. num.* 7.

C n *Probabiliter fossores aliique id genus intelliguntur.*

o *Hujus apud Gregorium nulla mentio.*

p *Nec iste a Gregorio nominatur. Vide Comm. præv. num.* 7.

VITA ALTERA

Ex ms. Parisiensi bibliothecæ Armamentarii vulgo de l'arsenal. *T. L* 123e.

S. Lupentius *carceri datur;*

Lect. I. Beatus Lupentius Gavalitano territorio, nobili prosapia ortus, litteris eruditus, religioni deditus, gradum presbyterii adeptus est. Qui cum argueret iniqua opera Brunichildis iniquissime regine, cum omni tamen decore patiencie, qua jubente, carcerali custodie mancipatur *a*. D *a*

dimissus ex eo,

2 Lect. II. Cui in ergastulo oranti revelatio divinitus facta est, quod paulo post de seculo sanctis esset martyribus Martyr ipse sociandus. Unde Sanctus gaudens custodibus intimavit quod ei fuerat revelatum. Quod audiens regina, nolens eum publice occidere, eo quod ab hominibus diligeretur, relaxatum a custodia, jussit nocte clam persequi et interimi.

clam trucidatur;

3 Lect. III. Tunc Agininus et Rodo, nobiles genere, sed degeneres moribus, jussu regine Brunichildis, noctu eum clam sequentes, caput ejus amputatum et glida circumdatum, in flumen *b* projecerunt, et corpus truncum in eumdem fluvium jactarunt. Cum ergo corpus ejus super undam ferretur, onerantes eum gravi pondere, iterum eidem gurgiti mancipaverunt. *b*

caput ejus terræ mandatur,

4 Lect. IV. Mane autem facto, aquila cito volans, sancti Martyris caput prospiciens in fundo gurgitis, celeri volatu demissa, levatum ab aquis, in ripa eum illesum deposuit; potius illud tuens quam destruens, visa (potius) adorare quam vorare, quousque ministri humanitatis advenirent. Nam Paulus presbyter per visionem admonitus, caput E illud sanctum repperiens et cum veneratione suscipiens, honorifice sepelivit.

dein et cætera membra.

5 Lect. V. Corpus autem submersum in aquis sub onere immensi ponderis, virtute divina cum pondere natavit ad ripam; quod inventum in cole supra rippam sepelierunt. Revelatum autem est sancto viro Hermencio, ut tanti Martyris membra colligeret, et intra septa basilicæ collocaret; et sepelivit corpus sancti Martyris in basilica sancti Remigii, que cure ipsius regimini subjacebat *c*. *c*
Quod audiens Paulus, qui caput sepelierat, dicebat justum esse, quod membra capiti redderentur; Hermencius autem respondebat, quod rectius esset, si caput membris restitueretur. Sed illud utrisque placuit, ut caput membris jungeretur.

Rodonis,

6 Lect. VI. Sed ne tantum scelus remanere videretur impunitum, Rodo, qui tam nephandi operis fuerat executor, arreptus est a nequissimo demone, et sensu amisso, magnis stridoribus, vociferansque nomen S. Lupentii inclamabat; et sic, vindicante Domino pretiosi Martyris sui sanguinem, infelicem vitam cum magno finivit tormento. F

Agimini

7 Lect. VII. Videns ergo Agininus infelicissimi tyranni mortem horrendam, veritus ne sibi similiter eviniret, Romam bis adiit pedes, penitentiam agens pro scelere patrato; unde eum penas eternas credimus evasisse. Verumtamen justus Judex, qui non judicat bis in idipsum, in presenti noluit tantum nephas inultum relinquere, ut potius hic quam in futuro puniret. Nam dum ille Agininus Roma veniret, inundatione aquarum submersus periit.

et Brunichildis supplicia.

8 Lect. VIII. Brunichildi vero reddidit Dominus supra centesimum * ipsius malum, quod operata fuerat. Nam ab hoste suo Clotario capta, ac turpiter illius * camelo imposita, hostibus cum dedecore est monstrata. Denique indomitorum equorum caudis irretita, sic distracta et disrupta ad inferos est demissa.

* *forte* supra verticem

* *forte* altius

S. Martyris invocatio.

9 Lect. IX. Gloriosissime martyr Lupenti, cujus venerabile corpus ab aquila monstratum est in terris, te devote petimus, tuum recolentes triumphum, ut imbecillitatem nostram respiciens, et nostræ bonitatis impotenciam attendens, interceḍas

(1) Confer. Art de vérifier les dates, pag. 527 et seq. — (2) Histoire de l'église Gallicane, tom. V, pag. 10. — (3) Ibid. pag. 16. — (4) Acta SS. tom. VII Octob. pag. 867, num. 54. — (5) Historisch-Geographischer Hand-Atlas.

pro

A pro nobis ad Dominum Deum nostrum, cui est honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Nihil hic de Bosone tribuno, cui in altera Vita num.* 8 S. Lupentius *primum traditus fuisse legitur.*

b *Fluminis nomen prætermittitur.*

c *Hucusque Vita hæc posterior compendium prioris est, idque brevissimum. Quæ sequuntur superaddita sunt.*

AUCTORE B. B.

DE S. NEPOTIANO, EPISCOPO

CLAROMONTANO IN ARVERNIA.

SYLLOGE.

B. B.

Episcopatus, ætas, reliquiæ.

B

AD FINEM SÆC. IV. S. Nepotianus *ep. Claromont.*

Sanctus Nepotianus *annuntiatur hac die in Martyrologiis Parisiensi, Autisiodorensi, Ebroïcensi; item apud Castellanum. Quæ de S. Episcopo ad nos pervenerunt, habentur ex Gregorio Turonensi variis in locis. Et primum quidem Historiæ ecclesiasticæ lib.* 1 *cap.* 40 *et seq. ita legitur* (1) : Huic (*S. Illidio*) sanctus Nepotianus successit. *Clarum est hoc Gregorii testimonium, eoque proinde standum, ut recte notat nova Gallia christiana* (2) *agens de Isicio,* qui in quodam catalogo *post S. Illidium legitur, cujusque festum in diœcesi celebratur* 5 *Junii, et translatio* 13 *Decembris.* Fuit fortasse chorepiscopus tantum. Certe satius est S. Gregorio Turonico quam incertorum auctorum catalogis credere. *Conf. Acta SS.* (3). *Num forte* Isicius *et* Illidius *unum idemque nomen?* Igitur apud Arvernos (*ita prosequitur Gregorius Turon.*) sanctus Nepotianus quartus (*scilicet post Stremonium seu Austremonium, qui primus fuit, proinde ex Gregorii calculo, ut jam observavit illius editor et annotator Ruinartius* (4), Nepotianus quintus) habebatur episcopus. A Treveris vero legati in Hispaniam mittebantur, ex quibus Artemius quidam admirabilis sapientiæ atque pulchritudinis, et prima ætate florens, vi febrium est correptus. Præcedentibus vero aliis, hic apud Arvernos ægrotus relinquitur. A sancto autem Nepotiano visitatus atque oleo sancto perunctus, tribuente Domino, redditur sanitati. Qui cum ab eodem Sancto verbum prædicationis accepisset, oblitus tam sponsam terrenam quam facultates proprias, sanctæ copulatur ecclesiæ; factusque clericus in tanta prælatus est sanctitate, ut beato Nepotiano successor existeret ad regendas gregis dominici caulas. *Deinde in libro ejusdem Gregorii* de Gloria confessorum (5) : Ibi (*nempe in* basilica *sancti Venerandi*) et sanctus Nepotianus episcopus requiescit, qui fuit in sæculo summæ vir sanctitatis, obtinens nunc cum Domini potentia, quæ ab eo fuerint implorata. Sæpe enim super hæc sepulcra (*SS. Venerandi et* Nepotiani, *de quibus proxime meminit*) frigoriticorum (*id est febricitantium*) oratio fusa desideratam obtinet medicinam.

C

E

2 *Quibus omnino annis quotve præfuerit non legitur in Gregorio. Savaro natalem ejus ponit hac die* 22 *Octobris anno* 588. *Annus autem apud alios, ut fit quando notæ deficiunt chronologicæ, variat. Concordat Ruinartius ad caput Gregorii* 37^m^ de Gloria confessorum *cum Savarone adscribens annum* 388 (6); *eumdem habet, subdubitans tamen, B. Gonod in recenti Chronologia episcoporum Claromontensium* (7); *at in Martyrologio Autisiodorensi ponitur annus* 590; *in Castellano annus* 594. *Nec multum etiam luminis apud decessores nostros hagiographos reperitur. Medius quippe in catalogo pontificum Claromontensium venit* S. Nepotianus, *S. Illidium inter et S. Artemium* (8); *hujus autem meminit Bollandus ad diem* 24 *Januarii* (9), *obitumque ejus ponit circa annum* 396; *S. Illidii Acta dedit Henschenius ad diem* 5 *Junii* (10), *quem* mortuum *dicit* anno 585; *eumdem habet Savaro; qui cum* S. Nepotianum *obiisse tradat anno* 588, *sequeretur, admissis his numeris, ejus pontificatum tribus tantum perseverasse annis. Id ergo solum ex his eruitur sanctum Virum floruisse circa finem sæculi quarti. Ad diem quod attinet, melius concordant scriptores. Plerique consentiunt Savaroni. Solus putem Ferrarius est* (11), *qui ejus meminerit ad diem* 25 *Septembris* (*quo die apud nos* (12) *sed solius Ferrarii fide, inter* Prætermissos *occurrit*) *idque, ut notat, ex* Kalendario Gallicano, *nescio quo; et addit :* Is sextus (*imo* quintus *supra num.* 1) episcopus Arvernensis fuit, cui successit S. Artemius, ut in Tabulis apud Democharem legitur : sed festum Arvernis die XXII Octobris celebratur (13): *et re quidem vera, teste Savarone* (14), *notatur illa die in* Martyrologio ms. et Breviario *Claromontanis. Nescio quo fundamento asserat Saussaius* (15), *præfata die* Translationem coli; at incertum *esse* Natalem. *Obiter noto mendum aliquod Henschenii nostri, qui recitatis suprapositis Saussaii verbis, subdit* (16) : Origines vero Claromontanæ Savaronis

circa annum 388.

F

(1) Patrologia Migne. tom. LXXI, col. 182. — (2) Tom. II, col. 228. — (3) Tom. I Junii, pag. 425 et 424. — (4) Patrolog. Ubi supra, nota 1. — (5) Cap. 57. Patrolog. Ibid. col. 857. — (6) Ibid. — (7) Chronologie des Évêques de Clermont, pag. 5. Claromont. 1855 — (8) Nova Gallia Christiana, tom. II, col. 227 et seqq. — (9) Acta SS. tom. II, pag. 592. — (10) Ibid. tom. I Junii, pag. 452. — (11) Catalogus generalis. 25 Septembris. — (12) Acta SS. tom. VII Sept. pag. 4. — (15) Catalogus generalis. Ubi supra. — (14) Les origines de la ville de Clairmont en Auvergne, pag. 47, ad marginem. Paris 1662. — (15) Martypol. Gall. in Appendice, pag. 1228. — (16) Acta SS. tom. tom. I Junii, pag. 452.

eum

AUCTORE B. B.

Ejus reliquiæ.

cum (*natalem*) referunt ad 2 ejusdem, *lege* 22, *ut diserte habetur in utraque Originum editione* (1).

3 *Sepultus primum fuit* S. Nepotianus *in ecclesia, dicta postea a S. Venerando, secundo illius in sede Claromontana successore* (2). *Id certum, ætate S. Gregorii Turonensis* (*defuncti exeunte sæc.* VI) *reliquias S. Episcopi ibidem asservatas :* Ibi et sanctus Nepotianus episcopus requiescit. *Vide supra num.* 1. *Et in libello anonymi auctoris* de Sanctis, Ecclesiis et Monasteriis Claromontii, *qui, prout ex variis locis colligit* (3) *illius editor Savaronus, conscriptus fuit medio sæculo* X, *sic habetur* (4) : In ecclesia sancti Venerandi... altare sanctæ Mariæ, ubi sanctus Venerandus, et sanctus Linguinus et sanctus Nepotianus... quiescunt. *Postea tamen anno* 1511 *Arbertus episcopus,* cum corpus sancti Venerandi una cum corpore S. Illidii translatum fuit, *cineres* B. Nepotiani diligenter inquisivit nec invenit (5). *Acta illius translationis edidit Henschenius in vita sancti Illidii ad diem* V *Junii* (6), *ubi circa finem hæc leguntur* (7) : Verum propter difficultatem quærendi, corpus B. Nepotiani, confessoris et episcopi Claromontensis, quod in eadem capella, sicut et multi alii Sancti, sepultum fuisse
B noscitur, fuit ibidem dimissum. *Exinde aliqui dubitarunt an tunc revera ibidem adhuc requiesceret.* Forte, *aiunt collectores novæ Galliæ christianæ* (8), jam translatum fuerat. In antiquis Reliquiarum Illidianæ ecclesiæ catalogis recensetur corpus S. Nepotiani. *Porro* Basilica S. Venerandi, *ætate Gregorii Turonensis,* proxima *erat* S. Illidii (9), *notatque in hunc locum Ruinartius* (10) : Basilica sancti D
Venerandi 20 circiter passibus ab Illidiana... etiam nunc superest in hortis monasterii Illidiani. *Cæterum S. Illidii abbatia in amplo Claromontis posita suburbio, quod ab eodem Sancto nuncupatur vulgo* St-Allyre, *ad finem sæculi* XVIII, *sæviente civili turbine, deturbata atque divendita fuit* (11); *ecclesia solo æquata anno* 1796 (12). *In ambitu abbatiæ erant fontes illi lapidescentes, olim sicut et nunc haud parum celebrati.* In suburbio S. Illidii, *ita Gallia christiana* (13), visu dignus est rivus Trundo dictus, vulgo *Tiretaine,* ob pontem impositum, qui ex ipsius (*non rivi sed fontis* (14)) aqua in lapidem conversa, nulla hominum arte prodiit : lapidescit enim hæc aqua, et quidquid in eam injicitur. *Unde poeta anonymus* (15) :

...Modicus lambit veniens de montibus amnis;
Juxta et fons salsus pontem lapidescit in altum.

Ante suam expulsionem jam monachi Benedictini aliqualem quæstum habebant ex aquis istis, quibus supponebant formas cavas, quæ paulatim sedimento lapideo impletæ, effigies reddebant hominum, animalium etc. Quod idem hodie etiam obtinet sed multo amplius meliusque. De aquis Illidianis et E
harum medicinalibus lapideisque dotibus ex professo tractat V. Nivet, quem si libet videsis (16).

Ordo chronologicus postulat ut Sylloge S. Nepotiani *Nota.*
veniat media inter Acta SS. Abibi et Apollinis ac Syllogen S. Candidæ. Perperam inserta hoc loco fuit.

(1) Origines de Clairmont, pag. 123 Claromont. 1607. Item, pag. 47. Paris 1662. -- (2) Gallia Christiana, tom. II, col. 229. — (3) Les origines, etc. pag. 341 et seq.— (4) Ibid. pag. 349.— (5) Ibid. pag. 350.— (6) Acta SS. tom. I Junii, pag. 430 et seqq. — (7) Ibid. pag 431. — (8) Tom. II, col. 229. — (9) De gloria confessorum, cap. 35. Patrolog. tom. LXXI, col. 885. — (10) Ibid. Conf. Origines, etc. pag. 249. — (11) Dictionnaire des eaux minérales du département du Puy-de-Dome, par V. Nivet, pag. 81 et 87. Claromont. 1846.— (12) Chronologie des Évêques de Clermont, pag. 5.—(13) Tom. II, col. 223.—(14) Dictionnaire des eaux minéral. pag. 81 et seq.— (15) Gall. Christian. tom. II, col. 323. — (16) Dictionnaire, etc. pag. 81-108.

DE S. MEROVÆO MONACHO BOBIENSI

IN LIGURIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C F

S. Merovæi memoria et ætas; ejus translatio facta sæculo decimo quinto, ex cujus instrumento clare determinatur Cursus Bobiensis. Acta nunc primum ad fidem codicis ms. in lucem edita.

CIRCA AN. DCXXVI.

Memoria et ætas.

Monasterii Bobiensis, a S. Columbano fundati ineunte sæculo VII (1), B. Merovæus, *al.* Moroneus, Maroneus *et in codice Molsheimensi* Meroutuus *primordia vitæ sanctimonia zelique ardore illustravit. Ejus* præclara *quædam* facta perstrinxit *auctor coævus, Jonas ejusdem monasterii sodales* (2). *Præter hæc nihil ad nos pervenit, nisi quod sæculo* XV *ejus aliqua memoretur translatio, sicque constet de cultu, qui alias non satis foret probatus. Illius ad hunc diem* 22 *Octobris meminit Bucelini menologium, item kalendarium SS. ordinis S. Benedicti germanice editum ad finem sæculi elapsi* (3). *Apud Castellanum inter Aëmerios, seu qui diem nullum sibi præfixum habent, recensetur* (4). *Hugo Menardus de illo agit in* Observationibus *ad diem* 31 *Augusti, quo translatio plurimorum Sanctorum Bobiensium, inter quos* B. Morovæus, *annuntiatur* (5); *eodem modo Arnoldus Wion* (6). *Ætas sancti Viri intelligitur ex eo quod floruerit sub beato*

(1) Acta SS. tom. II Martii die X, pag. 42. — (2) Acta SS. ord. S. Benedicti, sæc. II, pag. 160. Paris. 1669.— (3) Kirchenkalender aller Heiligen, unter der Regel des H. Benedictus, 22 Oct. Edit. in Insula (Danubii. Donauwerd) 1786. — (4) Martyrologe universel, pag. 821. — (5) Martyrologium Sanctorum Ord. S. Bened. pag. 319. Paris. 1629. — (6) Lignum Vitæ, part. secunda, pag. 289. Venetiis 1595.

Attala.

A *Attala. Hic autem, secundus Bobiensis monasterii abbas, successit S. Columbano (defuncto die 21 Novembris circa annum 615* (1)*), obiit vero probabilius anno 627* (2)*; attamen apud nos legitur ad diem 10 Martii de S. Attala* (3) : Quamdiu Bobiensi monasterio abbas præfuerit aut quo anno e vita decesserit, nusquam legimus. *Ex sequentibus autem ibidem apparet, id haud diu post annum mox dictum contigisse. Num vero* S. Merovæus *beato Attalæ supervixerit vel ante hunc migraverit ad Dominum ignoramus. Mabillonius in Annalibus* (4) *ejus res gestas refert ad annum* 626; *in Kalendario germanico, de quo supra, obiisse dicitur circiter annum* 640.

Translatio anno 1483, 2 *Joannes de Mundanis* corpus S. Columbani, *inquit Ughellus* (5), decenti loco transtulit pridie Kalend. Septembris (*die 31 Augusti*) anno 1482, pauloque post aliorum Sanctorum corpora Bobiensis monasterii transtulisse narratur (*non Joannes episcopus, sed Joannes abbas Bobiensis*) in sequenti monumento *seu instrumento quod ibidem subdit in extenso. Porro inter Sanctos illos venit* Merovæus *seu* Maroneus. *Antequam partem instrumenti, quæ ad rem nostram spectat, adscribam,*

B *juverit notare, ex illo* Cursum Bobii *de anni initio perspicue determinari, quod hactenus a nemine alio observatum reperio. Pars instrumenti prima ad S. Columbani translationem pertinet, incipitque hoc modo* (6) : In nomine Domini. Amen. Anno ab Incarnatione ejusdem 1482, Indictione XV die Sabbati ultimo mensis Augusti, Bobii videlicet in Tiburiis ecclesiæ S. Columbani *etc. Concordat præfato anno Indictio, et dies ultima Augusti incidebat in sabbatum, ut videre in Calendario perpetuo* (7).

ex qua Cursus Bobiensis determinatur; 3 *Altera instrumenti pars refertur ad reliquias S. Attalæ* (8) : In nomine Domini. Amen. Anno ab Incarnatione ejusdem 1482 Indictione XV, SECUNDUM CURSUM BOBII, die veneris VII mensis Martii, Bobii *etc. Hic vero, nostro computandi more, non concordat annus : nam dies* VII *Martii incidebat in diem veneris anno* 1483, *non autem anno* 1482; *propterea additur* secundum Cursum Bobii, *quo anni initium ducebatur a festo Annuntiationis seu die 25 Martii, ut clare efficitur ex hoc ipso nostro instrumento. Paulo enim inferius dicitur translatio* SS. Merovæi *et aliorum aliquot facta* millesimo suprascripto (*anno nempe* 1482), die Dominico 16 mensis Martii suprascripti, *qui dies rursus,*

C *nostro modo computandi, non cadit in dominicam nisi anno* 1483; *et denique aliorum quorumdam rursus memoratur translatio* anno ab Incarnatione 1483, Indictione 1, die martis, XXV mensis Martii. *Itaque cum dies* 7 et 16 *mensis Martii referantur ad annum* 1482, *dies vero* XXV *ejusdem mensis ad annum* 1483; *nullum superest dubium, quin secundum* Cursum Bobii *annus inciperet a festo Annuntiationis. Ita ut hic obtineat, quod alicubi notavit Martene* (9) : Numerus lunaris (*seu Aureus*) et littera Dominicalis mutantur annuatim in festo Circumcisionis, anni vero Incarnationis Domini mutantur in terra ista (*de qua ibidem ille agit*) in festo annuntiationis beatæ Mariæ. *Est ergo certum, nostro computandi modo, translationem* S. Merovæi *referendam esse ad diem* XVI *Martii anno* 1483.

4 *Instrumentum, quatenus* S. Merovæum *respicit, est hujusmodi* (10) : In nomine Domini. Amen. Millesimo suprascripto (*nempe* 1482) die Dominico 16 mensis Martii suprascripti, Bobii in loco suprascripto et præsentibus (*sequuntur nomina testium*) omnibus civibus Bobiensibus ac testibus idoneis, notis, rogatis et vocatis. Ibique reverendus in Christo pater ac dominus D. Joannes Antonius de Papia, Dei gratia abbas monasterii S. Columbani Bobiensis et comes, inductus more prælatorum divina canendo officia una cum pluribus monachis de capitulo et conventu suo cum eo existentibus. Ad honorem Dei beatæ virginis Mariæ ejus matris, ac B. Columbani, patroni hujus civitatis, nec non beati Bertulphi, tertii abbatis dicti monasterii, observatis tamen omnibus solemnitatibus, quæ in talibus requiruntur et servari solent; reliquias seu corpus præfati S. Bertulphi, alias de suo monumento veteri sublevatas et seu sublevatum, translatavit, et reposuit in quadam archa satis condigna ad hoc præparata existente a parte sinistra versus aquilonem dictorum Tiburiorum; nec non reliquias sive corpora in cinere reducta sanctorum monachorum et sanctarum virginum infrascriptorum, videlicet S. Walcharii, S. Alo, S. Chuniberti, S. Suniberti, S. Theoperti, S. Tuniprandi, S. Rataldi, sanctæ Petronillæ virginis, S. Suniverga virginis, S. Rotradæ virginis, sancti Andreæ, S. Joannis, S. Petri, S. Leonis, S. Bladulphi, S. MARONEI, S. Agibodi, S. Theobaldi, S. Baudacharii, S. Leopardi, omnium monachorum olim dicti monasterii, alias sublevata de quodam monumento vestri (*lege* veteri), existente tunc post sepulchrum sancti Athalæ; et ipsa translatavit et reposuit in quadam archa satis sufficienti, existente a parte dextra versus meridiem, quasi prope archam S. Athalæ in loco suprascripto. Quibus omnibus sic peractis, præfatus reverendus dominus abbas jussit mihi notario infrascripto, ad æternam rei memoriam, ut de prædictis publicum conficiam instrumentum, præsentibus testibus suprascriptis, et alia magna populi et personarum ecclesiasticorum et laicorum multitudine. *Ad calcem* totius *instrumenti, in quo, ut dixi, plures translationes, aliæ post alias, continentur, habetur sequens attestatio* (11) : Ego Columbanus de Cachastino publicus imperiali auctoritate notarius Bobiensis ac præfati domini abbatis et monasterii, prædictis omnibus et singulis, dum sic agerentur et fierent, interfui: et rogatus suprascripta sex præsentia publica F instrumenta translationum et repositionum Sanctorum horum, de quibus in dictis instrumentis fit mentio, tradidi, breviavi, finivi et ita scripsi, et in fidem ac testimonium præmissorum me subscripsi cum meo solito signo. *Pluries in hoc instrumento recurrit vox* Tiburii *vel* Tiburia; in tiburiis ecclesiæ S. Columbani *etc. Vox illa valde inusitata est in tantum ut non reperiatur sive in* Indicibus onomasticis *operis nostris, sive in similibus Indicibus vocum exoticarum, singulis tomis D. Bouquetii adjunctis. Num idem sonat ac* Tribuna? *Sub quo verbo Ducangii Glossarium hæc habet* : Alii Tribunam interpretantur opus rotundum et testudinatum; *additurque sumi ab Ugutio etiam pro* Absida, *quod utique ad rem nostram apprime faceret. Confer Nuceum* (12). *Denique monet Ducangius :* Tribuna Cruscanis aca-

AUCTORE B. B. *illius Instrumentum*

F

(1) Pagius ad an. Baronii 614. Annal. tom. XI pag, 154. Lucæ 1742. — (2) Mabillon, Annal. Benedict. tom. I, pag. 506. Lucæ 1759. — Pagius, ubi supra, pag. 215 et 255. Item Acta SS. Ord. S. Ben. sæc. II, pag. 127. — (3) Acta SS. die X Martii, pag. 42. — (4) Tom. I, pag. 505. — (5) Italia sacra, tom. IV, col. 945. Venetiis 1719. — (6) Ibid. — (7) Art de vérifier les dates, pag. 107. — (8) Italia sacra. Ibid. col. 945. — (9) Art de vérifier les dates, in prævia dissert. pag. IV. Paris. 1770. — (10) Italia sacra, tom. IV, col. 945 et seq. — (11) Ibid. — (12) Muratori, Rerum Italic. Scriptores, tom. IV. pag. 258. nota 12.

demicis

AUCTORE B. B.

demicis dicitur, pars principalis ædificii sacri vel alterius insignis fabricæ. *Ex his conjicere liceret* Turibia *sumi pro choro vel hemicyclo juxta altare majus ecclesiæ S. Columbani.*

authenticum. 5 *Testatur Arnoldus Wion* (1), *sibi* hujus translationis historiam transmissam fuisse a RR. Patribus Bobiensibus. *Quod vero subjicit,* translationem factam anno Domini 1482, hac die (31 *Augusti*), *id asterisco, prout supra num.* 3, *notandum. Addit deinde nomina Sanctorum et Sanctarum, quorum reliquiæ translatæ, sicut illa ex instrumento originali fuerant transumpta. Quæ quidem nomina, non semper eodem scribuntur modo, quo apud Ughellum. Sic qui apud hunc* Maroneus, *a Wione* Moroneus *dicitur. Nec dubium tamen superesse potest, quin idem sit iste ac* S. Merovæus *noster. Nam in instrumento sequuntur alter post alterum :* SS. Maroneus, Agibaldus, Theodebaldus, Baudacharius et Leopardus; *qui eadem omnino serie occurrunt in appendice ad Vitam S. Bertulfi tertii abbatis Bobiensis auctore Jona, apud Mabillonium* (2), *sicut et in codice nostro Molsheimensi de quo dicemus numero sequenti. In hoc autem codice continentur ejusdem Jonæ libri de Vita S. Columbani, item S. Eustasii,*
B *S. Burgundofaræ; tum S. Bertulfi, atque ad hujus calcem agitur de Blidulfo presbytero,* Meroutuo, Agiboldo, Theodoaldo, Baudachario et Leobardo *monachis. Ita ut in oculos incurrat, translatos fuisse illos quinque monachos, quorum mentio fit eodem prorsus ordine apud Jonam, cujus præterea solius opera eorum ad nos pervenit notitia. Præterea voces si apices manuscriptos spectes, vix differunt, ut facile littera* e *pro* a *vel* o, *littera autem* u *pro* n *vel* v *sumi potuerit. Adde ex eodem Wione* (3), alterius cujusdam Sancti (*præter eos quos ibidem numero novemdecim recenset*) nomen præ vetustate caracteris legi in instrumento non potuisse, *quo rursus declaratur non esse mirandum, si aliorum quorumdam nomina paulo aliter ab aliis fuerint lecta. Denique subdit laudatus Wion :* Hujus translationis instrumentum asservatur in prædicto Bobiensi monasterio, in libro instrumentorum, signato littera V, *quod deinde publici juris ab Ughello est factum. Id quoque apparet, simul omnium illorum, de quibus in toto instrumento sermo, celebrari translationem die* 31 *Augusti. Qui autem factum sit, ut* S. Merovæi *dies occurrat in menologio Bucelini* 22 *Octobris, non equidem dixero. Hoc unum moneo, hanc mihi*
C *fuisse rationem, ut hodie, quia non alias commodius, ejus Acta darem.*

Meroutuus, Merovicus, Meroveus Maroneus:

Acta. 6 *Præter pauca illa, quæ habentur ad calcem Vitæ S. Bertulfi, auctore Jona, nihil de rebus gestis* B. Merovæi *ad nos pervenit. Monet Mabillonius* (4) : Vitam Bertulfi, Bobiensis abbatis tertii, venerabili Bedæ falso adscriptam, a Surio (5) expolitam restituere tentavimus. Eam reperimus, at mutilam, in quodam monasterii nostri Compendiensis apographo, in quo Jonæ lucubrationes, excepta S. Eustasii abbatis Vita *reperiuntur in tres libros partitæ; libri* III caput tertium decimum S. Bertulfi acta comprehendit; alia quinque (*capita sequentia et totius libri postrema*) quæ quidem in ms. cod. (*Compendiensi*) lacero ex Surio supplevimus, quorumdam monachorum Bobiensium (*inter quos* S. Merovæi) præclara facta perstringunt. *Hæc Mabillonius ad Acta S. Bertulphi. Cuperus quoque noster* (6) *testatur se præ manibus habuisse* antiquum codicem, *in quo leguntur* capita de præclaris gestis quorumdam monachorum Bobiensium, quæ in mutilo Mabillonii codice desiderabantur. *Et subjungit :* Cum vero S. Bertulfus Bobiensis nobis solus hodiè illustrandus sit, ad propria loca remittimus monachos istos, de quibus in opere nostro jam actum est vel suo tempore agetur (7). *Nec invenire esse putem quemquam, qui de sinceritate* capitum *illorum dubitet. Cæterum Jonas, qui* rebus pœne omnibus, *ut habet Mabillonius* (8) testis adfuit, *dicitur apud Fabricium* (9), abbas S. Columbani et discipulorum ejus Attalæ et Eustasii discipulus; idem qui Hibernus, ab aliis vel Scotus, Italusve aut Bobiensis, Lirinensis vel Luxoviensis appellatur. *Quæ verba repetuntur in Patrologiæ Mignianæ prævia notatione ad scripta* Jonæ abbatis Elnonensis (10); *an tamen vere abbas fuerit dubitat Mabillonius* (11). *Testatur quidem Jonas, se in* Elnonensi, *postea* S. Amandi, *qui illud tribus a Tornaco leucis fundaverat, monasterio* hospitatum *fuisse, et alibi* se jam per triennium oceani oras lustrantem sæpe permeasse lentam paludem Elnonis ob venerabilis Amandi pontificis suffragium (12); *ast nuspiam dicit se abbatiali fuisse titulo ornatum. Unde* E
miror in præfata Patrologia, opera non potius fuisse nuncupata Jonæ monacho Bobiensi. *Ad patriam vero ejus quod spectat, notat idem Mabillonius* (13): Quem (*Jonam*) nonnulli Scotto-Hibernum fuisse perperam fingunt, cum, ex ipso Jona, natalis ejus locus Sigusia (Suze) fuerit, urbs nobilis, quondam Taurinatium colonia, a Bobio distans centum quadraginta millibus. *Denique binos, quos in ternos dividunt quidam, veteres codices, libros de Vita S. Columbani etc., cœpit scribere Jonas post annum sexcentesimum quadragesimum tertium* (14). *Acta damus ex laudato supra a Cupero, codice, olim musæi Bollandiani, nunc bibliothecæ regiæ Bruxell. num.* 8318 *fol.* 63 *et* 64. *Ac proinde hodie primum textus Jonæ de* S. Merovæo *in lucem prodit : quæ enim habentur in Mabillonio* (*quem ad verbum recitat Patrologia Migniana*) *desumpta sunt ex Surio : hic autem, pro more suo, stylum immutavit, quod et ipse monet lectorem. Nonnullas emendationes Surianas in Annotatis indicabo, ex quibus apparebit, Surii stylum valde diversum esse a primævo auctoris modo scribendi. Codicis originem docemur ex sequentibus verbis, Bollandi* (*non vero Henshenii ut dixit Cuperus*) *manu ad initium folii primi adscriptis :* F
Hunc codicem accepimus ex collegio Molsheimensi per P. Petrum Richart permutatione; *et in catalogo bibliothecæ regiæ notatur esse* sæculi IX 2/3, *in dorso vero voluminis signatur* sæc. X.

(1) Lignum Vitæ, part. II, pag. 289. — (2) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. II, pag. 164 et seqq. — (3) Lignum Vitæ. Ubi supra. — (4) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. II, pag. 160.—(5) Ad diem 19 Augusti.— (6) Acta SS. tom. III Augusti, pag. 732. — (7) Ibid. — (8) Acta SS. Ord. S. Bened. Ubi supra. — (9) Bibliotheca latina mediæ et infimæ ætatis, tom. IV, pag. 175. — (10) Patrologia, tom. LXXXVII, col. 1009 et seqq. — (11) Ann. Bened. tom. I, pag. 282 et 441. — (12) Ibid.— (13) Ibid. pag. 282. — (14) Ibid.

DE

A

DE S. MEROVÆO MON.

Auctore Jona monacho Bobiensi.

Ex codice ms. Molsheimensi, fol. 63 et 64. In bibl. reg. Bruxell. num. 8518.

S. Merovæus *mirabiliter servatus;*

Eodem itaque in tempore, alius monachus Meroutuus *a* nomine a beato Atala ad Dertonam urbem directus pervenit; ac ob conditionem qua venerat *b,* longius ab urbe progressus ad quamdam villam supra Hiram *c* fluvium accessit; ita fanum arboribus intersitis progrediens vidit; allatumque ignem subposuit, ac lignis congeriem in modum piræ eo
B acervavit. Quod fani cultores cernentes Meroutuum adprehenderunt, diuque fustibus cæsum conlisumque ictibus in Hiram fluvium demergere conantur; sed Monachum unda non audebat recipere; quamquam ille prorsus pro tali causa mori paratus esset *d.* Cumque cernerent non posse demergi, quem Domini miseratio custodiret, fuit inter eos inane *e* consilium : prosternunt super undas Meroutuum, materiamque desuper coacervant, ut immane pondus undis submitteret. Cumque scelus satisfactum *f* crederent, relicto, ut rebantur, cadavere, ad metatus *g* remeant. His abeuntibus, Meroutuus nihil molestiæ sentiens, incolumis a fluvio surgit, disruptisque nexibus sospes Dertonam ingreditur, ac post ad monasterium remeans pervenit.

a
b
c
d
e
f
g

divina ultio de ejus persecutoribus.

2 Moxque divina ultio, progrediente Meroutuo, satellites perculit *h* : nam omnes qui in eo fuerunt consortio ad hoc opus patrandum, diversis sunt plagis afflicti : alios cæcitas *i,* alios ignis urit, alios contractio *k* poblitum, alios omnium membrorum debilitas; diversi diversa perceperunt tormenta. Sed postquam compererunt Meroutuum sospitem ad Bobium remeasse, quidam ægre eorum *l* ad-
C ducti pervenerunt; sed perpauci ex eis per penitentiæ medicamenta evaserunt; reliqui omnes in eadem ultione mortui sunt.

h
i
k
l

Ephinomena.

3 Mirificum munus *m* famulis suis rerum largitur Repertor! dum post damna carnis et corporis, inrogatas injurias et in presenti vita per amminicu-
m
lum roborat et in futuro post certamina coronando glorificat, quos hic præsertim ob suum nomen suscipere injuriam sponte prescivit.

AUCTORE JONA MON.

ANNOTATA.

a *Vel* Merovtuus. *Vox hæc in sequentibus aliquoties repetitur, eodemque semper modo. Parum abest, si litteras spectes, a* Merovicus, *quod apud veteres nonnumquam usurpatur pro* Merovæus. *Vide D. Bouquet tom. III in* Indice onomastico. *Mabillonius tum in* Actis *tum in* Annalibus *scribit* Meroveus. *Ita quoque Surius.*

b Et causa negotii, propter quod venerat. *Surius, Mabillonius, Migne.*

c *Notat in hunc locum Mabillon. in Actis* (1) : Surius scribit Yræ. Iria fluvius est Liguriæ ex Apennino monte apud Antilam, Dertonam et Castrum-novum fluens, postea in Padum influens; aliis Scripia, vulgo *la Scrivia* dictus, inquit Philippus Ferrarius. *Locum hunc ita reddit Surius :* Ad quamdam villam, Yræ fluvio adjacentem, accessit; ubi fanum quoddam, arboribus consitum, videns, allatum ignem ei admovit, congestis in modum piræ lignis.
E

d Licet ille ejus rei, quam gesserat, nomine mori paratus esset. *Surius.*

e *Surius legit* mane, *et sic reddit :* Mane inter se communicato consilio. *Vox* inane *clare scripta est in codice nostro. Et re quidem vera vanum fuit inter eos consilium* et *meditati* sunt inania, *quoniam Dominus Servum volebat salvum.*

f Cumque id scelus se jam confecisse putarent. *Sur.*

g Metatus *vel* metatum, ædes propria, domicilium; interdum hospitium. *Ita Ducangius in Glossario. Surius habet :* Ad litus redeunt.

h Ecce autem repente divina ultio in ejus adversarios animadvertit. *Surius.*

i Alii cæcitatem. *Idem.*

k Quidam publica contractione. *Idem.*

l *Forte* eodem. *Surius habet :* quidam ex eis eo adducti sunt.

m *Totum hoc epiphonema a Mabillonio, proinde etiam in Patrologia, refertur ad sequens Jonæ caput, ubi de S. Agiboldo seu Agibaldo. Cæterum Surius* (*ita quoque Mabillonius*) *textum immutatum sic reddit :* Ita sane mirificum famulis suis Deus munus impertit, cum post damna corporis et post irrogatas injurias, et in præsenti vita adjutorio suos
F roborat, et in futura post certamina coronando glorificat, quos hic propter nomen suum illatam injuriam sponte excipere sentit.

(1) Sæc. II, pag. 164.

A D

DE S. SALARIO EPISC. ET MART.

LUNÆ IN ITALIA.

B. B.

SYLLOGE.

Quo tempore floruerit S. Salarius. Sedis Lunensis notitia et vicissitudines.

SÆCUL. VII INCHOATO. S. Salarius *episcopus*

Notat Ferrarius (1) Acta cum tempore, quo fuit in humanis hic sanctus Episcopus, desiderari. *Hæc autem tradit ex tabulis ecclesiæ Sergianensis :* Salarius sive Solorius (utrumque enim scriptum legitur) episcopus
B Lunensis fuit, martyrio coronatus; cujus extat in ora Lunensis portus, inter Erycem et S. Terentii castrum, ecclesia cum pago; quo in loco martyrio affectus creditur, ibique præcipuam habet venerationem, tametsi in universa diœcesi Sergianensi hac die natalis illius celebratur. *Apud alios hæc eadem, paulo aliter reddita, reperio.* In ejus honorem, *inquit Moroni* (2), erecta ecclesia est inter castrum S. Terentii et Erycem, in loco ubi, ut nonnulli tradunt, sanguinem fudit ob defensionem jurium ecclesiæ. *Castellanus* (3) *passum scribit S. Præsulem circa* annum 600; *secutus putem conjecturam Papebrochii nostri in Actis S. Cechardi Lunensis quoque episcopi, ubi hæc habentur :* Suspecta mihi est conjectura, quæ martyrium S. Cechardi refert ad annum DC; id potius de S. Salario dixerim (4). *Ratio, cur ita statuat, hæc unica est, quod Cechardus nomen* Longobardicum *sit :* Nominantur, *inquit* (5), ab Ughello usque ad Severum, qui anno DCLXXX sub Agathone papa Romanæ synodo interfuit, Lunenses episcopi decem... Omnes (*Cechardo excepto*) latinis aut græcis nominibus. Post illos Longobardicis nominibus veniunt. *Expungendum itaque censet Cechardum ex priori classe,*
C *ponendumque in posteriore et quidem medium inter Gualcherium ab Hastingo Danorum seu Normannorum duce circa annum* 991 *dolo necatum, et OEdelbertum, quem conjicit* (6) (*levi tamen ex ratione*) *episcopum factum anno* 995 *vel præcedenti; additque :* Quod autem est spatium intra hunc annum et annum occisi ab Hastingo episcopi Gualcherii, putem dari posse S. Cechardo. *At reponit, et ut mihi videtur, jure merito, Orlendius* (7) *:* Cum debilis sit conjecturæ causa, a vetere catalogo episcoporum, quem Lunensis ecclesia custodit, minime recesserim. *Et subdit :* Neque Cechardi nomen Longobardicum est, uti necaliorum qui ad Severum usque occurrunt. Et quidem S. Cechardi sepulcro hæc brevis inscriptio insculpta id confirmat : Hic jacet corpus B. Cechardi episcopi Lunensis, qui passus est martyrium anno DC.

2 *Quo ergo sedit* S. Salarius *tempore? Stando veteri Ughelli catalogo, id contigisse reperio sæculo* VII, *haud multum provecto. Sanctus namque Cechardus,* (8) *ordine successionis* quintus *venit inter Lunenses episcopos, et passus dicitur anno* 660; *sanctus autem* Salarius *ordine* octavus *recensetur absque ulla apposita temporis nota;* decimus *ponitur Lazarus qui* vixit anno 640; *sequuntur* Thomas *et* Severus; *quorum ille* (*qui in priori Ughelli editione, qua usus Papebrochius, desiderabatur*) *adfuit concilio Romano seu Lateranensi anno* 649, *ut patet ex subscriptionibus* (9); *hic concilio sub Agathone papa anno* 680, *ut asserit Ughellus; quamvis ego inter episcopos hujus concilii apud Labbeum enumeratos, Severum Lunensem non repererim* (10). *Sed quidquid de eo sit, epocham certam habemus ex subscriptione Thomæ anno* 649. *Itaque posito S. Cechardum fuisse interemptum anno* 600; *cum huic successerint alter post alterum SS. Venantius et Basilius, atque post hos* S. Salarius *noster, jam exinde patet, sæculum* VII *saltem ab aliquot annis fuisse inchoatum, cum ille Lunensem ascenderet cathedram : nam verisimile est, SS. Venantium et Basilium aliquali temporis spatio præfuisse, idque eo magis quod S. Basilius* Lunensis ecclesiæ sit Tutelaris (11). *Notandum insuper est,* S. Salarium *inter et Thomam, qui adfuit concilio Romano* 649, *alios duos recenseri ab Ughello præsules Lunenses, scilicet Lucium et Lazarum. Quæ quidem omnia simul collata indicant* S. Salarium *Lunæ floruisse, ut dixi, sæculo* VII *haud multum provecto, attamen inchoato*
F *ab aliquot annis, puta decennio vel vicennio.* *inchoato sæc.* VII.

3 *Erat Luna Etruriæ civitas maritima juxta ostia Macræ fluminis condita* (12). *Inter Ligures nonnulli veterum illam reponunt, quod in Liguriæ confinio posita fuerit ejusque portus et pars agri ad Liguriam spectent.* Primum, *inquit Plinius* (13), Etruriæ oppidum Luna, portu nobile. *Unde et Silius Italicus :* *Sedis Lunen. notitia*

Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates et claudere pontum.

Et explicatius Strabo (14) : Luna urbs est et portus : urbs quidem non magna, sed portus maximus juxta ac pulcherrimus, plures includens portus, omnes prope littus *etc. Perantiqua erat civitas; ast nunc jacet excisa, cujus aliquot prope mare apparent vestigia* (15); *et circumjacenti agro nomen est* il Lunegiano; *portui seu verius sinui*, Golfo della Spezzia,

(1) Catalogus SS. Italiæ, 22 Oct. pag. 660. — (2) Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica. — (3) Martyrologe universel. 22 Oct. — (4) Acta SS. tom. III Jun. pag. 143. — (5) Ibid. — (6) Ibid. pag. 144. — (7) Orbis sacer et profanus, part. II, vol. II, pag. 1020. Florentiæ 1732. — (8) Italia sacra, tom. I, col. 834. Venet. 1717. — (9) Labbe, tom. VI, col. 365. Paris. 1671. — (10) Ibid. col. 579. — (11) Italia sacra, tom. I, col. 834. — (12) Orbis sacer et profanus, part. II, tom. II, pag. 1012 et seqq. — (13) Hist. lib. III, § 8. Tom. I, pag. 319. Paris. 1685. — (14) Lib. V, pag. 314. Oxoniæ 1807. — (15) Orbis sacer et prof. Ubi supra, pag. 1016.

ab

A *ab oppido, quod intimo ejus recessui oppositum est* (1). *Ab antiquo exstat Lunæ sedes episcopalis. Jam sæculo* V *ejus nominantur episcopi* (2). *At jam versus finem sæculi* XII (3), *ob aeris inclementiam episcopus cum clero deserebant ecclesiam suam S. Basilio* (*Lunensi quondam pontifici*) *sacram, modo Sarzanam sese conferentes modo ad alias in vicinio ædes sacras.*

et vicissitudines. 4 *Unde Innocentius III per bullas annis* 1202 *et* 1204 *datas concessit, ut servata denominatione, titulus Luna ab ecclesia S. Basilii transferretur Sarzanam ad ecclesiam S. Andreæ, quam in cathedralem erigebat* (4). *Quod tamen non continuo executioni datum a capitulo reperimus* (5). *Nicolaus dein papa V,* (*Sarzana oriundus et sedit ab anno* 1447 *ad annum* 1455) *confirmavit ampliavitque constitutionem Innocentii III, volens ut exinde sedes diceretur* Lunensis et Sarzanensis. *Denique anno* 1465 *die* 21 *Julii Paulus papa II dedit bullam, qua facta* formalis translatio *sedis Sarzanam est, hac addita ratione,* quod clerus ejus esset vagus (6). *Et re quidem vera, Antonius Parentucelli, consanguineus Nicolai papæ V, a Paulo II creatus episcopus præfato anno* 1465, *primus est qui, teste Moronio* (7), *subscripsisse legitur hac formula :* Episcopus Lunensis et Sarzanensis. *Translata tunc quoque cathedra fuit ab ecclesia S. Andreæ ad ecclesiam S. Mariæ* (8). *Tandem Pius VII, die* 8 *Decembris* 1820 *per bullam* Sollicita quam pro apostolici muneris *univit* (9) *ecclesiam Brugnatensem cum Sarzanensi; unde deinceps ejus titularis, Sarzanæ residens, dictus est episcopus* Luni-Sarzanensis et Brugnatensis; *estque vi ejusdem bullæ* Sollicita *immediate sanctæ Sedi subjectus, prout ab antiquo fuisse jam legitur. Vide Ughellum* (10). *Hæc paulo latius digerenda duxi ex Moronio, quod tam apud Ughellum quam Orlendium satis confuse reddita sint, imo nec satis exacte, quæ ad varias sedis Lunensis vicissitudines pertinent.*

AUCTORE B. B.

(1) Plinius Harduini. Ubi supra, not. 9. — (2) Italia sacra, tom. I, col. 853 et 854. — (3) Moroni, Dizionario. Voce : *Luni.* Tom. XL, pag. 143. — (4) Ibid. Conf. Ughellum. Ubi supra, col. 850 et seq. — (5) Moroni ibid. — (6) Ibid. tom. LXI pag. 223. Verbo : *Sarzana.* — (7) Ibid. — (8) Ibid. — (9) Ibid. pag. 224. — (10) Loc. citt.

B

E

DE S. MODERAMNO EP. RHEDONENSI IN GALLIA,

DEIN ABBATE BERCETI IN ITALIA.

B B.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

S. Moderamnus, postquam annos aliquot Rhedonensi sede præfuisset, in Italiam peregrinatur; dein, relicto episcopatu, fit abbas in Bercetensi monasterio, ubi moritur et tumulatur.

C F

ANNO DCCXIX VEL DCCXXX. S. Moderamni *res ante pontificatum;*

Ejus nomen varie scribitur; plerumque Moderamnus, *alias* Moderandus, *raro* Moraneus; *vernacule* Maurand, Modéran, Médéran, Moran; *fuit episcopus Rhedonensis; sede deinde relicta factus est monachus et abbas Bercetensis in monte Bardonum, ubi diem obiit supremum* (1). *Ejus itaque res ad tria commode revocantur capita; scilicet quæ* ante, *quæ* per, *quæ* post, *episcopatum gesserit. Ad primum quod attinet, gesta antequam episcopus sit factus, nituntur ut plurimum sola Legendarum auctoritate; caute proinde sunt accipienda, ut recte notat Baillet* (2). *In Actis Sanctorum ord. S. Benedicti nihil refertur, nisi quod fuerit* Vir nobili prosopia oriundus (3), *atque id ex Flodoardi Historia Remensi lib.* I, *cap.* 20. *In Proprio Rhedonensi legitur* ex nobilibus de Thornacis comitibus procreatus. *Apud annalistas Britanniæ minoris nec tale nec simile nomen gentilitium reperire uspiam est. Quæ proinde* sit gens illa de Thornacis nemo, ut putem, dixerit. Est forte mendum in codicibus, vel illius memoria penitus excidit (4). *Hac de re disputavit nuper Paulus de Villeneuve, vir archeologiæ peritus* (5). *Imprimis observat vocem* Armoricus *latius olim patuisse, ita ut comprehenderet Gallica littora a Rheno ad Garumnam; addit, non proinde repugnare, quominus* comites de Thornacis *referantur ad urbem Belgii nostri Tornacum, qua ex regione primi Merovingicæ stirpis reges prodiere.* Comites *illis temporibus dicebantur urbium et provinciarum seu diœcesium præfecti, qui tamen jure hereditario non gaudebant. Atque hæc Villanovii conjectura est, quam et ego ut talem hic adscripsi. Jam ad alia progrediamur. Cointius ita habet* (6) : Bertrandus Argentræus in Historia Britannica non pauca scripsit de sancto Moderando, plura collegit Albertus de Monte Relaxo in Armorica sancta.

(1) Hugo Menardus, Martyrologium, pag. 572. — (2) Vies des Saints, 22 Octob. — (3) Sæc. III, part. I, pag. 517. — (4) D'Argentré, histoire de Bretagne, liv. I. — (5) Mélanges d'histoire et d'archéologie bretonnes, tom. II. — Item. Journal de Rennes. Juin 1855. — (6) Annal. eccl. Francorum. tom. IV, pag. 507.

Breviter

AUCTORE B. B.

Breviter res dumtaxat ante pontificatum ab eo gestas hic attingemus. Natus est Moderandus anno Christi sexcentesimo quinquagesimo primo, cum Durioterus Redonensis episcopus in vivis adhuc superstes erat. Multum inclaruit sub Willelmo Durioteri successore, a quo primum in clerum adscriptus est, postea per gradus ecclesiasticos promotus ad presbyteratum. Patri suo a se longe dissito noctu apparuit, intentavitque minas adeo graves, ut eum a pravo consilio superinducendæ conjugis, legitima superstite, revocarit. *Apparitio prætermittitur a R. D. Tresvaux, qui, ut notum, novis correctioribusque typis subjecit opus Lobinæi de sanctis Armoricis* (1). *Albertus a Monte Relaxo illam fusius exponit regemque a* S. Moderamno *certiorem hac de re factum narrat* (2).

Episcopus factus

2 S. Moderamni *electionem ad Rhedonenses infulas sub anno* 703 *narrat Cointius* : Quod autem nefarie, *inquit* (3), contra sanctiones ecclesiasticas ab Agatheo gestum est, ut unus episcopus duas ecclesias administraret, id in consuetudinem apud posteros non abiit, eidem enim Agatheo duo successerunt episcopi, Moderandus et Amitho, quorum hic diœcesim Nannetensem, ille Redonensem
B gubernavit. Moderandus seu Moderamnus annis tantum tredecim sedit, ut in ejus vita scribit auctor Armoricæ sanctæ. Dimisit episcopatum (*qua de re latius infra*), ut Flodoardus testatur, regnante jam Chilperico tertio, qui, prout infra constabit, annis quinque cum dimidio regnum tenuit, obiitque anno Christi septingentesimo vicesimo tertio. Quapropter ab anno Christi 703 mors Agathei non potest censeri multum remota, *nec proinde etiam electio* S. Moderamni *ejus successoris. Hunc eumdem habet annum Baillet* (4); *R. D. Tresvaux adscribit* (5) *electionem temporibus, quibus regnabat Chilpericus III, putem quia non satis attente legit textum Flodoardi : hic enim non dicit, tunc* electum, *sed* exstitisse. *Vide infra ejus verba. Prætermittitur annus in Actis SS. ordinis S. Benedicti* (6). *Albertus a Monte Relaxo, cum tradat* S. Moderamnum *successisse Gullielmo, anno* 684 *defuncto, huic etiam anno illius innectit electionem* (7). *Cointii opinio præplacet mihi, utpote aliqualiter fundata, nec tamen omnino : tamquam quippe certum assumit* S. Moderamnum *sedisse* annis tredecim, *cujus asserti vadem satis idoneum non habet : solum enim adducit auctorem Armoricæ sanctæ. Notat Ferrarius* (8),
C Moderamnum *in tabulis episcoporum Rhedonensium apud Democharem non reperiri;* ex quo, *ait,* apparet vel eas tabulas esse diminutas, vel Moderamnum alterius urbis episcopum fuisse. *Utique prius illud admittendum est : diserte enim habet Flodoardus* (9): Temporibus Chilperici Francorum regis exstitisse fertur Moderamnus, Redonensis ecclesiæ præsul. *Hinc reperitur in catalogis Severtii* (10) *Sammarthanorum* (11) *et Richardi* (12), *apud quos ordine successionis* XIII *venit et illius nominis dicitur secundus, quod a S. Moderamno I apud ipsos series pontificum Rhedonensium ordiatur. R. D. Tresvaux nostrum tantum recenset ordine successionis* IX. *Hujus catalogus plurimum a duobus aliis differt* D *quoad primos hujus sedis antistites* (13).

floret virtutibus;

3 *Super candelabrum positus, omnium virtutum genere excelluisse prædicatur* S. Moderamnus. *Omnibus omnia factus, omnibus gratus carusque fuisse dicitur. Hæc in specie refert recens scriptor Armoricus* (14) : Ecclesiam suam multa cum prudentia gubernavit; regi fuit a consiliis, eique fideliter serviit; frequenter visitabat diœcesim, magnoque cum zelo verba ad populum faciebat. Præcipuo amore prosequebatur monachos S. Melanii, quorum videndi normam, quantum per officii pastoralis sollicitudinem licebat, sequebatur. Redditus tum sedis suæ tum patrimonii expendebat in solatium pauperum, et in ornatum ecclesiæ suæ cathedralis, cujus diu interruptam ædificationem suscepit. *Solus Lobinæus narrat, illum a viris quibusdam principibus ita male habitum, ut semel atque iterum ecclesiam suam deserere sit coactus, ac tandem, designato suo successore, in Italiam discesserit, ubi diem obiit supremum* (15). *Atque ex his ratio redderetur quæsiti a* Moderamno *otii monastici, quod episcopis non licebat nisi ad magnum bonum obtinendum, vel grave malum vitandum. Confer Acta S. Ambrosii Cadurcensis* (16). *Attamen simile nihil* E *de sancto Viro apud alium quemquam legere est, si profectionem in Italiam excipias, quæ ab omnibus memoratur, imo et primum inter res ejus gestas locum tenet, ut ex sequentibus patebit.*

acceptis S. Remigii reliquiis

4 *Narrat itaque Flodoardus* (17) : Temporibus Chilperici Francorum regis exstitisse fertur Moderamnus, Redonensis ecclesiæ præsul, vir nobili prosapia oriundus; qui per licentiam prædicti regis limina sancti Petri adire disponens, divertit ad monasterium beati Remigii, situm in suburbio Remensis urbis. Ubi liberaliter a fratribus ejusdem loci susceptus, impetravit a Bernehardo, sacrorum custode, reliquias de stola, cilicio atque sudario sancti Remigii. (*Albertus a Monte Relaxo vult* (18) S. Moderamnum *hisce reliquiis Romæ non Remis donatum; unde et totam hanc historiam susdeque vertit; quod utrumque sane absurdum est*). Quibus gratanter acceptis, iter incœptum lætus agens, dum permeat Italiam, in monte Bardonum (*in Apennino versus Liguriam haud procul a Parma* (19)) quadam nocte metatum habens, memoratas in ilicis ramo suspendit reliquias. Cumque diluculo surgens, iter cœptum arriperet, immemor harum (nutu, ceu creditur, divino) hæc ibidem remansere F pignora. Procedente vero aliquanto longius Episcopo, ubi relictarum memor fit reliquiarum, suum statim ad has recipiendas dirigit clericum nomine Vulfadum. Quo ad has perveniente, nullo valet eas ingenio contingere, dum mirabili signo, ut eas attingere vellet, elevarentur in sublime. Hoc præfatus episcopus audito miraculo, regrediens, in eodem loco fixit tentorium; sed relicta pignora eadem nocte minime valuit recipere, donec facto mane, in monasterio quod vocatur Bercetum, in honore S. Abundii martyris inibi constructum, missam celebrans, prædictorum partem munerum

(1) Vies des Saints de Bretagne, tom. II, pag. 224 et 225. Paris 1836. — (2) Vies des Saints de la Bretagne, Armorique, pag. 643. Edit. a D. L. de Kerdanet 1837. — (3) Annales, tom. IV, pag. 467. — (4) Vies des Saints. Octob. pag. 345. — (5) Vies des Saints de Bretagne, tom. II, pag. 225. — Item. Église de Bretagne, pag. 11. — (6) Sæc. III, part. I, pag. 517 et seq. — (7) Vies des Saints de la Bretagne Armorique, pag. 643. — (8) Catalogus SS. Italiæ, 22 Oct. — (9) Hist. eccl. Remensis, lib. I, cap. 20. Patrologia Migne. tom. CXXXV, col. 70. — (10) Chronologia historica hierarchicæ successionis, part. III, pag. 65. — (11) Gallia Christiana, tom. III, pag. 924. Paris. 1656. — (12) Bibliothèque sacrée, tom. XXI, pag. 107. Paris 1827. — (13) L'Église de Bretagne, pag. 11. — (13) Vies des Bienheureux et Saints de Bretagne, par M. de Garaby, chanoine honor. S. Brieuc 1839. — (15) Histoire de Bretagne, tom. I, pag. 75. Paris 1707. — (16) Tom. VII Octobris, pag. 1036, num. 12. — (17) Historia ecclesia Remensis, lib. I, cap. 20. Patrologia, tom. CXXXV, col. 70. — Item Metropolis Remensis Marloti, tom. I, pag. 519. — (18) Vies des Saints, etc. pag. 644. — (19) Spruner. Historisch-Geographischer Hand-Atlas. Italia num. 2. — Item. Paulus Diaconus de Gestis Langobardorum, lib. V, cap. 27 et lib. VI, cap. 58. Patrologia, tom. XCV, col. 608 et 668.

devoveret

A devoveret ibidem se relicturum. Sicque rapta sibi recipiens, impleto venerabiliter voto, cœptum repetit iter. *Quæ ita brevius redduntur apud Ferrarium ex sanctuario ecclesiæ Parmensis* (1) : Altera die iter prosequens se reliquias in arbore suspensas reliquisse animadvertit; cumque comitem ad eas accipiendas remisisset, illæque in altum sublevatæ quasi aves fuissent; et ipse reversus noctem ibidem in oratione consumpsit et cum mane in ecclesia S. Abundii apud Bercetum, agri Parmensis oppidum, sacrum missæ celebrasset, sacræ reliquiæ mirabiliter ad eum quasi vocatæ descenderunt; quarum partem monasterio... donavit.

in Italiam peregrinatur;

5 *Pergit Flodoardus : Cui* (S. Moderamno) obvius factus Luitbrandus, Italorum (*Langobardorum*) rex strenuus, qui hanc auditu jam compererat sacrorum virtutem, amore B. Remigii ductus, idem monasterium, Bercetum scilicet, cum omnibus adjacentiis, omnique abbatia, mansos octingentos (*al.* octo), ut tradunt, continenti, præfato præsuli Moderamno delegavit, eique in præsentia fidelium suorum, legali de more, vestituram et chartam fecit. Remeans autem ab urbe Roma memoratus Præsul, accessit ad venerandum B. Remigii sepul-
B crum; atque sicut illi præmissus rex hanc terram tradidit, ita nihilominus ille S. Remigio eamdem contulit.

fit abbas Berceti

6 Sicque prospere in suum reversus episcopium, successorem sibi ordinari fecit, et valefaciens filiis suis, Bercetum monasterium repetiit, et usque ad obitus sui diem in loco illo moderate et honeste, ut servus Dei, conversatus vixit. Qui quoque nonnullis deinceps locus miraculis illustratus claruit. *Hactenus Flodoardus. Quo anno* S. Moderamnus *secesserit in monasterium Bercetense, statui certo non potest. Notant collectores Actorum SS. ordinis S. Benedicti id contigisse inter annum sæculi octavi duodecimum et vigesimum; nec* citius *aiunt, nec* serius anno DCCXX, tum quia paucis ante annis Liutprandus, anno DCCXII rex creatus, cœnobium istud condiderat; tum quia Chilperici, cujus regis permissu Moderamnus Romam abiit, is annus DCCXX supremus fuit (2). *Eo ex capite peccat hæc argumentatio, quod dubium sit an Liutprandus* condiderit *cœnobium istud. Scribit quidem Paulus Diaconus* (3) : In summa quoque Bardonis alpe monasterium, quod Bercetum dicitur, (*Liutprandus*) ædificavit; *quod, auctore Mabillonio* (4), *tantum*
C ita auxit, ut a Paulo Warnefridi ejus conditor habeatur. *Amplius nihil Mabillonius asserit. Falso itaque dicitur in* Nota *ad præfatum Pauli textum* (5) : Non conditorem, sed auctorem (*quod sit discrimen inter utramque vocem alii explicent*) monasterii Berceti Liutprandum probat optime Mabillonius in Annalibus. *Quidquid tamen de eo sit, video scriptores prædictum calculum satis secutos, de cætero concordantem cum* temporibus (*ut Flodoardus habet*) Chilperici III, *qui, asserente Cointio, regnare cœpit anno* 715 (6) *et obiit anno* 721 (7). S. Moderamnus, *inquit Severtius* (8), episcopatum resignatione dimisit anno 719, *absone vero addit eum in monasterio* a se constructo *mansisse. Cointius abdicationem refert sub anno* 716; *Mabillonius in Annalibus sub anno* 718; *R. D. Tresvaux annum habet* 720 (9).

AUCTORE B. B.

7 *Quæ Vir sanctus, cum Berceti præsset, gesserit, ad nos non pervenit. Generatim dicitur Flodoardo* moderate et honeste, ut servus Dei, conversatus. *Addit Ferrarius ex Sanctuario Parmensi* (10) : Cum finitimis populis prædicando salutis præcepta dedisset, clarus miraculis obdormivit in Domino. *Frustra apud Sammarthanos* (11) *obiisse legitur* in monasterio S. Remigii quod construxerat ad montem Bardonem. *Error patet ex prælibatis Flodoardi verbis : monasterium enim S. Abundii in monte Bardone jam ædificatum erat antequam* S. Moderamnus *illo veniret; nec ullibi apud antiquos traditur aliud ab eo exstructum, cum abbas S. Abundii Bercetensis esset. Confer Hug. Menardum* (12). *Quanto temporis spatio monasterium gubernaverit, et quo anno defunctus sit, haud magis liquet.* Quot annos, *inquit Cointius* (13), S. Moderandus extra Franciæ fines in regno Longobardorum vixerit, haud inquiremus. A plerisque dicitur mortuus anno septingentesimo undevigesimo. *Consonant Sammarthani* (14) *et Albertus a Monte Relaxo* (15). *Longuevallius annum habet* 720 (16), *Severtius annum* 727 (17). *Plures reperio qui obitum sancti Viri innectunt anno* 750 : E
ita Ferrarius (18). *Acta SS. ordinis S. Benedicti* (19), *item Annales Bened.* (20); *Castellanus quoque et Bucelinus; eumdem hunc annum præfert Baillet* (21), quo, *inquit,* admisso, fere octogenarius obierit sanctus Abbas. *Hæc secutus Petrus Lechner in recenti Benedictino martyrologio ita vitam* S. Moderamnus *dividit* (22) : *Natus est anno* 630; *episcopus* 705, *mortuus anno* 719 *vel* 750. *Eosdem numeros recitat R. can. de Garaby* (23).

ubi sancte moritur.

8 *Falso nonnulli scribunt ejus nomen insertum esse martyrologio Romano : nec in hoc nec in aliis antiquis vel classicis reperitur; imo nec in numerosis auctariis Usuardi ad hunc diem apud Sollerium nostrum.* Colitur, *ait Cointius* (24), decimo septimo Kalendas Junias (16 *Maji*) apud Augustinum a Passu et alios; undecimo Kalendas Novembres (22 *Octob.*) in Supplemento martyrologii Gallicani et in Armorica sancta; dies obitus alter fuit, alter elevationis, quam anno Christi 970 auctor Armoricæ sanctæ consignavit (25). *Duabus quoque diebus signatur a Castellano in Indice Generali, nempe* 22 *Oct. et* 16 *Martii; hunc posteriorem diem alibi non reperi nisi apud Baillet et in Dictionario D. de St-Allais. In veteri quodam Kalendario apud* F
R. D. Tresvaux indicatur festum Idus *Maji, id est die* XV (26); *in menologiis Menardi et Bucelini ejus mentio occurrit die* 16 *Maji. Hac quoque die aliqua ejus mentio habetur apud nos inter* Prætermissos (27). *Reliqui illius meminere hac die* 22 *Oct.; ita Albertus Legrand, Ferrarius, Acta SS. ordinis S. Benedicti, R. D. Tresvaux, Lechner; ita etiam Peyronet :* Colitur, *inquit* (28), officio duplici (*addit R. D. Tresvaux* minori (29)) ab ecclesia Redonensi XXII Oct., ut liquet ex breviario ejusdem ecclesiæ. *Denique in Supplemento martyrologii Gallicani eodem die annuntiatur; ast hic, sicut et alibi haud infrequenter, Saussaius vix non supine labitur, cum* S. Moderamnum

Ejus festiva memoria.

(1) Catal. SS. Italiæ, 22 Octob. — (2) Acta SS. Ord. S. Ben. sæc. III, part. I, pag. 518. — (3) De gestis Langobardorum, lib. VI, cap. 58. Patrologia, tom. XCV, col. 668. — (4) Annales Benedictini, tom. II, pag. 61. Lucæ 1739. — (5) Patrologia. Ubi supra. — (6) Annal. eccl. Francorum, tom. IV pag. 585. — (7) Ibid. pag. 629. — (8) Part. III, pag. 65. — (9) Saints de Bretagne, tom. II, pag. 226. — (10) Catal. SS. Ital. 22 Octob. — (11) Gallia Christiana, tom. III, pag. 924. Paris. 1656. — (12) Menologium, pag. 574. — (13) Annal. Franc. tom. IV, pag. 585. — (14) Gallia Christiana. Ubi supra. — (15) Saints de la Bretagne-Armorique, pag. 645. — (16) Histoire de l'Église Gallicane, tom. V, pag. 455. Paris 1826. — (17) Part. III, pag. 65. — (18) Ubi supra. — (19) Sæc III, part. I, pag. 518. — (20) Tom. II, pag. 48. — (21) Vies des Saints, 22 Octob. — (22) Martyrologium des Benediktiner-Ordens. 22 Oct. Augustæ Vindel. 1855. — (23) Vies des Bienheureux et Saints de Bretagne, pag. 265-265. — (24) Annal. eccl. Franc. tom. IV, pag. 585. — (25) Confer. Albert de Morlaix, pag. 645. — (26) Saints de Bretagne, tom. I, ab initio, num. 1. — (27) Acta SS. tom. III, Maji, pag. 561. — (28) Catalogus Sanctorum et Sanctarum, pag. 522. Tolosæ 1706. — (29) Saints de Bretagne, tom. II, pag. 225.

AUCTORE B. B.

ramnum *dicat* primum *Rhedonensem episcopum, et* somno mortis præoccupatum cum ad suam rediret ecclesiam, *quæ utique falsa sunt. Juvat addere, quæ rescripsit mihi Redonis R.D. Houet canonicus die* 14 *Junii* 1857 : Cultus S. Moderamni antiquissimus est in hac diœcesi. Extabat oratorium ejus nomini dicatum (*vulgo* Chapelle de St-Moran) in veteri ambitu urbis, atque jam inde a sæculo XIII conversum in prioratum. Instrumentum, quod hodie servatur in archivo capitulari, datum est postridie Purificationis B. V. Mariæ 1224, sub episcopo Josselino a Montalbano. Suppressus prioratus fuit anno 1728 ab antistite Carolo de Breteuil, ejusque dotatio addita mensæ capitulari.

Reliquiæ

9 *Tradit Ferrarius* (1), corpus S. Moderamni Berceti in propria ecclesia suo nomini dicata requiescere. *Idem efficitur ex sequenti narratione, quæ primum ex Ms. Rotomagensi in lucem data fuit a collectoribus Actorum SS. ord. S. Benedicti* (2). *Scilicet Tiberius, abbas Bercetensis, sancti* Moderamni *corpus statuerat tumulo suo efferre atque in alium locum recenter paratum deponere: at monitus in somno fuit, ut reliquias S. Abundii illuc transferret. Partem narrationis, quæ ad nos spectat,*
B *adscribo :* Temporibus invictissimorum imperatorum Ludovici et Lotharii fuit quidam venerabilis abbas, Tiberius nomine, monasterii Berceti, quod est situm in cacumine montis cui nomen est Bardo. Hic cum sui cœnobii ecclesiam, juxta quod necessitas congregationis sibi commissæ exigebat, aliquantulum in longum porrexisset, quæ prius erat modica vel vix capiens fratrum collectam; placuit ut sub altare ejusdem basilicæ pararet congruum locum, in quo poneretur corpus sancti Moderandi, quod illic ad lævam altaris jacebat humatum. Sed non prius tanti Viri ossa mutanda prædictus abbas dignum statuit, quam hoc precibus Domino impetraret, utrum fieri deberet an non. Adsumptis autem secum religiosis fratribus, jejuniis et obsecrationibus cœperunt voluntatem Dei et prædicti famuli Christi Moderandi orando quærere. Tertia autem nocte jam fatigato patre monasterii et ex jejunio lasso, cum ad ostia ecclesiæ pro re, quam quærebat, excubaret, apparuit ei niveis indutus vestibus ab ecclesia egrediens Vir senex, qui mox eumdem abbatem ita cœpit increpare : Quid est, o frater, quod me tanto labore quæris? Cur me non sinis quiescere? Cui abbas respondit : Quis es, do-
C mine, qui mihi talia tristibus verbis loqueris? Ego sum, inquit, Moderandus, quem tu quæris.

Berceti servatæ.

10 Et abbas respondit ei : Volebam, domine, corpus tuum in locum, quem tibi paravi, transferre, et debito tibi honore obsequium præbere, ut apud Dominum pro commissis erratis pius intercessor existeres. Tunc ait illi sanctus Moderandus : Bona quidem est, o frater, in te voluntas, sed mihi scito illum locum non esse concessum. Habundio autem martyri dabitur sarcophagus, quem pio amore parasti; nam me urna propria dormientem servabit. His dictis evanuit et abbas a somno surrexit. Vocatisque illico, quos petitionis suæ socios fecerat, fratribus rem visam retulit, atque mœrens ait : Scio modo quoniam fuimus accipere, quodque sumus indigni : nam sanctum Habundium de quo responsum accepi apud urbem Romam cognovi esse humatum. Nobis ergo exiguis papa Romanus nequaquam super hoc assensum præbebit. *Deinde narratur quomodo S. Abundii reliquias Tiberius abbas obtinuerit in concilio Papiensi, mediante Dominico, episcopo Fulginate, qui synodo præsens ade-* D *rat, quarum translatio facta est multa inter prodigia. Cæterum Dominicus ille* anno DCCCL sedere cœpit; Papiense concilium, cui Tiberius abbas interfuit, celebratum est Liutardo Papiensi antistite, qui anno DCCCLXIV vivere desiit. *Hæc ita notantur in Actis SS. ord. S. Benedicti loc. cit. Translationis cujusdam meminit Albertus sub annum* 970 (3), *qua fide non equidem dixerim.*

earumque partis

11 *Ast alterius, quæ nuper locum habuit, mentio facienda. Agitur de* Reliquiarum parte, *ut habet Proprium Rhedonense anni* 1847, *seu altero* Femore *sancti* Moderamni, *quod R. D. Tresvaux impetraverat ab episcopo Parmensi, submiseratque RR. DD. Godefrido Brossays-Saint-Marc, episcopo Rhedonensi, consecrato die* 10 *Augusti* 1841. *Facta autem sacri pignoris Translatio est die Dominica* 26 *Oct.* 1845, *ut constat ex instrumento authentico, quod in extenso subjicio; id tamen monens, perperam referri solemnitatem ad* diem Dominicam XXII Octobris : *illo namque anno, dies Octobris* 22 *incidebat in diem Mercurii* (4); *ex hoc autem die Solemnitas festi, pro more in Galliis a Concordato anni* 1801 *recepto, remissa fuit in dominicam sequentem.* E

recens translatio.

12 *His prænotatis, ecce Instrumentum, cujus ecgraphen accepi a R.D. Houet canonico Rhedonensi:* Anno 1845 die Dominico XXII (*imo* 26) Octobris, capitulum et clerus parochiarum urbis convenerunt processionaliter in oratorium palatii episcopalis, ubi deposita fuerat insignis reliquia S. Moderamni, alterum scilicet ejus femur. Cantata antiphona de communi confess. pontificum, quatuor diaconi, dalmaticis vestiti, sustulerunt feretrum splendide ornatum, cui impositum erat reliquiarium gothicæ formæ deauratum, continens sacrum sancti Præsulis pignus. Præcedebant una cum RR. DD. episcopo Redonensi Godefrido clerus urbanus multique sacerdotes vicinorum pagorum; sequebantur capitulum cathedralis nec non plures canonici per diœcesim dispersi; RR. DD. de Lesquen, quondam Redonensis episcopus, qua solemnitatis præses, sacrum claudebat agmen. Atque ita processum est per majores urbis plateas sub cantu hymni de confessore pontifice et litaniarum, stipante ingenti fidelium pie devoteque caterva. Ventum ad cathedralem est circiter horam decimam cum dimidia, depositumque venerandum pignus numerosa inter luminaria in sanctuario ad cornu Epistolæ. Celebravit in pontificalibus RR. DD. de F Lesquen, qui et eodem ritu interfuit Vesperis hora tertia pomeridiana. Quibus solemniter decantatis RR. DD. præsul Godefridus cathedram ascendit, pro concione dicturus de S. Moderamni, quondam hujus dioceseos pastoris, præclaris virtutibus et meritis; simul etiam locutus est de officiis tum pontificis erga fideles, tum horum erga illum. Post hunc sermonem, vere dignum vere patheticum, data et benedictio SS. Sacramenti a RR. deLesquen. Omnibus et singulis hisce cæremoniis aderat in cathedrali frequens populi concursus. Remansit per totam octavam devotioni fidelium expositum reliquiarium. Concessit quoque RR. DD. Godefridus indulgentiam 40 dierum iis, qui hoc tempore ibidem, fusa oratione, sacrum venerarentur Pignus. *Adduntur subscriptiones. Ita in Registro capitulari fol.* 115. — *Simul cum* femore *RR. Parmensis episcopus misit* articulum digitalem *ex ossibus* S. Moderamni, *quem* putat *R. D. Canonicus Houet in episcopio Rhedonensi esse.*

(1) Catal. SS. Ital. 22 Oct. — (2) Sæc. III, part. I, pag. 518 et seq. — (3) Saints de la Bretagne-Armorique, pag. 645. — (4) Art de vérifier les dates, pag. 114.

DE

A D

DE S. BENEDICTO CONF. ET ABBATE

EJUSQUE SORORE S. AVENIA

MACERACI IN BRITANNIA MINORI

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

V. D. B.

§ unicus. Festum, nomen, peregrinatio, vita eremitica Maceraci, translatio Rotonensis, reliquiarum dissipatio. De Alano episcopo Nannetensi.

B ANTE ANNUM DCCCL. *Scriptores qui de eo meminerunt.*

Ad diem 1 *Octobris Menardus in Martyrologio Benedictino, Bucelinus in Menologio, Saussayus in Martyrologio Gallicano et Castellanus in Universali meminerunt* S. Benedicti *confessoris in Armorica regione, quod ea die mortem obiit; quocirca ejus quoque mentionem ad hanc diem fecerunt decessores nostri; sed inter prætermissos aut in alios dies relatos, quoniam eum non die* 1, *sed* 22 *Octobris coli intellexerant, ob translationem scilicet aliquandiu post mortem factam. Distulerunt itaque ad hanc diem de eo dicere, interea meliora exspectantes documenta. Verum cassa fuit hæc exspectatio; unde nihil superest quam ut qualemcumque syllogem exhibeamus : qua in re jam pridem nobis prævit Albertus Legrand, legendaria Rotonense* (Redon) *et Maceracense* (Macerac) *secutus; dein Lobineau, omnia fere in dubium revocans; R. D. Tresvaux et cl. v. Miorcec de Kerdanet, ille Lobinavii, hic Alberti Grandii recentior editor, et demum R. D. Garaby, novissimus minoris Britanniæ hagiographus : qui tres postremi veteres restituerunt traditiones.*

Venit ex Oriente cum sociis;

2 *Et reapse nil est cur eas respuamus. Quod enim* S. Benedictus *nomen latinum sit nec datum esse posse videatur viro, qui* Patras Græciæ natus C *dicitur, nec proin credibile sit* S. Benedictum *ex Græcia oriundum esse, minus firma argumentatio est quam arbitratus est Lobinellus; quoniam facile fieri potest, quemadmodum animadverterunt R. D. Tresvaux* (1) *et post eum cl. v. Miorcec* (2), *ut, linquens patriam, græcum quoque liquerit nomen; et sane in plurium Sanctorum, qui in peregrinas ivere regiones, Vitis hunc morem deprehendimus. Verum non ex hoc tantum capite, sed aliunde* (*quum de græcis et latinis nominibus agitur*) *caducum est principium, quo ex nomine alicujus statuitur de patria : ut enim occidentales sæpius illustriora nomina habent græca, sic et orientales nomina celebriora latina : quæ pluribus explicanda non sunt.*

quod a multis aliis sanctis factum;

3 *Displicet quoque nonnullis peregrinatio ex Oriente et diuturna in Occidente commoratio. Sed hæc nequaquam singularis* (3) *: nonne S. Theodorus, sæculo* VII *archiepiscopus Cantuariensis, natione erat Græcus? S. Cungarus, ineunte sæculo* VIII *eremita in* E *Anglia, nonne natus Constantinopoli? S. Jacobus de Saxiaco, qui medio sæculo* IX *in Biturigibus floruit, nonne ex ordine S. Basilii? S. Gregorius, eremita Piteveri in Gallia, nonne antea episcopus Nicopolitanus? S. Macarius, Gandæ vita functus, nonne archiepiscopus Armenorum Antiochenus in Syria? Et demum S. Simeon, quem Mantua colit, alter homonymus Trevirensis inclusus, nec non B. Engelmarus Passaviensis, terni Armeni; similiter S. Jorius, montis Sinaï episcopus, nonne hi omnes, non secus ac SS. Gregorius et Macarius, venerunt ex Oriente in has partes sub annum* 1000 *? Adeoque ut olim tendebant in Orientem latini vitam asceticam facilius ducturi, ita postea ejusdem rei causa venere sæpius in Occidentem orientales, seu potius duravit ad sæculum* XI *usque commercium istud spirituale aut monasticum, de quod me alibi* (4) *post Possinum seu Holstenium et Mabillonium scripsisse memini.*

suscipitur ab Alano episcopo Nannetensi;

4 *Displicet iisdem criticis Alani, episcopi Nannetensis, nomen, qui* S. Benedictum, *cum sociis advenientem, quam benignissime exceperit : non enim ullum inter Nannetenses episcopos venire, qui* Alanus *dictus fuerit. Verum quum id nomen in legendario Rotonensi non legatur, ut inferius apparebit, parum nos urget hæc probatio; nolim tamen propterea ex Alberto Le Grand, qui et legendario Maceracensi usus est, id nomen expungere, quum verisimillimum sit ineunte sæculo* IX *episcopum nomine Alanum, seu Almamum aut Almanum Nannetis sedisse, qui* S. Benedicto *benefecerit. Re quidem vera Castellanus, in Martyrologio universali ad diem* 14 *Septembris statuens Odilardum Nannetensem præsulem anno* 814 *obiisse, difficultatem creat : videlicet* S. Benedicti *adventus non annectitur tantum Alani episcopi temporibus, sed et Caroli Magni imperatoris, qui ineunte anno* 814 *vita functus est. Qui nodus scindendus potius quam solvendus; quum nil cogere videatur* (5) *ad differendam Odilardi mortem usque ad annum* 814; *adeoque R. D. Garaby ejus obitum* (6) *et S. Alani episcopatus initium* (7) *signat anno* 804; S. Benedicti *exceptionem, præeunte Alberto Le Grand* (8), *anno* 812 (9); *et Alani mortem*

F

(1) Les Vies des Saints de Bretagne, tom. II, pag. 259. — (2) Vies des Saints de la Bretagne-Armorique, par Albert-le-Grand, avec des notes, etc. pag. 641. — (3) Cfr Tresvaux, tom. II, pag. 259. — (4) Examen hist. et canon. de regul. et sæcul. cleric. juribus et officiis, pag. 159, 160 et 161. — (5) Tresvaux, l'Église de Bretagne, pag. 61. — (6) Vies des Bienheureux et des Saints de Bretagne, pag. 214. — (7) Ibid. pag. 458. — (8) Opp. sup. cit. pag. 641. — (9) Garaby, pag. 24.

anno

AUCTORE V. D. B.

anno 816 (1). *Hæc sane dicta pro conjectura; fluunt tamen et difficultatem tollunt.*

non videtur fuisse

5 *In Maceracensi solitudine ad confluentem fluvii Vindanæ* (Vilaine) *et Doni* (Don) *rivi vixisse* S. Benedictum *non videtur dubitandum. Sed an monachus Rotonensis? Albertus Le Grand et secundum eum RR. DD. Tresvaux et Garaby ita ejus enarrant vitam ut Rotonensem ejus monachatum omnino excludere videantur. Contra Menardus* (2) : Credunt Rothonenses monachi eum fuisse sui cœnobii asceten : quod non est incredibile. Potuit enim fieri hunc sanctum Benedictum, fama sancti Convoionis abbatis, qui tempore Ludovici Pii Rothonense monasterium ædificavit, illectum, se ad illud monasterium contulisse et aliquot annis ibi resedisse, ut abbatis et fratrum, qui tum illic degebant, vivendi rationem ediscceret. *Idem asseveratur in Chesnii nota Ms. apposita exemplari legendæ Rotonensis, quod apud me est.*

Rotonensis monachus;

6 *Verum id, si non incredibile, ut loquitur Menardus, parum certe credibile. Etenim, nisi recentior hæc esset opinio, quomodo in Legendario seu Ordinario Rotonensi id omissum fuisset æque ac in Maceracensi? Deinde in Vita S. Convoionis* (3) *præcipui ejus recensentur discipuli : quomodo omissus* S. Benedictus? *Tertio, hic mortuus est Maceraci ibique aliquandiu humatus jacuit; unde* S. Benedicti *gesta ita componenda forent : venisset scilicet in Britanniam ante annum* 814, *præfuissetque suis sociis Maceraci usque post annum* 852, *quo S. Convoion initium dedit Rotonensi asceterio; tunc vero relictis sociis, se S. Convoionis subdidisset disciplinæ; aliquanto vero post rediisset Maceracum, ibique demum excessisset e vivis. Hæc certe absque vade parum credibilia. Ast alio stylum convertamus.*

traditur mortuus ante annum 850;

7 *Scribit Albertus Le Grand nocte inter* 29 *et* 30 *Septembris media* S. Benedicti *auribus insonuisse hæc verba :* Euge serve bone *etc.; dein apparuisse ei Christum, qui præparatam ei gloriam ostenderet et gratias, quæ eos manerent qui ejus venerarentur sepulturæ locum : hæc sane ex Legendario Maceracensi, utpote a Rotonensi absentia. Animam Deo reddidit beatus vir die* 1 *Octobris; quo autem anno siletur in Rotonensi codice;* 845 *habet Albertus Le Grand et R. D. Garaby; dubitare videtur R. D. Tresvaux, arbitratus forte ab Alberto pro conjectura hunc signatum fuisse annum; equidem non repugno, nil magis fidens anno* 782, *quo Albertus* S. Benedictum *in lucem venisse perhibet.*

C

medio fere sæculo post, quum Alanus rex Maceracum pro filii sanitate dedisset Rotonensibus,

8 Aliquot annis S. Benedictum *Maceraci quievisse Rotonense perhibet Legendarium; verisimiliter donec Maceracensis parochia seu plebecula penes Rotonenses facta est; quod actum videtur anno* 897. *Chartularium Rotonense* (4) *brevem hujus traditionis historiam habet. Alanus videlicet, dux seu rex Britanniæ, intelligens filium suum Gueroc morti proximum esse, adiit Fulcherium Rotonensem S. Salvatoris abbatem, ejusque in manu plebeculas seu prædia Marzac et Macerac per manicam Deo perenniter obtulit. Domum redux, Fulcherius manicam super altare posuit, et omnes monachi in facies procidentes Guerocum sanitati restitui postularunt a Deo.* Tunc mirum in modum omnes qui convenerant explorantes quid eveniret, mox ut audierunt signa sonantia in monasterio, dum monachi orationem funderent, viderunt puerum jam sudore manantem, multoque melius habentem; ac, sic D solutis doloribus, sanitati est restitutus. Hoc factum est VI id. Nov., III feria, luna XI *, anno incarn. * IX Dom. DCCCLXXXVIII, *immo* DCCCLXXXVII.

transfertur Rotonum ejus corpus; sed Maceracum servat ejus patrocinium et sepulcrum;

9 *Porro quum plebecula de Macerac penes Rotonenses esset, nil promptius quam ut hinc* S. Benedicti *corpus in abbatiam suam transferendum curarent; parum enim credibile* S. Benedicti *corpus Rotonum translatum ante annum* 868 *seu S. Convoionis mortem, ut voluit R. D. Tresvaux*(5). *Titulus* S. Benedicti *remansit Maceracensi ecclesiæ; quemadmodum habemus ex diplomate Quiriaci episcopi Nannetensis, quo anno* 1062 *plura jura Nannetensis et Rotonensis ecclesiarum definiuntur et in quo hæc etiam leguntur* (6) : Concedimus etiam sacrilegium, quod ad nos pertinet, quarumdam ecclesiarum, videlicet ecclesiæ S. Salvatoris de Moja et ecclesiam S. Martini de Marciaco et ecclesiam S. Bened. de Macerac tali modo, ut quod sui inter se homines perpetraverint sit abbati et ecclesiæ suæ; quod vero iidem homines cum aliis fecerint, medietatis * * medietas hujus sacrilegii eidem erit abbati, cætera sint in dominio nostro. *Translato* S. Benedicti *corpore, servatum tamen est sepulcrum Maceraci; quod etiamnum subsistit, licet exeunte sæculo superiori,* E *dum impietas debaccharetur in Galliis, violatum fuerit* (7).

ultima reliquiarum fata Rotoni

10 *Rotoni* S. Benedicti *exuviæ feretro, non sepulcro, inclusæ erant; quamobrem non periere quum anno* 1784 *incendium sustulit totum Rotonense templum, choro tantum servato. Id tamen brevi restitutum atque nunc parochiale est* (8), *sed viduatum suis pignoribus. Anno enim* 1793 *monachus quidam Rotonensis, exemplum prioris sui, comitiis nationalibus adscripti et in Loudeac intrusi, secutus, ita pietati remiserat nuntium ut se addiderit sacrilegis latronibus, qui ecclesiam spoliarent et sacras dissiparent reliquias* (9). *Periere tum S. Convoionis pia ossa, periere* S. Benedicti (10) *et aliorum Sanctorum.*

Reliquiæ anno 1615 *donatæ ecclesiæ Maceracensi,*

11 *Verumtamen per Dei providentiam factum est ut* S. Benedicti *ejusque sororis* S. Aveniæ *sacræ exuviæ omnino de terra sublatæ non fuerint. Anno* 1615 *Rotonenses monachi rogati fuerant reliquias aliquot horum sanctorum a Maceracensibus civibus, easque libenter concesserant. Hæc adhuc exstant ut ex sequentibus monumentis, quæ R. D. Richard, vicarii Nannetensis, benevolentiæ debemus. Prius ex gallico latinum facimus in hunc modum :* F Humiles prior claustralis et religiosi abbatiæ et monasterii S. Salvatoris Rotonensis omnibus has visuris perpetuam salutem in Domino. Notum facimus quod hac die vigesima octava Septembris anni millesimi sexcentesimi decimi quinti scripto rogati fuimus a venerabili rectore presbytero et parœcianis Maceracensibus, ut propter rationes in petitione contentas concederemus eis ex caritate reliquias aliquot ossium sancti Benedicti Maceracensis ejusque sororis S. Aveniæ, jam pridem translatorum et conservatorum in hoc monasterio, ut eas ferre possent in suam ecclesiam easque ibidem honorare et venerari tamquam antiquorum patronorum dicti loci Maceraci; ad quas preces, utpote pias et æquas, exaudiendas favorabiliter inclinati fuimus, tum ob dictas rationes, atque etiam quia prioratus dicti loci Maceraci membrum

(1) Ibid. l. c.—(2) Martyrol. Bened. observ. lib. III, pag. 711. — (3) Ap. Morice, Mém. p. s. de pr. à l'hist. de Bretagne, tom. I, col. 242 et seqq. et ap. alios. — (4) Ap. Morice, Mém. p. s. de pr. à l'hist. de Bretagne, tom. I, col. 331 et 332. — (5) L'Église de Bretagne, pag. 444. — (6) Morice, tom. I, col. 417. — (7) Tresvaux, Vies des SS. tom. II, pag. 260; Miorcec, pag. 642, not. 1.—(8) Tresvaux, l'Eglise de Bretagne, pag. 443. — (9) Tresvaux, Vies des Saints, tom. II, pag. 287. —(10) Ibid. pag. 260.

dependens

A dependens est dictæ abbatiæ, tum ad majorem exaltationem honoris Dei et sanctorum majoremque fructum spiritualem singulorum fidelium catholicorum; quocirca dedimus et tradidimus in manus dictorum rectoris presbyteri et parœcianorum Maceracensium scilicet unam ex vertebris et minorem costam dicti sancti Benedicti Maceracensis et parvam portionem cranii cum dente sanctæ Aveniæ ejus sororis; quas reliquias dictorum sanctorum esse certum facimus, quemadmodum reperimus et didicimus tum ex monumentis archivorum nostrorum, tum ex scriptis inventis in feretro et capsa reliquiaria, in quibus reliqua ossa et reliquiæ dictorum sanctorum aliorumque asservantur. In quorum fidem subsignavimus præsens testimonium, ut eis inserviat ubicumque eis opus fuerit, die et anno ut supra, illique majus et minus capituli nostri sigillum apposuimus in majorem confirmationem et firmitatem præsentium literarum. *Signatum erat :* F. de la Regneraye prior. A. de la Haye subprior. Claudius de Bruc, F. P. Ernault, scriba capituli Rotonensis.

ab episcopis Nannetensibus sæpius

B 12 *Ex adversa parte, sic prosequitur R. D. Richard, sequentia scripta sunt :* Nos Carolus, Dei et sanctæ sedis apostolicæ gratia episcopus Nannetensis, visis litteris testimonialibus reverendorum patrum abbatiæ Rothonensis ex alia parte descriptis, quibus [se] easdem reliquias beati Benedicti et divæ Adveniæ [parochianis de] Masseracq id rogantibus liberaliter concessisse profitentur, licentiam impertimur rectori ejusdem parochiæ has ipsasmet reliquias populo venerandas et [colendas] proponere eo more et religione quo solet mater ecclesia. Datum Nannetis die vigesima quinta Septembris, anno Domini millesimo sexcentesimo decimo quinto. *Signatum erat :* Carolus episcopus Nannetensis.

atque etiam nuper recognitæ fuerunt.

13 Easdem adhuc reliquias, *subdit R. D. Richard,* adhuc possidet Maceracense templum. Capsa reliquiaria arca argentea est, viginti septem centesimas metri partes longa, undecim lata et decem alta. Pars superior vitro clausa est, ita ut ossa inspici queant. Duos in loculos interius divisa est pyxis; quorum major S. Benedicti reliquias continet, minor sororis S. Aveniæ. Testimoniales literas inspexit et probavit die 12 Julii anno 1840 R. D. de Hervé, Nannetensis episcopus, dum hanc diœcesis suæ partem visitaret. Atque ipse vicarius generalis, quum comes essem R. D. Jaquemet, episcopo Nannetensis, diœcesim suam visitanti, pyxidem multa cura examinavi die 27 Junii anni 1855.

C

Festum S. Benedicti *Maceraci, Rotoni et in tota diœcesi Nannetensi.*

14 *Maceraci et Rotoni* S. Benedicti *festum actum fuisse die 22 Octobris jam dictum est. Ad manus mihi est Proprium Sanctorum diœcesis Nannetensis anni* 1782; *nulla ibidem de* S. Benedicto *memoria : et quidem monent R. D. Tresvaux et qui eum sequitur cl. v. Miorcec in antiquis Propriis de eo sileri; adeoque ab Ill. Carolo Eutropio de la Laurencie, episcopo Nannetensi, primum id festum inductum in universam diœcesim Nannetensem anno* 1790. *De distinguendo S. Benedicto Maceracensi ab homonymo Quinciacensi dicetur ad proxime sequentem diem. Superest ut hoc loco nunc primum in lucem edamus lectionem descriptam e veteri Ordinario Rotonensi, qualem eam ex tomo II Collectaneorum Mss. Chesnii acceperunt decessores cum hac epigraphe :* De S. Benedicto Maceraco. — Sola hæc sequens lectio memoriam mentemque reficit, his verbis expressa. *Eadem præluxit Menardo; sed verba mutavit sæpius.*

D

BREVIS VITA

S. BENEDICTI MACERACENSIS,

E VETERI ORDINARIO ROTONENSI.

S. Benedicti *peregrinatio, vita eremitica et translatio.*

Benedictus *a*, Domini confessor, Patras, Græciæ *b* civitate, ordine senatorum natus, dignitatem, processiones * et patriam pro Christo relinquens *c*, una cum sorore *d* et novem ejusdem voti sociis *e*, in Britanniam Armoricam, Carolo Magno imperatore, transfretavit *f*. Solitudinem suam, in Maceraco diœcesis Nanetensis *h* delectam, cum per multos annos coluisset, longævus tandem, miraculis et sanctitate clarus, Kalendis Octobris animam Deo creatori reddidit : cujus corpus ibidem in oratorio a se constructo tum demum religiose conditum est : unde, interjectis aliquot annis, Rothonum undecima Kalendas Novembris *i* magna cum exultatione translatum est.

* possessiones

E

ANNOTATA.

a *De hoc nomine, Græco viro dato, dictum est num.* 2 *Commentarii.*

b Patras Græciæ *seu Achaiæ civitas, S. Andreæ martyrio maxime clara. Nunc Moreæ, novi Græcorum regni provinciæ, adscripta est.*

c *Non pro Christo tantum, sed et ad vitandos tumultus civiles eum patria sua excessisse perhibent RR. DD. Tresvaux et Garaby : mera conjectura est. Aliter omnino Albertus Le Grand : quum enim* S. Benedictus *tantopere sanctitatis laude coruscaret ut passim a litigantibus adhiberetur arbiter et sequester; factum est aliquando ut ei, de morte et judicio meditanti, appareret S. Michael cum angelis omni ope nitens sanctum aliquem virum in mortis agone adjuvare, et simul dæmon, objectis ex libro sceleribus, laborans ad desperationem impellere peccatorem moribundum, eumque ad inferos pertrahere : ex hoc tempore mundo valedixit* Benedictus; *et quo magis segregem vitam duceret, patria excessit. Hæc procul dubio hausta ex Legendario Maceracensi.*

d *Uxorem* (Muger) *substituit sorori Herera* (1): *sed male. Hanc sororem* Aveniam *appellant Albertus et RR. DD. Tresvaux et Garaby. De ejus reliquiis pauca dicta sunt in Commentario prævio numm.* 11 *et* 13

F

e *Ut ex annotato Ms. Chesnii intelligo, sæc.* XVII *aliquot horum corpora servabantur Rotoni; sed non ita pridem eo delata.*

f *Accurate* (*quo vero vade haud scio*) *iter describit Albertus : si enim ei des fidem, venit* S. Benedictus *per mare mediterraneum, secundum Italiæ, Galliæ et Hispaniæ littora, dein per fretum Gaditanum et Oceanum ad Ligeris ostia vectus est et demum adversum flumen subiens Nannetibus appulit. Benigne ab Alano episcopo exceptus est et ad comitem Gundeboldum adductus; a quo ei datum Maceracum. Gundeboldum Nannetensem comitem umquam vixisse vellem aliunde constare; Lambertus potius tum Nannetensis comes. Utut est, Maceracum terra dominicalis erat, prout ex donatione, quam num.* 8 *Commentarii prævii memoravimus, manifestum est.*

h *Jacebat Maceracum in ultimis diœcesis Nannetensis finibus, tredecim fere a civitate episcopali*

(1) Vidas de Sanctos de la religion de S. Benito, tom. IV, pag. 7.

AUCTORE V. D. B.

leucis, tribus a Rotono. Cum novem socis ibidem in cellulis a se extructis vixisse S. Benedictum *narrat Albertus Le Grand : libenter crediderim. Hinc ei ab eodem, a Castellano, Tresvaux, Garaby aliisque datus* abbatis *titulus : non male. Quin etiam scisciatur R. D. Tresvaux Benedictine, an Columbani, an novam quamdam regulam discipulis suis præscripserit : verum olim in Occidente æque ac in Oriente plerumque nec certæ, nec stabiles erant monachorum, multo minus eremitarum regulæ et leges* (1). *Auctore Alberto ejusque sequacibus sororem suam Nannetibus reliquit* S. Benedictus; *ubi velum ab Alano accepit episcopo; et quidem in abbatia S. Clementis, quam anno* 610 *S. Columbanus fundarit : si placeat RR. DD. Tresvaux et Garaby necnon cl. v. Miorcec conjectura.* D

i *De hac translatione dictum in Commentario numm.* 8, 9 *et* 10.

(1) Examen Hist. et Can. de regul. et sæc. cler. juribus et offic. pag. 93 et 94.

DE SS. NUNILONE ET ALODIA

VIRGINIBUS ET MARTYRIBUS

B

OSCÆ IN HISPANIA. E

B. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Passio ex S. Eulogio Cordubensi et antiquis Sanctoralibus. Quo anno martyrio coronatæ SS. Nunilo et Alodia, et quo earum reliquiæ translatæ fuerint ad Legerense monasterium.

ANNO DCCCLI. *Acta,*

Vita conscripta fuit ab auctore synchrono, sanctissimo Christi martyre Eulogio presbytero *Cordubensi, quo solo titulo donatur in Actis nostris ad diem* 11 *Martii sicut et in martyrologio Romano; imo notat Fabricius* (1) : Quod... alii archiepiscopum Toletanum (*Eulogium*) faciunt, neutiquam idoneis argumentis constat. *Attamen* electum *fuisse illius ecclesiæ antistitem, Alvari Cordubensis decretorium videtur testimonium,* C *qui in Prologo ad illius vitam* (2) *profitetur se* non audita et dubia, *sed* visa et per se probata retexere. *Porro ita hic scribit* (3) *: Post decessum* Wistremiri, Toletanæ sedis episcopi, in eamdem sedem ab omnibus comprovincialibus et confinitimis episcopis electus et dignus est habitus, pro relatu omnium comprobatus. Sed dispositio divina, quæ eum sibi ad martyrium reservabat, quibusdam repagulis obviavit. Cumque jam ipsa communis electio eum sibi consecrare in episcopio acclamaret, rerum obviantium adversitate impediti, alium sibi eo vivente interdixerunt eligere. Qui licet argute frustraretur ab ordine, tamen non privatur ejusdem ordinis munere *etc. Confer Florez* (4). *Sanctus autem Eulogius in Memoriali Sanctorum* (5) *Acta habet* SS. Nunilonis et Alodiæ. *Cæterum neminem inter eruditos latet scripsisse S. Eulogium de martyribus Cordubensibus suo tempore passis, qui et ipse fidem sanguine suo signavit* in persecutione, quam christianis moverunt Saraceni in Bœtica Hispanica anno Christi 859 (6). *Confer Ambrosium Morales in Scholiis ad vitam S. Eulogii* (7). *Notandum præterea est Acta* SS. Nunilonis *et* Alodiæ *scripta fuisse ab Eulogio non qua teste oculari, sed ex iis, quæ didicerat,* referente viro sanctissimo ac venerandæ paternitatis Venerio Complutensi episcopo. *Brevia quidem sunt, sed haud indigna sancto scriptore, de quo Baronius* (8) *:* Omniaque ejus- F modi sunt, ut in pyxide Spiritus sancti calamum intinxisse S. Elogius videatur. *Recte tamen, mea opinione, notat Morales, S. Eulogium non* plene *assecutum fuisse* historiam harum Virginum. *Certe in breviariis* plura, eademque pientissima de cæde et sepultura Sanctarum memorant... et in manuscriptis præsertim, ut vocant, Sanctoralibus latius continentur (9). *Propterea Actis, prout ex B. Eulogii Memoriali Sanctorum habentur, subjungemus ampliorem Passionis descriptionem ex Scholiis præfati Ambrosii Morales, ubi testatur* (10); hæc se ex vetustissimo Sanctorali codice ante sexcentos annos (*obiit Morales anno* 1590) gothicis litteris in membrana descripto transcripsisse; *additque :* Is (*codex*) fuit inclyti cœnobii sancti Petri de Cardenna Benedictinorum; nunc in regio (*Escuriali*) sancti Laurentii Hieronymianorum servatur. *Surius eadem*

(1) Bibliotheca latina, tom. II, pag. 123. Patavii 1754. Nota *c.* — (2) Acta SS. tom. II Martii. Vita S. Eulogii, pag. 91. — Item. Opera S. Eulogii, ex Migniana Patrologia, tom. CXV, col. 707. — (3) Vita S. Eulogii, cap. 3, num. 10. Ubi supra, col. 713. — Acta SS. pag. 93. — (4) España sagrada, tract. v, cap. 5, n. 83, tom. V, pag. 365. — (5) Lib. II, cap. 7. Patrologia, ubi supra, col. 774 et seqq. — (6) Fabricius, Biblioth. lat. tom. II, pag. 125. — Acta SS. tom. II Martii, pag. 88. — (7) Patrologia, tom. CXV, col. 727. — (8) Martyrol. Roman. 26 Novemb. Nota *e.* — (9) Patrologia, ubi supra, col. 887. — (10) Ibid. col. 888. — *habet,*

A *habet, in margine notans, desumpta esse* ex Sanctoralibus; *sed ipse, juxta rerum gestarum seriem, illa textui S. Eulogii interposuit. In actis illis reperiuntur nonnulla obscura. Duo præcipue sunt, quæ haud levem faciant difficultatem : alterum ad annum, alterum spectat ad locum martyrii.*

ex quibus Martyrium refertur

2 *Scribit S. Eulogius, sanctas Virgines* sub ictu gladii corruisse undecimo Kalendas Novembris, æra qua supra, *nempe octingentesima octogesima nona, id est* 22 *Octobris anno* 851; *cum æra Hispanica annis triginta octo major habeatur quam æra vulgaris* (1). *Perperam id a S. Eulogio scriptum vult Ambrosius Morales :* Anno namque, *ait* (2), octingentesimo quadragesimo secundo, Julii (*imo Aprilis*) mensis die decimo octavo ipsarum (*SS. Virginum*) corpora in Legerense monasterium sancti Salvatoris translata sunt. Id ex diplomate regis Innigui Aristæ constat, quod Stephanus Garibayus in suo diligenti satis rerum Navarricarum chronico apposuit. *Et addit* (3), se conjecturis non levibus duci, ut credat illas anno octingentesimo quadragesimo occubuisse. *Plures Moralem secuti sunt, inter alios Baillet* (4), *Franciscus Didacus de Aynsa in opere suo de Osca urbe* (5), *item Mariana* (6),

B *Yepez* (7), *et præcipue Josephus de Moret S. J. cujus Annales in pretio sunt apud eruditos Navarrenses. Hic itaque imprimis, Garibayano nixus instrumento, tamquam certum habet, translationem ad Legerense monasterium factam* 18 *Aprilis* 842 (8), *annis proinde omnino novem ante martyrium ex S. Eulogii chronotaxi. Dein, cum in antiquissimo Sanctorali Cardennensi, item in vetusto Legerensi Breviario dicatur passio contigisse* die Jovis XII kal. Nov. *seu* 21 *Octobris, hanc Moretus* (9), *vestigia premens Moralis, spectare asserit ad annum Christi* 840, *quia huic optime præfata conveniunt, nullatenus autem Eulogiano anno* 851, *quo ex tabulis chronologicis* 21 *Octobris mensis in diem* Mercurii *incidebat, nec alias in rem nostram dies Jovis cum vigesima prima Octobris concurrit nisi annis* 846 *et* 855; *at priori, jam a quadriennio facta translatio erat; posteriori vero id opponitur, quod S. Eulogius circa annum* 840 (*Morales ponit* (10) *annum* 859) *peragratus Navarram sit, haud parvo temporis spatio commoratus in Legerensi et Cillensi monasteriis : nec enim facile quis crediderit, si ante sexennium tam præclara passio, miraculis etiam insignita, in vicinia contigisset, id in tantum latere potuisse*

C *sanctum virum, talium rerum studiosissimum, ut non nisi undecimo post suam peregrinationem anno edoctus de martyrio fuerit a Venerio. Quod si itaque S. Eulogius mortem* SS. Nunilonis *et* Alodiæ *adscribat diei* 22 *Octobris, id ejusdem Venerii relationi videtur tribuendum, licet cæteroquin nec hujus nec illius testimonium prævaleat auctoritati documentorum, quæ superius laudata fuerunt. Atque ita Josephus Moret* (11). *De die passionis infra redibit quæstio, ubi de luce SS. Virginum festa dicetur. Hic sufficiat meminisse passionem secundum S. Eulogium quoque contigisse die* Jovis, *nempe* 22 *Octobris anni* 851.

ad annum 851; 3 *Ad annum vero quod attinet, fundamenta Moralis et Moreti, mea quidem opinione, evertit D. Josephus Pellizer, cujus eruditionem magnifice commendat Nicolaus Antonius* (12), *asserens, ut* adulationis suspicionem evitaret, *se* temperasse laudes amici et viventis. *Edidit ille circiter ann.* 1670 (13) *Acta translationis* SS. Nunilonis *et* Alodiæ *ad monasterium Legerense, quorum exemplar Marchio Agropolitanus* recens impressum, *ut scribit ipse, misit Papebrochio* 22 Januarii 1670. *Actis subjecit Pellizerus notationes plures easque doctas et eruditas. Porro Acta ista* (*quæ vide ad calcem hujus Commentarii*) *in hunc modum exordiuntur :* Anno octingentesimo octavo decimo post Salvatoris... ad cælos Ascensionem... fides in tantum cœpit fervescere ut, non solum viri sed etiam fœminæ... in persecutione fidelium accensa, fuerunt (*sic*) paratæ intrepide... dimicare et diabolum in suis membris devincere... Inter quos... sanctissimæ virgines Nunilo et Alodia. *Notat autem Pellizerus* (14) *annum post Ascensionem* octingentesimum octavum decimum, *esse ab Incarnatione annum* octingentesimum quinquagesimum primum, *additis nempe annis triginta tribus, qui vulgo dantur Christo in terris agenti.* Eumdem hunc habent annum (*ita prosequitur Pellizerus*) acta martyrii, in quibus legitur : « Anno Incarnationis Domini DCCC quinquagesimo primo. » Idem affirmat S. Eulogius martyr, qui vivebat et scribebat eadem ætate, annectendo, in suo Memoriali Sanctorum, principium persecutionis anno 850, his verbis : « Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, anno Incarnationis ejus octingentesimo quinquagesimo, æra octuagesima octava, consulatus autem Abderrahaman vegesimo nono » (15), ut per trinam epocharum indicationem annus martyrii clare determinetur. Præterea est S. Eulogius testis adeo immediatus ut, dum scribebat, sacra corpora nondum levata essent : addit enim : « Quarum corpora loco quo deciderant, summo militum observantur studio, ne Christiani ad emolumentum patrocinationis furtim eas surriperent et reconderent. » (16). *Atque ex his præmissis infert denique Pellizerus :* Omnimoda itaque habetur certitudo, annum martyrii coincidere in annum 851. Quem etiam ponunt Surius, Lucius Marineus Siculus, Franciscus Tarrafa aliique viri gravissimi; item Baronius. *Hæret tamen mihi aliqualis scrupulus ex eo quod* annus octingentesimus octavus decimus post Ascensionem *cadere affirmetur absque ulla*

F *hæsitatione sicut et probatione in annum æræ vulgaris* octingentesimum quinquagesimum primum, *adeo ut discrimen inter utramque æram sit annorum triginta trium. At video in Chronico Alexandrino* (17) *adhiberi* æram *quæ* Ascensionis *vocatur; hæc autem triginta octo annis minor est vulgari. Notant tamen Benedictini* (18), *se alibi non reperisse æram Ascensionis; nec Petavius, nec Florez in Hispania sacra, nec Ducangius in Glossario, nec scriptores dictionnarii Trivoltiensis, nec Patritius* (19) *nec alii quos videre licuit,* (*præter Wailly* (20) *qui consonat omnino Benedictinis,*) *de illa agunt. Ut proinde non ausim rejicere interpretationem Pellizeri, imo illam potius probem, ideo præcipue quod existimem, in actis Translationis annum post Ascensionem eum-*

AUCTORE B. B.

E

(1) Art de vérifier les dates. pag. XVJ. Paris 1770. Confer ibid. Tabulam Chronologicam, pag. 18; item Baronium in Martyrol. Rom. Nota *e*, 22 Oct. — (2) Patrologia, tom. CXV, col. 886. — (3) Ibid. — (4) Vies des Saints, 22 Octob. — (5) Fundacion, excelencias, grandezas y cosas memorabiles de la antiquissima cindad de Huesca, p. 287. Osca 1619. — (6) Vide Pellizer, Advertencia segunda. — (7) Coronica general de S. Benito, tom. IV, fol. verso 82. Valisoleti 1615. — (8) Annales del reyno de Navarra, tom. I, pag. 280. Pampelon. 1766. — (9) Ibid. — (10) Patrologia, tom. CXV, col. 886. — (11) Annales. Ubi supra. — (12) Bibliotheca nova scriptorum Hispaniæ, tom. I, pag. 811. Matriti 1785. — (13) Ibid. pag. 814. — (14) Adicion. Advertencia primera. — (15) Confer Patrologiam. Ubi supra, col. 765. — (16) Confer ibidem, pag. 776. — (17) Art de vérifier les dates, pag. XXXV. — (18) Ibidem. — (19) De Evangeliis, lib. III, pag. 181 et seqq. Friburgi Brisgov. 1853. — (20) Éléments de Paléographie, tom. I, pag. 42. Paris 1838.

dem

AUCTORE B. B. *ad annum vero 840, ex diplomate Inigui regis;*

dem esse ac annum post Passionem vel Mortem Christi.

4 *At quid de diplomate regis Inigui Aristæ? Respondet laudatus Pellizerus* (1) : Adversus testimonia tam gravia non potest prævalere unum aliquod instrumentum, *a Garibayo exhibitum in extenso atque item recusum a Tamayo* (2), *quod Moretus quoque exhibet* (3), *sed Hispanice versum. Sic incipit :* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Hoc est testamentum donationis, quod ego rex Eneco Xemenones, cum episcopo domino Guillesindo, facio in honorem S. Salvatoris et sanctarum virginum Nunilonis et Alodiæ. Ego namque Enneco nutu Dei rex, filius Xemenonis, videns ea quæcumque in mundo possidemus esse caduca *etc. Evolvuntur exinde rationes, a pietate christiana desumptæ, ob quas facta donatio est, atque additur :* Igitur ego rex Enneco concedo S. Salvatori sanctisque martyribus Nuniloni et Alodiæ duas villas, scilicet Esam et Banasam cum omnibus terminis illis pertinentibus... Et ego Guillesindus episcopus, monente me ac precante domino meo supradicto rege... tribuo de facultate mea... sancto Salvatori et sanctis Martyribus medietatem tertiæ partis de-
B cimarum omnium fructuum, quos colligo in Valle Osellæ et Pintani et Artedæ *etc. Conclusio est hujusmodi :* Facta charta in Era octingentesima, XIV kal. Maji, et posita super altare S. Salvatoris; et commendata Fortunio abbati suisque monachis, coram populo, festivitatem exceptionis corporum sanctorum celebranti in eodem loco; *quibus ex verbis satis manifeste habetur Translationem factam die* 18 *Aprilis anno Christi* 842. *Obiter animadvertendum cum Tamayo, Garibayum, qui loco* XIV kal. Maji *posuit* XIV kal. Julii, *corrigendum esse ex Sandovalio, qui* per se auctographum desumpsit, *ut ait Tamayus* (4). *Morales sequitur lectionem Garibayi* (5), *ac proinde Translationem perperam rursus annectit diei* 18 *Junii. Utique, si sincerum sit præfatum instrumentum, non poterit consistere annus in Actis translationis adhibitus. Verum multum abest ut de sinceritate instrumenti constet. Et primum quidem non tanti est auctoritas Garibayi. Certe Hieronymus de Blancas* (*cujus* latinis Commentariis *hanc tribuit Nicolaus Antonius laudem* (6) : nulli eorum, qui res hominum gestas hoc sermone persequuntur, ulla ex parte cedentibus, si majestatem dictionis et elegantiam, necnon summam in evolvendis vete-
C rum rerum documentis fidem, iisque solerti ac defæcato examine dijudicandis maturitatem consideremus) *diserte edixit :* Garibayus multa turbat (7).

at cum diplomatis fides

5 *Sic etiam D. Joannes Briz Martinez, qui* scripsit accurate Arragonensis regni origines (8), *diploma Garibayanum* valde suspectum *habet* (9); *tum quia illius* stylus et elegans et bene latinus *abludit a barbarie istius ætatis, tum quia monasterio S. Salvatoris Legerensis donatio fit partis decimarum in valle Osellæ et* Pintani, *dum constat, ait Martinezius,* regiam hanc domum S. Joannis de Penna decimis Pintani semper et quidem integre gavisam, idque ex regum liberalitate, nec uspiam reperitur eas ullo umquam tempore ad Leyrense monasterium vel partim spectasse. *Addo ex Pellizero* (10) : Cæterum suppositionis arguitur ex rationibus desumptis ab auctoritate S. Eulogii, duorum Actorum (*nempe Martyrii et Translationis*) D et scriptorum, qui fideliter id ipsum affirmant et quidem ab immemorabili. Nec prævalere potest hic auctoritas Ambrosii Morales, qui quod verum erat vidit tum in S. Eulogio tum in Actis, nec tamen manifestare voluit, sed potius adhæsit privilegio (*seu chartæ*) Garibayi. Moralis sententiam fecere suam Antonius de Yepes et Joannes Mariana, nullo tamen adhibito diligentiori examine. *Nec amplius valet quod præfata Charta, cum adscripto anno* 842, *reperiatur in archivo Legerensi, ejusque Transumptum, auctoritate publica firmatum, habeatur in Camera Sumptuum Pampilone, et insertum sit per* Vidimus *instrumento reginæ Catharinæ anni* 1484 : quod enim, *ait Pellizer,* non est sive existit, nullo probatur aut probari potest argumento. *Hujusmodi porro insertiones et confirmationes non multum probant. Primævus earum fons examinandus est. Sane multa habentur instrumenta, evidenter suppositicia, quæ talibus fulciuntur confirmationibus, quibus non raro sufficit manuscriptum ignotæ ætatis et aliquali donatum antiquitate.*

6 *Nec prætermittendum abbates Legerenses olim* *nutet,* *in ipsa curia Romana plures protulisse chartas, non solum apocryphas sed et manifeste falsas confictasque. Scilicet sæc.* XII *contendebant abbates se exemptos esse a jurisdictione episcoporum Pampelonensium. Re Romam delata, illi causa cecidere, ut liquet ex bulla Clementis III an.* 1188, *item altera Cælestini III an.* 1191. *Utramque in extenso recitat Prudentius Sandoval* (11). *In priori asseritur* (12), *quod abbas Simeon* occasionibus quibusdam assumptis, ad exemplar privilegiorum sancti Joannis de Pinna, sibi fecisset privilegia falsa confingi. *Et rursus* (13) : Asseruit (*abbas, nempe aliquis ex Simeonis successoribus*) monasterium exemptionis libertate gaudere, ad quod probandum Alexandri II privilegium demonstravit, affirmans quod jam dicti prædecessoris nostri Alexandri III memoratorum privilegiorum confirmativum haberent... Protulit insuper ejusdem summi pontificis nomine quasdam litteras ad illustrem regem Aragonensem ab ipso directas, ut idem monasterium tamquam speciale beati Petri a Pampilonensi ecclesia tueretur, quarum utique literarum ex diligenti bullæ inspectione incontinenti cognovimus falsitatem. *Et infra* (14) : Tandem privilegiis supradictis Alexandri II et Urbani II diligenter inspectis per bullam setam modumque bullandi, quasdam etiam incredibiles F adjectiones in digtamine factas; et (per) comparationem privilegiorum eorumdem apostolicorum, quæ in Lateranensi archivio et aliis locis inventa fuerunt, et alios quam plures modos de ipsorum constitit falsitate. *Quare pontifex Legerense monasterium pleno jure subesse pronuntiat Pampilonensi episcopo. Hæc utique satis declarant non omnimodam statim esse fidem adhibendam instrumentis tali in archivo latentibus. Denique opinatur Pellizerus* (15), *sententiam Moralis funditus convelli ex verbis* Annalium Bertinianorum *cujus auctor sub hæc tempora florebat* (16) : *Anno* DCCCXLVII Legati Abdirhaman regis Sarracenorum a Corduba Hispaniæ ad Carolum (*Calvum*) pacis petendæ *fœderisque firmandi gratia* veniunt, quos apud Remorum Durocortorum decenter et suscepit et absolvit. Bodo, qui ante

(1) Advertencia segunda. — (2) Martyrologium Hispanic. 18 Aprilis. — (3) Annales, tom. I, pag. 257 et seq. — (4) Martyrologium Hispan. 18 April. pag. 696. — (5) Patrologia, tom. CXV, col. 886. — (6) Bibliotheca nova, tom. I, pag. 569 et 570. Matriti 1783. — (7) Aragonensium rerum commentarii. Hispania illustrata, tom. III, pag. 592. Francofurti 1606. — (8) Bibliotheca nova, tom. I, pag. 664. — (9) Historia de S. Juan de la Peña, pag. 177. Cæsaraugustæ (Saragossa) 1620. — (10) Advertencia segunda. — (11) Catalogo de los Obispos de Pamplona. Pampilone 1614. Fol. 156-162. — (12) Ibid. fol. 158 verso. — (13) Ibid. fol. 160 verso. — (14) Ibid. fol. 161 recto. — (15) Advertencia segunda. — (16) Ibid. Conf. Perz, Monumenta Germaniæ, tom. I, pag. 442; item D. Bouquet, tom. VII, pag. 64.

annos

A annos aliquot (*anno scilicet* 838 (1), christiana veritate derelicta ad Judeorum perfidiam *concesserat,* in tantum mali profecit, ut in omnes christianos Hispaniæ degentes, tam regis quam gentis Sarracenorum animos concitare studuerit, quatenus aut relicta christianæ fidei religione ad Judæorum insaniam Sarracenorumve dementiam se converterent, aut certe omnes interficerentur. Super quo omnium illius regni christianorum petitio ad Carolum regem regnique sui episcopos ceterosque nostræ fidei ordines lacrymabiliter missa est, ut memoratus apostata reposceretur, ne diutius christianis illic versantibus aut impedimento aut neci foret. *Notat itaque hunc in locum Pellizerus :* Haberi non potest clarior exhibitio et temporis et rationum, quibus mota hæc persecutio fuit, quæ cœpit post annum 847, prout auctor est S. Eulogius; nec enim ullum exstat indicium alterius in christianos excitatæ tempestatis, nec ullius occurrit mentio martyris, nisi post mox dictum annum 850.

præferendus annus

7 *Quæ quidem omnia satis, mea opinione, evincunt, Moralem esse lapsum, prout jam suspicatus erat Mabillonius : scribit enim ad annum* 848 (2) :

B Ad Legerense (*monasterium*) quod attinet, auctor est Morales, istuc ante sex annos (*proinde anno* 842) translata fuisse sanctarum virginum Nunilonis et Alodiæ corpora, nempe altero post anno, quam necem pro Christo pertulerant. Huc spectat testamentum a Garibaio relatum, quod rex Eneco Xemenones cum episcopo Guillesindo seu Wilesindo fecit in honorem sancti Salvatoris et sanctarum virginum Nunilonis et Alodiæ æra octingentesima octuagesima, XIV kalendas Julias. Et tamen Eulogius earum martyrium ad decennium differt. Nobis satis sit utramque proposuisse sententiam, tametsi Eulogii auctoris æqualis præponderat auctoritas.

Eulogianus est;

8 *Est itaque mihi longe probabilius, passionem contigisse anno, quem habet S. Eulogius, nempe Christi octingentesimo quinquagesimo primo. Hunc etiam assumit D. Gregorius Perez in sua, non ita multos ante annos edita, ecclesiæ Pampilonensis historia :* Jugulatæ, *inquit* (3), fuere die jovis XXI (*imo* XXII *ut infra videbitur*) Octobris anno 851. *Nec ab hac sententia me ullo removet modo, Vita* SS. Nunilonis et Alodiæ, *quæ mihi hisce diebus in*

C *manus venit et conscripta fuit exeunte sæculo* XVIII *a R. P. F. Raymundo ab Osca* (*Ramon de Huesca*) *capucino* (4), *viro sane diligenti, ut infra elucebit ubi de loco martyrii tractabimus. Ad annum quod spectat, P. F. Raymundus adhæret Ambrosio Morales, atque authenticum censet diploma Garibaianum. In confirmationem suæ opinionis deinde addit* (5) : Constat Zumahilum, nomine Abderramani, Oscæ præfuisse, cum passæ sanctæ Virgines sunt; id vero non quadrat cum anno 851, quo Muza plures expugnavit urbes, inter alias Cæsaraugustam et Oscam. *At enim nullo modo constat de anno hujus expugnationis. Benedictini ponunt annum* 853 (6); *quibus consonat Mariana, illam contigisse scribens* anno altero *post auspicatum ab Ordonio regnum* (7) : Ramiro *autem* successit Ordonius filius principio anni 851 (8). *Et Petrus de Marca circa annum* 850 : Incidit, *inquit* (9), in hæc tempora, quod de Muza duce refert antiquus auctor, Sebastianus Salmanticensis episcopus, quem ait a rege Cordubensi Abderramane palam deficientem incredibili celeritate occupasse Oscam *etc. Nihil ergo certi quod ad annum hujus eventus pertinet habemus. Subdit P. F. Raymundus, frustra a Florezio impugnari Moralem, ex eo quod S. Eulogius circiter annum* 848 *Legerense monasterium visitaverit, nec tamen loquatur de SS. Virginum reliquiis, imo earum didicerit martyrium* referente Venerio : *nam, ait Raymundus, critici summæ auctoritatis, quales Pellicer, Marchio de Mondejar, Mayans, negant sinceram esse epistolam S. Eulogii, in qua agit de sua in præfato cœnobio commoratione; quod si etiam sincera esset, meris tamen ex conjecturis tantum Florezius peregrinationem illam adscribit anno* 848, *quam Morales et Moretus, similibus utentes conjecturis, ponunt anno* 840. *Unde concludit, argumentum adeo incertum non posse prævalere testimonio laudati diplomatis* (10). *Et ego repono : Ast hoc ipsum diploma, adversus quod militant tot critici et argumenta, num ergo prævalere debet claro et manifesto S. Eulogii testimonio? Non igitur argumenta P. F. Raymundi talia sunt, quæ sententiam nostram labefactent.*

AUCTORE B. B.

et Translatio facta

9 *Hoc autem posito evidens est deserendum quoque Moralem, ubi sanctorum corporum Translationem annectit anno diplomatis regis Aristæ, nempe octingentesimo quadragesimo secundo.* Introductæ *reliquiæ* sunt in Legerense monasterium XVIII Aprilis anno 880 secundum opinionem magis fundatam. *Ita Gregorius Perez* (11), *addens paulo inferius* (12): Diploma Inigui *legitur datum* 18 *Aprilis* era 880, *ast poni debet* anno, secundum meam chronotaxim, *et etiam ut concordet diploma* cum ætate, qua certius constat regnasse Iniguum *seu Eneconem Aristam. Utut vero sit, ex verbis S. Eulogii efficitur, dum is scriberet, illam nondum fuisse factam :* Ferunt tamen, *inquit* (13), quod illa virginalia cadavera in loco, quo ab ethnicis altis scrobibus magis abscondita quam humata sunt, signis et miraculis coruscant, et gloriam emeritæ consolationis virtutum efficientia tam fidelibus, quam gentilibus ostentant. *Acta Translationis a Pellizero excusa et annotata* (*quæ et nos infra subjungimus*) *diserte tradunt, Translationem contigisse anno* 880 : Sed ille, qui Sanctis promisit : Capillus non peribit vestro de capite, nono currente anno post vicesimum a passione earum, jam longe lateque propagato per Hispaniam christiano nomine, inspirare dignatus

F est cuidam reginæ, nomine Oneca, ut sanctarum corpora Virginum perquireret sollicite *etc. Ex his perspicue habemus SS. corporum inventionem et translationem referri ad annum ut dixi Christi* 880, *posito, ut supra, sanctas Virgines, martyrio coronatas anno* 851 : *ita enim reperitur intercapedo viginti novem annorum, adeoque omnia inter se apprime cohærent.*

anno 880

10 *Ex adverso, chronologia Moralis cum actis Translationis nullo pacto componi potest. In his enim legitur,* jam longe lateque propagatum per Hispaniam christianum nomen, *quando Dominus* inspirare dignatus est Onecæ, ut corpora perquireret. *Porro id nullatenus obtinet, si passio contigit anno, ut vult Morales,* 859, *Translatio anno* 842, *ut habetur ex instrumento Garibayi. Monet generatim Mariana noster* (14) : Abderrhamanus eo nomine secundus Cordubæ rex et Mahomad ejus

(1) D. Bouquet, loc. cit. — (2) Annales Benedictini, tom. II, pag. 636. — (3) Historia de la Iglesia y Obispos de Pamplona, tom. I, pag. 41. Matriti 1820. — (4) Historia de la Santas Virgines y martires Nunilo y Alodia. Pampelone 1796. — (5) Ibid. pag. XII et seq.— (6) Art de vérifier les dates, pag. 806. — (7) Historia Hispania, lib. I, pag. 290. Hagæ Comitum 1733. — (8) Ibid. pag. 286. — (9) Marca Hispanica, col. 524. Paris. 1688. — (10) Ibid. — (11) Historia de la Iglesia y Obispos de Pamplona, tom I, pag. 41. — (12) Ibid. pag. 42. — (13) Patrologia, tom. CXV, col. 776. — (14) De Rebus Hispaniæ, lib. VII, cap. 15. Tom. I, pag. 286.

filius,

AUCTORE B. B.

filius, callido homines ingenio, rem superis æque et hominibus gratam facturos se existimabant, christianorum reliquiis a stirpe exscindendis; et ad stabiliendi imperii rationes pertinere in primis judicabant, si religionis dissidio sublato, uno societatis vinculo subditi omnes constringerentur. *Alibi habet* (1) : Alhaca Cordubæ rex obiit anno... salutis octingentesimo vigesimo primo... Abderrhamus... successit in regno; regnavit annis uno et triginta (2). *Mahomad, hujus filius et successor, extinctus est anno* 886 (3). *Ast jam ab anno* 866 *solium Oveti conscenderat Alphonsus* (*hujus nominis tertius*), cui, *inquit Mariana* (4), præclaræ animi et corporis dotes, illustresque de hostibus triumphi Magni cognomen pepererunt. *Ut facile intelligatur, ex his aliquem* longe lateque propagando christiano nomini *fidelibus locum fuisse ante Translationem, si hæc facta sit anno* 880; *non autem si anno* 842, *ut vult Morales*. Sub initia *quidem regni sui* adversæ fortunæ fluctibus agitatus est *Alphonsus* (5), *rebellantibus adversus eum nonnullis, quos compescuit anno imperii primo*. Quo in proximum evoluto,... *Mauros, Legionem urbem obsidentes,* rex ingenti copiarum strage multatos in patriam rejecit; simul
B christianæ ditionis fines proferendi ac ulciscendæ gentis efferæ et barbaræ cupiditate cum Vasconibus et Francis fœdus ictum (6). *Exinde pluries Sarracenos intra proprios eorum fines fudit atque devicit* (7). *Videsis, ad calcem hujus Commentarii, Acta Translationis, ubi in Annotatis alia quædam addimus in confirmationem hujus thematis.*

§ II. Variæ eruditorum sententiæ expenduntur de loco Martyrii, quod contigisse probatur Oscæ in Aragonia.

Locus martyrii varius apud varios:

Ad locum martyrii imo et nativitatis quod attinet, haud minor inter eruditos reperitur discordia. S. Eulogius scribit (8) : Didicimus in urbe Osca apud oppidum Barbitanum duas sorores virgines fuisse..., patre quidem gentili, matre vero christiana progenitas. *Atque ex tota narrationis serie efficitur eas ibidem vel non procul abhinc passas. At Morales in textu Eulogiano, verbis* in urbe Osca, *sublituit* in urbe Bosca, *contra fidem, ut ipse fatetur,* veteris exemplaris, ubi *Osca* non *Bosca* fuit (9). *Cur id fecerit, explicat laudatus Morales ita* (10) : Mira est Breviariorum, ut vocant, in nominandis his oppidis varietas. Illud constat passas has duas Virgines fuisse non longe ab Najara urbe, in oppido qui nunc appellatur « Castro viejo, » quod latine Castrum vetus dicitur. Ibi sepulcrum sanctarum Martyrum ostenditur, ibidem sunt alia priscæ recordationis vestigia, et ibidem tamquam alumnæ et indigenæ summa totius regionis veneratione coluntur. Hoc omnino compertum et indubitatum possum affirmare. Nomina illa « Berbetanum » seu « Urbevetanum » et « Castro Bigeti, » quæ in breviariis nostratibus leguntur, ex Castro veteri
C videntur corrupta. Bosca quæ urbs fuerit, non D possum explicare. In veteri exemplari Osca non Bosca fuit. Ego usitatum magis nomen reposui. Nam Oscam, remotam admodum in Aragonensibus urbem, non credo fuisse traductas sanctas Virgines. *Rationes immutati textus, quas affert Morales, admodum leves sunt ne dicam vanæ prorsus. Hinc in Notis ad Patrologiam Mignianam merito legitur* (11) : Quod sic fuerit in veteri exemplari, nos penitus induxit, ut « Osca » non « Bosca » in textu posuerimus, quem parum recte Morales emendavit : nam præter vetustum Eulogii exemplar, quod eas Virgines Oscæ passas refert ex confessione ejusdem Moralis : omnes Martyrologi, præeunte Usuardo et agmen claudente Baronio, qui eas commemorant, idem confirmant. Ubi autem hæc sita fuerit Osca, variant auctores adhucque sub judice lis est. *Alii decertant* pro notissima Osca Aragonensi (*Huesca*); *alii* affirmare non ambigunt, Oscam, cujus Plinius meminit, circa urbem fuisse Tucci (hodie Martos) in regno Giennensi (*Hispanice* Jaen), aliis vero examinandum relinquunt, an hæc fuerit Osca Eulogii. *Tres itaque sunt de loco martyrii, adeoque et nativitatis, sententiæ. Morales id contigisse asserit Najaræ, in Rovigia* (*quæ hodie pars est Castellæ veteris*); *sunt qui dicant Oscæ in regno Giennensi seu in Bætica, hodie Andalusia; plerique stant pro Osca, urbe Aragoniæ insigni.*

Morales id contigisse vult

12 *Exordiamur a Morali. Notat eruditus Risco* (12), *nuspiam clarius probari quot quantasque subierint mutationes apud Hispanos urbium et regionum, civitatum etc. nomina, quam ex Actis* SS. Nunilonis *et* Alodiæ. *In Sanctorali antiquissimo monasterii de Cardenna, quod, jussu regis Philippi II, Ambrosius Morales eduxit ex Escuriali, legitur* : Accidit autem in territorio Berbetano, juxta antiquissimum locum, qui dicitur Castro Bigeti, in villa Abosca esse duas Germanas *etc., quæ quidem nomina jam adeo deformata sunt, ut ex iis solis nullomodo determinari queat, ubi sanctæ illæ Germanæ sive ortæ sive passæ sint.* Id, *ait Risco* (13), affirmo, summam me adhibuisse diligentiam in perscrutando, quid sibi proprie vellent voces *Berbetano, Castro Bigeti* et *Abosca;* quas nec in historiis nec in codicibus mss. antiquis uspiam reperire potui; ut per se voces illæ nihil juvent ad determinandum situs seu regionum loca. *Addit :* Ex textu S. Eulogii (*quem citat juxta recensionem Moralis, ac proinde pro* Osca *legit* Bosca) habemus quidem civitatem *Bosca* dictam, et circa eamdem oppidum, quod *Barbitanum* vocatur; ast utriusque vocis notitia alibi occurrit nulla. *Hinc factum est ut scriptores Hispani, qui de* SS. Nunilone *et* Alodia *egerunt, coacti fuerint aliis ex fontibus earum patrium solum investigare. Vestigia autem adeo manifeste impressa reperiri putarunt in* Rovigia (*Hispanis* Rioja *vel* Rioxa), regione Castellæ veteris, ubi Rucones populi (14), *ut sibi persuaserint non alio referendas voces a S. Eulogio et in Sanctorali Cardennensi usurpatas. Ita Morales, ut vidimus supra, in scholiis ad* Memorialem Sanctorum *beati Eulogii; item in Chronico* (15). *Unde nec dubitat ille, quin passio contigerit, in Castro veteri prope Najaram, vernacule* Nagera.
E F

Najaræ,

15 *Iisdem vestigiis inhærentes, idipsum ante Moralem tradiderat Garibaius, quem Moretus noster*

(1) De Rebus Hispaniæ, lib. VII, cap. 15. Tom. I, pag. 282.— (2) Conf. Art de vérifier les dates, pag. 805.—(3) Ibid. pag. 806. —(4) Ubi supra, pag. 292.— (5) Mariana, pag. 292. — (6) Ibid. pag. 293. — (7) Biograp. universelle. Verbo : *Alphonse III.* — (8) Patrol. tom. CXV, col. 775.— (9) Ibid. col. 887.— (10) Ibid. col. 886 et seq. — (11) Ibidem, col. 887. Nota *a.* — (12) España sagrada, tom. XXXIII, pag. 415 et seqq. — (13) Ibid. pag. 416. —(14) Baudrand. Novum Lexicon geographicum.—(15) Lib. III, cap. 44.

putat

A *putat* (1), *omnium* primum *pro hac stetisse sententia; Laurentius de Padilla, qui voces* Barbetano *vel* Berbetano *interpretatur* Burevam *seu* Burebam (regiunculam Hispaniæ in Castella veteri (2)), *quam extendit usque ad oppidum antiquitus* Bosca *nuncupatum, circa Castrum vetus. Ita quoque Vaseus :* In oppido Bosca, *inquit* (3), prope Nageram pro asserenda fide Christi gladio percussæ sunt mense Octobris sorores germanæ Nunilio et Alodia. *Hos sequuntur Marieta, Mariana, Sandoval, Baillet aliique* (4). *Subjungit insuper præfatus Risco* (5) : *P. Anguianus, eo loci oriundus, enumerans vestigia, quæ hactenus in vicinia urbis Najaræ cernuntur, illius martyrii, natas vult in vico Bezares* (*ad austrum Najaræ* (6)) *qui sub Arabibus dicebatur Bosca : ibi enim in ecclesia parochiali habetur altare eisdem sanctis Virginibus dicatum; mulieres passim vocantur Nunilo et Alodia; quod idem obtinet in oppido Castri veteris. Atque ibidem tam constans de martyrio viget traditio, ut vel ipsi pueri tibi indicent locum in quo jugulatæ et raptatæ fuerint, sicut et scrobem in quem dejectæ latuerunt. Locus in quo capite plexæ sunt, dicebatur antiquitus* Furcæ (*las Furcas*) *ut et in breviariis legitur; hodie vocatur*
B Horcajos. *Existit etiam adhuc puteus ex quo corpora fuere extracta, et circa illum visitur fons a* SS. Nunilone *et* Alodia *dictus; fonti adjacet cella eremitica ab iisdem denominata; atque hinc factum est ut tum in Bezares tum in Castro veteri earum festivitas, cum solemni supplicatione celebretur die* 27 *Octob. et quidem ab immemorabili.* (*Confer dicenda, n.* 22-25, *ubi agetur de simili ecclesia in vicinia urbis Oscensis*). *Insuper videre est ibidem rivulum, qui, decurrens a Furcis* (*hodie Horcajos*) *usque ad præfatum puteum, apud indigenas* Anfractus SS. Nunilonis et Alodiæ *dicitur. Aliud præterea monumentum est antiqui cultus, monasterium scilicet illarum nomini, paulo post passionem erectum; cujus memoria occurrit in charta fundationis seu testamento regis Garciæ in favorem insignis* monasterii S. Mariæ de Najara *anno* 1032. *Yepes ait se nescire quo accurate loco assurgeret cœnobium; advertit tamen illud haud procul Najara stetisse, ut efficitur ex prædicta charta Garciæ, in qua rex ille enumerans hereditates quibus suum Najarense ditat monasterium, inter alia hæc habet :* Hæreditatem sanctarum Nunilionis et Alodiæ. *Scribit Argaiz situm fuisse inter vicum Castri veteris et Bezares, duabus leucis a Najara, in loco, qui Hor-*
C *cajos dicitur : nunc autem destructum est et conversum in cellam eremiticam juxta vicum Bezares, cujus incolæ sanctas Virgines conterraneas sibi credunt; conveniuntque cum vicario, qui monachus est S. Mariæ regiæ, ad sacrum in earum die festo. Atque hæc Risco* (7), *congerens quæcumque potuerit reperire faventiae traditioni Rovigiensi, secundum quam* SS. Nunilo et Alodia *illo in tractu et natæ et passæ perhibentur, quod Morales tamquam certum assumit.*

ast perperam; 14 *Hæc tamen per se aliud non efficiunt, nisi illo in tractu cultum SS. Virginibus ab antiquo redditum, cujus causa et principium non necessario desumenda sunt a corona martyrii eo loci adepta. Sunt enim alia multa quæ hujusmodi cultum inducere potuerunt, puta insignes quædam reliquiæ, beneficium a viro præclaro cælitus obtentum et his similia. Quod vero ad monasterium attinet, asseritur quidem, non vero probatur illud* paulo post passionem *fuisse erectum; nec voces* hæreditatem SS. Nunilionis et Alodiæ *manifeste* monasterium *denotant; vicum vero Bezares, sub Arabibus* Bosca *fuisse dictum, mera assertio est, nullo prorsus innixa testimonio. Imo generatim pater ille Mathæus de Anguiano haud multam meretur fidem, cum in sua Compendiosa historia Rovigiæ, tamquam sibi diserte faventes, teste P. F. Raymundo ab Osca* (8), *alleget S. Eulogium, Usuardum, martyrologium Romanum, sicut et Baronium; dum priores tres longe commodius imo certo explicantur de Osca Aragoniæ; Baronius vero tum in Notis tum in Annalibus locum martyrii silentio prætermittit. Præterea, ut animadvertit laudatus Risco* (9) *et ego infra quoque ostendam, vestigia ejusdem generis reperiuntur plura et clariora in Aragoniæ civitate Oscensi* (*Huesca*) *ejusque vicinia; imo talia sunt, ut illa ex his nata vel conficta pronum omnino sit suspicari. Cæterum inde est, quod quidam opinati sint, duo imo et tria ejusdem nominis paria SS. Virginum diversis in locis floruisse.* Ast, *inquit rursus Risco,* sincerus veritatis amor et animus ab omni partium studio alienus cogunt me id
D diserte edicere : scilicet duas tantum innotescere E
SS. Virgines tali nomine vocatas, easque ex Aragonia oriundas, et martyrio coronatas Oscæ, ut evidenter demonstrabo in Tractatu de illa ecclesia, *qui hucusque editus non est. Et, sed cum quadam restrictione, in Patrologia Migniana* (10) : Sententiam rejicimus Moralis ad Rucones sanctas Virgines ablegantis; sed inter Bœticos et Aragonenses litem dirimere non audemus. *Simili locutione utitur Antonius Yepez* (11); *at ipse dubius hæret* Aragonenses inter et Rovigenses; *addens tamen se de hac quæstione, utpote aliena a suo proposito, nolle disputare.*

15 *Sententia, quam secundo loco posuimus, tenet SS. Virgines passas* Oscæ, *ut scribit S. Eulogius; sed agi de urbe in Bœtica sita. Scilicet Ptolemæus, teste Bruzeno de la Martinière* (12), *duas distinguit urbes Hispaniæ homonymas : Alteram,* Oscam Ilergetum, *alteram* Oscam Turditanorum. *Prioris solum meminit Strabo :* Versus Septentrionem ab Ilerda (*Lerida*) abest Osca stadiis DXL (13); *utramque recenset Baudrand* (14) : Osca, urbs Illergetum... nunc *Huesca,* urbs Arragoniæ; Osca altera in Bœtica... nunc *Huescar* seu *Guescar,* in regno Granatæ et
E in confinio Murciæ, versus montes. *Quod ad Oscam* F
Ilergetum attinet, inter omnes convenit esse Aragoniæ urbem, hodie Huesca *dictam; aliud est de Osca Turditanorum. Annotator S. Eulogii in Migniana collectione* (15) *observat, fratres Mohedano* (*Raphaelem nempe et Petrum* (16)) affirmare *quidem, ut supra diximus,* Oscam, cujus Plinius meminit, circa urbem fuisse Tucci (hodie Martos) in regno Giennensi; aliis vero examinandum relinquere, an hæc fuerit Osca Eulogii. *Est autem Martos urbs Andalusiæ antiquissima, Romanis* Augusta-gemella-tuccitana; *septemdecim milliaribus distans a Gienno urbe* (*Jaen*) *in occasum* (17); *dum Huescar ad latus oppositum, saltem triplo amplius abest ab eodem Gienno* (18); *ita ut fratres Mohedani plurimum discrepent a Baudrando, qui, ut jam monui, præterea Plinium interpretatur de Osca Ilergetum seu Ara-*

AUCTORE B. B.

alii, nec meliori jure, in Bætica

(1) Annales de Navarra, tom. I, pag. 261.—(2) Baudrand. Ubi supra. — (3) Apud Risco. Hisp. sagrad. tom. XXXIII, pag. 418. — (4) Ibid. — (5) Ibid. — (6) Vide Atlas de l'Europe en 100 cartes, par Philippe Vandermaelen. Mappa 62. — (7) España sagrada, locc. citt. — (8) Historia de las santas Virgines y Mart. Nunilo y Alodia, pag. XXI. — (9) España sagrad. Ibid. pag. 419. — (10) Tom. CXV, col. 887 et 888. Nota *a*. — (11) Coronica general de S. Benito, tom. IV, fol. recto 85. — (12) Dictionnaire géographique. Voce : *Osca*. — (13) Strabonis rerum Geograph. lib. XVII. Oxonii 1807. Pag. 220. — (14) Novum Lexicon geog. — (15) Patrologia, tom. CXV, col. 887. nota *a*. — (16) Biographie universelle. Voce *Mohedano*. — (17) Guibert. Dictionnaire Géographique. — (18) Confer Atlas de l'Europe, par Philippe Vandermaelen, num. 83 et 84.

gonum :

AUCTORE B. B.

gonum : Populi Oscenses Plinio (1). *Baudrando favet Carolus Spruner, qui paucis abhinc annis edidit tabularum geographicarum (septuaginta trium numero) volumen haud spernendum, atque spectans ad historiam medii ævi* (2). *Tabula* 33 *exhibet Gothorum regnum in peninsula Iberica, regionisque statum ab anno Christi* 477 *ad annum* 711, *ubi paulo infra gradum lat.* 38 *et fere ad intersectionem gradus* 13 *long. ponitur* Osca, *cujus loco habetur* Huescar *in tabulis numm.* 37 *et* 38; *quarum altera Hispaniam delineat usque ad medium sæc.* XIII, *altera usque ad finem sæc.* XV. *Bruzenus vero notat* (3): Perperam prorsus editores Ptolemæi utramque Oscam ad unam eamdemque urbem, hodie Huesca dictam, referre : Osca Ilergetum, Huesca est, in Aragonia sita; Osca Turditanorum quærenda est alicubi in Andalusia. *Quæ quidem notatio, inhærendo Ptolemæi libris, longe accuratior aliis est. Osca Turditanorum in Europæ Tabula* II (4) *ponitur ad littus Occidui Maris, haud procul ab ostio Bætis fluvii (hodie Guadalquivir), dum Huescar ad ejusdem fluminis caput satis prope accedit* (5) *ita ut Osca Ptolemæi ab hodierna urbe, Huescar dicta, tota, qua patet Andalusia, distet latitudine ab occidente*
B *in orientem. Perperam proinde Ptolemæi editor adscribit,* recens Oscæ *nomen esse* Huescar (6).

passas tradunt.

16 *Atque hæc omnia satis ostendunt haud in comperto esse, quæ ad situm imo et ad nomen posterioris urbis spectant. Cæterum paucos habet secunda hæc sententia patronos, adversus quam mihi videtur decretorium ex S. Eulogio haberi argumentum. Scribit enim ille, ut supra jam reddidi, se passionem* SS. Nunilonis *et* Alodiæ *didicisse,* referente Venerio Complutensi (*Alcala-de-Henarez*) episcopo. *Jam vero non facile capio, quî Eulogius, Cordubæ degens, ac proinde haud procul a* Martos *imo et ab Huescar, didicerit quid in sua quasi vicinia gestum esset,* referente Venerio, *qui suam sedem habebat media fere via Cordubam inter et Oscam Aragoniæ, ac proinde septuaginta leucis Hispanicis et eo amplius a priori urbe morabatur. Non ergo admittenda videtur secunda sententia; remanet tertia juxta quam Passio contigit Oscæ in Aragonia, idque, ut supra monui, certum existimat Emmanuel Risco, nec immerito, ut ex sequentibus constabit numeris.*

Passionem contigisse Oscæ in Aragonia

17 *Et re quidem vera in ejus gratiam militat primum textus S. Eulogii, quem aliter interpretari quam de Osca, Aragoniæ civitate, ipsa verba vix*
C *sinunt; unde et Morales, ut suam firmaret opinionem, pro* Osca *posuit* Bosca, *quamvis fateatur in originali haberi* Osca (7); *et alibi, haud meliori ductus ratione, legendum proponit* Oca, *quæ civitas tunc vel jam eversa erat, vel non pertinebat ad Mauros* (8); *cæterum ipse Morales satis declarat sibi posteriorem hanc vocem haud multum probari* (9). *Nec minus favet Usuardus, qui ad hunc diem annuntiat :* In civitate Osca, sanctarum virginum Nunilonis et Alodiæ, quæ pro confessione Christi diuturna custodia maceratæ, ac capitali sententia punitæ, martyrium celebrarunt. *Atque ita in textu puro* (10). *Usuardi testimonium tanto majoris faciendum est, quod ipse cum altero monacho ejusdem S. Germani Pratensis nomine Odilardo, Parisiis Cordubam usque peregrinatus anno* 858 *sit, atque in itu et reditu plures dies substiterit Cæsaraugustæ, ubi facile didicerit quæ paucis ante annis Oscæ contigerant* (11), *quæ dein* D *martyrologio suo inseruerit. Cæterum ejus Annuntiatio apprime concordat cum S. Eulogii relatione. Atque hæc duo sunt testimonia omnino coæva, quibus novum accedit pondus ex pluribus aliis documentis mss. Nam, ut habet Moretus* (12), Sanctoralia antiquissima Cardennense et Toletanum, item codex valde antiquus S. Eulogii, sicut et breviaria Pampelonensia et Legerensia unanimiter scribunt Oscam. Ita quoque antiquus codex Legerensis diserte memorat reliquias SS. Virginum delatas Osca ad monasterium fuisse industria Onecæ reginæ. *Id ipsum confirmatur ex charta Petri primi Aragoniæ regis, data æra* MCXXXV *id est anno Christi* 1097, *in qua ita habetur :* Hec est charta, quam facio ego Petrus, gratia Dei rex civitatis Oscensis, atque Aragonensium seu Pampelonensium princeps : dono atque concedo domino Deo et Redemptori nostro, sanctisque virginibus simulque martyribus Nuniloni et Alodie, quæ fuerunt pro Christo martyrizati in suprafata urbe, quarum corpora requiescunt... in cenobio Leierensi *etc.* (13).

probatur

18 *Ex dictis num.* 13 *elucet, Ambrosium Morales suam de loco martyrii fundare sententiam in* E *his aut similibus sanctoralis Cardennensis et breviariorum verbis :* In territorio Berbetano, juxta antiquissimum locum, qui dicitur Castrum Bigeti, in villa Abosca; *ipsumque eruditum Emmanuelem Risco fateri se vocum* Berbetanum, Castrum Bigeti *et* Abosca *non potuisse assequi significationem, cum illas nuspiam in historiis vel antiquis monumentis repererit. At enim, reponit P. F. Raymundus ab Osca* (14), *obtinet id quidem apud extraneos, minime vero apud nostrates scriptores : voces namque illæ Aragonensibus et familiares sunt et probe intelliguntur. Unde D. Vincentius Blasco de Lanuza tom. I historiarum Aragoniæ pag.* 317, *diserte tradit,* Ahosca *esse oppidum* Adahuesca, Castrum Vigeti *oppidum* Alquezar *media leuca illinc dissitum, territorium* Berbetanum, *seu ut habet S. Eulogius* Barbitanum, *esse agrum* Barbastri, *quæ civitas* Barbastro *antiquitus dicebatur* Berbetum (15). *Addit idem P. F. Raymundus, magna cum diligentia se inquisivisse, quid sibi vellent præfatæ voces, idque sibi manifeste constare, rectam veramque esse Vincentii Lanuzæ interpretationem* (16).

ex vocibus : Abosca. F

19 *Et primum quidem observat, oppidum* Adahuesca *in vetustis codicibus dici* Ahuesca, Ahosca *et* Abosca; *posteriorem vocem esse magis antiquam, ex qua ob apicum* h *et* b *similitudinem facile amanuenses fecerint* Ahosca. *Subdit dein se vidisse in archivo ecclesiæ Oscensis bullam originalem Innocentii papæ III, datam* 27 *Maji* 1203, *in qua pontifex limites Oscensis et Ilerdensis diœcesium determinans, priori assignat certum tractum* præter ecclesias de Azlor, Alberola, Abosca et Colungo (17); *medius fere est vicus* Abosca *hodie* Adahuesca *inter tres alios, et una tantum leuca distat ab horum maxime dissito. Bullæ præfatæ executio commissa fuerat Petro archiepiscopo Tarraconensi, qui* 19 *Novembris ejusdem anni* 1203, *cum ecclesiæ hactenus Oscensi episcopo subjectæ recusarent submittere se Ilerdensi, litteras dedit comminatorias, quarum initium est :* Petrus archiepiscopus Tarraconensis dilectis filiis, universo clero et populo ecclesiarum

(1) Baudrand, tom. II, pag. 20. Isenaci 1677. — (2) Historisch-Geographischer Hand-Atlas, vom Anfang des Mittelalters bis auf die neueste Zeit von Dr Karl von Spruner. Gotha 1846. — (3) Dictionn. Géographique. Voce : *Osca*.—(4) Claudii Ptolemæi Alexandri Geographiæ libri octo græco-latini. Recogniti a Petro Montano. Francofurti 1605. — (5) Spruners, Atlas, num. 37. — (6) Ptolemæi geograph. pag. 56. — (7) Risco. España sagrad. tom. XXXIII, pag. 420. — (8) Historia de las SS. Nunilo y Alodia, pag. XXI. — (9) Ibid. — (10) Sollerius. Martyrol. Usuardi, 22 Oct. — (11) Historia de las SS. Nunilo, etc. pag. XVI et seq. — Item Florez España sagrad. tom. X, pag. 387 et seqq. — (12) Annales de Navarra, tom. I, pag. 281. — (13) Hist. de las SS. Nunilo, etc. pag. XVII et seq. — (14) Ibid. pag. XXVIII. — (15) Ibid. — (16) Ibid. pag. XXIX.— (17) Ibid. pag. XXX.

de

A de Presinen, Peralta... Azlor, Abosca, Alberola atque Colongo salutem (1). *Rursus in archivo cathedrali reperitur charta renuntiationis anni* 1192, *in qua legitur :* Villa quæ dicitur Abosca. *In antiquo martyrologio ms. vox* Adahuesca *ponitur pro* Abosca : XII Calendas Novembris (21 *Octobris*) passio sanctarum Nunilonis et Alodie sororum, que ex matre fideli in oppido Adahuesca orte sunt. Cum intelligibilem ætatem attigissent et instigationi perverse cujusdam parentis nollent acquiescere, jussu regis Zumelis Agareni Osce capite truncate sunt (2); *eodem modo in breviario jussu DD. Petri Augustini edito anno* 1547 : Oppido, quod vulgo Adahuesca dicitur; *et notat P. F. Raymundus, præsulem illum, qui eruditus erat, posuisse* Adahuesca, *ubi antea in breviariis legebatur* Abosca, *quod voces illæ synonimæ essent, et prior communius jam adhiberetur; ac denique concludit :* Possem *et alia plura congerere testimonia, quæ mihi præ manibus sunt, si hactenus allegata rem ad evidentiam usque non probarent* (3).

Castro Bigeti, 20 *Sequitur* Castrum Vigeti *seu* Bigeti (*Hispanis namque* v *et* b *promiscue usurpari assolet*), *estque oppidum, quod Mauri ob Arcem munitam dixere*
B Alcazar (*eorum nempe idiomate* Alcazar *sonat latine* Arcem (4)), *nunc vero* Alquezar *scribitur. Antiquum tamen nomen non penitus intercidit. Sic in instrumento Petri IV habetur :* Noverint universi, quod nos Petrus rex Aragonum... vendimus... Petro Jordani Durries... Castrum Vigetum et villam nostram de Alquezar et aldeas ipsius in nostro regno Aragonum situatum. *Data est charta Cæsaraugustæ* 5 *Septembris* 1357 (5). *Item in instrumento regis Alphonsi V, die* 8 *Martii* 1429 : Castrum Vigeti Dalquezar, situm in regnum Aragonum, in terra Barbastri (6). *Denique ex aliis mss. constat* terram Barbastri *fuisse vocatam territorium* Berbetanum *vel* Barbutanum, *in quo sitæ sunt villæ Adahuesca et Alquezar. Sic in Concordia, inita anno* 1080 *inter Garciam episcopum Aragonensem et Raymundum episcopum Rodensem, interveniente rege Sanchio, legitur :* Omnis regio Barbutana... habens ex meridiano latere Castra, quæ vocantur Nabal et Salinas et Alquezar (7). *Et iterum in quodam commentario ms. ejusdem sæculi* XI : Quod modo dicitur Superarbium olim vocabatur territorium Berbetanum. Cum autem homines Superarbi perdidissent Barbastrum, a quodam monte quod dicitur Arbi, eo
C quod super eum starent Christiani, Mauri vocaberunt Superarbienses, id est super istum montem stantes. Modo vero vocare convenit eos Barbastrinos (8). *Hæc omnia latius vide apud sæpius laudatum P. F. Raymundum ab Osca, qui affirmat se præ manibus habuisse præfata documenta vel eorum transumpta legitima. Hoc autem posito, evanescit difficultas mota de loco tam originis quam passionis SS. virginum* Nunilonis *et* Alodiæ. *Vide Spruneri mappas* (9) *num.* 37, *ubi Insula Iberica exhibetur usque ad medium sæculum* XIII, *et notantur* Alcuezar *et* Barbastro; *item mappam num.* 38, *ab anno* 1257 *ad* 1479, *ubi :* B. Castro *et* Barbastro.

et territorio Barbetano ; 21 *Hactenus dicta confirmantur ex Actis translationis, de quibus jam pluries supra; in illis agitur de* Oscensi urbe *et* Oscha villa, *ubi, ut observat Pellizerus* (10), *clare distinguitur* Osca (Huesca) *in qua passæ sunt SS. Virgines a* villa Ada-Huesca *in qua natæ. Dein addit :* Ad clivum Pyrenæorum, septem ab Osca leucis, jacet Ada-Huesca, media leuca ab urbe Alqueçar, quæ antiquissimum est Castrum Bigetum in territorio *Barbetanum* vocato. *Concordat Didacus de Aynsa, Osca oriundus et patriæ suæ vindicans præclarissimas illas Martyres* (11); *refutat quoque Moralem, addens* (12), *haud majoris momenti esse quod urget iste, nempe non potuisse ex loco tam dissito, qualis est Oscense territorium, reliquias transferri ad cœnobium Legerense. Quasi vero, exclamat Didacus, S. Stephanus non fuisset Hierosolymis translatus Constantinopolim atque hinc Romam. Cæterum inspicienti tabulas geographicas incurrit in oculos, non multo amplius distare a Legerensi monasterio* Oscam *quam* Najaram, *unde tamen translata vult sacra corpora Morales* (13).

AUCTORE B. B.

cujus passionis vestigia tum in vico Adahuesca.

22 *Vidimus supra num.* 13, *cultum, qui sanctis Sororibus exhibetur in Rovigia, præcipuum imo et unicum esse fundamentum sententiæ, quæ statuit illas ibidem passas. Ast pariter coluntur tum Oscæ tum in vicino territorio.* In vico, *ait Moretus* (14), qui Araguesca seu Adaguesca dicitur, ab immemorabili spectatur domus, in qua natæ sunt SS. Virgines, quæ singulis annis, earum recurrente festo, E ornari solebat, atque ab antiquo jam in ecclesiam fuit conversa, *et quidem sub earum invocatione, idque, ut asserit P. F. Raymundus* (15) *nixus traditione locali et charta ms. in archivo ejusdem vici, statim atque a Maurorum jugo regio illa fuit erepta. Intra ecclesiæ septa habetur puteus, idem, ut fertur, qui in domo erat, ad quem frequentes et* imponderabili *cum devotione conveniunt non incolæ solum, sed et circumfusi agri fideles, nec sine indultis cælitus beneficiis. Certe Petrus Los-Certales, sacerdos et sacrista illius ecclesiæ, scripta reliquit miracula omnino quatuordecim, quorum se affirmat fuisse testem* (16). *Cum ecclesia parochialis extra oppidi Adahuesca muros exurgeret, aliam incolæ ædificarunt juxta ecclesiam* SS. Nunilonis *et* Alodiæ, *quæ et ipsa hac occasione renovata fuit. Opus perfectum anno* 1772 *est, et quidem ita ut ambæ sacræ ædes sibi jungerentur : unde ecclesia SS. Virginum jam est quasi magnum aliquod sacellum ecclesiæ parochiali annexum, in quo tamen cultus ecclesiasticus exercetur separatim : in altari servantur illarum reliquiæ, et in parietibus cernuntur picturæ vitam, martyrium, sepulturam et translationem exhibentes* (17).
*Atque hæc ita P. F. Raymundus testis de visu, addit*que *in castro de Alquezar ostendi adhuc carcerem, ex quo, ut fert constans traditio, ambæ Germanæ deductæ ad judicem sunt. Notat quoque Didacus de Aynsa, feminas in oppido Adahuesca passim Nunilonem et Alodiam vocari* (18), *testatur*que (19), *ad instantiam Hieronymi Claveria archidiaconi ecclesiæ cathedralis Oscensis, concessisse Clementem VIII anno* 1604 *indulgentiam plenariam singulis fidelibus, qui die SS. Virginibus sacro, adirent earum in Adahuesca domum, in ecclesiam, ut diximus, conversam.* F

et colle SS. Martyrum,

23 *Alio deinde in loco fuse agit* (20) *de* colle SS. Martyrum *nuncupata. Scilicet secundo ab urbe Osca lapidis jactu, ex adversa Isuelæ fluminis ripa assurgunt binæ colles, parvo ab invicem disjunctæ intervallo : altera vario dicitur nomine :* Collis *seu*

(1) Hist. de las SS. Nunilo etc. pag. XXXI. — (2) Ibid. — (3) Ibid. pag. XXXII. — (4) Diccionario de la Academia Española. Edicion abreviada, Paris. 1826. Confer Ducangii Glossarium. — (5) Hist. de las SS. Nunilo, etc. pag. XXXII. — (6) Ibid. pag. XXXIII. — (7) Ibid. pag. XXXIV. — (8) Ibid. pag. XXXV. — — (9) Historisch Geographischer Hand-Atlas. Gothæ 1846. — (10) Advertencia sexta. — (11) Fundacion, excelencias, etc. de Huesca, lib. II, cap. 34 et 35. — (12) Ibid. pag. 287 et seq. — (13) Spruner. Hand-Atlas, map. 38. — (14) Annales de Navarra, tom. I, pag. 283. Conf. Didac. de Aynsa, Fundacion, etc. pag. 281. — (15) Historia de las de SS. Nunilo, etc. pag. XXXVII. — (16) Ibid. — (17) Ibid. pag. XXXVII et seq. — (18) Fundacion, etc. pag. 281. — (19) Ibid. pag. 290. — (20) Ibid. pag. 604-606.

AUCTORE B. B.

Podium Zumac *vel* Cimac, *a corrupta voce* Zumahil, *qui, dum* SS. Nunilo *et* Alodia *passæ sunt, Oscæ præerat;* Furcarum, *quod ibidem essent furcæ seu patibula, quibus capitis damnati appendebantur* (1); sanctarum Martyrum, *quod eo, post consummatum martyrium, ambæ SS. Virgines, jussu tyranni, translatæ fuerant atque ibidem, terræ aliquatenus mandatæ, per dies aliquot remanserant. Deinceps postremum illud nomen colli fuit communius assertum. Altera collis vocatur* Podium Sanctii (el Pueyo de Sancho), *quod rex ille, urbem anno* 1094 *obsidione cingens* (2), *hic castra posuerat. Inter utramque collem, præfatus rex Sanctius ædificavit ecclesiam in honorem Jesu Nazareni et SS. Virginum* Nunilonis *et* Alodiæ (3). *Quod tamen intelligendum, non quasi ipse ædem perfecisset, cum sub initio obsidionis sagitta percussus occubuerit* 4 *Junii ejusdem anni* (4); *ast condendam decrevisse, mandatique sui executionem reliquisse filio et successori suo Petro, qui urbem expugnavit* (5). *Quæ de ecclesia diximus habentur quoque in charta regis Joannis II, data* 4 *Maji anni* 1478 : Relatione fidelium accepimus, quod ecclesia sanctarum Nuniloni et Alodiæ, sita in podio de Cimach extra muros nostræ civi-
B tatis Oscæ, in qua dum prædictæ Virgines in humanis agerent proprium larem habebant (*nec repugnat eas tum Oscæ tum in villa Adahuesca domum habuisse vel incoluisse*), multa floruit religione multisque miraculis extitit perlustrata, quam gloriosus rex Sancius proavus noster memoriæ immortalis, in obsidione dictæ civitatis contra paganos, in honorem Jesu Nazareni et earumdem Virginum mire construxit cum hospitali eidem ecclesiæ con-
juncto, in quo peregrini, horfani et pauperes multi reficiebantur. *Hactenus charta seu Privilegium Joannis II* (6). *Erat etiam in dicta ecclesia sodalitium seu confraternitas sub titulo* Jesu Nazareni, SS. Nunilonis et Alodiæ atque SS. Agathæ et Barbaræ. *Anno* 1328 *reædificata fuerat ædes illa sacra, ut efficitur ex testamento D. Raymundi Acuti* (22 *Maji, mox dicto anno*) : Item instituo et ordino duodecim presbyteros seculares in ecclesia beatarum virginum Nunilonis et Alodiæ, Agathæ et Barbaræ, quam ego construxi seu construi feci; quorum presbyterorum duodecim unus sit Prior,
C et alii serviant et celebrent in dicta ecclesia perpetuo horis diurnis pariter et nocturnis pro anima mea et meorum *etc.* (7). *Altera rursus indicatur reædificatio seu instauratio, facta sumptibus et industria præfati sodalitii.*

ubi ecclesia et hospitium;

24 *Denique scribebat Didacus de Aynsa circiter annum* 1619 : Ecclesia ista cernitur nunc in illa forma, qua a Sodalitio fuit donata. Altare majus antiquissimum est, totamque refert passionem SS. Martyrum Nunilonis et Alodiæ. In altaris summo habetur Crucifixi imago, haud minoris antiquitatis (8). *Sanctuarium hoc utpote fundatum, ab eorum prædecessore Sanctio, summo perpetuo fuit regibus Hispaniæ in pretio, magnisque auctum privilegiis, nominatim a Joanne II anno* 1478 *et Ferdinando catholico anno* 1510, *prout efficitur ex plurimis instrumentis. In hospitio ejusdem ecclesiæ peregrini triduo sustentabantur,* unde inferre licet, *inquit Didacus de Aynsa,* eos frequentes accurisse. Nunc illud obtinet festis diebus SS. Virginum nostrarum, S. Agathæ et S. Barbaræ, et præcipue Inventionis S. Crucis. Festa celebrabantur a clericis Sodalitii, qui quin- D
que (*nec plures*) erant numero in honore quinque vulnerum Christi, atque omnes sacerdotio initiati. Residet nunc in ecclesia eremita (9). *Hæc paulo latius desumpsimus a teste oculato notoque, ut appareat vestigia Oscensia saltem æque esse clara, quam alia illa ex P. Anguiano* (*teste haud valde gravi*) *recitata num.* 13. *Atque hæc Didacus de Aynsa lib.* IV *cap.* 20. *Dixerat autem lib.* II *cap.* 33 (10) : In colli sanctarum Martyrum (*el toçal de las Martires*) habetur, ut inferius dicam lib. IV, cella eremitica, *eaque valde antiqua, ipso in loco, ubi depositæ fuerant* SS. Nunilo *et* Alodia, *ad quam solebant singulis annis, die* 21 *Octobris, per modum supplicationis accedere clerus tum majoris ecclesiæ, tum parochialium, sicut et universa civitas. Quod licet ab anno* 1603 *factum amplius non sit, nihilominus perseveravit in populo devotio, ita quidem, ut vix quisquam in urbe reperiatur, qui dicto die ad eremum* SS. Nunilonis *et* Alodiæ *non accedat. Denique ad finem sæculi elapsi scribebat P. F. Raymundus* (11), *ecclesiam SS. Virginum esse valde pauperem, atque commissam custodiæ alicujus eremitæ, imo et ruinæ proximam.* Faxit, *inquit,* Deus ut in corde devotorum SS. Virginibus exci- E
tetur desiderium reparandi monumentum, quod in perpetuum stare deberet.

tum in ipsa urbe Osca reperiuntur.

25 *In ipsa autem civitate, in quam ex præfata colle, paucis post necem diebus, leguntur sacra corpora jussu Maurorum delata, subsistit adhuc puteus, cui injecta atque lapidibus obruta biennio fere latuerunt; quem videre est in parochia S. Petri,* e regione ecclesiæ a S. Salvatore dictæ (12). *Anno* 1603, *sumptibus civitatis Oscensis, nova ornamenta puteo superimposita sunt, speciatim imagines utriusque sanctæ Virginis et Martyris, addita metrica inscriptione, qua monetur lector,* locum istum sanguine SS. Nunilonis et Alodiæ tinctum, quæ ex natali suo vico venerunt Oscam, mortem pro Christo obituræ. *Confer P. Raymundum, qui fuse hæc omnia explicat* (13), *addens* (14) *D. Vincentium Novella, sanctæ ecclesiæ Oscensis doctoralem, quo pretiosum adeo monumentum posteris impensius commendaretur, curasse anno* 1791 *ut illius frons renovaretur ex lapide quadrato cum epigrapha :* In hoc puteo fuerunt gloriosa corpora sanctarum Nunilonis et Alodiæ. *Passim fideles aquas ejus devote et cum fiducia bibunt. In eadem platea, haud procul a præfato puteo, et quidem in ipso martyrii solo ædificata ecclesia* F
est in honorem Salvatoris et SS. virginum et martyrum Nunilonis et Alodiæ, *idque factum suspicatur Aynsa brevi post ereptam e Maurorum jugo civitatem; illius tamen ecclesiæ primum mentio clara invenitur anno* 1226 (15). *Sequiori ævo reædificata fuit, tituloque Salvatoris et SS. Virginum additus quoque titulus* S. Stephani protomartyris; *quæ temporibus Didaci de Aynsa, sæculo nempe* XVII *reparata,* nostris vero diebus, *inquit Raymundus* (16), propterea quod, deperditis annuis censibus, jam non satis decenter divinis in ea operari liceret, conversa in scholam puerorum est, ubi et ego et plerique Oscenses ab annis triginta primas didicimus litteras. Videre tunc adhuc erat altare majus, pulpitum et sacella sex, tria nempe ab utroque latere. *Denique D. Franciscus Puey coemit anno* 1766 *locum illum, in quo erexit aliquot domos et oratorium publicum dedicatum* Salvatori et SS. VV. Nuniloni et

(1) Fundacion, etc. lib. II, cap. 33, pag. 286. — (2) Ibid. pa. 32. — (3) Ibid. pag. 603. — (4) Ibid. pag. 33. — (5) Ibid. pag. 33 et seqq. — (6) Ibid. pag. 605. — (7) Ibid. — (8) Ibid. pag. 606. — (9) Ibid. — (10) Ibid. pag. 285. — (11) Historia de las SS. Nunilo y Alodia. Edit. 1796. Pag. XXVI. — (12) Fundacion, etc. pag. 286. — (13) Historia, etc. pag. XXIV. — (14) Ibid. pag. XXV. — (15) Ibid. pag. XXII. — (16) Ibid pag. XXIII.

Alodiæ,

A Alodiæ, *hæredibusque suis injunxit, ut singulis annis celebrari ibidem curarent missas triginta tres idque solemnioribus diebus* (1). *Totam hanc disputationem concludit Didacus de Aynsa* (2) *testimoniis ex breviario Oscensi et Pampelonensi desumptis. In priori, edito anno* 1547, *habetur :* In territorio Berbetano, juxta antiquissimum locum qui dicitur Castrum Vigetum, oppidum, quod vulgo Adaguesca dicitur, duas Germanas a patre, ut creditur, infideli parvulas derelictas, a matre vero christiana, ab infantia in fide Christi eruditas, quarum major Nunilo, minor vero Alodia dicebantur *etc. In altero autem, edito anno* 1588 *et approbato a Sixto V. Anno præcedenti, legimus :* Nunilo et Alodia sorores, non longe ab urbe Osca, nobilibus parentibus, sed patre gentili, matre vero christiana ortæ *etc. Quas quidem Lectiones proprias, sicut et alias particularium Sanctorum recudendas curavit, cum nova approbatione Pauli V, episcopus Oscensis Belenguer de Bardaxi anno* 1614. *Mihi non solum probabilior est sententia, quæ statuit SS. Virgines in Aragonia et natas et passas, sed illam omnino certam habeo.*

B

§ III. Confutatur Tamayus de Salazar, tria paria seu Bigas statuens SS. Virginum cognominum.

Tamayus tres ejusdem nominis Martyrum bigas effingit;

Actis translationis, a Pellizero editis, manu sua adscripsit Papebrochius : Tamaius... ex ridiculis fundamentis tria paria effingit; *alii duo ponunt, ut supra innuimus num.* 14. *Et re quidem vera scribit Tamayus* (3) : Apud nostros tres bigas hujus nominis martyres deprehendo, si P. Bivario credimus, qui etiam easdem diversis temporibus invenit, hisce verbis : « Priores ante annum Christi DCCXIV seu Hispaniæ vastationem; post has anno Christi DCCCLI, juxta Eulogii testimonium alias; postremas vero ad annum Christi DCCCCL, quod Luitprandus fere vidit, adstruendas non ambigo. » Sed et Julianus easdem ipse bigas profitetur hac serie : « In pretio sunt SS. Virgines Nunilo et Alodia, virgines et martyres, quarum cognominum C quædam longe ante eversionem Hispaniæ (*quod utique non concordat cum Laurentio Ramirez*); quædam sub Mauris anno DCCCXLVIII; quædam anno circiter DCCCCLI passæ creduntur. Quasdam Osca Bœticæ; quasdam Tritium patronas habet; quasdam Osca Aragoniæ. » *Quam leviter hæc asserantur, jam ex supra dictis haud obscure elucet clariusque efficitur ex ipsis probationibus quas ibidem subjungit Tamayus* (4). *Prima deducitur ex* Canonica S. Petri de Taberna, *in qua legitur :* Consecravit (*Bentius Cæsaraugustanus episcopus*) etiam altare in honorem S. Stephani *protomartyris, in quo reposuit duos digitos de corpore ejusdem martyris;...* et caput S. Nunilonis et spatulam S. Alodiæ. *Ecce, ait Tamayus, jam harum Sanctarum memoria et Reliquiarum translatio Cæsaraugusta ad cœnobium Tabernense ad annum* DCCXIV, *quo Hispanicum accidit excidium;* qua expresse comprobatur ecphrasi opinio Juliani dicentis : « Quædam ante eversionem Hispaniæ (5). »

AUCTORE B. B.

prima deducitur ex Canonica S. Petri de Taberna,

27 *Tota igitur assertio nititur testimonio* Canonicæ, *quæ scriptio est caractere antiquo seu gothico exarata, atque in monasterio Pinnensi S. Joannis apud Aragones asservata. Scilicet monachus quidam, ut habet Briz Martinez* (6), *nomine* Balastutus, (*latine* Belascutus (7)) *senio et morbo fractus, jamjamque moriturus circumstantibus fratribus, jussu abbatis Davidii, enarravit quæ memoria tenebat; alter ex monachis scripto excipiebat quæ a moriente dicebantur; atque hinc nata* Canonica *est. Subjungit Brizius :* Fateor hominem infirmum atque ætatis adeo provectæ errare in nonnullis potuisse, præcipue ubi agebatur de rebus gestis ante sua tempora; certumque est eum nomina quorumdam prælatorum reddidisse præpostere. *Quæ quidem indulgentius scripsit Brizius, sibi probabiliter cavens ne nimium deprimeret scriptionem, quæ in monasterio, cujus ipse simul et abbas et historiographus erat, servabatur. Certe Hieronymus Blancas,* sinceræ, *ut habet Papebrochius* (8), et antiquæ fidei scriptor, *qui multis agit de hac Canonica* (9), *severius fert judicium. Postquam enim recitavit quæ spectant ad brachium S. Petri apostoli* (10), *quod cum aliis reliquiis*, (*in specie capite* S. Nunilonis *et spatula* S. Alodiæ) *Bentius Cæsaraugustanus episcopus narratur fugiens detulisse in ecclesiam S. Petri de Taberna, subjungit laudatus Blancas* (11) : Quibus quæ fides adhibenda sit, affirmare non ausim... Tot autem Sanctorum reliquias, et quod magnum est, S. Petri apostoli brachium ad nos umquam allatum stupesco, tamdiuque (si ita est) in eodem Tabernæ monasterio asservari; cum tantæ rei nullam memoriam, neque in priscis annalibus, neque in posterioribus tum nostris tum etiam externis inveniamus. Audio tamen, dum hæc scribo, in Ovarræ monasterio, cui dictum Tabernæ monasterium attributum fuit, brachium quoddam in maximo honore haberi, sub nomine S. Petri eremitæ non autem apostoli. Fortasse a nominis similitudine ortus est error. *Scribit quoque Papebrochius in notis margini appositis* (12) : Incredibilis videtur modus, quo se dicunt Aragones accepisse brachium S. Petri. Dubitat de eo etiam Hieronymus Blancas *etc.*

quæ nullius esse auctoritatis

28 *Postea eruditus vir Emmanuel Risco ex professo egit de Canonica* (13). *Cum enim ex hac inserti fuissent catalogo episcoporum Cæsaraugustanorum Cyriacus et Bentius, in Tractatu de illa ecclesia,* F *indagandum fuit quo jure id obtineret. Utrumque perperam intrusum pronuntiat Risco, ipsam autem Canonicam asserit esse* supposititiam, pluribusque sæculis recentiorem ætate, quam ei affingunt; scriptam vero ab homine rerum historicarum prorsus ignaro, qui tempora et personas resque gestas pro suo arbitrio cudit (14). *Atque imprimis reprehendit vir eruditus Blancam et Brizium* (15); *illum, quod recitando Canonicæ textu ea suppresserit, quibus suspectus reddi posset; hunc, quod synoptice colligens quæ in toto textu continentur, artificio sit usus. Unde non dubitat utrumque alicujus dissimulationis reos dicere. Josephus Pellizerus omnium primus Canonicam integre publici juris fecit in initio Annalium suorum. Præterea multum abest ut constet de antiquitate illius scriptionis. Ait quidem*

(1) Historia de las SS. etc. pag. XXIII. — (2) Fundacion, etc. pag. 291. — (3) Martyrologium Hispan. 18 April. — (4) Pag. 697 et seq. — (5) Ibid. pag. 697. — (6) Historia de S. Juan de la Peña, lib. II, cap. 20, pag. 353-358. — (7) Tamayus, ubi supra. — (8) Acta SS. 29 Junii, pag. 439. — (9) Aragonensium rerum commentarii. Hispania illustrata, tom. III, pag. 579 et seq. — (10) Confer Papebrochium. Acta SS. loc. cit. — (11) Hispania illust. tom. III, pag. 579 (bis). — (12) Acta SS. Ubi supra. — (13) España sagrada, tom. XXX, pag. 131-137 et pag. 198-205 — (14) Ibid. pag. 202. — (15) Ibid. pag. 198.

Hieronymus

AUCTORE B. B.

Hieronymus Blancas (1) : Affirmabo autem nimis vere, me ita ea omnia exarata invenisse in dicto pervetusto codice Pinnatensi, antiquis litteris atque adeo veteri pergameno descripta. *At vero, reponit Risco* (2), scriptura ab illis auctoribus (*Blanca et Brizio*) producta et lecta, transumptum seu copia est, exarata anno 1415, ut constat ex ipso Canonicæ codice; *unde et jure merito concludit, frustra scriptores illos antiquitatem originalis manuscripti commendatam velle ex pergameno, quod præ manibus habuerunt. Denique titulus Canonicæ est hujusmodi :* Ex pervetusto codice S. Joannis de Pinna, pergameno litteris antiquis descripto hic habetur Canonica S. Petri de Taberna (3). *Porro cum ex Brizio habeamus, manuscripta monasterii S. Joannis de Pinna, sub initium fundationis, incendio consumpta fuisse, non facile capitur quo ex originali descriptum fuerit transumptum supra laudatum.* Quod si, *infert præterea Risco,* originale illud manuscriptum supersit, ut quid Brizius aliique non illud potius laudant, quam merum transumptum sæculo decimo quinto confectum?

demonstratur;

29 *Altera ratio quæ suspectam reddit Canonicam, plurimæ sunt hallucinationes manifestæ in ea passim occurrentes, quas vide apud Risco loc. citt. Tandem non est hic prætermittendum quod scribit S. Braulio, Cæsaraugustanus episcopus ab anno* 631 *ad annum* 631 (4) *dimidio proinde sæculo ante Bentium ex ipsius Brizii sententia, respondit Jactato presbytero :* De reliquiis vero reverendorum apostolorum, quas a nobis flagitastis vobis debere mitti, fideliter narro, nullius martyrum me ita habere, ut quæ cujus sint, possim scire. Prædecessorum et dominorum meorum sententia fuit, ut quia passim aut furtim, aut etiam inviti ipsi et coacti multorum charitate, ex his, quas habebant, aut dare aut carere cogebantur, cunctorum notitiæ ne ullius pateret indicium, tituli tollerentur et sub uno conclavi mitterentur. Reservatæ sunt tamen admodum septuaginta, inter quas illæ, quas quæritis, minime reperiuntur. *Ex his, Risconis opinione* (5), *iterum suspecta fit Canonica, plurimorum nomina reddens Sanctorum, quorum reliquias secum prætensus Bentius Cæsaraugusta fugiens asportavit. Sed quidquid de hoc postremo sit argumento, hactenus dicta satis efficiunt nullius auctoritatis censendam Canonicam, ac proinde vanam Tamayi esse primam* SS. Martyrum ejusdem nominis bigam.

B

C

item tertia rejicitur,

30 *Secundam Bigam præbet Tamayo S. Eulogius. De hac nullus est qui dubitet.* Tertiam subministrabit Luitprandus, qui per hæc tempora vitam ducebat, et suo Chronico apud Ramiresium hanc addidit memoriam, scribens : « Nunilo et Alodia hoc anno (DCCCCLI) patiuntur, me vivente, in Castro Vergeti, id est Castellon, in castris Vinariis in Batestania. » Quod repetit in Adversariis, licet in anni consignatione in utriusque codice mendum insit. *Ita Tamayus* (6), *quem alibi probavimus veteratoribus annumerandum, una cum suo Luitprando aliisque. Addit* (7) : Istorum opinioni favet Vasseus in Chron. ann. 950. *Et re quidem vera scribit ille ad præfatum annum* (8) : In oppido Bosca prope Nageram pro asserenda fide Christi gladio percussæ sunt, mense Octobri, sorores germanæ Nunilo et Alodia, quarum corpora dicuntur in Italiam delata, Bononiæ adservari. Breviarium Hispalense dicit sequenti anno (*scilicet* 951) passas. *Cum vero Vasæus ad annum* 850 *nihil dicat de aliis martyribus ejusdem nominis, pronum est concludere eum illas SS. Virgines sæculo decimo posuisse, quæ sæculo præcedenti martyrium subierant. Præterea verba :* In oppido Bosca prope Nageram, *satis declarant non agi de diversis. Cæterum Vasæum hic hallucinari, evidenter efficitur ex iis quæ proxime præcedunt ad eumdem annum* 950 : Pro fide Christi Cordubæ passi sunt Aurelius, Georgius, Felix cum uxoribus Natalia, Crescentia et Liliosa. In oppido Bosca *etc. Nullum porro potest subesse dubium quin iidem hoc loco memorentur, qui apud S. Eulogium cap.* 10 *lib.* II *Memorialis Sanctorum, cujus sequens est titulus* : De sanctis martyribus Aurelio, Felice, Georgio, Sabigothone et Liliosa (9). *Hi autem certo certius sub idem tempus passi sunt, quo* SS. Nunilo *et* Alodia *a S. Eulogio laudatæ.*

D

et expenditur prætensa reliquiarum Bononiam,

31 *Quod autem spectat ad cultum et translationem Bononiensem, Vasæo consonat Brizius* : Martyres, *inquit* (10), duæ Rovigienses, quamvis ejusdem nominis, diversæ sunt ab Oscensibus; illarum corpora quiescunt Bononiæ in Italia. *Ast apud Italos nullam harum reliquiarum invenio mentionem; nec in Ferrarii catalogis* (11), *nec in Caroli Sigonii libris sive de Historia Bononiensi* (12), *sive de ejusdem urbis episcopis* (13); *nec in Ughello* (14), *nec in quinque voluminibus Joannis Baptistæ Melloni de sanctis Bononiensibus* (15), *nec in dictionnario Cajetani Moroni, hisce annis edito, ubi ad voces :* Nunilone et Alodia, *ne verbo quidem indicatur cultus vel translatio Bononiensis* (16). *Auctor propendet in placita Ambrosii Morales, dubius tamen hæret circa annum martyrii. Cæterum rem speciali haud subjicit examini. Unde ob id solum a nobis hic laudatur, ut constet eum, quamvis in ditione pontificia degens et scribens, nuspiam audivisse reliquias sanctarum Virginum nostrarum vel aliarum ejusdem nominis asservari Bononiæ. Insuper nec Vasæus nec Brizius dicta sua ullo firmant argumento. Insinuat Baillet* (17) *a Vasæo primum hanc aliqualiter invaluisse traditionem; perperam tamen, si fides Tamayo sit, qui et ipse rejicit translationem illam :* Quid, *inquit* (18), dicemus de opinione Joannis Vasei, qui pleno ore fatetur corpora sanctarum virginum Nunilonis et Alodiæ in Italiam fuisse delata, Bononiæque adservari? Quod et probavit P. Bivarius apud Laurentium Ramirez, ad hoc asserendum motus, ut ipse indicat, ex relatione Juliani, Adversar. 294 fol. 66, ubi hæc formalia verba in editis leguntur, postquam de triga hujusmodi sanctarum Virginum periodum fecisset : « Ferunt priores (Virgines) Bononiæ passas et ibi servari earum corpora. » Ab hoc crederem Vasseum etiam suam sententiam accepisse, prout et P. Joannes Mariana a Vasseo, et ab his subsequentes scriptores... Fateor me verba Juliani superius relata concoquisse, donec ms. codicem Juliani evolvens, in locum præfatum incidimus, qui absque nota numerali apud me est, et ibidem isthæc verba perlegi : « Ferunt priores (virgines) BANIANÆ passas, et ibi servari earum corpora. » Quibus discussis, iterum velut oscillo suspensus jactor, et quæ Baniana

E

F

(1) Hispania ill. pag. 579 (bis). — (2) España sagr. pag. 200 et 201. — (3) Ibid. pag. 201. — (4) Ibid. pag. 142. — (5) Ibidem. — (6) Martyrologium Hispan. 18 April. pag. 697. — (7) Ibid. — (8) Hispania illustrata, tom. I, pag. 719. — (9) Patrologia Mign. tom. CXV, col. 777. — (10) Historia de S. Juan de la Peña, pag. 182. — (11) Catalogus SS. Italiæ; item Catalogus general. — (12) Opera, tom. III. Mediolani 1733. — (13) Ibid. — (14) Italia sacra, tom. II. — (15) Atti o Memorie degli nomini illustri in santita. Bononiæ 1786. — (16) Dizionario de erudizione storico-ecclesiastica. Venetiis 1840-53. — (17) Vies des Saints, 22 Oct. pag. 347. — (18) Martyrologium Hispan., 18 April. pag. 698

A niana sit perhorresco; donec Ptolemæi geographiam contuens, inter Turdulorum populos Bœticæ Banianam, græce Βανιάναμ, perlegi hac serie : « Cæcila, Baniana, Corduba etc... Quo Ptolemæi textu innixus, suspicor olim apud hanc urbem martyrio sanctas Virgines coronatas et inibi tumulatas; illas scilicet, quæ vetustiores habentur, ante Hispaniæ cladem, quarum reliquias Cæsaraugusta in cœnobium Tabernense Bentius illius urbis episcopus transtulit. *Hactenus Tamayus, secundum quem nativus translationis Bononiensis fons lateret in scriptis Juliani. Porro nullam hic meretur fidem. Atque idem judicium esto de aliis a Tamayo citatis auctoribus, adeoque et de ipso Tamayo, ut diximus supra in Actis S. Melloni Comm. præv. num.* 2 *et alibi* (1).

translatio. 32 *Ad Franciscum Bivarium, ord. Cisterciensis, quod attinet, ita ejus ad Dextri chronicon* Commentaria *et Apologeticum perstringit Nicolaus Antonius* (2) : Ut multa præ se argumenta eruditionis ferunt, quod auctoris sui famam semper tuebitur ne illi non sua crimina noceant; ita ei cessisse parum feliciter quotidie magis planum redditur iis, qui malignitatem agri, tam operose ab illo exculti, B jamque apud optimos veri censores perpetua sterilitate damnati, serio contemplantur. *Id unum in laudatis supra Tamayi verbis alicujus est momenti, quod* Banianam, *Turdulorum urbem, in memoriam vocet. Nec enim absurda foret conjectura, ex* Baniana, *ob apicum similitudinem, confictam fuisse* Bononiam. *Reapse Ptolemæus illius urbis meminit lib.* II *cap.* 4 (3) : Turduli, in quibus urbes mediterraneæ : Setia... Cœcila, Baniana, Corduba Urbs (Κορδύβη μετρόπολις); *ut mirer hanc prætermissam a Christophoro Cellario, ejusque editore et annotatore Conrado Schwartz* (4). *Ex tabulis seu mappis Ptolemæo additis* (5) *videre est Banianam Corduba paucis abesse milliaribus, positasque ambas urbes ad idem fluvii Bætis* (*hodie* Guadalquivir) *littus; dum oppidum Martos* (*confer num.* 15) *in adverso littore notabiliter longius Corduba distat* (6). *Denique huc spectat epistola ex archivo Legerensi, scripta quondam ad abbatem illius monasterii a beneficiario vici Adahuesca nomine Petri Los-Certales. Data est epistola die* 6 *Octobris* 1737, *cujus apographum misit mihi ex Hispania P. Andreas Artola S. J. Rogat suppliciter laudatus beneficiarius abbatem, ut dignetur inquirere de prætensis* (*falsas enim illas habet* C *Petrus Los-Certales*) *reliquiis Bononiensibus : nam id, inquit,* tam regii vestri monasterii quam ecclesiæ meæ interest. Hic vero nemo est, qui vel minimam cum civitate Bononiensi communicationem habeat; dum apud vos, spectata monasterii vestri celebritate, suppetunt utique adjumenta haud pauca, quibus facile obtineri a Bononiensibus queat informatio de *hujusmodi reliquiis,* et simul apographum authenticum *instrumentorum, si quæ exstent. Et additur :* Cum spes sit, fore ut diœcesis Ilerdensis instet apud sanctam Sedem ad impetrandum Officium proprium SS. Virginum nostrarum, quod scilicet ex illa oriundæ credantur..., non est dubium, quin informatio Bononiensis conferat plurimum ad vindicandos pago nostro earum natales, *in quibus facienda Romæ instantia pro Officio præcipue fundabatur. Num abbas Legerensis hac de re agi Bononiæ curaverit, et an vel quale responsum inde venerit, ignoro prorsus : aliud* AUCTORE B. B. *enim præter mox laudatam epistolam nihil habeo vel novi ex archivo Legerensi de hoc argumento. Equidem, ut tandem aliquando concludam, omnibus perpensis, sententiam amplector Emmanuelis Risco* (7), *nempe duas tantum esse hujus nominis SS. Virgines, easque Oscæ in Aragonia passas. Conf. supra num.* 14.

§ IV. De die SS. Nunilonis et Alodiæ festo ac cultu Reliquiarum præpetuo in monasterio Legerensi, harumque præsente statu.

Festum annuntiatur in martyrologiis Usuardi, *Dies festa præcipua* *Romano, Hispano Tamayi; item apud Brizium Martinez* (8) *hac die* 22 *Octobris, ipsa nempe luce, qua, juxta S. Eulogium, sanguine suo SS. Virgines fidem obsignarunt. Ambrosius vero Morales* (9) *contigisse* E *vult martyrium die Jovis* 21 *Oct. et quidem circa horam primam pomeridianam; idque colligit ex suo* vetustissimo Sanctorali codice ante sexcentos, *inquit,* annos gothicis litteris *exarato, et addit :* Cum divus Eulogius in anno, ut ostendimus, aberrasset (*falsum id esse supra vidimus*) inde etiam dies non poterat recte signari. Et in Usuardi quidem martyrologio vigesimum secundum Octobris diem festum harum sanctarum Virginum occupat, quod et in breviariis nostratibus servatur; sed regum diplomata, ut mox apparebit, diem vigesimum primum astruunt. *Citatur* (10) *diploma* Sanctii majoris, regis Navarræ et Castellæ et Aragoniæ, *datum* æra millesima sexagesima die duodecima Kal. Novembris (*id est anno Christi* 1022, *die* 21 *Octob.*); *concludit autem Morales hunc fuisse in Legerensi monasterio earum festum ex sequentibus diplomatis verbis :* Facta charta ut supra in præsentia multorum qui venerant adorare Deum et celebrare festivitatem sanctarum Martyrum in prædicto monasterio. *Similiter festivitas hac eadem die* 21 *occurrit, teste P. F. Raymundo* (11), *in breviariis Oscensibus tum antiquis tum recentioribus; item in Ilerdensibus, Pampelonensibus, Legerensibus, sicut et in antiquo* F *Toletano, quod laudatur apud Moralem et Moretum. Vetustum quoque Oscensis ecclesiæ martyrologium ms. habet :* XII calendas Novembris (21 *Octobris*) : passio sanctarum Nunilonis et Alodie sororum... (12). *Atque hæc quidem ita P. F. Raymundus. Attamen in proprio Pampelonensi an.* 1647, *quod præ manibus habeo, indicatur festum* 22 *Octobris, licet ad finem* V *lectionis asseratur martyrium contigisse* XII Kal. Novembris. *Simile quid refert Didacus de Aynsa* (13), *nempe SS. Virginum festum celebrari quidem Oscæ* 22 *Octobris; non quia tali die passæ sint; sed quia præcedenti luce,* 21 *Octobris, occurrat, festivitas SS. undecim millium Virginum, et in ecclesia cathedrali asservetur caput S. Itæ, quæ socia fuit S. Ursulæ. Num forte similis aliqua ratio obtinet in diœcesi Pampelonensi? Cæterum paulo ante dixerat idem Didacus de Aynsa* (14), *re-*

(1) Tom. VIII Octob. in Actis S. Verani, pag. 454. — (2) Bibliotheca nova, tom. I, pag. 407. — (3) Geographiæ libri octo græco-latini, recogniti a Gerardo Montano, pag. 35. Francofurti 1605. — (4) Notitia orbis antiqui, lib. I, cap. 1, sect. 2. Ubi de Bœtica, pag. 65-79. — (5) Geographiæ libri, etc. Ad calcem Europæ, II Tabula. — (6) Spruner, Atlas num. 37. — (7) España sagrada, tom. XXXIII, pag. 420. — (8) Historia de S. Juan de la Peña, pag. 182. — (9) Patrologia Mig. tom. CXV. col. 888. Confer Fundacion, etc. pag. 286. — (10) Ibid. pag. 888 et 889. — (11) Historia de las SS. Nunilo y Alodia, pag. XXI. — (12) Ibid. pag. XXXI. — (13) Fundacion, etc. pag. 286. — (14) Ibid. p. 285.

perire

AUCTORE B. B.

periri cellam eremiticam juxta Oscam, in loco ubi SS. Nunilo *et* Alodia *capite plexæ fuerant* (*confer num.* 24), *ibique agi festum* 21 *Octobris, qua die solent eo per modum supplicationis ire* clerus majoris ecclesiæ, parochiæ et civitas.

21 *et* 22 *Octobris.*

54 *Quod autem ex his concludat Morales, martyrium contigisse eodem die, ac proinde S. Eulogium* aberrasse *sicut* in anno *ita et* in die *passionis, id utique validiori firmandum esset argumento. Notum namque est, frequentissime innumerasque ob rationes, Sanctorum festa agi in ecclesiis alia, quam eorum depositionis die, ut vel ex supra positis uno et altero exemplo efficitur. Sua stat, mea opinione, S. Eulogio, testi coævo fides. De* anno *dixi supra num.* 3 *Ad* diem *quod spectat, ait S. Eulogius :* Sub ictu gladii corruerunt undecimo kalendas Novembris æra qua supra *nempe* 889 *id est anno Christi* 851, *quo littera dominicalis erat D* (1), *ac proinde dies undecimus ante kal. Nov. seu* 22 *Octobris incidebat in diem Jovis, ut videre est in calendariis perpetuis* (2). *Generatim itaque dici potest festum* SS. Nunilonis *et* Alodiæ *agi in quibusdam ecclesiis* 22 *Oct. in aliis* 21. *Posteriorem hunc diem ponit quoque D. Petrus Sainz de Baranda in* calendario Hispanico, *quod nuper-*
B *rime editum est* (3). *Translatio autem celebratur die* 18 *Aprilis, ut idem refert Baranda* (4), *et ante hunc Tamayus de Salazar his verbis :* In cœnobio S. Salvatoris Legerensi in Vasconia, translatio sacrorum pignorum SS. Nunnilonis et Allodiæ ex Oscensi Aragoniæ urbe. *Nec abludit* III *Lectio Proprii Pampilonensis an.* 1647, *ad diem* 22 *Octobris, quæ ita concluditur :* Dominus... Onecæ reginæ Navarræ, inspiravit religiose solliciteque ea (*corpora*) investigare; quæ tandem inventa, in celeberrimum sancti Salvatoris Legerensis cœnobium honorifice transtulit decimo quarto kalendas Maji (18 *Aprilis*) ubi populorum frequentia venerantur. *Denique refert Emmanuel Risco* (5) *in Rovigiæ vicis Bezares et Castro-Veteri die* 27 *Octobris, in honorem earumdem sanctarum Virginum et Martyrum haberi publicam supplicationem ad cellam eremiticam, quæ ibidem erecta fuit. Confer dicta num.* 13. *Atque hæc, de diebus festis. Jam ad Reliquias progredimur.*

De cultu SS. Reliquiarum testimonia :

55 *Inde ab earum Translatione, de qua supra num.* 9 *et* 10, *Reliquias* SS. Nunilonis *et* Alodiæ, *in Legerensi monasterio, quamdiu id exstitit, perpetuo fuisse servatas, ibique et in vicina regione habita in magna veneratione, ex constanti traditione efficitur.*
C Sacra pignora illa, *ait Moretus* (6) maximo semper fuere in honore, *regibus præsertim Navarræ, qui ad SS. Virginum præsidium confugiebant, nec frustra, tum in bellis tum in morborum periculis; unde et in grati animi testimonium ædem ibi sacram a fundamentis erexerunt. Alibi jam scripserat idem Moretus* (7) : Reges Navarræ eas redimerunt de manibus barbarorum et in suo regno collocarunt ante annos octingentos, illarumque sedem nobilitarunt insigni veneratione magnisque donis; adeo ut prioribus quatuor sæculis nullus in Navarra exstiterit princeps, de quo non constet ex legitimis instrumentis, eum præclaram aliquam SS. Virginibus fecisse donationem. *Exemplo sit testamentum Sancii regis factum anno* 1032, *cujus originale vidit Joannes Perierus noster, et partem aliquam, ut ipse testatur,* exscripsit die 6 Maji 1722, cum Pampilone esset. *Ita inchoatur :* In nomine Domini. Hæc est carta testamenti, quam ego Sancius gratia Dei rex facio una cum conjuge mea regina D. Majora D
ad honorem Dei et S. Salvatoris Ligerensis. Magnus est quidem titulus donationis... Venientes in Leiorense monasterium, quod est hedificatum ad nomen et gloriam mundi Salvatoris et beatæ Mariæ ejusdem genitricis est facta carta donationis et confirmationis in Leiorensi cœnobio coram testibus XII kal. Maii currente MLII. *Ita in scheda, manu P. J. Perieri exarata. Vicini quoque populi Navarræ et Aragoniæ præclara per earumdem SS. Virginum invocationem adepti sunt beneficia. Contra morsus rabidorum animalium præsens habetur per totam circumjacentem regionem remedium in contactu SS. Reliquiarum. De quo apud Antonium Yepez* (8) *refert P. F. Benedictus Ozta, monachus Legerensis atque* testis de visu : Per gloriosas Virgines illas obtinemus in nostro cœnobio ingentes a Deo favores; et in tota hac regione cernitur præcipue quantum illæ valeant apud Dominum in duabus calamitatibus, quibus speciatim patronæ sunt, altera est morsus rabidorum canum : atque hoc miraculum perpetuum existit, ut nemo unus, qui huc illarum imploraturus præsidium cum fide vivida venerit, in rabiem sit actus. Contigit quo-
que ut qui accederent valde furiosi, statim atque E
cœnobium attigissent, sedaretur illico rabies, veluti si nullum jam paterentur malum, atque confiterentur et magna cum contritione morerentur. *Altera est, quando terra calore arescit et eodem recurritur ad impetrandas pluvias. Quo in genere non ita pridem, inquit Moretus* (9), singulare contigit miraculum *cujus meminit quoque Yepez loc. cit. iisdem fere verbis.* Scilicet (*ita Moretus*) cum hierotheca, in qua sacra illarum ossa continentur, per modum supplicationis delata usque ad fontem, cœnobio vicinum atque a SS. Virginibus nuncupatum, fuisset, Fr. Antonius de la Reque, monasterii Prior, unum aliquod ex ossibus aqua immersit; quod cum educeret, sanguinis guttis decem vel duodecim stillavit. Quo viso uberes adstantium fluxere lacrymæ cum singultibus. *Nec dubitabant se exauditos, sicut et eventus probavit. Post longam enim siccitatem copiosa cecidit pluvia.* Usque in hanc diem, *addit Moretus,* linteum sanguine illo conspersum servatur, simul cum instrumento publico, eventus teste; *cujus cum nactus ego apographum sim, illud hic adscribo; tanto magis, quod non omnino concordet cum Moreti narratione : hæc enim habet nonnulla, quæ in instrumento non leguntur, v. g. numerus guttarum;* F
item loco nominis de la Reque, *scribitur* Larrigui.

nempe unum

56 *In nostro apographo, quod ex Hispania nuper accepimus, sequens instrumento præfixa habetur inscriptio :* Testimonium authenticum miraculi, quod patrarunt SS. virgines Nunilo et Alodia. *Tenor, nonnullis in præambulo resectis ad stylum curiæ pertinentibus, est hujusmodi :* Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo tertio, quinta die mensis Maji, coram me notario publico et testibus infra scriptis comparens R. D. Petrus Sanchez, presbyter oriundus ex Liedena in diœcesi Pampelonensi, rector in oppido Algemesi in regno et diœcesi Valenciæ, rogatus et requisitus ab admodum R. D. Abbate et monachis cœnobii Legerensis, *ut,* tamquam unus ex testibus, qui una cum magistratu ex Lumbier, Liedena, Jessa, Viguezal, Castello novo, præsentes in dicto monasterio erant prima Octobris, ante annos plus minus

(1) Art de vérifier les dates. Table chronologique, pag. 18. — (2) Ibid. pag. 120. — (3) Colleccion de documentos ineditos para la historia de España, tom. XXII, pag. 265 et seqq. Matriti 1853. (4) Ibid. pag. 324. — (5) España sagrada, tom. XXXIII, pag. 418. — (6) Annales de Navarra, tom. I, pag. 258. Pampelon 1684. — (7) Ibid. pag. 248. — (8) Coronica general de S. Benito, tom. IV, fol. recto 83. — (9) Annales de Nav. tom. I, pag. 259.

A quadraginta sex, ad petendam pluviam qua plurimum opus ad sementem faciendam erat, diceret, præstito prius juramento manuque pectori admota, quid præfato die viderit, dum unum aliquod ex ossibus SS. virginum Nunilonis et Alodiæ aqua immergeretur; is itaque (*Petrus Sanchez*), manu pectori admota, dixit hanc esse veritatem : Scilicet recordari se, quod, ubi convenerant incolæ supradictorum pagorum cum vicariis suis, item magistratus villæ de Lumbier et præsides municipales præfatorum locorum una cum clericis, subdiaconis et diaconis, viderit solemnem supplicationem a dicto conventu procedere, celebrato prius divino officio; quod Fr. Antonius de Larregui, Prior, vir sexaginta annorum, manibus gestaret arculam; is, cum ventum esset ad fontem SS. Virginum (ita enim vocatur), a monasterio quantum fere jactus est lapidis distantem, extraxit (ex arcula) unum aliquod ex ossibus sanctarum Virginum, atque immergens illud semel, iterum atque tertio, multis cum vocibus et lacrymis divinam implorabat misericordiam; ad tertiam autem immersionem, ex osse mutilo et a tot jam annis arido prodiit rivulus (*arroyito*) sanguinis; tum dictus mo-
B nachus elevans vocem, semel et iterum exclamat : Miraculum, miraculum! et simul cum viro (*almayzar*) qui reliquiam tenebat, collegit sanguinem. Exinde redierunt processionaliter ad dictum conventum, dando gratias Deo, qui in omnium conspectu dignatus erat miraculum in sanctis illis ossibus exhibere ad majorem gloriam suam et venerationem sanctarum istarum reliquiarum; deinde eodem die vel altero sequenti copiosissimus cecidit imber. Insuper addidit laudatus testis, quod, post absolutum officium et supplicationem, Priori, qui Reliquias (*arculam*) portaverat, aliisque monachis antiquioribus illius sanctæ domus (*sequuntur nomina quorumdam monachorum et aliorum*), ob id quod Dominus noster palam in sanctis illis ossibus operatus esset, visum fuerit, ut ex eleemosynis a præsente populo collectis fieret ornamentum (*un retablo*) ad honorem sanctarum Virginum, et deinceps tres nutrirentur accensæ lampades ope eleemosynarum, quas colligere singulis annis liceret in vicinis pagis, designato viro, qui mense Augusto per areas circumiret, petens ad summum sesquimodium frumenti; quod responderint cuncti rem hanc, utpote sanctam et ju-
C stam, sibi valde probari. Quem vero hæc effectum habuerint, ignorat præfatus testis, siquidem anni sint quadraginta et amplius, a quibus Valenciam studiorum causa profectus sit. Atque hæc sunt quæ veridice dicere de isto eventu licet. De quibus omnibus ita dictis et testificatis, idem præfatus D. Petrus Sanchez requisivit me Martinum Vendrell notarium, ut actum publicum redigerem, ad effectus quam maxime licebit proficuos; qui (actus) reipsa redactus fuit a me dicto notario in præfato oppido Algemesi, die, mense et anno supradictis, atque præsentibus testibus Joanne Bona et Gabriele Castell. *Sequuntur subscriptiones.*

et alterum miraculum;

37 *Alterius item miraculi relatio habetur in iisdem mss. Legerensibus, quorum apographa accepimus.* Anno 1757, mense Majo exarsit et invaluit in vico Jessa, epidemia, quam medici judicarunt speciem esse pestilentiæ, duravitque per plures menses, ita ut populus haud parum affligeretur : paucos namque intra dies occubuerant ex incolis magis conspicuis omnino undecim. Quod cernentes, statuerunt rectores civiles (*Regidores*) cum vicario D. Alexandro Arbizo adire monasterium (*Legerense*), quo suppliciter rogarent R. abbatem D. Albericum Alvarez de Eulate ejusque sanctam communitatem, ut ad se descenderent monachi aliqui cum Reliquiis sanctarum Virginum. Suos convocavit dictus D. abbas, statuitque mittere sex monachos cum reliquiis et facibus ardentibus, die S. Firmino sacra seu septima Julii post decantatum Matutinum. Incolæ vici Jessa nudis pedibus obviam ivere SS. Reliquiis, ploratus edentes cuncti tam adulti quam pueri. Positæ fuerunt Reliquiæ in altari, et continuo cœpta est missa solemnis. Qua finita, instituitur supplicatio generalis, ferunturque Reliquiæ ad omnes infirmos, incipiendo a Laurentio Perez, qui a medicis desperatus jacebat, nec edere a duobus jam diebus valens nec bibere, oculosque habens clausos. Simul atque in ejus conclave introductæ erant, aperuit oculos illasque est veneratus; ast illico rursus in lethargum incidit. Cum autem Reliquiæ ad alium delatæ infirmum essent, venit monachis nuntius, virum, quem mortuum supponebant, petere escas; quæ et ei datæ fuerunt, dictusque Laurentius surrexit tertia die benevalens. Cæteri quoque infirmi omnes brevi convalescere cœperunt, nec ullus E deinceps malo succubuit. Atque hæc ita, ut hic exposita sunt, contigerunt. Exinde incolæ per modum supplicationis eunt ad monasterium singulis annis die Translationis SS. Virginum.

AUCTORE B. B.

item concessio reliquiarum

38 *Præclarum etiam argumentum hujus venerationis et cultus præbet translatio quarumdam partium illius sacri depositi facta anno* 1672 *ex Legerensi monasterio in vicum Adahuesca, quam latissime describit P. F. Raymundus* (1), *nos vero summarie tantum hic exhibemus. Dudum in votis erat incolis præfati vici aliquid reliquiarum* SS. Nunilonis *et* Alodiæ *habere, quas deponerent et venerarentur in ipsa æde, in qua beatæ Virgines et Martyres in lucem editæ fuerant. Post multa incassum adhibita conamina, validius anno* 1667 *institerunt apud Legerenses, advocata quoque summorum virorum intercessione, ut tandem aliquando voti compotes fierent. At tale tulerunt responsum, ut jam spes omnis evanesceret. Itaque confugerunt ad Mariam Austriacam, reginam, quæ regnum administrabat pro filio suo Carolo II minorenni; scripsit illa Legerensibus, significans se iis gratissimam futuram si quod postulabat obtineret. Satisfaciendum reginæ votis judicabant monachi omnes, solo excepto* F *D. Roberto Diez de Ulzurrum, qui affirmabat se in archivo monasterii vidisse bullam pontificiam, qua cautum erat sub pœna excommunicationis majoris ne ulla fieret Reliquiarum distractio sine prævia Sedis apostolicæ licentia. Statutum igitur fuit, ut Romæ hujusmodi licentia peteretur; quod tamen, qua de causa nescio, datum executioni non est; resque aliquo tempore quievit. Ast anno* 1671 *viri præcipui tres, Adahuesca omnes oriundi, devotionis ergo atque more peregrinorum vestiti, accesserunt ad monasterium, quod ingressi nudis pedibus, diu orarunt ante sepulcrum SS. Virginum; dein eorum unus, D. Petrus Bahilo, dixit Sacrum, cui duo ejus socii non sine lacrymis interfuerunt. Abbas tunc erat ipse ille supradictus Robertus Diez de Ulzurrum, atque lecto decumbebat, vehementer tibiis laborans, qui quidem dolor ei obvenerat, paulo post quam Reliquiarum distractioni obstiterat; atque exinde quasi singulis diebus ingravescebat malum, nec ullo leniebatur remedio.*

anno 1672;

39 *Cœperat quoque D. abbas timere ne forte ideo hæc patefieret, quod SS. Virgines offendisset, alle-*

(1) Historia de las Santas Nunilo y Alodia, pag. XLII-LII.

gando

AUCTORE B. B.

gando bullam supposititiam (tunc enim temporsi nulla talis erat, ipse vero Robertus postea hujusmodi rescriptum tulit a Clemente X, datum Romæ 15 *Octobris anno* 1672 (1)). *Hæc dum ille attentius secum recogitaret, audit advenisse præfatos peregrinos. Quo nuntio valde lætatus est : sperabat namque fore ut debita instructi adessent, obtenta a sancta Sede, licentia. Jubet eos præsto sibi sisti; quos cum amplexus esset, interrogat de causa adventus; mox vero gaudium in dolorem vertitur, ubi intelligit eos solius devotionis ergo ad monasterium accessisse. Quid plura? Confitetur abbas seu dolum seu mendacium, peregrinosque adhortatur ut illico domum revertantur, suosque stimulent concives ad renovandam petitionem suam, hac vice citra omne dubium adimplendam. Nec mora : conquiruntur litteræ a prorege, ab episcopis Ilerdensi et Oscensi, aliisque viris primariis non paucis. Quibus obtentis nova fit ad abbatem et monachos Legerenses supplicatio, quæ statim secundis omnium votis excepta, incolas vici Adahuesca incredibili affecit gaudio. Hi continuo manum operi admoverunt, ut translatio solemni cum pompa fieret. Itaque quinque ex primariis civibus deputarunt, qui sacras reliquias*

B *exciperent. Die tum prima Septembris anni* 1672 *D. Antonius Naya vicarius in Adahuesca, missam votivam SS. Virginum, assistentibus aliis duobus clericis de deputatorum numero, decantavit, post quam idem abbas Robertus, pontificalibus ornatus insignibus, ex arca eburnea, in qua erant ambo sacra corpora, extraxit duas tibias,* S. Nunilonis *alteram, alteram* S. Alodiæ; *item extremam partem costæ, quas collocavit in arcula ad hoc paratam, quam deinde bina clave obseratam tradidit deputatis, innumero spectante populo cum monachis. Circiter horam tertiam pomeridianam profecti sunt deputati, pretiosum asportantes thesaurum, quem etiam comitari abbas voluit, non solum sicut et cæteri Legerenses intra septa monasterii, sed omnino Adahuescam usque; quo pervenerunt sub noctem die Lunæ* 5 *Septembris anno* 1672. *Appropinquantibus obviam venerunt universi incolæ præfati vici necnon ingens multitudo ex vicina regione. Incredibilis erat omnium exultatio, quando sacra pignora ab abbate Legerensi deposita fuerunt in ecclesia. Sequenti vero die, sexta nempe Septembris, idem abbas Legerensis binas, de quibus supra, claves tradidit, factumque est super his omnibus a Joanne Cortillas regio no-*

C *tario instrumentum authenticum, in quo cautum quoque erat, ut* ambæ tibiæ *servarentur in æde* SS. Nunilonis *et* Alodiæ, pars *vero* costæ *in ecclesia parochiali. Tum sacris solemniter operatus est abbas, et tribus diebus translationis celebrata tam in templo quam in populo festivitas. Quatuor autem post annis, inclusæ fuerunt tibiæ duobus tubis crystallinis, argento ornatis, ita quidem ut sacra ossa videri, non vero tangi possent; item arculæ, in qua allata fuerant, substituta est theca argentea haud exigui ponderis. Testatur P. F. Raymundus se hanc narrationem hausisse ex libro ms. Francisci Morcat, oriundi ex Adahuesca.*

sicut et Brevia PP.,

40 *Vidimus supra, Robertum de Ulzurrum, cum Prior esset cœnobii Legerensis, recusasse incolarum vici Adahuesca petitionem, eo quod, ut ipse falso asserebat, Breve exstaret pontificium, vi cujus inhibitum esset quidquam a reliquiis SS. Virginum distrahere; postea vero factus abbas votis eorumdem incolarum plene satisfecit die* 5 *Sept. anno* 1672, *ut mox dixi. Conjicere tamen licet eum jam ab aliquot annis apud pontificem institisse, ut fas non esset,* D *partem ullam sacri thesauri auferre : nam Clemens papa X in Brevi ad abbatem et monachos Legerenses, dato* 15 *Octobris* 1672 *hæc habet :* Conservationi et manutentioni sacrarum (ut pie creditur) reliquiarum et præsertim corporum SS. virginum et martyrum Nunillæ et Aloydiæ, quas in ecclesia S. Salvatoris de Leyre, Pampilonensis diœceseos monasterii monachorum ordinis Cisterciensis, asservari asseritur, quantum cum Domino possumus benigne consulere... volentes...; supplicibus eorumdem abbatis et monachorum dicti monasterii nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis precibus inclinati, ne de cætero quævis persona sive regularis sive sæcularis cujusvis gradus, conditionis, qualitatis et dignitatis etiam ecclesiasticæ, et quacumque auctoritate, superioritate et officio fungens, et individua mentione digna, reliquias præfatas sive earum aliquam partem aliis ecclesiis, monasteriis, locis piis aut quibusvis personis commodare; et reliquiaria sancta aperire et ostendere, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, ratione aut occasione e dicta ecclesia seu illius sacristia extrahere et asportare, seu ut extrahantur et asportentur, ac aperiantur et ostendantur, permittere et consentire audeat seu præsumat, sub excommunicationis E latæ sententiæ, et quoad regulares privationis vocis activæ et passivæ pœnis, eo ipso absque ulla declaratione incurrendis, auctoritate apostolica tenore præsentium interdicimus et prohibemus. *Nihilominus hujusmodi reliquias petiit D. Josephus Perez presbyter in Castro vetere Rovigiæ* (*conf. num.* 15) *ab abbate Legerensi anno* 1726, *ut rursus efficitur ex altero apographo nostro, ubi inter alia reperio, quod præfatus Perezius jam antea obtinuerat ab eodem abbate* sex frustula ex panno argenteo et sercio damasceno albo et panno purpureo (*putem duo frustula ex singulis speciebus*) quæ tetigerant sancta corpora illarum Virginum; *nunc vero cum in eo sit Perezius,* ut collocet sanctas Virgines sculptas in earum eremo prope Boscam, *rogat enixe R. D. Abbatem, ut,* si fieri possit, ipsi concedat reliquiam ex brachio vel digito, quo cultus augeatur et veneratio et solatium infirmorum atque paralyticorum, *additque non deesse* exempla *talium concessionum.*

supplicationes, indulgentiæ.

41 *Plura alia in laudatis nostris apographis occurrunt cultus indicia sacris* SS. Nunilonis *et* Alodiæ *exuviis perpetuo exhibiti. Talis est postulatio sequens incolarum oppidi de Roccaforte, facta die* 10 F *Junii* 1625 : Oppidum de Roccaforte solet devotionis ergo, ire per modum supplicationis ad sanctam domum S. Salvatoris Legerensis, ut veneretur sanctas Virgines, ob solatia quæ semper in publicis necessitatibus earum ope obtinuit. Cum itaque tanta nunc nobis incumbat siccitas, optamus eo recurrere ad impetrandum auxilium. Quapropter supplices rogamus vestram reverentiam, ut dignetur nobis dare veniam instituendi supplicationem die Mercurii mane *etc. Denique Clemens papa XII indulgentias anno* 1735 *concessit, quas abbas publicavit anno sequenti, ut efficitur ex hoc illius rescripto :* Nos D. Didacus de Ocon y Elias, abbas hujus nostri monasterii S. Salvatoris de Leire ord. Cist, post mature examinata duo Brevia SS. patris et domini nostri Clementis XII, alterum quidem datum die XIV Septembris anno proxime præterlapso 1735, alterum die XX ejusdem mensis et anni; horum prius concedit ut altare, quod in hac ecclesia dedicatum est SS. virginibus et martyribus Nuniloni et Alodiæ, privilegiatum sit,

(1) Historia de las Santas Nunilo y Alodia, dag. XLII.

die

A die commemorationis omnium fidelium defunctorum, item diebus infra octavam sicut et singulis per annum diebus Mercurii et Veneris lucrari possit indúlgentia plenaria, atque plena et integra liberatio animæ ex purgatorio per quodvis sacrificium missæ celebratum in dicto altari a quovis sacerdote sive regulari sive sæculari præfatis diebus, ea lege ut celebrentur in illa per diem quatuor decim missæ; posterius (*Breve*) continet concessionem similiter indulgentiæ plenariæ omnibus, qui debite confessi ad sacram communionem accesserint, visitabunt hanc nostram ecclesiam a primis vesperis festi SS. Virginum et Martyrum usque ad vesperam diei sequentis orando Deum *ad fines ordinarios. Valebat concessio ad septennium.*

Relatio 42 *Quæ fuerint SS. Reliquiarum fata, post nuperam monasterii Legerensis suppressionem, perque civiles nostra ætate in Hispania turbas, sequens docebit Relatio, facta a R. D. Lino Undiano, parocho in civitate Sangussa, nobisque a sæpius laudato P. Andrea Artola S. J. submissa, estque tale ex Hispanico latine redditum :* Certifico ego infrascriptus, rector (*abad*) unitarum parochiarum S. Jacobi et S. Salvatoris in hac civitate Sangussa, quod in
B libro baptizatorum (qui inchoatus anno 1801, desinit anno 1835 et mihi præ manibus est) reperiatur ad annum 1821 nota scripta a prædecessore meo D. Petro de Uriz, quæ ita habet ad litteram : « Vi commissionis illustrissimi DD. Joachimi Javier de Uriz y Lasaga episcopi Pampelonensis, datæ sexta Novembris anno præterlapso octingentesimo vigesimo, ad accipiendam sacram supellectilem monasterii Legerensis, quod ex legè super regularibus suppressum est, receperim a D. Joachimo Redin, penes quem erat administratio dicti monasterii, die vigesima octava Februarii anno millesimo octingentesimo vigesimo primo, quinque hierothecas et reliquiarium unum, in quo erant fauces SS. virginum et martyrum Nunilonis et Alodiæ. Altera ex quinque præfatis hierothecis (eaque eburnea est) continet ossa dictarum Sanctarum; altera, sed lignea, earumdem vestes. (*Reliquæ tres hierothecæ ad alios spectant Sanctos, qui indicantur.*) Supradictus RR. DD. episcopus concessit villæ de Adahuesca, unde oriundæ creduntur sanctæ illæ Virgines, ambas hierothecas, eburneam nempe et ligneam, in quibus sunt illarum ossa et vestes; postquam tamen ejus (episcopi) jussu
C extractæ fuissent duæ reliquiæ insignes pro ecclesia cathedrali Pampelonensi; item quatuor partes costarum, ut satisfieret devotioni quorumdam vicorum; item una insignis reliquia et altera parva pro ecclesia S. Mariæ hujus civitatis Sangussæ; item insignes duæ pro ecclesiis S. Jacobi et S. Salvatoris et simul Collare (Hispanice *Corbata*) ex hierotheca, in qua servantur vestes; insuper reliquiarium, fauces continens prædictarum SS. Virginum. Trigesimo Augusti currentis anni millesimi octingentesimi vigesimi primi, tradidi præfatas duas hierothecas SS. Virginum D. Emmanueli Alen, parocho in Adahuesca, D. Laurentio Arnal presbytero, D. Joachimo Larrosa, parocho in Sasa, D. Raphaeli Los-Certales, D. Raymundo Jimenez et D. Mariano Nasarre, qui a magistratu (*Ayuntamiento*) deputati fuerant ad recipiendas reliquias, quique mihi acceptum scripto retulerunt, prout totum constat ex instrumento, quod eodem die exaratum est a D. Michaele Lora, notario regio hujus civitatis.

de præsenti Reliquiarum 43 Sequenti die, trigesima prima Augusti, ambæ hierothecæ collocatæ fuerunt in majori altari ecclesiæ S. Jacobi, ubi cantatum est sacrum solemne hora sexta matutina coram magistratu, celebrante D. parocho de Adahuesca. Deinde impositæ sunt feretris ad hoc paratis, adornataque processio seu supplicatio per plateas dictas de *Amadores, Media villa, Rua, Prado de San-Francisco* usque ad terminos hujus conventus (*hasta la espalda de este convento;*) hic quatuor illi clerici hujus civitatis (*Sangussæ*), qui hactenus illa portarant, feretra, in quibus locatæ erant hierothecæ, deposuerunt; quæ exinde sustulerunt Adahuescam usque quatuor ex illis viris, qui numero decem et octo venerant ex eodem vico (*Adahuesca*) cum supradictis deputatis ad levandas reliquias. Atque ut de his omnibus constet sicut et de authentia dictarum reliquiarum, hoc scriptum firmo mea manu. Sangussæ, trigesima prima Augusti anni millesimi octingentesimi vigesimi primi. (*Erat signatum*) D[n] Pedro de Uriz, abad. » *Post hæc prosequitur in hunc modum D. Linus Undiano :* Id quoque certifico, ambas urnas (seu hierothecas), de quibus supra, redditas monasterio Legerensi post restitutum hunc conventum anno millesimo octingentesimo vigesimo tertio vel quarto, obtigisse (post ultimam monasteriorum suppressionem factam circa annum millesimum octingentesimum trigesimum sextum) huic meæ ecclesiæ parochiali E
S. Jacobi (Sangussæ); ignoro tamen quo anno quibusve in circumstantiis facta translatio sit (*ex Legerensi nempe monasterio Sangussam*), quamvis interrogaverim plures, a quibus informari me hac super re existimabam; unde concludo illam factam secreto fuisse propter temporum adjuncta.

statu 44 Equidem hierothecas ambas reperi in dicta mea ecclesia anno millesimo octingentesimo quadragesimo octavo, quo designatus a RR. DD. Severo Andriani episcopo Pampelonensi fui rector hujus parochiæ. Servantur autem in altero ex duobus loculamentis quæ sunt in majori altari dictæ ecclesiæ, ubi repositæ sunt reliquiæ ad parochiam spectantes sicut et hierothecæ Legerenses. Loculamenta clavi obserata, aperiuntur diebus festis primæ classis, ut cunctis sacris pignoribus ibi servatis veneratio exhibeatur sub Vesperis et sacro majori. Celebratur quoque festum solemne, dominica sequente festum S. Martini, quam Dominicam Reliquiarum vocamus. Die præcedenti cantantur vesperæ, ipsa vero dominica, Tertia et Missa non sine solemnitate et expositis venerationi fidelium reliquiis. Finito sacro, deponit celebrans casulam seu planetam, et induit pluviale, aliquot sacerdotes stolam rubeam gestant, educuntur ex loculamentis F
hierothecæ, quas celebrans et reliqui sacerdotes portant; canitur hymnus : *Sanctorum meritis*, fitque processio usque ad unum ex altaribus lateralibus, quæ sunt ad presbyterii vestibulum; ibi deponuntur hierothecæ. Tum Diaconus in pulpitum ascendit cum catalogo omnium reliquiarum, quem dum prælegit, ad venerationem fidelium elevat sacerdos singulas reliquias eo ordine quo a Diacono nominantur. Inter has numerantur insignes duæ SS. Nunilonis et Alodiæ, huic ecclesiæ a RR. DD. episcopo Uriz concessæ. Exhibita veneratione, reditur ad altare majus sub cantu ejusdem hymni. Tum sacerdos canit orationem : *Propitiare.* Denique hierothecæ suis loculamentis restituuntur, atque ita finis imponitur solemnitati. In confirmationem dedi sequens testimonium. Sangussæ 26 Nov. 1855. *Erat signatum :* Lino Undiano, abad.

in oppido Sangussa. 45 *Ex quibus constat, Sangussæ in ecclesia S. Jacobi esse duas hierothecas, quarum altera* vestes, *altera* ossa *SS. Virginum nostrarum continet; item duas partes insignes ossium cum* Collari, *denique reliquiarium, quo* fauces *includuntur. Nec prætermit-*

AUCTORE B. B.

AUCTORE B. B.

tendum hoc loco, hierotheeam, sacra ossa complectentem, Arabicam ferre inscriptionem, sed jam non omnino integram. Distincte leguntur inter alias voces : Nunilon *et* Allod. *Judice D. Paschali Guyangos, Matriti linguæ Arabicæ hodierno professore, hierotheca illa est* sine ullo dubio monumentum Arabicum maxime antiquum quod in tota reperiri Hispania est. *Dubitarunt autem nonnulli qua esset ex materia, nempe an ex ligno an potius ex ebore.* Eburnea, *ut vidimus supra, dicitur diserte in* Relatione *D. Petri Uriz. Submisit nobis R. D. Barosoain, RR. DD. episcopi Pampelonensis secretarius, particulam a præfata hierotheca desectam, quam Bruxellis examinandam a viris peritis curavi. Citra omne dubium ex materia est organica animali, proinde non lignea, bene vero eburnea. Nec difficile fuit id experiri : admota enim particulæ nostræ flamma, illico sese prodidit ex odore materia cornea. Cæterum P. F. Raymundus hæc scribebat ad finem sæculi præterlapsi* (1) : Corpora sanctarum Virginum servantur in armario altaris majoris ad cornu evangelii in theca eburnea cum inscriptione Arabica *etc.*

B

ACTA

SS. NUNILONIS ET ALODIÆ

VIRGINUM ET MARTYRUM.

Ex Memoriali Sanctorum sancti Eulogii episcopi. Patrologia Mign. tom. CXV, col. 774 et seqq.

Natales

Referente *a* viro sanctissimo ac venerandæ paternitatis Venerio, Complutensi episcopo, didicimus *b*, in urbe Osca *c* apud oppidum Barbitanum duas sorores virgines fuisse (quarum una Nunilo, altera vocabatur Alodia) patre quidem gentili, matre vero christiana progenitas. Quæ, dum post mortem impii parentis, mater earum secundum et gentilitium * iniret connubium, nec libere possent fidem Christi tenere, obstante cervicoso victricii *d*, paganismo (jam enim animi puellarum a pio Christi fonte irrigabantur) spreto materno cubili *e*, nutritione materteræ suæ fidelissime refoventur.

a

b c

** al.* gentilium.

d

e

C

et ab infantia pictas.

2 Illico earum sancta infantia Christo domino cœpit fideliter adhærere, et paterni oblitæ ritus, Crucifixi religionem tenerrimis et sanctificatis mentibus reponentes illibatam custodire. Et quoniam natalium infulis præpollebant, summisque dignitatum facibus enitescebant, non potuit delitescere urbi illarum propositum, redolente ac relucente conversatione sancta fidei, quam gerebant. Siquidem primævum adolescentiæ florem jam attigerant, et totam pene provinciam rumor sanctitatis earum impleverat : cunctique stupebant, geminum rosarum prosiliisse decorem ex vepribus. Hinc zelotypus hostis antiquus suorum membrorum dolens jacturam, dum per terrores præsidum invido arbitratu posse immutari jam præsignatas ad thalamum sponsi æterni confidit, dilatum præmium per mortes asperas accelerando Virginibus sacris adducit.

3 Idcoque sanctarum Virginum causam instantia satellitum suorum præfecto urbis insinuat, qui illico suis eas assistere obtutibus jubet *f*. Quas vana promissione munerum illicere tentans, ac perinde de rerum copiis et clarissimorum juvenum connubiis adhortatur, si ab hac religione Christi animos avocassent, propriis utique natalibus redditæ, insuper multarum divitiarum affluentia ditarentur. Si vero pertinaciori spiritu consultum præsidis conculcassent, in ultimo die excruciationi tormentorum addictæ, ad ultimum gladio vindice interirent.

D

Urbis præfecto sistuntur;

f

4 Cui beatæ Virgines sancto Spiritu animatæ, constantes et intrepidæ sub confessione dixerunt : Quomodo nos, præses, a pietate Dei jubes avertere, quas pietas sancta suo lumine perlustrando fecit cognoscere, nihil esse Christo divitius, nihil fide christiana felicius, per quam justi vivunt, per quam sancti regna vicerunt? Sine quo vita nulla est, sine quo mors perpetua viget; cum quo manere, et in quo vivere, solatium verum est; a quo recedere æterna perditio est : a cujus consortio jam nos in hac vita nullatenus discedemus; quia ipsi integritatem nostram credentes, ejus quandoque thalamis speramus admittendas. Nam rerum labentium commoda, quibus nos illicere autumas, pro nihilo reputantes, eo intuitu spernimus, quia cognovimus omnia vana esse sub sole. Nec de pœnarum comminatione turbamur, quam ad modicum valere cognoscimus : quinimo ipsam mortem, quam ultimo terrore proponis, eo gratissimo exoptamus affectu, quo credimus nos per illam incunctanter ad cœlum ascendere, Christum adire, ejusque inconvulsibiliter inhærere amplexibus.

Christum fortiter confessæ,

E

5 Quarum constantiam fidei præses virtutemque professionis advertens, quibusdam mulierculis, profani ritus peritia præditis, sigillatim eas instruendas commendat, et terroribus quibus potest, ne alternis aut cujuslibet fidelium fulciantur colloquiis, admonet. Mulierculæ vero suscipientes Virgines Christi, sacrilegi cultus quotidie venenosum dogma eis exponunt, ac pervigili cura, cœlesti jam manna refectis cloacæ putrientis poculum propinantes, casso consumuntur labore.

mulierculis traduntur depravandæ;

6 Sed hanc illarum pertinaciam præsidi referentibus mulierculis, post nonnullos dies Virgines in forum eductæ, in spectaculum publicum constituuntur *g*, et Christum confitentes, et hostem fidei detestantes sub ictu gladii corruerunt *, undecimo kalendas Novembris, æra qua supra *h*.

denique gladio feriuntur,

g

**al.* corruunt.

h

7 Quarum corpora loco, quo deciderant, derelicta, summo militum observantur studio, ne christiani ad emolumentum patrocinationis furtim eas surriperent et reconderent *i*. Ferunt tamen quod illa virginalia cadavera in loco, quo ab ethnicis altis scrobibus magis abscondita quam humata sunt, signis et miraculis coruscant, et gloriam emeritæ consolationis virtutum efficientia tam fidelibus quam gentilibus ostentant. Per dominum nostrum Jesum Christum, qui vivit cum Patre et Spiritu sancto unus Deus in sæcula sæculorum. Amen.

et fulgent miraculis.

F

i

ANNOTATA.

a *Vitam hanc a S. Eulogio scriptam asserit Florez* (2) post *annum Christi* 853 *et* ante *an.* 857.

b *Vide Comm. præv. num.* 1.

c *De his locis ex professo egimus Comm. præv.* tom. CXV, col. 774, nota *c*.

(1) Historia de las SS. Nunilo y Alodia. pag. XLI et seq. — (2) Espana sagrada, tom. X, pag. 435. Conf. Patrologia Mign.

A § II. *Non asserit S. Eulogius SS. Virgines natas Oscæ; id in medio reliquit. Aliunde satis unanimiter scriptores Hispani tradunt ortas ex vico haud longe a præfata urbe dissito.* Oriundæ erant, *ait Did. de Aynsa* (1), ex vico Adahuesca septem ab Oscensi urbe leucis. *Et Moretus* (2) : Crescebant in confinio civitatis Oscæ duæ puellæ sorores, Nunilo et Alodia vocatæ, divites, nobiles et speciosæ valde. *Et Proprium Pompelonense* (3) : Nunilo et Alodia sorores non longe ab urbe Osca nobilibus parentibus, sed patre gentili, matre vero christiana ortæ. *Ita etiam in Vita hispanica ms., quam prædecessoribus nostris die* 19 *Julii* 1722 *misit Cæsaraugusta P. Josephus Mathias de le Ris :* Fuerunt sanctæ Nunilo et Alodia oriundæ ex Adahuesca, in Aragonia. *Similiter P. F. Raymundus* (4).

d *Imo* vitrici, *seu alterius illius viri, cui nupserat earum mater, defuncto priore. Confer Annotatum sequens.*

e *Notat, et recte quidem, in totum hunc locum Morales* (5) : Longe diversum narrant matutinales per Hispaniam Lectiones et Sanctoralia, quæ vocant, manuscripta. *Hinc P. F. Raymundus* (6)
B *post recitata capite primo martyrii Acta ex S. Eulogio, eadem capite secundo adornat ex codice Cardennensi,* qui, *inquit* (7), octingentis et eo amplius abhinc annis exaratus est, et proinde ad sæculum pertinet x; ex quo etiam omnia per Hispaniam fere breviaria suas desumpserunt Lectiones. *Juxta præfatum itaque codicem, obiit pater sanctarum Virginum, cum parvulæ essent; unde et fas fuit earum matri, quæ christiana erat, illas præceptis fidei imbuere. Crescebant ambæ sorores in sanctitate et omnium virtutum perpetuo exercitio. Mortua matre, cum nubilis jam esset* S. Nunilo, *sancta vero* Alodia *aliquot annis minor; commissæ videntur fuisse curæ cujusdam mahometani, qui earum patris consanguineus erat, a quo delatæ ad judicem fuerunt. Subjungit P. F. Raymundus* (8) : Hæc narratio ex codice Cardennensi et breviariis antiquis præferenda est dictis S. Eulogii, tum quia sanctus iste vir non satis assecutus fuit particulares res ad illarum vitam spectantes; tum quia simile vero non est, quod mulier pia atque sollicita, ut oportebat, educandæ prolis in recta fide, voluerit filias suas committere vitrico infideli, atque ipsa contrahere matrimonium, quod non modo christianis illicitum sed et ignominiosum foret. Nec prior ejus maritus
C origine mahometanus erat, sed defectione, unde et vocatur *molite*, quo nomine dicebantur qui Christi fidem deseruerant. *Ita quidem P. F. Raymundus; malim tamen ego stare assertis S. Eulogii, testis utique idonei et coævi. Favet P. F. Raymundo breviarium Pampelonense, supra laudatum :* A primis annis fidei præceptis a matre institutæ indies moribus et christiana doctrina profecerunt. Hanc itaque vitæ rationem matre mortua cum vigilantissime exequerentur, impium per totam fere Hispaniam Abderramis, Cordubensium regis, promulgatur edictum, ut quicumque utroque vel altero parente ethnico genitus esset, nisi Christum abnegaret, capite plecteretur. Cumque hoc sacrilegum edictum per omnes fere provincias in regno præsertim Aragonum observaretur, quidam sanctarum Virginum cognatus (*hic apud Moretum* (9) *avunculus vel patruus* tio *dicitur*), quod illis, ut Christi fidem abnegarent, persuadere non potuisset, eas defert ad judicem. *Consonat his Vita Hispanica nostra ms., de qua Annotato præcedenti. Aliud habet Didacus de Aynsa* (10) : In christiana, *inquit,* lege educatæ fuerant a matre; *hæc defuncto marito, secundas iniit nuptias cum altero viro itidem gentili. Videntes itaque SS. Virgines sibi in domo vitrici non licere christiana profiteri sacra, ad materteram, matris suæ sororem, sese receperunt, ubi* creverunt in sanctitate ita, ut, adeptæ discretionis annos, jejuniis et orationibus instanter vacarent. Hinc brevi per totam regionem vicinam innotuerunt, stupentibus multis binas rosas efflorescere medias inter spinas. *Quæ quidem satis concordant hucusque cum S. Eulogio. Non ita quæ sequuntur.* Defuncta est earum mater, cum S. Nunilo, quæ natu erat major, nubilis esset; hanc ob causam, sicut etiam ob mortem materteræ, prout conjicere possumus, in potestatem venerunt alterius consanguinei ex familia patris sui. EX MSS.

f *Juvat hic adscribere quæ auctores Hispani congesserunt de his quæ martyrium SS. Virginum præcesserunt. Ducem assumimus Didacum de Aynsa; hujus namque narrationi satis consonant Moretus, P. F. Raymundus aliique. Dicta tamen eorum, salva utique con-*
E *trahemus substantia, ne ultra limites excrescat Annotatum nostrum. Subjungit Didacus verbis proxima lit. recitatis* (11) : Præerat tunc temporis Abderramenus hujus nominis secundus, quartus vero qui Cordubæ regnaret, supremusque omnium per Hispaniam Maurorum princeps. Non tamen desunt qui velint hunc Cæsaraugustæ non vero Cordubæ regem fuisse. Quidquid de eo sit, Abderramenus iste anno juxta alios 840 juxta alios 851, promulgavit decretum, vi cujus omnes, qui nati essent patre vel matre infideli, legem Mahometi sequi tenebantur; qui secus facerent pœna capitis bonorumque amissione plectendi erant. Maurus itaque, qui SS. Virgines nostras domi suæ servabat, videns se frustra eas ad deserendam Christi legem urgere, ad judicem, in oppido Alquecar morantem nomine Calefa (*Moretus dicit* (12) : Qui in nonnullis documentis Galaf appellatur) detulit. Hic omni modo illas a sancto proposito tentat avertere; quas, cum nihil proficeret, domum remittit, ibidem tamquam in carcere custodiendas. Ast impius earum consanguineus, præfatus scilicet Maurus, Oscam proficiscitur, convenitque Zumahilum, nomine Abderrameni civitatis illius totiusque circumjacentis regionis præfectum. Mandat is Calefæ ut sibi SS. Virgines curet adduci. F
Septem leucis distabat Alquecar ab Osca civitate, quod iter illæ emetiuntur nudis pedibus multisque subjectæ vexationibus. Quæ cum præsentes adstarent Zumahilo, conatur iste verbis primum eas a Christo avertere, at frustra; tum adhibet carcerem et tormenta; denique tradit illas perfidis quibusdam mulierculis pervertendas. (*Mirum est silere Moretum* (13), *de* mulierculis, *cum earum diserte meminerit S. Eulogius*). Quo facilius seducantur duæ sorores, ab invicem separatæ custodiuntur; perfidi quoque earum hospites singulis diebus alterius alteri nuntiant lapsum. Quid agis, inquiunt? Soror tua nostram amplexa est legem. At illæ, nullam, hujusmodi dictis adhibentes fidem, immotæ perstant in sancto suo proposito. Atque ita per dies omnino quadraginta earum probatur constantia. Nocte vero præcedente martyrium (*Moretus rectius ponit* (14) secunda *ante passionem nocte*) S. Alodia

(1) Fundacion, etc. de Huesca, pag. 281. — (2) Annales de Navarra, tom. I, pag. 268. — (3) Die 22 Octob. Edit. an. 1647. — (4) Historia de las SS. Nunilo y Alodia. Passim. — (5) Patrol. Migne, tom. CXV, col. 887. — (6) Historia de las santas, etc. — (7) Ibid. pag. v. — (8) Ibid. pag. VI. — (9) Annales Navarra, tom. I, pag. 269. — (10) Fundacion. etc. de Huesca, pag. 268. — (11) Ibid. pag. 282-284. — (12) Annales de Navarra, tom. I, pag. 269. — (13) Ibidem. — (14) Ibid. pag. 270.

dum

EX MSS. dum vacat orationi, miro circumdata splendore cælestique rutilans luce conspicitur ab hospitis filia; hæc patri visum refert; qui miserum obcæcatus : Relinque, ait, illam; permaneat in ea diabolus a quo illuditur. Finita oratione dieque illucescente, petit S. Alodia, ut sibi liceat convenire Sororem suam. Quod cum fuisset concessum, inter lætitiæ lacrymas mutuo junguntur amplexu; aitque S. Nunilo : Sta, Soror mea, firmiter in fide, quam promisimus sponso nostro Jesu Christo. Respondet Alodia : Credo firmiter; nec dubites me facturam quod te facientem videro. Jejunemus hodie et in oratione perseveremus; nam crastina die erit moriendum. Eodem die sistuntur coram judice; renovantur promissa et minæ, utique perperam. Aderat tunc quoque sacerdos, qui vim tormentorum non ferens, a Christo defecerat. Cui judex : Secede, inquit, cum illis; et fac, ut, quod tu fecisti, et ipsæ faciant. Miser itaque ille omni modo sanctas aggreditur Virgines. Ego, ait, christianus fui et sacerdos; nunc autem, ut vivam, dico me Maurum. Idem et vos dicitote (*addit Moretus* (1) : Coram uno alterove aut tribus testibus); postea facietis quod libuerit; ita mortem vitabitis. Respondent SS. Martyres :
B Nonne semel moriendum? Absque dubio, reponit ille. Nonne itaque, respondent, præstat mori pro Christo ut æternum vivamus, quam vitam producere, brevi cum morte æterna permutandam? Videns sacerdos nihil se proficere ad judicem revertitur.

g Jussit eas jugulare (*Zumahilus*) in quodam hujus civitatis (*Oscæ*) foro, ubi est hodie ecclesia sub titulo S. Salvatoris, in qua etiam habetur sacellum harum Sanctarum nomine dicatum. *Ita in Vita Hispanica ms., decessoribus nostris missa anno* 1722.

h *Vide infra Passionem, latius descriptam ex antiquis Sanctoralibus.*

i *Quæ mortem subsecuta sunt multis exhibentur apud scriptores Hispanos, et ita contrahuntur in Vita ms. paulo superius laudata :* Fuerunt beata corpora protracta per ignominiam usque in locum probrosum, Horcas dictum, ut a volucribus et feris depascerentur. Ast divina faciente providentia, venerunt duo vultures, qui illorum incolumitati prospicerent. Itaque tyrannus permisit christianis illa in eodem loco sepulturæ mandare. Cum vero intelligeret Zumahilus, per singulas noctes lumen cæ-
C litus corruscare supra solum quo gloriosa corpora humata jacebant, mandavit ut intra urbis ambitum ducerentur dejicienda in altam cavernam juxta locum ubi mortem obierant. Putei hujus perdurat adhuc memoria, et multa quidem cum veneratione. Exinde a Regina Eneca ad monasterium Legerense translata sunt, ibique servantur et hodiedum sanctæ illæ reliquiæ. Contigit glosiosus triumphus XII cal. Novembris anno 851, *imo* XI *kal. Novembris. Hæc ita breviter etiam occurrunt in Lectione* III *proprii Pampelonensis* 22 *Octobris. Moretus* (2) *eadem habet, sed per amplificationem reddita, item Didacus De Aynsa* (3).

D

EARUMDEM PASSIO

Ex Breviariis et Sanctoralibus mss.

Apud Ambrosium Morales in Scholiis ad S. Eulogii l. II, cap. 7, num. 6.

Ubi cædi paratæ erant sacræ Virgines *a*, tunc *a*
præcepit rex lictori dicens : Percute gladio et abscinde earum capita. At lictor tertio regem interrogat an feriret? Et ut feriret tertio cum audisset, dixit majori (S. Nuniloni) : Extende cervicem. Tunc sancta Nunilo dixit ad Sororem suam minorem : Vide, Germana, ne aliter facias, quam ego factura sum. Cui sancta Alodia respondit. Nihil dubites, Germana, quod ego aliter faciam. Statim- E
que sancta Nunilo alacri animo prosiliens, apprehensis crinibus caput sibi circumligans, dicit ad lictorem : Feri velociter. Ille elevatum in altum gladium deposuit super eam : non in medium cervicis locum, sed in mandibulas illud deponens; unde nec penitus caput ejus abscidit. Cadenteque in terram corpore, paululum crura ejus nudata sunt. Quod cernens Soror ejus, festinans protracta veste, contexit. Quo facto multitudo hominum miratur. Fideles gaudebant, infideles contabescebant. Dixitque iniquus rex carnifici : Sine modo; ne ferias. Tunc ad sanctam Alodiam dixit : Quid tibi proderit, si moriaris? Consenti nobis, et vives nobiscum cum multo honore. Quibus Martyr respondit : Non consentiam; festina, percute me, ne sola pergam. Et elevans oculos, vidit animam Sororis suæ in columbæ specie angelis circumdatam, et dicebat : Expecta me, Germana, expecta me modicum. O mira virtus altissimi! Puella, quæ gladium non longe micantem cavere non poterat, in propriam cervicem descensurum non pertimuit; sed apprehensam syndonem, qua vestiebatur, sibi in crure alligavit, et capillis suis faciem extersit. Inde flexis genibus super corpus Sororis suæ, præ- F
buit se percussori, qui uno ictu caput ejus amputavit. Sicque Martyres una die, una hora martyrium suum victrices consummaverunt in pace, quinta feria, duodecimo kalendas Novembris.

ANNOTATUM.

a Zumahilus eas coram se adductas, adstante carnifice paratumque tenente acinacem, tribus rogat vicibus num velint suam sequi legem suisque obedire mandatis. Quod cum illæ constanter recusarent, jussit jugulare *etc. Didacus de Aynsa* (4).

(1) Annales de Navarra, pag. 271. — (2) Annales de Navarra, tom. I, pag. 273 et seq — (3) Fundacion, etc. de Huesca, pag. 285. — (4) Ibid.

TRANSLATIO

A

TRANSLATIO

sanctarum virginum et martyrum Christi Nunilonis et Alodiæ.

Ex Josepho Pellizer de Salas.

Post passionem

a

Igitur *a* anno octingesimo octavo decimo, post Salvatoris nostri Resurrectionem et ad cœlos Ascensionem, in partibus Hispaniarum Abderrahamen rege Saracenorum regnante, fides in tantum cœpit fervescere, ut non solum viri, sed etiam fœminæ contra tyrannorum rabiem, diabolico instinctu in persecutione fidelium accensa, fuerunt paratæ intrepide alacri animo dimicare, et diabo-
B lum in suis membris devincere. Inter quos in territorio Oscensis urbis, duæ sorores, sanctissimæ virgines Nunilo et Alodia nuncupatæ, ab ipsis cunabulis christianæ, omnibus bonis operibus florentes, in juvenili ætate fuerunt. Quæ nec minis perterritæ, nec blanditiis deceptæ, nec caducorum honorum promissionibus delectatæ contra Hismaelem, præsidem prædicti regis rabido jussu in christianorum (*sic*) crudeliter sævientem, viriliter pugnaverunt, et ad Christum, quem cum virginitatis honore in terris pura mentis intentione quæsiverunt, cum victoriæ palma, devicto diabolo, triumphantes perrexerunt. Tyrannus vero devictus, imo potius in eo diabolus, corpora illarum prius abjecta feris avibus, ne a christianis debito honore sepelirentur, et ut memoria earum de terra deleretur, in profundum præcipitavit puteum, quem mole ingentium replevit lapidum ut ibi oblivione laterent vetusta in perpetuum.

Oneca regina

b

c

2 Sed ille qui Sanctis promisit : Capillus non peribit vestro de capite, nono currente anno post vicesimum *b* a passione earum, jam longe lateque propagato per Hispaniam christiano nomine, inspirare dignatus est cuidam reginæ, nomine *c*
C Onneca, ut sanctarum corpora Virginum perquireret solicite. Hæc Pampilonensium genere clarissimo orta, e puellari ætate divinis documentis docta, Christi amorem in pectore gerens, mentis dilectione tota exorabat illum, jugiter adhærens ejus præceptis devotione prompta. Namque jejuniis, vigiliis et orationibus assidue vacabat, et illius animi cura circa pauperes et peregrinos invigilabat. Episcopos et abbates vel cunctum ecclesiasticum ordinem magnis muneribus honorabat, suisque facultatibus ecclesias et monasteria magnifice ditabat. Inter cætera vero loca monasterium Legerense, illæ (illi) fuit desiderabile et amabile, eo quod olim a parentibus suis electum ad Deo serviendum, constructum, eorumque possessionibus et præ-
d diis didicerat dotatum *d*. Quod tunc temporis quidam abbas religiosus, vir prudens, maturus, moribus et bonis pollens operibus, nomine Fortunius, ipsius reginæ propinquus, decenter regebat, et præceptis regularibus spiritualiter exornabat, secum in Christi nominis confessione multis Dei famulis congregatis. Hoc vero, jam dicta, cœnobium, regina, sicut pleraque sanctorum Deique Servorum loca sæpissime orationis causa frequentabat. Accidit autem ut tempore Quadragesimæ EX PELLIZER illic adveniens, cum illis salutiferis diebus Deo deserviret, sacris insistens orationibus, et frequenter studium dans lectionibus, ut inter cætera reperiret in Libro passionum *e* quomodo præfatæ Virgines *e* sanctæ in juvenili ætate, respuentes pro Christi amore mundum, animas suas non dilexerunt usque ad mortem, et sua tradiderunt trucidanda gladio corpora; qualiterve in profundo jacerent inhonorate præcipitatæ. Idcirco dolens, nimiamque in corde sollicitudinem gerens, abbatem venerandum lachrimis postulavit, ut omnes flebiliter insistentes orationibus et vigiliis, Deum exauditorem bonorum deprecarentur, quatenus ad requirenda corpora sanctarum Martyrum ad laudem et honorem sui nominis, illis viam congruam revelare dignaretur. Illa etiam eodem modo dominum Salvatorem mundi incessabiliter exorare non cessavit. ut effectum pius et misericors tribueret suæ affectioni.

SS. Martyrum exuvias

3 Interea jugi petitioni cum fletibus persistentibus clemens aures (auris) Omnipotens, quæ suos consuevit justa petentes audire, non abfuit precibus illorum. Nam cuidam viro, nomine Auriato, de villa, quæ Casas appellatur, nato, somno dedito E
vox allata est dicens : Auriate, concitatus ad urbem Oscensem vade; illic, divina ostendente gratia, invenies sanctarum corpora Nunilonis et Alodiæ, in ima fovea abscondita; quæ inde abstrahens, transfer ad locum quem tibi ostendero. De qua visione famulus Dei expergefactus et certus, properans venit celeriter ad cœnobium lætus, et retulit abbati prælibato, quæ sibi fuerant monita dormienti dicta. Cujus verba referentis cum famulus Dei audisset, gaudio repletus magno nuntiavit reginæ omnique monachorum collegio. Tunc omnes qui aderant, grates incessabiliter maximas et innumerabiles laudes reddentes glorificaverunt cunctipotentem Dominum, qui suorum dignatus est exaudire preces. Citissime vero abbas sive regina, communi decreto, dubietate omni postposita, cum celeritate Auriatum procurant mittere (viarum ignarum patriarumque mercationis causa) ad civitatem Oscensem, mercimoniis illi datis et fidelissimis sociis, ad peragendum opus Sanctarum; præmonentque illum curiosissime, magnis precantes precibus, in urbe, si negotii inditium commissi nequiret reperire, ad Oscham inde ne trepidaret villam *f* ire. Quorum petitioni *f*
satis libenter obtemperare, cunctaque, quæ sibi F
fuerant suggesta, ille cum summa devotione, Christi potentia juvante adimplere spopondit. Post hæc vero cuncti, a magno usque ad parvum, in eo sperantes, qui dixit : « Omnia quæcumque in nomine meo orantes petieritis Patrem, accipietis », crebras libentius vel frequentius orationes addunt orationibus, vigilias vigiliis, helemosinas helemosinis, quatenus Cunctipotentis dignaretur benignitas, salubre ad opus agendum, illis celere mittere auxilium.

conquiri

4 Igitur jam memoratus Auriatus, dominorum libentissime obsequens præceptis, haud segniter arripit eundi iter; et vadit cum sociis orans Deum, qui visionem superius prolatam ei revelare dignatus fuerat, quique eum ad opus illud peragendum destinaverat, nec in vacuum tantum consumi vellet iter; sed sicut promiserat, thesauri sui locum illis ostendere dignaretur. Postquam ergo ventum est ad urbem, et ibi negotium peragendum diu est dilatum, exorare unanimiter intercessum Martyrum continuis precibus non cessaverunt, ut eis impetrantibus locum optatum mererentur reperire. Factum est autem ut earum interventu

EX PELLIZER. interventu annuere placuit eorum precibus pietati divinæ. Namque illi cupientes ab urbe recedere, et ad villam prædictam pergere, Auriati veniunt amici et noti. Quibus se associans, narrat rei gestæ historiam, qua de causa illic devenerit, quæve visio propter hanc causam fuerat ostensa. Unde illi intelligentes, hoc inspirante esse gestum Divinitatis gratia, nimis rependunt laudes immensas Deo, admirati valdeque gavisi.

jubet 5 Quidam vero ex illis se de beatarum tribu Virginum esse, et locum, earum ubi corpora laterent, procul dubio scisse dixerunt; et si venerandum ille ad locum deberet deferre (deferri), non solum ostendere, verum etiam alacri animo solatium et impendere promisserunt. Quibus Auriatus lætitia ingenti repletus, ne pro evectione et veneratione
g hesitare dessererent *g* sed etiam se multa sibi dona dari respondit. At illi quidem pollicentes, tutamque ei fidem tribuentes, secum illum suosque venire jusserunt ad hospicium. Ibique convocatis propinquis ac vicinis, ignaris rei vel loci, vigilia noctis in prima venientis, syderibus lunaque fulgentibus, clam cauteque cum magna humilitatis devotione perrexerunt ad locum in quo credebant
B esse Sanctarum corpora sepulta. Igitur illic in terra prostrati cum lachrymis, tota affectione mentis deprecati sunt Dominum, ut illis auxilium optatum ad opus agendum concederet, atque putei
h locum *h*, in quo abscondita erant Martyrum corpora demonstraret. Deinde cum parum fodientes invenirent ora putei, tam suavitatis odor exiit, quam si omnia pigmentorum bene fragrantium genera ibi adessent. Ergo illi divini redolentis suavitate odoris refecti et divino ostensionis gaudio confortati, certatim cœperunt fodere, lapidum moles cum omni velocitate animi extrahere, donec venerunt ubi ad imo (imum) putei, jacebant Martyrum corpora. Quæ inde, sicut diu optaverant, extrahentes, et linteaminibus mundissimis cum magna veneratione involventes, in saculis novis collegerunt. Sicque ipso crepusculo diei, iter cum celeritate arripientes, margaritas, quas dono Dei invenere, pretiosas secum detulerunt.

atque deferri ad monasterium Legerense. 6 Cum autem ab urbis finibus recessissent, cives valefacientes ad propria, Auriatus suique ad cœnobium, præmittentes legatum, qui illis votatum deferret mandatum, properantes et ovantes feliciter venerunt ad patriam. Quibus Enneco *i* serenissimus rex, et Guilgesindus episcopus, sacerdos
i C Domini dignissimus, a Legerensi abbate invitati, cum multis aliis abbatibus et sacerdotibus, nec non innumerabilibus catholicorum populis, quos fama tantæ rei coadunaverat e diversis partibus, obviam processerunt, mirabiliter canentes Christi laudes modulatisque vocibus, tanta gaudia deferentibus, et exceperunt sanctum venerandumque thesaurum magno cum honore et lætitia ingenti in cœnobio Legerensi, quatuordecim kalendarum Maji. Qua etiam die multi infirmi sanitatem recipere meruerunt per intercessionem sanctarum Vir-
k ginum et Martyrum Christi. Quod hodie *k* facere dignatur dominus Jesus Christus ad laudem et gloriam et honorem nominis sui, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et gloriatur Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Acta ista, ut jam monui Comm. præv. num.* 9, *separatis typis anno* 1668 *edita fuerunt ab erudito viro D. Josepho Pellizer de Sala*[1]. *Illorum exemplar submisit decessoribus nostris Marchio Agripolitanus*, cum jam esset legatus designatus in Angliam, *ut manu sua adscripsit Papebrochius. Addidit editor notas meriti haud vulgaris. A principio monet* Acta, quæ originalia sunt, vidisse se in antiquissimo Sanctorali membranaceo, ante annos sexcentos et eo amplius (*hæc scribebat auctor anno* 1668) exarato, qui videtur spectasse ad monasterium S. Petri de Cardenna, atque idem ipse esse, cujus fragmenta nonnulla descripsit Ambrosius Morales, ubi in Scholiis suis ad S. Eulogium agit de martyrio sanctarum istarum Virginum. Continet Codex ille Acta fere omnium Hispaniæ Sanctorum, pluriumque ad alias provincias spectantium; et reperitur in bibliotheca D. Joannis Lucæ Cortes, viri spectatæ eruditionis et litteraturæ. Transumptum habemus ejus manu exaratum et nomine subsignatum die XXVIII Januarii 1664 (1). *Notat quoque Nicolaus Antonio, in Bibliotheca nova, ubi de Josepho Pellizero :* Edidit latine Acta originalia translationis sacrorum corporum SS. virginum et martyrum Nunilonis et Alodiæ ad monasterium S. Salvatoris Legerensis, ex codice Sanctorali antiquissimo, qui adservatur in bibliotheca D. Joannis Luci (*sic*) Cortesii, Hispalensis, quibus Actis auctor animadversiones seu scholia utilissima subjecit. *Denique Actis hunc præfixit Pellizerus titulum :* XIV kal. Maji, Translatio sanctarum virginum et martyrum Christi Nunilonis et Alodiæ.

b *Scilicet anno Christi* 880, *cum martyrium contigerit anno* 851, *ut alibi probatum fuit Comm. præv. num.* 8. *Quod rursus efficitur, ait Pellizerus* (2) *ex verbis* jam longe lateque propagato per Hispaniam Christiano nomine, *quæ utique non essent vera,* si passæ *SS. Virgines sunt anno* 859, *ut vult Morales, et facta translatio anno* 842, *ut contendit Garibayus. In Martyrologio Hispanico Tamayus hæc habet ad diem* 18 *Aprilis :* At vero is, qui promisit non perire capillum de capite suorum, providit ut Onecæ reginæ Navarræ veniret in mentem, sollicite religioseque investigare ea. Quæ postea in celeberrimum S. Salvatoris Legerensis cœnobium venerabunde transtulit XIV kal. Maji, anno post earum martyrium nono, *adde* post vigesimum, *ut in Actis nostris, ex quibus breviarium Pampelonense a Tamayo citatum, manifeste sua hausit. Insuper, si, ut prætendit Garibayus, facta translatio sit* F *anno* 842, *mors contigisset anno* 853, *quod nec cum historia nec tabulis astronomicis componi potest : constat enim martyrio SS. Virgines coronatas* die Jovis (3). *Vide. Comm. præv.* 27.

c *Hispanice* Doña Iñiga, *Navarræ et Pampelonis regina, nupta D. Enecho Aristæ, primo Aragoniæ regi, qui obiit anno* 859, *prout constat ex libro Pretiosæ* (de la Preciosa) *monasterii S. Victoriani, his verbis :* Obiit Enechus rex cognominatus Arista, qui Arragonensium et Navarrorum primus electus fuit rex in oppido Arahuest. Cujus corpus jacet in hoc monasterio. Obiit æra DCCCLXXXXVII, *id est anno Christi* 859. Rex Navarrorum *id est* Vasconum Ibericorum *dicitur, qua maritus Onecæ reginæ* (4).

d *Nonnulli, nominatim Fr. Antonius de Yepes allegans hunc Actorum locum, monasterii Legerensis fundationem adscribunt progenitoribus utriusque, nempe regis Onechi et reginæ Onecæ. Quod tamen, inquit Pellizerus* (5), *secus est. Fundatio solum spectat ad progenitores reginæ Onecæ. Hujus pater D. Onechus Garcia, primus antiquæ Navarræ et Pampelonis*

(1) Advertencia primera. — (2) Advertencia tercera. — (3) Ibid. — (4) Advertencia quarta. — (5) Ibid.

A *Pampelonis rex circa annum* 824, *sepultus est cum uxore sua D. Xemena in monasterio Legerensi.*

e *Forte hic indicatur* Memoriale *S. Eulogii. Refellitur iterum Morales : cum enim agatur de* libro Passionum, *seu Legendario satis amplo, hujus conscribendi facile suppetit in nostra opinione, quæ inter mortem SS. Virginum et translationem annos interponit viginti novem, tempus; at non sic si cum Morali illam ab hac uno tantum vel altero separemus anno* (1).

f *Notat, et recte quidem, Pellizerus* (2), *distingui hoc loco clare* civitatem Oscensem *ab* Oscha villa; *in illa passæ, in hac, quæ nunc* Ada-Huesca *dicitur, natæ SS. Virgines sunt. Oscæ, ut jam alibi monuimus, est ecclesia earum nomini dicata, ut habetur in charta Joannis regis Aragoniæ secundi anno* 1478. *Jacet autem Adahuesca ad clivum Pyrenæorum, septem leucis ab Osca, media leuca ab oppido* Alqueçar (*quod, teste Pellizero* (3), *est antiquissimum* Castrum Bigetum) *dissita. Consonant Sanctoralia :* Accidit autem in territorio Barbetano, juxta antiquissimum, quod dicitur Castro-Bigeti in villa Ab-Oscha esse duas Germanas *etc. In Adahuesca domus, in qua degebant* SS. Nunilo *et* Alodia

B *cum primum accusatæ fuerunt, in ecclesiam sub earum invocatione conversa est. Conf. Comm. præv.* § II.

g *Sensus satis facile percipitur, licet verba non omnino sibi cohæreant.*

h Putei locum. *Ædificatum* (4) *supra os putei istius est sacellum; aqua inde etiam hauriebatur infirmis potanda. Renovatum illud fuit anno* 1603, *et puteus obseratus clavi. Ibidem quoque cernuntur effigies SS. Virginum, cum inscriptione metrica, quam refert Didacus de Aynsa* (5), *estque hujusmodi ex Hispanico latine ad verbum reddita :*

Iste locus sanguine fuit tinctus
Nunilonis et Alodiæ, duarum sanctarum
Sororum virginum, quæ præbuerunt
Alacres martyrio jugula sua,
Exercente Zumahilo, præposito
A rege Abderrameno, tantas crudelitates;
Ex sua patria, villa Adaguesca,
Venerunt morituræ pro Christo in Huesca (*Osca*).

i *Asserit Pellizerus* (6), *hunc fuisse* Enechum Garciam, *non vero, prout nonnulli perperam scripsere,* Enechum Aristam. *Scilicet hic ex uxore sua regina Enecha habuit filium D. Garciam Ene-*

C *chum, qui vivebat anno* 867, *et filios habuit tres,* AUCTORE B. B. *nempe* D. Sanchezium, *qui, patre superstite regnavit in Aragonia;* D. Enechum Garciam, *antiquæ Navarræ et Pampelonis regem, qui cum avia sua D. Enecha præsens adfuit Translationi, mortuus vero est absque liberis, successoremque habuit fratrem suum* D. Fortunium Garciam. *Cæterum constat quoque ex sequenti Instrumento, quod originale est* (7), *S. Joannis de Penna, tres istos* Guilgesindum *episcopum,* Fortunium *abbatem et* Garciam *regem coætaneos fuisse. Illud ex Pellizero, quod ut ipse nos docet primus integrum in lucem dedit* (8), *partim adscribimus :* In nomine Domini et ejus gratia. Regnante Garsea Enneconis rege in Pampilona et episcopus Gulgerindus in episcopatu in Pampilona et abbas Fortunius in monasterio que (quod) dicitur Legeren. Isti tres fecerunt regulam monasterium (*sic*) nomine Fonte Frida, et fecerunt ecclesiam sanctæ Mariæ et sacraverunt eam et donaverunt ad illam donationem magnam... Testes Micano Menconis, Gutu Munionis *etc.*

k *Viguit SS. Virginum cultus, ut ostensum est Comm. præv. num.* 28 *et seqq. in monasterio Legerensi, usque ad hujus nuperam eversionem. De qua hæc paucis abhinc mensibus scripsit nobis P. Andreas Artola S. J. :* Dispersis monachis, unus aliquis ex illis mansit in pago vicino, sperans meliora tempora. Ast post aliquos annos fatigatus ad consanguineos suos se contulit. Interea pauperes ædes derelictas incoluerunt. Ast brevi obtinuit illud Scripturæ « In pigritiis humiliabitur contignatio. » Missi deinde fuere viri, qui nomine gubernii examinarent num ædes eæ essent, quas monumentis, ut aiunt, publicis annumerare liceret. Quod cum isti negassent, paulatim corruere cœperunt, ita ut ex celeberrimo cœnobio jam nunc nihil præter ruderum informem supersit acervum. *Cæterum non dubitat Ypesius* (9), *initia Legerensis monasterii ad Gothorum regum tempora ascendere; et in Privilegio regis Sancii anno* 1070 *diserte* primum et antiquissimum totius regni sui cœnobium *habetur* (10). *Ab ineunte sæculo* XI *usque ad hujus annum septuagesimum octavum, abbates Legerenses simul episcopi erant Pampilonenses* (11). *Circa posteriorem hunc annum reformatio Cluniacensis in monasterium introducta est* (12), *quod dein anno* 1256 *a* Nigris *seu Cluniacensibus ad* Albos *seu Cistercienses transivit* (13).

E

F

(1) Advertencia tercera. — (2) Advertencia sexta. — (3) Ibid. — (4) Advertencia septima. — (5) Fundacion, etc. de Huesca, pag. 287. — (6) Advertencia octava. — (7) Advertencia nona. — (8) Ibid. — (9) Coronica general de S. Benito, tom. III, fol. verso 76. — (10) Ibid. in Appendice, fol. verso 459. — (11) Ibid. fol. 84 in Catalogo. — (12) Ibid. fol. verso 83. — (13) Ibid. fol. verso 84.

DE

A D

DE S. DONATO EPISC. ET CONFES.

FESULIS IN TUSCIA

B. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Donatus, ex Hibernia oriundus, Fesulanæ ecclesiæ præficitur. De annis episcopatus ejus, scriptis et cultu.

CIRCA ANNUM DCCCLXXIV. S. Donatus *Fesulanus episcopus,*

Postremus, scriptor qui de S. Donato *Fesulano tractet, putem esse Joannem Lanigan. Hic autem hunc in modum vitam B. Viri compendiose exhibet* (1) : S. Donatus episcopus Fesulis in Tuscia floruit illa ætate (*circiter medio sæculo* IX). Oriundus erat ex Hibernia, et, ut quidem videtur, episcopali jam dignitate insignitus (*nullo tamen hæc assertio nititur testimonio; potius contrarium efficitur ex Actis infra excudendis*), antequam romanam susciperet peregrinationem ; in qua comitem habuit discipulum, Andream nomine, valde illustri loco natum, quem in Hibernia sacris instruxerat disciplinis. In Urbem pervenerunt, imperante Ludovico Pio, quamvis haud sciatur quo plane anno id contigerit. Post aliquod temporis spatium, accepta a Pontifice benedictione, Roma discesserunt, veneruntque in Tusciam, ecclesias visitantes. Fesulas ingressi, a populo et clero illius civitatis, illa tempestate haud spernendæ magnitudinis (*a sæculo* XII *urbs delapsa et ab incolis suis deserta paulatim est* (2)) perhonorifice excipiuntur. Imo cum tunc sedes illa vacaret, S. Donatus in episcopum deposcitur. Post multam tergiversationem, annuit denique eorum votis; atque exinde cœpit per multos annos boni pastoris partes implere, donec, Deo vocante, ad æternam evolavit patriam, XXII Octobris, haud diu post annum Christi 861. Quosdam etiam scripsit tractatus, quorum, in quantum mihi constat, nihil ad nos B C pervenit, præter proprium sancti Viri epitaphium, et venustum aliquod poematium, quod ad modum Prologi, præfixum legitur (*apud Colganum* (3)) Actis metricis S. Brigidæ Kildariensis. *Hactenus Lanigan, cum quo concordat Legenda, infra excusa, quæ, latius singula describit. Adduntur nonnulla prodigia.*

ex Hibernia oriundus erat;

2 *Patria itaque* S. Donato *Hibernia fuit. Id certum videtur laudato Joanni Lanigan; tum quia in antiquo officio, apud Burke* (4), *legitur ortus ex nobili et orthodoxa prosopia antiquæ Scotiæ, id est Hiberniæ; tum quia in ejus Legenda diserte habetur:* Iste, fratres mei, iste beatus ille et vere prædicandus Christi sacerdos, B. Donatus, quem nobis Hibernia Scotorum insula transmisit. *Verba hæc recitavit Lanigan ex annotato Colgani* (5) *ad vitam S. Brigidæ* (*diversæ a Virgine Kildariensi*); *ipsam Legendam non vidit, quam puto ad hunc diem ineditam, atque in nostro Opere primum publici juris fieri. Addit Colganus* (6) : S. Donatus in quibusdam versibus, quos de sua patria scripsit, evidenter ostendit Scotiam, in qua ipse, S. Andreas et Brigida nati fuerunt, esse Hiberniam. *Istos porro versiculos videsis infra in Vita :* Finibus occiduis... Insula dives opum, gemmarum vestis et auri. *Vox* E *tamen* Insula, *quæ hanc in rem pondere utique non caret, deest apud Colganum ipse enim legit* (7) : Dives opum, argenti, gemmarum vestis et auri. *Cæterum stando verbis Vitæ infra edendæ non est dubium quin agatur de Hibernia.* Donatum *quoque tradit Ferrarius* (8) in Hibernia seu Scotia claris parentibus ortum; *Ughellus* Nobilem Scotum *vocat* (9), *item Ammiratus* (10). *Notum porro est* veterem seu majorem Scotiam aliter Hiberniam *dici* (11); Scotiam *vero* minorem eam esse Britanniæ partem, quæ olim Albania, hodie vulgo Scotia vocatur (12). *In Martyrologio Britannico, sicut et in aliis nomine* Donati Scoti (a Scot) *venit. De his redibit sermo. Cæterum vetus controversia est hæc.* Inter Hibernos et Scotos, *aiebat Bollandus noster* (13), magna pugnatur pugna de natione, nomine; patria, gentilibus Sanctis... Non sum nescius utra pars sæpius (non tamen semper) jure superior esse videatur; sed decidere lites tantas, haud id opis meæ esse confiteor. Cum Scotos appellatos esse Sanctos reperio, Scotis accenseo; cum Hibernos, Hibernis. *Ita quidem Bollandus; ast in Martio in Actis S. Patricii num.* 2 *et seqq. admittunt jam decessores nostri Hiberniam usque ad sæc.* XII *Scotiam dictam, idque* F *deinceps sæpius repetunt. Et teste Joanne Pinkerton, viro hac in re fide digno utpote qui Scotus esset et eruditus, lis dirempta est. Juxta ipsum* Scotia *primitus et ab origine* Hiberniam *designat; aitque id jam agnosci ab ipsis Scotis scriptoribus,* efficiturque, *inquit* (14), innumeris ex testimoniis dum ne vel unum proferri potest quo ostendatur regionem, quæ nunc Scotia dicitur, ita fuisse vocatam ante initium sæculi XI. *Confer annotata in Vitam cap.* 1, *lit.* c.

incertum quibus annis sederit;

3 Ad pontificalem infulam pervenit (S. Donatus) tempore Christianorum principum Lotharii magni et Ludovici boni. *Sic in Vita legitur. Consonat Epitaphium, ab ipso sancto Viro, ut fertur, compositum :*

Regibus italicis servivi pluribus annis
Lothario magno Ludovicoque Bono.

(1) An ecclesiastical History of Ireland, tom. III, pag. 280 et seq. Dublini 1829.—(2) Moroni. Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica, v° *Fiesole*, tom. XXIII. pag. 257. Venet. 1843. — (3) Acta SS. Hiberniæ, tom. II, pag. 582.—(4) An eccles. History of Ireland, pag. 281. — (5) Ubi supra, tom. I, pag. 237. — (6) Ibid. — (7) Ibid. — (8) Catalogus SS. Italiæ, pag. 659. — (9) Italia sacra, tom. III, col. 213. Venetiis 1718.—(10) Vescovi di Fiesole, di Volterra e d'Arezzo, pag. 7. Firenza 1657. — (11) Colgan. Acta SS. tom. I, pag. 237. — (12) Ibid. pag. 238. — (13) Acta SS. tom. I Januarii. Præfatio, pag. xxx.— (14) An Enquiri into the history of Scotland, tom. II, pag. 225 et seqq. Edimburg. 1814.

A *Lotharius I imperator, filius natu major Ludovici Pii, imperio associatus fuit* 13 *Julii anno* 817; *adeptus est Langobardorum regnum anno* 820; *imperator coronatus a Paschali I, ipso paschatis die,* 5 *Aprilis anno* 823; *patri suo Ludovico defuncto successit anno* 840, *mortuus est anno* 855 (1). *Huic suffectus filius ejus primogenitus est Ludovicus eodem anno in regno Italiæ; imperavitque usque ad* 15 *Augusti an.* 873, *quo Brixiæ extinctus obiit* (2). *Certum præterea est* B. Donatum *sedem Fesulanam tenuisse anno* 844 : *constat enim ex Anastasio bibliothecario* (*qui et ipse præsens esse potuit*) *eum interfuisse coronationi Ludovici regis.* Dominico vero die sequenti, *nempe die* 15 *Junii* 844, Romæ in eadem principis apostolorum basilica omnes archiepiscopi et sancti abbates et omnes... Franci sunt congregati... Tunc almificus pontifex (*Sergius II*) manibus suis ipsum Hludovvicum, Lotharii imperatoris filium, oleo sancto perungens, regali ac pretiosissima coronavit corona, regemque Longobardis perfecit; cui regalem tribuens gladium, illum subcingere jussit. Deinde Missarum celebratione finita omnes cum rege lætantes regressi sunt. *Ita Anastasius* (3); *qui deinde enumerans præ-*
B *latos, qui aderant Romæ, inter episcopos ultimo loco habet* (4) : Donatus episcopus ecclesiæ Fesolanæ (5). *Sed et illud insuper certum videtur, sanctum Præsulem nostrum pariter interfuisse concilio Romano, quod in causa Joannis hujus nominis octavi Ravennatensium episcopi, celebratum est anno* 861, licet, *inquit Baronius* (6), *illud* alii in annum sequentem rejiciant, sed huic anno monumenta Ravennatis ecclesiæ consentiunt. *Hujus concilii meminit, et quidem fuse, Anastasius* (7): *ast Acta desiderabantur.* Quoniam, *inquit Nicolaus Coletus in Additamentis ad Ughellum* (8), concilii supramemorati Acta, quæ in appendice ad suum Agnellum Ravennatem, ex cathedralis Mutinensis insigni Tabulario primus edidit eruditissimus abbas D. Benedictus Bacchinius, doctissimum Harduinum (*adde et Labbeum*), dum postremam conciliorum editionem adornaret, latuerunt, illisque interfuisse reperiuntur complures episcopi, quos Ughellus noster vel omnino ignoravit, vel a Rubeo deceptus alienis perperam affixit temporibus, ea hic adnectere necessarium duxi *etc. Jam vero in subscriptionibus occurrit* Donatus Fesulanus (9). *Celebratum autem notatur concilium* (10) Pontificatus domini Nicho-
C lai summi pontificis et universalis papæ anno IV; imperii piissimi Augusti Ludovici anno XI; die octavo decimo mense Novembris. Indictione X. *Cum Nicolaus factus sit pontifex* 24 *Aprilis an.* 858 (11) (*Papebrochius* ordinatum *dicit* 25 *Martii ejusdem anni* (12)) *liquet annum ejus regiminis quartum respondere anno Christi* 862, *cum quo concurrit etiam Indictio* X (13). *Denique certum est* S. Donatum *vita functum ante anno* 877, *quo habita est synodus Ravennatensis, cujus epistolæ ad Joannem papam VIII* subscripsit Zenobius Fesulanus (14). *Hactenus ergo, præter regna Lotharii et Ludovici II, tres habemus temporis notas omnino liquidas : priores duæ* (*anni nempe* 844 *et* 862) *Fesulanæ sedi adscribunt S. Præsulem; altera* (*annus scilicet* 877) *jam e vivis sublatum exhibet. Adde concilio Romano, sub Eugenio papa II anno* 826, *præsentem fuisse* Grausolphum episc. Fæsulensem (15).

AUCTORE B. B.

4 His positis, liquet episcopatum S. Donati *Fesulis cœpisse post annum* 826, *desiisse ante annum* 877. *Si fides sit Epitaphio, annis sedit omnino quadraginta septem :* *probabilius ab an.* 827 *ad an* 874.

Octonis lustris, septenis insuper annis
Post Fesulana Præsul in urbe fui.

Præterea eum obiisse regnante Ludovico, probabilius videtur ex eodem Epitaphio; hic vero, ut supra diximus, mortuus anno 875 *est, successoremque habuit Carolum Calvum* (16). *Unde Joannes Lanigan* (17) : Omnino probabile est Ludovicum supervixisse Donato. Secus nonne in Epitaphio facta esset mentio Caroli, ad quem Imperium cum regno Italiæ devolutum erat? *Quod si admittatur, obitus sancti Pontificis adscribi poterit anno* 874 *vel* 875; *positoque eum sedisse annis quadraginta septem, incident episcopatus initia in annum* 827 *vel* 828. *Cum hac hypothesi rectissime componuntur facta historica illius ætatis. Ast obest præfatæ chronotaxi* S. Donati *Vita, quam infra damus ex triplici Ms., in quorum singulis diserte ponitur sanctum Virum* apud urbem Placentiam octavo Idus
Februarii Indictione octava (*prætermittitur annus*) E
cum Carolo excellentissimo imperatore egisse. *His si fides sit, ponendus erit obitus* S. Donati *post annum* 875, *quo Carolus, ut supra notavi, Ludovico successit et biennio post obiit* (18). *Pariter uno alterove anno differre oportebit initium episcopatus, quo scilicet quadraginta septem annorum administratio reperiatur. Nec omnino obstat Epitaphium : potuit enim S. Præsul illud scripsisse aliquot ante obitum suum annis; imo id plerisque forte probabilius videbitur. Cætera æque ac in præcedenti hypothesi* (*quæ mihi præplacet, quod Vita non sit eximiæ notæ*) *bene concordant. Quod non ita obtinet apud alios, quorum hic evidentes aliquot adscribam lapsus. Imprimis Ughellus* ordinatum *asserit* S. Donatum anno 816, *addens ab aliis poni annum* 802; *sedisse annis quadraginta septem* (19), *successoremque habuisse* Grosolphum, qui interfuit concilio Romano sub Eugenio II an. 826 (20) ! *Incredibilis sane hallucinatio.* Quomodo, *ut apposite notavit Coletus* (21), potuit ordinari S. Donatus Fesulanus episcopus anno 816, si anno 826 hac infula ornabatur Grusolphus? Post hunc ergo debet locari Donatus; neque Fesulanum thronum conscendisse dicendus
est nisi post dictum annum 826 et diu sedisse, F
cum anno 861 interfuerit concilio Lateranensi *seu Romano? Labitur quoque Bollandus noster in Vita S. Brigidæ minoris ad* 1 *Februarii* (22), *ubi annos præfatæ S. virginis declarare intendit ex Actis B. Præsulis nostri, aitque ex iis quæ ante dixerat,* consequens esse... Donatum non nisi DCCCXLI aut DCCCXLII episcopum esse factum, postquam pluribus annis Lothario imp. et Ludovico principi servivisset. His si 47 annos, quibus ecclesiam illam administravit, addideris, sequetur non diu ante 890 Christi annum decessisse. *Quod rursus stare non potest cum Actis synodi Ravennatensis an.* 877, *cui adfuit Zenobius Fesulanus episcopus, ut jam animadvertit Cuperus noster in Vita S. Andreæ Fesulani* (23).

(1) Art de vérifier les dates, pag. 432 et 433. — (2) Ibid. pag. 433. — (3) De vitis Romanorum Pontificum, tom. I, pag. 351. Romæ 1718. — (4) Ibid. pag. 352. — (5) Confer Baronium. Annal. tom. XIV, pag. 300 et 301. Lucæ 1743. — (6) Ibid. pag. 551. — (7) De Vitis Pontif. Ubi supra, pag. 410 et seqq. — (8) Italia sacra, tom. II, col. 346. — (9) Ibid. col. 350. — (10) Ibid. col. 347. — (11) Art de vérifier les dates, pag. 272. — (12) Propylæum Maji. Conatus chronico-historicus, pag. 36*. — (13) Art de vérifier les dates, pag. 18. Table chronologique. — (14) Labbe. tom. IX, col. 305. — (15) Ibid., tom. VIII, col. 103. Item tom. VII. col. 1567. Confer Baron Annal. tom. XIV, pag. 97. — (16) Art de vérifier les dates, pag. 435. — (17) An ecclesiastical History of Ireland, tom. III, pag. 283. — (18) Art de vérifier les dates, pag. 539. — (19) Italia sacra, tom. III, col. 213. — (20) Ibid. col. 214. — (21) Ibid. nota 2. — (22) Acta SS. tom. I Februarii, pag. 245. — (23) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 451.

AUCTORE B B. *Num tractatus aliquos scripserit S. Donatus?*

5 *Communis traditio est* S. Donatum *virum fuisse litteris et doctrina insignem.* Animo litteris deditus (*ita in Vita*) intra breve tempus suis natu majoribus excelsior doctrina factus est. *Et Ferrarius* (1) : Ingenii acumine cæteros antecellens, adulta ætate cum Andrea discipulo, quem philosophiam et theologiam docuerat, Romam peregrinari cœpit. *Eadem apud alios leguntur. Videtur etiam tractatus nonnullos composuisse, idque tamquam certum assumit Joannes Lanigan* (*Confer num.* 1), *nixus præsertim hisce Epitaphii versiculis :*

Gratuita discipulis dictabam scripta libellis,
Schemata metrorum, dicta beata senum.

Ex priore concludit Laniganus (2) *a S. Donato libros aliquos conscriptos; et quidem alios* (*ut ex posteriore versu deducit*) *ligata* (Schemata metrorum), *alios vero soluta oratione, hosque de theologica doctrina tractasse* (dicta beata senum); *ast simul reprehendit Thomam Dempsterum,* qui, *inquit,* consueta sua impudentia effinxit titulos operum, *quæ a sancto Viro composita somniaverat* (3). *Confer Biographiam universalem* (4), *ubi nihilo mitius vapulat Dempsterus, et quidem jure merito. Si quæ scripsit* S. Donatus, *exciderunt hactenus, præter Epitaphium,*
B *quod generatim ei tribuitur. In Vita num.* 5, *recitantur quoque aliquot disticha de Hiberniæ laudibus, quorum author dicitur idem S. Præsul. Colganus, ubi de S. Brigida minori* (5), *versus illos non dubitat* S. Donato *adscribere; ast postea, ubi de S. Brigida majori* (6), *leguntur in capite seu Prologo ejus Vitæ sextæ, quæ metrica est, quamque idem Colganus testatur compositam a* S. Chœliano seu Cœlano, Inis-Keltraensis cœnobii monacho, *quin eo loci mentionem jam faciat de* S. Donato. *Cum tamen, ut ipse Colganus nos docet, diversus in quibusdam Mss. occurrat Prologus, admitti posset, hunc a S. Pontifice, Vitam autem a præfato monacho exaratam. Confer Lanigan* (7). *Cæterum versiculi, de quibus hic quæstio, tales sunt, ut cuivis tractatui, modo de Hibernia agatur, præponi queant æque ac vitis Sanctorum. Vide Annotata.*

Cultus Fesulis

6 *Hac die annuntiatur in Martyrologio Romano :* In Tuscia sancti Donati Scoti, episcopi Fesulani. *In unico Usuardi auctario apud Sollerium legitur, ex codice nempe Florentino ubi* primo loco *venit :* In partibus Tusciæ, apud Fesulas in territorio Florentino, sancti Donati Scoti, ejusdem urbis episcopi et confessoris, qui virtutibus et miraculis
C clarus quievit in Domino et sepultus est in basilica ejusdem urbis. *Et in egregio Martyrologio Britannico* (8) : Fesulis in Tuscia festivitas sancti Donati Scoti episcopi illius civitatis sæculo nono, qui hac die ibidem colitur tamquam patronus præcipuus. *Notatu dignum est, eum hic dici Scotum* (a Scot) *quod indicare videretur, ab erudito scriptore vere Scotis non Hibernis annumerari. Celebratur ejus festum hac die* 22 *Octobris, qua et obiisse ab omnibus traditur, excepto Ughello, qui scribit* evolasse *eum ad superos* 20 *die Octobris* (9). *Ast mendum suspicor esse, legendumque* 22 die Octobris. *Fesulis accepi Lectiones proprias* S. Donati, *quales leguntur in* magno *quodam* Diurno Chorali *pergameno infol. litteris Gothicis edito* 1568, *prout constat ex approbatione Ordinarii in limine voluminis adscripta his verbis :* Nos F. Angelus Diaccetius, Dei et apostolicæ sedis gratia episcopus Fesulanus. Visis quibusdam Sanctorum nostrorum historiis ad verbum ex earum originalibus sumptis a R. D. Torello Phola nostræ cathedralis canonico in matu- D
tinales Lectiones digestis, jussuque nostro per ven. P. frat. Felicem a Castro Franco, Prædicatorum ordinis, revisis, ac ab omni menda (juxta tenorem Tridentini concilii) purgatis, eas in choro ejusdem nostræ ecclesiæ una cum dictorum Sanctorum nostrorum orationibus et homilia intra octavam beati patris nostri Romuli, quandocumque eorum sollemnes et festi dies occurrerint, legi posse concedimus. In quorum fidem his manu propria subscripsimus ex nostris ædibus Fesulan. Die 1 Januarii MDLXVIII. *Lectiones illæ desumptæ paucissimis hinc inde mutatis verbis, ex Vita sancti Viri juxta codicem Strozzianum* (*de quo vide infra num. ult. hujus commentarii*) *et sunt numero novem; quas hic apponam ideo præsertim quod Actorum nostrum compendium stylo haud inconcinno digestum exhibeant.*

7 LECT. I. Dignum quippe est ut quem divinæ majestatis clementia perenni gloria coronavit in cælis, christiana devotio laudibus honoribusque frequentare non desistat in terris. Præsertim cum sua nobis nunquam desint beneficia, nunquam deficiat tutela, nunquam minuantur auxilia. Ejus namque patrociniis, orationibusque continuis et E
imbecillitas relevatur corporum, et scabies purgatur animarum, auctor damnationis et mortis diabolus deprehenditur et abnegatur; creator autem vitæ æternæ salutisque summæ largitor Deus recognoscitur, diligitur et adoratur. Ad hæc omnes mentes intendite, ejusque devotissime laudibus insistite, qui nobis indignis tanta et tam ineffabilia beneficiorum munera suis intercessionibus non desinit exhibere. LECT. II. Hic itaque vir christianissimus confessor, verusque Dei sacerdos Donatus, nobilium parentum, nec non orthodoxorum prosapia, in Scotia progenitus, ab ipsis cunabulis catholicæ fidei ac sacræ religionis titulo insignitus, bonæ indolis puer crevit in Domino, atque ita annos doctrina moribusque transcendens, ad veri honoris culmen evolare dignus inventus est. Christianæ igitur armis militiæ adornatus, et veræ sapientiæ doctrina imbutus, et in Dei, ejusque Sanctorum, necnon et omnium spiritualium negociorum amore in dies exardescens, patriam parentesque deserens, per diversa terrarum spatia Christi ecclesias statuit visitare, quatenus ubique proficiens semper evaderet melior, et discipulis ac ministris Christi ipse quidem minister et discipulus F
fideliter et humiliter ministraret; eo videlicet innixus desiderio, quo limina apostolorum Petri et Pauli devotus conspiceret, ac peregrinationis suæ modum Deo auxiliante compleret. LECT. III. Dum hæc servus Christi Donatus tota mente perageret; temporibus Eugenii secundi, Ludovicoque et Lothario imperantibus, sub anno Dominicæ Incarnationis DCCCXVL, Romam profectus est, liminaque sanctorum Apostolorum visitans, devotionis suæ persolvit munia, perceptaque a summo pontifice Eugenio benedictione, per Thusciam Christi cœpit ecclesias peragrare. Eodem tempore venerabilis hæc ecclesia Fesulana pastore carebat; quapropter clerus et omnis populus plurimum afflicti Dei summi suffragia assidue flagitabant, quatenus eorum civitatis misertus, ecclesiæ populoque suo dignum provideret antistitem, cujus meritis et gubernatione desideratæ pacis gaudium consequi, salutisque portum mereretur intrare. Unde factum est

et Lectiones propriæ : I *Nocturn.*

(1) Catalogus SS. Italiæ, 22 Octob. — (2) An eccles. History. tom. III, pag. 283. — (3) Ibid. pag. 281. — (4) Verbo *Demster Thomas.* — (5) Acta SS. Hiberniæ, tom. I, pag. 238.— (6) Ibid. tom. II, pag. 582. — (7) An eccles. History, tom. III, pag. 284. — (8) A Memorial of ancient British piety or a Britisch Martyrology, 22 Oct. Lond. 1761.—(9) Italia sacra, tom. III, col. 213.

A est ut ejusdem clementia, quæ in necessitatibus fideles suos nunquam defuit consolari ex longinqua Scotorum gente Fesulas beatum virum dignaretur destinare Donatum, qui fidei et justitiæ suæ constantia eos a miseria eriperet tantæ calamitatis.

II *Nocturn.* 8 Lect. iv. Quumque piissimus et Deo amabilis Donatus atria sacratæ aulæ subintrasset, tantum eo virum advenisse pietatis divinæ miserationis indicio ostensum est. Illico namque universa resonare tintinnabula cœperunt, non quidem humana manu, sed Deo summo sic operante permota. Divino insuper igne lampades omnes accenduntur, quo omnibus patesceret, quod orbato oculis Fesulano populo splendor apparuisset supernæ misericordiæ. Haud mora, ejusmodi divino præconio taliter resonante, clerus gaudens cum exultante populo in ecclesia conveniunt, comprehensumque ibi virum Dei Donatum in sanctæ Fesulanæ ecclesiæ præsulem recusantem et invitum unanimes elegerunt, laudantes Deum, qui plebem suam in tempore visitat, et in se sperantibus nunquam deest. Lect. v. In pontificalem itaque cathedram sublimatus pius Christi sacerdos Donatus, qualiter officium pastorale exerceret dictu incredibile est; erat enim cre-

B berrimus in jejuniis, assiduus in vigiliis, devotus in oratione, in eleemosinis largus, in hospitalitate promptissimus, in doctrina præcipuus, in sermone modestus, superbis elatus, pauperibus et humilibus mitissimus, benignissimus clero, placidissimus populo erat, et omnia erat omnibus, quatenus omnes salvos efficeret. Quadam autem die quum plurimos consignasset chrismate pueros, a lupi ingluvie matris incuria raptus ex illis unus est. Continuo mater mœstissima scissa veste, diffusis crinibus, cursu velocissimo ad benigni Pastoris pedes ejulans prosternitur, ac miseriæ suæ infelicem pandit eventum. Illico gravissimo dolore perculsus Donatus æterni Pastoris auxilium precibus imploravit, vixque orationem compleverat, cum fera illa celeri gradu puerum, quem devorare decreverat, ad pii Pastoris vestigia reportavit, quem matri statim reddidit incolumem. Lect. vi. Anhelabat præterea quotidie de amissis ecclesiæ rebus quomodo eas posset recuperare. Quidam nempe vir sæcularis potens admodum quædam prædia sacræ ecclesiæ invaserat; quem Præsul sæpe corripiens, frequentius quoque placido sermone demulcens, studebat eum a tanta insania

C divertere. Ille vero non solum tanti Pastoris monitis acquiescere recusabat, verum die quadam virum Dei Præsulem suum torto ore deridens, injuriis et opprobriis variis ausus est appellare. Ad hæc vir humilis nil moleste respondit, sed a se exeundi licentiam dedit, dicens : Perge torto ore, quod perfidiæ tuæ obstinatione torsisti. Ad jussum ergo Pontificis homo ille miserrimus sicut prius torta mente non ante sed retro prospexit, sicque itinere cœpto, facie ad dorsum revoluta, anteriora oblitus est; quin lingua, quæ contra beatum Virum perversa fuerat locuta, insuper et manus contrahuntur, quas in Dei Servum audacter injecerat. Quem ad Præsulem adductum, et postulantem quatenus Vir sanctus inique pervasa ecclesiæ bona reciperet, proque malefactorum restauratione de suis propriis munera non recusaret; (quod boni Pastoris objurgatione peractum est, ut qui prius aliena furiose pervaserat, postea tremefactus libentissime præsentaret et sua). Episcopus (vero) mox, imposito illi pœnitentiæ modo, benedixit, et pristinæ restituit sanitati.

9 Lect. vii. Quodam iterum mane, quum radios et ascensum solis voluisset inspicere, mons Valentianus, qui præerat eminens, denegavit, et tantæ claritatis utilitatem subtraxit; ad quem Sanctus, mente et vultu ut erat hilaris, jucunditatis suæ verba proponens ait : Ut quid, mons Valentiane eximie, cælestem nobis solem subtrahis atque communem? Necesse est auferri quidem a te cælestis roris benedictionem, necnon et pinguedinis ubertatem. Sermonis igitur Viri Dei mons ille excipiens vocem, cœpit ex tunc infructuosus manere, nulla in eo deinceps apparente viredine, nulla in fructibus sive segetibus ubertate. Condolentes interim montis illius coloni, cuncta et ex quo acciderant retulerunt sancto Pontifici. Mox ille benignus clamosa filiorum relatione turbatus, quasi se in hoc peccasse condoluit, et preces pariterque vota altissimo contulit Creatori; atque illico monti pinguedinis benedictionem reddidit. Quod sane factum et admirationis et venerationis illi maximum attulit incrementum. Lect. viii. Dilectionis quoque Deus hoc attulit indicium. Quum enim quadam die dolore pedum angeretur, vespertino peracto officio, cum vigilaret, ecce conspexit ad dexteram lectuli quasdam puellas lampadas deferentes clarissimas, quibus ait : Quæ E estis vos, et quo tenditis? Brigida virgo Dei dixit : Nos ad te venimus, Pater, et impetratæ salutis a Christo Dño benedictionem afferimus. Quo dicto pedes languentis tetigit benedicens, quem perunxit; et ita ex manu virginis gratiam consequitur sanitatis. Aliud quoque in eum dilectionis Dei signum non tacebimus. Ipso enim transeunte ad basilicam, cum ingens crebresceret pluvia, matutinali siquidem hora, sicca ejus visa sunt vestimenta, nulla prorsus humiditate percepta ad Servi sui custodiam. Cum ergo ea quæ tunc solummodo gessit, comprehendi vix possunt, quid dicturi sumus de omnibus quæ operatus est in reliqua vita? Et quæ omnia clerum et populum in tantam admirationem (rapuerunt), ut non admirari et venerari continue Virum Dei nescirent. Lect. ix. Postremo quum obitus sui tempus imminere conspiceret, convocato clero, et sacramentis ecclesiæ perceptis, mox ad eos conversus est, et admonuit ut sancte et iuste viverent, eosque Deo commendavit. Interea de Pontificis transitu rumor emanavit in populo, qui multis cælum clamoribus implevit. Interque has lugentium lamentationes pius Pater mœrore compunctus, in eorum conspectu preces et orationem F Deo obtulit. Qua expleta, clero et populo, qui astabat, benedicens Senex venerandus quievit in pace claritatis æternæ, et a discipulis suis in tumba saxea sepultus est xi kal. Novembris; qui etiam post mortem miraculis coruscat æternis. Te igitur obsecramus Dei Sacerdos et Pontifex, Rector et Pastor noster, quod tuis non desinas gregibus subvenire. Succurre destitutis et lapsis, miserere viduarum et captivorum, auxiliare orphanis et pupillis, fer opem viventibus et defunctis. Extolle clerum, adauge populum, a calumniis protege, ab insidiis eripe, pacem injunge et famem depelle, quatenus te duce eo nostrum tendamus iter, ubi vera requies tranquillitasque nunquam consenescunt. Ipso præstante qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

item apud Hibernos. 10 *Eodem die S. Donati festum celebratur per universam Hiberniam et quidem sub ritu duplici majori, idque ex decreto Benedicto XIV, cujus tenorem hic, quantum opus est, adscribimus ex Thoma de Burgo* (1) : Ad humillimas preces, nomine cleri

(1) Hibernia Dominicana, pag. 23. Edit. 1762.

regni

AUCTORE B. B. III *Nocturn.*

AUCTORE B. B.

regni Hiberniæ per suum in Romana curia agentem SS. domino nostro Benedicto papæ XIV porrectas, et a sanctitate sua ad sacram Rituum congregationem remissas, pro concessione et extensione officiorum propriorum et missarum infrascriptorum Sanctorum nationalium, sub ritu duplici majori ad universum illius regnum; nempe die 16 Januarii S. Furfæi, abbatis Latiniacensis... 22 Octobris S. Donati episcopi Fesulani et confessoris... Sacra eadem congregatio, audito prius in voce reverendissimo patre domino fidei Promotore et ad relationem eminentissimi et reverendissimi domini cardinalis Porto-Carrero, concessionem et respective extensionem officiorum propriorum et missarum supradictorum Sanctorum ad totum præfatum regnum, si fuerint a sancta sede approbata, sin aliter de communi, recitandorum sub ritu quem obtinent, alias sub ritu semi duplici, diebus non impeditis, ab omnibus Christi fidelibus utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur, nec non ab omnibus Hibernensibus, in transmarinis partibus collegialiter degentibus, benigne indulsit atque concessit. Hoc die 1 Julii 1747. *Notat autem præfatus Thomas de Burgo* (1), omnia
B memorata festa sub ritu duplici majori... celebranda esse, cum certo constet, eorum singula in diœcesi aliqua aut religioso ordine sub eo ritu celebrari. Ita disertis verbis advertitur ad calcem exemplariorum duplicis istius decreti (*bina edidit decreta Benedictus XIV, prius die* 8 *Julii* 1741; *alterum sexennio tardius, quod hic nos recitamus et solum ad rem nostram facit*) in noviter Dublinii impresso Supplemento breviarii exhibente officia Propria de singulis laudatis Sanctis, prout in breviariis aut Supplementis approbatis reperta sunt, demptis dumtaxat SS. Celso et Colmano Duaco, quorum officia propria nullibi inveniri poterant. Quæ vero in dicto Supplemento leguntur, ipse post diligentem quatuor annorum inquisitionem epistolarem in variis distitisque Europæ diœcesibus assecutus sum, summamque adhibui curam, ut a typographo, etsi latini idiomatis prorsus ignaro, accurate ederentur, utque Dominicano modo orandi Horas, quantum fieri poterat, accommodarentur. *Cæterum, in fronte* Hiberniæ Dominicanæ, *inscribitur P. Thomas de Burgo,* prælibati Ordinis alumnus, S. Theologiæ magister, et protonotarius apostolicus, nec non Hiberniæ Dominicanæ historiographus, postea episcopus Ossoriensis.
C

§ II. De reliquiis S. Donati harumque translationibus. Acta hic primum edita.

Reliquiæ

In Vita dicitur S. Donatus sepultus a discipulis in arca saxea die undecima Kalendarum Novembris, in loco ubi cæteri sancti pontifices sunt collocati ; *et in Prologo num.* 2 : Donatus dum vixit, nobis præfuit; dum carnis deposuit sarcinam, nobiscum cadaver exanimatus manet. *Ughellus diserte asserit* (2), sepultum in cathedrali in sepulchro marmoreo, *nihilque obest quominus ita statuamus saltem de* S. Donato, *siquidem sæculo* IX (*obiit S. Episcopus anno circiter* 874) *haud infrequens erat, ut in ecclesiis cathedralibus sepulturæ mandarentur præsules aliique. Confer Acta S. Agricolæ* (3). *Aliud est de* S. Donati *prædecessoribus, cum usque ad sæculum* VII *mortui extra civitatem sepeliendi essent,* quia civitas virorum non mortuorum dicitur (4). *Vide Annot. ad Vitam cap.* 1. *lit.* s, *ubi dicimus Fesulas ante medium sæculi* VI *fuisse eversas. Ferrarius S. Pontificem conditum vult* (5) *in* S. Martini æde, *ad Mensolam amnem, quam, annuente ac hortante* S. Donato, *refecerat hujus discipulus S. Andreas, addito monasterio* (6). *Quid autem de sacro corpore sit factum, non plane constat. Habemus inter Mss. nostra litteras P. Mag. Raphaelis Badii, Dominicani Florentini, datas die* 29 *Aprilis* 1629, *in quibus de reliquiis* S. Donati *ex professo agitur. Ejus, verba ex Italico in latinum versa, subjiciam; prævie tamen notabo, Jacobum Bavarum, episcopum Fesulanum, alia cathedrali extructa, ecclesiam SS. Romuli et Bartholomæi, non procul ab urbe dissitam, quæ hactenus cathedralis fuerat* (*quando vero cœperit esse* cathedralis, *nemo facile dixerit; nec etiam an reapse* ab urbe dissita *foret, cum Fesularum ruinæ initium, ut monui, sit factum ante medium sæc.* VI : *nam si ecclesia SS. Romuli et Bartholomæi extra mœnia*
E *posita erat, nec civitatis situs mutatus fuit, non est credibile fuisse* cathedralem, *sed potius basilicam cimiterialem*) *in monasterium, ab iisdem Sanctis nuncupatum, instituisse anno* 1028 (7); *simulque transtulisse reliquias ejusdem S. Romuli et S. Alexandri, illius sedis quondam pontificum; denique temporum lapsu præfatum monasterium cessisse canonicis regularibus Lateranensibus, qui, inquit Lamius* (8) modo *illud inhabitant. Hodie vero suppressum est.*

12 *Verum controvertitur, utra in ecclesia corpus* S. Donati *asservetur, imo an in alterutra, ut ex sequentibus declarabitur.* Tenent canonici Fesulani (*verba sunt Badii*) translatum simul cum reliquiis SS. Romuli et Alexandri quoque corpus S. Donati episcopi, ut legitur in officio dictæ translationis : positumque fuisse in ejus sacello juxta podium (pozzo, *an pluteus cantorum ?*), nec uspiam traditur deinceps exhumatum. Nolim tamen asserere illud ibidem requiescere. Quod si ibi sit, occultum prorsus jacet; nec ulla ei exhibetur veneratio, nec ullus redditur cultus, imo nec levissimum præsentis tanti thesauri apparet vestigium. Cæterum unusquisque suo modo, eoque plus
F minusve probabili, de his disserit reliquiis. Canonici cathedralis stant pro sua ecclesia freti translatione, de qua diximus : Patres Lateranensis sibi illas vindicant, exhibentque capsulam (*cassetta*), sub altari majori positam, in qua prætendunt contineri ossa S. Donati (nec enim corpus integrum existere credunt), simul cum quibusdam reliquiis S. Julii martyris. Desiderantur litteræ authenticæ. Nihil aliud habetur, nisi lacinia pergamena (*un pezzo di carta pecora*) inserta altari, quod extructum anno 1615 fuit ab abbate illius monasterii. In illa vero chartula scriptum est, præfatæ capsulæ impositum fuisse corpus S. Donati cum aliquibus reliquiis S. Julii martyris. Ast hac de re speciatim operæ pretium est videre vitam S. Præsulis editam paucis abhinc annis a P. Placido Puccinelli. Hic enim affirmat repiriri corpus in aliqua ecclesia abbatiæ Florentinæ, vicina civitatis. Quod quidem

ubi primum depositæ ;

(1) Hibernia Dominicana, pag. 23, nota *n*. — (2) Italia sacra, tom. III, col. 213. — (3) Acta SS. tom. VIII Octob. pag. 886 et seq. num. 6. — (5) Ibid. — (6) Catalogus SS. Italiæ. — (6) Lamius, sanctæ ecclesiæ Florentinæ monumenta, tom. II, pag. 1331 et seqq. Florentiæ 1758. — (7) Ibidem, tom. III in Indice, Chronologico, pag. CXXXIII. Item Ughelli Italiæ sac. tom. III, col. 224 et seqq. — (8) Tom. I, pag. 111.

hactenus

A hactenus non potui mihi facere perspicuum; ast investigabo. *Hæc laudatus P. Raphael Badius ad decessores hagiographos. Aliud nihil reperi in Mss. nostris. Obscura itaque hucusque sunt, quæ ad* S. Donati *reliquias pertinent.*

recognitæ anno 1810,

13 *Ast ex rescriptis, quæ hisce diebus Fesulis accepi, lux oritur, et quæstio dirimitur* autoritative, *vincuntque patres Lateranenses, cum ex eorum monasterio, hodie suppresso, reliquiæ* S. Donati *solemniter translatæ anno* 1817 *fuerint in ecclesiam cathedralem, ut ex sequenti instrumento, quod ex italico latine redditum hic quantum expedit in rem nostram subjicio, constabit. Ante tamen quam illud recitem, notabo inter præfata rescripta nuper Fesulis mihi missa, haberi vitam* S. Donati, *descriptam ex codice Florentino bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ, in qua legitur :* Corpus (S. Donati) clerus et populus... in ecclesia sancti Bartholomæi, vicina civitati, montis in descensu honore maximo tumulavit. *Codex ille, auctore Bandinio* (1), *pertinet ad initium sæculi* XIV. *Quidquid sit de quæstione utrum jam, dum obiit* S. Donatus, *ecclesia illa dici* a S. Bartholomæo *potuerit vel legitime possit; id ex citato loco jure inferri videtur, hanc scilicet fuisse,*

B *quando scripta est præfata vita, opinionem, corpus S. Viri quiescere in ecclesia, quæ tunc S. Bartholomeo dicata erat. His præmissis, ecce instrumentum recognitionis et translationis :* In nomine Dei. Amen. Anno Dñi. N. J. C. millesimo octingentesimo decimo septimo, indictione romana v, hac die quinta mensis Julii, Pio VII summo pontifice sedente in Vaticano... et Ferdinando III magno Tusciæ duce feliciter imperante. Sequenti chirographo, quod valere et teneri debet ut publicum instrumentum, appareat et notum sit, quod, cum jam ab anno millesimo octingentesimo decimo expositum RR. DD. Ranerio Mancini, episcopo Fesulano fel. mem. fuisset, ecclesiam suppressi monasterii S. Bartholomæi Fesulani... in statu esse parum convenienti ad cultum sacrum, cumque notum præterea esset eidem RR. episcopo Mancini in illa reperiundum esse corpus S. Donati Scoti, episcopi Fesulani; die decima septima mensis Maji ejusdem anni millesimi octingentesimi decimi, dictus RR. DD. Mancini se contulit ad ecclesiam præfati monasterii S. Bartholomæi una cum ill. D. Bandino Panciatichi, administratore mensæ Florentinæ vacantis, et admodum rev. præsbytero Dothel secretario

C ejusdem RR. DD. episcopi, atque ibi, in præsentia R. D. canonici Romuli Palagi, tunc parochi ecclesiæ cathedralis Fesulanæ, Joachimi Ranfagni Fesulani et Joachimi Marchini, tum custodis præfati monasterii suppressi, oblata ei (RR. *Mancinio*) fuit a supradicto D. Bandino Panciatichi clavis, qua, ut dicebatur, aperiri possent minores quidam cancelli ex ferro, exstantes sub altari, ubi erat depositum, in quo ferebantur ossa S. Donati de Scotia episcopi Fesulani asservari. Jussit itaque idem prælatus reserare memoratum depositum, in quo reperta est capsa cuprea cum fenestris vitratis, supra quas extendebatur retiaculum ex filio cupreo; continebat dicta capsa ossa; deerat tamen caput. Supra ossa reperiebatur cartula pergamena ubi legere erat id quod sequitur : Die 24 Augusti millesimo sexcentesimo decimo quinto (*hæc italico idiomate; reliqua cartulæ inscriptio, latino*) « Reliquiæ S. Donati Scotiensis translatæ idus Septembris » cum anno caracteribus seu cyfris exarato romanis non bene distinctis et altera linea italico idiomate partim lacerata. Post hujusmodi indicia et alias notitias ad dictum corpus spectantes, declaravit supradictus prælatus esse ILLUD VERUM S. DONATI EPISCOPI FESULANI CORPUS, jussitque extrahi ossa, et collocari in arca, hancque deponi in oratorio privato D. canonici Romuli Palagii; declaravit insuper idem RR. Mancinius curaturum se, ut propriis expensis in altari, quod exstat in sua ecclesia cathedrali dedicatum S. Donato, pararetur urna, in qua dicta sacra ossa deponerentur, postquam tamen, ad majorem Dei Sanctique sui gloriam, debite disposita ac ornata fuissent.

AUCTORE B. B.

translatæ an. 1817

14 Interim mortuus est RR. DD. Mancinius; ast heredes, perspectam ejus voluntatem de collocandis ossibus S. Donati episcopi Fesulani executioni mandare decreverunt, ac proinde, consentiente illustrissimo ac reverendissimo DD. Martino Leonardo Brandaglia Dei et sanctæ Sedis apostolicæ gratia hodie episcopo Fesulano, propriis expensis conficiendam curarunt in altari urnam marmoream in forma Trapezii, ut deponerentur ossa memorati episcopi S. Donati asservata in capsa lignea. *Sequitur capsæ longa et minutissima descriptio.* Quæ omnia cum plene observata diligenterque examinata fuissent in præsentia D. præpositi E Philippi Trabellesi et R. D. canonici Romuli Palagii, qui uterque de clero ecclesiæ cathedralis, dicta capsa elevata fuit in dicto altari atque inclusa in urna marmorea, de qua supra, quo perpetuo inter fideles promoveretur amplius pietas in supremum omnium bonorum Largitorem et in S. episcopum Donatum. Factis et observatis supradictis omnibus, in ecclesia cathedrali Fesulis coram illustrissimo ac reverendissimo DD. Martino Leonardo Brandaglia... et supra nominatis testibus, et me infrascripto cancellario curiæ episcopalis Fesulanæ, facta etiam præsentis instrumenti recitatione, cujus duo confecta exemplaria authentica, subscripserunt prænominati propria manu... mandavitque RR. DD. Præsul mihi infra scripto cancellario munire præsentem actum suo sigillo episcopali, et deponere alterum exemplar authenticum in capsa S. Donati de Scotia episcopi Fesulani, et alterum in archivo cancellariæ episcopalis Fesulanæ. *Erat subscriptum :* Martinus, ep. Fesulanus. — Supramemorati duo testes declararunt, se die 23 Julii millesimo octingentesimo decimo septimo capsam cum dictis ossibus S. Donati recepisse Florentiæ, quo fuerat delata ut debito ornatu condecoraretur, F ut illam Fesulas transferrent; quod et fecerunt, eamque deposuerunt in sacello S. Jacobi juxta palatium episcopale, et deinde sub vesperam diei sequentis 29, post sacra officia, translata (capsa cum reliquiis) processionaliter fuit a capitulo, comitantibus clero universo et sodalitiis urbis, atque in specie sodalitio S. Donati, quod exstat in parœcia S. Dominici, ex præfato sacello (S. Jacobi) ad ecclesiam cathedralem et collocata in prædicto altari, numeroso adstante populo. *Erat signatum.* Julianus Leonardi cancellarius episcopalis Fesulis.

in ecclesiam cathedralem.

15 *Liquet ex hoc instrumento, unde, quo et quando* S. Donati *reliquiæ fuerint translatæ, et quis sit earum præsens status et sedes. Subdunt rescripta nostra :* Videntur ossa quatuor SS. episcoporum Fesulanorum Romuli, Alexandri, DONATI et Andreæ quievisse in abbatia S. Bartholomæi, quæ certo certius fuit antiqua cathedralis Fesulana, nec amplius uno milliari distat ab urbe. Dicta ecclesia videtur primum dicata fuisse S. Petro, dein

(1) Codd. latini, tom. I, col. 617.

S. Romulo,

AUCTORE B. B.

S. Romulo, *tum* S. Bartholomæo. *In basi columnæ altaris, in quo nunc asservantur reliquiæ, sequens legitur inscriptio :*

OSSA. S. DONATI. ANTIST. FES.
THESAURUS. ILLE. HABET. CONDITA.
QUORUM. SEDES. AD. D. BARTHOLOMÆI.
ÆDEM. SUBURBANAM. DIU. FUIT.
UNDE. RAYNERIUS. MANCINI. EP. FES.
DUM. APUD. PARMENSES. EXULARET.
IN. HOC. TEMPLUM. MAXIMUM.
UT. SUÆ. FACERET. PIETATI. SATIS.
TRANSFERRE. VOVERAT.
UT. PRIMUM. AD. SUOS.
POSLIMINIO. REDIRET.
AT. MORTE. INTERCEPTUS.
ID. OPERIS. NEPOTI. LANCILLOTTO.
ABSOLVENDUM. RELIQUIT.
QUI. PATRUI. VOTUM. LIBENS. ANIMO.
SOLVIT.
EAQUE. SOLEMNI. POMPA.
FACIBUS. CEREISQUE. ARDENTIBUS.
CIRCUMDUCTA.
HUIC. ALTARI. CRADU. AC. LOCULO.
MARMOREIS. EXORNATO.
B III° KAL. QUINTIL. MDCCCXVII.
INLATA. FUERE

In eodem altari habetur tabula picta S. Donatum *exhibens habitu pontificali. Ad caput quod spectat sancti Viri, restitutum illud fuit jussu Raynerii Mancini sodalitio* S. Donati; *ignoratur tamen quando primum id sodalitio fuerit datum, forte anno* 1615, *qui annus signatur in cartula pergamena a Mancinio inventa, quando theca reliquiarum* S. Donati *aperta fuit. Forte ascendendum est ad tempora multo remotiora, ubi dictæ reliquiæ translatæ sunt sub altari, quo in loco eas invenit Mancinius : ast tempus nemo accurate definierit. Hæc ita in rescriptis ex Italia nobis subministratis.*

Acta

16 *Tria habemus a decessoribus nostris collecta apographa mss. diversa, de* S. Donato *agentia. Primum hanc fert epigraphen :* Vita sancti Donati episcopi Fesulani, transcripta ex vetustissimo ms. codice in folio inscripto « Chronicæ Fesulanæ » die 11 kal. Novembris. *In secundo ad calcem legitur :* Extat hæc vita ms. literis Lombardicis in Minerva, pluteo 21 libro ultimo. *Tertium denique provenit* ex Legendario ms. card. Strozzi num. 1 fol. 82. *Universim conveniunt inter se, quod digesta sint ad*
C *instar homiliæ, in die festo* S. Donati *habitæ, item quod duabus quasi constent partibus : Prologo et Vita. Duo priora vix non ad verbum consonant in Vita, atque evidenter ab eodem originali transumpta fuerunt; in Prologo differunt. Posterius* (*quod prioribus ætate haud parum inferius videtur*) *diversum rursus habet Prologum; Vita longe elegantiori quam in duobus antedictis exhibetur stylo; res seu facta sunt omnino eadem, nec plura nec pauciora utrobique recitantur. Duo priora magnam partem carmine ab origine scripta dixeris : nam præter nonnullas versuum continuatas series hinc inde insertas, in aliis haud difficile est* invenire dissecti membra poetæ. *Putem itaque vitam corrasam ex variis fragmentis, quorum pleraque metro exarata tenebantur. Cæterum verbis luxuriat admodum, rebus valde jejuna est. Quod ad authentiam spectat, id unum dixerim : Antiqua satis esse videtur, veteremque ecclesiæ Fesulanæ reddere traditionem; atque hoc nomine illam subjungendam commentario nostro duximus, et quidem juxta apographum ex Ms. Minervæ;* D *quamvis illud plurimis in locis sit mendosum vitiosumque, ut manifeste appareat exaratum ab imperito Amanuensi. Hæc tamen facile fuit emendare ex altero apographo, quod, ut diximus, in Vita omnino concordat tum verbis tum rebus cum præcedenti, et cujus simile apographum Colgano præ manibus fuit, ut ipse ad 1 Februarii in vita S. Brigidæ,* ecclesiæ Opacencis apud Fessulas in Italia patronæ, *testatur his verbis* (1) : Pervetustus author vitæ ejus (Donati) quem ex grandi manuscripto libro chronicorum ecclesiæ Fesulanæ exscriptum habemus. *Item ex tertio apographo, quod mihi Fesulis nuperrime missum est cum sequenti notatione :* Fesulis habemus duo enormia volumina pergamena in-fol.; utrumque continet seriem vitarum Sanctorum per annum; quæ paulisper ab invicem differunt narrationis forma seu modo. *Non dubitem ambo apographa majoribus nostris submissa ex iisdem voluminibus fuisse transumpta. Alteram denique* S. Donati *vitam, sed longe breviorem eadem occasione Fesulis accepimus, descriptam ex codice* VI *Plutei* XX *pag.* 26 b. *bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ. Convenit satis vita hæc cum Actis nostris; stylus rudior et incorrectus. Paulo plura profert* (*nescio* E *qua fide*) *de* S. Donati *gestis ante ejus egressum ex Hibernia patria sua. Cæterum, judice Bandinio* (2) *codex præfatus est* sæculi XIV ineuntis. *Ordo factorum* (*præcipua namque referuntur*) *paulisper invertitur. Ex variis his apographis plura usu venient in Annotatis. Typis excusa vita* S. Donati *fuita Philippo Villano, item a Placido Puccinelli et a Francisco Cataneo Diacceto, episcopo Fesulano; sicut et a Scipione Ammirato* (3) : *hunc præ manibus habeo; Diaccetum consului Parisiis* (*mense Julio* 1855) *in Bibliotheca imperiali; Villanum et Puccinellum hactenus non reperi. Italice scripsit Diaccetus de S. Romulo et aliis SS. Episcopis Fesulanis* (4), *inter quos habetur* S. Donatus (5), *cujus res gestas per modum encomii exhibet, exorsus a prolixo valde Prologo de mundi contemptu aliisque id genus. Plerumque, ab initio præsertim, sequitur vitam a nobis editam; paucis agit de episcopatu sicut et de morte sancti Viri. Quæ mentione digna occurrunt in Annotatis reperies.*

F

(1) Acta SS. Hiberniæ, tom. I, pag. 237. — (2) Codices latin. tom. I, col. 618. — (3) Vescovi di Fiesole di Volterra e d'Arezzo. Florentiæ 1637. — (4) Vite delle invitissimo martire santo Romolo primo vescovo di Fiesole et di piu alteri Vescovi suoi successori, del RR. Monsignore Francesco de Cattani da Diacceto, vescovo di Fiesole. Florentiæ 1578. — (5) Ibid. Vita del beatissimo Donato di Scozia, vescovo de Fiesole, pag. 99.

VITA

A

VITA

SANCTI DONATI EPISCOPI,

CHRISTI FAMILIARIS.

Ex Ms. Minervæ, pluteo 21, *collato cum Ms. Chronicæ Fesulanæ et altero Ms. card. Strozzi.*

PROLOGUS.

Exhortatio ad celebrandum S. Donati festum.

B *Colenda festivitas* S. Donati, *a*

Beatissimus *a* Christi sacerdos ac venerandus hodie Donatus occurrit. Quem divina pietas festivitatis luce enituit *b* et perpetuæ gloriæ coruscum lumen nobis effudit. Et a nobis in æternum honoretur sereno pectore pleno, ut ibi per ævum sit glorificatus, ubi meruit et pontificatum. Et hoc ideo vestris personamus auribus, ut magnis extollatis laudibus in tanti Patris solemmitate, quem nobis transmittere dignata est Scotia mater. Scriptura *c* ad mentem revocemus divina, quæ docet charitate almiflua : « Honora patrem et matrem ut longævo vivas tempore » in hæreditatem adoptate. Quantum enim, fratres, distat inter proximos et patres, tantum distat inter Sanctos, quos possidemus et illos, quos sola devotione veneramur.

b — *c* — *Deut*, v. 16

qui vivens Fesulanis profuit, * *al.* Cadavere ? *d*

2 Ecce beatus adleta Donatus, dum vixit nobis præfuit, dum carnis deposuit sarcinam, nobis cum cadaver * exanimatus manet *d* a Christo coronatus. Ejus quotidie intercessione a criminum sorde lavamur in orbe, qui dum vixit in corpore, meruit miraculis coruscare et viventibus justitiæ normam demonstrare; dum obiit debiles curare meruit, et valentes sua intercessione redemit. Et ideo ad communen lætitiam hujus diei omne nobiscum sæculum invitemus; peculiariter * tamen illos et præcipue exhortemur quibus præfuit * pater; quos bene vivendo informavit, quos opibus ditavit, quos benedictionibus exaltavit. Parvis nempe, fratres, * ut pius pater congaudet obsequiis filiorum et in numero exultat eorum; et tanto hujus excrescunt merita gaudiorum, quanto incrementa proficiunt spiritualium filiorum. Jure ergo in ejus laude nostrorum non obrigescat lingua, per quem meruimus medicamenta salubria. Salutis namque author nobis summum dedit Donatum doctorem, quem Scottiæ genitum festilis *e* deditum præsul fore ad futurum Fesola innuit.

C — * peculiarius — * profuit — * suis nempe fratribus, — *e*

et mortuus eis patrocinatur.

3 O colenda et vere magnis perferenda solèmnitas, de qua angeli Dominum collaudant in astris, sacerdotum cœtus magno resultat honore, populorum nunc turba occurrit magna devotione; in qua cœcorum redeunt lumina, et diu clausa ora resonant in voce sonora; debiles omni virtute salvantur, et diræ peccatorum abluuntur maculæ iniquorum, et vota cunctorum adsumuntur in laude Sanctorum. Hujus certe, ut credo, festivitatem Domini olim propheta conspexerat cum dicebat : « Domine, dilexi decorem domus tuæ et locum habitationis gloriæ tuæ; » et quasi exclamando aiebat : « Quam dilecta tabernacula tua etc. » Et ut beatissimi patris nostri Donati condigne transitum declaremus *f*, perspallebat : « Beatus, quem elegisti etc. Inhabitabit in atriis tuis : » Et quasi interrogando dicebat : « Domine, quis habitabit etc; » et respondendo aiebat : « Qui ingreditur sine macula etc. » Sine macula hodie beatus Donatus in Domini ingressus est tabernaculum, cujus virtutis signa multa effulserunt in orbe altisona. Quisquis enim ad eum tristis venit, gaudens abscessit; quisquis gravi fatigatus languore, ejus promeruit benedictionem, sua vota Domino donanti (donante); quisquis delictorum sarcina gravatus, cum gemitu ab eo est visitatus, ob ejus orationem *g* quamque admonitionem, revisus est ad æterni pascha *h* regni.

EX MSS. — *f* — *g* — *h*

ANNOTATA.

a *In tribus nostris Mss. tres diversi sunt Prologi, licet ejusdem argumenti. Ubique introductio est ad Vitam per modum exhortationis ad digne celebrandam sancti Viri festivitatem; unde et ipsa Vita instar homiliæ describitur.* E

b Enituit. *Vox hæc clare exarata est. Cæterum in sequentibus non raro similes occurrent locutiones haud minus vitiosæ.*

c *Videtur legendum* scripturam... divinam.

d *Hic utique clare indicat scriptor reliquias* S. Donati *suo tempore exstitisse. Vide Comm. præv. num.* 11. *Abhinc concordat Prologus ex* Chronica Fæsulana.

e *Quid sibi velit hæc vox, ignoro. Probabiliter mendosa est. Chronica Fesulana habet :* Salutis namque author nobis summum dedit Donatum doctorem, quem Scotiæ genitum, Fesulis deditum præsulem, fore ad futurum meruit Fesula in unum. *Ita etiam in antiquo officio* S. Donati.

f *Melius in Chronica :* Et ut beatissimi P. N. Donati transitum declarans, psallebat *etc.*

g *Locus mendosus corrigendus ex apographo Chronicæ :* Ob ejus adorationem (orationem) suamque admonitionem reversus est ad æterni pascua regni. *Cæterum frequenter in sequentibus eodem modo emendandus erit textus ex apographo Minervæ, quod diximus ab imperito et negligenti exaratum amanuensi. Vide Comm. præv. num.* 16. F

h *Forte ita legendum. Notum est vocem hanc significare quamcumque festivitatem solemniorem. Videsis Ducangii Glossarium.*

CAPUT I.

S. Donati natales, pueritia, institutio. In Italiam peregrinatur. Cœlitus collocatur in sede Fesulana, quam virtutibus et miraculis illustrat.

Oriundus ex Hibernia, — *a* — *b*

Iste nempe, fratres mei, iste est ille et vere prædicandus beatus Donatus sacerdos, quem nobis Hibernia, Scotorum regio transmisit. *a* Scotia vero et Hibernia *b* proximæ sunt Britanniæ. Hibernia vero

EX MSS. vero insula inter Britanniam et Hispaniam sita, spatio terrarum angustior sed situ fecundior. Hæc longiore ab Africa spatio in Boream porrigitur. Hujus priores partes Hiberniæ in Cantabricum Oceanum intendunt, unde et Ibernia est dicta; Scotia autem, quia a Scotorum gentibus colitur, appellata. Scoti *c* propria lingua nomen habent a picto corpore, eo quod aculeis ferreis cum atramento variarum figurarum vario stigmate adnotetur. Huic ergo et Mevania *d* insula proxima, et ipsa spatio non parva, solo commoda, atque a Scotorum gentibus colitur. Scotiæ autem nulla anguis *e*, avis rara, apis nulla; in tantum adeo ut advectos inde pulveres seu lapillos si quis alibi sparserit inter alvearia, examina favos deserant.

quam ipse carmine cecinit,

5 Quantæ autem fortunæ vel dignitatis, seu etiam quam amica sit pacis breviter beatus Donatus versificando collaudat sonando :

Finibus occiduis describitur optima tellus,
Nomine et antiquis Scotia scripta libris.
Dives opum, argenti, gemmarum, vestis et auri;
Commoda terrigenis corporibus *f* ære, putre solo.
B Melle fluit pulchris et lacte Scotia campis
Vestibus atque armis, frugibus, arte ruris *g*.
Ursorum rabies nulla est ibi, sæva leonum
Semina non umquam Scottica terra tulit;
Nulla venena nocent, non serpens serpit in herba,
Nec conquesta querit *h* garrula rana lacu *i*,
In qua Scotorum gentes habitare merentur,
Inclita gens hominum milite, pace, fide.

sancte transacta puericia,

6 In hac enim beatus Donatus suorum avorum prosapia nobilium parentum sanguine progenitus, et ab ipsis pæne crepundiis fide catholicus, animo vero litteris deditus et erga Christi cultores devotus, intra breve tempus suis natu majoribus excelsior doctrina factus est. Studebat præterea teneros vincere annos morum maturitate, magistrosque benevolentia cordis dulci et melle condire, juxta illud dicentis : « Quam dulcia faucibus eloquia tua, super mel et favum ori meo. » Inerat namque ei in parva ætate maturum jam studium; turbas denique malignantium et iniqua agentium refugiebat hominum, ut bene cum propheta dicere posset : « Non sedi in consilio *k* malignantium » et cum iniqua agentibus non sedebo; sed ut de Domino scriptum est, agebat : « Puer autem proficiebat *l* et crescebat plenus sapientia; C et gratia Domini erat cum illo » Vere gratia Domini cum beatissimo Viro erat, quando in ea hominum positus ætate, quæ lasciviam amplecti desiderat mundi, ipse totus viribus ad supernæ vitæ patriam anhelabat desiderio. Adhærebat vero dictis majorum, ut illud accipere posset, quod dicit : « Et qui appropinquant pedibus ejus accipient de doctrina illius »; ut quidquid ab eis dignum auditu percipere posset, cordis memoria retineret. Hauriebat denique sitibundo pectore fluenta doctrinæ, quæ postea congruenti eructaret tempore, mellito gutture, juxta illud : « Favi *m* mellis sermones boni; » et cum propheta : « Eructavit cor meum verbum bonum. »

Ps. CXVIII, 103; Ps. XVIII, 11.

f

g

h i

k

l

Deut. XXXIII, 3.

Ps. XLIV, 2.

m

relictis omnibus,

7 Corroboratus igitur in timore Domini est ac cœpit peregre proficiscendi amor innasci, ita ut patriam parentesque desereret, et Domino soli adhæreret, ut evangelicum sermonem audire valeret : « Omnis qui reliquerit propter me domum, patrem, matrem, uxorem et filios; centuplum accipiet et vitam æternam possidebit »; et ut Beatum illum æquiparemus patriarchæ Abrahæ, cui Dominus dixit « Exi *n* de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram, quam monstravero tibi; » obediens fuit voci Domini, et accipere meruit terram promissionis, lacte et melle manantem; sic et iste Vir sanctus, audita evangelica tuba intonante, ex intimis cordis medullis et spem omnem quam in seculum habebat dereliquit, divitias, honores, patriam parentesque deserens, ut Christum pro nobis factum egenum pauper ipse sequeretur, qui dixit : « Nihil tuleritis in via, neque duas tunicas habeatis : » studuit nihil in hoc mundo appetere, ut audire valeret : « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. » *o*.

Mat. XIX, 29.

n

D

Luc. IX, 3.

Mat. V, 3.

o

Italiam petit;

8 Profectus itaque est, et, ut evangelista ait ; « Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti . » Ut enim beatissimus Donatus regnum valeret adipisci æternum, seipsum dedit in præmium; et non solum pervenit ad æternum sed etiam cum stola jucunditatis meruit scandere in cœleste regnum. Et ut ait Scriptura : « Pauper regnat in occulto habendo Dominum; » et de his qui Domino militant dicitur : « Regnum Dei intra vos est. » Qualiter autem ad pontificalem pervenit infulam, juxta veridica majorum famina nobis redundantia referam perlegenda.

Luc. XIX, 12.

E

Fesulas pertingens,

p

q

r

s

9 Tempore igitur christianorum principum Lotharii magni et Ludovici boni *p*, qui sanctam in eorum coadunatione apud Aquisgrani palatium canonicam instituerunt regulam sub anno Dominicæ Incarnationis Dñi CCCXVI, Indictionis X *q*, beatissimus Donatus multas tunc temporis per Christi gratiam illustrabat ecclesias; sicque factum est ut usque ad apostolorum perveniret basilicam *r*. Eo igitur in tempore contigit ut Fesulanensis *s* ecclesia gravia pateretur incommoda ob devastationem Normannorum, quæ prius acciderat, sed etiam quia orbati patris benedictione carebat. Multa vero plebs plena mœstitia implorabat sanctorum suffragia, quatenus ille qui plebem salvavit Israeliticam et liberavit de manu Ægypti, ipse eos protegeret sua dextra, et custodire dignaretur suam ecclesiam ob visitationem angelicam. Cum populus vocem mittit ad sydera, Christus nova tunc ostendit prodigia; Donatum ab apostolorum redeuntem liminibus deduxit ad Sanctorum basilicam.

cœlesti prodigio

10 Cum vero, juxta asserentium famina, advenisset non longe ab ecclesia, cœperunt resonare tintinabula; nova et inaudita miracula sunt visa in F candelabræ *t* accensis lampadibus, sine ignis usu humano, et campanæ perstrepentes resonant ad cœlestia; ad basilicam tunc ingreditur, fulgens donis omnibus, exiguus statura, excelsus natura. Mox ad miraculum concurrunt populorum agmina *u* fit clamor ad sydera laudantium Regis * magnalia, nova cum tunc prodigia Christus demonstrare dignatus est insignia. Populus cunctus de nomine deodati requirunt a Christo Donati nomen *v*; et cum audiunt, lætabundo sic pectore aiunt : Eia, Donate pater, a Domino date, pontificalem reside (inside) cathedram, ut nos perducas ad astra; te ductore pascua pervenire mereamur ad alta; tuaque intercessione invenire valeamus salvationem.

t

u

* Christi

v

eligitur episcopus,

11 Tunc Sanctus pectore puro hæc verba dixit in unum : Parcite, o fratres; quid verba sonatis inane; * frustra pulsatis auras magnum dignum æstimare pusillum; me crimina lugere sciatis, non plebem posse docere credatis. Ad hæc sonantia verba cunctæ cœperunt dicere catervæ : Sicut visitavit nos Oriens ex alto, sic agamus in Viro sancto; Christus eum adduxit ex occiduis; eligamus nos in Fesulis. Et ecce nunc Domino dignum a Christo demonstratum, a Domino Donatum; ad

* in aurem

sedem

A sedem nunc perducatur, ut nobis a Domino datus sit pater Donatus; si est voluntas resistendi, fiat vis eligendi. Sicque cum multum renitendo plurimumque repugnando resisteret, inthronizatus tamen est, et præsul Fesalenensis ecclesiæ electus.

fulget virtutibus *x* 12 Benedictione itaque episcopali *x* consecratus, ita apparuit aptus ac devotus, ac si ad officium, quod noviter ascenderat, jugiter præfuisset. Erat enim largus in eleemosynis, sedulus in vigiliis, devotus in oratione, præcipuus in doctrina, paratus in sermone, sanctissimus in conversatione; mentis serenitatem in suo vultu demonstrabat, et pietatem ostendebat clementissimi cordis lenitate sermonis. Flebat igitur uberrissime si quis subjectorum crimina suorum nuntiasset, ita ut cum Ps. VI. 7 propheta dicere posset : « Lavabo per singulas noctes lectum meum, et lachrymis meis stratum Ps. XLI. 4 meum rigabo; » et iterum : « Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte; » et cum apo- 2 Corinth. XI. stolo : « Quis infirmatur et ego non infirmor. » 19. O Domine, * dignum per omnia Virum! Aspectu * Deo. erat terribilis peccantibus, serenus pœnitentibus; erat incessu reverendus, severitate metuendus, benignitate venerandus; mansuetudo temperabat B humilitatis in censura authoritatis. Felix Scotia, quæ talem genuit; lætetur Hibernia, quæ talem Doctorem nobis emisit; gaudeat et Fesula et cum ipsa tota pœne provincia in ejus laude reboando et Tuscia *y*,

y *et miraculis :* 13 De quo multa effulserunt et miracula, ex quo pauca de immensis studuimus carpere, ut calatho referto diversorum florum vernantium enigmate possimus strictim breviterque intelligere, ne prolixa lectio videatur jure despicienda.

inter quæ ereptio pueri ex lupi faucibus, 14 Nunc autem in primo assignemus miraculo, quod in Pastoris nomine Christus innotescere voluit in facto. Nam cum iste Vir sanctus charitate esset plenus paterna, et erga commissas oves invigilaret sollicitudine fraterna, die quadam cum plurimos consignasset pueros chrismate Christi; accidissetque negligentia materna, ut unus ex illis raperetur ex luporum astutia; concito mater cursu, veste scissa pectoris, crine soluto capitis, immensa cum tristitia vocem dans ad sydera, ad Pastoris rediit vestigia. Dolore mox intimo Sacerdos perculsus, Domino preces fudit altissimo : O pater et Nate, Spiritus et alme, nostro succurre mœrori, et miserere nobis, tu, qui per crucis vexillum exC clusisti mortis lignum, et hoc monstrasti signum in redemptionem captivorum dignum, ut crucifigentes corpora animas erigerent ad æthera; ne patiaris assignatos Christo devorari ab hoste ne- * maligno. quissimo *, ne eum quem confirmavi chrismate, Christe, dimittas deglutiri a lupo nequissimo. Tu Joan. XI. etiam dixisti : « Ego sum bonus pastor; bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis; » et tuo nomine nos pastores esse voluisti; nunc autem *z* peto Theologo et Pneumate *z* ne me mercenarium deputes, cum dicas : « Lupus rapit et dispergit oves; mercenarius autem fugit, quia mercenarius est et non pertinet ad eum de ovibus; » ecce nunc ovem mihi commendatam, tibi assignavi confirmatam; lupi audacia ventris ingluvie saturari cupit in astutia. Quæso te Prolem altissimi Patris, tu qui unicum redivivum reddidisti viduæ filium; hujus mulieris preces ne spernas in filii periculum. Cum hæc et similia Vir sanctus multiplicat suf- * imperia fragia, lupus sentiens divina jacula *, velociori advolat cursu, puerum quem devorare nisus erat ad precem Pastoris exauditam reduxit ad vestigia. Multa mox in doxa Patris cecinit populus, in gaudia Nati, multorum sonant in laude et Paracliti laudes

miraculi. Eminebat propterea beatissimus Donatus EX MSS. in admiratione omnium, veluti civitas super verticem montis posita.

et raptoris bonorum ecclesiæ 15 Anhelabat quotidie in amissis rebus ecclesiasticis, ut redintegrare perdita valeret : dedit illi namque Dominus gratiam in pervasoribus, ut sæpissime ultor existeret. Nam cum quidam vir perfidæ mentis crudelitate prædia sanctæ invaderet ecclesiæ, et sæpius a beato Donato corrigeretur, sæpiusque admoneretur, frequentius animo demulceretur, ut quæ injuste invaserat, redderet, ne in ultione deveniret ad illa, quæ Psalmi attestantur, flagella : « Qui dixerunt : Hæreditate pos- Ps. LXXXII. sideamus sanctuarium Dei; Deus meus pone illos 13, 14. ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti » et cætera quæ sequuntur; sententiam Psalmi pro nihilo, parvi pendens quæ audierat verba, et pertinaci intentione defensabat direpta. Denique contigit * ut die quadam, non devotione sed audentia * causa exstideveniret perfida ante Viri sancti aspectum detit predator ille iniquissimus. Iterum iterumque pro * * pervasore pervasione arguitur; sed durum et impœnitens cor thesaurizat sibi iram in die iræ. Suis vero expletis negotiis ad domum cum redire disponeret, et ad sancti Viri monita nullo modo acquiescere E disponeret, sed ad injuriam Sacerdotis instaret, eum quoque deridendo os contorquens, audivit : Perge torto ore, quod tua obstinatione torsisti.

conversio. 16 Mirum in modum visus est os ad dorsum habere; ex quo confusus humo prosternitur, lingua obrigatur, quæ contra sanctum Virum perversa erat locuta; oculi vero qui concupierant, clauduntur; manus quæ comprehenderant, attrahuntur. Tunc balbutiendo, vix valens explicare sermonem, ait : Deferte me ad Virum Dei, quia peccavi, res ejus auferendo. Adducitur manibus ministrorum et pedibus prosternitur invasor sacrorum, multa denique prece deposcens, ut invasa Sanctus reciperet, de propriis ampla dona caperet. Sicque factum est, ut qui prius diripuerat aliena, postea libentissime offerret et sua. Sanctus autem Vir, ut erat magnæ pietatis misericordia ductus, pœnitentiæ sibi indixit lamenta. Et sic postea Domino grates immensas reddidit per temporum sæcula, ac demum benedictionem dedit sanumque erexit.

Res suæ ecclesiæ recuperat; 17 O memoranda Dei virtus, o magna potestas, temporis in magno spatio! Mirabile dictu, hæc memoranda Dei virtus in finibus istis et salus ægrorum fuit et signa futuris. Tempore siquidem illo contra F prædictam Fesulensem ecclesiam, in rebus facultatibusque suis multæ olim factæ fuerant invasiones per præcepta imperatorum et chartularum amissionem, quæ ob devastationem crudelissimæ gentis Normannorum acciderat. Unde aliquantis ecclesia solimata fuerat *aa* et pro hujusmodi facul- *aa* tatibus redimendis multum angebatur. Adiit ergo præfatus Episcopus Ludovicum magnum principem, qui benigno illum animo excipiens, pro devotione sanctissimi Viri omnia postulata non denegavit.

alia et impetrat. 18 Concessit *bb* præterea eidem ecclesiæ glorio- *bb* sissimus Augustus *cc*, ut nulla magna parvaque *cc* persona res memoratæ ecclesiæ usurpare, invadere vel inquietare præsumeret, seu in possessionibus *dd* vel familiis aliquam violentiam inferre; concessit etiam ei dona annualia, parafredos *dd*, mansiona- *ee* tuos *ee* paratos fidei jussores minime tollendos, neque super ipsos homines, ad supra fatam ecclesiam pertinentes, molestationem aliquam inferendo absque legali * judicio præsumeret. Hoc vero actum * legibus est apud Capuanam urbem. Similiter vero idem beatus Donatus apud urbem Placentiam octavo Idus Februarii in Indictione octava a Carolo *ff* excellen- *ff* tissimo

ex mss. * acciperet

tissimo imperatore egit, ut præcepta acciperent * immunitatis et defensionis paginam secundum superioris sententiæ formam continentia; quod si quis contraire contra hæc præsumeret, pœna auri triginta libras eidem ecclesiæ componeret. Hoc nos pro magno ducentes, huic opusculo * mentionem facere studuimus, (*et*) ad laudem tanti viri prout potuimus descripsimus.

* populo

Novis claret miraculis:

19 Cœpit etiam beatissimus Donatus ita coruscare miraculis, ut in morem Josue, qui soli præcepit ut staret, et stetit; vel etiam ad similitudinem David ne super montes Gelboe ros vel pluvia descenderet, et obtinuit; seu etiam secundum evangelium dicens : « Si habueritis fidem sicut granum sinapi, dicetis huic monti : Transfer, et transferetur, » egit (egerit). Sed dum hæc loquor, (ore) trepido, cum miracula narro *gg*.

mons sterilis et rursus fertilis redditur;

20 Mane quodam (novis) rutilis sol respexit ocellos (ocellis) concava terrarum, montes, et prædia (ac) sylvas; umbra fugax latitat; separantur luce tenebræ. Frigoris et algoris tempus erat. Mons eminebat loco, in quo orabat Sanctus Salvatorem; a sole mons locum tegebat; umbra ibi erat; et cum non posset solis frui radiis, hæc protulit
B verba, non præcipiendo sed quasi alacer dicendo :
*Valentiniane *hh* Ut quid tu, Valentiane * *hh* mons elevatus subtrahis solem a Christo donatum? Tu nobis separas solem; auferatur a te et cœlestis ros. Ab eadem ergo hora mons excipiens sermonem, cœpit manere absque operis retributione, ut qui prius exstiterat uberrimus, postea fieret improficuus; nulla postea in eo mansit viredo, nulla in frugibus redditur ubertas. Codolentes itaque et rustici cuncta innotescunt (nota faciunt) Pontifici. Pontifex vero benignus vota sua reddit. Benedictionem mox dedit, et montem uberem reddit, et ita uberiorem ac prius et meliorem. Plurima et populo præstavit signa salutis; per illum magna Deus virtutum signa
* finibus fecerat colonis in frugibus * illis. Hinc finibus illis laudes et populis Præsul cum fruge reliquit. His in ore fuit, dum vixerunt pluribus annis; Præsulis hinc terram dispersa est fama per illam.

apparet S. Brigida;

21 Ipse vero sanctissimus Vir dolore sæpius pedum fatigabatur. Cum die quadam vix sufferre (dolorem) valeret; manusque extendens, oculos ad cœlum erigens, sibi ut Christis subveniret petens, vespere facto cum templant * confinia noctis; nocte sequente quidem Christi fit maxima virtus. Nox
* tentant
* inruit cum ruit * et gravidæ volvuntur montibus umbræ,
C ecce sol obscuro emicuit, lampade flammas sparserat; et nitidas cum veste puellas viderat ad dextram lectuli cum lumine claro. Admiratus loquitur verba salutis : O vos igniferæ, quæ fertis lumina nocte? Quid vos? Quid velit hæc lux, quis lampadas istas? Quid vos? Quid cupitis, quam in
ii partem pergere vultis? Brigida *ii* virgo Dei dictis hæc gessit et actis : Nos ad te venimus, nunc tibi salutem paramus. O manifesta Dei virtus monstratur in ipso! O memoranda diu multos veneranda per annos! Pollice sacrato pedes benedixit
* gratia Christi et unxit; virginis ex manibus stillavit * aroma
* positam Tonantis. Mira loquor : subito membrorum quippe suorum Præsul consequitur * perfectam valde salutem.

per pluviam mirabiliter transit.

22 Mane novo rutilum dies demonstrat cardine vultum; nigra fugit trepidæ noctis, ut diximus, umbra; aut sicut umbra diem, cum solis cœperat ortus, fugerat omne malum perfuso fonte salutis, sed talarios * tunc quærens, ut ad ecclesiam procederet Senex, equum mox ut ascendit, ingens pluvia
D descendit; pervenit usque ad basilicam in nullo
* subtalarios infisus * vestigia. Pontificem populus lachrymis et
* infusus voce precatur : O Pater alme tuis, cernis consistimus aris, nunc benedic Famulo devoto pectore stantes, et sacra nostra sagina Eucharistia corda. Persolvunt pariter Christo pro munere grates; spirituali a Pontifice aluntur cibo, satiantur tunc Dei convivio.

ANNOTATA.

a *Vide Comm. præv. num.* 2.

b *Hæc ad verbum desumpta sunt ex S. Isidori Hispalensis libro* XIV *Originum seu Etymologiarum cap.* 6 (1) : Scotia, eadem et Hibernia, proxima Britanniæ insula, spatio terrarum angustior, sed situ fœcundior. Hæc ab Africo in Boream porrigitur, cujus partes priores Iberiam et Cantabricum Oceanum intendunt. Unde et Hibernia dicta Scotia, quod a Scotorum gentibus colitur, appellata. *Ex his emendandus textus auctoris vel amanuensis nostri.*
E

c *Hæc rursus ex S. Isidoro Hispalensi, lib.* IX *cap.* 11 (2). *Ultima vox plurali numero ibidem scribitur :* Annotentur. *Cætera concordant.* Non possum non mirari, *ait Camdenus* (3), unde habuit Isidorus : « Scoti propria lingua etc. » Quod etiam Rabanus Maurus iisdem verbis contestatur in sua ad Ludovicum Pium imperatorem geographia, quæ exstat in bibliotheca collegii Trinitatis Oxonii. *Clarum est S. Isidorum generice usurpasse vocem* Scoti, *quasi hæc omnes illius regionis incolas seu gentes complecteretur. Porro inter hos erant, et quidem ætate S. Isidori notissimi,* Picti; *de quibus scribit Claudianus in* III *consulatu Honorii apud Christophorum Cellarium* (4) :

Ille leves Mauros, nec falso nomine Pictos
Edomuit, Scotumque vago mucrone sequutus.

Notatque idem Cellarius (5). « Nec falso nomine. » quia solita gens pictis animalium figuris corpus decorare, unde nomen putat inditum. *Quod ergo proprie Pictis conveniebat, tribuit Isidorus Scotis universim. Addit Cellarius* (6) : Beda Pictos, vulgarem tum opinionem sequutus (ait enim, *ut perhibent*) ex Schytia adlatos scribit. Cambdenus autem
F non contemnendis rationibus probat Pictos indigenas Britanniæ septemtrionalis fuisse; aliunde non accessisse. *Idem, et quidem tamquam certum, habet Joannes Pinkerton* (7), *sed aliis quam Camdenus ex rationibus. Alibi evincit Joan. Pinkerton nomen* Scotiæ *primitus et ab origine Hiberniam designare* (8); *aitque id jam agnosci ab ipsis Scoticis scriptoribus;* quia, *inquit*, innumeris hoc efficitur ex testimoniis, *quæ deinceps recitat. Vide Comm. præv. num.* 2. *Probat etiam* Scotos *diversam prorsus a* Pictis *habere originem* (9); *concluditque injuriosa in S. Isidorum sententia, ejus libros Originum seu Etymologiarum,* male sanum vocando opus (*foolish book*); et suspicatur Isidorum, unicum et solum parentem esse novi nominis (*Scotorum*) Pictis tributi; *sequentem vero pericopen :* Scoti propria lingua *etc, omnem Pictorum historiam susdeque vertere.* Quis enim, *exclamat,* post hæc non statuat voces Scoti et Picti nomina esse diversa ejusdem populi, *qui tamen ab invicem prorsus di-*

(1) Patrologia Migniana, tom. LXXXII, col. 513. — (2) Ibid. col. 538.—(3) Theatrum orbis terrarum Joannis Bleau, part. IV, pag. 54. Amstelodam. 1647. — (4) Notitia orbis antiqui, pag. 351. Lipsiæ 1773. — (5) Ibid. — (6) Ibid. — (7) An enquiry into the History of Scotland, tom. I, pag. 103 et seqq. Edimburg. 1814. — (8) Ibid. tom. II, pag. 223 et seqq. — (9) Ibid.

versi

A *versi sunt* (1)? *Denique observat* Chronicon Pictorum (*cujus primam partem ex Ms. regiæ bibliothecæ Parisinæ edit in Appendice* (2)) *inchoari a præfato S. Isidori textu, ast loco* Scoti *habere :* Picti propria lingua *etc.* (3). *Qui plura scire voluerit de Scotorum Pictorumque origine, nomine, moribus etc., consulat bina Pinkertoni volumina vere erudita.*

d *In mari, quod Angliam inter et Hiberniam jacet, duæ insulæ sunt eodem plerumque nomine dictæ* Monæ (4) : *Altera hodie* Man, *estque magis ad septemtrionem; altera versus austrum vocatur* Anglesey. *De priori hic agitur. Ptolemæo* Μονάοιδα Monæda *est, quam tamen longius in septemtrionem removit, quam revera est. Orosio est* Mevania ; *Plinio* Monapia *seu* Monabia (5).

e Nullus anguis, avis rara—favos deserant. *Hæc ad verbum ex S. Isidori Etymologiis* (6). *Similiter Beda* (7) : Hibernia autem et latitudine sui status et salubritate ac serenitate aerum multum Britanniæ præstat; ita ut raro ibi nix plus quam triduana remaneat; nemo propter hiemem, aut fœna secet æstate, aut stabula fabricet jumentis; nullum ibi reptile videri soleat, nullus vivere serpens valeat : nam sæpe illo de Britannia allati
B serpentes, mox ut proximante terris navigio, odore aeris illius attacti fuerint, intereunt; quin potius omnia pene, quæ de eadem insula sunt, contra venenum valent. Denique vidimus, quibusdam a serpente percussis, rasa folia codicum, qui de Hibernia fuerant, et ipsam rasuram aquæ immissam ac potui datam, talibus protinus totam vim veneni grassantis, totum inflati corporis absumpsisse ac sedasse tumorem. Dives lactis ac mellis insula, nec vinearum expers, piscium volucrumque, sed et cervorum caprearumque venatu insignis. *Confer infra Annot.* i. *Hæc utique non omni ex parte concordant cum iis quæ tradunt recentiores geographi. Pauca adscribo ex egregio dictionnario Adriani Guibert* (8) : Cœlum mitius quam in quovis alio Europæ tractu eadem sub latitudine; magis tamen inconstans et humidum quam in Anglia. Solum, juxta plures agronomos, fertilitate præstat vicinæ insulæ. Herbæ et animalia eadem fere ac in Anglia; neutra tamen regio animantes nutrit cavendos.

f *Vox hic evidenter abundat. Cæterum versus iste varie legitur. In apographo nostro ex chronica Fesulana habetur :*

Commoda terrigenis corpore, aere, solo,

C *Lanigan legit* (9) :

Commoda corporibus aere, sole, solo.

Ita quoque Colganus in utroque loco (10).

g *Chronica Fesulana habet :*

Vestibus atque armis, frugibus, arte, viris.

Concordant cum hac Lanigan sicut et Colganus loc. citt.

h *Chronica Fesul. :* Canit. *Item Colganus et Lanigan.*

i *Non possum non hic adscribere Colgani Annotatum :* Neminem, *inquit* (11), puto ex Scoto-Britannis... tam perfrictæ frontis futurum, qui nomen Scotiæ ab hoc authore usurpatum, suæ Scotiæ Albiensi vel alteri regioni quam Hiberniæ, juxta authoris mentem, attribuendum censeat. Aliis omissis, solum illa, quæ sola sufficiunt, urgeo authoris verba : *Nulla venena nocent etc.* Res enim orbi nota est, nullam ranam, serpentem vel aliud virulentum animal in Scotia veteri D
seu Hibernia reperiri, et Scotiam Albiensem his scatere. *Non vacat inquirere quam vere hæc de Scotia præsertim Albiensi scripserit Colganus. Alibi, quinta nempe Appendice ad Acta S. Patricii cap.* 20 (12) *inquirit idem scriptor, primo* an Hibernia venenosis animantibus careat; *et reponit :* Hiberniam serpentibus, buffonibus omnisque generis animante venenoso carere, et prisci et moderni passim scriptores tradunt; *quorum plura subjicit testimonia. Secundo an id obtineat* etiam S. Patricii meritis? *Plures quidem, quorum sententias recenset ibidem Colganus, ita statuerunt; ipse tamen aliter sentit, eorumque adhæret opinioni,* quæ non beati Patricii apostoli, nec alterius Sancti meritis, sed vel naturæ soli, vel cœlesti influentiæ vel divini consilii, aliive occultæ dispositioni hoc rarum beneficium attribuit. *Conf. supra lit.* e.

k *Non accurate recitata Scripturæ verba.*

l *Ut supra. Vide Luc.* II, 40.

m *Prov.* XVI, 24 : Favus mellis, verba composita.

n *Gen.* XII, 1 ; Egredere de terra tua *etc.*

o *Hic adscribam ex codice Mediceæ Laurentianæ uno tenore* S. Donati *res gestas antequam patria migraret. Monui nempe Comm. præv. num.* 16 *plura* E
in illo codice quam alibi haberi. Donatus ex Scotia nobilibus catholicisque parentibus traxit originem, testantibus his, qui secum de partibus illis venerunt, et vitæ sanctitate ipsum imitati sunt. His puerilibus annis, suis progenitoribus via Dei diligenter instructus litterarum studio traditur, in quo miro modo tempore brevi profecit, immunis ab iis vitiis, quibus illud genus hominum implicari solet... Viventibus genitoribus sacerdotium sumpsit, quo (decoratus) Deo militavit abstinentia, jejunio, vigiliis, orationibus, asperitate cilicii, vilitate ac vestium nuditate; ultra humanum modum, cunctis admirantibus, quomodo tantis asperitatibus vita illi corpusculo inesset, victitanti tam aspere a primævis. Parentes ejus gaudio ineffabili exultabant, eo quod filium habebant, quem a Deo assidua oratione postulaverant, qui Christi servus verus existeret, et suas divitias tam largas expenderet, ut optaverant, ad ejus et ipsorum salutem... Ipsis viam carnis universæ ingressis, omnia pauperibus dedit et quibusdam sibi associatis Romam properavit.

p *Vide Comm. præv. num.* 3 *ubi diximus floruisse S. Donatum sub Italiæ regibus Lothario* F
hujusque filio Ludovico. Lotharius porro filius erat natu major Ludovici Pii, qui patri suo Carolo Magno successerat. Confer Annot. sequens.

q *Imprimis patens hic mendum est. Legendum :* sub anno DCCCXVI. Concilium Aquisgranense, *ait Labbeus* (13), in quo edita est forma institutionis canonicorum et sanctimonialium, Ludovici Pii jussu in Aquisgrani palatio celebratum anno Christi DCCCXVI, Indictione X, Stephani IV papæ anno I, Ludovici ejusdem Pii regis et imperatoris III. *Alibi præfato anno adscribitur Indictio* IX (14). *Est itaque hic, ut jam* suspicabatur *P. Bollandus* (15), *hallucinatio; Ludovicus Pius confunditur a scriptore vitæ* S. Donati, *cum Ludovico II, Italiæ rege, filio Lotharii. Hinc verosimiliter orta opinio est,* S. Donatum *jam ab anno* 816 *sedem conscendisse Fesulanam. Vedesis Comm. præv. num.* 3 *et* 4.

(1) An enquiry into the History of Scotland, tom. II, pag. 246. — (2) Ibid. tom. I, pag. 482 et seqq — (3) Ibid. tom. II, pag. 246. — (4) Cellarius, pag. 355. — (5) Ibid. — (6) Patrologia, tom. LXXXII, col. 513.—(7) Historia ecclesiastica, lib I, cap. 1. Giles, Opera, tom. II, pag. 34. Londin. 1843.— (8) Dictionnaire Géographique et Statistique. Paris 1850. Voce *Ireland*, pag. 950. (9) An eccles. History, tom. III, pag. 284. — (10) Acta SS. Hiberniæ, tom. I, pag. 258, tom. II, pag. 582. — (11) Ibid. tom. II, pag. 598. — (12) Ibidem tom. II, pag. 255 et seqq. — (13) Concil. tom. VII, col. 1507.— (14) Art de vérifier les dates. Table chronologique, pag. 17. — (15) Acta SS. tom. I Februarii. pag. 244, num. 6.

EX MSS.

r *Ex his sequi videtur* S. Donatum, *priusquam Fesulas veniret, Romam adiisse. Aliud habet Diaccetus* (1) : *Antequam Urbem attingunt* SS. Donatus *et Andreas, Fesulas veniunt.* Didicerant, *inquit*, pulcherrimum montem Fœsulanum abundare plurimis SS. Martyrum reliquiis, indulgentiarum privilegiis et stationibus. *Non vacat his interpretandis immorari.*

s *Fesulæ*, Fœsulæ, Fesula *et alicubi* Festola, *urbs* III millibus passuum supra Florentiam, nunc pagus *Fiesoli*, ad Apennini radices situs; olim oppidum non incelebre (2). *Ejus mentionem facit Cicero II Catil. :* Ex iis coloniis, quas Sylla Fesulis constituit. *Urbs antiquissima, adhuc exstant rudera cyclopicorum ejus murorum; hodie fere ad nihil redacta est, deficientibus tam incolis quam ædibus* (3). *Capta fuit anno* 539 *ab exercitu Belisarii* (4). *Exinde jam vix ulla civitatis illius occurrit mentio. Cum Narses Totilam, qui medio sæculo* VI *fere totam Italiam subegerat, fudisset anno* 553, *plures civitates victori se dediderunt, inter quas Volaterra, Pisæ, Florentia nominantur, non autem Fesulæ. Post annum* 539 *incidenter tantum Fesulæ memorantur, idque nomine* civitatis Fesulanæ, *vel* castri
B *vel* curtis. *A bello autem gothico, pauca quæ de illa leguntur, ad ecclesiam ejus spectant cathedralem, quæ sita est uno fere milliari extra etrusca munimenta, quibus urbs cingebatur. In diplomate imperatoris Guidonis anni* 890, *signatur villa* Sala (*hodie* Saletta) in comitatu Fesulano et Florentino, *ex quo legitime concludi posse censet Ripetti, utrumque comitatum, certo jam tunc, et forte* multis sæculis *citius, fuisse unitos, sub provinciæ præside,* comite Florentino; *nec proinde id contigit anno* 1010, *prout voluerunt Malespini et Joannes Villani* (5). *Narrat quoque Ughelli* (6), *urbem* ex toto excisam, die S. Romulo sacro (6 *Julii*) anno 1010, cum Florentini dolo malo eam cepissent, Fesulanumque populum transtulissent Florentiam, ut ex utroque populo potentior principatus coiret. *Quod quidem omnino rejicit Ripetti* (7), *utpote mera quarumdam legendarum auctoritate fundatum. Censet Moronius* (8), *sic cum erudito Lamio statuendum : ab antiquo graves exstitisse inimicitias Fesulanos inter et Florentinos; atque hos illorum urbem anno* 1125 *expugnasse, mœnibus exuisse et nonnulla solo æquasse ædificia; incolas nihilominus ibidem fere ut antea mansisse, nec ullo umquam*
C *tempore vi coactos migrasse Florentiam; ast post memoratam cladem ditiores insignioresque cives sponte sua cœperunt eo se transferre, atque sic paulatim deserta civitas, præsertim post ipsius episcopi discessum, sæculo* XIV *ad eum tandem statum devenit, quo nunc est. Perstat hactenus episcopalis sedes et templum* (9). *Urbs hodie incolas numerat fere* 2086 (10).

t *In Minervæ Ms. habetur nec felicius,* Candelabra. *Legendum* Candelabris, *ut in Officio* S. Donati. *Ita hæc redduntur in apographo ex Mss. Card. Strozzi :* Continuo pietas divina miserationis et suæ visitationis indicia patefecit, ac gregis preces exauditas ostendit. Illico namque cœperunt universa resonare tintinnabula, non humana manu sed Deo prorsus operante permota, ut felicius cunctis innotesceret, quod ad fidelis gregis Fesulani custodiam et protectionem a Deo donatus Pastor egregius advenisset. Divino insuper igne lampades D
illustrantur omnes, quo videlicet omnibus claresceret, quod orbatis oculis Fesulani populi splendor apparuisset divinæ miserationis, per quem et evaderent offendicula damnationis et vera solatia perciperent orbitatis *etc. Ex his liquet vitam hanc meliori, ut monui, stylo conscriptam. Vide Comm. præv. num.* 7 *et seqq.*

u *Abhinc fere usque ad finem, narratio fit passim poetica; frequentissime in oculos incurrent* disjecti membra poetæ. *Vide dicta Comm. præv. num.* 16. *Hæc ita reperiuntur in utroque Ms.,* Minervæ *scilicet et* Chronicæ; *ast vix apparent in Ms. Card. Strozzi; ex quo efficitur hujus auctorem studuisse præsertim, ut emendatiori fluidiorique stylo res gestas exhiberet.*

v *Locus obscurus verbisque impeditus. Sensus tamen clarus. Inquisivere nempe turbæ quo nomine vocaretur præsul, ipsis cœlitus designatus.*

x *Hæc verba, ut innui Comm. præv. num.* 1, *satis perspicue declarant,* Donatum *tunc primum episcopalem consecrationem accepisse. Exinde improbabilis redditur assertio Colgani* (*si tamen assertio est*) *qui eum jam episcopum facit antequam ex Hibernia discederet :* Sanctus igitur juvenis, *inquit* (11), Andreas pietate et disciplinis imbuendus traditur S. Donato episcopo *etc. Forte Colganus per anticipationem* episcopum *vocat, licet non intendat dicere eum jam tunc dignitatem illam adeptum. Certe Lanigan* (12) *priori sensu mox recitata verba interpretatus est.* E

y *Hæc nonnihil Prosam seu Sequentiam redolent.*

z *Id est per Verbum* (θεοῦ λογόν) *et Spiritum sanctum* (Πνεῦμα). *In Officio* S. Donati *legitur :* Nunc autem peto te, o Pater, o Filius. *Dein desunt quædam voces.*

aa *Vox corrupta. In chronica habetur* Sublimata, *item in Officio. Tanti non est, ut his immoremur.*

bb *Totus hic numerus ita redditur apud Card. Strozzi :* Unde quoque factum est, ut serenissimus ac magnificus imperator Ludovicus, nec non et postmodum Carolus rex Francorum et Longobardorum eximius ac patricius Romanorum, Fesulanam ecclesiam imperii sui potestate ac præceptione firmarent, atque regalis paginæ sigillo munirent, quatenus universi imperii sui nulla, magna vel parva, persona præsumeret bona illius seu pervadere seu etiam pervasa contendere (*retinere*), et ita demum illam Pastor egregius, et inventa conser- F
vans et invasa recuperans, opibus ditavit, honoribus ampliavit, omni religione condivit, et, ut dicam plenius, omni excellentia magnificavit.

cc *Nempe Ludovicus, quem paulo ante nominavit auctor. Hic autem Ludovicus, filius est Lotharii. Infra dicuntur hæc gesta* apud Capuanam urbem. *Juverit hunc locum illustrasse ex Annotato quodam Bollandi nostri in Commentario ad Acta S. Brigidæ minoris, ubi mentio incidit Vitæ* S. Donati *nostri.* Ludovicus Pius, *inquit* (13), Capuam numquam adiit, (*de illo igitur hic non agitur*) cum Italiam vivente Carolo, Pipinus rexerit; inde Bernardus; hoc oculis vitaque orbato, missus in Italiam est Lotharius, cui tamen principes Beneventani, qui et Capuam tenebant, subjecti non erant... Post Ludovici Pii mortem mirum in modum sunt Longobardorum res in Campania cæterisque tractus illius provin-

(1) Vite, etc. pag. 127. — (2) Cellarius Notitia orbis antiqui, pag. 572. — (3) Repetti, Dizionario geographico-fisico-storico della Toscana, tom II, pag. 107. Florentiæ 1835. — (4) Ibid. pag. 110. — (5) Ibid. pag. 111. — (6) Italia sacra, tom. III, col. 211. — (7) Dizionario, ubi supra, pag. 110. — (8) Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica, tom. XXIII, pag. 257. Venetiis 1844.—(9) Conf. Cracas. Notizie per l'anno 1845. Romæ. — (10) Guibert, Dictionnaire Géographique, pag. 707. Paris 1850. — (11) Acta SS. Hiberniæ, tom. I, pag. 236, num. 2. — (12) An ecclesiastical History of Ireland, tom. III, pag. 282. — (13) Acta SS. tom I Februarii, pag. 244, num. 7.

A ciis perturbatæ; ut ad eas componendas sæpius isthuc cum exercitu proficisci Ludovicum Pii nepotem (*Lotharii filium*) oportuerit. Et tertia quidem expeditione anno DCCCLXVI suscepta, ut habet Leo Ostiensis lib. I, chron. Casin. cap. 38, mense Junio pervenit ad monasterium Casinense, ubi a S. Bertario abbate maximo cum honore exceptus est. « Post hac inde digressus, Capuam petiit; quam tribus obsessam mensibus cepit, eamque maxima ex parte delevit. » Eo igitur tempore probabile est Donatum ab eo quæ in vita referuntur impetrasse « apud Capuanam urbem » anno DCCCLXVI. *Hactenus Bollandus et recte quidem nostra opinione. Confer Comm. præv. num.* 3 *et* 4.

dd Parafredi seu Paraveredi, *sunt equi agminales, quorum usus in viis transversariis et militaribus, ut* veredorum *in viis publicis. Glossar. Ducangii, quem vide.*

ee *Procul dubio* Mansionarios *intelligit seu* Manentes *ac* Mansuarios, *qui ratione* mansionis *seu* mansi, *vectigal aut censum quotannis domino persolvebant. Ducangius in Glossario.*

ff *Carolus, defuncto Ludovico, Lotharii filio, successit in regno Italiæ anno* 875, *et post biennium*
B *obiit, anno nempe* 877 *mense Octobri* (1). *Porro in Italia versabatur anno* 875, *quo Romæ a Joanne papa VIII coronatus imperator est mense Decembri* (2); *Novaes annum ponit sequentem* (3). *Rursus Alpes transcenderat anno* 877, *vocatus ab eodem Joanne VIII, ut Saracenicis incursionibus obicem poneret; ast infecta re, cum reditum in Gallias mœstus pararet, extinctus est* 6 *Octobris* 877, *anno secundo a sua coronatione* (4). *Itaque nihil impedit, quominus potuerit alterutro, vel utroque anno S. Donatus eum convenire apud Placentiam. Quod autem spectat ad diem* octavam Idus, *id est sextam,* Februarii Indictione octava, *noto hanc Indictionem juxta Benedictinos competere anno* 875 (5), *quod si ita esse admittamus, non quadrat dies octavus Idus Februarii, cum Ludovicus mortuus tantum sit in pago Brixiensi die* 13 *Augusti ejusdem anni* 875 (6). *Sed hæc ulterius prosequi operæ pretium non est. Posset tamen Indictionum computus non esse omni ex parte accuratus.*

gg *Redeunt carmina. In Strozziano Ms. stylus mutatur.*

hh *Miror* montis Valentiniani *nullam fieri mentionem aut reperiri vestigium apud Lamium in suo*
C Indice nominum geographicorum (7), *ubi ad vocem* Mons, *duabus columnis per quatuor fere integras paginas recenset varia collium et montium nomina. Cæterum non est dubitandi locus jugum, quod hic* Valentinianus mons *vocatur, in vicinia Fesularum fuisse. Diaccetus* (7) *scribit Mensulam fluvium decurrere* ad radices collium Fœsulanarum. *Aliqua ex his dictus fuerit* mons Valentinianus.

ii *De S. Brigida, sorore S. Andreæ, discipuli* S. Donati, *vide in ejus Actis apud Bollandum tom. I Februarii* (9); *item in Actis S. Andreæ tom. IV Augusti* (10). *Non tamen de hac interpretari commode potest textus nostri auctoris; nam S. Brigida minor* S. Donato supervixit, *ut habet Bollandus* (11). *Potius itaque agetur de magna Brigida, Thaumaturga, Hiberniæ patrona, cujus Acta ad eumdem diem* 2 *Februarii illustravit idem Bollandus* (12), *quamque tenet* probabilius anno DXXIII decessisse (13). *Hujus apparitionis non meminit Diaccetus.*

(1) Art de vérifier les dates, pag. 539. — (2) Ibid. Item Biographie universelle. Verbo : *Charles-le-Chauve*. — (3) Storia de' sommi Pontefici, tom. II, pag. 135. — (4) Biographie univers. ibid. — (5) Art de vérifier les dates, pag. 18. — (6) Ibid. pag. 453. — (7) Sanctæ ecclesiæ Florentinæ monumenta. Ad calcem, tom. III. — (8) Vite, etc. pag. 136. — (9) Pag. 243-247. — (10) Pag. 539-548. — (11) Tom. I Februarii, pag. 245. — (12) Ibid. pag. 99-185. — (13) Ibid. pag. 109.

LX MSS

CAPUT II.

Pretiosa sancti Donati mors et sepultura.

Igitur, quia nos finem ponere optamus nostro *Morti vicinum*
exiguo labori, prætermittimus multa, *a* quæ de- *a*
bentur vobis. Ad ea nunc accedere festinamus, qualiter carnalem deposuit sarcinam et pervenit ad pascua. Ipse enim omnibus vitæ suæ diebus numquam animum otio dedit, quin aut orationi insisteret, aut lectioni incumberet, aut utilitatibus ecclesiæ deserviret, seu etiam docta *b* schemata *b*
metrorum discipulis dictaret, vel in rebus ecclesiasticis insudaret, vel in sollicitudinibus viduarum et orphanorum instaret et egenorum curam haberet. Ad ultimum vere cum Dominus decrevisset ejus labori et sollicitudini terminum imponere, molestia percussus, corpori dolor ad vitalia rediit *c*. *c*

24 Quare ille imminere obitus sui cernens *circumstant*
diem, fratres vocavit, viaticum petiit et accepit, *discipuli.*
eosque ut sancte et juste viverent monuit, com- E
mendans illos Deo et verbo ipsius; sicque Domino preces et vota reddens manibus extensis oravit. Vix autem orationem ad Dominum effuderat; ecce subito factus est concursus populorum mœrentium et dicentium : O pie Præsul Dei, nostri miserere mœroris, solare miseros pietatis viscere cunctos: tu miserere; potes, pro Christi nomine testor; auxilium petimus, nos omnes valde rogamus. O pie Pater, miserere nostri; nunc verba precantium audi, torpentia membra foveto; da pietatis opem; nostri miserere mœroris, et corporis et animæ; Christum judicem si roges, credimus equidem precibus culparum namque nostrarum accipere e tuis valde integram salutem.

25 Ad hæc itaque precantium verba benedixit *Orat.*
omnem turbam. Et flexus in fletibus eorum, benedixit eos benedictionibus Sanctorum; compunctus namque mæroribus eorum hanc Domino precem fudit in conspectu eorum *d* : *d*

Christe Dei virtus, splendor, sapientia Patris,
In genitore manens genitus sine tempore, et ante F
Sæcula, qui nostram natus de Virgine formam
Sumpsit; nutritus, lactatus ab ubere matris;
Qui sancto nostras mundans baptismate culpas,
Nunc nova progenies cœlo deducitur alto;
Noxia qui vetiti dissolvit prandia ligni,
Vulnera quique suo curavit sanguine nostra,
Qui moriendo dedit vitam, nos morte redemit;
Cumque sepultus erat, mutavit jura sepulchri,
Surgens a morte, et mortem damnavit acerbam;
Tartara qui quondam, qui nigri limina Ditis
Destruxit, scatebras superans acherontis avari,
Qui hostem nigrum tortorem detorsit in imo;
Ascendit; duxit captivum dextera Patris;
Laudant Virtutes victorem millia mille.
Tu quoque, qui tantas pro nobis sumere pœnas
Dignatus, miseris cœlestia regna dedisti;
Da mihi præcelsas paradisi scandere scalas;
Fac bene pulsanti portas mihi pandere vitæ.

ex mss. Non mihi perveniat tumidus, non hostis avarus,
Nec me externa manus tangat, nec præmia tollat;
Sed me, Christe, tuum miserum nunc suscipe servum,
Ut merear pavidus convivas visere claros,
Qui tecum gaudent; videam convivia Sancti,
Qui cum Patre manes regnans per sæcula semper,
Spiritus et sanctus. Numero Deus impare gaudet *e*.

e moritur. 26 His expletis totum se armavit signo crucis, et benedicens fratres filiosque spirituales, appositus est ad sanctos patres senex, et plenus dierum ductus est in cœlum. Sepultus vero est a discipulis in arca saxea *f* die undecima Kalendarum Novembris, in loco ubi cæteri sancti pontifices sunt collocati, scriptumque est illic epitaphium *g* hujusmodi :

f

g Epitaphium. 27 Hic ego Donatus, Scotorum sanguine cretus,
Solus in hoc tumulo, pulvere, verme voror.
Regibus Italicis servivi pluribus annis,
Lothario magno, Ludovicoque bono.
Octonis lustris septenis insuper annis,
Post Fesulana præsul in urbe fui.
Grammata discipulis dictabam scripta libellis;
Schemmata metrorum, acta beata senum.
B Posco viator, adis quisquis pro munere Christi,
Te, homo, non pigeat cernere busta mea,
Atque precare Deum, regit qui culmina cæli,
Ut mihi concedat regna beata sua.

Apparet S. Præsul post mortem. 28 Et quia lectio finem postulat operis, hoc tantum annotare cupimus miraculum, quod audivimus de corpore clauso. Nam cum post aliquot sepulturæ dies clausus teneretur tumulo, et innumera tunc prodigia Christus ostenderet et insignia, lepram depellendo, et cœcis lumina reddendo, et gressus claudorum, et apertionem surdorum; et innumeris miraculis venientium fieret salus credentium; die quadam negligentia advenit humana, ut super lapideam arcam guttæ descenderent aquæ. Suprema quadam noctis hora, ut credo per virum adeo dignum, Christus demonstrare dignatus est signum. Adest ei in visione stupenti, non dormienti sanctissimus Episcopus, dicens : Eia minister; confestim surge, ut meam cooperias arcam, ne ad me descendat aqua. Ad hæc surrexit verba, sed neglexit ipsa. Secundo iterum ei apparuit, et monuit, sed ille neglexit et siluit. Tertio vero apparuit et inter jubentium verba addidit et verbera. Tunc mox surrexit et paruit; verba annunciavit et vulnera declaravit *h*, sicque factum est in sancti
C Viri devotione et cunctorum veneratione.

h

Epiphonema 29 O virum prudentem, et per sæcula imitandum Pontificem, cui vivere Christus fuit, mori lucrum; qui domum suam supra firmam petram ædificans, fluminum flaminumque formidines non expavit; in cujus ore dolum veritas non invenit et ideo sibi (eum) in sacerdotem elegit. Dicamus igitur cuncti :

et precatio. 30 Sancte Dei et precioce confessor Donate, pater et pontifex, educator et altor, rector et pastor; subveni precibus destitutis et lapsis; miserere viduis et captivis, auxiliare orphanis et pupillis; succurre præsentibus et futuris; opem fer viventibus atque defunctis; nostras quoque preces, peto, non recuses, qui, quamvis in nodo constrictus iniquitatis, secundum tamen capacitatem ignaviæ et D parvitatem ingenioli nostri, præsumpsimus ad laudem tui nominis hæc scripta magistris relinquere, ut quod inutile invenerint, emendent, nostræque ignaviæ indulgeant et parcant; et quia nequimus ad paradisi pervenire pascua, tua sancta suffragia, saltem inter supplicia inveniamus solatia. Præstante domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat in Trinitate; cui omnia donata sunt a Patre in Spiritus sancti unitate in sæcula sæculorum. Amen. Sancti Donati *i* Episcopi Homilia explicit. *i* Deo gratias. Amen.

ANNOTATA.

a *Redit narratio soluta oratione. Ex secundo hoc capite, vix non ad evidentiam usque demonstratur, scriptori præ manibus fuisse fragmenta quædam metrica de miraculis et morte* S. Donati, *quæ inter se ordinavit seu colligavit, additis de suo in quantum opus erat, transitionibus. Atque hinc factum est ut modo soluta, modo ligata occurrat dictio.*

b *In altero ms. nostro legitur* dicta. *At minus recte.*

c *Hæc non valde perspicua sunt. In recenti apographo nostro legitur :* Molestia percussus corporis, dolor ad vitalia rediit. *Diaccetus ita reddit :* Deus eum ad se vocavit, mediante dolorosa infirmitate in partibus vitalibus (*nelle parte vitali* (1)). E

d *Sequentes versiculi in apographo nostro ex Ms. Minervæ uno tractu scribuntur quasi soluta esset oratio. Desunt in recenti nostro apographo Fesulano, sicut et quæ sequuntur usque ad verba :* Et quia lectio finem postulat. *Putem omissa fuisse ab amanuensi : nulla enim suadet ratio hæc in originali desiderari.*

e *Metrica utique hæc precatio non magis convenit* S. Donato, *quam cuivis alii. Dein per se patet hanc tot versuum seriem compositam non fuisse cum jamjam exhalaturus animam esset. Ad summum id admitti posset, eum quondam hos versus scripsisse; quod tamen mera tantum conjectura est.*

f *Vide Comm. præv. parag.* II. *Diaccetus nihil habet de loco sepulturæ nec de epitaphio. Vita ex codice Med. Laurentianæ sic concluditur* : Sanctus Pater obitum suum adesse conspiciens, socios, compatriotas et clerum vocavit, eis renunciavit; et receptis S. ecclesiæ (sacramentis) affectuosissime in manu adstantium anima illa sanctissima sub DCCCXVI F (*quod absurdum*) die 22 mensis Octobris temporibus Theodori cœlica penetravit; cujus corpus clerus et populus... in ecclesia S. Bartholomæi, vicina civitati, montis in descensu... tumulavit.

g *Confer dicta Comm. præv. num.* 5.

h *In nostro apographo Fesulano ita :* Sicque facta est in sancti Viri devotione cunctorum veneratio, *quæ ultima sunt verba. Cæterum nec hujus in specie meminit miraculi Diaccetus. Generalia refert:* Sepultus, *inquit* (2), cum esset, placuit et divinæ majestati sacrum illius corpus honorari prodigiis maxime spectandis, *sanantur cæci, claudi etc.*

i *Verba hæc leguntur ad calcem apographi ex Ms. Minervæ.*

(1) Vite, etc. pag. 141. — (2) Ibid.

DE

A D

DE S. BERTHARIO ABBATE ET MART.

IN MONASTERIO CASSINENSI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. B. B.

§ I. S. Bertharii vitam, quæ hic primum typis datur, conscripsit Ignatius, prior Cassinensis. A Saracenis trucidatus, nec probabilius solus, fuit in direptione Montis Cassini, ubi ejus reliquiæ permanserunt.

ANNO DCCCLXXXIII VEL DCCCLXXXIV. *Vitam* S. Bertharii,

B *Scribit Gattola, Cassinensis archivi quondam custos* (1) : Ignatius a Praga, monachus Cassinas vitam S. Bertharii abbatis et martyris elucubravit, quæ in codice nostro ms. num. 34 extat a pag. 119 ad 135, lectionibus distributa pro die festo S. Viri, ejusque octava atque incipit : « Passio S. Bertharii abbatis Cassinensis edita a venerabili fratre Ignatio Pragensi et priore Cassinensi. » *Ejusdem Vitæ mentionem quoque facit Joan. Bapt. Marus in Annotatione ad cap.* XII *Petri Diaconi* de Viris illustribus Cassinensibus, *quod opusculum Marus in publicam lucem protaxit anno* 1655 (2). *Ait autem* (3) : Ejus (S. Bertharii) martyrii acta ab Ignatio Prangensi (*lege* Pragensi) monasterii Casin. priore conscripta, hactenus inedita apud nos servantur, tali exordio : « Tempore, quo sacrum imperium ad tuendas res Romanæ ecclesiæ *etc.*» *Quæ verba postrema omnino concordant cum iis quæ habentur apud Gattolam loc. cit.; hic tamen multo plura recitat. Ante hos ejusdem Vitæ meminerat Arnoldus Wion his verbis* (4) : Vita ejus exstat Casini ms. tali exordio : « Tempore quo sacrum imperium; » *item Labbeus noster in* nova Bibliotheca mss. librorum *hoc modo recensens* (5) : Vita et Passio S. Bertharii martyris et abbatis XIX sacri monasterii Cassinensis a P. D. Ignatio Pragensi ejusdem monasterii
C Cassinensis venerabili priore composita, ac Notis Constantini Cajetani, abbatis S. Baronti, illustrata. *Vitam inter mss. nostra hagiographica reperio;* notarum *Cajetani* (*quas apud solum Labbeum laudatas invenio*) *nullum deprehendi hactenus vestigium. Denique R. P. D. Sebastianus Kalefati, prior claustri, et bibliothecæ Cassin. hodie præfectus* (*cujus eruditionem, diligentiam, eximiamque in nos benevolentiam laudavimus in Actis S. Simplicii*), *hæc mihi nuperrime rescripsit :* In plerisque nostræ bibliothecæ mss. legitur hujus S. Abbatis (Bertharii) Passio compilata ab Ignatio Pragensi... Codex antiquior, qui primus illam exhibet, est breviarium Cassinensis cœnobii, in quo pag. 48 in « Oratione ad SS. Patres nostros » dicitur... « Pro servo tuo abbate nostro Andrea et pro omni hac sancta congregatione. » Cum Andreas abbatialem sedem obtinuerit ab anno 1370 ad 1373, intra quos annos breviarium supradictum scribebatur, tam hæc passio, exscripta a cart. 119 ad 133, quam quæ subsequuntur vitæ sanctorum, adjectæ huic breviario videntur; et revera earum scriptura E indicat potius sequens sæculum XV. Estque adhuc inedita. Dividitur in plures lectiones pro officio nocturnorum diei festi, dierum infra octavam, et octavæ hujus Sancti. Incipit « Edita a venerabili » fratre Ignatio Pragensi, et Priore Casinensi, » Passio S. Bertharii ab. Casinensis. Lectio prima. » Tempore quo sacrum imperium, etc. » desinit « auxilio, et misericordia Dei de Italia eliminati sunt tu autem. » Eam licet mendose nimis amanuensis incuria scriptam, tamen etc.

collectam ex Ignoto Cassinensi,

2 *Porro Ignatius ille sæculo floruit* XV, *et probabiliter sub hujus initium, ut conjicere licet ex Gattola, qui eum ordine primum ponit inter* Viros doctos apud Cassinates *sæculi Benedictini* X (*id est Christi sæc.* XV), *ubi et illius alia opera mss. quædam enumerantur* (6). *Recentioris itaque ævi scriptio est, in qua congessit auctor fere omnia quæ a Cassinensibus de B. Viro tradita fuerant. Præcipue tamen ei præluxit, qui vulgo vocatur* Ignotus Cassinensis, *eo quod ejus nomen nuspiam reperiatur. Certo tamen constat eum* S. Berthario *coævum, imo et ante hunc vita verosimillime functum; unde et illius narratio res gestas conplectitur ab anno fere* 840 *usque ad annum* 873, *ut tradit Camillus Peregrinius. Hic pri-* F *mus illam typis Neapolitanis vulgavit anno* 1645 (7), *recudendam vero curavit Muratorius, sub titulo :* Historiola rerum a Langobardis gestarum, Ignoto monacho ejusdem monasterii auctore coævo (8), *licet in membranaceo codice inscriptum simpliciter legatur :* Annorum supputatio de monasterio sanctissimi Benedicti; *quam epigraphen, subdit Peregrinius* (9), cum integræ Historiolæ minime quadrare comperissem, est mihi visum aliam, quam indidi, subrogare meo arbitrio efformatam. *Dolendum sane est monumentum adeo antiquum* (*cujus exemplar ms. ad initium sæculi* X *ascendit, utpotè quod annotatum fuit ab abbate Joanne, qui præfuit ab anno* 913 *ad annum* 931 (10)) *in multis deficere.* Etenim, *ut rursus Peregrinius* (11), membranæ præ antiquitate plerisque in locis adeo extritas repræsentabant literas, ut multoties eas interprætari magis, quam legere opus mihi fuerit, tandemque

(1) Historia abbatiæ Cassinensis per sæculorum seriem distributa, pag. 606. Venetiis 1733. — (2) Muratori, Rerum Italic. scriptores, tom. VI, pag. 3. Mediol. 1725. — (3) Ibid. col. 24. — (4) Lignum vitæ, lib. III, ad diem 22 Octobris, pag. 348. Venetiis 1595. — (5) Pag. 367. Parisiis 1655. — (6) Gattola. Ubi supra. — (7) Muratori, tom. II pag. 223. — (8) Ibid. pag. 264. — (9) Ibid. pag. 262. — (10) Ibid. tom. V, pag. 210. — (11) Ibid. tom. II, pag. 262.

duas

AUCTORE B. B.

duas tresve voculas, et majori plane jactura, nonnullas integras lineas prorsus obliteratas præterire sim coactus. *Præterea, eædem membranæ* vel librarii culpa vel auctoris defectu (rasuræ enim nullum aderat indicium) vacuas lacunas retinebant, quo loco numeri adscribendi fuerant, annorum epochæ ab abbate Petronace ad abbatem Bertharium (1), *idque tanto magis dolendum quod auctor* non continenti sed saltuatim *res gestas exhibeat.*

Erchemberto, Leone Ostiensi et Petro diacono,

3 *Usus quoque Ignatius est Erchemberti* (*alias Remberti, Eremberti, Heremperti et Heremberti*) historia Langobardorum Beneventi, *quæ continuatio est Pauli diaconi, incipiens ab anno* 774 (*quo is desinit*) *ad annum usque* 888 (2). *Atque hic alter testis est* S. Berthario *coævus, utpote vita functus circiter annum* 889 (3). Non tantum ea, *inquit ipse* (4), quæ oculis, sed magis, quæ auribus hausi, narrare me fateor. *Cæterum pauca de* S. Berthario *refert, plura de bellis, quæ Cassinensis monasterii excidium sanctique Abbatis mortem præpararunt. Denique extra dubium est Ignatio scribenti præ manibus vix non perpetuo fuisse*, Chronicon Monasterii Cassinensis *auctore Leone Marsicano, primum ibidem monacho, deinde S. R. E. cardinali et episcopo Ostiensi, unde et communiter Leo Ostiensis appellatur, et floruit usque ad*
B *initium sæculi* XII. *Opus ejus* omnium eruditorum calculo, *ait Muratorius* (5), maximi faciendum est, *complectiturque res gestas ab obitu S. Benedicti usque ad annum circiter* 1087. *Cætera quæ a cap.* 34 *libri tertii, item toto libro* IV, *narrantur, addita sunt a Petro Diacono, quem longe gravitate et auctoritate inferiorem esse notat Mabillonius* (6). *Chronicon Leonis et Petri novis typis recusit Muratorius inter rerum Italicarum scriptores* (7) *et quidem cum Notis Angeli de Nuce seu Nucei, abbatis Cassinensis, qui, judice eodem Muratorio* (8), *inter* complura utilia, inutilia etiam multa commentatus est, ut qui intemperanti prurigine scribendi premeretur. *Denique nuper, an. scilicet* 1846, *denuo opus Leonis et Petri editum in Monumentis Germaniæ est, diligentissima opera et studio eruditi viri W. Wattenbach* (9), *qui pluribus, iisque optimis usus codicibus est, quos accuratissime inter se contulit* (10). S. Bertharii *meminit quoque idem Petrus in opusculo* de Viris illustribus *Cassinensis cœnobii, quod itidem, cum Notis Joannis Baptistæ Mari, reperitur in Muratorii collectione* (11); *item et in altero opusculo de* Ortu et Obitu Justorum Cœnobii Cassinensis, *a Maio primum in lucem*
C *dato* (12).

scripsit Ignatius, prior Cassin.

4 *Ex his omnibus sua congessit et corrasit Ignatius. Est enim vita* S. Bertharii *farrago ampla et ut plurimum indigesta satis. Multis agit de Saracenorum incursionibus, vastatationibus, de urbibus ab eis expugnatis, incensis, de Italicorum principum inter se dissidiis, bellis, proditionibus; pauca, spectatis digressionibus, hinc inde inserit de* S. Berthario *nec semper probata, ut in Annotatis dicemus; aliunde nonnulla, apud præfatos scriptores de illo memorata facta prætermittit. Denique deficit plurimum in Chronologia. His tamen non obstantibus scriptionem hanc integram fere nostro Operi inserendam duximus; tum quod hæc sola vita* S. Bertharii *sit, quæ habeatur, et insuper hactenus inedita permansit, licet a pluribus scriptoribus, ut dixi num.* 1, *laudata; tum* D *etiam quod Ignatius, ut ut recentioris ævi auctor, nihilominus vixerit uno imo et altero sæculo, antequam scripta Ignoti, Erchemberti, Leonis Ostiensis, Petri Diaconi etc., primum typis vulgata sint, ac proinde codicibus Cassinensibus minus detritis sit usus, unde et aliqualis interdum lux illorum, prout nunc editus est, textui poterit forte affundi. Cæterum id exinde oritur commodum ut paucioribus hunc commentarium contrahere et absolvere liceat; nam præter nonnulla de annis, quibus S. Martyr Cassinensibus præfuerit, sicut et de ejus sacris exuviis et scriptis, reliqua ad Vitam et Annotata rejicere fas erit.*

Passus est S. Abbas an. 883;

4 *Ad passionis tempus quod attinet, plerique annum ponunt* 884, *alii et recte quidem annum* 883. Cum ex Italia discessisset imperator (*Carolus crassus*), Casinatis monasterii allecti opulentia, eo ex improviso accesserunt (*Saraceni*) ac pridie nonas (*id est die quarta*) Septemb., superiore monasterio conbusto, XI Kalendas Novembris (XXII *Octob.*) inferiori quoque incendium admoverunt, et Bertharium sanctissimum abbatem ad aram sancti Martini crudelissime obtruncarunt. *Ita Mabillonius ad annum* 884 (13). *Concordant alii communiter, nominatim Baronius et Pagius* (14). *Camillus vero Peregrinius contendit* (15) *anno eam contigisse superiori nempe* 883, *quod et ex professo probandum suscipit in sua* Serie abbatum Cassinensium. *Tamquam certum assumit, nec immerito sane,* S. Bertharium *successisse Bassacio, paucis ab hujus obitu elapsis diebus, ac proinde post diem decimum septimum Martii* (XVI *Kal. Aprilis*) *anno* 856, *quando, teste Leone Ostiensi, defunctus Bassacius est* (16). Bertharius *vero, inquit Peregrinius,* supra annos 27, mensibus sedit 7, (*idque diserte tradit Ostiensis* (17)) a Saracenis cæsus 11 Kal. Novembris (XXII *Octob.*), quocirca electum dicendum est 12 Kal. Aprilis (XXI *Martii*), cæsum vero in anno 883, mense antedicto *scilicet Octobri* (18). *Cum tamen Leo Ostiensis, mutuo consensu omnium codicum,* Bertharii *necem in annum* 884 *apertis referat verbis,* apte, *dicit Peregrinius,* interpretandum illum, ne totam a se hactenus traditam chronologiam videatur subvertere. *Propterea non dubitat corruptum hoc loco fuisse textum: nam* quod ipse (*Ostiensis*) peremptum a Saracenis Bertharium dicat « XI Kal. Novembris, Indictione secunda; » quæ Indictio ab antecedente mense Septembri numerari cœpta, annum 883 adeo certo argumento demonstrat, ut nullus jam D de hoc dubitandi restet locus; sitque firmiter tenendum, annum ibi 884 ab recentiori aliquo munus censoris non semel sibi usurpatum obeunte, fuisse suppositum. *Alia adduntur, quæ, si libet, videsis apud eumdem Peregrinium, cujus utique spernenda auctoritas minime est, utpote qui vir acris ingenii valdeque laboriosus fuit, et ex professo seriem abbatum Cassinensium ordinandam suscepit. Attamen, judice Mabillonio* (19), recte convenit Indictio secunda cum anno 884, quem, *inquit,* retinendum puto. *Mea opinione, dirimitur controversia, si dicamus,* S. Bertharium *revera interemptum* XXII *Octobris anno* 883, *qui nostro computandi more finiendus tantum erat exeunte Decembri, scribi*

(1) Muratori Rer. Ital. tom. II, pag. 262. — (2) Fabricius, Bibl. mediæ et infimæ latin. Voce : *Erchembertus.* Confer Muratori. Rerum Ital. script. tom. II, pag. 230 et seqq. Item Biographie universelle; vocibus *Erchempert, Paul diacre, Pellegrini* (*Camille*). — (3) Muratori. Ibid. tom. VI, col. 28. — (4) Ibid. tom. II, pag. 237. — (5) Ibid. tom. IV, pag. 153. — (6) Fabricius, ubi supra. Voce : *Leo Marsicanus.* — (7) Tom. IV, pag. 153-602. — (8) Ibid. pag. 153. — (9) Pertz, tom. VII, pag. 551-844. — (10) Ibid. pag. 555 et seqq. — (11) Muratori, tom. VI, pag. 3-62. — (12) Scriptorum veterum nova collectio, tom. VI, part. II, pag. 245-280. Romæ 1832. — (13) Annal. Bened. lib. XXXVIII, num. 91, tom. III, pag. 232. — (14) Conf. Gattola. Hist. Cass. sæc. IV, pag. 69. — (15) Muratori scriptores, tom. V, pag. 207 et seq. — (16) Ibid. pag. 207. Item. Pertz, tom. VII, pag. 601. — (17) Ibid., pag. 577, item pag. 602. Muratori, tom. IV, pag. 309. — (18) Peregrin. Ubi supra. — (19) Annal. tom. III pag. 252.

vero

A *vero annum* 884 *a Marsicano, quod is græcam adhiberet Indictionem, decurrentem a Septembri ad Septembrim* (1); *unde recte ad hunc locum notat Wattembachius* (2) : *Annum* 884, ab Indictionis initio computatum.

probabilius cum sociis. 3 *Non omnino liquet, an Vir sanctus martyrium obierit solus an cum sociis. Hugo Menardus ad hunc diem meminit* (3) S. Bertharii et plurimorum ejusdem cœnobii monachorum, qui a Saracenis trucidati sunt. *Eodem modo Bucelinus* (4); *Arnoldus Wion* (5) mactatum *scribit* cum aliis pluribus monachis; *Ferrarius* (6), cum aliquot monachis; *recens martyrologium Benedictinum, germanico idiomate excusum in Insula Danubii* (7), *nullum addit socium, inhærens scilicet Mabillonio, qui diserte edicit* Monachos fuga elapsos Teanum se recepisse, *et subjungit :* Sic unus pro omnibus victima fuit optimus Pastor (8). *Leonis Ostiensis verba in utramque partem trahi possunt, melius tamen prioribus favent. Saraceni, inquit* (9), monasterium majus, quod deorsum erat, similiter occupavere, devastavere et incendere; multosque inibi perimentes, ipsum etiam S. Bertharium gladio trucidavere... Monachi vero... una cum domno Angelgario tunc temporis eorum præposito Teanum habitaturi proficiscuntur. *Pronum utique est autumare in tanta strage plures trucidatos fuisse, et voces* multosque inibi perimentes *etiam ad monachos, saltem partim, referri; qui vero superstites evaserant, Teanum fugisse. Petrus diaconus in opusculo de* Viris illustribus Cassinensibus (10) *unius mentionem habet* Bertharii, *ast in altero opusculo* de Ortu et obitu Justorum cœnobii Cassinensis, *a cardinali Maio primum in lucem dato :* Passi sunt autem cum eo, *inquit* (11), et alii multi. *Carolus Sigonius Mabillonio favet. Saraceni,* XI Kal. Nov., *ait* (12) fœdum in inferioris (*monasterii*) quoque tecta incendium injecerunt, et Bertharium abbatem ad aram beati Martini crudelissime obtruncarunt. Monachorum, qui ad tantum terrorem trepida se inde fuga proripuerunt, opportunum Teanum receptaculum fuit. Ii, sublatis, quas quisque potuit, de sacra supellectile rebus, Angelario monasterii præposito sibi abbate delecto, in cella S. Benedicti sedes posuerunt. Saraceni præda onusti Garilianum alacres redierunt. *Aliud traditur in Vita a nobis edenda; juxta hanc plurimi fuere* S. Berthario *in passione socii. Sic etiam in catalogo sanctorum Ordinis S. Benedicti jussu Joannis papæ XXII compositio, legitur :* S. Bertharius abbas Cassinensis cum pluribus peneque innunerabilibus monachis per martyrium cum Christo gaudent in æternum (15). *Attamen solius* Bertharii *celebratur festum, nulla sociorum facta mentione; quod de cætero frequenter usu venire ostendit Bovius* (14), *ut licet plures annuntientur in Martyrologio, unius tantum fiat officium in breviario. Denique notemus cum Mabillonio* (15) nullam S. Bertharii *haberi* memoriam in Oderisii breviario ms. sæc. XI. *Nec illius nomen occurrit in martyrologiis Romano, Usuardi, nec in hujus auctariis apud Sollerium nostrum.*

B

C

Ejus reliquiæ ubi repositæ; 8 ***Leo Ostiensis,*** *ex Nucei editione, ad finem cap.* 44, *lib.* I *scribit* (16) : Sepultus vero est supradictus S. martyr Bertharius sursum juxta ecclesiam S. Benedicti in capitulo fratrum. *Notat tamen ipse Nuceus ibidem, verba hæc* deficere *in altero suo codice : duobus enim usus est codicibus mss.; utroque Cassinensi; priore, quem edidit et signavit* A, *litteris Langobardicis sæculo* XIII *exarato; posteriore litteris latinis sæculo* XII *et signato* B, *cujus variantes subjicit lectiones. Utriusque ampliorem notitiam, si libet, videsis apud Wattenbachium* (17), *qui paulo infra, ubi de Petro Diacono, Ostiensis continuatore, agit, observat* (18), *illum* (*Petrum*), *quæ Leo scripserat,* non intacta reliquisse, *et quæ in codice Nucei* A addita sunt et mutata, a Petro profecta esse; *additque :* Quod cum per se verisimile sit, quia in eo tantum codice reperiuntur, qui etiam continuationem continet; eo comprobatur, quod pleraque agunt de comitibus Tusculanis, Petri nostri gentilibus, quibus plane similia inveniuntur in ejus catalogo pontificum (nondum edito). *Ex his itaque, mea opinione, certum fit, verba supra de* S. Bertharii *sepultura recitata, non Leonis sed Petri esse, quod etiam existimat Wattenbachius* (19). *Nec tamen propterea fidem eis abnuendam dixerim. Paulo quidem alter idem Petrus hac de re loquitur in opusculo de Viris illustribus* (20) : Sepultum vero est ejus (S. Bertharii) sacratissimum corpus juxta ecclesiam S. Joannis Baptistæ in capitulo Casinensi; *et in altero Opusculo de Ortu et Obitu justorum* (21) : Sepultus vero est in monasterio Casinensi sursum. *Nihil Ignotus, nihil Erchembertus de morte S. Martyris habent : ille namque eo usque non pervenit, hic illam prætermittit. Mabillonio* (22) corpus in superiori monasterio juxta ecclesiam S. Benedicti in capitulo fratrum cum decessore suo Bassacio sepultum est, ac demum in ecclesiam illatum, nunc in proprio ipsius sacello asservatur. ***Et Arnoldus Wion*** (23) : Ejus corpus jacet in sacello suo nomini sacro in dextera altaris parte. *At postea translatum denuo fuit. Notat namque in præfatum chronici Cassinensis locum Nuceus* (24) : Corpus sepultum prius sursum (*id est in monasterio superiore*) in capitulo fratrum, ut perhibet Leo; inde sub ara maxima basilicæ; postea, Ignatio abbate anno 1513, translatum ad sacellum, in honorem ejusdem Martyris erectum. Denique renovata nuper veteri ecclesia, ad novum sacellum in honorem ejusdem sancti Martyris erectum. *Scilicet ipse ille Angelus de Nuce, abbas Cassinensis,* anno 1666, *ut habet Gattola* (25), magna solemnitate ad sacellum, variegatis marmoribus decentissime ornatum, dedicatumque in honorem S. Bertharii martyris, pietate D. Hippoliti Saltarelli a Castello forti, tum congregationis Cassinensis cancellarii, ejusdem Sancti corpus transtulit. *Quo tempore jam quidem ædificata erat monasterii Cassinensis basilica prout nunc est; non tamen, ad ornatus quod spectat, omni ex parte absoluta* (26). *Hanc deinde solemniter die* 19 *Maji anno* 1727 *consecravit Benedictus papa XIII* (27).

AUCTORE B. B.

E

F

de præsenti eorum statu 9 ***Ex recitatis testimoniis utique efficitur*** S. Bertharii *reliquias jam inde ab initio depositas in superiore monasterio, atque ibidem, licet diversis in locis,*

(1) Vid. Glossarium Ducangii, v° *Indictio.* — (2) Pertz, tom. VII, pag. 610. — (3) Martyrologium SS. ord. D. Benedicti. (4) Menologium Benedictinum, pag. 728. — (5) Lignum Vitæ, lib. III, 22 Octob. — (6) Catalogus SS. Italiæ, eodem die. — (7) Kirchenkalender aller Heiligen unter der Regel des H. Benediktus. Donauwerd 1786. — (8) Annal. Benedictini, tom. III, pag. 132. — (9) Muratori, tom. IV, pag. 517. — (10) Ibid. tom. VI, col. 23. — (11) Scriptorum veterum nova collectio edita ab Angelo Maio, tom. VI, pag. 257. — (12) De regno Italiæ, lib. v. Operum tom. II, col. 350. Mediolan. 1732. — (13) Dissertatio apologetica qua S. Bertharii sanctitas, etc. vindicantur, pag. 26. Neapoli 1805. — (14) Ibid. pag. 52. — (15) Acta. sæc. IV. part. II, pag. 464. — (16) Muratori, Scriptor.. tom. IV, pag. 318. — (17) Pertz, tom. VII, pag. 556 et 557. — (18) Ibid. pag. 572. — (19) Ibid. pag. 610. — (20) Muratori, tom. VI, col. 23. — (21) Maius, Scriptorum Vet. tom. VI, part. II, pag. 265. — (22) Annales, tom. III, pag. 252. — (23) Lignum Vitæ, pag. 548. — (24) Muratori. tom. IV, pag. 317. — (25) Historia Cassin. pag. 712. — (26) Tosti, Storia della badia de Monte-Cassino, tom. III, pag. 308. — (27) Ibidem pag. 310.

AUCTORE B. B.

ad nostra usque tempora permansisse. Illarum status post medium sæculi XVIII *habetur in Descriptione historica monasterii Montis Cassini, his verbis* (1) : Ultimum sacellum (*quartum in dextero latere introeuntibus ecclesiam; ita D. Kalefati*) S. Bertharío martyri et abbati Cassinensi est dedicatum; ejus corpus jacet sub altari, quo demum translatum ab abbate Angelo Nucco fuit anno 1666. (*Scribit autem D. Seb. Kalefati, modo ignorari ubi* S. Bertharii *corpus sit; an sub altari ejus sacelli, an una cum aliis in capsulis sacrarii confusum asservetur, ut mox dicam*). Os ex dextro illius brachio venerandum exhibetur in reliquiario; caput servatur in collegiata S. Germani, qua in urbe trucidatus Vir sanctus est. *De insigni hac reliquia sic refert Bovius, qui initio hujus sæculi scripsit Dissertationem apologeticam de cultu* S. Bertharii (2) : Quid de ejusce Sancti capite, argentea theca incluso, et religiosius semper asservato in collegiata ecclesia, donec in nuperis regionum nostrarum difficillimis rebus communem adiit jacturam? *Scilicet dum hæc scriberet Bovius, jam acciderat luctuosa illa calamitas, quando anno* 1799 *Gallorum*
B *militum sacrilega audacia in Sanctorum Cassinensium reliquias debacchata est. Tunc etiam projecta et conculcata fuere caput et os dextri brachii* S. Bertharii, *ut jam non nisi partim* (*si tamen quid omnino supersit*) *et promiscue cum aliis sacris ossibus et cineribus habeantur. Sic nobis rescripsit D. Sebastianus Kalefati. Conf. Acta S. Simplicii ad hunc diem pag.* 393. Nonne (*sic pergit Bovius*) ex nostratum historiis et traditione majorum novimus, tantam semper fuisse civium (*Sangermanensium*) pietatem erga depositum illud præclarissimum, ut civitas universa quovis tempore ad illud præcipue confugerit, sive formidolosæ tempestates, sive subitaria incendia, sive terræ concussiones, aliaque his similia infortunia forent averruncanda?

et quadam translatione.

10 *Restat ut locum Wionis elucidemus, ubi meminit solemnis cujusdam reliquiarum translationis ex inferiori ad superius cœnobium. Ita scilicet annuntiat ad diem secundam Decembris* (3) : Cassini translatio sancti Bertharii abbatis et martyris, quando sacræ ejus reliquiæ ex monasterio sancti Salvatoris, quod erat ad radicem montis, ad monasterium Cassinense, cum multa miraculorum attestatione reportatæ sunt. *Additque in Notis :* De qua tabulæ Cassinenses hac die. Cujus quidem
C historiam necdum litteris consignatam novi, totius tamen rei gestæ historiam et miracula, quæ in eadem translatione, divina voluntate perpetrata sunt, vidi Cassini in ejusdem Sancti capella, in qua miro quodam artificio depicta cernuntur. *Hæc ita Wion exeunte sæculo* XVI. *Quæ non facile componuntur cum Nucei assertis, imo et ipsius Ostiensis, qui diserte tradit corpus sancti Viri primum sepultum fuisse* sursum; *hic autem dicuntur translatæ reliquiæ ex monasterio S. Salvatoris,* quod erat ad radicem montis, ad monasterium Cassinense *utique sursum. Nec uspiam reperi illas umquam ex monasterio sursum relatas fuisse deorsum. Nodum hunc solvit dictus D. Seb. Kalefati, quem scripto hac de re conveneram :* Actorum, *ait,* translationis corporis hujus sancti Martyris ab ecclesia S. Salvatoris ad radices montis in hanc inferiorem basilicam nulla memoria superest : hoc enim accidere debuit statim post passum martyrium. Translationis vero, cujus meminit Wion (Lign. vitæ 2 Decemb.) habetur memoria in ejusdem notitia, compilata postmodum a P. D. Antonio a Neapoli anno circiter 1630, estque adhuc inedita in nostra bibliotheca. Ms. num. 570, pag. 126. Sed hæc recens est, et accidit, cum ob præclara miracula hujus Sancti intercessione in monasterio patrata, tunc temporis abbas, ad augendum S. Bertharii cultum et devotionem, sacrum ejus corpus ab ara maxima, sub qua cum aliis plurimis quiescebat, ad capellam S. Scholasticæ, item ad radices montis, transtulit, ita ut intra paucos menses eidem Sancto in hac basilica sacellum mirifice ornatum paraverit, in cujus parietibus depingi curavit miracula, quæ causam huic translationi dederunt. Quo omnino completo, abbas, omnis conventus Casinensis, ac diœcesis clerici processionaliter ab ecclesia S. Scholasticæ sancti Martyris corpus levantes, addito etiam capite, quod S. Germani asservabatur, et sollemni pompa in sacello illi præparato transtulerunt. — Post aliquot dies caput restitutum fuit ecclesiæ Sangermanensi — Denique Leo papa X visitantibus hoc sacellum plenariam concessit indulgentiam, ut ex brevi, edito in Dissertatione apologetica pag. 37. Ex quo tandem colligitur, E
quod hoc sacellum, una cum picturis miraculorum Sancti, velut pars antiquæ basilicæ, una cum ista fuit eversum sæculo XVII, quando præsens hæc basilica fuit erecta. *Ast in* S. Bertharii *sacello, prout nunc est, teste auctore Descriptionis historicæ* (4), *plures rusus cernuntur tabulæ res S. Abbatis gestas exhibentes : alia ejus sociorumque martyrium repræsentat ante altare S. Salvatoris; alia* S. Bertharium *ad populum verba facientem; alia rursus S. Abbatem, agentem cum papa, imperatore et rege in causa Teubergæ a Lothario repudiatæ; alia eumdem initia dantem ædificationi civitatis S. Germani, etc.*

D

§ II. De festiva S. Bertharii memoria. De ejus scriptis disquisitio.

Festiva memoria F

Ejus *natalis celebratur* 22 *Octobris apud eumdem Wionem* (5) *et Bucelinum* (6), quo die tamen, *ait Mabillonius* (7), in Kalendario Oderisii primi (*defuncti anno Christi* 1103) abbatis nulla fit ejus memoria. *Teste Gattola* (8) *nihilominus apud Cassinenses* celebris ritu duplici secundæ classis est 22 Octobris memoria S. Bertharii. *Confer supra num.* 3. *Insuper, ut paulo ante dixi, Wion festi translationis meminit ad diem* 2 *Decembris.* Celebratur, *inquit* (9), hæc festivitas per monachos Cassinenses sub titulo duplicis minoris, eoque religiosius, quod S. D. N. Leo papa X sub annum 1513 omnibus Christi fidelibus utriusque sexus, vere pœnitentibus et visitantibus capellam sancti Bertharii, a primis hujus translationis vesperis usque et per totam diem dictæ translationis, qui pro conservatione hujusmodi manus adjutrices porrexerint, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et indulgentiam concesserit. Et ut ipsi visitantes hujusmodi indulgentiæ capaciores redderentur, abbati Cassinensi concessit, ut de-

(1) Descrizione istorica del sacro real monistero di Monte-Cassino, pag. 133. Neapoli 1773. — (2) Dissertatio apol. pag. 41. — (3) Lignum Vitæ, pag. 383. — (4) Descrizione istorica, etc. pag. 136 et seq. — (5) Lignum Vitæ, pag. 348. — (6) Menolog. Bened. pag. 728. — (7) Annal. Ubi supra. Item Acta, sæcul. IV, part. II, pag. 467. — (8) Historia Cassinens. sæc. IV, pag. 69. — (9) Lignum vitæ, tom. II, pag. 383.

putare

A putare possit in sua ecclesia idoneos presbyteros sæculares vel cujusvis ordinis regulares, qui confessionibus illorum diligenter auditis, eosdem ab omnibus et singulis criminibus, excessibus et delictis, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam a casibus sedi apostolicæ reservatis (exceptis tamen iis qui in Cæna Domini recitantur) salutari pœnitentia injuncta, absolvere possint, ut ex bullis ejusdem pontificis videre est, quæ reservantnr in archivio Cassinensi. *Ejusdem festi et ritus, eodemque die mentionem habet Bucelinus. Festum quoque annuntiat Hugo Menardus. Audiamus iterum D. Sebastianum Kalefati :* Postquam, *inquit,* initio sæculi XVI monasterium Cassinense unitum fuit Congregationi Benedictinæ reformatæ in Italia sub nomine S. Justinæ de Padua, quæ ob id appellata fuit Cassinensis, monachi hujus sacri cœnobii quidquid proprii habebant tam in divino officio, quam in Kalendario et in cæteris ritibus monasticis et ecclesiasticis amiserunt; adeo ut hodie, præter dispositionem officii, quæ unica secundum regulam SS. patris nostri Benedicti remansit, in delectu sanctorum et festivitatum in omnibus cum breviario Romano conveniant. Modo Kalendarium
B Cassinense proprias tantummodo habet sequentes festivitates, scilicet : Translationem S. Bertharii ab. Cassin. mart. 5 Febr. — Festum S. Brunonis Signiensis episc. ab. Cassin. Confes. 18 Julii, de communi. — S. Victoris papa III, ab. Cassin. 16 Sept. II lectiones propr. — S. Deusdedit ab. Cas. mart. 9 Oct., de communi — S. Bertharii ab. Cas. mart. 22 Octobris de communi. — Cætera vero prout in kalendario et breviario Romano-Benedictino passim vulgato... In breviariis vero mss. in nostra bibliotheca asservatis, a sæculo IX ad XV scriptis, non pauca reperiuntur festa peculiarium Sanctorum hujus monasterii cum legendis propriis, scilicet vita in tot lectiones distributa, quot opus essent ad persolvendum officium sive unius sive plurium dierum, ut notavi de vita S. Bertharii. *Atque hæc quidem Cassini. In urbe vero S. Germani* (*quam, ut supra vidimus,* S. Bertharius *noster condidit sub nomine* Eulogimenopolis.) *festum illius ritu duplici primæ classis cum octava celebratur* (1), *et quidem* de præcepto, *jam inde ab anno* 1592, *ex decreto synodi diœcesanæ Cassinensis sub Hieronymo a Perusio abbate, quo injungitur,* ut in posterum dies
C S. Bertharii martyris, abbatis Cassinensis, in urbe S. Germani de præcepto observetur (2). *Subjungit Bovius* (3) : Huic et reliquæ synodi Cassinenses, quas persequi non vacat, omnino consentiunt. Nec tamen tunc primum inductum festum S. Bertharii fuit, sed inducta solum obligatio præcepti: namque diu ante synodum hanc consuevisse illic celebrari, innotescit quidem cum ex pluribus monumentis, tum præsertim ex capitulis quibusdam factis anno 1505 pro capitulo et clero S. Germani; nec non ex aliis anni 1519 in nostro archivo quam diligentissime asservatis. *Vidimus num.* 9 *caput* S. Bertharii *in collegiatam illius urbis fuisse translatum. Testatur quoque laudatus Bovius* (4), de veterrima illa in urbe consuetudine Bertharii nominis imponendi infantibus in baptismate, ut vel in ipsis vetustioribus baptismalibus libris frequentissimum occurrat Bertharii nomen.

nuper impugnata 12 *Ast versus medium sæc. elapsi* XVIII, inexpiabile bellum D. Bertharío *fuit indictum nempe a Sangermanensibus,* nec ejus dumtaxat impugnatum festum cum officio et missa, sed etiam sanctitas denegata, *hanc præcipue ob rationem, quod in* novissima martyrologii Romani editione *illius nomen sit prætermissum. Imo anno* 1768 peculiaris illa curiæ Cassinati impacta est culpa, quod in decretis S. Visitationis aliquod inter cætera fuisset injunctum pro festo S. Bertharii; ad eamque perimendam litem appellato ipsius regiæ majestatis judicio, illa inde prodiit definitiva sententia, ut contra festum illud immemorabile nihil innovaretur omnino, inflictis etiam pœnis in refractarium quemdam, qui festo illo die dum missarum peragerentur solemnia, vel ipso loci Ordinario ad publicam formam assistente, sacrum *de requie,* quod aiunt liturgici, celebrare ausus fuerat. Conquieruntne tamen interea pavidæ turbulèntæque conscientiæ? Imo vero quos timor aut vis ad festi celebrationem adegerat, tantus exinde pervasit furor, ut ipso die quotannis recitatum a nonnullis privatim alterius sancti officium; ab aliis aut nulla aut ex Votivis aliqua celebrata missa, a quibusdam denique, quod vix fide dignum, fideles ab audiendo sacro, eo die præcepto, avocati fuerint et distenti. *Hæc ita D. Aloysius Bovius a Bitunto professus Cassinensis in* Dissertatione apologetica, *hac occasione edita,* qua S. Bertharii E
Cassinatum abbatis sanctitas, ejusque martyrii ac diei festi tum in cathedrali basilica Cassinensi tum in collegiata ecclesia S. Germani ab immemorabili celebrari soliti monumenta ab obtrectatorum conviciis vindicantur (5). *Quo ex titulo liquet quid sibi proposuerit scriptor qui postea abbas fuit et præsidens congregationis Cassinensis ac denique episcopus Melphiæ et Rapollæ; obiit mense Nov.* 1847.

et strenue defensa. 13 *Primum itaque adstruit* D. Bertharii *sanctitatem, recitatis secundum temporum seriem perpetuis scriptorum testimoniis tum Cassinensium tum aliorum. Sufficiat hic unicum adscripsisse ex codice Cassin. ms. sæculi* XV (6) : Venerandæ memoriæ domnus Antonius Carafa U. J. D. abbas sacri monasterii Casinensis instituit et ordinavit una cum conventu dicti monasterii, festum S. Bertharii abbatis et martyris supradicti sacri monasterii celebrari solemniter cum octava... die XXII Octobris. Supradictus abbas fuit in regimine monasterii annis octo, mensibus septem, temporibus romanorum pontificum Eugenii IV et Nicolai V; *proinde, ut apposite notat ibidem Bovius, annis fere bis centum ante constitutionem Urbani VIII. Notum vero est pontificem hunc vetuisse quidem cultum* F
exhibere iis, qui nec beatificati nec canonizati ab apostolica sede fuerint; illos tamen exceptos voluit, qui colebantur sive per communem ecclesiæ consensum, sive per immemorabilem temporis cursum, sive per patrum virorumque sanctorum scripta, sive denique temporis longissimi scientia ac tolerantia sedis apostolicæ vel ordinarii (7). *Per* tempus *vero* immemorabile *venire spatium annorum centum Urbanus ipse testatur et docet, communisque sententia est, centenarii annorum numeri initium figendum esse ad annum* 1655, *quo prodiit Urbani constitutio* (8). *Dein alteram solvit Bovius objectionem* (9), *qua volunt adversarii,* Bertharium *non in odium fidei et religionis catholicæ, bene vero in odium personæ tantum a Saracenis enecatum, nec proinde Martyrem esse. Futile tamen id ac vanum est. Audiamus Petrum Diaconum :* Ecclesiam, *inquit* (10), intrant Saraceni ibique Bertharium reperiunt; cumque ad eum venissent, dixe-

(1) Bovius. Dissertatio apologetica, qua S. Bertharii sanctitas, etc. vindicantur, pag. 53 et seq. — (2) Ibid. pag. 59. — (3) Ibid. pag. 40. — (4) Ibid. pag. 41. — (5) Pag. 1 et seq. — (6) Ibid. pag. 17. — (7) Ibid. pag. 6. — (8) Ibid. — (9) Ibid. pag. 20 et seqq. — (10) Apud Novium. Ibid. pag 22.

runt :

AUCTORE B. B.

runt : Tu es Bertharius, qui usque nunc christianos defendisti, ac pro illorum liberatione ad imperatorem bis ultra montes perrexisti ? Justum est ergo, ut pro eis mortem suscipias AC PRO FIDE DEI TUI. *Cæterum patet* S. Bertharium *pro justitia trucidatum; atqui, ut alibi notavimus* (*vide ad hunc diem Acta S. Lupentii Comm. prav. num.* 1), martyres *communiter dicebantur,* homines pii, qui injuste seu nullam ob causam necati fuerant. *Post hæc opus non est, longius aliam, eamque in mente adversariorum capitalem, discutere objectionem; quod scilicet in* novissima Martyrologii Romani editione *nomen* S. Bertharii *desideretur : id enimvero quam leve sit, efficitur ex Sanctis, quorum Acta ad singulos dies in Opere nostro illustramus, quorumque plurimi haud annuntiantur in præfato martyrologio. Vide, si libet, Bovii Dissertationem* (1).

Scripta S. Berthario tributa,

14 Bertharius, *inquit Leo Ostiensis* (2) apprime litteratus nonnullos tractatus atque sermones nec non et versus in sanctorum laude composuit. Cujus et Anticimenon de plurimis tam veteris quam novi Testamenti quæstionibus hic (*Cassini*) habetur; aliquot etiam de arte grammatica libri, nec non et duo codices medicinales, ejus utique industria de
B innumeris remediorum utilitatibus hinc inde collecti; versus quoque plures ad Angelbergam augustam aliosque amicos suos mira scripsit facundia. *Et paulo distinctius Petrus diaconus de Viris illustribus Cassinensibus* (5) : Scripsit non contemnenda opuscula, sed præcipua sunt illa, quæ abbas jam constitutus edidit. De sancto Luca sermonem, de beata Scholastica homiliam descripsit; librum quem Anticimenon appellavit. De vita autem et obitu ac miraculis sanctissimi Benedicti, nec non ad Angelbergam augustam aliosque suos amicos versus mirificos fecit. *Trithemius pauciora recenset* (4) : Multa, *ait,* composuisse fertur opuscula, quæ venam abundantis ingenii ostendant, e quibus extant præclari sermones ad fratres lib. I. In medicinis aliisque materiis quædam scripsisse dicitur, quæ ad me non venerunt. *Dividit Arnoldus Wion* (5) *opera* S. Bertharii *in duas classes. Prior complectitur scripta* ante conversionem (*ut ait*) suam, *suntque,* de innumeris morbis hinc inde collecta volumina duo, *item,* de grammatica libri aliquot; *altera comprehendit, Anticimenon, seu ut Arnoldus habet,* librum Anticimenidum; *item* sermonum et homiliarum lib. I.; horum, *addit Arnol-*
C *dus,* apud me sunt Mss.; *præterea* super *Evangelium de* decem virginibus, in die S. Scholasticæ homilia 1, quæ sic incipit : « Lectio sancti evangelii; » de S. Matthæo apostolo, serm. 1 : « Inclytam et gloriosam; » De S. Romano abbate sermo 1 : « Adest nobis dies; » Extat et ejusdem sermo de S. Luca evangelista, in breviariis nostris; ad Angelbergam augustam versus. Vitam etiam S. P. N. Benedicti hexametro et pentametro versibus descripsit tali exordio :

O Benedicte pater, cunctis celeberrime terris,
Qui confessorum culmen honoris habes....

Quæ nobis procurantibus excusa est Romæ anno 1590. *Non dubitem Arnoldum, scriptorem diligentem æque ac sincerum, hæc omnia in archivi Cassinensis mss. codicibus vidisse, et quidem sub* S. Bertharii *nomine. Attamen de nonnullis non ita constat S. Viro esse tribuenda.* D

tribuenda,

15 *Vita S. Benedicti metrica communiter ei adjudicatur, novisque typis recens impressa est in Patrologia Migniana* (6); *monet quoque Angelus Maius in notis ad opusculum Petri Diaconi de Ortu etc.:* Bertharii sunt mihi in manibus homiliæ duæ de S. Mathia ap. et de S. Scholastica, in pervetusto codice scriptæ, quas idoneo tempore cum aliis, ut puto, Cassinensium auctorum scriptis vulgabo (7). *Ab exequendo proposito impeditus morte fuit eruditus vir. At homiliam de S. Mathia in lucem dedit Ludovicus Tosti. Incipit :* Inclytam et gloriosam (8); *ex quo liquet eamdem esse homiliam, quam Wion perperam indicat de S. Matthæo. Altera de S. Scholastica olim Bedæ adscribebatur, a Mabillonio autem inter spurias seu subdititias ejusdem patris amandata fuit, et recte quidem, ut luculenter efficitur tum ex ipso Mabillonio* (9), *tum ex nupero Bedæ editore Londinensi J. A. Giles, qui in bibliotheca Bononiensi ad mare nactus est codicem ms. sæculi* VIII *vel* IX, *in quo homiliæ venerabilis viri continentur* (10). *Non itaque dubitem illam* S. Bertharii *nostro esse tribuendam, cui etiam teste Mabillonio* (11), tribuitur in Casinensi cod. ms.; *quam et legere est inter* subdititias *Bedæ apud Migne* (12), *et rursus, sed resecto prologo seu exordio, in appendice ad Opera* S. Bertharii (13). *Sermo quoque de S. Romano genuinum satis communiter censetur hodie* E *S. Abbatis nostri opus* (14); *Henschenius illum quidem adscribit Gisleberto* (15), *ast ob id solum, quod ita statuat Boscius in bibliotheca Floriacensi. Denique in Patrologia* (16) *additur ex Mabillonii Annalibus* (17) *brevis tractatus sub titulo :* Quomodo per annum jejunandum sit; *quem tamen Ceillier existimat tribui æquali ratione posse cuivis alteri abbati quam* Berthario (18). *Quod attinet* ad libros de grammatica *et* duo volumina hinc inde collecta de innumeris morbis, *typis, in quantum mihi constat, hactenus edita non sunt, nec tamen est cur dubitem illa in codicibus mss. Cassinensibus sub* Bertharii *nomine reperiunda. Quod autem addat Wion scripta ante* conversionem suam, *seu professionem monasticam, nescio quo id nitatur fundamento.* Opus non est, *ut recte notat Nuceus* (19), ad tempora recurrere, quibus Bertharius, nondum monachus, medicum egerit, vel officio vel doctrina, atque hos libros me-
F dicinales composuerit : clerici enim itemque monachi, quin et episcopi atque archiepiscopi medicinam olim exercuere. *In confirmationem citantur plura exempla. Confer Ziegelbauer, Historia litteraria ordinis S. Benedicti* (20). *Ex Vita porro* S. Bertharii, *quam edimus, apparet, eum vel a pueritia monachis adscriptum fuisse.*

abjudicanda,

16 *Major est disceptatio de* ἀντικειμένων *libris, qui diserte* S. Berthario *tribuuntur a Leone Ostiensi, Petro Diacono, Wione; Trithemius de illis silet; Mabillonius Juliano episcopo Toletano potius tribuendos putat* (21) : Leoni, *inquit,* et Petro fucum fecit distichon eidem opusculo adscriptum in codice Cassinensi, quem Bertharius tantum describi curavit. *Mabillonii sententiam suam quoque facit Gat-*

(1) Pag. 33 et seqq. — (2) Pertz, tom. VII, pag. 603. Muratori, tom. IV, pag. 309. — (3) Muratori, tom. VI, col. 23. — (4) Lib. III, de doctoribus et scriptoribus, cap. 72. Opera pia et spiritualia, pag. 45. Moguntiæ 1605. — (5) Lignum vitæ, lib. I, cap. 5, pag. 15. — (6) Tom. CXXVI, col. 975-978. — (7) Scriptorum veterum nova collectio, tom. VI, pag. 263, not. 2. — (8) Storia della Badia de Monte-Cassino, tom. I, pag. 119 et seqq. — (9) Patrologia Mign. tom. XC, col. 30-34. In Prolegomenis. — (10) The complete Works of Ven. Bede, tom. V, pag. XIII et seq. Londin. 1843. — (11) Patrologia Mign. Ibid. col. 33. — (12) Ibid. tom. XCIV, col. 480-489. — (13) Ibid. tom. CXXVI, col. 979 et seqq. — (14) Ceillier, auteurs ecclésiast. tom. XIX, pag. 383. Tosti, tom. I, pag. 119. — (15) Acta SS. tom. V Maji, pag. 153. — (16) Tom. CXXVI, col. 987 et seqq. — (17) Tom. I, pag. 647 et seq. — (18) Auteurs eccl. tom. XIX, pag. 386. Confer Ziegelbauer. — (19) Rer. Italicar. scriptores, tom. IV, pag. 309. — (20) Tom. II, pag. 301 et seq. Augustæ Vindel. 1754. — (21) Annal. tom. III, pag. 54.

tola

A *tola* (1). *In Bibliotheca maxima Patrum Lugdunensi,* ἀντικειμένων *libellus inter opera Juliani est excusus* (2), quem, *ait Andreas Scotus editor,* natalibus suoque parenti nunc demum reddimus, auctoritatem Felicis secuti, *cujus, utpote qui Juliano in sede Toletana successerit, minime spernenda assertio. Adde Samsonem, abbatem monasterii Pinamelariensis in Bœtica, in suo adversus Hostigesium apologetico* (*primum a Florezio tom. XI Hispaniæ sacræ* (3) *in lucem dato*) *pluries laudari Opusculum* αντικειμένων *sancti Juliani, imo et ipsis verbis, quæ sive in Bibliotheca maxima, sive in Patrologia Migniana legere est, citari* (4). *Scripsit hæc Samson abbas circa annum* 864 (5), *Octennio proinde post* S. Bertharii *electionem. Ex his concludit Nicolaus Antonius* (6) : Procul dubio esse debet, Ἀντικειμένων opus Julianum Toletanum scripsisse. *Nihilominus D. Ludovicus Tosti in sua nuper edita Historia abbatiæ Cassinensis in oppositam ivit sententiam : illi, etiam hodie, extra dubium est laudatos libros* S. Berthario *esse adscribendos* (7). *Exstant, ait, in archivo Cassinensi duo codices membranacei; alter in* 4, *in fol. alter; ambo litteris Langobardicis sæculo* IX *exarati. Prior hunc exterius fert titulum,*
B *manu haud antiqua scriptum :* S. Bertarii quistiones in vetus et novum Testamentum. *In primo folio habentur sequentia disticha :*

Bertarius Christi jutus juvamine sanctus
Presbyter hunc * librum condere jussit amans.
Has bene scripturas satagis hinc discere sanctas
Qui legis, explora mystica quæque tenet.
Posce piis precibus nec non super astra Tonantem,
Ut Famulo reddat præmia digna suo,
Postea quem abba servavit tempore longo,
Et relegens semper doctus ab arte fuit.
Tu quoque, discipule, solerti mente recurre
Illius ad schedas discere recta. Vale.

* hoc

Folio recto scriptum recentiori manu legitur : Liber Anticimenon Bertarii martyris abatis Casinesis de quæstionibus veteris et novi Testamenti. *His præmissis ita argumentatur D. Ludovicus Tosti : Affirmant Ostiensis et Petrus Diaconus* (*quorum alter sæculo* XI *alter sæculo* XII *floruit*) ἀντικειμένων *libros duos compositos a* S. Berthario; *quæ eorum adeo diserta assertio non eliditur conjectura seu asserto Mabilloniano, nempe* Bertharium *præfatos libros non composuisse sed describendos tantum curasse :*
C *nam disticha, quibus Mabillonius nititur, duobus post sæculis codici ms. addita fuere* : Codex sæculo IX; versus, licet similiter charactere Longobardico exarati, sæculo XI (8); *idque, subdit D. Tostius, vir eruditus facile agnovisset, si paulo attentius codicem evolvisset. Non igitur* Bertharii *jussu disticha apposita fuere; quod si etiam daretur, nondum tamen sequeretur, opus ab alio auctore compositum : nec enim repugnat, ut quis proprias suas elucubrationes amanuensi tradat describendas. Dein ut quid* Bertharius præmia digna *expectet hoc solum titulo quod Juliani vel alterius* ἀντικειμένων *libros transumi curaverit? Nonne vel ex eo, quod bina habeantur exemplaria ejusdem ætatis, deducere licet, agi de proprio S. Abbatis opere? Alterius certe unico fuisset procul dubio contentus transsumpto. Atque hæc fere summa Tostianæ argumentationis; adduntur quidem alia nonnulla; ast minus etiamnum stringentia. Non itaque puto quemquam futurum, qui his elisa existimet argumenta superius pro S. Juliano Toletano allata, et speciatim testimonium Samsonis, quod quidem Tostium latuisse, vix non evidens est. Conferr Fabricium* (9) *et Ceillierium* (10). *Hic Juliano, ille* Berthario *favet. Ziegelbauer rem in medio relinquere conatur, potius tamen propendet in sententiam Fabricii* (11).

AUCTORE B. B.

17 *Inter sententias oppositas, mediam amplectitur Bovius, et haud sane spernendas affert rationes. Quare necesse est illas breviter hic subjicere. Bovii verba sunt* (12) : In codice *bibliothecæ Cassinensis,* signato num. 285, quem sub numero 478, secundum veterem numerationem, laudat Muratorius, quique sæculi x Longobardicos characteres præ se fert, exstat, a pagina prima ad 86, opus sic inscriptum : « Incipit liber Anticimenon, id est quæstionum de libris veteris et novi Testamenti; » manu vero recentiori ponuntur alii duo tituli, in quibus Bertharii nomen habetur. Opus hoc, edito (*in Bibliotheca maxima et alibi*) plane respondet, illudque Juliano Toletano concedendum omnino dixerim. A pagina vero 86 ad 109 extat aliud simillimum opusculum ita inscriptum : « Quæstionem (*sic*) veteris Testamenti; » et a pag. 106 quæ- E
stiones incipiunt de novo Testamento, sine ullo titulo, per hæc verba : « Si mortui estis cum Christo etc., » desinunt vero per illa : « Operatur unus atque idem Spiritus. » In ora autem paginæ 86 perspicatissimus Constantinus Cajetanus hæc manu propria notavit : « Sunt alterius doctoris Cassinensis S. Bertharii. » Quo sane litem deremptam quis non viderit? Habet Julianus, haberet Bertharius Anticimenon suum. Non ergo ad mentem Mabillonii, Montfauconii et Gattulæ putandi sunt decepti Leo et Petrus, ex duobus illius epigrammatis versiculis in fronte codicis inscriptis :

Bertharius Christi jutus juvamine sanctus
Presbiter hoc librum condere jussit amans.

Hæc verba id unum demonstrant, S. Bertharii curam in eo fuisse, ut unus idemque codex complecteretur duplex ejusdem generis opus, non vero quod ibi Bertharius meri procuratoris codicis partes præ se ferat, et non auctoris etiam. Nec demum decepti majores nostri, qui recentiorem titulum codici apposuere sub nomine Bertharii : duplex enim opus illud in eo contentum perlegerant. Quod non advertentes subsecuti viri docti F
occasionem in errorem impingendi nacti sunt, quando nimirum unum ab alio non distinxerunt : Anticimenon Bertharii aliud ab Anticimenon Juliani (esse), non obscure ibi patet. *Cum itaque Bovius, post diligentem accuratamque codicis Cassinensis inspectionem, asserat priorem ejus partem respondere ad amussim Juliani opusculo, prout editum est; alterum vero, a pag.* 86 *ad* 109, *superadditam esse nec hactenus typis vulgatam, non video cur hæc* S. Berthario *abjudicaretur.*

saltem partim.

(1) Histor. Cassin. sæc. IV, pag. 70. — (2) Tom. XII, pag. 647 et seqq. Edit. 1677. — (3) Pag. 325-516. Madriti 1753. — (4) Confer. Patrol. Mign. tom. XCVI, col. 598, Interrogatio VII; et Florez, tom. XI, pag. 478 et seq. Item Bibliotheca max. tom. XII, pag. 654. Interrogatio XVI. — (5) Patrologia Mign. tom. CXVI, col. 587. — (6) Bibliotheca Hispana vetus, tom. I, pag. 421. Madrit. 1788. — (7) Tom. I, pag. 118 et seq. — (8) Ibid. pag. 117. — (9) Bibliotheca latin. verbis : *Julianus. Bertharius.* — (10) Auteurs ecclésiast. tom. XIX, pag. 586. — (11) Historia litteraria ord. S. Benedicti, tom. I, pag. 465. — (12) Dissertatio apologetica, pag. 60. In Appendice de litterariis lucubrationibus S. Bertharii.

PASSIO

EX MSS.

PASSIO

S. BERTHARII MART. ET ABBATIS

a SACRI MONASTERII CASINENSIS a.

Ex collectione cardinalis S. Severinæ apud D. Josephum Corta manuscripta ex cod. Cass. 34.

CAPUT I.

S. Bertharii natales, pueritia; ejus in religione fervor ante et post susceptum sacerdotium.

B

Prologus: gentis Francorum commendatio.

Tempore quo sacrum imperium ad tuendas res ecclesiæ Romanæ in manus Francorum devenit, quæ gens cæterarum nationum gentes nobilitate, generositate, ingenii sagacitate, morum honestate, militari strenuitate excellit, his, Domini nostri Jesu Christi gratia favente, apicem imperialem obtinentibus, juxta divini oraculi consilium, qui cuncta agunt consilio, reguntur prudentia; ut sunt in consilio providi et in actu circumspecti, exstirpatis quasi quibusdam sentibus inutilibus, gentili et hæretica pravitate irretitis et damnatis, qui tantis temporibus Italiam oppresserant, viri virtutum cœperunt enitescere et quasi in agro pleno cui benedixit Dominus, diversorum florum varietate distincto *b;* quidam ut violæ, liliorum rosarumque odorem spargentes lætificabant civitatem Dei, in operibus suis Deo et hominibus spectaculum facti; de quorum collegio beatissimus Bertarius, velut quoddam pretiosum lilium nitens vitæ puritate effulsit, miro candore albescens versus in ruborem coloris rubri.

b

C

Bertharius *bonæ indolis puer,*

2 Qui generosa stirpe *c* progenitus, generositatem sui generis morum honestate et sanctæ studio conversationis decentissime nobilitat *d.* Qui cum puerili ævo constitutus periculo, atque hujus sæculi labyrinthum pertimescens, ne illius illecebris seductus a dulcis Jesu amore tepesceret, qui cor ejus jamjamque radiis suæ charitatis cœperat irradiare; et quod his amplius est, doctrina firmatus, copiosum sibi germen fide floridum acquireret. Cujus Bertarius suavissimo inflammatus amore, florentem jam corde intra annos pueritiæ mundum despexit, et fragilitatem corporis animi vigore transcendens, sanctæ religionis habitum impavidus aggressus est *e,* fide, voto, corde toto Jesum diligendo et in ejus laudibus perseverando.

c

d

e

Cassinensibus adscriptus,

3 Fulgebat tunc et rutilabat ubique terrarum fluvialis et dulcis eloquentiæ fons et origo totius monasticæ religionis, honor et decus monachorum, et spiritalis gemma sanctæ constitutionis regula Benedicti, et præsertim in Cassinensi monasterio, ubi et sanctissimum corpus ejus quiescit, felicem immortalitatis suæ stolam cum dilecta sorore sua Scholastica præstolans, et sui Domini adventum, quem in corde semper puro dilexerunt, sub beatæ recordationis abbate Bassacio. Ad quem bonæ indolis puer *f* Bertarius veniens humiliter rogavit ut eum sanctæ congregationis suæ numero congregaret. Quem abbas in Spiritu sancto præcognoscens quantis futurus esset meritis, eum ut erat gratissimo vultu affatus et exhortatus est sanctæ institutionis formam demonstrans. Ubi eum vidit firmum tenere propositum, ejus votis annuens suscepit eum.

D

f

mox enituit votorum observantia,

4 Igitur puer Domini Bertarius, gregi dominicæ associatus, hæc et his similia corde suo revolvens dicere solitus erat: Qui opera sua vult facere meritoria, debet imitari Christi vestigia. Tria autem in anno suæ probationis servanda proposuit, in quibus Christi imitatio maxime consistit, et quæ Salvator mundi in hac mortali carne positus præcipue exercuisse et tenuisse firmiter perhibetur ac probatur, quæ suis imitatoribus se sequentibus hæreditario jure reliquit, in quibus essentia totius religionis consistit: illibatæ castitatis, voluntariæ paupertatis, obedientis subjectionis. Et quia in hac tam dulci et suavi connexione et fraternali conjunctione nihil aberat, quod bona voluntas cupere posset, perfectioni sacratæ religionis, quæ est in imitatione Christi, nihil potest comparari nec pro illa recompensari; et illa substantialiter consistit in triplici voto continentiæ vel castitatis, paupertatis et obedientiæ. Perfectio enim consistit in assimilatione ad Christum, maxime quia in nullo tantum assimilatur homo Jesu Christo sicut in his tribus.

E

cordis munditia, Prov. XXII, ỳ 11.

5 « Quoniam, sicut dicit Sapientia divina, qui diligit cordis munditiam habebit propter gratiam labiorum suorum amicum regem » id est Christum. Nil efficacius cor mundat quam passio pro Christi amore tolerata. Hinc Daniel et tres pueri propter continentiam, mundiciam et obedientiam omni sapientia decorati refulserunt, et ab eo sublimati sunt. Horum exemplo bonæ indolis Bertarius animatus, velut arbor secus decursus aquarum plantata fructus uberrimos in brevi protulit, virtutum omnium odore fragrantes: placita enim erat anima illius Altissimo, et ob hoc decrevit decorem virtutis induere et exaltare illum apud proximos suos: quoniam gratia Dei in Sanctos ejus, et secundum quod David sanctissimus canit: Non derelinquet Dominus Sanctos suos, suæ bonitatis beneficia eis communicando, effectum suæ gratiæ et beneficium suæ misericordiæ eis continue conferendo.

F

spiritu orationis

6 Vere enim Puero huic sanctissimo Deus caritatis et benignitatis beneficia continuavit, quem fere a matris utero prærogativa caritatis et castitatis et innocentiæ illibatum, ex hoc procelloso mari ad portum sanctæ religionis deduxit, et protexit: nam lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, hunc speciali quodam radio illustravit. Et quoniam gratia Dei ad Deum se habet ut radius ad solem; eaque veluti semita recta ducimur in dominica et secreta contemplanda mysteria, et ideo simpliciter in nos radians effecit deiformes; sic gratia Dei quasi quidam purissimus ac delectabilis radius a vero sole illapsus menti illius, illibatæ integritatis, continentiæ et puritatis ei contulit donum; ut sic proximus Deo factus et acceptus perfectionem virtutum assecutus, unus spiritus cum eo efficeretur. Erat præ cunctis contemplativus ac Dei secretorum sublimis et ardentissimus exorator ac speculativus.

cæterisque virtutibus; g

7 Erat vultu hilaris *g* sermone politus, animo pius, corde benignus, in lectione sedulus, in oratione

A tione vigil. Et huic benignitas, quæ secum inolevit a puero, tanta erat, ut eam signis evidentibus ostenderet, et effectu probabili exhiberet. Cujus vita sine querela fuit, sine malitia bonitas, sine elatione humilitas, sine corruptione integritas; qui profecto caritate non caruit, nec alicui exstitit inhumanus; moribus communis, conscientia pura singularis.

sacerdos factus h

8 Naturaliter per se commendari potest bonum ingenium, et cum rebus accidentibus non videtur ornatum *h*. Doctrina siquidem, quæ ab imperitis discernit, sapientibus amica societate conjunxit; cui perfacile est ornare generosum, quæ etiam ex obscuro nobilem facit. Per altioris ingenii succrescens (Bertarius) incrementa, tandem per gradus ordinum sacerdotii attigit dignitatem. Qui qualisque fuerit, vel quomodo se gesserit in sacerdotio, nullus pœne ad liquidum explicare potest : nam secundum animi sui nobilitatem unicuique tribuebat propriam dignitatem : superiori reverentiam, pari concordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimicis patientiam, miseris compassionem operosam; ex corde compatie-

B batur miseris; verbo et exemplo ædificabat omnes.

ardentius perfectiora

9 Vere Beatus quem elegisti, Domine, de mundo ad religionem; assumpsisti de religione ad supremam remunerationem. Nam ut divinæ majestati se irreprehensibilem redderet, semper suæ parvitati intentus, divinæ potentiæ tota confidentia inhærebat; nulla sui existimatione intumescebat; non aspiciebat ad hominum laudem. Non hic intendebat proprium honorem, non quærebat mundanum favorem, quia solus honor Dei ejus illustrabat mentem. Vere ad salutem anhelabat, peccati morbum vitabat, puritatem internam investigabat, conformabat se omnibus secum Deo militantibus. Superioribus suis in omni loco, tempore et sermone reverentiam exhibebat, sicque tam Deo quam hominibus gratus, cum ætatis maturitate crescebat virtutum prærogativa. Quibus dignus redditus, sicut scriptum est, (ut) lucerna super candelabrum posita luceat omnibus qui in domo Dei sunt.

æmulatur.

10 Est autem debitum et proprium bono et pulchro et virtuoso, ut manifestetur. Ideo honestus et virtuosus ponitur in loco eminentiori ut luceat, et virtutis ac honestatis aliis exemplum præbeat. Unde graviter peccant qui virtuoso et honesto au-

C ferunt vel impediunt quovis modo honorem, quia faciunt contra Dei justitiam et ordinationem. Unde factum est, ut venerabilis Puer, Deo cooperante, sicut ætate de virtute in virtutem proficiebat, sic de gradu in gradum sacrorum ordinum provehebatur. Qualiter autem ad reginem hujus cœnobii provectus sit, Deo propitio in sequentibus patebit.

ANNOTATA.

a *Secundum Gattolam* (1), *in codice Cassin. additur :* Edita a venerabili fratre Ignatio Pragensi et Priore Cassinensi.

b *Apud Gattolam* (2) *inseruntur :* Quidam ut lapides preciosi et gemmæ fulgentes; quidam ut violæ *etc.*

c *Nihil hic de regio genere nec de gallica* S. Bertharii *origine. Utrumque asserunt Wion* (3) *Marus* (4) *Zeigelbauer* (5) *aliique recentiores plures; Ludovicus Tosti solummodo* natione Gallum *dicit* (6). *Ast recte notatur in Actis SS. ordinis S. Benedicti* (7) : *Hunc* (Bertharium) ex regio Francorum genere procreatum ferunt, sed nullis adductis, quæ id probent, argumentis. *Ignotus Cassinensis* Sacerdotem *vocat,* moribus et vita strenuum et in omni bonitate conspicuum (8); *et Petrus diaconus :* Genere et litteris nobilem (9). *Ejus quoque generis nobilitas probatur ex Leone Ostiensi, qui illum* consanguineum *dicit* Hisembardi Gastaldionis *seu* Gastaldei (10), *quod idem affirmat Ignotus* (11). Si nominis rationem habere licet, Langobardum fuisse puto Hisembardum, ac proinde Bertharium; qui Francorum reges sanguine idcirco attinuisse creditus sit, quod Ludovico imperatori fuerit acceptissimus. *Sic in Actis SS. ord. S. Benedicti* (12). *Id itaque unum videtur probatum sanctum scilicet Abbatem nobili genere ortum. Trithemius in ejus encomio, cæteroquin brevissimo, de natalibus silet :* Bertarius, *inquit* (13), abbas Cassinensis, in divinis scripturis exercitatum habens ingenium, in sæcularibus doctrinis multum eruditus, philosophus ac medicus famosus, multa composuisse fertur opuscula etc. *Hæc ubi de Doctoribus et Scriptoribus; et rursus, ubi de Sanctis* E *et Canonizatis ejusdem ordinis S. Benedicti* (14) : Vir doctus *et valde religiosus, post* multos labores et sancta studia, a Saracenis... interemptus.

ex mss.

b *Ab initio ad hæc usque verba citatur textus Ignatii apud Gattolam; huc usque sese etiam extendit prima Lectio : post vocem enim* nobilitat, *additur :* tu autem *etc., quod deinceps obtinet identidem in nostro ms., non tamen constanter. Quo quidem confirmatur quod scribit idem Gattola* (15), Vitam Lectionibus distributam *esse* pro die festi S. Viri ejusque octava. *Cæterum, more nostro, vitam per capita et numeros distinximus.*

e *Atque hæc de* Bertharii *vita antequam monachus esset. Nescio quo ex fonte Marus sua deprompserit, adeo confidenter hujusmodi concinnans historiam :* S. Bertharius, ab ipsis Francorum regibus ortum ducens, vir tantæ sanctitatis et inculpatæ vitæ laudibus conspicuus, clam suis, domo ac patria digreditur, illud poetæ veteris animo semper agitans : « Qui vult esse pius, regalibus exeat aulis », religiosa peregrinatione inde usque e Galliis Casinum suscepta; quo simul ac pervenit, res suas seculum habere jussit, omniaque illius ornamenta, opes, dignitates (*quæ propter summam* Bertharii F *nobilitatem, modestiam, ingenium ipsi non dubia spe proponebantur*) tamquam stercus arbitratus, nudus ad Christi nudi crucem confugit et Benedictinis addictus est Casini (16).

f Septennis ad patrem Bassatium veniens *se recipi* rogavit. *Ita in Epitome chronicorum Cassinensium, quæ tribuitur Anastasio Bibliothecario, et exstat apud Muratorium* (17). *Si itaque a tenera ætate* Bertharius *Deo se voverit, ut quid asserit Wion quædam de grammatica et medica arte scripta ante* conversionem suam. *Vid. comm. præv. num.* 14. *Cæterum Ignatius noster ad manum habuit Epitomen; vocem tamen* Septennis *suppressit vel in suo codice non legit.*

g Erat vultu hilaris — exhiberet. *Hæc rursus ex Anastasii Epitome, ubi supra.*

h *Non facile dixerim, qui hæc sibi cohæreant.*

(1) Hist. Cassin. sæc. x, pag. 606. — (2) Ibid. — (3) Lignum vitæ, lib. I, pag. 15. — (4) Muratori, Rerum Ital. scriptores, tom. VI, col. 25.—(5) Hist. litter. tom. IV, pag. 57. Edit. 1754. — (6) Tom. I, pag. 48. — (7) Sæc. IV, part. II, pag. 464 — (8) Muratori, tom. II, pag. 267. — (9) Ibid. tom. VI, col. 25. — (10) Pertz, tom. VII, pag. 606. Muratori, tom. IV, pag. 215. — (11) Muratori, tom. II, pag. 268. — (12) Sæculi IV, parte II. pag. 464. — (13) Opera pia et spiritualia, lib. II, cap. 72. pag. 45. — (14) Ibid. lib. III, cap. 321, pag. 111. — (15) Ubi supra. — (16) Rerum Ital. script. tom. VI, col. 25. — (17) Ibid. tom. II, pag. 370.

Forte

ex mss. *Forte vitiatus locus, et vox omissa. Sensus videtur: Hominem nobilitari ingenio, cujus ope doctrina acquiritur, qua deinde cætera obtinentur ornamenta.*

CAPUT II.

Saraceni Italiam devastant. S. Bertharius abbas electus. Res a Ludovico II pro monasterio Cassinensi et contra Saracenos susceptæ.

Saraceni Italiam vastantes.

Tempore quo Christi fides vernabat, virtutum viri pulchro flore per mundi partes orbem terrarum illustrabant *a*. Ludovico in seniore Roma imperante *b*, ingens multitudo ab Africa classe Romam evecta ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli ex integro depredati sunt, multos illic interficientes per Appiam viam iter aggressi ad Fundanam civitatem venerunt, eamque gladiis et incendiis tradunt, cunctosque cives partim captioni, partim neci tradentes, universa devastantes, Gayetæque applicantes castrametati sunt *c*. Contra quos missus a Spoleto Francorum exercitus improvide *d* superatus aufugit. Quos Saraceni instanter insequentes, monasteria Casinensi cœnobio subdita, scilicet sancti Andreæ apostoli et sanctorum martyrum Apollinaris, Georgii et Stephani igne cremantes Gayetam reversi sunt *e*.

et Cassino imminentes

12 Quomodo autem omnipotens Deus cœnobium Casinense de eorum manibus liberaverit mirabiliter, referam. E vestigiis ad hoc monasterium, quod fama jam vulgante audierant, totis satagebant conaminibus properare. Sed quoniam tardior illos hora eo die cohibuit, ibidem tentoria figunt, futuro die profecto adveniente, cœnobium omne destructuri, et omnes fratres trucidaturi. Maxima tunc erat cœli serenitas, tantaque fluvii *f* siccitas, ut pede transiri posset. Itaque cum ad aures fratrum hic rumor pervenisset, et tam subitam et formidandam audissent paganorum incursionem, ac conspicerent imminere, nimio timore perculsi, mox omnes nudis pedibus et cinere asperso capite, cum lætaniis et corde contrito et spiritu humiliato ad benignum confugiunt Dominum.

cœlitus inhibentur,

13 Erat tunc inter eos Bertarius *g*, cœlesti paradisi quasi rubei coloris rosa nitens, cujus Dominus precibus insperate subveniens, pie salutem qui vult hominum, removit hoc periculum. Cum ecce circa matutinas vigilias cœlum densis atrisque nubibus operiretur; coruscant fulgura, tonitrua mugiunt, tamque valida repente pluviarum inundantia facta est, ut prædictus fluvius ripas supergrediens latius undique redundaret. Mane igitur Saraceni surgentes ad fluminis properant oras; vident eminus, quem die præterito pedibus transire poterant, vix se nunc posse vel illius ripas attingere, sicque spe sua frustrati Gayetam reversi sunt.

apparentibus SS. Petro et Benedicto.

14 Ast modicum post ad sua cum reverterentur, Petrus apostolus et beatus Benedictus illis visibiliter apparentes de ecclesiarum suarum depredatione eos increpant. At illi, utpote de spoliis christianorum nimium elati, cum superba insultatione eis improperantes, eosque jam vi capere volentes, subito disparentibus lanceis *h*, procella tanta surrexit, ut universæ eorum naves, partim inter se collisæ, partim inter montes et scopulos impulsæ naufragio horrendo interirent, ita ut vix aliqui evaserint, per quos eorum interitus ad aliorum notitiam perveniret. Tu..... *i*.

S. Bertharius *abbas*

15 Sanctus archimandrita Bassacius, carnis debitum solvens migravit ad Dominum anno octingentesimo quinquagesimo octavo *k*. Deo annuente a Casinensi congregatione eligitur futurus martyr, Bertharius, jam dicti Bassacii discipulus, moribus et vita strenuus, et in omni bonitate conspicuus; qui etiam magistri sui in omnibus et præcipue in ecclesiasticis studiis industriam est imitatus *l*. Anno Domini octingentesimo quinquagesimo octavo *m* Bertharius nonus decimus abbas ordinatur, qui præfuit annis viginti septem et mensibus septem, temporibus vero romanorum pontificum Nicolai et Adriani atque Joannis octavi *n*. Qui *o* qualiter totis viribus contra Sarracenos Gayetæ commorantes dimicaverit, et quomodo usque ad mortem christianos dilexerit, præcepta indicant imperialia et finis ipsius rei inditia pandunt. Hic ergo Bertharius empirei cœli sydus præclarum, a Patre luminum, a quo omne donum perfectum descendit, electus; multiplici vertutum copia ditatus, velut quidam topazius effulsit, honestate et puritate conspicuus, in quibus omnibus virtus effective consistit. Quid enim virtutis illi deerat, qui mundum cor diligens, quæ præcipue in puritate consistit, Deo, qui omnium bonorum auctor est, seipsum habitaculum præparavit? Tanta namque eum divina gratia illustraverat, ut non solum a suis, sed etiam ab exteris nationibus miro veneraretur affectu. Tu.

k *l* *m* *n* *o*

monasterium Cassinen. circumvallat.

16 Hic itaque reminiscens *p* periculi, quód nuper a Sarracenis, nisi Deus misericorditer avertisset, sub suo prædecessore acciderat, totum undique monasterium, quod sursum erat, muris ac firmissimis turribus in modum castri munivit. Ut sapiens provisor excludit omnem defectum, et omne imminens malum vel periculum; quantum potest, ab his quorum curam gerit. Civitatem *q* quoque ad radicem montes juxta monasterium domini Salvatoris inchoavit. Et quia maximam partem reliquiarum a serenissimo et christianissimo imperatore Ludovico receperat, quas de civitate Capuana acceperat, et præcipue S. Germani episcopi, cujus corpus idem acceperat imperator, civitatem ipsam S. Germanum appellari instituit *r*.

p *q* *r*

Seodan, Saracenorum rex.

17 Interea nequissimus Scodan *s*, rex Sarracenorum, Barim egressus, venit Capuam, quam totam circum circa devastans, Canciam et Liburiam peragrans, in campo Neapolitano tentoria fixit, plurimos quotidie interficiens ac diversas iniquitates exercens. Nullus *t* quoque omnino præteribat dies, quo ad quingenti et eo amplius christiani non interficerentur; et hanc partem Dei esse, Scodan dicebat, ut compleverit illud evangelicum : « Omnis qui interficit vos, arbitratur se obsequium præstare Deo. » Deridet gens ethnica dicta evangelica; sed victi sunt a fortitudine, ejectique a foribus, ac rebus et honoribus privati perierunt. Ecce, prudens lector, *u* membra Antichristi diverso tempore, una tamen voluntate, quomodo compaginantur. Nam sævus ille tyrannus super cadavera mortuorum sedens comedebat, tamquam putridus vel impudens canis et cuncta in circuitu Castellæ præter præcipuas civitates cepit ac funditus delevit.

s *t* Joan. XVI, ℣ 2. *u*

vastato S. Vincentii cœnobio, v

18 Moris tunc erat *v* monachorum S. Vincentii et S. Benedicti, charitatis gratia, diebus sanctæ quadragesimæ se invicem visitare. Charitas internusque suavissimus tactus nequeunt ardoris vim in pectoris sui penetralibus celare. Omnia illis erant

A erant communia. Ut cum quosdam ex servis S. Vincentii pars nostri monasterii possideret, itemque illi quosdam de nostris, placuit utriusque patribus monasterii, Berthario scilicet atque Ma-
x y sori *x*, ut nequaquam distabiarentur *y*, sed ita ut tunc erat, eorum possessio semper intemerata maneret. Quadam vero die idem nefandissimus Scodan exercitum congregans, insperate cum suis satellitibus ad monasterium S. Vincentii venit, quo tempore quidam de nostris fratribus cœnobii Casinensis visitationis et charitatis gratia eo adve-
z nerant, ut dictum est. Cujus rumore *z* monachi comperto, mox ad castellum quod monasterio proximum est, maturato cursu, multum licet pavidi incolumes tamen aufugerunt. Sarraceni vero monasterium ingressi, cuncta quæ invenerant vastaverunt, plura confregerunt; frumentum vero et legumina in fluvium, qui secus effluit projecerunt, fodientesque hic ac illic universum fere ecclesiæ thesaurum, quem illorum pavore monachi jam pridem absconderant, reperiuntur et abstulerunt. Bibebatque ille nefandissimus Scodan in sacris calicibus et cum turibulis aureis sibi turificari jubebat. Ita igitur, proh dolor! incensum est a ful-
B minandis illis paganis S. Vincentii monasterium, monachis partim occisis, partim in diversa dispersis. Triginta et tribus annis ita desolatum permansit. Pessimus vero Scodan post diem tertium usque ad portas Capuæ civitatis accedens, plaustra onusta et animalia diversa cum hominibus cepit, veniensque
aa juxta Theanum castrametatus est *aa*. Indeque Ve-
bb nafrum *bb* conscendens, eamque post paululum capiens, ac vicina cuncta devastans per aliquot dies ibi moratus est.

Cassinensi imminet;

19 Erat tunc initium quadragesimæ, timentesque fratres Casinenses nefandissimi illius adventum, omnes sursum ad B. Benedictum se contulerunt. Post paucos dies venit prope monasterium domini Salvatoris, quod deorsum erat, nequam illius exercitus, quasi stadia duo; quod tamen ductoris evenit errore. Namque dum vellent per montana ad
cc Atinam *cc* descendere, vetulus quidam, qui eorum ductor erat, descendit cum illis in Valle rotunda, dehinc in Rapidum; cum in plana venissent, ingressi ecclesiam S. Eliæ tulerunt quod invenerunt.
dd Inde per Circlarias in hortum Domini *dd* et per pa-
ee scuarium in Fontanam Lucii *ee* demum cesam Constantii Olivetum nec non Matrevolam perscrutantes
C et exterminio et neci tradentes Venafrum et inde sunt Barum reversi.

Ludovicus imp. visitato Cassino,
ff

20 Bertharius *ff* autem archimandrita videns inferiorem Italiam cœlitus pro suis iniquitatibus flagellari, ad Ludovicum imperatorem pervenit, exorans ac flagitans quatenus iter suum acceleraret, et Casinensem ecclesiam simul et totam Italiam a Sarracenorum manu eriperet. Jam enim in itinere positus erat; imperator autem ab archimandrita Bertario fidelitate accepta de die in diem iter accelerabat; cumque ad Clusas Liguriæ pervenisset, papa Benedictus tertius ei processit ob-
gg viam *gg*. Post Ludovicus imperator e Clusa Liguriæ egrediens, generale edictum in universas sui imperii partes direxit, ut nullus omnino esset, qui se
hh ab hac expeditione abstraheret *hh*. Anno autem Incarnationis Dominicæ octingentesimo septuage-
ii simo secundo *ii* immensum valde congregat exercitum; sicque Christo duce, Soram Campaniæ urbem
kk devenit, ac mense Junio pervenit *kk* ad monasterium S. patris Benedicti, sanctorumque martyrum Petri et Andreæ, Gregorii Pontiani corporibus insignitum, quod deorsum est, ubi venerabili archimandrita Berthario, universis illi obviam pro-

cedentibus, maximo cum honore susceptus est. ex mss.
Die altera montem sanctum Casinum, patrem Benedictum ejusque sororem Scolasticam salutaturus ascendit; ibidemque magna nihilominus honorificentia a fratribus est susceptus.

21 Cumque universum monasterium circumiens *contra Saracenos procedit,*
perlustrasset, et satis optime ædificatum laudasset, præceptum totius abbatiæ confirmationis *ll*, juxta *ll*
quod Justinus *mm* et Carolus et reliqui antecessores *mm*
sui imperatores fecerant, B. Benedicto faciens, et comitatum *nn* Yserniensem, Venefranum, Suessa- *nn*
num, Calvensem, Calinensem, Aquinensem, Atinensem, Orpinensem, nec non Soranum submittens et regalia inibi conferens munera, fratribus se commendans attentius, cum archimandrita *oo* *oo*
Bertario de monte descendit, Capuam adiit, quæ Sarracenis favebat, quam tribus obsessam mensibus cepit eamque maxima ex parte delevit. Inde perrexit Salernum, dehinc navigavit Amalphim, Puteolum quoque pergens ejusdem utitur lavacris, perque Neapolim revertens Sesullam adiit; demum apud vallem Caudinam castrametatus, non multo post ingressus est Beneventum. Apud Lutiam *pp* *pp*
porro Apuliæ civitatem congregato exercitu, Sarracenis congreditur; a quibus primo certamine E
superatus, demum ex his, opitulante Deo, victoriam triumphalem adeptus, universis eorum castris potitur.

22 Inde Barim conscendens, quatuor illam *Barim et Tarentum expugnat;*
annis obsedit; Macheram *qq* inde munitissimam *qq*
illorum civitatem capiens igne illam ferroque consumpsit. Post hæc Venusiam venit, et tam in ea
quam in Canusia pugnatorum præsidio posito, Barim hinc inde cœpit graviter expugnare, quo
terrore *rr* compulsi multi ad imperatoris fugerunt *rr*
clementiam. Post hæc perrexit super Orientanam * urbem, indeque est Beneventum reversus *ss*, * *al.* Oëriam
atque annuente sibi dextra suprema, cum jam ad *ss*
extremitatem ultimam Sarraceni pervenissent, misso imperator exercitu Barim cepit. Capto in ea Scodan impiissimo rege et universis satellitibus ejus, illosque omnes gladio trucidari mandavit; justa Dei vindicta impios obsecuta, qui tot hominum strages dedere. Inde quoque imperatoris exercitus castra movens, Tarentinam civitatem obsidere cœpit : nam et ipsam olim iidem nequissimi ceperant.

23 Interim duo quidam comites nisi sunt in im- *intuitu* Bertharii *parcit hisembardo*
peratorem insurgere. Quod cum cognovisset imperator insecutus est eos usque Matrisiam *tt*, ubi *tt*
non audentes consistere fugerunt Beneventum. Imperator autem dum illos prosequitur venit F
Iserniam, quam tentantem resistere expugnavit et cepit. Inde Aliphas pertransiens, Cellatiam *uu* venit *uu*
ad civitatem S. Agathæ; quam per dies plurimos, quoniam capere non poterat, obsidebat. Tandem Archimandrita Bertarius, quoniam Thibardus *vv* *vv*
Castaldeus, qui ipsam civitatem obtinebat, ejus consanguineus erat, apud imperatorem pro illo interveniens, et illi gratiam et civitati veniam impetravit.

24 Radelchis * etiam Beneventi princeps ad *per fraudem in custodiam datur,*
pedes ejusdem imperatores prostratus, tam præfatis comitibus qui fugerant, quam sibi, qui eos * *al.* Adelchis Adelgisus.
recipere præsumpserat, ipsius imperatoris gratiam acquisivit. Ludovico itaque imperatore apud Beneventum secure remorante, Radelchis Beneventanus princeps, diaboli invidia ductus et ritu proditoris Judæ audax effectus, inventa occasione quod Franci multa insolenter in civitate agerent, adversus eum secure degentem insurrexit, et manus in Christum Domini id est in Ludovicum

ex mss. imperatorem injiciens cepit et custodiæ mancipavit, cunctosque milites ejus dispolians, fugere compulit. Sed non in longum Deus passus est innocentem hominem frustra affligi. Mox namque
xx intra quadraginta dies, tringinta millia *xx* Sarracenorum ab Africa Salernum classe advecta, obsidentesque Salernum hinc inde forinsecus penitus deleverunt, occisis in ea innumerabilibus colonis; et depopulati sunt ex parte Neapolim et Capuam.

et paulo post dimissus, 25 Sicque Ludovicus imperator e custodia extemplo dimissus *yy* Casinum securitatis et quietis
yy domicilium et sui imperii cameram rediit *zz*. Con-
zz gregatoque exercitu post tres dies abiit Verulam, Campaniæ civitatem, ibique per menses undecim
aaa circiter demoratus, fecit præceptum *aaa* Casinensi cœnobio de ecclesia S. Benedicti sita in monte, qui Aliternæ civitati imminet nec non et de una curte sua, nomine Laianum, in loco qui dicitur Cucurritus, et de S. Gregorio et de ripa Ursa Pescoli, petra Fraudi et de toto comitatu Teimulensi.

fugatis Saracenis, moritur. 26 Post imperator Casinum *bbb* reversus, directis quibusdam comitibus suis, pugnam cum Sarracenis commisit, et primo tria millia, dehinc novem
bbb millia Sarracenorum apud Capuam interemit. Lu-
B dovicus autem post hæc a Casino egrediens venit
ccc ad Capuam, cujus adventum Sarraceni *ccc* cum agnovissent, relinquentes principatum, Calabriam adeunt, eamque funditus depopulantes, conscensis navibus ad sua, maximam tempestatem perpessi, quotquot evadere potuerunt reversi sunt. Ludo-
ddd vicus autem imperator, cum per septem *ddd* annos in inferiori Italia remoratus fuisset, sublato cor-
eee pore B. Germani, Capuani episcopi, venit Casinum *eee*, rogatusque a venerabili archimandrita Bertario maximam partem sanctarum reliquiarum in ecclesia domini Salvatoris reliquit vel dimisit, sicque cum reliqua parte Neustro-Franciam rediit.
fff Sicque vitam finiens *fff* imperium Carolo filio suo reliquit, qui a papa Joanne octavo coronam impe-
ggg rialem accepit *ggg*.

ANNOTATA.

C a *Quæ sequuntur usque ad verba* ad aliorum notitiam perveniret, *quibus concluditur num.* 14, *desumpta sunt ex Leone Marsicano communius Ostiensi lib.* I, *cap.* 27 (1), *sed haud parum contracta, atque hinc inde mutatis vel additis nonnullis, ut ex sequentibus Annotatis videbitur. Cæterum Leoni præluxit Ignotus Cassinensis* (2), *de quo diximus Comm. præv. num.* 2.

b *Imo Lothario, ut ex chronico Cassinensi liquet* (3) : His temporibus, decimo videlicet anno hujus abbatis (*Bassacii*), Sergio papa secundo in sede apostolica præsidente, a quo Ludovicus imperator et coronatus, ingens Saracenorum multitudo *etc. Atque hæc ita quidem Petrus diaconus; Leo sic habet* (4) : Triennio post hæc, Sergio secundo in sede... *Vide Comm. præv. num.* 8. *Annus Bassacii decimus Christi est* 846 (5). *Concordant annales Fuldenses, ubi ad hunc annum :* His temporibus Mauri Romam cum exercitu venientes, cum non possent urbem inrumpere, ecclesiam sancti Petri vastaverunt (6); *item Anastasius bibliothecarius in Leone IV, ubi de Sergio II loquens :* Sub cujus, *inquit* (7), etiam tempore ecclesiæ beatissimorum principum Petri et Pauli a D Saracenis funditus deprædatæ sunt. *Ast anno Christi* 846 *non imperabat Ludovicus, bene vero filius Ludovici pii seu senioris et pater Ludovici II seu junioris, nempe Lotharius, qui, mortuo patre suo, imperium tenuit ab anno* 840 *ad annum* 855 (8). *Frustra ergo scribit Ignatius, hanc Saracenorum factam irruptionem* Ludovico in seniore Roma imperante. *Forte interpretatus perperam est verba Chronici, ubi recte traditur Ludovicus, Lotharii nempe filius, coronatus, vivente patre, fuisse a Sergio II, prout fuse narrat Anastasius* (9).

c *Ignotus Cassinensis habet* (10) : Septembrio quoque mense secus Cajetam castrametati sunt.

d Sed superatus a Saracenis quarto Novembris *Idus* (*id est die* 10), iniit fugnam. *Ita Ignotus* (11). *Et Ostiensis* (12) : Turpiter superatus aufugit.

e *Ostiensis silet de reditu isto.*

f *Nempe* Carnelli. *Priscis latinis* Lyris *erat; posterioribus sæculis dicebatur* Carnellus; *quod nomen etiamnum retinet apud Soram. Ast in agro Suessano, non amplius* Lyris, *nec* Carnellus, *sed* Garilianus *appellatur; quo nomine jam venit apud Ostiensem lib.* I *cap.* 5 *versus finem. Plura vide apud Nuceum* (13).

E g *Ignatius hic intrudit* Bertharium, *cujus nec apud Ignotum nec apud Ostiensem ulla fit mentio. Ambo narrant S. Appollinarem Bassacio abbati noctu apparuisse, eum confidere jubentes. Hic experrectus cum fratribus visionem retulisset,* universi procidentes in faciem cum lacrymis ac singultibus magnisque clamoribus cœperunt Deo laudes ac gratias reddere *etc* (14). *Præsumendum sane est* S. Bertharium *inter eos fuisse, ejusque preces, utpote Sancti, Domino gratissimas. Non ideo tamen prætermittenda mentio Bassacii erat.*

h *Quid sibi velit vox* lanceis, *non omnino clarum. Per se* lancea *idem sonat ac* spiculum *et* vexillum (15); *ut sensus sit :* disparentibus subito lanceis, *id est armis et vexillis, ob ingruentem, ut credere licet, noctem, procellæ præviam. Forte hoc loco mendum in ms. nostro habetur. Id certum nihil simile sive apud Ignotum sive apud Leonem reperiri. Tradunt quidem isti, quod Saraceni ad Africæ littora accedentes, conspexerint* unam inter suas huc illucque naviculam discurrentem, in qua duo tantum homines visebantur, quorum unus pulchra canitie clerici speciem prætendebat, alter vero habitu indutus erat monastico (16). *Qui cum post alia dixissent barbaris :* Nos quidem illi sumus, quorum vos F domos et diripuisse et cremavisse tantopere gloriamini, verumtamen qui nos simus, quantocyus nosse habebitis. Et his dictis subito pariter cum verbo disparuerunt. *Postrema hæc pericope quamdam habet similitudinem cum verbis Ignatii.*

i *Quæ quatuor sequentibus in ms. Ignatii continentur paginis, supprimenda duximus; tum quod ad* S. Bertharium *non pertineant vel falso ei adscribantur; tum quod aliud non sint, nisi indigesta quædam farrago, ubi quod primum* Berthario *perperam datur, dein, et recte, Bassacio, ejus decessori, restituitur. Sic ad hunc absque dubio spectant ambæ ad Ludovicum Augustum legationes, de quibus apud Ostiensem lib.* I, *cap.* 29 *et cap.* 30 (17). *Nihilominus ab Ignatio tribuuntur* Berthario, *et paulo post abjudicantur. Unde jam Mabillonius et Dacherius* (18) : Berthario varias tribuunt legationes.

(1) Pertz, tom. VII, pag. 599. Muratori, tom. IV, pag. 301 et seq.— (2) Murat. tom. II, pag. 266, num. 9.— (3) Ibid. tom. IV, pag. 301.— (4) Pertz, tom. VII, pag. 599.— (5) Murat. tom. V, pag. 207. — (6) Pertz. Monumenta Germaniæ historica, tom. I, pag. 365. — (7) Patrologia Mign. tom. CXXVIII, col. 1305 et 1306. — (8) Art de vérifier les dates, pag. 432 et 433. — (9) Patrologia Mign. Ibid. col. 1297 et 1298. — (10) Rerum Italia Script. tom. II, pag. 266, num. 9. — (11) Ibid. — (12) Ibid. tom. IV, pag. 301.— (13) Ibid. pag. 264, not. 9 —(14) Ostiensis. Ubi supra, pag. 302.— (14) Glossarium Ducangii. In Supplem. — (16) Ostiensis. Ubi supra. — (17) Ibid. pag. 305. — (18) Acta SS. ord. S. Benedicti, sæc. IV, part. II, pag. 465 et seq.

Petrus

A Petrus diaconus Saracenos, qui ei necem intulerunt, improperantes inducit, quod pro illorum liberatione ad imperatorem « bis ultra montes » perrexerit (1)... Erchempertus quidem vulgatus habet « Bertharium B. Benedicti vicarium » et Jacobum S. Vincentii abbatem ad Ludovicum Augustum missos fuisse. Sed Bertharii loco reponendum esse Bassatium patet ex Leonis cap. xxx. Forsan Petrus memoria lapsus, quod Bassatio conveniebat, Berthario ejus successori tribuit. *Cæterum in Erchemberto, prout a Peregrinio editus est, legitur :* Per venerabilem virum Bassacium B. Benedicti vicarium et per Jacobum sancti Vincentii abbatem (2). *Addo ex Nucei annotationibus in Leonem :* Certe utriusque legationis tempore, nondum Bertharius abbatiam obtinuerat, advivente adhuc Bassacio. Verum Bassacio comitem ivisse Bertharium in Franciam, non ægre mihi persuadeam (3). *Quæ tamen mera tantum conjectura est. Confer Gattola, qui legationes quoque tribuit Bassacio, nulla* Bertharii *facta mentione* (4).

k *Imo* quinquagesimo sexto *juxta Peregrinii chronologiam* (5); *et quidem* XVI Kalendas Aprilis (*id est* 17 *Martii*) *ut habet Ostiensis* (6). *Confer Comm.*
B *præv. num.* 4.

l *Addit Ostiensis* (7) : Codicem namque evangeliorum auro et gemmis optimis adornavit, et aureum calicem non parvæ quantitatis effecit, aliaque perplura ornamenta ecclesiastica tam sursum quam deorsum patravit. *Nescio quamobrem hæc Ignatius prætermiserit.*

m *Peregrinius ponit :* anno octingentesimo quinquagesimo sexto, XII Kalendas Aprilis *id est* 15 *Martii* (8). *Vide supra litt.* i *et Comm. præv. num.* 4.

n A quo etiam, *addit Leo* (9), privilegium de omnimoda hujus monasterii libertate recepit. *Wattenbachius hanc totam pericopem paulo superius retulit* (10). *Privilegium vide in extenso apud Gattola* (11), *estque datum Joannis VIII* anno decimo, *Caroli Augusti*, anno secundo, *scilicet Christi anno* 882, *ac proinde uno alterove anno ante* S. Bertharii *mortem.*

o *Hæc ex Ignoto Cassin., auctore coævo, paulisper immutata dictione* (12).

p *Ex Leone Ostiensi* (13), *paucis hinc inde additis vel mutatis.*

q Civitatem... fieri voluit et inchoavit. *Ita*
C *Ignotus ubi supra. Vocem detritam suplet Nuceus* (14) : Civitatem juso fieri *etc, addens :* Unde adverbium *juso* pro *deorsum*, adhuc nostratibus retentum, licet observare, quod nitidius alii efferunt *giu.*

r *Certum est, tum ex Ignoto* (15), *tum ex Leone* (16), S. Bertharium *civitatem, a se inchoatam, vocari voluisse* Eulogimenopolim *id est* Benedicti civitatem. *Quod, ut notat Nuceus* (17), vel non præstitit vel ejus successores non observarunt. *Alibi tradit* (18), *Ludovicum caput S. Germani novæ dedisse ecclesiæ, unde et probabilius nomen hæc suum mutuavit. Nunc utique adhuc civitas non* Divi Benedicti *sed* Sancti Germani *ex antiqua traditione et consuetudine nuncupatur*, estque circumjacentis regionis et finitimarum non ignobile emporium (19). *Narrat quoque Ignotus* (20), *sub illius ecclesiæ ædificatione, mutum recepisse loquelam meritis S. Benedicti. Idem habet Ostiensis* (21). AUCTORE B. B.

s *Ex Ostiensi lib.* I, *cap.* 35 (22); *ubi loco* Scodan *ponitur* Seodan. *Alias etiam scribitur* Sangolan, Sauglan, Saugdan.

t *Hæc ex Ignoto* (23), *additis ab Ignatio nonnullis.*

u *Totus hic locus male scriptus est, ita ut per integram fere paginam fuerint lineæ transponendæ.*

v *Ostiensis ubi supra.*

x Majoni *apud Ostiens.*

y *Legendum* discambiarentur.

z *De adventu videlicet Seodæ.*

aa *Hic Ostiensis inserit nonnulla, ab Ignatio, forte de industria, prætermissa.* Quo, *ait Ostiensis* (24), venerabilis abbas Bertharius agnito, verens nimium tam loco quam populo nequam illius adventum, per Ragenaldum diaconum suum aureos illi tria millia misit, sicque ejus mitigavit ferociam. *Cæterum dissentiunt hic authores. Scribit Erchempertus* (25), *Seodanum tunc quidem* cœnobium S. Vincentii martyris deprædasse; pro ædi- E
ficiis non combustis tria millia aureos accepisse. *Quibus subjungit :* Hoc facto et a vicario B. Benedicti (Berthario) totidem nummos accepit. *Plus itaque affirmat Ostiensis, quem sequitur Ignatius : nempe et deprædatum et incensum monasterium S. Vincentii ad Vulturnum tum a Saracenis fuisse.* Utris adhibenda sit fides, judicet lector, *ait Mabillonius* (26).

bb *Ita Ignatius rursus cum Ostiensi.*

cc Atina, Atino urbs olim episcopalis, in monte, apud fines Samnii, inter Soram et Venafrum... Nunc vicus est Campaniæ Felicis, IV milliaribus ab Arpino et a Monte Cassino in Boream, ad radices Apennini. *Baudrand* (27). *Incolas nunc numerat* 6768 (28). Urbs antiquissima est Atinum Romanorum, olim sedes episcopalis (29).

dd *Ostiensis scribit* in Ortum Domnicum *seu* Dominicum (30).

ee Perque Pascuarium in Fontanam Lucii, venientesque Peolam, senem illum, qui eorum viam fefellerat, interfecerunt. Demum cesam Constantii, Olivetum nec non et Matronulam sollicite perscrutantes, vaccasque monasterii et equas quot-
quot invenerunt diripientes Venafrum ad suos F
reversi sunt ac non multo post Barum regressi. *Ita Ostiensis* (31). *Ex quibus supplendus et emendandus Ignatii textus. Notat generatim Nuceus* (32) : Loca per quæ iter habuit infanda gens illa, nomina adhuc retinent, non tamen universa.

ff *Loco* Bertharius, *Ostiensis habet :* Langobardi igitur videntes sese cœlitus flagellari... tertio jam legatos in Franciam ad præfatum Ludovicum transmittunt, exorantes ac flagitantes, ut iterum venire, eosque ac patriam a nefandissima Saracenorum gente dignaretur eripere. *Concordant cum Ostiensi Ignotus* (33) *et Erchembertus* (34). *Ignatius itaque noster Ostiensis textum immutavit, ut, quod*

(1) Vide Muratori, Script. tom. VI, col. 25. — (2) Ibid. tom. II, pag. 242, num. 20. — (3) Ibid, tom. IV, pag. 303. — (4) Historia Cassinensis, sæc. IV, pag. 66. — (5) Series abbatum Cassin. apud Murator. Scriptores, tom. V, pag. 207.—(6) Pertz, tom. VII, pag. 602. Muratori, tom. IV, pag. 309. — (7) Ibid. — (8) Muratori, tom. IV, pag. 207. — (9) Ibid. tom. IV, pag. 309. —(10) Pertz, tom. VII, pag. 602.—(11) Historia Cassin. sæc. IV, pag. 63 et seq. — (12) Muratori, tom. II, pag. 267, num. 19. — (13) Ibid. tom. IV, pag. 309. — (14) Ibid. not. 5. — (15) Ibid. tom. II. pag. 268, num. 27. — (16) Ibid. tom. IV, pag. 310. — (17) Ibid. — (18) Ibid. pag. 314, not. 4. — (19) Ibid. pag. 310. not. 6. — (20) Ibid. tom. II, pag. 268, num. 27. — (21) Ibid. tom. IV, pag. 310. Pertz, tom. VII, pag. 605. — (22) Muratori, pag. 311. Pertz, pag. 604. — (23) Ibid. tom. II, pag. 268. num. 28. — (24) Ibid. tom. IV, pag. 312. Pertz, tom. VII, pag. 605. — (25) Ibid. tom. II, pag. 244, num. 29. — (26) Acta SS. ord. S. Bened. sæc. IV, part. II, pag. 465.—(27) Novum Lexicon Geographicum. — (28) Guibert, Dictionn. Géographique. Paris 1850. — (29) Ibid. — (30) Muratori, tom. IV, pag. 312. Pertz. tom. VII, pag. 605.—(31) Ibid.—(32) Ibid.—(33) Murat. tom. II, pag. 264, num. V. — (34) Ibid. pag. 245, num. 32.

hic

AUCTORE B. B.

hic Langobardis, ipse S. Berthario *tribuat. Fieri potest ut is inter legatos fuerit, sed veterum nullus id tradit. Confer Annotata supra lit.* i. *Hæc igitur tertia* S. Bertharii *legatio ad Ludovicum haud magis probata est quam duæ priores.*

gg *Hic enimvero prodigiose hallucinatur Ignatius. Expeditionem hanc Italicam a Ludovico II contra Saracenos susceptam scriptores unanimiter referunt ad annum Christi* 865 *vel* 866 (1). *Atqui Benedictus III defunctus jam erat anno* 858 (2). *Nuspiam præterea mentio habetur de* Berthario *obviam facto Ludovico imperatori in itinere. Ita ut hæc Ignatius de sua penu deprompserit.*

hh *In extenso recitatur Ludovici constitutio apud Ignotum num.* 6.

ii *Nova Ignatii hic hallucinatio. Anno hæc contigerunt, ut jam notavi,* 865 *vel sequenti* (3).

kk *Ex Ostiensi,* cum domna Angelberga conjuge sua (4).

ll Præceptum confirmationis totius abbatiæ, juxta quod sui prædecessores jam fecerant beato Benedicto faciens, et regalia inibi conferens munera, fratribusque se multum commendans, descendit. *Leo Ostiensis* (5). *Ludovici privilegium*
B *integrum legere est apud Gattola* (6), *quod quidem* omnes sinceritatis characteres præ se ferre, *asserit, datumque Beneventi anno Christi* 867 (7), *sed, inquit Wattenbach* (8), notis chronologicis aut corruptis aut falsis.

mm *Vide Annotata in caput* IV.

nn *Horum non reperio mentionem in privilegio Ludovici, nec apud alios scriptores.*

oo Bertharii *non meminit Ostiensis. Vide tamen infra litt.* ss.

pp Luceriam. *Ostiens.*

qq Materam. *id.*

rr *Hæc, paucis immutatis, ex chronico Vulturnensi seu monasterii S. Vincentii ad Vulturnum* (9). *Multo compendiosius eadem fere habet Ostiensis, alia quædam addens, ut in sequenti Annotato reddam.*

ss *Postquam retulit Ostiensis* (10) *Ludovicum rediisse Beneventum et antequam agat de expugnatione Barii urbis, inserit sequentia :* Ibi (*Beneventi*) itaque cum in ejus obsequio abbas Bertharius moraretur, oratorium parvum, quod intra monasterium sanctæ Sophiæ prædecessor suus Bassacius inchoaverat, omni diligentia studioque complevit
C et in honorem sancti patris Benedicti, a Stephano Teanensis ecclesiæ præsule consecrari fecit. *Hactenus Ostiensis* (11). *Ex verbis :* Ibi cum in ejus (*Ludovici*) obsequio moraretur, *probabile fit, quod supra dixit Ignatius, nempe Ludovicum* cum Archimandrita Berthario *de monte descendisse etc. Vide litt.* oo.

tt Marsiam, *ut habet Ostiens.*

uu *Corrige ex Ostiensi :* Per Telesiam venit ad civitatem, quæ nominatur Sancta Agatha.

vv *Ostiensis habet* Hisembardus Gastaldio. *Est autem* Gastaldeus, Gastaldus, Gastaldio, Castaldus, *proprie* aulæ præfectus *sive* procurator rerum externarum, sive peregrinarum uti hospitum... postea latius extensa fuit significatio nempe ad civitatum et provinciarum præfectos. *Ita Vossius* D *apud Nuceum* (12).

xx Innumerabili Saracenorum exercitu ab Africa adventante. *Ostiensis* (13). *Sequitur hoc loco Ignatius Erchembertum, qui numerum Saracenorum dicit ad* 30 *millia ascendisse* (14).

yy *Addit Ostiensis :* Et sacramentis obstrictus. *Scilicet, ut videre est apud Sigonium ad annum* 871 (15), *Adelgisus Ludovicum adegit, ut* jurejurando promitteret, se numquam in posterum Beneventi fines intraturum, neque hujus injuriæ (*nempe quod in custodiam datus fuisset*) vindictam aliquam exacturum. *Ludovicus custodia egressus, Romam petiit, Hadrianum papam VIII conventurus. Hic, coacto concilio, imperatorem sacramento absolvit.* Hoc decreto Ludovicus erectus bellum majoribus opibus instauravit, verum ne perjurus existimaretur, reginam summæ rerum præfecit, eamque exercitum Beneventum adducere jussit. *Atque hæc Sigonius. Ast annalista Bertinianus refert* (16), Ludovicum, *custodia egressum,* per Spoletium versus Ravennam iter arripuisse, et mandasse apostolico Adriano, ut obviam illi in transitu itineris veniret, quatenus de ipso sacramento illum et suos absolveret. *Paulo ante dixerat :* Juravit E autem ipse (*imperator*), et uxor ejus et filia ejus ac omnes sui.

zz *Nec hujus, nec alterius* (*de quo paulo infra Ignatius*) *Ludovici ad Cassinum accessus meminere Ostiensis, Erchembertus* etc. Ludovicus e custodia dimissus... recedens a Benevento, intra tres dies abiit Berolam (*Verulas in Hernicis*), ibique per menses circiter XI remoratus, interim per quosdam suos comites primo tria millia, dehinc novem millia ferme Saracenorum apud Capuam interemit. *Ita Ostiensis.* (17).

aaa *Præcepti hujus alibi non reperi vestigia.*

bbb *Vide supra litt.* zz.

ccc *Leo Ostiensis* (18).

ddd *Ostiensis* (19) *tradit imperatorem* per annum fere *Capuæ moratum; deinde addit :* Moratus per diversa loca in partibus istis per annos circiter sex. *Addendo numeros, Ignatius* septem *annorum terminum invenit.*

eee *Vide supra lit.* h.

fff *Anno* 875 Ludovicus sævum morbum nactus mense Augusto mortem Mediolani oppetiit, *inquit Sigonius* (20); *et quidem pridie Idus Augusti, id est die* XII (21). *Non tamen Mediolani id contigit, sed in* F finibus Brescianis, *ut evidenter efficitur ex chronico Andreæ Bergomatis alias Presbyteri; sed* die quinto post transitum, *corpus fuit Mediolani sepultum.* Veritatem in Christo loquor, *subjicit Andreas;* ibi enim fui et partem aliquam portavi, et cum portantibus ambulavi a flumine qui dicitur Oleo usque ad flumen Adua (22).

ggg *In die Nativitatis Domini eodem anno* 875 (23).

(1) Vide Sigonium de Regno Italiæ, lib. v. Opera, tom. II, col. 316. Mediolan. 1732. — (2) Art de vérifier les dates, pag. 271. — (3) Sigonius. Ubi supra. Item Erchembertus Peregrinii, apud Muratori, tom. II, pag. 245, num. 32. — (4) Muratori, tom. IV, pag. 312. Pertz, pag. 605. — (5) Ibid. — (6) De origine et progressu jurisdictionis Monast. Cassin. pag. 38 et seq. — (7) Ibid. pag. 40. — (8) Pertz, tom. VII, pag. 605. — (9) Muratori, Scriptores rer. Ital. tom. I, part. II, pag. 403. — (10) Ibidem, tom. IV, pag. 303. Pertz, pag. 606. — (11) Confer Mabillonium. Annal. tom. III. pag 125. Ad an. 866. — (12) Muratori, tom. IV, pag. 283, not. 6. — (13) Ibid. pag. 303. — (14) Ibid. tom. II, pag. 244 et seq. num. 24 et 25. — (15) De regno Italiæ, col. 524 et seq. — (16) Muratori. Scriptores, tom. I, part. II, pag. 337. — (17) Ibidem, tom. IV, pag. 313. — (18) Ibid. — (19) Ibid. pag. 314, cap. 38. — (20) De regno Italiæ, col. 326. — (21) Ibid. not. 69. — (22) Pertz, Monum. Germ. tom. III, pag. 237 et seq. — (23) Art de vérifier les dates, pag. 433.

CAPUT

A

CAPUT III.

Prælibatis nonnullis de Cassinensis cœnobii præstantia, describitur clades Saracenorum ad Salernum. S. Bertharius Romam petit. Saraceni, occupato Gariliano, Urbi excidium minantur.

Insertis nonnullis de præeminentia Cassin., *a*

Enimvero *a* licet nostrum non sit temporales dignitates hujus sacri monasterii exponere, tamen quia hoc exposcit ordo passionis gloriosi martyris Bertharii, reor pauca ediscere. Titulus enim hujus monasterii Cassinensis abbatis insignis erat : Patriarcha sacræ religionis; Abbas sacri monasterii
B Cassinensis, dux et princeps omnium abbatum et
b religiosorum; Vice cancellarius *b* sacri imperii per Italiam; Cancellarius regnorum Siciliæ, Jerusalem et Ungariæ; Comes et rector Campaniæ maritimæque provinciarum. Ad ipsum enim spectabat regere terram inferioris Italiæ. Et quia Romanorum imperator Christi regnum repræsentat, et imperii vices suas cui vult libere committit, huic monasterio vices suas committebat, sicut et papa frequenter committit Campaniam totam cum dignitate comitatus. *Scilicet* a Romano pontifice abbates et conventus Cassinensis jurisdictionem accipit, defensionem ac tuitionem ab imperatore; cujus civitates, castra, possessiones, insulas, villas, servos et ancillas, marchias et comitatus possidet et regit; ob quam scilicet rem camera imperialis ab imperatoribus constituta est. *Atque hæc* juxta donationem
c Tertulli *c* patricii et serenissimorum imperatorum
d e Justini *d* et Caroli Magni *e*, qui renovator et restitutor antiquarum dignitatum et immunitatum hujus sacri cœnobii primus fuit. Ludovicus *quoque* imperator ordinaverat tempore Bassacii archimandritæ Cassinensis super causam imperii invigilaret,
C præcepit et præcipiendo mandavit, ut archimandrita Cassinensis infra inferiorem Italiam numquam
f g ab imperatoris latere *f* abesset *g*.

redit auctor ad Saracenos, *h*

28 Igitur *h* non multo post, Sarraceni Ludovici morte cognita, receptis viribus Tarentum obtinentes, exinde Barim cæteraque confinia acrius infestare cœperunt. Interea Salernitani, Amalphitani, Neapolitani, Gayetani, suæ salutis immemores, benigni Salvatoris (obliti), qui eos suo pretioso sanguine redemerat, et beneficiis ingrati, cum inimicis crucis Christi Sarracenis fœdus ineuntes
i et componentes auream Urbem *i* navalibus depræ-

qui nova clade afficiuntur;

dationibus angustabant.

29 Pius igitur pastor et archimandrita Bertharius videns tam sui juris quam imperii, quam sanctæ Romanæ ecclesiæ dispendia de die in diem succrescere, christianæ fidei imminutionem, miserorum, pauperum, captivorum, orphanorum et innumeras cædes fidelium ab iniquis fieri, communicato consilio fratrum et divinæ pietati se et suos comites apocrisiarios ad Carolum tertium dirigit, suorum damna et sibi commissi nuncians officii; obnixe imperialem clementiam flagitans, quatenus afflictæ desolatæque Italiæ opem ferendo subveniret. At imperator, ut erat benignus, a latere suo ducem Lambertum et fratrem ejus Vindonem inferiori Italiæ in auxilium destinavit. Cui etiam sociatus Joannes papa octavus, pontifex summus et pretiosus martyr futurus Bertharius. Hi tres quasi cohortes cœlestis militiæ exercitus, uno spiritu uniti, ut dilatarent gloriam gentis suæ, aggrediuntur hostes Christi. Neapolim et Salernum ingressi sunt, et cuncta prospere agentes Christo duce; sed (et) Guayferius, Salernitanus princeps in omnibus summo pontifici obtemperans et fœdus Sarracenorumdisrumpens ex eis plurimos trucidavit *k*. *k*

a qua mox eriguntur.

30 Sergius vero Neapolitanus nolens se ab eis alienare, mox ab apostolico excommunicatus est, et non multo post, vindice Deo, a fratre proprio Athanasio episcopo captus atque cæcatus Romam dimissus est. Idem vero Athanasius dux et episcopus in loco illius effectus, pace cum Sarracenis firmata, eosque juxta Neapolim collocans, tam Beneventum quam Capuam atque Salernum, Romam quoque nec non et Spoletum devastare cum eis acriter cœpit, multaque tunc temporis monasteria et ecclesiæ cum villis et urbibus incensa ac desolata sunt *l*. *l*

S. Bertharius *Romam tendit* *m*

31 His diebus Capuani, expulso Landolpho quodam canonice in episcopatum electo, Landulphum *m* quemdam de suis nobilibus conjugatum atque neophitum sibi episcopum elegerunt, mul-E tisque precibus præfatum Joannem papam octavum decipiunt, ut illis episcopus sacraretur. Quapropter sanctus martyr et archimandrita Bertharius et Leo episcopus Theanensis Romam profecti, cœperunt rogare summum pontificem, ut in hac re nullo modo flecteretur, unde gravis in populo Capuano ruina et multa sanguinis effusio evenire deberet. Et expressius inquit : O Vir apostolice, noveris, quia si hæc consenseris, maximum ignem et usque ad te pertingentem accendis.

acturus de Landenulpho Capuano episcopo;

32 Et primo quidem apostolicus tanti archimandritæ constantia territus est, postremo tamen prævaluit iniquitas, et prædictus neophitus est in episcopum consecratus. Hac civili discordia Sarraceni opportunitatem nacti, rursus universa diripiunt, iterum cuncta devastant. Propter quod idem apostolicus bis Capuam est venire compulsus. Videns igitur pontifex summus palam sibi contingere, quæ illi sanctus et Deo acceptus archimandrita et comarcus comitum Bertharius prædixerat, valde poenituit, ac demum habito consilio Landulphum, quem supra retulimus expulsum, in ecclesia B. Petri apostoli Capua vetere episcopum consecravit, Landolphum vero ecclesiæ Capuanæ præesse *n*, cunctumque episcopatum inter utrumque dividi æqua F lance mandavit. *n*

hujus dein culpa Saracenі,

33 Post hæc Landolphus *o*, qui Capuæ præerat, in papæ fidelitate constitutus, rogabat eum ut subderet dominatui suo Gayetam. Nam Gayetani eo tempore subterfugientes principatui chomarchi venerabilis Bertharii, abbatiæ Casinensis primatis, sicut Justini imperatoris sanxerat curologium privilegium *p*, soli Romano pontifici subserviebant. Cui summus pontifex, doli improvidus et mali quod inde post evenit, annuit et concessit. Cœpit itaque idem Landolphus ita Gayetanos acriter incursare et opprimere, ut usque ad Firmam *q* illis egredi non liceret. Docilis *r*, immo potius Indocilis, qui quodammodo nomen in contrarium sortitus erat, illis præerat in ducem usurpatum; et sicut naturali vigent calliditate Gayetani cum Docili ineunt consilium, dedecus sibi suisque illaturum. Opprobrium quod a Landolpho eis inferebatur minime ferentes, cæca superbia elati Casinensi Abbati suo naturali domino *o* *p* *q* *r*

ex mss. domino se subdere nolentes, potius paganorum dominio (se) subdentes, miserunt Agropolim, et
s Sarracenos cum rege suo Saduino *s* ibi degentes duxerunt marino itinere, in loco ubi (qui) sancta Anastasia vocatur, et inde per fluvium ascendentes usque Fundis, ibi quasi de vagina gladius scaphis egressi et cuncta in circuitu depopulantes, tandem
t Gayetam perveniunt et informeas *t* collibus sua castra componunt.

frustra obnitente papa, 34 His papa Joannes auditis, illico pœnitentia sed tarda ductus, blandis alloquiis et epistolis apostolicis nec non et pollicitationibus multis cœpit convenire Gayetanos, quatenus sibi reconciliarentur et a Sarracenis sequestrarentur. Hic solerter intendere debes malitiam malorum hominum. Enimvero cum Casinensis Abbas vicem gerat Coloniensis archiepiscopi, vicecancellariatum gerebat; invidia diaboli obcæcati, ut hactenus sunt astuti Gayetani, volentes jugum dominii Casinensis a collo suo excutere, hac arte (astutiæ) cum principe Capuano et summo pontifice usi sunt, ut exitus probavit. Nam idem princeps Capuanus post bona monasterii multa occupavit; volentes (volens) sèqui antiquorum principum et imperatorum vestigia
B crudelitatis Diocletiani et aliorum, qui christianorum genus totaliter extirpare conjuraverunt; sed arcus eorum fractus est. Sed noli timere, Casinensis ecclesia; noli timere, mater sanctæ religionis, Veniet Dominator tuus Otto piissimus, invictissimus atque magnificus Romanorum imperator. Cæsar Augustus cum filio et nepote, æque noto et sanctissimo æquitatis justitiæque amatore Hen-
u rico *u;* venient angeli testamenti tui, quos cupis, qui in antiquæ dignitatis, privilegii, hæreditatis ac possessionum reducent triumphum.

Garilianum occupant, 35 At Docilis civitati suæ contiguas (civitates) pro se suisque usurpans, simulata inimicitia, rupto fœdere cum Sarracenis, quos ipse adduxerat seu conduxerat in sui et sacri monasterii perniciem et christianitatis opprobrium, bellum cum eis fictitium et plenum dolo consecravit. In quo bello, ob culpam talis ac tantæ nequitiæ ac contra Casinense cœnobium et beatissimum Bertharium innocentem acto, multi Gayetanorum hujus doli conscii, justo Dei judicio, insperate cæsi et capti sunt a Sarracenis. Qua cæde peracta, rursum fœdus ineunt
v Sarraceni cum Gayetanis et Docili, ac Garelianum *v*, quod nostri tunc juris erat, ad habitandum directi
C sunt. Quis hic lacrymas contineat, hujus fraudis fucum et simulationis advertens contra sanctissimi viri Bertharii innocentiam et hujus monasterii libertatem? Cur Sarracenos ipse adduxerit, cur Docilis fœdus iniit? Cur rupit tacite quodammodo suam simulationem ipso facto prodentes et occultos condictus?

vicinas regiones devastant, 36 In quo Gariliano per quadraginta annos degentes innumera circumquaque mala gesserunt, multumque sanguinem christicolarum effuderunt, et cum palma martyrii ad Christum transmiserunt. In quo videlicet loco frequenter a christianis principibus et ab archimandritis cœnobii Casinensis refrenati, oppugnati ac restricti fuerunt; sed judicio Dei usque ad prædictum tempus inexpugnabi-
x les et invicti fuerunt *x*. Igitur Sarraceni ab Africa ad inferiorem Italiam dum pervenissent, et eam suo crudeli dominio, nullo resistente, subjugassent, mixti cum incolis juxta Garilianum habitabant;
y operuerunt *y* universam superficiem terræ, sicut locustæ, ita ut pœne cunctis habitatoribus inde sublatis et in prædam et in gladium datis, redacta sit in solitudinem et in cubicula bestiarum, stolum-
D que *z* amplissimum centum navium, ex quibus cum *z*
equis erant quindecim grandes ad auream Urbem
expugnandam præparaverunt. Et quid dicam *aa,* *aa*
dum nequitias illorum scribere quilibet stilus non sufficit, cum omnia ligna silvarum, si in linguas verterentur, enarrare non valeant. Et heu proh dolor! innimicis crucis Christi gratulantibus, solus fidelium cætus mœstitudine consumebatur, christianorum sanguis effundebatur, devotus Deo populus continua strage vexabatur.

37 Nam qui evaserat ignem vel gladium, præda *incolis haud*
efficiebatur, captivus et exul perpetuo efficiebatur. *satis tutum*
Et episcopi hac illac dispersi, illis *bb* aurea Urbs *Romæ*
sola derelicta est in refugium, cum episcopia illo- *bb*
rum in ferarum essent redacta cubilia. Et ipsi vagi et sine tectis inventi, jam eis non licebat prædicare sed mendicare. Sedebat in tristitia *cc,* quin *cc*
potius in ruina, domina gentium Roma, regina orbis, mater omnium ecclesiarum et sponsa Christi, consolatio tristium, portus periclitantium. Non *dd* est major necessitas in ecclesia militan- *dd*
tium, quam carentia vicario Christi. Nam Christus est principium nostræ fidei et dominus papa est
E ejus vicarius; est medium per quod errantes conjunguntur et reducuntur inseparabili charitate ad fidem, quia propterea est immediate omnium prælatus, et ad ipsum spectat omnium ordinatio; omnium voluntates ejus subsunt auctoritati et dispensationi. Christus ascensurus ad dexteram Dei patris, ad perficiendum corpus ecclesiæ suæ reliquit vicarium suum in terris cum omnimoda plenitudine suæ potestatis.

38 Innumerabilis *ee* autem populus intra mœnia *invenientibus*
urbis Romanæ paupertate affecti consistebant; et *refugium.*
omnibus forinsecus devastatis et in solitudinem *ee*
redactis, nihil aliud restabat nisi ipsius urbis excidium. Tota namque Campania ab ipsis Deo odibilibus Sarracenis funditus devastata, fluvium qui a Tiburtina urbe Romam decurrit, furtim transibant, et tam Sanios *ff* quam sibi adjacentia loca prædabant. *ff*
Post hæc Lambertus *gg,* filius Guidonis Spoletini *gg*
ducis, Adalbertum marchionem dirigens heu proh dolor! contra christianos pro Sarracenis confœderantur.

ANNOTATA.

F

a *Hoc loco textum ms., in codice nostro partim transpositum partim vitiatum emendavimus, adhibita* Epitome chronicorum Cassinensium (1), *quam Ignatius præ manibus habuit, ut utriusque verba comparanti statim in oculos incurrit.*

b Casinensis cœnobii archimandrita Romani imperii archicancellarius et Magister Capellanus in perpetuum esset, dans ei potestatem bibendi in auro, et lectum ipsius unius coloris operire purpura *etc.* (2).

c *Tertullus, de quo Ostiensis Chron. lib.* I, *cap.* 1 : Beatum etiam Placidum discipulum suum vir Domini Benedictus tunc ad Siciliam misit, ubi pater ejusdem Placidi Tertullus patricius decem et octo patrimonii sui curtes eidem beato Benedicto concesserat (3).

d *Nuspiam meminit Ostiensis donationum vel immunitatum monasterio Cassinensi a Justino collatarum. Ignatius sequitur* Epitomen chronicorum Cassinensium, *ubi loco jam citato legitur :* Cassinense cœnobium per cives romanos Benedictum, Maurum et Placidum fundatum, ditatum vero per

(1) Scriptores Rer. Ital. tom. II, pag. 365. — (2) Ibid. — (3) Ibid. tom. IV, pag. 248 et 249.

Tertullum

A Tertullum patricium, Equitium ac Gordianum... auctum per Tertullum patricium, Justinum ac Justinianum imperatores (1). *Nescio quid Justini nomen hic faciat. Juxta Mabillonium* (2) *initia Cassinensis monasterii incidunt in annum Christi* 528; *Justinus vero Senior imperium tenuit ab anno* 518 *ad annum* 527, *quo ei subrogatus Justinianus I usque ad annum* 565 (3). *Cæterum nec Justiniani nec Justini fit apud Ostiensem mentio.*

e *Vide ejus diplomata apud Gattola* (4).

f *Ex Caroli magni privilegiis, habetur in Epitome chron. Cassin. :* Et infra Italiam (*abbas Cassinensis*) semper in imperatoris excubiis permaneret (5). *Forte ideo tradit supra Ignatius* S. Bertharium *in comitatu imperatoris Ludovici fuisse, quando alii scriptores hac de re silent.*

g *Hactenus ex Ignatii textu reformato, ita tamen ut omnia et singula* (*sed alio ordine posita*) *ejus sint verba, præter pauca illa diverso charactere exhibita. Suppressi etiam aliquot lineas, quas quo loco ponerem non bene videbam. Sunt autem sequentes :* Qui Carolus (*procul dubio* Bertharius) quantæ mansuetudinis et benignitatis exstiterit, finis ipsius probat : nam et martyrii gloriam adeptus glorioso fine ex
B hac luce demigrans, miraculis usquequaque refulget. *Nisi forte ponenda sint initio hujus numeri, immediate post verba :* Reor pauca ediscere : qui Carolus (Bertharius) quantæ mansuetudinis *etc.*

h *Leo Ostiensis* (6). *Quæ hoc numero nos habemus, in ms. reperiuntur permixta cum numero præcedenti.*

i *I. e.* Romam, *ut expresse habet Ostiensis* (7).

k *Quæ toto hoç numero habentur, ita brevius reddit Ostiensis* (8) : Carolus tunc imperator, Julittæ scilicet filius, a Johanne octavo papa multis epistolis interpellatus, Lambertum ducem et fratrem ejus Guidonem illi in auxilium destinavit, cum quibus idem apostolicus Neapolim Salernumque profectus est. Sed Guaiferius Salernitanus princeps in omnibus papæ obtemperans et fœdus Saracenorum disrupit et ex eis plurimos trucidavit. *Ignatius itaque non solum Ostiensis verba amplificat; sed tribuit etiam* Berthario *hac in expeditione partes, quæ nec ab Ostiensi nec ab aliis memorantur. Unde hic iterum videtur intrusus* Bertharius.

l *Numerus hic desumptus integre est ex Ostiensi* (9); *item et sequens.*

m *Hunc* Landenolfum *seu* Landenulfum *appellat*
C *Ostiensis* (10).

n *Hæc clarius reddit ita Sigonius ad annum* 877 (11) : Pontifex autem, ut seditionem extingueret, Landulfum in ecclesia Capuæ veteris episcopum constituit, Landenulfum vero in novæ. *Hoc loco addit Ostiensis* (12), *Guniferium Salernitanum principem, languore correptum, monachum factum esse, atque rogasse ad Cassinense deferri monasterium.* Sed, *inquit Leo,* quoniam propter Saracenorum incursionem huc deferri non potuit, cum fuisset defunctus in monasterio nostro, apud Teanum corpus ejus humatum est; donec, *addit Erchempertus,* requie cœlitus præstita, ad sanctum deferretur locum. *Quæ quidem res, ut recte observat Mabillonius, ad elogium spectat.* S. Bertharii, *sub cujus regimine gesta est.*

o *Imo* Landenolfus, *ut habet Ostiensis* (13).

p *Hic rursus nonnulla addit Ignatius, nescio qua auctoritate. Ostiensis ita habet :* Nam Cajetani eo tempore romano tantum pontifici serviebant. *Ad Justinum quod attinet, hic certe nihil tale sanxit, quippe qui, cum initia ponerentur Cassinensis monasterii, jam obierat. Deinde quid sibi proprie velit* Burologium *vel* Curologium privilegium, *non facile dixero. Id certum vocem hanc non inveniri in Glossario Ducangii nec in hujus Supplemento. Forte sua hausit Ignatius ex Regesto Petri diaconi, quod* characteribus langobardis, *ut notat Marus* (14), in membranis scriptum ex mandato Senioretti abbatis, habet folia 239, in quo continentur multa diplomata monasterio Cassinensi a Romanis pontificibus, imperatoribus, regibus, principibus concessa. *Attamen Gattola, qui Regestum illud præ manibus habuit, nuspiam Justini vel Justiniani mentionem facit in duobus suis haud parum densis voluminibus. Ita ut hic, sicut et aliis plerisque locis, ubi Ostiensi non nititur, Ignatii fides vehementer nutet.* AUCTORE B. B.

q *Mendum probabiliter est. Corrige ex Ostiensi :* Usque ad Molas illis egredi non daretur.

r Docibilis, *ut apud Ostiensem; Sigonium etc. Probabiliter Ignatius scripsit* Docilis, *quo felicius* E
opponeret Indocilis. *Æque tamen* Docibilis *scribere potuisset, juxta illud Joan,* VI, 45 : Erunt omnes docibiles Deo.

s *Hujus nominis nullum vestigium nec in Sigonio nec in Ostiensi. Hic ita habet* (15) : Misit (*Docibilis*) Agropolim, et Saracenos ibi degentes adsciscens, primo conduxit eos marino itinere ad Lacum Fundanum, in locum, ubi sancta Anastasia vocatur *etc. Concordat Sigonius, ubi supra.*

t *Corrige ex Ostiensi :* in Formianis collibus, *id est juxta Nuceum* (16), in collibus inter Formias, Itrum et Cajetam; in quibus, *inquit,* extant etiamnum frequentes casulæ seu tuguria diruta, quæ constanti traditione a Saracenis tunc extructa et habitata fuisse asseruntur.

u *Agitur de Othone I seu Magno, ejus filio Othone II ac patre Othonis III, atque de S. Henrico seu II, qui alius post alium solium tenuerunt ab anno* 936 *ad annum* 1024, *quo obiit Henricus* (17).

v *Secundum Nuceum* (18), *Garilianus fluvius hic designatur, non mons Garilianus, qui* neque nunc extat, nec extitit umquam; *unde erroris insimulat Peregrinium contrarium sentientem. Cæterum de suo* F
addit Ignatius : Quod nostri tunc juris erat, *silente Ostiensi.*

x *Hæc ita leguntur apud Ostiensem :* In quo videlicet loco frequenter a diversis nostris principibus requisiti et oppugnati (*Saraceni*), sed Dei judicio, usque ad prædictum tempus inexpugnati manserunt (19). *Variant quædam voces apud Wattenbachium; sensus idem* (20). *Cætera quæ ab Ignatio usque ad finem hujus capitis narrantur, nec in Erchemberto, nec in Ostiensi, nec in Sigonio habentur.*

y *Desumpta hæc sunt ex epistola Joannis papæ VIII ad Bosonem comitem; estque ordine* VII *apud Labbeum* (21).

z *Locus corruptus. Ita habet Joannes papa :* Certa relatione *didicimus* stolum amplissimum in primo

(1) Scriptores Rer. Ital. tom. II, pag. 365. — (2) Annales Bened. tom. I, pag. 50. — (3) Art de vérifier les dates, pag. 358. — (4) De origine et progressu juridictionis Cassin. pag. 13 et 14. — (5) Muratori, tom. II. pag. 365. — (6) Ibid. tom. IV, pag. 315. — (7) Ibid. — (8) Ibid. Pertz, tom. VII, pag. 609. — (9) Ibid. — (10) Ibid. — (11) De regno Italiæ, col. 335. — (12) Muratori, tom. IV, pag. 316. Pertz, pag. 609. — (13) Ibid. — (14) Ibid. tom. VI, col. 60 et 61. — (15) Ibid. tom. IV, pag. 316. Pertz, pag. 609. — (16) Ibid. not. 3. — (17) Art de vérifier les dates, pag. 437 et seqq. — (18) Muratori, tom. IV, pag. 317, not. 4. — (19) Ibid. pag. 317. — (20) Pertz, pag. 610. — (21) Concilia, tom. IX, col. 7.

(*quamprimum*

EX MSS. (*quamprimum*) ad expugnandum urbem venturum, id est centum naves, ex quibus cum equis sunt quindecim grandes.

aa *Ex ejusdem Joannis Epistola* (*ordine* 21) *ad Carolum Calvum, imperatorem* (1).

bb Sola illis apostolorum principum limina derelicta sunt in refugium, cum episcopia *etc.* (2).

cc *Ex eadem Epistola* (3).

dd *Abhinc usque ad finem numeri, stylus haud obscure Ignatium prodit.*

ee *Ex Joannis papæ VIII Epistola* XXX *ad Carolum* (4), *paucis ab initio mutatis :* Tanta enim sunt (*mala*), ut intra mœnia urbis reliquiæ populi innumerata paupertate affectæ consistant, et omnibus forinsecus *etc.*

ff Sabinos.

gg *Vide inter alias, Epistolam* XLV *ad Aionem episcopum Beneventanum* (5).

CAPUT IV.

B

Monasterii Cassinensis direptio. S. Bertharii mors et sepultura.

Saraceni furentes *a*

Quod cernens sanctus martyr et archimandrita Bertharius *a*, exercitum congregans, et gregem multis exhortationibus alloquens, ab ipso suæ electionis exordio usque ad passionem, quam pro Christo gloriose et pro grege sibi commisso nec non et pro tuitione rerum tam sui cœnobii quam et Romanæ sanctæ universalis ecclesiæ (subiit), Sarracenos invasores ecclesiarum, immo fidelium christianorum infestissimos angustiatores expugnare numquam cessavit. Hac igitur liga Sarraceni qui in Gariliano morabantur percepta, in nimiam audaciam et elationem prorumpentes, malis mala addunt.

Cassinum incendunt;

40 Igitur quia famulus Christi, princeps et dux christianorum Bertharius ipsos expugnabat et revincebat, acto consilio, favore pariter et consilio suorum confœderatorum, omnes in Christi pugilem consurgunt, dicentes : se nequaquam rerum
C secure dominium Italici regni posse assequi, nisi christianorum defensorem et protectorem Bertharium morti tradentes destruamus; et sic securi regnabimus. In unum conglobati insperate irruamus super eum. His quoque diebus Casinense cœnobium a Sarracenis invasum est *b* et incensum, omnibus qui ibi inventi sunt pro Christi fide gladio interfectis, paucis vix evadentibus, pridie nonas Septembris anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo octogesimo secundo *c* Joanne octavo *d* sedem apostolicam gubernante.

b

c *d*

S. Bertharius *fratres consolatur*

41 Martyr autem Domini Bertharius suarum ovium occisionem deplorans et monasterii desolationem et direptionem, fratres qui remanserant in monasterio domini Salvatoris, quod deorsum erat congregans, illosque ad superventuros agones corroborans, ait : Quum pressurarum et persecutionum pondus incumbit, ad præparandas fidelium mentes, Christi adjutorium invocemus; ipsius charitati, cujus sanguine redempti sumus, nihil præponere debemus; sicut ipse dixit : Qui diligit patrem et matrem super me, non est me dignus; et qui non accipit crucem suam et sequitur me, non D est meus discipulus. Et in Deuteronomio : Qui dicit patri et matri non novi te et filios suos non agnoverunt, hi custodierunt præcepta mea et testamentum meum servaverunt. Et Christus Dominus noster pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Sed o vere beatam et omni laude dignissimam Casinensem ecclesiam, quam illustravit occisorum fratrum præsentia et mors pretiosa! O beatam ecclesiam, quæ martyres misit ad Deum! O Felix cœnobium, sole ipso lucidius et luce ipsa clarius, ubi modo jacent insepulti martyres et sanctificata divinis confessionibus membra! O Cassinensis ecclesia, quæ non solum smaragdinis lapidibus adornata verum etiam amethectinis mirabiliter insignita! O Felix Casinensis ecclesia, ex qua non solum confessores almifici, verum etiam martyres palmifici prodierunt! Felicia tempora regiminis mei, cum Spiritus sanctus ad tollerantiam passionis gregem mihi commissum animavit! Nec mors illa dicenda est, sed immortalitas; nec temporalis pœna, sed gloria sempiterna *e*.

e

et congregatos deorsum, ad martyrium præparat.

42 Hæc cum dixisset, sacratissimum monasterium sanctorum martyrum sanguine purpuratum ascendit, et sanctorum martyrum corpora dignæ sepulturæ tradens, idem cœnobium incensum reperiens E descendit. Nec multo post, quadragesimo nono die *f* post Casinensium occisionem, Sarraceni, qui juxta Garrilianum residebant in unum conglobati ad dictum Salvatoris monasterium incendendum et archimandritam et monachos interficiendos venire cœperunt. Quod fratres agnoscentes martyri Christi futuro Berthario dixerunt : Quid faciemus, Pater? Ecce Sarraceni ad nos occidendum properant. Et Sanctus : Viscera mea, et gaudium et solatium mei cordis, animam meam, qua nil carius possideo pro vobis et vestro amore libens expono. Quid vultis ultra ut faciamus vobis? Illi autem dixerunt : Ut jubeas nos cum præceptis et oblationibus cedere et ad tempus locum dare. Tunc Sanctus paterna utens solicitudine, dixit eis : Nunc Dominus iterum ambulans inter homines dicit : Qui vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Considerare enim debemus martyres, hoc est fidei fundamentum, hoc præsidium salutis, hoc vinculum libertatis et honoris. Et quamvis sint alia per quæ adipisci vix possint, tamen ad proximitatem muneris repro- F missi pœnis et tribulationibus melius patrocinantibus pervenitur. Et quia sunt inter vos fratres aliqui in adolescentia constituti, et fortasse ad hujus agonis articulum superventurum accedere timent tamquam minus idonei, monemus ut assumpta supellectili monasterium Theanum ad tempus remoraturi proficiscantur. O vera et non simulata charitas? O Vir beate, quibus te laudibus efferam nescio vel cui comparem ignoro!

f

Irruentes iterum Saraceni S. Abbatem trucidant

43 Ergo cum justo Dei judicio Italia ab Hismaelitis devastaretur, solusque *g* contra eorum sævitiam prædictus Vir Domini ob defensionem christianorum per decem et septem annorum vertigines acerrime repugnaret, consilio Sarraceni habito clam naves ascendunt, et ad monasterium domini Salvatoris, quod situm est ad pedem Casini montis venientes, ecclesiam intrant, ibique Bertharium martyrem Christi futurum reperiunt. Cumque ad eum venissent, dixerunt : Tu es Bertharius, qui usque nunc Christianos defendisti, ac pro ipsorum liberatione et libertate ad imperatorem contra nos

(1) Concilia, tom. IX, col. 17. — (2) Ibid. — (3) Ibid. col. 18. — (4) Ibid. col. 26. — (5) col. 39.

bis

A bis *h* ultra montes perrexisti? Justum est ergo, ut pro eis suscipias mortem ac pro fide Dei tui, quam pertinaciter sic defendisti. Hæc et his plura clamosis vocibus perstrepentes circumdederunt eum. Cumque pretiosus Christi Confessor ad hæc nil responderet, sed missarum solemnia cœpta super altare B. Martini devote perageret, ut solitus erat intrepidus, et confidens ut leo, elevatis in cœlum manibus et oculis dixit : Domine in manus tuas commendo spiritum meum. Nec mora, Sarraceni sic super altare Sanctum capite truncarunt; et dum hostiam Christo offert, factus est et ipse hostia Christi; et super laicos et monachos impetu magno irruentes, paucis vix evadentibus, reliqui omnes in fide Christi interempti sunt *i*.

h

i

et monasterium, præter ecclesiam, comburunt.

44 Post hæc Sarraceni totum monasterium devastantes et incendere conantes, ad probandum gloriosi martyris merita Bertharii præclara et insigne martyrium, ipsius (cadaver) incendere minime potuerunt, ne gloriosi Martyris corpus nondum humatum injuriæ pateret. O mira Dei pietas circa Sanctos suos semper exuberans! Ligna, quæ solent fomento ignis esse, in petrarum duritiem versa, ignivomos globos refugiebant quasi aqua, B sicque per diei spatium diversis ingeniis ignem adhibentes, Dei auxilio et protectione et sanctorum meritis, perficere (incendium) non potuerunt. Sicque ea sola (ecclesia), ad probandum tantum miraculum, de toto Casinensi monasterio, flammis erepta est *k*.

k

Socii et sepultura S. Abbatis;

45 Illi vero monasterii spoliis onusti lætantes et triumphantes, Garrilianum reversi sunt. Numerum autem illorum, qui jam in dicto Casinensi cœnobio, ubi corpus B. Benedicti quiescit, et in monasterio Domini Salvatoris occisi sunt, solus ille novit, qui condidit et coronavit eos. Omnes enim fere monachi de possessionibus monasterii Casinensis per totam Italiam, timore Sarracenorum cum aliis fidelibus, viris ac mulieribus, fugientes ad Casinum venerant, fama virtutum B. viri Bertharii ducti, quibus omnibus larga manu stipendia vitæ tribuens, eorum inopiam sustentabat; qui omnes pro Christi fide interfecti sunt, paucis vix evadentibus. Passus est autem S. martyr Christi Bertharius cum omni fere grege sibi commisso et sepultus undecimo Calendas Novembris anno Domini octingentesimo octogesimo quarto *l* indictione secunda. Sepultum vero est ejus sacratissimum corpus juxta C ecclesiam S. Benedicti in capitulo Casinensi.

l

ejus scripta

m

46 Scripsit *m* autem non contemnenda opuscula; sed præcipua sunt illa, quæ abbas jam constitutus edidit; de S. Luca evangelista sermonem, de B. Scholastica homiliam descripsit; librum quoque difficilium sententiarum tam veteris quam novi Testamenti patravit ipsumque Antimenon (*sic*) appellavit. De vita autem et obitu ac miraculis B. Benedicti ad Algerbescam Augustam aliosque suos amicos versus mirificos fecit.

Dei vindicta in S. Martyris interfectores.

n

47 Non autem in longum vindicta cœlestis defuit sceleratis, omnes in unum divina sententia adicens. Rex enim ab Raymo *n* cognomento Castalla innumerabilem exercitum congregans tam ipsarum partium qui Italiam desolaverant et sanctos Christi Martyres injuste trucidaverant, quam aliarum partium, intravit Siciliam, eamque post mortem sancti viri Bertharii monachis Casinensibus auferens, quotquot ibi monachorum repperit seu invenit (pro fide Christi capite truncavit). Alio autem anno veniens, Tauromnis *o* scilicet civitas, quæ sola de possessionibus cœnobii Casinensis superat, a Sarracenis capta est; sed Dei judicio et B. Benedicti meritis et gloriosi martyris Bertharii idem rex eodem anno quo rebus suis Casinense cœnobium spoliaverat super Cossentiam *p* Calabriæ urbem amara morte interiit. Sed et his qui in beati viri Bertharii corpus manus levaverunt ultio divina insecuta est. Nam brevi post tempore, Basilius *q* orientalium Romanorum imperator cum navali expeditione ad illos deperdendos et delendos exercitum direxit. Et *r* primo principes Christianorum Neapolitanum et Gayetanum ab eorum societate separaverunt et sic contra eos processerunt. Ex altera vero parte Joannes papa decimus *s* cum Alberico patricio et dictatore Tusculantium fratre suo et Casinensi archimandrita ac valida pugnatorum manu veniens, ita eos hinc inde obsiderunt, ut ad victum illis nihil relinquerent. Cumque fame nimio laborarent, neque ullo ingenio, ullo umquam modo se evasuros jam dicti patricii manus sperarent, ipsamque mortem præ oculis cernerent, omnes domos suas incendunt, sicque facto unanimiter impetu, fugientes per montes, valles silvasque proximas disperguntur; quos Al- E bericus cum græcis et latinis instantius insequentes, vix paucissimis de tanta multitudine remanentibus omnes fere interimerunt. Anno Domini nongentesimo primo *t*. Tu autem est.

EX MSS.

o

p

q

r

s

t

ANNOTATA.

a *Pro more suo Ignatius primas partes assignat* S. Berthario, *tribuendas utique Joanni papæ VIII, ut ex hujus epistolis perspicue constat, præsertim ex Epist.* XLIV *ad Wigbodum episcopum Parmensem* (1). *Notatu dignum quoque est, inter trecentas et amplius Pontificis illius epistolas, ne vel unam haberi ad* S. Bertharium *scriptam. Cæterum nihil dubitandum quin sanctus Abbas nullum non moverit lapidem, ut quoscumque poterat acueret ad ecclesiæ romanæ ac sui monasterii defensionem contra Saracenos.*

b *Ex Ostiensi lib.* I, *cap.* 44 (2).

c *Imo, ut diserte habet Ostiensis,* pridie Nonas (*id est die quarta*) Septembris anno incarnationis Dominicæ octingentesimo octogesimo quarto. *Eumdem annum ponit Sigonius* (3). *Ludovicus Tosti ponit diem* 12 *Septembris* (4). F

d *Id utique falsum. Obiit Joannes VIII die* 15 *Decembris anno* 882 (5).

e *Confer Lud. Tosti* (6).

f *Ostiensis :* Nec multo post, undecimo videlicet kal. Novembris, *id est* 22 *Octobris* (7).

g *Id falsum prorsus, ut ex jam dictis satis constat.*

h *Vide supra.*

i *Confer Comm. præv. num.* 5.

k *Hæc ita Ostiensis* (8) : Cumque eamdem domini Salvatoris ecclesiam, diversis in locis igne summisso exurere molirentur, Dei judicio, id perficere nequivere; sicque ea tantum de toto hoc monasterio Saracenorum flammis erepta.

l *Vide Comm. præv. num.* 4.

m *Vide Comm. præv. num.* 14 *Regiminis quoque sui tempore* Bertharius *Polipticon seu Monitorium rerum omnium, quas in comitatu Teatino et Pennensi cœnobium Cassinense possideret conficiendum curavit. Integrum recitatur in Ostiensi* (9); *item*

(1) Labbe, Concil. tom. IX, col. 38. — (2) Muratori, tom IV, pag. 317. — (3) De Regno Italiæ, col. 349 et 350. — (4) Storia della Badia di Monte-Cassino, tom. I, pag. 63. — (5) Art de vérifier les dates, pag. 273. — (6) Ubi supra, pag. 64 et 65. — (7) Muratori, tom. IV, pag. 317. Pertz, tom. VII, pag. 610. — Muratori, Pertz. loc. citt.—(9) Muratori, ibid. pag. 318 et seqq.

EX MSS. *apud Gattola* (1); ut, *inquit is*, quantum jam late pateret cœnobii nostri ditio, ex minima hac parte, veluti ex ungue leo, constet. *Hoc loco, quoniam non alibi, subjungo ex Dacherii Spicilegio* (2), *anno* DCCCLXXVIII *a Romano, Casauriensi abbate, quasdam* cambitiones factas cum domno Berthario Casinensi abbate.

n *Probabiliter* Abrahamum *designare intendit Ignatius*. Abrahamus Africæ rex, *inquit Octavius Cajetanus* (3), Alcanum ducem cum valida Saracenorum classe misit, qui magnam in Sicilia stragem edidit. *Non quidem concordat chronologia; sed hujus non valde sollicitum novimus Ignatium. Cæterum scribit Franciscus Maurolycus* (4) : Anno salutis 899 barbari (*Saraceni*) rursum invasere Siciliam et Apuliam. *Cujus quidem irruptionis meminit quoque Cajetanus loc. cit.; sed annum ponit longe diversum. Denique confer Fazellum, qui et de rege Saracenorum* Abraamo Halbi *mentionem facit, et fuse narrat quomodo a barbaris istis Sicilia fuerit occupata* (5). *Nec vacat, nec operæ pretium est hæc pluribus prosequi, utpote quæ ad vitam* S. Bertharii *vel parum vel nihil spectant. Cæterum implicata valde quæstio est.*

B o *Imo* Tauromenium, *quæ civitas Siciliæ* inter Catanam et Messanam aperto pulsatur mari, et sole inspicitur orienti, ubi pars vetustissimi amphitheatri adhuc exstat. *Ita Marius Aretius* (6). *Nunc vulgo Taormina vocatur, estque oppidum mœniis vallatum. Incolas anno* 1851 *numerabat* 5929 (7). *Et Fazellus* (8) : Defuncto Basilio, cum Leo ejus filius in imperium patri successisset, Saraceni in Sicilia magna vi Taurominium aggressi, dura aliquamdiu obsidione cinctum, maxima demum civium strage ac calamitate capiunt. *Leo successit patri suo Basilio, anno* 866 (9), *proinde biennio* D *vel triennio post* S. Bertharii *martyrium. Confer Comm. præv. num.* 4. *Cæterum Leo imperavit usque ad annum* 911 (10).

p Cosentia, *nunc* Cosenza, *Romanis* Consentia; *de qua in Descriptione Calabriæ citerioris* (11) : Jacet civitas hæc inter septem exiguos colles, quibus circumdatur; verum ad Aquilonem ingenti tangitur planicie, viginti milliaria in longitudinem habente *etc. Quindecim ab Adriatico distat kilometris, et incolas habet* 9000. *Sedes metropolitica* (12).

q *Narrat Fazellus* (13), *Saracenos, imperante Basilio, tota Sicilia, præter Taurominium, potitos*, quidquid urbium, oppidorum locorumque in Sicilia repererunt, incendiis fœdasse; *Panormum vero in regiam sibi delegisse; indeque excurrentes, Calabriam Apuliamque ad Peloponesum usque deprædasse.* Porro Basilius magnam militum manum ex Macedonia et Thracia delectam... contra eos emisit. *Addit deinde Fazellus, Saracenos* pluries profligatos, *in Sicilia* velut relegatos vivere *coactos, nec* ejus terminos sine discrimine exire *potuisse. Imperavit Basilius ab anno* 867 *usque ad annum* 886 (14).

r *Quæ sequuntur usque ad finem desumpta sunt* E *ex Ostiensi lib.* I, *cap.* 52 (15), *ubi Saracenorum ex Gariliano expulsionem narrat. Ast chronologia non facile componitur cum dictis in Annotato præcedenti. Nisi quis dicat, Saracenos sub Basilio imperatore, tota Italia ejectos fuisse, excepto Gariliano.*

s *Leo Ostiensis :* Una cum Alberico marchione. *Silet de Dictatore et Archimandrita.*

t Anno incarnationis Dominicæ nongentesimo quintodecimo, Indictione tertia mense Augusto. *Ostiensis* (16).

(1) De origine et progressu juridictionis Monast. Cass. pag. 41. — (2) Tom. III, pag. 938. Paris 1723. In Chronico Casauriensi. — (3) Isagoge ad historiam Siculam, cap. 54, num. 20. Apud Grævium, tom. X, vol. II, col. 233. — (4) Sicanicæ historiæ, lib. I. Apud eumdem, ibid. vol. IV, ad finem, col. 43. — (5) De rebus Siculis; posterioris Decadis lib. VI, cap. 1. Apud Grævium, ibid. vol. IV, col. 471. — (6) Siciliæ Chorographia. Apud Grævium, tom. X, vol. I, col. 7. — (7) Guibert. Dictionnaire Géograph. — (8) De rebus Siculis. Ubi supra, col. 475. — (9) Art de vérifier les dates, pag. 373. — (10) Ibid. — (11) Apud Grævium, tom. IX, vol. I, col. 70. — (12) Guibert. — (13) Grævius, tom. X, vol. IV, col. 474. — (14) Art de vérifier les dates, pag. 373. — (15) Muratori, tom. IV, pag. 325 et 326. Pertz, tom. VII, pag. 616 et 617. — (16) Ubi supra, pag. 326.

C F

DE

A D

DE S. JOANNE,

ABBATE RYLENSI ET CONFESSORE

IN PRISTINA BULGARIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. V. D. B.

§ I. S. Joannis nomen in fastis Slavicis. Ætas, patria, vita monastica et eremitica. Constructio monasterii Rylensis.

B

ANNO CMXLVI. S. Joannes, *abbas Rylensis, plerisque fastis inscribitur ad diem* 19 *Octobris, in Moscis effigiatis ad* 22 *Octobris.*

Superius, ubi de S. Hilarione, episcopo Moglenensi, disserendum erat, jam coacti fuimus ad miserrimas illas mente peragrandas terras, in quibus fratres nostri, utut ab ecclesiæ matris suæ gremio abhorrentes, nefanda Turcarum tyrannide opprimi pergunt atque concuclari. At denuo non absque animi mœstitia eo redeundum est et versandi sunt libri, quibus continuum Slavorum et Bulgarorum, sub Turcico jugo gementium, enarratur martyrium. Vocat scilicet nos in has partes S. Joannes, *Rylensis abbas, qui illic natus est, vixit et colitur et qui ad præsentem diem in tabulis Græco-Moscis, a Papebrochio* (1) *editis,* Joannes monachus *dicitur, inter S. Abercium et septem SS. Dormientes seu pueros Ephesinos collocatus. Verumtamen hodierna dies præcipua ejus festivitas non est; sed dies* 19 *hujus mensis, qua ejus notatur nomen cum adjecto* episcopi Rilscensis *titulo in Sobornik seu Synaxario Ruthenorum, quod olim ad decessores nostros a P. Georgio David missum fuisse et peculiare diœcesis Kioviensis esse, a Moscis tamen etiam usitatum, superius in commentario de S. Hilarione Moglenensi diximus* (2). *In kalendario autem Ruthenico, cujus menses aliquot a barone de Sparwenfeld submissos fuisse ibidem quoque monuimus, hæc ad eamdem*
C *diem,* 19 *Octobris, leguntur:* Item S. P. N. Johannis Rilici, anno 6454 reliquiæ ex urbe Sredtsa Trapezundam portatæ. *Similiter ad hanc diem in suis libris, scilicet in Anthologio Slavico, eum reperit Kulczinckius* (3); *et, ut me docet R. P. Martinof, cui multa jam debent et multo plura aliquando debebunt literæ Slavicæ, in omnibus libris Slavicis recenter saltem editis, ad* 19 *Octobris inscribitur* S. Joannis *Rylensis nomen. Verumtamen quum opus nostrum a Latinis magis versetur quam a Slavis, potius erat ut de eo diceremus ad* 22 *Octobris, quoniam ad hanc diem signatus primum per Papebrochianas Tabulas Occidentalibus innotuit; adeoque ipse Kulczinckius maluit de eo ad hanc dicere diem quam ad* 19 *Octobris.*

Potissimi fontes ex quibus haurienda S. Joannis *gesta.*

2 *Porro præcipua monumenta, quæ mihi de hoc sancto ad manum sunt, accepi a laudato P. Martinof; qui, satis non habens ea ex idiomate slavico in latinum convertere, ea annotatis instruxit et observationibus, quibus mihi patefieret et sterneretur via: ita ut siquid laudis hic commentarius habeat, in eruditum hunc virum tamquam ad fontem referendum sit. Misit itaque imprimis ad me* Vitam venerabilis et theophori P. N. Joannis Rylensis, auctore Euthymio, patriarcha Ternobensi; *quam ipse excerpsit ex* literis de rebus gestis Serborum et Bulgarorum, *auctore T. Hilferdingo, Mosquæ,* 1853, *a pag.* 167 *ad* 177. *De Euthymio autem illo, qui Vitam quoque scripsit S. Parascevæ, inquisivit jam desideratus meus collega Antonius Tinnebroek, nec quidquam de eo reperit nisi quod verisimillimum est eum inter Joachimum, qui exeunte sæculo* XIII *floruit, et Ignatium, qui anno* 1439 *concilio Florentino interfuit et concordiam cum latina ecclesia probavit, Ternobensem cathedram occupasse; nec quidquam habeo quominus hæc calculo meo probem. Immo dubitandum non est quin ante annum* 1396, *quo Bajazetus Bulgariam Turcico jugo prorsus subdidit et reges illius regionis omnino cessaverunt, vixerit. Nam quum* S. Joannis *Vita ex Euthymii scriptione in Menæa et Prologum Mosquensia, de quibus modo dicetur, certissime transierit, atque in his legatur hæc ad* S. Joannem *oratio:* Adjuva quoque regem nostrum, ejusque pedibus cunctos inimicos adversantes subjice; *manifestum est hæc fuisse prius scripta quam impia tyrannide premerentur Bulgari. Hilferdingus non integram dedit Euthymii scriptionem; sed quæ meræ laudes viderentur resecuit, ut ex*
F *subjicienda versione satis intelliget ipse lector. Integra autem lucubratio exstat in editione, quam secundum vetustiorem codicem anno* 1856 *Belgradi vulgandum curavit Neophytus impensis Joasaphi, Rylensis monasterii hieromonachi. Crediderim ab Hilferdingo resectam quoque fuisse translationum historiam, quæ editionibus vulgatis Menæorum et Prologi Mosquensis inserta est; similem enim historiam Vitæ S. Parascevæ attexuit Euthymius. Utcumque id sit, narrantur hæ translationes in Prologo Slavico Mosquensi. Hinc eas latine vertit P. Martinof et cum præmissa illic Vita ad me destinavit. Porro licet hæc Vita eadem sit ac illa, quam Euthymius scripsit, non tamen ubique cum ea concordat; quod partim per librariorum socordiam, et multo forte magis per nimiam editorum seu correctorum diligentiam factum est. Cæterum ipsa Euthymii lucubratio nequaquam* S. Joanni *coætanea est; sed pluribus sæculis ejus obitu posterior, ut ex dicendis de ejus ætate colliget ipse lector. Bona tamen est satis,*

(1) Act. SS. tom. I Maji, pag. XLIX.—(2) Vide supra, p. 405.—(3) Specimen ecclesiæ Ruthenicæ, part. I, p. 54 et part. II, p. 101.

et

AUCTORE V. D. B.

et certe secundum probas traditiones parata, seu etiam ex antiquioribus libris collecta : quod facile fieri potuit, quum nullo unquam tempore perierit omnino S. Joannis *Rylensis monasterium.*

Natus S. Joannes *paulo ante medium sæculum* IX, *obiit centenarius die* 18 *Augusti anni* 946.

3 *Natus sit oportet* S. Joannes *aliquanto ante medium sæculum* IX, *quandoquidem, ut Hilferdingus tradit,* provectam nactus senectutem *die* 18 *Augusti anni* 946 *obiit. Atque ex ipsa Euthymii scriptione facile intelligitur grandævum factum esse* S. Joannem; *multo tamen facilius id innotescit ex Prologo Mosquensi, in quo traditur sanctus vir annos egisse sexaginta in solitudine Rylensi; quibus si addas annos minimum viginti quos in sæculo vixisse videtur, dein tirocinii tempus transactum in monasterio, cum temporis spatio transmisso in montano tugurio et annis duodecim actis in spelunca, paulo plures quam centum annos in vivis fuisse dicendus est. Neque est quod de tanta longævitate stupeamus, quam nullum hominum genus diutius vivere soleat quam eremitarum.*

In Serin, prope Sardicam, quæ tunc Bulgaris parebat,

B

4 *Lucem vidit beatus vir* in finibus Sredetzensibus *seu* claræ urbis Sredetz; *quod nomen pristinam* Sardicam *seu* Serdicam *repræsentat. Varia enim hujus nominis fortuna fuit :* Serdica *in* Sredetz *seu* Sredez *mutata est; hinc, (ut* Triballi *et* Srblji *idem nomen est,) ortum est* Triaditza, *Leoni diacono, Scylaci, Cedreno, Zonaræ aliisque cognitum et ab Ansberto et Guilielmo Tyrio in* Straliz *et* Stralizia *mutatum* (1). *Nunc etiam a Bulgaris* Triaditza *appellatur, a Turcis autem* Sophia *seu* Sofia. *De origine disputant eruditi. In historia ecclesiastica celeberrima facta est concilio Sardicensi; quod, anno* 347 *coactum, multis tamquam pars habitum est primæ synodi generalis Nicænæ. Metropolis erat Daciæ Mediterraneæ, duas tantum (ut videtur) sibi subditas habens civitates episcopales, Pantaliam et Remessianam* (2). *Communem sortem, quæ sæculo* IV *et deinceps provincias Illyricas mansit, experta fuisse videtur; et certe a tempore, rerum omnium edace, plurimum passa erat; ejus muros Justinianus I restituit et hostibus inexpugnabiles fecit* (3). *Anno* 809 *Bulgari duce Crumo Mœsiam primam aggressi, ut inde in Thraciam irrumperent, Romanos seu Græcos ad Sardicam debellarunt, sex militum millibus interfectis cum ingenti præterea multitudine* (4). *Capta postea urbs ab hoste, et a Nicephoro imperatore recepta refectaque; at rursum amissa, Bulgaris paruit usque ad medium sæculum* XI (5).

C

lucem primum vidit S. Joannes, *ita ut patria Bulgarus fuerit, quamquam non constet origine fuisse Bulgarum.*

5 *Unde solvitur Kulczinckii dubitatio Serbusne fuerit* S. Joannes *an Bulgarus : patet hinc scilicet natum fuisse sanctissimum virum in regione, quæ etiamnum Bulgaria appellatur, et quidem eo tempore quo reges Bulgari his partibus dominabantur; et eatenus certissime Bulgarus fuit. Verum quod in Prologo Mosquensi dicitur* parentem habuisse origine Bulgarum, *me non parum dubium facit. Quum enim hic parens ibidem etiam* pius *fuisse perhibeatur, id est christianus, et* S. Joannes Deum a teneris unguibus adamasse; (*quod cum Euthymii scriptione sincera, in qua* parentes *etiam* pii in omnibus *fuisse traduntur et* bene educasse *filium, apprime concordat;*) *sponte oritur dubitatio quomodo hæc convenire queant cum certissima historia conversionis Bulgarorum. Etenim sub annum tantum* 860, 861 *aut* 866 (*disputant enim historici*), *quo rex Bogoris cum Michaelis nomine baptismum suscepit, ad Christi castra transiit gens Bulgarica. Re quidem vera Illyrici seu Romani, qui patriam suam non liquerant aut qui eo a Bulgaris translati fuerant, adhuc christiani fuisse et nonnullos Bulgaros Christo vindicasse censendi sunt; præterea Manuelus, archiepiscopus Hadrianopolitanus, et alii christiani anno* 813 *in captivitatem ducti, multos ex Bulgaris ad veram fidem traduxisse leguntur; qua de causa sub annum* 820, *jussu Crytagonis regis, (qui et Mortragon, Mutragon et Omortag,) impie necati sunt* (6) : *attamen quotusquisque non videt fieri non potuisse ut, quo tempore* S. Joannes *natus est, raræ non essent familiæ christianæ Bulgaricæ? ita ut siquis tueri velit parentem* S. Joannis *origine fuisse Bulgarum, ut in Prologo Mosquensi legitur, necesse sit ut simul eum dicat ex raris illis fuisse familiis : equidem malim secundum textum genuinum Euthymii id solum asserere, quod* S. Joannes *parentes habuit* ex Bulgaria oriundos; *sive vere Bulgari fuerint, sive Illyrici seu Romani.*

D

Prius vitam monasticam in monasterio degit, dein in tugurio et postea in spelunca.

E

6 *Quum autem monachi in convertendis Bulgaris maximam partem habuissent* (7), *hinc factum est ut apud hanc gentem statim plurimum floruerit vita monastica. Ipse rex Bogoris aliquando balteum militarem exuit ut vestem angelicam indueret; quam tamen posuit, quum filius ejus et hæres paganos ritus instaurare tentaret; sed, eo devicto et excæcato, alioque ei substituto filio, iterum monasticum claustrum subiit* (8). *Similiter Simeon, filius aut nepos Baldemiri, qui ante Bogorim dominatus fuerat Bulgaris, cucullum monasticum Constantinopoli gesserat, priusquam anno circiter* 888 *Bulgaricum regnum capessivit* (9). *Nil itaque mirum* S. Joannem, *quum per ætatem multoque magis per parentum amissionem licuit,* abiisse, *ut in Euthymii scriptione legitur,* in unum e monasteriis quæ ibi erant. *Quum autem stabilitatem non voverent Orientales monachi, neque certa lege sublata esset monachis pristina ea libertas qua eis permittebatur in solitudinem aut ad alia transire monasteria, peracto tirocinio, seccessit in montem sibi cælitus designatum, ubi in tugurio ex ramis confecto aliquandiu degit. Perseverat etiamnum in illis partibus id fabricarum genus. Ex ramis enim vimineis horrea construunt Bulgari* (10); *Turci ex majoribus ramis stationes militares* (11); *ipsæ domunculæ sæpe ex cratibus argilla obductæ* (12). *Multum ibi a frigore, quod nudi parietum rami igne temperari non sinebant, passus fuerit oportet beatus vir : plerique enim montes, quibus Sardicensis ager circumdatur, magnam anni partem nive cooperti sunt; tantum scilicet illic friget* (13). *Boni itaque consuluit pius eremita speluncam subire, quam annos incoluit duodecim, donec nempe inde expulsus est a latronibus, omnimodam solitudinem adamantibus, neque proin quempiam in sua vicinia ferentibus : quod hominum genus etiamnum in illis partibus tanto magis viget quanto stolidius est Turcarum gubernium.*

F

Adit Rylensem eremum, cujus situs indicatur,

7 *Terna illa loca, in quibus hactenus* S. Joannem *versatum esse intelleximus, ignota mihi sunt; quartus probe innotescit. Postquam enim ex spelunca sua ejectus fuisset pius eremita, venit in eremum*

(1) Schafariks Slawische Alterthümer, tom. II, pag. 217 et 218. — (2) Coleti, Illyricum Sacrum, tom. VIII, pag. 64 et 65. — (3) Procopius, de Ædificiis, lib. IV, num. 1, tom. III Opp. pag. 267 et 268. Bonn. — (4) Theophanes, ap. Sttitterum, Bulgarica ex scriptoribus Byzantinis, pag. 535. — (5) Coleti, Illyricum sacrum, tom. VIII, pag. 64 et 65. — (6) Cfr Stritterus, Bulgarica, pag. 444, 557, 558, 563 et 564; Act. SS. tom. II Januarii, pag. 441 et 442; Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 427. — (7) Constantini Continuator, ap. Stritterum, Bulgarica, pag. 574. — (8) Cfr Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 428 et 429. — (9) Ibid. pag. 430. — (10) Cfr Ami Boué, la Turquie d'Europe, tom. III, pag. 10. — (11) Blanqui, Voyage en Bulgarie, pag. 205. — (12) Ami Boué, tom. II, pag. 261 et 275; R. Walsh, Reise von Constantinopel durch Rumelien, etc. aus dem Englischen übersetst, tom. I, pag. 208. — (13) Ami Boué, tom. I, pag. 514.

Rylensem

A *Rylensem, in qua etiamnum exstat monasterium, appellatum titulo* Sancti Patris (Sveti Otatz), *quo* κατ' ἐξοχην S. Joannes *noster designatur. Distat autem recta linea duodecim fere leucis aut medio circiter gradu a Sardica seu Sophia meridiem versus. Duplex eo ducit via seu semita equestris; altera qua Sardica itur itinere novem horarum Samakof* (1), *atque hinc ad Rylense monasterium itinere quinque aut sex horarum* (2); *altera qua Sardica intra horas duodecim ad Doubnitza venitur* (3) *atque hinc ad Rylense cœnobium intra horas octo et dimidiam* (4) *aut decem* (5). *Situm est id asceterium in valle Ryli montis* (Rilo-Dagh), *qui pars est celeberrimi montis Rhodopes, et accensetur nunc a Boué provinciæ cognomini Rhodopes seu* Despotodagh (6), *cujus limes septentrionalis est. Supra maris æquor ædificata est pia mansio pedibus Parisiensibus* 3899, *dum vicini cumuli pedibus* 7000, 7739 *et* 7800 *assurgunt; contra vicus de Rylo, qui quinque horis a monasterio septentrionem versus dissitus est, pedibus tantum* 1700 *maris æquor superat* (7). *Sapinis undique circumdatur claustrum, et torrens, qui in* Jembeska-Rieka *et in* Kalenska-Rieka *dividitur, ad horti marginem undas suas præcipites agit* (8).

B *Atque ex his facile intelligitur quam sacro horrore plenam elegerit sedem* S. Joannes; *quum usque adhuc, postquam tot sæcula a monachis inculta fuit et ab innumeris peregrinis visitata, formidinem quamdam adhuc animis ingerat et nescio quem religiosum pavorem.*

in qua sexaginta annos degit et monasterium condit,

8 *Sexaginta annos in hac solitudine vixisse dicitur beatus vir in Prologo Slavonico Mosquensi; quorum partem in arbore cava, partem in saxo solitario egit. Dum autem sacram ascesim seu divinam philosophiam, ut Orientales loqui amant, in hoc saxo coleret, venit illuc cum regio comitatu suo Petrus, prædicti Simeonis filius, qui ab anno* 927 *usque ad annum* 969 (9) *Bulgarici regni insignia gessit. Instituta fuerit oportet hæc visitatio mense Majo anni* 939, *quum postea annos septem et menses quatuor* S. Joannes *adhuc vixerit, anno* 946 *die* 18 *Augusti mortuus. Intra septennium istud discipulos admisit beatus eremita, quos, non secus ac bonus pastor oves suas, pabulo verbi et exempli nutrivit. Condiderunt hi ecclesiam et monasterium in hoc ipso saxo, ad quod nullus erat aditus; ita ut id monasterium principio* meteoron *fuerit; quemadmodum in universo Oriente multa sunt, ad quæ nonnisi*

C *scalis aut trochleis et ductariis funibus ascendere licet* (10).

cujus fata explicantur.

9 *Nisi loco aliquantum mutata fuerit hujus monasterii sedes, excisum dein fuerit oportet id saxum; et quidem pars septentrionalis præsentium ædificiorum in excisa rupe exstructa est* (11). *Ami Boué, a quo hæc accepimus, multo plura de hoc tradit cœnobio, accurate singulas fere ejus partes describens: quæ historica sunt, huc transferemus. Omni ævo expositum fuit id asceterium deprædationibus latronum; quod hominum generi fovendo destinatos diceres altissimos montes et saltus, profundissimis vallibus intersectos, quos in his partibus cernere est. Quocirca, ut ex inscriptione Bulgarica quæ adhuc exstat intelligitur, anno mundi* 6813, *dominante his regionibus Stephano Dusciano, vaivoda quidam ædificavit in monasterii ambitu castrum, quod monachis perfugium esset adversus irrumpentes latrones: quod castrorum genus,* πουργοι *dicti, exsistunt etiamnum passim in Turciæ Europeæ cœnobiis. Animadverdum autem annum mundi* 6813, *id est Christi* 1305, *cum Stephani Dusciani regno non convenire. Hic enim kralus Serviæ et, ut vocari voluit, imperator Romaniæ et tsar Macedoniæ, patri suo Stephano Orosio ante annum* 1333 *non successit* (12). *Ex quo autem tempore Turci in has partes penetrarunt, multo plura passum est Sancti Patris monasterium; quinquies enim (casu tamen aliquando) incensum est et sæpius spoliatum. Quum tamen locus sacerrimus habeatur et quum Turci facile sinant monasteria aliquot, ad quæ multæ oblationes fiunt, denuo ædificari (emungunt enim peregrinis et monachis pecunias aut vi tollunt, et monasteria hospitiorum et militarium stationum loco habent); semper id restitutum fuit. Et quidem nuperius inter annum* 1835 *et* 1837 *monasterium a fundamentis reædificatum est et templum anno* 1839 *absolutum. Decies centies circiter mille francis constitit hæc ex secto lapide fabrica, tribus contignationibus consurgens, et præter plures aulas centum circiter capiens cubicula. Impensa pecunia magnam partem in Russia mendicato comparata est. Dives est ipsum cœnobium, montes et valles, viginti leucas extensa habens, atque insuper vicos aliquot,* E *quos inter Rylo, de quo jam dixi. Priusquam incensum fuisset, bibliotheca instructum erat et manuscriptis codicibus; sed hæc jam amisit; servavit tamen Sanctorum reliquias. Habitatur a centum quinquaginta monachis Bulgaris et permultis juvenibus seu pueris, ad eamdem conditionem affectantibus* (13).

AUCTORE V. D. B.

§ II. Translationes corporis S. Joannis in Hungariam et Bulgariam. Templa Sardicæ et Ternobi. Reliqua de ejusdem sancti cultu.

Corpus S. Joannis, *prius sepultum in monasterio, dein in Sardicensi S. Lucæ templo; atque hinc anno* 1128 *ab Hungaris sublatum et devectum Strigonium;*

In monasterio suo sepulturam accepit S. Joannes; *sed, tempore haud pauco præterlapso, apparuit discipulis suis et corpus suum Sardicam deferri jussit, quemadmodum in Prologo Mosquensi traditur. Positus ibi primum in S. Lucæ evangelistæ templo. Sed brevi post ædificatum est templum, quod sub ipsius* S. Joannis *nostri invocatione Deo consecratum est et beatissimi viri corpore honestatum. Aliquanto ante annum mundi* 6605, *Christi* 1097, *et indictionem* V *dicuntur in eodem prologo Hungari in Bulgariam irrupisse et ad Sardicam usque penetrasse: quod vel tempore S. Ladislai, regis Hungariæ, qui usque ad anno* 1095 *regnavit, vel sub ejus successore Colomanno factum esse censendum foret; ast nullam ego hujus rei mentionem apud historicos Hungaros, nullam apud Græcos (parebant scilicet Bulgari imperatori Constantinopolitano ab anno* 1019) *equidem reperio. Verumtamen ipsa res idcirco in dubitationem vocanda non est, quum adjuncta accurate exponantur: sed ab assignato tempore recedendum esse mihi videtur et loco anni mundi* 6605 *legendum* 6645, *Christi* 1137; *qui cum indictione* XV *convenit: ita ut in Prologum Mosquensem, omissa*

(1) Ami Boué, etc. tom. IV, pag. 514. — (2) Ibid. pag. 528. (3) Ibid. pag. 514. — (4) Ibid. pag. 529. — (5) Ibid. tom. III, pag. 462. — (6) Ibid. tom. IV, pag. 528, 529 et 575. — (7) Ibid. tom. IV, pag. 575. — (8) Ibid. pag. 529 et tom. III, pag. 462. — (9) Leo diaconus, Hist. lib. x, cap. 3, pag. 78. Bonn; Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 431 et Stritterus, Bulgarica, pag. 618 et seqq. — (10) Albert Lenoir, Architecture monastique, part. I, pag. 83. Cfr Boué, La Turquie d'Europe, tom. III, pag. 459, etc. — (11) Ami Boué, tom. III, pag. 462. — (12) Assemani, Kalendaria ecclesiæ universæ, tom. V, part. I, cap. 2, pag. 57. Cfr Chopin, Les Provinces Danubiennes, pag. 248 et seqq. — (13) Ami Boué, La Turquie d'Europe, tom. III, pag. 462 et seqq.

qua

AUCTORE V. D. B.

litera M, *qua* quadraginta *Slavi significant, irrepserit error. Atque hac ratione fluunt omnia commode. Anno enim* 1128 (1) *inter Joannem Comnenum et Stephanum II regem Hungariæ exarsit bellum, cujus causas valde obscuras explicare tentavit præsul Palma* (2); *quodque ita narratur a Thuroczio* (3) *cæterisque Hungariæ historicis, ut Hungari inferiores fuisse videantur; atque ita a Niceta Choniate* (4), *Cinnamo* (5) *aliisque Græcis, ut ipsi Græci victi habendi sint* (6). *Verum quiscumque exitus fuerit, certe initio victores exstiterunt Hungari, capta Belgrada, quæ et* Alba Græca *dicitur,* Alba Bulgariæ *et* Branizoba *seu* propugnaculum Savi *fluminis* (7); *et quidem Sardicam usque perrexerunt, quam metropolim Illyriorum habebant Græci* (8), *eamque spoliarunt; neque dubito quin tunc sustulerint* S. Joannis *Rylensis ex suo templo corpus. Audi Nicetam Choniatem* (9) : Sub æstatem *anni* 1128 Hunni, superato Istro, et Branizobam vastarunt, et, mœnibus dirutis, saxa Zeugminum (*Semlin*) transtulerunt, et SARDICAM SPOLIARUNT. *Anno sequenti duravit adhuc bellum; sed hæc apud citatos historicos videsis. Ablatum* S. Joannis *corpus vexerunt Hungari, proculdubio secundum Danubium, lon-*
B *gissimo itinere et posuerunt in* ecclesia urbis, quæ *a Slavis* vocatur Ostrogom, *ab Hungaris* Esztergom *et* Ostrykom, *a latinis* Strigonium *et* Strigonia, *vulgo autem* Gran, *quæque ad dextram Danubii sita est et primatialis sedes Hungariæ. Recta linea distat a Sardica spatio* 116 *leucarum geographicarum. Templum autem cathedrale, in quod* S. Joannis *exuviæ illatæ fuere, Deo sacrum erat sub patrocinio S. Adalberti episcopi et martyris* (10); *cui titulo anno* 1433 *B. Mariæ nomen additum fuit, quum id martyrium, ruinam trahens, splendidissimo opere refectum est* (11).

Novi, multis patratis miraculis, thecæ pretiosæ includitur, anno 1137 *Sardicam remittendum.*

11 *Ex præmissis itaque Hungari anno* 1128, *spoliata Sardica,* S. Joannis *corpus abstulerunt idque in Strigoniense S. Adalberti cathedrale templum transferendum curarunt. Præerat tum Strigoniensi diœcesi Felicianus, qui et Paulus; utpote qui anno* 1127 *seu etiam ante ad hanc dignitatem promotus fuit eamque usque ad annum* 1149 *seu etiam sequentem retinuit* (12). *Quum illo ævo archiepiscopi Strigonienses plurimum versati esse videantur in reipublicæ administratione, hinc facile fieri potuit ut (quemadmodum narratur in Mosquensi Prologo) re-*
C *quieverint aliquantum temporis* S. Joannis *reliquiæ in Strigoniensi templo, quin id resciverit Felicianus. Verum ubi id ei innotuit, quum numquam antea de hoc sancto mentionem fieri audivisset, nullam venerationem pio pignori adhibere voluit, donec amissa loquela errorem suum agnovit. Hæc et multa alia in honorem* S. Joannis *a Deo ibi patrata fuisse perhibentur prodigia in eodem Prologo. Quæ ubi rex accepit, (qui alius non fuisse videtur quam Bela II seu Cæcus, cultor reliquiarum egregius* (13), *qui ab anno* 1131 *ad* 1141 *regni habenas tenuit), argento et auro sacram thecam exornari jussit, eamque Sardicam iterum deferri : quod in laudato Prologo* anno sexies millesimo sexcentesimo quinto, indictionis quinto, *seu Christi* 1097, *factum esse traditur; sed legendum esse annum sexies millesimum sexcentesimum* quadragesimum *quintum, indictionis* decimum *quintum, seu Christi* 1137 *supra osten-*
D *dimus. Et quidem in ipso Prologo continuo post scriptum est :* Non post multum temporis placuit Deo erigere arcam collapsam, et potestatem Bulgaricam, Græcorum jugo antiquatam, innovare : erexit enim cornu regni Bulgarici sub imperatore Asene Christum amante; cui inde a sacro lavacro nomen Joannes. *Jam vero Joannes Asanes, qui et Joannes I, Joannitius et Calojoannes appellatur, sub annum tantum* 1195 *Bulgaricam regnum capessivit, seu integro sæculo post annum mundi* 6603; *alter vero Joannes Asanes, qui proprie hoc nomine apud ipsos Slavos designatur, anno tantum* 1213 *aut* 1216 *Bulgarica corona caput suum cinxit : quis autem in hoc rerum genere pro integro sæculo seu etiam majori spatio dixerit :* Non post multum temporis?

Non anno 1195, ut in Prologo Mosquensi legitur,

12 *Atque hic denuo in tricas chronologicas delabimur. Traditur enim in Prologo Joannes Asanes regni sui initio multas expugnasse civitates, quas inter Sardicam; ubi quum mirabile* S. Joannis *corpus adesse cognovit, id a patriarcha Basilio Ternobum devehi præcepisse; ipse vero præcurrisse, qui opportune juberet ædiculam tanto thesauro accipiendo præparari aut exstrui; adeoque in ea repositum fuisse sancti viri corpus anno mundi* 6703, *id est Christi* 1195. *Verumenimvero iterum erroneus est* E *hic annus. Ut enim paucis repetam quæ superius in Commentario de S. Hilarione, episcopo Moglenensi, tradidi, Asan Senior ejusque frater Petrus, qui sub annum* 1185 *libertatem Bulgarorum a jugo Græcanico vindicare tentarunt et dein reapse vindicaverunt, anno* 1195 *in vivis adhuc supererant, quippe qui hoc ipso anno vicerint Sebastocratorem Isaacum, multas Romanorum terras vastarint et plurimis oppidis potiti fuerint. Quocirca, quum eodem tamen anno Asan ille occisus fuerit, fieri hæc cædes non potuit ante adultam ætatem; et quum aliquanto post idem fatum subierit Petrus, quis non videat Joannem Asanem I seu Calojoannem, qui post Petri necem thronum Bulgaricum conscendit, non potuisse summa hac dignitate honestari ante hiemem ejusdem anni* 1195, *et proin nequaquam superfuisse tempus, quo ante ejusdem anni exitum* collapsas Bulgaricas urbes, *ut in Prologo legitur,* instauraret et firmaret, regiones sibi ubique subigeret, urbesque expugnaret; veniret et ad Sardicam usque eamque caperet; *patriarcham Basilium accerseret, qui* S. Joannis *Rylensis corpus Ternobum transferendum curaret;* ipse pius rex properaret in urbem principem (*Ternobum*) ibique ecclesiam celeriter exstrueret et F repositorium ad excipiendum sanctum parari juberet?

sed sub annum 1226 *Joannes Asanes, rex Bulgariæ,*

13 *Quum itaque manifestum sit anno mundi* 6703 *Sardica Ternobum translatum non fuisse* S. Joannis *corpus, nulla amplius ex hoc capite superest ratio cur potius a Joanne Asane I quam a Joanne Asane II hanc translationem procuratam fuisse asseramus. Porro nullus dubito quin Joannes Asan II ejus auctor fuerit. Etenim in hoc ipso Prologo Joannes Asan I non hoc nomine appellatur, sed* Calojoannes; *et Joannes Asanes II nude* Joannes Asanes *dicitur : quemadmodum supra videre est in Commentario de S. Hilarione, episcopo Moglenensi, num.* 7 (14), *ubi hæc ex Prologo excerpta leguntur :* CALOJOANNES, rex Bulgarorum et frater regis Asanis (*Senioris*), armis potitus est Græcia, Thracia, Neade et Hel-

(1) Palma, Notitia rerum Hungaricarum, tom. I, pag. 461; Fessler, die Geschichten der Ungern, tom. II, pag. 24. — (2) Notitia, tom. I, pag. 457 et seqq.—(3) Chronica Hungarorum, cap. 65, edit. Bongarsii, pag. 70 et seqq. — (4) Historia Joannis Comneni, pag. 24 et seqq. Bonn.— (5) Historiarum lib. I, cap. 4 et 5, liv. V, cap. 4, pag. 9 et seqq. pag. 211 et seqq. — (6) Cfr Le Beau, Histoire du Bas-Empire, liv. LXXXIV, cap. 10. — (7) Palma, Notitia, tom. I, pag. 461. — (8) Cinnamus, lib. V, cap. 14, pag. 240. — (9) Historia, pag. 24. — (10) Schmitth, Archiepiscopi Strigonienses, part. I, pag. 10. — (11) Ibid. pag. 255, edit. alt. — (12) Ibid. pag. 40, edit. alt. — (13) Fessler, Die Geschichten der Ungern, tom. II, pag. 335. — (14) Vide supra, pag. 407.

lade

A lade et usque ad oppidum Meglinorum profectus est, quod etiam obtinuit... Multo autem tempore multisque annis post, novus rex, dictus Joannes Asanes, filius Asanis Senioris, sceptrum adeptus est et dominatus est Bulgaris, Græcis, Francis, Serbis, Arbanasibus et omnibus oppidis utriusque maris. *Similiter in Vita S. Parasceves* (1) *Euthymius ubique per Joannem Asanem, Joannem II intelligit. Quibus positis, maxime verisimile est in Prologo alludi victoriis, quas anno* 1226 *Joannes Asanes II retulit, et itineri triumphali, quod eodem instituit anno; unde etiam intelligitur quomodo penes eum factum fuerit* S. Joannis *Rylensis corpus. Videlicet, postquam anno* 1226 *prope Clocotinitzam, locum Hebro superiori proximum, Theodori Angeli, imperatoris Thessalonicensis, copias fudisset, prius aliquantisper ad meridionales et dein omnino ad Occidentales plagas deflexit, venitque cum suis agminibus usque ad mare Adriaticum; unde quum Ternobum regressus est, pronum erat ut per Sardicam iter haberet.*

quum, subactis meridionalibus et occidentalibus thematibus, domum rediret, corpus S. Joannis *Sardica Ternobum transferri jussit.*

14 *Accipe quæ Georgius Acropolita, postquam paucis memoravit Cloconitzensem pugnam, subjiciat :* Asanus, *inquit* (2), cum multitudine capta humanius se gerens, potiorem copiarum partem et eos præcipue, qui humili loco nati convenerant, liberat, inque eorum oppida ac urbes dimittit, seu ex humanitate id gereret, seu ut hac ratione utilia sibi comparans et commodis suis apta disponeret : eorum namque dominium, sibi defectionis tempus circumspectans, moliebatur, votique compos effectus est; quippe quos ipse persequebatur marte incruento, colla omnes subdebant. Illi etiam se submisit Hadrianopolis, non multo post Didymotœchum (*nunc* Dimotika *super Hebrum inter Hadrianopolim et Trajanopolim*), Bolerum totum (*ad orientem brumalem Macedoniæ* (3)), deinceps Serræ (*ad orientem Strymonis fluvii*), Pelagonia (qui *pagus secundum ripam occidentalem Bardari fluminis jacebat*), Prilapus (*ad occidentem Pelagoniæ sita*) et contermina loca. Magnam item Blachiam (*seu Thessaliæ montana*) excurrit; Elbanumque (*seu hegemoniam Albanon, quæ præsenti Albaniæ fere respondet*) occupat et usque Illyricum (*quo Bosniæ tellus designari videtur*) rapinis omnia vastat. Cum vero quæ sibi animo proposuerat majori ex parte complesset disposuissetque pro arbitrio, patrias repetiit sedes (*itinere instituto, ut mihi videtur, per Silvam Bulga-*
C *rorum, dein per vallem qua Sardicam seu Sophiam venitur, atque hinc Ternobum*); et castellis nonnullis in custodiam ac dominium Romanorum relictis, plerisque sibi reservatis, milites in illis ac duces, quæstoresque qui vectigalia et tributa exigerent constituit : judicatusque est ab omnibus tunc temporis admirabilis et tute fortunatus. *Hæc Acropolita; quibus, ut monuimus, manifestum fit quomodo* S. Joannis *Rylensis corpus penes Joannem Asanem factum sit ejusque jussu Sardica Ternobum translatum a patriarcha Basilio.*

Basilius, patriarcha Ternobensis, sancti viri corpus in novo templo condidit.

15 *De hoc autem patriarcha pluribus dictum est in prælaudata de S. Parasceve Commentario et superius in Commentario de S. Hilarione, episcopo Moglenensi; ita ut id unum de eo animadvertendum sit, eum scilicet ab anno* 1186 *Debelti seu Zagoræ episcopum fuisse; ineunte sæculo* XIII, *agnita a Bulgaris Romani pontificis auctoritate, creatum fuisse primatem seu patriarcham Bulgariæ et sedem Ternobensem ab anno* 1204 *occupasse, donec demum anno* 1237 *diem obiit, annos natus plus octoginta : (nil enim cogit ad duos Basilios admittendos, qui sibi invicem in cathedra Ternobensi successerint et quorum alter ignoto anno, alter dicto anno* 1237 *vita functus sit.) Reposuit Basilius* S. Joannis *corpus in nova ecclesia, intra brevissimum constructa tempus : unde patet eam ligneam fuisse aut vimineam, luto obductam; quod fabricarum genus supra num.* 6 *memoravimus. Ibidem adhuc quiescebat* S. Joannis *corpus, quum ejus Vita conscripta est ab Euthymio patriarcha; quemadmodum ex Prologo Mosquensi abunde liquet. Verum ubi nunc terrarum servetur quis dixerit? An adhuc Ternobi, de qua civitate paucissima innotescere in Commentario de S. Hilarione episcopo jam monuimus? An translatum est in Rylense, quod supra descripsimus, monasterium? An vero, ut tot aliæ res sacræ, per Turcarum impietatem periit? Hæc quidem interrogari queunt; sed nemo forte ad ea tuto responderit.*

AUCTORE V. D. B.

16 *Placet coronidis loco apponere Troparium, quod Kulczinckius* (4) *ex Anthologio Slavico jam edidit quodque etiamnum in usu esse me docuit P. Martinof. Sonat autem in hunc modum :* Pœnitentiæ basis, contritionis imago, religiosæ perfectionis speculum exstitit tua vita angelica, o sancte; orationibus enim, jejuniis ac planctui semper operam dedisti. Ora, pater Joannes, Christum Deum pro animabus nostris. *Item Contacium :* Angelos vitæ puritate imitatus, o sancte, cuncta terrena calcasti et ad Christum confugisti; cujus præceptis armatus, tamquam inconcussa columna tartareas invasiones non horruisti. Inde dicimus tibi : Gaude, o pater Joannes, o lumen præclarum! *Colitur* S. Joannes *Rylensis ab omnibus Slavis, sive Russiæ regiones, sive Austriacum imperium, sive Turciæ provincias incolant; non tamen eodem ubique die : quod jam initio hujus Commentarii monuimus. De singulari in Rylensi monasterio cultu diximus num.* 7.

Troparium et Contacium Slavica de S. Joanne.

E

VITA

VENERABILIS ET THEOPHORI PATRIS NOSTRI

JOANNIS RYLENSIS,

Auctore Euthymio, patriarcha Ternobensi, interprete Joanne Martinof, presbytero Societatis Jesu.

F

Beati hujus parentes in omnibus quidem pii fuerunt, Bulgaria oriundi *b*. Natus et enutritus in vico dicto Scrino, in finibus Sredetzensibus *c*... Educatus autem a parentibus bene... Post multum vero temporis, parentibus ejus ad Dominum amandatis, erat hic... ab ecclesia minime recedens, sed sedulo divina eloquia sacrasque doctrinas auscultans... Concipit quoque consilium bonum : dispergit (bona sua)... in manus pauperum;.., abitque in unum e monasteriis quæ ibi erant *d;* et postquam parum temporis ibidem doctrinæ causa *e* mansit, e mundo egreditur *f*,... nil aliud secum sumens præter vestem pelliceam *g* quam gestabat.

S. Joannes, *in Bulgaria ex piis ortus parentibus, variis in locis vitam monasticam et eremiticam degit;*

a
b
c
d
e
f
g

(1) Act. SS. Auctarium ad tom. V Octobris, pag. 66. — (2) Ap. Stritterum, tom. II, part. II, pag. 725 et 726. — (3) Cfr Schafariks Slawische Alterthümer, tom. II, pag. 225. — (4) Specimen ecclesiæ Ruthenicæ, part. I, pag. 54.

Venit

AUCTORE EUTHYMIO.

Venit igitur in montem sibi designatam (in visione quadam); et, colobo (i. e. tugurio) ex ramis sibi confecto *h*, ibi degebat... (Dein)... abiit inde in alium locum, ibique in spelunca quadam valde obscura et tenebrosa se collocat *i*, labores laboribus, desideriis desideria addens... Mansit vero in spelunca illa annos duodecim... Diebus autem multis præterlapsis... ecce turmæ... latronum ferociter sanctum aggrediuntur, cædunt crudeliter, projiciunt et quaquaversus trahunt, ac denique e loco isto expellunt... Ille vero... abit in alium locum, non parum a priore dissitum, venitque in eremum Rylensem *k;* ubi, inventa quercu grandi, se collocat... (Terra producit ibi) speciem quamdam pisi *l* quo vescebatur sanctus. — Narratur hic pastores, una die gregem insequentes, ipsum reperisse, et obsessos ad ipsum adduxisse; quibus a sancto sanatis, famam ipsius per totam manasse regionem. Fortis vero et humilis Joannes exsurgens abiit inde præ timore humanæ gloriæ; et, reperto saxo valde sublimi, continuo eum ascendit,... solus cum solo Deo confabulaturus, nocturnum frigus diurnosque æstus patiens...

in Rylensi eremo vivens, frustra a rege Bulgarorum Petro invitatur; celebre monasterium ibi condit et sancte obit.

2 Cujus fama percrebuit ubique, ita ut ad aures regis *m* pervenerit. Una die Sardicam venit Petrus (rex); et, quibusdam comitibus secum sumptis, proficiscitur ad Joannem invisendum; et ubi venerunt ad flumen, Rylla *n* dictum, invenerunt saxum valde grandem et durum et impervium; nec potuerunt pergere, iterque repetierunt. Et continuo alium montem elevatum ascendunt, quem accolæ Knischaram vocare solent; unde ipsi (Petro scil.) montem saxumque indigitant, ubi venerabilis degebat; nec valuit rex eo pergere, (est enim locus præceps et durus); sed duos juvenes continuo mandat,... compellens (Joannem) vel ipse;.. valde enim desiderat eum intueri... Hic vero id fieri nequaquam posse ajebat... Tristitia igitur affectus est rex permagna,... et continuo regiam *o* repetens, iterum (ad Joannem) mittit non parum auri... nec non et epistolam... Joannes ad regem rescribit quidem; at eremum vel ad diem relinquere detrectat. Mansit autem illo in loco adhuc septem annos et quatuor menses : et multi vitam ejus virtutibus plenam æmulati, ei cohabitare statuerunt; et, in adjacente loco ecclesia exstructa, monasterium condiderunt *p*, beatumque sibi præpositum et pastorem eligerunt. Qui postquam gregem suum bene pavit, multosque ad Deum adduxit, nec non et magna præclaraque miracula patravit, provectam nactus est senectutem...

ANNOTATA.

a *De hoc Euthymio dictum in Commentario prævio num.* 2; *ubi simul docuimus hanc Vitam latine versam esse ex T. Hilferdingi literis de rebus gestis Serborum et Bulgarorum. Integra Euthymii scriptio in eas non est illata; sed integra edita fuit Belgradæ anno* 1836.

b *In Commentario prævio num.* 3 *docuimus* S. Joannem *natum esse aliquanto ante medium sæculum* IX. *Utrum parentes Romani, in Bulgaria habitantes, an vero natione Bulgari fuerint quæsitum est num.* 5.

c *Fines Sredetzenses iidem sunt ac Sardicenses; de quibus vide Commentarium prævium, num.* 4.

d *Hæc monasteria exstructa fuerint oportet, quum primum gens Bulgarica ad Christum conversa. Vide Commentarium prævium, num.* 6.

e *Triennium novitios probari edicitur canonibus, ab Orientalibus receptis* (1); *sed apprime falleretur is qui id semper servari arbitraretur. Frequentius tamen diuturnum valde est tirocinium, quoniam passim turba puerilis recipitur, licet quotidiana et luctuosissima experientia doceantur* (2) *quam sapienter SS. Euthymius et Sabas dixerint* valde periculosum esse adolescentes et pueros simul habitare cum solitariis (3). *Recepto autem novitio abbas aut hegumenus domicilium et seniorem, qui eum ad spirituales exercitationes exstimulet, adsignat* (4); *ita ut communis magister non sit, sed singuli suum habeant præceptorem. Doctrina autem spiritualis, quam ex eo hauriunt, vulgo nulla est; sed legere ab eo discunt, scribere et cantare* (5). *Initio quod* incipientes *sunt, dicuntur* ἀρχαριοι, *seu etiam* ῥασοφοροι *vel* ῥασοφορουντες, *quod tirocinii principio accipiunt* ῥασον, *seu vestem nigram ex panno lana caprina texto, simul cum* καμιλαυχιῳ *seu pileo ex cameli pilis facto et ad caput et cervicem tegendum apto* (6). *Imaginem dedit Hélyot* (7); *apud quem videre quoque sunt, uti et apud Goarem, ritus sacros quibus minor professio fit et major, seu minor et major habitus suscipiuntur.*

f *Id est, vitam anachoreticam amplectitur. Triplex enim hominum genus continetur S. Basilii institutis, reclusorum, anachoretarum et cœnobitarum. Anachoretæ vulgo non procul a monasteriis degunt, eorumque ecclesias diebus festis et dominicis adeunt. Id tamen servasse non videtur* S. Joannes, *licet nil persuadeat eum presbyterum fuisse : nullius enim auctoritatis sunt imagines Græco-moschæ, quas edidit Papebrochius et in quibus* S. Joannes *cernitur stolam gerens, seu, ut loquuntur græci,* ἐπιτραχηλιον, περιτραχηλιον *aut* ψαλτηλιον, *insigne sacerdotale, ipsis archidiaconis interdictum* (8); *in imaginibus videlicet illis passim repræsentantur tamquam hieromonachi, qui numquam sacerdotali dignitate aucti fuere. Quum itaque* S. Joannes *presbyter fuisse habendus non sit et magnam vitæ partem procul ab omni hominum consortio vixerit, sane diebus festis et dominicis liturgiæ interesse solitus non fuit; sed verisimiliter eucharistiam, aliquoties annis singulis acceptam, secum reservabat, ipse celebrans* dominicum *non* integre (9), *seu eas fere ceremonias adhibens, quæ in die parasceves etiamnum adhibentur. De hoc argumento vide Vincentium Tassini, sub persona Dionysii Sandellii latentem* (10).

g *De veste pellicea seu ependyte, qua cœnobitæ indui nequaquam solent, sed anachoretæ seu eremitæ, plura videri possunt in Commentario de S. Hilarione abbate* (11).

h *Tugurium id, ramis confectum, cujus nomen bulgaricum servavit inter vertendum P. Martinof,* græce καλυβη, *service* koliba, *albanice* kolioupe *vel* kasole, *vlachice* kolibé *appellatur* (12). *Plura vide in Commentario prævio num.* 6. *Sæpe hæc tuguria posita sunt in fovea, aliquot pedibus infra terræ faciem cavata.*

i *Videtur speluncam hanc subiisse nimii frigoris vitandi*

(1) Cfr Vincentii, archiepiscopi Carlovicziensis, epistola synodica de vitæ monasticæ regulis, pag 4.—(2) Ami Boué, la Turquie d'Europe, tom. III, pag. 471 et 472. — (3) Vita S. Sabæ, num 36, ap. Surium ad 5 Decembris, tom. XII, pag. 165. — (4) Vincentii epistola synodica, pag. 4. — (5) Ami Boué, la Turquie d'Europe, tom. III, pag. 441. — (6) Cfr Goar, Euchologion sive rituale græcorum, pag. 468 et seqq. — (7) Histoire des ordres religieux, tom. I, pag. 181, edit. 1792. — (8) Cfr Goar, Euchologion seu rituale Græcorum, pag. 111.— (9) Passio SS. Saturnini, Dativi et aliorum plurimorum martyrum in Africa, num. 6, ap. Ruinart, Acta Martyrum sincera, pag. 384, etc. 1713. —(10) De priscorum Christianorum synaxibus extra ædes sacras commentarius, pag. 179 et seqq. — (11) Vide supra, pag. 31. —(12) Ami Boué, la Turquie d'Europe, tom. II, pag. 259.

A *vitandi causa. Cfr Commentarius prævius num.* 6.

k *De hac eremo vide Commentarium prævium, num.* 7.

l *Slavice dicitur* slanontok *vel* slanutok. *Miclosich affirmat esse* arborem quamdam, ex cujus fructibus Joannes Rylensis vescebatur, *et in codice Suprasliensi, nuper a se edito, commemorari* (1); *ast omittit ex quonam genere arborum sit* slanutok. *Opportune igitur notavit editor Belgradensis esse* speciem quamdam parvuli pisi, *Gallis dictam* petits pois; *Turcis* Bizelia; *Serbis* Gra, Graschak; *Albanensibus* Boule; *Græcis* Pison (2). *Vox* slanutok *jam pridem obsolevit. Hactenus P. Martinof. Parum nunc utuntur hujusmodi pisis illorum regionum incolæ* (3).

m *Is rex Petrus est, Simeonis filius; de quo dictum in Commentario prævio num.* 8. *Ibidem ostensum Petrum ad* S. Joannem *accessisse mense Majo anni* 959.

n *Currit hic rivus ad septentrionem* S. Joannis *monasterii per vicum* Rylo, *quem in Commentario prævio, num.* 7, *itinere quinque horarum a monasterio distare diximus.*

o *Erat tunc regia* Magna Peristhlaba, *ut testis est*
B *Cedrenus his verbis* (4) : Anno imperii sui secundo (*Christi* 971) Tzimisces... prope urbem Magnam Persthlabam, ubi regia erat Bulgarorum, castra ponit; *quam ubi cepit,* Joannopolim *suo nomine appellavit, ut Leo diaconus* (5) *refert atque etiam Cedrenus* (6). *Magna erat Peristhlaba et Parva, non procul a se invicem dissitæ, auctore eodem Cedreno* (7). *Nomen varie scriptum :* Presthlawa, Presthlawon, Peristhlawa, Parasthlawa, Perejaslawez, Praslaw, *atque nunc demum* Preslaw *et* Presilava (8); *quo nomine* urbs illustris *significatur* (9). Megalopolim, Μεγαλην πολιν, *priusquam a Bulgaris occuparetur, dictam fuisse perhibet Anna Comnena* (10); *et sæculo* XII *exeunte a Græcis* Ogygiam *nuncupatam fuisse ex Niceta Choniate accepimus. Pristinam esse Marcianopolim a Marciana, Trajani sorore, sic appellatam, volunt Holstenius* (11), *Cellarius et Schwartz* (12), *d'Anville* (13), *Coleti* (14), *Schafarik* (15) *aliique; sed unde id eis innotuerit assequi non potui. Quod tamen si ponatur, superest de ejus situ nonnulla disceptatio, aliis eam ad ripam Danubii inter Dorostolon* (Silistrie) *et Trajani vallum, aliis ad littus Ponti Euxini, aliis in mediterraneis eam collocantibus. Sed dubium non*
C *est, ut ex Actis S. Sebastianæ ostendit Janingus noster* (16), *a mari dissitam fuisse Marcianopolim, quum S. Sebastiana, ut ex hac civitate ad Pontum Euxinum veniret, ducta sit Odyssum* (*nunc* Varna); *a qua distabat Marcianopolis juxta tabulas Peutingerianas* (17) *et Antonini Itinerarium* (18) *P. M.* XXIV, *versus Hæmum montem. Verum, ut quod sentio aperte dicam, non putem Marcianopolim et Peristhlabam eamdem civitatem fuisse; quum Marcianopolis, utpote caput Mœsiæ inferioris et P. M.* XXIV *tantum ab Odysso* (Varna) *distans, in clivo septentrionali Hæmi montis jacuerit; dum Peristhlaba posita fuisse videatur in dejectu meridionali. Quod enim in hoc ipso monte exstructa fuit, id Nicetas Choniates, de bellis ab Asane et Petro Bulgarorum principibus* D *adversus Constantinopolitanum imperatorem gestis agens, his indicat verbis* (19) : Pristhlabam aggressi (urbs ea Ogygia est, tota latericia et maximum Hæmi spatium complexa, ut oppugnationem non esse tutam videbant), ea præterita, ex Hæmo descendunt; et Romana oppida subito adorti *etc.; quod vero ad meridionales ejusdem montis plagas fuit sita, colliget, ni fallor, lector ex his quæ Leo diaconus de expeditione Bulgarica Joannis Tzimescis contra Rossos memoriæ tradidit :* Joannes imperator, *inquit* (20), ab urbe (*Constantinopoli*) profectus, cum omnibus copiis Hadrianopolim venit... Eo postquam imperator pervenit, ab exploratoribus certior factus est, tramites in Mœsiam agentes, difficiles illos quidem et angustos,... a Scythis minime custodiri. Quare convocatis centurionibus et tribunis in hunc modum est locutus :... Si præripimus locorum periculosorum transitum et inopinantes illos adorimur, spe ducor (pace numinis dixerim) primo impetu vel Præsthlabam oppidum, Mœsorum regiam, teneri posse... Hac habita oratione,... viæ se dedit, præeuntem habens Immortalium quos vocant egregie loricatam cohortem : pone sequebantur legionariorum fortissimorum millia quindecim, equitum tredecim millia... Ita E ubi præter omnium opinionem periculosa et prærupta loca transiverat, itinere raptim confecto, substitit; inque colle natura munito, qui ab utroque latere habebat præterlabens copiamque aquarum præbens flumen, equitatum et milites ab itinere refecit. *Atque hæc prima expeditionis die, seu feria* III *hebdomadis sanctæ anni* 971. *Statio autem hæc verisimillime fuit in loco, ubi nunc jacet* Jenedscheli *seu* Jenidsche, *spatio novem horarum distans ab Hadrianopoli* (21). Postero die, *ita pergit Leo diaconus,* de multa luce movet castra, et, exercitu in profundas phalanges disposito, Præsthlabam contendit... Tauroscythas, exercitum cum usu militari adventantem conspicatos,... dubitatio timorque tenuit. Arma nihilominus celeriter ceperunt et... conferta acie in equitabili ante oppidum planitie Romanis obviam se obtulerunt; *sed post acerrimam pugnam victi,* fugæ se mandant, inque oppidi mœnia se concludunt... Romanos nox superveniens a pugna revocavit. *Feria III, quum imperator cum leviori milite Hadrianopoli egressus erat,* reliquus exercitus cum impedimentis et calonibus, helepoles et cujusmodi machinas vehens, lento gressu retro secutus erat, *ita ut mane tantum* feriæ F quintæ maximæ *Præsthlabam advenerertit. Tunc imperator scalas muris applicari jussit et eadem die civitatem expugnavit. Supererat regia, quæ loco arcis erat; sed eam quoque, flammis injectis, postridie cepit.* In hunc modum, *ait Leo,* Præsthlaba, biduo expugnata, in potestatem Romanorum venit. Joannes imperator... Servatoris resurrectionem eo in loco celebravit;... et paucos dies in oppido commoratus, quod collapsis mœnium partibus communitis, justoque præsidio relicto, Joannopolim suo nomine appellaverat, cum omnibus copiis Dorystolum (*Silistrie*) ire contendit... Imperator autem Pliscubam quæ vocatur et Dineam obiter ex itinere cepit, item oppida alia nonnulla. *Atque ex*

(1) Lexicon linguæ Slovenicæ veteris dialecti, Vindobonæ, 1850. — (2) Ami Boué, tom. III, pag. 33. — (3) Ibid. tom. II, pag. 242. — (4) Historiarum compendium, tom. II, pag. 393. Bonn. — (5) Historiarum lib. VIII, cap. 7 et 8, pag. 158. Bonn. — (6) Hist. comp. tom. II, pag. 397. — (7) Opp. citt. tom. II, pag. 452. — (8) Ricaut, Hist. de l'Église grecque, pag. 96. — (9) Farlati et Coleti Illyricum sacrum, tom. VIII, pag. 86. — (10) Alexiadis, lib. VII, cap. 3, pag. 343. — (11) Ap. Cellarium et Schwartz, Notitia orbis, tom. I, pag. 473. — (12) Ibid. pag. 472 et 473. — (13) Géographie ancienne, tom. I, pag. 311. — (14) Illyricum sacrum, tom. VIII, pag. 85 et 86. — (15) Slawische alterthümer, tom. II, pag. 216. — (16) Act. SS. ad diem 7 Junii, in Supplemento, pag. 67. — (17) Ap. Velserum, Opera omnia. pag. 734. — (18) Edit. Semleri, pag. 137. — (19) De Isaacio Angelo, pag. 486. Bonn. — (20) Historiæ, lib. VIII, cap. 2 et seqq. pag. 130 et seqq. — (21) Cfr Ami Boué, La Turquie d'Europe, tom. IV, pag. 522.

A *his mihi liquere videtur Presthlabam seu Præslavam omnino eamdem esse civitatem ac eam quæ nunc turcice dicitur* Janboli, Janpoli *seu* Jamboli *et* Jampoli, *quinque aut sex millium incolas capiens et in recentioribus mappis passim notata. Distat enim a Jenedscheli, ubi primam noctem cum exercitu egerit Tzimesces, itinere sex horaram* (1); *ita ut nil obstet quin Romani post emensum id spatium eadem die pugnarint. Deinde etiamnum planities equitabilis circum id oppidum jacet* (2). *Tertio* Janboli *seu* Janpoli, *et* n *in* m *mutato propter sequentem mutam labialem* p, Jamboli, Jampoli, *nil aliud esse videtur quam contracta forma* Joannopolis. *Patet præterea ex recitato Leonis diaconi loco Preslavam non ad orientem Pliscubæ, ut huc usque voluere, sed ad meridiem hujus oppidi situm esse; et demum, quod præcipuum est, pristinum Bulgariæ regnum non ad septentrionem Hæmi montis fuisse positum, sed præcipuum ejus robur in plaga fuisse meridionali seu in Thracia septentrionali, quam imperator Michaël III anno* 860 *Bogori, qui et Michael, concessit quamque Bulgari* Zagoram *seu Tramontanam appellarunt, a Sidera seu Porta ferrea extensam usque ad Debeltum* (Zagora), *id est a Ponto Euxino usque ad*
B *Strymonem fluvium.*

p *De hujus monasterii præsenti conditione dictum est in Commentario prævio, num.* 9.

COMMEMORATIO

VENERABILIS PATRIS NOSTRI

JOANNIS RYLENSIS

Ex prologo Mosquensi ad diem 19 *Octobris, interprete Joanne Martinof, presbytero Societatis Jesu.*

C S. Joannes, *natione Bulgarus, professione monachus, secedit in eremum Rylensem,* *a*

Sanctus P. N. Joannes, inter pœnitentes magnus, oriundus est ex pago dicto Scrin, in finibus claræ urbis Sredetz sito, regnantibus in Bulgaria Petro Christumamante, in Græcia vero Constantino Diogene *a*. Parentem habuit pium, nec valde divitem, origine Bulgarum *b*. Parentibus vita functis, ipse, cum Deum a teneris unguibus adamaverit, bonis omnibus, quæ a patre hæreditate acceperat, in egenos et infirmos distributis, formam monachalem suscepit *c*, patriaque propria *d* egressus est, nil aliud nisi vestem pelliceam corpore gestans. Et ascendens montem quemdam altum et solitarium, ad exercendam virtutem se accinxit, silvestri herba se nutriens. Pauco vero tempore elapso, latrones, dæmone inspirante, nocte ipsum aggressi sunt, crudeliterque percussum, inde pepulerunt *e*. Joannes igitur, ex eo monte pulsus, sese recepit in eremum Rylensem, ibique fortiter ad pœnitentiæ exercitia se accinxit; arboremque concavam iniens, in jejuniis, et precationibus, et lacrymis, jugiter Deum deprecans, permanebat.

b — *c d* — *e*

in qua sexaginta annos vixit, monasterium exstruit et obiit.

2 Permansit autem in illo loco annos sexaginta, herbis solummodo corpus sustentans; nec faciem hominis vidit, sed cum feris silvestribus solummodo habitavit. Cujus magnam patientiam videns Deus, in adjacente loco pisum crescere fecit, quo beatus ille per multos annos vescebatur. A quibusdam vero pastoribus visus, ubicumque divulgatus est. Et multi ad ipsum veniebant, infirma sua adferentes, precibusque sancti sanitatem adepti abibant *g*. Et exiit fama de beato in universam regionem illam; et multi vitam sancti hujus virtute plenam æmulati sunt, atque una cum eo degere statuerunt. Et in vicina specu ecclesiam condiderunt, monasteriumque extruxerunt, beato viro in præpositum et pastorem sibi electo. Hic vero gregem suum bene pavit, nec paucos ad Dominum adduxit : multaque patravit miracula eaque præclara, et provectam senectutem nactus, in pace supremum diem obiit *h*, vitam suam cum felicitate quæ numquam senescit commutans, atque ibidem a discipulis suis sepultus est. D *g* *h*

Hinc ejus transfertur corpus Sardicam, dein Strigonium;

3 Et tempore haud pauco præterlapso, apparuit discipulis suis, suasque reliquias in urbem Sardicensem transferri præcepit. Illi vero, aperto sepulchro, videntes corpus beati integrum, corruptionis minime consors, suavemque odorem emittens, glorificaverunt Deum. Et ita honorifice attulerunt Sardicam, et in ecclesia S. Lucæ evangelistæ *i* posuerunt. Postea vero, in pulchra ecclesia sub ipsius invocatione ibidem condita, beati corpus posuerunt, divas præclarasque operans sanationes. Et multis temporibus præteritis, exsurrexit rex Ugrorum *k* multo cum exercitu, et veniens subegit sibi græcam regionem : pervenit autem et ad urbem Sredetz, et beati thecam sacram una cum corpore secum tulit; audiverat enim rex miracula a beato patrata. Jussitque thecam ipsius magno cum honore in terram suam propriam deportari, atque honorifice poni in ecclesia urbis quæ vocatur Ostrogom *l*... Et positus est ibi sanctus, nec cessavit miracula patrare et signa, et sanationes multas. Ex multis autem pauca dicamus. E *i* *k* *l*

unde post multa prodigia reducitur Sardicam,

4 Etenim archiepiscopus Ostrogomensis *m*, ut audivit magnum esse coram Deo beatum, miraculisque in omnibus terris gloriosum, credere recusavit, dixitque : Non novi ego hunc in veteribus scriptis minime memoratum; noluitque adire sanctum venerabundus. At ecce repente lingua obmutuit, agnoscensque ideo se obmutuisse, celeriter ad arcam beati properat, procumbens osculatur veniamque petit. Sanctus vero Dei servus eum mox exaudivit, et eadem hora vinculum solvit, et claram loquelam ei restituit. Ille autem sanitatem nactus, lacrymabundus peccatum suum contra sanctum coram omnibus confessus est, Deumque glorificavit, et sanctum exaltavit. Et alia multa ac præclara patravit sanctus in Ugrorum terra. Quæ omnia ubi accepit rex *n*, mirabatur præclara sancti miracula; multo autem plus terrore magno correptus, thecam sancti argento et auro exornavit, reliquiasque ejus deosculatus, magno cum honore in urbem Sredets dimitti jussit. Et ita in sancta sua ecclesia iterum positus est, anno sexies millesimo sexcentesimo quinto, indictionis quinto *o*. *m* F *n* *o*

Joannes Asan id ibi occupat sub annum 1226,

5 Non post multum temporis, placuit Deo erigere arcam collapsam, et potestatem Bulgaricam, Græcorum jugo antiquatam, innovare : erexit enim cornu regni Bulgarici, sub imperatore Asane, christumamante, cui inde a sacro lavacro nomen Joannes *p*. Hic igitur, regni sui initio, collapsas Bulgariæ urbes instauravit et firmavit, regiones sibi ubique subegit, urbesque expugnavit. Venit et ad *p*

(1) Cfr Ami Boué, La Turquie d'Europe, tom. IV, pag. 522. — (2) Ibid. tom. I, pag. 104 et 105.

A Sardicam usque; qua capta, ubi sancti et venerabilis patris corpus vidit, et res adeo præclaras de eo accepit, sanctam arcam veneraturus adiit, venerandas reliquias osculatus est, præcepitque sancto patriarchæ Basilio *q* ejusque clero præclarissimam thecam sumere, et magno cum honore, se præsente, ad urbem principem Ternobium *r* deferre, appositis etiam tricentis militibus selectis, sancta comitaturis.

q

r

et Ternobium vehendum ibique in novo templo condendum curat ;

6 Patriarcha igitur Basilius, veneranda theca currui (rotis) imposita, et omnes comites cum eo, iter læti inierunt, ibantque gaudentes Deumque glorificantes, sancti precibus instructi. Comitabantur quoque eum monachi cœnobii Rylensis, hegumenus Joannicius, aliique monachi Deum timentes. Ipse vero pius rex Joannes Asan properavit in urbem principem, ibique ecclesiam celeriter extrui *s*, et repositorium ad excipiendum sanctum parari jussit. Ut cognovit autem non longe abesse Basilium patriarcham, omnesque qui eum comitabantur, corpus deferentes, protinus exiit ei in occursum in vallum (Okop), magnatibus, principibus, hominumque turbis stipatus, corpore exsultantibus, et spiritu lætis. Visis venerabilis patris

s

B reliquiis, ea adoraverunt, gaudio inenarrabili gaudentes. Et mansit theca in Okop septem diebus, usquedum conderetur ecclesia. Qua confecta, tulerunt corpus sancti magno cum honore et in ec-

t clesia magnifice sacrata posuerunt, anno 6703 *t*, ubi ad hodiernum diem usque jacet, mirabilia patrans, medelasque gratuitas, inexhausti fontis instar, jugiter distillans.

Ubi multis prodigiis honestatur, dum anima in cœlis Deo fruitur,

7 Etenim cæci adeuntes illuminantur, curvi eriguntur, muti celeriter et diserte loquuntur, infirmi a languore ad fortitudinem transeunt, obsessi curantur, quicumque denique ægritudine detenti adeunt, sanationem accipiunt. At, o summe venerandumque caput, Spiritus Sancti gratia plenum, Salvatoris ejusque Patris habitaculum, tu, qui universorum regis throno adstas, et consubstantialis Trinitatis lumine frueris *u*, atque cum Angelis, non secus ac Cherubim, ter sanctum canticum decantas, magna et inscrutabili audacia fretus, deprecare omnium clementissimum Dominum, ut contribules civesque tui salventur, impii vero conterantur.

u

x Adjuva quoque regem nostrum *x*, ejusque pedibus cunctos inimicos adversantes subjice, fidem serva immaculatam, civitates nostras firma, universum

C orbem terrarum pacifica, a fame et pernicie nos defende, ab incursu alienigenarum libera, senes consolare, juvenes disciplinam edoce, insipientes fac sapere, viduis miserere, orphanos protege, infantes enutri, gentem tuam universam a quavis adversitate serva, atque in die tremendi judicii, a sorte sinistra nos defende, cum ovibus vero ad dexteram, precibus tuis, statuere dignare, ut beatam illam audiamus Christi Domini vocem : Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi.

ANNOTATA.

a *Petrus, filius Simeonis, Bulgaris dominatus est ab anno* 941 (1) *usque ad annum* 969 (2); *Constantinus autem VI seu Porphyrogeneta, qui hic Diogenes cognominatur, ab anno* 911 *usque ad annum* 959 *Constantinopolitanum imperium habuit* (3). *Sed toto sæculo erratur. Menæorum seu Prologi correctores Mosquenses retulerunt ad* S. Joannis *nativitatem quæ Euthymius biographus de ejus senectute scripserat. Aliis multis mendis maculati sunt Mosquenses libri liturgici, ut ex reliquis annotatis satis constabit.*

D

b *Biographus antiquior seu Euthymius non dixit* S. Joannis *parentem origine fuisse Bulgarum; sed tantum Bulgariæ incolam : de qua re vide Commentarium prævium, num.* 5.

c *Id in monasterio fecit, ut tradit Euthymius.*

d *Bulgariam numquam reliquit* S. Joannes.

e *Hæc facta sunt, quum* S. Joannes, *monte relicto, in speluncam secessisset. Cfr prior Vita.*

f *Cfr de hoc pisorum genere annotatum* l *ad præcedentem Vitam.*

g *Multa hic omittuntur quæ in priori Vita legere est.*

h *Obiit die* 18 *Augusti anni* 946.

i *Exstat etiamnum Sardicæ seu Sophiæ vetus christianum templum; quod satis magnificum fuit, nunc autem conversum est in djamim turcicam* (mosquée) (4). *Volunt nonnulli id a Justiniano ædificatum fuisse titulo S. Sophiæ, atque hinc turcicum civitatis nomen ortum esse. Verum Procopius, ædificia a Justiniano curata recensens, nequaquam hujus templi* E *meminit, nec quidquam suadet id ei deberi. Forte idem id est ac S. Lucæ, quod hic in Prologo memoratur.*

k *Hic rex Ugrorum seu Hungarorum est Stephanus II; de quo dictum in Commentario prævio, num.* 10.

l *De hac translatione vide Commentarium prævium num.* 10 *et* 11.

m *Intelligitur Felicianus, qui et Paulus; de quo actum in Commentario prævio num.* 11.

n *Videtur hic esse Bela II seu Cæcus. Cfr Commentarius prævius num.* 12.

o *Erronei videntur hi numeri, ut ostensum est in Commentario prævio, numm.* 12 *et* 13.

p *Agitur de Joanne Asane, qui Bulgaris imperavit ab anno* 1213 *aut* 1216. *Vide Commentarium prævium, numm.* 11 *et seqq.*

q *De hoc primate seu patriarcha vide Commentarium prævium, num.* 13.

r *Postquam Asan ejusque fratres exeunte sæculo* XII *regnum Bulgaricum restituerunt, Ternobum civitas regia facta est.*

s *Ecclesiam ligneam fuisse seu ex cratibus, limo obductis, statuimus in Commentario prævio,* F *num.* 13.

t *Hunc quoque numerum erroneum esse in Commentario prævio numm.* 11 *et* 12 *ostensum est.*

u *Locus notatu dignus; quo quippe aperte docetur sanctos visione beatifica frui etiam ante diem judicii universalis. In Officio* S. Joannis *Mosquensi multa alia sunt loca, quibus idem dogma proponitur; pauca aliquot recitasse juverit :* Venerabilis pater Joannes, in omnem terram exivit fama disciplinarum tuarum; propterea mercedem laborum tuorum reperisti, dæmonum exercitus confregisti, et angelorum ordinem attigisti, quorum vitam immaculatam æmulatus es. Fiducia erga Christum Dominum fretus, pacem animabus nostris deprecare (5). *Et statim postea :* Divina luce illuminatus es et cum angelis nunc habitas, o pater; salva nos (6). *Et inferius :* Interminabilis lux illuxit tibi, sempiternam lætitiam adepto, et una cum angelis coram rege et Domino exsultanti. Memento eorum qui cum fide

(1) Stitler, Memoriæ, tom. II, part. II, pag. 609. — (2) Leo diaconus, Hist. lib. v, cap. 3, pag. 78. Bonn. — (3) Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 430 et 431. — (4) Cfr Ami Boué, La Turquie d'Europe, tom. II, pag. 379. — (5) Stichirion, tom. VI, — (6) Ode 1, tom. IV.

memoriam

A memoriam tui faciunt, pater beatissime (1). *Dein sequitur :* Anima tua sancta pura et intemerata beatitudinis cælestis consors fieri digna habita est. *Hactenus P. Joannes Martinof; qui et addit in eodem Officio sæpius alludi rebus gestis a* S. Joanne *et ab Euthymio memoratis; sed nil novi referri. Atque ipse addam doctrinam Russorum de visione beatifica omnino orthodoxam esse, eam saltem quæ præponitur in Confessione orthodoxæ fidei seu Catechismo Petri Mogila, pluribus synodis probato. Quæ vero* D *in Catechismo, jussu sanctissimæ synodi Petroburgensis a Philareto, metropolita Moscuensi, edito, legitur, hæc quidem parumper implexa est neque ubique satis clara, sed facile tamen cum genuino dogmate componi potest* (2).

x *Hinc in Commentario prævio num.* 2 *collegimus hæc fuisse scripta ante annum* 1596.

(1) Ode 9. — (2) Cfr Opusculum cui titulus : Essai de conciliation sur le dogme de la vie future. Paris 1858.

DE S. OELBERTO MARTYRE

IN BRABANTIA

B. B. B

SYLLOGE HISTORICA. E

S. OElberti mors ex Molano; illius cultus hodie vix ullus in populo; recte tamen martyr dicitur.

S. Viri mors,

Sancti Oelberti *seu* Odelberti, *miminere hac die Castellanus, Ferrarius in Catalogo generali; item Saussaius in suo Martyrologio gallicano et quidem duplici in loco : altero ad diem* 21 *Octobris, altero, in Supplemento ad diem sequentem. Omnes sua mutuarunt ex Molani Natalibus Sanctorum Belgii, ubi, inquit Sollerius* (1), pauca quæ de hoc Sancto ex traditione supersunt invenies. *Scribit autem Molanus* (2) : In Oisterhout (*hodie scribitur* Oosterhout) natalis sancti Oelberti martyris. Est autem dictus locus, populosus pagus diœcesis Antverpiensis, apud Bredam; cujus incolæ hæc de Patrono suo a majoribus acceperunt. Latrones quidam, latrocinio suo deprehenso, illac per agrum fugiebant, ubi sanctus Oelbertus ex aratione fatigatus in somnum inciderat, dormientique
C mucronem suum apponunt, sanguine maculatum. Qui eos insequebantur, in beatum OElbertum inciderunt, eumque ut latronem jugulaverunt. Corpus autem truncum, ad sacellum haud longe dissitum, caput abscissum insigni miraculo detulit; ipsaque jumenta, quibus in aratro usus erat, pro nova majoris ecclesiæ constructione materialia sine auriga feruntur advexisse. Quievit autem aliquantum in Oisterhout, ubi est secundarius ecclesiæ patronus; sed Franci feruntur corpus secum abduxisse in « Thoulose. » An autem hic locus sit Tholosa (*Galliarum ad meridiem notissima eaque ablinc remotissima urbs*) et quo tempore in Oisterhout claruerit, vel inde sit ablatus, ab omnibus incolis ignoratur. Natali die officium fit de communi martyris. Plura a pastore ecclesiæ ejus, viro docto et facundo (*cujus nomen* Daniel de Doirne) cognoscere non potui, cum is ob persecutionem et furorem hæreticorum Lovanium declinasset. Historiam suspicor intercidisse per frequentes barbarorum et piratarum incursiones. *Atque hæc ita Molanus, quem deinceps cæteri secuti sunt, nominatim recentiores Butleri editores* (3). *Plura non reperi. Subdit idem Molanus* (4); Videtur aut ipse (S. Oelbertus) aut alius ejus nominis martyr quievisse aliquando Leodii ad sanctum Bartholomæum; *quod scilicet anonymus Leodiensium Chronici auctor scribat :* Dicitur quod sanctus Ulbertus martyr ibi quiescit. *Quæ quidem mera conjectura est.*

cultus, 2 *Cæterum Oosterhout et hodie pagus est populosus incolas numerans* 6500 (5), *spectatque ad diœcesim Bredanam, sub metropoli Ultrajectina, erectam a Pio IX anno* 1853 (6). *Cultus sancti Martyris nostri ibidem hodie vix notus in populo est. Nulla ejus videtur imago seu statua; nullum ab ejus nomine dictum altare vel sacellum; imo et jam amplius nullæ reliquiæ, nulla devotio seu in necessitudinibus invocatio. Fit solum officium, ut olim, de communi Martyris.* F

martyrium. 3 *Denique haud abs re fuerit in mentem revocasse,* martyres *ex usu communi dici quotquot ecclesia colit olim morte cruenta necatos licet varia ex causa; nec hunc titulum aut ritum mutari quisquam jussit, utcumque scholæ loquantur de* Aureola (7). *Huc referri quoque potest, quod notat Baronius in S. Elphegum Cantuariensem episcopum* (8) : Movit aliquando Lanfranci episcopi animum, cur Angli venerarentur S. Elphegum et martyrem reputarent, cum non fidei confessionis causa vel testandæ veritatis, sed tantum cæsus sit, eo quod barbari aurum, quod poscebant, apud ipsum non invenissent. De hac re sollicitus consuluit S. Anselmum; qui respondit, se firma ratione novisse, Elphegum esse martyrem, eo quod pro justitia occubuisset. Hæc Edimerus in Vita S. Anselmi.

(1) Usuardi Martyrologium 22 Oct. — (2) Natales SS. Belgii, 22 Oct. — (3) Vies des Saints, 22 Oct. Lovanii 1832. — (4) Natales SS. Belgii. Ubi supra. — (5) Guibert, Diction. Géograph. Edit. 1850. — (6) Kersten, Journal historique et littéraire, tom. XX, pag. 3 et seqq. — (7) Papebrochius, Responsio ad exhibitionem errorum, pag. 578. — (8) Martyrol. Romanum Baronii, 19 Aprilis.

DE

A D

DE B. JOANNE BONO

EREMITA ORDINIS S. AUGUSTINI

MANTUÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

E. C.

§ I. Quare dentur Acta B. Joannis hac die. Ejus breve elogium, patria, nomen. Num dicendus sit pertinuisse ad gentem Bonomorum.

B

ANNO MCCXLIX. *Colitur* 23 *Octobris, sed hic ejus Acta dare oportuit.*

Principio monemus B. Joannem Bonum *Mantuæ, ubi tum huic terræ, tum cælo est natus, coli die sequenti,* 23 *Octobris, quo vitam præsentem cum æterna eum commutasse certo constat. Illa etiam die plerique martyrologi ejus laudes celebrant; alii cum martyrologio Romano ad diem* 23 *Novembris. Ferrarius tamen in* Catalogo Sanctorum Italiæ *elogium* B. Joannis *consignavit ad diem* 22, *in quo eum imitatus est auctor* Hagiologii Italici, *Bassani in lucem editi anno* 1775. *Id nos quoque facimus, vel ob hanc solam causam quod dies* 23 *huic Tomo IX Actorum Octobris nec totus adjungi potest, ne spissior sit, nec totus deesse, ne tomo desit quoque sua justa moles. Et hæc est ratio ob quam Acta* B. Joannis *a die* 23 *huc transferre oportuit, aut si mavis, cum Ferrario eum huic diei* 22 *adscribere. Sed quoniam dies cultus, præ reliquis eligendus, procul dubio est dies hujus mensis* 23, *eum illo die suo proprio loco signabimus, monito Lectore ejus Acta quærenda esse in præsenti volumine. His præmissis jam, pro more, de vita* B. Joannis *commentari incipimus.*

Conversio et pœnitentia B. Joannis.

C

2 *Quamvis vero Beatus noster S. Augustino, cujus regulam amplexus est, celebritate et ingenio aut scientia longe sit inferior, eidem tamen, tanquam misericordiæ divinæ prodigium, merito comparari potest; quippe quem ejus biographi ad annum usque quadragesimum ætatis æternæ salutis suæ penitus oblitum fuisse unanimiter narrant, et deinceps ita conversum ad Deum, ut stupenda pœnitentia et sanctitate eminuerit ipse ac multos alios exemplis et adhortationibus ad meliorem frugem perduxerit. Quinimo mater ejus altera Monica fuit, de qua scribit S. Antoninus :* Mater vero ejus pro filii salute solicita, cum multis lachrymis ad Deum preces pro salute ejus fundebat. Cujus desiderium Dominus exaudivit (1). *Antonius Verle in supplemento* Catalogi Sanctorum *Petri de Natalibus, quod Vicentiæ primum prodiit cum ipso catalogo an.* 1493, *hoc habet summarium Vitæ* B. Joannis. (2) :

Ejus elogium ex Catalogo Sanctorum.

3 De sancto Joanne Bono confessore. Joannes Bonus confessor, patria Mantuanus, Joanne patre defuncto, hereditate dives relictus est; pro quo, dum lubricis juvenibus adhereret, Bona ejus mater indesinenter preces ad Deum mittebat. Deus autem E fidelium vota non respuens, ecce juvenem sinit ad salutem animæ corpore infirmari. Sed dum se religionis voto alligat, pristinæ saluti restituitur; qui mortua matre, pauperibus erogatis omnibus, in quamdam specum haud procul a Cesena recessit, ubi mirum in modum se affligebat. Postmodum sumpto heremitarum S. Augustini habitu carnalibus incendiis torreri cœpit; quæ peracutis arundinis particulis sub unguibus manuum infixis extinxit, tam acri cruciatu, ut triduo pene exanimis jacuerit. Sed quia pius Deus servos suos non deserit, per visionem ei apparens, et incentiva carnis et vulnera pariter sanavit. Qui Deo gratias agens incredibili abstinentia se affligens, plurima in Flaminia et Umbria instaurans monasteria, sibi mirabile sanctitatis nomen ædificavit. In qua regione per annos quinquaginta (*lege :* quadraginta) commoratus, in patriam inde reversus est : et diebus ac perfectis operibus plenus, extra Mantuam in monasterio sibi a civibus constructo anno salutis MCCXXII (*lege :* 1249) spiritum Deo relaxavit. Cujus corpus non multo post in urbem translatum, in monasterio sanctæ Agnetis honestissime conditum est; cujus sepulchrum miraculis frequen- F tissime radiatur. Ejus memoria colitur in octava Paschæ, *nunc* 23 *Octobris aut Novembris, de quo infra dicendum. Monemus vero hoc elogium mutuasse Antonium Verle ex paulo explicatiore quod suis Chronicis inseruit Philippus Bergomas* (3), *qui scribebat circa annum* 1473 (4).

Natus est Mantuæ. Eum ex gente Bonomorum fuisse dicunt.

4 *Mantua, ubi natus est* B. Joannes, *notissima civitas est regni Lombardo-Veneti incolis frequens ad tricies circiter mille et arx munitissima totius Italiæ* (5). *Ejus antiquissima est sedes episcopalis, quam anno* 1455 *patriarchatui Aquilejensi subtraxit Nicolaus V et Romanæ sedi immediate subjecit* (6); *qui status hodieque perdurat. Nati sunt illic Sancti et Beati plurimi; aliis Mantua locus obitus fuit : quorum primas tenet S. Anselmus, episcopus Lucensis, qui Mantuæ cessit e Vita anno* 1086 *et ut patronus civitatis primarius colitur. Sequitur ejusdem patronus alter* B. Joannes Bonus; *quibus addendi S. Rufinus, B. Marcus Marconi, B. Osanna*

(1) Infra in Actis, num. 1. — (2) Catalogus SS. etc. Lugduni 1514, in Appendice, cap. 6, fol. 239 verso.—(3) Supplementum Supplementi Chronicarum. Venetiis 1513, fol. 225. — (4) Ossinger, Bibl. Augustiniana, pag. 560. — (5) Moroni, Dizionario di erudiz. In Venezia 1846, tom. XLI, pag. 172. — (6) Ughelli, Italia sacra, edit. Coleti, tom. I, pag. 858.

Andreasi

AUCTORE E. C.

Andreasi et alii plurimi (1). *Noster autem beatus illic in lucem editus est anno salutis* 1168; et ex patre Joanne et matre Bona Mantuæ ortum habens, *inquit Ambrosius Calepinus in Vita quam ad calcem Commentarii e tenebris erutam excudimus,* ab eis etiam compositum nomen sortitus est. *Iisdem pæne verbis loquitur S. Antonimus Florentinus :* Cujus pater Joannes, mater Bona nuncupati sunt; ex quibus nominibus simul junctis vocatus est ipse Joannes Bonus. *Paulo plura habent de Beati cognomine scriptores recentiores, inter se tamen non undequaque convenientes. Constantinus Laudensis in Vita Italica* (2) *hæc scribit, quæ speciminis gratia ad integrum recitamus :* Natus est Joannes Bonus Mantuæ, in civitate ducali ita nobili et ornata ut cuivis alii in Italia comparari possit, anno salutis 1268, ex Joanne et Bona de Bonomi; quæ familia Bonomorum antiqua erat, nobilis et honestis divitiis prædita. Hoc autem sortitus est nomen, ut in eo parentum tam nomen quam substantia propagaretur. Vel forte, quod libentius credo, secuti sunt hi ductum Spiritus Sancti, qui ab æterno novit corda omnium nostrum, et cui placuerit
B futuras hominis dotes significare.

sive ejus pater ad eam pertinuerit, sive mater.

3 *In codice pergameno ex quo edituri sumus vitam* B. Joannis *auctore Calepino, et quem ævi illius esse quo Calepinus florebat, id est extremi sæculi* XV *aut exordientis* XVI, *undequaque verisimile est, hæc adscribuntur folio primo, sed charactere recentiore :* Sanctus Johannes bonus de bonomo de Mantoa. *Verum de quo controversia est inter scriptores, hoc est, uter parentum ex Bonomis fuisse dicendus sit. R. D. Josephus Savio, canonicus Mantuanus, in Vita* B. Joannis, *viginti prope abhinc annis in lucem edita, cum Laudensi matrem fuisse scribit quæ ad gentem Bonomorum pertinuit :* Nomen patris Joannes, *inquit,* matris Bona, e nobili familia Bonomorum (3). *Oppositum docuerat Hippolytus Donesmundus in Historia ecclesiastica Mantuana, quæ anno* 1612 *typis vulgata est* (4); *ejus verba italice sonant :* Chiamandosi il padre Giovanni de Bonhomi e la madre Bona, esso percio fu appellato al battesimo Giovanni Bono. *Id est :* Quum patri nomen esset Joannes de Bonhomis, matri Bona, vocatus est in baptismo Joannes Bonus. *Donesmundum secutus est Lucas Waddingus in Apologetico de prætenso monachatu S. Francisci* (5). *Tum etiam Leopoldus Volta in Summario Vitæ quod occasione*
C *alicujus translationis corporis* B. Joannis Boni *cum odis et poematis aliquot a PP. Augustinianis anno* 1775 *Mantuæ vulgatum est* (6) : Ejus genitores, *ait,* fuere Bona, et Joannes ex antiqua ac spectabili familia Bonomorum, et ex ambobus nomen assumsit Joannis Boni; *seu ut Italice sonant verba :* Furono suoi genitori Buona, e Giovanni dell' antica e ragguardevole famiglia de Bonomi, d'ambo i quali assunse il nome di Giovanni Buono.

Inquiritur in primos

6 *Ex his patet nihil certum hac in re ab scriptoribus Vitæ* B. Joannis *ad hunc usque diem prolatum fuisse. Restat autem inquirendum quo fundamento dici potuerit eum genti Bonomorum adscribendum esse, sive ejus pater ad eam pertinuerit, sive vero mater. Hanc in rem nescio an conferat aliquid fragmentum quoddam ex archivo civitatis Cæsenæ, in cujus vicinia* B. Joannes *diutissime vixit, desumptum, quod cum aliis nonnullis in lucem edidit Lucas Waddingus* (7) : consului, *inquit,* doctos quosque D Cæsenates et ex urbis monumentis vetustisque chronicis mss. hæc recepi fragmenta. Ex archivo civitatis : « Anno MCCVIII. Beatus Joannes Bonomus Mantuanus, dictus Joannes Bonus (Il beato Giovanni de Buonomi Mantuano, detto Giovanni Buono), pœnitentiæ agendæ causa in eremum se recipit duobus tantum milliaribus a Cæsena dissitum, ætate quadraginta annorum, ibique per annos itidem quadraginta vitam eremiticam duxit.» *Quantæ sit antiquitatis hoc fragmentum non liquet, sed quale a Waddingo excusum, lingua et modus efferendi voces italicas, seu orthographia, certo demonstrant antiquum non esse. Duo tamen consideranda veniunt : primo illud ex antiquioribus desumi potuisse monumentis, et reliqua quæ in eo prodeunt, omnino esse accurata; deinde nomen* Bonomi, *quum Cæsena beati patria non sit, a Cæsenatibus ad ejus gloriam augendam adscitum fuisse minus verisimile videri. Verum hæc controversiam non dirimunt. Collegit et misit ad nos de* B. Joanne *libros et monumenta mss. plurima Operi nostro et gloriæ Sanctorum addictissimus D. Petrus Cernazai, Utinensis, cujus in hoc Commentario non semel erit mentio. Inter hæc monumenta locum non infimum* E *obtinent notationes eruditæ R. D. ac nobilis viri Marchionis Alexandri Sordi seu de Surdis, Canonici Mantuani; e quibus tertia secundi Responsi ad quæsita D. Cernazai ad præsens spectat argumentum :* antiquissimum documentum, *inquit R. D. cujus verba latine reddo,* in quo mentio est cognominis Bonomi, titulus est Vitæ mss. quam P. Rossignoli exscripsit ex antiquiori P. Augustini Cremensis, addita tertia parte, in qua continentur miracula quæ acciderunt post mortem (*B. Joannis, ni fallor.*) Titulus vero est iste : « Vita acerbissima miraque B. Joannis Boni Bonomi de Mantua Ord. Heremit. S. Augustini a F. Antonio Rossignoli ejusd. voti professore e priscor. monumentis recollecta. »

hujus rei assertores,

7 *Quando scripserit Rossignolius mihi incertum; omittitur enim in Ossingeri bibliotheca Augustiniana* (8), *uti et Augustinus Cremensis sive* da Crema, *quem tamen novimus anno* 1484 *suam Vitam* B. Joannis *dedicasse Mantuæ Marchioni, Frederico Gonzagæ. De his scriptoribus redibit sermo ad calcem Commentarii, ubi de Beati biographis agemus. Notat vero R. D. Sordi, reapse Mantuæ exstitisse sæculo tertio decimo hanc familiam Bonomorum, nam, ut civitatis historia testatur, ad annum* 1260, F *inter cives qui concilio seniorum adscribuntur* (il consiglio degli anziani,) *comparet quidam* Crescimbene de Bonomi (9). *Quæritur itaque num dicta gens Bonomorum, succedente tempore et increbrescente fama* B. Joannis, *eum tum demum e suis dicere non cœperit; sicuti contigisse ferunt cum S. Fulcone Scoto, episcopo Papiensi, quem prænobilis familia Scotti inter majores suos adnumerandum esse contendit : de quo Sancto agemus nos ad diem* 26 *hujus mensis, quando eum martyrologia celebrant.*

de qua tacet omnino Processus Apostolicus Mantuanus ; ex quo alia opponuntur.

8 *Est vero notatu dignum in toto Processu, quem edimus, quique annis tantum duobus a morte* B. Joannis *confici cœpit, domus Bonomorum aut nominis, nullam occurrere mentionem. Atque huic argumento, tametsi negativum sit, spectatis adjunctis, multum ponderis inesse nemo inficiabitur. Qui enim*

(1) Moroni, tom. XLI, pag. 177. — (2) Vita et miracoli del B. Giovanni Buono, da F. Constanzo Lodi. In Bergamo 1590. — (3) Vita di S. Giovanni Buono primo Comprotettore di Mantova. Mantova 1837, pag. 7. — (4) Ap. Wadding. Annales Minorum, tom. II, pag 529, num. 19. Romæ 1732. — (5) Waddingus, ibid. pag. 446. — (6) Poesie per la Solenne traslazione di S. Giovanni Buono con un ristretto di notizie intorno alla vita del medesimo, pag. 5. Mantova 1775. — (7) Annales Minorum, loc. cit. pag. 521. — (8) Ingolstadii 1768. — (9) Volta, Compendio storico di Mantova, tom. I, pag. 243.

fieri,

A *fieri possit, si ex gente Bonomorum fuerit beatus, ut inter tantum numerum testium, non dico ordinis Augustiniani, sed sæcularium, nullus ex ea compareat, licet floruerit Mantuæ tum temporis hæc gens, ut modo vidimus. Quomodo etiam in diuturno Processu, inter tot interrogationes et responsiones, nusquam hujus consanguinitatis incidit vel levissima mentio. Accedit in eodem Processu diversis locis dici* B. Joannem *fuisse illitteratum, seu nec scribere didicisse nec legere : quod sæculo* XIII *de juvene ex nobilibus parentibus genito nullatenus videtur posse admitti. Frater Salvetus, ejusdem ordinis presbyter, quique per annos multos Cæsenæ cum Beato erat conversatus, testatur de miraculo quodam :* Quod hoc nisi a Spiritu Sancto esse non posset, cum ipse Frater Joannes Bonus sit idiota, ita quod aliquam litteram non cognoscebat (1). *Licet autem dicatur* B. Joannes *jam ab anno ætatis quinto decimo patre orbatus fuisse et mox liberiori vitæ deditus, non est verosimile, si ex nobili gente fuisset, ita eum omni litteratura et legendi peritia fuisse destitutum ut idiota dici potuerit. Insuper nomen Beati illo ævo rarum non erat in Italia, ut liquet ex ipso Processu. Inter testes comparet quidam* Fr. Bonus Joannes (2),

B *et alio loco aliquis* D. Zanibonus (3) : *novimus vero postremum nomen idem sonare ac Joannes Bonus; etenim in ipso Processu frequentissime Beatus dictus est Zanebonus* (4) *et vel ab ipso Lanfranco Saptala, priore provinciali Lombardiæ* (5), *qui postmodum factus est ordinis prior generalis. Deinde hoc ipsum nomen habet Beatus in antiquissima vita Italica anno* 1512 *Mantuæ edita, cum hoc titulo :* Leggenda del B. Zanebono de Mantua (6). *Postremo idque mihi non leve est argumentum, factus est etiam joculator; quod vitæ genus, ut ex infra dicendis intelligetur, a nobili juvene arreptum fuisse mihi persuadere non possum.*

Ex pluribus sententiis illa præferenda,

9 *Ex hucusque deductis patet quatuor diversis temporibus propositas fuisse sententias, non omnino diversas inter se, sed alteram altera explicatiorem. Antiquissima est quam tenet S. Antoninus in Chronicis, quæ anno* 1459 *absoluta esse novimus, cognomen* Boni *a nomine matris* Bonæ *derivatum esse. Hanc sequuntur Calepinus et Augustinus Cremensis. Cremensis enim, quem anno* 1484 *scripsisse diximus, sed cujus nondum prolata sunt verba de Beati nomine, loquitur eodem modo præterpropter ac Ambrosius Calepinus (supra num.* 4), *ut mihi constat*

C *ex excerptis quæ ad nos devenerunt :* Joannes Bonus, *inquit,* Mantua ortus fuit, habuit patrem Joannem, matrem vero Bonam, a quibus exordium nomenque traxit. *Secunda sententia docet* B. Joannem *ex gente Bonomorum fuisse; cujus sectatores supra sunt indicati. Tertia addit ejus matrem dictam fuisse* Bonam de Bonomis (Bona de Bonomi (7)), *atque hanc primus docuit, in quantum assequi licuit, Constantius Lodi, sive Laudensis, qui teste illustrissimo Joanne Corti, episcopo Mantuano, in quadam epistola ad D. Cernazai, sequitur Cremensem pæne in omnibus, nec minus, ut postmodum ostendetur, ejus continuatorem Rossignolium. Hunc interpretari volens Laudensis, et arbitratus potius* B. Joannis *matrem Bonam ex Bonomis fuisse, propter nominum similitudinem, quam ejus patrem Joannem, hanc sententiam in Vita sua italica expressit. Quarta demum tenet Beati patrem non vero matrem ex Bonomis fuisse.*

10 *Atque ex his demum concludimus vel primæ accedendum esse sententiæ, quam tradunt scriptores vetusti, vel admittendum Beatum nostrum* bonum *dictum per syncopen, ex cognomine* Bonomi. *In istud inclinat Canonicus Sordi hæc scribens in quadam notatione ms. :* Non mihi videtur a vero alienum dicere, cognomen boni habendum non tantum ut appellativum propter ejus vitæ bonitatem, sed etiam syncopen nominis genitorum. *Censeo tamen bonitatem, sive vitæ, sive indolis, cognominis originem esse non potuisse, quum hæc ei communia sint cum sanctis permultis. Quinimo adeo pœnitentiæ fuit addictus B. Joannes ut hæc in vulgi opinione sibi convenire non videantur. Nec etiam, si hæc esset causa nominis, illud habuisset nisi post suam conversionem. Quod ad secundam partem spectat citatæ notationis,* bonum *esse dictum beatum nostrum per syncopen nominis* Bonomi, *certiora arbitror requiri documenta quam illa quæ superius sunt adducta; interea vero standum esse vetustioribus Actis, iis videlicet quæ a S. Antonino, Philippo Bergomensi, Augustino Cremensi et Ambrosio Calepino sunt conscripta, nec sine erroris periculo longius procedi posse. In his autem monumentis aliud nomen non obtinet Beatus quam* E Joannis Boni, *nec aliud de ejus origine perhibetur, quam ex nominibus tum ejus patris* Joannis, *tum matris* Bonæ *fuisse conflatum.*

AUCTORE E. C. *quæ dicit a nomine matris fuisse cognominatum.*

§ II. Chronologia vitæ B. Joannis. Plurium errores.

Error plurium biographorum circa annum ejus obitus.

De tempore quo vixit, aut diem supremum obiit B. Joannes, *vel erronea, vel incerta nimis tradidere veteres scriptores. Scribebat medio sæculo decimo quinto de eo S. Antoninus :* Circa annos Domini 1200, tempore Innocentii III, fuit vir magnæ sanctitatis, nomine Joannes Bonus, de Mantua oriundus *etc.* (8). *Ostendemus autem anno* 1200 B. Joannem *nondum fuisse a liberiori vita conversum, ejusque sanctitatem tardius fuisse inchoatam. Philippus Bergomas, qui scripsit circa annum* 1475, *sic ejusdem obitum consignavit in Chronicis* (9) : Anno a Natali christiano 1222 migravit ad Dominum; *quod item falso asseri mox demonstrabimus. Antonius Verle in supplemento* F Catalogi Sanctorum *Petri de Natalibus, ut supra monuimus, secutus est Bergomatem in omnibus* (10). *Ex his porro veterum scriptorum assertis factum est ut in definienda ætate qua floruit* B. Joannes *multi diversimode erraverint, ut videre est apud Waddingum* (11) *et Herreram* (12). *Paulo post Bergomatem ad Vitam* B. Joannis *conscribendam, non jam ex incertis documentis aut traditionibus, sed ex ipsis Processibus authenticis anni* 1251, *se accingebat P. Augustinus Cremensis, eremita Mantuanus ordinis S. Augustini; qui librum suum dicans Frederico Gonzagæ marchioni Mantuano, in hunc modum subscribit :* Ex ædibus Divæ Agnetis Mantuæ in kal. Februarii MCCCCLXXXIIII.

Cremensis, Calepinus,

12 *In hac autem Vita, quæ adservatur ms. Mantuæ, in archivo R. Gubernii, his verbis obitus* B. Joannis *a Cremensi signatur :* Completis in heremo annis quadraginta, ætatis vero suæ anno

(1) In Processu infra num. 14. Item num. 279, 289, 306, 307, etc. — (2) Ibid. num. 46. It. 344. — (3) Ibid. num. 107. — (4) Ibid. num. 101, 106, 110, 112, 120, etc. — (5) Ibid. 109. — (6) Volta, Ristretto, etc. pag. 5. — (7) Lodi loc. cit. pag. 1. — (8) Infra in Actis, num. 1. — (9) Supplementum Supplementi chronicarum. Venetis 1513, fol. 225 verso. — (10) Catalogus SS. etc. Lugduni 1514, in Appendice, cap. 6. Vide supra, num. 3. — (11) Annales Minorum, loc. cit. pag. 450, num. 9 et seq. — (12) Alphabetum Augustinianum, tom. I, pag. 367.

octogesimo,

AUCTORE E. C.

octogesimo, receptis rite omnibus sacramentis, anno salutis quadragesimo nono supra mille ducentos, decimo kal. Octobris, sabbato circa horam nonam, in Oratorio apud Sanctam Agnetem, in suburbiis portus Mantuæ, in Christi amplexibus in cælum evolavit, regnantibus comitibus de Casalodis. *In quibus in uno certe erratum est; beatus enim* Joannes *non decimo kalendas Octobres, seu die* 22 *Septembris vita excessit, sed decimo kalendas Novembres, seu* 23 *Octobris. Ceterum emendavit semetipsum Cremensis, nescius forte, dum addit die* sabbato *eum obiisse. Anno enim* 1249 *sub littera dominicali* C *dies decimus ante kalendas Octobris seu* 22 *Septembris non incidebat in diem sabbati, sed in feriam quartam; verum dies decimus ante kalendas Novembris, sive Octobris* 23, *sabbatum erat. Calepinus quoque, qui Cremensem præ oculis habuit (ut dicetur uberius in fine Commentarii quando de Beati diversis Vitis sententiam proferemus) in eodem versatur errore.* Anno ætatis octogesimo, *inquit*, a Natali autem Christi anno ducentesimo quadragesimo nono supra millesimum, decimo kalendas Octobris, regnantibus apud Mantuam Casalodis comitibus, cum explesset in eremo annos
B quadraginta, et omnia ecclesiastica sacramenta percepisset, dissoluta hujus habitationis domo, domum perenniter duraturam accepit. *Non addit hic Calepinus diem supremum* B. Joannis *fuisse Sabbatum, sed diserte id habet alio loco. Narrans enim quemdam fratrem Bonaventuram, eremitam Augustinianum, qui* B. Joannem *a Cæsena Mantuam comitatus dein Ferrariam ad capitulum generale vocatus fuerat, ejus precibus, ut prædixerat, a febri fuisse liberatum, hæc scribit :* Securus igitur Bonaventura insecuta die Sabbati, quod dicunt, Ferrariam versus iter aggressus est. Cumque dominica die in unum congregati essent, venerunt duo exiis qui Mantuæ morabantur, nunciantes Janbonum eo transacto Sabbato hora nona e vita migrasse : qua etiam die Bonaventura dimissus est a febri.

et Constantius Lodi, eum obiisse dicunt unanimiter anno 1249.

13 *Omnium apertissime Laudensis* (1) : Quando moriebatur annus currebat Incarnationis Filii Dei millesimus ducentesimus quadragesimus nonus, sedente Innocentio Quarto (et imperante Frederico secundo *in paucis ditionibus*) sub quo celebrabatur concilium Lugdunense, regebatur tum Mantua a comitibus (*non* Casaldolis *ut fert error primæ edi-*
C *tionis, sed ut secunda emendat*) Casalodis, quorum dominatus Mantuam, Brixiam et Marcam Trevisianam complectebatur : de quibus peculiarem commentationem elucubrat modo honestissimus dominus Antonius Beffa Negrini. Contingebat autem mors ista die vigesima tertia Octobris Sabbato, hora nona, in proprio Beati oratorio. *Quum vero Laudensis Mantuæ vixerit aliquando* (2) *et Processum jussu Innocentii IV confectum dudum manu versaverit* (3); *quum et alter auctor Vitæ* B. Joannis, *Augustinus Cremensis, qui integro sæculo ante Laudensem scripsit, eodem anno quadragesimo nono sæculi* XIII *eum obiisse attestans, etiam Mantuæ commoratus sit, sufficerent eorum testimonia ad plenam fidem faciendam. Verum Philippus Bergomas, continuator Petri de Natalibus et S. Antoninus* B. Joannem *antiquiorem fecerunt* (*supra num.* 11), *quos non pauci auctores secuti sunt. Hæc vero sententiarum diversitas quasi armamentarium facta est, ex quo sibi utrinque arma procurarent, tum eremitæ* D *Augustiniani, tum PP. Minoritæ, in celebri controversia quæ inter eos exstitit, in qua quærebatur num reapse S. Franciscus, antequam suum ordinem conderet, biennio versatus sit cum* B. Joanne *tanquam eremita Augustinianus. Eapropter, præmissa brevi controversiæ historia, ex ipso Processu Apostolico annum mortis* B. Joannis *stabiliemus.*

Controversia inter Eremitas Augustinianos et Minores de monachatu Augustiniano S. Francisci.

14 *Ortus vero istius controversiæ est hujusmodi. Occidente jam sæculo* XV *per nuper inventam artem typographicam divulgari cæperunt aliquot libri, in quibus asserebatur S. Franciscum aliquando in ordine Eremitarum S. Augustini esse versatum. Sequenti sæculo Hieronymus Roman, illius ordinis historiographus, idem in suis libris repetiit* (4); *cui multis respondit P. Antonius Daza, ordinis Minorum. Huic iterum volumen non modicum opposuit P. Joannes Marquez, Augustinianus, doctor Salmanticensis non infimæ notæ. Contendit vero S. Franciscum, antequam Minoritarum ordinem anno* 1209 *excitaret, biennio sub S. Augustini regula cum* B. Joanne Bono *militasse, et hac duplici nititur ratione* (5) : *altera, id testatos esse auctores antiquos; de quo mox breviter dicemus; altera id convenire cum annis, quibus* B. Joannem *floruisse perhibent.* E *Scribit enim, post Philippum Bergomensem, nostrum Beatum obiisse anno* 1222; *et cum S. Antonino, floruisse eum circa annos Domini* 1200, *seu magis præcise loqui volens, ab anno præterpropter* 1200 *illum amplexum esse regulam S. Augustini : tertio addit natum eum esse anno* 1150 *aut* 1152. *Ex quo systemate, his tribus admissis, S. Franciscus facile ante annum* 1209, B. Joanni *jam eremitæ S. Augustini per biennium convivere potuit. Respondit Waddingus in* Apologetico de prætenso monachatu S. Francisci (6), *inspiciendum fuisse Constantium Laudensem, qui triginta annis ante Marquezium Vitam* B. Joannis, *ex authenticis monumentis concinnatam, bis intra breve tempus, Bergomi scilicet et Mantuæ ediderat. In qua Vita disertis verbis asseritur annum nativitatis fuisse* 1168, *obitus vero* 1249. *Notatque Waddingus Laudensi consonare vetustas picturas conventus Mantuani S. Agnetis, sub quibus conversionis annus scribebatur* MCCVIII, *mortis vero* MCCXLIX. *Waddingo respondit Fr. Thomas de Herrera Augustinianus* (7), *Marquezii discipulus, nonnulla magistri sui placita defendens, in aliis adversario cedens. Quæ de* B. Joannis *ætate et rebus gestis* F *longa commentatione propugnavit, summatim habemus in ejusdem auctoris Alphabeto Augustiniano* (8); *quo loco de anno obitus Marquezium emendans, hæc scribit :* ejus mortem Orozcus in annum 1220, Bergomensis et alii in annum 1222 referunt, at verius est obiisse 23 Octobris anno 1249.

Beatum obiisse anno 1249 *stabilitur.*

15 *Ut vero hac de re nulla deinceps oriri possit dubitatio, et quod exinde pendet chronotaxis omnis vitæ* B. Joannis, *locum jam referimus ex Processu Mantuano anni* 1251 *ipsismet testium verbis, eumque dilucidare conamur. Fr. Bonaventura, presbyter ordinis S. Augustini* (9), *qui cum* B. Joanne *Cæsenæ vixit diu eique a confessionibus fuit, eum ultimo anno vitæ a Cæsena Mantuam comitatus est, in qua civitate intra paucos dies ad cælestem patriam evolavit. Quæ in itinere evenerint testatus est in dicto Processu coram episcopo Mutinensi aliisque die* 4 *Augusti anno* 1251 (10), *atque hæc inter cetera* (11) : Dicit præterea idem testis quod cum ipse veniret cum

(1) Vita et miracoli etc. fol. 23 verso. — (2) Lodi, Vita, etc. edit. 1590, fol. 139. — (3) Lodi, ibid. — (4) Republicas del mundo. Medina del campo 1575. lib. VI, cap. 20, fol. 368. — (5) Marquez, Origen de los Frayles Ermitannos de la Orden de S. Augustin. En Salamanca 1618, cap. 26, § 2, pag. 428. — (6) Ad calcem tomi II Annalium Minorum, Romæ 1752, pag. 446 et 452. — (7) Responsio pacifica ad Lucam Waddingum. Bononiæ 1655. — (8) Tom. I pag. 366 et seqq. — (9) In Processu ad calcem Actorum infra num. 85 et seqq. — (10) Ibid. num. 3, 85 et 99. — (11) Ibid. num. 92 et 95.

fratre

A fratre Joanne Bono ab heremo de Cesena, ubi idem fr. Joannus Bonus steterat in pœnitentia, in civitatem Mantuæ, venerunt ad quemdam locum qui appellatur Peola etc... Dicit præterea idem testis, quod cum ipse per tres menses et ultra laborasset quadam febre continua, et fr. Matthæus, qui tunc erat Prior generalis misisset pro ipso teste, ut iret ad capitulum (*eremitarum S. Augustini*), quod congregabatur Ferrariæ, tunc idem testis recepto mandato supplicavit fratri Joanni Bono, quod rogaret Dominum pro ipso ut liberaretur a febre, ut melius ire posset; et tunc ipse respondit ei : vade, frater, secure, quia tu liberaberis ab ipsa febre, quando liberatus ero a mea; cum idem fr. Joannes molestaretur similiter a febre quotidiana ante quam idem testis.

ex Processu Apostolico.

16 Et tunc testis prædictus in sequenti die, qui fuit dies sabathi, iter arripuit eundi Ferrariam ad capitulum memoratum, et peracto capitulo, in sequenti die Dominico, duo de fratribus qui Mantuæ morabantur cum ipso fr. Joanne Bono, cum festinantiâ maxima Ferrariam properarunt, nunciantes fratribus qui erant Ferrariæ, quod fr. Joannes Bonus hesterna die, scilicet DIE SABATHI, circa nonam,
B viam fuerat universæ carnis ingressus. Et eodem die dictus testis liberatus fuerat a febre qua tenebatur. Interrogatus de tempore (*fiebat autem interrogatio hæc, ut supra est dictum, die 4 Augusti anno* 1251), dicit quod sunt XXI menses (*id est, extremis mensibus anni* 1249 *mortem evenisse*). De loco vero dicit, quod idem fr. Joannes Bonus obiit Mantuæ, et idem testis liberatus fuit Ferrariæ. Dicit etiam idem testis, quod quam cito die sabathi liberatus fuit a febre, dixit quibusdam de fratribus qui erant cum ipso adhuc : vel fr. Joannes Bonus est mortuus, aut est liberatus a febre; et hæc dixit eis antequam nunciatum esset eis per fratres prædictos quod fr. Joannes Bonus obiisset. De mense dicit, quod fuit DE MENSE OCTOBRIS. *Ex quo loco et pluribus aliis dicti Processus, ut ex Annotatis apparebit, annus et dies obitus extra omnem aleam sunt positi.*

Natus est anno 1168, *ut probatur*

17 *Anno illo constituto, inquirendus et annus nativitatis, quem Joannes Marquez notabili errore trigesimum aut trigesimum secundum supra millesimum et centesimum fuisse scribit* (1). *Hunc annum non signant expressis cyfris nec Cremensis nec*
C *Calepinus* (*supra num.* 12), *quamquam ex eorum verbis proxime deduci potest. Si enim, ut loquuntur, anno* 1249 *hanc vitam cum æterna commutavit, ætatis anno octogesimo, sequetur circa annum* 1269 *eum mundo editum fuisse. Sed determinate annum scribit Laudensis* (2), *anno* 1268 *eum natum esse asseverans; cujus verba retulimus num.* 4. *Videamus quid hanc in rem subministret Processus apostolicus Mantuanus. Testes multi, maxime ex ordine Eremitarum, qui beatum vitæ religiosæ ducem et magistrum habuerant, eum octoginta annos natum esse dicunt dum obiit, ex quibus a conversione sua quadraginta in pœnitentia eum transegisse affirmant. Sic fr. Lanfrancus* de conventu Mantuæ, Prior generalis ordinis eremitarum, *qui* B. Joannem *apprime noverat et cujus magna esse debet auctoritas, anno* 1253 *coram Cardinale S. Eustachii a Pontifice deputato juratus* dixit, quod dictus fr. Joannes Bonus fuit fundator et institutor ordinis heremitarum et quod in ipso egit pœnitentiam quadraginta annis et in ipso finivit vitam suam... et dixit quod erat OCTUAGINTA annorum tempore mortis suæ (3).

AUCTORE E. C. *ex Processu*

18 *Frater Grecus de Disendais de Mantua, ejusdem ordinis anno eodem* 1253 *mense Novembri* dixit quod dictus fr. Joannes Bonus stetit in ordine prædicto quadraginta annis, vel quasi, ut dixit dictus testis se firmiter credere, in quo ordine finivit vitam suam QUASI OCTOGENARIUS SICUT IPSE FR. JOANNES BONUS DICEBAT ipso teste audiente (4). *Occurrunt iidem numeri aliis locis plurimis ejusdem Processus* (5), *et additur alicubi* (6) : ut credebant fratres... ut communiter creditur a fratribus. *Ex quibus* B. Joannem, *quum anno* 1249 *diem clausit extremum, annos natum fuisse saltem octoginta, vel forte paulo plus, in dubio esse non potest. Quos si deducas a mox dato anno nativitatis, devenies iterum ad annum circiter* 1269. *Adfuit igitur Laudensi, præter Processum, fons alius, ex quo expresserit magis proxima vero. Quis ille fuerit mihi non certum, at vix dubito quin inter picturas veteres conventus Mantuani sit quærendus, quibus anno* 1518 (*ut inferius ubi de translationibus agetur probabimus*) *ejus atrium vel claustrum in circuitu ornatum est.*

aliisque monumentis.

19 *De his nonnulla habet Waddingus in Apologetico :* Sed et ultra ducentos annos, *inquit,* ita
E legebatur in claustro Mantuano Augustinianorum ædis supra relatæ S. Agnetis, per quod circumcirca viri sancti vita vetustis iconibus exprimebatur. (*Dicere debuerat : ultra centum annos ita legebatur, nam Apologeticum vulgavit Waddingus anno* 1641 *et icones in claustro collocatæ sunt, ut diximus, anno solum* 1518). Nam sub simulacro ejus conversionis, quando vanam cœpit vitam detestari, quod est ad sacrarii partem, per quam ex tablino, seu claustro ingrediendum sit in ecclesiam, scribebatur ejus vitæ in melius commutatæ annus MCCVIII; eumdemque numerum ejusdem ædis cœnobitæ, in restauratis et renovatis anno proxime elapso et præsenti ejusdem claustri imaginibus, atque in primo emblemate seu simulacro ejus nativitatis, quod ad lævam ingredientis ex platea occurrit, reposuerunt annum MCLXVIII; et similiter in aliis imaginibus accomode distribuerunt numeros conversionis et mortis, quos supra memoravimus. *Verum unde anno* 1518, *natum esse* B. Joannem *anno* 1268 *discere potuerunt? Certe id alicunde sciverunt; nam multi numeri tabulis pictis subscripti sunt, qui sine accurata inquisitione detegi nequibant. Examinatus verosimiliter Processus apostolicus, qui tamen, præter annum mortis, alios numeros definite non suppe-* F *ditat; quinimo, ut supra ostensum, anno potius* 1269 *quam* 1268, *ex eo hanc lucem aspexisse dicendus esset* B. Joannes. *Eapropter crediderim ad manus fuisse vel antiquos libros baptizatorum qui in aliquibus ecclesiis, licet paucis forte, in usu erant* (7), *vel alia hujusmodi monumenta. Aut dicendum, collectos hos numeros fuisse et alicubi adscriptos sæculo jam* XIII, *quando multis miraculis* B. Joannes *inclarescebat et Mantuæ adhuc vivebant ejus coætanei. Est autem sane ille annus* 1268 *admittendus, vel propter hoc ipsum, quod ab obvia Processus authentici interpretatione eremitæ Mantuani paulisper discedendum esse arbitrati sint.*

(1) Origen etc. pag. 431. — Loc. cit. pag. 1. — (3) Process. num. 261. — (4) Ibid. num. 280. — (5) Ibid. num. 268, 275, 290, 294 et seqq. — (6) Ibid. num. 290. — (7) Cfr Binterim, Denkwuerdigkeiten der Christ-Katholischen Kirche. Erster Band. erster Theil. Mainz 1825, pag. 182 et seqq.

AUCTORE E. C.

§ III. Usque ad annum ætatis XL joculator fuit, et varias Italiæ partes circumivit. Non egit personam in tragœdiis. De curiis bannitis, in quibus magnifice joculatores donabantur. De joculatorum moribus.

In juventute arti comicæ exercendæ se tradidit,

De *juventute* B. Joannis *non multa innotuerunt. Leopoldus Volta, historicus Mantuanus, in Summario Vitæ adnexo Monumentis in memoriam translationis anni* 1775 *evulgatis* (1), *scribit satis notos esse ejus juventutis errores;* nec opus est, *inquit,* hic singula memorare quæ enarrant auctores ejus Vitæ. *Hi porro aliud nihil de juventute scripserunt, quam quod habet ipse Volta sic pergens :* Satis erit
B dixisse eum, ex intoleranti et vivido spiritu, quo præditus erat, christianæ educationi parentum non respondisse. Annos natus quindecim (*de quo statim dicetur*), patre orbatus est, cujus mors præmatura ei laxavit habenas, ut pro libitu affectibus jam non cohibitis sese traderet. Sæculo illo corrupto et tot malis referto, quale fuit XII, a recto tramite errare facillimum erat. Non est itaque mirum eum a nebulonibus quibusdam induci potuisse ut clam matrem relinqueret et dein ad vitæ sustentationem vilem ac mercenariam artem joculatoris exerceret : quam exercens Italiam per longum tempus perlustravit.

usque ad annum ætatis XL, et tamquam joculator

21 *Similia nec plura habet Calepinus, honestiorem tamen itineribus istis assignans finem :* Hic, *inquit,* posteaquam pater ejus vitam cum morte mutasset, e patria discessit; simulansque se joculatorem esse ad percipiendam prudentiam et vendicandos hominum mores, varias diversasque orbis terrarum regiones invisere studuit. *Tum majoris periculi et timoris ejus matris causam assignans, post modo relata, ita pergit :* Verum fidelis ac devota femina ejus genitrix Bona, metuens ne filius a christiana fide recederet (erat enim tum in
C Italia innumerabilis pene hæreticorum multitudo, quorum calliditate non pauci seducebantur ad credendum ea quæ catholicæ fidei contraria essent) creberrimis precibus lachrymisque Deum obsecrabat, ut filius, pro cujus salute plurimum angebatur, nulli omnino fieret obnoxius impietati. Nec ita multo post materna vota prospexit Deus. *In quibus minus aperte hic loquitur Calepinus de perdita vita quam aliquandiu duxit* B. Joannes.

diversas Italiæ partes circuivit.

22 *Hæc pro more suo amplificare et ornare conatur Laudensis, inspersis aliquot locis sacræ Scripturæ et Patrum, nihil addens, nisi* in prædam sensibus *se dedisse* B. Joannem, *sui* finis penitus fuisse oblitum, *post conversionem* annos deflevisse quibus male vixerat *et hujusmodi alia. Verlius in supplemento Equilini dicit eum* lubricis juvenibus *adhæsisse* (*supra num.* 5), *ad quod adjiciendum sufficiebat titulus joculatoris* Joanni *datus, ut mox patebit. Apud Chiaramonti in historia Cæsenæ hæc* D *legimus* (2) : Quadraginta annos in seculo, indignis curis mancipatus perdidit; *et de ejus conversione scribens Hippolytus Donesmondi in Historia Mantuæ ecclesiastica* (3), tum annos natus erat quadraginta, *inquit, italice loquens,* sed ita male hi fuerant transacti, ut mortuo ejus patre, quum pueritiam nondum erat egressus, arti comicæ sese dederit; quam exercens magno dolore matris suæ Bonæ, diversas Italiæ civitates hucusque circumiverat. *In amplissimo Processu apostolico ne verbum quidem prodit de juventute* B. Joannis.

Ejus vita usque ad annum ætatis XL; non egit personam

25 *Scribebat modo* (*num.* 20) *Leopoldus Volta* B. Joannem *anno ætatis decimo quinto patre fuisse orbatum, quod alibi me legere non memini. Excerpta ea forte sunt ex Summario Vitæ a P. Minardi adornato* (4) *vel ex antiqua Legenda* (5), *quæ scriptor ille præ manibus habuit, sed modo Mantuæ reperiri non potuerunt. Cui vero antiquiori monumento innitantur non novi. Est itidem incertum num, mortuo patre, Mantuæ cum matre substiterit adhuc aliquandiu* B. Joannes; *qui enim ejus gesta posteris tradiderunt definite non loquuntur : sed illud satis suadent scriptores omnes, eum juvenum fuisse dum matrem relinquebat. Non immerito censuit Augustinus Arpe, in Chronologia vitæ* B. Joannis, *id contigisse circa annum* 1188, *dum natus erat annos viginti :* Adolescentiam in cœno perdit anno 1188 (6). *Quas vero Italiæ civitates tanquam joculator adierit, et liberioris ejus vitæ fata usque ad annum circiter quadragesimum ætatis biographi silentio premunt. Sed ex titulo ipso joculatoris, quo eum Calepinus, Cremensis et reliqui omnes appellant, facile deducitur non immerito dictum ab iisdem deflendos fuisse annos, quos in ea arte exercenda traduxerat. Non enim versatus est* B. Joannes *in repræsentenda Passione et aliis vitæ Christi mysteriis. Id enim fiebat a clericis illa ætate et plerumque in ecclesiis aut aliis locis sacris, ac festis solum majoribus Paschæ, Pentecostes, aliisve.*

in tragœdiis sacris aut profanis.

24 *Hujusmodi exhibitionem hoc sæculo in Foro Julii factam paucis describit Julianus apud Muratorium* (7) *his verbis :* Anno Domini MCCXCVIII die VIII exeunte Majo, videlicet in die Pentecostes et in aliis duobus sequentibus diebus facta fuit repræsentatio Ludi Christi, videlicet Passionis, Resurrectionis, Ascensionis, adventus Sancti Spiritus, F
et adventus Christi ad Judicium in curia Domini Patriarchæ Austriæ civitatis honorifice et laudabiliter per clerum. *Qua in re abusus irrepsere, quos anno* 1210 *graviter reprehendebat Innocentius III :* Fiunt, *inquit,* ludi theatrales in ecclesia, et non solum ad ludibriorum spectacula introducuntur monstra larvarum, verum etiam in aliquibus festivitatibus diaconi, presbyteri ac subdiaconi infamiæ suæ ludibria exercere præsumunt (8). *Non rari erant tunc temporis illi ludi in Italia, et nullæ tamen repertæ sunt tragœdiæ scriptæ inter tot opera poetica illius ævi : ex quo deducit Tiraboschius noster* (9) *eas sæculo* XIII *nondum in usu fuisse, et repræsentationes illas, aut ex toto, aut magnam partem fuisse mimicas* (10). *Non egit itaque personam* B. Joannes *in tragœdiis scriptis, quæ memoria tenerentur, quum ceteroqui illitteratus esset; neque etiam in actionibus sacris, propter modo adductas rationes.*

25 *Longe diversus erat sæculo tertio decimo et se-*

(1) Poesie per la solenne traslazione... di S. Giovanni Buono. In Mantova 1775; pag. v, Ristretto di notizie intorno alla Vita di S. Giovanni Buono.—(2) Historiæ Cæsenæ, lib. VIII, ap. Burman, col. 164. — (3) Ap. Waddingum, loc. cit. pag. 529. (4) Minardi, Compendio della Vita di S. Giovanni Buono. — (5) Leggenda del B. Zanebono de Mantua. Mantua 1512. — (6) Pantheon Augustinianum. Genuæ 1709, pag. 105. — (7) Script. rerum Italicarum, tom. XXIV, col. 1205. — (8) Decretalium, libro III, tit. I, cap. 12. — (9) Storia della letteratura italiana, tom. IV, lib. III, cap. 3, num. 28, pag. 445. Modena 1788. — (10) Tiraboschi loc. cit. num. 25; Cfr Hist. litt. de France, tom. XVI, pag. 241 et seqq.

quentibus

AUCTORE E. C.

A *quentibus modus vivendi joculatorum* (1). Joculator *enim aut* jocularis *idem est ac mimus et scurra* (2) : per duodecim fatuos, *inquit Gaufredus Vosiensis apud Cangium* (3), quos Joculatores vocamus; *et Agobardus Lugdunensis* (4) : satiat præterea et inebriat histriones, mimos, turpissimosque et vanissimos Joculares, cum pauperes Ecclesiæ fame discruciati intereant. *Ad quem locum notat Baluzius* Joculares *esse* histrionum genus, tibiis præterea fidibusque aut aliis instrumentis canentes. Hos sequens ætas, *inquit,* Gallico tum recepto vocabulo vocavit « Jongleurs. » Dicti autem joculares, *seu joculatores,* a jocis et ludis quos populo faciebant. *Videntur certe instrumentis musicis frequenter muniti fuisse :* nullus menestreys seu Jogulator (*id est* Joculator), *inquit Consilium Massiliense anno* 1381, audeat pinsare vel sonare instrumentum cujuscumque generis (5). *Cantus tamen inter Gallos potissimum obtinebat, maxime in Provincia, ut nemo ignorat : de quibus statutum Communis seu civitatis Bononiæ anni* 1288 : Ut cantatores Francigenorum in plateis Communis ad cantandum omnino morari non possint (6). *Qui res gestas heroum cantu celebrabant mimis et meris jocula-*

B *toribus superiores fuere* (7); *auctor chronici ms. Mediolanensis apud Muratorium* (8), *theatrum Mediolanense describens,* super quo, *inquit,* histriones cantabant, sicut modo cantatur de Rolando et Oliverio. (*Quæ cantilenæ origine Gallicæ* (9) *sunt*) Finito cantu bufones et mimi in citharis pulsabant et decenti motu corporis se circumvolvebant. *Imo horum hominum tria sunt distinguenda genera hoc ævo, saltem in Gallia, alterum poetarum, alterum cantatorum, tertium joculatorum : sed posteriora duo frequenter miscebantur. Ad tertium pertinuit* B. Joannes Bonus *et eum cecinisse non est certum* (10).

Joculatores ludiones erant et scurræ, et frequenter instrumento musico utebantur.

De Curiis, sive Corti bandite, *in quibus multi aderant joculatores;*

26 *Apparebant joculatores magno numero in Curiis, quas dicebant, id est conventibus quos reges, principes ac magnates magna solemnitate agebant in præcipuis quibusdam anni festivitatibus. Edicto publico sive* banno *indicebantur, unde apud Italos dictæ sunt* Corti bandite. *De his collegit non pauca Muratorius in Dissertatione* De spectaculis et ludis publicis medii ævi (11) : De Curiis autem tunc celebratis, *inquit,* sive *Corti bandite,* illud mihi minime dissimulandum est, videlicet fere semper illis interfuisse mimorum, circulatorum, funam-

C bulorum, scurrarum, agyrtarum, ludionum, ac id genus aliorum hominum, qui lusibus suis sive cantilenis, tum Palatium tum populum diu noctuve oblectabant. *Giullari* a Tuscis et *giocolari* nuncupabantur, et apud latinos ejus ævi scriptores *Joculares* et *Joculatores* nominatos videas. *Sic dum anno* 1324 *die Paschæ roxatæ, id est Pentecostes, multi viri nobiles* sumserunt in Arimino cingulum militare, triumphus quidem maximus fuit ibidem; ad quorum honorantiam concurrerunt Florentini, Perusini, Senenses, Bononienses, et omnes nobiles et potentes de Tuscia, Marchia, Romandiola, et fere tota Lombardia; et hastilusores et honorantes multiplices miserunt, et Dominus Aymericus, tunc comes Romandiolæ etiam interfuit. Fuit etiam multitudo histrionum circa mille quingentos et ultra. *Gerebantur hæc non procul a Cæsena et hujus civitatis Annalibus inscripta sunt* (12). *Hic memorari meretur quod scribit Ammianus Marcellinus* (13), *Romæ aliquando tempore famis, quum pellerentur peregrini, retenta fuisse tria millia saltatricum cum choris totidemque magistris.*

qui magnifice donabantur, maxime vestibus : idque multis sæculis

27 *Histrionibus, sive ut frequenter medio ævo appellati sunt, joculatoribus, ab antiquo multa dona porrigebantur; quem morem jam carpit S. Augustinus* (14) : Donare, *inquit,* res suas histrionibus, vitium est immane, non virtus. *Atque inter Arabas deinceps hoc genus potissimum viguisse munificentiæ scribit Muratorius, et* fortassis, *inquit,* inter alia quæ Itali et Franci ab ea gente didicerunt, ritus donandi circulatores et scurras est *computandus* (15). *Mos autem iis multa et pretiosa præbendi, aut multam pecuniam, numquam intercidit usque ad exitum medii ævi, seu quandiu joculatorum turmæ ædes principum adierunt, aut solemnioribus interfuere festivitatibus. Pertinebant enim hæc ad fastum divitum et magnatum, quorum loco alia ævo nostro successerunt. Joannes Saresberiensis ab anno* 1172 *episcopus Carnotensis, in* Polycratico *sive* De moribus Curialium, *id est Aulicorum, quum* E *Neronem imperatorem memorasset* (16) *qui* cum esset omnium avarissimus... tamen histrionibus et mimis pecunias infinitas erogare non gravabatur *etc., de Gallia sæculo* XII *sic scribit :* Eum vero (*Neronem*) adhuc aliqui pro parte imitantur, etsi fœditate illius nemo dignetur involvi, cum gratiam suam histrionibus et mimis multi prostituant, et in exhibenda malitia eorum cæca quadam et contemptibili magnificentia, tam mirabiles quam miserabiles faciunt sumptus. *Quid scribat sæculo* IX *Agobardus Lugdunensis superius vidimus, eique addi potest Alcuinus in epistola* 107. *De aliis vero Europæ partibus similia proferri possent. Richardus I, rex Angliæ, ut scribit Rogerius Hovedenus,* de regno Francorum cantores et joculatores muneribus allexerat, ut de illo canerent in plateis. *De vestibus quæ occasione nuptiarum joculatoribus præbebantur intelligendum est hoc decretum Brugis in Belgio latum circiter annum* 1190 : Quicumque scurræ vel joculatori, vel meretrici, aut alicui vago vestes suas ad nuptias dederit aut si de nuptiis ei quispiam missus fuerit, et dederit; convictus emendabit tres libras, et in singulis nuptiis veritatem suam habere poterit super hoc dominus comes F *Flandriæ* (17). *Aliud decretum ferebat :* Quicumque scurram hospitaverit plusquam una nocte, si in crastino abcedere noluerit, poterit eum dominus in aquam projicere absque forefacto (18). *Ex quo æstimare licet quam infestum esset hoc genus hominum sæculo* XII. *Non cecidit autem mos donandi joculatores nisi dum cultior ætas eorum cœtus jam ferre non potuit, maxime in aulis principum aut solemnitatibus. Ad quam rem multum valuere procul dubio litteræ humaniores, sed solæ, nisi religioni christianæ fuissent innixæ, tantum morum cultum adducere non potuissent; superasset enim libido multorum, ut modo Romæ factum esse audivimus. Potentior multo est doctrina Christi,*

(1) Cfr Duclos, Mémoires sur les jeux scéniques des Romains et sur ceux qui ont précédé en France la naissance du poëme dramatique. Mémoire de l'acad. des inscript. et belles-lettres, tom. XVII, pag. 222 et seqq. — (2) Du Cange, Glossarium infimæ latinitatis, vis *Joculator, Jocularis.* — (3) Loc. cit. — (4) Migne, Patrologia, tom. CIV, col. 249. — (5) Du Cange, loc. cit. vo *Joculator.* — (6) Tiraboschi, Storia ecc. loc. cit. num. 23; Cfr Hist. litt. de France, tom. XVIII a pag. 696. — (7) Cfr Duclos, loc. cit. pag. 223. (8) Antiquit. Ital. tom. II, col. 844. — (9) Vide Cangium, loc. cit. vo *Cantilena Rolandi;* et Muratori, Antiq. Ital. loc. cit. — (10) Cfr Hist. litt. de France, tom. XVI, pag. 245. — (11) Antiquit. Ital. dissert 29, loc. cit. — (12) Annales Cæsenates, ap. Muratori, Rerum Ital. script. tom. XIV, col. 1141. — (13) Lib. XIV. — (14) Tractatu 100. cap. 2 in Johannem. — (15) Antiq. Ital. tom II, col. 844. — (16) Lib. I. cap. 8, ap. Migne Patrologia, tom. CXCIX, col. 404 et seq. — (17) Warnkoenig. Hist. de la ville de Gand, pag. 466. Bruxelles 1846. — (18) Ibid.

sed

AUCTORE E. C.

sed non omnes audiunt evangelium; et si insuper accedant mores inculti, exsulabunt a populi solemnitatibus et oblectamentis tum tragœdiæ tum comœdiæ, nec locus erit nisi joculatoribus et mimis. Sic laudatus Saresberiensis his præmissis de veteribus Romanis : Et quidem histriones erant qui gestu corporis arteque verborum, et modulatione vocis, factas aut fictas historias, sub aspectu publico referebant, quos apud Plautum invenis et Menandrum, et quibus ars nostri Terentii innotescit; *mox addit de suo ævo :* Porro comicis et tragicis abeuntibus, cum omnia levitas occupaverit, clientes eorum, comœdi videlicet et tragœdi, exterminati sunt. *Atque hic status duravit donec sæculo decimo quinto et decimo sexto renatæ sunt in Europa litteræ; quod advenientibus, post eversam Constantinopolim, Græcis pluribus eruditis, protegentibus Pontificibus Romanis et adinventa maxime arte typographica factum esse novimus.*

obtinuit, præcipue in Italia.

28 *Florebant itaque et donabantur magnifice, usque ad sæculum circiter decimum sextum, mimi et joculatores, maxime, ut videtur, in Italiæ partibus. Dabantur autem præcipue vestes; de quo hæc scribit Muratorius* (1) : Quod stupeas, erat hujusmodi
B sannionum ac nebulonum ea existimatio et fortuna, ut numquam nisi bene donati a principibus inde recederent. Immo quæ pretiosæ vestes dono iisdem Principibus offerebantur, in istos nugivendulos effundi fere semper consuevere. Is enim eorum temporum mos fuit, ut qui nobiles viri ad nuptias aliave solemnia principum conveniebant, manibus vacuis minime accederent, sed singuli aliquid testandæ amicitiæ aut obsequii caussa conferrent. *Tum plura scribit de* Curia magna *quæ habita est Mantuæ, in ipsa beati nostri patria anno* 1340; *in qua vestes omnibus partibus absolutas* (Robe) *et complectentes, ut loquitur Benvenutus Aliprandus, poeta vernaculus,* vestito, guarnaccia, guarnaccione, mantello, cappuccio, *trecentas et octo, nobiles hospites obtulerunt. Sed et alia multa dono data fuerunt,* ita ut qui tot donorum catalogum legat et consideret, *inquit Muratorius,* nequeat non mirari illorum temporum mores a nostris adeo dissimiles. Sed quid factum de tot illis vestibus magno emtis ac liberalissime collatis? Eas rursus Mantuani Principes dono dedere scurris ac musicis. Accipe Aliprandi verba cap. 36 :

Tutte le Robe sopro nominate
C Furon' in tutto trent' otto e trecento,
A Buffoni e Sonatori donate.

Nec secus factum a Mediolanensibus anno 1300, *occasione nuptiarum inter Galeatium Vicecomitem et Breatricem Estensem* : Admirabiles nuptiæ, *inquit Guilielmus Ventura* (2), pro ea Mediolani factæ sunt, ad quas invitati fuerunt omnes Lombardi; et ibi data fuerunt Joculatoribus plusquam septem millia pannorum bonorum. *De Curia habita Veronæ in nuptiis Marsilii Carrariensis anno* 1335 *hæc refert Historia Cortusiorum* (3) : Nec deerat histrionum atque Joculatorum maxima copia... Et Marsilius de Carraria dominabus Paduanis multa jocalia condonavit et Joculatoribus multas vestes : quibus deficientibus aurum et argentum pro supplemento largitus est. *Ipso tempore quo* B. Joannes *in Eremo Cæsenate pœnitentiam agebat, Genuenses, post victos anno* 1227 *Saonenses,* mirabilem Curiam tenue- D
runt, in qua innumerabilia indumentorum paria a Potestate (*seu magistratu civitatis*) et aliis nobilibus et honorabilibus viris fuerunt Joculatoribus, qui de Lumbardia, Provincia, Tuscia et aliis partibus ad ipsam Curiam convenerant, laudabiliter erogata et convivia magna facta (4).

Alii melius ea pauperibus largiebantur. De moribus

29 *Laudabilius certe multo Henricus III Conradi Salici filius, Germaniæ imperator, anno* 1044, *ut legitur in Ekkehardi Chronico universali* (5), infinitam histrionum et Joculatorum multitudinem non solum muneribus sed etiam cibo potuque vacuam et mœrentem abire permisit. *Vel ut pluribus explicat Otto Frisingensis* (6) : quumque ex more regio nuptias Inglinheim celebraret, omne balatronum et histrionum collegium, quod (ut assolet) eo confluxerat, vacuum abire permisit, pauperibusque ea, quæ membris diaboli subtraxerat, large distribuit. *Et hæc quidem merito, idemque suggesserat Agobardus supra laudatus. Licet enim dixerit Saresberiensis* (7) : Nec tamen histrionem assero turpiter in arte sua versari, etsi indubitanter turpe sit esse histrionem, *quo sensu loquitur etiam S. Thomas* (8), *addit tamen mox idem Saresberiensis* (9) : At eam (*desidiam*) nostris prorogant E
histriones... Admissa sunt ergo spectacula et infinita tirocinia vanitatis, quibus qui omnino otiari non possunt, perniciosius occupentur. Satius enim fuerit otiari quam turpiter occupari. Hinc mimi, salii vel saliares, balatrones, æmiliani, gladiatores, palæstritæ, gignadii, præstigiatores, malefici quoque multi, et tota Joculatorum scena procedit. Quorum adeo error invaluit, ut a præclaris domibus non arceantur etiam illi qui ea *patrant, quæ* erubescat videre vel cynicus... Sacræ quidem communionis gratiam histrionibus et mimis, dum in malitia perseverant, ex auctoritate Patrum non ambigis esse præclusam (10). Unde quid fautoribus eorum immineat colligis, si facientes et consentientes pari pœna recolis esse plectendos. *Histriones medio ævo iidem sunt ac Joculatores, quum ut dictum est, tragœdias et comœdias agere tunc usus non ferret; atque idem de mimis dicendum, quos Romæ antiquitus ab histrionibus discretos fuisse novimus; quorum pæne omnium omni ævo perditi fuere mores.*

histrionum et joculatorum.

30 *Ideo apud Romanos pro civibus non habebantur, de quo scribit S. Augustinus* (11) : Cum autem
F ludicram scenam totam probro ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, sed etiam tribu moveri notatione censoria voluerunt. *De histrionum et maxime mimorum obscœnitate multa monent patres, quos inter Lactantius* (12) : Quid de mimis loquar, *inquit* corruptelarum præferentibus disciplinam, qui docent adulteria dum fingunt, et simulatis erudiunt ad vera. *Et Minucius Felix in Octavio :* in scenicis etiam non minor furor, turpitudo prolixior; tunc enim Mimus vel exponit adulteria, vel monstrat. *Castiores certe inter christianos fuere actiones scenicæ quam apud gentiles, de quibus stupenda scribunt Tertullianus* (13) *et Cyprianus* (14), *sed non multo castior histrionum vita. Ex iis qui se medicos fingunt et simplicis vulgi marsupia emungunt, unum describit Boncompagnus Italus, qui floruit circiter annum* 1213 (15) : velut scurra, *ait,* totam Italiam

(1) Antiq. Ital. tom. II, col. 840. — (2) Rerum Italic. tom. XI, pag. 169. — (3) Ap. Muratori, Antiq. med. ævi, tom. II, col. 843. — (4) Muratori, loc. cit. col. 843. — (5) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VI, pag. 196. — (6) Chronicon. lib. VI, cap. 32. — (7) Polycraticus, lib. I, cap. 8. Apud Migne, t. CXCIX, col. 405. — (8) 2. 2. quæst. 168, artic. 3. — (9) Loc. cit. col. 405 et seq. — (10) Cfr Cypriani, epist. 37 et Constit. apost. cap. 32. — (11) De civitate Dei, lib. II, cap. 13. — (12) Institut. Divinarum, lib. VI, cap. 20. Cfr Augustinus, loc. cit. cap. 27; Tertul. Apologet. cap. 15 et Contra Marcionem, lib. I; Cyprianus, epist. 103; Salvianus, De Gubern. Dei, lib. VI. — (13) De spectaculis, cap. 17. — (14) De spect. § 5. — (15) Ap. Muratori, Antiquit. tom. II, col. 847.

regiravit

A regiravit cum cantatoribus et tamquam eximius tructanorum (*id est, circulatorum*), se fingit esse medicum doctrinarum, ut fornicandi et adulterandi opportunitatem valeat invenire. *Demum pronunciat universim de sæculo æræ Christianæ* XII *Joannes Saresberiensis* (1) : At nostra ætas prolapsa ad fabulas, et quævis inania, non modo aures et cor prostituit vanitati, sed oculorum et aurium voluptate, suam mulcet desidiam, luxuriam accendit, conquirens undique fomenta vitiorum.

§ IV. Conversio B. Joannis. Demonstratur eam non evenisse ante annum 1208, et impossibile esse ut S. Francisci Assisiatis magister fuerit.

Conversio B. Joannis.

B **D***uxit vitam istam joculatoris* B. Joannes *usque ad annum ætatis circiter quadragesimum.* Mater vero ejus, *inquit S. Antoninus in Vita*, pro filii salute sollicita, cum multis lachrymis ad Deum preces pro salute ejus fundebat; cujus desiderium Dominus exaudivit. Nam visitatus a Deo gravi infirmitate, cernens sæculi hujus pericula, votum vovit Domino mundum deserere et soli ipsi se dedicare, si eum sanitati pristinæ restituere dignaretur; quod et obtinuit. Incolumis igitur factus, facta diligenti confessione episcopo Mantuano, et postea, matre defuncta, a Mantua recedens ad partes Romandiolæ secessit *etc. Eadem habet Cremensis, sed addit beatum convaluisse* subito, *quod et Calepinus et Laudensis secuti sunt; addit item eum vovisse in morbo* spernere divitias, *quod similiter expressit Laudensis, subjungens, antequam Mantua discederet, omnia sua vendidisse et distribuisse pauperibus : quæ omnia non autumo aliud esse quam amplificationem narrationis S. Antonini. Episcopum autem Mantuanum, cui peccata sua confessus sit* B. Joannes, *scribit Leopoldus Volta, multum in historia Mantuana versatus, fuisse Henricum II* (2) : *quod alioqui convenit cum Ughelli catalogo episcoporum Mantuanorum* (3).

C *An ad S. Agnetis extra muros initio novæ vitæ habitaverit, incertum.*

32 *Deinde hæc inserit idem Leopoldus Volta :* Assumpta igitur aspera tunica cinerei seu leucophæi coloris (di color bigio. *Id vero Mantuæ contigisset, ut sentit ille scriptor, sed ostendetur mox Cæsenæ esse factum*), sibi in habitationem delegit locum illum in ora lacus superioris situm extra Portum (*qui vicus est extra muros Mantuæ*) ubi hodieque oratorium visitur ei dedicatum, quod anno 1472 Fredericus Gonzaga, *Mantuæ marchio,* devotione motus, reædificari jussit. Verum concursus Mantuanorum, qui eum ut Sanctum habebant, in causa fuit cur Mantuam relinqueret *et Cæsenam Æmiliæ abiret. Hujus vero prioris commorationis, post conversionem, extra muros Mantuæ, quæ, si vera sit, latuit biographos* B. Joannis, *vadem facit dictus Volta solum Hippolytum Donesmondi in quodam libro ms.* (4). *Significat vero inferius* (5) *oratorium memoratum non esse aliud quam ecclesiolam S. Agnetis extra muros, juxta quam, in adjacente conventu, quadraginta post annis beatissimam mortem obivit. Certum est igitur* B. Joannem *aliquando ibi commoratum esse, sed id fecisse eum antequam Cæsenam discederet, asserentem novimus solum Donesmundum, scriptorem ceteroqui de historia Mantuana bene meritum.* AUCTORE E. C.

33 *Utut hæc contigerint, certum est* B. Joannem *non diu post conversionem pagum Cæsenaticum adiisse, ut in quadam eremo vitam degeret et peccata sua pœnitentia expiaret. Inquirendum autem nobis est hoc loco in tempus quo novum hominem induit et vitam eremeticam inchoavit. Ex tribus enim positionibus chronologicis Marquezii, quas supra memoravimus num.* 14 *duæ tantum illo loco confutatæ sunt, illæ videlicet quæ spectant ad annos nativitatis et obitus* B. Joannis. *Sed tertia longe præcipua superest, qua contendit* (6) *nostrum beatum ab anno jam* 1200 *non modo conversum esse, sed et regulam S. Augustini amplexum; ex quo sequeretur facile S. Franciscum Assisiatem, antequam anno* 1209 *suum ordinem fundare inciperet, biennio sub regimine* B. Joannis, *jamjam Augustiniani, vivere potuisse. Ubi illud probasse se putat, et sic adstruxisse monachatus Augustiniani in S. Francisco possibilitatem, seu nihil obstare ex chronologia et historia, testimonia profert plurium auctorum qui hunc reapse affirmarunt. Nam his duobus concurrentibus, asserta historica quæ proponuntur, ut plurimum sunt acceptanda. Hæc ipsa duo igitur hic examinanda sunt : positio Marquezii chronologica de suscepta a* B. Joanne *regula S. Augustini circa annum* 1200, *et auctoritas scriptorum qui adducuntur.* *Bina argumenta Marquezi et sequacium de tempore conversionis;* E

34 *Utque ab hoc altero ordiamur, ex auctoribus quos laudat Marquezius, præcipui sunt Jordanus de Saxonia, Henricus de Urimaria et Philippus Bergomas, sive Bergomensis; qui omnes eremitæ fuere ordinis S. Augustini : quibus subjungit sæculares aliquot, puta Marcum Antonium Sabellicum, Polydorum Vergilium et alios. Ast quum hi tres primos, et præcipue Bergomensem, sint secuti, illi soli revocandi sunt ad crisim. Nullus vero ex his ipsis tribus* B. Joanni *coætaneus fuit. Quinimmo in* Apologetico *contendit Waddingus* (7) *Philippum Bergomensem omnium primum esse qui S. Franciscum eremitam Augustinianum fuisse scripserit; et id in libris Henrici de Urimaria et Jordani de Saxonia, post eorum e vita decessum fuisse adjectum : quod iterum in* Apologetici defensione (8) *adstruere nisus est. Horum autem scriptorum testimonia denuo expendere minime est in animo, quum inde res plene confici posse non videatur, posse vero arbitremur omnino ex Actis* B. Joannis Boni *et ex processu authentico, tum ex ipsis Actis S. Francisci Assisiatis, ut mox videbitur. Verba tamen Bergomensis per quem sententia hujus monachatum Augustinianum affirmans, si minus primum proposita est, at certe maxime est propagata, huc describere non gravabor.* *quorum examinatur alterum, seu* F

35 Hujus sancti viri et patris, *inquit* (9), Joannis Boni, inter celebres præstantesque discipulos Seraphicum Franciscum de Assisio, sanctissimi ordinis Minorum conditorem, fuisse constat. Sed ne quis dubitet, qui * forte ignarus * rei, execranda plurimum talis videatur scriptura, quibus * (omissa Vincentii (*Belvacensis*) galli historici testificatione, *testimonia auctorum.*

* cui
* ignaro
* abundat

(1) Apud Migne, tom. CXCIX, col. 405, loc. cit..—(2) Ristretto ecc. pag. v.—(3) Ughelli, Italia sacra edit. Colecti, tom. I, col. 864. — (4) Delle spirituali grandezze di Mantua, part. IV, cap. 16, pag. 486. — (5) Ristretto ecc. pag. VIII. — (6) Marquez, Origen de los Frayles Eremitannos de S. Augustin, pag. 428. — (7) Ad calcem tom. II Annalium Minorum, pag. 482 et seqq. Romæ 1732. — (8) Ibid pag. 565 et seqq. — (9) Suppl. Chronic. loc. cit. fol. 225 verso.

qui

AUCTORE E. C.

qui etsi trigesimo (*vel* 26, *ut corrigit* (1) *Waddingus*) ipsius historiarum libro cap. 98 referat, dicens Franciscum fuisse eremitam, et cum baculo pedibusque calceatis et corrigia cinctum incessisse, non tamen hujus Joannis Boni discipulum fuisse dixit) sed * hoc in loco, hoc uno verissimo probabimus testimonio, quod apud Mantuam ubi (ut prædictum est) sacratissimum viri sancti exstat corpus et reliquæ ipsius vestimentorum reliquiæ, tabellarii etiam, inter antiquissimas monasterii scripturas, chirographum aliquando visum est, contestans beatum Franciscum de Asisio professionem eremiticam sub regula beati Augustini emisisse in manibus fratris Joannis Boni eremitæ Mantuani. *Quam debili enunciatio hæc nitatur fundamento, nemo non videt Sed etiamsi admitteretur exstitisse hoc chirographum, quod Mantuæ* aliquando *visum est, mox probabitur ex chronologia, veritatem in ea non fuisse contentam. Similia habet Bergomensis ad alios annos* (2), *iterum affirmans libro* 15, *ad annum* 1209, *S. Franciscum non modo sub* B. Joannis *magisterio vixisse, sed* in manus ipsius professionis votum sub regula divi patris Augustini emisisse. *Quod falsissimum esse, et vere* B. Joannem *diu post inchoatum ordinem Minorum S. Augustini regulam amplexum fuisse, nullo negotio demonstrabitur. Et tamen* hoc etiam, *ut ait Bergomensis illo loco, mirabili isto* tabellarii chyrographo autentico, *quod* aliquando *Mantuæ* visum est, comprobatur. *Quod chirographum ante eum nemo memoravit, et post eum paucissimi, ut arbitror, reapse exstitisse crediderunt. Locos autem Jornandi et Henrici de Urimaria, quos mirum est a Philippo Bergomensi in hac quæstione nusquam laudari, hic examinare supersedemus, quum alioqui non defutura sit postmodum occasio eos citandi.*

* abundat.

Ex Actis S. Francisci

56 *Decessores etiam nostri in Actis S. Francisci ad diem 4 Octobris affirmationibus scriptorum de Sancti illius monachatu Augustiniano expendendis minime sunt immorati; sed satis habuerunt ex chronologia vitæ S. Francisci ostendere, eas veritate niti non posse. Nihil enim confert ex argumento historico qualicumque seu aliquot auctorum testimoniis, aut ex chronologia quadam vitæ* B. Joannis, *ostendere valde verisimile esse S. Franciscum sub eo vixisse, si solide ostendatur id impossibile esse ex parte ipsius S. Francisci. Præcipua igitur quædam ex Suyskeni nostri Commentario hic inserimus, ut* C *hæc impossibilitas jam demonstretur ex Actis S. Francisci, sicuti mox demonstrabitur ex Actis ipsius* B. Joannis. *Admissum est scilicet ab omnibus, etiam a scriptoribus ordinis S. Augustini, S. Franciscum licet a vita mundana ad meliorem converti cæperit vel anno* 1205 *ad finem vergente, vel inchoato jam anno* 1206 (3), *ad integram tamen conversionem non devenisse nisi currente hoc anno* 1206, *et quidem sub ejus finem, ut censet cum aliis Suyskenus* (4); *et præterea anno* 1209 *mense Aprili socios admittere cœpisse, seu ordinem suum inchoasse* (5). *Biennium igitur quod inter primam et secundam conversionem S. Francisci, vel potius inter conversionem et electam vitam perfectiorem, interfluxit, et per quod dicitur Cæsenæ cum* B. Joanne Bono *versatus, constituitur ex annis* 1207 *et* 1208. *Anno* 1207, *mense Aprili aut Majo ut statuit meus decessor* (6), *Eugubii versans, ab amico quodam* D *agnitus, pauperem tunicam accepit qua sese pæne nudum tegeret, et quum biennio ante tempus electæ vitæ religiosæ dicatur veste eremitica indutus fuisse, non videtur hæc a tunica Eugubina diversa fuisse.* Omnino verisimile mihi est, *inquit idem decessor*, quod Waddingus cum aliis censuit, pauperem hanc tuniculam ipsum esse habitum eremiticum, quem ab illo gestatum biennio esse biographi nostri testantur. Sunt, qui volunt, eremiticum hunc habitum fuisse religiosum eremitarum ordinis S. Augustini; sed horum opinioni omnes biographi refragantur (7).

ostenditur ejus monachatus Augustiniani

57 *Anno* 1638, *dum Waddingus in scribendis annalibus Minorum ad annum pervenerat* 1537 (8), *Eugubio accepit authentica documenta, in quibus tradebatur amicum Eugubinum S. Francisci fuisse Jacomellum Spade, e gente Spadæ, seu Spadæ longæ. Horum documentorum alterum imitatio erat veteris picturæ, quæ tum temporis in antiquo claustro cœnobii S. Francisci conspiciebatur; fuitque exemplar novum, a notario publico Eugubino subsignatum, missum ad Haroldum, ordinis post Waddingum chronographum, qui illud in sua Epitome Annalium recudi fecit* (9). *Atque hæc adscribere hic* E *placuit, quoniam in commentario de S. Francisco ad diem 4 Octobris, omissa fuere. Habitus autem ejus eremiticus, quem biennio gessit, constabat ut Suyskenus loquitur,* ex prædicta tunicula *Eugubii accepta,* quam corrigia stringebat (*eaque cernitur quoque apud Haroldum in effigie*), et sub qua ex dicendis videtur interulam induisse, habebatque calceatos pedes, et virgam seu scipionem in manu (10). *Quem habitum hic describendum putavi, ut lux inde aliqua accedat controversiæ Minores inter et eremitas Augustinianos exortæ circa habitum utriusque ordinis : de qua inferius erit sermo. Anno* 1209, *et ut videtur die* 24 *Februarii* (11). *novam vitam auspicatus S. Franciscus, eremiticam vestem in aliam mutavit, et* ex hoc jam virga, calceamentis, sacculoque vel pera non utitur. Fecit proinde tunicam plurimum contemptibilem et incultam, rejectaque corrigia, funiculo cinxit illam. *Ita secunda Vita S. Francisci apud Suyskenum* (12).

impossibilitas.

58 *Dein sic prosequitur hic scriptor :* Ex relatis de mutatione vestium inter scriptores recentiores gemina nata est controversia (*secunda autem de forma vestis quam sanctus post eremiticam elegit, huc non pertinet.*) Nam ex habitu eremitico vel F quasi eremitico quem Franciscus fere biennio gestavit, crediderunt aliqui eumdem ordini Eremitarum S. Augustini fuisse adscriptum. *Indicatis Marquezii et Waddingi elucubrationibus, notat Chalippum asserere in Vita gallica S. Francisci, oppositam sententiam post Waddingi Apologiam fuisse desertam.* Nec immerito, *inquit.* Quapropter, *ita pergit,* ego de his multa disserere nolo, et ad eam confutandam solæ mihi sufficere videntur quatuor Vitæ S. Francisci antiquissimæ... Hæ, inquam, ad refutandam monachatum S. Francisci affirmantem sententiam mihi omnino sufficiunt; nec dubito quin mecum sensurus sit quisquis, nullis olim disputantium partibus addictus, eas legere voluerit. Clare enim perspiciet Sanctum, toto illo biennio, quo eremiticum vel quasi eremiticum

(1) Loc. cit. pag. 492, num. 27. — (2) Lib. XIII, fol. 227 recto et fol. 229 ad an. 1224.— (3) Acta SS. tom. II Octobr. pag. 565, num. 105. — (4) Ibid. pag. 566, num. 110 et pag. 571, num. 141 et seqq. Cfr Torelli Secoli Agostiniani, ad an. 1208, num. 4. — (5) Cfr Ibid. pag. 572, num. 144 et pag. 574, num. 153 et seq. Torelli, loc. cit. num. 4 et seqq. — (6) Ibid. pag. 576, num. 164. — (7) Ibid. num. 163. — (8) Annal. Minor. ad an. 1537, num. 20; De Gubernatis, Orbis Seraphicus, tom. I, pag. 8. — (9) Epitome Annal. Ord Minor. pag. 27. Romæ 1662. — (10) Loc. cit. pag. 577, num. 169. — (11) Ibid. num. 172. — (12) Ibid. num. 173.

habitum

habitum gessit, nulli fuisse religioso ordini adscriptum, sed vitam egisse pœnitentis, et post modica itinera, quibus Eugubium usque processerat, ubi et vestem illam eremiticam a veteri suo amico accepit, reversum esse Assisium, et in hujus civitatis vicinia, non in eodem tamen semper loco, mansisse, tresque ibi reparasse ecclesias (1), ac tandem ex audita lectione evangelica (*Matth. cap.* 10 *de missis ad prædicandum discipulis* (2) assumpsisse habitum Minorum; nulla interim occurrente vel levissima mentione inchoati apud alios tyrocinii vel religiosæ professionis *etc.* — *Qui in commentario illo de vita S. Francisci legere voluerit* §§ VII *et* VIII (3), *in quibus statuitur eum anno* 1206 *aut* 1207 *bona omnia abdicasse, anno* 1209, *mense Aprili, socios admittere cœpisse, atque intra illud tempus Assisii pæne perpetuo versatum esse* tresque ibi reparasse ecclesias, *videbit prorsus impossibile esse ut intra idem biennium sub* B. Joanne *Eremitam egerit ac ejus disciplinam sectatus sit.*

Ostenditur eadem ex Actis B. Joannis,

59 *Ex his pleraque jam stabiliverat Waddingus contra Marquezium in* Apologetico; *sed iis non credens Thomas Herrera, quod in uno alterove minus accuratus fuerat Waddingus, annum quidem nativitatis* B. Joannis *cum Laudensi et Waddingo jam admisit* 1168, *obitus vero* 1249, *ast de anno secessus ad eremum Cæsenatem aliter judicavit. Ejus* Responsio Pacifica, *quæ prima fuit,* ad Lucam Waddingum, *edita est anno* 1655, *nec mihi est præ manibus, sed quæ sentiret sufficienter exposuit in suo* Alphabeto Augustiniano, *non spernendæ eruditionis opere, quod Matriti editum est anno* 1644. *In quo, narrata conversione* B. Joannis, *hæc subjungit :* Joannes ergo, errorum pœnitens et coram episcopo Mantuano rite expiata conscientia, egressus de terra sua et de cognatione sua, circa annum 1204 vel 1205 plus minusve, in eremum secessit, et apud Budriolum Cæsenatensis diœcesis « de consensu diœcesani » ut ait lib. I, cap. 8 B. Jordanus de Saxonia « domunculam quamdam construxit et ibi vitam eremiticam in arctissima pœnitentia duxit » (4). *In quibus profecto mutandus est annus secessus ad eremum, qui nec annus fuit* 1204, *nec* 1205, *sed annus* 1208 *aut* 1209, *ut jam ostendimus. Ex quo iterum sequetur S. Franciscum annis* 1207 *et* 1208, *seu biennio quo habitum eremiticum gessit, cum* B. Joanne *in eremo Cæsenate vivere non potuisse.*

et primum ex Processu Apostolico;

40 B. Joannem *hanc vitam cum immortali commutasse die* 25 *Octobris anni* 1249, *jam admissum est ab omnibus et nos* § 2 *ex tutissimis monumentis demonstravimus. Porro in Processu apostolico discipuli* B. Joannis, *qui in eremo Cæsenate cum eo diutissime vixerant, unaniniter dicunt eum per annos quadraginta illic pœnitentiam egisse; ex quo sequitur circa annum* 1209 *eum illo accessisse. Nemo vero numerum quadragesimo majorem dixit, sed nonnulli minorem, ex iis tamen qui vel Eremitæ non erant, vel ei in eodem conventu non convixerant, et consequenter res ejus non poterant adeo perspectas habere.* Dominus Gaiferius, *Cæsenas, vir nobilis, qui anno* 1251, tempore *suæ* testificationis erat octuagenarius (5) dixit quod ipse testis, sicut bene meminit, vidit fratrem Joannem Bonum stantem in quadam heremo supra Cesenam apud locum qui dicitur S. Maria de Botriolo, et duram et asperam pœnitentiam peragentem XXXVII annis et plus, in multa abstinentia cibi *etc. Quibus si standum esset, circa annum solum* 1211 B. Joannes *eremum ingressus fuisset. Dominus vero Guido Moroëllus, miles* (*sive eques aut vir nobilis militiæ addictus*) *de Cæsena, annos natus sexaginta, dixit se eum vidisse* bene XXXII annis et plus (6). *Sed ipsi fratres Eremitæ, maxime ii qui tempore obitus beati Cæsenæ vivebant, unanimes dicunt eum quadraginta annos pœnitentiam egisse. Frater Moltongradus, qui fuit aliquandiu* Prior conventus de Cesena, *memorata aspera vita* B. Joannis, *subjungit* quod talem ducebat et duxit bene XL annis, vel quasi, vitam (7). *Frater Grecus de Disendais de Mantua, jam laudatus, qui aliquandiu cum beato versatus est* (8), dixit quod dictus frater Joannes Bonus stetit in ordine prædicto quadraginta annis, vel quasi, ut dixit dictus testis se firmiter credere (9). *Testis sequens, frater Meliorinus, dicit :* Fecit pœnitentiam in dicto ordine, secundum communem credulitatem fratrum, per quadraginta annos (10). *Eodem fere modo loquitur frater Ventura ejusdem ordinis presbyter :* Fuit in ordine heremitarum bene per quadraginta annos, ut communiter creditur a fratribus (11). *Denique omnium loco est frater Lanfrancus,* prior generalis ordinis heremitarum, de conventu Mantuæ (12) *quem laudavimus supra num.* 17, *et qui dicit* quod in ipso *ordine* egit pœnitentium quadraginta annis. *His consonant alii testes* (13).

AUCTORE E. C.

occurritur difficultatibus.

41 *Nec vero dicatur hos testes, qui referunt eum annos illos quadraginta* in ordine *traduxisse, non agere nisi de tempore quo socios eremitas secum habuit, seu reapse in ordine, vel congregatione, vel familia vixit; et non comprehendere tempus quod inter eremi Cæsenatis ingressum et primorum sociorum admissionem interfluxit. Hanc enim interpretationem prorsus excludunt tres primi testes quos allegavimus, qui de ordine nihil dicunt. Neque etiam eam admitterent ceteri, siquidem dicunt omnes* B. Joannem *per annos quadraginta pœnitentiam egisse; addunt vero hos in ordine transactos, quia omnes Cæsenæ sunt transacti, ubi ordo ille eremitarum, sensim admissis sociis, condi cœpit; et quidem, ut exponendum est infra, annis aliquot ab ingressu eremi elapsis, jam socii admittebantur. Quapropter rotunde dici potuit a testibus* B. Joannem *annos quadraginta in ordine eremitarum pœnitentiam egisse; eo magis quod a primis diebus, quos Cæsenæ transegit, vitam eremiticam auspicatus est. Ceterum eamdem interpretationem excludunt veteres biographi omnes. Calepinus enim in Vita edenda num.* 24 *eum quadraginta annos in eremo vixisse dicit, nihil addens de ordine :* Cum explesset in eremo, *inquit,* annos quadraginta. *Cremensis vero in vita ms. :* Completis in heremo annis quadraginta, ætatis vero suæ anno octogesimo *etc. Laudensis alio modo quæstionem omnino dirimit, asseverans* B. Joannem, *quando moriebatur, octoginta fuisse annorum, vel paulo plus, ex quibus* quadraginta sæculo *fuerant* mancipati (quaranto cioè spesi al secolo) (14). *Istis enim quadraginta deductis restant alii quadraginta, quibus Cæsenæ pœnitentiam egerit, ab anno scilicet* 1208, *aut* 1209, *ad* 1249, *nec ullus locus superest aliis annis, per quos cum Herrera* (*supra num.* 39) *descendamus ad annum* 1204 *vel* 1205, *et eorum altero vitam eremiticam Cæsenæ a* B. Joanne *inchoatam dicamus.*

(1) Vide ibid. p. 577, num. 165 et seqq.—(2) Ibid. num. 172. — (3) Ibid. pag. 571 et 575. — (4) Alphabetum Augustin. V° *Joannes Bonus.*—(5) In Processu infra num. 255.— (6) Ibid. num. 242. — (7) Ibid. num. 239. — (8) Ibid. num. 276. — (9) Ibid. num. 280.—(10) Ibid. num. 284.—(11) Ibid. num. 290. — (12) Ibid. num. 258. — (13) Ibid. num. 268, 275, 294, 297, 303, 308, 311 et 315. — (14) Loc. cit. cap. 15.

AUCTORE E. C.

Quadraginta ei annos in sæculo inaniter elapsos scribit etiam Donesmundus in Historia ecclesiastica Mantuana (1).

Ex monumentis Mantuanis

42 *Verum sunt et aliæ probationes plurimæ quibus evincimus eum non ante exeuntem annum* 1208, *aut ordientem* 1209 *in eremo Cæsenate vivere cœpisse. In promptu enim sunt monumenta illa, tum Mantuana, tum Cæsenatensia, quibus assignatur ipse annus conversionis* B. Joannis, *aut ejus secessus ad eremum. Et ut a Mantuanis auspicemur, in claustro cœnobii S. Agnetis Mantuæ, leguntur hæc sub simulacro quinto, lingua Italica, ab ineunte jam sæculo decimo sexto depicta et postmodum renovata* (*supra num.* 18 *et seq.*) : In veræ conversionis signum, ad instar Matthæi et Zachæi dereliquit domum, parentes, et amicos, et patrem, et nihil sibi reservato, donavit omnia pauperibus anno MCCVIII. *Hippolytus Donesmondi, qui in monumenta Mantuana magna cum diligentia inquisivit, in Mantuæ historia ecclesiastica* (2) *hæc scribit de conversione nostri beati, patrio usus Italico sermone :* Beatus Joannes Bonus Mantuanus in gravissimam lapsus infirmitatem Mantuæ ad Deum se convertit anno MCCIX (si converti a Dio nel MCCIX) proponens asperrimam subire
B pœnitentiam pro peccatis suis. Habebat tunc annos ætatis quadraginta (Havea egli allora quarant' anni di sua vita). *Tertio loco ponendus esset Constantius Laudensis, eremita Mantuanus, qui etiam* beatum Joannem *anno* 1208 *aut* 1209 *novam vitam inchoasse manifeste indicat; sed hunc locum ejus libri modo recitavimus.*

idem ostenditur, itemque

43 *Transimus itaque ad monumenta Cæsenæ, in cujus vicinia* B. Joannes *recens conversus vitam eremiticam auspicatus est. Scipio Claramontius de eo historiarum Cæsenæ libro* VIII *inter alia scribit* (3) : Natus est beatus vir Mantuæ anno 1268; quadraginta annos in seculo indignis curis mancipatus perdidit, inde a Deo benigne evocatus se totum illi reddidit. Ac Cæsenam ad ejusque agrum, seu recessum Butriolum venit, ita ut MCCVIII vel sub initium noni in eremum concesserit, seque ibi condiderit. *Citari hic meretur locus integer ex Bernardini Manzonii* Cæsenæ chronologia, *titulo* II (4) : Sanctus Joannes Bonus, *inquit,* eremitani ordinis in Cisalpinis partibus instaurator, qui in agro Cæsenati per annos quadraginta pœnitentiam egit. Hic anno Domini 1209 Cæsenam venit, ut antiqua testantur memorialia civitatis, a qua duobus circiter
C milliariis distat Eremus, quem tunc Butriolum, nunc Elmum, corrupta Eremi voce dicimus, ubi in specu quodam se abdidit, ibique sub Oddone et Manzino episcopis Cæsenatibus, mirabilem per annos quadraginta circiter fecit pœnitentiam. Tandem miraculis clarus ad cælestem patriam evolavit die 23 Octobris anno 1249, et inter beatos relatus est. *Braschius etiam, archiepiscopus Nisibenus, Cæsena oriundus, qui in historia patria diligenter versatus est et de ea volumen diatribarum se concinnasse notat, in* Memoriis Cæsenatibus (5) *scribit* B. Joannem *in eremo* Budrioli (*dicta* nunc quoque, *inquit,* antonomastice « l'Eremo » et idiotice l'Elmo) per annos 40 eremiticæ vitæ operam *dedisse. Additque :* Venit ad eremum Cæsenatem anno 1209.

ex Cæsenatensibus.

44 *Huc spectat locus chronici ms., quem citavimus num.* 6 *et qui sic incipit :* Anno MCCCVIII. Beatus Joannes Bonomus, dictus Joannes Bonus, pœnitentiæ agendæ causa, in eremum se recipit *etc. In chronicis mss. antiquis monasterii sanctæ Crucis Cæsenæ, hæc leguntur Italice apud Waddingum* (6) : Joannes Bonus se recipit ad eremum Butrioli anno MCCVIII. Vixit in hac eremo annos plus quam quadraginta, siquidem annum superavit ætatis octogesimum, et Cæsena abiit ac Mantuæ vita functus est anno MCCXLIX, id est anno conversionis quadragesimo primo. *Denique, ut aliquando testimoniorum sit finis, Ephemeris Cæsenatica ms. Nicolai Marini, eumdem signat annum* (7) : Anno MCCVIII Cæsenam venit beatus Joannes Bonus, quo tempore commissarius erat pontificis ac civitatem instauravit Joannes de Brenna. *In quo postremo latet error, quum non venerit in Italiam Joannes Brenna nisi circa annum* 1222 (8). *Ex quibus omnibus manifestum est* B. Joannem *Cæsenam venisse vel anno* 1208 vel sub initium noni, *ut Claramontius loquitur. Impossibile igitur est ut S. Franciscus Assisias, antequam ordinem constitueret Minorum, quod anno* 1208 *quidam præstari cœptum dicunt, nostri vero decessores ex certis monumentis mense Aprili anni* 1209 (*supra num.* 36), *Cæsenæ sub disciplina* B. Joannis *per biennium eremita fuerit;* E *et multo magis, quod Marquezius, Herrera, aliique olim tuebantur, ut cum eo vixerit ibi sub regula S. Augustini.*

Progressus controversiæ : Waddingus et Herrera ;

45 *Non erit abs re, antequam ulterius procedamus, quid de controversia inter ordinem eremitarum S. Augustini et ordinem S. Francisci evenerit, summatim declarare. Postquam Marquezio suum* Apologeticum *opposuerat Waddingus, illius partes, ut sæpe supra est insinuatum, suscepit Thomas Herrera, ejusdem ordinis S. Augustini; de quo, uti de universa controversia, quædam scitu non indigna tradit Joannes Ossinger, eremita Augustinianus, in bibliotheca sui ordinis :* Thomas noster Herrera, *inquit,* neque decorum ratus magistri sui (*Marquezii*) causam deserere, neque tanto honore ordinem suum privari sustinens, pleraque Marquesii asserta defendere et novis, tum rationibus, tum conjecturis, ejus positionem firmare agressus, satis grande volumen, dum adhuc in Hispania ageret, ad umbilicum pene perduxit, quod Romæ magnis accessionibus auxit; pluribus vero in locis, quæ acriore prius stylo in Waddingum effuderat, postquam viri humanitatem, candorem et benevolentiam coram perspexerat, correxit et mitigavit, neque F opus id prius, quam Thoma in Hispanias reverso per amicum Bononiæ sub titulo : *Responsio pacifica ad Lucam Waddingum* (9) prælo subjectum est. Contra Waddingus *Apologetici defensionem* vulgavit. Cui Herrera *Clypeum pacificæ responsionis* opposuit (10). Neque deerant Waddingo quæ iterum in contrarium moveret (*quæ verba ab Ossingero prolata, qui diligenter in historiis ordinis sui Augustiniani versatus est, suo pondere non carent*), quibusque et hujus Clypei munimina perfringere se posse speraret. Attamen dum ista parat, et in ordinem disponit, nuntius de Herreræ obitu Romam delatus est, cui acerbe illacrymatus, calamum posuit, pios amici manes ulterius lacessere veritus. Ita pugna hæc litteraria utriusque demum partis silentio conquievit (11). *Romæ enim, quo cum eminentissimo Augustino Spinola, archiepiscopo Hispalensi anno* 1623 *Herrera advenerat, cum Waddingo ita amice vixerat, ut licet eum oppugnans et in*

(1) Tom. I, pag. 267. — (2) Lib. IV, pag. 207. — (3) Ap. Burmannum, Thesaurus antiq. Italiæ, tom. VII, part. II, col. 164. — (4) Ibid. tom. IX, part. VIII, col. 32. — (5) Romæ 1738, pag. 228 et seq. — (6) Annales Minor. tom. II, pag. 521. — (7) Ibid. — (8) Cfr Claramontius ap. Burman. loc. cit. col. 167 et seq.; Muratori, Annali d'Italia, ad annum 1223. — (9) Bononiæ 1635. — (10) Madriti 1645. — (11) Ossinger, Bibliotheca Augustiniana, pag. 433.

proprii

A *proprii ordinis historiam inquirens, ad* collegium *tamen* S. Isidori, quod Waddingus incolebat, frequentissime accederet, atque aulæ strepitum declinans, studiorum ac religionis causa, integris subinde mensibus cum ipso commoraretur, communi mensa, choro, musæo, eademque bibliotheca usus (1).

Torellus, cujus systema examinatur; D. de Gubernatis

46 *Licet scripserint Chalippus et Ossingerus controversiam post Waddingum et Herreram quievisse, historici tamen ordinum S. Francisci et eremitarum S. Augustini, si qui deinceps exstiterint, eam silentio premere non potuerunt nec de ea suam non promere sententiam. Torellus in* Sæculis Augustinianis, *primo eam opinionem, S. Franciscum sub eremitarum S. Augustini vixisse magisterio, non, ut Marquezius et Herrera, tamquam certam defendit, sed solum ut probabilem* (opinione probabile... come cosa che ha del probabile) (2). *Deinde obiter indicata sententia et affirmatione Jordani de Saxonia, Bergomensis et plurium recentiorum,* B. Joannis Boni *discipulum fuisse S. Franciscum, in hunc modum prosequitur.* Nihilominus ego libentissime subscribo sententiæ B. Henrici de Urimaria, qui vixit annis abhinc plus quam trecentis (*obiisse volunt* (3) B *anno* 1340) refertque nonnullorum opinionem, S. Franciscum, antequam ordinem Minorum inchoaret, fuisse religiosum ex nostris in antiquissimo ordinis conventu S. Jacobi de Aquaviva prope Pisam; de quo sic scribit : « Et quidam asserunt quod fuit frater nostri ordinis in loco S. Jacobi de Aquaviva, juxta Pisas. » *Addit vero Torellus Marquezium et Herreram hanc sententiam Henrici de Urimaria tueri quidem aliquatenus, ast solum ut probabilem. Porro cernit lector, si eam cum Torello admittamus, derelinqui primo Jordanum de Saxonia, sive genuinum, sive ut vult Waddingus* (4), *plurimum auctum, et hunc tamen maximi fecerant Marquezius* (5) *et Herrera* (6); *Jordanus enim sic scribit de* B. Joanne, apud Budriolum Cesenatensis diœcesis *habitante* (7) : Cumque fama conversationis ejus per loca vicina crebresceret, plurimi ad eum conversi sunt, inter quos fuit beatus Franciscus, qui postea ordinis Fratrum Minorum fundator fuit.

examinatur; D. de Gubernatis

47 *Derelinquitur secundo Philippus Bergomensis, quem vidimus num.* 35 *adeo explicite S. Francisci monachatum Augustinianum asseverantem. Ex tribus ergo antiquissimis illius monachatus assertori-* C *bus, quos reliqui descripserunt, derelinquuntur duo, nec immerito quidem, ut hucusque probatum est; retinetur vero solus Henricus de Urimaria, sive purus sit, sive, ut semel iterumque pluribus validisque argumentis demonstrare nititur Waddingus* (8), *isto aliisque locis additiones ceperit. De cetero hæc quæstio, num Franciscus aliquando cum eremitis S. Augustini* juxta Pisas *habitaverit, ad nos, qui de vita* B. Joannis Boni *scribimus, jam non pertinet. In quantum tamen sentio, fieri forte potuit, licet valde sit dubium, ut diebus aliquot aut hebdomadis cum eremitis, nescio quibus, versatus sit et hujus rei historici aliqui memoriam servaverint; sed diu cum illis vitam degisse, a conversione scilicet ad inchoatum usque suum ordinem; aut* ordinis *S. Augustini quocumque in loco* Fratrem *fuisse, ex iis maxime, quæ de eodem decessores nostri ad diem 4 Octobris scripserunt* (*supra num.* 36 *seqq.*) *tum ex universo hoc* § *prorsus dico impossibile. Idque firmabitur insuper* § 11 *quo in tempus conditi ordinis eremitarum S. Augustini paulisper inquiremus. Post Torellum vero, commentariorum Waddingi hac de controversia summarium quoddam concinnavit alter historicus ordinis Minorum, Dominicus de Gubernatis* (9); *post quem non arbitror ab ullo auctore alicujus nominis in utrolibet ordine fuisse resumptam.*

AUCTORE E. C.

§ V. Notitia Cæsenæ et eremi de Butriolo in quo habitavit per annos quadraginta et primum Ordinis Conventum fundavit.

Civitatis Cæsenæ E

Stabilivimus hucusque natum esse B. Joannem *anno* 1168; *circa annum* 1188, *relicta patria, liberiorem vitam inter joculatores agere cœpisse; conversum anno* 1208, *et eodem jam occidente, aut exordio sequentis, eremum quamdam adiisse prope Cæsenam, ut anteactæ vitæ crimina rigore pœnitentiæ expiaret. Sita est autem Cæsena, in cujus vicinia dimidium vitæ, id est quadraginta circiter annos, traduxit* B. Joannes, media omnino Æmiliæ via, *inquit Ughellus* (10), ad collis *Garampei* radices, prope fluvium Sepin (*Savio*), *inter Faventiam scilicet et Ariminum.* Eam in Galliam togatam rejicit Ptolemæus, Plinius vero inter octavæ regionis numerat civitates : recentiorum vero plerique Romandiolæ provinciæ attribuunt. *Strabo eam inter nobiles illius tractus civitates enumerat. Post eversum Romanum imperium, et deinceps medio ævo,* modo externos ac barbaros, modo proprios cives, in sævos trucesque versos tyrannos experta est. *De quo legi possunt Scipionis Chiaramonti* Cæsenæ Historiarum *libri, vel summarium, quod exhibet Cajetanus Moroni in* Dictionario eruditionis (11), *Braschius et alii.*

notitia.

49 In quibus *tyrannis, ita Ughellus prosequitur,* sed mitiores, Ordelaffi ac Malatestæ fuerunt, quorum postremus Novellus Malatesta, *alias Malatesta IV, seu Dominicus Malatesta Novellus,* lite- F rarum et eruditionis appetentissimus, mirabiliter Cæsenam exornavit, apud S. Franciscum celebri illa ac plane visenda manuscriptorum bibliotheca fundata (12). *Exstat etiamnum Malatestiana bibliotheca, dicta quoque* S. Francisci, *quod a Minoribus Conventualibus custoditur, eaque extremo præcedenti sæculo libris multis ipsiusque conventus bibliotheca aucta est.* Civitas pulchra est, fœtaque populo, *ad* 14,000 *incolarum numerans* (13), ac civibus exornata illustribus (14). *Visitur hodieque antiqua ejus arx in colle exstructa, ut scribunt plures, a Frederico II Imperatore; sed non adverterunt hi in veteribus* Annalibus Cæsenatibus (15) *dici disertis verbis eum, non exstruxisse hanc arcem, sed destructam* reædificasse. *Cæsenæ pretiosæ asservantur reliquiæ Sanctorum, S. Gregorii Magni manus*

(1) Ossinger, Bibliotheca Augustiniana, pag. 453. — (2) Secoli Agostiniani, tom. IV, Bologna 1675, pag. 182, num. 4 et ibid. in marg. pag. 173, num. 8. — (3) Ossinger, Bibl. August. pag. 952. — (4) Annales Min. tom. II, pag. 481 et 572. — (5) Origen. etc. pag. 354 et 379. — (6) Alphabetum August. pag. 566 et seq. et ap. Wadding. loc. cit. pag. 571, num. 18.— (7) Ap. Marquez, Origen, etc. p. 579.—(8) Annales Min. tom. II, pag. 478, 565 et seqq. — (9) Orbis Seraphicus, tom. I, p. 584. — (10) Italia sacra, tom. II, col. 441. Venetiis 1717. — (11) Dizionario di erudizione, vol. XI, pag. 126 et seqq. In Venezia 1841. — (12) Ughelli, loc. cit.; Cfr Tiraboschi, Storia della lett. Ital. tom. VI, pag. 154. Modena 1790. — (13) Guibert, Dictionn. géograph, v° *Cesena*. — (14) Ughelli, Italia sacra loc. cit. — (15) Muratori, Rer. Ital. tom. XIV, col. 1098.

AUCTORE E. C.

altera, corpora SS. Severi et Mauri episcoporum civitatis, pes alter S. Alexii, aliæque permultæ (1). *Sed omittendi non sunt duo immortalis memoriæ Pontifices Pius VI et Pius VII, ambo Cæsenates, e Braschiorum alter, alter e Claromontiorum gente, quorum priori colossea, ut loquuntur, Cæsenæ erecta est statua.*

Eremus S. Mariæ de Butriolo

50 *In hujus itaque civitatis vicinia, ab anno* 1208 *aut ineunte* 1209 *usque ad mensem Octobrem anni* 1249, *vitam degit* B. Joannes Bonus. *Habitavit autem in quadam eremo, quæ in Processu num.* 250, *dicitur* magna, *altero lapide a Cæsena. Nomen autem eremi, Butriolum :* Cæsenam, *inquit Claramontius* (2), ad ejusque agrum seu recessum Butriolum venit, ita ut MCCVIII vel sub initium noni in eremum concesserit, seque ibi condiderit. *Dictus est etiam hic recessus* Eremus S. Mariæ de Botriolo, *ut legitur in Processu apostolico anni* 1251, *num.* 5 : In heremo Sanctæ Mariæ de Botriolo. *Sic Cremensis quoque in Vita ms. :* Mantuam deserens, Cæsenatem urbem profectus est, et in quadam vicina heremo, in loco ubi dicitur SANCTA MARIA DE BUTRIOLO, quæ non longe ab urbe ipsa mille (*l.* bis mille) passibus distat, latitavit Deo serviens,
B jejuniis et orationibus vacans die ac nocte. *Idem nomen lego in Summario Leopoldi Volta* (3) : In hunc modum peregrinatus, *inquit*, Cæsenam Æmiliæ advenit initio anni MCCIX; ibique ad pedes episcopi Ottonis II prostratus, licentiam petiit habitandi in deserto loco S. Mariæ de Butriolo (S. Maria di Budriolo.) *Quod vero hic additur de licentia petita ab episcopo, alibi me legere non memini, nec ullo modo illa requirebatur; idque etiam solemnius mihi videtur, quam ut ab humili pœnitente, qui hominum notitiam fugiebat, præstari potuerit. Tertium, saltem in ore vulgi, nomen habuisse hanc eremum* (*quod nescio an retentum sit*) *scripserunt Manzonius et Braschius supra num.* 43; *dicebatur* tunc Butriolum, *inquit prior*, nunc Elmum, corrupta Eremi voce dicimus. *Dictam etiam fuisse* Eremum S. Joannis Boni *scribit Leopoldus Volta in Summario Vitæ* (4). *Hanc Eremum describi notat idem Volta* (5) *in* compendio Vitæ S. Joannis Boni (6), *quod a P. Minardi adornatum est; sed ut disco ex monumentis ad nos missis ab eximio D. Cernazai, non potuit illud hodiedum in bibliothecis Mantuanis reperiri. In* Topographia Rubiconis, *seu tabula chorographica secunda, ex iis*
C *quæ initio Historiarum Claramontii editæ sunt, adscriptus est* Butrium torrens, *qui forte per eremum Butriolum defluit. Mentio est etiam alicujus* hospitalis de Butrio *in Annalibus Cæsenatibus apud Muratorium* (7) : *quæ omnia ad eumdem tractum spectare arbitror.*

in quo in specu quodam habitavit B. Joannes, *dein primam domum*

51 *In hoc porro deserto loco scribit Calepinus* B. Joanni *sacellum aliquod habitationis loco fuisse :* At ubi vir Dei, *inquit Vitæ num.* 2, utroque parente se novit orbatum, ingenti erga Deum ardore succensus, patriam deserit; Cesenam Hemiliæ urbem pergit, ac sacellum ab ea urbe mille (*lege* bis mille) passibus distans, quod Divæ Genitrici Mariæ dedicatum fuerat, habitaturus ingreditur. *Verum ubique Cremensi inhæret Calepinus nec aliud præstitit, ut suo loco uberius declarabitur, quam eum meliori donare latinitate. Cremensis autem num. præced.* latitasse *quidem* B. Joannem *scribit* in loco ubi D
dicitur S. Maria de Butriolo, *non vero in ipso habitasse sacello. Verius mihi longe videtur quod scribit Constantius Lodi* (8), *eum illic se abdidisse in quadam spelunca* (s'ascose in una spelonca); *nec differt historicus Mantuanus Leopoldus Volta* (9) : Ibi quasi sepultus in horrida spelunca *etc. Idem narrat Claramontius* (10) : ibi in specu quodam se abdidit; *consentitque alter scriptor Cæsenas Bernardinus Manzonius, quem adduximus num.* 43. *Ibi tamen verisimiliter fuerit parvulum aliquod sacellum ab initio, non procul a specu, juxta morem et regulam eremitarum Occidentis, quam in plerisque omnibus B. Joannes in se expressit* (11) Parvulam ecclesiam *vero, ut eam Herrera vocat* (12), *non ædificavit beatus nisi postmodum, dum* primam domum *futuri ordinis inchoavit. De qua ecclesia et domo hæc refert anno* 1254 *Innocentius IV* (*seu Guilielmus S. Eustachii cardinalis cui* generalem curam ordinis *Pontifex commiserat*) *in Bulla* Admonet nos, universis prioribus et fratribus ordinis eremitarum *inscripta* (13) : Sane ad audientiam Domini Papæ pervenit, quod bonæ memoriæ frater Joannes Bonus, primus de ordine vestro, primam apud Budriolum Cæsenatensis diœcesis, de con- E
cessione diœcesani loci ejusdem, domum incepit, et dum fama conversationis ejus per loca vicina crebresceret, et plurimi converterentur ad eum, ecclesiam in honorem beatæ Mariæ Virginis construxit ibidem.

eremitarum inchoavit et ecclesiam construxit.

52 *Quod igitur referunt Chronica Stephani Parthi* (14), *concessum fuisse beato sacellum B. Virginis ab episcopo Oddone, hujus nominis scilicet secundo, qui ab anno* 1207 *aut* 1208 *multis annis Cæsenæ ecclesiam rexit* (15), *per ipsa verba Pontificis sunt explicanda et referenda ad sacellum majus, seu parvulam ecclesiam in ipso conventu exstructam. Itemque quæ scribit apud Waddingum* (16) *quidam Fabricius Manzenius, qui in anno gestæ rei multum erravit :* MCCII. Eligitur, *inquit*, Cæsenatensium antistes Oddo monachus, qui beato Joanni Bono domunculam quamdam apud Budriolum concessit, in qua eremiticam vitam per multos annos traduxit. *Similiter ad verba Bullæ Innocentianæ revocanda sunt, quæ cum ejus amplificatione aliqua conscripsit Jordanus de Saxonia, vel genuinus, vel auctus. Dicit enim beatum* de concessione *vel* consensu diœcesani, *non jam* primam
F apud Budriolum *ordinis eremitarum* domum incepisse, *ut Pontifex loquitur, sed ibi de ejusdem diœcesani consensu,* domunculam quandam *construxisse. Manifeste autem Bullam præoculis habuit Jordanus, dum hæc scripsit :* Primo apud Budriolum Cesenatensis diœcesis domunculam quandam de consensu diœcesani construxit, et ibi vitam eremiticam in arctissima pœnitentia duxit. Cumque fama conversationis ejus per loca vicina crebresceret, plurimi ad eum conversi sunt; inter quos fuit beatus Franciscus (*vide* § 4), qui ordinis postea fratrum Minorum fundator fuit, qui in honorum sanctæ Mariæ ecclesiam construxerunt ibidem (17) *etc. Mihi itaque videntur, ex bulla pontificia aliisque præcedentibus monumentis, res gestæ disponi posse hoc modo :* B. Joannem *vixisse primum in specu, et quando socios admittere cœpit, in aliqua*

(1) Manzonius, Cæsenæ Chronologia, tit. II, loc. cit. col. 33 et seqq. — (2) Vide supra, num. 43. — (3) Ristretto, pag. VI. — (4) Ibid. — (5) Loc. cit. not. 5. — (6) Compendio della Vita di S. Giovanni Buono. — (7) Rerum Italic. tom. XIV, col. 1092. — (8) Vita, cap. 1. — (9) Ristretto, pag. VI. — (10) Loc. cit. col 164. — (11) Cfr Ordo inclusorum, ap. Raderum, Bavaria tom. III, pag. 117; Brockie, Codex regularum, tom. I, pag. 303, cap. 16, etc. — (12) Alphabet. August. pag. 366. — (13) Ap. Marquez, Origen etc. pag. 245; Empoli, Bullar. Augustin. pag. 179. — (14) Ap. Waddingum, loc. cit. pag. 521. — (15) Ughelli in episcopis Cæsenatibus. — (16) Loc. cit. pag. 521. — (17) Ap. Marquez, Origen etc. pag. 579; Herrera, Alph. Aug. tom. I, pag. 366.

domo,

A *domo, seu* primam *ordinis* domum *tunc inchoasse; et quod illi numero crescerent, parvulam* ecclesiam construxisse. Durat adhuc hæc domus, *ita scribebat anno* 1644 *Thomas Herrera* (1), *italice* l'Elmo, id est, Eremus nuncupata, parvulam ecclesiam ac claustrum continens, et ad conventum Cæsenatem pertinens.

§ VI. In eremo Cæsenate aliquandiu vixit ignotus, nec diu ante annum 1217 socios adsciscere cœpit; habitum eremiticum induit anno 1225.

Laudensis et Volta fere ab initio eum socios admisisse dicunt.

Quam vitam duxerit B. Joannes *in specu, quem sibi in eremo Budrioli delegerat, non certo novimus; sed conjici facile potest ex iis quæ fratres eremitæ de ejus vita secum deinde in conventu dicti eremi transacta, in Processu apostolico testati sunt :* B *ex quibus plurima mox delibabimus. Constantius Lodi insinuat statim post eremi ingressum* B. Joannem *socios habere cœpisse; scribit enim* (2) *ab ejus introitu* non multum temporis elapsum *quin homines plurimi ejus exemplo mundum derelinquere et cum eo vitam eremiticam ducere voluerint,* ita ut intra brevius spatium quam duorum annorum (in meno di due anni) adeo creverit numerus eremitarum in ista provincia, ut plures continere non potuerit. Quapropter necesse fuit, *inquit,* iis qui postmodum convenerunt, dilatare se per alias regiones, novis quæsitis solititudinibus. *Accedit Leopoldus Volta in Summario Vitæ* B. Joannis (3) : Tacendum non est, *inquit,* post secessum unius circiter anni inspiratum eum fuisse a Deo ut ad congregationis formam reduceret omnes eremitas illos qui regulam profitebantur S. Augustini et dispersi vivebant extra civitates. *Hi porro scriptores assertum suum nulla auctoritate fulciunt, nec unde id hauserint dicunt. Quum vero Laudensis in fine libri profiteatur se perpetuo niti Processu apostolico* (4) *(quamquam uno alterove loco id eum non præstitisse reperimus), quæsivimus diligenter et visus est nobis locus sequens ei suggerere potuisse* B. Joannem C *cœpisse socios admittere post biennium circiter :*

forte ex male intellecto Processu.

54 *Processus scilicet numero* 62, *in hunc modum loquitur* Frater Joannes de Barba, laicus, de ordine heremitarum *B. Joannis :* Quod quando primo anno instituit ordinem ipsum in loco Butrioli, ubi morabatur, in primo heremo, fuit pluries et multipliciter persecutus a dæmone. *Dein* interrogatus de tempore, dicit quod sunt XXXVIII anni et plus. *Et iterum* interrogatus per quantum tempus fr. Joannes Bonus steterit in ordine supradicto, dicit quod XXXVIII stetit annos (5). *Similiter* F. Bonaventura, presbyter ordinis *ejusdem* (6), interrogatus per quantum tempus dictus fr. Joannes Bonus steterat in ordine supradicto, dicit quod credit quod stetit per XXXVIII annos, vel XXXIX. *Ex his diceres* B. Joannem *altero anno ab ingressu eremi Butrioli, inchoasse ordinem eremitarum. Alibi enim perhibetur a multis, et nos supra num.* 40 *et seqq. satis ostendimus, eum illic vixisse per annos quadraginta; et quum hic feratur annos triginta et octo in ordine transegisse, inde conficeretur inchoatum hunc anno secundo sui secessus. Ad hæc igitur respexit verosimiliter Laudensis, dum scripsit, intra biennium* B. Joannem *commilitones adsciscere cœpisse. Est vero advertendum testes illos qui dicunt eum* in ordine stetisse *per annos* 38 *aut* 39, *paucos esse numero, nec satis accuratos, reliquos autem, quorum plures num.* 40 *citavimus, et inter quos numerandus fr. Lanfrancus,* prior generalis ordinis heremitarum, de conventu Mantuæ, *ei adscribere unanimiter annos* in ordine *transactos quadraginta. Videantur ipsa testimonia dicto loco.*

AUCTORE E. C.

55 *Dicet porro aliquis : Si annos quadraginta* B. Joannes *prope Cæsenam degit et quadraginta quoque in ordine vixit eremitarum a se fundato, ergo ab initio sui secessus eum fundare cœpit. Verum enim vero non pauca sunt quæ huic conclusioni opponi queant, et assertum ipsum testium, de annis quadraginta in ordine transactis, facile potest explicari. Atque hæc apparebunt ex sequenti serie rerum gestarum : Vixit* B. Joannes *initio in quodam specu; vel si id, ex iis quæ disputavimus num.* 51, *nondum satis certum videatur, fatendum tamen eum aliquo tempore vixisse penitus ignotum. Etenim in diuturno processu, in quo auditi sunt testes ducenti et* E *triginta, quorum* 36 *ad ordinem spectant eremitarum, nullus adventum* B. Joannis *Cæsenam memoravit, nec initia ejus commorationis in eremo. Fuere tamen inter illos cives multi Cæsenates, et eremitæ multi, qui Cæsenæ cum* B. Joanne *habitaverant. Sic* dominus Gaiferius, miles, nobilis vir de Cesena (7), *qui anno* 1254, *dum Cæsenæ in conventu ipsorum eremitarum coram examinatoribus testimonium dicebat* (8), *jam erat* octuagenarius (9), *et anno* 1208 *aut* 1209, *quando Cæsenam adveniebat* B. Joannes, *annorum erat circiter triginta quinque, eum tamen non novit, ne fama quidem, nisi per annos* 57 *aut* 58, *id est, ab anno circiter* 1211 *aut* 1212. Interrogatus *enim* (10) suo juramento, dixit, quod ipse testis, sicut bene meminit, vidit fr. Joannem Bonum stantem in quadam heremo supra Cesenam, apud locum qui dicitur S. Maria de Botriolo, et duram et asperam pœnitentiam peragentem XXXVI annis et plus... sicut de hoc publica vox et fama est et erat Cesenæ.

In eremo aliquandiu vixit ignotus ut

56 *Similiter* dominus Guido Moroëllus, miles de Cesena (11) *qui anno* 1254 *annos natus erat* LX (12), dixit, quod ipse testis vidit dictum fr. Joannem Bonum, stantem in heremo maxime supra Cesenam F aliquantulum, in loco qui dicitur S. Maria de Botriolo, bene XXXII annis et plus, et semper in dictis temporibus duram et asperam pœnitentiam gessit. *Sed ex ipsis testibus ordinis eremitarum omnino fit verosimile,* B. Joannem *initio ignotam duxisse vitam nec socios habuisse. Primo enim eorum vix ullus est senex, et si quis forte sit qui tempore illo, quo Processus conficiebatur, jam erat ætate provectus, testatur simul se diu post annum* 1209 *ordinem fuisse ingressum. Frater Joannes de Barba, jam laudatus, qui anno* 1251, *quando Mantuæ coram deputatis apostolicis testimonium dicebat, a senio multum abesse non poterat,* interrogatus quanto tempore stelit in ordine, dicit quod bene XXXIV annis : *id est ab anno circiter* 1217. *Atqui inter omnes fratres eremitas, qui in Processu apostolico testes fuerunt, quorum plerique, hac de re interrogati, indicant quantum temporis in ordine transegerint, nullus est qui in eodem plus quam* 34 *annos*

probatur ex Processu;

(1) Alphab. Aug. tom. I, pag. 366. — (2) Vita ecc. lib. I, cap. 2. — (3) Ristretto, ecc. pag. VI. — (4) Vita ecc. lib. III, cap. 45. — (5) Item Process. num. 68 in fine, etc. — (6) Ibid. num. 95. — (7) Ibid. num. 253. — (8) Ibid. num. 168. — (9) Ibid. num. 255. — (10) Ibid. num. 254. — (11) Ibid. num. 242. Cfr num. 205. — (12) Ibid. num. 244.

consumpsisse

AUCTORE E. C.

consumpsisse se dicat. Videmus tamen plurimos ingressos esse ordinem valde juvenes, ab anno 12 (1), 15 (2), *et* 16 (3) *suæ xtatis.*

nec diu ante annum 1217

57 *Itaque ante annum* 1217, *si quos admisit socios* B. Joannes, *non tamen admisit nisi paucos; et hæc est ratio cur ex triginta sex eremitis testibus, Mantuæ et Cæsenæ auditis, non sint veterani ordinis, ut sic loquar. Habuit forte unum aut alterum socium* B. Joannes *paucis post annis ab inchoata vita eremitica, sed qui antequam Processus haberetur, e vita migraverint. Sive vero habuerit, sive non, quum ab ipso initio secessus tamquam eremita vixerit, dici potuit a fratribus in Processu, fecisse* pœnitentiam in dicto ordine, secundum communem credulitatem fratrum, per quadraginta annos; *vel aliud hujusmodi, ut videre est supra num.* 40. *Etenim manifestum est et testatum,* B. Joannem *per annos quadraginta vitam eremiticam duxisse, et quum in sociis admittendis non processerit nisi sensim pedetentimque, tempus inchoati ordinis accurate indicari non potuit et fas fuit dicere aliquo modo, eum Cæsenæ omni tempore in ordine vixisse. Post annum* 1217 *paulatim novos socios sibi videtur adscivisse.* Frater *enim* Matthæus, de ordine here-
B mitarum (4), *interrogatus* quanto tempore stetit in ordine dicit quod bene sunt XXIX anni et plus (5) *id est ab anno* 1221 *aut* 1222. *Loquitur idem alibi* (6) *de fratribus* qui erant in ipso conventu *anno* 1227. Frater Bonincuntrus laicus, de ordine heremitarum (7) *loquitur de iis quæ vidit in cella* B. Joannis *annis* 28 *ante processum, id est circiter annum* 1225. *Dicit idem* (8), *ante annos* 25, *sive circa annum Christi* 1226 B. Joannem, *accusatum a quibusdam, sese purgasse coram episcopo Cæsenate; et* interrogatus quibus præsentibus, *respondet* quod audivit dici quod fuerunt ibi plures de fratribus ipsius ordinis, quorum nomina non recordatur.

socios admittere cœpit.

58 *Similiter fr. Ardizzione,* presbyter heremita dicti ordinis, de conventu Mantuæ (9), dixit *anno* 1233 quod ipse testis fuerat heremita dicti ordinis jam sunt XXX anni elapsi et amplius, *id est, ab anno* 1222 *aut* 1223, et quod fuit sacerdos jam sunt XXVIII anni elapsi, et quod ipse testis stetit cum dicto fr. Joanne Bono, circa principium introitus ipsius testis apud Cesenam in conventu fratrum heremitarum, per sex annos continuos et plus *etc. Fr. Joannes etiam laicus, dicebat anno* 1233 (10) quod, sicut ipse credebat, steterat in dicto ordine XXX annos, *seu ab anno* 1223, et quod
C stetit cum dicto fr. Joanne Bono circa finem vitæ suæ, scilicet fr. Joannis Boni, apud conventum de Cesena per X annos continuo. *Ex quibus postremis verbis videretur Joannes ille vitam religiosam auspicatus, non Cæsenæ, sed in quodam alio conventu : ita ut anno* 1223 *jam alii præter Cæsenatensem exstitissent. Res tamen dubia est; nam non dicit expresse hoc loco ille frater se initio non vixisse cum* B. Joanne, *et nihil præterea in tota ejus testificatione hac de re occurrit. Videantur quæ infra de conventibus a* B. Joanne *fundatis deducimus. Anno* 1227 *Cæsenæ jam plures adfuisse fratres, supra est indicatum. Circa annum* 1233, *fratres* fere viginti *spectabant miraculum aliquod* B. Joannis, *et non multum post annum* 1240, *in* die Cœnæ Domini, fecit hic vocare omnes fratres suos, qui erant XXX (11). *Conventus Butrioli plures capere forte non poterat, nam ut dictum est superius, erat conventus parvæ molis; verum circa annum* 1240 *jam alii* D *proculdubio conventus erant fundati, ut mox dicetur.*

Habitum eremiticum induit anno 1225.

59 *Licet autem ante annum* 1217 B. Joannes *socios admittere cæperit, nondum tamen illo tempore vestem eremiticam assumpserat; quod ex his testificationibus in Processu apostolico factis palam fiet. Anno* 1254 dominus Barachias, *Cæsenas, coram examinatoribus comparens, et* interrogatus sub suo juramento, dixit, quod ipse fuit conversatus ultra XXV annos cum fratre Joanne Bono (*id est ab anno minimum* 1224 *ad* 1249), sicut laicus conversatur cum religioso quem diligit et timet. Quia dictus testis dixit, quod antequam dictus frater Joannes Bonus assumeret habitum heremitarum, dictus testis ibat et redibat, et vivebat multum cum dicto fratre Joanne Bono, pro eo quod erant multum amici; et hoc fuit apud Cesenam. Et postquam dictus frater assumpsit habitum dictum, dictus testis frequenter ibat ad dictum fratrem ad heremum in qua morabatur (12). *Et addere juvat Barachiam anno* 1234, *quando in Processu Cæsenate testificabatur, fuisse annorum* ultra quinquaginta (13) *seu anno* 1224 *annorum circiter* 20. *Ex quo confirmantur numeri supra allati; nam verisimile non est* B. Joannem *cum juvene annorum nondum* 20, *seu* E *quod in idem recidit cum Barachia ante annum* 1224 *ita familiariter esse conversatum, ut dici potuerint* multum amici. *Et quum dictus Barachias amicus fuerit beati, antequam hic habitum eremiticum assumeret, sequitur manifeste id ante annum* 1224 *contingere vix potuisse. Sed annus assumpti istius habitus accurate deduci potest ex alia testificatione :* Dominus Gualterius, *frater de pœnitentia,* dixit quod fr. Joannes Bonus ferebat unicam cucullam, sive tunicam stamineam subtilem, et illam portavit tam in hyeme quam in æstate, XXIV annis usque in fine vitæ suæ; et non dixit quod fuisset tantum una, sed fuit una post aliam, de simili panno (14) *Habitus ille describendus est suo loco. Verum manifestum est, si* 24 annis *eum gessit beatus* usque in fine vitæ suæ, *seu usque ad exeuntem annum* 1249, *assumptum fuisse anno* 1225. *Conveniunt hæc cum præcedenti testimonio Barachiæ et cum testimonio etiam* venerabilis patris D. Mangini, episcopi Cæsenatis *qui viginti annis, ab anno circiter* 1239 *usque ad* 1249, *quibus novit* B. Joannem, *dicit* se vidisse *eum* sæpe in habitu religioso, scilicet heremitarum, qui habitus erat quædam tunica, sive cuculla staminea subtilis, quæ cingebatur desuper (15). *Et* F *similia deforma habitus eremitici testantur innumeri alii testes. Ex quibus certum est* B. Joannem, *licet ante annum* 1217 *socios habere cœperit, habitum tamen suum eremiticum, qui deinceps factus est ad tempus habitus ordinis, non induisse nisi anno* 1225.

(1) Processus num. 298. — (2) Ibid. num. 16. — (3) Ibid. num. 283. Item num. 295, 301. — (4) Ibid. num. 85. — (5) Ibid. num. 90. — (6) Ibid. num. 87. — (7) Ibid. num. 63. — (8) Ibid. num. 65. — (9) Ibid. num. 304. — (10) Ibid. num. 291. — (11) Ibid. num. 17. — (12) Ibid. num. 197. — (13) Ibid. num. 198. — (14) Ibid. num. 181. — (15) Ibidem. num. 169.

§ VII.

A

§ VII. Quam vitam duceret beatus in cella. Ejus orationes vocales. Vestigia in solo ex orandi frequentia. Tabula lignea ei pro lecto est. Duo lecti pœnitentiæ. Fovea pœnitentiæ. Alii cruciatus.

Cella ejus a reliquorum fratrum habitatione distabat;

Quæ *sint res gestæ* B. Joannis, *discetur aliquousque ex vita edenda, auctore Calepino, quæ tamen valde est jejuna, in miraculis enarrandis pæne tota, nec satis accurata in pluribus; discetur maxime ex Processu apostolico quod jubente Innocentio IV, ab anno* 1251 *ad* 1254 *Mantuæ et Cæsenæ confectum est. Verum quum sint variis locis amplissimi istius monumenti dispersa quæ ad hanc notitiam conferunt,*
B *debeantque conferri inter sese et colligari, ex purissimo isto fonte quasi novam Vitam hic breviter deducere constituinus. Primo loco dum de vita* B. Joannis *in eremo ac* mirabili *ejus* pœnitentia, *ut S. Antoninus loquitur, agere incipimus, innotescat necesse est paulo magis non modo eremus in qua annos quadraginta transegit, sed ipsa cella in qua habitavit. Etiam tempore illo scilicet quo jam conventus exstabat in eremo, et socios multos habebat* B. Joannes, *habitabat tamen in cella separata, a conventus ædificiis distante :* Habebat cellam suam, *inquit fr. Lanfrancus, prior generalis ordinis,* seorsum a fratribus (1). *Et fr. Jacobus de quodam fratre ægrotante, qui ad conventum Butrioli venerat, dicit, quod* febris continuo arripuit ipsum, et sic jacuit tribus diebus quod non potuit dictum fr. Joannem Bonum videre, cum cella ipsius fratris aliquantulum distaret a dicto conventu : qui frater infirmus misit unum de sociis suis ad cellam fr. Joannis Boni *etc.* (2). *De se etiam refert fr. Girardus, presbyter, quod* fr. Joannes Bonus misit pro ipso teste ad conventum, ubi cum aliis fratribus morabatur, quod iret ad ipsum cum alio fratre, qui vocatur Martinus; et dum ivisset ad
C cellam ipsius fr. Joannis Boni, cœpit ipsos monere et confortare *etc.* (3). *Ejus tamen cella non erat prorsus solitaria, nam in proximo erat cella fr. Joannis de Barba, laici, qui* interrogatus *in Processu* (4) de loco, *in quo facta aliqua prophetia,* dicit quod fuit in cella ipsius testis, quæ erat juxta cellam ipsius fr. Joannis Boni. *Et* interrogatus quibus præsentibus, dicit quod non erat ibi aliquis nisi idem testis et ipse fr. Joannes Bonus, cum essent remoti a conventu fratrum. *Modo dixerat :* Incontinenti ivit ad cellam suam *fr. Joannes Bonus,* et post paulum reversus est ad eumdem testem, cum inter unam cellam et aliam modica esset via. *Ex alio loco* (5) *discimus prædicti fr. Joannis de Barba munus fuisse, saltem aliquamdiu, ministrare* B. Joanni *cibos et alia necessaria.*

sita erat prope ecclesiam; ex qua audie-

61 *Cella autem* B. Joannis *erat prope ecclesiam S. Mariæ de Butriolo, in qua fenestra aliqua ita cellæ erat propinqua, ut facile, quæ in ecclesia canebantur, audiret. In quo, ut in aliis pluribus, morem sequi voluisse videtur eremitarum seu inclusorum, quorum regula apud Raderum* (6) *sic habet :* Domus inclusi... habeat tres fenestras, unam contra chorum, per quam corpus Christi accipiat; alteram in opposito per quam victum recipiat; tertiam unde lucem habeat, quæ semper debet esse clausa vitro vel cornu. Erat *beatus* assiduus in dicta cella sua in orationibus, *ait fr. Grecus* (7), quæ erat juxta ecclesiæ fratrum confines, et erat ibi quædam fenestra, qua aperta poterat videri cella dicti fr. Joannis Boni, unde communis opinio fratrum erat et est, quod illa de causa dictus frater Joannes Bonus raro veniebat in ecclesiam ad alias horas diurnas et nocturnas nisi ad missam, ut dictum est, quia si legendo dixissent fratres officia, poterat eos audire de cella sua. Et dixit dictus testis (*in quo est altera forte ratio cur horis ecclesiasticis in ipso templo non interesset*), quod dictus frater Joannis Bonus erat illiteratus, nisi quod sciebat « Credo in unum Deum » et « Miserere mei Deus » et alias orationes. *Et ut hic simul exhibeantur quæ spectant ad orationes vocales ab eo adhibitas, addimus ex quodam teste* (8), *eum dixisse* E
In suis orationibus « Credo in unum Deum » totum, et « Pater Noster » et « Miserere mei Deus » et alias orationes bonas, secundum quod homo illitteratus dicere poterat. Sciebat tamen, *ait fr. Ventura* (9), quosdam psalmos, et orationes, et « Credo in unum Deum » et « alias virtutes, et « Pater Noster » et Ave Maria. » *Ad quæ duo sunt notanda. Primum est per* virtutes *hic designari, non quidem formulas actuum fidei, spei et caritatis, quæ circa annum vigesimum præcedentis sæculi necdum erant in usu* (10), *sed ea quæ a multis sæculis* (11) *post Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam et Symbolum a fidelibus recitari solent et cum iisdem efficiunt quod* Catechismum Parvum *vocamus : nimirum simplicem enumerationem virtutum tum Theologicarum, tum Cardinalium, Donorum Spiritus Sancti ejusque Fructuum, Beatitudinum, operum misericordiæ etc., præceptorum etiam, novissimorum et variorum peccatorum. Notandum secundo Salutationem Angelicam a* B. Joanne *non totam fuisse dictam, qualem nunc dicimus, sed solas duas priores partes; verum hic repetere non est necesse quæ de hac oratione ejusque lapsu temporum incrementis diligenter et curiose disseruit collega meus* (12) : *cujus dissertationis summarium in hoc ipso* F
tomo legi potest (13).

de cella exhibat.

62 *Ut vero ad propositum argumentum de Divino Officio a* B. Joanne *ex ipsa cella sua audito, deque raro exitu e cella, redeamus, dicit alius testis* (14) quod ideo dictus fr. Joannes Bonus ad alias horas diurnas et nocturnas (*præter missam*) non veniebat in ecclesiam fratrum, quia cella sua erat juxta confines ecclesiæ fratrum, de qua bene poterat audire Divinum Officium fratrum, etiam si legendo dicerent fratres. Ad missam *vero* veniebat semper, ut dictum est et ad vesperas quandoque, diebus Dominicis, Paschalibus et festivis. *Tertia ratio cur huic Officio in ipsa ecclesia non interesset, erat solitudo maxima in qua vivere volebat. Et vero raro de cella exibat* B. Joannes, *ac monachos illos Orientis et Occidentis aliquo modo imitari videbatur, qui januam sui tugurioli exstructo muro præcluserant, et quotidianum cibum a fidelibus, aut a sociis monachis, per*

AUCTORE E. C.
bat Divinum Officium. Orationes vocales ab eo adhibitæ. Raro

(1) Processus num. 259. — (2) Ibid. num. 30. — (3) Ibid. num. 36. — (4) Ibid. num. 54. — (5) Ibid. num. 18. — (6) Bavaria sancta, tom. III, pag. 117. — (7) Ibid. num. 278. — (8) Ibid. num. 307. — (9) Ibid. num. 289. — (10) Le prêtre sanctifié, ap. Gousset, Giustificazione della teol. mor. del. B Liguori, cap. 11. Monza 1833, pag. 225. — (11) Cfr supra, pag. 412, num. 2. — (12) Acta SS. tom. VII Octob. pag. 1108 et seqq. — (13) Supra, pag. 413. — (14) Num. 289.

fenestram

AUCTORE E. C.

fenestram aliquam accipiebant : ut legitur in Actis S. Stephani Junioris monachi montis Auxentii prope Constantinopolim, quæ dabuntur ad 28 *Novembris, et in aliis plurimis. Etenim deferebantur etiam ad cellam* B. Joannis, *quæ aliquantum a conventu distabat, cibus et potus :* Intra Quadragesimam tempore sanitatis, *inquit fr. Grecus* (1), utebatur valde stricto cibo et potu, ut apparebat in vasculis in quibus portabantur ei cibus et potus ad cellam suam. *Insuper nemo cellam* B. Joannis *ingredi poterat* nisi per manum *fratris laici, qui ei serviebat : ita aliquis frater* serviens et ostiarius (2) *servi Dei. Non exibat quoque* B. Joannes *nisi ut quotidie missæ sacrificio interesset, quod profecto nullus sanctus, quam proxime ecclesiam habitans in qua quotidie incruentum sacrificium celebraretur, omitteret. Deinde quum esset eremitarum fundator et pater, ac perpetuum consilium, eorum etiam causa e cella exibat. Denique quum id postulabat sæcularium peculiaris aliqua necessitas. Sed antequam hæc singula ostendantur e monumentis, absolvendum est quod de cella* B. Joannis *et de vita quam in ea duxit, dicere cœpimus.*

B

Describitur ejus cella ; quam vitam in ea ageret.

63 Fr. Balis, de ordine heremitarum, de conventu Cesenæ, *qui cum* B. Joanne *per annos circiter sexdecim habitavit* (3), dixit *in parte Processus quæ Cæsenæ habita est anno* 1254 (4), quod fr. Joannes Bonus habebat cellam suam, in qua morabatur quasi assiduus die et nocte in vigiliis et orationibus ; et in qua cella habebat Crucem D. N. Jesu Christi et tabulam B. M. V., quas adorabat, et aquam benedictam ; et de qua poterat audire divina Officia, quæ fiebant a fratribus in ecclesia (5). *Sed præ ceteris, quam vitam duxerit in cella* B. Joannes, *optime nos docet fr. Moltongrandus, qui* fuit quandoque prior conventus de Cesena (6), *ubi beatus habitabat.* Interrogatus dictus testis de fide dicti fr. Joannis Boni, respondit dictus testis, quod dictus fr. Joannes Bonus habebat cellulam suam juxta confines ecclesiæ fratrum, et de qua raro exibat, nisi veniret ad confortandum fratres suos, vel ad loquendum alicui forensium (*seu externorum*), vel iret in ecclesiam ad audiendam missam. Et quando erat in dicta cella sua, communis opinio fratrum suorum est et erat, quod per totam noctem, quasi a primo somno in antea, et per totam diem, stabat in contemplatione et vigiliis et orationibus coram cruce D. N.

C Jesu Christi et tabula sive icone B. V. M.

Vestigia in solo ex orandi frequentia. Tabula lignea

64 *Addit* quod in cella dicti fr. Joannis Boni apparebant manifeste, sicut ipse testis vidit, vestigia sive formæ pedum, et digitorum pedum, et genuum, et manuum, in terra ubi orabat, propter frequentiam orandi. Et dixit dictus testis interrogatus, quod in cella prædicta nihil aliud erat, nec palea vel sestorium (*sedes, sedile*), nec aliquid aliud quam dictum est supra (*tabulam scilicet ligneam supra quam de nocte brevem somnum capiebat*), et ita stabat tam in hyeme quam in æstate. *De vestigiis, ex perpetuo genuflectendi et prosternendi se usu, in solo impressis, testes multi loquuntur, inter quos fr. Grecus dicit* (7), quod erant in cella prædicta formæ in quibus ponebat dictus fr. Joannes Bonus genua, et pedes, et manus, quando orabat, et illæ formæ seu vestigia facta erant ex nimia orandi frequentia. *Cernebantur autem hæc ante ejus crucem, seu Christi e cruce pendentis imaginem, coram qua* D *genuflectere aut prosternere se consueverat. Alibi enim dicitur in eodem Processu* (8) : Apparebant ibi formæ et vestigia genuum, manuum et pedum ante crucem, quæ faciebat ex tanta orandi frequentia. *Et infra* (9) : Ante dictam crucem et iconem *B. Virginis, seu* tabulam in qua erat depicta imago Virginis Mariæ (10). *Quod ad tabulam ligneam attinet, in qua* B. Joannes *dormiebat, dicit fr. Grecus* (11) quod se teste vidente dictus frater Joannes Bonus jacebat semper super nudam assidem (*asserem*), nihil super se, vel subtus se retinens (*nisi vestem quotidianam, sive cucullam, valde tenuem, quam de nocte non exuebat*), sicut ipse testis videbat quando intrabat cellam suam, et quia erat hoc manifestum inter fratres.

quæ ei erat pro lecto.

65 Et dixit dictus testis quod dictus Frater Joannes Bonus parum jacebat sanus (*parum dormiebat de nocte dum valetudine fruebatur*), sed vigilabat semper et orabat, sicut ipse testis videbat quando intrabat cellam dicti fratris Joannis Boni vocatus ab eo ut audiret confessionem dicti fratris. *Aliquandiu super assere, aut tabula, seu* banco ligneo, *ut alicubi vocatur* (12), *extensus fuit aliquis pannus :* Lectus ipsius, *inquit fr. Meliorinus* (13), erat E de quadam tabula de quercu, ubi erat quandoque unus pannus subtilis de lana, et ad caput ejus habebat quamdam tabulam et quandoque unum sacellum de paleis. *Et fr. Jacobus, laicus, qui per decem annos ei ministravit :* Super qua tabula, *inquit* (14), erat unus pannus de lana ; super se tamen nihil tenebat dictus fr. Joannes, nisi tempore infirmitatis suæ, quo tenebat unum linteamen de lana. *Alibi dicitur pannus in tabula extensus mediocriter* crossus *sive grossus* (15). *Verum videtur postea dereliquisse hunc pannum* B. Joannes, *nam dicit fr. Vitalis* (16), quod ipse numquam vidit sibi (*B. Joanni*) aliquem lectum in quo jaceret, nisi tantum de tabulis, sine aliquo panno. *Et eodem fere modo loquuntur reliqui testes, quorum duo dicunt :* Super nudam tabulam (17), *alter :* Ubi nihil desuper erat (18) *et alii similia* (19). *Advertendum est autem non dormiisse* B. Joannem *nisi partem noctis et satis exiguam, ut dixit supra num.* 65 *fr. Moltongrandus ; et vix differt fr. Lanfrancus, anno* 1255, *quando testimonium dicebat, Prior generalis :* Dormiebat ad perfectum primum somnum et ab inde in antea surgebat et vigilabat in orationibus ; quia bene audiebatur a fratribus quod a F prædicta hora in antea surgebat et vigilabat (20).

Lecti pœnitentiæ : alter de aquifoliis ; alter

66 *Præter hunc lectum, alios habebat* B. Joannes *quos lectos pœnitentiæ dicemus ; siquidem ad nihil aliud inserviebant, quam ad incredibilem pœnitentiam exercendam. Narrat fr. Vitalis audivisse se* a quodam cive de Cesena, qui vocabatur dominus Bartolus, tabellio (*sive notarius laicus*), quod ipse vidit per quoddam foramen cellæ ipsius fr. Joannis Boni, jacere et volutare ipsum fr. Joannem Bonum in quodam lecto de palis acutis, et in alio lecto de bruscis (*sive aquifoliis*) pungentibus sicut spinæ, et hoc novit auditu tantum (21). *De lecto* de bruscis *plures loquuntur :* Habebat in cella sua, *ait fr. Bonincuntrus*, duos lectos, unum de tabulis ubi nihil desuper erat, et alium de bruscis qui pungunt sicut spinæ (22). *Dicit fr. Joannes de Barba, qui beati cellam sæpe ingrediebatur*, quod fecit sibi fieri lectum

(1) Processus num. 276. Cfr num. 272. — (2) Ibid. num. 200. — (3) Ibid. num. 175. — (4) Ibid. num. 168. — (5) Ibid. num. 177. — (6) Ibid. num. 259. — (7) Ibid. num. 278. — (8) Ibid. num 282. — (9) Ibid. num. 288. — (10) Ibid. num. 263. — (11) Ibid. num. 278. Cfr num. 17, 56, 197. — (12) Ibid. num. 281. — (13) Ibid. num. 58. — (14) Ibid. num. 17. — (15) Ibid. num. 6. — (16) Ibid. num. 66. — (17) Ibid. num. 172 et 199. — (18) Ibid. num. 63. — (19) Ibid. num. 197, 259, 287, etc — (20) Ibid. num. 259. — (21) Ibid. num. 66. — (22) Ibid. num. 65.

ctum

A etum de bruscis ubi ipse jacebat quandoque (1). *Ex quibus non videtur duos illos lectos pœnitentiæ, alterum* de bruscis, *alterum* de palis, *uno eodemque tempore in cella habuisse.*

de palis acutis, qui

67 *De posteriore hoc mirandum pœnitentiæ exemplum narrat fr. Girardus, presbyter :* Fr. Joannes Bonus misit, *inquit,* pro ipso teste (*Girardo, qui tunc erat novitius*) ad conventum, ubi cum aliis fratribus morabatur, quod iret ad ipsum cum alio fratre, qui vocabatur Martinus. Et dum ivisset ad cellam ipsius fratris Joannis Boni, cœpit eos monere et confortare et hortari in Domino Jesu Christo, quod servarent humilitatem et patientiam, et docebat eos qualiter possent servire Domino Jesu Christo, et ejus regnum acquirere et fideliter obtinere. Et tunc, introduxit eos intus in cellam, ubi erat quidam lectus de acutissimis palis, fixis in ipsa terra; et ipse fr. Joannes Bonus se projecit in ipso lecto, ac si esset de optimis plumis, et cœpit se volutare in eo, et sine aliqua læsione se volvebat in dicto lecto hinc et inde. Et dum ipsi fratres essent inde valde perterriti, conabantur ipsum juvare; qui dicit eis : State in pace, nolite me tangere. *Quod circa annum* 1240 *factum esse idem frater significat* (2).

B *Addit tamen de hoc publicam famam non fuisse, quod forte silentium indixisset beatus* (3), *sed* fratres de conventu suspicabantur, *inquit,* et hoc inter se pluries conferebant.

describitur. Fovea pœnitentiæ in quam se demittebat

68 *Lectus ille* de palis *erat fossus in terra juxta* tabulam de quercu *et in eo, ablatis palis, jacuisse videntur brusca illa sive aquifolia, de quibus supra est dictum. Nemo enim tres lectos, si ita sint vocandi (unum ad capiendum somnum et duos ad pœnitentiam) simul exstitisse testatus est. Dictus est etiam* fovea, *scilicet oblonga, ille lectus de palis :* Habebat quandam foveam, *inquit fr. Michaël* (4), juxta alium lectum de tabula intus in cella sua, ubi quandoque jacebat. Et dicit quod audivit ab ipso fr. Joanne Bono et a pluribus aliis fratribus suis, quod in ipsa fovea erant pali acuti seriatim fixi, super quibus ita se secure projiciebat, tamquam si esset sibi saccus de palea plenus. *Nondum est satis; altera enim erat illic fovea, non jam oblonga sed profunda, terribilior quam præcedens :* Ibi erat alia quædam fovea, *ita pergit fr. Michael,* ubi, quando se magis affligere volebat, caput et humeros ponebat, pedibus superius elevatis, et ibi per tantam horam stabat, quousque Pater Noster ducentis vicibus dicebat.

C *Hanc foveam describit fr. Jacobus, qui* B. Joanni *diu ministravit. Memorato ejus lecto seu tabula* de quercu, *in hunc modum prosequitur* (5) : Et quando volebat dictum corpus affligere magis, jacebat in fossa humo (*id est, in fovea priori oblonga juxta dictam tabulam*).

capite deorsum. Particulæ arundinis sub ungues immissæ. Nullus ignis in cella.

69 Et quando adhuc volebat fortius corpus suum affligere, habebat foveam artificiose factam in qua ponebat se capite existente inferius. Erat tamen fovea illa sic artificiose facta, quod cum humeris et scapulis terræ inhærebat, pedibus vero sursum erectis. Ipse tamen testis non vidit eum jacere in dicta fovea, sed vidit foveam et formam ejus, et audivit ab ipso fratre Joanne Bono quod ipse aliquando jacebat in ea secundum modum prædictum. Et perpendit etiam ipse testis, quod quando jacebat in ista secunda fovea, quod dictus frater Joannes Bonus apparebat multum afflictus et facies ejus similiter apparebat valde tumefacta. *Addit ibidem* quod pluries ipsum invenit jacentem in fovea longa; in alia vero ubi caput et humeros ponebat, audivit pluries ab ipso fratre Joanne Bono. Et hoc dicebat eidem testi : quærebat ab eo quare fecisset sic foveam memoratam; ipse vero respondebat ei : Frater, non cures scire ista. Tandem ad maximam instantiam ipsius testis, dicebat ei quod faciebat ut magis corpus affligeret. *Hæc tamen, quantacumque sunt, comparari non possunt iis quæ præstitit in vehementi quadam tentatione carnis, dum* mirando actu etsi non imitando, *inquit S. Antoninus* (6), *arundinem in multas partes dividit, easque* sub ungulis posuit, elevansque manus super lapidem taliter percussit, quod ad summitatem usque digitorum intrarunt. *Hoc tormentum tres dies ac noctes perpessus, tandem miraculo liberatus est. Quæ plenius infra enarrabuntur a S. Antonino, Calepino* (7) *et in Processu* (8). *In cella* B. Joannis *numquam accendebatur ignis, quamquam die ac nocte in ea vivebat, nisi ex summa necessitate :* Nec utebatur igne, *inquiunt testes,* nisi maximis infirmitatibus (9). *Et ut cellæ descriptionem absolvamus, erat hæc* nitida et munda (10), *ac* prope (11) *erat aliquis fons, cujus sæpe est mentio in Processu* (12).

AUCTORE E. C.

E

§ VIII. De cibo B. Joannis ejusque quantitate. Incredibilis inedia. Vitam protrahit miraculo. Custodia silentii.

Cibum sumebat in cella; infirmus aliquando utebatur ovis, rarissime

Insinuatum *supra* B. Joannem *in ipsa cella sua cibum sumere consuevisse : id vero præstitit, ni fallor, tum majoris solitudinis et silentii causa, quibus ab initio vitæ eremiticæ assueverat, tum ut facilius incredibilem inediam et perpetua jejunia exerceret. Neque ex eo vitii singularitatis arguetur, quum olim insuetum minime fuerit, ut qui summa auctoritate in ordine religioso aut domo potirentur, seorsum a ceteris habitarent et viverent, et id ipse S. Ignatius de mensa præpositi generalis Societatis nostræ initio constituerit, a quo præpositi postmodum libentes et volentes desciverunt. Deferebatur ergo cibus ad cellam* F B. Joannis *a fratribus laicis ad hoc ministerium deputatis, e quorum numero fuerunt FF. Jacobus* (13) *et alter forte Jacobus* (14), *Joannes de Barba* (15), *Albertus* (16), *et Benvenutus* (17). *Atque hi nos tuto docebunt quantum abstinentiæ et jejuniis deditus fuerit* B. Joannes : Omni tempore jejunabat, *inquit fr. Jacobus in Processu anni* 1251 (18), tam in hyeme quam in æstate; et nullo tempore utebatur carnibus, etiam in infirmitate sua, sed in ipso infirmitatis tempore dicit quod aliquando utebatur ovis. *Alio tempore in ægritudine ovis usus esse non videtur, quorum alii testes non meminerunt.* Jejunabat omni tempore, *inquit fr. Albertus* (19), exceptis diebus Dominicis et tempore magnæ infirmitatis, in quo ad multam fratrum instantiam, comedebat parum de carnibus, nec volebat uti in suis infirmitatibus medico nec medicinis, dicens quod

(1) Processus num. 50. — (2) Ibid. num. 56. — (3) Cfr Ibid. num. 22 in fine. — (4) Ibid. num. 38. — (5) Ibid. num. 18. Cfr num. 50. — (6) Infra in Vita, num. 2. — (7) In Vita, num. 3. — (8) Num. 13. — (9) Processus, num. 292, 305, 287. — (10) Ibid. num. 306. — (11) Ibid. num. 21. — (12) Ibid. num. 7. 21, etc. — (13) Ibid. num. 16 et 18. — (14) Ibid. num. 301. — (15) Ibid. num. 18 et 50. — (16) Ibid. num. 99 et seq. — (17) Ibid. num. 295. — (18) Ibid. num. 16. Cfr num. 50. — (19) Ibid. num. 199.

AUCTORE E. C.

D. N. Jesus Christus erat medicus et medicina sua.

carnibus; medicinis nunquam, exemplum allegans S. Agathæ.

71 *Quæ singula a multis testibus confirmantur.* Tempore gravis infirmitatis, *ait fr. Moltongrandus, aliquando prior Cæsenæ,* ad multas fratrum preces vescebatur parum de carnibus (1), *sed, ut alius loquitur,* multum parum et paucis diebus (2). *De usu medecinæ et auxilio medicorum hæc addit fr. Ardizzione*: Et quando fratres sui multum instabant, inducebat eis exemplum beatæ Agathæ medicinam carnalem nunquam (*exhibentis: quæ vox hic omissa est ex oscitantia*), et more tamen laicali, quia parum sciebat litteras (3). *Sensus esse videtur eum citare voluisse verba officii ecclesiastici in festo S. Agathæ, ad diem* 5 *Februarii. Alius enim testis dicit:* Inducens more laicali illam auctoritatem : Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui (4). *Quæ sunt ipsissima verba responsorii ad Lectionem* VIII *breviarii Romani in die* 5 *Februarii; atque id ipsum de quo agitur in responsoriis illius festi, quæ* historica *sunt et narrationem in Lectionibus propositam continuant et complent, satis ostendit ea antiquissima esse. Ejusdem enim generis responsoria historica advertuntur in vetustissimis festis aliquot Martyrum et confessorum, puta S. Agnetis et*
B *S. Martini; et quod nunc in paucis solum breviarii Romani festis asservatum est, in breviariis medii ævi cernitur ubique* (5). *Ex quo sequeretur idem fuisse hoc responsorium ævo* B. Joannis *ac nunc est. Quod mirum non est, quum et in aliis aliquot antiquissimis festis id obtineat. Excerpta vero sunt responsorii verba cum levissima aliqua transmutatione, ex Actis latinis S. Agathæ, prout a Bollando sunt edita* (6). *Sed ne a proposito digrediamur, vescebatur B. Joannes cibis communibus conventus exceptis tamen, ut dictum est, carnibus et ovis. De piscibus non loquuntur testes, ita ut conjicere possimus, dum comedebantur in conventu* (7), *ab iis non abstinuisse, saltem perpetuo et omni tempore, ut immerito videtur insinuare Laudensis* (8); nisi diebus veneris et vigiliis apostolorum, et quasi in vigiliis omnium, in quibus jejunabat in pane et aqua tantum (9).

De quantitate cibi extra et

72 *Quod ad quantitatem attinet cibi, quem exceptis diebus Dominicis non sumebat nisi semel in die* (10), comedebat, ut sæpius vidit *fr. Moltongrandus* (*prior conventus,* qui ei faciebat dari cibum et potum), satis minus aliquo alio fratre, et nunquam volebat comedere nisi de uno ferculo
C tantum, sicut sæpius vidit et audivit ab his qui ei serviebant; et licet aliquando fratres comederent caules et ciceras vel fabas, dictus fratre Joannes Bonus non sumebat nisi aliquantulum de una istarum comestionum tantum (11). *De quantitate unius istius ferculi, hæc dicit fr. Ardizzione :* Utebatur, *inquit,* extra quadragesimam cibo et potu fratrum, licet in tertia parte et amplius, ut videtur sibi testi, minus quam aliquis alius frater (12). *Alii dicunt :* In medietate et ultra, minus (13); in medietate minus aliquo alio fratre, et etiam minus medietate multum (14) : *Atque idem de potu asseritur* (15). *Verum in his omnibus testificationibus comparatur unicum ferculum* B. Joannis *cum una integra cibi sumptione fratrum, præcipua scilicet diei, quam nunc prandium dicimus, non vero cum cibo omni diei tam meridiano quam vespertino. Nam qui hanc secundam comparationem instituunt, dicunt* B. Joannem *cibo usum in* septima parte minus quam aliquis alius frater (16); *et alii,* D *eodem forte sensu, se comedere* una vice quantum ipse comedebat per totam hebdomadam (17) : *in qua* B. Joannes *una die, Dominica nimirum, non jejunabat, seu binas sumebat refectiones* (18). *Et hæc sunt quæ pertinent ad ejus abstinentiam, inediam et jejunia extra tempus quadragesimale. Vere* B. Joannes *in exemplum datus est et per longævam vitam conservatus nascenti suo* ordini Eremitarum, *quemadmodum in Processu vocatur, ut extraordinaria sua pœnitentia et reliquis virtutibus ac omnimoda sanctitate, non minus quam crebris et insignibus miraculis, fratres multos ad se advocaret, instrueret, confirmaret, et sic ante mortem congregationem suam eremitarum rite constitutam cerneret et multum dilatatam.*

intra Quadragesimam.

73 *In ipsa vero quadragesima, jejunia multo etiam severiora exercuit* B. Joannes. *modo tamen aliqua invaletudine non impediretur. Fr. Ardizzione, descripta alicujus quadragesimæ abstinentia, rogatus est num* F. Joannes Bonus æqualem vitam agebat in omnibus quadragesimis; *responditque :* Secundum quod dictus fr. Joannes Bonus erat sanus magis et minus tempore quadragesimæ,
E ducebat arctam, et arctiorem et asperiorem vitam (19). *Modo quo diversas quadragesimas transegit* B. Joannes, *non esset immorandum, nisi perperam locos plures Processus intellexisset Calepinus, cujus edimus Vitam, vel potius Augustinus Cremensis, cujus elucubrationem Calepinus ornatiori stylo vestivit : Post hos etiam Constantius Laudensis, qui denuo Processu aliquantisper usus est. Rite itaque primum distinguenda sunt jejunia quadragesimalia quatuor aut plura, quæ in Processu describuntur, et de quibus biographi* B. Joannis *indiligenter sunt locuti. Quod vero ratio quadragesimam peragendi ab uno ad alterum annum non multum differret, et ita* solitarius *et* inclusus *in cella viveret beatus, ut contingeret fratres multa* nescire visu, *sed tantum ex eo quod* publice dicebatur (20), *inde factum est ut uno aut altero teste excepto, non egerint reliqui nisi de quadragesimis annorum* 1247, 1248, 1249, *omnium, quod ad inediam attinet, maxime insolitis et tribus ultimis ejus vitæ; denique non adeo, saltem in earum fine, in abscondito peractis ac præcedentes fuerant. De his declarat fr. Bonacursus se in conventu Cæsenate versatum esse anno* 1257, *et quid gesserit* B. Joannes *in quadragesima illius anni vidisse :* Prima die quadra-
F gesimæ, *inquit*, sumebat aliquantulum panis tantum, quasi ad modum hostiæ. Secunda autem die sumebat tantum quatuor radices petrosiliorum, coctas in olea in qua comestio fratrum fiebat, et non aliud. Tertia autem die comedebat septem grana fabarum coctarum tantum et non aliud; et semper quolibet die sumpto cibo jam dicto, bibebat aliquantulum de vino conventus. In quarta quidem die redibat ad quantitatem panis prædictam, et quinta ad radices *etc.* (21).

Quadragesimæ annorum 1257, 1246 *et* 1247

74 *Hanc vero quadragesimam anno* 1257, *et non secundo ante mortem, seu* 1247, *ut ex Calepino concludendum esset* (22), *beatus peregit. Dicebat enim fr. Bonacursus mense Octobri anni* 1253, *quando ad testimonium ferendum coram examinatoribus comparebat,* quod jam sunt XVI anni, ut firmiter credebat, *a quo versatus est cum* B. Joanne,

(1) Ibid. num. 258. Item num. 276. 283, etc. — (2) Ibid. num. 260. Cfr num. 262, 304, etc. — (3) Ibid. num. 306. — (4) Ibid. num. 175. — (5) Cfr scriptores liturgici. — (6) Acta SS. tom. I Febr. pag. 617, num. 9. — (7) Processus num. 84. — (8) Vita, cap. 4, pag. 8. — (9) Processus num. 296. — (10) Ibid. num. 262. — (11) Ibid. num. 238 et seq. Item. num. 262, 266, 276, 285, etc. — (12) Ibid. num. 304. — (13) Ibid. num. 259. Cfr num. 171. — (14) Ibid. num. 262. — (15) Ibid. num. 266, 283, 312. — (16) Ibid. num. 298. — (17) Ibid. num. 292. Item num. 5 et Lodi in Vita, lib. I, cap. 4. — (18) Ibid. num. 273, 287. — (19) Ibid. num. 305. — (20) Ibidem. — (21) Ibid. num. 269. — (22) In Vita, num. 13.

a festo

A a festo B. Martini usque ad Dominicam Passionis Domini (1). *Id est, quadragesimam anni* 1237, *aut forte* 1238, *eum peragentem vidit. De anno* 1246 *locutus videtur fr. Ventura, ut suo loco declarabitur* (2), *dum dicit* in prima quadragesima in qua *versatus est cum* B. Joanne, *hunc usum* valde parcius cibo unico tantum et potu fratrum quam aliis temporibus uteretur (3). *De eodem vel alio anno hæc legitur testificatio cujusdam fr. Joannis* (4) : Comedit illa quadragesima, qua fuit ibi dictus testis, in conventu cum fratribus; et quotidie comedebat sic parum panis quod considerata tota quantitate panis quam comedit in illa quadragesima, non fuit unus panis conventualis : Et comedebat cum eo aliquantum cœdulii (*id est edulii*) (5) unius ferculi tantum, in decuplo minus quam aliquis alius frater conventus; et similiter modice potabat de vino conventus : ita quod omnes fratres mirabantur. Tamen quia non erat novum hoc inter fratres, non in tantum mirabantur. *Sequuntur jam quadragesimæ tres præcipuæ et ultimæ vitæ* B. Joannis; *nam de reliquis nemo ex professo dixit. Quin et de ipsa quadragesima anni* 1247 *valde certa non habemus. De ea tamen egisse arbitramur*
B *fr. Jacobum, laicum, qui* B. Joanni *diu ministravit,* in prima quadragesima *illarum trium quas describit, quasque satis aperte tribus sibi succedentibus annis observatas fuisse significat, quarum demum tertia certissime ad annum* 1249 *est referenda.* Prima die *illius* quadragesimæ, *inquit* (6), recepit Corpus Domini, et ipsa die nullum cibum alium sumpsit. Et singulis aliis diebus subsequentibus dictæ quadragesimæ manducabat dictus frater Joannes Bonus unam hostiam tantum et illa contentus erat. *Hæ vero hostiæ erant frustilla panis ad formam hostiarum, quales in missa consecrantur, exsecta :* Fecit multas particulas rotundas ad modum hostiæ, sed majores et grossiores hostia aliquantulum. *Ita fr. Grecus, et plures alii* (7). *De quo plura ad quadragesimam anni* 1249. *De potu vero, quo tum utebatur, hæc testatus est fr. Jacobus :* Bibebat vinum modicum (8), *inquit,* mixtum cum aqua decoctionis olerum vel leguminum conventus fratrum suorum, antequam apponeretur oleum vel sal. *Die autem Cœnæ Domini comedit cum fratribus et dein iterum supradicto modo jejunavit usque ad festum Paschæ* (9).

Item annorum 1248,
C 75 In secunda vero quadragesima, *anni nimirum* 1248, *longius etiam progressus est.* Fecit sibi dare, *inquit fr. Jacobus* (10), panem unum de conventu, et fecit inde quadraginta frusta in modum unius hostiæ, ita tamen quod remansit ex illo pane fere medietas. Et istis frustis panis usus fuit per totam illam quadragesimam; et dictus testis dabat sibi unum de ipsis frustis tantum singulis diebus. *Addit fr. Grecus jam laudatus, qui hoc anno* 1248 *ab initio quadragesimæ usque ad Pentecosten in conventu Cæsenate habitavit* (11), *eum* quandoque unam frondem salviæ *masticasse, nimirum* ad custodiam flatus sui, *sed* non transglutiebat ejus substantiam : *ita ut non potuerit in eo ullum nutrimentum reperire. Die vero Cœnæ Domini, ut nos docet fr. Jacobus* (12) *et alii plurimi,* fecit vocare omnes fratres suos qui erant xxx *et singulis distribuit unum frustum ex eodem illo pane, qui ei initio quadragesimæ datus fuerat. Ista etiam die, ut discimus ex fr. Greco* (13), rogatus a fratribus, dicentibus quod Dominus Jesus tali die comedebat cum discipulis suis, *comedit et ipse* de cœdulio conventus aliquantulum et de uno ferculo tantum, in cella sua tamen. *Duobus vero sequentibus diebus usque ad Pascham, docente nos fr. Jacobo* (14), *nihil comedebat omnino. De quadragesima denique anni* 1249, *quæ fuit* B. Joanni *vitæ ultima, testes multi dixerunt, sed pauca tantum ex testificationibus excerpenda sunt; similis enim fuit quadragesimæ anni præcedentis, exceptis primis tredecim diebus quibus* B. Joannes *ægrotavit. Per hos scilicet comedit* tres uncias panis (15), *non quotidie, sed* inter omnes tredecim dies (16), et cum illis cibariis quibus ipsi fratres utebantur in conventu (17).

AUCTORE E C

et 1249. *Panis iste unicus quadragesimalis erat ordinarius. Quantitas quotidiana.*

76 *Scripserunt biographi* B. Joannis, *panem illum unicum quo in quadragesima utebatur, non fuisse nisi trium unciarum* (18) : *quod manifeste ex his locis Processus assumptum est; sed nemo non videt quantum distet a vero. Etenim dum de quantitate panis loquuntur testes, qua se ab initio ad exitum quadragesimæ sustentare consueverat* B. Joannes, *semper dicunt eum uno* pane conventuali *usum; dum hic non dicunt, qui ei ministrarunt,* E
fr. Jacobus et fr. Albertus, eum inter hos tredecim dies unum panem comedisse, sed alter tres uncias panis, *alter vero* modicum panis *tantum* (19). *Quibus et alii accedunt* (20). *Quomodo etiam* panis conventualis *non fuisset nisi trium unciarum ? Post elapsos hos tredecim primos dies quadragesimæ anni* 1249, utebatur quolibet die una particula panis facta ad modum hostiæ et parum plus erat quam hostia, usque ad diem Jovis sanctum, sumendo modicum potus quolibet die de conventu fratrum et nihil aliud. *Quantitatem panis quotidie in hac quadragesima, et ut ex supradictis apparet, in præcedentibus quoque adhibitam, alio modo significavit fr. Jacobus* (21) : Comedebat tantum de pane, inquit, quantum est forma unius denarii, qui dicitur mezanus. *Calepinus denarii genus definire omisit :* Quantum est denarii magnitudo, *inquit* (22); *Laudensis vero de denario tacet omnino. Denariorum multorum formam exhibet Muratorius in Dissertatione vigesima septima, de moneta sive jure condendi nummos* (23), *sed quum tanta fuerit denariorum varietas* (24), *nihil mirandum eum denarium mezzanum Cæsenatem non protulisse. Indicat vero nomen ipsum* mezzanus *eum fuisse mediæ aut infimæ speciei.* F

Non servavit plures quadragesimas

77 *Calepinus descriptis, licet non satis secundum rei veritatem, tribus quadragesimis a* B. Joanne *peractis hæc subjungit* (25) : Constat etiam Janbonum quadragenario jujunio ter annuatim se afflixisse, eoque potissimum quo post resurrectionem tres solummodo fabas singulis diebus accepit. *Hæc immutavit parumper Laudensis, ea nonnisi ultimis vitæ annis facta esse memorans :* Quadragenas sive quadragesimas tres servavit, *inquit* (26), ultimis annis suæ vitæ et unam post alteram, *id est, ni fallor, uno eodemque anno,* nihil aliud manducans quam tres fabas in die. *Fuerint hæc itaque etiam a Cremensi dicta, ut valde est verisimile, quum ejus vestigiis uterque, tam Calepinus quam Laudensis, inhæserint. Cremensis vero ea*

(1) Processus num. 269. — (2) Ad num. 285 Processus. — (3) Ibid. num. 286. — (4) Ibid. num. 273. — (5) Cangii Supplementa v° *Cœdulium* . — (6) Processus num. 16. — (7) Ibid. num. 276. — (8) Cfr. Ibid. num. 296. — (9) Ibid. num. 16. — (10) Ibid. num. 17. — (11) Ibid. num. 276. — (12) Ibid. num. 17. — (13) Ib. num. 276. — (14) Ib. num. 17. — (15) Ib. item, n. 292, etc. — (16) Ibid. num. 312. — (17) Ibid. num. 17. Item. num. 199. — (18) Calepinus infra in Vita num. 13; Lodi, Vita cap. 4. — (19) Ibid. num. 199. — (20) Ibid. num. 292, etc. — (21) Ibid. num. 17. — (22) Infra in Vita num. 13 in fine. — (25) Antiqq. Ital. tom. II. — (24) Vide Cangii Glossarium, v° *Denarius*. — (25) In Vita num. 14. — (26) Vita, cap. 4, pag. 10.

AUCTORE E. C.

mutuaverit ex S. Antonino (1). *Verum enim vero nihil simile legitur in Processibus; et fratres tamen* 36 *ex ordine eremitarum, qui plerique omnes cum* B. Joanne *dudum versati sunt, pro testimonio dixere. Nihil primo dicunt de quadragesimis pluribus eodem anno peractis; et quadragesimas, quarum notitiam tradunt, eas fuisse quas celebrat quotannis universa ecclesia ante festum Paschale indicant manifeste. Describuntur insuper minute tres quadragesimæ ultimæ vitæ* B. Joannis, *describitur etiam quadragesima anni* 1237 *et plures aliæ* (2), *quæ quibus annis contigerint incertum est; denique loquuntur plures de quadragesimis universim, quarum testes oculati fuere per annos continuos septem* (3), *decem* (4), *quindecim* (5) *et sexdecim* (6), *et hi omnes cum* B. Joanne *usque ad finem ejus vitæ habitarunt. Declarant vero unanimiter, ut mox apparebit, dum duas aut tres ultimas ejus quadragesimas commemorant, in præcedentibus annis modum eas servandi fuisse vix dissimilem, in ultimis tamen severiorem.*

in anno. Multis annis sibi similes fuere, ultimis severiores.

78 *Nullatenus itaque videntur posse admitti tres illæ quadragesimæ annuatim servatæ, quæ ultimis annis vitæ* B. Joannis, *si Calepino aut Laudensi crederemus, obtinuissent. Traditio videtur aliqua ex levi fundamento, quæ crevit eundo et scripto consignata est a primis biographis* B. Joannis, *ut si forte dies paucos aliquando vitam suam sustentasset sumptis tribus fabis tantum in cibum quotidianum : quod tamen in Processu nusquam legere memini. Supradicti testes, qui annos multos Cæsenæ cum* B. Joanne *degerant, in eo unanimes sunt ut testificentur quadragesimas omnium annorum plus minus sibi similes fuisse, duas tamen aut tres ultimas severitate reliquas excessisse :* Sicut publice dicebatur inter fratres, *inquit eorum unus* (7), IN MULTIS QUADRAGESIMIS et maxime in ultima et penultima vitæ suæ, contentus erat per totam quadragesimam uno pane conventuali de quo faciebat multas particulas, factas ad modum hostiæ (videlicet majores essent aliquantulum, *vel ut alibi dicitur* (8) : grossiores tamen quam hostiæ), de quibus particulis quolibet die quadragesimæ sumebat unam usque ad diem Jovis sanctum. *Alius loquens in universum de modo quo quadragesimam observaret* B. Joannes, tempore quadragesimæ, *inquit* (9), utebatur quotidie quantitate panis unius hostiæ. *De ultimo vero anno ejus vitæ hæc dicit :* Convertit se ad consuetudinem aliarum quadragesimarum (10). *Et alii similia sunt testati* (11). *Ultimis tamen annis vitæ* B. Joannis *severiores fuisse ejus quadragesimas est itidem ex testificationibus manifestum :* Maxime in quadragesima ultima et penultima vitæ suæ, *dicebat supra fr. Balis; et alius loquitur etiam potissimum de* tribus vel duabus ultimis quadragesimis vitæ suæ (12).

B

C

Ejus tanta abstinentia non fuit ex naturæ necessitate; vitam protraxit miraculo.

79 *Dubitarunt aliquando unus alterve frater, tanta abstinentia stupentes, num forte* B. Joanni *ventriculus adeo angustus non esset, ut plus comedere non posset* (13). Interrogatus *fr. Lanfrancus, ordinis Prior generalis,* utrum naturaliter parum posset comedere, vel hoc faceret ex abstinentia propter Deum, respondit quod propter abstinentiam faciebat, et hoc dixit esse notorium inter fratres (14). *Fuit scilicet aliquis frater qui crederet* B. Joannem *hanc abstinentiam exercere non* studio, sed natura; *et* ad tollendam illam tentationem, *beatus* una vice comedit plus aliquo alio fratre (15). *Alter testis narrat hoc dictum fuisse* a quibusdam susurronibus (16); *tertius, fuisse* dubium quorumdam fratrum, qui tentabantur (17). *Ceteri melius interpretati hæc jejunia, ea plus quam humana credidere et interventui Divino adscripserunt :* Dicebant bene gentes de Cesena, *inquit Jacobus, civis Cæsenas* (18), aliquando conferendo inter se, quod nisi Deus sua gratia et virtute sustentasset et nutrisset dictum fratrem, ipse non potuisset sustinere afflictionem et tribulationem quam inferebat amore Jesu Christi suo corpori per multos dies. *Et ut dicit dominus Guido Moroëllus, Miles vel Eques Cæsenas, sine Dei speciali auxilio* non vixisset tribus diebus, sicut ipse testis dixit se credere (19). *Sustentavit scilicet illum Deus, ut exemplum esset et consilium fratrum per multos annos.*

D

Describitur habitus eremiticus quem gessit.

80 *Describendus hoc loco habitus eremiticus* B. Joannis, *qui fuit habitus pœnitentiæ; de quo postmodum etiam non semel incidet sermo. Utebatur* una tunicella, *inquit fr. Salvetus* (20), cum capucio juncto cum ipsa tunicella, de stanneto de lana linoque contexto, et hoc vestimento erat contentus æstate et hyeme, quantumcumque magnum frigus esset. *Alibi tunicella dicitur cappa : quo nomine sæpe venit medio ævo :* Una cappa de staminea subtili tam in æstate quam in hyeme semper contentus erat (21). *A plerisque vero dicta est* cuculla, *quod fuit ordinarium nomen vestis monasticæ :* Ferebat unicam cucullam, sive tunicam stamineam subtilem (22). Stannetum *et* staminea *idem sunt ac* stamen : Cum una tantum cuculla quæ erat de stamine (23), de stamine tantum (24); *vel potius ipsum pannum stamine contextum significant. Qualis fuerit cuculla* B. Joannis *docet nos sequens definitio apud Cangium* (25) : Cuculla est tunica talaris et cucullata (*i. e. habens caputium*), atque manicata, habens speciem crucis per quatuor partes extensæ. *Cuculla autem erat* grisei coloris (26) et cingebatur desuper (27). *Præter caputium videtur beatus gessisse aliquod tegmen capitis dictum* infulam; *nam alicubi orasse dicitur* deposito caputio et remota infula de capite (28). Barbam *quoque* semper portabat magnam et albam (29), *quam alii dicunt* maximam (30), magnam et longam (31). *Unde dum dicit* barberius *quidam se ivisse* quandoque ad radendum fratres (32), *intelligendum videtur de corona capitis. Sub cuculla vero* deferebat ferabulas (*ex lino* (33), *Laudensi italice dictas* mutande *i. e. femoralia, gallice* caleçon), et unum pannum de lino vel stuppa sine manicis, quasi ad modum camisiæ factum (*qui aliis locis* (34) interula *dicitur*); quem deferebat, ut ipse testis et fratres omnes credebant, duabus de causis : prima ne caro ejus videretur, quia cuculla erat multum subtilis, ut dictum est; secunda est, ne quædam infirmitas quam patiebatur (moroidæ, *id est hæmorrhoides, ut alibi* (35) *dicitur*) sanguinem emittens fœdaret cucullam (36). *His addit fr. Joannes de Barba,* quod quodam tempore in æstate, ut magis affligeret corpus, portabat quamdam crossissimam cappam de panno de lana;

E

F

(1) Cfr Vita, num. 3 et 5. — (2) Processus num. 171, 176, 292, 301 etc. — (3) Ibid. num. 16 et 301. — (4) Ibid. num. 291. — (5) Ibid. num. 176. — (6) Ibid. num. 171. — (7) Ibid. num. 176. — (8) Ibid. num. 238. — (9) Ibid. num. 292. — (10) Ibidem. — (11) Ibid. num. 171, 292 etc. — (12) Ibid. num. 238. Item. num. 171. — (13) Ibid. num. 176, num. 305. — (14) Ibid. num. 260. (15) Ibid. num. 270. Item num. 273. — (16) Ibid. num. 176. — (17) Ibid. num. 305. — (18) Ibid. num. 250. — (19) Ibid. num. 242. Item 254, 250. — (20) Ibid. num. 6. — (21) Ibid. num. 38. Item. num. 50 etc. — (22) Ibid. num. 181. — (23) Ibid. num. 185. — (24) Ibid. num. 237. — (25) V° *Cuculla*. — (26) Processus num. 85. — (27) Ibid. num. 169. — (28) Ibid. num. 7; Cfr Cangii Supplementa, v° *Infula*. — (29) Ibid. num. 305. — (30) Ibid. num. 301. — (31) Ibid. num. 299. — (32) Ibid. num. 254. — (33) Ibid. num. 281 et passim. — (34) Ibid. num. 66, 175, 199. — (35) Ibid. num. 274, 278. — (36) Ibid. num. 270.

propter

A propter quod et fratres ipsius ordinis et alii de contrata (*seu* regione, *italice hodieque* contrada) plurimum mirabantur (1). Incedebat *autem beatus omni tempore* (tam in hyeme quam in æstate) (2) discalceatus, nudis pedibus et cruribus, nisi quod ferebat semper ferabulas, et quandoque zipellos ligneos et illos ferebat, ut publice dicebatur inter fratres, ad majorem corporis afflictionem (3). *Zipelli vel zupelli dicuntur a Laudensi italice* zoccoli, *id est sandalia; sed assumuntur ad afflictionem et dicuntur* grossi : Quosdam zupellos portabat grossos (4) *et non portantur nisi* extra ecclesiam (5); *nec videntur pedes nudi fuisse dum eos gerebat : ex quibus dubitare subit num potius non essent integri calcei lignei, quos gallice dicimus* sabots. *Attamen isti interpretationi favere non videntur quæ de zipellis leguntur in Glossario Cangii* (6). *Zipellos istos a fr. Michaele portasse dicitur* tam de hyeme quam in æstate (7); *et ab alio,* quandoque ad consolationem, quandoque ad fatigationem sui corporis (8) : *sed alibi eos portasse dicitur solum* quandoque (9), *nimirum in* æstate (10) *et ut a plerisque additur, ad majorem corporis afflictionem. De quibus omnibus hæc est*
B *testificatio* Venerabilis Patris Domini Mangini, *episcopi Cæsenatis :* Quando dictus testis videbat dictum fratrum Joannem Bonum,... semper erat discalceatus, et discalceatus incedebat, nisi quod in æstate videbat eum ferre zipellos ligneos. Interrogatus dictus testis quare... deferret zipellos prædictos, respondit : Ut ferret molestiam et asperitatem corpori, ut dicit se credere et audivisse a fratribus (11).

Quantum fuerit ejus silentium.

81 *Tanta vitæ asperitate et abstinentia nondum contentus* B. Joannes, *iis jungebat perpetuum silentii exercitium. Quum enim adeo custodiret cellam, ut supra est dictum num.* 62, *erat cum hac custodia silentii observatio suapte conjuncta.* Multum morabatur inclusus in die ac nocte, *ait fr. Manfredus* (12), et multum servabat silentium; *vel, ut dicit frater Lanfrancus, prior generalis :* Die ac nocte celebriter servabat silentium (13). *Duobus tamen temporibus, præ ceteris, id præstabat,* die *scilicet* qua communicabat et in quadragesima (14). *In die Communionis* præcipue servabat silentium, et singulariter a forensibus, *seu extraneis,* nisi immineret maxima necessitas loquendi (15). *Severius tamen* servabat silentium et solitudinem tem-
C pore quadragesimæ quam aliis *omnibus* temporibus (16). *Tum enim* quasi continuum *erat* et semper stabat die et nocte in vigiliis et orationibus in cella sua (17). *Fr. Jacobus, qui ei diu ministravit,* Nemini loquebatur fr. Joannes Bonus in prædictis tribus quadragesimis, *inquit* (18), nisi ipsi testi et fr. Joanni socio ejus, quod continue ministrabatur ei. *Idem concludi potest ex quadam testificatione fr. Girardi, quæ sic sonat :* Cum nulli loqueretur in quadragesima, de gratia ipsi testi loquutus fuit (19).

AUCTORE E. C.

§ IX. De Fide B. Joannis. De hæreticis Catharis et Patarenis quos impugnavit. Ex Oriente in Bulgariam et inde in reliquam Europam venerunt. Eorum dogmata. Multos convertit Beatus ad fidem.

De fide B. Joannis.

Egimus hucusque de iis quæ in cella præstabat B. Joannes, *aut ad eam maxime spectant; transeundum jam ad ea quæ inter fratres aut extraneos gessit. Exibat scilicet e cella* B. Joannes, *ut dictum num.* 62 *tribus de causis,* ad consolandum fratres suos, vel ad loquendum alicui forensi, qui eum peteret, vel ad audiendam Missam (20). *Hæc vero tria, præcipua complectuntur quæ de virtutibus* B. Joannis *dicenda supersunt; quocirca satius erit* E *ea revocare ad aliqua capita virtutum. Colligemus hic itaque, quanta fieri poterit brevitate, quæ pertinent ad virtutes theologicas, aut morales aliquot, in quibus beatus eminuit. Et ad fidem quidem quod attinet, quæ est principium et fundamentum reliquarum virtutum supernaturalium, elucet illa, teste Benedicto XIV* (21), *in multis actibus Sanctorum. Quapropter interrogati testes de fide* B. Joannis, *plura indicant quæ et ad alias virtutes commode referri queunt. Sic* Venerabilis Pater Dominus Manginus, *episcopus Cæsenas, ad hujusmodi interrogationem respondet* (22), *eum* fuisse virum catholicum, et quod recipiebat Corpus Domini Nostri Jesu Christi, et audiebat divina, et quod frequenter confitebatur peccata sua, et quod erat multum assiduus in vigiliis et orationibus, et habebatur a se tanquam vir justus et sanctus et homo plenus Spiritus Dei. *Alii alia hujusmodi addunt, ut habuisse eum in cella sua imaginem Christi e cruce pendentis, et tabulam B. Virginis Mariæ, coram quibus perpetuo oraret, et aquam benedictam qua signaret sese* (23): *quæ nemo non videt spectare magis proprie et per se, ut aiunt, ad virtutem religionis. In Sanctis tamen actus omnes virtutum plerumque imperantur a cari-* F *tate, ii maxime qui ad orationem, venerationem Eucharistiæ et Dei cultum in universum proxime pertinent. Quocirca de iis dici poterit mox, ubi de caritate sermo instituetur.*

Eremitas suos et sæculares in fide confirmat contra hæreticos,

83 *Testes deinde referunt quomodo ad fidem catholicam servandam, inter multos hæreticos et ecclesiæ Romanæ hostes, tum extraneos tum fratres suos confirmaverit.* Hortabatur fratres suos, *inquit fr. Lanfrancus* (24), quod haberent et tenerent fidem Sanctæ Trinitatis, ut continetur in symbolo (25), quod dicebat more laicali, quia illiteratus erat; et quod crederent quod credit sancta Romana ecclesia. *Similia habent testes pæne omnes in tertia et quarta parte Processus, in quibus de fide* B. Joannis *ex professo interrogantur.* Confortabat fratres suos, *ait eorum unus* (26), et dicebat eis quod cre-

(1) Processus num. 50. — (2) Ibid. num. 183. — (3) Ibid. num. 237. Item num. 199 etc. — (4) Ibid. num. 38. — (5) Ibid. num. 175.— (6) Vis *Zepellus, Zipellus.* — (7) Process. num. 38. — (8) Ibid. num. 63. — (9) Ibid. num. 181, 199, 257. — (10) Ibid. num. 205. — (11) Ibid. num. 169. — (12) Ibid. num. 262. — (13) Ibid. num. 259. — (14) Ibid. num. 279.— (15) Ibid. num. 282. Item num. 296, 310. — (16) Ibid. num. 285, 292.— (17) Ibid. num. 258.— (18) Ibid. num. 18.—(19) Ibid. num. 56. — (20) Ibid. num. 292. Item num. 259 etc.— (21) De servorum Dei Beatificatione etc. lib. III, cap. 23. num. 4. — (22) In Processu, num. 169. — (23) Ibid. num. 173, 177 etc.—(24) Ibid. num. 260. — (25) Ibid. num. 263, 302 etc. — (26) Ibid. num. 177. Alius, num. 300 etc.

derent

AUCTORE E. C.

derent et tenerent, sicut credit et tenet sancta Romana ecclesia, et dicebat eis quod crederent omnes articulos fidei; et quod Domnus Papa erat Vicarius Dei et successor B. Petri, et habebat eamdem auctoritatem quam habuit B. Petrus, et qui hoc non credent, non poterunt salvari. *Deinde de hæreticis et excommunicatis illius temporis adjiciunt :* Et detestabatur publice, *ita prosequitur testis laudatus,* fidem omnium Patarenorum et excommunicatorum et omnium qui non credebant sicut credit sancta Romana ecclesia. Et monebat fratres suos quod caverent sibi a talibus, quia in tali statu nunquam salvari poterant, sed erant filii diaboli et perditionis. Et dicebat fratribus suis quod haberent in reverentia magna omnes clericos propter ordines quibus fungebantur, licet ipsos agnoscerent peccatores. *Idem multi alii testantur, tum eremitæ, tum sæculares* (1), *quia maxime ad hos dirigebantur hortationes ad veram fidem servandam aut capessendam.*

Catharos scilicet seu Patarenos. Horum nominum Etymologia.

84 *Hæretici vero a quibus utrosque cavere jubebat* B. Joannes, *quique a multis testibus nominantur,* Gazari *sunt et* Patareni. Detestabatur publice Gazaros et Patarenos, *inquit fr. Moroëllus* (2), *et post eum alii multi. Gazari autem iidem sunt ac* Cathari, *seu Manichæi medii ævi; nam hoc sibi nomen hæretici isti tribuebant, quod deinceps a vulgo corruptum est. Id vero mihi probabilius est quam ab ipso vulgo in Germania ex veteri voce* quaten, quetten, garrire, *quod orarent quasi garriendo, eis impositum fuisse nomen, ut Henschenius censuit* (3). *Etenim multo ante annum* 1160, sub quem in Belgio et circa Coloniam exorti *sunt* (4), *apparuerant in Bulgaria, Dalmatia, Italia et Gallia, et suum secum nomen attulisse verisimile est. : Catharorum enim et Patarenorum meminit Concilium Lateranense anni* 1179, *can.* 271, *tanquam existentum in Guasconia, Albigesio et partibus Tolosanis, ubi eos jam repererat S. Bernardus anno* 1147 (5), *qui tamen eorum nomen non expressit. Ex eadem voce Teutonica* quetten *autumat Henschenius deductam vocem Flandricam* ketter, *Germanicam* ketzer, *hæreticus; sed non minori certe verisimilitudine hæ voces deducerentur ab ipso nomine hæreticorum* Catharorum, *qui per plura sæcula in universa pæne Europa sunt reperti. Hoc postremum mihi verisimilius quam cum Gretsero* (6) *voces Teutonicas* ketter, ketzer, kaezer, kazer *veterrimas dicere, et ipsas ut etymon habere vocis* Cathari. Patareni *vero, seu* Patarini, *iidem sunt ac Cathari :* Vulgus eos Paterinos vocabat, *inquit Muratorius* (7); quinimo sub hoc nomine veniebant hæretici omnes, qui ecclesiam Dei tum temporis infestam habebant. *Quæ ut brevibus explicentur, paulo altius ascendendum est. Nomen nempe Patarenorum prius Catholicorum fuisse indubium videtur. Id primum Mediolani datum SS. Arialdi et Herlembaldi asseclis, qui sub medium sæculum* XI *acriter insurrexerunt adversus luxum et pravitatem clericorum incontinentium et simoniacorum; quod scilicet, partim paupertatem affectantes sponte gestarent interpolata vestimenta, (Mediolanensibus propolæ* pate *dicebantur et eorum vicus* pateria); *partim reapse pauperes essent : ita ut principio vox* patareni *idem significarit quod gallica* va-nu-pieds, *seu* couvert de friperies. *Verum quum genuina hujus vocis origo brevi obscurata esset aut extra Mediolanum ignorata, alia excogitata sunt etyma; quemadmodum jam olim actum fuerat de ipso Jesu nomine; quod, licet in Evangelio per Salvatorem versum esset, a plurimis ab* ιασθαι mederi *deductum est; et de* paschate, transitum *significante, cum* πασχειν pati *confuso. Et quidem maxime pronum erat ut etymologia de vocabulo* patareni *fieret perquam varia, quum id continuo affictum sit omnibus qui legitimæ aut illegitimæ potestati ecclesiasticæ resisterent, aliis id ad honorem, aliis ad vituperium interpretantibus, seu aliis unam rem intuentibus, aliis aliam. Porro ut Manichæi per Italiam suam propagarunt propudiosam sectam, id eis quoque nomen impositum; a quo ut invidiam averterent, honestissima significatione acceperunt.* In exemplum martyrum qui pro fide catholica martyrium subierunt (*inquit Fredericus II imperator in quadam constitutione anni* 1220), Paterenos se nominant, velut expositos passioni. *Murmurabant etiam orando in viis, eorumque oratio perpetua erat* Paternoster; *cui omnimodam efficaciam tribuebant, et qua sola sacrificium consecrari dicebant; ex quo Paterinos dictos fuisse aliqui perhibuerunt* (8).

Erant Manichæi et ex veteribus hujus nominis hæreticis prodierant. Non fuerant hi in Oriente extincti

85 *Gazari itaque et Patareni, ut diximus, iidem sunt hæretici, qui diversis locis et a diversis personis diversimode nominabantur : erat etiam pro diversitate locorum aliqua diversitas doctrinæ. Quod autem Bossuetius, in notissima Historia variationum recentium hæreticorum* (9), *de Albigensibus dicit, eos* perfectos Manichæos fuisse, *de Catharis Italiæ quoque dicendum est : horum enim Albigenses progenies fuere; sed non æque Valdenses, qui ab Albigensibus valde erant diversi* (10). *Ipsos vero Catharos Italicos ex Manichæis illis prodiisse primorum ecclesiæ sæculorum, quos impugnavere S. Augustinus aliique patres, ostendi potest ex historia. Impugnati enim ab imperatoribus Constantinopolitanis, ut narrant Petrus Siculus* (11), *Photius* (12), *et Cedrenus* (13), *discipulos tamen pluribus in regionibus Orientis, maxime in Armenia* (14) *retinuere. Atque in hoc regno Paulliciani dicebantur, a Paullo quodam, Callinices feminæ Manichææ filio, qui medio sæculo* VII *dogmata pleraque Manichæorum illic prædicaverat, et juvante fratre suo Joanne, non paucos sibi discipulos fecerat. Paullicianis extremo sæculo* IX, *imperante Constantinopoli Basilio Macedone, dominabatur quidam Chrysochir* (15), *qui, ut Cedrenus narrat, urbi Tephricæ præerat. Oppugnatus est feliciter ab imperatore, primo hujus imperii anno* (16); *isque a bello redux Petrum Siculum Tephricam misit ad redimendos captivos. Scripsit Petrus suæ legationis historiam, in qua Tephricæ, seu Tibricæ octo menses versatus est, eamque primo archiepiscopo Bulgarorum ritus græci, misso a Basilio imperatore, sed cujus nos nomen latet, nuncupavit.*

maxime in Armenia. Ex ea quomodo

86 Tibricæ igitur, *inquit* (17), legationis obeundæ causa apud Paullicianos diu moratus, sæpe disputando cum illis sum congressus, illorumque arcana omnia

(1) Processus num. 182, 183, 198, 204 etc. — (2) Ibid. num. 173. — (3) Acta SS. April. tom. II, pag. 395; Cfr Schilteri thesaurus Antiquitatum Germanicarum, tom. III, pag. 513. — (4) Acta SS. ibid. — (5) Cfr Acta SS. tom. III April. pag. 679, num. 6. — (6) Opera, tom. XII, part. II. Prolegomena in Script. Waldens. pag. 9. — (7) Dissertazioni sopra le antichità Italiane tom. III, pag. 254, in Monaco 1766. — (8) Cfr Antichità Italiane, tom. III, pag. 252 et seqq. in Monaco 1766. Cfr Supplementa ad Glossarium Cangii, v° *Patareni.* — (9) Histoire des variations des églises protestantes, liv. XI. Œuvres éd. de Versailles, tom. XX, pag. 85. — (10) Hist. des variat. Ibid. num 93, pag. 153 et passim; P. Jas, Diss. de Valdensium secta ab Albigensibus bene distinguenda. Lugd. Batav. 1834. — (11) Hisloria de Manichæis, Biblioth. Patrum Lugdunensis, tom. XVI, pag. 759 et seqq. — (12) De Manichæis repullulantibus, apud Montfaucon, Biblioth. Coisliniana, pag. 372, 375. — (13) Passim. Cfr Fleury, Hist. eccles. liv. XXXI, num. 59. — (14) Cedrenus, tom. II, pag. 209 et 212. Bonnæ 1849. — (15) Petrus Siculus, Hist. de Manichæis, loc. cit. pag. 764. — (16) Cedrenus, loc. cit. pag. 206 et seq. — (17) Hist. de Manichæis, loc. cit. pag. 754.

A omnia per catholicos etiam ibi degentes curiose investigavi; atque ab ipsismet impiis et delirantibus cognovi, quod e suo conciliabulo missuri essent, qui in Bulgaria quoscumque possent a catholica religione ad suam exsecratam et nefariam sectam averterent. *Singularia sunt hæc ultima, nam reapse Paulliciani seu novi Manichæi Bulgaros non multo post labe suæ pestiferæ doctrinæ infecerunt. Maxime tamen id factum, quando hortante quodam Theodoro monacho, qui dein ad patriarchatum Antiochenum provectus est, Joannes Tzimisces imperator Manichæos multos in Thraciam transtulit :* Contenderat etiam *ab imperatore Theodorus,* ut Manichæos, per totum Orientem serpentes et contagione suæ impuræ religionis omnia corrumpentes, in Occidentem in desertam aliquam solitudinem deportaret; id quod postea temporis fecit imperator, eosque Philippopolim ex Oriente transtulit. *Sunt verba Cedreni in* Compendio Historiarum (1). *Hæc vero colonia hæreticorum universæ Europæ funestissima fuit. Duobus post sæculis reperti sunt Manichæi magno numero in Bulgaria, dictique sunt* Bogomilæ, *id est* (*Slavica voce Latine reddita*) misericordiam Dei implorantes : *semper enim preces*

B *murmurabant, maxime orationem Dominicam, qua, reliquas tanquam multiloquium damnantes, quasi unice utebantur. Advenerant vero hi Manichæi in Bulgariam ex vicina Thracia, in quam eos transtulerat Tzimisces, vel ex Armenia, ut ex Petro Siculo credere est vel, denique ex Constantinopoli, ubi usque ad præceps medium ævum semper hæc hæresis habuit sectatores. Compescuit illos in Bulgaria non minori zelo quam industria et pæne restinxit Alexis imperator initio sæculi* XII (2), *idemque postmodum præstitit cum Paullicianis, circa Philippopolim in Thracia, ab exeunte sæculo* IX *grassantibus. Verum tum temporis, sæculo scilicet* XII, *jam ad mediam usque Europam Manichæi, ut mox dicetur, perniciosam suam doctrinam propagaverant. Apud Matthæum Paris, ad annum* 1223, *mentio est alicujus hæresiarchæ,* quem hæretici Albigenses papam suum appellant, habitantem in finibus Bulgarorum, Croatiæ et Dalmatiæ. *Ad annum vero* 1236 *dicit idem* (3) : Circa dies autem illos invaluit hæretica pravitas eorum qui vulgariter dicuntur Paterini et Bugares (*sive Bulgares*) in partibus Transalpinis. *Apud Reinerum quoque in* Summa de Catharis, *sexta decima eorum ecclesia est* ecclesia Bulgariæ. *Non*

C *modo itaque hæc secta in Italiam et Galliam e Bulgaria advecta est, ut post Vignierum Bossuetius* (4) *et alii autumarunt; sed Manichæos Europæ, id est Albigenses* (*quos etiam Bulgaros* (5) *vocabant*) *Catharos, Patarenos et quocumque nomine sunt dicti, Manichæorum pristinæ ecclesiæ progeniem fuisse dubitari non potest.*

In Italia vigebant Mediolani maxime, Arimini et in tota Romandiola.

87 *Apparuerunt in Gallia et Italia sæculis* XI *et* XII *multis in locis, et quod ad hanc posteriorem regionem attinet, Mediolani maxime* (6). *Mantuæ et per totam Romandiolam* (7). *Mantuæ circa annum* 1258 *suum episcopum habuit eorum secta, de Bagnolo dicta. Vigebant autem maxime Arimini, in notissima civitate non procul a Cæsena. De quo hæc leguntur in Processu contra Armannum Pungilupum hæreticorum caput, annis* 1270 *et sequentibus compilato et a Muratorio in lucem edito* (8) : Magister Johannes minister fratrum de pœnitentia in MCCLXX die XI intrante Decembri juratus dicit, quod semel invenit Punzilupum in contrata S. Pauli (*ante annum igitur* 1269, *quo Pungilupus* (9) *vivere desiit*) et dixit ei dictus Punzilupus, quod veniebat de Arimino, et quod erant in Arimino multæ domus Patarenorum. Et quum ipse testis quæreret ab eo quomodo cognosceret dictas domos, respondit ei : Ego bene cognosco eas, quia habent aliqua signa, per quæ cognosco eas. *Sequens vero testis dicit* quod Punzilupus sæpe visitabat hæreticos qui erant in Romagnola et maxime Arimini. *Nihil itaque mirum si in adhortationibus suis adeo frequenter in Gazaros et Patarenos eorumque errores* B. Joannes *invehitur.*

AUCTORE E. C.

Patarenorum dogmata ex auctore coævo.

88 *Eorum dognata eadem erant ac veterum Manichæorum, nonnullis hinc inde mutatis, quibus ab illis et inter sese differebant :* Habent omnes Cathari, *inquit illius ævi scriptor* (10), opiniones communes, in quibus conveniunt, et proprias, in quibus discrepant. *Catalogum errorum trium sectarum,* Albigensium *scilicet, sectæ de* Bagnolo, *ab oppido Provinciæ in Gallia sic dictæ, et sectæ de* Concoregio, *qui vicus est agri Mediolanensis, texuit Peregrinus Priscianus, eumque ex ejus libris mss. Muratorius in lucem edidit* (11). *Inde paucos aliquos* E *articulos excerpimus, ad illustranda gesta* B. Joannis; *notandum vero litteras majusculas in fine singulorum, primas esse nominis illarum sectarum, e tribus prædictis, quæ hos articulos docuerint* (12).

Quod sunt duo principia : unum penitus bonum, alterum penitus malum. A. et B.

Quod Christus non est Deus. A. B. C.

Negantur dein articuli omnes symboli, in quibus de Christo est sermo, tum reliqui etiam, ita ut manifestum sit hæreticos illos universum symbolum catholicum denegare voluisse. In medio legitur hæc assertio contra symboli initium :

Quod res istæ visibiles non sunt a Deo. A. B. C. Dicunt tamen illi de Concoretio, quod a Deo sunt creaturæ, id est, quod fecit quatuor elementa; et ex iis quatuor postea Lucifer disposuit creaturas quaslibet in suo genere sicuti sunt. Alii vero dicunt quod nec materia nec dispositione nec forma fecit Deus aliquid visibile. Et si aliquando concedunt fecisse visibilia, dicunt de illis quæ sunt Angelis visibilia.

Ex sequentibus articulis explicatur quod dixit supra n. 83 B. Joannes *ad commendandos clericos :*

Quod in ecclesia Dei non debent esse sacerdotes F et diaconi, scilicet mali. A. B. C.

Quod mali presbyteri non possent ministrare. A. B. C.

Patareni scilicet abhorrebant a sacerdotibus catholicis nec ullam in iis agnoscere volebant auctoritatem (13).

Contra excommunicatos multum invehitur B. Joannes, *maxime contra Fredericum II; dicunt illi hæretici,* quod ecclesia non potest excommunicare. A. B. C.

Miracula facit beatus ut confirmaret aliquem ex ordine suo dubitantem de veritate Corporis Christi et ad fratres suos specialiter dicebat de Corpore D. N. J. C., quod in illud haberent maximam fidem et fiduciam, quia vere salus mundi erat (14) : *dicunt Cathari,* quod sacramentum altaris nihil est. A. B. C.

(1) Cedrenus, loc. cit. pag. 382. — (2) Euthymius Zygabenus in Panoplia titul 23; Anna Comnen. Alexias, lib. XV; Zonaras, lib. XVI. — (3) Hist. des Variations, lib. XI, pag. 100, num. 23 et seqq. — (4) Ibid. pag. 101. — (5) Matth. Paris. pag. 414. Tiguri 1606. — (6) Acta SS. tom. II April. pag. 595, num. 9 et seq. tom. III, pag. 679, num. 4. — (7) Muratori, Dissertazioni, loc. cit. pag. 261. — (8) Antiq. medii ævi, tom. V, col. 151. — (9) Ibid. col. 96. — (10) Apud Martene, Thesaur. Anecdot. tom. V, col. 1762. — (11) Muratori, Antiqq. loc cit. col. 93 et seqq. — (12) Ibidem. — (13) Muratori, Dissertazioni, tom. III, pag. 253. — (14) Process. num. 282.

Nec

AUCTORE E. C.

Nec omissus est demum in hoc catalogo articulus ex quo plerumque sunt agniti Cathari seu Patareni, quod matrimonium malum est. A. B. C.

Negabant totum symbolum, quod ideo omnibus commendat B. Joannes. *De iisdem auctores antiqui.*

89 *Quum singulos articulos symboli, addita solum particula negativa, penitus negarent, mirum non est* B. Joannem *adeo frequenter symbolum recitare et commendare solitum fuisse* (1). *Singulare est eadem prorsus arma commendare Georgium Cedrenum, sæculi* XI *scriptorem Græcum ubi de Paullicianis sive Manichæis Orientis agit* (2) : Enimvero christianus, *inquit,* cum Manichæo disputans postulare ab eo debet ut symbolum fidei recitet « Credo in unum Deum etc. » *Si cui amplior notitia harum hæresum necessaria foret, eam suppeditabunt multa monumenta, ut sunt :* Disputatio inter Catholicum et Paterinum *a coævo conscripta* (3); manifestatio hæresis Catharorum, quam fecit Bonacursus, qui quondam fuit magister illorum Mediolani, coram populo (4), *et qui fuerat* hæreticus, nunc autem catholicus *est;* summa fratris Renerii Sachoni, *ex ordine Prædicatorum,* (*qui fuerat* hæresiarcha *et* hæreticorum episcopus) de Catharis et Leonistis, seu pauperibus de Lugduno (5); *et plures aliæ disputationes, aut historiæ et Acta Conciliorum.*

B *Multos Patarenos convertit beatus ad fidem. Jacobinus, Cæsenas,*

90 *Ex sæcularibus, quos adhortabatur, multos convertit ad veram fidem* B. Joannes. *Dominus Guido Moroëllus, Miles Cæsenas, hæc testatur in rem nostram :* Propter bona verba quæ dictus frater Joannes Bonus dicebat illis qui ibant ad videndum eum et audiendum, et etiam videndo et audiendo vitam quam ipse frater Joannes ducebat et longo tempore duxerat, et videndo et audiendo miracula quæ Dominus meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni operabatur quotidie, multi ex illis qui non credebant in fidem sanctæ Romanæ ecclesiæ, conversi sunt ad fidem et tenent et observant eam tanquam catholici homines (6). *Idem testatur Janianus, frater de pœnitentia :* Multi, *inquit,* qui male credebant, *id est, ex Patarenis,* conversi sunt ad fidem catholicam et obedientiam S. Romanæ ecclesiæ (7). *Relatu digna est testificatio* magistri Jacobini carpentarii *Cæsenatis, olim Patareni, ex qua nonnulla excerpimus. Fuerat ejus pater* hæreticus et mala persona, quod non credebat fidem S. Trinitatis et S. Rom. ecclesiæ, et cum ista mala fide mortuus est, ut dictus testis credit, in anima et corpore. Unde aliquando dictus testis suasu dicti patris sui male credidit et Paterenus fuit; et in ista mala et
C pessima credulitate fuit dictus testis longo tempore : ita quod, ut ipse testis dixit, si ipse testis potuisset omnes clericos et religiosos minimo verbo suo destruere, lætanti animo fecisset. Et dixit dictus testis quod propter odium quod ipse testis gerebat in illos qui erant in fidè et obedientia S. Romanæ ecclesiæ, ipse testis pluries ivit ad heremum (*se catholicum simulans*), in quo morabatur dictus frater Joannes Bonus; et habebat nuces sanas, et ossa nucis, et ponebat eos ad caput lectorum fratrum latenter, ad hoc ut fratres venirent ad discordiam, et rixarentur inter se dicentes sibi ad invicem : Tu non jejunas, quia comedis nuces. Et hoc, ut dixit dictus testis, fecit pluries.

convertitur viso miraculo.

91 *Vocavit illum quadam die beatus et veniens ille, attonitus tamen,* dicebat intra se : Quid vult hic homo? *Quum in cellam venisset* B. Joannis cœpit *hic* ei dicere, quomodo ipse testis male credebat, et quod hæreticus erat in credulitate sua, et pater dicti testis male crediderat et ideo cum diabolo in inferno damnatus erat. *Tunc multis* D *ei suasit ut rediret ad pœnitentiam et fidem; sed Jacobinus cœpit eum* deridere et dicere : Quis dixit vobis quod ego male crederem? Ego credo melius te. *Tandem interventu miraculi sanatus est :* Quidam falco sive moscardellus silvester, (*idem, ni fallor, quem nunc dicunt Itali* moscardo, moscardino, *Galli* épervier) per aërem volans, volavit in cellam dicti fratris Joannis Boni, et requievit aliquantulum super pedibus dicti fratris Joannis Boni, et de pedibus saltavit super genu dicti fratris. Et tunc dictus testis voluit dictam avem capere; et frater Joannes Bonus statim dixit dictæ avi : Vade cum Deo. Et dicta avis volando recessit. De quo dictus testis multum fuit miratus; ita quod incontinenti dixit dicto fratri Joanni Bono : Ego volo credere deinceps sicut vos creditis, quia video quod fides vestra est melior mea. *Fuerat vero adeo in hæresi pertinax, ut potius* permisisset se comburi, sicut faciunt Patareni, de quibus ipse erat unus, *quam ab ea recessisset; nec conversus esset omnino,* nisi fuissent ea quæ audivit et vidit de dicto fratre Joanne Bono (8). *Narrat dein alia miracula quæ in ejus gratiam operatus est* B. Joannes.

E

§ X. Ejus Zelus contra excommunicatos sequaces Friderici II. De Ghibellinis et Guelfis. Miracula B. Joannis. Donum Prophetiæ. Spes et Caritas. Oratio. Devotio in communione; hujus frequentia sæc. XIII. Caritas in proximum. Immensus ad eum concursus.

Beati zelus contra excommunciatos, Friderici II sequaces.

F

Non modo hæreticos oppugnabat B. Joannes *et ad fidem ac obedientiam Romanæ ecclesiæ reducere nitebatur, sed etiam excommunicatos sequaces Friderici II, lugendæ memoriæ imperatoris, qui a Gregorio IX et Innocentio IV fuerat anathemate perculsus et anno* 1247 *ad hunc trucidandum sicarios immisisse fertur. Dicebat igitur venientibus ad se,* quod crederent Dominum Papam esse Vicarium D. N. J. C. et habere potestatem et auctoritatem solvendi et ligandi super terram. Et dicebat eis quod caverent sibi a Gazaris, Patarenis... et excommunicatis; quia illi tales erant filii diaboli et perditionis, et in illo statu nunquam salvari poterant, nisi redirent ad mandatum (*obedientiam*) S. Romanæ ecclesiæ et D. Papæ. Et dicebat et dixit pluries vicariis et nuntiis Frederici quoddam imperatoris (*quum testes hæc deponerent, mortem obierat ab annis* 4), qui erant Cesenæ et aliis locis positi a dicto Federico et veniebant ad videndum dictum fratrem Joannes Bonum propter publicam famam sanctitatis ejus : Vos estis excommunicati et Dominus vester est excommunicatus et maledictus; nec ipse nec vos salvari potestis, nisi redieritis ad mandatum sanctæ Matris Romanæ ecclesiæ (9).

(1) Vide supra, num. 83. — (2) Cedrenus, tom. I, pag. 759, edit. Bonnæ 1838. — (3) Ap Martene, Thesaurus nov. Anecdotorum, tom. V, col. 1703 et seqq. — (4) Ap. Dacherium, Spicilegium, tom. I, col. 208 et seqq. Parisiis 1723. — (5) Apud Martene, loc. cit. col. 1759.—(6) In Processu, n. 244.— (7) Ibid. num. 256. — (8) Ibid. num. 228 et seqq. — (9) Ibid. num. 240bis.

Testaturque

A *Testaturque Fr. Ardizzione id se audivisse* frequenter *a beato, quod Fridericus* et omnes sequaces ejus maledicti *essent* et excommunicati, pro eo quod erant rebelles Domino papæ et Romanæ ecclesiæ (1). *Additur alio loco eum dixisse Friderici* nuntiis et vicariis et potestatibus (*quo nomine, maxime apud Italos, veniebant magistratus civitatum*), *non solum :* Vos estis excommunicati, *sed etiam :* Potestatem non habetis judicandi (2).

Imperatoris vitia. De Ghibellinis et Guelfis.

93 *Nimirum Cæsena comprehendebatur et comprehenditur etiamnum sub patrimonio S. Petri ac ditione pontificia, cujus magnam partem Fridericus summa injustitia occupaverat. Quod ei exprobrat Innocentius IV in bulla* Sacro præsente concilio *anno* 1245 *in concilio Lugdunensi emissa* (3), *in qua quatuor præcipua criminum capita enumerat :* Et ut ad præsens, *inquit,* de ceteris ejus sceleribus et iniquitatibus taceamus, quatuor gravissima, quæ nulla possunt celari tergiversatione, commisit. *Dicit dein et pluribus ostendit eum fuisse sæpius perjurum,* pacem quondam inter ecclesiam et imperium reformatam *violavisse, fuisse sacrilegum, et demum* de hæresi quoque non dubiis et levibus, sed difficilibus et evidentibus argumentis suspectum B *haberi. His aliisque in bulla adstructis, Friderici subditos juramento fidelitatis absolvit, decernit* quoslibet qui deinceps ei velut imperatori vel regi consilium vel auxilium præstiterint, seu favorem, ipso facto excommunicationis vinculo subjacere; *et denuntiat, ab illis,* ad quos in eodem imperio imperatoris spectat electio, *eligendum* libere alium in ejus locum successorem. *Sub hoc Friderico dilatatæ sunt maxime factiones Ghibellinorum vel Wiblingorum et Guelforum, quarum originem bene deducit Muratorius in Dissertatione* LI *de Italiæ Antiquitatibus* (4). *Fridericus enim e gente Ghibellinorum natus erat et ex quo ecclesiæ factus est perniciosus hostis, ejus asseclæ Ghibellini sunt dicti, ecclesiæ vero Romanæ fideles subditi, patroni et propugnatores, Guelfi.* Hæc enim a tempore Federici II vocabula duo inseparabilia (*sunt verba Albertini Mussati scriptoris sæculi* XIV *in suo* Ludovico Bavaro (5), *seu historia Ghibellinorum et Guelforum*), germina, seu potius pestifera schismata pullularunt atque involverunt, quæ semper tenuerunt C Italiam inquietam.

Beati Miracula. Fratrem in vocatione nutantem, alium de veritate Eucharistiæ dubium,

94 *Fidem Sanctorum testantur apprime ipsa miracula, quoniam Deus vivæ fidei ea imprimis promisit :* Si habueritis fidem sicut granum sinapis *etc. Ea fidei tribuit quoque Apostolus, laudes celebrans eorum qui in veteri testamento fide eminuerunt* (6). *Miracula quæ in vita operatus est* B. Joannes, *aut confirmandis fratribus suis inserviebant, aut convertendis et confirmandis sæcularibus. Fuit scilicet hunc maxime in finem ad tantam sanctitatem perductus a Deo, quemadmodum jam dictum est, ut eremitarum ordinem inchoaret, et suis exemplis, adhortationibus et miraculis in perpetuum consolidaret. Quum die quadam orationi vacaret, relatum est ei fratrem quemdam nomine Joachim ab ordine recedere velle. Ingressus est statim culinam, in qua frater ille versabatur, et adhortatione præmissa, accensum ignem ingressus est et diu in eo constitit, quin ullo modo ne in vestibus quidem læderetur. Dein lignum semiustum jam, e culina egressus, plantavit in terra, idque eodem die florescere cœpit et paulatim in magnam et fructiferam arborem crevit. Atque inde non modo frater ille sed reliqui omnes, in arrepto vitæ instituto mirabiliter sunt firmati* (7). *Alias, ex declamationibus Patarenorum, ut verisimile est, factum est ut quidam frater Nascinbenus dubitaret de veritate sacramenti Eucharistiæ. Sanavit eum* B. Joannes *convertendo aquam in vinum* (8). *Sequenti die, quum duo fratres, qui de Lombardia advenerant incredulos se præberent,* propter ædificationem et confirmationem ipsorum fratrum dubitantium, et ut per eos qui tunc venturi erant in Lombardia, possent ædificari alii qui audirent... ad preces et supplicationes cujusdam fratris *idem miraculum renovavit.*

AUCTORE E. C.

miraculis confirmat. Miraculorum multitudo et frequentia. Prophetiæ, cordium notitia,

95 *Tunc jussit eos adire* Capitulum, *et adveniens ipse :* Fratres, nolite putare, *inquit,* quod ego fecerim hoc miraculum quod vos vidistis, sed Dominus Deus, qui potest omnia facere, et aquam in vinum et species in speciem transformare, ipse est qui fecit istud. Tamen orationem hanc in transmutationem aquæ in vinum ego dixi : « Domine Deus » omnipotens, ostende virtutem et potentiam » tuam, ut isti fratres possint ædificari et confir- » mari et habere perfectam fidem in te. » Tunc prohibuit ista divulgari (9). *Alia miracula, e quibus fratres et sæculares in fide confirmati sunt, hic omittimus, quum legi possint infra in utraque Vita et in processu. Ejus biographi miracula dum viveret patrata ad* 46 *recensent, post mortem vero ad* 44; *in quibus illuminasse cæcos, valetudine donasse paralyticos, claudos, aut quocumque modo corpore vitiatos et infirmos, ac a dæmone obsessos curasse apparet. Adeo vero frequentia erant ejus miracula, ut a testibus dictum sit in processu, eum* quotidie *miracula esse operatum* (10). *Similiter et prophetias omittimus; nam et illæ, quum miraculosam rerum cognitionem semper præsupponant, non secus ac miracula, fidem vividam requirunt et recenseri possent hoc loco. Verum satis erit dixisse* B. Joannem *dono prophetiæ insignem fuisse et multa fratribus, multa sæcularibus prophetasse* (11). *Ad quod genus pertinet quoque arcana novisse cordium; quam cognitionem cælitus beato concessam fuisse multa demonstrant* (12). *Huc spectat quoque quod in processu narratur de scientia cælitus indita quam ostendit in quæstione aliqua matrimoniali, de qua disputabat cum canonico quodam Leto vel Letone, nepote, ut videtur, episcopi Cæsenatis ejusdem nominis. Nec modo scientiam ostendit in solvenda quæstione, sed* F *accepto* libro Decretalium, *quum legere nesciret, etiam* invenit capitulum quod ponebat illa verba, quæ idem fr. Joannes Bonus asserebat. *Quæ legi merentur in ipso processu* (13).

E

De spe B. Joannis

96 *Virtutem spei in Sanctis eorumque fiduciam in Deum arguunt omnia eorum opera bona, maxime vero rerum temporalium abrenuntiatio et contemptus et pœnitentiæ exercitium. In quibus virtutibus insignem fuisse* B. Joannem *ostendunt tot anni in eremo traducti procul omni honore, sæculi deliciis et voluptatibus et quocumque terreno commodo; ostendit quoque tantus rigor in seipsum, de quo testes multi, tempus ejus vitæ eremiticæ definientes, cum emphasi loquuntur in hunc fere modum :* annos quadraginta in ordine pœnitentiam egit (14). *Spem demonstrant etiam res arduæ ad Dei gloriam et animarum salutem susceptæ. Quibus ac-*

(1) In Processu, num. 307. — (2) Ibid. num. 295. — (3) Ap. Raynaldum, ad an. 1245, num. 38. — (4) Cfr Acta SS. Propylæum Maji, Paralipom. pag. 91, num. 4 et 5. — (5) Ap. Burman. Thes. antiquit. et histor. Italiæ, tom. VI, part. II, pag. 361. — (6) Hebr. cap. 11, ℣ 29 et seqq. — (7) In Processu, num. 9 etc. — (8) Ibid. num. 20 et seqq. Item num. 42. — (9) Ibid. num. 7 et seqq. et num. 22. — (10) Ibid. num. 256, 244 et 254. — (11) Ibid. num. 40, 45, 53, 54 etc. — (12) Vide supra, num. 91 et Process. num. 20, 39, 42, 69, 71 etc. — (13) Ibid. num. 14.

censendus

AUCTORE E. C.

censendus est profecto inchoatus ordo eremitarum et labor quotidianus per multos annos eam in rem adhibitus. Ad spem denique referenda est fiducia omnimoda quacum Sancti moriuntur; quam in B. Joanne *quoque insignem fuisse, ex iis quæ postmodum de ejus obitu dicenda erunt, apparebit.*

Ejus caritas in Deum. Continua oratio. Christum ei frequenter

97 *Quod ad tertiam virtutem theologicam, caritatem in Deum et in proximum, pertinet, de caritate in Deum constabit ex frequentissimo Dei alloquio cum pietate multa et ardore, ex dono lacrymarum, ex devotione ad Christum patientem et ad SS. Eucharistiam. Fuit autem oratio* B. Joannis *perpetua, ut docent nos testimonia superius allata, ubi cellam ejus et quæ in ea gessit, descripsimus* (1). *Quo loco aiebat fr. Moltongrandus, aliquando prior Cæsenæ, per totam noctem,* quasi a primo somno in antea et per totam diem *beatum fuisse* in contemplatione, et vigiliis, et orationibus, coram cruce D. N. Jesu Christi et tabula sive icone B. V. M. *Sed illam orandi frequentiam et diuturnitatem comprobant maxime* vestigia sive formæ pedum, et digitorum pedum, et genuum, et manuum, in terra ubi orabat, *in ejus nimirum cella : quod et alii multi testes loco supradicto asseverant. Ex quibus etiam patet*
B B. Joannem *ibi frequenter orasse corpore inclinato in terram.*

apparuisse qua certitudine sit admittendum.

98 *De ejus oratione hæc insuper scribit S. Antoninus :* Fuit Sanctus iste devotissimæ orationis, et in tantum Deo grata ejus erat devotio, quod cum in oratione meditaretur Christi humanitatem, apparebat ei Christus in forma humana, quem amplexabatur et magna dulcedine reficiebatur. Quando vero passionem Christi meditabatur, apparebat ei in forma crucifixi, cujus vulnera singula cum fletu devote osculabatur (2). *Hæc diligenter in suas Vitas transtulerunt sequentes biographi Calepinus* (3) *et Laudensis* (4), *et verisimiliter omnium primus Augustinus Cremensis, cujus non sunt penes me nisi pauca excerpta. Verum enim vero non memini me ea uspiam legere in amplo illo Processu anni* 1251 *et sequentium, quem integrum et accurate exscriptum ad nos misit eximius D. Cernazai. Video tamen aliquos testes* B. Joanni *intimos, verbi causa fr. Bonaventuram* (5), *nonnisi pauca de ejus virtutibus testatos esse; et hi ex iis maxime fuerunt qui in ultima tantum Processus parte, anno scilicet* 1254, *testimonium dixere : qui post ejus mortem aliqua*
C *narrando supplere potuerunt. Atque in hunc modum una alterave narratio quæ in Processu desideratur scripto fuisset mandata, aut alio quocumque modo devenisset ad posteritatem; et a S. Antonino primum in concinnanda beati Vita suscepta fuisset. Patet tamen hujusmodi narrationes nullo modo attingere certitudinem; imo habendas potius ut plurimum dubias. De cetero quod ad hanc attinet de qua agimus, minime est dubitandum* B. Joannem, *qui tanta pœnitentia, adeo perpetua cum Deo conjunctione et tot miraculis emicuit, frequenter, ut Sanctos alios, Christi Domini apparitionibus fruitum esse; sed hæc Sancti non produnt nisi necessitate compulsi, et de multis similia certo novimus.*

Missæ interest quotidie, et singulis Dominicis communicat. Ejus donum

99 *Singulis diebus intererat* B. Joannes *magna cum devotione et reverentia sacrosancto missæ sacrificio* et quando levabatur Corpus D. N. Jesu Christi, *inquit fr. Moltongrandus* (6), lacrimabatur et plorabat multum, se teste vidente; *vel, ut alius dicit,* oculos, manibus junctis, habebat ad ipsum D (*Christum Dominum*), infinitas lacrimas emittendo (7); *alii vero :* lacrimabatur in immensum (8), quantum vix dici potest (9) : *quæ sane vivæ fidei et ardentissimæ caritati sunt adscribenda. Et videntur lacrymæ in missa quotidiana sæpe usque ad ejus finem durasse : dicit enim aliquis testis* quod quando portabat et dabat ei pacem sæpe inveniebat eum lacrymantem et plorantem (10). *Quantum vero in eo esset donum lacrymarum cernebatur maxime in communione; de quo iterum fr. Moltongrandus, conventus Cæsenatis prior :* Communicabat se, *inquit,* corpore et sanguine D. N. Jesu Christi qualibet die Dominico (*sic præscribit regula inclusorum* (11) *apud Raderum*) cum magna reverentia et devotione; et dictus testis communicavit dictum fratrem Joannem Bonum centies, ut credit, et videbat dictum fratrem Joannem Bonum tunc sic plorare antequam reciperet corpus Christi quod oportebat dictum testem exspectare d. fr. Joannem Bonum per longam moram antequam d. frater posset desistere a ploratu et lacrimarum effusione (12). *Juvat autem hic in memoriam revocare* B. Joannem *ad eremum secessisse, ut de præcedenti* E *vita multisque peccatis pœnitentiam ageret, Sanctisque pœnitentiam esse fontem uberem lacrymarum. Quapropter non immerito dictum est ab aliquo teste* B. Joannem *communicare solitum* cum effusione nimia lacrimarum et contritione non modica (13). *Et universim ad contritionem et internam pœnitentiam quod attinet, discimus ex Rubeo, historico Ravennate, beatum se nominare consuevisse* peccatorem eremitam (14). *De communione dicit etiam fr. Ventura eam singulis Dominicis factam* cum tanta effusione lacrimarum et devotione quod dici non posset; ita quod cum dictus testis communicaret eum, quandoque videbat terram madidam lacrimis (15). *Per totam diem illam, ut supra est dictum, diligenter silentium servabat.*

lacrymarum. Quænam communio frequens sæculo XIII.

100 *Donum vero lacrymarum in eo spectabile fuit non solum quum Divina Victima in ara offerebatur, aut pascebatur cælestibus epulis, sed* in ipsa effusione lacrymarum quasi omni tempore abundabat (16); *et, ut dicitur alibi,* mirabiliter lacrimas effundebat, et maxime cum orabat et Corpus Dominicum assumebat et ejus sanguinem (17). *Conspicuum id fuit* quodam die Resurrectionis Dominicæ F *circa annum* 1253, *dum comedebat* cum fratribus Prædicatoribus in domo hospitum. *Præ lætitia enim illa interna quæ exsuperat omnem sensum,* lacrimabatur, dum esset in mensa, quod infundebant lacrimæ manus suas, tanquam essent stillicidia; et nulla ratione poterat ipse lacrimas continere, quamquam vellet se ab ipsis lacrimis abstinere (18). *De accessu* B. Joannis *ad sacram Communionem id etiam universim dici potest, eum respectu habito ad ævum quo vivebat, fuisse valde frequentem. Reducendum enim in memoriam sæculo* XII *et* XIII, *immo a sæculo circiter* IX *ad* XVI, *rarius fideles ad sacram Communionem accedere consuevisse : quod oblivioni sacrarum traditionum et veteris moris ecclesiastici, inter tot barbarorum incursiones sæculo* VIII, IX *et* X, *præcipue tribuendum arbitror. S. Hildegardis, quæ obiit anno* 1179, *scribit se cum suis monachabus* per singulos fere menses ex consuetudine *participationem Dominici corporis frequentasse* (19). *S. Franciscus Assisias in* Regula

(1) Supra, num. 61 et seqq. — (2) Infra in Vita, num. 6. — —(3) Vita num. 5.— (4) Vita, lib. I, cap. 6.— (5) Ibid. num. 91 et seqq. — (6) Ibid. num. 240. — (7) Ibid. num. 306.—(8) Ibid. num. 278. — (9) Ibid. num. 282. — (10) Ibid. num. 282. Calepinus infra in Vita, num. 7. — (11) Bavaria sancta, tom. III. pag. 118; Cfr supra, num. 51 et 61. — (12) Ibid. num. 240. Item num. 274 et 306. — (13) Ibid. num. 6. — (14) Infra, num. 105. —(15) Ibid. num. 28.—(16) Ibid. num. 38.—(17) Ibid. num. 66. — (18) Ibid. num. 6. — (19) Acta SS. tom. V Sept. pag. 667, num. 165.

sanctimonialium

A sanctimonialium S. Claræ *statuit ut* sex vicibus *in anno* communicent, *in præcipuis scilicet anni festivitatibus* (1). *In* Regula *autem* tertiariorum, *præscribit* ut ter in anno... peccata propria confiteri et Eucharistiam devote suscipere non postponant (2). *Eodem igitur ævo quo vivebat* B. Joannes, *multum a monialibus vel a piis sæcularibus hac in re non requirebatur. Plura de hoc argumento disputare impræsentiarum non vacat, at sufficiunt ista ad ostendendum Communionem hebdomadariam* B. Joannis *merito habitam fuisse ut frequentem, non modo a fratribus suis, sæculo* XIII, *sed etiam sæculo* XV *a S. Antonino* (3), *et hanc esse causam cur a plerisque testibus memoretur in Processu apostolico.*

Zelus Beati. Innumeri homines eum adeunt.

101 *Caritatis, tum in Deum, tum in proximum, illustre argumentum est verus zelus animarum : qui profecto in* B. Joanne *conspicuus fuit, ejusmodi tamen quem ferret ejus vita eremitica. Quod ad sæculares attinet,* propter publicam famam sanctitatis multæ dicti fratris, gentes multæ et diversæ veniebant ad videndum et audiendum d. fratrem Joannem Bonum; ita quod quandoque tanta gentium multitudo confluebat ad d. heremum, in qua d. fr. Joannes Bonus morabatur, quod vix ipsi
B fratres poterant ibi esse (4). *Idem refert Guido Moroëllus, nobilis Cæsenas :* Videbat venire gentes multas, et de partibus Lombardiæ, et Romandiolæ, et de Venetiis, et multis aliis partibus, et etiam si aliqui transibant per stratam Romandiolæ, scilicet potestates terrarum, et nuntii et vicarii Frederico quondam imperatoris, ad quemcumque locum tenderent, videbat multos ire d. testis ad videndum d. fratrem Joannem Bonum, et audiendum et tangendum ipsum *etc. Idipsum testificantur multi alii, tum cives Cæsenates, tum fratres eremitæ, maxime in Processu Cæsenate anni* 1254 (5), *in quo speciatim de fama sanctitatis interrogationes sunt factæ.*

Fructus exhortationum tum in peccatoribus, tum in aliis.

102 *Porro hos omnes advenas, ad fidem, detestationem hæresum, observationem mandatorum omnesque virtutes hortabatur* B. Joannes, *nimirum pro statu uniuscujusque. Adibant enim eum tum hæretici, quorum multos conversos esse jam superius est dictum* (6), *tum peccatores, tum denique homines probi* causa devotionis (7). *Et de peccatoribus quidem dicitur in Processu,* quod propter multa miracula, bona verba et salutifera animæ quæ d. fr. Joannes Bonus dicebat euntibus ad
C eum... multi qui primo erant pleni omni lascivia, et mundano et carnali amore, verbis et exhortationibus d. fr. Joannis Boni, adepti sunt aliquem habitum religionis vel pœnitentiæ (8). *Sic et Guido Moroëllus jam laudatus, memoratis conversionibus hæreticorum :* Et multi peccatores alii, *inquit,* qui erant in sæculo primo, facti sunt religiosi. Et dixit d. testis quod cum ipse olim haberet duos filios, ambos domicellos (*id est candidatos Equites*) qui debebant illo anno cingulo militiæ decorari (9), et cum d. testis jam haberet eis omnia necessaria parata, et crederet eos velle fieri milites (*sive Equites*), ambo assumpserunt habitum heremitarum prædicatione et exhortatione d. fratris (10). *Prædicationum* B. Joannis *plures meminerunt. Fr. Salvetus, cum sociis aliquot sæcularibus, quos nominat, et qui omnes facti sunt religiosi,* sæpe et sæpius accessit ad d. locum, ubi d. fr. Joannes Bonus morabatur, et verba prædicationis suæ cum aviditate et libentissime audiebat et sic tempore præcedente ipse testis per verba prædicationis ipsius sumpsit habitum ejus (11). *Idemque de se testificatur fr. Jacobus* (12). *Zelo demum animarum adscribendum profecto consilium* B. Joannis *condendi sui ordinis eremitarum.* AUCTORE E. C.

103 *Elucet etiam vel maxime caritas* B. Joannis *in proximum, ex benignitate quacum agebat erga fratres suos atque alios omnes; quam tamen, si zelus gloriæ Dei et regularis disciplinæ id requirerent, interdum debita severitate temperabat.* Erat humilis multum et benignus, et homo multæ caritatis, et homo qui bene regebat se et fratres suos et lenitate et asperitate, sicut erat opportunum (13). Certis *scilicet* temporibus (*et quidem* quotidie (14), *ut videtur*) exibat de cella sua, in qua erat assiduus, et veniebat ad fratres suos, et confortabat eos ad paupertatem, patientiam, humilitatem et perseverantiam, inducendo eis exempla sanctorum (more laicali, quia laicus erat et illitteratus) : Sancti per fidem vicerunt regna etc. Et dixit *testis, cujus hic verba recito,* quod multum reprehendebat fratres suos qui non bene agebant ministerium suum (15), E
et non servabant regulam et ordinem quem promiserant (16); et reducebat eos monitis suis ad viam rectam (17). *Sed fr. Jacobus, qui ei dudum ministravit,* numquam vidit eum irasci, nec moveri, nec turbari, nisi quando aliquis fratrum minus bene se habebat, quia tunc moveri videbatur contra delictum ejus (18). *Nec fratres modo reprehendebat sed* et alios qui non bene se habebant et deviabant a via Dei et semita justitiæ (19). *Verum coram reliquis omnibus* erat homo multæ charitatis, et multæ consolationis fratrum suorum et aliorum... et tempore gravis hyemis veniebat ad fratres suos, dicens : Ubi sunt isti juvenes, quomodo confortantur et qualiter se habent hoc tempore? Et confortabat eos multum (20). *Et erat* lætus consolator mœstorum fratrum suorum et aliorum... et confortabat eos qui tentabantur... et verba semper ædificationis et virtutum, et non otiosa, erant in ore suo... et odor bonitatis suæ redolebat omnibus circumstantibus, ita quod clerici, et laici, et religiosi, et sæculares, mares et feminæ infiniti de partibus multis veniebant ad audiendum, videndum, tangendum ipsum, tanquam virum justum et sanctum, et ita quod Erminii (*Armeni hoc sæculo dicebantur* F
Erminii (21) *et ii ipsi sunt qui hic designantur. Hoc eodem sæculo exstabat ecclesia Armenorum Perusiæ, titulo S. Matthæi, cui Leo III, minoris Armeniæ rex, anno* 1279 *codicem ms. obtulisse legitur* (22). *Romæ item tractus exstitit usque ad tempora Innocentii VII, dictus* Delarmini (23). *Verisimile est hos Erminios fuisse negotiatores gentis Armenæ, celeberrimam viam Æmiliam sequentes, quæ Arimino porrigitur Cæsenam, Forum Livii, Bononiam, Mediolanum et inde Aquilejam; juxta quam nunc sternitur via ferrea quæ Ancona ducet Mediolanum*) transeuntes tangebant eum cum reverentia sicut sanctum, quæ omnia testis *hic loquens,* interrogatus, dixit se vidisse (24).

Ejus benignitas erga fratres et sæculares, aliquando severitate temperata.

104 *Multos opportunitatem quæsivisse, non modo ut eum viderent et audirent, sed etiam ut tangerent,*

Efficacia sermonis. Non poterant satiari

(1) Dela Haye, Opera S. Francisci, tom. II, pag. 34. Paris, 1641. — (2) Ibid. pag. 39. — (3) Infra in Vita, num. 4. — (4) Ibid. num. 240. — (5) Ibid. num. 168. — (6) Supra, num. 90. — (7) In Proc. num. 256. — (8) Ibidem. — (9) Ve Cangii Glossarium latinum vo *Militia*. — (10) Proc. num. 244. — (11) Ibid. num. 5. — (12) Ibid. num. 16. — (13) Ibid. num. 184. — (14) Ibid. num. 63. — (15) Ibid. num. 263. Item num. 261. — (16) Ibid. num. 173. — (17) Ibid. num. 290. — (18) Ibid. num. 19. — (19) Ibid. num. 241. — (20) Ibid. num. 175. — (21) Cangius vo *Ermmii*. — (22) Mai, Nova bibl. Patrum, tom. IV, pag. 46. — (23) Moroni Dizionario, tom. LI, pag. 314, vo *Patriarcato Armeno*. — (24) Proc. num. 308.

AUCTORE E. C. *se esse cum eo. Custodia linguæ.*

non solo hoc loco, sed multis aliis in Processu consignatum est (1) : *quod famæ ejus sanctitatis et miraculorum est adscribendum. De caritate illius in proximum hæc insuper in eodem Processu continentur :* Non poterat esse aliquis ita tribulatus, *inquit Jacobus civis Cæsenas,* ex quacumque causa, si d. fr. Joannes Bonus viderot eum, quin consolaretur eum, et suis bonis verbis et exhortationibus omnino repararet eumdem : ita quod omnes de Cesena et locis circumstantibus reputabant d. fratrem Joannem Bonum patrem omnium (2). *Interrogatus quidam fr. Joannes, oriundus de Calesis, super conversatione* B. Joannis, dixit quod erat miræ conversationis, ita quod aliquis non poterat satiari se esse cum eo; et confortabat omnes... *et erat* planus, humilis, castus, quietus, pacificus; et nulla in eo poterant minus bona inveniri : et qualiter sua conversatione tractabilis erat, dici non posset (3). *Similia testatur fr. Grecus :* Erat dulcis et fructuosus, et omnibus virtutibus plenus, ita quod aliquis non poterat satiari se esse cum eo; et quod omnes qui conversabantur cum eo, reverebantur eum tanquam patrem sanctum (4). *Dum autem tot homines alloquebatur* B. Joannes,
B *sive sæculares, sive sui ordinis fratres, numquam excidebant ex ejus ore verba otiosa : quod multi testes affirmarunt* (5). *Voluit tamen aliquando tanto concursui se subducere, si fides ejus biographis, S. Antonino* (6) *et reliquis post eum, sed cum* tota nocte *iter fecisset,* mane, cum existimaret se longe esse a loco, se juxta erimitorium *suum iterum* invenerat. Ex hoc percipiens, *inquit S. Antoninus,* Dei voluntatem esse illic eum residere, illic permansit. *Deest hujusmodi narratio in Processibus et ideo exiguam aut nullam fidem eam mereri arbitror.*

Pacem componit inter Ravennates et Cervienses.

103 *Quanta apud sæculares, non modo opinione sanctitatis, sed et auctoritate quoque polleret humilis eremita Cæsenas, edocemur apprime ex iis quæ scribit Rubeus in Historiarum Ravennatum libro* VI, *ad annum Christi* 1225 (7). *Erant videlicet bella perpetua et velitationes Ravennates inter et Cervienses, quorum exiguæ molis civitas Cervia, quæ episcopalis est, in Romandiola ad oram maritimam jacet, inter Ravennam et Ariminum. Ad pacem itaque inter hos componendam a primoribus utriusque civitatis vocatus est* B. Joannes : Per idem tempus, *inquit Rubeus,* Petrus Traversaria de reipublicæ Ravennatis et Cerviensium sententia, Joannem Bonum,
C virum religiosum, qui se « Peccatorem eremitam » appellabat, arbitrum elegit, ut tot jamdiu agitatas inter se disceptationes tolleret. Is cum auctoritate polleret plurimum et sanctitatis opinione, eos tandem pridie Id. Quinctil. (14 *Julii anni* 1225) adduxit ad concordiam, iis potissimum legibus, ut Cervienses peditumque atque equitum cohortibus et aliis subsidio Ravennatibus venirent cum sese belli ferret occasio; iidemque Cerviensibus amici inimicive, qui et Ravennatibus essent. Adhæc prætores, cum nollent e suis, Ravennates acciperent.

D

§ XI. De confessione peccatorum venialium ab antiquissimis temporibus. De confessionibus monachorum medio ævo eorumque frequentia. De frequentia confessionis sæculo XIII. Frequentissime beatus confitebatur. Ejus castitas, paupertas, patientia et humilitas.

Virtus religionis. Confessio frequens. Primis Ecclesiæ sæculis

Inter virtutes morales principatum tenet religio, quippe quæ circa Dei optimi maximi cultum versatur. Verum sicut in Christo omnia prorsus quæ gessit, ad virtutem caritatis referri queunt, quod omnia ab ea imperabantur, sic in sanctis multa. Inter hæc autem ea maxime sunt, quæ ad Deum proxime referuntur, et sic, dum Deum menti objiciunt, suapte natura caritatem inflammant : e quorum genere erunt inprimis actus religionis. Horum nonnullos eapropter superius descripsimus, ubi de caritate in Deum erat sermo, orationem videlicet perpetuam B. Joannis, *et maximam pietatem, dum missæ sacrificio intererat, aut Eucharistiæ sacramento reficiebatur. Pius usus aut receptio reliquorum omnium sacramentorum ad religionem pertinet; quocirca hic de frequentissima ejus confessione testificationes nonnullas proponemus. Dicimus autem frequentissime eum piaculo confessionis se renovasse, non modo quod, quum rarior multo esset quam nunc, sæculo* XIII *hujus sacramenti usus, ipse paulo frequentiori inter ceteros emineret, sed quod his ipsis novissimis sæculis, quando longe frequentior facta est confessio, vix ulli sunt qui illum ea in re antecesserint. Res explicanda nonnihil. Notum est scilicet confessionem peccatorum, quæ venialia dicimus, paulatim inter monachos maxime usurpari cœpisse, nec primis ecclesiæ sæculis consuevisse fieri; nisi a Montanistis forte, ut contendit Morinus* (8), *qui absolutionis sacerdotalis efficaciam in gravioribus* F *denegabant, et a catholicis etiam forte nonnullis, qui inter illos vivebant.*

rarissima erat confessio venialium;

107 *Intelligimus autem confessionem quæ de solis venialibus fieret. Manifestum est enim ab iis qui peccata sua confitebantur, gravioribus etiam leviora fuisse adjecta, ea maxime in quibus erat gravioris delicti suspicio, aut dubia hærebat conscientia. Deinde vero quando lapsu temporum certa per annum confessionum tempora induci cœperunt, semel in anno, ter, quater et sexies etiam* (9), *pro diversitate ætatum et locorum, iterum multi purioris vitæ studiosi accesserint nulla labe lethali maculati. Verum enim vero id inter sæculares usque ad annum circiter* 800 *ordinarium minime fuit; de monachis autem postmodum erit sermo. Sententiam itaque Mabillonii de confessione venialium primis ecclesiæ sæculis, istum in modum explicatam et mitigatam, admittendam esse censemus; quumque temporibus*

(1) Num. 243, 246, 254, 256, etc. — (2) Ibid. num. 251. tem num. 290. — (3) Ibid. num. 275. — (4) Ibid. num. 280. — (5) Ibid. num. 6 in fine, 173, 261, etc. — (6) Infra in Actis, num. 6. — (7) Ap. Burmannum, Thes. antiq. et hist. Italiæ, tom. VII, part. I, col. 377. — (8) De pœnitentia, lib. II, cap. 5, num. 6 et 7; sed cfr lib. V, cap. 31, num. 26. — (9) Martene, de antiquis eccles. ritibus, lig. I, part. II, cap. 6, num. 6 et seqq.

illis

A *illis, durantibus persecutionibus, fervens esse debuerit christianorum religio, ratio intelligitur cur in multis Actis martyrum et Vitis sanctorum nihil legatur de usu sacramenti pœnitentiæ. Idipsum respondet Natalis Alexander, contra Dallæum disputans :* Quod autem confessores et martyres, *inquit,* confessionem peccatorum apud sacerdotes edidisse non legantur, quid mirum? Peccatis lethalibus non erant polluti quæ confessione expianda essent. *Et mox, accomodate ad Mabillonii sententiam,* accedit, *inquit,* quod confessio venialium non erat adeo in usu prioribus sæculis; *et infra magis absolute :* Antiquis autem temporibus confessionem edebant solum ubi opus erat, id est, cum lethali aliquo peccato pollutos se agnoscebant (1).

inter antiques vero monachos frequenter non fuit sacramentalis.

108 *Sed nobis potissimum de monachis sermo instituendus est. Confitebantur hi levia sua quotidiana in capitulo, aut coram abbate aut priore, vel etiam sibi invicem. Sic enim scribit Jonas Aurelianensis episcopus sæculo* IX : Moris est ecclesiæ de gravioribus peccatis sacerdotibus, per quos homines Deo reconciliantur, confessionem facere; de quotidianis vero et levibus quibusque, perrari sunt qui invicem confessionem faciant, exceptis monachis, qui id quotidie faciunt (*Quibus significat inter sæculares fuisse aliquot, sed perraros, qui* de quotidinianis *et* levibus invicem confessionem *faciebant, et consequenter extra sacramentum; inter monachos vero, horum quotidie confessionem suo ævo invicem, seu coram fratribus, fuisse factam*). Quod vero de levibus et quotidianis peccatis confessio mutua fieri debeat, sequentia manifestant... Jacobus apostolus ait : « Confitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invicem ut salvemini. » Hunc locum Beda venerabilis presbyter ita exponit : « In hac sententia illa debet esse discretio, ut quotidiana leviaque peccata alterutrum coæqualibus confiteamur, eorumque quotidiana credamus oratione salvari. Porro gravioris lepræ immunditiam juxta legem, sacerdoti pandamus; atque ad ejus arbitrium qualiter et quanto tempore jusserit, purificare curemus (2).» *Hæc autem confessio, quæ fiebat* invicem *ac* coæqualibus, *et illi opponitur quæ sacerdotibus fiebat, sacramentalis esse non potuit. Habebatur tamen ut sufficiens aut valde utilis ad delenda venialia, immo ad ipsorum lethalium condonationem in articulo mortis, aut alia necessitate, si sacerdos deesset : qua de re legi potest, S. Thomas in Supplemento* (3), *et alii plures. S. Franciscus Assisias in*

C *regula cap.* 20 : Si sacerdotem habere non poterunt, *inquit,* confiteantur fratri suo, sicut dicit apostolus Jacobus *etc. Sed mox sequitur :* Non tamen ob hoc dimittant recurrere ad sacerdotes, quia potestas ligandi atque solvendi solis sacerdotibus est concessa. *Bruxellis* (*et alibi etiam, ni fallor,*) *hodieque est mos in antiquis institutis et nosocomiis ut soror leviter lapsa alteri sorori* culpam dicat. *Hic redit quoque mos dicendi culpam communitati universæ, sive in capitulo, sive in refectorio. Post recitata aliaque testimonia, de culpis quotidianis earumque expiatione, his verbis Jonas Aurelianensis concludit :* His documentis colligi potest, quod sicut quotidie in multis offendimus, ita quotidie de admissis confessionem alterutrum facere, et orationibus, et eleemosynis, et humilitate, et contritione cordis et corporis ea debemus purgare (4). *In quibus nulla est mentio confessionis sacramentalis. Attamen hæc venialium confessio a monachis fiebat quandoque solis sacerdotibus, ab iis scilicet quorum dubia aut valde timorata erat conscientia : noverant enim absolutione sacerdotis pleniorem quotidianorum istorum fieri remissionem. S. Segolena, quam dicunt septimo aut octavo sæculo floruisse* (5) *presbytero monacho* parva minimaque peccata, sine quibus esse non possumus, cum gravia deessent, lacrymans confessa *est. Sic venialium confessio sacramentalis ab antiquissimo tempore sensim introduci potuit.*

AUCTORE E. C.

Confessio monachorum vel ad libitum fiebat,

109 *Illud tamen notandum, hujusmodi confessionem antiquitus inter ipsos monachos liberam fuisse, seu definitos non fuisse dies quibus eam facerent, sed pro conscientiæ arbitrio eam cuique licuisse. Dicunt monachi S. Benigni Divionensis circa annum* 1100 *in suo libro consuetudinum :* In Sanctorum vigiliis vel omnibus sabbatis (*et quidem hic sermo de tempore quadragesimæ quod notum est ab antiquo confessionibus fuisse specialius deputatum*), post psalmos XXX in ecclesia decantatos sedemus ad lectionem in claustro et qui volunt vadunt ad confessionem donec tertia pulsetur (6). *Sic et consuetudines monasterii S. Dionysii prope Parisios, per quadragesimam feria* II, IV *et* VI *singularum* E *hebdomadarum silentium præscribentes, hæc addunt :* Et in his tribus diebus post capitulum usque ad sextam, eant qui voluerint ad confessionem (7). *Consuetudines item S. Germani Pratensis, Parisiensis monasterii, permittunt his qui voluerint in die Cœnæ post capitulum* ire ad confessiones (8). *Sic denique de aliis diebus alii libri consuetudinum, vel auctores, additis his verbis :* Qui voluerint, qui volent ire *etc.* (9). *Dubium mihi est num singularum hebdomadum confessionem omnibus præscribat Chrodegangus Metensis, dum dicit in regula* (10) : Monachi in unoquoque sabbato confessionem faciant cum bona voluntate episcopo aut priori suo; *id enim significare posset singulis sabbatis episcopum aut priores confessiones excipere et sic iis* qui voluerint, *aut eguerint, liberum patere accessum. Vel esse potuit plerumque simplex accusatio coram superiore, sine sacramento. Alibi enim octonis quibusque diebus sæculo* IX *præscriptam fuisse monachis confessionem non legimus; et constitutiones Divionenses, sæculi* XI *aut* XII, *supra adductæ, in ipsa quadragesima eam non indicunt, sed permittunt solum. Attamen Chrodegangus hoc loco intelligendus videtur de confessione sacramentali; præmi-* F *serat enim eodem capite suæ regulæ :* In unoquoque anno tribus vicibus; id est in tribus quadragesimis (*sive ante Pascha; ante natale S. Joannis Baptistæ, vel ante Assumptionem B. V. non vero ante Pentecosten ut credidit D. Binterim* (11); *et tertio, ante nativitatem Domini*) populus fidelis suam confessionem suo sacerdoti faciant, et qui plus fecerit, melius faciat. *Et statim subjungit :* Monachi in unoquoque sabbato *etc.*

vel non erat sacramentalis. Sæculo XIII *rara confessio et communio.*

110 *Ceterum sæculo* XI *et sequentibus frequentior fieri cæpit inter monachos confessio, maxime apud Carthusianos, Grandimontenses et Cistercienses; at certum non est, qualis in eorum primævis statutis præscribitur, semper fuisse sacramentalem. Atque hæc est sententia Mabillonii; laudata enim Carthusianorum veteri lege confessionis singulis sabbatis faciendæ, ut probat ex Guigone Carthusiano. hæc subjungit :* Id quod non de sacramentali sed de

(1) Historia Eccles. tom. VIII, pag. 503. Venetiis 1778. — (2) D'Achery, Spicilegium, tom. I, pag. 271, edit. 1725. — (3) Quæst. 8, a. 2, ad 1.—(4) Loc. cit. pag. 272.— (5) Acta SS. Julii, tom. V, pag. 628. — (6) Ap. Martene, de antiquis monachorum ritibus, tom. I, pag. 344, Lugduni 1690. — (7) Ibid. pag. 346, num. 14. — (8) Ibid. pag. 382, num. 30. — (9) Ibid. pag. 411, num. 7. — (10) Cap. 32. — (11) Denkwuerdigkeiten, tom. II, part. II, pag. 242. Cfr. Martene.

communi

AUCTORE E. C.

communi culparum accusatione explicat tertia compilatio Statutorum :... « Providendum est, enim, ut semper in qualibet hebdomada faciamus confessiones communes... Quandocumque in capitulo confitemur prolixitatem caveamus : in cella autem diffusius possumus confiteri. Pro privata confessione, quæ in cella fit vel alibi, non dimittitur generalis quæ fit in sabbato. » Hinc manifestum est Guigonis Statutum superius memoratum, non esse de confessione sacramentali, cujus ille (si bene recolo) in toto Statutorum suorum libello non meminit (1) : *Nimirum quia confessio sacramentalis illo ævo, sæculo scilicet* XI ut plurimum *solis adhuc gravioribus reservabatur, pro uti de octavo sæculo testatus est Beda, et de nono Jonas Aurelianensis. Scribit vero universim S. Alphonsus de Ligorio* (2) *post alios, usum confitendi venialia non exstitisse ante sæculum* VIII. *Mirum est sane Martenium locos de confessione, quos adduximus, aliosque complures, promiscue recitare, quasi omnes de sola confessione sacramentali sint intelligendi* (3); *altero tamen loco de Jona Aurelianensi cum hæsitatione loquitur, dum dicit :* Quotidianas... venialium confessiones innuit forte Jonas *etc.* (4); *et*
B *similia habet de Guigone Carthusiano* (5). *A sæculo autem* XI *et deinceps, confessio singularum hebdomadarum, quæ fiebat multis in monasteriis, in capitulo nempe, multo frequentius sacramentalis esse cœpit. Attamen, dum erat sacramentalis, usque ad sæculum minimum* XIII, *plerumque fiebat ad libitum. Sanctus enim Franciscus in regulis fratrum nullum tempus præscribit, eam suadens solum pro necessitate* (6). *In regula Monialium S. Claræ singulis mensibus instituendam esse dicit et sexies in anno sacram communionem* (7); *in regula denique Tertiariorum seu piorum sæcularium, confessionem et communionem requirit solum ter in anno* (8). *E quibus confirmatur monachorum confessiones octiduanas usque ad sæculum* XIII *plerumque non fuisse sacramentales.*

De loco confessionum et sedibus confessionalibus.

111 *Ex eo vero quod monachi in capitulo suam confessionem dicere consueverant, factum ut locus confessionum ordinarius in monasteriis, plura per sæcula, fuerit ipsum capitulum* (9). *Inter sæculares vero novimus ab initio ecclesiæ usque ad extremum pœne medium ævum locum confessionum ordinarium fuisse in vicinia altaris* (10), *aut in alia parte eminentiori* (11), *in qua tum confessarius, tum pæ-*
C *nitens, ab universis fidelibus conspici poterant* (12). *Fiebant etiam in ecclesiarum* cubiculis *sive* oratoriis (13) *et sacellis* (14), *aut quandoque in alio loco secreto, non tamen confessiones feminarum. Sedium confessionalium genus, quod hodiedum in omnibus ecclesiis cernimus, antiquum non est, et vix aut ne vix quidem ultra synodi Tridentinæ ætatem ascendit. Ex iis majorem confessionum facilitatem exstitisse et hanc ad earumdem frequentiam, quæ a tribus maxime sæculis advertitur, multum contulisse non est ambigendum. Olim in monasteriis forte non infrequens fuit quod de Gervino abbate, qui obiit anno* 1071, *scribit Hariulfus in chronico Centulensi, eum videlicet in aliquo* conclavi *sive* cellula *confessiones excepisse.* Erat enim super hoc officio, *inquit,* ei deputata cellula quam fratres confessionem vo- D
cabant, in qua per Dei gratiam in se habitantem, isdem vir beatus multorum hominum scelerum enormitate devias, per confessionis humilitatem et suæ precis interventionem, divinæ misericordiæ restituit animas (15). *Quantum vero ad confessiones monachorum, non dubito, ex locis superius allegatis, quin a multis sæculis in ipsis cellis suis plerumque abbas, prior et reliqui confessarii eas acceperint: atque idem obtinuerit inter mendicantes a sæc.* XIII; *quod iis quæ de confessionibus* B. Joannis Boni *jam dicenda sunt, prorsus est accommodum.*

Confitebatur beatus quasi quotidie, et quidem primo occurenti sibi sacerdoti.

112 *Teste igitur fr. Thaddeo,* frequenter confitebatur peccata sua uni ex fratribus sacerdotibus (16); *et* quandoque uni, quandoque alteri de sacerdotibus fratrum (17) : nec, *ut ait fr. Ardizzione,* specialiter plus uni quam alteri, sed ei quem primum habere poterat; et ipse testis dixit se fuisse confessorem suum quandoque, et se vidisse frequenter confiteri (18). *Ejus confessiones etiam excepisse se dicunt alii plurimi* (19) *De frequentia ejus confessionum dicit fr. Albertus :* Multum frequenter confitebatur peccata sua, *et quidem* secundum quod conscientia sua remordebat eum (20). Quando d. fr. Joannes Bonus loquebatur alicui E
forensi (*sæculari*), *inquit fr. Grecus,* statim faciebat se absolvi si in aliquo peccasset in illa locutione, et dixit d. testis quod in tali casu d. fr. Joannes Bonus etiam alias confessus fuit sibi testi, quia sacerdos erat, frequenter (21). *Intra sæculares quos cum ardentiori zelo alloquebatur et reprehendebat beatus, erant Frederici II nuntii et vicarii aliique excommunicati, ita ut non raro purissimam conscientiam sibi temerasse videretur :* Quando cum talibus hominibus loquebatur, *inquit frater quidam laicus,* incontinenti faciebat se absolvi (22). *Dicit alius :* Quasi omni die confitebatur uni ex fratribus, quia non habebat aliquem specialem confessorem, peccata sua (23). *Sed omni fide dignus est fr. Moltongrandus, anno* 1254 prior conventus de Poggiolo, *quique fuerat etiam* prior conventus de Cesena, *in quo habitabat* B. Joannes *et* bene sex annis *cum eo versatus erat* (24). *In hunc vero modum de frequentia ejus confessionum testificatus est :* Fuit confessus pluries dicto testi, et confitebatur in die semel, vel bis, vel pluries, secundum quod conscientia sua remordebat eum (25). *Legere me memini de sanctis aliquot viris, B. Petro Claver, Ven. Lud. de Ponte,*
F *Ven. Bernardino Realino et aliis nonnullis, eos quotidie antequam sacris operarentur, piaculo confessionis uti consuevisse; et de S. Francisco Borgia, eum adeo cordis munditiam adamasse, ut conscientiæ maculas bis de die in confessione prodere soleret. Verum enim vero sæc.* XIII, *quando raris vicibus in anno ad pœnitentiæ sacramentum accedebant sæculares, nec ita frequenter monachi et mendicantes, magis etiam extraordinaria fuit consuetudo* B. Joannis.

Ejus castitas; heroicus actus pœnitentiæ

113 *Restat ut de reliquis ejus virtutibus breviter dicamus. Et ad castitatem quidem quod attinet, satis erit revocasse in mentem quam terribili remedio usus sit, ut supra indicavimus num.* 69, *ad liberandum se periculosa cogitatione de muliere, ut videtur,*

(1) Acta SS. Ord. S. Bened., sæculum III, part. I, præfat. num. 95. — (2) Sulla materia della comunione frequente. Apologie, tom. II, pag. 148. Monza 1832. — (3) De Antiquis Eccl. ritibus, tom. II, pag. 6, edit. 1700; Comment. in Regulam S. Benedicti, pag. 601 et seqq. Parisiis 1690. — (4) Comment in Regulam, etc. pag. 601. — (5) Ibid. pag. 602. — (6) Regula prima cap. 20, secunda cap. 7. — (7) Supra, num. 100. — (8) Ibidem. — (9) Martene, Comment. in Reg. S. Bened. pag. 605. — (10) Synod. Redingensis in Anglia anni 1279. Parisiensis anni 829, etc. — (11) Synod. Moguntina anni 1261. — (12) Synod. Colon. anni 1281. — (13) Mabillon, Annales, lib. LXXI, num. 116, tom. IV. — (14) Binterim, Denkwuerdigkeiten, etc. tom. IV, part. I, pag. 88. — (15) Migne, Patrologia, tom. CLXXIV, col. 1347. — (16) Processus, num. 299. — (17) Ibid. num. 302. — (18) Ibid. num. 307. — (19) Ibid. num. 240, 279, 288, 307. 310, etc. — (20) Ibid. num. 200. — (21) Ibid. num. 279. — (22) Ibid. num. 293. — (23) Ibid. num. 274. — (24) Ibid. num. 237 et seqq. — (25) Ibid. num. 240bis.

olim

A *olim a se carnaliter dilecta. Scribit Calepinus* (1), *tentatione devicta, Deum allocutum esse* B. Joannem *in somnis his aliisque verbis :* Exurge, fili; quemadmodum enim abs te bene cœptum est, sic bene tutoque loco finis tuus constituetur. Quum autem hac in pugna tam fortiter ac tam strenue decertaveris, nullis te unquam tentationibus permittam superari, futurus tecum quocumque perrexeris. *Idem habet Constantius Lodi, præter morem verba latina adducens, quæ sic sonant :* File mi, surge; quia bene cœpisti, optimam vitam consummabis, nec deinceps ullo pulsaberis vitio (2). *Quæ verba non dubito quin sint ex Augustino Cremensi excerpta, cujus vestigiis inhærere Constantium jam pluries monui; cernitur vero quomodo Calepinus, qui similiter Cremensem ducem habet, ea pro more ornaverit. In hunc vero modum post adducta verba, paucis interjectis, prosequitur :* Exurgensque (B. Joannes) immortali Deo gratias egit, quod tum a dolore, tum ab hostis insidiis eum liberum fecisset.

ad eam tuendam;

114 *In Processu vero non legitur nisi simplex narratio rei gestæ, ut est ab ipso* B. Joanne *pluries* ad corroborationem fratrum suorum *factu* (3), *sed*
B *sermo non est de verbis cælitus auditis. Hæc scilicet vel reticuit beatus, quod nimium erant sibi honorifica, vel reapse audita non sunt. Novimus autem unde Cremensis hanc narrationem assumpserit, et ut ad suam pristinam simplicitatem redigatur, hic ex suo fonte est deducenda.* Non deseruit, *inquit S. Antoninus,* pius Dominus servum suum, pro quo, ne offenderetur, tanto cruciatui se dedit; sed in somnis apparens ei, dixit : Quia bene incepisti, bene perseverabis, et optime tuam consummabis vitam. Et quia viriliter contra tentationes dimicasti, de cætero tentatus non eris. Qui statim excitatus sanatum se aspexit, gratias referens Salvatori (4). *In quibus multo simplicius et manifestius quam in Calepini et Laudensis amplificationibus, duplex donum promissum dicitur, alterum perseverantiæ finalis, alterum immunitatis a tentationibus carnis. Quæ duo et aliis sanctis aliquando promissa fuisse legimus. Verum quum in his quæ præter processum affirmat S. Antoninus, semper accuratus non sit, quæ scribit de re præsenti, plenam certitudinem efficere non possunt; idemque observavimus supra ubi de Christi apparitionibus, dum oraret* B. Joannes, *erat sermo. De castitate vero beati dici universim*
C *potest, eum adeo castigasse corpus suum et in servitutem redegisse, seu ut fert textus græcus, lividum fecisse, macerationibus suis, adeoque orationi die ac nocte et munditiæ mentis fuisse deditum, ut evidens sit rebellionem carnis in eum invalescere nullatenus potuisse.*

paupertas voluntaria;

115 *Virtus paupertatis multis in rebus eluxit in* B. Joanne : *diu ut pauper eremita solus vixit in eremo Cæsenatensi, omnia a caritate Cæsenatum exspectans; dein inchoato ordine eremitarum, paupertatem perpetuam pro more, nisi id ante fecisset jam, Deo vovit, et cum sociis e mendicatione sustentare sese perrexit. Qui mos apud plerosque eremitas invaluisse tum temporis videtur; nam annis aliquot a beati obitu elapsis, anno scilicet* 1256, *dum facta est unio ab Alexandro IV pontifice plurium congregationum eremitarum, quam Magnam Unionem appellarunt, simul ex his exsurgens ordo declaratus est ordo mendicans* (5). *Habitationem* B. Joannis *sive cellam descripsimus* § 7, *ibique legi potest quanta nuditate paupertate et vitæ commodorum inopia conspicua esset. Vestes quoque pauperrimæ erant, et præcipue victus, ut suis locis sufficienter explicavimus.* AUCTORE E. C.

116 *Patientia* B. Joannis *commendatur primum in formandis ad vitam religiosam et communem fratribus, quos iterum parturiebat in Christo; id enim omnibus fundatoribus ordinum commune fuit : de quo nonnulla diximus alio loco, ubi de caritate beati in subditos suos erat sermo. Pertulit quoque insigni patientia persecutiones non paucas, de quibus* audivit *fr. Michaël* ab ore ipsius fr. Joannis Boni et a multis de fratribus suis ejusdem ordinis, quod quidam fratres de pœnitentia (*qui etiam dicti sunt* Sacciti *vel* Saccati, *quod sacco aut specie sacci sese induerent in signum pœnitentiæ : de quibus agendum* § 16) et alii seculares cum ipsis eisdem, multas persecutiones et infamationes intulerunt ipsi fr. Joanni Bono, ita quod in tantum ipsum scandalizaverunt quod oportuit ipsum personaliter comparere coram D. episcopo Cæsenate (6). *Nimirum* coram Venerabili Præsule D. Ottone episcopo Cæsenate, *ut dicit fr. Salvetus* (7), *qui accusationi coram episcopo renovatæ interfuit cum ipso* B. Joanne, *eamque contigisse refert circa annum* 1253. *Hic Otto, sive Oddo,* E *ejus nominis secundus fuit, qui anno* 1207 *aut* 1208 *Letoni successerat.* Ab Oddone hoc secundo, Letonis successore, *inquit Manzonius in chronologia Cæsenæ* (8), ac etiam a Manzino, qui Oddoni suffectus est, confirmata fuerunt præcessorum antistitum privilegia canonicorum Cæsenatibus concessa. *Hic Manzinus, sive Manginus, Ottonis successor, Cæsenæ anno* 1254 *de ipso* B. Joanne *testimonium dixit in processu apostolico.* *patientia, maxime in ferendis*

117 *In eodem processu Mantuæ anno* 1251, *dum quærebatur a dicto fr. Salveto num omnia beatus* ex charitate et cum charitate *sustinuisset, respondet* quod credit in tantum quod idem fr. Joannes Bonus nunquam aliquod otiosum verbum de ipsis nec contra ipsos proferebat; immo rogabat Dominum pro ipsis quod parceret eis et præcipiebat fratribus suis quod pro ipsius persecutoribus Dominum exorarent (9). *Fr. Michaël ad idem quæsitum, respondet,* quod sic, et in tantum, quod cum iidem fratres (*de pœnitentia*) qui scandalizabant ipsum, non haberent quandoque quid comederent, dictus fr. Joannes faciebat eis portare suos fratres panem et vinum; et hoc multoties faciebat eis, et aliis qui ipsum scandalizabant. Interrogatus quomodo scit, F dicit quod audivit ab ore ipsius fr. Joannis Boni et ab illis fratribus qui portabant ipsis qui scandalizabant ipsum, panem et vinum (10). Faciebat emi panem, *inquit alius testis,* et mittebat persecutoribus suis (11). *Similiter passus est* tribulationes et persecutiones *a fratribus alterius ordinis, de quibus audivit fr. Girardus* ab ore ipsius fr. Joannis Boni, quando dicebat fratribus suis, quod deberent rogare Deum pro ipsis qui persequebantur ipsum. *Deinde* cum contingebat dictos persecutores venire ad domum ubi erant fratres ejus, faciebat eis, cum charitatite maxima, necessaria ministrare plusquam alio tempore fuerat consuetus (12). *Quæ essent illæ tribulationes discimus aliquousque ex quodam teste qui* vidit fr. Joannem Bonum pati *ab iisdem* auferentibus fratres dicti fr. Joannis Boni et ducentibus eos ad regulam suam. Quam persecutionem et tribulationem, *inquit idem,* sustinuit patienter, et reddebat eis bonum pro malo, se teste *persecutionibus invidorum.*

(1) In Vita, num. 4. — (2) Vita, cap. 5. — (3) Processus num. 13. — (4) Infra in Vita, num. 2. — (5) Brockie, Codex regularum, tom. IV, pag. 222. — (6) Processus num. 44. — (7) Ibid. num. 12.—(8) Ap. Burman. loc. cit. tom. IX, vol. VIII. pag. 13. — (9) Processus num. 12. — (10) Ibid. num. 45. — (11) Ibid. num. 19. — (12) Ibid. num. 37.

AUCTORE E. C.

vidente; quia semper mittebat eis de rebus suis et præcipiebat fratribus suis quod similia facerent (1). *Plurima etiam passus est a dæmonibus, quæ brevitatis gratia hic omittimus* (2).

Humilitas.

118 *Agendum restat de humilitate, quæ virtutum omnium est fundamentum et sine qua ruit omne earum ædificium. Vita autem pœnitens* B. Joannis *fuit perpetuum ejus exercitium, quum ob præterita peccata eam agendam esse duxerit, seque* peccatorem eremitam *vocare consueverit* (3). *Voluit etiam ignorans remanere litterarum, ita ut* illiteratus *et* idiota *dictus sit a testibus in processu* (4), *quum facillimum sibi fuisset litteras addiscere, imo pervenire ad Ordines sacros et sacerdotium. Prioratum generalem, quem tanquam ordinis institutor gerebat, abdicare voluit, ut refert Guilielmus S. Eustachii cardinalis in Bulla Innocentii IV quæ incipit :* Admonet nos cura; *de qua infra erit sermo.* Cum Joannes Bonus, *inquit,* qui per plures annos fratribus præfuerat, et fratres ipsi eidem tanquam institutori ordinis ipsorum, reverenter intenderant, curæ ipsorum cedere aspiraret, fratrem Matthæum in priorum dictæ domus, et per hoc in generalem ordinis, præsentatum, episcopus Cæsenatensis con-
B firmavit. *Ex quibus patet beatum nequidem illius conventus, in quo habitabat et quem primum omnium fundaverat, sibi prioratum retinuisse. Vestitu vili utebatur et communioribus cibis; in cella elucebat summa paupertas. Horrendas, exquisitas et perpetuas pœnitentias quas sibi assumebat, celabat diligenter* (5). *Miracula vulgari non patiebatur, maxime extra conventum* (6), *eorumque relationem aliquam a fratribus conscriptam laceravit* (7). *Denique miracula quidem in conspectu fratrum operatus est et sane multa, sed id factum non est nisi ad illos, quos in Christo genuerat, confirmandos in fide, vocatione et omni bono* (8). *Et hanc suam mentem Deo manifestabat in oratione, dum ejus auxilium ad prodigium aliquod operandum flagitabat* : Ut isti fratres possint ædificari, et confirmari, et habere perfectam fidem in Te (9). *Monebat fratres quoque omnia soli Deo esse attribuenda :* Frater, accipe donum Dei, quia omnia possibilia sunt apud Deum; et non credatis quod ego fecerim istud, sed Deus fecit, qui potest omnia facere (10). *Similiter honorem a sæcularibus sibi deferri studiose refugiebat. Quum Dalborgus quidam, ægrotus, ad ejus cellam accessisset eumque reperiens* in vigiliis et orationibus *ver-*
C *santem* (11), *rogasset suppliciter ut sibi valetudinem a Deo obtineret :* Frater, grande est, *respondit,* quod petis a me, cum ego sim peccator. *Tandem addidit :* Fili, vade et dic fratribus quod dent tibi comedere, et ego rogabo Deum prote; tamen nemini dicas (12). *Verum quum omnes sanctorum virtutes dominetur caritas, beatum in conspectu tum fratrum, tum sæcularium multa patrasse miracula nemo mirabitur.*

D

§ XII. Conventus eremitarum a B. Joanne fundati. Quo tempore regulam acceperit S. Augustini.

De exordio ordinis eremitarum B. Joannis.

Dum in initia et progressus ordinis eremitarum B. Joannis *inquisituri sumus, principio referenda sunt quæ scribit Guilielmus cardinalis S. Eustachii* (*cui commiserat Innocentius IV* generalem curam ordinis, *qui etiam in processu Mantuano de virtutibus et miraculis* B. Joannis *diu examinator apostolicus fuit*) *in litteris anni* 1255 *suntque partim superius jam adscripta :* Sane ad audientiam Domini papæ pervenit, *inquit,* quod bonæ memoriæ frater Joannes Bonus primus in ordine vestro, primam apud Budriolum Cæsenatensis diocesis, de concessione diœcesani loci ejusdem, domum incepit. Et dum fama conversationis ejus per loca vicina crebresceret, et plurimi converterentur ad eum, ecclesiam in honorem B. Mariæ Virginis construxit
E ibidem. Crescente autem numero et merito ejusmodi conversorum, religio vestra per eos in diversis partibus, in quibus mansiones construxerunt, exstitit propagata. Cum iidem religiosi aliquam de approbatis regulam non haberent, quidam ex eis accedentes ad sedem apostolicam, obtinuerunt ab ea B. Augustini regulam sibi dari, et sic ex tunc cœperunt in regularibus observantiis institui et regulariter se habere. *Ex quibus duæ novæ exsurgunt quæstiones, altera, quinam sint conventus a* B. Joanne *fundati, altera, quo tempore regulam acceperit S. Augustini. At priusquam eis respondeamus, revocandum est in memoriam cum paulo ante annum* 1217 *socios admittere cœpisse et anno* 1223 *induisse vestem eremiticam; quæ duo supra ostensa sunt* (13).

Conventus ab eo fundati : primus est S. Mariæ

120 *Ad primam quæstionem quod attinet, conventus in processibus apostolicis enumerantur undecim, quorum plerique aut forte omnes vivente* B. Joanne *sunt fundati. Habiti enim sunt processus annis* 1251, 1253 *et* 1254, *et anno tantum uno et medio ante eorum initium beatus cesserat e vivis. Aliquot conventus fundatos fuisse, antequam is sub regula viveret S. Augustini, manifeste supra insi-*
F *nuabat Guilielmus Cardinalis; sed ii qui sint, præter conventum eremi Cæsenatensis, impossibile est determinare. Horum undecim conventuum brevem notitiam traditurus, incipimus ab ipso conventu eremi de Butriolo, ex quo ceteri prodiere; cujus etiam prior jure initio erat prior generalis totius congregationis* (14). Durat adhuc hæc domus, *ita scribebat Herrera anno* 1644 (15), l'Elmo, id est Eremus nuncupata, parvulam ecclesiam ac claustrum continens et ad conventum Cæsenatem pertinens, ut Laurentius de Empoli in Bullario testatur (16). *Ecclesiæ, conventus et claustri sæpissime est mentio in processibus. Et claustrum quidem distinguitur a* domo (17), *et duo fuerunt; nam pluries est sermo de claustro majori :* Fuit in claustro majori, ubi loqui licet, S. Mariæ de Botriolo (18). *Huc spectat locus constitutionum ordinis eremitarum S. Augustini apud Brockie* (19) : ubi duo sunt claustra, in primo serve-

(1) Processus num. 294. — (2) Vide ibid. num. 12, 19, 37, etc. (3) Supra num. 105. — (4) Processus num. 16. Vide supra, num. 8. — (5) Supra num. 66 et seq., 73. — (6) Processus num. 8, 22, 200, 211, 215, 218, etc. — (7) Ibid. num. 43. — (8) Vide supra num. 94. Cfr Process. num. 11, 16, 170, 180, 202, 241. — (9) Processus num. 8. — (10) Ibid. num. 21. Item num. 8. — (11) Ibid. num. 208. — (12) Ibid. num. 211. — (13) Num. 57 et seqq. — (14) Infra num. 146, 159. — (15) Alphabet. August. tom. I, pag. 566. — (16) Pag. 393. — (17) Process. num. 15. — (18) Ibid. num. 81. Item num. 82. — (19) Codex regularum, tom. IV, pag. 255, part. II, cap. 12.

vetur

A tur silentium, in secundo vero *interdum loqui licet.*

de Butriolo; de conventu Cæsenatensi.

121 *De conventu S. Mariæ de Butriolo sive de Eremo dicit Coriolanus apud Herreram* (1) : *Ibi* est ecclesia parva sive oratorium; et locus prædictus adhuc stat, ob memoriam ipsius beati, in magna devotione, et est sub regimine et cura conventus S. Augustini Cæsenæ. *Nimirum, ut narrat Claramontius in Historiis Cæsenæ* (2) : Ex angusto Butrioli cœnobio Augustiniana familia in civitatem traducta, templum obtinuit a Cæsenate republica exædificatum anno millesimo ducentesimo sexagesimo. Publicis expensisque insignis amplitudinis adjunctum per commodum monasterium, in quo multi sacerdotes degunt; studiumque ibi sacræ theologiæ et deservientium scientiarum constitutum : unde conventus, ut vocant, generalis privilegiis et honore insignitur. *Et hæc quidem sæculo decimo septimo, et, ut verisimile est, etiam sequenti. De hodierno vero statu monasterii S. Mariæ de Butriolo hæc scribit R. D. Canonicus Savio in Vita* B. Joannis (3) : Adducit huc etiamnum multos Cæsenates pietas in sanctum, sed diruta est ecclesia et ex monasterio non remanent nisi cellæ aliB quot. Ostenditur etiam spelunca quæ ea esse dicitur in qua pœnitentiam egit Joannes (4). Bibitum veniunt quoque aquam ex fonte quodam, eodem nimirum ex quo aquam hausit quam miraculo convertit in vinum (5) ; *quem diximus in vicinia ejus cellæ fuisse* (6). *Quod ad monasterium attinet intra civitatem erectum, de quo modo dicebat Claramontius, interierit oportet; nam Moronius, de Cæsena scribens non alia monasteria ibi superesse ait quam monialium S. Benedicti et Capucinorum* (7).

Secundus fundatur Bertinorii; alii Mantuæ, Venetiis,

122 *Secundum conventum fundavit* B. Joannes *Bertinorii, ut ex sequentibus patet. Dicit frater Joannes de Barba, ordinis eremitarum, de* B. Joanne, quod postquam ad locum Bertinorii venit, Cesenatensis diœcesis, ubi secundum heremum ordinavit, pluries multa passus fuit a dæmone (8). *De hoc monasterio silet Herrera in* Alphabeto; *Lubinus quoque in suo* Orbe Augustiniano (9) *illud non signavit. Ex quo conjicere est non diu substitisse. Est autem Bertinorium vel Brictinorium, vulgo* Bertinoro, *civitas episcopalis in ditione Pontificia, distans chiliometris decem a Forolivio, et incolis frequens* 4,000. *Tertius conventus, ut jam ordinem sequamur præterpropter quo prodeunt conventus* C *in processibus, est Mantuanus S. Agnetis* (10); *ast de isto agendum nobis est ad calcem hujus Commentarii ubi de obitu et sacris lipsanis* B. Joannis *erit sermo. Quartus est Venetus* (11) ; *sed Venetiis duos signant Lubinus et Herrera* (12), *nec uter exstaret jam anno* 1251 (13) *dici potest.*

Bononiæ, Parmæ, Ferrariæ,

123 *Quintus est Bononiensis* (14), *sed Bononienses iterum duos numerat Herrera; verum dubium non est conventum, quem beatus fundaverit* (15), *illum esse qui dictus est SS. Philippi et Jacobi de Savena : siquidem ejus exstat memoria sub annum* 1247 (16), *et anno* 1259 *de eo litteras dedit Alexander IV. Situs erat extra muros Bononiæ, sed ex quo ad salutem proximi sacrum ministerium exercere cœperat ordo eremitarum, in civitates transgredi optabant. Quod Bononiæ anno* 1264 *feliciter effectum est. In refectorio hujus conventus erat imago picta* B. Joannis, *ipso vivente. Nam frater Bonus Joannes, de conventu Bononiensi, quum cancro laboraret et beatum adire vellet, hanc rationem refert spei, quam habebat, futuræ curationis :* Quia, *inquit,* quotiescumque respicio faciem ipsius patris nostri fr. Joannis Boni, quæ est depicta in refectorio nostro, dolor ipsius vulneris mitigatur, in tantum quod inde aliquem dolorem quasi non patior *etc.* (17). *Plura de hoc conventu ejusque fatis dabit Alphabetum Herreræ. Sextus est Parmensis* (18). In registris, *inquit Herrera* (19), die 25 Maji anni 1588 nominatur; *nec antiquiora reperit; patet vero ex processu ab ipso* B. Joanne *fuisse fundatum et exstitisse jam ab anno saltem* 1242 (20). *Septimo loco prodit Ferrariensis, quem adiit* B. Joannes *dum in fine vitæ Cæsena Mantuam ivit.* Venit Ferrariam ad locum ipsorum fratrum S. Antonii (21). *Et infra dicitur miraculum quoddam factum esse* in loco S. Antonii extra Ferrariam (22). *Denique habitum est ibidem capitulum generale ordinis, mense Octobri, anno* 1249 (23). *De eodem sic scribit Herrera in Alphabeto* (24) : Monasterium Ferrariæ, olim S. Stephani de la Rotta, in E Polecine S. Antonii, in insula parum dissita ab urbe; nunc S. Andreæ intra civitatem. Locus S. Stephani traditus fuerat eremitis D. Augustini ab Hugucione episcopo Ferrariensi anno 1177, ut constat ex instrumento rogato ab Henrico die 15 Junii ejusdem anni, ut testis est M. A. Guarini in historia Ferrariensi lib. IV, pag. 297. *Quæ si vera sunt, dicendum hoc monasterium traditum fuisse* B. Joanni, *vel ipsos fratres ejus accessisse congregationi.*

AUCTORE E. C.

Podioli, qui transfertur Talamellam,

124 *Anno* 1254 *in processu Cæsenate nominatur* conventus de Poggiolo Ferlentrensis diœcesis (25), *alias* Montisfeltrensis in provincia Romaniolæ (26), *dictæ etiam Monteferetranæ, et communius Feretranæ, seu S. Leonis, in confinibus ducatus Urbinatis et Romandiolæ. Conventum Podioli sive de Poggiolo memorant tam Lubinus quam Herrera, estque locus iste* (*ut video in tabula geographica ditionis Pontificiæ, accurantibus PP. Maire et Boscovich, nostræ societatis, confecta*) *sex circiter leucis a Cæsena et totidem ab Arimino dissitus. De eo sic scribebat anno* 1644 *laudatus Herrera* (27) : Monasterium Podioli, provinciæ Romandiolæ nunc membrum, olim origo et caput conventus Talamelli, regitur a priore, cui subsunt duo aut tres fratres de familia. F Hoc domicilium esse antiquius anno 1574 satis est manifestum, tum quia in provincia Romandiolæ est tertium antiquitate fundationis, tum quia eo anno M. Matthæus de Podiolo erat Romandiolæ provincialis. Agunt de illo registra Ordinis... anno 1419, ubi dicitur capitulum provinciæ Romandiolæ anno 1420 die 10 Augusti in loco de Podiolo, sive de Talamello celebrandum. *De conventu Talamelli alibi agit idem scriptor* (28), *et exposita quadam conjectura de ejus fundatione,* verius est, *inquit,* conventum Talamelli a conventu Podioli circa annum 1574 erectum, eodem fere tempore quo monasterium Pennæ Billorum, data ecclesia et domo a quodam presbytero patribus Podioli, ut in castellum Tala-

(1) Alphab. August. pag. 156. — (2) Lib. VIII, apud Burman. tom. VII, part. II, col. 165. — (3) Vita di S. Giovanni Buono, pag. 28. Mantova 1859.— (4) Supra num. 51.— (5) Ibid. num. 94; Processus num. 21. — (6) Supra num. 69. — (7) Moroni, Dizion. tom. XI, pag. 133.—(8) Processus num. 62.— (9) Orbis Augustinianus, conventuum Ordinis Eremitarum S. Augustini chronographica et topographica descriptio. Parisiis 1659. — (10) Process. num. 4 et sæpe.— (11) Ibid. num. 8.— (12) Alphab. tom. II, pag. 520 et seqq.; Cfr Flaminius Cornelius, Ecclesiæ Venetæ tom. XV, pag. 260, col. 1. Venetiis 1749.—(13) Process. num. 8. — (14) Ibid, num. 31. — (15) Ibidem. — (16) Herrera. Alphab. August. tom. I, pag 119. — (17) Processus num. 47 — (18) Ibid. num. 81. — (19) Alphab. tom. II, pag. 310. — (20) Vide Processum num. 81.— (21) Ibid. num. 95.—(22) Ibid. num. 94. — (23) Ibid. num. 95. — (24) Tom. I, pag. 253. — (25) Process. num. 257.— (26) Ibid. num. 56 et 85.—(27) Alphab. tom. II, pag. 309. — (28) Ibid. pag. 480.

melli,

AUCTORE E. C.

melli, ditionis Malatestarum, securius se recipere possent, ne bellorum injuriis vexarentur.

Faventiæ. Poncelicæ et Arimini.

125 *In processu Mantuano anni* 1253 *comparet quidam fr. Benvenutus* de conventu Faventiæ (1). *In hac civitate versatus est* B. Joannes *circa annum* 1237 (2), *sed nondum hoc anno exstabat illic conventus. Ignoto sibi tempore erectum dicit Herrera* (3); spectabat, *inquit*, ad congregationem eremitarum Tusciæ, eratque ejus prior anno 1251 fr. Paulus. *Quæ unde hauserit nescio. Addit anno* 1466 *a fratribus regularis observantiæ conventum fuisse præoccupatum*, qui adhuc, *inquit*, paret congregationi Lombardiæ. *Hujus congregationis schema chorographicum exhibet Lubinus in* Orbe Augustiniano. *Decimo loco prodit in processibus conventus* de Poncelia Foropopuliensis diœcesis. *Hunc nusquam possum reperire. Forte Poncelia parum distabat a Foropopuli seu Foropompilii et conventus postmodum in civitatem est translatus. Sic spectarent ad eum hæc pauca quæ lego apud Herreram :* Foripompilii in Æmilia, provinciæ Romandiolæ, anno 1314 (*supple :* monasterium memoratur). *Undecimus et ultimus conventus cujus occurrit mentio in processibus est Ariminensis.* Hujus monasterii, *ait Herrera*,... favore et consensu

B D. Jacobi episcopi Ariminensis a R. D. Bernardo rectore ipsius ecclesiæ, quæ tunc erat ubi nunc est vetus sacristia, donata fuit die 5 Decembris anno 1256... Nicolao priori et fratribus eremitis ordinis S. Augustini *etc.* (4). *Verum discimus ex processibus apostolicis jam exstitisse conventum anno* 1254 (5). *Fuerit fortasse, ut alii plures, e suburbio translatus in civitatem et hac occasione dicta ecclesia donatus.*

Regulam S. Augustini accepit beatus circa annum 1225.

126 *Quod ad alteram quæstionem attinet* (*n.* 121 *in fine*), *affirmat Marianus Brockie in Codice regularum, eremitas* B. Joannis Boni *non esse amplexos regulam S. Augustini nisi post ejus e vita decessum:* Regulam Augustinianum, *inquit*, ipso mortuo, amplexi sunt (6); *receperant tamen observandam, eodem asserente, ab Innocentio IV, anno* 1244 (7) : *quæ duo falsa esse nullo negotio demonstratur. Et quod ad posterius attinet, vel ante pontificatum Gregorii IX, vel ipso sedem Petri tenente hoc evenisse certum est, ex ejus bulla* Dudum apparuit *anni* 1241, *ejus pontificatus* 14; *in qua eremitæ Cæsenates jam dicuntur* ordinis sancti Augustini. Dudum, *inquit*, apparuit in partibus Lombardiæ religio, cujus professores vocati eremitæ fratris Joannis Boni, ordinis sancti Augustini. *Et infra :*

C Prior et universi ac singuli fratres prædicti ordinis sancti Augustini *etc.* (8). *Dixerat Crusenius in Monastico Augustiniano* (9), *beatum a conversione transegisse annos* 25 *antequam regula S. Augustini suæ congregationi daretur. Ex his Waddingus, numeratis annis* 25 *ab anno conversionis* 1208, *statuit regulam obtentam anno* 1233 (10). *Verum Crusenius multo ante annum* 1209 *conversum fuisse* B. Joannem *affirmaverat, et asserti de accepta regula S. Augustini post annos* 25 *vitæ eremiticæ nullum profert fundamentum. Re iterum ad crisim revocata, dicimus annum acceptæ regulæ certo statui non posse. Attamen quum manifestum sit* B. Joannem *anno* 1225, *ut supra est ostensum, habitum mutasse et assumpsisse eremiticum, qualem usque ad vitæ finem retinuit; quum Brictinenses eremitæ regulam Augustinianam sibi obtinuerint anno* 1228 (11), *licet longe minus illustris fuerit eorum congregatio, non videtur a vero alienum illo ipso anno* 1225 *beatum dictam regulam sibi dari* D *petivisse. A qua sententia etiam non abhorret Waddingus, dum responso dato ad difficultates ab I. objectas, sui quasi immemor, in schemate nologico annum acceptæ regulæ scribit* 1226 (12). *Erravit igitur plurimum Marianus Brockie, regulam datam fuisse scribens ab Innocentio IV anno* 1244 *die* 17 *Januarii. Hic est enim annus et dies quibus Innocentius eremitis Tusciæ regulam S. Augustini servandam tradidit, et ex ipsa bulla hunc in finem ad eos data, excerpta sunt verba, quæ scriptor ille discipulis* B. Joannis *applicare vellet. Sunt vero hujusmodi :* Non volentes vos sine pastore sicut oves errantes post gregum vestigia vagari, universitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus in unum vos regulare propositum conformantes regulam B. Augustini et ordinem assumatis. *Ex quibus manifestum est eremitas Tusciæ dudum post eremitas Cæsenates anno scilicet tantum* 1244, *sub regula Augustiniana vivere cœpisse. Brictinenses vero hac in re Cæsenatibus vix ac forte ne vix quidem antiquitate cedunt.*

§ XIII. De professione religiosa et monachatu S. Augustini; de regula ab eo scripta et ordinibus eam profitentibus. E

Sententia M. Brockie de antiquitate eremitarum S. Augustini, deque

Fundamento non satis firmo innixus laudatus Brockie, post recitata num. præced. in hunc modum prosequitur : Non ergo ante Innocentii IV tempora, auditi sunt in ecclesia eremitæ Augustiniani (*imo temporibus Honorii III aut Gregorii IX, ut dictum, et etiam multo ante, ut mox ostendetur*), cum hucusque pii illi anachoretæ per Italiam dispersi, diverso habitu, distinctis constitutionibus, disjunctis etiam moribus, eremiticam vitam excolerent, nullam certam et approbatam regulam monasticam sequentes... Frustra quippe inquirimus monachos aut canonicos immediatos S. Augustini filios et successores, cum sanctissimus ille ecclesiæ pater et doctor, nullam regulam monasticæ aut canonicæ vitæ pro viris conscripserit, etiamsi primus fuerit, qui vitam monasticam apud Africanos introduxit. F Et quidem, quamvis de monachatu S. Augustini nullus ambigendi locus relinquatur, prout eruditi Benedictini congregationis S. Mauri, in ipsius Vita lib. III, cap. 5 fusius declarant; attamen nullus fide dignus auctor monstrare potest illius monachatum fuisse sibi suisque sociis peculiarem, aut sub ipsius nomine ad posteros propagatum. Postquam enim ille vere ad Deum et christianam fidem conversus est, ut consilia Evangelica arctius complecteretur, omnia pro Christo relinquendo, ejusque sacra vestigia sequendo, vitam monasticam amplexus est, monasteriis tam Thagastæ quam Hippone constructis et ad modum cœnobiorum per Italiam erectorum ordinatis.

hujus monachatu, et regula ab eo conscripta.

128 Non igitur novam aut sibi propriam disciplinam monasticam introduxit S. Augustinus, sed eamdem jam in monasteriis tam Mediolani quam Romæ usitatam sequutus est; præsertim consue-

(1) Processus num. 295. — (2) Ibid. num. 76. — (3) Alphab. tom. I, pag. 259. — (4) Alphab. August. tom. I, pag. 69. — (5) Processus, num. 309. — (6) Part. IV, pag. 421. — (7) Ibid. pag. 420.— (8) Annal. Minor. tom. II, pag. 462, edit. 1732. — (9) Cap. 24. — (10) Annal. Min. loc. cit. pag. 460. — (11) Herrera, Alphab. August. tom. I, pag. 119.—(12) Loc. cit. pag. 534; Cfr pag. 528, num. 17 et 529, num. 20.

tudines

A tudines ecclesiæ Vercellensis imitatus, quas primus introduxerat S. Eusebius episcopus, vitam clericalem cum monastica conjungens. Et quidem nullus inficias ibit, vitam monasticam in occidentali ecclesia longe ante S. Augustini tempora introductam fuisse; quamvis nullam talis vitæ normam ab occidentalibus monachis scriptam habeamus ante S. Cæsarii Arelatensis et S. Benedicti ætatem, qui tamen ineunte sæculo VI primum suas regulas scripserunt. Notum quoque est omnibus eruditis, regulam illam Augustinianam nunc viris æque ac feminis adaptatam, esse desumptam ex ejusdem epistola ad sororem missa, dequa jam egimus in ipso Codice regularum Holsteniano, tomo I, pag. 34. Nec sane in omnibus sanctissimi doctoris operibus aliqua fit memoria fratrum eremitarum ab ipso institutorum. Nam sermones illi « ad fratres in » eremo » tanquam tanto doctore indigni ab omnibus eruditis rejiciuntur, habentque pro authore quemdam eremitam Augustinianum sæculo XIV scribentem, prout doctissimi Benedictini in sua nova operum S. Augustini editione animadvertunt,

B atque Lovanienses jamdudum notare voluerunt.

De eodem et ordinibus ab eo dictis controversiæ plures : verus religiosus fuit; de ejus monachatu;

129 *Hunc vero locum recitavimus, non quod omnia et singula in eo probamus, sed ut pateat quot quantæque quæstiones, dum de ordine S. Augustini dicere incipimus, nobis sint attingendæ. Ac primo quidem S. Augustinum ejusque episcopii clericos votis obstrictos verosque fuisse religiosos, contra Erasmum, Sancyranum seu personatum Petrum Aurelium, aliosque, victricibus rationibus ostenderunt Suarez, Gabriel Pennottus, Nicolaus Desnos, Ludovicus Thomassinus, editores Benedictini operum S. Augustini; et post hos noster Cuperus in Actis S. Augustini ad diem* 28 *Augusti* (1). *Nec potest id jam serio in dubium vocari. Altera quæstio inter canonicos regulares et eremitas S. Augustini magno æstu, maxime sæculo* XV, *est agitata, num sanctus doctor aliquando vitam monasticam professus sit, an vero solam clericalem. De quo legendus commentarius mei decessoris* (2), *maxime* § 14, *qui hunc præfert titulum :* Lis inter eremitas Augustinianos et Canonicos regulares de monastica sancti nostri professione, quam hi negant, illi asserunt.

Regulam feminis scripsit, quæ

130 *Tertia orta est controversia num scripserit S. Augustinus regulam pro viris; cui paulisper immoramur. Affirmarunt scilicet plures a tribus sæculis, regulam, quam dicimus S. Augustini, feminis*

C *fuisse scriptam, non viris. Verum est tres olim regulas sub ejus nomine venisse, sed monachi omnes aut eremitæ, qui Augustinum patriarcham agnoverunt, hanc servarunt quam intendimus* (3); *de qua sola nobis agendum est.* Ex tribus regulis, *inquit Bellarminus,* sola tertia est certa S. Augustini; sed feminis data, non viris : habetur enim in epistola 109 (*in ordine novo Benedictinorum* 211); reliquæ duæ non videntur Augustini (4). *Dicta est etiam lapsu temporum* regula ad servos Dei *et sub hoc titulo edita a monachis Maurinis; qui in hæc verba ad eam præfantur :* Hæc eadem regula, quæ dictione, sententiis, præceptionibus demum pia humanitate conditis auctorem refert Augustinum, exstat in epistola ducentesima undecima, sanctimonialibus ab ipso scripta. Inde eam depromptam virisque aptatam fuisse observant præter alios Bernardus Vindingus et Prosper Stellartius, ambo Augustinianæ familiæ alumni, ac novissime vir eruditus Nicolaus Desnos ex ordine Canonicorum regularium S. Augustini (5). Quæ res ut ita habeat certe jam diu est cum virorum instituendis moribus adhiberi cœpit. Quippe perantiquæ Tarnatensis regulæ partem facit potissimam, laudatur in Concordia regularum a Benedicto Anianæ abbate, quodque e re nostra est hic admonere, in codice Corbeiensi mille annos præferente, continetur viris accommodata et in unum regulæ corpus coacta cum ea quæ inscribitur « regula secunda » (6). AUCTORE E. C.

131 *Regulam ad servos Dei feminis primitus fuisse datam tuentur etiam Mabillonius et Tillemontius* (7). *De eadem quæstione multa disseruit Papebrochius in responsione ad exhibitionem errorum* (8), *et conatus est ostendere regulam monialium accomodatam esse viris primum a S. Benedicto Anianensi, qui floruit exordiente sæculo* IX. *Sed Lelargus contendit S. Cæsarium Arelatensem sæculo* VI *suam regulam virginum, non ex epistola* 109, *aut regula monialium, sed ex* regula, *ut vult ipse,* viris præscripta *desumpsisse et hanc in rem aliquot locos, qui iidem sunt in utraque regula, et ab epistola differunt, adducit* (9). *Regulæ a viris observatæ antiquitatem* E *similiter insinuabant modo editores operum S. Augustini. Ego quoque ad hoc admittendum sum propensus, ante S. Benedictum, Anianæ abbatem, et diu quidem, eam exstitisse. Sed sententiam amplector meorum decessorum Papebrochii et Cuperi* (10), *unius etiam e collegis in opere non ita pridem edito* (11), *tot denique gravium scriptorum, regulam videlicet S. Augustini a sancto doctore non viris, sed feminis fuisse scriptam, et illis fuisse solum accommodatam. Verum id minime impedit quominus hæc regula, per mutationes quasdam nullius momenti et conversionem generis femini in masculinum, ab antiquissimis temporibus viris accomodata, regula dicatur S. Augustini; nec quominus ordo qui sub ea militat et S. Augustinum tanquam patriarcham suum et patronum ac vitæ exemplar veneratur, ordo dicatur S. Augustini.* *ab antiquissimis temporibus viris est accommodata.*

Quinam dici possint ordinis esse S. Augustini.

152 *Etenim nuncupantur ordines religiosi ab aliquo sancto diversis de causis. Sic in Oriente ordo S. Antonii est dictus, qui erga sanctum specialem solum venerationem profitetur et ejus vitam, ut ex antiquis scriptoribus est cognita, moribus conatur exprimere. Nullam enim regulam scripsit S. Antonius; quinimo qui ab eo nuncupantur monachi, re-* F *gulam S. Basilii observant* (12). *Eodem modo a S. Hieronymo, qui nullius regulæ est auctor, dicti sunt aliquot ordines aut congregationes eremitarum, qui ejus vitam eremiticam æmulantur et eum ut præcipuum advocatum inter cœlites delegerunt. Secutæ sunt autem aut sequuntur plerœque hæ congregationis regulam S. Augustini. Sic ordines S. Norberti et S. Dominici ab iisdem legitime vocantur, non quod ab iis regulam acceperunt, sed normam solum vivendi oretenus traditam et vita fundatorum expressam. Habent autem et hi ambo regulam S. Augustini. Potiori itaque jure a S. Augustino sunt dicti, qui non solum eum ut ordinis cœlestem protectorem habent ejusque vitam æmulantur Thagastæ et Hipponeregio transactam, sed militant quoque sub ejus regula. Est enim antiquissima et gloriosissima hæc*

(1) Acta SS. Augusti, tom. VI, pag. 279, § 25. — (2) Ibid. pag. 248, num. 185 ad pag. 256.— (3) Hélyot, Dictionnaire des ordres religieux, tom, I, col. 774, v° *Chanoines*. Paris 1847. — (4) De scriptoribus ecclesiasticis, ad tom. I, S. Augustini. — (5) Canonicus sæcularis et regularis, lib. III, cap. 22.—(6) Migne, Patrologia, tom. XXXII, col. 1577. — (7) Examen histor. et canon. libri R. D. Verhoeven de regularium et sæcularium clericorum juribus, pag. 135 et seqq. Bruxellis 1847.—(8) Parte II art. 15, § 6, in Actis SS. vindicatis, pag. 422 et seqq. Antverpiæ 1755.—(9) De canonicorum ordine, pag. 201 et seqq.—(10) Acta SS. Augusti, tom. VI, pag. 284, num. 372. — (11) Examen histor. et canon. etc. loc. cit. — (12) Examen historicum, etc. pag. 89; Brockie, Codex regularum, tom. I, pag. 3; Hélyot, Dictionnaire des ordres religieux, v° *Antoine*, tom. I, pag. 251.

AUCTORE E. C.

regula, quæ in pluribus quam alia quæcumque, religiosis ordinibus et congregationibus est admissa. Quarta ex controversiis quæ de ordinibus a S. Augustino dictis sunt ortæ, antiquitatem spectat canonicorum regularium; quos Gabriel Pennottus (1), *et Lelarge* (2) *deducunt ab ævo apostolico : Nicolaus vero Desnos, canonicus et ipse, a S. Augustino institutos fuisse non dubitat* (3). *Eosdem multi sæculo* XI *exortos esse autumant.*

§ XIV. B. Joannes ordinis eremitarum S. Augustini fundator non fuit; de ejusdem ordinis antiquitate.

B. Joannem ordinem eremitarum S. Augustini inchoasse dicunt plures.

Quemadmodum de antiquitate canonicorum S. Augustini nata est controversia, ita et de antiquitate eremitarum ejusdem nominis; quos alii a sancto Doctore institutos dicunt, alii sæculo solum XIII. *Atque hæc quæstio huc pertinet maxime. Multi enim* B *sunt qui ordinem hunc a* B. Joanne Bono *sæc.* XIII *institutum esse affirmant; inter quos Gabriel Pennottus in præfatione ad Historiam tripartitam :* Exorto, *inquit,* post S. Lateranensis concilii tempora (per Innocentium III hujus nominis Pontificem, ex ordine canonicorum regularium assumptum, absoluti) sacro eremitarum ordine, antea fratris Joannis Boni, aut, ut aliis placet, divi Gulielmi nuncupato, postea vero, concessione summorum pontificum, B. Augustini regula et titulo donato, paulatim oriri cœpit cum illo inter populares veritatis ignaros dubium, an ordo ille a D. Augustino vere esset institutus... Quod dubium ipso eremitarum instituto per varias provincias, locorum et personarum numero paulatim aucto, in opinionem coalescere et successibus temporum ex opinione in assensum * certum et constans, cœpit apud non paucos erumpere; nec levis contentionis inter personas ecclesiasticas fomitem ministravit *etc. Similia habet M. Brockie aliique plures.*

* assertum

Certo ad eum pertinuit. Quid veniret, ante exortos Mendicantes, nomine ordinis religiosi.

134 *Notabile vero est* B. Joannem *in processu annorum* 1231, 1253 *et* 1254, *dum eremitæ Cæsenates a multis annis regulam amplexi erant S. Augustini, dici ab iisdem locis pæne innumeris, sui* Ordinis institutorem et fundatorem. *Nec minus, in toto processu, nomen S. Augustini ne semel quidem prodire. Ex* C *quo concludi potest statum eremiticum cum cœnobitico et vita Mendicantium conjunctum, habitum ut rem novam et longe præcipuam; quippe quem nescirent dicti eremitæ a S. Guilielmo aliisve eadem forma eodemque ævo aliquibus in tractibus jam fuisse propagatum. Ideo vero minime est dicendum eos non fuisse ordinis S. Augustini, quum ipse Pontifex Gregorius IX eorum congregationem, ab anno minimum* 1241 *hoc nomine vocaverit. Nihil aliud ad hoc tum requirebatur, quam ut regulam sequerentur S. Augustini eumque ut patriarcham suum venerarentur; non vero ut vinculo quocumque obedientiæ aut societatis monasteria ejusdem regulæ unirentur inter sese. Errant enim multum qui omnia in ordinibus religiosis ante sæculum* XIII, *quo exorti sunt Mendicantes, re-* D *perienda esse putent, quæ exinde servata fuisse videmus. Non erant ante illam ætatem veri ordinum Præpositi generales, qui sunt primarium monasteriorum et conventuum ejusdem regulæ vinculum. Aut si quid simile advertimus in S. Benedicto Anianæ abbate, sæculo* IX, *in abbatibus generalibus congregationes Cluniacensis, sæculo* X *et sequentibus, suntrariæ, temporariæ, aut valde circumscriptæ exceptiones* (4). *Non erant quoque ante sæculum* XII *ordinum capitula generalia, autalia hujus modi. Ideo scripsit Mabillonius, primos qui* verum ordinis nomen (*quo sensu vocabulum hodiedum intelligimus*) meruere, *fuisse Cistercienses* (5). *Singula itaque monasteria olim per sese exstabant, non habentia inter se quidquam commune, nisi forte ejusdem regulæ observationem. Filiationis enim monasteriorum, quam vocant, ut exstitit antequam exsurgerent ordo Cisterciensis et congregatio Cluniacensis, vix in hac quæstione facienda est mentio. Ex quibus sequitur, si monasteria aliqua monachorum aut eremitarum, quæcumque fuerint, regulam S. Augustini sint secuta ante ævum* B. Joannis, *hunc non esse ordinis eremitarum S. Augustini conditorem. Atqui profecto fuisse mox apparebit.* E

Primis 6 aut 7 Ecclesiæ sæculis unicus fuit ordo religiosus.

135 *Inquirendum etiam an exstiterint ejusmodi monasteria sæculo* V, *post S. Augustinum, et omnibus sæculis sequentibus, ut unanimes asserunt historici ordinis eremitarum. Qua in quæstione præmittenda est magni momenti consideratio, jam dudum a viris eruditis proposita, non fuisse videlicet primis sex aut septem ecclesiæ sæculis ordines plures monasticos, sed unicum tantum; de quo argumento scripsit aliquot abhinc annis laudatus supra collega meus in Examine libri a D. Verhoeven olim editi* (6) : *ex quo excerpo hæc Mabillonii verba in præfatione ad Annales ordinis Benedictini* (7) : Hæc quoniam a nostris moribus absunt (*egerat de observantia plurium regularum in uno eodemque monasterio*) (8), a verisimilitudine aliena plerisque videntur, qui ordinum religiosorum differentiam ex regularum diversitate pro nostrorum temporum statu æstimant. Verum illo ævo, quum unus esset monasticus ordo, necdum in varias classes divisus; illa regularum diversitas, quæ uniformes censebantur, nullam inducebat ordinum diversitatem : uti nec modo diversæ in eamdem regulam constitutiones, quas variæ unius ejusdemque ordinis congregationes sibi præscribunt, unitati ordinis haud officiunt. Hanc monastici ordinis, non modo in toto Occidente, sed etiam in Oriente simul et Occidente uni- F tatem in variis ad Acta Sanctorum nostrorum præfationibus inculcavi. Hanc vero ante me diserte docuerat Lucas Holstenius (*seu P. Possinus*) in præfatione ad Codicem regularum : cujus sententiam hoc loco ipsis ejus verbis referre juvat; sic ille capite III (9). *Quæ recitat deinde Mabillonius, hic omittimus, siquidem in hoc ipso tomo ad Acta S. Nuncti, sæculi* VI *abbate, ubi eadem quæstio breviter examinatur, jam recusa sunt* (10); *quem locum adibit lector, quum sint illa in præsenti quæstione præcipui momenti. Tum in hunc modum idem scriptor prosequitur :* Inferius idem Holstenius probat adversus hanc monastici ordinis unitatem nihil præscribere veterum regularum in prædicto Codice relatarum diversitatem, « Etenim illæ, inquit, a singulis, ut præsens usus poscebat, Patribus scriptæ; aliorum similia cupientium studiis scriptæ in

(1) Cleric. Canonic. hist. tripartita, Coloniæ 1645, lib. II, cap. 2 et seqq. a pag. 242.— (2) De Canon, ord. disquisitiones, pag. 278, artic. 4. Parisiis 1697. — (3) Canonicus sæc. et reg. lib. III, cap. 3, pag. 130, edit. 1682.— (4) Cfr Mabillon. Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. IV, pars I, præfat. num. 146. — (5) Ibid. sæc. V, præf. num. 57.— (6) Examen historicum, etc. pag. 159. — (7) Tom. I, præf. num. 19 —(8) Cfr Exam. hist. etc, pag. 93. — (9) Præf. pag. XI, edit. Brockie; vel ap. Migne, Patrologia, tom. CIII, col. 405. — (10) Supra, pag. 599, num. 9.

commune

A commune proponebantur : ut ex his quique, pro locorum et nationum differentia, vitam uniformi, quoad præcipua, disciplina temperarent. Primaria sane et quasi fundamentalis monachorum regula Evangelium erat; illa, inquam, Christi consilia, quæ castrare seipsum propter regnum cælorum; quæ abnegare se et crucem tollere; quæ patrem et matrem, uxorem et agros propter Christum relinquere; quæ vendere patrimonia et dare pauperibus sicque nudos Christum sequi suadebant. Regulæ particulares nihil aliud nisi ejus primæ ac universalis regulæ applicationes aut declarationes, locis et personis plerumque aptatæ, habebantur. »

An fuerint monasteria

156 *Post hæc indicantur in laudato opere* (1) *alii plurimi auctores, qui similiter unicum per multa sæcula exstitisse ordinem religiosum censuerunt, quæ res jamdudum est indubitata. Si igitur admittamus ante Benedictum Anianensem, quod improbabile minime est, regulam S. Augustini viris fuisse adaptatam, mirum tamen non videbitur, his sæculis quibus unus tantum erat ordo religiosus et plures in eodem monasterio servabantur regulæ, ordinis S. Augustini (seu monasteriorum in quibus ejus regula utebantur), nullam haberi mentionem : quæ tamen, propter hoc*
B *ipsum silentium, magno numero fuisse profecto non dicam. Aliunde celeberrima regula Benedictina, quam commendabant Pontifices, reges et concilia, ceteras obscurabat. Et vide quam sit rerum humanarum labilis fortuna, sæculo* x, *quum S. Odo Cluniacensis* ad instituendam vitæ monasticæ disciplinam se totum convertit, eamque late in varia Galliæ monasteria cum nova tum antiqua, propagavit, in antiquis ita labefactata erat religio, ut sancti Benedicti regulæ non modo observatio, sed ipsum etiam nomen in plerisque ignoraretur. Ita in Gallia, ita in Anglia et in Hispania; adeo ut Odo primus ejus regulæ propagator a nonnullis ejus temporis scriptoribus creditus sit. Hos inter monachus Dervensis anonymus, qui librum de miraculis sancti Bercharii abbatis scripsit, regulam sancti Benedicti ad id tempus « hominibus Francorum imperii inauditam » fuisse dicit, unumque Luxoviensis monasterii institutum (*seu regulam et usus Scoticos S Columbani*) apud eos obtinuisse. *Sunt verba Mabillonii in Annalibus Benedictinis ad annum* 927.

eremitarum S. Augustini

157 *Oleum et operam perderet qui inter hæc reperire vellet rara aliquot monasteria, in quibus servata fuerat regula S. Augustini. Dicta vero sunt hæc*
C *omnia de statu monasteriorum ævo medio, ut vis imminuatur argumenti negativi, ut loquuntur, secundum quod dicunt, ante sæculum* XI *non observatam fuisse hanc regulam, siquidem nihil ea de re perhibet historia. Universim de ejus observatione, sive a canonicis sive a monachis, sic scribit Mabillonius* (2) : Nullum certum apparet vestigium, quo probetur eam regulam in monasterio a S. Augustino condito servatam, aut ab aliis virorum collegiis per Africam sparsim florentibus. Nec concilia Africana, nec Acta Sanctorum ejus ætatis, qualia sunt gesta S. Fulgentii, nobile antiquitatis monumentum, nec Victor Uticensis ejus regulæ meminerunt. Nullæ occurrunt congregationes clericorum aut canonicorum, quos ea regula ad certa vota constrinxerit. *Et inferius :* Persuasum nobis est non posse ante sæculum undecimum, aut si plurimum concedemus, ante decimum, ostendi ullam congregationem in qua hæc regula ceu fundamentum vitæ canonicæ et regularis fuerit observata. *Quæ affirmatio profecto gravis in ore illius, qui plus quam alius quisquam in historia monachatus Europæi est versatus. Res iterum, quod ad Africam spectat, examinata est breviter superius ad Acta S. Nuncti abbatis* (3), *nec quidquam in contrarium est oppositum. De Europæ vero monasteriis dici quidem potest, ex modo disputatis, ante sæculum* XI *non observatam esse regulam S. Augustini in congregationibus, seu monasteriorum societatibus, quæ ante illud tempus non exstiterunt, sed de monasteriis solitariis id certo affirmari minime potest.*

AUCTORE E. C.

ante sæculum XII, *incertum; quo sæculo exstitisse,*

158 *Multo facilius confutatur Marianus Brockie, dum dicit* (4), *non esse auditos in ecclesia eremitas Augustinianos ante tempora Innocentii IV. Procul dubio id falsum est.* Fuisse in Europa (*inquit Henschenius in disquisitione* de ordine eremitarum S. Guilielmi) diu ante (*Innocentium III*) varios ubique eremitas, secundum regulam S. Augustini degentes, clarum est, attestante etiam Innocentio III dum lib. II regest. 14 epist. 87 et 88 confirmat abbati et conventui Majoris monasterii Turonensis monasterium Fontis-Giardi, iis diu ante ab episcopo Cenomanensi donatum, quod fratres eremitæ, ab institutione loci secundum B. Augustini E
regulam conversantes, vitæ ac conversationis extitissent dissolutæ et inhonestæ (5). *Verum meminit ibidem Innocentius actorum in eadem causa ab Eugenio III et Alexandro III :* Donationem vero b. m. Guillelmi Cenomanensis episcopi (*qui floruit medio sæculo* XII (6)) a fel. record. Eugenio et Alexandro nostris prædecessoribus confirmatam.... ratam habentes etc, (7). *Ut itaque manifestum sit sæculo* XII *ineunte jam degisse ibi eremitas sub regula S. Augustini. Similia de Hispania et Lusitania reperiri possent, ut videre est apud Torellum in præfatione ad tomum II Sæculorum Augustinianorum.*

in variis Europæ partibus indubitatum est.

159 *Idem de Anglia dici potest; nam recitat ibidem iterumque sub annum* 1233 (8), *Breve Alexandri IV,* datum Anagniæ 3 nonas Julii, pontificatus anno 1, *directum* Dilecto filio Priori generali fratrum Eremitarum ordinis sancti Augustini in Francia et Anglia. *Ei committit Pontifex* ut in omnes eremitas Franciæ et Angliæ, tam in capite quam in membris, correctionis officium et reformationis *exerceat. Erant igitur sæculo* XII *et ante medium* XIII *monasteria eremitarum S. Augustini in plerisque* F
Europæ partibus. Recenset ea diligenter Torellus in laudata præfatione, sed paucissima quæ sæculo XII *antiquiora vult vir promptæ fidei, et pleraque quæ ipso hoc sæculo condita refert, invenio, lectis monumentis, non tantæ esse antiquitatis : quod alioqui de eorum plurimis jamdudum fassus erat Herrera in Alphabeto* (9). *Ex quibus pronum est credere iisdem sæculis adhiberi cæpisse aut iterum cæpisse ab eremitis regulam S. Augustini, quibus adhibita est a collegiis presbyterorum, qui inde canonici regulares sunt dicti, id est sæculo* XI *et* XII. *Pauperes enim et indocti eremitæ in monasteriis tum existentibus, si plures numero essent, admissionem de facili non obtinuissent; ideoque regulam undequaque jam notam, auctoris nomine commendatissimam, planam et brevem, sibi servandam adsciverunt. Et hæc est ratio cur non reperiantur privilegia pontificum Innocentio III, aut si mavis, Eugenio III antiquiora. Patent hæc ex Bullario Augustiniano Laurentii Empoli, ex*

(1) Examen histor. etc. pag. 161. — (2) Gemina apolog. Benedictina, pag. 10 et seq. Constantiæ 1706; ap. Examen histor. etc. pag. 156. — (3) Pag. 598, num. 8. — (4) Supra num. 81. — (5) Henschenius, Acta SS. tom. II Februarii, pag. 473, num. 4 — (6) FF. Sammarthani, Gallia christ. tom. II. fol. 516 verso. — (7) Ap. Torelli, Sec. Agost. an. 1210, num. 5. — (8) Tom. IV, pag. 507, num. 18 et seqq. — (9) Tom. I, pag. 117; tom. II, pag. 27, etc.

Annalibus

AUCTORE E. C.

Annalibus Torelli et ex antiquissimo historiographo ordinis Jordane de Saxonia, sæculi XIV *ineuntis scriptore, qui de Innocentio III in hunc modum scribit* (1) : Hic ergo Innocentius papa tertius, fuit primus summus pontifex, a quo ordo habuit aliquod privilegium scriptum, quantum ego potui indagare.

§ XV. Bulla « Admonet nos » Innocentii IV, quo continetur brevis historia congregationis B. Joannis ad annum usque 1253.

Tres congregationes eremitarum S. Augustini in Italia sæculo XIII; *de congregatione* B. Joannis.

B *In Italia, vivente* B. Joanne Bono, *erant monasteria eremitica de Brictinis, quæ anno* 1228 *a Gregorio IX regulam acceperunt S. Augustini; monasteria Tusciæ, quibus eamdem servandam tribuit Innocentius IV anno* 1244 (2) ; *denique monasteria* B. Joannis *de quibus dictum supra. His præfuit Beatus* per plures annos, *ut loquitur Guilielmus S. Eustachii cardinalis in bulla mox citanda; sed quum curæ fratrum cedere aspiraret, designatus est ab episcopo Cæsenate Mangino in priorem conventus Cæsenatis et per hoc in generalem totius ordinis fr. Matthæus. Hic quum* pluribus annis *congregationem rexisset,* minime sufficiens *habitus ad id munus a fratribus quibusdam, successorem accepit in capitulo generali, quod Ferrariæ anno* 1249, *eo ipso tempore quo beatus Mantuæ supremum diem obibat, erat coactum. Quæ omnia, et multa alia, ad notitiam congregationis* B. Joannis *multum conferentia continentur in litteris Guilielmi Fieschi, nepotis Innocentii IV et cardinalis S. Eustachii, de anno* 1235; *quas Pontifex integras inseruit in bulla* Admonet nos, *ejusdem anni, ordini eremitarum directa. Hanc visum est hic recudere, tum quod est summarium quoddam historiæ congregationis eremitarum* B. Joannis, *tum etiam quod ad perfectiorem intelligentiam processuum apostolicorum multum inservit* (3).

Bulla Innocentii IV, qua confirmat

141 Innocentius, episcopus, servus servorum Dei. Universis prioribus et fratribus ordinis eremitarum, salutem et apostolicam benedictionem.
C — Admonet nos cura suscepti regiminis et auctoritas pontificalis inducit, ut et plantare sacram religionem et plantatam fovere summopere debeamus, quod utilius tunc exequimur, si ea quæ sunt recta nutrimus, et corrigimus quæ profectum virtutis impedire noscuntur. Quia vero diversitas formæ, quam fratres vestri ordinis in profitendo et eligendo sibi priorem generalem servabant, diversitatem etiam inducebat animorum et per consequens scandalum generabat, post diversas electiones et cessiones factas de prioribus in ordine ipso, et diversos processus super iis habitos; Nos ad quos spectat errata corrigere ac nutrire directa, cupientes paci et tranquillitati vestræ paterna sollicitudine providere, dilecto filio nostro Guilielmo S. Eustachii diacono cardinali, cui dudum generalem curam ordinis prædicti commisimus, examinationem electionis celebratæ in generalem priorem ejusdem ordinis de dilecto filio fr. Lanfranco Mediolanensi, tunc priore domus vestræ Bononiensis, et processuum eorumdem duximus committendam. D

quæ ordinavit Cardinalis S. Eustachii.

142 Cum igitur idem cardinalis de mandato et auctoritate nostra, electione de præfato fratre Lanfranco, quia eam invenit celebratam canonice, confirmata, super professione ac electione, necnon et nominatione prioris generalis ipsius ordinis faciendis de cætero, ac aliis articulis, eadem auctoritate statutum edidit providum et honestum, prout in ipsius cardinalis litteris inde confectis plenius continetur. Nos vestris supplicationibus, quod ab eodem cardinale super iis factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus; tenorem litterarum ipsarum præsentibus de verbo ad verbum inseri faciendo, qui talis est:

Hujus litteræ. Initia et progressus eremitarum Congregationis B. Joannis.

143 Guillelmus miseratione divina S. Eustachii diaconus cardinalis religiosis viris et dilectis in Christo universis prioribus et fratribus ordinis eremitarum, tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Variam ordinis vestri formam in profitendo et eligendo sibi priorem generalem sectantes, in variam inter se dissensionis materiam inciderunt; propter quod necessarium extitit in hac parte vobis et eidem ordini per apostolicæ sedis E providentiam subveniri. Sane ad audientiam domini Papæ pervenit, quod bonæ memoriæ Joannes Bonus in ordine vestro primum apud Budriolum Cæsenatis diœcesis de concessione diœcesani loci ejusdem domum incepit (4); et dum fama conversationis ejus per loca vicina crebresceret et plurimi converterentur ad eum, ecclesiam in honorem B. Mariæ virginis construxit ibidem. Crescente autem numero et merito hujusmodi conversorum receptorum religio vestra per eos in diversas partes, in quibus mansiones construxerant, extitit propagata.

Regulam obtinent S. Augustini; eorum habitus,

144 Cum autem iidem religiosi aliquam de approbatis regulam non haberent, quidam ex eis accedentes ad sedem apostolicam, obtinuerunt ab ea B. Augustini regulam sibi dari (5); et sic ex tunc cœperunt in regularibus observantiis instrui et regulariter se habere. Et quia eorum habitus, qui habitui fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodo suscitabat, de mandato et auctoritate duorum cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum (6), quem gestatis adhuc, elegerunt. F

nomen, forma professionis.

145 Qui cum jam vocarentur fratres eremitæ Joannis Boni ordinis S. Augustini, novitii qui recipiebantur ab eis, profitebantur hoc modo : « Ego N. facio professionem et promitto obedientiam Deo et B. Mariæ, et tibi priori fratrum eremitarum S. Mariæ de Cæsena suisque successoribus usque ad mortem, secundum regulam B. Augustini et constitutiones fratrum istius loci. » In hac vero forma professionis, ubi dicebatur « istius loci » auctoritate generalis capituli eorumdem fratrum « istius ordinis, » postmodum dictum fuit.

B. Joannes *prior generalis primus : ejus abdicatio et successor fr. Matthæus;*

146 Cumque dictus frater Joannes Bonus qui per plures annos fratribus prædictis præfuerat (7), et fratres ipsi eidem tamquam institutori ordinis ipsorum reverenter intenderant, curæ ipsorum, quæ per excrescentem numerositatem subditorum excreverat, cedere aspiraret, fratre Matthæo et quibusdam aliis fratribus suis assumptis, ad episcopum accessit, qui episcopus dictum fratrem Matthæum,

(1) Ap. Torelli Secoli Agostin. ad an. 1198, num. 11. — (2) Acta SS. Februarii, tom. II, pag. 476, num. 15. — (3) Crusenius, Monast. August. pag. 117; Torelli, Secoli Agost. an. 1255, num. 3. — (4) Cfr supra num. 50. — (5) Vide supra num. 126. — (6) Cfr infra num. 175 et seqq.. — (7) Cfr supra num. 118.

præsentatum

A præsentatum sibi ab eisdem fratre Joanne Bono et aliis, in priorem dictæ domus et per hoc in generalem totius ordinis, sicut dicitur, confirmavit.

qui præest annis pluribus. Obtinent Cardinalem protectorem.

147 Quo in religione prædicta annis pluribus tamquam generali priore generaliter ministrante, quamplures intraverunt religionem eamdem, et secundum formam professionis præscriptæ (quamquam nonnulli ex eis fratri Matthæo prædicto simpliciter tanquam generali priori, non tanquam priori S. Mariæ de Cæsena se profiteri principaliter crederent), sunt professi. Interea duo fratres professionis prædictæ Lugdunum (*ubi tum versabatur Innocentius IV*) (1) ad sedem apostolicam venientes, generalem curam ordinis vestri a Domino Papa nobis obtinuerunt committi, et privilegium quoddam commune, in cujus titulo scribebatur : « Priori fratrum eremitarum S. Mariæ de Cæsena eique subjectis prioribus et fratribus universis » a sede reportarunt eadem.

Abdicatio fr. Matthæi anno 1249, renitentibus ff. Cæsenatibus

148 Prædictus denique fr. Matthæus, prudenter attendens quod in administratione curæ quam assumpserat, sine scandalo diutius remanere non poterat, eo quod ad eamdem curam a quibusdam fratribus minus sufficiens haberetur, vocatis prioB ribus et fratribus omnibus de ordine vestro, quorum intererat, generale capitulum apud Ferrariam (2) congregavit. Sed inter ipsum F. Matthæum et fratres de Cæsena ac quosdam alios priores et fratres de Romandiola, super cessione ipsius F. Matthæi, antequam eligeret diffinitores (3) generalis capituli, prout secundum tenorem constitutionum (4) ipsius ordinis poterat, de celebratione capituli ejusdem contentione suborta, dicti fratres de Cæsena et alii contra præceptum ejusdem fratris, de ipso capitulo tandem, dissentientes et contradicentes ne capitulum fieret, exierunt. Ipse vero fr. Matthæus nihilominus diffinitoribus electis prædictis, in manibus eorum cessit administrationi generali quam exercuerat, et juri, si quod in confirmatione sua ab episcopo Cæsenatensi acceperat, in manibus nuncii ejusdem præsentis, ibidem publice resignavit.

Eligitur fr. Ugo; forma professionis : electi confirmatio.

149 Sicque hujusmodi cessione ac resignatione receptis, quidam fratres, ex his qui ibidem aderant, ad eligendum priorem generalem assumpti, fr. Ugonem Mantuanum in generalem priorem totius ordinis elegerunt. Per illos autem qui remanserunt statutum fuit in eodem capitulo ut C omnes qui ex tunc in ordine eorum profiteri deberent, profiterentur hoc modo : « Ego N. facio professionem et promitto obedientiam Deo et B. Mariæ et tibi priori generali eremitarum Joannis Boni. » Post hæc autem, vir venerabilis Aquilegiensis electus, tunc in Lombardia Legatus apostolicæ sedis, electionem hujusmodi confirmavit.

Cæsenates vero eligunt fr. Marcum.

150 Fratres vero de Cæsena et quidam alii de Romandiola, cohærentes eisdem, apud Cæsenam convenientes in unum, et tam consuetudini qua prior fratrum S. Mariæ de Cæsena prædictæ, per fratres ordinis ad locum ipsum tamquam ad primum et principalem, (a quo idem ordo processerat), eligi et generalis prior propter hoc merito esse et appellari solebat, quam titulo prædicto privilegii primo in ordine ipso obtenti (in quo prædicto priori de Cæsena scribebatur), principaliter inhærentes, fr. Marcum Cæsenatensem in priorem dictæ domus et per hoc in generalem priorem totius ordinis elegerunt. Ac electionem quam de ipso fecerant, obtinuerunt confirmari per episcopum Cæsenatensem. AUCTORE E. C.

Inde ortum grave schisma.

151 Diversis igitur in ordine vestro assumptis generalibus prioribus, alter in illos qui obediebant alteri multiplices excommunicationis sententias protulerunt; ex quibus nonnulli celebraverunt divina et excommunicati taliter ad sacros ordines sunt promoti. Iis autem temporibus prædictus fr. Ugo proprios nuntios ad apostolicam sedem transmittens, mutationem professionis prædictæ et id quod super electione sua per præfatum legatum factum extiterat, prout provide facta fuerant, per eamdem sedem obtinuit confirmari. Quoddam etiam privilegium tunc obtinuit quod in nullo alio quam in titulo erat a priori diversum.

Delegati a Cardinale protectore nonnulla constituunt.

152 Cum autem ordo vester esset in duas partes divisus et inter multiplices contentiones et discordias inter ipsos exortas fere per triennium (*ab exeunte anno* 1249 *ad exeuntem* 1252) fluctuaret, tandem fratres ipsius ordinis, cupientes unitatem et pacem in eodem ordine reformari, quatuor ex seipsis procuratoribus constitutis, illos ad curiam Romanam et ad nos specialiter, tamquam patronum sui ordinis, transmiserunt. Sed quia tunc eos per nos commode non poteramus audire, prudenE tibus viris electo Paduano et fr. Simoni Mediolanensi lectori de ordine Minorum, capellanis et sociis nostris commisimus, ut procuratores eosdem super his quæ vellent proponere diligenter audirent, et prout studiosius possent, ordinem ipsum ad statum unitatis et pacis intenderent revocare. Dicti vero electus et fr. Simon, statu et conditionibus ordinis per prædictos procuratores plenius intellectis, quædam in ordine ipso pro bono statu ejusdem super certis articulis, de assensu procuratorum ipsorum, pronunciaverunt servanda, et tandem procuratores ipsos concordes ad propria remiserunt.

Renuntiatio utriusque prioris generalis;

154 Quibus ita remissis præfatus Ugo et Marcus, qui pro generalibus prioribus se gerebant et alii fratres qui obediebant eisdem, de communi voluntate omnium, generale capitulum apud Bononiam celebrarunt (5). In quo videlicet capitulo, ordinatione, quæ per prædictos electum Paduanum et fr. Simonem tradita fuerat, recitata et lecta, et diffinitoribus capituli generalis electis, prædictus fr. Marcus properavit Cæsenam, et in manibus episcopi Cæsenatensis cessit prioratui loci ejusdem, in quo per ipsum episcopum fuerat confirF matus, et per eumdem a cura prioratus ipsius extitit absolutus. Fr. vero Ugo, qui per sedem apostolicam confirmatus fuerat, in manibus Bernardini canonici Bononiensis, Domini Papæ capellani, cui auctoritate apostolica commissum extiterat, quod reciperet cessionem ejusdem, administrationi et officio suo cessit.

electio fr. Lanfranci anno 1252

155 Cessionibus itaque hujusmodi taliter expeditis, priores de ipso capitulo secedentes in partem, prout spectabat ad eos ad tractandum de electione futuri generalis prioris, in quatuor fratres de ipso capitulo, qui deberent generalem priorem eligere, concesserunt. Illi autem Spiritus sancti gratia invocata fratrem Lanfrancum Mediolanensem, tunc priorem domus vestræ Bononiensis (6), in priorem generalem ordinis vestri unanimiter et concorditer elegerunt. Electio cujus, approbata per communem consensum omnium de ipso capitulo, fuit ad sedem apostolicam per procuratores ejusdem capituli

(1) Raynaldus, Annal. eccles. an. 1244, num. 35, et 1251, num. 30. — (2) Cfr Processus num. 95. — (3) Cfr Du Cange, Glossarium, v° *Definitor*. — (4) Cfr Processus num. 173. — (5) Cfr Torelli, Secoli Agost. an. 1252, num. 12. — (6) Torelli, ibid num. 13.

confirmanda

AUCTORE E SC.

confirmanda delata; cujus electionis et eorum quæ superius sunt narrata processum nobis Dominus Papa examinandum et plenius intelligendum commisit. Inde nos, præmissis omnibus intellectis, ea in ipsius Domini Papæ et fratrum suorum præsentia fideliter retulimus et recitavimus diligenter.

ejusque confirmatio. Statuta de electione prioris generalis, ejus nomine et potestate.

156 Nos itaque de speciali mandato et auctoritate ejusdem Domini electionem prædicti fratris Lanfranci, quam invenimus celebratam canonice, ac ipsum fratrem Lanfrancum in generalem priorem vestri ordinis confirmamus. Eadem auctoritate nihilominus statuentes ut idem prior et quilibet ejus successor in perpetuum (qui quidem cum eligendus fuerit, secundum sanctiones canonicas et statuta vestri ordinis eligatur, et electionis suæ confirmationem ab apostolica sede, seu a legato ipsius, duntaxat recipiat) generalis prior ordinis eremitarum, sine alicujus certi loci vel proprii nominis expressione de cætero debeat appellari; et ei, tamquam priori generali eorum, omnes priores et fratres ipsius ordinis, qui et nominentur simpliciter fratres ordinis eremitarum, in omnibus
B humiter obediant et intendant.

Potestas episcoporum in priores.

157 Prior quoque S. Mariæ de Cæsena et alii priores vestri ordinis qui consueverunt in prioratibus suis institui per diœcesanos locorum, per eosdem instituantur in eis; et tam prior generalis, quam alii provinciales et conventuales priores ejusdem ordinis, episcopis in quorum diœcesibus degunt, in iis quæ ad jurisdictionem episcopalem pertinent, intendant reverenter et respondeant prout debent : ita tamen quod iidem episcopi contra ipsum priorem generalem inconsulto Romano pontifice nihil attentent.

Nova forma professionis.

158 Fratres etiam, qui de cætero in ordine vestro debuerint profiteri, eidem priori generali vel certo ejus nuntio profiteantur hoc modo : « Ego N. facio professionem, et promitto obedientiam Deo, et B. Mariæ virgini, et tibi priori generali ordinis eremitarum tuisque successoribus usque ad mortem, secundum regulam B. Augustini et constitutiones fratrum ipsius ordinis. »

Abolentur privilegia contraria, nominatim conventus Cæsenatensis.

159 Non obstantibus professionibus et consuetudinibus quibuslibet ubicumque in ordine vestro hactenus aliter observatis, seu privilegiis et indulgentiis ac confirmationibus apostolicis cuicumque loco vel personæ ab apostolica sede concessis, quæ
C caduca et vana et nullius esse momenti de cætero auctoritate decernimus supradicta, seu conditione quam prædictus episcopus Cæsenatensis in concessione quam fecit fr. Joanni Bono de loco ecclesiæ S. Mariæ de Cæsena prædictæ apposuisse refertur, quod nec ipse fr. Joannes Bonus nec aliquis ejus successor possit locum et ecclesiam prædictam alicui loco supponere vel personæ, aut quod priores dicti loci fuerunt in eo per eumdem episcopum aliquando pro generalibus prioribus vestri ordinis confirmati.

Dispensationes; inscriptio privilegiorum.

160 Cum illis autem de ordine vestro, qui aliis prioribus generalibus aliter, sive quocumque modo in eodem ordine hactenus sunt professi, dispensamus auctoritate præfata; et decernimus quod dicto fr. Lanfranco, tamquam priori generali eorum, ejusque successoribus in omnibus ad obedientiam et reverentiam teneantur. In privilegio quoque ordinis vestri hujusmodi titulus de cætero apponatur. « Innocentius episcopus etc. Dilectis filiis priori generali ordinis eremitarum, et aliis provincialibus et conventualibus prioribus, conventibus quoque ac aliis fratribus universis sibi subjectis
D et tam præsentibus quam futuris eremiticam vitam professis in perpetuam. » Ad præmissorum autem omnium memoriam et perpetuum firmitatem præsentem paginam fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum Perusii sexto calendas Januarii. Anno Domini MCLII, pontificatus Domini Innocentii papæ IV anno X, indict. XI. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Perusii 17 calend. Maji, pontificatus nostri anno XI: *seu potius anno* 10, *ut legitur apud Torellum : id est,* 15 *Aprilis anni* 1253. *Patet ex hac bulla statim ab obitu* B. Joannis, *id est post capitulum generale, quod Ferrariæ anno* 1249, *mense Octobri, habitum est, ortas esse in ordine turbas et schisma, et durasse* fere per triennium, *ut loquitur Guilielmus cardinalis. Nimirum compositæ sunt res in capitulo Bononiensi anni* 1252, *in quo Lanfrancus Saptala, Mediolano oriundus et conventus Bononiensis prior, electus est congregationis prior generalis.*

§XVI. De ordine S. Augustini sæculo XIII ante unionem magnam; de ipsa unione; de Saccitis, seu Fratribus de pœnitentia.

Ex tribus congregationibus Italicis eremitarum S. Augustini,

E*rant in Italia, quo tempore e vita migravit* B. Joannes, *congregationes eremitarum S. Augustini tres, ut dictum supra, habebantque singulæ suum priorem generalem. Erant vero et conventus inter sese non uniti, veteri more, ordinis tamen S. Augustini, quoniam sub ejus degebant regula. Nitebantur jamdudum pontifices, Gregorius IX, Innocentius IV et Alexander item IV, varias domus eremitarum, quæ nullam adhuc ex regulis delegerant servandam, paulatim perducere ad unitatem. Ideo intra breve temporis spatium data est regula S. Augustini eremitis Romandiolæ, eremitis Marchiæ Anconitanæ sive de Brictinis et eremitis Tusciæ. Hi postremi, quum non haberent communem institutorem, dicebantur simpliciter eremitæ ordinis S. Augustini. Innocentius IV inscribit suas litteras* Pia desideria : Visitatori generali et prioribus ac fratribus eremitis universis
F ordinis S. Augustini (1); *quæ ad solos eremitas Tusciæ diriguntur : idemque in hujusmodi litteris Alexandri IV pluries est obvium* (2). *Alii vero eremitæ dicebantur vel a nomine fundatoris, eremitæ* Joannis Boni, *vel a loco originis, eremitæ de Brictinis. Verum eremitæ Tusciæ ideo ceteros in observatione ejusdem regulæ minime præcesserunt; quinimo hac in re iisdem sunt posteriores, siquidem anno solum* 1244 *eam acceperint servandam* (3).

non una prius altera dicenda est constituisse ipsum ordinem.

162 *Nihilominus Nicolaus Crusenius, in suo ordine eadem ab antiquo requirens quæ in recentibus ordinibus SS. Dominici et Francisci erant constituta, universalem scilicet præpositum ordinis et capitula generalia, arbitratus est eos solos proprie ex ordine fuisse qui a Pontificibus ejus nomine simpliciter sunt dicti; ceteras vero congregationes et ordinis ramos minoris esse facienda. Quapropter ei necesse fuit inter tres congregationes Italicas eremitarum S. Augustini, eremitas Tusciæ habere ut ordinem proprie dictum et genuinum. De bullis igitur tribus quas ad*

(1) Ap. Wadding. Annal. tom. II, pag. 466. — (2) Crusen. Monastic. pag. 122. — (3) Ibid. pag. 115 et supra num. 140.

eos

A *eos anno* 1255 *direxit Alexander IV in hunc modum loquitur* (1) : Pontifex interim priori generali ordinis, qui tunc adhuc eremitas Tusciæ tantum sibi habebat unitos... varia privilegia impartitus est. *Quæ non conveniunt cum vera notione ordinum religiosorum, quales ab antiquo fuerunt. Eadem igitur prorsus ratione ad ordinem S. Augustini pertinebant tum tres congregationes Italicæ, tum congregatio Franciæ et Angliæ* (2), *tum denique conventus quicumque nondum in congregationem coacti.*

Unio magna multarum congregationum sub uno capite anno 1256.

165 *Facta est demum omnium horum eremitarum unio generalis, quam dicunt* unionem magnam, *ab Alexandro IV, anno* 1256. *Bullæ unionis, quæ data est Laterani V Idus Aprilis, pontificatus anno* 2, *istud est initium :* Licet ecclesiæ catholicæ *etc.; in qua domus eremitarum in unum corpus unitæ his verbis designantur :* Quædam sancti Guilielmi, quædam S. Augustini ordinum, nonnullæ autem fratris Joannis Boni, aliquæ vero de Fabali, aliæ vero de Brictinis censebantur (3). *Quæ verba in aliis duabus bullis repetuntur* (4). *De his vero congregationibus et domibus earumque unione accuratissime scripsit decessor meus Henschenius in Commentario* de ordine eremitarum S. Guilielmi, *quem Actis* B *S. Guilielmi eremitæ subjunxit* (5); *quem lector curiosus adibit. Ex hoc vero Commentario hoc breve solum excerpo summarium de quinque classibus eremitarum quas unio magna complexa est :* Ex his, *inquit,* eremitæ de Brictinis atque eremitæ B. Joannis Boni, cum non haberent aliquam ex approbatis regulis, sub Gregorio IX (*vel posteriores forte sub Honorio III*) acceperunt regulam S. Augustini, secundum quam singuli sub propriis generalibus distincti aliquamdiu vixerunt. Eodem modo fratres ordinis S. Guilielmi assumpta sub eodem pontifice regula S. Benedicti, suis etiam generalibus subjecti fuerunt : a quibus altera S. Guilielmi congregatio, fratrum a monte Fabali dicta, sub propriis etiam generalibus distincta. Alii vero qui nullam ex prædictis congregationibus nomen habebant (*nimirum congregatio eremitarum S. Augustini in Tuscia, eorumdem congregatio in Francia et Anglia et omnes denique domus quæ nondum in congregationes coiverant*), dicebantur eremitæ S. Augustini, unamque ex quinque classibus constituebant (6).

Accedunt et aliæ non tamen Saccitæ, eque hicunt B. Joanne *stituti.*

164 *Ad hanc unionem sensim accessere et aliæ congregationes; ut sunt pauperes catholici Mediolanenses, quorum* provincialis *Nicolaus id præstat,* volens, *inquit,* obedire S. Matri ecclesiæ Romanæ et venerabili patri domino Richardo S. Angeli diacono cardinali, cui a domina Papa (*Alexandro IV*) C concessa est plenitudo potestatis ad infra dictam unionem faciendam (7). *Asserunt plurimi, inter quos Jordanus de Saxonia, in magna unione comprehensos etiam fuisse* Saccitas *seu* fratres de pœnitentia Jesu Christi, *quorum sæpe est mentio in Processibus infra recudendis.* At fratres de Saccis, *inquit Henschenius* (8), alios fuisse a fratribus eremitis ordinis S. Augustini discimus ex testamento S. Ludovici regis Francorum facto anno 1269 (9). *De iisdem pluribus disserit Petrus Helyot* (10) *et post eum Sollerius noster ad Acta S. Ludovici* (11). *Unum hic notandum restat, dixisse Marquezium* (12), *Crusenium* (13) *et alios, Saccitas a* B. Joanne *fuisse fundatos. Quod falsitatis convincitur ex multis locis Processuum, quibus constat, ut cetera omittamus,* B. Joannem a fratribus de pœnitentia *passum esse* tribulationes et angustias; *et coram Ottone, episcopo Cæsenate, fuisse accusatum et* infamatum (14). *Quinimo videntur* B. Joanne *antiquiores* (15). *In quodam codice ms. Bibliothecæ Burgundicæ in hanc civitatem Bruxellensem advenisse dicuntur circa annum* 1220 *et hic domicilia habuisse saltem quatuor* (16). *Hic vero absolvimus brevem historiam congregationis* B. Joannis Boni, *quam uno tractu usque ad tempus* magnæ unionis *perducendam esse putavimus, ut deinceps de solo beato nobis instituendus sit sermo.*

AUCTORE E. C.

§ XVII. Prophetia beati de loco obitus; iter Mantuam; dolor Cæsenatum de discessu; ejus mors et sepultura.

E *Prædicit beatus se Mantuæ moriturum.*

Dixerat B. Joannes, *quum occasione aliqua cum fr. Michaele de Verona, presbytero ordinis, loqueretur, se non moriturum Cæsenæ sed Mantuæ, ubi natus erat. Quæ prophetia facta est circa annum* 1259, *seu annis decem ante mortem.* Istud corpus, *inquit,* morietur ubi natum fuit (scilicet in civitate Mantuæ), et ibi fiet sibi magnus honor, et mors mea est ad destructionem hæreticorum multorum ibidem existentium (scilicet in civitate supradicta), et ad corroborationem fidei christianæ (17). *Dicit quoque* dominus Bonvicinus, *civis Cæsenas,* quod cum quadam vice (*circa annum* 1242) ipse testis ivisset ad visitandum dictum fr. Joannem Bonum et cum eo loqueretur, dictus fr. Joannes Bonus inter alia verba dixit dicto testi : « Domine Bonvicine, si placeret Deo, libenter morerer Cæsenæ, quia diu fui in ista heremo ; sed Deus non vult quod ego moriar hic, et licet sim senex multum, tamen placet Deo quod alibi jaceat corpus meum. Et ego dico tibi quod moriar in alia civitate et extra istam provinciam (18) : *nimirum extra Romandiolam. Ait* nobilis vir dominus Ubertus Taccus de Cesena *addidisse* B. Joannem, *dum sibi idem prædicebat,* quod... postquam recederet a Cesena pro eundo Mantuam, F viveret parum (19). *Ait alius quoque beatum* pluries dixisse, se teste audiente, quod juxta finem suum, paucis diebus debebat recedere a Cesena (20).

Cæsena Mantuam venit anno 1249

166 *Anno igitur* 1249, *ineunte Octobri discessit beatus a Cæsena; de quo hæc scribit S. Antoninus* (21) : Appropinquante autem die vitæ termini, misit Deus Angelum suum qui dixit ei : Joannes Bone, serve Dei, surge et revertere ad terram nativitatis tuæ; placet enim Deo quod corpus tuum ibi requiescat. Qui ut verus obediens iter assumens ad Mantuam pervenit. *Hæc Angeli apparitio in Processibus non memoratur; suscepta vero est a Cremensi, Calepino, Laudensi aliisque biographis* B. Joannis. *Videtur Cæsena abiisse beatus circa diem* 8 *Octobris* (22), *comite solo fr. Bonaventura, cui præ ceteris peccata sua confiteri solebat. In itinere,*

(1) Crusen. pag. 122; cfr pag. 114 et seq. 124 et 127 in marg. etc. — (2) Supra num. 139. — (3) Crusen. Monast. pag. 124. — (4) Ibid. pag. 127; Wadding. loc. cit. pag. 468. — (5) Acta SS. tom. II Febr. pag. 47. — (6) Ibid. pag. 475. — (7) Ap. Brockie, Codex reg. tom. IV, pag. 221. — (8) Acta SS. loc. cit., pag. 478, num. 24. — (9) Acta SS. Augusti, tom. V, pag. 501; num. 1041. — (10) Hist. des Ordres relig. tom. III, pag. 178, edit. 1792. — (11) Acta SS. Aug. tom. V, pag. 472. — (12) Ap. Hélyot, Hist. des ordres relig. tom. III, pag. 179. — (13) Pag. 125. — (14) Processus num. 12 et 65. — (15) Cfr Hélyot, Hist. des ordres relig. tom. III, pag. 180. — (16) Bibl. Burgund. Bruxell. Cod. 14512. — (17) Processus num. 43. — (18) Ibid. num 249. — (19) Ibid. num. 247. — (20) Ibid. num. 151. — (21) Infra in Vita, num. 7. — (22) Vide Processus num. 92 et seqq.

quum

AUCTORE E. C.

quum venissent ad quemdam locum qui appellatur Peola (1), *hydropisi et febri feminam laborantem miraculo sanavit. Sequenti die* recessit de Peola et venit Ferrariam ad locum ipsorum fratrum (*dictum*) S. Antonii (2), *situm extra civitatem; de quo dictum in superioribus. Ibi sanatus est, tactu particulæ vestium ejus, puer aliquis* qui per quemdam ictum lumen dexteri oculi amiserat penitus. *Facta est autem sanatio die sabbati, nono Octobris* (3). *Tandem Mantuam pervenit circa diem* 11 *dicti mensis. Etenim a Cremensi, Calepino ceterisque biographis, dicitur illic vitam produxisse adhuc dies undecim, a teste vero quodam in Processu* (4) *vixisse* forsan 11 vel 12 diebus; *certumque est alioqui obiisse* 25 *Octobris. Ex quibus patet multum errasse Helyotum, qui scribit beatum tribus annis in fine vitæ Mantuæ commoratum esse* (5).

Dolor Cæsenatum de ejus discessu; adventus Mantuam; ante obitum

167 *Dolor autem ingens fuit Cæsenæ, dum didicerunt abiisse beatum. Nam* gentes *de Cesena, ut ait* Gaiferius Miles, nobilis vir, habebant tantam reverentiam et devotionem in dicto fr. Joanne Bono, quod vix ipse testis dicere posset (6). *Et si* scivissent vel credididissent *eum* velle de Cesena recedere, ipsæ gentes sive commune de Cesena fecis- B sent ita bene custodire dictum fratrem Joannem Bonum, quod numquam a Cesena recessisset. Et dixit dictus testis interrogatus, quod ea die qua Cesenates sciverunt *eum* ivisse Mantuam, mirabiliter, imo ad mortem quasi, communiter doluerunt (7). *Dicit quidam Ugolinus, cujus filius Dalborgus orationibus* B. Joannis *sanatus fuerat,* quod ipse testis bene vellet custodisse tribus et quatuor mensibus cellam dicti fratris in parte sua, ut dictus frater non ivisset Mantuam. Et sicut est ipse in hac voluntate, ita sunt omnes quasi de Cesena, et in majori, quia credebant civitatem Cesenatensem meritis et orationibus (*ejus*) adhuc multum exaltari (8). *Similia testificati sunt multi* (9). *Mantuam autem adveniens beatus,* a civibus honorabiliter receptus *est, inquit S. Antoninus; a quibus tamen se abscondisse beatum crediderim, quantum potuerit.* Cui in loco fratrum, *sic prosequitur S. Antoninus,* oratorium construxerunt, et post paucos dies in Domino requievit... Infirmatus igitur, receptis devote ecclesiasticis sacramentis, et datis fratribus pluribus documentis, cum hymnis et laudibus spiritum reddidit creatori (10). *De morte* B. Joannis *in Processu nihil legitur, nisi eum* recepisse *ante mortem* C omnia ecclesiastica sacramenta (11); *Cremensis vero, alia documenta nactus, ut conjicio, verba S. Antonini in hunc modum amplificavit* (12) : Ut autem sanctus urbi Mantuæ appropinquavit et ad locum fratrum pervenit, qui sancta Agnes in suburbiis Portus vocabatur, ob venerationem sancti hominis Dei, oratorium ibi statim erectum fuit. In quo quidem diebus undecim (*ergo a prima die erectum et paratum fuisset oratorium, quod ne undecim quidem diebus, quibus Mantuæ habitavit ante mortem, parari potuisse autumo*) in omni devotione et in Dei contemplatione persistens, die decima fratribus loci illius in unum congregatis, dissolutionem sui corporis imminere et die postrema candidam illam animam, divina disponente gratia, de hujus sæculi nequissimi ergastulo in cælis advolandam esse prædixit.

prædicit corpus diu obli-

168 Adventante autem hora egressionis ejus, confratribus omnibus, qui circa illum orantes astabant, non cessabat dicere saluberrima consilia et documenta præbere. Postquam vero finem loquendi dedisset oculosque in cælum, junctis manibus, elevasset, frater quidam interrogavit eum, quid post dormitionem de ejus cadavere in posterum futurum esset. Cui beatus Joannes Bonus respondit dicens : Anima de carcere isto exiens per Dei misericordiam assumetur cum angelis. Cum reverentia corpus sepelietis per quod multis annis Dominus multa miracula mortalibus ostendet; sed venient dies quibus tantorum signorum homines parum reminiscantur. Et tandem placebit altissimo ut plurimum honorificetur, quum fuerit magna ex parte oblivioni traditum : et eo quidem tempore in tanta erit reverentia apud homines et fama, quod per universum mundum sanctum ejus nomen promulgabitur. Quibus dictis, completis in heremo annis quadraginta, ætatis vero suæ anno octagesimo, receptis rite omnibus sacramentis, anno salutis quadragesimo nono supra mille ducentos, decimo kal. Octobris (*l.* Novembris), sabbato circa horam nonam in oratorio apud sanctam Agnetem in suburbiis Portus Mantuæ in Christi amplexibus in cælum evolavit, regnantibus comitibus de Casaloldis (*l.* Casalodis). Fratres vero corpus illud omni E veneratione dignum magna cum devotione et reverentia ex more lavantes, deponentesque in feretro, ad ecclesiam portaverunt, ad quam non est facile narrare quot miracula fuerint perpetrata. Tandem post multa signa et miraculorum prodigia corpus illud cum summa veneratione sublatum est et sepulturæ traditum et terræ reconditum. *Cremensem exscribunt Calepinus et Laudensis et hic ejus narrationem suo more exornat. De anno et die obitus* B. Joannis *diximus satis superque* § 5.

D *vioni traditum iri. Moritur 23 Octobris anno 1249.*

De conventu S. Agnetis Mantuæ extra muros.

169 *Conventus in quo obiit, sæpe occurrit mentio in Processu, ubi dicitur* domus S. Agnetis de Mantua (13), *ejusque prior erat anno* 1231 *fr. Guizzardus* (14). Monasterium Mantuanum S. Agnetis extra portum, *inquit Herrera* (15), quod nunc titulo S. Joannis Boni indigitatur, olim provinciæ Marchiæ Tarvisinæ, nunc (*anno* 1644) a pluribus annis congregationis Lombardiæ. Fuit olim ædificatum a civibus anno 1249, ut B. Joannem Bonum civem suum in fine vitæ repatriantem amicabili hospitio exciperent. *Ecce quantum augeantur jam quæ dixit S. Antoninus, beato* in loco fratrum *oratorium constructum fuisse. Satis diserte significavit Cremensis exstitisse monasterium ante beati adventum* : Ut autem... Mantuæ appropinquavit et ad locum fratrum F pervenit etc. (*supra num.* 167). *Idem videtur posse deduci ex testificatione fr. Bonaventuræ qui dicit anno* 1249 *die* 24 *Octobris, seu postridie obitus beati, venisse Ferrariam* duos de fratribus qui Mantuæ morabantur cum ipso fr. Joanne Bono (16), *ad nuntium ferendum ejus mortis. Atqui monasterio adjacebat ecclesia, in qua depositum erat feretrum beati, ut mox apparebit; quæ profecto derelicta non fuit absque ministris. Ex quibus conficitur multos ibi fratres jam tum fuisse et vel vetus monasterium advenienti* B. Joanni *cessum esse, vel, quod solum mihi verisimile, ab aliquo tempore tum exstitisse jam. Idque confirmatur ex affectu Mantuanorum erga beatum, adhuc in vivis agentem* (17); *quos sine conventu ejus ordinis mansisse, dum vicinis civitatibus suus non deerat, non facile potest admitti. Pergit Herrera :* In eo Joannes ad superos obiit ejusque

(1) Processus num. 92. — (2) Ibid. num. 95. — (3) Ibid. num. 94. — (4) Ibid. num. 251. — (5) Dictionnaire des ordres rel. tom. I col. 293— (6) Ibid. num. 254.— (7) Ibid. num. 255. — (8) Ibid. num. 209. — (9) Ibid. num. 212, 251, 257, etc. — (10) In Vita num. 7.— (11) Process. num. 294.—(12) In Vita ms. — (13) Processus num. 34, 48. — (14) Ibid. num. 4.— (15) Alphab. Aug. tom. II, pag. 107.— (16) Processus num. 93. — (17) Cfr Processus pars v.

sacra

A sacra pignora aliquandiu deposita. Anno 1434 subjectum erat conventui S. Agnetis et titulo B. Joannis Boni appellabatur. Sic enim die 31 Maji illius anni habet Gerardus de Arimino Generalis : « Fecimus fr. Simonem de Ferraria baccalarium nostrum vicarium super conventum Mantuæ, et B. Joannis Boni illi subjectum. » *Ad quæ hæc advertit idem Herrera :* Non est recentior consuetudo honestandi Joannem titulo beati et consecrandi illi domos et templa.

Corpus beati in ecclesia sepultum

170 *Exuviæ* B. Joannis *depositæ sunt in templo S. Agnetis, ubi fidelibus venerationi fuerunt. De quo quædam Pamphilia, quæ interventu beati ab epilepsi et febribus liberata fuerat, testata est in hunc modum. Audivit scilicet a viro suo mense Octobri, anno* 1249, quod in ecclesia S. Agnetis fratrum heremitarum de Mantua erat quidam benedictus frater nuper defunctus, qui vocabatur fr. Zanebonus, de ordine scilicet suprascripto; ad quem maritus ipsius testis iverat et viderat ipsum jacentem in feretro in ecclesia nominata etc. Pedes cujus dicti Dei viri vir ipsius mulieris testis prædictæ osculatus est reverenter, sicut alii qui aderant ibidem similiter faciebant, credens ipsum sanctum, sicut idem maritus
B sibi Pamfiliæ referebat. *Adiit ecclesiam ipsa Pamphilia die dominica,* 24 *Octobris* (1), *vel potius* fecit se conduci illuc ad ecclesiam prænominatam, ubi dictum corpus jam fuerat traditum sepulturæ. *Et illa dominica, tempore pomeridiano,* jacuit super ipsa sepultura a Vesperis usque ad primum somnum orando cum lacrimarum effusione *etc.* (2). *Sequenti nocte a morbo liberata est et summo mane ad virum reversa* (3).

altero die ab obitu. Miracula ad tumulum et concursus.

171 *Ex quibus sequitur corpus* B. Joannis *altero die ab obitu sepulturæ fuisse mandatum, nimirum, ut conjicere est, ob nimium fidelium concursum; deinde sepultum fuisse, honoris causa, in ipsa ecclesia* (4), *non vero in cœmeterio cœnobii, ut scripsit Leopoldus Volta in Summario Vitæ* (5). *Sepultus tamen est, non in magnifico tumulo aut mausoleo, sed in simplici* fovea (6), *nec videtur ecclesia S. Agnetis illo tempore fuisse pavimentata* (7). *Plurima ad tumulum facta sunt miracula ipso anno obitus* 1249, *quorum aliqua in Processibus narrantur* (8); *sed quum hi instrui non cœperint nisi anno* 1251, *quando frequentissima fuerunt miracula, quæ tempore obitus evenerunt partim sunt oblivioni tradita. Ait quædam Rosa, dixisse sibi filiam suam*
C *ægrotam* tempore obitus *beati, seu anno* 1249 : Credo quod liberabit me, et multos alios liberavit de infirmitatibus suis (9). *Fuit hoc tempore concursus ingens ad ecclesiam S. Agnetis :* In morte dicti fr. Joannis Boni, *inquit Bonjuga* (10), omnes homines, scilicet clerici et laici, mares et feminæ magni et parvi, iverunt cum magna devotione et reverentia ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus ejus, et cum multis cereis et luminaribus aliis multis; et fuit tanta multitudo gentium euntium et tantus concursus propter publicam famam dicti fratris, quod ipsa nullo modo dicere posset. *Referuntur etiam in Processibus miracula aliquot anni* 1250, *sed paucissima* (11), *iterum forte quod partim sunt oblivioni tradita; et alia deinde quæ evenerunt anno sequenti* 1251, *ante elevationem corporis seu ante mensem Majum* (12).

AUCTORE E. C.

§ XVIII. Elevatio corporis anno 1251; miraculum accensi cerei et candelarum, et alia; de beati tunica, quæ servatur incorrupta, et de habitu ordinis.

Corpus elevatum anno 1251, *quadam dominica, de mense Majo.*

F*acta est elevatio anno* 1251, *mense Majo, quadam die dominica, quæ dies ab antiquo seligi consuevit ad elevationes corporum, quas vocant, et translationes instituendas. Corpus elevarunt ea die summo mane, ut venerationi esset fidelibus qui diebus dominicis ad officia ecclesiastica accedebant. Dicit enim quædam Martha, quæ a gutta aliisque morbis in hac elevatione sanata est, quod cum taliter* torqueretur tempore quo dictum corpus debebat, ut dictum est, translatari (*de tumulo subterraneo ad alium supra terram eminentem; id est, elevari*), portata fuit per ejus filiam et filium... ut ad dictum corpus præsen- E
tialiter sisteretur, quæ cum posita super lectulo in claustro fratrum heremitarum, Dei gratiam et fratris expectaret prædicti, ea nocte (*inter sabbatum et dominicam*), matutinali solemnitate completa, cum campana ut solito pulsabatur, dixit se pedibus elevasse et stare (*cœpisse*), cum corpus viri Dei de tumulo levabatur *etc. Addit infra id accidisse* de mense Maji nuper præteriti (*seu anni* 1251) quodam die dominico (13). *Hæc confirmant alii testes* (14).

Eodem mense contigerun innumera miracula. Arca diu aperta.

173 *In quem diem mensis inciderit dominica qua facta est elevatio, ignoramus; sed novimus* arcam (*quo nomine tumulus novus in Processibus perpetuo vocatur*) *in qua tum repositum est corpus, dudum mansisse apertam, ut suis obsequiis pretiosissima lipsana fideles prosequerentur. Refert in Processu anni* 1251 *fr. Lanfrancus, prior provincialis eremitarum in Lombardia, et postmodum generalis prior universi ordinis, se miraculo sanatum fuisse a lepra inchoata; dicitque :* Quod cum adesset quodam die post translationem (*seu elevationem*) corporis viri Dei solus ad arcam, adhuc existentem apertam, introspexit, et devote suam effudit orationem, dicens: obsecro te, pater mi, etc... et dixit testis quod post novem dies antequam ipsa arca obturata foret, F
perpendit et vidit sanitatem sibi redditam etc (15). *Arca in qua repositæ sunt hoc anno* 1251 *sacræ exuviæ* B. Joannis *e marmore erat excisa* (16), *et loco conspicuo collocata. Ajunt enim testes plurimi, quibus illo anno morbus miraculo est depulsus, se* stetisse subtus arcam (17). *Elevationem corporis factam esse mense Majo sæpe repetitur in Processibus* (18), *et quidem ante festum Ascensionis Domini, quod anno* 1251 *incidebat in diem Maji* 25 (19). *Eodem mense evenerunt miracula pæne omnia quæ occasione elevationis intercessione beati sunt obtenta; quorum longus texitur catalogus parte* II *et* VI *Processuum. Adeo vero testibus in memoria insidebat mensis ille Majus, ut et festum Pentecostes illius anni, quo inter cetera illustrius miraculum accidit, licet celebratum sit die* 4 *Junii, adscripserint mensi eidem :*

174 In tempore translationis corporis dicti

(1) Processus num. 104. — (2) Ibid. num. 101. — (3) Ibid. num. 104. — (4) Cfr ibid. num. 443 et 444. — (5) Ristretto ecc. pag. VIII. — (6) Processus num. 112, 125, 159. — (7) Ibid. num. 158. — (8) Ibid. num. 100, 150, 158, 327, 341. — (9) Ibid. num. 157. — (10) Ibid. num. 524. Cfr num. 317 ad 330. — (11) Ibid. num. 120, 156, 166, 194, 443. — (12) Ibid. num. 151, 153, 345, 434. etc. — (13) Ibid. num. 115. — (14) Ibid. num. 117 et 119. — (15) Ibid. num. 109. Cfr num. 162. — (16) Ibid. num. 155. — (17) Ibid. num. 412, 416, 450 et 421. — (18) Ibid. num. 116, 125, 156, 162, 351, 352, etc. — (19) Ibid. num. 412.

AUCTORE E. C.

Describitur miraculum accensi cerei et candelarum.

fr. Joannis Boni, *inquit Joanninus testis,* pueri de civitate Mantuæ (*et quidem* maxime de contrata S. Nicolai) (1) fecerun fieri maximum et pulcherrimum cereum, super quo erant candellæ multæ et diversæ accensæ, et ipse cereus accensus erat. Et in mense Maji, die dominica Paschatis Pentecostes, post tertiam (*seu nostro more numerandi horas diei, post nonam matutinam*), dicti pueri venerunt ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris, et multæ aliæ gentes cum eis cum maximo gaudio et lætitia. Et cum essent prope ecclesiam S. Agnetis, dictus cereus extinctus est cum omnibus candelis super ipsum astantibus..... Et cum essent jam prope ecclesiam, et fratres exivissent cum aqua benedicta ad recipiendos dictos pueros, et gentes dolerent multum quod dictus cereus offerebatur ita extinctus nec de levi propter ejus altitudinem poterat accendi, omnibus ita astantibus et videntibus, in introitu ecclesiæ dictus cereus cum omnibus candelis per se ipsum uno momento accensus est. Quo viso cœperunt fratres cantare et aliæ gentes laudare nomen D. N. J. C. Et fuit ibi tanta lætitia et exultatio etc (2). *Deinde* quasi in ipsa hora coram sepulcro dicti fratris
B illuminatus fuerat quidam cæcus (3); *ex quo novo æstu adstantis multitudinis lætitia et triumphus erupere. Est hoc miraculum a biographis* B. Joannis *multum celebratum; scribit anno* 1484 *Ambrosius Cremensis in vita inedita:* Et est hodie illa Mantuano populo celeberrima festivitas, ut in testimonium miraculi cerei accensi, et ipsius translationis (*primæ scilicet, quæ contigit sæculo* XV; *de qua mox dicetur*) perennem memoriam, futuris semper temporibus in kal. Maji (*propter factam illo die inventionem corporis, post diuturnam beati oblivionem, medio sæculo* XV) Communitas Mantuana cum multis cereis ad ecclesiam S. Agnetis (*seu templum eremitarum S. Augustini in civitate*) convenientes, et in honorem et gloriam ipsius viri sanctissimi oblationem reddentes, cereos ipsos prædictæ ecclesiæ relinquunt. Quod servavere nepotes et nati natorum et qui nascentur ab illis.

De conservatione corporis post 18 *menses, itemque tunicæ; quæ fuerit hæc*

175 *Mirum videbitur nihil legi in processu de conservatione corporis, a mense Octobri anni* 1249 *ad Majum anni* 1251: *nam corpus fuisse integrum post illud tempus, certum est ex translationibus, in quibus id animadversum est; et satis sit hoc loco dixisse, conservari hodieque integrum Mantuæ, post*
C *annos plus quam sexcentos a morte elapsos. Ideo scilicet nihil de hac conservatione testes sunt elocuti, quod res esset examinatoribus notissima, et de qua eis omni hora, in ipsa civitate in qua processus agebantur, constare poterat. Eadem de causa nec de cuculla, sive tunica, qua beatus indutus vixit* (4), *quacum sepultus est, et quæ octodecim post mensibus reperta est integra et incorrupta, quidquam dixere testes. De qua reliquia, quæ ad hanc usque diem Mantuæ adservatur, hic paucis agendum est; simulque de causa ob quam veste alterius coloris, nigri videlicet, sacrum corpus postea est indutum, deque mutatione coloris vestium quæ in congregatione* B. Joannis *post ejus obitum est facta. Accurate de ejus tunica scribebat circa annum* 1455 *S. Antoninus* (5): Tota vita tunica staminea utebatur, quæ ratione sanctitatis ejus post obitum suum decem et octo mensibus (*ab Octobri anni* 1249 *ad Majum anni* 1251) sub terra fuit illæsa; quæ omni anno D
die transitus ejus populo devote ostenditur, et febricitans ejus tactu sanatus est. *Erat autem aut est* (*siquidem hodiedum adservatur*) *coloris* grisei (6) *seu ut Itali dicunt:* di color bigio (7); *sed post elevationem corporis, anno* 1251, *ea tanquam magni pretii pignore reservata, indutum est illud tunica nova coloris nigri, qui ordinis eremitarum S. Augustini proprius est: vel, si nondum anno* 1251 *ille color est admissus, fuit saltem in translatione prima. Explicanda hæc sunt in hunc modum:*

et quid præscripserint Pontifices circa habitum ordinis.

176 *Præscripserat Gregorius IX, anno pontificatus* XIV, *Christi* 1241, *ut eremitæ S. Augustini in Lombardia vestirentur cuculla alba aut nigra ad distinctionem a Minoritis* (8). *Frater Andreas, prior generalis eremitarum de Brictinis in Marchia Anconitana, obtinuit ab eodem pontifice eodemque anno* 1241, *ut dictis eremitis liceret colorem pristinum retinere, hac conditione, ut cucullas non cingerent* (9). *Inde nata videtur aliqua confusio; nam legimus* B. Joannem *non modo cucullam griseam gessisse, sed etiam fuisse cinctum, et, ut videtur, usque ad finem vitæ* (10); *quem scimus tamen obedientiam Vicario Christi præstandam, tum subditis, tum sæcularibus perpetuo commendasse* (11). *Denique eremitæ* B. Joannis, de mandato et auctoritate duorum cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebatur officio, nigrum, quem gestatis adhuc (*inquiebat anno* 1253, *mense Decembri, Guilielmus S. Eustachii cardinalis*) (12), habitum elegerunt. *Factum id videtur post obitum* B. Joannis; *et quidem litteræ Richardi, S. Angeli cardinalis et visitatoris generalis ordinis S. Augustini, quibus statuit ut omnes fratres illius ordinis* deferant cucullas nigras, *datæ fuerant eodem hoc anno* 1253, *die* 28 *Julii. Ex quibus apparet, maxime ex verbis cardinalis S. Eustachii, eremitas* B. Joannis *mandatis pontificiis, ubi sufficienter innotuerant, obtemperasse; et recte id propugnasse Herreram contra Waddingum* (13): *licet a Gregorio IX et Alexandro IV tarditatis in obediendo arguantur eremitæ de Brictinis, qui in Marchia Anconitana degebant* (14). E

Beati tunica adservatur hodieque.

177 *Ut vero historiam pretiosi lipsani, quod in elevatione corporis* B. Joannis *sepositum est, hic absolvamus, de eo fr. Ardizzione anno* 1253 *testatur,* quod fr. Joannes Bonus usus fuit per totum illud tempus in quo dictus testis fuit cum eo, se teste vidente, unica tantum cuculla staminea subtili, tam in hyeme quam in æstate; quæ hodie potest videri F
reservata a fratribus suis, in quodam scrinio (15). *Servatam fuisse anno* 1455 *didicimus supra ex S. Antonino; et de eadem hæc scribebat anno* 1484 *Augustinus Cremensis in vita ms:* Tunicella illa, qua indutus fuerat, cum bireto et zona, ita integra et sana atque incorrupta permanserunt, ut usque in hodiernam diem in cœnobio S. Agnetis maxima cum veneratione serventur. *Eam illam esse qua induebatur in vita, quamque descripsimus num.* 80 *hujus Commentarii, patet etiam ex colore quem ei assignat Herrera in Alphabeto* (16): Ejus cappa (*sive cuculla*) anno 1499 Mantuæ conservabatur, eratque grisei coloris, Franciscano similis. Sic enim ait noster Nicolaus Barianus in causa Vitaliana: «Ego vidi et tetigi cappam B. Joannis Boni Mantuæ, quæ grisei coloris est, qualis scilicet coloris nunc est habitus ipsorum Minorum.» *Similia testantur*

(1) Processus num. 451 et 455. — (2) Ibid. num. 450. — (3) Ibid. num. 456. — (4) Vide supra, num. 80. — (5) Infra in summario Vitæ, num. 5.—(6) Processus num. 83.—(7) Supra num. 32 et 59. — (8) Ap. Wadding. Apologeticus, etc. § 4, tom. II, Annal. pag. 462. Romæ 1732. — (9) Ibid. num. 464.—(10) Supra num. 59. — (11) Vide supra a num. 90. — (12) Supra num. 144. — (13) Ap. Annal. Minor. tom. II, Apologetici defens. sect. VII, num. 11, pag. 559. — (14) Ibid. pag. 462 et 467.—(15) Processus num. 305.—(16) Tom. I, pag. 367.

Marquez

A *Marquez* (1) *et Volta* (2); *quorum posterior hæc subdit:* Hæc tunica cum caputio oblongo et acuto adservatur hodiedum (*anno* 1775) Mantuæ a PP. Augustinianis, quibus dono data est ab ultimo duce nostro Ferdinando Carolo. *Denique de hodierna ejus conservatione hæc scribit R. D. Canonicus Sordi in notationibus mss.:* Tunicam qua utebatur dum viveret, servat ecclesia cathedralis in eleganti theca eburnea, columellis crystallinis adornata, cui imposita est parva statua seu imago sancti. Solet vero in festis et novemdialibus devotionibus quæ in ejus honorem celebrantur, proponi venerationi fidelium in altari majori.

Pietas Cæsenatum erga Beatum; Mantuani canonizationem exposcunt.

178 *Ex tot miraculis quæ operatus est Beatus in elevatione corporis anno* 1251, *factum est ut iterum Cæsenates dolerent maxime, nec minus quam in ipso ejus abitu Cæsena et morte, se tanti pretii pignore cernere orbatos. Dicebat anno* 1254 dominus Gaiferius miles (*seu eques*), nobilis vir de Cesena: Si possibile esset quod Cesenates hodie possent aliquo modo rehabere corpus dicti fratris Joannis Boni, expenderent hodie mille marcas argenti (3). *Addit idem de cultu quo Beatum prosequebantur Cæsenates ipso tempore testificationis, seu anno* 1254:

B Propter ea quæ Cæsenates viderunt et audierunt de dicto fratre Joanne Bono, tempore quo erat Cesenæ, gentes multæ de Cesena et partibus circumstantibus iverunt et vadunt Mantuam, ad locum ubi est corpus dicti fratris Joannis Boni, sicut ipse testis vidit et videt et etiam de hoc publica vox et fama est Cesenæ (4). *Mantuæ interea, a tempore elevati corporis, annis scilicet* 1251, 1252 *et* 1253, *non cessaverant miracula* (5). *Verum tamdiu non expectaverant Mantuani quin de sancti sui concivis ac thaumaturgi canonizatione cogitarent. Anno* 1251, *quo corpus e terra elevatum fuerat, Innocentius IV, pontifex maximus, Januæ versabatur, quo propter insidias a Frederico II imperatore sibi structas confugerat* (6). *Eum illuc adiere mense Junio duo* nobiles viri, Bartholomæus et Nicolaus ambasciatores Mantuani, (7), *ac litteras retulerunt, datas Januæ* 13 *Kal. Julii, quibus mandabatur ut instituerentur processus, addita forma faciendarum interrogationum. Habiti sunt processus* (*quemadmodum uberius dicetur in Commentario ad eos prævio*), *et mundum in admirationem rapuere, ut loquitur illustrissimus Gonzaga, episcopus Mantuanus* (8); *sed eo ipso anno quo absolutus est pro-*
C *cessus Cæsenas, Christi scilicet* 1254, *Innocentius pontifex migravit e vivis.*

§ XIX. Inventio corporis beati et translatio medio sæculo xv. De duobus conventibus a S. Agnete dictis extra et intra Mantuam. Corpus beati reperitur incorruptum post duo sæcula.

Exuviæ B. Joannis

Quæ subsecuta sunt post Processus apostolicos et mortem Innocentii IV, breviter refert Leopoldus Volta, in historia Mantuana imprimis peritus. Joannes Bonus, *inquit,* antequam exspiraret, prædixerat fore ut nomen suum per longum tempus oblivioni daretur. Quod reapse factum est; quoniam ea tempora infelicia successerunt quibus intestina bella, odia publica ac privata et tyrannicum præcipue imperium eorum qui imperandi potestatem vicissim dolo usurpabant, effecere ut populus dudum officiorum suorum immemor fieret, tum sacrorum, tum civilium. Per ducentos et amplius annos sancti nostri nomen alto obductum est silentio, ita ut locus in quo conditus fuerat ignoraretur (9). *Deinde addit in notationibus:* Versus medium sæculum xv detectum est ejus sepulchrum intervenientibus aliquot miraculis; ex quo tempore Mantuæ celebrari cœpit quotannis inventio S. Joannis Boni. *Et inferius:* In veteri catalogo cujus iste est titulus: « Festa observanda in civitate et statu Mantuæ » et vulgatus est a temporibus circiter Joannis Francisci Gonzagæ, id est circa medium sæculum xv, inventio signatur S. Joannis Boni, quæ tunc kalendis Majis celebrabatur: « Die prima Madii inventio beati Zaneboni. » Idemque legitur in statutis seu decretis illius ævi.

Auctore E. C. oblivioni dantur sæculis duobus. Inventio

E 180 *Eadem die prima Maji, qua inventum est corpus, facta videtur et ejus translatio, si fides Bartholomæo de Pallazzuolo, in suo martyrologio ms. Natus est porro ille scriptor in tractu Bergomensi, non procul a Mantua, vixitque in ordine eremitarum S. Augustini, et quidem ad congregationem pertinens Lombardiæ, ab anno* 1433 *ad annum* 1502, *quo Brixiæ decessit; ita ut probe nosse potuerit quæ medio sæculo* xv *Mantuæ in conventu sui ordinis gesta sunt. Translationem vero, et quæ ejus occasione facta sunt miracula, memorat his verbis:* Die prima Maji, Mantuæ, translatio corporis S. Joannis Boni confessoris ordinis eremitarum S. Augustini, quæ innumeris decorata miraculis, etiam cunctis ejusdem civitatis incolis celeberrima perseverat (10). *Eamdem translationem commemorat quoque Augustinus Cremensis in Vita inedita quam concinnavit anno* 1484: Et quia in suburbiis Portus, *inquit,* in ecclesia S. Agnetis corpus illud venerabile quiescebat, nec extra urbis mœnia locus ipse tutus nec tanto pignore dignus fuerat, ut major laus, decor et ornamentum accederet, visum est omnibus corpus ipsum in urbem transferre. Sicque perfecta arca, cum omni clero et populo maximo cum apparatu urbe exeuntes, et ad locum ubi jacebat F sacrum corpus accedentes, illud a terra pienter et cum omni reverentia elevaverunt; magno cum honore et multo lumine, gaudentes, urbemque intrantes, omnibus psallentibus et cantantibus, ad ecclesiam ord. prædictorum fratrum divi Augustini deferentes, quæ postea S. Agnes nova nuncupata. Ibi arca nova parata, ante altare capellæ majoris ipsius ecclesiæ in sancta sanctorum sacratissimum illud corpus reverenter in arca posuerunt. Dum in arca poneretur infinita miracula facta sunt. *Facta est hæc translatio de S. Agnete vetere extra muros ad S. Agnetem novam intra civitatem.*

medio sæculo xv *et translatio ad S. Agnetem novam, intra muros.*

181 *Priorem conventum dicit Herrera eumdem esse qui postmodum dictus est* S. Joannis Boni (11): Monasterium S. Agnetis extra Portum, *inquit,* quod nunc titulo S. Joannis Boni indigitatur *etc.*, (12). *Quod similiter asserit historicus Mantuanus Leopoldus Volta* (13). *Insinuat tamen auctor Diarii Man-*

De conventu S. Agnetis extra Portum, dicto etiam S. Joannis Boni;

(1) Origen de los Fr. ermit. pag. 249. — (2) Ristretto, pag. VI; vide supra, num. 32. — (3) Proc. num. 255. Item num. 215 et 253. — (4) Ibid. num. 255. Item. num. 222, etc. — (5) Ibid. num. 147, 346, 569, 572, 595, 598, 405, 420 et 428. — (6) Raynald. Annal. eccles. ad an. 1244, num. 33 et 1251, num. 30. — (7) Processus num. 3. — (8) Constit. synod. F. Franc. Gonzagæ, pag. 205; ap. Volta, Ristretto, pag. IX. — (9) Ristretto, pag. IX. — (10) Ap Torelli, Sec. Agost. tom. VII, pag. 561. — (11) Alphab tom. II, pag. 107. — (12) Item supra, num. 169. — (13) Supra, num. 32.

tuani

AUCTORE E. C.

tuani anni 1836 *conventum* B. Joannis *a conventu S. Agnetis diversum fuisse et diverso loco fuisse ædificatum* (1). *Dicendum potius alterum in alterius locum successisse et novum utroque nomine fuisse dictum, ex iis quæ subdit Herrera, suntque adscribenda hoc loco, quum pertineant ad historiam cultus nostri beati*: Luysius Gonzaga, ut habet Hippolytus Donesmundi lib. v historiæ Mantuanæ pag. 321 et lib. VI pag. 54, ut Deum Mantuæ iratum placaret, circa annum 1550, conventum et claustrum ædificavit Augustinianis S. Agnetis Mantuæ extra Portum. Et Fridericus Gonzaga, marchionis Mantuani primogenitus, circa annum 1472 fecit a fundamentis de novo fabricari ecclesiam S. Joannis Boni, ut apparet ex altaris ancone. *Usi sunt hac ecclesiola et conventu patres Augustiniani usque ad annum* 1650, *quo tempore derelinqui debuit; concidisse in terram ecclesiolam anno* 1744, *scribit laudatus auctor Diarii Mantuani* (2); *verum testatur Leopoldus Volta eam exstitisse adhuc anno* 1775 : Ibi etiamnum, *inquit*, cernitur oratorium ei dedicatum, quod anno 1472 Fridericus Gonzaga, devotione motus, reædificari jussit (3).

De conventu S. Agnetis intra civitatem; B

182 *Conventum S. Agnetis intra civitatem verisimile est erectum esse sæculo* XIII, *paulo post obitum* B. Joannis (4); *dum facta Unione Magna ab Alexandro IV, eremitæ S. Augustini ad civitates sese transferre cœperunt ut saluti proximi, sicut ceteri Mendicantes, incumberent : quem finem a pontificibus intentum fuisse, dum varias congregationes regulam S. Augustini sectantes, in unum corpus univerunt, asseverat Jordanus de Saxonia in* Vitis fratrum (5). Extat hujus cœnobii memoria, *inquit Herrera* (6), in registris (*ordinis*) anno 1392. *Sæculo sequenti juxta conventum magnifica erecta est ecclesia, titulo S. Agnetis, cujus fabrica absoluta fusse videtur circa annum* 1430, *quæque anno* 1460, *die* 13 *Januarii, a Pio II, dum concilium Mantuæ celebrabat, solemniter est consecrata* (7). *Exstructum fuit hoc templum expensis cujusdam nobilis feminæ e gente Frizza.* Fovit pia Mantuanorum desideria, *ait Herrera*, (*recipiendi scilicet intra civitatem sacra lipsana* B. Joannis) nobilis quædam femina ex gente Frizza, quæ pulcherrimum S. Agnetis templum intra urbem erigendum curavit, quod postea familia Gonzaga, cui plurimum semper debuit Augustini posteritas, ornavit et auxit. In illud B. Joannis Boni pignora die 1 Maji C translata; sed ignotum quo anno.

ibi depictæ icones et inscriptio de B. Joanne *anno* 1518.

183 *In circuitu claustri primi istius conventus S. Agnetis novæ, depicta sunt anno* 1518 *res gestæ et miracula aliquot* B. Joannis (8); *inter quæ miraculum cereorum accensorum, quod contigit in elevatione corporis anno* 1251. *Depicta quoque fuerat, in testimonium veritatis illorum omnium, in muro inscriptio aliqua, quæ anno* 1693, *ne periret, in lapide est incisa. Ex italica vero lingua, qua eam exhibet R. D. Savio* (9), *latine versa sic sonat :* Hæc sunt miracula et vita sancti Joannis Boni, ut narrata sunt et scripto mandata a notariis publicis Mantuanis Bonaventura (10) et Lanfranco (11), ex mandato Innocentii papæ quarti, et excepto prius testium juramento. Commissa fuerat hæc provincia audiendi testes reverendo domino Alberto episcopo Mutinensi, reverendo domino Joanni de Gonzaga præposito ecclesiæ cathedralis Mantuanæ, et priori sancti Marci (12), anno D. N. J. C. 1251. Scripta D
authentica et processus hac super re, ipsa manu notariorum confecta, eorumque consuetis sigillis munita, deposita sunt in conventu S. Agnetis Mantuæ. Etenim dictus Innocentius hunc sanctum canonizare volebat, si non fuisset immatura morte præreptus. Alia permulta miracula ex prædictis processibus innotescunt, sed hæc solum, quæ vides, depingere satis fuit. Anno 1518, mense Aprili. *Tum addebatur in dicto lapide, lingua latina :* Olim in pariete picta exarabantur hæc, in silice sculpta anno 1695.

Translatio prima facta videtur anno 1451 *die* 2 *Maji.*

184 *Celebratus est dudum Mantuæ dies* 1 *Maji in memoriam inventionis et translationis primæ* (13), *sed ei suffecta est ipso sæculo* XV, *saltem quibusdam in locis, octava resurrectionis Domini :* Ejus memoria, *inquiebat circa annum* 1495 *Antonius Verle* (14), colitur in octava Paschæ : *quod et sæculo* XVII *quoque obtinuisse mox testabitur Herrera. Translationem anni* 1585 *intra octavam resurrectionis factam esse, ob memoriam translationis primæ, quæ intra eamdem sit facta, perhibet R. D. Sordi in annotatis mss. Insuper inventionem, quam antiquissima monumenta contigisse ferunt die* 1 *Maji* (15), *a translatione non distinguit Bartholomæus de Palazzuolo,* E *sæculi* XV *scriptor, ut dictum in superioribus. Ex quibus conjecturam aliquam proponi posse censemus. Toto scilicet sæculo* XV *octava resurrectionis, seu dominica in albis, non incidit in mensem Majum nisi semel, anno videlicet* 1451, *seu medio sæculi, quo tempore reapse eam factam esse auctores asseverant* (16). *Pascha autem celebrabatur dicto anno* 25 *Aprilis et octava Paschæ* 2 *Maji. Conciliabuntur itaque omnium scriptorum dicta, si admittatur inventionem evenisse die* 1 *Maji anni* 1451, *et die sequenti, quæ fuit dominica in albis, factam esse translationem : quum ceteroqui noverimus translationes diebus dominicis aut festis fieri consuevisse; et neglecta fuerint ac oblivioni data ad id usque tempus lipsana* B. Joannis *et ideo meliori loco quam primum donanda.*

In ea beati corpus repertum est incorruptum.

185 *Quando autem detectum est corpus, loculus ligneus, quo conclusum fuerat, repertus est media ex parte corruptus,* ex aquis proximi lacus, *inquit Volta* (17), illuc ingressis per venas subterraneas. *Subjungit idem :* In hanc usque diem a laudatis PP. Augustinianis hic loculus servatur in decenti theca cum sequenti epigraphe ad perpetuam rei memoriam : CLAUDITUR HEIC ARCA LIGNEA INTRA QUAM PLURIBUS ANNORUM DECURSIS S. JOANNIS BONI CADAVER F
MIRANTE NATURA SERVATUM EST. *Hodiedum vero reposita est arca in ecclesia parochiali S. Antonii extra civitatem* (18), *eamdemque præfert epigraphen; sed indicant voces quibus utitur R. D. Sordi, eam concidisse in fragmenta. Quam integrum fuerit corpus repertum post memoratam translationem scribit anno* 1484 *Augustinus Cremensis, qui illud proculdubio suismet occulis inspexit :* Quum per plures annos, *inquit,* corpus illud sanctum terræ conditum permansisset, elevatum e terra ita integrum et undique odore fragrans repertum est, ut ne capillus quidem præter nasi summitatem de ejus capite ceciderit. *In templo S. Agnetis novæ cepit corpus beati sacellum illud quod proximum erat choro et sacrario, ibique repositum est, aut suspensum potius ex mox dicendis, in arca marmorea.*

186 *In conventu S. Agnetis commoratus est ali-*

(1) Diario di Mantova per l'anno 1836, pag. 174 et 175. — (2) Diario loc. cit. — (3) Ristretto, pag. VI. — (4) Cfr Herrera, Alphab. tom. II, pag. 107; Torelli, Sec. Agost. tom. IV, pag. 435. — (5) Apud Henschen. tom. II Febr. pag. 475, num. 14. — (6) Alphab. loc. cit. — (7) Diario Mantuano, 1836, pag. 133. — (8) Vide supra, num. 19; Wadding. Annal. Minor. tom. II, pag. 447. Romæ 1732. — (9) Vita, pag. 82. — (10) Cfr Processus num. 98. — (11) Ibid. num. 167. — (12) Ibid. num. 1 et 3. — (13) Supra, num. 179 et 180. — (14) Ibid. num. 2 et 3. — (15) Ibid. num. 179. — (16) Ibid. et num. 180; Savio, Vita, pag. 84. — (17) Ristretto, pag. VIII et seq. — (18) Savio, Vita, pag. 84.

quot

A *quot dies anno* 1550 *Carolus V imperator, Bononia veniens ubi a Clemente VII, Pontifice maximo, fuerat coronatus. Ingressus est Mantuam in festo Annuntiationis, die* 25 *Martii, et ipso die ingressus Fridericum Gonzagam, Mantuæ marchionem, ducem creavit* (1). *Divertit vero ad castellum ibique habitavit hebdomadas aliquot; sed adveniente hebdomada sancta, devotionis causa, in habitationem delegit conventum S. Agnetis, ut testatur sequens inscriptio quæ olim ibi legebatur marmori insculpta* (2) :

Carolus V in conventu S. Agnetis anno 1550.

ANNO DOMINI MDXXX
IN HEBDOMADA SANCTA
CAROLUS V IMPERATOR CORONATUS
DEVOTIONIS GRATIA
HANC SIBI HABITATIONEM ELEGIT.

In hospitii mercedem, *inquit Herrera* (3) priorem S. Agnetis in perpetuum *idem imperator* creavit comitem Palatinum, cum facultate creandi notarios, legitimandi, doctorandi *etc.*

§ XX. Translationes annorum 1543, 1585, 1775 et 1798. Prodigiosa conservatio corporis post sex integra sæcula.

B *Anno* 1543 *translatum est corpus* B. Joannis *e sacello supradicto ad sacellum majus, dictum sancta sanctorum, depositumque ad latus altaris in aliud monumentum marmoreum, seu potius antiquissimum et splendidum mausoleum, quod servat hodiedum ecclesia cathedralis in vicinia sacelli S. Agathæ.* Istud nobilissimum monumentum, *inquit R. D. Sordi in notationibus vernaculis,* in civitate nostra unicum et singulare multis ornatum est anaglyphis et auraturis : et in fronte quidem prominentes habet figuras apostolorum et redemptoris stantis in medio eorum in quadam stylobata aut scabello. In lateribus cernuntur in sex areis minusculis Moses recipiens tabulas legis, sancta familia, Moses Iraelitis monstrans vas manna plenum, apostoli Petrus et Paulus et in horum medio B. Virgo. In parte superna exhibetur præsepe domini sub quo hæc legitur epigraphe :

Translatio secunda anno 1543.;

C HIC IN URNA DORMIT CORPUS
S. JOANNIS BONI E CAPELLA
HUC TRANSLATUM DIE XX FEBR.
MDXLIII.
OBIIT AUTEM MCCXLIX.

Addit Leopoldus Volta (4) *modum quo exsculptum est monumentum satis ostendere ejus antiquitatem, non tamen antiquius esse sæculo septimo, aut ad summum sexto : quæ si sint admittenda, dicendum forte, ut frequenter est factum, sculptum esse ad exemplar monumenti antiquioris. Notat idem ornari monumentum in latere monogrammate* ☧ *quo nomen græcum* Χριστος *repræsentari, in sepulchris maxime veterum christianorum, passim est notum. Contigit autem hæc translatio,* cum celebrarent capitulum Mantuæ patres congregationis Lombardiæ (5).

188 *Tertia translatio facta est intra parietes templi S. Agnetis anno* 1585, dum PP. Augustiniani, *inquit R. D. Sordi,* augendæ devotionis causa sacrum corpus, e monumento marmoreo extractum, collocarunt sub altari majori. Ibi vero exhibitum est venerationi fidelium duobus ultimis diebus octavæ Paschatis, in memoriam translationis primæ quæ diebus illis contigerat (*medio sæculo* XV, *de qua supra*); et exinde eodem modo annis singulis fidelibus est ostensum (6). *Hanc translationem memorat etiam Herrera, eam non distinguens a prima et secundam silentio premens :* Corpus B. Joannis Boni, *inquit,* quod per centenaria annorum in arca marmorea in aere suspensa jacuerat (7), sub ara majori solemniter collocarunt, ubi quotannis die secunda et tertia Paschatis resurrectionis magno populi concursu colitur; sicut et ecclesia S. Joannis Boni extra Portum in octava resurrectionis frequentatur. *Translationes corporis* B. Joannis *similiter confuse proposuerunt omnes ejus biographi, nullo excepto; quas in hoc commentario distincte enarrare conamur.*

AUCTORE E. C.

tertia anni 1585;

189 *Suppressa anno* 1773 *Societate Jesu, ejus collegium Mantuanum et adjacens templum SS. Trinitatis anno* 1773 *cessa sunt PP. Augustianis; hi vero suum conventum et ecclesiam S. Agnetis derelinquere debuerunt, quæ in usus profanos transiere, et ecclesia quidem anno* 1806 *solo est æquata. Dicto anno* 1773, *die* 25 *Novembris, extractum est corpus B. Joannis* ex arca marmorea, *inquit R. D. Canonicus Savio in Vita beati* (8), depositumque in alia ligni nucei. Recognovit sacrum corpus et arcam novam sigillavit vicarius generalis Carolus Nonius delegatus ab illustrissimo D. episcopo de Pergen ac recognitionis instrumentum scripsit ac subsignavit notarius ac presbyter Andreas Tognini. *Sicque compositum pretiosum pignus cum multa pompa ecclesiastica et supplicatione solemni translatum est ad ecclesiam SS. Trinitatis; quibus interfuere pars maxima familiarum religiosarum, capitulum cathedrale, magistratus, nobilitas ceteræque civitatis dignitates. Deposita vero iterum est arca sub altari majori. Sequenti die inchoatum est triduum sacrum et tribus continuis diebus celebratæ sunt laudes beati oratione panegyrica. Solemnitatem translationis testatur libellus hac occasione editus, in quo omnium ordinum cives beatum nostrum odis et poematiis laudare voluerunt* (9); *cujus initio insertum est summarium Vitæ* B. Joannis *a Leopoldo Volta concinnatum, quod pluries in hoc commentario* F *citavimus. In fronte libri cernitur imago æri incisa, corpus beati referens in arca depositum, cujus exemplar ligno inciso fideliter expressum hic subjicitur.*

quarta anni 1773. Beati in tumulo jacentis effigies.

E

(1) Giunta Stephano, Il fioretto delle chroniche di Mantova. Padova, 1574, pag. 44; Art de vérifier les dates, pag. 845, edit. 1770. — (2) Volta, Compendio storico di Mantua, tom. II, pag. 254. — (3) Loc. cit. — (4) Ristretto, pag. x, not. 23. — (5) Herrera, Alph. loc. cit. — (6) Cfr Lodi, Vita, lib. III cap. 45. — (7) Supra, num. 185. — (7) Vita di S. Giovanni Buono, pag. 85 Mantova 1859. — (9) Poesie per la solenne translazione della chiesa di S. Agnese a quella della SS. Trinita del sacro corpo incorrotto di S. Giovanni Buono Mantovano, propagatore dell' ordine di S. Agostino e primo comprotettore di Mantova. Con un prelim inare ristretto di notizie intorno alla vita del medesino Santo. Mantova 1775.

Adeo

AUCTORE E. C.

B

Adeo vero solemnis visa est hæc translatio anni 1775, *ut in actis capitularibus diœcesis Mantuanæ eodem anno ejus facta sit ampla relatio.*

Translatio quinta et ultima anni 1798.

190 *Anno* 1798 *PP. Augustiniani transire debuerunt ad conventum patrum Oratorii S. Philippi Nerii, qui præcedenti anno fuerant suppressi; quo etiam translatæ sunt exuviæ* B. Joannis. *Sed extimescentes PP. Augustiniani et suam quoque suppressionem, die* 2 *Augusti ejusdem anni convenerunt D. de Pergen, episcopum Mantuanum, rogaruntque ut ordinis sui nobilissimum pignus deinceps adservare dignaretur in sua ecclesia cathedrali.* Postulationem excepit ingenti cum solatio illustrissimus dominus, conditoque decreto acceptationis, ad recognoscendum corpus sacrum disponendamque
C translationem delegavit archidiaconum Ign. Tamburinum. Verum quum impediretur hic quodam morbo, subdelegatus est piissimus sacerdos Alexander Savazzoni, qui dicti corporis authentica recognitione instituta, illud ad seminarium episcopale deferri curavit. Parabatur interea locus sub altari quodam sacelli Virginis Coronatæ in æde cathedrali; quo id transtulerunt, *absque consueta solemnitate, propter iniquitatem temporum, sacerdotes tres,* die 24 Novembris anni 1798. Die vero sequenti, seu 25, celebrata est hæc translatio in ipsa ecclesia cathedrali, simulque anniversaria dies translationis anni 1775; interfuit sacro solemni illustrissimus D. episcopus de Pergen, et dicta est oratio panegyrica a canonico theologali Fiorati.

De cultu hodierno Mantuæ et de conservatione corporis.

191 Ibi requiescit etiamnum corpus incorruptum S. Joannis; et novem dierum pia exercitia in præparationem ad ejus festum, *inquiebat anno* 1859 *R. D. Savio,* celebrat quotannis pia quædam sodalitas, ac festo die missæ solemni interest illustrissimus D. episcopus J. B. Bellè, habeturque oratio D panegyrica (1). *Memorata modo pia sodalitas, quæ in beati honorem est constituta a medio circiter sæculo, regiturque a canonico ecclesiæ cathedralis, nihil omittit, non modo ut celebretur solemniter tum festum beati, tum anniversaria dies ultimarum translationum, sed ut nec quotidie beato in suo altari specialis honor desit. De prodigiosa porro conservatione corporis post sex integra sæcula et tot translationes, hæc insuper addit memoratu digna R. D. Sordi :* Servatur corpus intactum et incorruptum (*et ut alibi dicit :* quasi recens vita privatum; « come fosse appena morto ») excepta extremitate nasi, cerniturque eum staturæ fuisse plus quam ordinariæ. Cicatrices quæ visuntur in pede dextero (2) et in manibus, veritatem testantur eorum quæ de inauditis ejus pœnitentiis referunt processus et biographi. Indutus vero est tunica nigra (3) eremitarum S. Augustini, cinctusque corrigia. *Refert idem ad diem* 25 *Octobris et* 25 *Novembris aperiri tumulum exhiberique venerationi corpus, præsente perpetuo sacerdote, qui eidem admovet benedicitque rosaria, aliaque quæ hunc in finem fideles porrigunt.* Supra altare vero, *ita prosequitur,* pendet vivis coloribus depictus beatus, E dum infixis sibi arundinis particulis sub ungulis, patitur deliquium et confortatur ab angelo (4).

De beati cultu hodiedum Cæsenæ.

192 *Adscribenda hic sunt quæ de beati cultu in diœcesi Cæsenatensi, mihi perscribit R. D. Aloysius Paggi, seminarii illius diœcesis professor :* Cum in civitate, *inquit,* tum in diœcesi cultus exhibetur beato; cujus festum die 25 Octobris celebratur. Lectiones in breviario sunt propriæ, sed eædem ac illæ quæ recitantur in diœcesi Mantuana (*de quibus infra erit sermo*). Non erit alienum a re advertere Cæsenates, cum decreverint anno 1816 cœmeterium publicum condere eo in loco quo consurgebat monasterium canonicorum regularium a S. Cruce, patronum ac titularem sacelli selegisse Joannem Bonum simul cum S. Nicolao Tolentinate. Ratio præcipua cur Bonus dictus fuerit patronus ac titularis sacelli cœmeterii, ea fuit, quod cœmeterium ipsum ad vallem pertinet cui imminet collis ubi beatus quadraginta per annos vitam transegit. Præter hæc scias velim in templo S. Augustini, de quo supra (*vide ad num.* 5 *Processus*) mentionem feci, asservari cucullum beati (*id est caputium, ni fallor, vel forte cuculla aliqua seu tunica ex pluribus quas habuit unam post aliam. Supra num.* 59 *et* 80), et F apud reverendissimum dominum Joachimum Sassi, canonicum ecclesiæ collegiatæ Lonzani (*forte S. Theonesti de Lonzano* (5), *quam nescio an sita sit in loco nunc dicto* Longiano *prope* Savignano, *non procul a Cæsena*) sub hac diœcesi, manere culignam (*forte cochlear*) æream qua eremi fontis aquam Augustiniani sodales præbere solebant fidelibus, quamque adhibuisse beatus ipse fertur.

§ XXI. De reliquo beati cultu. Ejus biographi. Vitæ edendæ.

Marchio Mantuanus cano-

Non vero in solis translationibus cives Mantuani *venerationis suæ erga beatum solemnia edidere te-*

(1) Savio, Vita, pag. 86 et seqq — (2) V. Process. ad num. 294. — (3) Supra num. 176. — (4) Cfr Nuovo prospetto delle pitture, sculture ed architetture di Mantova... di Gaëtano Susani, pag. 9 et seq Mantova 1818. — (5) Lubin, Abbatiarum Ital. notitia. pag. 192. Romæ 1693.

stimonia,

A *nizationem postulat.*

stimonia, sed et alias frequenter dum vel civitas ejusque societates litterariæ eum patronum elegerunt, vel sanctam Sedem iteratis vicibus rogarunt ut beati cultus ecclesiasticus nova incrementa acciperet. Inventum fuisse corpus post diuturnam oblivionem medio circiter sæculo XV *et in urbem translatum, dictum in superioribus num.* 179 *et seq.* Tandem, *inquit Volta,* Fridericus Gonzaga, Mantuæ marchio secundus, a Patre Augustino Cremensi, ordinis S. Augustini, sollicitatus, pietatem erga sanctum resuscitare statuit, ipsum patrem mittens ad Pontificem Sixtum IV, ut denuo posceret canonizationem (*seu beatificationem*). Factum est id anno 1485, quo anno Pontifex in gravissimi momenti negotiis versabatur, ut quantumcumque bonus religiosus sategerit, postulationi marchionis Mantuæ auscultandæ nullus relictus sit locus. Attamen reperimus Pontificem, ne pietas Mantuanorum frigesceret, approbasse cultum quoadusque vel ab ipso vel a successoribus solemnis canonizatio decerneretur (1).

Bulla beatificationis, quæ cultum permittit in universa ecclesia.

B

194 *Bulla Sixti IV, qua fr.* Joannem Bonum *beatorum numero adscribit, incipit his verbis :* Licet sedes apostolica etc.; *et ejus exemplum aliquod servabatur olim et forte etiamnum Romæ in bibliotheca Vallicelliana* (2). *Præcipuam vero ejus partem exhibent Raynaldus* (3) *et Benedictus XIV* (4), *quæ hic omittenda non est :* De fratrum nostrorum consilio et assensu, auctoritate apostolica concedimus, quod ipse B. Joannes Bonus, ut pie inter sanctos in superna patria collocatus, ad laudem et divini nominis, et altissimi gloriam, qui in cælis habitat et humilia respicit, sine hæsitatione et conscientiæ scrupulo, vel canonis divini incursu possit pro beato in omnibus et singulis civitatibus, terris et locis, ac monasteriis ac ecclesiis venerari : et ad eum ut beatum preces porrigi et suffragia ejus implorari, donec aliud per nos, vel sedem prædictam fuerit solemniter ordinatum etc. *Singulare est in hac bulla permitti cultum beati, non in una provincia aut ordine religioso, sed in ecclesiis quibuscumque orbis universi.* Compertum habemus, *inquit Benedictus XIV,* beatorum cultum coarctari sane intra aliquam provinciam, diœcesim, civitatem aut religiosam familiam; at aliquando tamen posse ad universam ecclesiam extendi, citra tamen legem præcepti, sed per modum simplicis facultatis, et per actum minime extremum, nec ultimo definitivum. Quapropter in supra citato diplomate Sixti IV

C de cultu B. Joannis Boni non solum insunt verba permittentia et facultatem facientia, verum etiam alia verba superadduntur, quæ extremam determinationem necdum prolatam exspectant : « Donec aliud per nos, vel sedem apostolicam fuerit solemniter ordinatum (5). » *Idem privilegium concessit Clemens X in causa beatæ, nunc sanctæ Rosæ Limanæ* (6); *sed nullum aliud exemplum hujusmodi concessionis a Benedicto XIV adducitur.*

Vincentius dux canonizationem petit. Indulgentiæ concessæ anno 1587.

195 *Post translationem tertiam exuviarum beati, quæ facta est anno* 1585, *iterum expostulata est ejus canonizatio :* Anno sequenti, *inquit Volta,* Vincentius Gonzaga, dux Mantuanus, Romam misit prælatum Tullium Carretti, qui dein factus est episcopus Casalensis, ut pluries propositam canonizationem promoveret. Nec sumptibus nec operæ pepercit princeps, ut quod sui decessores nequicquam speraverant, tandem obtineret; sed cognitæ Pontificatus Sixti V perturbationes obstiterunt quominus ejus vota complerentur (7). *Bullam tamen edidit idem Pontifex anno* 1587, *die* 10 *Martii, qua visitantibus ejus sepulcrum, die, qui ei festus est,* 23 *Octobris, indulgentiam plenariam concedit : quam bullam Amadeus, historicus Mantuanus, in archivo conventus S. Agnetis asservatam fuisse dicit* (8). *Videtur circa hoc tempus, ut apparebit ex monumentis citandis, non parum aucta pietas Mantuanorum erga beatum.*

AUCTORE E. C

Eligitur beatus in patronum civitatis; festum celebratur edicto publico.

196 *Ejus memoriam celebrat episcopus Mantuanus F. Franciscus Gonzaga, in constitutionibus synodalibus, quæ editæ sunt anno* 1610 : In conventu S. Agnetis, ordinis S. Augustini, *inquit,* sepultum est corpus B. Joannis Boni, qui vitam duxit prodigiosam; de quo, post mortem propter insignia miracula quæ operatus est, ex mandato Innocentii Papæ IV, confectus est processus anno 1251 : atque hic mundum in admirationem rapit, adeo ex eo elucet beati sanctitas (9). *Non multo post, anno* 1616, *electus est omnium suffragiis et acclamatus patronus alter civitatis* (*comprotettore primario*); *primus enim ab antiquo, ut dictum num.* 4, *fuit S. Anselmus Lucensis, qui Mantuæ e vita migravit anno* 1086. *Ab anno deinde minimum* 1626 *edicto sancivit magistratus Mantuanus, die* 23 *Octobris, quo celebratur festum beati, abstinendum esse ab operibus servilibus, ut aliis diebus festis. Eccum quibus verbis, ex italico latine redditis, affixum sit publice anno* 1636: Ex mandato etc. Denuntiatur publice et prohibetur ne die festo B. Joannis Boni, qui celebrandus est die 23 præsentis mensis, mercator ullus aut tabernarius hujus civitatis officinam suam habeat apertam; et singuli qui clausam non servaverint mulctabuntur scutatis duobus. Magistratus. Die 22 Octobris anni 1636 (10).

E

Annuntiatio in martyrologio; officium et missa ordini S. Augustini

197 *Eodem labente sæculo adlaborare plurimum cœpit ordo eremitarum S. Augustini ut beati cultus augeretur. Anno vero* 1672, *die* 6 *Februarii, decretum obtinuit sacræ congregationis Rituum* (11) *quo admittuntur* in martyrologium imprimendum, *seu in novam editionem martyrologii Romani, quæ tunc parabatur, elogia plurium sanctorum et beatorum ordinis; inter quæ elogium* B. Joannis *ad diem* 23 *Novembris inscribendum his verbis :* Decimo kalendas Decembris. Mantuæ, beati Joannis Boni, ordinis eremitarum S. Augustini, cujus præclaram vitam S. Antoninus scripsit. *Eodem die iisdemque verbis etiamnum beati festum annuntiatur in dicto martyrologio. Idem Clemens papa X, eodem labente anno* 1672, *concedit universo ordini eremitarum S. Augustini,* ut licite et libere recitare possint et valeant die 23 Octobris officium et missam de beato Joanne Bono Mantuano, dicti ordinis... sub ritu semiduplici, de communi confessorum non pontificum, cum lectionibus propriis ex S. Antonino episcopo Florentino, aliisque gravibus auctoribus desumendis, et ab eadem sacra Rituum congregatione approbandis et in kalendario breviarii ac missalis ordinis præfati de præcepto apponendis; et imprimi posse concessit (12). *Datum hoc indultum die* 5 *Octobris anni* 1672.

F

concessa, et diœcesi Mantuanæ.

198 *Quatuor post annis aliud editum est, quo conceditur idem officium et missa universo clero diœcesis Mantuanæ; estque hujusmodi :* Mantuana. Sacra Rituum congregatio ad preces serenissimæ Mantuæ (*ducissæ Annæ Elizabeth de Gonzaga, uxoris Ca-*

(1) Volta, Ristretto, pag. IX. — (2) Raynaldus ad an. 1250, num. 51 in margine. — (3) Ibid. — (4) De serv. Dei beatif. etc. b. I, cap. 39, num. 9.—(5) Ibid. num. 13.—(6) Ibid. et num. 9. — (7) Volta, Ristretto, pag. X. — (8) Amadei, Storia di Mantua ms. pag. 71. — (9) Fr. Francisci Gonzagæ, Mantuæ episcopi constitutiones synodales, pag. 205. Mantuæ 1610. — (10) Ap. Volta, Ristretto, pag. XI. — (11) Ap. Torelli, Secoli Agostiniani, ad an. 1249, num. 56 et seq. — (12) Ibid. num. 55.

roli

AUCTORE E. C.

roli IV, Mantuæ ducis, vel forte matris Caroli, Elizabeth Claræ Austriacæ), censuit ut in posterum in civitate et diœcesi Mantuana recitari possit officium ac respective celebrari missa in honorem beati Joannis Boni Mantuani, ordinis S. Augustini, singulis annis, die ejusdem festo, ab omnibus de clero sæculari et regulari utriusque sexus qui ad horas canonicas tenentur, eo modo et sicut de prædicto beato celebratur festum per religionem prædicti ordinis sancti Augustini, si sanctissimo D. N. visum fuerit. Hac die 15 Junii 1676. Et facto de prædictis verbo cum sanctissimo per me secretarium, Sanctitas sua (*Clemens Papa X*) benigne annuit. Die 17 ejusdem mensis Junii et anni 1676. Vidit Cardinalis Carpineus etc. *Officium vero quod vi præcedentium indultorum confectum est et usurpatur hodieque in diœcesi Mantuana exprimitur sequentibus :* Die XXIII Octobris. In festo S. Joannis Boni confessoris ordinis S. Augustini, civis et Mantuæ compatroni. Duplex majus. — Oratio. Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in beati Joannis Boni confessoris tui solemnitate deferimus : ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus, qui
B tibi placuit, precibus adjuvemur. Per Dominum.

Lectiones

199 LECTIO IV. Joannes Bonus Mantuæ nobili genere natus, juvenis, amisso patre, histrioniam exercuit, sed gravi morbo correptus de mutanda vitæ ratione, ac nuncio rebus humanis remittendo votum suscepit. Confirmata valeludine, patrimonium in pauperes erogavit. Mox in Æmiliam pro-
* altero fectus, ad Colles Apenninos primo* a Cæsena milliario, austerioris vitæ causa se intra speluncam abdit. Cum autem aliquando dæmonis instinctu impuro libidinis ardore æstuaret, voluptatis sensum inusitato cruciato repressit; nam sibi calamos acutissimos sub unguibus infigens, manus lapidi ita incussit, ut aculeis alte penetrantibus, præ doloris vehementia humi procidens, exanimis triduo jacuerit. Verum cælesti voce recreatus, divinitusque persanatus, omni imposterum fœdo voluptatum incitamento caruit. Cum autem sanctitatis ejus fama longius manaret, ac multi ad eum pietatis studio concurrerent, ea in solitudine sub instituto sancti patris Augustini monasterium extruxit. Unde, cœnobiis passim ædificatis, brevi per Italiam Augustiniana disciplina mirifice propagata est.

e breviario

200 LECTIO V. Ea fuit abstinentia, ut carnem numquam gustaverit, ac ter in annum (1) quadraginta
C dierum jejunium servaverit. Primum, statuto ab ecclesia tempore, cujus initio panem trium unciarum in minutas dividens particulas, singulis diebus unam ex iis tantum sumebat, usque ad Feriam quintam in Cœna Domini, qua die quidquid supererat, fusis precibus adeo multiplicabat, ut omnibus sodalibus abunde sufficeret. Alterum jejunium ab octava Paschatis ad festum Pentecostes extendebat, sola Eucharistiæ communione contentus. Tertium, quo paucis dumtaxat fabarum granis per hyemem victitabat; reliquo anni tempore, secunda, quarta, et sexta feria, pane solo et acqua vitam tolerans. Præter cilicium, asperrimo accubitu utebatur : duas enim in tugurio foveas habuit, alteram acutis sudibus stipatam, quibus nudatum corpus, Christi Domini cruciatus meditans, vexabat; alteram decliviorem, ubi caput reclinabat; ibique jacens, oratione Dominica, et salutatione Angelica ducenties recitatis, stipiti incumbens, cui pro pulvino truncum adaptaverat, breves somnos capiebat.

Mantuano.

202 LECTIO VI. Multa futura divino spiritu præ-

dixit, atque intima cordium penetravit : in quibus D illud insigne contigit, quod cum unus ex suis de Eucharistia minus recte sentiret, cyathum aqua plenum e proximo fonte ei porrexit : quem cum ille hausisset, ac numquam tam suave vinum se degustasse affirmaret; eo miraculo ineffabilem panis et vini in sacramento conversionem non credenti persuasit. Precibus intentus, Dominicæ passionis assidua meditatione promeruit, ut illi clementissimus Dominus sacrosancta vulnera tractanda, atque osculanda præberet. Semel inter orandum, adolescentulum deserendi instituti consilium inivisse cognovit. Itaque de salute illius sollicitus, coram fratribus luculentum ignem jussit excitari, mox nudis pedibus per prunas, atque inter flammarum volumina illæsus deambulans, similia præstare Deum iis, qui in ejus cultu, atque obsequio permanerent, prædicabat. Denique multis miraculis clarus, Angeli jussu Mantuam reversus, ubi et mortuum ad vitam revocavit, octogenario major, qua prædixerat hora, obdormivit in Domino decimo Kalendas Novembris, anno salutis millesimo ducentesimo quadragesimo nono. E

Academiæ beatum in patronum declarant. Petita canonizatio anno 1733.

201 *Mantuæ sæculo* XVII *exstitere duæ academiæ, altera* imperfectorum *dicta, altera* timidorum (2). *Ambæ beatum in patronum elegerunt; prior anno* 1685. *qua accasione in ejus honorem varia poëmata typis vulgavit : altera* (*quæ nata fertur anno* 1645), *eodem sæculo* XVII; *sed ignoratur quo anno. Mantuanorum fiducia in beatum excitatus illustrissimus D. Antonius ex comitibus Guidi di Bagno, episcopus Mantuanus, anno* 1733, *conspirante capitulo suo et PP. Augustinianis, novum tentamen canonizationis procurandæ adhibuit; nec videbantur principio cassi futuri conatus. Mox responsum obtinuit a sacra Rituum congregatione, cujus istud est initium :* Reverendissime Domine uti frater. Cum prout expositum fuit Processus auctoritate apostolica in ista curia super virtutibus et miraculis ven. servi Dei Joannis Boni, beati nuncupati, ordinis eremitarum S. Augustini, olim constructus, post exactissimas diligentias hic in urbe peractas minime repertus fuerit; cumque dictus Processus in archivo ducali serenissimi ducis Mantuæ originaliter asservetur : propterea postulatores dictæ causæ ad effectum faciendi copiam transumpti præfati Processus, pro concessione literarum particularium sac. Rituum congregationis humillime supplicaverunt. *Dein conceditur his ipsis litteris facultas petita et modus præscribitur quo per duos notarios apostolicos, seu ecclesiasticos, aliosque viros fidos præmisso juramento, apographum Processus conficiendum sit, collationandum, ut ajunt, et demum Romam mittendum. Subscribuntur litteræ :* Romæ 10 Decembris 1733. A. F. Cardinalis Zondadari, Præfectus. N. M. Tedeschi, archiepiscopus Apameensis, secretarius. *Quid post has litteras consecutum sit, aut quomodo factum ut iterum interciderit beati canonizatio, ignoramus.* F

Cultus ex martyrologiis

202 *Memoratur beatus in martyrologiis plurimis. Horum vetustissimum est martyrologium Bartholomæi de Palazzuolo, qui ad diem* 1 *Maji, translationem primam annuntiat* B. Joannis, *ut dictum est num.* 180. *Eum sequitur Grevenus, ineuntis sæculi* XVI *auctor in suo Usuardo, ad eumdem diem* 1 *Maji :* Mantuæ, translatio sancti Joannis Boni, confessoris ordinis heremitarum sancti Augustini (3). *Ad diem illum beatum annuntiant quoque martyrologium germanicum Canisii seu potius Walasseri, et plura*

(1) Cfr supra num. 77 et seqq. — (2) Cfr Volta, Ristretto, pag. XI. — (3) Ap. Sollerium, Martyrol. Usuardi, p. 247. Antverpiæ 1704.

addit

A *addit de ejus vita, quæ videntur ex Philippo Bergomate accepta* (1) : *perperam vero dictum diem beati natalem dicit. Ad diem dein* 23 *Octobris prodit iterum hæc annuntiatio, sed multum contracta. Eodem circiter tempore beatum suo martyrologio Usuardino adscribebat Joannes Molanus his verbis* (2) : *Die* 23 *Octobris* apud Mantuam depositio S. Joannis Boni, confessoris, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, cujus vita sanctitatis et miraculorum gloria illustris fuit. *Molanum, cujus magna fuit auctoritas, nec immerito, secuti sunt alii martyrologi, Maurolycus, qui annuntiationem Molani ad verbum describit* (3), *Galesinius* (4), *Ferrarius in Catalogo generali, et Castellanus, seu Claudius Chastelain, qui perperam* B. Joannem *ordinis eremitarum S. Augustini fundatorem appellat* (5). *Ad diem* 23 *Octobris prodit quoque in* Martyrologio sanctorum ordinis eremitarum S. Augustini *ad calcem martyrologii Romani, ubi sequenti ornatur elogio :* Mantuæ beati Joannis Boni, ordinis nostri, pœnitentiæ virtute et miraculorum præstantia insignis, cujus præclaram vitam sanctus Antoninus scripsit. *In Catalogo autem sanctorum Italiæ, auctore supra laudato Ferrario, itemque in Hagiologio Italico, annuntiari beatum ad*
B *diem Octobris* 22, *dictum est initio hujus Commentarii num.* 1. *Annuntiationem denique martyrologii Romani, ad diem* 23 *Novembris, recitavimus supra num.* 197

Biographi B. Joannis : *S. Antoninus, Augustinus Cremensis,*

204 *Auctores non pauci vitam* B. Joannis *posteris commendarunt et quidem* 1° *S. Antoninus, archiepiscopus Florentinus, qui floruit medio sæculo* XV, *vitamque cum beata morte commutavit anno* 1459. *Hic ad calcem* Chronicorum *suorum, quæ ad annum usque* 1458 *perduxit, plures exhibet Vitas Sanctorum, qui sæculo* XII *et sequentibus ecclesiam illustrarunt; inter quas prodit etiam Vita* B. Joannis, *sed pro more auctoris brevis et contracta. S. Antoninum autumo documenta Mantua accepisse, ex quibus suum summarium Vitæ concinnaverit; sed tum non fuerant adhuc bene examinati Processus, et inde factum ut quibusdam in locis aberraverit aliquantisper a vero : quemadmodum apparebit infra ex Annotatis.* 2° *Augustinus Cremensis, ordinis S. Augustini, de conventu Mantuano S. Agnetis. Deputatus hic fuerat a Friderico Gonzaga Mantuæ marchione secundo ad Sixtum IV Pontificem, ut causam canonizationis* B. Joannis *promoveret* (*vide superius num.* 193). *Mantuam reversus, veteres*
C *Processus examinavit, qui sæculo* XIII *de vita et virtutibus beati sunt confecti; et ex iis Vitam concinnavit, quæ etiamnum adservatur manu auctoris exarata Mantuæ in archivo olim ducali. Fuit hæc Vita fons communis omnium quæ deinceps sunt conscriptæ. Dedicata vero est marchioni Friderico, et subscribitur epistola nuncupatoria in hunc modum :* Ex ædibus Divæ Agnetis Mantuæ in kal. Febr. MCCCCLXXXIIII. *In hac memorat inter alia Cremensis se multum adlaborasse anno præcedenti ut causa beati quamprimum susciperetur :* In hoc negotio quantam operam impenderim, *inquit,* testis est mihi Deus pro quo milito (6). *Ad accurationem vero quod attinet quacum hæc Vita sit conscripta, non dubito primum quin in rebus gestis beati enarrandis valde sit jejuna, quum et Calepinus, qui eam secutus est, hoc vitio laboret. Et aliquatenus hac de re judicare licet ex excerptis quæ ad nos missa fuere. Deinde, præter Processum, Vitæ summarium adhibuit quoque a S. Antonino adornatum; et bina monumenta inter se componere volens, in paucos quosdam nævos incurrit : de quibus actum passim in hoc Commentario. Vitæ vero quam conscripsit titulus est sequens :* Divi Joannis Boni, Mantuæ decoris, heremitarum ordinis FF. S. Augustini in provinciis Romandiolæ, Lombardiæ et Venetiarum primi institutoris ac fundatoris historia. *Exstat hujus Vitæ exemplar ms. alterum in archivo ecclesiæ cathedralis Mantuanæ, cum additionibus paucis P. Antonii Rossignoli et titulo novo : quem dedimus initio Commentarii num.* 6. *Numerat autem paginas formæ, ut ajunt, in quarto,* 212, *præter indicem. Diximus loc. cit. num.* 7 *de tempore quo vixerit Rossignolius non constare.*

AUCTORE E. C.

205 3° *Non multo post Cremensem, et forte eo adhuc vivente, ejus librum retractavit Ambrosius Calepinus, ejusdem ordinis, cœnobii Bergomensis alumnus, notissimi Dictionarii auctor.* Ambrosius Calepinus, Bergomas, *inquit Elssius in* Encomiastico (7), ex illustri comitum Calepii genere, Trusardi comitis filius, in sæculo dictus comes Jacobus Calepius, in ordine Ambrosius Calepinus, anno 1451 (*ex Donato Calvi, scriptore Bergomate, anno* 1458) fit noster. E
Divinarum et humanarum litterarum indagator studiosissimus. Declamationibus, refragante natura, se dedendum non putavit. Itaque amplexus est ea studia quæ certam præ se ferrent humanitatem, et opus pergrande, sua industria, magno labore, ex innumeris prope auctoribus collectum, De vocabulorum notitia ac præpositionum interpretatione græca et latina, cum auctorum testimoniis, multorum rogatu emisit, et nobis commune fecit anno 1504 vel 1505, *imo ab anno* 1502, *quem præfert editio Regiensis* (8). *In conscribendo illo Dictionario, cujus innumeræ factæ sunt editiones, dicitur maximam vitæ suæ partem consumpsisse; in quo multam eruditionem, doctorum judicio, in linguis latina, græca et hebraica monstravit. Editio anni* 1513, *duobus annis ab obitu, hoc præfert elogium :* Amb. Calepinus, Bergomas, professor devotissimus ord. S. Augustini, dictionum latinarum et græcarum interpres perspicacissimus, omnium cornucopiæ vocabulorum insertor sagacissimus, ita ut in unum collegerit volumen Nonnium, Marcellum, Festum Pompejum, Marcum Varronem, Servium, Donatum, Vallensemque et Suidam, plurimum Argivo functus officio literariaque pale- F
stra (9). *Obiit Calepinus, jam senex decrepitus et oculorum lumine orbatus, die* 30 *Novembris anni* 1511.

Ambrosius Calepinus,

206 *Ejus Vita* B. Joannis Boni *diligentiam fugit scriptorum ordinis eremitarum, excepto Ossingero in Bibliotheca Augustiniana* (10), *qui eam his solis verbis indicat :* Vita B. Joannis Boni. *In codice nostro ms. post titulum :* Incipit Vita sanctissimi Janiboni de Mantua, ordinis S. Augustini, *additur recentiori calamo :* Per fratrem Ambrosium Calepinum er... (eremitam), *et sequuntur duæ aut tres voces, e quibus vix quidquam remansit. Pertinuit autem ad nostros majores, in quorum bibliotheca sigla signabatur O.* 61. *Occasio qua conscripta fuit Vita ista hæc videtur fuisse. Extremo sæculo* XV *institerant multum apud Romanum Pontificem eremitæ Augustiniani et marchio Mantuanus, ut* Joannes Bonus

notissimus scriptor,

(1) Der Kirchenkalender, etc. editio tertia. Dilingen 1583.— (2) Usuardi Martyrologium... cum additionibus. Lovanii 1568. —(3) Martyrol. secundum morem S. Rom. et univrsal. eccles. Venetiis 1576. — (4) Martyrologium S. Rom. eccles. Venetiis 1578. — (5) Martyrologe universel, pag. 558. Paris 1709. — (6) Ap. Volta, Ristretto, pag IX. — (7) Encomiast. Augustinianum, pag. 44. Bruxellis 1654. — (8) Biographie univers. tom. VI, v° *Calepino.* — (9) Ap. Calvi, Scena letter. degli scrittor: Bergamaschi, pag. 33. — (10) Pag. 180.

AUCTORE E. C.

sanctis adscriberetur. Hunc in finem, et ut multorum pietati satisfieret, Cremensis Vitam exaravit; sed quum floreret tum non procul a Mantua, in cœnobio Bergomensi, Ambrosius Calepinus, eruditionis laude clarus et sermonis latini peritia, ei commissum est, ad commendandas res gestas B. Joannis, *ut Cremensis opusculum genuina latinitate donaret. Nihil autem Cremensi addidit Calepinus, sed ita fideliter ejus pressit vestigia, ut et ejus lapsus quosdam historicos assumpserit. Sic* B. Joannem *cessisse e vivis scribit cum Cremensi* decimo kalendas Octobres, *supra num.* 12; *et eodem prorsus modo elevationem corporis et translationes confundit. Hujusmodi plura, in quibus Cremensem exscribit, indicata sunt passim in Commentario prævio, aut indicabuntur infra in Annotatis ad Vitam, maxime ad num.* 23 *et seqq. Dictum est supra num.* 5, *codicem pergamenum, ex quo eam edimus, Calepino coævum videri.*

anonymus, Constantius Lodi, P. Minardi,

207 *Initio sæculi XVI edita est prima Vita italica* (1), *cujus ignoratur auctor. Alteram adornavit eodem sæculo exeunte Constantius Lodi, sive Laudensis, Brixia oriundus, ordinis eremitarum S. Augustini.* Erat theologus congregationis Lombardiæ, *inquit Ossingerus;* qui cum S. Joannis Boni nomen
B et famam ampliare, et ad canonizationem ejus intentandam petendamque animum ducis Mantuani Vincentii Gonzagæ excitare satageret (2), ex ipso processu originali beatificationis... extraxit concinnavitque : « Vitam B. Joannis Boni tribus libris distinctam. Mantuæ 1591 » dicavitque prædicto duci Mantuano (3). *Editionem anni præcedentis quæ Bergomi est facta* (4), *et eamdem habet dedicationem, Bergomi subscriptam, omittit Ossingerus. Autographum auctoris missum est ad decessores nostros, ut disco ex eorum catalogis, ubi sic signatur :* Vita B. Joannis Boni Mantuani ord. Augustinianorum, Ms. in pergameno. Per Constantium Lodi. Bergomi 1590. Italice. *In hac Vita Laudensis secutus est Cremensem fideliter et forte etiam Calepinum; sed, si hunc novit, magis tamen inhæsit priori, ut deduco ex eo quod verba latina, quæ hinc inde habet Laudensis* (5), *desunt in libro Calepini. In quibusdam Cremensem emendavit, aliqua pauca addidit, et processum apostolicum iterum se expendisse scribit* (6) *: errores tamen omnes non sustulit, et aliquos adjunxit ipse* (7). *Qua methodo et quibus flosculis suam narrationem ornare consueverit dictum in superioribus num.* 4 *et* 22. *Ex hac Vita fluxisse*
C *puto alteram Italicam veterem* (8), *quæ pluries laudatur a Leopoldo Volta in suo Summario* (9), *et adornata est a P. Minardi ejusdem ordinis S. Augustini; videturque præcedentibus accuratione præstare. Me latet autem quando sit conscripta, siquidem illius auctoris scriptores Augustiniani notitiam nullam tradidere; nec etiam Mantuæ hodiedum reperiri potuit.*

Leopoldus Volta et D. Josephus Savio. De panegyricis in honorem beati habitis.

208 *Anno* 1775, *occasione translationis quartæ, summarium Vitæ, præcedentibus Vitis omnibus accuratius, edidit Leopoldus Volta* (10) *ut dictum num.* 189. *Fuit is causidicus Mantuanus, bibliothecæ et museo ducali præfectus, et auctor librorum plurium ad historiam et litteras spectantium, inter quos eminet brevis historia Mantuana* (11). *Denique viginti* D *fere abhinc annis Vitam novissimam typis vulgavit R. D. Josephus Savio, canonicus theologus ecclesiæ cathedralis Mantuanæ. Hic libros non paucos in lucem edidit* (12); *quorum, præter Vitam* B. Joannis, *et alter mihi notissimus, Vita nimirum trium neptum S. Aloysii Gonzagæ, quippe qui in hac urbe Bruxellensi gallice est versus et editus* (13) *ac magno successu divenditus. Ejus Vita* B. Joannis *inter libros numeratur cujusdam* Bibliothecæ asceticæ, *cui evulgandæ strenue D. Canonicus adlaborat; estque, ut comperimus, tum pietate commendabilis, tum accuratione et diligentia scriptoris. Denique hic adcensere liceat orationes panegyricas in honorem beati e suggestu dictas, quarum mentio fuit num.* 189, 190 *et* 191 : *e quibus una præ manibus est* (14), *a D. Petro Cernazai, Utinensi, cum Processu apostolico et aliis monumentis ad me missa. Unam etiam a P. Finetti nostræ societatis, concionatore non infimæ notæ, viginti et pluribus abhinc annis habitam fuisse, nuper didici; quam reperio in quodam tomo ejus operum* (15). *Sequuntur jam Vitæ beati auctoribus S. Antonino et Ambrosio Calepino, Commentarius prævius de Processu apostolico et demum Processus ipse.* E

SUMMARIUM VITÆ

Ex S. Antonini episcopi Florentini chronicis, titulo XXIV, *cap.* 13.

De S. Joanne Bono *a*, cive Mantuano. *a*

Beati natales, juventus, conversio, vita eremitica.

Circa annos Domini 1200 *b* tempore Innocentii III *c*, fuit vir magnæ sanctitatis, nomine Joannes Bonus, de Mantua oriundus, cujus pater Joannes, mater Bona nuncupati sunt. Ex quibus nominibus simul junctis *d* vocatus est ipse Joannes Bonus, solitariam agens vitam; qui mira abstinentia et insueta claruit, ac miraculis multis *e*. Hic mortuo patre de civitate sua recedens, per diversas mundi *f* regiones ad modum joculatoris *g* pergens discurrebat. Mater vero ejus pro filii salute solicita, cum F multis lachrymis ad Deum preces pro salute ejus fundebat cujus desiderium Dominus exaudivit. Nam visitatus a Deo gravi infirmitate, cernens sæculi hujus pericula, votum vovit Domino mundum deserere et soli ipsi se dedicare, si eum sanitati pristinæ restituere dignaretur : quod et obtinuit. Incolumis igitur factus, et facta diligenti confessione episcopo Mantuano *h*, et postea matre defuncta, a Mantua recedens, ad partes Romandiolæ secessit prope Cæsariam *i*, ad milliare unum *k*; ubi in quadam eremo mirabilem pœnitentiam fecit,

b *c* *d* *e* *f* *g* *h* *i* *k*

(1) Leggenda del B. Zanebono de Mantua. Mantua 1512. — (2) Cfr supra, num. 195. — (3) Ossingerus, Biblioth. Augustiniana, pag. 499.—(4) Vita et miracoli del beato Giovannibuono Mantoano, eremita Agostiniano, morto già trecento et quarantoduo anni sono. Raccolti et descritti da F. Costanzo Lodi da S. Gervaso, Bresciano, teologo dell'istesso ordine dell'osservanza di Lombardia. In Bergamo 1590. — (5) Vita lib. II, cap. 4; et supra num. 113. — (6) Vita lib. III, cap. 45. — (7) Cfr ibid. lib. I, cap. 2.—(8) Minardi, Compendio della Vita di S. Giovanni Buono. — (9) Ristretto, pag. VI et seq. — (10) Ristretto di notizie intorno alla vita di S. Giovanni Buono. — (11) Compendio storico di Mantova. — (12) Vita di S. Giovanni Buono primo comprotettore di Mantova, con orazioni. Mantova 1839. — Vite delle ven. sorelle Cinzia, Olimpia, Gridonia Gonzaga, fondatrici del Collegio delle vergini di Gesù in Castiglione delle Stiviere. Mantova 1839. — I fatti de' santi martiri — Il fascetto di mirra — Le Dame Romane — La vita di S. Anselmo di Luca — Orazioni sacre in onore di vari santi. — (13) Histoire des trois nièces de S. Louis de Gonzague ou vies des vénérables Cinthie, Olimpie et Gridonia de Gonzague, etc. traduit de l'italien de Joseph Savio. Bruxelles 1858. — (14) In lode di S. Giovanni Buono, comprotettore di Mantova Orazione detta... il XXV Novembre 1845 dal canonico Luigi Babò. Guastalla 1846. —(15) Panegirici, pag. 21. Firenze, 1839.

concurrentibus

A concurrentibus ad manendum cum eo aliis eremitis *l*.

l

Stupendus rigor in tentatione carnis.

2 Una dierum adversarius, qui acrioribus pulsat insidiis quos maxime novit abstinere a peccatis, vitio luxuriæ eum aggressus est impugnare *m*, ad memoriam reducens, quod aliquando viderat mulierem forte ab eo dilectam. Cum autem tentatione ipsa incenderetur vehementer, doloris incendio carnis extinxit incendium mirando actu etsi non imitando. Nam accipiens arundinem, et in multas partes acutissimas dividens, quas sub ungulis posuit, elevansque manus, super lapidem taliter percussit, quod ad summitatem usque digitorum intrarunt; qui ex nimio dolore in terram cecidit semivivus, et sic tribus noctibus ac diebus permansit. Non deseruit pius Dominus servum suum, pro quo, ne offenderetur, tanto cruciatui se dedit; sed in somnis apparens ei dixit : Quia bene incepisti, bene perseverabis, et optime tuam consummabis vitam. Et quia viriliter contra tentationes *n* dimicasti de cætero tentatus non eris. Qui statim excitatus sanatum se aspexit, gratias referens salvatori.

m

n

Jejunia.

3 Deinceps cœpit vir Dei mirabilem abstinentiam facere. Faciebat enim unoquoque anno tres quarantenas seu quadragesimas *o*, jejunium scilicet Domini nostri Jesu Christi. In cujus principio unum panem trium unciarum *p* accipiens, in multos bolos dividebat, et omni die unum bolum sumebat *q*. Hoc autem faciebat usque ad diem Jovis sanctam, in qua die quod remanserat suis orationibus tantum multiplicatur *r*, quod omnibus fratribus usque ad satietatem illa die sufficiebat. Aliam quarantenam agebat post octavas Paschæ usque ad Pentecostem *s* in qua omni die servus Dei sacratissima hostia pro cibo suo contentabatur *t*.

B

o

p

q

r

s

t

Missæ quotidie interest. Communio frequens; convertit aquam in vinum.

4 Alio vero tempore *u* omni die devote missam audiebat; in diebus dominicis et solemnibus communicabat. Quadam die communionem eo recipiente *x*, frater quidam de eo trufabatur *y* de hujusmodi sumptione frequenti *z*, qui nullam devotionem circa Eucharistiam habebat, quin immo de ipso venerabili Sacramento impie sentiebat. Cujus errorem advertens famulus Dei, ei expressit; qui confessus est et non negavit incredulitatem suam. Tunc præfatus Joannes Bonus duxit eum secum ad quemdam fontem *aa* aquæ et accipiens ex aqua illa cyathum unum plenum, dedit ei bibere. Quam cum bibisset, confessus est se numquam tam suave vinum in vita sua gustasse. Et sanctus ad eum : Non vides tu, charissime frater, mirabile factum. Si igitur per me miserum hominem aqua virtute Divina conversa est in vinum tam suave, quanto magis credere debes per verba sacerdotis quæ sunt verba Christi, panem et vinum converti in substantiam Corporis et Sanguinis Christi? Et ex tunc cessavit dubietas et error a mente fratris illius.

u

x *y*

z

aa

C

Jejunia aliæque pœnitentiæ ; tunica miraculo post mortem servata.

5 Aliam quarantenam in hyeme *bb* faciebat, in qua de paucis granis fabarum contentabatur *cc*. Residuo vero tempore secunda, et quarta et sexta feria in pane et aqua jujunabat *dd*, numquam, ex quo in eremo illa steterat, carnes comedit, et tota ejus comestio aspera et insipida erat. Macerabat insuper famulus Dei corpus suum non solum abstinentia cibi et potus, sed frigore et nuditate, et lecti asperitate. Habebat enim in cella sua tres lectos : unum, in quo erant ligna acuta, in quo torquebat corpus suum et macerabat. Alium in quo erat fovea concava ex parte anteriori, de qua non recedebat nisi dictis ducentis Pater noster *ee*. Alter erat super lignum, super quo corpus suum paululum pausabat, et pro pulvinari habebat truncum ligneum. Calceatus numquam ibat. Tota vita tunica staminea utebatur; quæ ratione sanctitatis ejus post obitum suum decem et octo mensibus sub terra fuit illæsa : quæ omni anno die transitus ejus populo devote ostenditur, et febricitans ejus tactu sanatus est *ff*.

bb

cc

dd

ee

ff

Ejus oratio; fugit hominum frequentiam; nutantem in vocatione miraculis sanat.

6 Fuit sanctus iste devotissimæ orationis, et in tantum Deo grata ejus erat devotio, quod cum in oratione meditaretur Christi humanitatem, apparebat ei Christus in forma humana *gg* : quem amplexabatur, et magna dulcedine reficiebatur. Quando vero passionem Christi meditabatur, apparebat ei in forma crucifixi; cujus vulnera singula cum fletu devote osculabatur. Et quia lucerna accensa, latere non poterat, plurimi audita fama sanctitatis ejus, non solum de propinquo, sed a remotis etiam partibus ad eum accedebant. Quod cernens et contemplationem ejus impediri, timens etiam elationem sibi non exurgere ex hujusmodi frequentia, decrevit secedere. Unde quodam sero recessit ab eremitorio illo, et tota nocte itineris, mane cum existimaret se longe esse a loco, se juxta eremitorium illud invenerat *hh*. Ex hoc percipiens, Dei voluntatem esse illic eum residere, illic permansit, ubi et virtutes magnas ostendit. Quadam die orante eo advenerunt fratres dicentes ei, quod unus tentabatur ad egressum seu recessum suæ congregationis. Qui surgens vocavit illum tentatum, eum duxit ad coquinam, et accenso igne coram eo, ipse ingressus est nudis pedibus illesus, dixitque illi : Talem gratiam dat Deus iis, qui serviunt ei, et perseverant, quia nec ignis nec aliquid potest eos lædere. Quid plura? lignum ardens accepit de camino, et exiens domum sic ignitum plantavit in terra. Quod quidem lignum eadem die pullulavit, floruit, et fructum fecit. Et quoniam de pinu illud lignum fuit, de illius pinis quicumque voluit accepit. Quæ omnia juvenis considerans, liber a tentatione in proposito sancto permansit *ii*.

gg

hh

E

ii

Alia miracula; Mantuam redit ; Ejus mors.

7 Alio tempore cum pluvia magna descenderet e cælo, et murus, quem fratres sui ædificabant, ad ruinam inclinare videbatur, vocatus ab eis, facta oratione, cessavit pluvia et facta est serenitas magna *kk*. Quadam die duo *ll* jurisperiti accesserunt ad eum, et cum ad invicem disputarent super quadam quæstione litigiosa, vir Dei literarum humanarum ignarus dissolutionem quæstionis dixit, et locum in Decretis, ubi dicta quæstio soluta erat, insinuavit. Appropinquante autem die vitæ termini, misit Deus Angelum suum *mm* qui dixit ei : Joannes Bone, serve Dei, surge, et revertere ad terram nativitatis tuæ; placet enim Deo, quod corpus tuum ibi requiescat. Qui ut verus obediens iter assumens ad Mantuam pervenit, a civibus honorabiliter receptus. Cui in loco fratrum oratorium construxerunt *nn*, et post paucos *oo* dies in Domino requievit. Sed ante terminum vitæ ejus *pp*, quædam mulier habens unicum filium, viro desolata *qq*, eo infirmante et decedente privata fuit; quæ inconsolabiliter lugens cum eo petebat sepeliri. Recolens autem famam sanctitatis famuli Dei Joannis, sumpta magna fiducia, ad eum portavit filium defunctum, ut eum vitæ suis orationibus restitueret. Qui misericordia motus super eam triduanæ pro eo orationi institit; tertia autem die puer surrexit a mortuis : quem incolumem reddidit matri suæ; illa immensas gratias Deo et fratri Joanni de beneficio referente. Infirmatus igitur, receptis devote ecclesiasticis sacramentis, et datis fratribus pluribus documentis, cum hymnis et laudibus spiritum reddidit Creatori *rr*.

kk *ll*

F

mm

nn *oo*

pp

qq

rr

ANNOTATA.

AUCTORE AMBR. CALEPINO EX MSS.

ANNOTATA.

a *Olim beati, id est non habentes nisi cultum limitatum ad aliquam diœcesin aut provinciam, et necdum ab ecclesia universali acceptum aut a Romano Pontifice eidem propositum, nihilominus sancti dicebantur; quod cum recentioribus beatis jamdudum non obtinet.*

b *Natus est* B. Joannes *anno* 1168, *a liberiori vita conversus anno* 1208, *obiit vero die* 23 *Octobris anni* 1249. *Vide Commentarium prævium* § 2.

c *Obiit Innocentius III anno* 1216, *quo* B. Joannes *ab octo tantum annis erat conversus et vix socios admittere cœperat. Comment. præv.* § 6.

d *Vide Comment. præv. num.* 10.

e *De miraculis beati agitur Comm. præv. num* 94 *et seq.*

f *Videtur dicendum potius :* Per diversas Italiæ regiones, *ut habet Volta, Comm. num.* 20.

g *De joculatoribus diximus* § 3 *Commentarii.*

h *Cfr Comment. num.* 31.

i *Legendum,* Cæsenam. *Comment. num.* 32, 33 *et* § 3.

B k *Lege :* Milliaria duo. *Ibid. num.* 43.

l *Cfr Comment. num.* 37 *et seq.*

m *Vide Processum infra num.* 13.

n *Cfr Comment. num.* 114.

o *Unum tantum jejunium quadragesimale servasse singulis annis beatum diximus in Comment. num.* 77 *et* 78.

p *Corrigendum et illud ex Comm. num.* 76.

q *Cfr Comment. num.* 74, 75 *et* 76.

r *Nusquam dicitur in Processu panem fuisse multiplicatum; imo asseritur contrarium, dum dicitur unum panem assumpsisse beatum initio quadragesimæ et ita jejuniis vacasse* quod remansit ex illo pane fere medietas (1), *ac die Cœnæ Domini* de residuo pane suo, de quo comederat per totam quadragesimam, misisse fratribus suis (2). *Vide ad num.* 17 *Processus.*

s *Vide Annot.* o.

t *Id nullibi legitur in Processu. De beati jejuniis vide Comment. a num.* 73.

u *Dicitur id de omni tempore. Comm. num.* 99.

x *Hæc circumstantia superadditur Processui. Cfr Comment. num.* 94.

y Trufari *est deridere. Deest et illud in Processu.*

C z *De frequentia communionis sæculo* XIII *disseruimus breviter in Comment. num.* 100.

aa *Fons iste erat prope cellam* B. Joannis *et adeunt eum etiamnum pii fideles. Cfr. Comment. num.* 69 *et* 121.

bb *Vide Annot.* o.

cc *Cfr Comment. num.* 73 *ubi de quadragesima anni* 1237.

dd *Dicuntur hæc præter veritatem in Processu contentam. Vide Comment. num.* 71 *in fine.*

ee *De lectis beati, quos diximus lectos pœnitentiæ, vide Comm. a num.* 66.

ff *Vide ibid. num.* 80 *et* 175.

gg *Cfr ibid. num.* 98.

hh *Hac de re nihil legitur in Processu.*

ii *Cfr Comm. num.* 94.

kk *Cfr Processus num.* 11.

ll *In hac narratione quædam accurata non sunt. Cfr Comm. num.* 95 *in fine.*

mm *Vide ibid. num.* 165 *et seq.*

nn *Ibid. num.* 167 *et* 169.

oo *Ibid. num.* 66.

pp *Omittitur hoc miraculum in Processu; ex quo* D *non modo mihi suspectum est, sed certum videtur non accidisse : fuisset enim ex primariis et forte primarium totius Processus, nec profecto testes, ex quibus plurimi morti* B. Joannis *interfuerant, illud prodere omisissent.*

qq Viro desolata, *id est, vidua.*

rr *De morte* B. Joannis *vide Comment. num.* 167 *et seqq.*

(1) Process. num. 17. — (2) Ibid. num. 301.

VITA

Auctore Ambrosio Calepino *a*, ordinis eremitarum S. Augustini. a

LIBER PRIMUS.

De beati vita et morte. E

CAPUT I.

Natales, juventus, conversio, arrepta vita eremitica, devicta gravis tentatio carnis.

Beati natales, juventus,

Incipit vita sanctissimi Janiboni *b* de Mantua, ordinis sancti Augustini. Janbonus ex patre Joanne et matre Bona Mantuæ ortum habens, ab eis etiam compositum nomen sortitus est *c*. Hic posteaquam pater ejus vitam cum morte mutasset, e patria discessit *d;* simulansque se joculatorem *e* esse, ad percipiendam prudentiam et vendicandos hominum mores *f,* varias diversasque orbis terrarum *g* regiones invisere studuit. Verum fidelis ac devota fœmina, ejus genitrix Bona, metuens ne filius a christiana fide recederet (erat enim tum in Italia innumerabilis pene hæreticorum multitudo *h* quo- F rum calliditate non pauci seducebantur ad credendum ea quæ catholicæ fidei contraria essent) creberrimis precibus lacrymisque Deum obsecrabat, ut filius pro cujus salute plurimum angebatur, nulli omnino fieret obnoxius impietati. Nec ita multo post *i* materna vota prospexit Deus. Nam ubi Janbonus in patriam regressus est, gravis admodum molestusque languor eum invasit. Cujus tollendi gratia cum Deo vovisset *k,* spretis vitæ hujus illecebris abnegare se, crucemque suam post Christum salutis auctorem deferre, pristinæ valetudini statim restitutus est. Trita equidem satis est illa Domini sententia, qua dicitur : *Ego interficiam et ego vivere faciam; percutiam et ego sanabo.* Percutit enim Deus hominem, ut sanet; occidit ne ab eo moriatur.

b

c

d *e*

f *g*

h

i

k

et conversio.

2 Tum Janbonus, volens reipsa præstare quod verbis fuerat pollicitus, Mantuanum pontificem illico adiit; eique diligenti mentis discussione habita, quidquid in Deum, quidquid in proximum peccati contraxerat confessus est. Dum hæc agerentur ejus genitrix discessit e vivis. At ubi vir

Vitam eremiticam agit prope Cæsenam.

Dei

A Dei utroque parente se novit orbatum, ingenti
l erga Deum ardore succensus, patriam deserit *l*,
m Cesenam Hemiliæ urbem pergit : ac sacellum *m* ab
n ea urbe mille passibus *n* distans quod divæ Genitrici Mariæ dedicatum fuerat, habitaturus ingreditur. Ubi quantum obsecrationibus, quantum vigiliis jejuniisque invigilaverit, haud facile scripto mandari posset. Quippe qui non ut homo tam vehementer in Deum ferebatur, sed ut aërius quidam spiritus totam ejus singularem admirandamque transegit vitam, die ac nocte in lege domini meditans. Cæterum fraudis structor diabolus, qui humanum genus a mundi exordio dolis semper est insecutus, cum Janboni factis invideret, eum circumvenire curavit. Incredibili namque cujusdam edulii desiderio, quo priusquam se divinis dicasset obsequiis quam libentissime vescebatur, eum affecit *o*. Sed vir Dei sciens hanc esse diabolicam fraudem, non solum ei restitit, verum etiam inimicum ipsum superatum ad nihilum redegit. Cum enim asperrima quædam rubi folia bis terve in cibum sumpsisset, ita illi horrida visa sunt, ut omnis
B edendi cupiditas ab eo penitus fuerit amota.

Ejus castitas; stupendus rigor

p 3 Tanta vero tamque admirabilis ejus continentia fuit *p*, ut ne mente quidem in libidinis consensum devenisse credendus sit. Pro qua servanda fertur innumeris sese afflixisse tormentis : inter quæ vulgatissimum illud celebrique memoria prosequendum perhibent, quod cum aliquando ex muliere, quam illi criminator pessimus ad memoriam reduxerat, tantum carnis sentiret ardorem ut eum vix perferre posset, cubiculum ingressus est; ibique Dominum Christum orare cœpit ut tentatio illa vel omnino tolleretur, vel ab ea nullo pacto superari permitteretur. Unde factum est ut statim a Deo confortatus intra se dixerit : Non sinas te vinci miser; verum si caro te cupit occidere, potius illam perimito. Tum secta in multas partes harundine, eas omnes acutas effecit. Cumque sub singulis digitorum unguibus illas conjecisset, ambas manus quanta maxima vi potuit ad silicem quemdam allidit; adeo ut cannæ illæ ad unguium usque summa pervenerint. Intelligebat enim vir sanctus multo conducibilius sibi usu venturum in hoc sæculo atroci quoque pœnarum genere affligi, quam aliquid admittere pro quo perpetuis dignus
C censeretur incendiis.

in tentatione carnis.

4 Hujus nimirum cruciatu cum tres dies noctesque prostratus jacuisset in terra, necnon et ferme semper orationi intentus exstitisset, obdormivit tandem; eique Deus qui neminem ultra quam vires patiantur tentari permittit, locutus est dicens : Exurge fili; quemadmodum enim abs te bene cœptum est, sic bene tutoque loco finis tuus con-
q stituetur *q*. Quum autem hac in pugna tam fortiter ac tam strenue decertaveris, nullis te unquam tentationibus permittam superari, futurus tecum quocumque perrexeris. Si quid præterea erit quod a me fieri cupies, numquam patiar ut a me quidquam frustra requiras. Quibus dictis cum a somno excitatus esset, vidit harundineas illas particulas humi sparsas et digitos ad sanitatem redactos; exurgensque immortali Deo gratias egit, quod tum a dolore tum ab hostis insidiis eum liberum fecisset. Ob quam plane rem postea effectum est, ut in Deum magis ac magis accensus, sub arctiori quodam vivendi genere quam vitæ reliquum fuerat, traduxerit. Qui enim fuerit invita moderatior, omnibus malis solutus erit; tum illam summo in ocio transiget ac libertate.

ANNOTATA.

a *De Calepino vide Commentarium prævium, num.* 204 *et seq.*

b *Solus Calepinus beato nomen Janiboni vel Janboni tribuit, quam proxime forma latina reddere volens nomen Zanebone, quod ei a vulgo dabatur. Vide pag.* 746, *not.* (1) *et pag.* 758 *annot.* f.

c *Vide Comm. præv. num.* 10.

d *Vide ibid. num.* 23.

e *De joculatoribus medii ævi vide Comment. præv.* § 3.

f *Cfr ibid. num.* 21.

g *Vide annotatum* f *ad Summarium S. Antonini.*

h *De hæreticis illius ævi egimus Commentarii* § 9.

i *Post annos minimum viginti inter joculatores transactos. Comm. num.* 23 *et* 31.

k *Vide Comm. num.* 31.

l *Ib. num.* 32 *et* § 5.

m *Ib. num.* 31.

n *Legendum* bis mille passibus.

o *De hac tentatione nihil legitur nec in processu nec in Summario Vitæ a S. Antonino adornato. Cfr* E *Comment. num.* 98.

p *De beati castitate vide ibid. num.* 114.

q *Conferendus hic Commentarii num.* 114.

CAPUT II.

Ejus oratio assidua; confessio frequens et communio; missæ interest quotidie; tentatos miraculo liberat.

Oratio. Maxima fuit illi orandi cura cujus assiduitate totus in cælum absortus esse videbatur *a*. Unde *a* memorabile illud de eo prædicari solet, ut quotiens Christi humanitatem contemplaretur, totiens ei humana specie Christus appareret *b;* cum vero atro- *b* cissimam Christi passionem animo pertractaret, ei se in crucifixi formam rursus exhiberet : ex cujus præsentia mira incredibilique pietate commotus, singulas Christi plagas deosculabatur recreabatur- F que quam plurimum. Templum tamen ipsum in quod fratres ad psallendum conveniebant quam rarissime invisebat *c;* nisi cum aut dies festus esset, *c* aut missa foret audienda. Locus enim in quo morabatur tam prope templum erat ut psallentium voces distincte percipere posset. Aquam benedictam, crucem salutis nostræ simulacrum, et tabulam, in qua Virginis imago fuerat depicta, apud se in cubiculo habebat; ad quam orandi gratia ita frequens illi erat accessus, ut et locus attritus esset, et genuum pedumque ac manuum signa cernerentur impressa.

Unum e fratribus miraculo a gravi tentatione liberat.

6 Ferunt, cum eo in loco aliquando orationi vacaret, nonnullos e fratribus ad sanctum hominem cucurrisse, qui dicerent fratrem Joachim, adolescentem quemdam, maligno spiritu agente ab ordine recessurum *d*. Sollicitus autem pro fratris *d* salute vir Dei Janbonus, coquinam statim ingressus est, magnum ignem accendi jussit, ibique cum fratribus sedit. Tum multa de religione, multa de virtutibus, multa insuper de cælesti regno exponens, hortabatur eos ut in Dei servitio persisterent, amarentque Deum toto corde. Quo facto

negabat

AUCTORE AMBR. CALEPINO EX MSS.

negabat ignem, aquamve, seu quodpiam tribulationis genus, ullam afferre posse molestiam, consolante omnes Deo in tribulationibus eorum. Iis dictis accensum ignem ingressus est; dein ipsum perinde atque lutum, et nudis plantis, et multa mora volutavit. Inquirentibus autem fratribus quantum nocumenti ex hoc facto Janbonus accepisset, ne veste quidem, tametsi ad poplites usque

* læsum

flamma conscenderit, eum illesum * reppererant. Sub idem quoque temporis momentum adustum lignum ab igne rapuit, illudque extra domus ambitum in terram fixit. Mira res et quæ humanis mentibus stuporem incutiat, qua die lignum illud a sancto viro terræ commissum est, eadem quoque flores emisit. Nec ita multo post, cum in magnam crevisset arborem, uberrimos etiam edidit fructus. Tot igitur tantisque signis adolescens ille commonitus, Deo et beato Janbono gratias egit, ac, quoad vixit, in sancto proposito perseveravit.

Quantum orationi esset intentus; quotidie missæ interest; ejus frequens confessio et communio.

* minutum *vel* minimum

* *vel* umquam

7 Erat itaque Janbonus orationi maxime intentus, adeo ut non solum per socordiam tempus fluere non pateretur, sed ne minetum * quidem seipsum ab oratione, quicquam * relaxaret *e;* quandoquidem a prima noctis vigilia ad lucem diurnam usque, et a luce in vesperam semper meditationi vacaret. Orationem dominicam una cum angelica salutatione *f,* symbolum quoque apostolicum, et nonnullos psalmos quos memoriæ mandaverat, solus quotidie Domino decantabat *g*. Libet nunc mihi eos paulisper interrogare, qui vel in habendis ad populum sermonibus, vel in audiendis aliorum delictis, regnum Dei dumtaxat acquiri putant. Quid huic viro ad laudis cumulum umquam defuit? qui de abstinentia, fortitudine, justitia, fide, spe, charitate, deque omni virtutum genere cum omnibus ferme contendere potuit. Quamvis ad quærendas virtutes, ad sectandam justiciam, ad cognoscendum Deum, satis conferre videatur, Deo tamen adhærere, spemque omnem in eo constituere satius esse crediderim. Nihil quidem præclarius, nihil salubrius propeque divinius existimandum arbitror, quam ut nos, qui ad recte vivendum in lucem editi sumus, eam vivamus vitam qua Deo perfrui, ac felici immortalitate vestiri possimus. Sed ut ad id redeamus a quo digressi sumus, nullam prætermittebat diem in qua sacra missarum

h mysteria omni cum devotione non audiret *h*. Ab ipsa vero Christi Corporis confectione usque dum sacrificium perficeretur, ab ejus oculis semper

i k effluebant lacrymæ *i*. Bis aut ter in ebdomada *k* cuique se offerenti sacerdoti quam diligentissime

C peccata confessus est. Neque enim quempiam cui admissa nota faceret delectum habuit. Singulo

l quoque dominico die *l* tantis cum lacrymis sacram sumebat Communionem, ut per multum quandoque temporis sacerdos, qui sacramento eum refecturus erat, immoraretur, antequam se erigere seque a fletu temperare posset.

Fr. Nascenbenum de veritate Eucharistiæ dubium

m

8 Verum cum aliquando idem altaris sacramentum perciperet *m,* Nascenbenus quidam, in eodem ordine frater, haud credens illud esse verum Christi corpus quod in ara crucis pro humani generis redemptione fuit immolatum, dixit cuidam ex fratribus : Oro te, frater, fac me sanctum hominem alloqui. Festinus ille Janbonum adiit; statimque Nascenbenus accersitus, dum multa enarrasset, idque, cujus gratia eò pervenerat, silentio præterisset : Noli, frater, inquit Janbonus, noli, obsecro, abscondere veritatem, sed quod animo tractasti, mihi explica; dicam ego tibi quam ob causam ad me perrexeris. Non celabo te, inquit, frater, quicquam quod verum esse existimem. Ad hæc Janbonus : Hæsitas tu quidem in dominico sacramento. Non enim credis panis vinique substantiam in verum Christi Corpus ac Sanguinem converti posse. Cui Nascenbenus : Verum dicis, pater optime. Tum Janbonus jussit eum ad Jacobum ejus confratrem illinc paulisper discedere, quousque eos ad se vocaret. D

miraculo sanat;

9 Neque post multam moram una cum Daniele Joanneque accersitos, dum venire a longe conspiceret, præcepit juxta fontem commorari (erat enim ibi fons haud procul a sancti viri domuncula *n*). *n* Tunc Janbonus, accepto scypho, fontem prope concessit; ubi, posteaquam preces ad Deum profudisset, implevit scyphum. Rursusque, genu flexo, silenter oravit; benedixit; et Nascenbeno tradidit, dicens : Accipe, frater, Dei donum; cuncta enim apud Deum possibilia sunt. Sumpsit ille; et admotis scypho labris, cum ex eo bibisset, optimum se merum hausisse testatus est. Biberunt et cæteri qui tum aderant bis ex eo; idemque confessi sunt. At Nascenbeno vir sanctus inquit : Videsne, fili, aquam hanc nullis meis meritis, sed superna operante virtute per me inutilem Dei servum in vinum mutatam? Quanto melius effeceris, si credens existimes ad vocem sacerdotis christiana E verba proferentis panem ac vinum in veram Corporis et Sanguinis Christi converti substantiam. Hoc miraculo hisque sermonibus Nascenbenus in fide confirmatus, se numquam in sacramento dubitaturum esse promisit. Tum Janbonus jussit omnes qui simul aderant in eum locum convenire, quem religiosi capitulum *o* solent appellare; hisque verbis *o* eos allocutus est : Nolite arbitrari me, sed Dominum Jesum Christum, qui cuncta potest, id miraculi effecisse. Ipse est enim qui aquam in vinum, et speciem unam transformat in aliam. Cæterum ad hoc efficiendum hanc solam orationem fudi : Domine Deus omnipotens, ostende veritatem et potentiam tuam, ut hi fratres instrui, confirmari, perfectaque in te fide valeant decorari. Quæ cum dixisset præcepit ut nemini factum hoc exponerent.

idemque miraculum in gratiam aliorum duorum repetit.

p

10 Sequenti quoque die *p* cum duo ex Cisalpina Gallia fratres apud Cesenam essent, dubitarentque an vera forent miracula quæ per Janbonum efficiebantur, præsertim quod aquam in vinum mutasset, neque ullo pacto vellent credere nisi hoc etiam ipsi perspicerent; ubi id quorumdam fratrum F relatione cognovit, quo eos in fide ac divino servitio firmiores efficeret (erant enim tum in Cisalpinam Galliam iter arrepturi), sumpto vase quodam ligneo, cum ad fontem pervenisset, implevit illud aqua. Dehinc, sicuti prius, oratione habita, fratribus ad bibendum tradidit. At illi, cum ex eo degustassent, crediderunt homini Dei; dixeruntque : Certissima sunt, pater, quæ de te feruntur. Quid jam esse potest quod nos a credendo deterreat, quando tuis precibus aquam vinum factam esse conspeximus? Post hæc equidem non increduli, sed fide pleni erimus.

ANNOTATA.

a *De oratione beati dictum in Commentario n.* 64, 97 *et seq.*

b *Desunt hæc in processu. Cfr. Comm. num.* 98.

c *De quo vide Comm. num.* 61 *et* 64.

d *Vide ibid. num.* 94.

e *Corrigere hæc voluit aliquis in ipso codice in hunc modum :* Ut per socordiam tempus aliquod fluere non pateretur, quo non, ob eam, orationibus operam

A operam daret. *Sed melius corriguntur immutatis solum voculis duabus.*

f B. Joannem *salutationem angelicam non totam recitasse, diximus in Comment. n.* 61. *Vide ibidem de reliquis orationibus vocalibus quas usurpare solebat.*

g Decantabat *seu recitabat; nam de cantu in processu nihil dicitur.*

h *Cfr Comment. num.* 99.

i *De ejus dono lacrimarum vide ibid. et num.* 100.

k *Longe frequentius ad sacrum tribunal accedebat. Vide Comment. num.* 112. § 11 *diximus de confessione peccatorum venialium ab antiquissimis temporibus, et de confessionum frequentia ævo medio.*

l *De frequenti communione beati deque communionis frequentia sæculis* XII *et* XIII *vide Comment. num.* 99 *et* 100.

m *Dubitasse Nascembemum eo momento quo S. Eucharistiam beatus recipiebat, in processu non exprimitur. De miraculis tribus commutatæ aquæ in vinum cfr Comm. num.* 94 *et processum num.* 7, 22, 42, 84, 180, 198, 202, 205.

n *De hoc fonte vide Comment. num.* 69 *in fine et num.* 121, 192.

B o *Cfr ibid. num.* 94 *et seq.*

p *Calepinus hic duo miracula mutatæ aquæ in vinum in unum conjicit, et ex illo nos quoque decepti sumus Comment. num.* 94; *vide processum num.* 7 *et* 22.

CAPUT III.

Persecutiones patitur a dæmone et ab hominibus. De ejus abstinentia, jejuniis, dono lacrimarum et silentio.

Persecutiones patitur a dæmone,

Dum ergo Janboni sanctitas in dies augeretur multaque signa per eum fierent, invidit ejus felicibus actis diabolus; tantoque odio eum prosecutus est, ut quotiens orationi operam daret, ipse modo C felis, modo serpentis, modo simiæ cæterarumque
a id generis bestiarum *a* formam assumeret, ne cœptam scilicet vir sanctus compleret orationem. At ne hoc quidem ad expugnandam sancti hominis mentem diabolo visum est satis. Nam cum semel finem orandi fecisset, a dæmone statim humi prostratus fuit. Et licet cadendo terræ caput graviter illisisset, divina tamen protectus ope, sine cruore
b surrexit *b*. Altera vero die, sumpta virili forma,
c grandi cum impetu ejus cubiculum aperuit *c*. Quæ videns Janbonus, hominemque existimans, quisnam esset interrogavit. Ego sum Sathan, respondit ille. Ad quem vir Dei: Tunc es ille qui me tantopere persequeris. Dixit Sathan: Sum equidem; et his majora a me futura polliceor. Tum vir Dei: Non formido te, inquit, mecum est enim dominus meus Jhesus Christus tanquam bellator fortis. Discessit Sathan; et nocte insecuta, projecto in cubiculum lapide, Janboni frontem percussit: ex quo plane vulnere aqua dumtaxat effluxit. Cæterum tantus innatus est dolor, ut tres dies noctesque orans non solum non comederit, aut biberit, sed ne somnum quidem ceperit.

et ab hominibus. Ejus abstinentia
d

12 Neque vero a dæmone solum, verum etiam a mortalibus; et tum a suis, tum a Minoribus fratribus *d* multas perpessus est insidias: quas tamen æquo semper animo tulit. Sciebat enim scripsisse apostolum, eos qui pie volunt vivere varias pati oportere persecutiones. Fuere igitur nonnulli pleni iniqua cogitatione viri malevoli ac pestilentes, qui vitæ illius detraherent; illatisque innumeris injuriis eum tamquam reum coram Otone, Cesenatum episcopo, exhiberi summo studio contenderent *e*. Quæ omnia æquanimiter ferens, de iis quæ sibi suisque objiciebantur, sese coram omnibus humiliter prudenterque purgavit. Ac ut Salvatoris nostri verus æmulator existeret, pro persequentibus assidue oravit: eisque quoad potuit bene fecit. Abstinentiam hujus sanctissimi viri *f* ac vitæ parsimoniam qua suum corpus in servitutem redigere curavit, magis mihi mirari quam aliquid de ea dicere libet; quæ tanta in eo extitisse fertur, ut nemo ex iis quorum apud historicos celebris est memoria, cum eo digne conferri queat. Joannem Baptistam semper excipimus qui ante sanctificatus fuit quam natus. Nec me præterit complurimos superiori tempestate apud Ægyptum claruisse, quorum nonnullos herbarum radicibus, quosdam fructibus, alios pane et aqua vitam duxisse constat. Sed qui tamdiu tam parceque vixerit quam hic unus Janbonus, nondum, quod ego legerim, memoriæ proditum est. Quippe qui numquam E carnibus *g* ne infirmus quidem sit usus; sed diebus tantum dominicis *h* exceptis, semper jejunans, quandoque pomis, nonnumquam herbis radicibusve, pane aliquando et aqua vescebatur. At ne his quidem ad satietatem, cum singulus quisque una die tantum cibi sumeret, quantum octo diebus ipse *i*.

AUCTORE AMBR. CALEPINO EX MSS.

e

f

g
h

i

Jejunium quadragesimale,

13 Quid illud? nonne mirandum et pene incredibile omnibus videri debet, quod ab iis qui ejus vitæ conscii fuere traditum est? Tres siquidem quadragenas tribus sibi succedentibus annis, diverso tamen quodam vivendi genere, servavit *k*: quarum unam taliter jejunavit, ut prima die nihil præter Eucharistiam perceperit; sequenti vero, dispertito in tot particulas trium unciarum *l* pane quot dies erant ad Dominicam Cœnam, singulo quoque particulam *m* comedit. Modico etiam tum usus est vino *n*, et eo plane cum holerum jure mixto, antequam sale aut oleo condiretur. Cum autem ad id diei ventum esset, quo Dominus una cum discipulis cœnavit, ea quæ superfuit panis portio in tantum ejus precibus crevit *o*, ut cunctis fratribus suffecerit ad saturitatem *p*. Cæterum ab ea die ad resurrectionem perstitit incibatus. Alte- F ram quadragenam sic jejunando explevit *q*. Nam prima die tantum panis comedit quanta est hostia. Secunda quatuor petrosilii radices. Tercia septem fabas pro cibo sumpsit. Quarta rursus pro ea mensura, qua prima die usus fuerat, panem accepit; ac sic alternis eduliis ad dominicæ cœnæ diem usque perseveravit. In qua nimirum propter sacramenti reverentiam, quod tum institutum perhibent, cum fratribus mensæ interesse voluit. Terciam * vero, propter ægritudinem qua diebus multis ante eam quadragesimam laboravit *r*, trium unciarum *s* pane diebus tredecim una cumfratrum cibariis usus est; sed singulis postmodum diebus tantum panis accepisse ferunt, quanta est denarii *t* magnitudo. Incredibilia hæc prorsus ducerem, quum præter humanas vires esse videantur, nisi adjurati testes mihi fidem facerent.

k

l

m
n

o
p

q

* In tertia

r
s

t

quomodo transigeret. Ejus donum lacrimarum et silentium.

14 Verum de quadregenarum jejunio alibi aliter lectum est *u*. Fuerunt enim qui testarentur Janbonum prima quadragesima tantum hostiam cum leguminum jure singulis diebus comedisse *x*; secunda vero panem unum in quadraginta partes divisisse, partemque unam unoquoque die percepisse

u
x

AUCTORE AMBR. CALEPINO EX MSS.

pisse; atque a Dominica Cœna ab omni prorsus alimento abstinuisse *y*. Sed hæc aliis discutienda sinamus. Constat etiam Janbonum quadragenario jejunio ter annuatim *z* se afflixisse; eoque potissimum quo post resurrectionem tres *aa* solummodo fabas singulis diebus accepit. At dum communi mensæ interesset, cibum plerumque cum fletu miscebat; ita ut ejus oculis fere semper defluerent lacrymæ *bb*, nec ab eis etiam volens ullo pacto temperare posset. Servabat interim dum jejunaret summum silentium *cc*, adeo ut cum nullo nisi maxima urgente causa loqueretur.

y
z
aa
bb
cc

ANNOTATA.

a *Beatum multa passum esse a dæmone dicitur a plurimis testibus in processu apostolico, et mentio est quoque apparitionum ejus sub forma bestiarum. Cfr comment. præv. num.* 117 *in fine et proc. num.* 44.

b *Vide processum num.* 19.

c *Vide ibidem et num.* 12.

d *Et maxime a fratribus de pœnitentia. Vide Comment. num.* 117.

e *Hi non fuere ex fratribus Minoribus sed ex ordine de pœnitentia. Vide Comm. num.* 116 *et seq., et* 164.

B

f *De incredibili abstinentia et jejuniis* B. Joannis *egimus in Commentario prævio* § 8.

g *Tempore magnæ infirmitatis,* ad multam fratrum instantiam, *comedisse parum de carnibus, perhibent aliqui testes in processu. Cfr Comment. num.* 70 *et seq.; et S. Antoninum supra p.* 747, *num.* 5, *quem Calepinus hic sequitur.*

h *Omni tempore jejunabat, hieme et æstate, exceptis diebus dominicis. V. Comment. num.* 70 *et* 72.

i *Ibid, num.* 72,

k *Tres quadragesimæ, quas hic describit Calepinus, non fuerunt servatæ tribus sibi succedentibus annis; nam quæ de prima referuntur servata fuere annis plurimis* (*Comment. num.* 78); *secunda referenda est ad annum* 1257 (*ibid. num.* 73), *et tertia ad annum* 1249 (*ibid. num.* 75).

l *Panis iste non erat trium unciarum tantum, ut habet Calepinus post S. Antoninum* (*supra p.* 747 *n.* 5), *sed ordinarius. Comment. n.* 76. *Verum tam parce illo pane utebatur ut peracta quadragesima remaneret* ex illo fere medietas. *Comment. num.* 75.

m *De forma et quantitate particularum istarum sermo in Comment. num.* 74, 76 *et* 78.

C

n *V. ibid. num.* 74 *in fine.*

o *Panem beati precibus quantitate crevisse acceptum ex S. Antonino* (*supra pag.* 747, *num.* 5); *verum hac de re in processu non solum tacetur omnino, sed et contrarium manifeste traditur.*

p *In quadragesimis plurimis usus est beatus unico pane, et in quadragesimis annorum* 1248 (1), 1249 (2) *et forte in aliis, reliquias illius panis distribuit fratribus conventus: quod de anno* 1248 *narrat fr. Jacobus, qui ei inserviebat, in hunc modum:* In ipsa vero die Cœnæ Domini fecit vocare omnes fratres suos, qui erant xxx, et ipsi testi dedit duo frusta de prædictis frustis, et singulo fratri unum, et præcepit eis ut comederent incontinenti (3) *Alibi tacetur de tali præcepto, sed dicitur beatus* reliquias *misisse fratribus,* quas cum magna devotione acceperunt fratres; et aliqui comederunt particulas suas, et aliqui reservaverunt suas portiones usque in præsentem diem. *Ita fr. Grecus anno* 1254 (4). *Ex quibus manifestum est fratribus nullatenus suffecisse suam portionem* ad saturitatem, *ut ait Calepinus.*

q *In sequentibus agitur de quadragesima anni* 1257; *vide annotatum* k. D

r *Contigerunt hæc anno* 1249; *vide ibidem.*

s *Vide Annotatum* l.

t *Cfr Comment. num.* 76.

u *Rectum ordinem sibi succedentium quadragesimarum indicavimus in Comment. num.* 73 *et seqq., dictumque est num.* 78 *plerasque quadragesimas sibi similes fuisse.*

x *Referenda hæc sunt ad quadragesimam anni* 1248. *Cfr Comment. num.* 74.

y *In quadragesimis plurimis servata hæc fuere. Cfr Comment. n.* 78.

z *Assumpta hæc sunt ex S. Antonino supra p.* 747, *num.* 3; *sed non esse consona vero ostensum est in Comment. num.* 77.

aa *De quadragesima observata post festum Paschatis aut de fabis tribus quotidianis, quæ ex Summario S. Antonini sunt accepta, altum silet processus. V. Comment. num.* 77.

bb *De dono lacrimarum in* B. Joanne *vide Comment. num.* 99 *et* 100.

cc *Quanta perseverantia silentium servaret vide ibid. num.* 81.

E

CAPUT IV.

De reliquis beati virtutibus. Miracula aliquot; donum prophetiæ. Quantus fuerit ad eum concursus.

Lecti pœnitentiæ B. Joannis, *et ejus lectus ordinarius.*

Tria sibi in cubiculo strata construxerat *a;* unum quidem in hunc modum : Foveam fecit ad corporis sui mensuram, in qua confixis acutis lignis, cum aliquando acerbissimam Salvatoris passionem ad memoriam reduxisset, super ea se extendebat; quibus ita corpus undique vulnerabatur, ut nulla ejus pars non saucia remaneret : diuque ex passionis Christi memoria lacrymabundus in eo dolore perdurabat. Altera erat fovea in qua jacebat cum sese foret remissius afflicturus. Hæc ab uno latere quam ab alio magis concava erat. Et in devexiori quidem loco caput reclinans, tamdiu pedes ad altiora tendebat, quamdiu bis centies dominicam orationem dicendo finisset. Dixere nonnulli, quibus cum illo frequens extitit consuetudo, quotiens in ea fovea constitisset, totiens ex capitis tumefactione ipsum vehementer laborasse. Cum vero sibi aliquantisper recreandum foret, tercium stratum habebat, tabulam scilicet querceam, supra quam quandoque pallium, quo ægrotus uti consueverat, extendebatur. In eo perinde ac plumeum cervical nonnumquam sacculus paleis plenus, nonnumquam arboris truncus situs erat.

a

F

Pluvia ejus oratione cessat.

16 Quadam autem nocte, cum defessus super id strati se somno dedisset, ac fratres ædificium quoddam a fundamentis erigere contenderent (cuncta etiam ad id operis struendum necessaria parata fuerant), intempestæ noctis silentio tam vehemens tamque repentina pluvia facta est, ut propter aquarum inundantiam desperatum fuerit de illius structuræ perfectione. Quamobrem sanctum hominem statim adeunt, eumque multis precibus obsecrant, velit pro eis ac pro tam neces-

(1) Processus num. 17, 277. — (2) Ibid. num. 176, 286, 301, 312. — (3) Ibid. num. 17. — (4) Ibid. num. 277.

A sario opere illum qui ventis imperat et mari exorare, ut jacto muri fundamento in structuram ipsum erigi permittat. Surgit continuo vir sanctus, precesque pro eis quam devotissime fundit. Res dictu mirabilis! inter orandum, ne parva quidem remanente nube, cessavit pluvia. Sicque Janboni meritis sequenti luce fratres operi se accinxere. Tunc Janbonus interrogans operarios, ait illis : Creditisne Deum exaudire servos suos? Responderunt illi : Credimus. Estote ergo, inquit, et vos servi et amici Dei *b*.

b

Ejus vestes. Numquam utitur auxilio medicorum.

17 Vestes, nisi quibus tegeretur, illi contemptui fuere *c*, sola staminea tunica et caputio contentus : quam tum hyeme, tum æstate detulit. Sub hac, stupea camisia sine manicis induebatur, propter emoroydas quibus assidue laborabat. Ambulavit sæpenumero nudis pedibus, quandoque etiam, ad majorem corporis afflictionem, gravibus ac nulla confectis arte usus est calopodiis *d*. Nullum medicorum consilium, quamvis ægrotus, umquam admisit, asserens eum sibi adesse medicum qui corporibus mederetur et mentibus *e*.

c

d

e

Odium hæreticorum et schismaticorum. Zelus animarum ; aliæ virtutes.

18 Fidelis semper habitus est; quippe qui hæreticos, schismaticos et omnes a christiana veritate abhorrentes non secus ac fœdissima monstra declinabat execrabaturque *f*. Sed cum non solum sibi natum se esse arbitraretur, sed procreatum quoque ad utilitatem cæterorum; sciret etiam quandoque de talentis sibi creditis Deo reddendam esse rationem : congregavit nonnullos *g*, quos officii causa ad religionem et ad sanctimoniam instrueret. Ut enim ad decus, ad honestatem, et ad vitæ bene gerendæ rationem natus erat, sic inprimis precipuam virtutis colendæ curam habuit. Sic quoque cum omni mortalium genere vixit, ut vir bonus et justiciæ cultor merito sit visus. Summa integritas, continentia, gravitas vitæque moderatio. Adeo in omni vita decorum illud servavit, ut ne leve quidem dictum *h* factumve in eo reperiretur indignum viro bono et gravi. Tanta præterea constantia prudentiaque omnes ejus vitæ partes actæ sunt, ut nec commutationem voluntatis, nec varietatem opinionis umquam demonstraverit.

f

B

g

h

Clementia. Zelus perfectionis fratrum; donum prophetiæ. Ad eum concursus;

19 Natura fuit clemens, ut qui nihil oblivisceretur magis quam illatas sibi injurias; quin et pro malivolis ac detractoribus suis non solum oravit, verum etiam quam cæteris abundantius benefecit *i*. Ejus mores faciles et ad lenitatem proni. Benignitate atque humanitate fuit tanta, ut omnium videretur quasi communis parens *k*. Benevolentiam erga suos fratres tantam ostendit, ut cum in cœtu esset, omni cum humanitate eos alloqueretur *l*, patienterque audiret. Quodque multi æstimandum est, simplex fuit et apertus, cultor veritatis, pacificus, humilis *m*, qui neque adversis fractus, nec secundis sit erectus. In iis quæ ad animæ salutem pertinent, erga fratres *n* diligentissimus, non secus ac boni frugique parentes solent. Amavit paupertatem *o*, servavit concordiam, innocentiamque dilexit. Quid multis moror? Ita omnes virtutes complexus est, ut in eo domicilium fecisse viderentur. Hortabatur autem quotidie fratres ad humilitatem sectandam, ad continendam benignitatem, ad malorum tolerantiam ultro suscipiendam; et ad cætera denique virtutum genera complectenda, quibus ipse omnium ornatissimus erat, verbo pariter et exemplo conabatur inducere. Quibus plane meritis tam Deo gratus extitisse fertur, ut etiam futura narrando prædicere posset. Nam multa fratribus, multa iis qui ad se veniebant prophetavit *p*. Cordis quoque arcana cum opus fuit manifesta reddidit *q*. Postquam insuper hac mortali vita functus est *r*, tot tantisque signis effulsit, ut ad ejus longe lateque diffusum nomen, cum ex toto pene terrarum orbe, tum ex Hemilia, Liguria, Venetiaque populi confluerent *s;* quorum quidam recuperandæ valetudinis gratia eo veniebant, cum essent variis languoribus vexati : nonnulli devotione quadam præcipua commoti sanctum hominem adibant, quo ejus vitæ institutum contemplarentur. Unde factum est ut complurimi, ubi sanctimoniam illius perspexere, postergatis sæcularibus desideriis, religiosum habitum susceperint *t*.

C

i

k

l

m

n

o

p

q

AUCTORE AMBR. CALEPINO. EX MSS.

r

s

t

cui se subducere studet. Juvenem Foroliviensem liberat a dæmone.

20 Ceterum cum propter frequentes diuturnosque tum virorum tum mulierum accessus, animadverteret homo sanctissimus impediri se quominus pro more ac proposito meditationibus vacare posset, ad propria remigrare constituit. Cum igitur vesperi e loco clam decessisset, totaque insecuta nocte non sine magno labore per nemora peragrasset, existimans se Mantuam versus profectum esse, eo se in loco diliculo invenit a quo vesperi discesserat *u*. Quod quidem non absque magno Dei consilio sibi accidisse putandum est. Nam ipsa eadem hora *x* nunciavere fratres Forliviensem quemdam adolescentem, a dæmonio vexatum, pro curatione deduci, qua ex re descenderet ad eum liberandum. Erat autem hic adolescens ex multo tempore a dæmone possessus; quem genitor et ejus amici omnes, sperantes Janboni meritis curandum esse, Cesenam ducere decreverunt. Appropinquantibus autem illis urbi, clamare cœpit Eruginus *y :* Sinite me, scio plane quo me ducitis; numquam Janbonum adibo. Et hæc dicens, spumantibus labris, volutabatur in terra. Tunc hi qui comitabantur, detulerunt eum in templum. Qui ubi illatus est, mox hominis Dei intercessione ab immundo spiritu dimissus est; incolumisque cum gaudio ad propria remeavit.

u

x

E

y

ANNOTATA.

a *Hæc strata, sive lectos et foveas, accurate describere conati sumus ex processu, Commentarii num.* 64 *et seqq.*

b *Narratur hoc miraculum in processu num.* 11; *apud Laudensem in Vita lib.* 1, *cap.* 3.

c *De vestibus beati, vide Comment. num.* 59, 80, 175 *et seqq.*

d Usus est calopodiis, *i. e. calonibus seu calceis ligneis. In processu dicuntur zipelli. Vide Comment. num.* 80.

e *V. ibid. num.* 71.

f *De hæreticis Catharis et Patarenis quos impugnavit beatus, deque zelo ejusdem ad eos convertendos et confirmandos reliquos, vide Commentarii* § 9. *In sequenti vero* § *agitur de ejusdem zelo contra excommunicatos.*

g *Socios admittere cœpit non multo ante annum* 1217. *Cfr Comment.* § 6.

h *Asserunt testes in processu beato nunquam excidisse verba otiosa. Vide Comment. num.* 104.

i *Comment. num.* 117.

k *Ibid. num.* 104.

l *Ibid. num.* 103.

m *Ibid. num.* 118.

n *Ibid. et num.* 103.

o *Ibid. num.* 115.

p *Ibid. num.* 93.

q *Ibidem.*

r Postquam... functus est. *Hæc pars phrasis resecanda, ut patet ex sequentibus.*

s *Comment. num.* 101 *et seqq.*

t *Ibid. num.* 102.

u *Exiguam*

AUCTORE AMBR. CALEPINO EX MSS.

u *Exiguam fidem mereri hanc narrationem dictum in Comment. num.* 104.

x *Hujusmodi circumstantia in processu non exprimitur. Cfr processus num.* 52.

y Eruginus. *Non puto ejus nomen fuisse, sed perperam esse scriptum pro :* Ergumenus. *Cfr p.* 755 *annot.* p.

CAPUT V.

Circa vitæ finem Mantuam redit beatus; plura prædicit; ejus obitus.

Cælitus monetur beatus Mantuam abeundum esse; ibi honorifice excipitur : prædicit instantem obitum.

Jam vero tempus advenerat, quo cæli opifex Deus fidelem servum, de religione, de regularibus institutis, de christiana fide bene merentem, immortalitatis stola donaturus esset; quandoquidem ejus virtus satis perspecta, satisque probata videretur. Misit ad eum angelum *a* qui diceret : Janbone, serve Deo dilecte, surge velociter, et in patriam tuam remigra. Sic enim placitum est Deo, ut post dormitionem, corpus tuum in natali solo terræ mandetur *b*, et ei a mortalibus plurimum honoris
B exhibeatur. Eja miles Christi, festina ut desideratum pro laboribus tuis præmium accipias. Ubi hæc audivit, surrexit illico Janbonus, maturoque gressu
c Mantuam versus iter arripuit *c*. Cumque inter proficiscendum cunctis incognitum se fieri cuperet, ab omnibus cognoscebatur (tantam præ se ferebat sanctitudinis fragrantiam), summum sibi ubique honorem exhibentibus. Neque enim lucerna, super candelabrum posita, poterat non lucere, cum eo loci ad hoc accensa foret ut lumen ejus ubique diffunderetur. Verum posteaquam vir Dei Janbonus urbem Mantuam prope concessisset, copiosa
d hominum multitudo *d* magno cum applausu facta est illi obviam, una voce dicentium : Benedictus qui venit in nomine Domini. Cumque ad locum
e fratrum venisset, quæ sancta Agnes *e* in suburbio Portus appellabatur, ibi ob singularem incredibilemque devotionem, qua eum Mantuani omnes prosequebantur, quamprimum illi extructum est
f oratorium *f;* ubi etiam dies undecim cum omni cura, studio, diligentiaque in divina contemplatione commoratus est. Ante vero undecimum diem,
C fratribus in unum congregatis, dissolutionem sui corporis sequenti die futuram esse prædixit.

Fertur mortuum ad vitam ibi resuscitasse.

22 Eadem hora juvenis quidam, qui matri viduæ unicus filius erat, interiit. Cumque mater pro gnati morte plurimum torqueretur, audivit a narrantibus, ut antequam Janbonus vita fungeretur, ad eum iter arriperet. At illa, ubi hoc accepit, sublato filio, mox ad sanctum hominem perrexit. Quæ postquam ad eum ingressa fuisset, eumque intentius orantem reperisset (exspectabat enim ut quod a Domino promissum fuerat, id sibi præstaretur), provolvit se pedibus ejus, ac multis cum lacrymis obsecrans deprecabatur ut filio mortuo vitali aura perfrui liceret. At vir Dei, misericordia motus, manum supra adolescentem extendit, precesque pro eo effudit; ac statim, qui mortuus
g erat, vivus evasit *g*. Genitrix vero et qui astabant omnes, visa miraculi magnitudine, immensas Deo egere gratias, qui homini talem contulisset potestatem.

23 Die igitur insecuta, qua Janbonus dissolvendus erat ut esset cum Christo, hortabatur *h* fratres
h qui circa illum assistebant, ut *i* charitatem semper
i diligerent, servarent castitatem, obedientiam cæterasque virtutes, quoad ejus fieri posset, amplecterentur : solicitus enim admodum erat, ut sicut ipse, ita et illi salvi fierent. Sed posteaquam loquendi finem fecisset, ac junctis manibus oculos in cælum elevasset, quidam e fratribus eum interrogans, ait : Quale futurum putas cadaver tuum, pater optime, cum diem obieris? Cui beatus Janbonus his verbis respondit : Vos in Dei servitio permanentes congaudete. Exponam ego vobis quid de hoc vili corpusculo statuerit Deus. Anima cum se hoc carneo exuerit indumento, præ nimia Dei clementia bonitateque, cum angelis assumetur; corpus vero meum a vobis terræ mandabitur, per quod multis annis complurima signa Deus ostendet. Sed venient dies, quibus nulla mei, nullave præteritorum signorum apud homines constabit memoria. Verum tandem pro Dei arbitrio tum plurimum honorabitur, cum magna ex parte fuerit oblivioni traditum; quo quidem tempore tantæ æstimationis erit, ut per totum orbem ejus nominis fama divulgetur. Itaque cum hinc modo discessurus sim, vos rursus admonendos esse censui, ut syncere Christum Deum Salvatorem sectemini. Nam
E is est qui pro benefactis in præsenti sæculo præstat gratiam, et in futuro gloriam tribuit sine fine mansuram.

D *Hortatur fratres; prædicit corpus suum diu oblivioni traditum iri.*

Obitus; miracula.

24 Vix ea fatus erat cum innumerabilis angelorum *k* multitudo circa illum astitit, et vox de cælo sonuit : Veni, dilecte mi, veni, tempus est ut in regno patris mei epuleris cum fratribus tuis. Qui ad hanc vocem non modica vultus hilaritate perfusus, anno ætatis octogesimo, a natali autem Christi anno ducentesimo quadragesimo nono supra millesimum, decimo kalendas Octobres *l*, regnantibus apud Mantuam Casalodis *m* comitibus, cum explesset in eremo annos quadraginta, et omnia ecclesiastica Sacramenta percepisset, dissoluta hujus habitationis domo, domum perenniter duraturam accepit *n*. Quis nunc enumeret signa, quis prodigia litteris rite committat, quæ ipsa die *o* Janboni meritis ostensa fuere. Nam ex urbe Mantua, necnon ex vicinis oppidis, mares et fœminæ, senes ac juvenes, pueri puellæque, cæci, ergumini *p*, claudi, surdi, muti, leprosi, debiles, aliisque variis ægritudinibus vexati, ad visendum sancti viri corpus confluxere : quorum etiam plerisque fuerunt collata remedia.

k
l
m
n
o
p

F

ANNOTATA.

a *Vide Commentarium prævium num.* 166.

b *Vide ibid. num.* 165.

c *Circa principium mensis Octobris anni* 1249. *Comment. prav. num.* 166.

d *Cfr Comment. num* 167.

e *De conventu S. Agnetis, Mantuæ, extra muros olim sito, vide Comment. num.* 169 *et* 181.

f *Cfr Comment. num.* 167.

g *De hoc miraculo nihil dicitur in processibus, nec video, si reapse contigisset, quomodo potuisset omitti. Vide supra pag.* 748, *annotatum* qq.

h *Quæ sequuntur usque ad finem capitis mutuata esse ex Cremensi patebit ex Commentarii num.* 168.

i *Quæ sequuntur usque ad finem phraseos, desunt apud Cremensem, ut et alia pauca inferius* (*Cfr Comment. num.* 168). *Ea tamen suæ narrationi intexit Laudensis; et quum et ipse, ut Calepinus, Bergomi suam vitam adornaverit* (*supra num.* 206), *verisimile fit omnino eum non solum Cremensem, ut dictum citato num., sed et Calepinum præ oculis habuisse.*

k *Desunt*

A k *Desunt hæc iterum in narratione Cremensis Comment. num.* 168, *sed assumpta sunt a Laudensi lib.* I, *cap.* 15.

l *Obiit beatus die sabbato,* 23 *Octobris, anni* 1249, *circa horam tertiam pomeridianam. Vide Comment.* § 2. *Ex quibus patet a vero aberrare Calepinum, dum scribit contigisse obitum* decimo kalendas Octobres; *et pro his ponendas esse kalendas* Novembres. *Ceterum hic error ex Cremensis libro manavit, Comment. num.* 168, *quem Calepinus perpetuo est secutus.*

m *Dicuntur hi comites a scriptoribus latinis* Casalodi, *a vernaculis quibusdam* Casaloldi (1). *Eos anno* 1276 *principes fuisse conjurationis contra Pinamontem, Mantuæ tyrannum, narrat Platina hist. Mantuanæ libro* 2 (2).

n *Solus Leopoldus Volta beatum obiisse dicit ex vulnere in pede dextero; de quo vide ad num.* 294 *processuum.*

s *Cfr Comment. num.* 171.

p *Calepinus hic et aliis locis scribit* ergumini *pro* energumeni, *quod et in notissimo suo dictionario præstitit. Græci tamen sola voce* ἐνεργουμενοι *usi sunt.*

B

CAPUT VI.

Corpus terræ mandatur. Post multa annorum curricula transfertur in urbem. Miraculum accensorum cereorum, aliaque.

Sepultura. Corpus transfertur in urbem.

Peractis vero ex more funereis obsecrationibus, dum singuli acclamarent, dicerentque : Sancte Dei Janbone, intercede pro nobis, corpus illud sanctissimum apud divæ Agnetis templum *a* in suburbio Portus Mantuæ sepulturæ traditum fuit. Ubi cum multis curriculis *b* humatum extitisset, neque tuto loco constitutum postea videretur, quippe qui extra urbis mœnia quiesceret, Mantuanus populus C imaginibus auratis Apostolorum insignitum mausoleum *c* ex marmore, quo tam sancti viri reliquiæ conderentur, intra urbem extruxit. Cujus efficiendæ rei gratia coacti in unum clerus populusque multo cum apparatu ad locum, in quo sancti viri corpus tumulatum erat, pervenere. Quod plane, dum summa veneratione fuisset effossum, ita integrum *d* compertum perhibent, ut ne capillus quidem ab ejus capite defluxisse videretur. Argumento est quidem et cucullus *e* quo indutus erat; zona quoque ac biretum *f* tam nunc etiam illæsa cernuntur quam si defossa numquam fuissent. Ea de re psallentibus universis summo cum honore apud eremitanos fratres, in illustriorem templi locum quod sancta Agnes nova dicitur, illud detulerunt. Ubi divina cooperante virtute, diversa sanitatum genera collata traduntur. Nam mulier *g* quæ annos multos ex oculis laboraverat, ubi fidei plena sanctum virum contigit, illico salva facta est. Nonnulli a membrorum contractione, quidam a fistulis, alii a ventris tumore curati sunt. Qui etiam paralisim, vel ariditatem, seu podagram, corporisve percussionem, quam græce apoplexiam dicimus, aut comicialem morbum, quique varios alios languores patiebantur, pristinæ valetudini sunt restituti. Tres præterea cæci recepere lumen; audivit surdus, et qui fere mortuus erat, salutem adeptus est.

AUCTORE AMB. CALEPINO. EX MSS.

Miraculum accensi cerei et candelarum.

26 Quis autem illud verbis digne queat extollere, quod factum est dum sancti viri translatio fieret? Ingens siquidem cereus *h* traditur effectus, circa quem multæ candelæ compositæ fuerant. Hunc accensum cum viri ante sacrum corpus deferrent, fratresque de more sacris vestibus induti, obviam processissent, ac lætabundi singuli, templo in quo recondendum erat jam propinquassent, cereus ille una cum candelis est extinctus. Qua ex re omnes dolore perculsi, mirandum in modum contristari cœperunt. Adeo enim sublimis erat, ut non facile accendi posset. Verum cum sic mœsti progrederentur, et jam in ipso templi limine consisterent, multique obsecrantes dicerent : Sancte Dei, ad laudem tui nominis infunde gratiam, qua cereus hic tuo lumine perlustretur; subito videntibus cunctis accensus est. Tum clamore itum est ad astra; tantaque Mantuanis jubilatio fuit, quanta umquam antea. Canentes namque singuli glorificabant eum, qui in sanctis suis mirabilia facere dignabatur. Et est Mantuano populo præcipua solem- E nitas quæ kalendis Majis in perennem hujusmodi translationis memoriam celebratur. In qua populus ipse ex publico ærario, singulo quoque anno, per prætorem cæterosque urbis magistratus, divo Janbono complurimos cereos offerre solet.

De aliis beati miraculis.

27 Alia quoque innumera signa et virtutum genera, quæ divina præstante gratia beatissimus hic Janbonus tum dum adhuc in vivis ageret, tum in translatione; quæ denique secutis temporibus operatus fuit; ut sunt clarissimis evidentissimisque testibus approbata, sic, ut omnibus manifestius appareant, exscribenda putavimus. Quo ad tam sancti confessoris Janboni instructionem discant homines, abjectis vitæ hujus caducis moriturisque, inhærere Deo optimo maximo : qui cum pergratus sit, quoscumque fideles invenit servos, non solum hic magnis eos ornat muneribus, sed etiam immortales efficit. Ut autem in explicandis miraculis ordo quidam servetur, primum quidem de iis quæ vivens; dehinc quæ post obitum gessit, dicturi sumus *i*. *i*

ANNOTATA.

F

a *De hoc templo et præsertim adjacente conventu multoties sermo est in Commentario prævio. Vide ibi num.* 169 *et* 181.

b *Dicit Leopoldus Volta inventionem corporis, post diuturnam oblivionem, et translationem in urbem, contigisse medio sæculo* XV; *et id propter auctoritatem scriptoris in Commentario prævio nos admisimus* (*num.* 179 *et seqq.*) *Verum ulterius procedentes, vidimus translationem primam figi verisimilius sæculo* XIV, *propter rationes sequentes :* 1° *Augustinus Cremensis, qui a marchione Mantuano anno* 1485 *Romam est missus, et anno* 1484 *Vitam scripsit* B. Joannis, *translationem primam non distinguit ab elevatione corporis, quæ facta est anno* 1251. *Post ea enim quæ ex Cremensi recitavimus de translatione prima Comment. num.* 180, *sequuntur illa quæ num.* 174 *de miraculo cerei sunt recitata ex eodem auctore, et ad eamdem translationem primam referuntur. Quum tamen plane sit manifestum miraculum accensi cerei et candelarum ad elevationem corporis anni* 1251 *esse referendum* (*Comment.* § 18).

(1) Art de vérifier les dates, tom. III, pag. 665, édit. 1787. — (2) Ap. Muratori, rerum Ital. scriptores, tom. XX, col. 725.

In

AUCTORE AMBR. CALEPINO. EX MSS.

In quem errorem incidit etiam infra Calepinus num. 26. *Ili porro ambo scriptores vivebant medio sæculo* XV, *et si tunc translatio evenisset, non tantum aberrassent a vero.* — 2° *In hunc errorem incidere videtur etiam Bartholomæus de Palazzuolo, et miracula corporis elevati adscribere corpori translato. Comment. num.* 180. *Vivebat autem et is circa medium sæculi* XV. — 3° *Medio sæculo præcedenti, seu* XIV, *Luysius Gonzaga, Mantuæ marchio, PP. Augustinianis S. Agnetis, Mantuæ extra Portum, id est ipso loco quo obierat* B. Joannes, *conventum et claustrum ædificavit. Comment. num.* 181. *Nonne verisimile est factum id fuisse occasione inventi corporis beati? Etenim diu ante medium sæculum* XV, *quo inventionem evenisse scribit Volta, conventus ille jam a* B. Joanne *nuncupabatur* (*Comm. num.* 169); *et conjicere est id nomen indeptum esse a tempore suæ fundationis. Non enim nomina, quibus assuetum est vulgus, facile immutantur. Insuper manifestum exinde, bella quæ ut oblivioni darentur exuviæ beati, in causa fuisse scribit idem Volta, jam cessavisse; siquidem extra muros Mantuæ conventus exstrui potuerit.* — 4° *Denique laudatus Volta asserti sui nullam probationem profert. Cfr. Comment. num.* 179.

B

c *Hoc Mausoleum illud esse videtur quod describitur in Comment. num.* 187. *Quod si idem sit, quum scripserit Calepinus circa exitum sæculi* XV, *in eo repositum fuisset corpus* B. Joannis *diu ante annum* 1343; *quo anno, occasione novæ translationis, in eo solum aliqua inscriptio fuisset incisa. Mausoleum ante Calepinum his verbis descripserat Cremensis in Vita ms. :* Condignum sibi (*beato*) mausoleum et arcam lapidibus factis et marmoreis, et auro multo ornatam Mantuanus populus fabricare fecit.

d *De conservatione corporis beati dictum in Comment. num.* 183 *et* 191.

e Cucullus *hic idem est ac cuculla, seu tunica. De tunica autem* B. Joannis, *deque ejus conservatione, dictum in Commentario pluribus locis. Vide Annotatum* c *ad caput* 4.

f *Biretum et zonam memorat etiam Cremensis Comment. num.* 177. *Biretum est tegmen capitis et idem est quod in processu dicitur* infula. *Comment. num.* 80. *Etenim in supplementis Glossarii Cangiani, V°* Birretum, *hæc leguntur excerpta ex quodam veteri cæremoniali Romano :* Imponit ei genuflexo infulam sive birretum. *Gerebatur autem sub caputio, ut ex eodem Cangio et ipso processu* (*Comment. loc. cit.*) *apparet. Num vero biretum beati et zona, sive cingulum, adserventur hodieque, ignoro.*

C

g *Quum hic non distinguat Calepinus elevationem corporis a translatione prima, quæ enumerat miracula forte ad priorem sunt referenda. Certum id est de miraculo accensi cerei, quod num. seq. memorat Calepinus.*

h *De hoc miraculo vide Comment. num.* 174.

i *Omnia uno tenore narrat Calepinus, sine distinctione librorum, capitum etc. Quam nos pro more nostro adjecimus.*

D

LIBER SECUNDUS.

Miracula quæ operatus est beatus dum viveret.

CAPUT PRIMUM.

Licet illitteratus, veritatem tuetur contra jurisperitum in causa matrimoniali. *a*

Cum divus Janbonus aliquando eremum inambularet, offendit duos *a* jurisconsultos, matrimonii cujusdam causa invicem dissidentes. Cumque inter eos diu foret disputatum, ac magna cum diligentia quæsitum esset in codice, quem vulgo Decretales appellant, nihilque quod ad rem pertineret comperissent; sciscitatus est ab eis Janbonus, quam ob rem tantopere altercarentur. Responderunt illi : Quæstionem talem quærimus, nec eam invenire possumus. Afferte mihi, inquit, librum, et quod quæritis, indicabo. Delatus est igitur liber, evolutisque paucis admodum foliis, ejus materiæ caput ostendit. Illi vero Janbonum summis laudibus extulere, sanctimoniamque illius admirati, gloriam Deo dederunt, dicentes : Vere hic homo e Spiritu sancto locutus est; quippe qui litteras numquam didicit, et codicem hunc minime vidit.

E

Ei lupa obedientiam præstat. *b*

29 Lupa *b* quædam rictu catulum ferens, fugiensque copiosam hominum multitudinem, quæ ejus capiundæ gratia cum canibus insequebatur, juxta Janboni domunculam venit. Quam cum ille vidisset, jussit eam ibi morari. Stetit illa, depositoque catulo, sanctum virum intuebatur. Cui ille : Visne hinc abscedere? ne time. Lupa gestibus sancto viro applaudens, quandam præ se ferebat lætitiam. Hac iter, Janbonus (ostenso calle quo illa proficisceretur) inquit, secura facito. Tum lupa, correpto catulo, gaudens, absque læsione profecta est. Quod factum instruendorum fratrum gratia Janbonus sæpenumero referebat; illud eis in exemplum proferens, ut et majoribus semper morem gererent, et obsequis divinis attentissime incumberent.

Morbus articularis miraculo depulsus *c*

30 Jacobus *c*, frater laicus, annos jam decem sancto viro in obsequio fuerat, cum Raynerius, ejus avunculus, ex articulari morbo adeo laboraret, ut non solum cum brachio dextram manum, sed latus etiam omne amisisse videretur. Cumque quatuor mensibus ex eo morbo maximos dolores contraxisset, invisit eum Jacobus. Quem posteaquam blandis verbis consolatus esset, rediit ad beatum Janbonum, obsecrans eum ut pro avunculo apud Deum intercederet. Ubi autem Jacobi precibus vir sanctissimus in oratione perstitisset, jussit Jacobum percunctari diligenter, quo in statu Raynerii salus versaretur. Perrexit igitur ille, et ecce antequam domum prope concessisset, aspexit Raynerium ad operandum in vineas euntem. Sciscitanteque eo quomodo se haberet; respondit, se ab ægritudine penitus liberatum. Cognovit ergo Jacobus, quod ea hora curatus fuisset avunculus, qua vir Dei pro eo preces effudit. Fuitque Raynerius postea ab ea infirmitate liber. Ob quam rem Deum toto corde dilexit glorificavitque, tanta mortali homini exhibita potestate.

F

Item epilepsis. *d*

31 Huic quoque Jacobo erat consanguinea quædam, Maria nomine *d*, quæ ita comiciali morbo affligebatur, ut quam sæpissime spumans, ac dentibus infrendens, semianimisque jaceret in terra. Propter quod factum est, ut vir ejus tam exosam haberet,

A haberet, tamque morbum ipsum exhorresceret, ut de separatione cogitaretur. Angebatur etiam plurimum ob id Mariæ genitrix; quæ ad Jacobum accessit, obnixeque rogavit, ut Dei hominem Janbonum ad intercedendum pro filia exoraret. Sperabat enim, immo confidebat, Janboni precibus omnino sanandam esse. Quod ille non invitus fecit. Rogatus igitur a Jacobo beatus Janbonus, et mulieris lacrymis interpellatus, dixit mulieri : Redi domum; ego quod meum est lubens præstabo : siquidem rogabo Dominum meum ut cum filia tua misericordiam faciat. Et ex illa hora curata est mulier ab infirmitate. Quæ postmodum filios viro peperit, eum antea nullatenus concipere potuisset.

Dæmoniaca curata. *e*

32 Guerula *e*, puella decem et octo annos nata, dum ad hauriendam ex puteo aquam proficiscitur, a dæmone statim arripitur. Quam et ita postea vexare cepit, ut ad terram prostratam, domum eam nequaquam redire permitteret. Hoc cognito, parentes ejus, quamvis repugnantem, in ulnis ipsam domum detulerunt : ubi magna cum difficultate diem noctemque tenuere. Sed cum torqueri nimium puella videretur, ad vicinum templum deductam eam ibi observabant. Sacerdos
B autem ejus templi percunctabatur ab illa, quisnam esset a quo dæmon foret expellendus. Respondit-que puella : Zanboninus. Tum Ugo, cui in ministerio fuerat addicta, misit nuncios ad beatum Janbonum, ut pro puellæ curatione Dominum Jesum Christum obsecraret. Jussit autem tunc beatus Janbonus, quosdam e fratribus ire ad perquirendum puellæ statum. Properantibus itaque illis ut paternam jussionem explerent, et cum jam iter ad templum aggressi essent, puella continuo clamare cœpit ac dicere : Ecce veniunt; ecce veniunt. Quinam sunt qui veniunt? inquit sacerdos.
f Janbonini *f* fratres, ait illa. Ubi vero advenere fratres eamque signo crucis insignivere, vexata est plurimum, emisso in eorum facies sputo. Videntes illi quæ fiebant, inde discesserunt, ac ut se res habuerat Janbono retulerunt; rogaveruntque ipsum, ut pro puella preces effunderet : quod ille se quam libentissime facturum esse promisit. Posteaquam igitur oratum ab eo fuit, fratribus ait : Cras, prima diei luce, puella sanitati restituetur. Mane autem facto, jussit rursus eos fratres de puellæ salute sciscitari. Quam illi sic curatam reppererunt, ut ab immundo spiritu numquam postea obsessa
C fuerit. Hoc signum Janbonus fecit, dum in Natali Dominico pro secunda missa cantaretur introitus.

Alii morbi depulsi : ulcus in coxa ; *g*

33 Maria, ex Cesena urbe orta *g*, eo ulceris genere in coxa laboravit, ut a nullo medico curari posset. Igitur cum de ejus salute nulla amplius spes reliqua videretur, rogavit ejus virum, ut ad Janbonum iter arriperet, quo illius obsecratione medelam consequi mereretur. Fecit vir quod illa jusserat; nec multo post tempore, ipsa quoque, quamvis maxima cum difficultate, ad sanctum hominem concessit; rogavitque ut pro salute sua Dominum deprecaretur. Cui sanctus vir respondit : Sustine soror, et Deum roga ut te sanare dignetur. Cumque illa obnixius precibus insisteret, dixit Janbonus : Omnem tuam spem in Domino Deo constituens, crede firmiter ab ægrotatione te liberari posse. Credo, inquit illa, quod si pro me Deum rogaveris, curabor illico ab infirmitate mea. Tunc jussit Janbonus afferri sibi tria plantaginis folia; quæ cum mulieri porrexisset, dixit : Hæc tibi super morbi locum appone; et Dominus te hodie curaturus est. Discessit itaque mulier, gaudens, in domum suam, et cum fecisset quod jussum fuerat, insecuta die, fere incolumis effecta, ad sanctum hominem rediit; posteaque, ab ea *plaga* penitus curata, ad propria remeavit.

34 Detulit idem Jacobus, de quo paulo ante mentio habita est, Bonzanum *h*, in eodem ordine *fistula;* fratrem, in dextro latere ex fistula graviter ægrotasse, atque a medicis quater incisum, cum omnis spes recuperandæ incolumitatis amissa foret, dixisse : Putasne, frater mi Jacobe, si ad patrem nostrum fratrem Janbonum accedam, me salvum evasurum. Fide opus est, inquit Jacobus; quam si tantam tibi esse judicas, ut putes te meritis ejus sanari posse, procul dubio curaberis. Perrexit igitur Bonzanus, cum duobus fratribus, ad locum in quo commorabantur fratres; ubi tanta febris vis eum invasit, ut ex ea tribus diebus assidue fatigatus, beatum Janbonum nequiverit adire. Neque enim cum cæteris habitabat Janbonus; verum parvo disjungebatur intervallo. Cernens itaque frater ægrotus, impediri se febribus quominus sanctum hominem adire posset, misit unum ex comitibus, qui Janbonum obsecraret, ut habita ad Dominum prece, vellet salutem, quam optabat, impendere. Hunc cum Janbonus audisset, inquit : Hæc valitudinario dicito : Jubet te Janbonus bono esse animo; quia Dominus te statim ad sanitatem E
rediget. Ut ergo qui missus fuerat ad ægrotum rediit, non solum a febre, sed ab ulceribus etiam ipsum liberatum invenit. Cum autem Bonzanus, factus incolumis, sanctum hominem convenisset, eique gratias immortales pro tantis in se collatis officiis egisset, velletque cicatricem ostendere : Abi tu cum Domino, inquit Janbonus; trium dierum spatio salutem consecutus es; at ego ulcerum tuorum signa nequaquam inspecturus sum. Tum ille gaudens Bononiam, unde discesserat, confestim reversus est.

possessio dæmoniaca. *i*

35 Adolescens quidam Foroliviensis, arreptus a dæmone *i*, plurimum ab eo torquebatur. Pater autem ejus et omnes consanguinei, scientes Janboni sanctimoniam, intra se dixerunt : Si hunc ad Dei hominem duxerimus, absque dubio sanitati restituetur. Cum autem ad locum illum deduxissent, quem sanctus vir frequentare solitus erat : Scio, inquit adolescens, quo me ducere cupitis; at eo minime veniam. Sed illo per vim in templum delato, unus e tribus festinans ad Janbonum perrexit, dixitque : Oportet te, pater, ad sanandum erguminum in templo jacentem descendere. Respondit Janbonus : Rogate vos quoque Deum pro eo; nam F
idem facturus sum. Nec multo post venit Janbonus in templum, et increpans dæmonem qui in homine latebat, ait : Cur christianum juvenem tantopere vexas? Exi ab eo in Christi nomine. Non exibo, respondit dæmon. Tunc Janbonus, impresso in juvene crucis signaculo, præcepit dæmoni ut quam primum discederet. Exibo, inquit ille; sed alius me fortior ipsum invasurus est. Egresso itaque dæmone, tradidit illum Janbonus patri, dicens : Ducite eum leniter, hortaminique ne quidquam in via paveat. Verum posteaquam inde discessum esset ut ad propria redirent, memorque foret adolescens vexationis quam passus fuerat, extimuit, ita ut terror ille priorem excesserit. Invasit itaque adolescentem iterum priore pejor dæmon, ibique eum magis ac magis vexare cœpit. Hoc videntes qui eum comitabantur, ad virum Dei quam celerrime regressi sunt. At ille rursus pro adolescente Dominum deprecatus est; statimque spiritus, neque valido cum clamore discessit, nec quisquam dæmonum eum postea ausus est invadere.

Cordium notitia: prædictio futurorum. *k*

36 Michael, Veronensis, et Zonta *k*, Mantuanus, in eodem ordine fratres, simul erant cum divo Janbono.

AUCTORE AMBR. CALEPINO. EX MSS.

Janbono. Intuente autem Zontam viro Dei, Zontæ facies rubore illico perfusa est. Rursus cum in eumdem oculos conjecisset, rubor ille versus est in palorem. Tunc Janbonus Michaeli dixit : Putasne quemquam esse qui secreta cordis Zontæ hujus queat exprimere? Quid dicturus es, cum ego illa coram exposuero? Respondit Michael : Dic, pater. Tum Janbonus versus ad Zontam, inquit : Nudius tercius, intempestæ noctis silentio, cum e strato surrexisses, facta ex rebus sarcinula, fratrum septa egredi decreveras. Ligatis etiam pannis insecuta nocte venisti ad portam, ut clam inde exires, sed timens a fratribus deprehendi, reversus es ad locum tuum. Cogitasti præterea, quam primum Mattheus, prior generalis, huc advenisset, ab eo tibi exposcere potestatem alibi commorandi, quo ad exeundum major fieret occasio. Cui Zonta : Vera sunt, inquit, pater, quæcumque dixisti. Admonuit tunc eum Janbonus, ne regularia instituta desereret; sed in Domino confidens, divinis præceptis semper obtemperaret. Dehinc cum hæc effatus esset, subjunxit : Unum est, Zonta, quod te nunc monendum censui, quodque minime sis observaturus. Ait ille : Dic, pater, quod vis. Cum primum, in-
B quit Janbonus, portam exieris, corpus simul et animam perdes. His dictis, discessit Janbonus. Et Zonta quidem, post tres dies, postergatis sancti viri monitis, Ravennam profectus est. Ubi cum furti gratia captus esset, diu per mediam urbem verberibus cæsus est. Et nisi fratrum preces apud prætorem plurimum valuissent, laqueo vitam finisset. Dimissus vero, cum per varias vagaretur urbes, tandem in animæ perditionem furtim sacerdos effectus est. Quæ res, quantum ei profecerit, rerum exitus indicat. Nam ubi per quinquennium sacerdotio functus esset, nullamque in Deo spem constituisset, instigante diabolo se in puteum dejecit, ibique ludibrio vitam finivit.

Alia futurorum prædictio. *l*

57 Detulit idem Michael, quod cum Bonacolta, Marcus, et quidam alii ejusdem ordinis fratres Janboni facta perscripsissent *l*, essentque nonnulli qui non solum miraculis nullam fidem adhiberent, verum etiam codices ipsos, quibus ea scripta fuerant, deriderent; arrepto cultro Janbonus, omnes illos libellos concidit. Quod ubi fratres qui ea miracula litteris commiserant, Michaeli renunciassent, ille, quodam cordis dolore percitus, fertur sanctum hominem duriusculis verbis reprehen-
C disse. Cui Janbonus : Non credis quod Deus qui mihi viventi dux exstitit mortuo etiam non sit futurus? Credo plane, Michael ait. Tum vir Dei : Scias velim, cum hac mundana luce perfunctus fuero, volente id Deo, ea signa in orbe dabuntur, ut ex his meo huic corpusculo talis ab hominibus honor deferendus sit, qualis ab apostolis nulli umquam fuerit impensus. Ad quem Michael : Hæc a Cesenæ cultoribus nullo pacto fieri possunt? Corpus hoc, inquit Janbonus, apud Mantuam, unde illi origo sumpta est, sepulturæ tradetur, ibique summo in precio habebitur. Dissolutio siquidem mea hæreticis illic convenientibus, in excidium, fidelibus autem in magnam firmitatem futura est.

ANNOTATA.

a *In processu non est mentio nisi unius doctoris, Leti vel Letonis nomine* (*num.* 14), *et nepotis, ut videtur, episcopi Cæsenatis ejusdem nominis. De quo sic scribit Bernardinus Manzonius in* Cæsenæ chronologia (1) : Duos habuit, *inquit*, episcopus noster Leto nepotes; alter fuit Leto legis doctor, alter D vero Andreas... Et quoniam in Actis dicti episcopi Letonis, existentibus in archivio canonicorum, memoratur quidam Joannes Bonus, dicerem Letonem nepotem episcopi, legis doctorem prædictum, eumdem esse Letonem, cujus exstat in Vita B. Joannis Boni (qui in agro Cæsenati per annos 40 mirabilem fecit pœnitentiam) hæc memoria quam, prout ibi jacet, subjicio. *Dein locum recitat e Laudensis libro* I, *cap.* 9, *quo hic etiam unum tantum doctorem memorat, et quidem Letonem nomine. Quæ itaque præter processum hic de doctoribus duobus scribit Calepinus post S. Antoninum, ac ipse Laudensis in suo libro* II, *cap.* 7, *emendanda sunt ex eodem processu.*

b *Cfr processus num.* 15, *et Laudensis lib.* II, *cap.* 8.

c *Processus num.* 23, *Laudensis lib.* II, *cap.* 9.

d *Processus num.* 25, *Laudensis lib.* II, *cap.* 10.

e *Processus num.* 26, *Laudensis lib.* II, *cap.* 11.

f *Qui hic dicuntur* Janbonini *in processu num.* 26 *et seq. dicuntur* Zanbonini; *sic in eodem dicitur* Manginus (*num.* 169) *qui in aliis monumentis* Manzinus *dictus est. Comment. num.* 45 *et* 116. *Sic denique qui a Calepino* Janibonus *et* Janbonus *vocatus est, ab aliis dicitur* Zanibonus (*processus num.* 107), Zanebonus (*ibid. num.* 32) *et* Zambonus. E

g *Process. num.* 28; *Laud. lib.* II, *cap.* 12.

h *Process. num.* 30, 47 *et* 67; *Laud. lib.* II, *cap.* 13.

i *Process. num.* 32; *Laud. lib.* I, *cap.* 11 *et lib.* II, *cap.* 14. *Item Calepinus supra num.* 20.

k *Process. num.* 39; *Laud. lib.* II, *cap.* 15.

l *Process. num.* 45; *Laud. lib.* II, *cap.* 16.

CAPUT SECUNDUM.

Cancer sanatum. *a*

Bonjanus *a*, Bononiensis, ejus ordinis sacerdos, multis diebus ex eo morbo laboravit, quod cancer appellant; eratque id ulceris genus incurabile pro medicorum sententia. Cumque recuperandæ valetudinis nulla spes reliqua esset, dixit fratribus qui secum Bononiæ morabantur : Confido equidem Janboni meritis me penitus curandum, modo meus ad eum fieret accessus. Quotiens enim illius imaginem pictam in pariete conspicio, totiens mihi dolor remittitur, ita ut nihil pati videar. Consuluere igitur eum omnes, ut Janbonum adiret, ex quo tota ejus spes in illo constituta videretur. Facta F vero ad sanctum hominem adeundi copia (tunc enim generalis prior apud Bononiam degebat), cum quibusdam fratribus, ut potuit, Cesenam versus iter agressus est. Postquam autem in divæ Mariæ templo ex itinere fessus constitisset, nec ad domum, quam Janbonus habitabat, vadere posset, misit qui eum deprecarentur, ut se domino quam devotissime commendaret. Quo audito vir Dei Janbonus nuncianti dixit : Confidat in Deo Bonjanus. Neque enim hujus ægritudinis gratia discedet e vivis. Venit itaque nuncius ad ægrotum, et quæ a sancto viro didicerat exposuit. Res memoria digna : eo die antequam sol occideret, qui incurabilis videbatur, salvus factus est; adeo ut post quinque dies, membris omnibus incolumis lætusque, Bononiam redierit.

Amygdala plantata statim folia producit; *b*

59 Joannes, cognomento a Barba *b*, in eodem ordine religiosus laicus, etiam addito juramento asseruit, quod cum aliquando Janbonus, comitantibus illum nonnullis fratribus, hortum inambula-
ret, haberetque in manu cum testa sicca amygda-

(1) Ap. Burman. antiqq. Ital. tom. IX, vol. VIII, col. 13.

lam

A lam, plantavit illam coram omnibus : quæ ipsa eademque hora folia produxit. Nec multo post interjecto tempore alibi transplantata, sic in magnam evasit arborem, ut singulis annis gratissimos fructus ediderit.

item lignum aliud semiustum. c

40 Narravit insuper idem Joannes, dum cuncti viderent, Janbonum, correpto ex igni quodam cerasi ramusculo semiusto, plantasse illum in horto *c;* paucisque post diebus folia ramosque protulisse. Quod ubi per regionem illam percrebuit, complurimi variis ex locis ad id videndum illuc confluxere. Sed cum vir sanctissimus nullam mundi gloriam perquireret, neque apud populos ullo sanctimoniæ cultu cellebrari vellet, mox eum evulsit, domumque deportavit. Ubi, vocatis quibusdam fratribus, ostendit eis torrem illum sine radicibus ramusculos habentem (truncus enim adustus, non planta videbatur), dixitque circumstantibus: Ecce truncus, quem semiustum cernitis, adhuc gratos proferet fructus. Posthæc, cum non longe a domo per Janbonum plantatus esset, et crevit plurimum et fructum attulit.

Cuidam mortem proximam esse denuntiat; d

B 41 Perinus *d,* prior apud hospitale quod sancti Spiritus dicitur, extra Ariminum, cum animadverteret ex gravi languore quem contraxerat, nullam sibi ad vivendum spem relictam fuisse, misit Alberthum, in eodem hospitali sacerdotem, ad Joannem a Barba, obsecrans eum, ut Janbonum adiret, rogaretque ut oratione facta certior efficeretur vivendumne sibi foret, an moriendum. Joannes igitur, dum Perino morem gerere cuperet, quam primum Cesenam versus iter arripuit; sanctum hominem convenit, et quod sibi fuerat commissum, diligenter explevit. At Janbonus, ubi hæc accepit : Quiesce, inquit, frater, usque mane; recessurus hinc postea. Crepusculo autem insecuto, jussit Janbonus nuncium ad se venire, cui et dixit : Hæc Perino referes : De lecto, super quem ascendisti, non surges, sed brevi morieris. Die igitur sexta posteaquam Joannes hæc retulisset, Perinus e vita migravit.

alii, recuperaturum se esse valetudinem. e

42 Idem Joannes a Barba dixit, quod cum ipse tam vehementer ex tussi conficeretur *e,* ut præ illius magnitudine putaret mortem imminere, invisit eum Janbonus. Mœrentes enim afflictosque, ut erat pius, sæpenumero consolabatur. Cumque ultro citroque verba facta fuissent, dixit Joannes: Roga pro me, pater; fieri enim potest, ut ob hanc tussim

C peream. Cui vir Dei nihil respondit, sed statim ad locum suum abiit. Nec ita multo post, rediit ad eum Janbonus, dixitque : Ne time; non enim morieris, sed salutem consecutus post me remansurus es. Itaque qui tussi laboraverat, intra tres dies sanus evasit.

Scissuræ in paropside evanescunt. f

43 Cum Janbonus ligneam paropsidem *f* siccandam soli opposuisset, rediissetque haud multo post ut eam amoveret, scissuris plenam invenit. Sciscitatus est igitur a Joanne, de quo paulo ante mentio habita est, dixitque illi : Quid agendum putas, quia scissam offendi paropsidem? Ad quem frater : Ferreo æneove filo, ait, sarciri poterit. Cui Janbonus : Sine illam sic. Paulo vero post, Respice, inquit, o Joannes, quid circa paropsidem Dominus egerit. Aspexit ille, solidamque eam, perinde ac læsionem numquam passa fuisset, comperit. Transactis deinde duobus diebus postquam hæc facta sunt, iterum fratri dixit : Revelavit mihi Dominus quod quicumque paropsidis hujus partem habuerit, vitam male terminare non poterit. Partitusque est illam in omnes fratres ; quam illi quidem diligenti custodia tamquam thesaurum apud se continuerunt.

44 Apud Montisferetrensem diœcesim mulier quædam ita a dæmonio torquebatur *g,* ut natos etiam conaretur occidere. Hæc cum ad Janbonum perducta fuisset, illeque genu flexo coram omnibus pro ea Dominum exorasset, tanto cum impetu ab ea dæmon egressus est, ut a fundamentis domus videretur everti. Sicque meritis hujus sanctissimi viri curata est mulier, et in patriam reversa.

Curatur dæmoniaca g

45 In Cesena urbe vidua filium habebat *h* qui per annum ex ulcere tibiæ innato laborans, nulla medicorum arte sanari poterat. Hæc ubi audivit quot curationum genera Janboni precibus quotidie fierent, fidei plena divinum hominem adiit ; et provoluta quidem ejus pedibus rogabat, ut pro summo quo in Deum ferebatur amore, filium pristinæ saluti restitueret. Sciens autem Janbonus quod mulier odio haberet cognatam, dixit illi : Soror mea, mihi obtemperes velim. Non me fugit quo odio cognatam tuam prosequaris. At si tu mihi morem gesseris, eam diliges, eique diligentius quam antea inservies. Nam tibi necnon et filio cuncta prospere succedent. Acquievit illa Janboni monitis, et omni studio cognatæ inservivit. Reversa autem domum, repperit filium ab omni ægri- E tudine curatum. Ex qua re læta effecta, ad Janbonum rediit, ac fratribus dixit : Laudate Dominum, quia per sancti patris vestri merita, filius meus modo salvus effectus est. Igitur ut tanti beneficii mulier non immemor esset, quoad vixit, et sanctum hominem summo in precio habuit, et cognatam semper unice dilexit.

Sanatur ulcus in tibia, h

46 Apud eandem quoque Cesenam, Preciosa *i,* nobili loco nata, comicialem morbum tam graviter patiebatur, ut a nemine curari posset. Verum cum a medicis nullam sibi afferri opem conspiceret, omnem spem in beato Janbono constituit. Unde et plena fidei, comitantibus eam matronis, ad virum Dei profecta est, obsecravitque eum, ut prece Deo exhibita salutem sibi impertiret. Ad quam Janbonus : Si vana rejicias, nec te, sicut assueta es, cultu superfluo compseris, faciet tecum Dominus misericordiam. Cui illa se ejus monitis libenter obtemperaturam esse promisit. Tum Janbonus : Vade, inquit, quoniam Deus tecum futurus est. Et ex illa hora curata est mulier ita ut ejusmodi morbus eam numquam invaserit.

morbus comitialis, i

F 47 Quidam etiam juvenis eodem morbi genere bis terve omni quoque die cadebat *k*. Ob quam rem genitor et vicini ejus, putantes ipsum arrepticium, ad Janbonum perduxere. Sic enim in somniis patri dictum fuerat, filium sine dubio sanandum, si ad sancti viri preces confugeret. Hujus igitur curandi causa rediit Janbonus ad solitas preces; et juvenis ille confestim salvus factus est. Qui postquam Deo Janbonoque gratias egisset, cum gaudio migravit ad propria.

morbus idem in altero, k

48 In Cesenensi diœcesi, burgo quod Petriolum dicitur *l,* Guidonis Rubei filia bocio maximo laboravit. Quæ cum nullo medicamine curari posset, doleretque plurimum mater ejus propter id, tandem consilio habito a quodam ex Janboni fratribus (injecerat enim ille spem filiam in sanitatem redigi posse, si a Janbono supplex opem implorasset), cum primum potuit, una cum filia ad eum perrexit : multisque precibus rogavit ut in Christi nomine filiam sanam efficeret. Habita itaque a Janbono obsecratione, quæ ægrota fuerat, subito convaluit.

ganglion in gutture, l

49 Bonacursius *m*, Mantuanus, cum haberet uxorem, audissetque celebre Janboni nomen (per omnem enim Italiam ejus fama divulgabatur), visendi

Cognoscit beatus arcana cordium; ei avis obedit. m

AUCTORE AMBR. CALEPINO. EX MSS.

sendi hominis studio Cesenam profectus est. At ubi sanctitatem ejus contemplatus esset, rogavit se in fratrum numero referri, nullam de uxore ducta verbum faciens. Hujus rei ignarus vir Dei, religioso habitu eum induit. Sed non ita multo post, Janbonus, quem Dei Spiritus afflaverat, Bonacursium ad se accersitum increpuit, dicens: Cur non indicasti mihi uxorem tibi esse. Scio equidem quod Mantuæ tua sit relicta uxor. Quod ille multo cum rubore confessus. Tum Janbonus: Revertere, inquit, in domum tuam; aut Cesenam uxorem duc: alioquin salvus esse nequibis. Ad hæc Bonacursius: Tam grande æs alienum contraxi, ut non solum id mihi dissolvere non liceat, sed ne Mantuæ quidem habitare. Nisi perfeceris quæ dico, ait Janbonus, mecum esse non poteris. Compulsus igitur ille, uxorem Cesenam duxit, et cum ea postmodum habitavit. Qui etiam sumpto pœnitentiæ habitu *n* ambo fratribus vitæ necessaria ministrare cœperunt. Cumque dies multos hoc pacto vixissent, suggestum est mulieri, ut dimisso viro Mantuam rediret. Hoc igitur secum animo reputantem mulierem Janbonus interrogavit, dicens: Quid cogitas in corde tuo, aut quæ tua voluntas est? B Nulla mihi, ait mulier, ad recte vivendum major, quam modo, unquam voluntas fuit. Cui Janbonus: Scio quod matrem invisere cupias. Recte dicis, inquit illa, sed quis hoc indicavit? Dum autem mutuo loquerentur, ecce volucris quædam pampilionem per aera deferebat; quam Janbonus intuens, dixit Titiæ sorori, quæ cum muliere aderat: Visne faciam volucrem hanc cum pampilione ad me volare. Respondit illa: Non mirum mihi videri debet; quippe qui tantam præ te fers vitæ sanctimoniam, ut his majora queas efficere. Præcepit nihilominus aviculæ, ut quod ore gerebat illud ad se deferret. Illa igitur cum pampilione volatu ad eum venit. Rursumque Janbonus: Cape papilionem et abi. Tunc etiam quod jussum fuit, avis explevit. Mulier itaque viso miraculo, et consilium mutavit, et in Dei timore permansit.

n

Sanat ulcus in crure. *o*

50 Huic quoque mulieri Vivaldinus germanus fuit *o*, qui novem annos natus, intensos dolores ex cruris ulcere patiebatur, nec ab aliquo quicquam adduci poterat, quod ad sedandum dolorem prodesse videretur. Misit ergo mulier ad patrem nuncium, qui diceret, non omnino desperandum; sed perquirendæ salutis causa ad Janbonum perducendum esse Vivaldinum. Hoc cum pater audisset, qui C Mantuæ moras trahebat, una cum filio Cesenam venit. Illa vera, ducto secum fratre, profecta est ad sanctum hominem, rogavitque eum ut pro ægroti salute apud Dominum intercederet. Cui Janbonus respondit: Numquid Deus ego sum, ut infirmos sanare possim? Tunc illa: Scio te, inquit, Dei amicum esse, ob idque fieri posse ut ad tuas preces frater ab ægritudine liberetur. Præcepit vir sanctus eam recedere, et ne videri posset, fenestram occlusit. Clamavit autem mulier: Miserere mei; lacrymansque tamdiu illic perstitit, quoad usque clauso olympo diem vesper componeret. Denique cum Janbonus domum quandam, haud longe distantem, proficisceretur, occurit illi Vivaldinus, obsecrans, ut se sanum redderet. Cui vir Dei ait: Non sum Deus qui tibi salutem impertiar. Scio, inquit ille, non esse te Deum, sed si me liberare decreveris, continuo mihi salutem reddes. Ut autem Vivaldini fidem Janbonus agnovit, in domum suam reversus est, ac post pusillum temporis venit ad puerum, dixitque illi: Quo te pacto habes, fili mi? Respondit ille: Recte quidem, quando sanitati restitutum me esse certo sciam. Dedere igitur ambo gloriam Deo ac beato Janbono, gaudentesque D Cesenam regressi sunt.

ANNOTATA.

a *Hoc miraculum non differt ab illo quod narratur sub num.* 34, *ut patet ex locis processus citatis ad annot.* h *capitis præcedentis. Laudensis illud similiter bis adducit, lib.* II, *cap.* 15 *et* 17.

b *Processus num.* 51, 64, 89 *et* 180; *Laudensis lib.* II, *cap.* 18.

c *Proc. num.* 52, 170, 202 *et* 205; *Laud. lib.* II, *cap.* 19.

d *Proc. num.* 53; *Laud. lib.* II, *cap.* 20.

e *Proc. num.* 54; *Laud. lib.* II, *cap.* 21.

f *Proc. num.* 55.

g *Proc. num.* 56; *Laud. lib.* II, *cap.* 22.

h *Proc. num.* 57; *Laud. lib.* II, *cap.* 23.

i *Proc. num.* 60; *Laud. lib.* II, *cap.* 25.

k *Proc. num.* 61; *Laud. lib.* II, *cap.* 26.

l *Proc. num* 59 *vocatur* Pexiolum; *Laud. lib.* II, *cap.* 24.

m *Proc. num.* 69 *et seqq.; Laud. lib.* II, *cap.* 27.

n *Insinuat Laudensis dicto cap.* 27, *hos fratres et sorores pœnitentiæ fuisse Tertiarios congregationis* B. Joannis; *et de Artusio quodam et ejus uxore Maria id dicit manifeste* (*lib.* II, *cap.* 39) : *cui asserto favet processus* (*quem vide num.* 70 *et* 184). *Erant et alii fratres pœnitentiæ, cælibes et votis religiosis obstricti, dicti etiam Saccitæ, quorum in eodem processu frequenter est mentio. Cfr. Comment. num.* 64. E

o *Proc. num.* 75 *et seqq.; Laud. lib.* II, *cap.* 28.

CAPUT TERTIUM.

Puellæ cæcæ visum obtinet. *a*

Dum aliquando Janbonus ex urbe Faventia domum reverteretur *a*, ingressus est diversorium quo peregre proficiscentes pauperes recipi solent, ut Gualterium eremitam salute impertiret. Erat tunc eo in loco puella annos decem nata, et lumine cassa, quæ cum audisset illuc advenisse Janbonum, petiit ab eo, ut sibi lumen impenderet. Facta vero a sancto viro oratione coram Gualterio et cæteris, puellæ visus statim redditus est.

Miraculo efficit ut ramus siccus florescat. *b*

52 Erat die quadam sanctus vir Janbonus una cum multis fratribus *b* habens in manu pomi arboris ramusculum, longitudinis digitorum quatuor. Et dixit illis: Creditisne Deum efficere posse, ut ramusculus hic flores emittat? Responderunt illi: Credimus, pater. Tum solus domum ingressus est, dieque postera, expletis sacrificiis, coram fratribus ramusculum in terra fixit; et oratione facta flores illico apparuere. Dein cum evulsus esset ramusculus a sancto viro, tenereturque in manibus, et folia et flores pariter excreverunt. Plantavitque rursus illum, qui postea fructus attulit. Quod ideo a Janbono factum est, quod essent nonnulli qui variis illecebris agitati, decreverant ab institutis regularibus discedere. Quo quidem miraculo ita singuli erga Deum corroborati sunt, ut nulla diaboli suggestio eos a veritate distraxerit. F

Prædicit egressum fratris cujusdam ex ordine. *c*

53 Martinus *c* in eodem ordine sacerdos, narravit, quod cum Janbonus vidisset a longe Gratiadeum ad se venientem, percunctatusque fuisset, quisnam esset frater qui veniret, respondisse se idem Martinus ait: Mantuanum fratrem esse, qui cum ab ordine discessisset, nunc reversus, prioris jussu ibi mansurus est. Intuitus autem Gratiadeum Janbonus, dixit: Verum dixisti, Martine, quia ordinem exivit, et rursus rediit; sed non diu in ordine

A dine permanebit : et cum egressus fuerit, non revertetur. Quod et factum est. Nam post tres annos abiit, et apud paternam domum vita functus est.

Sibi digitum sanat cultro incisum. *d*

54 Adjuvabat aliquando Janbonus fratrem Ricardum ad conficienda coclearia lignea *d;* casuque sibi digitum cecidit. Qua ex re tristis effectus Ricardus, dixit Janbono : Deberes tu, pater, hoc missum facere : ut manus tuæ serventur illæsæ. Cur? vir Dei respondit; nihil cures. Acceptoque panniculo, Ricardus involvit in eo Janboni digitum. Tum Janbonus in cubiculum suum perrexit; dehinc ad Ricardum reversus dissolvit digitum, et ait : Digitus meus, ut nosti, erat incisus; nunc autem sanatus est perinde ac nulla in eo facta fuisset incisio. Quod ubi Ricardus perspexit, miratus est vehementer.

Fr. Martinus a spina hærente in gutture liberatur. *e*

55 Comedentibus fratribus contigit piscis spinam Martino, quem paulo ante memoravimus, in gutture figi *e;* ita ut nulla ratione dimoveri posset. At ille ob eam rem sibi mortem imminere existimans, cogitare cœpit, ut cum primum surrexisset a mensa, ad Janbonum iter arriperet. Hæc cum secum tacitus animo pertractaret, omnemque B in Dei viro spem collocasset, antequam inde discederetur, ab eo periculo liberatus est.

Curatur ipse beatus ventris tumore laborans. *f*

56 Ægrotavit semel ipse vir Dei Janbonus tanta ægritudine, ut ex ventris tumore putaret se in hydropisim incurrisse *f.* Quamobrem congregatis in unum fratribus, dixit illis : Cum in id morbi inciderim, fratres, ut magis mihi mors quam vita exspectanda sit, hoc unum a vobis percunctari libet : An me vobis adhuc necessarium arbitremini? Respondere omnes : Nosti, pater, quantum sit nobis opus ope tua. Tunc eos ad sancte vivendum hortari cœpit, ac monere ut Deo fideles forent. Jussit deinde templum ingredi, psalmum « Miserere mei Deus » alternatim dicendo. Voluit etiam ut cum templum ingressi fuissent, pulsarent campanam, necnon et « Te Deum laudamus » decantarent; postea Deum enixe obsecrarent ut ejus oratio digna exauditione censeretur; demumque ad se redirent. Qui ubi paterna explevere mandata, sic eum ab omni tumore languoreque liberum repererunt, ac si nihil mali passus fuisset.

Ficus florescit mense Novembri. *g*

57 Jobellus *g* frater, habitabat juxta Janboni domunculam, eratque ibi ficus, quæ, quoniam id temporis advenerat quo arbores solent apparere C nudæ, foliis vacua videbatur; dixitque fratri Janbonus : Vis, Jobelle, ut ficus hæc, quam foliis carentem spectas, folia producat? Respondit ille : Vellem libenter. Fecit Janbonus in ficu crucis signum; indeque discessit. Mane autem facto, venit ad arborem, quam foliis undique virentem invenit; jussitque tunc ut omnes fratres accersirentur. Quibus assistentibus dixit : Animadvertite, fratres, quid Dominus meus Jesus Christus egerit. Deinde cum eis ut res gesta fuerat, exposuisset, admonuit ut in divinis laudibus devoti diligentesque persisterent. Illi vero, inspecta miraculi magnitudine, admirati sunt, Deumque in sancto homine glorificantes, ad habitacula propria redierunt.

Mali ramusculus combustus plantatur et mox frondem gerit. *h*

58 Cum frater Joachim, qui sæpenumero tentatus fuerat ad regularem vitam relinquendam *h,* una cum cæteris fratribus esset, dixit Janbono (erat, tunc proximus Dominicæ resurrectionis dies) : Fac, pater, obsecro, signum aliquod in hoc solemni Paschatis die. Quod Janbonus audiens, ægre tulit; ac fratribus ait : Quid vultis iterum videre, homines modicæ fidei? Fuerene pauca quæ vobis ostensa sunt? Sumptoque post aliquot dies quodam mali ramusculo, combusto quidem ab una parte,

ab altera vero inciso, plantavit illum prope domum. At ubi die Paschatis sancto fratres cibo se refecere, genu flexo coram fratribus, ramusculum quem plantaverat evulsit, inquiens : Nonne hoc lignum est, quod vobis videntibus in terra fixi? Responderunt omnes : Nimirum illud est, pater. Ostenditque eis ramusculum foliis comptum, et ad producendum fructus paratum. His ita gestis, postquam fratres ad divinis obsequiis incumbendum monitos reddidisset, fecit eis potestatem redeundi in ædes solitas. Joachim autem, quo salvus fieri posset, in sancto ordine perseveravit.

AUCTORE AMBR. CALEPINO EX MSS.

Mulierem quamdam, nomine Blancam, ab hydropysi liberat; *i*

59 Detulit frater Bonaventura, quod cum ipse beato Janbono ex Cesena Mantuam proficiscenti comes foret *i,* amboque divertissent apud mulierem, Blancam nomine, quæ hydropisim diu et quartanas febres jam annos quatuor fuerat perpessa, eam Dei hominem obsecrasse, ut oratione fusa sibi salutem nancisceretur. Cui ille respondit : Possesne tu ex hoc pane comedere? Erant enim panes mensæ appositi. Tunc ait illa : Possem, domine. Porrexit igitur illi panem, dicens : Cum hunc comederis, animadvertes quid erga te facturus sit Dominus. Mulier autem, quæ salutis avida erat, multa cum reverentia fideque panem illum E comedit. Verum transactis octo diebus posteaquam hæc facta sunt, dum Janbonus comesque abiissent cœptum iter peragentes, ac inter redeundum rursus Bonaventura apud Blancam hospes esset, reperit eam ad sanitatem redactam.

puerum a cæcitate; *k*

60 Dum se Ferrariam Janbonus contulisset, Adelasia *k,* sumpto secum ejus ex sorore nepote, qui annos quatuor ætatis habens, ex ictu dextri oculi lumen amiserat, Bonaventuram Janboni socium, festina convenit. Narrante autem illa quo pacto nepoti cæcitas injecta fuisset, tradidit ei Bonaventura tunicæ particulam quam Janbonus indui consueverat, dicens : Hac nepotis oculum linies. Verum cum illa Bonaventuræ morem gestura foret, sumpta ex amitæ manibus tunicæ particula, puer per seipsum oculum linivit; statimque lumen recepit. Pater autem, cum signum in oculi palpebra esset, duxit puerum ad Janbonum, rogavitque ut crucis signo eum insigniret. Quo facto illud amotum est. Ob quam rem et Deum et Janbonum summis laudibus prosecuti sunt.

Fr. Bonaventuram a febribus; *l*

61 Idem quoque Bonaventura, cujus modo meminimus, asseruit, quod adveniente tempore quo Ferrariam ad tractanda religionis negocia, concedendum esset *l* (id religiosi capitulum vocant), cum ipse jam tres menses continuis febribus laborasset, jussus est a Mattheo, generali priore, eo proficisci. Qua ex re Janbonum adiit, eumque deprecatus est ut intercessione pro se habita incolumis Ferrariam contenderet. Cui Janbonus dixit : Vade securus, frater; nam quum ego a febribus curatus fuero, tu quoque salvus eris. Ægrotabat enim tunc et ipse continuo languore. Securus igitur Bonventura, insecuta die, sabbatum quod dicunt, Ferrariam versus iter aggressus est. Cumque dominica die in unum congregati essent omnes, venerunt duo ex iis qui Mantuæ morabantur nunciantes Janbonum eo transacto sabbato hora nona e vita migrasse : qua etiam die Bonventura dimissus est a febri. Nam priusquam de Janboni obitu Ferrariæ nunciatum esset, dixerat Bonventura : Quum me febris reliquerit, arbitror id esse in causa, quia vel ab ægritutidine liberatus est Janbonus, vel carneis nexibus solutus. Sic enim futurum esse mihi prædixerat, dum ab eo discessurus essem.

62 Cancelleria *m* ex Arlœtorum genere, nata *m*

AUCTORE AMBR. CALEPINO EX MSS.

decem fere annis, tot apostematibus fistulisque laboravit, ut a pedibus ad verticem usque nulla ejus corporis pars non læsa videretur. Quæ quamvis diu medicorum consilio paruisset, sanari tamen numquam potuit. Hæc postquam audivit per Janbonum fieri miracula, cum in dies curarentur infirmi quacumque detenti infirmitate forent, venit ad sanctum hominem; et ostensis ulceribus oravit eum, ut crucis signo medelam conferret. Negavit ille se facturum, nisi a peccatis abstineret. At Cancellaria, quæ se in sanitatem redigi summopere cupiebat, quidquid Janbonus juberet, se quam libentissime expleturam esse promisit. Discessit ergo mulier, ac Mantuam venit; ibique sancti hominis meritis quem tota animi devotione inviserat, illico medelam consecuta est.

Cancellariam a variis infirmitatibus;

Bonam a cæcitate; *n*

63 Per idem tempus erat Mantuæ mulier pauperrima, nomine Bona *n*, quæ annos decem cæcitatem passa fuerat. Hanc cum Jacoba Galiaferri consors, et Benvenuta, pietate motæ, propriis impensis Cesenam ad sanctum virum perduxissent Bonaque seorsum ab aliis Janbonum aliquantisper fuisset allocuta, eodem vespere tam clare vidit quam mulieres quæ illam perduxerant, et postmodum
B quatuor annis supervixit.

uxorem Gualterii ab apostemate; *o*

64 Gualterius *o* quoque pœnitentiæ frater, qui multo tempore Janbono inservierat, uxorem habuit ex apostemate in gutture tam graviter laborantem, ut non solum comedere, sed ne loqui quidem posset. Cumque omni medicorum consilio fuisset destituta, perrexit Gualterius ad Janbonum, rogavitque ut pro uxoris salute supplex Dominum exoraret. Cujus precibus motus Janbonus, cum orationem fecisset, ægrotanti quædam pyra cocta misit. Quæ postquam ea comedisset, subito liberata est. Nam videntibus cunctis qui eo confluxerant ut illam tamquam morientem conspicerent, surrexit Deoque ac beato Janbono laudem dedit.

Dalborgum a ganglione in gutture; *p* *q*

65 Agolinus *p* ex Rondo ducens originem, habuit filium Dalborgum nomine, qui præ bocii *q* magnitudine, quotiens quicquam operæ faceret, ex anhelitus difficultate mori videbatur. Dormiensque sic plerumque stertebat, ut domesticorum neminem somno vacare permitteret. Longa igitur animi molestia perfractus pater (hoc enim morbi genere jam annis octo laborans, nullo poterat curari remedio), eum magis mortuum quam sic viventem
C cupiebat; dicebatque filio : Accepi, mi gnate, per Janboni merita quotidie miracula fieri; si mihi obtemperabis, hominem adibis, ut is pro te Dominum roget; quandoquidem nemo tibi medelam afferre potest : aut aliquem religionis habitum assumes. Gessit ille morem paternis votis, et ad Janbonum, licet magna cum difficultate, concessit. Quem videns Janbonus : Vade, inquit, fili, et fratribus dicito, ut tibi aliquid tribuant quod comedas; ego pro te Deum interim rogabo. Quo facto Dalborgus omnino liber effectus, eodem die cum gaudio ad patrem reversus est.

Amadorinum a morbo canceratico in crure; *r*

66 Amadorinus *r* tres annos in sinistro crure morbum acerbissimum pertulerat, multa sanie per novem foramina exeunte. Propter quod consulti medici dicebant : nisi crus totum abscideretur, eum nulla ratione curari posse. Consilio autem habito de instauranda incolumitate, mater eum ad Janbonum detulit; a quo et precibus adhibitis petiit, ut benedictione super puerum facta illum sanitati restitueret. Cui Janbonus ait : Non sum ego medicus, ut nato tuo mederi possim; vel sacerdos ut illi benedicam : sed quamquam peccatis obnoxium me esse cognoscam, rogabo tamen eum qui omnium longe scientissimus est medicus, ut filium faciat incolumem. Vade, et nemini hoc exponas. D
His auditis mulier domum rediit; et intra tres dies puer ab omni plaga sanatus est.

Agnetem a contractione nervorum. *s*

67 Guilia *s* habebat filiam triennem, Agnetem nomine, quæ fere a nativitate ob magnam quam in nervis patiebatur ægritudinem, nullo pacto se poterat erigere. Hanc mater quotiens intuebatur, totiens ingemiscebat, mortemque ei imprecabatur, dicens : Utinam mortuam te cernerem, ne mihi tot doloris aculeos injiceres. Verum dum quadam die propter id Guilia tristis admodum esset, contigit unum ex eremitis ostiatim victum quæritantem ad eam venire. Qui cum tristitiæ causas ab ea didicisset : Noli te, obsecro, inquit, mœrore conficere; sed filiam ad patrem nostrum Janbonum deducito : qui cum obsecrationem apud Deum habuerit, puto quod ad sanitatem eam subito rediget. Deduxit igitur mulier filiam ad virum Dei. Cui ille : Non novi hominibus mederi; quod autem mea interest, id efficiam : quia Deum precabor ut tui misereatur. Credidit illa sermoni ejus, et habita copia in domum suam rediit. Statimque puella, quæ numquam comederat, panem manducare cœpit; et insecuta die dominica erecta ad mensam sedit. Brevique post magnitudine coævas omnes superavit. E

ANNOTATA.

a *Processus num.* 75; *Laudensis lib.* II, *cap.* 29.
b *Proc. num.* 79; *Laud. lib.* II, *cap.* 30.
c *Proc. num.* 81; *Laud. lib.* II, *cap.* 31.
d *Proc. num.* 82.
e *Proc. num.* 84; *Laud. lib.* II, *cap.* 33.
f *Proc. num.* 87; *Laud. lib.* II, *cap.* 34.
g *Proc. num.* 88; *ubi hic frater vocatur Joannes Bellus.*
h *Proc. num.* 89. *Miracula tria quæ referuntur a Calepino sub num.* 40, 52 *et* 58 *inter sese differunt.*
i *Proc. num.* 92; *Laud. lib.* II, *cap.* 33.
k *Proc. num.* 93; *Laud. lib.* II, *cap.* 36.
l *Proc. num.* 95; *Laud. lib.* II, *cap.* 48.
m *Proc. num.* 386 *et seq.*; *Laud. lib.* II, *cap.* 37.
n *Proc. num.* 389 *et seqq.*; *Laud. lib.* II, *cap.* 38.
o *Hoc miraculum non reperio, nec in processu nec in Laudensi.*
p *Lege :* Ugolinus. *Proc. num.* 207 *et seq.*; *Laud. lib.* II, *cap.* 40.
q Bocium, *inquit Blancardus in Lexico medico,* idem quod Bronchocele; *id est tumor in gutture,* F
quem Itali gozzo, *Galli* goître *appellant.*
r *Proc. num.* 213 *et seqq.*; *Laud. lib.* II, *cap.* 41.
s *Proc. num.* 223 *et seqq.*; *Laud. lib.* II, *cap.* 42.

CAPUT QUARTUM.

Jacobino hæretico arcana cordis revelat eumque miraculis et prophetiis ad fidem et perfectionem adducit. *a*

Narravit aliquando Jacobinus, natione quondam Mantuanus, sed Cesenæ incola, sibi patrem hæreticum fuisse *a;* quippe qui nec Trinitatem admitteret, nec Romanæ ecclesiæ obsequendum putaret : seque patri in hæresi successisse. Ita ut eos etiam qui in fide fundati erant pervertere moliretur; et religiosos præsertim in eremo commorantes odio haberet : quos perinde ac dæmon aliquis ab inferis locis emissus, sæpenumero tentabat. Frequentabat enim eremum, clamque fratrum domunculas perlustrans, fructus aliquos aut putamina humi spargebat, ut hæc videntes invicem rixarentur, et alter alteri diceret : Tu gulæ inservis; nam quum tibi lubet, ventrem imples. Quem Janbonus volens ad fidem convertere, his verbis increpuit :

A increpuit : Cum de fide male sentias, hæreticum te esse judico. Pater quoque tuus, perversæ fidei homo, in infidelitate mortuus, cum cæteris hæreticis apud réprobos sepultus est. Tum ille furore plenus ait : Cur me infidelem censendum putas, quum ego te fidei præstantia plurimum antecellam? Cumque talia inter se verba facerent, avis, quem vulgo moscardellum appellant, ab alto venit, ac Janboni pedibus, dein super hæretici genu insedit. Quam dum ille vellet apprehendere, jussit eam Janbonus discedere; statimque illa abiit. Quo viso miratus est vehementer Jacobinus, ac Janbono dixit: Ecce nunc fidelis factus sum; conjectura enim assequor fidem quam tu complexus es, mea potiorem esse. Catechizatus autem et catholicus effectus, ubi domum rediit, accidit ut eo dormiente tota domus incendio conflagraret. Cui sanctus vir Janbonus apparens, ait : Expergiscere, Jacobine; nonne vides domum igni consumi? Qui mox apertis oculis ardere omnia vidit. Et implorata a vicinis ope, ignis extinctus est. Altera die, quamvis id Janbonus dissuadere conatus esset, Venetias versus, exercendæ mercaturæ gratia, contendit. Sed antequam Ferrariam applicuisset, captus, omnes
B merces quas vænales secum vehebat, amisit. Quam ob rem, visis tot miraculis in fide fundatissimus vitam postea cælibem in eremo duxit.

Albericum a febre, b

69 Cum apud Cesenam Albericus *b*. unus ex primoribus, diu magnisque febribus ægrotasset, multæque matronæ ex Cesena ad visendum sanctum hominem concessissent, interrogavit eas Janbonus dicens : Quid agitur Cesenæ? Cui responsum est : Accepimus Albericum gravi morbo laborare; et nisi Dominus illi opem tulerit, cito migrabit e vita : cujus profecto interitus toti civitati non parvum allaturus est detrimentum. Quod ut audivit Janbonus, misit ægrotanti pomum quoddam. Albericus vero, sumpto cum devotione pomo, ea die dimissus est a febri, quæ eum postea numquam invasit : sed sanus Deo et beato Janbono vixit quam devotissimus.

Multograndum a rheumate liberat. c

70 Multograndus *c*, frater, cui annis fere septem cum Janbono consuetudo frequens fuit, ægrotabat eo rheumate quo cassus etiam oculis fiebat. Interrogatus autem ex Janbono quo in statu esset, respondit se lumine captum, nisi ejus precibus, sanari non posse. Cui Janbonus : Si Deo serviens regularia instituta servare decreveris, bonum
C faciet tibi Dominus. Post hæc, appositis ad ægri lumina manibus, illuminavit eum. Et hæc sunt quæ Janbonus adhuc vivens operatus est. Nunc quæ post obitum gessit explicare curabimus.

ANNOTATA.

a *Processus num.* 228 *et seqq.; Laudensis lib.* II, *cap.* 43.
b *Proc. num.* 232 *et seq.; Laud. lib.* II, *cap.* 44.
c *Proc. num.* 237 *et seqq.; Laud. lib.* II, *cap.* 45.

AUCTORE AMBR. CALEPINO. EX MSS.

LIBER TERTIUS.

Miracula quæ post mortem contigerunt ad annum usque 1254.

CAPUT PRIMUM.

Miraculo sanantur : Benvenuta a cæcitate; a

Benvenuta *a*, Modulis oppido nata, in orbitatem devenerat. Hanc Dondedeus, jurisperitus, qui eam sibi ad serviendum desumpserat, induxit ad vovendum, ut si visus restitueretur, nudis pedibus Janboni tumulum visitaret, duosque cereos oculos ac duas candelas ad illustrandum offerret. Quæ cum vovisset, post octavam diem a voti emissione, uno oculo videre cœpit. Sed persistente ea in oratione juxta Janboni sepulchrum (quatuordecim enim continuis noctibus ibi stetit), plenum lumen adepta est.

E

Marasola, seu Massarola a contractione nervorum; b

72 Apud Mantuam Marasola, ex Disinciano, Brixianæ diœcesis oppido *b*, tanta nervorum contractione laboravit, ut sine scipionibus aliquo proficisci non liceret. Ut autem intellexit per beatum Janbonum multa fieri miracula, ad tumulum sancti viri plaustro devecta est. Quæ cum ibi tres dies noctesque perseverasset, neque propter infirmorum eo confluentium multitudinem posset insistere orationi, e plaustro sepulchrum adiit, supplexque his vocibus sanctum hominem deprecata est : Obsecro te, frater sancte, in auxilio esse velis. Nam qua die mihi salutem reddideris, ea revolutis annis perpetuo incibata manebo. Vix ea fata erat, cum voti compos est effecta. Illa vero postquam Deo et beato Janbono gratias egisset, dimissis in templo scipionibus, læta domum properavit; ac omni quoque dominico die (nam eo in sanam evaserat) quoad vixit, nihil omnino cibi percepit.

Armelina a ventris tumefactione; c

73 Armelina *c*, quæ ventris tumefactionem patiebatur, ita ut neque se flectere nec a quoquam curari posset, cum his ferme diebus beati Janboni corpus translatum esset, multaque ab eo perpetrata miracula recitarentur, manibus ventrem sustentans, ad sancti viri tumulum se contulit. Ubi F habita oratione, cum omnem ejus spem in Domino necnon et beato Janbono constituisset, domum regressa est. Postera die rursus rediit, ac votum vovit dicens : Si tuis precibus, frater sancte, me salvam effeceris, candelam pro mei corporis longitudine me tibi oblaturam polliceor. Stetitque ibi solidam noctem, orans, ac postmodum sana surrexit.

Nigrina a contractione nervorum; d

74 Zanbellus *d*, Formigasanus, habebat filiam, Nigrinam nomine, quæ a secundo nativitatis suæ anno ita nervorum contractionem passa fuerat, ut non nisi curva ei proficisci liceret. Hic itaque, pro summa qua beatum Janbonum prosequebatur devotione, sepulchrum ejus adivit, ibique voto se astrinxit, ut si filia valetudini obnoxia incolumis evaderet, se omni quoque anno candelam ad puellæ magnitudinem oblaturum esse. Res miratione digna! post dies octo ab emissione voti, puella sanitati restituta est. Nam incessit recta; quam etiam cursitantem omnes postea conspexere.

Johannina a tumefactionibus corporis; e

75 Apud Mantuam Johannina *e*, Jacobini cujusdam uxor, in eam corporis ægritudinem incidit, ex qua omni tercio die manus pedesque tumefierent, adeo

AUCTORE AMBR. CALEPINO. EX MSS.

adeo ut ne e strato quidem surgere, aut comedere posset. Dum ergo maximo in dolore per solidum mensem fuisset, essetque apud omnes beati Janboni celeberrima fama, vovit se eidem candelas tres delaturam si per preces ipsius salutem consequi mereretur. Quæ statim convaluit et sancto viro quam devotissima postea fuit.

Zeno a cæcitate; *f*

76 Zeno *f* Mantuani antistitis pincerna, dum sibi caput ablueret, et propter aquæ ingressum quatuor annis ex aure ægritudinem contraxisset (tremorem siquidem continuum obturationemque patiebatur), nec ulla medicorum opera ei quidquam contulisset, pollicitus est beato Janbono ceream aurem ac condignas oblaturum facultates; si ex ea ægritudine liber efficeretur. Verum divini dispositione consilii non modo ei votum non profuit, sed etiam magis invalescente languore, somnus omnis ei ablatus est. Miratus est igitur plurimum Zeno quod majori quam antea doloris stimulo pungeretur, præsertim cum se beato Janbono quam devotissime commissum fecisset. Cæterum ab instituto non recedens, intra se dicebat : Etiam si mihi ambas aures Deus obturaturus esset, numquam ab eo recedam. Cum itaque in fide perseveraret, contigit nocte quadam ex assiduo dolore ipsum parumper obdormisse; excitatumque postea multam saniem ab aure fluxam comperisse. Ex qua quidem re factum est, ut intra quatuor dies a dolore pariter et a surditate sanus evaserit.

B

Anzelerius a contractione cruris; *g*

77 Anzelerius *g*, cognomento Muza, contractam tibiam habens, nisi cum baculo et ea a terra elevata, domum egredi nequibat. Hic ubi apud sancti viri tumulum infinita pene miracula fieri didicisset, decrevit illum invisere inscenditque asinam; et eo maxima cum devotione pervenit. Ubi, emisso quoque de exhibendis facultatibus voto, cum super tumulum habendæ obsecrationis gratia totam noctem constitisset, paulatim cœpit extendi crus, ac perseverante in pace Anzelerio, salvus prorsus effici promeruit.

Papia a manus confractione. *h*

78 Papia *h*, Mantuæ incola, dum e puteo aquam hauriret, ejus manus a cathena confracta est. Verum beati Janboni meritis confisa, templum in quod ejus corpus tunc delatum fuerat, adiit, rogavitque fratres qui aperta arca sacrum corpus custodiebant, ut accepto velo quo velata erat, beati Janboni ossa contingerent. Quod posteaquam illa omni cum reverentia e fratrum manibus susce-

C

pisset, strinxit illud manibus, faciemque ex eo tersit; ac manus in pristina sanitate redactæ.

Florium Batalium educit beatus e carcere. *i*

79 Florius Batalius *i*. Mantuanus civis, una cum quibusdam mercimoniam exercentibus apud Medulas captus ab hostibus, Pischeriam primum, postea Hiezelini jussu Veronam perductus est. Cumque ligatis manibus et pedibus custodiæ traditus esset, subiere ejus mentem divi Leonardus et Janbonus, in quo spes ejus omnis constituta erat. Et dormientibus cunctis his verbis oravit : Ne quæso, Leonarde, tuque, Janbone, commissa mea animadvertite : sed miserti me, ab his vinculis eripite, ut vel manibus juvare me possim. Hæc ubi dicta dedit, e manibus ejus cathenæ ceciderunt, et pedes soluti sunt. Factoque in fronte crucis signo, inde secessit; et pertransiens, a cunctis custodibus dimissus est. Dein dum natando Atesim fluvium emensus fuisset, eadem nocte, per medios hostes illæsus Mantuam rediit.

Curantur Belanoma dæmoniaca, *k*

80 Belanoma *k*, ex Asula oriunda, octo annis ab immundo spiritu arrepta, ad sepulchrum beati Janboni, licet invita, demum perducitur; ibique videntibus cunctis a dæmone confestim liberatur.

l

81 Lanfrancus *l*, qui in ordine provinciale munus exequebatur, in morpheam lepræ præviam incidit. Diffundebatur plane morbus hic per totum corpus, excorians superiorem cutem, et se in sudorem solvente, rubicunda nimis efficiebatur. Hic aliquando solus in divæ Agnetis templo residens, nudatam beati Janboni arcam inspexit ac fide integra orando dixit : Si Dei honos major futurus est, vel animæ meæ salubrius, obsecro te, pater, pro me ad Dominum intercedas, ut ab hoc languore curari queam. Discessit inde Lanfrancus his dictis, et novem post diebus bonam valetudinem adeptus est.

D

Fr. Lanfrancus morphea laborans.

Thomasina ulcera gerens; *m*

82 Thomasina *m*, e villa quatuor fere millibus a Mantua distans, quæ Sanctus Silvester dicitur, iis ulceribus ægrotabat quæ nullo medicorum auxilio in id redigi poterant, ut salus quandoque speranda foret. Eo igitur tempore quo beati Janboni corpus in urbem delatum est *n*, Thomasina perrexit ad tumulum in quo sanctus vir jacuerat; ibique in oratione pernoctans, corporis salutem consecuta est. Ob cujus reverentiam, duodecim quoque noctes insomnes duxit, Deum benedicens, apud quem tantum valuere beati Janboni preces.

n

E

Martha corpore tumefacta; *o*

83 In tumorem magnum versa fuerat Martha, quondam Falcheti uxor *o;* per cujus etiam membra gutta discurrebat, ita ut se movere nequiret. Cumque in dies magis magisque affligeretur, contigit ut sacrum Janboni corpus ad divæ Agnetis templum perduceretur. Quæ spe recuperandæ sanitatis, per filium illuc delata est. Completo autem insecutæ noctis matutinali officio, sese pedibus elevare cœpit. Ac postea viso beati viri corpore, cum usque ad horam nonam ibi in oratione perseverasset, subito convaluit, eademque die gaudens ad propria remeavit.

Beatrix cæca; *p*

84 Apud Mantuam Beatrix *p*, dum adhuc genetrix ejus puerpera foret, amisso dextri oculi lumine parum etiam sinistro videbat. Hæc postquam in fovea, ex qua sancti viri corpus translatum fuerat, noctibus aliquot pernoctasset, voto se obnoxiam fecit, ad offerendum beato Janbono duos ex cera oculos, illustrandumque ejus mausoleum, et quoad vixisset singulis ejus vigiliis evigilandum : si, quod optabat lumen, assequeretur. Emisso hujusmodi voto, ab orbitate statim curata est.

Agnesina item cæca. *q*

85 Aderlandinus *q*, Veronensis, tonsor, habebat filiam, Agnesinam nomine, quæ ex casu ita sibi occipitium attriverat, ut octo mensibus oculis capta fuerit. Hic dum votum fecisset de offerendis duobus cereis oculis divo Janbono, si per ejus intercessionem filia visum reciperet, die quæ insequebatur, lumen accepit.

F

Anna suffocationem patiens. *r*

86 Erat Lanfranco, tabellioni Bergomati natione, sed Mantuano civi, qui Janboni gesta scripto mandaverat, filia, nomine Anna *r*, quæ nocte quadam ex anhelitus difficultate vix spiritum ad loquendum habebat. Accenso igitur lumine, posteaquam eam pater in extremis laborantem aspexit, multo cum animi dolore pro filia divum Janbonum rogare cœpit. Dehinc puellam interrogat, an beati viri quidquam reliquiarum collo apponi velit. Respondet illa, id se summopere cupere. Tum appositis puellari collo quibusdam reliquiis Lanfrancus sub voti obligatione pollicitus est, se puellam ad illustrandum sancti viri corpus missurum, si per eum Annæ vita frui liceret. Quo facto puella quæ morti propinqua videbatur, mox efficitur sana.

ANNOTATA.

a *Proc. num.* 131 *et seqq ; Laud. lib.* III *cap.* 29.
b *Proc. num.* 133 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 33.
c *Proc.*

A

c *Proc. num.* 139 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 43 *alias* 44.
d *Proc. num.* 144 *et seqq.*
e *Proc. num.* 147 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 28.
f *Proc. num.* 153 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 27.
g *Proc. num.* 156 *et seqq..; Laud. lib.* III *cap.* 26.
h *Proc. num.* 162 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 55.
i *Proc. num.* 165; *Laud. lib.* III *cap.* 25.
k *Proc. num.* 106 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 24.
l *Proc. num.* 109 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 45.
m *Proc. num.* 112 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 36.
n In urbem delatum est. *Dicendum erat* : E terra elevatum est, *anno scilicet* 1251. *Jam monuimus Calepinum et reliquos pæne omnes beati biographos elevationem corporis confundere cum translatione prima quæ facta videtur medio sæculo* XIV.
o *Proc. num.* 115 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 30.
p *Proc. num.* 125 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 31.
q *Proc. num.* 127 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 37.
r *Proc. num.* 166; *Laud. lib.* III *cap.* 25.

CAPUT SECUNDUM.

B

Miraculo sanantur: Benvenuta manus habens contractas; a

Himelda *a*, Brixiana, habuit Benvenutam filiam, tredecim menses natam, et contractas manus habentem, quæ nullo pacto poterant aperiri. Ex qua re mater plurimum afflicta, cum a convicaneis mulieribus in eam animi sententiam deducta esset, ut quia Janboni sanctitas et innumerosa miracu-

AUCTORE AMBR. CALEPINO EX MSS.

lorum multitudo longe lateque diffunderetur, illi filiam commissam faceret, in hæc verba statim preces effudit : Si filiæ salutem dederis, o dive Janbone, nudis pedibus ad tuum corpus invisendum proficiscar, et candelam secundum puellæ longitudinem tibi offeram. Post hæc assumpta filia, dominicæ Ascensionis die, quando venerabile Janboni corpus sepulchro condendum erat, venit in divæ Agnetis templum; ubi sine intermissione orante, cœpit puella sese paulatim extendere et cum tremore manus aperire : cujus nervi perinde vocem dabant atque nuces, quum siccæ franguntur. Sicque sanctissimi Janboni precibus puella sanata est,

Otobelus cæcus; b

88 Alberta *b*, Bonacursi Mantuani consors, habebat filium Otobelum, qui jam per septem hebdomadas lumen amiserat. Fuere igitur qui

C

Albertam ad vovendum se beato Janbono monitam facerent, dicerentque, nequaquam ambigendum esse quin Otobelus sancti viri obsecratione cito sit liberandus. Vovit ergo illa se duos ex cera oculos oblaturam, si filius lumen adipisci mereretur. Post hæc transactis duobus diebus, cum tristis, filii causa, lacrymas effunderet, ait ad eam Otobelus : Noli flere, mater, quia lux mihi reddita est. Quod ubi illa sic esse periculo didicisset, et læta votum explevit, et beato Janbono innumeras gratias persolvit.

Janelli filius splene labo rans et febribus; c

89 Janellus *c* vir haud obscuro loco apud Mantuam ortus, filium habebat non solum splene, quæ tumidum eum reddiderat, verum etiam febre atrocissima laborantem; sic ut de ejus salute desperatum esset. Janellus autem, quum esset militiæ ascriptus et cogeretur in castra proficisci, matri filium comendavit. At illa, dolens admodum pro gnati morte, quam adesse continuo existimabat, dum in Janbonum non parva foret devotione, jussit filium ad beati viri corpus perduci. Qui eo deductus puer, cum accenso cereo in manu illatus est in sepulchrum constrictisque ejus cum Janboni manibus, post parum temporis e sepulchro ductus, cum prope templum obdormisset, surrexit incolumis. Eademque die ad matrem quæ orans ipsum exspectabat, reversus est. Pater vero, cum post aliquot dies rediisset e castris, existimans puerum jam vita functum, eum ita ab infirmitate liberum offendit ac si nulla ægritudine fuisset affectus. Summam igitur laudem Deo cuncti dedere, quod eis hoc beneficii genus per servum suum Janbonum contulisset.

Altavilla arthritica; d

90 Altavilla *d*, Mantuana, correpta morbo articulari, dextrum brachium movere haudquaquam poterat. Et cum plurimum cruciaretur, venere in ejus mentem Janboni miracula; cui etiam se ad ejus sepulchrum ituram vovit et brachium cereum ibi oblaturam quum per eum sanitati reddita fuisset. Venit ergo ad sancti viri sepulchrum, ibique triduo orationi vacavit; ac post triduum salva facta, cum divina laude profecta est in domum suam.

Anna hydropica; e

91 Anna, Bonventuræ Corvini uxor *e*, quatuor annis hydropisim variaque alia morborum genera perpessa, mortem in dies expectabat. Et cum nulla amplius vivendi spes sibi reliqua videretur, ad sancti Janboni tumulum navigio pervenit. Ibique cum Alda filia jugiter orans, insecuta die sana domum rediit, Deum glorificans, cujus gratia id sibi beneficii per sanctum hominem collatum est.

E

Florius effusionem viscerum passus; f

92 Mulier cui Benghivenæ nomen erat, Florium genuit *f*; cujus interiora ad testes effusa, non mediocrem afferebant dolorem : et nisi medicamen desuper datum fuisset, brevi vitam cum morte mutasset. Desperatis enim rebus, dum tristis admodum quid facto opus esset nequaquam intelligeret (neque enim ulla medici diligentia liberari potuit), amicorum consilio vovit se filium cum candela ad Janboni tumulum delaturam, si ejus precibus valetudini pristinæ restitueretur. Interjectis autem tribus diebus ita incolumis effectus est, ac si nullam ejusmodi ægritudinem passus fuisset.

filia Vivæ tabe consumpta; g

93 Vivæ *g* filia infantula erat, quæ ex incognita quadam ægrotatione sic ad tenuitatem redacta fuerat, ut ossula ejus dinumerarentur. Cum autem mensibus duobus ex eo morbo laborasset, expectareturque in dies ejus interitus, tandem inspirante desuper Numine, vovit mater ad filiæ salutem consequendam, tantum tritici deportaturam, quantum ipsa filia ponderabat. Inde puella cœpit mammas sugere, adeo ut intra quindecim dies et pinguedinem susceperit et salutem. Quæ plane res

F

cernentibus admirabilis extitit.

Gerardinus cæcus; h

94 Multobona habebat Gerardinum biennem ex filia nepotem *h*, quem cum meridie ad dormiendum composuisset, post vesperas expergefactum ipsum cæcum invenit. Propter quod ipsa una cum genitrice pueri tristis effecta, dum nullum remedium conferri posset quo cæcitas depelleretur, beato Janbono se votis commendavit. Pollicita est enim se ejus tumulum invisere, duosque cereos oculos ibi offerre, si conspiciendi lucem puero facultas concederetur. Quo facto, videntibus cunctis qui illo ad videndum puerum venerant, Gerardinus oculos aperuit, et tam clare vidit quam antea umquam. Dedere itaque omnes gloriam Deo, qui Janbonum in faciendis prodigiis tantum magnificasset.

Ricadona oculis læsa; cujus etiam sus sanitate donatur; i

95 Ricadona *i*, Juntæ conjunx, narravit sibi molæ lapillum, dum ea procuderetur in oculo fixum, a nemine extrahi potuisse; octoque diebus in eo cruciatu permansisse; pertractantem autem animo quam miranda opera essent quæ per beatum Janbonum Deus quotidie patraret, utrasque palmas in cælum tetendisse, dixisseque : Si in sanitatem

AUCTORE AMBR. CALEPINO EX MSS.

sanitatem pristinam redacta fuero, sancto Janbono cereum caput offeram. Die vero insecuta cum cibum sumptura foret, lapillum ex oculo cecidisse. Fertur etiam quod beatus Janbonus hujus Ricadonæ suem liberaverit, qui propter infirmitatem diebus octo ab escis abstinuerat. Cum enim Junta ex hoc plurimum doleret (egenus equidem erat), dixit ad eum mulier : Confido quod ille qui mihi oculum sanavit, suem quoque sanaturus sit. Nam ad ejus sepulchrum concedam, oblatoque sue cereo illud candelis precio mei laboris emptis perlustrabo. Ricadona igitur cum satis voto fecisset, ac totam noctem in obsecratione perstitisset, sus liberatus evasit.

Bonfemina ex gravi lapsu confracta; k

96 Ea tempestate qua sancti Janboni corpus in urbem deportatum fuit, mulier cui Bonfeminæ nomen erat *k*, dum lavandorum pannorum gratia quibusdam lapideis gradibus ad aquam descenderet, eo lapsu supina se terræ dejecit, ut ossa sibi fracta viderentur. Domum deinde, quæ parum distabat, se confulit; ubi clamore, qui ex cruciatu efferri cogebatur, totam noctem insomnem duxit. Postquam autem terris se dies infudit, sumpto cui inniteretur scipione, non sine difficultate ad sancti
B viri tumulum profecta est; ibique oblata ad sui corporis longitudinem candela, preces effudit, ac statim ab omni dolore curata, reversa est in domum suam.

Mantuana arthritide aliisque morbis affecta; l

97 Mulier quædam, Mantuana nomine *l*, septem annis ex gutta, fistula et apostemate sic laborans, ut non sine duabus ferulis sibi proficisci liceret, dum multi a beato Janbono sanati traderentur, ejus sancti viri sepulchrum adiit, ibi biduo oravit, ac convalere cœpit; adeo ut uno dumtaxat baculo domum redierit. Et post septem dies, nulla medicorum ope adhibita, ab omni penitus morbo liberata est.

Januarii filius ab equo calcibus percussus; m

98 Salvatus est et Januarii filius *m*, duos annos ætatis habens, qui cum ab equo calcibus percussus pro mortuo relictus esset, ac genitor ejus clamare cœpisset : Beate Janbone, roga pro filio, ut eum salvum Deus efficiat, illico surrexit incolumis. Qui etiam non multo interjecto tempore, sancti viri precibus, cum per duos dies visum amisisset, orante ejus avia, coram Janboni sepulchro lucem recepit.

Bonacursius ex pede laborans; n

99 Fuit mulier quædam Mantuana *n* cujus filius Bonacursius per annum ex pedis digito laboravit : huic dum medici nequirent occurrere pollicitis se
C mater obligavit, quæ beato Janbono redderet, si filius in sanitatem redigeretur. Quo facto puer intra octo dies valetudinem accepit. At postquam illa votum explere neglexisset, arbitrans filium etiam sine voto salutem consecutum, mox eum gravior morbus invasit; ita ut medici dicerent : quod nisi digitus abscideretur, nullo pacto sanari posset. Mater igitur, incredulitatis pœnitens, perrexit in templum, in quod sancti viri corpus devectum erat, et diligenti peccatorum confessione facta, pedem cum crure ex cera fictum obtulit. Rogatoque Domino ut non ejus peccata respiceret, sed incredulitatem adjuvaret, ubi dies octo transacti essent, rursus puer sanatus est.

ANNOTATA.

a *Processus num.* 96 *et seqq.; Laudensis lib.* III *cap.* 38.
b *Proc. num.* 335 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 22.
c *Proc. num.* 341 *et seqq.; Laud lib.* III *cap.* 32.
d *Proc. num.* 345 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 21.
e *Proc. num.* 350 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 20.
f *Proc. num.* 357 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 19. D
g *Proc. num.* 362 *et seqq ; Laud. lib.* III *cap.* 39.
h *Proc. num.* 366 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 18.
i *Proc. num.* 369 *et seqq.; 372 et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 6.
k *Proc. num.* 376 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 40.
l *Proc. num* 380 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 17.
m *Proc. num.* 395 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 41.
n *Proc. num.* 402 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 41.

CAPUT TERTIUM.

Ab infirmitate curantur : Bonpaxius cæcus : a

Bonpaxius *a* duobus annis lumine cassus, victum sibi mendicando quæritabat. Hic audito celebri Janboni nomine, venit cum uxore ad ejus sepulchrum; ubi oblatis duobus cereis oculis, et candela ad sui corporis longitudinem, in hæc verba preces effudit : Obsecro te, Domine Jesu Christe, ut beati Janboni meritis, qui in hoc sepulchro conditus est, me illuminare digneris, ut in vultus mei sudore pane mihi vesci liceat, ne victum hostiatim cogar mendicare. Quibus dictis continuo lumen recepit. E

uxor Meliorini dæmoniaca; b

101 Vexabatur et eo tempore ab immundo spiritu Meliorini Tosi uxor *b*, quæ sex annis nil boni efficere potuit. Deducta vero ad beati Janboni sepulchrum, diuque ibi a dæmone oppressa, tandem suscepto Dominici Corporis sacramento, auditisque diurnis pariter et nocturnis officiis, libera in domum suam reversa est.

Berthæ filia cæca; c

102 Per idem fere tempus, quo sacrum Janboni corpus translatum est in urbem, Bertha, Joannis Placentini consors *c*, cum illi esset filia quasi a nativitate oculis capta, pro vicinorum quorumdam consilio detulit illam ad sancti hominis sepulchrum; ubi oblatis duobus cereis oculis, totam noctem orando consumpsit. Et circa primam insecutæ noctis vigiliam, dixit puella matri : Ecce, mater, nunc video. At illa præ gaudio clamare ac nomen Dei laudare cœpit. Tunc qui astabant visa miraculi magnitudine in divinas laudes ora laxarunt.

Bonvicinus surdus; d

103 Bonvicinus *d*, ex magna quadam corporis ægritudine surdus effectus, præ rubore domi se continebat. Cui, licet varia antidotorum genera traderentur, a medicis nulla tamen ratione ad id F
redigi poterat, quin in dies surdesceret. Ubi vero nullum humanum auxilium sibi conferri perspexit, operæ precium esse ratus est ad eum confugere qui cæcis visum et surdis præstat auditum. Cum igitur sub voti obligatione beati Janboni tumulum candelis et duabus ex cera factis auribus exornasset, uxorem, quæ illi comes erat, se vocantem continuo audivit. Visum enim sibi fuit quempiam ex auribus aliquid dimovisse; dixitque uxori : Gratias ago Deo meo et beato Janbono, cujus meritis a surditate liber evasi.

Virgilius paralyticus; e

104 Virgilius *e*, duorum annorum puer, in eam paralisim inciderat, ex qua singulo fere die vexatus spumas emitteret. Pater, cum omnia ad eum sanandum remedia nequicquam contulisset, adhibito voto, quo se beato Janbono imaginem ceream offerre promisit, ita a paralisi liber effectus est, ut nemo eum postea viderit ægrotum.

Honesta lippa; f

105 Hujus quoque Virgilii mater, Honesta nomine *f* aliquando maximam in oculis ægritudinem contraxerat. Nam hi quidem modo igneum, modo sanguineum colorem præ se ferentes, totam mulieris faciem tumidam reddebant, in tantum, ut ex dolore semper exclamare cogeretur. Sed cum se voto reddidisset obnoxiam ad invisendum Janboni tumulum,

A tumulum, ad offerendosque duos cereos oculos, die quæ insequebatur ita in sanam evasit ut non solum dolor, sed ne rubedo quidem ulla in ejus oculis conspiceretur.

Ghisla manu dextera laborans; g

106 Cum inutilis ex manu dextra Ghisla *g*, Flamingi uxor, omnino facta esset, perrexit in divæ Agnetis templum, ubi multa quotidie fieri miracula didicerat. Cumque obsecrationis habendæ gratia, totam noctem duxisset insomnem, mane incolumis rediit ad propria.

et concredita ei filia cæca; h

107 Huic etiam Ghislæ *h* accidit ut sedente ea ad ignem, puella unius anni, quam precio susceperat alendam, cecidit in ignem. Nec prius ab eo extrahi potuit, quam lumen amisit. Ghisla igitur doloris plena, cum adhibitis remediis duobus mensibus eam domi secum habuisset, neque lumen reciperet (non enim puellæ parentibus hoc indicaverat), vovit se Janboni sepulchrum invisere, ac cereum caput offerre, si ejus sancti viri patrocinio visus puellæ redderetur. Quo facto nulla in ea apparente combustione, intra tres dies lumen recepit.

mulier quædam dæmoniaca; i

108 Mulier quædam dum e puteo aquam hausisset bibissetque, Sathan eam ingressus est *i*. Proficiscente autem illa ad templum, quod sancta Maria Bethlemitica dicitur, in id nisi per vim B intrare nequivit. Insecuta die apud beati Janboni sepulchrum a tribus viris detenta, sensit ab inferioribus ad guttur usque nescio quid ascendisse. Quod illa cum expuisset, liberata permansit.

Valdegrana multas ægritudines passa; k

109 Valdegrana *k*, varias ægritudines diu pessa, sancti Janboni sepulchrum invisere studuit. Inter eundum autem illa paulatim convalere cœpit. Sed cum noctem orando consumpsisset, ac postmodum sacris misteriis interfuisset, domum sana concessit.

Pamphilia epilepsi aliisque plurimis et gravissimis morbis afflicta; l

110 Iis proxime diebus quibus beatus vir Janbonus sepulchro traditus fuit, Pamphilia *l* diversis languoribus apud Mantuam laborabat. Nam ex comitiali morbo, quem a nativitate contraxerat, quandoque per quinque dierum spatium non videns aut audiens, comedensve, quasi mortua in terra jacebat. Præterea novem ferme annis sanguinis fluxum, postea hydropisim quatuor mensibus passa est; ex qua sane non solum pedes cum cruribus, verum etiam caput, cætera membra, in tumorem redacta fuerant : ut a sedendo surgere, vel ambulare nequiret. Ægrotavit etiam ex oculo, C qui præ tumore avulsus quasi videbatur. Denique cum tribus annis quotidianam febrem pertulisset, audivit a Lazarino viro, complurimos qui variis ægritudinibus detinebantur, redhibendæ sanitatis causa ad beatum Janbonum eremitam, nuperrime defunctum, confluere; multaque signa fieri. Cujus quidem hortatu mulier eo devecta, a vespera usque ad primam noctis vigiliam semper orationi vacavit. Cumque paululum obdormisset, visum est sibi instar avelanæ bolum ex terra in ore esse. Unde stupefacta : Quid est hoc inquit, sancte Dei, quod ore pertracto? Sed etsi mihi mortem allaturum foret (tantum spei de te concepi), demittam in ventrem. Quod cum fecisset, bonam valetudinem consecuta est.

Jacobinus surditate aliisque infirmitatibus laborans; m

111 Jacobinus *m*, pistoriam artem exercens, febrem, capitis dolorem, surditatemque diu perpessus, ubi se ad offerendum beato Janbono candelam, qua sibi caput bis cingi posset, devovisset, illico convaluit. Et quoad vixit incolumis permansit.

n

112 Barbazani filia *n*, quæ fistula ægrotabat nec ab ullo medicæ artis gnaro curari poterat, habita a matre vovendi facultate, vovit se cereum floridum oblaturam. Dehinc, cum super beati Janboni tumulum nocte perstitisset, statim ejus ulcera siccari cœperunt. Evigilavit nihilominus et quatuor insecutas noctes; ac penitus curata est.

Barbazani filia fistula ægrotans;

Bonaventura præ capitis doloribus insana. o

113 Patiebatur insaniam Bonaventura *o*, Gualfredi Cesenatis uxor, quæ perinde ac demens hinc inde caput ductans præ pudore domi detinebatur. Quinquies enim quandoque in die morbum hunc perpessa, quandoque propter continuum tremorem diebus octo incibata permansit. Dum autem ex hoc plurimum affligeretur, venere in ejus mentem miracula quæ tunc beatus Janbonus defunctus efficiebat, sub votoque pollicita est, ex Cesena Mantuam proficisci. Nec ita multo post voti compos effecta est.

Hæc miracula ex processibus excerpta, et alia patrare non desinit.

114 Hæc autem sunt quæ a quadraginta novem supra mille ducentos annos usque ad quinquagesimum tertium *, summi Romani Pontificis jussu, qui Janbonum inter sanctos tunc relaturus erat, adjuratis testibus coram Mutinensi episcopo, coram quoque Mantuanæ ecclesiæ præposito, et sancti Marci priore fideli scripto mandata fuerunt. His E enim ad inquirendam viri sanctimoniam cura attributa erat *p*. Nec est ut quispiam existimet divum Janbonum his pluriora non effecisse miracula; quandoquidem nostris quoque temporibus ea patraverit *q* quæ et viri sanctitudinem declarant, et mentibus humanis stuporem injiciunt. Hæc autem cum innumerabilia pene sint, quis tam acer ingenio, quis tam cultus eloquentia, qui ea litteris committere possit? Eorum enim tum multitudo, tum magnitudo facit, ut non solum non scribi, sed ne animo quidem ab ullo comprehendi queant.

* *l.* quartum

p

ANNOTATA.

a *Processus num.* 407 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 14.

b *Proc. num.* 412 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 13.

c *Proc. num.* 415; *Laud. lib.* III *cap.* 42.

d *Proc. num.* 420 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 12.

e *Proc. num.* 423 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 10.

f *Proc. num.* 426 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 11.

g *Proc. num.* 437 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 8.

h *Proc. num.* 433 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 9.

i *Proc. num.* 443 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 7.

k *Proc. num.* 120 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 5. F

l *Proc. num.* 100 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 1.

m *Proc. num.* 150 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 2.

n *Proc. num.* 158 *et seqq.; Laud. lib.* III *cap.* 3.

o *Proc. num.* 194 *et seqq.; Laud. lib* III *cap.* 4.

p *In primo processu, sed non in secundo. Vide pag.* 769, *num.* 4.

q *De miraculis* B. Joannis *scribebat anno* 1625 *Nicolaus Crusenius :* Infinita enim miracula in vita et post illam operatus est jam a 400 annis « eaque adhuc non raro operatur » (1). *Quod similiter scribebat Torellus anno* 1675 (2).

(1) Monasticon Augustinianum, pag. 104. Monachii 1625. — (2) Secoli Agostiniani, tom. IV, pag. 452, num. 52.

A

PROOEMIUM

Ad Processus in causa canonizationis B. Joannis Boni confectos.

De utilitate horum documentorum, commissariis apostolicis, notariis, testibus et observata forma.

Quantum utilitatis habeant processus canonizationis B. Joannis Boni.

Triplex monumentorum genus exoptaverunt præprimis decessores nostri scilicet Acta quæ vocantur proconsularia, Processus canonizationis et relationes auditorum rotæ; quoniam, licet historia omni humano testimonio nitatur, singularem tamen vim ad persuadendum habet forma juridica quæ in tribus illis documentorum classibus observatur. Quam ob rem,

B *ut de processibus canonizationis hoc loco tantum dicam, numquam omiserunt eos dare in lucem, si typis numquam expressi fuissent, utcumque longi essent et ambagibus repetitionibusque molesti. Horum ego institueram catalogum texere; sed brevi intellexi magis arduum fore id opus quam utile, et manum sustuli. Id unum dixerim, in plerisque operis nostris voluminibus unum aut alterum processum seu saltem summarium processus canonizationis insertum esse. Aliquot etiam antiqua hujusmodi monumenta edidit Benedictus XIV in opere de canonizatione sanctorum. Verumenimvero vehementer erro, si hactenus unus processus canonizationis lucem viderit qui simul tam copiosus sit et antiquus quam processus confectus ad cælitum honores deferendos* B. Joanni Bono. *Certe paucissimi aliquot exstant qui hujus ætatem superent; sed ii jejuni sunt, neque tot testium capiunt dicta, et accuratione plurimum cedunt. Quocirca tantum aberat ut ulla esset causa cur egregium id documentum supprimeremus, ut contra plane discessissemus a majorum instituto, si id exclusissemus ex præsenti volumine. Vita quidem, quam scripsit Augustinus Cremensis, et ampliaverunt Ambrosius Calepinus et Constantius Laudensis, ex hoc ipso*

C *processu collecta est : sed multa in ea omissa adjuncta non minimi momenti; neque semper* (quod non *minus carpendum*) *ea diligentia adhibita est, quam veritatis studium suadet. Quot præterea viri, eos intelligo qui libros nostros tractant, malunt ex fontibus bibere quam ex rivis? Et sane cui magis non placet juratorum testium audire verba atque ipsi quadamtenus tribunali assistere quam ex alieno relatu quæ illi testificati sunt accipere? Neque plena tantum sunt oblectamentis id genus documentorum, sed utilitatis habent plurimum. Ex his enim elucescit quantam curam quantumque studium, etiam temporibus magis remotis, posuerit ecclesia ut in canonizandis sanctis nil temere fieret aut præpropere. Præterea, quemadmodem ex solis fere Actis proconsularibus innotuit quam in capiendis, custodiendis, judicandis et plectendis reis formam servarent veteres Romani, sic quoque antiquioribus processibus canonizationis juvari queunt archæologi qui in rationes et modos fori, medio ævo usitatos, inquirunt. Quibus adde quod spem fovemus animo factum iri per hujus processus editionem ut sententia canonizationis* B. Joannis Boni, *quæ numquam prolata est, pronuntietur aliquando, aut saltem expetatur. Sed ipsa Acta jam adeamus.*

Sæculo XIII *generalis nondum exstabat forma conficiendi processus canonizationis. Modus adhibitus in Processu* B. Joannis Boni : *omisso examine præparatorio, commissari designati anno* 1231 ;

2 *Benedictus papa XIV* (1) *in opere de canonizatione sanctorum pluribus agit* de diligentiis, per Romanos pontifices adhibitis in discussione causarum beatificationis et canonizationis et de serie actorum, qua eædem antiquiori ævo pertractabantur; *quod ubi facit, generalem formam indicat et plurima ex sæculo* XIII *exempla refert. Verum, licet ubique res præcipuæ omnino inter se conveniant, aliæ tamen quæ minoris momenti sunt passim dissimiles sunt; ita ut nulla ex allatis exemplis plane conformia sint generali cuidam normæ aut etiam bina juxta eumdem prorsus modum exacta : unde manifestum est sæculo* XIII *certas nondum de his rebus exstitisse leges, sed universum negotium aut plures saltem ejus partes ab arbitrio pontificum pependisse. Neque processus* B. Joannis Boni *in omnibus consentiens est cum prædicta generali forma aut cum laudatis exemplis. Res autem hunc in modum peracta fuit. Ante mensem Julium anni* 1231, *postquam triennium fere obiisset* B. Joannes Bonus *et innumeris* (*maxime occasione translationis ejus ossium*) *jam claruisset ejus sepulcrum miraculis, Jacobus de Porta, olim monachus Cisterciensis et ab anno* 1238 *Mantuanus episcopus* (2), *necnon nobiles viri Bartholomæus et Nicolaus, missi abs civitate Mantuana, exponendum curarunt Innocentio papæ IV* (3) *quam pie vixisset in hoc sæculo sanctus eremita et quot prodigiis cælestem ejus beatitudinem testatam faceret Deus, eique humiliter supplicarunt ut ipsum in sanctorum catalogo scribere dignaretur. Quibus acceptis,* F *Innocentius papa nequaquam in genere inquirere jussit in beati viri sanctitatis et miraculorum famam : verum sive hæc sibi per episcopi, cujus magna apud eum erat existimatio* (*quippe quem anno* 1232 *creavit cardinalem S. R. E. et episcopum Portuensem*), *et amborum ejus comitum relationem satis constiterit, sive quacumque alia de causa, omisit examen istud præparatorium; sed in mandatis dedit Alberto, episcopo Mutinensi, A. priori ecclesiæ S. Marci Mantuanæ, et Joanni de Gonzaga præposito ecclesiæ Mantuanæ ut in Vitam et miracula inquirerent, testes fide dignos audirent, eorumdem dicta scripto consignarent et sigillis clausa ad se transmitterent. Concessit autem ut si alter ex assessoribus impediretur quominus adesset, posset tamen cum altero procedere; atque huic commissioni, per bullam impositæ, addidit pontifex brevem formam secundum quam testes, præstito juramento, examinarentur. Has autem remissoriales literas inferius reperiet lector.*

observationes huc pertinentes,

3 *Atque de his animadvertenda nonnulla videntur. Imprimis nullo innuitur modo processum, auctoritate Ordinarii factum, præcessisse; quin etiam aperte*

(1) De canonizatione SS. lib. I, cap. 20. — (2) Ughelli, Italia sacra, tom. I, col. 866. — (3) Vide supra pag. 759, num. 178.

dicit

A *dicit Innocentius papa* sibi non constitisse de prædictis, *scilicet de sanctitate et miraculis* B. Joannis Boni, *quæ asseruerant episcopus et missi Mantuani; ita ut supplicatio, quam hi obtulerunt, sola* notorietate publica *nixa fuisse videatur. Quantum vero ad commissarios, nunc, ut verbis Benedicti XIV* (1) *utar,* firma est regula inscriptionis literarum remissorialium tribus episcopis cum clausula ut duo ad minimum procedant; *verumtamen, ut laudatus pontifex subdit,* cum aliquando non ita facile tres aut etiam duo episcopi possint convenire, si id a postulatoribus comprobetur, ipsique humiliter sacræ congregationi supplicent, ut literæ aliis quam tribus episcopis inscribantur, sacra congregatio petitis annuere consuevit; *ita tamen ut semper unus adsit episcopus et duo canonici aut duæ dignitates singulorum absentium episcoporum locum occupent. Ast sæculo* XIII *tanta non requirebatur solemnitas; inscribebantur scilicet literæ remissoriales duobus episcopis et uni aut pluribus regularibus; aut uni episcopo et duobus presbyteris regularibus vel sæcularibus; seu etiam tribus aut pluribus presbyteris regularibus aut sæcularibus; neque ille trium numerus semper servabatur : interdum duobus, interdum*
B *etiam uni dabatur commissio. Exempla collecta vide apud Benedictum XIV* (2). *Quod autem nunc, ubi commissio datur tribus episcopis, additur clausula :* Ut duo ad minimum procedant, *id pristino mori consonum esse ex processu de* B. Joannis Boni *sanctitate et miraculis manifestum est, quum per remissoriales literas episcopo Mutinensi etiam permittatur procedere, dummodo unus ex assessoribus ei assistat. Hi sæpius hac abscedendi facultate usi fuere : sic num.* 46 *prior Mantuæ absens dicitur,* impeditus impedimento juris; *similiter numm.* 49 *et* 99 *abfuisse legitur; prior S. Marci etiam aliquando præsens non fuit, quippe qui num.* 69 *abfuisse dicatur* pro quodam suo negotio; *pariter num.* 96 *et alibi.*

anno 1253 *novus processus inchoatus; et novus designatus commissarius; articuli auctiores missi; solemnitas servata in audiendis testibus.*

4 *Quum Mutinensis episcopus primum processum, qui parte prima et secunda continetur, absolvisset, eum procul dubio destinavit ad pontificem; cui satis copiosus habitus non fuisse videtur. Saltem anno* 1253 *novus inceptus est* coram magistro Michaele, examinatore a summo pontifice deputato, *ut parte* III, *num.* 168 *dicitur atque etiam in partibus* IV, V *et* VI. *Erat autem hic magister Michael, ut ex num.* 258 *constat, capellanus cardinalis S. Eustachii; quo tunc titulo ornatum fuisse novimus* (3) *Guillelmum*
C *Fieschi sive Fliscum ex Lavaniæ comitibus, domo Genuensem, filium Opizzii, Innocentii IV fratris, et ordini Eremitarum S. Augustini jam pridem patrocinari solitum* (4) : *ex quibus dotibus facile intelligitur quomodo factum sit ut magister ille Michael* receptor et examinator producendorum testium *ab Innocentio IV designatus fuerit. Patentes literas, quibus ille huic muneri admotus est, non habemus; sed articulos tantum de quibus interrogandi erant testes, atque hi num.* 258 *recitantur. Porro non iidem omnino sunt ac qui pro primo processu propositi fuerant. Ibi enim jubebatur num.* 2 *tantum inquisitio fieri* super vita, conversatione ac miraculis recolendæ memoriæ fratris Joannis Boni, *hic autem num.* 258 quod dictus frater Joannes Bonus fuit vir sanctæ vitæ, catholicæ fidei, honestæ conversationis et utilis, et laudabilis famæ et celebris: *quocirca in secundo processu singulariter inquiritur in fidem beati viri; quod in primo processu plane omissum fuerat; et multo magis etiam in miracula, post mortem patrata, inquisitio fit. Porro magister* A *Michael solus, absque ullius assessoris assistentia, testium depositiones audivit. Verumtamen, quoties testes introducti sunt ad prævium præstandum juramentum (quod, ut in primo processu, semper fere plures simul præstiterunt), toties aliquot viri et aliquando etiam fœminæ vocati sunt, qui jurisjurandi solemnitatem augerent. Num.* 168 *adfuisse leguntur frater Lanfrancus, prior generalis ordinis eremitarum S. Augustini, D. Albizius, canonicus plebis de Pecciolo Vulturanæ diœcesis, et Remigius quondam Durandi filius; et num.* 186, *in palatio episcopi Cæsenatis, hujus familiares, scilicet magistri Leonardus et Placidus et præterea prædictus canonicus Albizius; et in domo (ut videtur) Gualfredi de Cesena Joannes filius quondam Drudi, Maria uxor Arthusii et Abbenata uxor Tebaldi de Petrella; et sic deinceps : at hi omnino non videntur interfuisse testium interrogationi. Neque secundo processui (a n.* 168 *ad finem) res propria est ut, dum testes religione sacramenti se obstringerent, aliquot interessent auditores; nam in primo quoque processu idem cernere est : ita ut vere dici possit ab uno tantum commissario apostolico in secundo processu informationes exceptas fuisse (et reliquos, qui nominantur, fuisse* E *auditores) : quod alias etiam aliquando fuisse factum jam monuimus.*

Qui notarii interfuerint et quomodo suo functi sint munere; singulare non esse notariorum imperialium seu sacri palatii operam usurpatam fuisse in hoc processu.

5 *Quum Mutinensis episcopus processum instrueret et similiter quum magister Michael eo munere fungeretur, semper interfuit notarius. Qui in prima processus parte anno* 1251 *hoc officium implevit, num.* 98 *nomen suum prodit, scilicet* Bonaventura, quondam magistri Mauri notarii sacri palatii *filius, subdens se* ex mandato D. episcopi Mutinensis et D. Præpositi Mantuæ, [et] prioris S. Marci Mantuæ testes fecisse jurare et eorum dicta diligenter collegisse et ea scripsisse, cum eis commissum est per D. Innocentium papam. *Secundæ parti eodem anno interfuit* Lanfrancus, notarius Pergamensis (Bergomensis), Mantuæ civis, *qui se ita nuncupat n.* 99; *et ubi ipse die sexta Augusti ejus anni* 1251 *testis de miraculo quodam auditur :* Ego, *inquit, num.* 166 Lanfrancus Pergamensis et Mantuæ civis, notarius et scriptor omnium prædictorum : *ubi animadversione dignum est eumdem fuisse testem et notarium, neque alium vocatum fuisse notarium qui ejus depositionem scripto consignaret. In fine vero quas partes idem explerit accuratissime indicat num.* 167 : Ego, *ajens,* Lanfrancus Pergamensis, sacri imperii notarius, coram F prædictis dominis et eorum jussu prædictos testes jurare feci et eorum dicta in eorum [dem] dominorum præsentia scripsi et audivi cum eis, et de mandato ipsorum eorum dicta ad majorem cautellam in publicam formam reduxi secundum quod continetur in præsenti quaterno. *Quis autem in secundo processu notarius sederit nuspiam notatum invenio. Re quidem vera num.* 258 *Ubaldini cujusdam notarii nomen legitur; ast hic ibidem non adesse videtur tamquam actuarius, sed tantum (non secus ac multi alii) ut præsentia sua jurisjurandi, a testibus præstandi, auctoritatem et religionem augeret et honestaret. Porro de notariorum origine et legibus multa erudite explicuit Muratorius* (5), *monens in Italia id institutum passim fuisse regium aut imperatorium; verum reges et imperatores sæpius comitibus et episcopis facultatem fecisse ut notarios ipsi instituerent; Innocentium papam III* (6), *legibus Justiniani* (7) *et Caroli Magni* (8) *renovatis* (9), in-

(1) De canonizatione SS. lib. II, cap. 45, num. 12. Cfr. num. 10 ibid. — (2) Ibid. num. 11. — (3) Cfr Ciacconius, Vitæ pontificum Rom. et cardinalium, tom. II, col. 128, Romæ 1677. — (4) Vide supra, pag. 726, num. 119 et pag. 752, num. 140. — (5) Antiquitates medii ævi, dissert. XII, tom. I, col. 659 et seqq. — (6) Lib. XIV, epist. 129. — (7) Leg. 23, c. de testam. — (8) Leg. 93 int. Langob. — (9) Cfr Fumagalli, delle istituzioni diplomatiche, tom. II, pag. 217.

 terdixisse

A terdixisse presbyteris, diaconis et subdiaconis tabellionem agere, ea de causa, quod conculcato honore ordinis ecclesiastici, curiæ sæculari famularentur, seque profanis negotiis nimium immiscerent; *attamen id præceptum neque usu, neque consuetudine probatum fuisse; perrexisse scilicet clericos, sacris ordinibus initiatos, hæc officia implere; et alia id genus. Verum hæc potissime spectant ad notarios, qui actis publicis de temporalibus conscribendis præpositi sunt; sed et aliud genus admittendum est, quorum scilicet cura est fidem et auctoritatem facere actis ecclesiasticis : his vulgo nomen secretarii seu cancellarii episcoporum, monasteriorum etc. Hi nunc passim instituti; neque olim desiderati, immo lege præcepti* (1). *Porro, quod ad rem nostram propius spectat, disputatum olim fuit utrum processus canonizationis conscribendi essent a notariis ecclesiasticis, an vero satis esset ut actis fidem facerent notarii qualescumque. De hac controversia videndus Benedictus XIV* (2); *ex quo id unum desumimus, communiorem olim fuisse sententiam sufficere notarium, auctoritate laica constitutum, eamque sententiam sæpius in usum fuisse deductam. Et quidem notarii, qui in* B. Joannis Boni *causa testium dicta excepe-*
B *runt, videntur fuisse imperiales; Lanfrancus scilicet Bergomensis aperte dicitur* sacri imperii notarius, *et Bonaventura, qui non secus ac ejus pater Maurus censendus est* notarius *fuisse* sacri palatii, *videtur etiam auctoritate imperiali designatus. Nam* notarii sacri palatii, *qui complures apparent in Puricelli Ambrosianæ basilicæ monumentis, maxime in venditione feudi de Colognia, anno 1183 facta* (3), *et in instrumento de condendo castro Pennæ S. Joannis Firmanæ diœcesis, anno 1232 conscripto* (4), *habendi sunt imperiali designatione constituti.*

Quot testes auditi fuerint, et quare jurati; priores articuli excerpti ex formulario.

6 *Ut jam ad testes veniamus, auditi sunt in primo processu septemdecim regulares, plerique eremitæ et pristini* S. Joannis *sodales; sæculares vero sexaginta sex : in secundo autem processu exceptæ sunt depositiones fratrum novemdecim, sæcularium centum triginta; universim bis centum triginta duo scripto consignata fuere testimonia. Licet vero olim in his causis procederetur interdum extrajudicialiter* (5) *et propterea necesse non esset figuram judiciorum accurate servare, in usu tamen erat ut tum quoque præcipuæ fori rationes et modi adhiberentur : quam ob rem universim non alii recipiebantur testes quam* jurati, quemadmodum desumitur, *ait Benedictus XIV*
C (6), ex bulla canonizationis B. Vulstani sub Innocentio III; ubi exponitur ad apostolicam pervenisse audientiam tanti viri merita et miracula, ipsum autem pontificem mandasse ut nonnulli delegati diligenter veritatem inquirerent, *non per testimonia tantum,* prout forte factum fuerat ab his qui pro canonizatione supplicaverant, SED PER TESTES JURATOS ET AUTHENTICAM SCRIPTURAM. *Sic quoque Honorius III, recensens in bulla canonizationis S. Guilielmi, abbatis Roschildensis, quæ ad detegendam hujus viri sanctimoniam servari præceperat, monet auditos fuisse* testes fide dignos juratos (7). *Non aliter Gregorius IX, qui anno 1240 in literis remissorialibus pro causa B. Ambrosii, minoritæ Urbevetani,* testes legitimos, prius ab eis præstito juramento, diligenter examinari *jussit* (8). *Unde manifestum est Innocentium papam IV prædecessorum institisse vestigiis, quum in causa* B. Joannis Boni *juratos testes et formam judicialem postulavit : quod in causa S. Stanislai, Cracoviensis episcopi, aliisque similiter fecit* (9); *quin* D
etiam articuli, secundum quos testes ab episcopo Mutinensi, a præposito Mantuano et priore S. Marci, examinari voluit, iidem omnino sunt, ne apice quidem mutato, ac ii quos Gregorius papa IX in causa B. Ambrosii Urbemveterem distinavit: ita ut formularium tum jam existeret.

De postulatore et procuratore.

7 *Licet autem in literis remissorialibus nulla mentio fiat singularis postulatoris, sed episcopus Mantuanus et nobiles viri Bartholomæus et Nicolaus ambassiatores Mantuani solummodo dicantur humiliter supplicasse Innocentio IV, ut* B. Joannem Bonum *in sanctorum numerum referret; postulatoris tamen atque etiam procuratoris partes egisse diceres fratrem Guizardum, priorem conventus S. Agnetis de Mantua ex ordine eremitarum. Ipse enim cum aliis fratribus ejusdem ordinis die 27 Julii anni 1251 episcopo Mutinensi et duobus aliis commissariis præsentavit Innocentii papæ bullam, num.* 1; *atque ipse etiam die sequenti* testes dedit et induxit *seu* repræsentavit, *num. 4. Fratri Guizardo paucis diebus post successit frater Ugolinus, prior generalis ordinis fratrum eremitarum; a quo die 1 Augusti ejusdem anni 1251 alii testes* inducti et repræsen-
E tati *fuerunt, num.* 99. *Ast in secundo processu quinam testes induxerint, nuspiam notatur. Re quidem vera, ubi juramento hi se obstringunt ad dicendam veritatem et tacendum mendacium, plerumque adsunt aliquot eremitæ, et aliquando etiam Lanfrancus, prior generalis, num.* 168; *sed non aliam ibi sustinere videntur personam quam ut testium juramentum præsentia sua solemnius faciant eique robur adjiciant. Sed nil in hoc mirandum :* olim *enim* communis opinio erat procuratorem non esse necessarium, et quemlibet de populo, tamquam in actione populari, sine mandato procuræ agere posse (10); *ita ut nemo proprie esset postulator aut procurator, sed causam nomine communitatis is ageret qui eam maxime cordi haberet. Quocirca neque ipsi Guizardus et Ugolinus, supra designati, eo loco habendi videntur, quo nunc in causis canonizationis postulatores et procuratores veniunt.*

Quibus in locis testes auditi.

8 *Jam ad loca, in quibus processus exstructi sunt, nonnulla adnotari merentur. In primis coram honestissimo cœtu bulla Innocentii IV papæ die 27 Julii anni 1251 aperta est* in viridario ecclesiæ S. Marci Mantuæ, *num.* 1; *quæ non cathedralis, sed collegiata erat. Viridarium autem istud cœmeterium erat canonicorum seu atrium, quod claustri porticus cin-*
F *gebant, vulgo* préau *dictum. Postridie vero et sequentibus diebus testes excepti sunt* in canonica *Mantuæ, seu aula capitulari S. Marci. Proxima autem die 1 Augusti testes examinati sunt* in domo S. Marci et ecclesia majori civitatis prædictæ *num.* 99; *ita (ni fallor) ut in ecclesia jusjurandum præstiterint, et in domo fuerint testificati. Quum autem magister Michael, cardinalis S. Eustachii capellanus, anno 1255 ad testes examinandos deputatus est, hic sedem suam mutavit continuo. Primum die 29 Octobris duorum eremitarum juramentum et depositionem excepit in capitulo eorumdem conventus Mantuani S. Agnetis, num.* 258; *dein die 31 Octobris aliorum duorum eremitarum* in curia domini episcopi *Mantuæ, num.* 265, *et alios deinde sequentibus diebus; die 4 Novembris ad capitulum conventus S. Agnetis rediit; sed diebus* 5, 6 *et* 7 *iterum testes audiit in palatio episcopali; in quo etiam a die* 7 *ad* 11 *tota*

(1) Cfr Fumagalli, delle istituzione diplomatiche. tom. II, pag. 213. — (2) De Canonizatione SS. lib. II, cap. 47, num. 8. — (3) Ap. Grævium, Antiquitates Italiæ, tom. IV, col. 442. — (4) Muratori, Antiquitates Italiæ, tom. I, col. 708. — (6) Benedictus XIV, de Canonizatione SS. lib. II, cap. 47, num. 6. — (7) Ap. Raynaldum, Continuatio annalium Baronii, ad an. 1224, num. 30. — (8) Ibid. ad an. 1240, num. 22. — (9) Ibid. 1252, num. 7. — (10) Benedictus XIV, de Canonizatione SS. lib. II, cap. 47, num. 6.

pars

A *pars quinta peracta est. Die* 10 (*nam partes hoc loco non tempore, sed rebus distinguuntur*) *excepti sunt iterum testes, ad sextam partem pertinentes, in prædicto palatio episcopali Mantuano, num.* 334; *sed die* 26 *ejusdem mensis Novembris* juxta palatium communis, *num.* 345; *verum ante, die scilicet* 12 *Novembris, depositiones aliquot testium, incolentium burgum S. Jacobi Mantuæ, exceperat in ecclesia S. Jacobi; demum, ut alia multa omittam, transtulit se sæpius in privata palatia, si matronarum testimonia audienda essent: exemplum esto quæ leguntur num.* 385. *Neque hæc animadvertenda duximus quod hæc examinandi ratio magnopere mirabilis sit, sed ut constet testium examen potius summarium fuisse quam ordinarium seu a judice pro tribunali sedente factum; quæ cæterum forma etiamnum plerunque observari solet.*

Quid singulæ sex partes duplicis hujus processus singulare habeant.

9 *Juverit demum uno conspectu vidisse sex hujus processus partes. Primam et secundam partem confectam fuisse Mantuæ ab episcopo Mutinensi et uno aut duobus assessoribus a die* 27 *Julii ad* 6 *Augusti anni* 1251 *jam monuimus. In prima autem examinatio fit testium* super vita, conversatione et miraculis factis ante mortem B. Joannis Boni; *in secunda*

B *de miraculis post mortem. Quatuor reliquas partes a magistro Michaele fuisse exceptas Mantuæ ab exeunte mense Novembri usque ad finem fere mensis Decembris anni* 1255 *et dein Cesenæ ineunte mense Januario anni sequentis supra etiam dictum est. Porro pars tertia, quæ ultimo quidem loco collecta, sed hic posita est, quod cum præcedentibus magis cohæret, continet testimonia Cæsenæ recepta* super vita, fide et conversatione ac fama recolendæ memoriæ fratris Joannis Boni et super miraculis quæ D Deus ipsius meritis dignatus est operari, *maxime ante mortem. Quarta et quinta partes exceptæ fuerunt Mantuæ et in utraque agitur de* vita, fide, conversatione et fama F. Joannis Boni; *sed hoc inter ambas has partes discrimen est positum, quod quarta ex testimoniis fratrum eremitarum constat, quinta vero laicorum, clericorum et unius Humiliati. Præterea in hac quinta parte multo plus agitur quam in præcedenti* de miraculis quæ Deus ipsius meritis dicebatur fecisse in vita, et morte et post mortem B. Joannis Boni. *Sexta demum et ultima pars, Mantuæ quoque excepta, tota de miraculis est, quæ in elevatione corporis anni* 1251 *aut paulo post* (*excepto uno quod paulo ante elevationem contigerat,*) *patrata fuerant et quæ construendis processibus occasionem dederant. Ex hac itaque partium serie facile colligere est studiose a notariis ordinem quemdam observatum fuisse in disponendis testimoniis. Non enim hic habemus ipsos commentarios quos, dum testes loquerentur, scripsere illi. Duplicem enim mutationem inter eos rescribendos admiserunt: alteram ut, neglecto ordine temporis, testimonia digererent sive secundum testium classes, sive secundum materiæ varietatem; alteram ut testium dicta bre-* E *viarent, maxime si jam ante alii testes de iisdem rebus dixissent: quod ubi occurrit, sæpius remittitur lector ad ea quæ superius scripta jam erant. Non est quod hoc loco de horum processuum fatis dicamus; satis enim de hoc argumento constabit ex commentario prævio, et maxime ex subscriptionibus antiquis et recentibus processuum singulorum.*

PROCESSUS APOSTOLICI,

Auctoritate Innocentii papæ IV,

Annis 1251, 1253 et 1254 constructi, de vita, virtutibus et miraculis

C

B. JOANNIS BONI, F

Mantuani, eremitæ ordinis S. Augustini.

PARS PRIMA.

Processus Mantuæ habitus, anno 1251, de vita, conversatione ac miraculis beati *a*.

a

PROOEMIUM.

« In Christi nomine. Die quinta, exeunte Ju-
» lio *b*, præsente D. Jacobo, Dei gratia episcopo
b » Mantuano; D. Petro archipresbytero Man-
» tuano, D. archipresbytero Mutinensi, magistro
» Joanne, scriptore D. Legati, et aliis pluribus,
c d » congregatis in viridario *c* ecclesiæ S. Marci *d*
» Mantuæ, testibus rogatis. Ibique venerabilis
» pater D. Albertus episcopus Mutinensis aperuit
» quandam litteram bullatam bullo Domini Papæ,
» clausam, verbum et parabulam dantibus *e* *e*
» D. Joanne de Gonzaga, præposito Mantuano [et]
» priore S. Marci prædicti, præsentatam per fra-
» trem Guizardum, priorem conventus S. Agnetis
» de Mantua, de ordine heremitarum, et per quos-
» dam alios fratres ejusdem ordinis dicto D. epi-
» scopo et aliis quibus commissum erat per
» Dominum Papam, ut inquireretur de vita, con-
» versatione, et miraculis fratris Joannis Boni
» heremitæ; tenor autem talis est :

LITTERÆ

EX MSS

LITTERÆ REMISSORIALES INNOCENTII PAPÆ IV.

Forma interrogationum.

2 » Interrogatio *f* facienda super vita, conversa-
» tione, et miráculis fratris Joannis Boni heremitæ.
» Testes legitimos, quos super vita, conversatione,
» ac miraculis recolendæ memoriæ fratris Joannis
» Boni heremitæ debeatis recipere, prius ab eis
» præstito juramento, diligenter examinare cure-
» tis, et de omnibus quæ dixerint, interrogetis
» eosdem quomodo sciant *g*, quo tempore, quo
» mense, quo die, quibus præsentibus, quo loco,
» ad cujus invocationem, et quibus verbis inter-
» positis, et de nominibus illorum, circa quos
» miracula facta esse dicuntur, et si eos ante co-
» gnoscebant, et quot diebus ante viderint eos
» infirmos, et quanto tempore fuerint infirmi, et
» quanto tempore visi sunt sani, et de quo loco
» sunt oriundi, et interrogentur de omnibus cir-
» cumstantiis diligenter, et circa singula capitula
» fiant, ut expedit, quæstiones prædictæ et sic
» series testimonii, et verba testium fideliter re-
» digantur in scriptis.

Litteræ remissoriales.

3 Item alia litera, quæ per dictos fratres fuit dictis Dominis præsentata : « Innocentius episco-
B » pus, servus servorum Dei, venerabili fratri Al-
» berto episcopo Mutinensi, et dilectis filiis priori
» S. Marci, et præposito ecclesiæ Mantuanæ *h*
» salutem et apostolicam benedictionem. Dignas
» Domino refferimus gratias quod sicut venerabilis
» frater noster... episcopus et dilecti filii, nobiles
» viri, Bartholomeus et Nicolaus ambassiatores *i*
» Mantuani exponere curaverunt recolendæ memo-
» riæ fratrem Joannem Bonum heremitam, cum
» pie vixisset in hoc sæculo, viam salutis docendo,
» verbis pariter et exemplis, tandem præsentis
» vitæ cursu feliciter consummato multis miraculis
» Omnipotens decoravit. Unde cum non deceat eos
» apud homines sine veneratione relinquere, quo-
* eos esse » rum merita et miracula sanctos * ostendunt;
» Nobis humiliter supplicarunt, ut ipsum scribere
» sanctorum catalogo curaremus. Quia vero Nobis
» non constitit de præmissis, discretioni vestræ,
» de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per
» Apostolica scripta mandamus, quantum de vita,
» et miraculis diligenter et fideliter inquirentes,
» super his testes fide dignos recipere legitime
» studeatis; et de singulis circumstantiis, juxta in-
» terrogationis formam *k*, quam vobis sub bulla
C » nostra transmittimus interclusam, examinare
» prudenter, ac ipsorum dicta fideliter in scriptis
» redacta, et sub propriis inclusa sigillis, ad no-
» stram præsentiam remittere procuretis, ut se-
» cundum Deum in ipso negotio procedamus. Quod
» si non omnes hiis exequendis potueritis interesse,
» Tu frater episcope, eorum altero ea nihilominus
» exequaris. Datum Januæ XV Kal. Jul. Pontifi-
» catus nostri anno octavo. 1251 *l*.

CAPUT I.

Testimonium fr. Salveti, eremitæ ord. S. Augustini.

Examinatores et testes

« Isti sunt testes dati, et inducti in civitate
» Mantuæ per fratrem Guizzardum *m* priorem
» S. Agnetis de ordine heremitarum Mantuanæ
» diœcesis, super vita, conversatione, et miraculis
» recolendæ memoriæ fratris Joannis Boni, insti-
» tutoris et inventoris regulæ *n* heremitarum
» primitus in provincia Romaniolæ.

» Die quarto exeunte Julio *o*, præsente D... ar- D
» chipresbytero Mutinensi, D. archipresbytero Man- *o*
» tuæ, D... vicario D. episcopi Mutinensis, et pluri-
» bus testibus rogatis, in canonica Mantuæ *p*, ibique *p*
» frater Salvetus presbyter, frater Jacobus, frater
» Michael, frater Ghirardus, omnes presbyteri,
» præter fratrem Jacobum supradictum, de ordine
» heremitarum juraverunt ad sancta Dei evan-
» gelia *q* super vita, conversatione et miraculis *q*
» fratris Joannis Boni, de ordine heremitarum,
» dicere veritatem, repræsentati a fratre Guizzardo
» priore prædicto. »

Fama et conversatio beati: prædicatio, jejunia.

5 Frater Salvetus presbyter de ordine heremitarum, juratus dixit quod cum esset adhuc in laicali habitu constitutus, bene per quinque annos antequam intraret ordinem, morando in civitate Cesenæ audiverat a multis de bona fama, conversatione, et vita ipsius fratris Joannis Boni, institutoris ordinis supradicti, qui tunc morabatur in heremo sanctæ Mariæ de Botriolo *r* in diœcesi Cesenate. Et *r*
tunc dictus testis cum multis aliis, videlicet cum fratre Gualterio, qui erat frater pœnitentiæ, fratre Leonardo Malregoto notario de eodem ordine sancto pœnitentiæ, fratre Maurino ejusdem ordinis E
pœnitentiæ, Artusio tunc laico, et nunc est frater pœnitentiæ *s*, propter bonam famam quam audie- *s*
bat dictus testis de dicto fratre Joanne Bono, sæpe et sæpius accessit ad dictum locum, ubi dictus frater Joannes Bonus morabatur, et verba prædica-
tionis suæ cum aviditate, et libentissime audiebat, et sic tempore præcedente ipse testis per verba præ-
dicationis *t* ipsius sumpsit habitum ejus per ipsum *t*
fratrem Joannem Bonum; interrogatus de tempore, dicit quod jam sunt XVIII anni *u* quod intravit *u*
ordinem ipsum, et plus. Item dicit quod ea quæ auribus audiverat per publicam famam de ipso
fratre Joanne Bono, postquam ipsum ordinem *, * ingressus est,
occulta fide invenit et personaliter est expertus, et multum plus. Item dicit quod continue jejuna-
bat *x* omni tempore, exceptis diebus Dominicis, et *x*
quod tempore refectionis suæ ita modicum come-
debat, quod ipse testis plus comedebat in una comestione, quam ipse frater Joannes Bonus per totam hebdomadam, et hoc dicit quod pluries vidit quando comedebat idem frater Joannes Bonus in cella sua, et etiam in reffectorio cum fratribus suis. Interrogatus quibus præsentibus vidit ipsum fratrem Joannem Bonum in cella sua comedentem, dicit quod ipse solus testis. F

Donum lacrimarum, vestes, lectus, conversatio, frequens communio.

6 Item dicit quod cum quodam die Resurrectionis Dominicæ, ipse frater Joannes Bonus comederat cum fratribus Prædicatoribus *y* in domo hospitum, scilicet cum fratre Ugolino et cum quodam converso ejusdem ordinis, lacrimabatur dum esset in mensa, quod infundebant lacrimæ manus suas, tanquam essent stillicidia, et nulla ratione poterat ipse lacrimas continere, quamquam vellet se ab ipsis lacrimis abstinere. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod quidam frater Bonus, de ordine ipsorum heremitarum, erat præsens, et prædicti fratres Prædicatores qui comedebant cum ipso. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XVIII anni. Interrogatus de mense, dicit quod fuit de mense Martii. Interrogatus de die, dicit quod fuit in die Resurrectionis Domini. Interrogatus quibus vestibus utebatur, dicit quod una tunicella cum capucio juncto cum ipsa tunicella, de stanneto *z* *z*
de lana linoque contexto et hoc vestimento erat contentus æstate et hyeme, quantumcumque ma-
gnum frigus esset. Interrogatus dicit, quod toto tempore quo vidit eum, vidit ipsum discalciatum ire sine caligis, et subtelaribus *aa;* portabat tamen *aa*
zupellos

A zupellos *bb* ligneos in æstate et in hyeme. Interrogatus dicit, quod jacebat de nocte in quadam tabula de quercia *, ubi non erat nisi unus pannus de lana mediocriter crossus, et ad caput ejus sacellum plenum paleis. Interrogatus si aliquid teneretur super se, quando jacebat in dicta tabula, dicit quod nescit, credit tamen quod tenebat unam clamidem, qua utebatur tempore infirmitatis suæ. Interrogatus dicit quod dictus frater Joannes Bonus quotiescumque jungebatur cum fratribus, sive communiter, sive singulariter, loquebatur ad eos verba ædificationis, et dicebat et monebat eos verbo et exemplo, de charitate, humilitate et patientia; quæ virtutes plenissime reperiebantur in ipso fratre Joanne Bono; et dicit ipse testis, quod nunquam ex ejus ore audivit verbum otiosum. Interrogatus dicit quod dictus frater Joannes Bonus quolibet die Dominico sumebat corpus Christi cum effusione nimia lacrimarum et contritione non modica.

bb

* quercu.

Conversio aquæ in vinum, cc

7 Super miraculis dicti fratris Joannis Boni factis in vita sua, dicit idem testis quod cum quadam vice essent duo fratres de Lombardia *cc* in conventu dicti fratris, et intellexissent per quosdam fratres ipsius conventus, quod idem frater Joannes Bonus
B fecerat miracula, et de ipsis viderentur ipsi fratres dubitare, et hoc intellexisset idem frater Joannes Bonus, propter ædificationem et confirmationem ipsorum fratrum dubitantium, et ut per eos qui tunc venturi erant in Lombardia, possent ædificari alii qui audirent, dicit idem testis, quod ad preces et supplicationes cujusdam fratris nomine Nicolai, idem frater Joannes Bonus quodam die tempestive post Primam exivit de cella sua, et veniebat versus habitationem fratrum, et fratres veniebant versus cellam dicti fratris Joannis Boni, ad præceptum ipsius fratris, et sic obviaverunt sibi juxta fontem. Et tunc ipse frater jussit eos stare ibidem, et cum ipse syffum ligneum haberet in manu sua, inclinavit se, et implevit illum, videntibus fratribus, de aqua ejusdem fontis, et posuit ipsum syffum plenum aqua super oram fontis, et deposito caputio, et remota infula *dd* de capite, et flexis genibus, orationem fecit ad Dominum Jesum Christum, quam orationem tunc fratres non intellexerunt, sed oratione facta porrexit syffum fratribus, dicens : Accipite de vino Domini Jesu Christi. Et dicit idem testis quod ipse et omnes fratres qui erant
C ibidem biberunt bis de ipso vino, quod erat de aqua conversum in optimum odoriferum, maturum et suave vinum, quod vinum habebat quasi aureum colorem.

dd

et post eam adloculio ad fratres.

8 Quo facto injunxit eis, quod irent ad capitulum, et expectarent eum ibidem, et postea ipse venit ad eos in capitulum, et dixit fratribus : Fratres, nolite putare quod ego fecerim hoc miraculum, quod vos vidistis, sed Dominus Deus, qui potest omnia facere, et aquam in vinum, et species in speciem transformare; ipse est, qui fecit istud. Tamen orationem hanc in transmutationem aquæ in vinum ego dixi : « Domine Deus omnipotens, » ostende virtutem et potentiam tuam, ut isti fra» tres possint ædificari, et confirmari, et habere » perfectam fidem in te. » Et nihil aliud in oratione dixit, et præcepit ipsis fratribus quod nemini hoc dicerent usque ad exitum Augusti, cum hoc factum esset de mense Julii. Interrogatus de tempore, dicit quod XVIII anni sunt; de mense dixit, quod fuit de mense Julii; de die, dicit quod fuit die Lunæ; de loco, dicit quod fuit juxta cellam suam. Interrogatus quibus præsentibus : quod interfuerunt idem testis, frater Martinus, nunc prior de Venetiis, frater Gregorius de Placentia, frater Jacobus de Brixia, et frater Ugutio, et plures alii fratres ejusdem ordinis, quorum nomina non recordatur. Interrogatus si de supradictis erat publica vox et fama, dicit quod sic, erat publica vox et fama.

EX MSS.

Intrat in ignem nec læditur :

9 Item aliud miraculum dicit præterea idem testis, quod cum quadam vice quidam frater nomine Jachim, ejusdem ordinis, tentatus fuisset in tantum quod ipsum ordinem exire volebat, idem frater Joannes Bonus, cum staret ad ignem cum fratribus suis, ubi erat præsens idem frater Jachim, cœpit ipsos prædicare, monere, et hortari quod essent firmi et stabiles in servitio Jesu Christi, nec timerent frigus, nec calorem, nec ignem, nec aliquam aliam tribulationem, quia ipse Dominus est, qui consolatur vos. Et his dictis, statim surrexit, et intravit ignem et cœpit ipsum ignem, scilicet prunas, volvere eum pedibus hinc et inde, ac si esset aqua; et ibi stetit per tantam horam qua possit dici medietas Psalmi, videlicet « Miserere mei Deus » et quam cito exivit de igne, ivit ad cellam suam, et misit pro fratre Matheo, et pro ipso teste, et pro duobus aliis fratribus ejusdem ordinis, quorum nomina non recordatur, dicens eis quod deberent esse amici Dei, et diligere ipsum Deum; et cum E
idem testis crederet ipsum fratrem Joannem Bonum læsum a prunis prædictis accessit studiose juxta ipsum fratrem Joannem Bonum, ut melius inspiceret et videret, an aliquam passus esset læsionem in pedibus, tibiis, seu tunica, quibus diligenter inspectis per ipsum testem, nullam adustionem seu læsionem vidit ibidem.

ex quo fr. Joachim in vocatione confirmatur.

10 Hoc viso dictus fr. Jachim statim fuit confirmatus in ordine supra dicto et ibi vitam suam in ordine terminavit. Interrogatus quomodo sciat quod dictus fr. Jachim erat ita temptatus, quod volebat ordinem dimittere, dicit, quod credit se audivisse ab ore ipsius fr. Joannis Boni, et pro certo ponit se audivisse a fratribus ipsius ordinis, quod ipse fr. Jachim ita erat temptatus, tribulatus, et angustiatus; et propter corroborationem ipsius fr. Jachim, intraverat prunas prædictas. Item interrogatus quomodo scit quod idem fr. Jachim fuerit confirmatus, dicit quod postea nunquam audivit ab ore ipsius fr. Jachim quod vellet ordinem ipsum exire; imo ibi suam vitam optime terminavit. Interrogatus de tempore, dicit, quod circa XVIII anni sunt; de mense, dicit quod fuit in Januario, in die Epiphaniæ; quibus præsentibus, dicit F
quod quidam fr. Marcus, et prædictus fr. Jachim, fr. Matheus, fr. Blasius, et alii plures; ita quod erant fere viginti, de quibus nominibus non recordatur. Interrogatus de loco, dicit quod in eodem loco. Interrogatus si de omnibus supradictis erat publica vox et fama; dicit quod sic.

Ejus precibus pluvia cessat,

11 Item aliud miraculum dicit præterea idem testis, quod tempore cum fratres ordinis supradicti deberent ædificare quendam murum, et omnia fuissent parata, ita quod fratres conduxissent homines pro ipso opere, quod quædam pluvia in tantum inundabat super terra, quod nullus poterat dictum opus exercere, et idem testis misit quendam fratrem nomine Conradum ad annuntiandum fr. Joanni Bono prædicto, et ipse idem testis ivit post illum, et annuntiavit prædicto fratri quomodo propter pluviam impediebatur dictum opus, ita quod ibi non poterant laborare. Et ipse fr. Joannes Bonus respondit eis dicens : Ite secure, et præparate calcem, et fideliter laborate. Et ipsi iverunt, et præparaverunt omnia pro opere exercendo, et idem fr. Joannes Bonus sequutus fuit eos usque ad ecclesiam, et intravit ecclesiam, et fecit orationem:

et

EX MSS.

et dicit idem testis quod cum complesset orationem, in tantum pluvia cessavit, quod vix in aëre ulla nubes appareret. Et postmodum exivit ecclesiam et venit ad operarios, et dixit eis : Quid videtur vobis, fratres, nonne creditis quod Dominus exaudiat servos suos? Qui responderunt: Domine, sic. Et ipse eis dixit : Estote ergo servi et amici Dei. Interrogatus de tempore, dicit quod circa XVIII anni sunt; de mense, quod fuit de mense Septembris; de die, dicit se non recordari; dicit tamen quod credit, quod fuerit quodam die Lunæ. Interrogatus quibus præsentibus, respondit, se ipso teste, et prædicto fratre Conrado. Interrogatus de locis, dicit quod quando iverunt ad annuntiandum dicto fratri Joanni Bono, de impedimento pluviæ, fuit sub porticu cellæ ipsius; et de his quæ dixit idem fr. Joannes Bonus, fuit in loco operis prædicti.

Persecutiones a dæmone et ab hominibus.

12 Item interrogatus dictus testis si dictus fr. Joannes Bonus passus fuerit tribulationes et persecutiones ab aliquibus, dicit quod audivit a dicto fr. Joanne Bono, quod pluries verberatus fuit in cella sua a maligno spiritu; et quadam nocte cum sic persequeretur, fuit cum quodam lapide percussus in fronte per quandam fenestram, et vul- B neratus, de quo vulnere nullus sanguis exivit, sed aqua tantum. Interrogatus quomodo scit, dicit quod audivit ipse testis cum pluribus aliis fratribus pluries ab ore ipsius fratris Joannis Boni. Interrogatus de tempore, dicit quod fuit circa principium conversionis dicti fratris Joannis Boni; de mense et die, dicit se non recordari. Item dixit idem testis, quod pluries fuit passus tribulationes et angustias a quibusdam fratribus de pœnitentia, qui pluries ipsum per invidiam, sicut credebat, impetebant et molestabant coram venerabili præsule D. Ottone episcopo Cesenate; quæ fr. Joannes Bonus omnia patienter et humiliter sustinebat; et hoc ipsum dicebant dicti fratres, ut infamarent dictum fratrem Joannem Bonum coram dicto D. episcopo, et omni populo, sicut idem testis credit. Interrogatus quomodo scit, dicit quod interfuit, et ivit cum dicto fratre Joanne Bono, antequam dictus testis intraret regulam, coram episcopo quando a dictis fratribus impetebatur, ut superius est narratum. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XVIII anni et plus; de mense, dicit quod fuit de mense Julii; quibus præsentibus, dicit quod præsente fratre Leonardo notario, qui erat fr. pœni- C tentiæ, et fratre Marino, de pœnitentia. Interrogatus si omnia supradicta sustineret dictus fr. Joannes Bonus ex charitate, et cum charitate; dicit quod credit in tantum, quod idem fr. Joannes Bonus nunquam aliquod otiosum verbum de ipsis nec contra ipsos proferebat; immo rogabat Dominum pro ipsis, quod parceret eis, et præcipiebat fratribus suis quod pro ipsis persecutoribus Dominum exorarent. Interrogatus si de omnibus supradictis erat publica vox et fama, dicit quod publica vox et fama erat.

Particulos ligneas sub ungues immittit in tentatione carnis; miraculo sanatur.

13 Item dicit idem testis quod cum præfatus Joannes Bonus quadam vice a vitio luxuriæ incessanter molestaretur, ita quod quasi sustinere non posset, accessit ad cellam suam, et cœpit rogare Dominum, quod dictum vitium romoveret ab ipso, si placeret sibi, et non permitteret ipsum cadere; et oratione facta statim confortatus fuit, intra se ipsum dicens: Vade, miser, non permittas te superari, sed si caro vult te occidere, occide et afflige ipsam : et exiens de cella sub porticu, accepit cannas, et scidit eas, et acuit ipsas in summitate, et infixit eas inter unguem et carnem manuum suarum usque ad radicem ipsam ungularum per singulos digitos; et fregit ipsas sticas, in summi- D tate digitorum remanentibus partibus, quas fixerat usque ad radicem ungulæ in quolibet digito; et apposuit ceram in summitate digitorum singulorum. Et sic stetit tribus diebus et tribus noctibus, et non comedit, neque bibit, neque dormivit in illis diebus, et noctibus, intentus tamen in oratione; et cum tertia die oraret, et teneret manus conjunctas inter genua, intentus in oratione aliquantulum obdormivit, et dum dormiret cecideruntprædictæ cannæ de digitis ejus; et evigilans vidit eas cecidisse in terra ante pedes suos; et respiciens summitates digitorum vidit cicatrices et vulnera curata et sanata, ita quod nulla læsio apparebat ibidem. Interrogatus quomodo scit, dicit quod ipse testis et alii plures fratres multoties audiverant prædicta ab ore ipsius fratris Joannis Boni; et credit quod ista dicebat idem fr. Joannes Bonus ad corroborationem fratrum suorum quia hæc dicebat eis, quando exhortabatur eos quod essent boni bellatores contra vitia carnis; et inducebat eis authoritatem beati Pauli, quæ dicit : Non coronabitur nisi qui legitime certaverit. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XVII anni; de mense et die, non recordatur, quia ipse fr. Joan- E nes Bonus dicebat pluries ipsi testi et aliis fratribus. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus habebat aliquos ordines, vel erat clericus, respondit quod non, sed erat tantum laicus. Interrogatus si de omnibus supradictis erat publica vox et fama, dicit quod publica vox et fama erat.

Jurisperitum licet illitteratus scientia vincit.

14 Item aliud miraculum dicit etiam idem testis, quod cum quodam tempore quæstio matrimonialis discuteretur inter dictum fratrem Joannem Bonum, et D. Letum canonicum Cesenatem, jure peritum, unus affirmando et alter inficiando quod ita deberet esse; et diu inter eos esset hinc inde disputatum, tandem videns dictus fr. Joannes Bonus dixit prædicto canonico Leto, quod faceret apportare librum suum Decretalium, an ita esset, ut ipse fr. Joannes Bonus dicebat; et sic apportato libro in medio, dictus canonicus cœpit volvere librum, ut inveniret capitulum, per quod ipsa quæstio terminaretur, et cum diu volvisset dictum capitulum non potuit invenire; tandem dictus fr. Joannes Bonus dixit ipsi canonico quod traderet sibi librum Decretalium; et accepto libro a canonico memorato cœpit volvere ipsum librum; et facta revolutione tertia invenit capitulum, quod F ponebat illa verba quæ idem fr. Joannes Bonus asserebat, et apposito digito, ostendit dicto canonico, dicens : Ecce ipsum capitulum, quod dicit quod ego dicebam; quod cum vidisset dictus canonicus, cœpit multipliciter admirari, dicens, quod hoc nisi a Spiritu Sancto esse non posset, cum ipse fr. Joannes Bonus sit idiota, ita quod aliquam litteram non cognoscebat, et ipsum librum nunquam viderat, nec tetigerat nisi tunc. Interrogatus de tempore, dicit quod fuerant XVIII anni in quadragesima præcedenti; de mense, dicit quod fuit de mense Martii; de die, dicit quod non recordatur; de hora dicit quod fuit post nonam, quando ipsi fratres habent licentiam loquendi *ee*, de loco, *ee* dicit quod fuit in claustro majori, ubi quilibet loqui potest, in diœcesi Cesenati. Interrogatus quibus præsentibus dicit quod ipso teste, et canonico memorato. Interrogatus quomodo scit, dicit quod erat ibi præsens quando ista facta sunt. Interrogatus si vivit dictus canonicus, dicit quod credit cum vivere. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus sciret litteras, dicit quod credit ipsum esse penitus illiteratum, cum nunquam vidisset eum legentem

A legentem in aliquo libro. Interrogatus si de omnibus supradictis erat publica vox et fama, dicit quod publica vox et fama erat.

Ei lupa obedientiam præstat.

15 Item aliud miraculum dicit præterea dictus testis, quod cum quædam lupa, portans filium in ore suo, insequeretur ab hominibus, et canibus multis, divertit juxta cellam dicti fratris Joannis Boni, qui quam cito vidit eandem cum filio in ore, dixit ei : Sta et non te moveas. Et ipsa incontinenti stetit, et posuit filium in terra, et respiciebat ipsum fratrem; et ipse frater dicebat ei : Vis recedere, ne timeas. Et ipsa lupa videbatur plurimum gratulari. Tandem dictus fr. Joannes Bonus dixit ei : Accipe filium tuum, et vade secure per tramitem istum, et non timeas. Et ipsa incontinenti accepit filium in ore suo, et cœpit ire lætanter per tramitem, quem dictus fr. Joannes Bonus ostenderat ei, et sic evasit sine aliqua læsione sui et filii sui. Interrogatus quomodo scit, dicit, quod audivit pluries ab ore ipsius fratris Joannis Boni, confirmans et corroborans fratres suos, dicens, quod debetis esse intenti servitio Jesu Christi, et obedire majoribus vestris; quando lupa animal indiscretum obbedivit verbis servi Dei, quanto B magis vos debetis obedire, et servire Domino Jesu Christo. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod ipso teste præsente, et fratre Dentesalvo de Cesena, qui adhuc vivit, et fratre Detessalvo de Tuscia qui mortuus est. Interrogatus de tempore, dicit quod credit, quod sunt fere xx anni, antequam idem testis esset frater, sed audivit hoc ab ore ipsius fratris Joannis Boni. Credit quod sunt xvi anni postquam idem testes factus fuit frater. De loco dicit quod quandoque audivit ista a dicto fratre *ff* Joanne Bono in claustro, quandoque in domo *ff;* de mense et die, dicit se nescire. Interrogatus si de omnibus supradictis erat publica vox, et fama; dicit quod sic, erat publica vox et fama. Interrogatus si de hoc fuit doctus vel rogatus, dicit quod nunquam fuit doctus, vel rogatus, sed de mandato sui prioris scilicet fratris Guizzardi ad testificandum venit.

ANNOTATA.

a *De hac prima parte processuum vide supra pag.* 771 *num.* 9.

b Die quinto, exeunte Julio, *id est, die* 27 *Julii.*

C c *De* viridario ecclesiæ S. Marci *vide proœmium ad processus pag.* 770 *num.* 8, *et adde quæ leguntur in regula eremitarum S. Augustini apud Brockie* (1) : In claustro primo, ubi mortui sepeliuntur, *quod distinguebatur ab altero ubi loqui licebat. Cfr Commentarius præv. num.* 120.

d *De hac ecclesia, hodiedum non amplius exstante, vide Diarium Mantuanum anni* 1836 (2). *Pertinuit primum ad monachos Humiliatos, deinde ad Camaldulenses et demum transiit ad canonicos regulares.*

e Parabulam dantibus, *idem est ac :* licentiam dantibus, *loquendi scilicet, seu legendi; legitque verisimiliter has litteras* magister Joannes scriptor D. Legati. *Servata est locutio in Gallico :* Donner la parole à quelqu'un. *Cfr Glossarium Cangii. Ex voce* parabola *deducta vox hispanica* palabra, *italica* parola, *gallica* parole *etc.*

f *Hæ litteræ recitandæ fuissent post illas quæ num.* 3 *prodeunt; verum eo ordine eas recudimus, quo in ipso processu authentico sunt inscriptæ.*

g *Patet ex his quæstionibus diligentiam magnam ab antiquissimis temporibus adhibitam fuisse in ecclesia Romana, ut de virtutibus et miraculis eorum inquireretur, quorum expetebatur canonizatio.* EX MSS.

h *De commissariis processuum apostolicorum Vide supra pag.* 769 *num.* 5.

i *In historia Mantuana* (3), *sermo est de quodam Bartholomæo Nuvoloni vel de Nuvoloni, qui anno* 1252 *consilio seniorum adscriptus erat, a quo missus est Mediolanum gravium rerum componendarum causa; de quodam item Nicolao prænobilis gentis degli Arlotti, qui in eodem consilio sedebat anno* 1260. *Nullatenus tamen liquet hos ipsos fuisse ambasciatores illos, quorum mentio est in litteris Innocentii IV.*

k *Hæc forma interrogationis data est sub num.* 2.

l *Lucas Waddingus, qui regestum Innocentii IV, Romæ versans, præ oculis habuit, de his litteris sic scribit :* Innocentius IV, anno VIII sui pontificatus, biennio post sancti viri mortem, conficiendum (processum) commisit per suas litteras incipientes « Dignas Domino » datas Januæ, quas transcripserunt idem Constantius (Laudensis) ad initium ejusdem vitæ (B. Joannis), et ex illo Abrahamus Bzovius ad annum 1249, num. 11, sub datis XV kalendas Julii; sed in regesto pontificio ejusdem Innocentii E habentur sub eodem anno in ordine epistolarum num. 523, datæ XV kalendas Junii : quibus etiam subjicitur ibidem modus observandus in interrogatione super vita, conversatione et miraculis ejusdem sancti, et legitimis testibus examinandis (4).

m *Hic in causa* B. Joannis *procuratoris partes egisse videtur. Vide supra pag.* 770 *num.* 7.

n *Vide Commentar. prævium ad Vitam num.* 134 *et ibid. totum* § 14.

o *Seu die* 28 *Julii.*

p *Vide Annotata* c *et* d.

q *Cfr supra pag.* 770 *num.* 6.

r *Dum num.* 120 *et* 121 *Commentarii prævii conventum S. Mariæ de Butriolo descripsimus, nondum advenerant litteræ R. D. Paggi, in seminario Cæsenate professoris; quarum partem dedimus circa finem Commentarii, num.* 192. *Reliqua, in quibus utriusque conventus eremitarum S. Augustini, extra et intra Cæsenam, notitia traditur, hic uno tenore recitamus :* Cœnobium, *inquit,* S. Mariæ de Butriolo hodie amplius non exstat. Postquam enim labente sæculo XVIII sub Gallica dominatione religiosarum sodalitatum bona in fiscum fuere reducta, istud a comite Scipione Fantaguzzi, die 15 Septembris F 1797, ab hasta emptum fuit cum prædio adjacente, et paullatim funditus est evulsum. Ejus autem ædes sacra ineunte hoc sæculo ultro corruit dilapsaque est. Nunc eodem solo, angustioribus tamen finibus, excitata est domus rustica, inserviens cultoribus prædii quod nuper a gente Fantaguzzi in gentis Bavoniæ jus cessit. Tantum stat adhuc fons, cujus aquam Joannes Bonus olim in vinum vertit, prout asseritur in II nocturni officii lectione III; et in cujus superiore fronte imago sancti viri proposita est : nam sic ornandum sodales Augustiniani curarunt anno 1704. Et cernitur adhuc spelunca intra quam beatus pœnitentiæ ergo se abdidit. Hanc speluncam, ut a temporum injuria impiorumque profanatione tueretur, hodiernus dominus prædii, sacerdos Josephus Bavonio, curio parœciæ S. Zenonis in hac civitate, muro peropportuno circumdedit, ligneoque claustro ingressum munivit. Ad eremum his etiam diebus, illius fontis aquæ, saluberrimi quidem haustus, bibendæ devoteque speluncæ invi-

(1) Codex Regular. tom. IV, pag. 255, cap. 12.— (2) Diario di Mantova... 1836, pag. 154. — (3) Volta, Compendio storico di Mantova, tom. I, pag. 227 et 243.— (4) Wadding. Apologeticus, § 2, tom. II, Annal. Minor. pag. 446, Romæ 1732.

IN MSS. sendæ gratia, se conferre solent fideles nonnulli. — Cœnobium eremitarum S. Augustini in civitate exstat adhuc, quod ad materiale ædificium spectat, sed illud non obtinet amplius familia Augustiniana, jam tunc quum religiosa sodalitia sub supradicta dominatione Gallica fuere his regionibus dissoluta. Nunc cœnobii pars in militum præsidii civitatis stationem, pars in ædem seu domum curialem conversa est. Quod vero pars in domum curialem conversa sit ex hoc factum est, quod parœcia SS. Joannis Evangelistæ et Severi episcopi, cujus templum hodie penitus deletum est, die 24 Julii 1797 translata fuerit in S. Augustini templum. Hoc per hos etiam dies insigne conspicitur, et ob causam modo memoratam est hodie templum curiæ SS. Joannis et Severi. *Cfr Braschii* Memoriæ Cæsenates *cap.* 20 *num.* 15 *et seqq.*

s *De fratribus de pœnitentia, sive Saccitis, vide Comment. prævv. num.* 164.

t *De prædicationibus* B. Joannis, *vide ibid. a num.* 90, *maxime num.* 102.

u *Id est, intravit circa annum* 1232; *anno enim* 1231, *quo processus habebatur, anni* 19 *ab ingressu erant elapsi, quibus deductis a priori numero, annus*
B *restat* 1232. *Nullo negotio sic anni quibus res aliæ, quæ in processibus commemorantur, gestæ sunt, deteguntur. In prima scilicet et secunda parte processuum deducuntur anni, quos testes ab eventu elapsos esse dicunt, ab anno* 1231, *quo duo priores processus habiti sunt; in tertia ab anno* 1234; *in quarta denique, quinta et sexta, ab anno* 1233. *Notandum tamen testes in annis eventuum figendis non semper convenire, nec valde esse accuratos. Ita præsens testis, fr. Salvetus, res gestas pœne omnes et miracula contigisse dicit octodecim elapsis annis : quorum nonnullis alii testes aliam epocham assignant.*

x *De jejuniis et abstinentia beati dictum in Comment.* § 8. *Hinc jam pauciores hujusmodi notationes, quibus lector ad Commentarium remittitur, adscribemus, quum adeo facile sit ex ejus titulis* §§ *cuncta reperire.*

y *De adventu ff. Prædicatorum Cæsenam eorumque conventu, vide* Memorias Cæsenates *Braschii cap.* 20 *num.* 6.

z De *hac* tunicella de stanneto *videsis in Comment. num.* 80.

aa Subtelares *sunt calceorum genus. Cfr Cangii*
C *Glossarium.*

bb *De* zupellis *dictum in Commentario eodem num.* 80.

cc De Lombardia, *seu de illo tractu qui olim Gallia cisalpina dictus est; quo nomine Lombardiam vocat Calepinus in Vita beati num.* 10. *Hoc miraculum differt a duabus commutationibus aquæ in vinum quæ narrantur infra sub num.* 21 *et* 22. *Diversi enim sunt annus et mensis, diversi quoque testes. Vide infra loc. cit.*

dd *De* insula *vide Annot.* f *pag.* 766.

ee *In constitutionibus ordinis eremitarum S. Augustini, ex antiquissima consuetudine,* post cœnam vel collationem *conceditur aliquod tempus ad colloquendum* (1). *In regula S. Benedicti et aliis quibusdam hujusmodi relaxatio post sumptum cibum non permittebatur; et eapropter id in societate nostra, ubi bis de die, post prandium et post cœnam, collocutio seu recreatio conceditur, a nonnullis est reprehensum. Verum Ribadeneira* (2) *et Suarez* (3) *egregie ostenderunt hanc consuetudinem rationi et sanctorum* D *Patrum commendationibus plane esse conformem. Vide etiam quænam fuerit consuetudo S. Hilarionis, supra pag.* 52 *num.* 17; *et ipsius nostri beati Commentar. prævv. pag.* 715 *num.* 82, *et pag.* 721 *num.* 105.

ff *Claustrum distinguitur a domo; et quidem duo erant claustra, majus, in quo statis temporis loqui licebat, et minus quod cœmeterio conventus seu viridario circumjacebat.*

CAPUT II.

Testimonium fr. Jacobi.

Beati jejunia in tribus ultimis vitæ suæ quadragesimis. Quadragesima prima.

Frater Jacobus, laicus, de ordine supradicto heremitarum, juratus dixit quod ipse audivit et intellexit, etiam antequam ipse esset frater dum adhuc ipse esset puer parvus, multam bonam famam de prædicto fratre Joanne Bono, institutore ordinis supradicti, adeo quod homines prædictæ civitatis Cesenæ fatebantur et dicebant, quod propter Deum E et ipsum fratrem Joannem Bonum habebant quidquid boni habebant *a*. Et dicit quod idem fr. Joannes Bonus multam abstinentiam faciebat, itaquod hic testis videndo ipsius abstinentiam, et bona opera, et audiendo ejus prædicationem, cumpunctus est et intravit ordinem supradictum, cum adhuc esset ætatis xv annorum vel circa. Et postquam intravit ipsum ordinem ministravit idem testis ipsi fratri Joanni Bono per x annos, et plus, et de ejus abstinentia multa vidit, et cognovit; et præcipue dicit quod idem fr. Joannes Bonus omni tempore jejunabat, tam in hyeme quam in æstate; et nullo tempore utebatur carnibus, etiam in infirmitate sua; sed in ipso infirmitatis tempore, dicit quod aliquando utebatur ovis. Et dicit quod in prima *b* quadragesima postquam hic fr. testis cœpit ministrare ei, dictus fr. Joannes Bonus in principio, et prima die quadragesimæ, recepit Corpus Domini, et ipsa die nullum cibum alium sumpsit, et singulis aliis diebus subsequentibus dictæ Quadragesimæ manducabat dictus fr. Joannes Bonus unam hostiam tantum, et illa contentus erat; et bibebat vinum modicum mixtum cum aqua decoctionis olerum, vel leguminum conventus fratrum suorum F antequam apponeretur oleum vel sal; et hoc cibo et potu contentus erat usque ad diem Cœnæ Domini, in qua die ipse comedebat cum fratribus suis, et post ipsam diem revertebatur ad consuetudinem primam usque ad diem Resurectionis.

b

Quadragesima secunda et tertia. Ejus vestes et

17 In secunda vero quadragesima dicit quod idem fr. Joannes Bonus fecit sibi dare panem unum de conventu, et fecit inde quadraginta frusta in modum unius hostiæ; ita tamen quod remansit ex illo pane fere medietas, et istis frustis panis usus fuit per totam illam quadragesimam; et dictus testis dabat sibi unum de ipsis frustis tantum singulis diebus, ut ipse comederet, et hoc dedit sibi usque ad diem Cœnæ Domini. In ipsa vero die Cœnæ Domini fecit vocare omnes fratres suos, qui erant xxx, et ipsi testi dedit duo frusta de prædictis frustis, et singulo fratri unum, *c* et præcepit eis ut comederent incontinenti. Ab illo die usque ad diem Resurectionis, nihil sibi dedit dictus frater

c

(1) Brockie, Codex regularum, tom. IV, pag. 256, cap. 12, num. 9. — (2) In opere : Tratado en qual se da razon del Instituto de la comp. de Jesus, Madrid 1605. — (3) Franc. Suarez, Tractatus de religione societ. Jesu, lib, VIII, cap. 8 a num. 11, pag. 432 et seqq. Bruxellis 1857.

minister

A minister ejus. Et contentus erat prædicto cibo, et potu supradicto usque ad prædictum diem Cœnæ Domini. In tertia vero quadragesima dicit idem testis, quod idem fr. Joannes Bonus propter infirmitatem, quam passus fuit circa carnem..., comedit in primis XIII diebus quadragesimæ tres uncias panis, cum illis cibariis, quibus ipsi fratres utebantur in conventu. Et hoc faciebat ad coroborationem corporis sui, propter infirmitatem prædictam. Ab inde postea singulis diebus ipsius quadragesimæ comedebat tantum de pane, quantum est forma unius denarii, qui dicitur me-
d zanus *d*. De vestimento ipsius fratris Joannis Boni dicit idem testis quod idem fr. Joannes Bonus omni tempore, tam in hyeme, quam in æstate utebatur, et contentus erat uno simplici vestimento; scilicet
e una cappa subtili de stamegna *e*. Et omni tempore nudis pedibus ambulabat, utebatur tantum zupellis ligneis tam in hyeme, quam in æstate. De lecto ipsius dicit idem testis quod ipse jacebat super tabulam de quercu, super qua tabula erat unus pannus de lana; super se tamen nihil tenebat dictus fr. Joannes Bonus, nisi tempore infirmitatis
B suæ, quo tenebat unum linteamen de lana.

lecti pœnitentiæ; silentium.

18 Et quando volebat dictum corpus affligere magis, jacebat in fossa humo : et quando adhuc volebat fortius corpus suum affligere, habebat foveam artificiose factam, in qua ponebat se capite existente inferius. Erat tamen fovea illa sic artificiose facta, quod cum humeris et scapulis terræ inhærebat, pedibus vero sursum erectis. Ipse tamen testis non vidit eum jacere in dicta fovea, sed vidit foveam, et formam ipsius, et audivit ab ipso fratre Joanne Bono quod ipse aliquando jacebat in ea secundum modum prædictum. Et perpendebat etiam ipse testis, quod quando jacebat in ista secunda fovea, quod dictus fr. Joannes Bonus apparebat multum afflictus, et facies ejus similiter apparebat valde tumefacta. Interrogatus dicit idem testis quod nemini loquebatur dictus fr. Joannes Bonus in prædictis tribus quadragesimis, nisi ipsi testi et fratri Joanni, socio ejus, quod continue ministrabatur ei. Interrogatus quomodo scit quod prædictus fr. Joannes Bonus tantam et talem abstinentiam faceret; dicit quod vidit, et interfuit, tanquam ille qui sibi dicta cibaria et potum ministrabat. Interrogatus quibus præsentibus, dicit ipso teste et fratre Joanne de Barba, socio ipsius
C testis. Interrogatus de tempore dicit quod sunt decem anni et plus; de loco, dicit quod fuit in cella sua in diœcesi Cæsenate. Interrogatus quomodo scit quod dictus fr. Joannes Bonus sic jaceret in foveis supradictis secundum modum præfatum; dicit quod pluries ipsum invenit jacentem in fovea longa; in alia vero ubi caput et humeros ponebat, audivit pluries ab ipso fratre Joanne Bono. Et hoc dicebat eidem testi : quærebat ab eo, quare fecisset sic foveam memoratam; ipse vero respondebat ei : Frater, non cures scire ista. Tandem ad maximam instantiam ipsius testis dicebat ei, quod faciebat ut magis corpus affligeret; de loco, et tempore, dicit ut supra.

Frequens communio. Persecutiones a dæmone et ab hominibus.

19 Item dicit idem testis, quod qualibet die dominico sumebat Corpus Domini dictus frater Joannes Bonus. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus persecutionem aliquam passus fuerit a spiritu invisibili; dicit quod pluries audivit abore dicti fratris Joannis Boni, quod spiritus invisibilis persequebatur et molestabat ipsum; in tantum quod fecit eum sic cadere in terra quadam vice, et percusso capite ad parietem, læsus fuit in capite aliquantulum. Alia vero vice dictus spiritus accessit ad ostium cellæ suæ, et cum clausum esset ostium interius cum quodam fuste ligneo, ipse dæmon in tantum duxit ostium quod aperuit ipsum vi. Et cum prædictus fr. Joannes Bonus crederet hominem esse, cœpit ire post eum; et dum diceret : Quis es tu; ipse dæmon respondit : Ego sum dæmon talis (sed de nomine non recordatur testis), qui fecit tibi unum, et adhuc faciam tibi alia. Et fr. Joannes Bonus dixit ei : Ego non timeo te, dum Dominus meus Jesus Christus est mecum. De persecutione hominum, dicit idem per omnia ut fr. Salvetus prædictus, hoc addito, quod dicit quod idem fr. Joannes Bonus faciebat emi panem, et mittebat persecutoribus suis. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus faceret et sustineret omnia supradicta ex charitate, humilitate et simplicitate, dicit quod sic. Interrogatus quomodo sciret, dicit quod nunquam vidit eum irasci, nec moveri, nec turbari, nisi quando aliquis fratrum suorum minus bene se habebat, quia tunc moveri videbatur contra delictum ejus.

EX MSS.

Ad veritatem Eucharistiæ demonstrandam

20 Quoddam miraculum factum in vita. Dicit prætera idem testis quod cum quodam tempore quidam frater, nomine Nasinbenus, novitius in ordine supradicto, dubitaret de Corpore Domini nostri Jesu Christi, non credens quod esset vere Corpus Christi ille panis, et illud vinum quod conficiebatur in altari, dixit ipsi testi quadam vice quod faceret ipsum loqui cum fratre Joanne Bono. Et ipse testis incontinenti accessit ad dictum fratrem Joannem Bonum, et dixit ei quod dictus frater Nasinbenus volebat loqui ei; et ipse dixit quod accederet ad eum. Et dum dictus frater staret coram dicto fratre Joanne Bono, cœpit plura alia verba narrare; sed de sua dubitatione nihil sibi dicebat; tandem dictus fr. Joannes Bonus dixit ei : Frater, non celes mihi veritatem, et ego dico tibi illud ad quod venisti; et ipse frater respondit quod non celaret veritatem. Et tunc fr. Joannes Bonus dixit ei : Frater, tu dubitas de Corpore et Sanguine Domini nostri Jesu Christi, quod conficitur in altari, quia non credis quod ille panis et illud vinum, quod conficitur, efficiatur verum Corpus et verus Sanguis. Et ille fr. respondit : Domine, verum est. Et tunc fr. Joannes Bonus dixit ipsi testi, et ipsi fratri : Recedite inde, et cum pro vobis misero, huc venite cito. Et parum post, dictus testis reversus fuit ad dictum fr. Joannem Bonum, et item post modicam horam dixit idem F. fr. Joannes Bonus dicto testi : Vade et voca fr. Nasinbenum, et fr. Danielem, et fr. Joannem; et dic eis quod veniant ad me. Qui testis statim ivit ad eos, et duxit eos.

E

aquam bis mutat

21 Qui cum venissent ad eum, et videret eos venientes ad se, dixit eis : State ibi juxta fontem. Erat enim ibi fons prope cellam suam. Tunc fr. Joannes Bonus accepit quemdam scyffum novum; et ivit ad eos, et prosternens se in oratione juxta fontem, accepit de aqua fontis cum ipso scyffo quem portavit, et posuit scyffum cum aqua super oram fontis; et iterum oravit, et fecit signum crucis super ipsam aquam, quæ erat in scyffo. Et accipiens scyffum, porrexit illud fr. Nasinbeno; et dixit ei : Frater, accipe donum Dei, quia omnia possibilia sunt apud Deum; et non credatis quod ego fecerim istud, sed Deus fecit, quia potest omnia facere. Et tunc ille frater bibit, et omnes fratres, qui illic aderant biberunt, et gustaverunt bonum vinum, et odoriferum, et saporosum; et habebat quasi aureum colorem. Et dixit ipse fr. Nascinbeno in præsentia aliorum fratrum, qui illic aderant : Vide, frater, et crede, quia sicut de ista aqua Do-

ex mss. minus fecit vinum, ita de pane et vino, potest efficere Corpus et Sanguinem suum, quandocumque placet ei. Et sic dictus frater fuit confirmatus et roboratus in fide, et dixit quod de cætero nullatenus dubitaret.

in vinum. 22 Item dicit idem testis, quod in sequenti die quidam alius frater qui vocabatur Nicolaus, de eodem ordine, audito quod fr. Joannes Bonus per invocationem Domini Jesu Christi prima præterita die converterat aquam in vinum, cœpit mirari et aliquantulum dubitare, dicens, quod non crederet hoc, nisi ipse videret illud idem. Quod cum relatum fuisset ipsi fr. Joanni Bono, misit incontinenti pro ipso fratre Nicolao, et cum idem frater appropinquaret ad locum, ubi stabat dictus fr. Joannes Bonus, dixit : Ita, frater, ibi. Et tunc fr. Joannes Bonus accepit quemdam scyffum ligneum novum, et accessit ad fontem cum ipso fr. Nicolao, et cum ipso teste, et quodam alio fratre qui vocabatur Ubertus; et fecit similiter sicut prius. Et cum bibisset dictus frater de optimo vino, quod factum fuerat de aqua, dixit : Revera sunt vera, quæ mihi de isto negotio dicebantur. Et ita fuit confirmatus et corroboratus, quod de
B cætero nullatenus dubitavit. Interrogatus quomodo scit, dicit quia hiis omnibus interfuit, et vidit, et bibit. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod in prima die interfuerunt fr. Daniel, fr. Joannes de Barba, et fr. Nascinbenus, et idem testis. In secunda die interfuerunt fr. Ubertus et fr. Nicolaus. Et idem testis interrogatus de tempore, dicit quod sunt VI anni; de mense, dicit quod fuit de mense Aprili; de die, dicit quod fuit prima et secunda die ejusdem mensis. Interrogatus si de hoc esset publica fama, dicit quod non, quia ipse prohibebat ista divulgari extra conventum suum, sed inter fratres conventus sui hoc publicum erat *f*.

f
Morbus articularis 23 Item aliud miraculum dicit idem testis, quod quidam avunculus suus, Rainerius nomine, steterat infirmus de quadam gutta, quæ inferebat ei dolorem et molestiam magnam; adeo quod de manu dextera, et de brachio dextero non poterat se juvare, et quasi totum latus dexterum amiserat; et ipsam infirmitatem passus fuerat bene per quatuor menses. Cumque hic testis ivisset quadam die ad visitandum prædictum avunculum suum, et inveniset eum in tanta miserabilitate, post collo-
C quium cum eo habitum reversus fuit dictus testis ad dictum fr. Joannem Bonum, et rogavit eum quod ipse deberet intercedere pro dicti Rainerii liberatione ad Dominum. Et ipse fr. Joannes Bonus precibus ejusdem testis, ministri sui, et compassione dicti infirmi motus, dedit se in oratione, surrexit, vocavit hunc testem, et dixit ei : Vade et scias quomodo se habeat avuuculus tuus Rainerius. Et cum hic testis sumpsisset sibi socium fr. Nicolaum ibat cum eo ad domum dicti Rainerii; et antequam pervenissent dicti fratres ad domum dicti Rainerii, viderunt eum ab infirmitate sua liberatum, euntem ad laborandum ad vineas. Et hic testis vocavit eundem Rainerium, et dixit ei : Quo vadis. Et ille respondit : Vado ad vineas; tu vade domum, quia statim revertar ad te; et cum hic testis ivisset ad domum dicti Rainerii, et aliquantulum expectasset, venit dictus Rainerius. Et hoc teste quærente ab eo, quomodo se habebat, respondit idem Rainerius quod optime se habebat, et bene liberatus erat.

miraculo depulsus. 24 Interrogatus quomodo scit prædicta dicit, quia dominus Rainerius erat patruus suus; et prædicta sic facta esse vidit. Interrogatus de tempore, dicit quinque annos esse quod hoc fuit; de mense et die, dicit se non recordari : dicit quod tamen D fuit parum ante quadragesimam. Interrogatus quibus præsentibus, dicit, se teste et Fr. Nicolao prædicto. Interrogatus quantum vidit postea hic testis dictum Rainerium stare sanum, et liberatum a dicta infirmitate; respondit, quod semper postea stetit sanus, et a dicta infirmitate liberatus. Interrogatus quomodo scit, quod ita steterit sanus dictus Rainerius, et a dicta infirmitate liberatus; respondit, quia postea sæpe et multoties vidit eum sanum et liberatum. Interrogatus si de hoc erat fama publica per contratam illam, dicit quod sic. Interrogatus de loco, dicit quod in diœcesi Cæsenati, in villa ubi dicitur Dossina, quia ibi habitabat dictus Rainerius.

Item epilepsis. 25 Item aliud miraculum dicit idem testis, quod, cum ipse haberet quandam consanguineam nomine Mariam, graviter morbo epileptico vel caduco affligebatur; in tantum quod pluries qualibet hebdomada cadebat ad terram et per magnam horam cum spuma in ore tremendo jacebat; ita quod vir suus in tantum abominabatur ipsam quod nolebat morari cum ea. Tandem mater ipsius mulieris accessit ad ipsum testem, consanguineum suum, rogans ipsum, quod deberet ipsum fr. Joannem E Bonum rogare ex parte Dei, quod pro sua filia ad Dominum Jesum Christum intercederet, credens firmiter quod per suas preces ejus filia liberaretur omnino ab infirmitate prædicta. Faciens hoc dicta mulier sæpius cum maxima instantia, tandem dictus fr. Joannes Bonus, motus ad preces ipsius testis, et ad lacrimas mulieris, dixit mulieri prædictæ : Vade ad domum tuam, et ego rogabo Dominum Deum meum quod faciat misericordiam suam cum ipsa. Et ex illa hora, filia dictæ mulieris sana facta est ab infirmitate prædicta. Interrogatus quomodo scit, dixit quod interfuit, et vidit eam multoties cadere ad terram. Et post octo dies, postquam idem fr. Joannes Bonus oravit pro ipsa, ivit ad domum mulieris prædictæ; et audivit a matre sua, et viro ipsius mulieris, quæ fuerat infirma, quod postquam dictus fr. Joannes Bonus rogaverat Dominum Jesum Christum pro ipsa, nihil senserat de infirmitate prædicta. Et cum pluribus vicibus postea dictus testis ivisset ad domum mulieris prædictæ semper vidit eam sanam, et liberatam ab ipsa infirmitate. Et plures filios suscepit de viro suo, quæ antea nullum habere poterat de eodem. Interrogatus quibus præsentibus preces F prorectæ fuerunt fr. Joanni Bono prædicto, dicit : Ipso teste, ea muliere prædicta, videlicet matre ipsius mulieris. Interrogatus si viveret adhuc ipsa mulier, quæ passa fuerat infirmitatem prædictam, dicit quod sic. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt VII anni; de mense, die et hora, dicit se non recordari. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in civitate Cæsenæ. Interrogatus si tunc temporis erat fama publica de hoc in civitate prædicta Cæsenæ, dicit quod sic. Et dicit idem testis, quod eadem testis, quod eadem mulier fere per quinque annos habuerat infirmitatem prædictam.

Dæmoniaca 26 Item aliud miraculum. Dicit præterea idem testis, quod cum quædam puella, quæ erat circa XVIII annos et nomen ejus Guerula, quadam vice iret ad fontem ad portandam aquam, antequam accederat ad dictum fontem arrepta fuit a dæmone; et ita graviter affligebat eam quod projecerit eam ad terram; nec potuit ad domum propriam redire per se ipsam, quousque venerunt parentes sui. Qui eandem ad domum propriam in brachiis portaverunt, et sic per diem, et noctem tenuerunt ipsam in domo cum maxima difficultate, quia hinc

inde

A inde plurimum angustiabatur. Et tandem ad quandam ecclesiam, quæ erat vicina ipsius domui, portaverunt eandem, et ibi cœperunt custodire ipsam, et dum sic starent, sacerdos ipsius ecclesiæ quærebat ab ipsa dæmoniaca : Quis debet te expellere; et ipsa dicebat : Joanni Bonus. Et tunc dictus Ugo, cujus serviens erat puella prædicta, misit quosdam nuntios ad fr. Joannem Bonum, ut rogaret Dominum Jesum Christum pro liberatione prædictæ puellæ, quæ a dæmonio vexabatur. Et tunc ipse fr. Joannes Bonus misit ipsum testem et quemdam alium fratrem Joannem, fratres suos, dicens eis : Ite et videte qualiter stat ipsa puella. Et dum ipsi irent per viam, dicta puella cœpit clamare et dicere : Ecce veniunt, ecce veniunt. Et dum quæreretur ab ea a sacerdote ipsius ecclesiæ : Qui sunt illi qui
g veniunt; ipsa dicebat ei : Ipsi sunt fratres Zanbonnini *g*. Et dum ipsi fratres accessissent ad eam, et tetigissent eam, et fecissent super eam signum crucis, ipsa cœpit multum turbari et molestari, et spuere in facies eorum et dum fr. Joannes; alter frater qui iverat cum ipso teste, accepit quandam crucem ligneam, et appropinquaret ipsi puellæ, torquendo se plurimum hinc et inde, spuebat sicut
B poterat in ipsam crucem. Et tunc ipse testis, et alius frater recesserunt inde, et dixerunt illis, qui stabant cum ipsa puella, quod custodirent eam bene, et sic ipsi fratres accesserunt ad fratrem Joannem Bonum dicentes ei qualiter se habebat dicta puella, illud quod fecerat eis; et rogaverunt ipsum fr. Joannem Bonum, quod intercederet pro liberatione ipsius puellæ ad Dominum Jesum Christum. Qui dixit, quod libenter faceret, secundum quod Dominus daret ei gratiam. Et dum orasset, dixit ipsi testi et fratri Joanni prædicto : Cras mane erit liberata in aurora. Mane autem facto, dixit ipsi testi, et memorato fr. Joanni quod irent ad videndum qualiter se haberet puella prædicta; et dum ivissent, invenerunt eam liberatam a dæmonio, ita quod de cætero non vexavit eam dæmon.

curata. 27 Interrogatus quantum tempus dicta puella vexata fuerat a dæmone, dixit quod per quatuor dies. Interrogatus quomodo scit, quod tantum per quatuor dies vexata fuerat ab ipso dæmone, dixit quod audivit ab ipso Ugone, qui erat dominus ipsius puellæ, et ab omnibus de familia sua, et ab omnibus de vicinia ipsius. Interrogatus quomodo scit, quod esset dæmoniaca, dicit quod vidit et
C interfuit quando torquebatur et affligebatur ab ipso dæmone, et quod spuebat in ejus faciem, et in crucem, quando ostendebatur ei per alium fratrem socium suum videlicet dicti testis. Interrogatus quomodo scit, quod ipsa diceret : Ecce veniunt, ecce veniunt fratres Zanbonini; dicit quod sacerdos ipsius ecclesiæ, et alii circumstantes ipsius puellæ retulerunt ipsi testi, et fr. Joanni socio suo. Interrogatus de mense, dicit quod fuit de mense Decembris. Interrogatus de die ipso liberationis, dicit quod fuit in die Nativitatis Domini. Interrogatus de hora dicit quod fuit in aurora quando cantatur
h Missa « Lux fulgebat hodie *h* ». Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente sacerdote ipsius ecclesiæ, Ugone et Donna Saxa uxore ipsius Ugonis, qui erant domini ipsius puellæ, et aliis pluribus de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in villa, quæ dicitur Aquarola. Interrogatus si de hoc erat publica vox et fama per contratam illam, dicit quod sic.

Maria de Artus ab ulcere in coxa 28 Item aliud miraculum. Dicit præterea idem testis quod cum quædam Maria de Artus, de civitate Cæsenate, quandam maximam infirmitatem pateretur in coxa, ita quod a nullo medico curari posset, et dum sic de sanitate desperaret, rogavit virum suum quod iret ad fratrem Joannem Bonum, ut rogaret Dominum Jesum Christum ut curaret eam ab infirmitate prædicta. Tandem dicta mulier cum maxima difficultate, cum quadam alia muliere ad ipsum fr. Joannem Bonum personaliter accessit, et supplicavit ei humiliter et devote, quod pro amore Dei deberet Jesum Christum rogare pro sanitate sua. Qui respondit ei : Soror, sustine et roga Dominum quod dignetur te liberare. Et dum illa apud ipsum multipliciter instaret, quod rogaret pro ipsa, ipse dixit ei : Spera in Deo, et crede firmiter quod ipse Dominus potest te liberare. Et ipsa dixit ei : Credo quod, si rogaveris pro me Dominum Jesum Christum, liberabor pro certo ab infirmitate mea. Et tunc idem fr. Joannes Bonus vocavit ad se ipsum testem, et dixit ei : Vade, frater, et porta mihi tria folia de platana; et tunc ipse testis portavit sibi, et dedit ipsi fr. Joanni Bono, et ipse frater dedit ipsi mulieri et dixit : Tolle ipsa tria folia, et pone super istam infirmitatem, et Dominus te sanabit hodie. Et incontinenti mulier discessit ab ipso fr. Joanne Bono, et posuit ipsa folia super vulnus infirmitatis suæ, et recessit E
ad domum suam et sequenti die cum gaudio reversa est ad dictum fr. Joannem Bonum, dicens ei, quod per suas orationes Dominus sanaverat ipsam.

29 Interrogatus quomodo scit quod pateretur *liberatur;* insanabilem infirmitatem, dicit quod audivit a viro suo, et dicta muliere, et a quadam alia muliere, nomine Maria de Bonacorsio de Mantua. Interrogatus si viveret dicta mulier, quæ sanata fuerat, dixit quod sic. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt quatuor anni. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco de Butriolo ubi stabat dictus fr. Joannes Bonus; mulier vero est de civitate Cæsenæ. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod dicta Maria de Mantua, et ipso teste. Interrogatus quomodo scit quod dicta mulier sanata fuerat de dicta infirmitate ita cito, dicit quod interfuit et vidit eam, quando ipsa mulier venit ad ipsum fr. Joannem Bonum, dicens ei, quod Dominus sanaverat eam per suas orationes, quam cito posuit herbam super vulnus infirmitatis suæ. Interrogatus si de hoc tunc temporis fuit fama publica, dicit quod per contratam istam erat fama publica ubi habitabat. F

30 Item dicit idem testis aliud miraculum. Di- *Bonzoannes*
cit præterea quod cum quidam ejusdem ordinis, nomine Bonzoannes *i*, infirmaretur quadam infir- *i*
mitate a latere dextero, quæ vocabatur fistula, in tantum quod quater a medicis fuit incisus, et cum liberari non posset, et a medicis esset penitus derelictus, dixit sibi testi : Consulitis mihi quod vadam ad patrem nostrum fr. Joannem Bonum? Qui respondit ei : Si habes fidem, bene, consulo tibi quod vadas, quia sine dubio liberaberis. Et ipse incontinenti ivit ad ipsum fr. Joannem Bonum, cum duobus fratribus ejusdem Ordinis, alter quorum vocabatur fr. Cimaboscus, alter vero vocabatur fr. Petrus de Padua, et quam cito applicuit ad conventum fratrum ubi morantur fratres conventus ejusdem fr. Joannis Boni, statim febris continuo arripuit ipsum, et sic jacuit tribus diebus, quod non potuit dictum fr. Joannem Bonum videre, cum cella ipsius fratris aliquantulum distaret *k* a dicto conventu : qui frater infirmus misit *k*
unum de sociis suis ad cellam fr. Joannis Boni, ut rogaret Dominum pro sanitate ipsius. Qui fr. Joannes Bonus respondit : Vade dicas dicto infirmo, quia non morietur ab infirmitate illa. Qui frater incontinenti

EX MSS. incontinenti recessit, et invenit dictum fratrem infirmum, sanum et liberatum tam a febre, quam a vulnere. Qui fr. cum altero socio suo accessit personaliter ad fratrem Joannem Bonum, supplicans sibi cum omni devotione, quod rogaret Dominum Jesum Christum pro ipso; et dum vellet sibi ostendere cicatricem vulneris, ipse dixit ei : Vade, frater, cum Domino, quia in tribus diebus fuisti liberatus, nec volo videre ipsum vulnus. Qui frater incontinenti recessit ab eo.

a fistula; 31 Interrogatus quomodo scit, dicit quod ipse testis consuluit sibi, dum starent simul in conventu fratrum suorum Bononiæ; et ipse testis cum aliis fratribus, qui erant in ipso conventu, vidit pluries ipsum vulnus, et etiam quando incidebatur a medicis, tenebat eum. Interrogatus quomodo scit, quod idem frater fuerit sanatus precibus fr. Joannis Boni, dicit quod audivit ab ipso fratre qui sanatus fuerat, et ostendit etiam sibi cicatricem vulneris. Dicit etiam idem testis quod audivit ab ore dicti fr. Joannis Boni, dum idem testis quæreret a dicto fr. Joanne Bono, si dictus fr. Bonus Joannes ivisset ad eum, et ipse frater respondit ei quod sic, et valde infirmabatur, sed tandem Do- B minus liberavit eum propter bonam fidem quam habebat in ipso. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt fere quatuor anni; de mense et die, dicit se non recordari; de loco, dicit quod fuit in loco Botrioli Cæsenatensis diœcesis, ubi fr. Joannes Bonus morabatur in cella sua. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente ipso conventu. Interrogatus si viveret adhuc dictus frater, dicit quod sic. Interrogatus si tunc temporis fuit de hoc fama publica, dicit quod sic in civitate Bononiæ, unde ipse frater fuit oriundus, et morabatur tunc temporis, et nunc etiam commoratur.

juvenis 32 Item aliud miraculum. Dicit etiam idem testis, quod quodam tempore in civitate Forlivii quidam juvenis arreptus fuit a dæmone, qui ipsum longo tempore graviter molestavit. Tandem pater et consanguinei sui dixerunt intra se : Ducamus ipsum ad fr. Joannem Bonum, et Dominus liberabit ipsum. Et dum ipsum ducerent, et pervenirent ad quemdam locum vicinum, ubi ipse fr. Joannes Bonus morabatur, dixit idem dæmoniacus illis qui ducebant ipsum : Ego scio quo me vultis ducere, sed ego non veniam aliqua ratione. Et tunc ipsi ceperunt in brachiis suis, et portaverunt eum C invitum usque ad ecclesiam S. Mariæ de Botriolo, ubi est conventus ipsius fr. Joannis Boni, et posuerunt eum intra ecclesiam. Et tunc unus de fratribus ipsius conventus properavit cum festinatione ad cellam fr. Joannis Boni, et dicit ei quod descenderet, quia dæmoniacus de Forlivio erat in ecclesia, et expectabat ibidem. Qui fr. Joannes Bonus respondit ipsi nuncio dicens : Ite, et rogate vos ipsi Deum pro eo, et ego similiter rogabo Dominum Jesum Christum pro ipso; quia ego bene sciebam quod venturus erat antequam portaretur.

Foroliviensis 33 Et tunc idem fr. Joannes Bonus personaliter venit in ecclesiam, et cœpit tangere ipsum, et dicere ipsi dæmoni : Quare molestas corpus istius christiani? In nomine Dei exi ab eo. Et ipse dæmom respondit, quod non exiret. Et tunc idem fr. Joannes Bonus, invocata Spiritus sancti gratia, signavit eum signo crucis, et præcepit ei quod exiret; et incontinenti exivit, dicens ipse dæmon ipsi fratri Joanni Bono : Ego exibo, sed alius post me intrabit, qui magis vexabit ipsum. Et sic liberatus fuit juvenis ipse. Et tunc fr. Joannes Bonus dixit consanguineis ipsius juvenis, qui liberatus erat : Ducite eum suaviter et plane, et dicatis ei quod non habeat aliquem timorem, nec expavescat in D via. Et dum ipsi reverterentur ad propria cum juvene memorato, antequam venirent civitatem Forlivii, dictus juvenis recordatus de prioribus molestiis, cœpit pavere, et timere in tantum quod factus est ipsi juveni error quasi pejor priore. Et tunc consanguinei sui dixerunt : Revertamur iterum ad dictum fratrem Joannem Bonum, et incontinenti reversi sunt ad ipsum fratrem Joannem Bonum cum juvene memorato, qui a dæmone graviter molestabatur. Et idem fr. Joannes Bonus iterum Dominum exoravit, et continuo ipse dæmon cum clamore maximo corpus juvenis dereliquit.

a dæmone. 34 Et tunc ejus consanguinei pariter cum juvene memorato, confessione facta, cum ipso fratre Joanne Bono laudes immensas Domino reddiderunt, et accepta licentia a dicto fratre Joanne Bono ad propriam patriam remearunt. Et tunc ipse juvenis fuit plenarie liberatus ab infestatione dæmonis supradicti. Interrogatus quomodo scit, dicit quod, quum ipse staret Faventiæ, et audiret ista dici, accessit personaliter ad conventum *l* *l* ipsius ordinis, et cœpit diligenter quærere de negotio memorato, qui et exposuerunt ei omnia per ordinem, secundum quod sæpius est nar- E ratum. Dicit etiam idem testis, quod ipse audivit ab ore ipsius fratris Joannis Boni, quod hæc taliter facta erant. Interrogatus de tempore, dicit quod fere sunt duo anni et dimidius in autumno. Dicit etiam idem testis, quod audivit hæc ab ipso juvene, qui liberatus fuerat, et ab ejus consanguineis. Interrogatus quibus præsentibus hæc facta sunt, dicit quod præsente toto conventu, qui erat in ipsa ecclesia S. Mariæ de Botriolo juxta cellam ipsius fr. Joannis Boni. Interrogatus si de hoc erat fama publica per contratas illas, dicit quod sic per civitatem Cæsenæ et civitatem Forlivii, ubi idem juvenis habitabat. Interrogatus idem testis si de hoc fuit doctus, vel rogatus, dicit quod non fuit doctus, sed secundum quod vidit, et audivit, ita testificatus est. Dicit etiam quod de mandato fr. Ugonis prioris majoris *m* qui mandavit fr. Guiz- *m* zardo, priori domus S. Agnetis de Mantua, ejusdem ordinis, ad testificandum venit.

ANNOTATA.

a *De affectu quo beatum Cæsenates prosequebantur. Vide Comment. prævium num.* 167 *et* 178. F

b *De tribus quadragesimis quas hic describit fr. Jacobus egimus in Comment. num.* 74 *et seq.*

c *De reliquiis panis quadragesimalis distributis in die Cœnæ Domini. Vide annotatum* p, *pag.* 732.

d *De quantitate quotidiana panis tempore quadragesimæ diximus in Comment. num.* 74 *et* 76.

e Stamegna *idem est ac stamen. Vide Comment. num.* 80.

f *Sunt hæc miracula mutatæ aquæ in vinum celeberrima in gestis* B. Joannis *et a multis testibus memorata. De iisdem cfr pag.* 751 *annotata* m *et* p, *et pag.* 776 *annot.* cc; *quibus locis terna ea fuisse insinuavimus, licet ad duo, confusione aliqua, ea reduxerit Calepinus. Primum contigit circa annum* 1232, *mense Julio, præsentibus ff. Salveto, Martino priore de Venetiis, Gregorio de Placentia, Jacobo de Brixia, Ugutio et pluribus aliis; et obtentum est a beato* ad preces et supplicationes *cujusdam fr. Nicolai pro confirmatione duorum fratrum de Lombardia qui de miraculis* B. Joannis *dubitabant. Process. num.* 7 *et* 8. *Secundum factum est ad confirmationem fr. Nascinbeni de veritate Eucharistiæ dubitantis, die prima mensis Aprilis anni*

A *anni* 1245, *præsentibus ff. Daniele, Joanne de Barba, Nascinbeno et Jacobo; tertium vero die sequenti eodem mense et anno, præsentibus ff. Uberto, Nicolao, in fide sua hæsitante, et supradicto Jacobo. Process. num.* 21 *et* 22. *Rite hæc tria miracula distinxit Laudensis in Vita lib.* II, *cap.* 1, 2 *et* 3.

g B. Joannes Bonus *vocatus est etiam* Zanebone *vel* Zanbone, *et inde ejus discipuli hic* Zanbonini *dicuntur. Cfr. annot.* f, *pag.* 758.

h *Idem est adhuc hodieque in missali Romano introitus missæ secundæ, sive in aurora, in Nativitate Domini.*

i *De eodem agitur infra num.* 47 *et* 67. *Sic ad singula miracula indicari possent plura loca processuum; sed quemodmadum, quæ ad Vitam spectant beati, collecta sunt in Commentario prævio, ita et quæ ad miracula pertinent, in annotatis ad Vitam a Calepino conscriptam sunt congesta : quapropter in his annotatis ad processus de miraculis non erit sermo, nisi dum a Calepino casu omissa forent.*

k *De situ cellæ* B. Joannis. *Vide Comment. num.* 60.

l *Videlicet* ad conventum *Faventinum, de quo in Comment. num.* 125; *nam Forolivii conventum fuisse fundatum a* B. Joanne *nusquam legimus.*

B m De mandato Ugonis prioris majoris, *id est, prioris generalis. Forte dictus est* major *tantum quia tum temporis schisma erat in ordine et duo electi fuerant priores generales. Vide Comment. num.* 148 *et seqq.*

CAPUT III.

Testimonium fr. Girardi.

Beati conversatio, vestes,

Frater Girardus presbyter, de Mantua, de ordine heremitarum, juratus dixit quod fr. Joannes Bonus, institutor ordinis supradicti, erat bonæ et optimæ vitæ et conversationis apud Deum et fratres suos et alios homines, in omnibus quibus poterat, scilicet orando, jejunando omni tempore vitæ suæ, postquam ordinem ipsum assumpsit, et in vigiliis multis, et in moribus castis, et in omni caritate qua poterat. Dicit idem testis quod semper vidit eum indutum de cuculla subtilis stamineæ, tam in hyeme, quam in æstate, quantumcumque magnum
C frigus fuerat, et semper nudis pedibus incedebat : portabat tantum quosdam zupellos grossos ligneos, ut suum corpus magis affligeret in æstate. Tandem cum dictus testis pluries audivisset a fratribus ejusdem ordinis, quod ipse fr. Joannes Bonus se in jacendo graviter affligebat, quadam vice supplicavit eidem dictus testis ut duceret ipsum in cellam suam, ut certificari posset de his quæ audiverat a fratribus memoratis; et ipse fr. Joannes Bonus respondit ei : Sine, frater, si Dominus voluerit tibi ostendere aliquam gratiam, tu videbis, et tunc dictus frater nihil ultra dixit sibi de facto illo.

lectus de palis et tabula de quercu.

56 Et dicit idem testis quod hoc fuit in quadragesima, quodam die dominico; et cum nulli dictus fr. Joannes Bonus loqueretur in quadragesima, de gratia ipsi testi loquutus fuit, et quod novitius esset testis præfatus. Tandem quadragesimali elapso, et paschali festo adveniente, primo die Martii, post ipsum Pascha, dictus fr. Joannes Bonus misit pro ipso teste ad conventum, ubi cum aliis fratribus morabatur, quod iret ad ipsum cum alio fratre, qui vocabatur Martinus; et dum ivisset ad cellam ipsius fratris Joannis Boni, cœpit ipsos monere, et confortare, et hortari in Domino Jesu Christo, quod servarent humilitatem et patientiam; et docebat eos, qualiter possent servire Domino Jesu Christo et ejus regnum acquirere, et fideliter obtinere. Et tunc introduxit eos intus in cellam, ubi erat quidam lectus de acutissimis palis, fixis in ipsa terra; et ipse fr. Joannes Bonus se projecit in ipso lecto, ac si esset de optimis plumis, et cœpit se volutare in eo, et sine aliqua læsione se volvebat in dicto lecto hinc, et inde. Et dum ipsi fratres essent inde valde perterriti, conabantur ipsum juvare; qui dixit eis : State in pace, nolite me tangere. Dicit etiam idem testis, quod vidit quandam tabulam durissimam, quam credebat fore de quercu, vel de nuce, ubi dictus fr. Joannes Bonus jacebat quando aliquam alleviationem facere volebat corpori suo. Interrogatus quomodo scit, dicit quod interfuit, et vidit oculis propriis. Interrogatus de tempore, dicit quod bene sunt XI anni, et plus. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod fr. Martino, et ipso teste. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in ipsa cella fr. Joannis Boni in diœcesi Cæsenate. Interrogatus si de hoc erat publica fama, dicit quod non, dicit tamen quod ipsi fratres de conventu suspicabantur, et hoc inter se pluries E conferebant.

Persecutiones.

37 Interrogatus si fuerit doctus vel rogatus de hoc, dicit quod non, sed secundum quod vidit, et audivit prædicta, sic testimonium tulit, nec etiam fuit inde rogatus, sed de præcepto prioris sui fr. Guizzardi ad testificandum venit. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus passus fuit aliquam persecutionem a spiritu invisibili, vel ab homine corporali, dicit quod audivit a fratribus suis quod pluries a spiritu invisibili passus fuerit tribulationes, et persecutiones. Dicit etiam quod audivit ab eisdem fratribus, quod a quibusdam fratribus de ordine Minorum passus fuerat tribulationes, et persecutiones non modicas; et audivit etiam ab ore ipsius fr. Joannis Boni, quando dicebat fratribus suis, quod deberent rogare Deum pro ipsis qui persequebantur ipsum fr. Joannem Bonum, et cum contingebat dictos persecutores venire ad domum ubi erant fratres ejus, faciebat eis cum charitate maxima necessaria ministrare plusquam alio tempore fuerat consuetus. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XIII anni, et plus. Interrogatus si de hoc fuerit doctus vel rogatus, dicit quod non, sed de mandato prioris sui F fr. Guizzardi ad testificandum venit. Interrogatus quanto tempore fr. Joannes Bonus steterit in ordine memorato, dicit quod credit quod fuerit ibi per quadraginta annos *a*. Interrogatus quantum *a* tempus dictus testis stetit in ordine ipso, dicit quod stetit per XIII annos et plus.

ANNOTATUM.

a *Quomodo intelligendum sit* B. Joannem in ordine *vixisse* annos quadraginta. *Vide in Comment. num.* 55 *et seqq.*

CAPUT IV.

Testimonium fr. Michaelis.

Beati oratio, pœnitentiæ et aliæ virtutes.

Frater Michaël, presbyter de Verona, de ordine heremitarum, juratus dixit, quod fr. Joannes Bonus institutor ordinis supradicti, erat maximæ

EX MSS. maximæ abstinentiæ in jejunando, orando, et vigilando, tanquam ille qui continue omni tempore jejunabat, et incessanter orabat, et multum de nocte et die vigilabat intentus orationibus multis et assiduis. Et una cappa de staminea subtili tam in æstate, quam in hyeme semper contentus erat, quantumcumque magnum frigus esset. Et omni tempore discalciatus ibat, sed ut magis corpus affligeret, quosdam zupellos portabat grossos, tam de hyeme quam in æstate. Dicit etiam quod lectus ipsius erat de quadam tabula de quercu, ubi erat quandoque unus pannus subtilis de lana, et ad caput ejus habebat quandam tabulam, et quandoque tamen sacellum de paleis. Dicit etiam quod habebat quandam foveam juxta alium lectum de tabula intus in cella sua, ubi quandoque jacebat; et dicit quod audivit ab ipso fr. Joanne Bono, et a pluribus aliis fratribus suis, quod in ipsa fovea erant pali acuti seriatim fixi, super quibus ita se secure projiciebat, tanquam si esset ibi saccus de palea plenus. Dicit etiam quod ibi erat alia quædam fovea, ubi, quando se magis affligere volebat, caput et humeros ponebat pedibus superius elevatis, et ibi per tantam horam stabat, quousque pater B noster *a* ducentis vicibus dicebat. Interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit, et interfuit pluries, sed non vidit ipsum jacentem in dictis foveis, sed audivit ab ipso fr. Joanne Bono, et a pluribus aliis fratribus, qui ipsum Joannem Bonum stantem et jacentem viderunt. Interrogatus de tempore, dicit quod fuit circa XII annos. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod multi de fratribus erant, sed de nominibus non recordatur omnium ipsorum, sed de aliquibus solum, scilicet præsente fr. Matheo, qui tunc *b* erat prior generalis, fr. Ugolino *c* nunc priore generali totius ordinis, fr. Guizzardo, qui tunc erat prior provincialis. Interrogatus de loco, dicit quod erat in loco ubi dicitur Botriolus in cella sua Cæsenatis diœcesis. Interrogatus si hæc omnia faceret dictus fr. Joannes Bonus ex charitate, et cum charitate, et humilitate, et simplicitate, dicit quod sic. Interrogatus si de hoc erat fama publica per contratam illam, dicit quod sic, et etiam per totam Romaniolam *d*. Interrogatus dicit quod omni die Dominico sumebat Corpus Christi cum effusione maxima lacrymarum, et in ipsa effusione lacrymarum quasi omni tempore C abundabat.

Cordium notitia et

39 Item alia prophetia, sive miraculum. Dicit præterea idem testis, quod cum quadam vice staret fr. Joannes Bonus cum teste prædicto sub porticu cellæ suæ, ubi etiam erat præsens quidam fr. Zonta, de Mantua, ipse fr. Joannes Bonus cœpit respicere dictum fr. Zontam, et ejus facies facta est rubicunda nimis, et item respiciens eumdem fr. Zontam ejus facies mutata est in palore. Et tunc dictus fr. Joannes Bonus dixit ipsi testi : Frater, si quis diceret tibi ea quæ iste Zonta gerit in corde, quid diceres tu, frater? Et ipse testis dixit: Dicatis secure, quia sacerdos sum ego. Et tunc ipse fr. Joannes Bonus dixit ipsi fr. Zontæ : Frater, in secunda præterita nocte circa mediam noctem, tu surrexisti de lecto tuo, et facta sarcinula de pannis tuis, volebas ire viam tuam. Qui respondit : Domine, verum est. Item in nocte prima præterita similiter surrexisti de lecto tuo, et ligatis pannis tuis, similiter venisti ad portam, et similiter volebas facere sicut prius, scilicet in hora matutinali; sed timens ne fratres sentirent te, et capererís ab eis, reversus fuisti ad locum tuum. Et ille dixit : Omnia, quæ dicis, vera sunt. Præterea cogitasti mente tua quod quam cito fr. Matheus, qui erat prior generalis, veniret ad locum istum, volebas D petere misericordiam ab ipso, quod mitteret te ad aliquem alium locum, unde majorem commoditatem haberes exire ordinem, et ire quocumque velles. Et ille dixit : Domine, vera sunt quæ dicitis. Et tunc ipse fr. Joannes Bonus cœpit ipsum monere, prædicare et hortari in Domino, sicut poterat, quod non dimitteret ordinem, nec duceret ad effectum quod cogitaverat in mente.

prophetia

40 Postea dixit ei : Frater, ego volo tibi dicere prophetiam quandam quam tu nunquam observabis; et ille dixit : Domine, dicatis omnia quæ placet vobis. Et tunc dixit ei fr. Joannes Bonus : Quam cito exibis portam nostram, in primo passu gressus tui post exitum ipsius portæ, amittes corpus et animam. Et post hæc, transactis tribus diebus, exivit ordinem, et perrexit Ravennam; et ibi captus pro quodam furto, fuit per ipsam civitatem optime fustigatus. Et nisi fratres ejus de ordine fuissent, qui pro ipso Potestatem *e* et Commune *f* ipsius *e f* terræ rogaverunt, ne in vituperium ipsius ordinis istud accideret, ibidem per gulam suspensus fuisset. Qui statim aufugit a civitate prædicta, et cœpit per alias civitates Lombardiæ enormiter evagari, E recipiendo sacros ordines furtive in suæ animæ periculum ab episcopis ipsarum civitatum : quousque ad sacerdotalem ordinem pervenit. Et ita fere per quiquennium multorum animas decepit eorum confessiones audiendo, et officia divina celebrando. Tandem desperans de Dei misericordia, diabolica suggestione devictus, in quendam putheum se projecit, et sic vitam suam taliter terminavit.

eventu completa.

41 Interrogatus quomodo scit quod fr. Joannes Bonus dicto fr. Zontæ dixerit verba prædicta, dixit quod interfuit, et vidit, et audivit. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente dicto fr. Zonta, et ipso teste. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in porticu cellæ dicti fr. Joannis Boni Cæsenatis diœcesis. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt circa VII annos. Interrogatus de mense, dicit quod fuit de mense Septembris, quarta die ante festum S. Michaelis; de hora dicit quod fuit post nonam. Interrogatus quomodo scit quod dictus fr. Zonta fuerit fustigatus in civitate Ravennæ, et quod evaserit suspensionem per fratres dicti ordinis, dicit quod audivit ab ipsis fratribus, qui ipsum liberaverunt, et ab ipso etiam fr. Zonta, dum vagaret per Lombardiam. Interrogatus quo- F modo scit quod fecerit se promoveri ad sacros ordines, et ad sacerdotium furtivo modo dictus fr. Zonta, dicit quod audivit a fratribus suis, quos tunc minister *g* mittebat per episcopatum Mutinensem, qui ipsum videbant celebrare frequenter per villas ipsius diœcesis, et specialiter in villa ubi morabatur pro sacerdote; et homines et mulieres vocabant eum dictum dominum sacerdotem, et confitebantur ab ipso. Interrogatus quomodo scit, quod dictus fr. Zonta projecerit se in putheum, dicit quod audivit a fratribus suis, qui post modicum tempus iverunt ad villam prædictam et dum quærerent de ipso fratre Zonta, homines et mulieres ipsius villæ dixerunt fratribus supradictis : Domini fratres, ipse ivit ad diabolum; quia ipse per suam spontaneam voluntatem projecit se in putheum nostrum, ita quod ipsum extraximus inde, et purgavimus putheum supradictum, ut possimus bibere de aqua ipsa. Interrogatus quantum tempus est, dicit quod sunt fere duo anni; de mense, dicit quod credit quod fuit de mense Septembris; de die et hora, dicit se nescire. Interrogatus si de hoc tunc temporis, scilicet quando dictus frater taliter se occideret, esset per ipsam *g*

A ipsam contratam publica fama, dicit quod sic.

Aquam convertit in vinum.

42 Item dicit idem testis aliud miraculum. Dicit præterea quod cum quidam fr. Nascimbenus, de Bononia, ejusdem ordinis, dubitaret de Corpore et Sanguine D. N. Jesu Christi et quadam vice staret cum ipso fratre Joanne Bono ad cellam ipsius, idem fr. Joannes Bonus dixit ei : Ego scio, frater, quod tu dubitas de Corpore et Sanguine Jesu Christi. Et ipse dixit ei : Verum est, domine. Et tunc dixit ei fr. Joannes Bonus : si Dominus ostenderit tibi aliqua certa signa, crederes tu bene de cætero? Et ipse dixit quia crederet, et libenter videret. Et tunc fr. Joannes Bonus duxit eundem fr. Nascinbenum, fr. Jacobum, et quosdam alios secum ad quendam fontem, qui erat ibi prope, portans secum quendam sciffum de ligno novum, et implevit ipsum de aqua ipsius fontis, et dicta oratione, cujus verba sunt hæc, scilicet æquipollentia : Domine Jesu Christe, ad hoc ut iste frater credat verum Corpus et verum Sanguinem Christi, quod conficitur in altari, ostende misericordiam tuam, ut ista aqua convertatur in vinum. Et his

h dictis statim scifum plenum de optimo vino *h* por-

B rexit dicto fratri Nascimbeno, dicens ei : Bibe, frater, de vino Domini. Et tunc porrexit omnibus astantibus; et tunc dictus frater respondit dicto fr. Joanni Bono : De cætero de Corpore et Sanguine D. N. Jesu Christi nullatenus dubitabo. Interrogatus quomodo scit, dicit quod audivit pluries ab ore dicti fr. Joannis Boni, et a fr. Jacomello, et a fr. Bulgarello, et a pluribus aliis, qui ibi præsentes extiterant quando prædicta facta sunt. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt circa VI annos. Interrogatus de mense, dicit quod fuit de mense Aprilis, prima vel secunda die. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco S. M. de Botriolo Cæsenatis diœcesis, ubi erat dictus fons. Interrogatus si tunc temporis de hoc erat publica fama per contratam illam, dicit se ignorare, sed tamen per ordinem ipsorum erat publica vox et fama de hoc.

Librum quemdam de miraculis suis destruit. Prophetia

43 Item alia prophetia sive miraculum. Dicit etiam idem testis, quod cum quidam de fratribus ejusdem ordinis scilicet fr. Bonacolta, et fr. Marcus, et plures alii fratres scripsissent plura de miraculis ipsius fr. Joannis Boni, et quidam alii fratres ejusdem ordinis non haberent devotionem circa miracula illa quæ scripta erant, et vilipende-

C rent ipsos quinternos, in quibus eadem miracula erant scripta, pervenit ad aures ipsius fr. Joannis Boni, qui accedens ad locum ubi dicti quinterni stabant, ipsos cum quodam cultello frustatim incidit, et cum ipsi fratres, et alii qui dicta miracula scripserant, dixissent quod frater Joannes Bonus fecerat ipsi testi, idem testis transacto tempore cœpit ipsum fr. Joannem Bonum cum quodam cordis dolore reprehendere. Qui fr. Joannes Bonus dixit ipsi testi : Nonne credis quod ille Deus, qui est in vita mecum, sit etiam in morte mea? Et ipsi testis respondit : Credo, domine. Et tunc idem fr. Joannes Bonus dixit ipsi testi : Scias quod Deus faciet illa pro isto fragili corpore, tempore mortis

i meæ *i*, per quæ fiet sibi tantus honor per Dominum Jesum Christum, quantum fuisset factum alicui corpori a tempore Apostolorum citra. Et ipse testis respondit ei : Ista non possent fieri per homines de Cæsena. Et ipse fr. Joannes Bonus respondit ei : Istud corpus morietur ubi natum fuit, scilicet in civitate Mantuæ, et ibi fiet sibi magnus honor, et

k mors mea erit ad destructionem hæreticorum *k* multorum ibidem existentium, scilicet in civitate supradicta, et ad corroborationem fidei Christianæ.

44 Interrogatus quomodo scit quod dicti fratres scripserint plura miracula in quaternis prædictis, et quod dictus fr. Joannes Bonus inciderit ipsos quaternos, dicit quod audivit ab ipsis fratribus, qui scripserunt dicta miracula, et a pluribus aliis, et etiam ab ipso fr. Joanne Bono, qui destruxit ipsos quaternos. Interrogatus de tempore dicit quod sunt XII anni, et plus. Interrogatus de loco ubi ista audivit : Quod fuit in loco S. Mariæ de Botriolo Cæsenatis diœcesis, et in multis aliis locis ejusdem ordinis. Interrogatus si de hoc erat publica fama, dicit quod sic, per totum ordinem ipsum. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus passus fuerit persecutiones a spiritu invisibili, dicit quod audivit pluries, et frequenter ab ipso fr. Joanne Bono, quod pluries tentatus fuerit, quandoque in figura serpentis, quandoque in figura simiæ, quandoque in figura gatti *l;* aliter vere dicit se nescire. *l*

Ex MSS *de futura gloria corporis sui. Persecutiones.*

Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus passus fuerit tribulationes et persecutiones ab homine corporali, dicit quod audivit ab ore ipsius fr. Joannis Boni, et a multis de fratribus suis ejusdem ordinis, quod quidam fratres de pœnitentia, et alii sæculares cum ipsis eisdem, multas persecutiones et infamationes intulerunt ipsi fr. Joanni Bono, ita quod in tantum ipsum scandalizaverunt, E quod oportuit ipsum personaliter comparere coram D. episcopo Cæsenate.

Bonum reddit pro malo.

45 Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus prædicta sustinuit patienter, humiliter et benigne, dicit quod sic, et in tantum quod cum iidem fratres, qui scandalizabant ipsum, non haberent quandoque quid comederent, dictus fr. Joannes Bonus faciebat eis portare per suos fratres panem et vinum, et hoc multoties faciebat eis, et aliis qui ipsum scandalizabant. Interrogatus quomodo scit, dicit quod audivit ab ore ipsius fratris Joannis Boni, et ab illis fratribus qui portabant ipsis, qui scandalizabant, ipsum panem et vinum. Interrogatus quantum tempus est quod ista fuerunt dicta sibi, dicit quod a duodecim annis circa audivit singulis annis a pluribus, et pluries. Interrogatus si de hoc erat publica fama per contratam illam, dicit quod sic, et specialiter per civitatem Cæsenæ, et per omnes fratres ejusdem ordinis. Interrogatus de loco ubi dictum scandalum fiebat dicto fr. Joanni Bono, dicit quod in civitate Cæsenæ, secundum quod hoc audiebat a fratribus suis, et a fr. Joanne Bono. Interrogatus si fuit doctus, vel rogatus de hoc, dicit quod non, sed de mandato sui F prioris fr. Guizzardi, qui nunc est prior S. Agnetis de Mantova ad testificandum venit.

ANNOTATA.

a *In lectionibus breviarii Mantuani, Comment. num.* 200, *idem dicitur de Salutatione angelica; de quo nihil in processu. Insuper annotavimus in Comment. num.* 61 *non dicere consuevisse beatum Salutationem angelicam integram, sed solas duas priores partes.*

b *Cfr. Comment. num.* 148.

c Ugolino *sive Ugone ut alias nominatur. Cfr. Comment. num.* 149.

d *De* Romaniola *seu Romandiola, cujus sæpe est mentio in Vita et processibus, hæc habet Baudrandus in Lexico geographico :* Provincia est Italiæ in ditione Pontificia, ubi alias Æmilia regio. Antea complectebatur etiam agrum Bononiensem, nunc angustioribus restricta limitibus. Terminatur ab occidente agro Bononiensi, a septentrione ducatu Ferrariæ, ab occasu et a meridie ducatu Urbinate et Hetruria. Sed ejus pars meridionalis et minor,

versus

EX MSS. versus Apenninum montem subest magno duci Hetruriæ, diciturque Romandiola Florentina, ubi civitas Solis. Romandiolæ autem veræ seu Pontificiæ urbes sunt Ravenna, provinciæ caput, Faventia, Imola, Forum Livii, Britinorium, Ariminum, Cervia, Cesena et Sarsina, cum aliquot aliis minoris notæ.

e *Id est, magistratum civitatis.*

f Commune, *quale ævo medio exstabat multis in regionibus, definitur in Glossario Cangii :* Incolarum urbis aut oppidi universitas, domino vel rege concedente, sacramento invicem certisque legibus astricta. *Hic videtur significare potius magistratus qui simul cum Potestate civitatem moderabantur.*

g Minister *i. e. minister seu prior generalis. Illud nomen in pluribus ordinibus tum temporis adhibebatur, maxime in ordine S. Francisci.*

h *Dictum est supra p.* 780 *annotat.* f *tres in his processibus memorari conversiones aquæ in vinum.*

i *Maxime id factum est tempore elevationis corporis mense Majo anni* 1251, *elapso anno et dimidio a morte. Deinde secutis temporibus per nova miracula et præcipue per conservationem prodigiosam corporis usque in hanc diem.*

B k *Significantur Cathari et Patareni qui in universa Lombardia pullulabant. Vide Comment* § 9.

l Gattus *sive cattus, idem est ac felis, Italis* gatto.

CAPUT V.

Testimonium fr. Boni Joannis.

De fama beati. « Frater Bonus Joannes, de Bononia, presbyter » de ordine heremitarum juravit coram D. epi- » scopo Mutinensi et priore S. Marci Mantuæ (cum » tertius condelegatus, scilicet præpositus Man- » tuæ, interesse non posset, impeditus impedi- » mento juris) dicere veritatem super eo quod scit » de vita, conversatione, et miraculis fr. Joannis » Boni. » Qui testis interrogatus de vita et conversatione ipsius fr. Joannis Boni, dicit se nihil scire nisi auditu tantum, et fama publica quæ habetur per omnes fratres ejusdem ordinis, et per civitatem
C Cæsenæ, et per totam Romaniolam. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus passus fuerat persecutiones aliquas a spiritu invisibili, vel ab homine corporali, dicit se nihil scire.

Curatur 47 Dicit præterea idem testis quoddam miraculum, quod cum ipse quandam longam infirmitatem, quæ primitive vocabatur fistula *a*, et postea *a* conversa fuerit in cancrum, secundum quod medici asserebant, sub ala dextera longo tempore passus fuerit; et multos habuerit medicos, qui ipsum curare deberent, per nullum ipsorum medicorum habere potuit sanitatem. Et cum idem testis quasi jam esset desperatus de vita sua, cum esset ab omnibus medicis derelictus, cœpit cum suis fratribus, qui cum ipso Bononiæ *b* morabantur, *b* dicere et tractare : Ego credo quod si ego irem ad patrem nostrum fratrem Joannem Bonum, ego remanerem firmiter liberatus ab ista infirmitate, quam patior, quia quotiescumque respicio faciem ipsius patris nostri fr. Joannis Boni, quæ est depicta in refectorio nostro, dolor ipsius vulneris mitigatur, in tantum quod inde aliquem dolorem quasi non patior. Et tunc omnes fratres sui cœperunt dicere ipsi testi : Consulimus tibi, frater, quod vadas ad patrem nostrum fratrem Joannem Bo- D num, quia ex quo tantem fidem habes in ipso, procul dubio liberaberis ab infirmitate quam pateris.

48 Et tunc ipse testis, accepta licentia a fr. Ma- *ulcus cancerosum.* theo, qui tunc erat prior generalis *c* et morabatur *c* Bononiæ, quam cito potuit, cum quinque de fratribus ejusdem ordinis, scilicet fratre Zimabosco de Verona, fr. Nicolao de Bononia, fr. Bonvicino de Bononia, fr. Antonio de Bononia (de quinto vero fratre non recordatur), portatus ad ecclesiam S. Mariæ de Botriolo ejusdem ordinis accessit, et incontinenti misit unum de fratribus cum quibus iverat, scilicet fr. Zimaboscum, ad fratrem Joannem Bonum, quia idem testis adeo infirmabatur, quod per se ire non poterat, et misit supplicandum prius sibi humiliter et devote, quod deberet pro ipso rogare Dominum Jesum Christum. Et tunc fr. Joannes Bonus dixit fratri prædicto : Vade, dicas ei quod confidat in Domino, quia pro certo de ista infirmitate non morietur. Et cum dictus frater venisset ad dictum testem, et diceret sibi ipsi verba prædicta illa die post Vesperas, ante occasum solis, surrexit sanus de lecto ubi ipse jacebat; ita quod de cætero de ipsa infirmitate nullum dolorem sen- E sit. Et post quinque dies, cum sanus esset factus, arripuit iter redeundi Bononiam, ubi dictus testis antea morabatur. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt tres anni in isto Augusto; de die non recordatur; de hora dicit quod fuit post nonam. Interrogatus quibus præsentibus, dicit se non recordari. Interrogatus si tunc temporis de hoc erat fama publica, dicit quod sic per contratam Bononiæ, ubi pater et mater ipsius testis, et ejus consanguinei morabantur; et maxime per totum ordinem ipsum de hoc maxima fama fuit. Interrogatus si de hoc fuit doctus, vel rogatus, dicit quod non, imo dicit quod fuit ei injunctum per priorem suum generalem fr. Ugolinum, qui tunc morabatur Mantuæ in ecclesia S. Agnetis ejusdem ordinis.

ANNOTATA.

a *Fistula, quæ infirmitas sæpe in his processibus memoratur, est ulceris genus, fuitque vox hoc sensu etiam veteribus nota.*

b *De conventu Bononiensi, a* B. Joanne *fundato, agitur Comment. num.* 125.

c *Hi sunt priores generales congregationis* B. Joan- F nis Boni *usque ad* unionem magnam *anni* 1256 : *Ipse beatus, fr. Matthæus, fr. Ugo seu Ugolinus et fr. Marcus de Cæsena simul a diversis electi, fr. Lanfrancus, qui et anno* 1256, *in* unione magna, *factus est prior generalis universi ordinis eremitarum S. Augustini.*

CAPUT VI.

Testimonium fr. Joannis de Barba.

Introducuntur alii testes. « Frater Vitalis, diaconus, de ordine heremi- » tarum, juravit coram D. episcopo Mutinensi et » priore S. Marci, cum tertius, scilicet præpositus » Mantuæ, non posset interesse propter quædam » impedimenta juris. Item fr. Joannes de Barba, » fr. Dotellus, prior provincialis de Romaniola, » fr. Martinus prior fratrum Mediolani, presbyter, » fr. Bonincontrus, laicus, de Tuscia, qui moratur » in conventu Bononiæ, fr. Bertolinus, laicus de » conventu

A » conventu Mantuæ, omnes de ordine heremita-
» rum, similiter juraverunt dicere veritatem de eo
» quod scirent super vita, conversatione, et mira-
» culis fr. Joannis Boni, institutoris ordinis supra-
» dicti, inducti per priorem generalem fratrem
» scilicet Ugolinum. »

vestes et lectus pœnitentiæ.

50 Frater Joannes de Barba, laicus, de ordine heremitarum, juratus, et interrogatus de vita, conversatione fratris Joannis Boni, institutoris ordinis supradicti, tam de abstinentia Quadragesimarum et aliorum temporum, quam de lecto et foveis, ubi idem fr. Joannes Bonus jacebat, et orabat, et se affligebat, et de cappa subtili de
a stamminea *a*, et qualiter ibat semper discalceatus, portatis solummodo zupellis : dicit idem testis per omnia quod fr. Jacobus, de ordine supradicto; hoc addito, quod quodam tempore in æstate, ut magis affligeret corpus, portabat quandam crossissimam cappam de panno de lana; propter quod et fratres ipsius ordinis et alii de contrata plurimum mirabantur. Addit etiam quod fecit sibi fieri quendam lectum de bruscis, ubi ipse jacebat quan-
b doque. De miraculo vini de aqua conversi bis *b* facto, dicit idem per omnia quod dictus fr. Jacobus,
B cum ipse fr. Joannes de Barba esset socius ipsius fr. Jacobi per post aliqua tempora in ministrando
c et serviendo *c* ipsi fr. Joanni Bono.

Amygdala plantata statim frondescit.

51 Dicit etiam idem testis quod cum quadam vice dictus fr. Joannes Bonus esset cum quibusdam de fratribus suis et ipso teste in horto eorum, ipse fr. Joannes Bonus habebat quandam amigdalam in manu sua, quæ in tantum erat sicca, quod nucleus, qui erat intus, ducebatur in ipsa testa; quam ipse frater Joannes Bonus in præsentia ipsius testis, et aliorum fratrum, qui ibi præsentes erant, plantavit in ipso horto propria manu. Et dum aliquantulum irent spaciatum *d* per hortum ipsum,
d
e incontinenti *e*, quasi eadem hora, ipse fr. Joannes Bonus cum dictis et ipso teste venerunt ad locum, ubi dicta amigdala plantata fuerat; et invenerunt ipsam ortam super terram, et plura folia produxisse; et postmodum inde evulsa et alibi transplantata, erexit in arborem maximam, et usque hodie viget, producens omni anno amigdalas multas. Interrogatus quomodo scit, dixit quod vidit et interfuit. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente fratre Philippo de Ravenna, et pluribus aliis fratribus, quorum nomina non recor-
C datur. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XVI anni et plus. Interrogatus de mense, dicit quod credit, quod fuit de mense Martii; de hora vero, dicit quod fuit post nonam; de die, dicit quod non recordatur; de loco, dicit quod fuit in loco Butrioli Cæsenatis diœcesis in horto juxta domum ipsorum fratrum.

Torris plantatus item frondescit et fert cerasos.
f

52 Item aliud miraculum. Dicit etiam idem testis *f* quod cum quadam vice dictus fr. Joannes Bonus staret ad ignem cum fratribus suis, accepit quendam torrem qui ardebat in ipso igne, qui erat de arbore ceresis; et surrexit ab igne, videntibus fratribus, accedens ad hortum qui erat juxta locum illum, ut plantaret ipsum in terram; et tempore procedente, dictus torris produxit ramos et folia; de quo cum ipsi fratres hoc viderent, fuerunt inde plurimum admirati, et cœperunt hoc dicere publice per contratam ipsam, et per civitatem Cæsenæ. Qui cum audissent, cœperunt illuc concurrere infinite et incessanter. Quod cum dictus fr. Joannes Bonus vidisset, istam vere multitudinem gentium illuc properare, nolens inde gloriam mundanam habere, evulsit illum torrem cum ramusculis de loco illo, et portavit ad cellam suam, et vocato ipse teste, et fr. Bono presbytero, et fratre Detesalvo, et fr. Conrado, ostendit eis dictum torrem, cum prædictis ramusculis, non habentem aliquas radices; sed carbo extinctus apparebat in ipso, secundum quod extraxerat de igne prædicto. Et dixit ipsi testi et fratribus memoratis, quod ille truncus adhuc produceret ceresas, de quibus comederent multi de fratribus suis; et sic truncum vel torrem plantavit longe a cella sua, quantum est jactus lapidis, videntibus ipso teste, et fratribus supradictis. Qui torris sive truncus, divina gratia et merito ipsius fr. Joannis Boni juvantibus, crevit in maximam arborem producentem optimas ceresas : de quibus fratres ipsius ordinis plurimi comederunt, et est ibi usque in hodiernam diem. Interrogatus quomodo scit quod dictus fr. Joannes Bonus acceperit torrem de igne et plantaverit eum, dicit quod audivit a fratribus ibi præsentibus, fratre vero Paulo, et aliis pluribus, quorum nomina non recordatur. Dicit tamen dictus testis se vidisse in prima plantatione dictum torrem habere ramos et frondes. Interrogatus quomodo fr. Joannes Bonus evulserit de loco prædicto, dicit quod vidit ipsum cum ramusculis et frondibus in manibus ipsius fr. Joannis Boni, quando portavit E ipsum ad locum ubi secundo plantavit eum. Interrogatus quibus præsentibus : fratribus supradictis. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XVIII anni. Interrogatus de mense, dicit quod credit de mense maji vel junii; de die, dicit se non recordari; de hora, dicit quod fuit intra tertiam et nonam. Interrogatus si tunc temporis de hoc erat publica fama per civitatem Cæsenæ, et per alias contratas, dicit quod sic, et etiam per civitatem Mantuæ.

Prædictio de morte Perini.

53 Item alia prophetia. Dicit dictus testis quod cum quodam tempore quidam frater, nomine dominus Perinus, frater et prior hospitalis S. Spiritus, ex civitate Riminensi, graviter infirmaretur, ita quod desperaretur de vita ipsius, dixit presbytero Alberto, fratri ejusdem hospitalis, quod iret ad dictum testem fratrem Joannem de Barba, et rogaret ipsum ex parte sua, quod deberet ire apud Cæsenam, ad locum ubi frater Joannes Bonus morabatur, et rogaret ipsum intuitu Dei, quod oratione facta ad Dominum Jesum Christum mitteret sibi certitudinem veram, utrum de ipsa infirmitate convalesceret, vel mori deberet. Qui dictus testis, intellectis precibus prædicti fratris Perini, incontinenti iter arripuit eundi ad ipsum fr. Joannem F Bonum, ad locum prædictum, ubi idem morabatur; et rogavit ipsum, ut superius est narratum. Qui fr. Joannes Bonus dixit ipsi testi : Frater, quiesce usque mane, et postea recedes. Mane autem facto, fr. Joannes Bonus fecit ipsum testem ad se venire, dicens ei : Vade, dic fratri illi Perino, quod de ipsa infirmitate morietur pro certo, et in tempore brevi. Qui dictus testis recessit incontinenti, et dicto fr. Perino ea, quæ dictus fr. Joannes Bonus dixerat, nuntiavit. Qui dictus fr. Perinus infra sextum diem post nuntiata prædicta exolvit debitum naturale. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XIII anni et plus. Interrogatus quomodo scit quod infra illud modicum tempus fr. Perinus decesserit, dicit quod vidit et interfuit sepulturæ ipsius. Interrogatus de loco ubi fr. Perinus morabatur, dicit quod fuit in hospitali prædicto extra civitatem Ariminensem. Interrogatus ubi fr. Joannes Bonus tunc temporis morabatur, dicit quod fuit in loco ubi dicitur Botriolus in diœcesi Cæsenate. Interrogatus si de hoc tunc temporis fuit fama publica, dicit quod non; sed tantum plures de fratribus hoc sciverint ipsius ordinis.

EX MSS.

ex mss. *Liberatur ipse testis a tussi.*

54 Item alia prophetia. Dicit etiam idem testis, quod cum quodam tempore ipse testis de quadam infirmitate tussis graviter affligeretur, ita quod quasi inde mori timebat, et fr. Joannes Bonus ivisset ad cellam ipsius testis, ut videret qualiter se haberet testis præfatus, dixit idem testis fr. Joanni Bono : Domine, roga Deum pro me; esse posset quod ego transibo de vita hac occasione tussis istius quam patior. Qui fr. Joannes Bonus nullum responsum dedit ei, sed incontinenti ivit ad cellam suam; et post paulum reversus est ad eundem testem, cum inter unam cellam et aliam modica esset via. Et tunc dixit testi prædicto : Ne timeas, quia ab hac infirmitate optime liberaberis, et post me remanebis, quia ante te moriar sine aliqua dubitatione. Qui testis infra tertium diem ab infirmitate ipsa convaluit ad plenum. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt circa VI annos. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in cella ipsius testis, quæ erat juxta cellam ipsius fr. Joannis Boni; de mense et die non recordatur. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod non erat ibi aliquis nisi idem testis, et ipse fr. Joannus Bonus, cum essent remoti a conventu fratrum. Interrogatus si de hoc fuit publica
B vox et fama, dicit quod sic; fuit publica vox et fama inter fratres.

Scutella scissa resarcitur

55 Item aliud miraculum dicit præterea idem testis quod cum dictus fr. Joannes Bonus haberet quandam scutellam ad usum et necessitatem sui corporis deputatam, et quadam vice, ut desicaretur, posuisset ipsam ad solem, cum requireret ipsam, ut inde removeret eandem, invenit ipsam scissam totam. Quam cum vidisset, dixit ipsi testi : Frater, quid fieri posset de scutella ista? Et ipse testis respondit : Potest optime sui cum filo ferreo, vel æreo. Et tunc fr. Joannes Bonus dixit ipsi testi : Dimitte eam sic stare; et reposuit ipsam. Et paululum post, vocando eundem testem, idem fr. Joannes Bonus dicit ei : Vide, frater, quid Dominus fecit de ipsa scutella. Et tum idem testis inspexit, et tetigit ipsam scutellam, et invenit eam sanam et solidam, sicut unquam prius fuerat. Et post primam et secundam noctem postquam hæc facta sunt, dicit idem testis, quod ipse fr. Joannes Bonus dixit ei quod Dominus revelaverat sibi, quod quicumque
g haberet aliquam particulam de dicta scutella, vitam præsentem male terminare non posset *g*. Et sic ipsam scutellam fregit fr. Joannes Bonus minuta-
C tim, et per frusta inter fratres suos divisit eamdem, et habent et servant diligenter ipsi fratres; et etiam alii plures, qui habent de ipsa aliquas particulas, cum diligentia maxima et fide non modica. Interrogatus quomodo scit quod dicta scutella taliter fuerit scissa, et postmodum taliter solidata; dicit quod cum idem testis ministraret eidem pluries in dicta scutella, et viderat et tetigerat sanam, et postmodum vidit ipsam fractam, et iterum solidatam, ut superius est narratum. Interrogatus quomodo scit quod fr. Joannes Bonus viderit visionem de dicta scutella, dicit quod audivit ab ore dicti fr. Joannis Boni. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt VIII anni circa; de mense et de die, dicit se non recordari. Interrogatus quibus præsentibus hæc facta sunt, dixit quod nullus erat ibi præsens nisi dictus testis. Interrogatus si tunc temporis de hoc erat publica fama per contratam illam et civitatem Cæsenæ, dicit quod sic, et erat tunc et est nunc per illa et multa loca. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco Botrioli in cella, ubi fr. Joannes Bonus morabatur, ejusdem diœcesis.

56 Item aliud miraculum. Dicit etiam idem
h testis, quod cum in episcopatu montis Feltrensis *h* in provincia Romaniolæ, quædam mulier a dæmo- D
nio adeo vexaretur, quod etiam nitebatur occidere *Curantur dæmoniaci duo.*
suos natos, tandem per virum suum ducta fuit ad locum ubi fr. Joannes Bonus morabatur cum fratribus suis; et posuit eam in quadam domo, ubi hospites recipiebantur *i* quæ est juxta ecclesiam. *i*
Tunc fr. Joannes Bonus venit ad ipsam, et in præsentia ipsorum fratrum, rogavit Dominum Jesum Christum pro liberatione ipsius mulieris. Et statim dæmon exivit de corpore mulieris prædictæ, et cum tanto rumore et impetu egressus est de domo ipsa dæmon ille, quod visum fuit fratribus, qui ibi præsentes erant, quod totum colopertorium *k* domus *k*
ipsius removeretur inde. Et statim dicta mulier ad preces dicti fr. Joannis Boni ad plenum extitit liberata. Interrogatus quomodo scit, dicit quod his omnibus interfuit et vidit. Interrogatus per quandum tempus dicta mulier fuerat a dicto dæmonio vexata, dicit se nescire. Interrogatus de tempore, dicit quod bene sunt decem anni; de mense et die, dicit se non recordari. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente fratre Bono presbytero, fr. Conrado, fr. Detesalvo et pluribus aliis, qui erant ibi præsentes, quorum nomina non recordatur. Interrogatus quo nomine vocabatur mulier E
prædicta, dicit se nescire. Interrogatus quo nomine vocabatur castrum unde erat mulier prædicta, dicit quod credit, quod vocabatur Castrum Sartiani *l* *l*
montis Feltrensis diœcesis. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in prædicto loco Botrioli, ubi idem fr. Joannes Bonus morabatur cum fratribus supradictis, Cæsenatis diœcesis. Interrogatus si de hoc tunc temporis erat fama publica, dicit quod sic, sicut de aliquo miraculo quod unquam Deus per dictum fr. Joannem Bonum fecerit, per totam Romaniolam, et specialiter per civitatem Cæsenæ. De miraculo vero pueri Forlivii, qui dæmoniacus fuerat, dicit idem testis per omnia sicut fr. Jacobus laicus de ordine heremitarum dixerat superius.

57 Aliud miraculum. Dicit præterea idem testis *Sanantur* quod quædam mulier vidua erat in diœcesi Cæsenate *m*, quæ habebat quendam suum filium, qui *m*
graviter affligebatur de quadam fistula, quam habebat in tibia, ita quod per nullum medicorum sanitatem habere poterat. Tandem dicta mulier audivit quod Dominus multa faciebat ad preces fratris Joannis Boni. Unde cum eodem filio suo, qui eandem infirmitatem habebat, accessit ad locum F
ubi morabatur fr. Joannes Bonus; et supplicavit ei humiliter et devote quod pro Dei amore redderet sibi filium suum sanum, qui graviter infirmabatur ab infirmitate prædicta. Et ipse fr. Joannes Bonus, intelligens quod oderat quandam suam cognatam, dixit illi mulieri quæ habebat filium infirmum : Soror, ego volo quod tu facias ad meum sensum; scio enim quod tu odisti cognatam tuam : volo autem quod deinceps eam diligas et ei magis servias quam serviebas primo, et Dominus benefaciet tibi de filio tuo. Quæ mulier libenter acquievit monitis et hortationibus dicti fr. Joannis Boni, et servivit dictæ cognatæ suæ melius quam unquam servierat ante. Et dicta mulier statim reversa fuit domum, et invenit filium suum ita sanum, sicut unquam fuit, et incontinenti dicta mulier reversa fuit ad dictum fr. Joannem Bonum et alios fratres, et dixit eis : Laudate Dominum, quia per orationes fr. Joannis Boni meo filio sanitas est restituta.

58 Postmodum vero dicit idem testis quod ivit *ulcus in tibia,* ad domum dictæ mulieris, quæ habebat filium sanatum, et invenit eum sicut rumor fuerat de sanitate ipsius pueri. Interrogatus dictus testis quantum tempus fuerat dictus puer infirmus, dicit quod credit

A dit quod fuerit infirmus per unum annum. Interrogatus quantum tempus est, quod hæc facta sunt, dicit quod sunt jam quatuor anni. Interrogatus de loco; dicit quod in loco Botrioli venit mulier ad rogandum patrem; sed in loco ubi sanatus fuit puer, fuit juxta dictum locum Botrioli per medium milliarium, Cæsenatis diœcesis. Interrogatus quantum tempus vidit eum sanum, dicit quod postea omni tempore quo fuit in locis illis; et credit ipsum puerum adhuc vivere. Interrogatus quomodo scit quod dictus puer fuerit infirmus infirmitate prædicta, dicit quod vidit eum multoties cum dicta tibia ligata; et etiam mater dicti pueri dicebat dicto testi et fratribus ejusdem testis, ipsius ordinis. Interrogatus quomodo scit quod dictus puer sanatus fuerit ad preces dicti fratris Joannis Boni, dicit quod audivit ab ore dicti fratris Joannis Boni, et a multis aliis. Interrogatus si de hoc fuit tunc temporis publica fama per contratam de Cæsena, dicit quod sic, et per ipsam contratam et per civitatem Cæsenæ.

bronchocele; 59 Item aliud miraculum. Dicit præterea idem testis quod cum quædam puella, filia cujusdam Guidonis Rubei, de burgo Pexioli, Cæsenatis diœ-
B cesis, haberet tumidum guttur, videlicet quadam
n infirmitate, quæ vulgariter appellatur goxum *n*, ita quod per aliquos medicos aliquatenus sanari non poterat, mater ipsius puellæ inde plurimum dolebat, et se tandem consuluit dictum testem dicta mater, quid sibi esset de infirmitate suæ filiæ puellæ faciendum. Qui respondit ei, dicens : Ego consulo tibi quod ducas ipsam filiam tuam ad fratrem Joannem Bonum, et incontinenti sanabitur, dante Deo. Quæ mulier, quam cito potuit, cum sua filia ad fratrem accessit, rogans eum humiliter et benigne, ut nomine Dei filiam suam curare dignaretur de infirmitate prædicta. Qui fr. Joannes Bonus, facta oratione ad Dominum Jesum Christum, dicta puella statim sanata fuit ab infirmitate prædicta. Interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit eam cum gutture grosso, antequam irent ad fratrem Joannem Bonum; vidit eam sanam et penitus liberatam. Interrogatus per quantum tempus ante habuerat infirmitatem ipsa puella, dicit, quod a tempore quo erat satis parva. Interrogatus si sciebat nomen matris, vel ipsius puellæ, dicit se non recordari, sed de patre dicit quod vocatur Guido Rubeus.
C Interrogatus quanto tempore vidit ipsam sanam, dicit quod semper postea. Interrogatus si vivit adhuc, dicit quod sic. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt VI anni. Interrogatus quibus præsentibus, dicit se nescire. Interrogatus si de hoc erat fama publica per illam contratam, dicit quod sic. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco Botrioli, ubi dictus fr. Joannes Bonus morabatur.

morbus caducus; 60 Item aliud miraculum. Dicit etiam idem testis quod cum quædam domina, nobilis mulier de civitate Cæsenæ, nomine Preciosa, pateretur graviter morbum caducum, nec inde posset per aliquam medicinam sanitatem habere, accessit cum devotione non modica ad fratrem Joannem Bonum, cum quibusdam aliis dominabus; et supplicavit ipsi fratri Joanni Bono, quod intuitu Dei deberet pro ipsa rogare Dominum Jesum Christum, ut eam restitueret pristinæ sanitati. Qui fr. Joannes Bonus respondit ei : Si tu vis deponere vanitates et pompas tuas in lavando te, et ornando, sicut facere consuevisti, Dominus faciet misericordiam suam tecum. Quæ respondit, quod libentissime hoc facere cupiebat. Et tunc fr. Joannes Bonus dixit ei : Vade cum Deo, quia te Dominus adjuvabit. Et ex illa hora domina illa sana facta est, ita quod postea nunquam sensit de infirmitate prædicta. Interrogatus quomodo scit, dicit quod audivit ab ore ipsius fratris Joannis Boni, et a domina prædicta, quæ sana facta fuerat per orationes fratris Joannis Boni. Interrogatus si vidit ipsam aliqua vice cadere, dicit quod non, sed audivit hoc a prædicta domina et pluribus aliis. Interrogatus si novit dictam dominam, dicit quod sic, antequam esset sana, et etiam post. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XII anni, et plus. Interrogatus si viveret dicta mulier, dicit quod sic. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod D. Regiza, et D. Agnezia, et D. Sassia, sororibus ipsius dominæ. Interrogatus si de hoc fuit fama publica per civitatem Cæsenæ tunc temporis, dicit quod sic. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco Botrioli, ubi fr. Joannes Bonus morabatur. ex mss.

61 Item aliud miraculum. Dicit præterea idem testis quod quodam tempore quidam juvenis ita graviter morbo caduco affligebatur, quod quasi bis vel ter cadebat in die; et ita graviter molestabatur, quod videbatur quod esset ereptus a dæmone. Tandem a patre suo et a quibusdam vicinis ductus fuit ad fratrem Joannem Bonum, rogando ipsum quod rogaret Dominum pro juvene memo- E
rato; cum frequenter dictum fuerit sibi in somnio, quod si iret ad fratrem Joannem Bonum, statim liberaretur ab infirmitate prædicta. Et tunc ipse fr. Joannes Bonus more solito pro ipso juvene preces fudit ad Dominum Jesum Christum; et tunc idem juvenis, restitutus pristinæ sanitati, ad domum propriam est reversus. Interrogatus quomodo scit, dicit quod audivit ab illis qui venerant cum juvene memorato. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente Joanne, qui habitabat in plebatu *o* S. Thomæ, Cæsenatis diœcesis et *o*
Bonafide, ejusdem plebatus; nomen patris ipsius pueri non recordatur. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt quatuor anni et plus; de mense, die et hora, dicit se non recordari. Interrrogatus si primo cognoscebat dictum juvenem, dicit quod non. Interrogatus quantum tempus ante dictus juvenis passus fuerit infirmitatem prædictam, dicit quod nescit. Interrogatus si viveret dictus juvenis, et esset plene liberatus, dicit quod credit ipsum vivere, et plenarie liberatum. Interrogatus si de hoc tunc temporis erat publica fama per dictum plebatum, dicit quod sic. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in dicto loco Botrioli, ubi dictus F
fr. Joannes Bonus morabatur. *et alterius morbus caducus.*

62 Item interrogatus idem testis si dictus fr. Joannes Bonus passus fuerit persecutionem a spiritu invisibili, postquam idem testis intravit ordinem heremitarum, dicit quod nescit aliter, nisi secundum quod pluries audiebat ab ipso fratre Joanne Bono, quod quando primo anno instituit ordinem ipsum in loco Bertinoris *p*, ubi ipse mora- *p*
batur, in prima heremo, fuit pluries et multipliciter persecutus a dæmone; ita quod aliqua ratione non audebat exire cellam suam. Et si aliquis hospitabatur in dicto loco, ut visitaret ipsum, similiter a dæmone graviter molestabatur. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XXXVIII anni et plus *q*. *q*
Dicit etiam quod audivit ab eodem fratre Joanne Bono, quod postquam ad locum Bertinoris venit, Cæsenatis diœcesis *r*, ubi secundum heremum or- *r*
dinavit, pluries multa passus fuit a dæmone. De persecutione hominum temporalium dicit ut superius per alios est narratum. Interrogatus si de hoc doctus vel rogatus, videlicet quod veniret ad testificandum, dicit quod non, sed de mandato sui prioris generalis, fratris videlicet Ugolini, venit ad testificandum. *Persecutiones a dæmone et ab hominibus.*

ex mss. testificandum. Interrogatus per quantum tempus fr. Joannes Bonus steterat in ordine supradicto, dicit quod XXXVIII stetit annos. Interrogatus quanto tempore dictus testis stetit in ordine, dicit quod bene XXXIV annis.

ANNOTATA.

a *De hac et reliquis beati vestibus dictum in Comment. num.* 80.

b *Tres conversiones aquæ in vinum signari in processibus jam monuimus, sed prima et secunda factæ sunt duobus consequentibus diebus, et tertia post intervallum plurimum annorum : ita ut mirum non sit a quibusdam non memorari nisi duas.*

c *De fratribus laicis qui beato ministrabant et inserviebant vide Comment.* § 7 *et* 8 *passim, maxime num.* 70.

d Spaciare, *italice* spaziare, *germanice* spazieren, *idem est ac* ambulare.

e Incontinenti, *id est, statim. Hæc vox frequenter obvia in scriptoribus Italicis ævo medio.*

f *Differt hoc miraculum ab aliis duobus quæ memorantur sub num.* 79 *et* 89.

B g *Si vera hæc forent, intelligenda essent eodem modo ac illa quæ portantibus scapulare B. Virginis feruntur promissa; essetque dicendum Deum hæc pollicitum esse ut fundatori et patri eremitarum suorum æstimationem et reverentiam conciliaret.*

h *De nominibus variis hujus episcopatus seu diœcesis vide Comment. num.* 124.

i *Hoc hospitium illud est quod memoratur supra num.* 6.

k *Legendum* coopertorium, *quæ vox ævo medio adhibita est interdum ad significandum tectum.*

l Castrum Sartiani *erit hodiernum* Sartiano, *prope Talamellum, diœcesis Feretranæ.*

m In diœcesi Cæsenate. *In codice ms. prodit ubique vox postrema cum abbreviatione aliqua post litteram* t *in fine; ita ut impossibile sit dicere num diœcesim vocent Cæsenatem, an vero Cesenatensem. Nos priorem modum servavimus.*

n Goxum, *italice* gozzo, *idem est ac bronchocele. Vide pag.* 762 *annot.* q.

o Plebatus *idem est ac paræcia, quæ* plebs *dicebatur, italice* pieve. *Exstat etiamnum hæc paræcia S. Thomæ, quæ pertinet ad ipsam civitatem Cæsenæ, dictaque est vulgo* S. Tommaso.

C p *Nomen partim deletum erat; verum legendum :* In loco Botrioli *ut patet ex iis quæ sequuntur. Etenim manifestum est* primam eremum *fuisse eremum Botrioli sive Butrioli, prope Cæsenam, in qua beatus perpetuo* morabatur. *De conventu vero* Bertinorii, *qui secundus fuit, paulo inferius fit sermo.*

q *Si hæc verba quæ superius leguntur :* Quando primo anno instituit ordinem, *intelligenda sunt (de quo non videtur dubitandum) de primo anno in eremo Butrioli prope Cæsenam transacto, dicendum esset hoc loco :* Sunt anni circiter 42; *siquidem anno minimum* 1209 *ibi vivere cœpit beatus, et dicebatur hoc testimonium anno* 1251. *Cfr. Comment. num.* 40 *et seqq.*

r *Hodiedum Bertinorium, sive Brictinorium est civitas episcopalis. De ejus conventu eremitarum cfr. Comment. num.* 122.

D

CAPUT VII.

Testimonia fr. Bonincuntri et fr. Vitalis.

De vita, conversatione et pœnitentia.

Frater Bonincuntrus, laicus, de ordine heremitarum, de Tuscia, juratus dixit, quod fr. Joannes Bonus, institutor ordinis supradicti, erat bonæ vitæ et bonæ conversationis, tam in jejuniis, quam in vigiliis et orationibus assiduis, et in lacrimis multis; omni tempore jejunando, et parum etiam comedendo. Erat etiam attentus et sollicitus circa salutem animarum fratrum suorum, ipsos quotidie monendo, instruendo, confortando, et hortando ad servitium Jesu Christi, cum omni patientia et humilitate. Contentus etiam erat vestimento, una cappa de stamegna subtili, tam in hyeme, quam in æstate. Et discalciatus omni tempore ibat, tamen duos zupellos ligneos *a* (portabat), quandoque ad consolationem, quandoque ad fatigationem sui corporis. Dicit etiam quod idem fr. Joannes Bonus habebat in cella sua duos lectos, unum de tabulis, E ubi nihil desuper erat, et alium de bruscis, qui pungunt sicut spinæ. Item interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit et interfuit. Interrogatus si vidit ipsum jacentem in prædictis lectis, dicit quod non, sed credit ibi eum jacere, et non alibi. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XXVIII anni. Interrogatus de loco, dicit quod in loco Botrioli, Cæsenatis diœcesis, ubi idem fr. Joannes Bonus morabatur. Interrogatus si de dicta bona vita, et conversatione ipsius fratris Joannis Boni erat tunc temporis per contratam Romaniolæ publica fama, dicit quod sic. *a*

Amygdala sicca plantatur et statim frondescit.

64 Miraculum. Dicit præterea idem testis quod cum quadam die esset cum ipso fratre Joanne Bono in claustro, et ipse fr. Joannes Bonus haberet quandam amigdalam in manu sua adeo siccam, quod nucleus internus ducebatur hinc et inde; idem fr. Joannes Bonus vocavit ipsum testem, dicens ei : Volumus plantare istam amigdalam; qui dicit : Sic, si placet vobis. Et tunc idem testis cum zappa *b*, *b* quam tenebat in manu, movit aliquantulum terram et ipse fr. Joannes Bonus cum manu sua quandam foveolam fecit in dicta terra, et plantavit ipsam amigdalam ibi in nomine Domini. Post paululum reversus cum ipso teste ad locum prædictum, inve- F nit ipsam amigdalam ortam super terram, producens folia. Cui testi ipse fr. Joannes Bonus dixit : Vide frater. Et tunc ipse testis cœpit plurimum admirari et laudare Dominum Jesum Christum. Interrogatus de tempore, dicit quod credit quod sint XVI anni et plus. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in prædicto loco Butrioli, juxta cellam ipsius testis, qui tunc hortulanus erat. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod non recordatur. Interrogatus si de hoc tunc temporis erat publica fama, dicit quod sic inter fratres, qui erant ibi in ipso conventu, et per alia loca ipsius contratæ. Interrogatus si de hoc fuit doctus vel rogatus, dicit quod non, sed de mandato prioris generalis venit ad testificandum.

Persecutiones.

65 Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus passus fuit persecutiones ab aliquo spiritu invisibili, dicit quod nescit, nisi auditu tantum. Interrogatus si ab homine corporali, dicit quod sic, videlicet a quibusdam fratribus de pœnitentia, qui persequebantur ipsum fratrem Joannem Bonum, infamando ipsum super quibusdam capitulis *c* coram D. episcopo Cæsenate *d*, de quibus *c* *d* dictus

A dictus testis dicit se non recordari. Super quibus capitulis et de quibus infamiis ipse fr. Joannes Bonus se coram dicto D. episcopo, corporali præstito sacramento *e*, optime compurgavit. Interrogatus quomodo scit quod ipse fr. Joannes Bonus fuerit taliter infamatus, et quod taliter se compurgavit, dicit quod audivit ab ore dicti fratris Joannis Boni, et ab aliis de fratribus suis et pluribus etiam sæcularibus. Interrogatus de tempore dicit quod bene sunt xxv anni. Interrogatus quibus præsentibus dictus fr. Joannes Bonus se purgaverit coram episcopo supradicto, dicit quod audivit dici quod fuerunt ibi plures de fratribus ipsius ordinis, quorum nomina non recordatur; et omnia, quæ sibi illata fuerunt a fratribus memoratis, benigne et pacifice sustinebat, nullum pro malo reddens eisdem, sed potius pro malo bonum prædictis reddebat quotidie.

Oratio et pœnitentia.

66 Frater Vitalis, diaconus de ordine supradicto, juratus dixit, quod fr. Joannes Bonus fuit optimæ vitæ et conversationis, tam circa jejunia, quam circa vigilias et orationes continuas, tanquam ille qui omni tempore suæ sanitatis continue jejunabat, et incessanter orabat et vigilabat. Con-

B versabatur etiam miro modo cum suis fratribus, hortando et monendo ipsos semper ad serviendum Domino Jesu Christo, in patientia, humilitate et paupertate. Dicit etiam idem testis quod dictus fr. Joannes Bonus omni tempore, quo ipse vidit eum, semper contentus fuit una cappa de staminea, tam in æstate, quam in hyeme, quantumcumque magnum frigus esset; et nihil aliud portabat nisi quandam interulam sine manicis, usque ad femo-

f ralia *f*. Nec etiam vidit ipsum nisi discalciatum, præter quod portabat duos zupellos ligneos, quandoque ad levamen sui corporis, quandoque ad gravamen. Dicit etiam idem testis quod ipse nunquam vidit sibi aliquem lectum in quo jaceret, nisi tantum de tabulis, sine aliquo panno. Dicit etiam idem testis quod mirabiliter lacrimas effundebat, et maxime cum orabat, et Corpus Dominicum assumebat et ejus Sanguinem : quod omni die Domi-

g nico *g* accipiebat. Interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit et interfuit. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt xvi anni et plus. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco Botrioli Cæsenatis diœcesis, ubi ipse fr. Joannes Bonus morabatur cum conventu suo. Interrogatus quibus præsentibus,

C dicit quod ipsis fratribus de conventu. Dicit etiam idem testis quod audivit a quodam cive de Cæsena, qui vocabatur dominus Bartolus, tabellio, quod ipse vidit per quoddam foramen cellæ ipsius fratris Joannis Boni, jacere et volutare ipsum fratrem Joannem Bonum in quodam lecto de pallis acutis,

h et in alio lecto de bruscis *h* pungentibus sicut spinæ : et hoc novit auditu tantum.

Dæmoniacus Foroliviensis. Bonus Joannes

67 Dicit etiam idem testis quod audivit a fratribus ipsius conventus, quod quidam juvenis de Forlivio, qui dæmoniacus fuerat, ad preces ipsius fratris Joannis Boni ab ipso dæmone liberatus fuit; aliter vero nescit. Item aliud miraculum. Dicit præterea idem testis, quod cum quidam fr. Bonus Joannes, de Bononia, ejusdem ordinis, sub ala dextera quandam infirmitatem, quæ fistula nuncupabatur, per multa tempora pateretur, et per multos medicos ivisset ut idem sanari posset, nunquam invenire aliquem medicorum potuit per quem inde posset aliquatenus liberari; sed potius de malo in pejus ipsa infirmitas augmentabatur in tantum, quod postea conversa fuit in cancrum, ut ipsi medici asserebant. Demum idem testis et plures alii fratres ejusdem ordinis, qui cum ipso Bononiæ morabantur, sibi pluries persuadebant, ut iret ad præsentiam fratris Joannis Boni; et quod certe Dominus Deus ad preces ipsius fratris Joannis Boni ipsum penitus liberaret ab infirmitate prædicta. Et cum idem fr. Bonus Joannes maximam spem et fiduciam haberet de meritis et bonitate ipsius fratris Joannis Boni, quamquam graviter infirmaretur, ita quod vix ire posset, tamen cum difficultate maxima iter arripuit eundi ad præsentiam ipsius fratris Joannis Boni. Et cum applicuisset ad locum Botrioli, ubi conventus fratrum ejusdem ordinis erat, misit *i* quendam ex ipsis fratribus *i* ad ipsum fratrem Joannem Bonum ad cellam suam ubi ipse morabatur, quæ parum distat a loco ubi ipse conventus erat, ut rogaret ipsum, si placeret sibi, quod idem frater qui infirmus erat, iret ad ipsum. Qui dixit ipsi nuncio, quod diceret ipsi fratri qui infirmus erat, quod iret ad ipsum. Qui audita responsione fratris Joannis Boni, ad ipsum accessit incontinenti; et dum vellet sibi infirmitatem prædictam ostendere, dixit ei : Nolo videre eam, sed vade et esto bonus in servitio Jesu Christi, et Dominus te juvabit. Qui continuo ad dictum conventum rediit, et incontinenti sensit se melioratum. In crastinum vero invenit se penitus libe- E ratum ab infirmitate prædicta et ita sanus rediit ad civitatem Bononiæ, ad locum ubi ipse morabatur.

fistula laborans.

68 Et cum ipsi fratres qui Bononiæ morabantur in loco prædicto vidissent et audivissent quod idem frater, qui infirmus fuerat, fuisset a prædicta infirmitate, per merita ipsius fratris Joannis Boni penitus liberatus, cœperunt in Domino omnes pariter nimium gratulari, laudantes et benedicentes Dominum Jesum Christum. Interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit ipsum fratrem patientem infirmitatem prædictam, tanquam ille qui pluries juvaverat ipsum in curando, tangendo, ligando et solvendo de infirmitate prædicta. Et vidit, et novit quando ille frater iter arripuit eundi ad ipsum fratrem Joannem Bonum, cum erat infirmus; et vidit ipsum post modicum tempus quando venit ab ipso fratre Joanne Bono, et erat penitus liberatus ab infirmitate prædicta : quia post paucos dies idem frater ostendit ipsi testi cicatricem ipsius infirmitatis. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt tres anni. Interrogatus de mense, dicit quod fuit de mense Augusti; de die et hora non recordatur. Interrogatus si de hoc tunc temporis erat publica fama per contratam ubi ipse frater mora- F batur, dicit quod sic. Interrogatus si de hoc fuit doctus vel rogatus, dicit quod non; imo potius de mandato fratris Ugolini, prioris generalis, venit ad testificandum. Interrogatus quanto tempore idem fr. Joannes Bonus stetit in ordine memorato, dicit quod audivit ab ore ipsius fratris Joannis Boni quod per xxxviii annos et plus stetit in ordine suprascripto.

EX MSS.

ANNOTATA.

a Zupellos ligneos *verisimiliter fuisse calones, seu calceos integros, gallice dictos* sabots, *non vero sandalia, indicatum est in Comment. num.* 80; *quod confirmatur ex his verbis Calepini, supra p.* 755, *num.* 17 : Ambulavit sæpenumero nudis pedibus; quandoque etiam, ad majorem corporis afflictionem, gravibus ac nulla confectis arte usus est calopodiis.

b Zappa, *vox italica, genuina latinitate* ligo, *instrumentum est quo terra foditur.*

c *Quænam fuerint capitula illa nusquam explicatur. Cfr. Comment. num.* 116 *et seq.*

d *Ottone II. Vide Comment. num.* 116.

c Corporale

EX MSS. c Corporale sacramentum *idem est ac* corporale juramentum, quod præstatur, *inquit Cangius* (1), protensa manu, tactis sive inspectis sacrosanctis Evangeliis, cruce Dominica vel sanctorum reliquiis. *Locum citat alibi* (2), *quo simili notione dicitur :* Altare corporaliter tangere. *Ex quibus verbis patescit origo et sensus illius locutionis.*

f Femoralia *hic idem est ac* femora.

g *Hanc communionem pro tempore illo frequentem fuisse ostendimus Comment. num.* 100.

h *De diversis his lectis beati dictum in Comment. num.* 64 *et seqq.*

i *Habitabat beatus in cella distante a conventu fratrum, quoniam quantum poterat, mores veterum eremitarum et inclusorum servare volebat. Comment. num.* 51, 61, 99.

CAPUT VIII.

Testimonium Mariæ Bellæ.

B « Die tertio intrante Augusto *a*, præsente D. archiepiscopo Mutinensi, domina Maria Bella, uxor quondam *b* fratris Bonacursii, quæ habitat in civitate Cæsenæ juravit, coram D. episcopo Mutinensi ac D. præposito Mantuæ, dicere veritatem de eo quod scit de vita, conversatione et miraculis fratris Joannis Boni; cum tertius, id est prior S. Marci, esset absens pro quodam suo negotio. »

Cordium
a
b

Quæ jurata dixit, quod cum dictus quondam vir suus dimisisset ipsam in civitate Mantuæ, et ivisset ad videndum fratrem Joannem Bonum, Cæsenam ad locum Botrioli, ubi dictus fr. Joannes Bonus morabatur, supplicans ei ut eum reciperet in Ordine fratrum suorum, nihil dicens ipsi fratri quod haberet uxorem; fr. Joannes Bonus tunc recepit ipsum; sed transacto modico tempore, ipse Joannes Bonus fecit eum vocari ad se, dicens ei : Ego scio pro certo quod tu habes uxorem; male fecisti quod non dicebas mihi. Qui Bonacursius, verecundia ductus, confessus fuit se uxorem habere, et tunc fr. Joannes Bonus dixit ei : Revertere ad uxorem tuam, et sta cum ipsa; vel ducas eam tecum ad civitatem Cæsenæ : quia aliter salvari non posses. Tunc idem respondit ei : Ego non audeo
C in civitate Mantuæ morari, quia sum inde bannitus propter onera debitorum. Et dictus fr. Joannes Bonus dixit ei : Nisi feceris quod tibi dico, nulla ratione stabis mecum; quia nunquam salvari posses.

notitia. 70 Et tunc idem fr. Bonacursus ivit Mantuam, et videlicet cum difficultate maxima duxit dictam Mariam uxorem suam ad civitatem Cæsenæ. Et ibi
c compulsus a fratre Joanne Bono, relicto habitu *c*, de licentia ipsius fratris Joannis Boni stetit postmodum cum uxore prædicta in civitate Cæsenæ; et ex tunc ipse cum uxore sua sumpserunt habitum
d fratrum pœnitentiæ *d*, et sic dicta Maria in ipso habitu cœpit ministrare in vitæ necessariis quandoque ipsi fratri Joanni Bono, et etiam fratribus qui morabantur in conventu. Et dum sic staret, fuit valde tentata quod dimitteret virum suum, et rediret Mantuam; et dum staret in ista tentatione diu, et nesciret pro certo quid faceret, fr. Joannes Bonus misit fratrem Stephanum, ejusdem ordinis, ad civitatem Cæsenæ ad ipsam Mariam, quod incontinenti accederet ad ipsum fratrem Joannem Bonum, quia sibi loqui volebat. Quæ cum audisset D quod fr. Joannes Bonus misisset pro ea, incontinenti surrexit, et ivit ad locum ubi ipse morabatur; et misit fratri Joanni Bono, quod ipsa venerat : et ipse incontinenti exivit de cella sua et ivit ad porticum ecclesiæ ubi ipsa mulier exspectabat eundem.

Ei avicula 71 Et tunc ipse frater dixit mulieri prædictæ : Quam voluntatem habes? Et ipsa respondit ei : Habeo meliorem quam modo habeam *e*. Et ipse *e* fr. Joannes Bonus dixit ei : Ego scio quod tu habes voluntatem videndi matrem tuam. Et illa respondit : Certe, domine, verum est; quis dixit vobis? Et ille dixit : Ego bene scio. Et dum sic starent in his verbis, quædam avicula, quæ rubeum habebat pectus, ceperat quendam parpajonem *f*, ut comederet ipsum, et portabat ipsum rostro suo. Et fr. Joannes Bonus, respiciens per fenestram, vidit eandem avem, portantem parpajonem prædictum; et tunc dixit sorori *g* Titiæ, quæ erat cum ipsa Maria : Soror *g* Titia, vis quod ego faciam quod avicula illa dimittat parpajonem quem portat? Et illa dixit : Domine istud non est mirum, quia ita estis amicus Dei, quod majora his facere potestis. Et tunc ipse fr. Joannes Bonus præcepit ipsi dictæ aviculæ, E dicens : Porta huc parpajonem, quem portas; et incontinenti avicula venit ad ipsum, et posuit parpajonem in fenestra, ubi stabat ipse fr. Joannes Bonus. Et iterum dixit ei : Accipe parpajonem ipsum, quæ incontinenti accepit, et portabat ipsum. Et rursum vocando eandem avem, quod iret ad ipsum, et fecit sicut prius. Et tunc dixit ei : Vade in viam tuam, et dimitte ipsum parpajonem, et non facias sibi malum. Et tunc, parpajone dimisso, avicula recessit. Et illa hora dicta Maria, voluntate mutata, nullam voluntatem habuit Mantuam revertendi, viso miraculo supradicto.

obedit. 72 Et tunc fr. Joannes Bonus dixit ei : Vade modo Mantuam, si vis. Et illa dixit ei : Nolo amplius ire, domine. Et sic discessit ab eo, et abiit domum suam. Interrogata quomodo scit quod dictus fr. Joannes Bonus fecerit supradicta, dixit quod vidit et interfuit. Interrogata quibus præsentibus; quod ipsa testis et Titia supradicta. Interrogata de loco, dicit quod fuit in porticu S. Mariæ juxta cellam ipsius fratris Joannis Boni. Interrogata de tempore, dicit quod sunt XXII anni *h;* de mense, dicit quod *h* credit quod fuit de mense Martii; de die, dicit se non recordari; de hora, dicit quod fuit post nonam. F Interrogata si de hoc, tunc temporis, erat publica fama per civitatem Cæsenæ; dicit quod non, quia ipse fr. Joannes Bonus præceperat eis quod nihil dicerent inde; nihilominus tamen mulieres prædictæ pluribus narraverunt, et ex illis verbis orta est inde fama.

Vivaldino sanatur 73 Aliud miraculum. Dicit præterea eadem mulier testis, quod cum ipsa haberet quendam fratrem carnalem, nomine Vivaldinum, in civitate Mantuæ, qui erat novem annorum, qui patiebatur quandam infirmitatem in crure suo, quæ vocatur fistula, et per multos medicos medicatus fuisset, et nunquam potuisset recipere sanitatem, ipsa testis soror sua, quæ morabatur Cæsenæ, misit patri suo, quod duceret ipsum puerum suum ad fratrem Joannem Bonum. Qui incontinenti accepit dictum filium suum et secum apud Cæsenam portavit. Et postmodum ipsa testis, simul cum patre suo, duxit ipsum puerum ad locum ubi fr. Joannes Bonus morabatur; et tunc ipsa testis misit quendam de fratribus suis ad ipsum fratrem Joannem Bonum,

(1) Glossarium v° *Corporale Juramentum*.. — (2) V° *Corporaliter*.

quod

A quod si placeret ei, veniret ad ipsum. Qui statim venit; et ipsa testis tunc cœpit rogare ipsum humiliter et benigne, ut intercederet ad Dominum pro fratre suo, quod liberaretur ab infirmitate prædicta. Qui respondens dixit ei : nunquid ego sum Deus, quod possim infirmos sanare? Et ipsa dixit ei : Ego scio quod vos estis sic amicus Dei, quod si rogaveritis pro eo, statim liberabitur. Et ille semper dicebat ei : Recede hinc; et claudebat fenestram in facie ipsius mulieris, quod non videret ipsum. Et magis ac magis instabat ipsa, rogans ipsum, quod pro amore Dei rogaret Dominum pro fratre suo; et sic quasi per totam diem dicta mulier institit penes eum, plorando ad ostium fenestræ. Et tandem ipse fr. Joannes Bonus devictus instantia mulieris prædictæ, exivit de domo illa, et venit ad quandam aliam domum, et cœpit sedere, et dictus puer incontinenti accessit ad pedes ejus, ponens manus super genua ipsius fratris Joannis Boni. Et tunc ipse fr. Joannes Bonus dixit ei : Quid vis, fili? Domine, volo quod sanetis me. Et ille dixit : Ego non sum Deus. Et puer dixit :
B Vos non estis Deus, sed scio quod estis ille qui potestis me sanare.

ulcus in crure. Prophetia. 74 Et tunc fr. Joannes Bonus redivit ad cellam suam; et post paululum rediit ad ipsum puerum, dicens ei : Qualiter stas, Vivaldine? Et ille dixit : Domine, bene, quia per gratiam Dei liberatus sum. Et ostendit sibi locum, ubi habuerat infirmitatem prædictam; et incontinenti dictus puer, simul cum patre et ipsa teste sorore sua, per se rediit ad civitatem Cæsenæ. Interrogata quomodo scit, dixit quod ipsa interfuit et vidit. Interrogata quibus præsentibus, dicit, ipsa teste, et puero supradicto. Interrogata de tempore, dicit quod sunt bene XXII anni; de mense et die non recordatur; de hora, dicit quod fuit post nonam ante vesperas. Interrogata quantum tempus fuit infirmus antequam sanaretur, dicit se nescire. Interrogata si postquam sanatus fuit de illa infirmitate, vidit eum semper sanum de infirmitate prædicta, dicit quod sic. Interrogata si viveret dictus juvenis, dicit quod non. Interrogata si de hoc tunc temporis erat publica fama per civitatem Cæsenæ, dicit quod sic, quia multi de ipsa civitate, hoc audito, venerunt ad domum ipsius testis ut viderent puerum memoratum. Interrogata si de hoc fuerit docta vel rogata, dicit quod non;
C sed fuit sibi injunctum per Michaelem, ministria-
i lem *i* communis Mantuæ. Addidit etiam suprascripta testis, quod dictus fr. Joannes Bonus dixit ei, quod adhuc debebat esse testis ejus post mortem ipsius.

ANNOTATA.

a *Id est die* 3 *Augusti.* Mensis intrans *dicti sunt primi sexdecim dies mensium qui dies numerant* 31, *et primi quindecim mensium qui dies numerant solum* 30. Mensis exiens *vero dicebantur dies ultimi quindecim, iique numerabantur retrorsum a fine mensis ad ejus medium. Sic primus dies* mensis exeuntis *erat mensis ordinarii ultimus.*

b Uxor quondam fratris Bonacursii, *id est, fr. Bonacursii qui obiit. Factus est enim, ut ex sequentibus patebit, frater pœnitentiæ, ac ejus uxor soror pœnitentiæ, in quodam tertio ordine vel sodalitate Tertiariorum : ac quidem, ut ex præsenti testificatione manifestum fit, spectabat hæc ad congregationem* B. Joannis.

c Relicto habitu *fratrum eremitarum* B. Joannis·

d *Hic habitus* fratrum pœnitentiæ *seu Tertiariorum, diversus erat ab habitu fratrum eremitarum; et suum habitum habebant quoque sorores pœnitentiæ, inter quas numeranda præsens testis, Maria Bella, uxor Bonacursii. Cfr. suprà annot.* b *et* c. *Diversi vero erant hi Tertiarii ab ordine pœnitentiæ, sive Saccitarum : de quibus vide pag.* 760 *annot.* n. EX MSS.

e *Hæc interpretatur Calepinus in Vita num.* 49, *post Cremensem, in hunc modum :* Nulla mihi ad recte vivendum major, quam modo, unquam voluntas fuit.

f Parpajonem, *seu papilionem, ex voce italica* parpaglione.

g Sorori *pœnitentiæ, seu tertii ordinis* B. Joannis. *Cfr. annot.* b.

h *Id est acciderunt illa circa annum* 1229. *Ex quo loco discimus tum temporis jam fuisse Tertiarios congregationis, seu ordinis, ut illo ævo dicebatur,* B. Joannis Boni.

i Ministriales *seu* Ministeriales Communis *qui infra num.* 75 *dicuntur præcipere* ex parte Potestatis, *sunt* minores officiales, *ut loquitur Cangius in Glossario,* qui dominorum subiditis jus dicunt, eorum jura procurant, census et reditus exigunt *etc.*

E

CAPUT IX.

Testimonia Trencheti, fr. Joannis de Barba alterum et fr. Bertolini.

De eodem Vivaldino. « Die III intrante Augusto *a*, Trenchetus de » Pazo, pater Mariæ Bellæ, juravit dicere veritatem, de eo quod scit de vita, conversatione, et » miraculis fratris Joannis Boni. » *a*

Trenchetus de Pazo, pater dominæ Mariæ Bellæ, quæ deposuit de Vivaldino, fratre suo, juratus dixit, quod cum ipse haberet quendam suum filium nomine Vivaldinus, qui graviter infirmabatur in coxa, a quadam infirmitate quæ vocatur fistula, in tantum quod duo foramina haberet post coxam ipsam. Cetera vero dicit idem testis per omnia, ut superius dictum est per dictam Mariam Bellam filiam suam de eodem miraculo. Interrogatus si de hoc fuit doctus, vel rogatus, dicit quod F
non, sed de mandato Michelini, ministerialis, qui præcepit ei ex parte potestatis, venit ad testificandum.

Puellæ restituitur visus. 76 Dicit prædictus fr. Joannes Bonus de Barba (cum redierit ad testificandum pro quibusdam miraculis, quæ omiserat) sub eodem juramento, quod cum quadam vice fr. Joannes Bonus veniret de Faventia pro quibusdam negotiis suæ domus expediendis, declinavit ad quoddam hospitale, quod dicitur Messina *b*, ubi erat quidam heremita, qui *b*
vocabatur fr. Gualterius, ut ipsum in Domino confortaret. Et in eodem hospitali quædam puellula x annorum erat; et licet oculos haberet, nihil tamen videbat. Et cum dicta puellula audisset quod dictus fr. Joannes Bonus venisset ad locum illum accessit ad ipsum incontinenti, rogans et supplicans sibi quod pro Dei amore rogaret ad Dominum Jesum Christum, quod sibi lumen oculorum restitueret. Et tunc idem fr. Joannes Bonus in præsentia ipsius heremitæ, et duorum de fratribus dicti fratris Joannis Boni, scilicet fratris Boni presbyteri et fratris Conradi laici, oravit ad Dominum Jesum Christum; et incontinenti ipsa puella sana

FX MSS. sana facta est, et lumen vidit. Et dictus heremita, fr. Gualterius, cœpit Dominum collaudare de tanto miraculo. Interrogatus quomodo scit, dicit quod audivit pluries ab ore dicti fratris Joannis Boni, et ab ore ipsius fratris Conradi. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XIV anni et plus; de mense, die et hora non recordatur. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod fratibus supradictis. Interrogatus si de hoc tunc temporis erat publica vox et fama, dicit quod sic.

De fr. Bono Joanne. 77 Frater Bertolinus, laicus, de ordine heremitarum, juratus dicit, quod antequam assumpsisset habitum ipsius ordinis, tot et tanta bona audiverat de vita et conversatione bona fratris Joannis Boni, quod pluries cogitaverat assumere habitum memoratum. Et tandem, sicut Domino placuit intravit religionem prædictam. Dicit præterea idem testis, quod cum quidam frater Bonus Joannes, ejusdem ordinis pateretur sub ala dextera quandam infirmitatem, quæ fistula vocabatur. Et circa alia ejusdem infirmitatis ipsius fratris Boni Joannis, dixit per omnia sicut idem fr. Bonus Joannes deposuit de se ipso; etiam sicut fr. Vitalis ejusdem ordinis similiter dixit. Interrogatus si de hoc
B fuerit doctus vel rogatus, dicit quod non, imo de mandato fratris Ugolini, prioris generalis ejusdem ordinis, venit ad testificandum.

ANNOTATA.

a *Id est die 4 Augusti. Vide pag.* 791 *annotat.* a.

b *Verosimile est hoc hospitale situm fuisse intra civitatem Faventiæ et forte in ea parte quæ hodiedum dicitur* Mezzeno.

CAPUT X.

Testimonia fr. Martini de Cæsena et fr. Martini de Montefeltro.

De beati virtutibus. *a* Frater Martinus, de Cæsena, frater de ordine heremitarum, juratus dixit, quod frater Joannes Bonus, institutor *a* ordinis supradicti, erat bonæ vitæ
C et conversationis, in tantum quod vix ejus vitam et conversationem bonam posset enarrare, in vigilando plusquam credit unquam aliquem vigilare et jejunare, orando assidue, et omni tempore jejunando; in vestimentis, lectis et aliis omnibus abstinentiis dicit ut superius alii narraverunt. De tempore vero, loco, et omnibus aliis circumstantiis similiter dicit, ut superius per alios testes est narratum.

Ramus siccus florescit, 79 Dicit idem testis quod quodam die cum dictus fr. Joannes Bonus esset in loco S. Mariæ de Botriolo cum aliis suis fratribus, et haberet in manu sua unum lignellum, longum quatuor digitis, de pomo *b*, dixit dictis fratribus : Creditis, fratres, quia Deus posset hoc lignellum facere produci flores? Qui fratres responderunt : Credimus, pater. Et hoc dicto ivit dictus fr. Joannes Bonus ad cellam suam, fratribus illic remanentibus. Sequente vero die, cum expleta esset missa, vocavit rursum fr. Joannes Bonus fratres suos extra quoddam ostium, per quod ibatur ad cellam suam; et habebat jam dictum lignellum in manu sua, et fixit illud in terra ; et oratione facta, statim lignellum cœpit flores producere in summitate sua. Et dicit idem testis, quod quando illud in terra fixit, D
non interfuit, quia erat sagristiæ negotiis impeditus; sed quando ipsum extraxit de terra, bene fuit, et bene cognovit dictum frustum ligni. Et dicit quod tenendo dictus fr. Joannes Bonus lignum in manu, paulatim flores crescebant. Et tunc idem testis, et omnes alii fratres, qui ad spectaculum aderant, vehementer admirati sunt. Et hoc dicit idem testis, quia faciebat propter quosdam fratres illic existentes; qui aut a luxuria, aut ab aliqua tentatione ducebantur : quia quidam erant, qui cogitabant exire religionem; et etiam idem testis dicit se a luxuria tunc temporis graviter molestari.

et fert fructus. 80 Hoc quidem facto fr. Joannes Bonus ad suam cellam perrexit, et dicti fratres remanserunt confortati et in fide corroborati. Interrogatus quomodo scit quod dictus fr. Joannes Bonus posuerit vel fixerit lignum in terra sine flore aliquo, et postea extraxerit illud cum flore; dicit quod bene vidit, antequam exiret de ostio dictum lignum in manu fratris Joannis Boni sine aliquo flore, et E
postea eadem hora vidit ipsum cum flore : quod erat contra naturam; et etiam omnes fratres qui illic aderant, dicto testi dixerunt. Addidit etiam idem testis, quod postea, aliquanto tempore transacto, audivit a fratre Stephano, qui erat familiaris et etiam propinquus dicti fratris Joannis Boni, quod dictum lignum crevit in arborem, et produxit poma multa. Interrogatus de tempore, dicit quod bene sunt XX anni. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco S. Mariæ de Botriolo Cæsenatis diœcesis. Interrogatus de mense, dicit quod fuit de mense Septembris ultra festum S. Michaelis. De die vero non recordatur; de hora dicit, quod fuit post tertiam. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod interfuere fr. Bonus, presbyter, fr. Guido, presbyter, fr. Gregorius, et multi alii, quorum nomina non recordatur. Interrogatus si de hoc tunc temporis fuit fama publica per contratam illam, dicit quod sic, inter fratres; sed alibi nescit, quia idem fr. Joannes Bonus præcipiebat eis quod nemini dicerent.

Prophetia de exitu fr. Gratia Dei e religione. 81 Dicit præterea idem testis, quod cum quodam die staret in loco S. Mariæ de Botriolo, et fr. Joannes Bonus esset ibidem, et videret quendam fratrem, nomine Gratiadeum, de Mantua, aliquantulum a longe, dixit ipsi testi : quis est ille F
frater? Respondit testis et dixit : Ipse est quidam fr. de Mantua, qui exiverat ordinem nostrum, sed illuminatus gratia Dei, iterum rediit ad ordinem, et debet de mandato prioris stare in isto conventu. Qui fr. Joannes Bonus, intuitus dictum fratrem Gratiadeum, dixit ipsi testi, verum esse quia exivit de ordine, et postea intravit, sed adhuc exibit de ordine, et non statim. Post tres vero annos dictus fr. Gratiadeus exivit de ordine, juxta verbum fratris Joannis Boni, et obiit extra ordinem, in domo patris sui. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt circa XXII annos. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in claustro majori, ubi loqui potest, S. Mariæ de Botriolo. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod nullus erat præsens, quando fr. Joannes Bonus talia dixit, videlicet quod dictus Gratiadeus exiret ordinem; sed quando exivit multi erant ex fratribus, quia fuit in conventu Parmensi *c*, *c*
ordinis heremitarum. Interrogatus quomodo scit, quod dictus fr. Gratiadeus exiret ordinem, et quod mortuus fuisset ad domum patris sui, dicit quod audivit a quibusdam fratribus, quorum nomina non recordatur, videlicet quod exiret, sed quod obierit ad domum patris sui, dixit dicto testi fr. Guiciardus,

A Guiciardus, prior, et multi alii fratres ejusdem ordinis, quod ipsi sepelierunt eum ad locum fratrum, licet non esset frater. Interrogatus de mense, dicit quod fuit de mense Maji, de die non recordatur, de hora dicit quod fuit post tertiam. Interrogatus quantum tempus stetit dictus fr. Graciadeus extra ordinem, dicit quod circa tres annos antequam obiret. Interrogatus si de hoc fuit fama publica, dicit quod sic, per totum ordinem suum, et etiam per civitatem Cæsenæ et Mantuæ.

Sibi digitum sanat cultro incisum.

82 Dicit etiam idem testis quod cum quodam die staret fr. Joannes Bonus in claustro majori S. Mariæ de Botriolo ad juvandum quendam alium fratrem nomine Ricardum, in faciendo coclearia cum cultello, fortiter digitum suum vulneravit. Qui frater cœpit multipliciter contristari, dicens : Domine, vos deberetis hoc dimittere, et non destruere manus vestras; et idem fr. Joannes Bonus dixit : Non cures. Et ipse fr. Ricardus accepit quandam peciolam *d*, et dedit ei; qui accipiens ligavit sibi digitum, rediens ad cellam suam. Paululum vero post dictus fr. Joannes Bonus exivit de cella sua, et dissolvit sibi digitum, dicens : Vide, fr. Martine, iste digitus incisus fuit, et nunc est sanatus. Et
B inspexit dictus testis, et vidit digitum sanum qui paulo ante fuit incisus, et miratus est vehementer. Interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit ipsum fratrem Joannem Bonum, quando sibi incidit digitum. Interrogatus quomodo scit, quod in una hora fuerit liberatus, dicit quod vidit et interfuit, et incontinenti fieri sanum. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt xx anni. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in claustro majori S. Mariæ de Botriolo Cæsenatis diœcesis; de mense et die non recordatur; de hora, dicit quod erat post nonam. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod ipso teste, et fratre Ricardo prædicto. Interrogatus si de hoc fuit fama publica, dicit quod non; tantum dicit idem testis se dixisse multis personis postea. Interrogatus si de hoc fuit doctus, vel rogatus, dicit quod non, sed ex mandato prioris generalis, videlicet fratris Ugolini, venit ad testificandum. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus passus fuerit persecutionem a dæmone, vel ab homine corporali, dicit quod a dæmone nescit, sed quod a quibusdam fratribus de pœnitentia scit. Et etiam idem testis, dum erat sæcularis, male sentiebat de dicto fratre Joanne Bono, et utebatur cum illis qui molesta-
C bantur eundem. Et tandem dictus fr. Joannes Bonus coram dicto episcopo Cæsenate, sicut postea audivit a fratribus, se optime purgavit. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus reddebat illis malum pro malo, dicit quod non, imo bonum pro malo reddebat eisdem, sicut propriis oculis idem testis vidit multis vicibus. Interrogatus quanto tempore dictus fr. Joannes Bonus stetit in ordine supradicto, dicit quod credit, quod stetit bene per quadraginta annos. Interrogatus per quantum tempus dictus testis stetit in dicto ordine, dicit quod stetit xx annos.

De vita et conversatione.

83 Frater Martinus, presbyter, de Montefeltro, ejusdem ordinis, juratus dixit, quod fr. Joannes Bonus, institutor ordinis heremitarum, erat optimæ vitæ et conversationis, apud Deum et omnes homines, in jejuniis, vigiliis, et orationibus multis, monendo, inducendo, et hortando fratres suos semper ad amorem et servitium Jesu Christi, quoties secum ipsis veniebat communiter et singulariter. Dicit etiam idem testis quod omni tempore quod vidit ipsum fratrem Joannem Bonum, contentus erat una tantum cappa de staminea, grisei
e coloris *e*, tam in æstate quam in hyeme, quantum-

cumque esset frigus magnum. Et vidit eum semper discalceatum ire; portabat tamen duos zupellos ligneos, quandoque ad corporis juvamentum, quandoque ad detrimentum ipsius. EX MSS.

De aqua in vinum conversa. Spina piscis miraculo eruitur e gutture.

84 Dicit idem testis de miraculo vini, ut fr. Salvetus et fr. Joannes de Barba testis per omnia dixerunt, quod vinum fecit de aqua factum. Præterea dicit etiam idem testis quod cum quadam vice comederat pisces in conventu cum aliis fratribus, spina ejusdem piscis infixa exstitit in gutture suo, ita, quod nec spuere, nec transglutire valebat ipsam. Et dum sic staret dictus testis in maxima angustia constitutus, timens ipsius spinæ periculum, infra se ipsum cogitare cœpit, quod quam cito de mensa surgeret, iret ad fratrem Joannem Bonum, ut rogaret Deum pro ipso, et esset ab ejus spinæ periculo continuo liberatus. Et his cogitatis, antequam de ipsa mensa surgeret, fuit a prædicto periculo totaliter liberatus. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt circa xvm anni. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco Cæsenæ S. Mariæ de Botriolo; de mense, die et hora non recordatur. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus passus (sit) persecutionem a dæmone vel ab hominibus, dicit quod nescit nisi auditu; tamen E quod audivit quod sic, pluries. Interrogatus si de hoc tunc temporis fuit fama publica, dicit quod sic inter fratres. Interrogatus si de hoc fuit doctus, vel rogatus, dicit quod non, sed ex mandato fratris Ugolini, prioris generalis, venit ad testificandum.

ANNOTATA.

a *Plerumque scribitur hoc modo hæc vox in processu, sed aliis locis eam expressimus litteris consuetis.*

b *Differt miraculum, quod hic narratur, ab illis quæ narrantur sub num.* 52 *et* 83.

c *De hoc conventu diximus in Comment. num.* 123 *fundatum fuisse ab anno saltem* 1242. *Etenim dicit hoc loco fr. Martinus, qui anno* 1251 *ut testis comparet in processu, annos duodecim elapsos esse a prophetia beati de futuro exitu fr. Gratiadei, seu eam contigisse anno circiter* 1239; *deinde tribus post annis, seu anno* 1242, *fr. Gratiadeum ex ordine exiisse et reliquiise conventum Parmensem.*

d Peciola *est diminutivum vocis* pecia, *cujus frequens erat usus ævo medio; idem vero significat* F *ac vox italica* pezza, *fragmentum scilicet telæ quo aliquid involvi potest. Ex latina aut potius barbara voce* pecia *derivatum gallicum* pièce *nemo non videt*

e *De colore* cappæ de staminea *sive tunicæ* B. Joannis. *Vide Comment. num.* 175 *et seqq.*

CAPUT XI.

Testimonium fr. Matthæi.

Testes novi.

« Die quarta, intrante Augusto fr. Mathæus, » presbyter, et fr. Bonaventura, presbyter, de » ordine heremitarum, juraverunt coram D. epi- » scopo Mutinensi, et D. præposito Mantuæ (cum » tertius, scilicet prior S. Marci, propter quædam » impedimenta, interesse non possit), dicere veri- » tatem de vita et conversatione fratris Joannis » Boni. »

Frater Mathæus, supradictus, juratus dixit de vita et conversatione ipsius fratris Joannis Boni

EX MSS. institutoris ordinis supradicti, in omnibus et per omnia quæ fr. Girardus, presbyter, de Mantua, et fr. Michael, presbyter, de Verona, et quæ fr. Joannes de Barba, laicus, dixerunt.

Incedit super prunas candentes. 86 Dicit præterea idem testis, quod cum quadam vice fr. Joannes Bonus staret ad ignem cum fratribus suis, et multa ligna, quæ in eodem igne fuerunt, essent consumpta, et multæ prunæ essent in lari, idem fr. Joannes Bonus subito surrexit coram fratribus memoratis, et nudis pedibus prunas ipsas intravit; et cœpit ipsas volvere et ducere cum pedibus hinc et inde, ac si pedes suos de aqua lavaret : et post aliquantulam horam de prædictis prunis sanus et illæsus exivit, et nunquam inde aliquam læsionem sensit postea. Interrogatus quomodo scit, dicit quod interfuit et vidit, quando hoc factum fuit. Interrogatus de tempore, dicit se non recordari. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco Botrioli in quadam domo ubi hospites co-
a medebant *a*. De mense, dicit se non recordari; de die, dicit quod fuit die Dominico; de hora, dicit quod fuit post cœnam. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente fratre Joazim, et pluribus aliis de fratribus, quorum nomina dicit
B se ignorare. Interrogatus si de hoc tunc temporis erat publica vox et fama, dicit quod sic, intra fratres ipsius ordinis, inter alios vero credit similiter quod sic.

Ei sanatur ventris tumor. 87 Aliud miraculum. Dicit præterea idem testis quod cum idem frater Joannes Bonus quadam vice longam habuisset infirmitatem, occasione cujus venter ejus intumuerat, ita quod hydropicus videretur, et quod de vita desperaret, fecit ad se venire fratres, qui erant in ipso conventu, dicens eis : Credo quod spiritus vult derelinquere corpus istud; sum ego necessarius vobis amplius fratres? Qui responderunt ei : Domine, vos bene scitis si estis necessarius nobis. Et tunc cœpit ipsos monere, confortari et hortari in Domino Jesu Christo. Quo facto dixit eis : Ite ad ecclesiam, dicendo omnes per viam « Miserere mei, Deus. » Et dum estis in ecclesia, aliquantulum pulsetis campanas, « Te Deum laudamus » pariter decantando; et postmodum Deum rogetis quod exaudiat orationem meam : quo facto statim redeatis ad me. Qui fratres implendo per omnia sicut ipse fr. Joannes Bonus dixerat eis, ad ipsum incontinenti postmodum redierunt. Et intrantes ipsius domunculam, ubi ipse
C stabat, invenerunt ipsum sedentem, et a dicto tumore penitus liberatum, ac si nullam infirmitatem aliquando habuisset. Et tunc cœpit fr. Joannes Bonus ipsos fratres interim in Domino confortare, dicens eis : De tali Domino sperate et confidite, qui sanat infirmos quoties placet sibi. Et tunc dictos fratres licentiavit. Interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit et interfuit. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente fratre Boninguntro, fr. Antonio, qui nunc mortuus est, et fr. Gratiano, et pluribus aliis, quorum nomina non recordatur. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt bene XXIIII anni; de mense et die non recordatur. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco Botrioli, ubi dictus fr. Joannes Bonus morabatur.

Ficus frondescit mense Novembris. 88 Item aliud miraculum. Dicit præterea idem testis quod cum quodam tempore quidam fr. Joannes Bellus, de ordine supradicto, staret cum ipso fratre Joanne Bono juxta cellam ipsius, ubi erat quædam arbor de ficu sine foliis, tunc fr. Joannes Bonus dixit illi fratri Joanni Bello : Vis ut ficus ista producat folia? Qui respondit : Domine, libenter vellem. Et tunc ipse fr. Joannes Bonus fecit signum crucis versus arborem ipsam; et recesserunt inde. Mane autem facto idem fr. Joannes Bo- D
nus accessit ad ipsam arborem, et invenit ipsam arborem per omnes ramos folia produxisse ac si esset de mense Maji; et tunc ipse Joannes Bonus misit pro fratribus suis, qui erant in conventu, ut venirent ad ipsum. Quibus venientibus, dixit eis : Videte quod fecit Dominus meus Jesus Christus; dicens eis secundum quod fecerat in die primo præterito. Et tunc ipsi fratres, hoc viso, lætati sunt nimium et plurimum admirati, laudantes et benedicentes Dominum. Et tunc fr. Joannes Bonus cœpit ipsos monere et hortari sicut poterat in servitio Jesu Christi; et ita licentiando eos quod rediret ad conventum. Interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit et interfuit. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente fratre Joanne Bello, et fratre Alberto, et majori parte illorum qui erant in conventu. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt XX anni. Interrogatus de mense, dicit quod credit quod fuit in mense Novembris circa festum Omnium Sanctorum. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco Botrioli juxta cellam ipsius fratris Joannis Boni. Interrogatus quantum tempus postea dicta folia steterunt in arbore memorata, dicit quod credit quod steterunt ibi usque E
prope festum Natalis Domini. Interrogatus si de hoc tunc temporis erat vox et fama publica per contratam Romaniolæ et per civitatem Cæsenæ, dicit quod sic, quia plures tam laici, quam clerici, et etiam episcopus Cæsenas *b* ad dictum miraculum *b*
cucurrerunt.

Ramusculus adustus 89 Alia duo miracula, scilicet de amigdala et ceresa dicit idem per omnia quæ fr. Joannes de Barba laicus ejusdem ordinis dixit et supra relata sunt. Dicit præterea idem testis, quod cum quodam die fr. Joannes Bonus staret cum quibusdam de fratribus suis, inter quos erat quidam fr. Jacim, qui pluries tentatus fuit exire de ordine memorato, dixit fratri Joanni Bono : Domine, faciatis nobis aliquod miraculum circa Pascha. Qui cœpit aliquantulum moleste habere, dicens ei : Quid vultis amplius videre? nonne multa vidistis. Et post aliquot dies idem fr. Joannes Bonus accepit quendam ramusculum de pomo, qui erat combustus ab uno capite, et cum cultello aptavit ipsum ab alio capite, et ipsum juxta cellam suam plantavit. Adveniente vero Paschate, post prandium, misit pro ipso teste; qui testis incontinenti venit ad eum. Et tunc quidam fr. Moroël, qui erat cum ipso fratre Joanne F
Bono, dixit ipsi testi : Revertere inferius. Et post paululum idem fr. Moroël ivit pro eodem teste, de mandato dicti fratris Joannis Boni, quod veniret cum omnibus fratribus ad ipsum. Qui statim venerunt ad eum; et cum aliquantulum stetissent extra cellam ipsius, ipse fr. Joannes Bonus exivit de cella, et venit ad eos, et duxit eos secum ad locum ubi plantaverat ramusculum suprascriptum; et flexis genibus evulsit ramusculum ipsum; et ostendit fratribus dicens : Videte, quod nullæ radices sunt hic. Qui respicientes non viderunt ibi aliquam radicem, nisi adustionem, seu carbonem, secundum quod extraxerat ipsum de igne. Et tunc dixit eis, scilicet fratri Moroëlo et fratri Conrado : Nonne iste est ramusculus, quem ego plantavi. Qui dixerunt ei : Domine sic. Et tunc ostendit eis ramusculum ipsum, ubi erant folia recentia *c* et VII botia *d* *c* *d*
parata ad producendum flores. Quo facto licentiavit eos, confortando ipsos et monendo ad servitium Jesu Christi. Et tunc idem fr. Jachim fuit confirmatus, et corroboratus in ordine ipso; itaquod nunquam postea fuit tentatus exire ordinem.

florescit 90 Interrogatus quomodo scit, dicit quod interfuit

A fuit et vidit. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente fratre Moroelo, fratre Jachim, fratre Conrado, et multis de fratribus suis. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt xx anni. Interrogatus de mense, dicit quod fuit de mense Aprilis; de die, dicit quod fuit die Resurectionis; de hora dicit quod fuit post prandium. Interrogatus si de hoc fuit fama publica, dicit quod sic inter fratres. Interrogatus si de hoc fuit doctus vel rogatus, dicit quod non, sed de mandato fratris Philippi, cui commissum erat per fratrem Ugolinum, priorem generalem, quod præsentaret fratres ad testificandum *e*, venit. Interrogatus de loco, dicit quod fuit in loco Botrioli, ubi fr. Joannes Bonus morabatur. Interrogatus per quantum tempus dictus fr. Joannes Bonus steterit in ordine supradicto, dicit quod bene fuit in dicto ordine per XXXVIII annos. Interrogatus quanto tempore idem testis stetit in ordine, dicit quod bene sunt XXXIV anni et plus.

e

ANNOTATA.

a *De hac domo. Vide supra pag.* 788, *annot.* i.

b *Fuit is episcopus, Manginus, qui infra sub*
B *num.* 168 *et seqq. in processu Cæsenate pro testimonio dicit. Etenim paulo superius in eodem præsenti num.* 88 *itemque num.* 90 *dicuntur ista evenisse annis viginti ante annum* 1251, *seu circiter annum* 1251.

c *Differt hoc miraculum ab illis quæ recensentur sub num.* 52 *et* 79.

d Botium *ex italico* boccia, *quo gemmæ, quas gerunt arbores, antequam efflorescant, significantur. Eodem sensu, licet metaphorico, intelligendus hic locus Chronici Casinensis apud Cangium V.* Bocia, *ubi* genus vasis *designare dicitur :* Abstulit in calicibus et patenis, crucibus, phialis, annulis, bociis (*id est globulis et ornamentis gemmas arborum imitantibus*) ac fibulis, auri purissimi libras CXXX. *Vocem* bocium *alio significatu, sed non prorsus dissimili offendimus supra pag.* 762, *num.* 63.

e *Hic in præsentandis fratribus ad testificandum fr. Ugolino successit. Cfr. supra pag.* 770, *num.* 7.

CAPUT XII.

C

Testimonium fr. Bonaventuræ.

Beati conversatio; frequens confessio.

Dicit fr. Bonaventura, testis, presbyter ordinis supradicti juratus, quod fr. Joannes Bonus, institutor ordinis supradicti, fuit optimæ vitæ et conversationis apud Deum et homines, et maxime apud fratres suos. De omnibus aliis, de vita conversatione prædicti fratris Joannis Boni, dicit ut prædictus fr. Jacobus, laicus, dixit, hoc addito, quia dicit quod bis, vel ter dictus fr. Joannes Bonus in hebdomada confitebatur ab ipso teste *a*, quotiescumque idem testis erat in conventu fratrum; et optime novit de sua bona vita et conversatione, et miraculis; de quibus aliqua ratione non testificatur.

a

Cæsena venit Ferrariam. Curatur hydropisis.

92 Dicit præterea idem testis quod cum ipse veniret cum fratre Joanne Bono ab heremo de Cæsena, ubi idem fr. Joannes Bonus steterat in pœnitentia, in civitatem Mantuæ *b*, venerunt ad quendam locum qui appellatur Peola *c;* et cum divertissent, ut comederent, ad domum cujusdam mulieris, nomine Albæ *d*, quæ gravem infirmitatem corporis patiebatur, scilicet idropisim, et etiam per quatuor annos, ut ipsa dicebat, febrem quartanam passa fuerat, nec a prædictis infirmitatibus posset aliquatenus liberari, cœpit ipsum testem, qui erat suus confessor, humiliter deprecari, quod simul cum ipsa rogaret ipsum Joannem Bonum, qui præsens erat ibidem, quod rogaret Dominum Jesum Christum pro ipsa : quia firmiter credebat quod Dominus liberaret eam per orationem ipsius fratris Joannis Boni; sibi humiliter supplicans quod pro Dei amore pro ipsa Dominum exoraret. Cui dictus fr. Joannes Bonus respondit : Posses comedere de isto pane? et illa dixit : Sic. Et tunc dedit ei duas vel tres lenticulas (?) de ipso pane quem ante se habebat, dicens ei : Comede panem istum, et videbis quid Dominus faciet tibi. Quæ statim comedit; et sumpta comestione ipse fr. Joannes Bonus recepit, et ivit viam suam. Et cum infra octo dies postquam hæc facta sunt, idem testis rediret Bononiam, de mandato sui prioris, qui Mantuæ morabatur, et declinasset ad domum mulieris prædictæ ut hospitaretur ibidem, invenit ipsam a prædictis infirmitatibus totaliter liberatam. Quæ cum gaudio maximo suscepit testem prædictum, E
dicens ei, quod Dominus Deus per orationem fratris Joannis Boni liberaverat ipsam. Interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit et interfuit. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente ipso teste, fr. Joanne de Barba, fr. Mecorino, et fr. Benevenuto *e*. Interrogatus de tempore, dicit *e*
quod sunt jam XXI menses; dicit quod fuit de mense Octobris; de die, dicit quod fuit die Veneris *f;* sed *f*
hora prandii. Interrogatus si de hoc tunc temporis fuit vox et publica fama per contratam et locum illum, dicit quod sic. Interrogatus quanto tempore ante vidit infirmam de prædictis infirmitatibus, dicit quod per tres annos. Interrogatus quanto tempore postea vidit eam sanam, dicit quod omni tempore postea quando vidit eam, vidit eam sanam.

Ferrariæ liberatur puer

93 Aliud miraculum dicit præterea idem testis; quod cum secundo die, quando idem fr. Joannes Bonus recessit de Peola, et venit Ferrariam ad locum ipsorum fratrum S. Antonii *g*, quædam mulier, nomine Adelasia, scivisset quod fr. Joannes Bonus venisset ad locum prædictum, accepit quendam suum nepotem, quatuor vel quinque annorum, qui per quendam ictum lumen dexteri oculi amiserat penitus, et venit festinanter cum puero F
prædicto ad locum ipsum, ubi fr. Joannes Bonus venerat. Et cœpit loqui cum ipso teste de facto dicti nepotis sui, cum ipse testis esset confessor ipsius mulieris. Et idem testis accepit quandam particulam, quam habebat secum, de quadam cappa quæ fuerat ipsius fratris Joannis Boni *h*, et obtulit *h*
mulieri prædictæ, quod de ea tergeret oculum nepotis sui. Et dum ipsa vellet tergere oculum ipsius pueri, idem puer accepit incontinenti dictam particulam panni de manu amitæ suæ, et cœpit sibi tergere oculum gratulanter; et statim restitutum est sibi lumen; et vidit ita bene de illo sicut de alio. Et cum idem testis hoc vidit, plurimum gavisus fuit, reddens inde gratiam Jesu Christo: et ad hoc ut inde melius certus esset testis prædictus, ipse idem cum manu sua clausit alterum oculum ipsius pueri, et ostendit alteram manum ad illum oculum de quo liberatus fuerat a cæcitate prædicta, dicens ei : Quid est hoc? et ille respondit : Est manus vestra. Et tunc idem testis accepit manicam tunicæ suæ, et iterum ostendit ei, dicens : Quod est hoc? qui respondens dixit : Est manica tunicæ vestræ.

g

94 Et cum remansisset quoddam signum in palpebra

ex mss. *a cæcitate unius oculi.*

pebra oculi ejusdem pueri, pater ipsius adhuc ipsum puerum ad locum prædictum duxit secum, et repræsentavit ipsum fratri Joanni Bono, rogans ipsum, ut signo crucis signaret puerum prædictum. Quem cum signasset signo crucis, incontinenti signum illud recessit de palpebra prædicta. Interrogatus quomodo scit, dicit quod vidit et interfuit. Interrogatus quibus præsentibus, dicit quod præsente ipso teste, et patre ipsius pueri, nomine Ubaldino, notario, et eodem puero, quando dictus frater signum crucis fecit; quando vero dictus puer tersit sibi oculum de parte cappæ prædictæ, erant præsentes ipse testis, et amita pueri præfata. Interrogatus de tempore, dicit eodem tempore cum priore. Interrogatus per quantum tempus viderat ipsum sanum ante, dicit quod bene per duos annos. Interrogatus per quantum tempus vidit ipsum sanum postquam liberatus est, dicit quod non vidit postea neque sanum, neque infirmum. Interrogatus si de hoc tunc temporis erat fama publica, dicit quod sic per contratam dicti pueri; de die, dicit quod fuit de die sabathi ante tertiam; de mense, dicit quod fuit de mense Octobris; de loco, dicit quod fuit in loco S. Antonii extra Ferrariam. B

Curatur febris; capitulum generale ordinis; obitus beati. i

95 Dicit præterea idem testis, quod cum ipse per tres menses et ultra laborasset quadam febre continua, et fr. Mathæus, qui tum erat prior generalis, misisset pro ipso teste, ut iret ad capitulum, quod congregabatur Ferrariæ *i,* tunc idem testis, recepto mandato, supplicavit fratri Joanni Bono, quod rogaret Dominum pro ipso, ut liberaretur a febre, ut melius ire posset. Et tunc ipse respondit ei : Vade, frater, secure, quia tu liberaberis ab ipsa febre, quando liberatus ero a mea; cum idem fr. Joannes Bonus molestaretur similiter a febre quotidiana, antequam idem testis. Et tunc testis prædictus in sequenti die, qui fuit dies sabathi, iter arripuit eundo Ferrariam ad capitulum memoratum. Et peracto capitulo, in sequenti die Dominico, duo de fratribus qui Mantuæ morabantur cum ipso fratre Joanne Bono, cum festinantia maxima Ferrariam properarunt, nunciantes fratribus qui erant Ferrariæ, quod fr. Joannes Bonus hesterna die, scilicet die sabathi, circa nonam, viam fuerat universæ carnis ingressus; et eodem die dictus testis liberatus fuerat a febre qua tenebatur. Interrogatus de tempore, dicit quod sunt xxi menses *k;* *k*
C de loco vero dicit quod idem fr. Joannes Bonus obiit Mantuæ; et idem testis liberatus fuit Ferrariæ. Dicit etiam idem testis, quod quam cito, die sabathi, liberatus fuit a febre, dixit quibusdam de fratribus qui erant cum ipso adhuc : Vel fr. Joannes Bonus est mortuus, aut est liberatus a febre. Et hæc dixit eis antequam nunciatum esset eis per fratres prædictos quod Joannes Bonus obiisset. De mense, dicit quod fuit de mense Octobris. Interrogatus per quantum tempus dictus fr. Joannes Bonus steterat in ordine supradicto, dicit quod stetit per xxxviii annos, vel xxxix. Interrogatus quanto tempore dictus testis stetit in ordine supradicto, dicit quod xxiii annos et plus. Interrogatus si dictus fr. Joannes Bonus passus fuerat persecutionem a dæmone, vel ab homine corporali, dicit quod audivit pluries ab ipso fratre Joanne Bono quod sic, sed aliter nescit. Interrogatus si de hoc tunc temporis fuerit fama publica, dicit quod sic inter fratres.

D

ANNOTATA.

a *De frequentia confessionum beati vide Comment. præv. num.* 112.

b *Sibi moriendum esse Mantuæ jam dudum prædixerat beatus. Cfr Comment. num.* 165. *Discessit autem Cæsena, ut ex sequentibus patet, circa initium mensis Octobris anni* 1249.

c *Forte* Pegola, *Bononiam inter et Ferrariam, pertinens ad majorem vicum* Malalbergo (1). *Infra enim dicitur fr. Bonaventuram hunc viculum iterum obvium habuisse dum Mantua Bononiam venit.*

d *Hæc mulier a Calepino dicitur* Blanca *pag.* 761 *num.* 59 : *quod verosimile est verum ejus nomen fuisse.*

e *Ex his patet perperam dixisse Laudensem lib.* i, *cap.* 13, *in hoc itinere solum fr. Bonaventuram beato comitem fuisse; quem nos in Comment. num.* 166 *sine sufficienti examine secuti eramus.*

f *Anno* 1249, *de quo hic agitur, feriæ sextæ mensis Octobris incidebant in diem* 1, 8, 15 *etc. Hic designari arbitror diem mensis* 8; *nam die sequenti Ferrariæ versabatur beatus, num. seq. seu* 95; *et circa diem* 11 *Mantuam advenit. Cfr Comment.* E *num.*166. *Monemus autem ibidem in Commentario erronee scribi diem Octobris* 8 *pro die quovis inter primos mensis ejusdem.*

g *De conventu Ferrariensi eremitarum S. Augustini dictum breviter Comment. num.*123. *De eodem aliqua leguntur in kalendario ecclesiastico Ferrariensi anni* 1845 (2).

h *Etenim beatus pluribus cappis sive tunicis usus est,* una post aliam de simili panno, *ut loquitur quidam testis in Processu* (3).

i *Historiam hujus capituli legesis Comment. præv. num.* 148.

k *Ex hoc præcipue loco deduximus Comment. num.* 16 B. Joannem *obiisse die* 23 *Octobris anni* 1249. *Etenim fiebat hæc interrogatio die* 4 *Augusti anni* 1251 (4), *et respondet Bonaventura menses* 21 *elapsos esse ab obitu beati, et addit infra eum contigisse* de mense Octobris : *ex quibus necessario referimur ad mensem Octobrem anni* 1249. *Constant hæc etiam ex præcedentibus, et multipliciter possent confirmari; verum a nemine jam dudum revocantur in dubium. Cfr. Comment. num.* 12 *et seqq. et infra pag.* 799 *annot.* h.

F

CAPUT XIII.

Testimonia Imeldæ, Boninsignæ, aliaque. Attestatio notarii.

Benvenutæ sanantur manus aridæ.

« Die quinto intrante Augusto, Imelde de Bri- a
» xia, mater cujusdam puellæ, quæ infirma fue-
» rat, et nunc est sanata, testis ejusdem puellæ,
» Bezenuta uxor Joannis de Braida, Boninsigna
» mulier de eodem loco et Bonavia filia Uberti Ca-
» breti de eodem loco de Braidis de Padolirano *a,*
» Mantuanæ diœcesis, testis inductæ super mira-
» culo facto post mortem fratris Joannis Boni de
» puella supradicta : juravit ipsa mater, et testes
» prædictæ dicere veritatem coram D. episcopo
» Mutinensi et D. præposito Mantuæ. »

(1) Indice alphab. di tutti i luoghi dello stato pontificio, pag. 189, Roma 1836. — (2) Indicatore eccles. Ferrarese per l'anno 1845, part. ii, pag. 31 et seqq. — (3) Infra num. 181. — (4) Processus num. 3, 85 et 99.

A Imelda, mater puellæ nomine Benvenutæ, quæ puella est XIII mensem, jurata dicit, quod cum dicta puella, ejus filia, in tantum haberet manus aridas, quod ipsas aliqua ratione non poterat aperire, et dicta mater quotidie pro dicta sua filia affligeretur, et vox et fama fratris Joannis Boni de miraculis, quæ Dominus ostendebat pro ipso, iret per diœcesim Mantuæ; tunc mane dictæ mulieres cœperunt dicere sibi : Voveas Deo et fratri Joanni Bono, quod si dicta puella suis orationibus sanabitur, quod ibis ad ejus corpus cum ipsa puella pedibus discalciatis, et quod dabis ei unam candelam quantum ipsa puella longa est et grossa. Quæ dicta mater puellæ, emisso voto, de contingentibus *b* nil omisit; et ea veniente in die Ascensionis, quando corpus ejusdem fratris Joannis Boni ponebatur *c* in arca, et orationem faciente quod Dominus faceret gratiam in filia sua, incontinenti dicta puella cœpit se totam extendere, et paulatim manus aperire cum magno tremore; et ita nervi sibi solidabant, sonabant, ac si nuces frangeretur : et sic per Dei gratiam exstitit liberata. Interrogata si dicta puella a nativitate sua semper tenuit ita manus suas, dicit quod sic. Interrogata si dicta puella B postea semper habuit manus suas sanas, dicit quod sic. Interrogata de loco, dicit quod stabat in ostio ecclesiæ S. Agnetis, ubi corpus ipsius fratris Joannis Boni jacebat, cum pro multitudine hominum et mulierum ad ejus sepulcrum venire non posset. Interrogata de tempore, dicit quod fuit in die Ascensionis Domini, anno præsenti *d*. Interrogata si de hoc fuit fama per contratam illam, dicit quod sic. Interrogata si de hoc fuit docta, rogata, dicit quod non, sed de mandato Michelini *e*, ministerialis communis Mantuæ, venit ad testificandum.

De eodem miraculo.

97 Boninsigna mulier, de loco Braidani, Mantuæ diœcesis, jurata dicit, quod ipsa a nativitate puellæ, nomine Benvenutæ, semper vidit ipsam cum manibus aridis, ita quod ipsas aperire non poterat; sed postquam mater dictæ puellæ portaverat ipsum ad ecclesiam S. Agnetis, ubi erat corpus fratris Joannis Boni, et rediit ad domum suam, vidit ipsam puellam semper sanam. Interrogata si audivit matrem ipsius puellæ voventem Deo et fratri Joanni Bono pro dicta filia sua, dicit quod sic. Interrogata si vidit dictam puellam quando aperiebat manus, dicit quod non erat ibi præsens, nisi quia postea omni tempore vidit eam sanam. C Interrogata de loco, dicit quod fuit in ecclesia S. Agnetis, sicut credit. Interrogata de die, dicit quod fuit in die Ascensionis præteritæ. Interrogata si tunc temporis fuit publica vox et fama de hoc per contratam ipsam, dicit quod sic. Interrogata si de hoc fuerat docta, vel rogata, dicit quod non. Bonascia mulier, et Reseunta testes, de loco Braidani S. Benedicti, Mantuæ diœcesis, juratæ dixerunt de miraculo puellæ supradictæ, quæ habebat manus aridas, in omnibus et per omnia, sicut Boninsigna mulier, de loco prædicto, dixit.

Attestatio notarii.

98 « Ego Bonaventura quondam *f* magistri Mauri » notarii sacri palatii *g*, ex mandato D. episcopi » Mutinensis et D. præpositi Mantuæ [et] prioris » S. Marci, Mantuæ, prædictos testes feci jurare, » et eorum dicta diligenter collegi, et ea scripsi, » cum eis commissum esset per D. Innocentium » Papam. »

ANNOTATA.

a De Braidis de Padolirono. *Hic locus infra num.* 97 *dicitur locus* Braydani S. Benedicti. *Unde manifestum est eumdem esse qui nunc dicitur* Benedetto-di-Polirone *chiliometris* 14 *a Mantua, ad dexteram Padi. Ibi fuit celeberrimum monasterium illius nominis, de quo dictum in Actis nostris ad diem* 26 *Julii* (1); *qua die S. Simeon monachus, qui ibi vixit, in martyrologiis celebratur.* EX MSS.

b De contingentibus, *id est, ni fallor, de iis quæ ad rem illam pertinebant seu contingebant.*

c Ponebatur, *seu positum erat aut jacebat; nam jam ante festum Ascensionis fuerat in arca repositum. Comment. num.* 173.

d *Incidit festum Ascensionis anno illo* 1251 *in diem* 25 *Maji.*

e *Supra pag.* 791, *num.* 74 *vocatus est Michaël; sic et Ugo, prior generalis congregationis* B. Joannis, *plerumque dicitur Ugolinus.*

f Quondam magistri Mauri. *Supplenda vox* filius. Quondam *vero idem est ac* defunctus, *aut potius æquivalet gallico* feu, *italico* fu, *ut jam dudum adverterunt continuatores Glossarii Cangiani.*

g *De Bonaventura notario deque munere notariorum in hujusmodi processibus. Vide supra pag.* 769. *num.* 5.

(1) Acta SS. tom. VI Julii, pag. 255.

E

PARS SECUNDA.

Continuatio Processus Mantuani anni 1251. Miracula post mortem beati *a*.

a

CAPUT I.

Liberatur Pamphilia ab epilepsi aliisque pluribus et gravissimis morbis.

Dirige scribentis, Spiritus alme, manus.

« Testes super miraculis factis post mortem F
» fratris Joannis Boni, ordinis heremitarum, re-
» præsentati et inducti a fratre Ugolino, priore
» generali ordinis fratrum heremitarum, ad po-
» stulationem domini A. Dei gratia episcopi Mu-
» tinensis et A. prioris ecclesiæ S. Marci, Mantuæ;
» præposito quidem Mantuæ absente, justo impe-
» dimento detento; et recepta [juramenta], per
» Lanfrancum notarium Pergamensem *b*, Mantuæ b
» civem, millesimo ducentesimo quinquagesimo c
» primo, Indictione *c* nona, in Mantua, in domo d
» S. Marci et ecclesia majori civitatis *d* prædictæ, e
» die Martis, primo intrante Augusto *e*.

Pamphilia, morbum caducum aliosque.

100 Panfilia, uxor Lazarini, de Stablo, civitatis Mantuæ, juravit et sacramento dixit, quod XIV anni sunt peracti quod passa est caducum morbum pluries, die ac nocte; et interdum quando dictum patiebatur morbum, jacebat continue quinque diebus et noctibus, non bibens nec audiens, neque comedens, nec aliquid quoquo modo faciens. Et dixit quod ipsa stetit hoc modo et infirmitate gravata per tempus sicut quidem supradictum. Item

dixit

ex mss. dixit dicta testis sacramento, quod passa est similiter fluxum sanguinis interpolatum, novem annis; et dixit quod quasi in fine dictorum novem annorum, passa est infirmitatem præfatam tribus mensibus continue. Insuper dixit ipsa testis sacramento, quod idropica fuit et fortiter inflata in pedibus, tibiis, et corpore, et brachiis, manibus atque vultu, taliter quod per se surgere non poterat, nec etiam ambulare, nec aliquid quidem facere, dicens et asseverans se sic stetisse a dicta infirmitate quatuor mensibus adgravatam.

patiens adit sepulcrum 101 Adhuc dixit sacramento testis prædicta, quod in oculis graviter passa est per unum mensem, ita quod oculus sinister exiverat extra caput ipsius testis tumidus et inflatus ad instar pugilli unius manus, et ejusdem oculus sinister sic contractus est intus in capite, quod videbatur quod esset ereptus. Item dixit ipsa testis quod passa est febrem quotidianam tribus annis. Et cum sic esset afflicta prædictis infirmitatibus, simul et languoribus prætaxatis, audivit a viro suo quod in ecclesia S. Agnetis fratrum heremitarum de Mantua erat quidam benedictus frater nuper defunctus *f*, qui vocabatur fr. Zanebonus, de ordine scilicet supradicto; *f*
B ad quem maritus ipsius testis iverat, et viderat ipsum jacentem in feretro in ecclesia nominata; de quo quidem multa dicebantur bona ab hiis, qui erant ibidem, de vita et sanctitate ipsius: pedes cujus dicti Dei viri vir ipsius mulieris testis prædictæ osculatus est reverenter, sicut alii qui aderant ibidem similiter faciebant, credens ipsum sanctum, sicut idem maritus eamdem Pamfiliam ad dictum corpus reverenter transmisit, dicens quod credebat firmiter, quod liberaret eam. Et dixit prædicta quod ex eo fecit se conduci illuc ad ecclesiam prænominatam, ubi dictum corpus jam fuerat traditum sepulturæ *g*. Quæ vero cum ad prædictam affuit sepulturam, jacuit super ipsa sepultura a vesperis usque ad primum somnum, orando cum lacrimis, effusione, et devotissime ad dictum fratrem, quatenus intercedere dignaretur pro ea ad Dominum; et sic ad somnium reducta continuo dormitavit. *g*

et sanitatem adipiscitur. 102 Adhuc cum post modicum vigilasset, sensit se in ore habere quasi bollum terreum, grossum, ad modum avellanæ unius; quare valde admirans stupefacta dixit : Sancte, quid est istud quod in ore habeo? certe etsi, tossicum * arbitrarer, illud * toxicum
C amore vestri diglutiam. Et dixit quod cum illud totaliter deglutisset, visum est ei quod aqua foret, vel quasi. Tum vero continuo ab omni sua est infirmitate adjuta, et penitus liberata, et omnia membra ejus restituta sunt integre pristinæ sanitati : ita quod statim consurgens, sanam et hilarem se cognovit ac si numquam foret aliqua infirmitate turbata. Interrogata de tempore infirmitatis prædictæ, respondit quod in proxime futuro festo S. Lucæ erunt duo anni quod sanata est, de mense octobris, quodam die dominico *h*, in præsentia duarum suarum vicinarum, una quæ dicitur Gerarda, et altera Gisla, et plurium aliarum personarum, de quarum nominibus non recordatur. Interrogata si ejus infirmitas erat notoria et manifesta, respondit sic, omnibus vicinis et vicinabus suis, qui morantur in contrata Stabili de civitate Mantuæ; interrogata unde ipsa testis fuit oriunda, respondit quod nata fuit in quadam villa, quæ dicitur Aquafrigida *i*, quæ est in diœcesi Brixiensi; *h*
et dicit quod XIV anni sunt, vel circa, quod ipsa habitat in civitate Mantuæ. Interrogata si gratis vel sponte venit ad hoc testimonium referendum, respondit, imo fuit ei præceptum per Michellinum missum *k* communis Mantuæ quod veniret, et ex D
parte domini episcopi Mutinensis. Interrogata si *k*
fuit docta vel rogata dicere quæ prædixit, respondit : Non.

De eodem miraculo testimonium Guittæ; 103 Domina Guitta, uxor quondam Maphei, domini de Candoti, de contrata Stabili, juravit et sacramento dixit quod dicta Panfilia, sua vicina est, septem anni sunt; et dixit quod vidit ipsam patientem dictam infirmitatem, scilicet morbum caducum et inflationem sui corporis per dictum tempus. Et dixit testis quod ipsa sæpe ac sæpius levavit eam Panfiliam, cum cadebat ex morbo. Item dixit quod dicta Panfilia, tempore mortis dicti fratris, ut audivit, sanata fuit cum portata fuit ad dictum corpus; sed nescit aliter nisi per auditum; quia ipsa testis, tunc temporis erat infirma. Et dixit quod ipsa Pamphilia nunc est salva et sana, et fuit a tempore illo quo ipsa portata fuit et convaluit ad dictum corpus. Interrogata si est docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit non. Interrogata si venit gratis, vel fuit ei præceptum per missum communis Mantuæ, respondit quod ei præceptum fuit per missum communis quod veniret. Interrogata unde ipsa est oriunda, respondit
E quod Mantuana est.

Lazarini, viri Pamphiliæ; 104 Lazarinus, filius quondam Uberti de Pischeria, Veronensis diœcesis, habitator nunc Mantuæ in contrata Stabli, juravit et sacramento dixit per singula, in omnibus et per omnia, sicut dicta uxor ipsius, addens et mutans quod ipse testis non fuit ea nocte cum ipsa Panfilia, uxore sua, quando sibi Dominus restituit sanitatem ad tumulum dicti fratris Joannis Boni; et dicens quod ea nocte ipse Lazarinus jacuit ad domum suam causa custodiendi domum, quia nullam habet familiam præter dictam uxorem suam. Et dixit sacramento quod in crastinum summo mane *l* dicta mulier sua venit ad *l*
ostium domus suæ, et vocavit eum, virum suum, dicens : Lazarine, surgite. Et ipse testis dixit se respondisse : Quis es tu? et ipsa respondit : Ego sum Pamphilea. Et dixit testis quod valde admiratus et lætus fuit, et cito surrexit et aperuit ei. Et ipsa intravit sana et salva, dicens quod liberata fuerat ea nocte ab infirmitate sua; et facto prandio personaliter per prædictam Pamphileam, comederunt, lætantes, Dominum et dictum fratrum devotissime collaudantes. Et dixit testis sacramento, quod postea non vidit ipsam uxorem suam ab illa nec ab alia infirmitate gravari; sed sana et hilaris F
in sua sanitate, Deo gratias, perseverat. Interrogatus de die, quo ipsa sua mulier sanata fuit, respondit quod fr. Joannes Bonus obiit quodam sabatho circa festum S. Lucæ *m* et de dominico *m*
sequenti misit ipsam infirmam ad corpus dicti fratris quod erat in ecclesia S. Agnetis de Mantua; et dixit quod nocte sequenti sanata fuit. Interrogatus de nominibus eorum qui aderant ibi præsentes, respondit D. Gisla, uxor D. Astulfi, et D. Girarda, quæ stabat cum dicta D. Gisla in domo una. Interrogatus fuit unde oriunda dicta sua uxor; de Brixiensi districtu, de quadam villa quæ dicitur Aquafrigida : et ipse est Veronensis. Interrogatus quantum temporis est quod ipse Lazarinus stat Mantuæ, respondit XII anni sunt vel circa; et dixit quod novem anni sunt, vel circa quod dicta Pamphilia sua uxor est. Interrogatus si fuit doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit : Non. Interrogatus si fuit requisitus per missum communis ad hoc testimonium faciendum, respondit : Sic, per Michellinum missum communis. Interrogatus quantum temporis est quod ipse stat Mantuæ, respondit quod XII anni sunt.

Eo

A Eo die.

Ottolini, vicini;

105 Ottolinus, qui dicitur Reatius, de contrata prædicta Stabli, juravit et sacramento dixit, quod ipse vidit sæpe et sæpius dictam Panphiliam variis infirmitatibus infirmam, tumidam atque turpem. Et etiam dixit quod invenit eam et vidit semel jacentem et emittentem spumam de ore, quia ceciderat infirmitate illa; sed dixit testis nescire genera infirmitatum ipsius. Et dixit testis quod eo tempore quo dictus fr. Joannes Bonus de hac vita migravit, dictus testis ad postulationem [seu] rogatum Lazarini, viri dictæ Pamphiliæ, recepit ipsam Pamphiliam in navi sua, quia lacum communis
n Mantuæ *n* nocturno tempore pro communi custo-
o diebat *o* prædicto. Et dixit quod duxit illam infirmam, et D. Gislam [uxorem] D. Astulfi, ultra lacum prædictum. Et dixit quod cum ipsi fuerunt ad ripam prope domum fratrum heremitarum, accepit dictam infirmam de navi, et ipsam appo-
p diatam *p* ad se testem duxit usque ad tumulum dicti fratris; et ibi reliquit eam. Tamen dixit quod cum in crastinum reversus fuit illuc, volens eam infirmam videre, audivit quod ipsa recesserat. Et dixit testis quod postea vidit eam sanam et salvam,
B sicut nunc est; et quod non audivit postea dici quod infirmata foret. Recordatus tamen dixit quod non ivit usque illuc ad ecclesiam prædictam; quod cum esset in via, causa eundi ad dictam infirmam, interrogavit transeuntes quid esset de prædicta : a
q quibus audivit eam ad portam *q* remeasse. Interrogatus quando obiit dictus frater, respondit quod de mense Octobris proxime futuri, erunt duo anni. Interrogatus de die : Quodam die sabathi. Interrogatus de die quo duxit eam infirmam in navi sua illuc, ubi dictus frater jacebat, respondit quod non recordatur. Interrogatus si fuit requisitus per missum communis Mantuæ ad hoc testimonium referendum, respondit : Sic. Interrogatus si est doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit : Non. Interrogatus ubi ipse est oriundus, respondit de Mantuana, de villa Olmetæ.

et Mariæ familiaris.

106 Domina Maria de Taccano, interrogata dicit quod quinque anni sunt quod ipsa stat in eadem domo cum ipsa Pamphilia; et dixit quod per dictum tempus vidit eam infirmam et detentam infirmitatibus prædictis. Et dixit etiam quod ab eo tempore citra quo ipsa Pamphilia ivit ad dictum fratrem, sana est et salva; tamen dixit se non
C fuisse præsentem, quando sanata fuit. Interrogata dixit quod bene perseveraverit in civitate prædicta usque nunc. Interrogata unde ipsa est oriunda, respondit quod Mantuana est natione. Interrogata de singulis ut supra, respondit idem ut supra, propter quod non duxit eam in navi illa. Interrogata ubi ipsa testis moratur, respondit : Mantuæ in contrata prædicta. Interrogata si fuit docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit : Non.

ANNOTATA.

a *Differt hæc pars a prima in sequentibus :* 1° *diversus est notarius, ut patet ex num.* 98 *et* 99; 2° *diversus est et procurator causæ seu ille qui testes inducit, supra pag.* 770, *num.* 7; 3° *in parte prima testes omnes sunt ex fratribus eremitis, exceptis quinque; in secunda in qua multo plures comparent testes quam in prima, sunt omnes sæculares, tribus exceptis;* 4° *in prima agitur de vita beati et de miraculis quæ ante mortem contigerunt; in secunda, de miraculis post mortem, num.* 99 : *quæ diversitas longe præcipua est.*

b Notarium Pergamensem; *lege :* Bergomensem.

c *Convenit hæc indictio cum anno* 1251. EX MSS.

d *Interpretationem istius loci vide pag.* 770, *num.* 8.

e *Id est :* Die Martis, primo mensis Augusti. *Cujus mensis diem primum anno* 1251, *sub littera dominicali A, in diem Martis incidisse novimus. Inchoatus est igitur hic processus, seu hæc pars processuum, antequam pars præcedens, cujus ultimi testes auditi sunt die* 5 *Augusti* (*supra num.* 96) *esset absoluta.*

f *Cfr Comment. prævi. num.* 170 *et seq.*

g *Vide ibidem.*

h *Dicebat igitur Pamphilia anno* 1251, *se fuisse sanatam duobus abhinc annis, seu anno* 1249 (*et ut dixit num.* 101, *quando* B. Joannes *erat* nuper defunctus; *quem ejus maritus viderat* jacentem in feretro) de mense Octobris, quodam die Dominico *circa festum* S. Lucæ : *quæ coincidunt in diem* 24 *Octobris, qui anno* 1249 *dominicus erat. Conveniunt hæc omnimode cum iis quæ dicit Lazarinus, maritus Pamphiliæ infra num.* 104, *obiisse beatum* quodam sabatho circa festum S. Lucæ *et die sequenti seu* dominico sequenti *Pamphiliam adiisse ecclesiam S. Agnetis et sanatam fuisse.*

i *Vernacule* Acqua fredda, *Mantuam inter et* E *Brixiam.*

k *Qui hic* missus *dicitur, supra pag.* 791 *num.* 71 *dictus est* ministerialis; *vide ibid. Annot.* i. *Patet ex hoc et aliis locis hæc duo adhiberi indiscriminatim.*

l *Feria secunda,* 25 *Octobris, summo mane.*

m *Vide supra annot.* h.

n *Lacus ille Mantuæ circumjacet et multum ultra protenditur versus Occidentem.*

o *Ad præveniendas insidias; nam Mantuæ illo ævo frequentes fuere subversiones et bella.*

p Appodiatam, *idest, innixam, ex italico* apoggiato.

q Ad portam remeasse, *nimirum civitatis, siquidem conventus Augustinianorum situs erat extra Mantuam ad partem lacus septentrionalem.*

CAPUT II.

Bellanoma liberatur a dæmone; fr. Lanfrancus ab inchoata lepra. F

Die martis, primo intrante Augusto.

Bellanoma liberatur a dæmone;

Domina Bellanome, Uxor Boneti de Lanfranco de Zuliano, quæ fuit de Asula *a* Brixiensis diœcesis, *a* et nunc stat Mantuæ in contrata Stabli, juravit et sacramento dixit, quod in vigilia Ascensionis Domini nuper proxima præterita fuerunt octo anni, vel in die Veneris post ipsam Ascensionem fuerunt octo anni, quod ipsa testis vexata fuit a spiritibus immundis. Et dixit quod ipsa steterat ipsis temporibus vexata continuato tempore usque ad tempus obitus fratris Zaneboni prædicti et ultra per septem menses. Et dixit testis sacramento, quod die Veneris nuper proximi præteriti post Ascensionem Domini proximam præteritam, hora completorii *b*, ipsa *b*
testis ducta fuit violabiliter *c* a vicinis et vicinabus *c*
suis ad ecclesiam S. Agnetis de Mantua, ad arcam *d* *d*
ubi jacet corpus dicti fratris Joannis Boni. Et dixit quod eadem die et hora præsentibus et videntibus ipsis suis vicinis et vicinabus prædictis, ipsa testis liberata fuit, emissa spuma ore suo, a dictis immundis

EX MSS. dis spiritibus, a quibus vexabatur; asserens penitus et affirmans se liberatam penitus et integre fore, Dei gratia; et quod firme sperat et credit, quod meritis et precibus dicti fratris ad pristinam advenerit sanitatem. Interrogata quibus præsentibus et de nominibus eorum, respondit, D. Francia, uxor D. Zaneboni vitriarii, et D. Gesalberta, uxor D. Joannis de Macis, et fr. Lanfrancus et fr. Philippus, et fr. Bonacursus, ordinis heremitarum, et plures alii, de quorum nominibus præsentialiter non recordatur. Interrogata quanto tempore stetit Mantuæ ipsa testis, respondit : XII anni sunt, et plus. Interrogata si fuit docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit : Non.

Eo Die.

de quo et alii 107 Domina Francia, uxor D. Zaniboni, vitriarii, de Mantua, de contrata Stabli, juravit et sacramento dixit, quod tres anni sunt elapsi quod dicta testis perpendit de infirmitate dictæ Bellanomæ; dixit enim quod sua vicina est, et stetit prope domum suam. Et dixit testis quod vidit eam infirmam pluries torqueri per membra, cum ea audiente invocabatur nomen Dei. Et dixit etiam quod ipsa testis signavit eam semel dicendo : In nomine
B Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et fratris Joannis Boni; ad quod signum dicta infirma surrexit in eamdem testem volendo eam percutere. Et dixit testis sacramento quod die Veneris post Ascensio-
e nem Domini nuper præterita *e* ipsa testis et aliæ mulieres, et multi vicini, duxerunt dictam infirmam violabiliter ad ecclesiam S. Agnetis ad arcam dicti fratris. Et dixit quod eo die in hora Completorii, liberata est cum vomitu emisso dicta mulier ab infirmitate sua et a spiritibus immundis, a quibus vexabatur prædicta. Et dixit quod ibi jacuerunt ea nocte cum eadem sanata, et in crastinum audita missa et percepto Corpore Domini, ad propria remearunt in pace; dicens et sacramento, quod ab inde ipsa Bellanome stetit sana et sospes et a dicta infirmitate penitus absoluta usque nunc. Interrogata testis de hominibus qui aderant ibi præsentes cum dicta infirma sanata fuit, sicut testificando prædixit, respondit quod Albertinus notarius D. Ugonis de Lizio, et Guillinus Petrini de Rocca, et ipsa testis erant in ipsa ecclesia, et D. Maria, uxor D. Alberti de Tudesca, vicini dictæ mulieris, et plures alii. Interrogata si ipsa testis est catholica, respondit, sic. Et dixit quod D. Gi-
C selberta, uxor Zanini de Maria erat et ipsa præsens in prædictis. Interrogata si est docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit : Non.

Eo Die.

testificantur. 108 D. Giselberta, uxor Zanini de Maria, de Mantua et contrata prædicta, juravit et sacramento dixit in omnibus et per omnia et singula sicut prædicta D. Francia testis dixit; excepto quod mutavit in hoc, et dixit, quod unus annus est tantum quod ipsa testis perpendit de infirmitate dictæ mulieris, quia non stat in dicta contrata nisi unus annus est. Et excepto de eo quod dixit dicta Francia quod ipsa mulier liberata fuit emisso vomitu, et hæc testis dixit quod liberata est emissa spuma. Interrogata testis de nominibus præsentium, respondit quod Ubertinus Ugonis de Lizio, et D. Guardolina, uxor ipsius, et ipsa Giselberta testis, et D. Francia prædicta, et plures alii et aliæ erant præsentes. Et dixit etiam quod plures fratres dicti ordinis erant ibi præsentes, de quorum nominibus non recordatur ad præsens. Interrogata si est docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit : Non.

Die Mercurii, secundo, intrante Augusto.

109 Fr. Lanfrancus, Mediolanensis, presbyter de ordine heremitarum, prior provincialis in Lom- D
bardia, juravit et sacramento dixit, quod tres anni *Sanatur lepra inchoata;*
sunt præteriti, quod ipse frater infirmatus fuit quadam turpi et horribili ægritudine, quæ dicebatur morphea : quæ quidem infirmitas membrum seu principium lepræ erat *f*. Discurrebat enim ipsa *f*
infirmitas per totum corpus ipsius a genibus supra, excoriando cutem superiorem corporis dum scalpebat, et faciendo sibi carnem rubicundam etiam cum sudabat. Et dixit testis se passum fuisse infirmitatem illam turpissimam per dictum tempus, usque ad tempus translationis corporis fratris Zaneboni ad arcam. Adhuc dixit testis sacramento quod cum idem adesset quodam die post translationem corporis viri Dei solus ad arcam, adhuc existentem apertam, introspexit, et devote suam effudit orationem, dicens : Obsecro te, pater mi, quod si major honos Dei est, et melius animæ meæ, intercedere digneris pro me ad Dominum, ut suis precibus et meritis liberet me ab infirmitate mea; credens firmiter, quod si dictus Fr. Joannes Bonus rogaret pro eo, quod ipse liberaretur ab infirmitate prædicta. Et dixit testis, quod post novem dies antequam ipsa arca obturata foret *g* perpendit *g*
et vidit sanitatem sibi redditam et integre restitu- E
tam, ita vere quod nulla vestigia seu stigmata infirmitatis prædictæ in ejus corpore videbantur : quod quidem verum est, prout ego notarius et D. A. episcopus venerabilis Mutinensis et prior S. Marci vidimus manifeste aliqua non esse signa in corpore ipsius testis occasione prædicta; cum idem nobis suum corpus honeste nudatum plenius demonstrasset. Interrogatus dictus frater quibus præsentibus fuit cura corpori suo ex infirmitate prædicta, respondit quod ipse purgavit se in terra Venetiarum, consilio magistri Angeli, præsentibus fratre Ugone, *h*
nunc priore generale ordinis heremitarum *h*, fratre Jacomino Regino, et fratre Jacomino de Masteliis et aliis multis fratribus, et etiam fratre Martino de Mediolano. Interrogatus in quibus terris passus fuit infirmitatem prædictam, respondit : Venetiis, Bononiæ, Ferrariæ, Mediolani, et Mantuæ. Recordatus dixit quod fr. Martinus de Mediolano non fuit præsens, ut prædixit; et dixit quod fr. Dobellus fuit similiter præsens in prædicta infirmitate. Interrogatus si rogatus vel tractate *i* venit ad præ- *i*
dicta referenda, respondit : Non, sed ex præcepto sibi facto per missum communis Mantuæ. Interrogatus si ejus infirmitas erat notoria, respondit, sic, F
iis quibus ipse se monstrabat; tamen sciebant eum fratres pene omnes esse infirmum. Interrogatus si ejus sanitas est notoria, respondit : Sic. Interrogatus si perseveraverit usque nunc in sanitate illa, respondit : Optime.

Eo Die.

110 Fr. Dobellus, de Mantua, presbyter, prior *alia testimonia*
provincialis ultra Padum in Romagnola, ordinis heremitarum, juravit et sacramento dixit, quod duo anni sunt et plus quod ipse vidit dictum fratrem Lanfrancum patientem infirmitatem prædictam; et dixit quod vidit pluries corpus ipsius fratris, membra ipsius localiter rubicunda et pelle corrupta : et dixit quod ipse testis valde timebat ne dictus fr. Lanfrancus leprosus fieret; et dixit testis quod audivit a dicto infirmo quod precibus et meritis fratris Zaneboni liberatus est. Adhuc dixit testis quod dictus fr. Lanfrancus bene et optime liberatus est ab infirmitate sua a tempore translationis corporis dicti fratris Zaneboni citra; cujus corpus dixit testis se vidisse ad plenam convalescentiam pervenisse usque nunc. Interrogatus testis in quibus locis et terris vidit dictum fratrem patientem

A patientem infirmitatem prædictam, respondit: Ferrariæ, ubi vidit eum portantem camisiam desuper nudo sibi concessam occasione infirmitatis prædictæ, et Venetiis, Mediolani, et Mantuæ. Et dixit quod satis erat notoria ejus infirmitas inter fratres. Interrogatus si proprio motu vel rogatus veniret ad hoc testimonium faciendum, respondit, non, sed ex præcepto sibi facto per nuntium *k* communis Mantuæ ex parte D. episcopi Mutinensis et potestatis Mantuæ.

k

Eo die.

de eodem miraculo.

111 Fr. Ugo, prior generalis heremitarum, juravit et sacramento dixit, quod quatuor anni sunt, vel circa, quod dictus fr. Lanfrancus quasi continuo tempore usus est cum eo teste, eundo cum eo et scribendo omnia expedientia eidem fratri Ugoni, priori, occasione suæ prælationis. Et dixit ipse testis quod vidit ipsum fratrem infirmatum infirmitate quasi incurabili, quia dixit se fuisse pluries cum eo infirmo ad medicos plures, qui dicebant se non posse plene curare eum. Tamen dixit quod quidam medicus, nomine magister Angelus, de Venetiis, voluit purgare eum; de qua purgatione idem infirmus pene mortuus fuit. Et B dixit testis, quod ipse credebat vel dubitabat ne idem leprosus fieret; et dixit testis quod dictus fr. Lanfrancus convaluit ab infirmitate prædicta a tempore translationis corporis Zaniboni; ultra dicens et asserens sacramento quod vidit dictum fratrem Lanfrancum, postquam sanus factus est, sanum, corpore nudum honeste monstrato, ita tamen quod nulla vestigia infirmitatis prædictæ penitus ibi videntur. Interrogatus si infirmitas dicti fratris erat notoria et manifesta, respondit, sic, iis quibus ipse monstrabat eamdem; sed generaliter notoria erat ejus infirmitas inter fratres, quia sciebant ipsum esse infirmum, sed nesciebant qualem pateretur infirmitatem. Interrogatus si gratis vel tractate *l* venit ad hoc testimonium referendum, respondit, non, imo citatus fuit per missum communis Mantuæ ex parte D. episcopi Mutinensis, atque potestatis Mantuæ ad prædicta referenda. Interrogatus si dictus fr. Lanfrancus perseveraverit usque nunc in sanitate prædicta, respondit : Sic, bene, Deo gratias.

l

ANNOTATA.

C a Asula, *vulgo* Asola, *oppidum regni Lombardo-Veneti et agri Brixiani, ad fluvium* Chiese. *Distat a Mantua Chiliometris* 52, *et incolas habet* 4,000.

b Hora completoria, *est hora vespertina qua completorium decantatur.*

c Violabiliter, *violenter, per vim.*

d *De arca illa sive sepulcro vide Comment. num.* 173.

e *Id est, die* 26 *Maji anni* 1251.

f Morphæa *seu* alphus *est vitiliginis genus, gallice dicta* lèpre blanche. *Dicitur hic* principium lepræ *et ex testium locutionibus valde vehemens fuisse videtur. Additur pluries loca morbo infecta fuisse rubicunda; quod morphææ genuinæ non congruit. Crediderim morbum graviorem hic indicari. Cfr lexica medica ad supra scripta vocabula.*

g *Cfr Comment. num.* 173.

h *Hoc anno* 1251 *durabat adhuc schisma de quo in Comment. num.* 152 *et* 160, *et duo erant priores generales. Eorum unus, fr. Ugo seu Ugolinus, Mantuæ habitabat* (*Processus num.* 48 *in fine et passim*); *et quum, agentibus potissimum Mantuanis, processus hic esset inchoatus, solius Ugonis in eo mentio occurrit; alter enim, ab eremitis Cæsenatibus electus, Cæsenæ habitabat. Schisma compositum est anno* 1252 *in capitulo Bononiensi. Cfr Comm. num.* 154 *et seq. Et ideo in secundo processu, qui inchoatus est anno* 1253, *examinatores sese Cæsenam contulere et multi testes Cæsenates sunt auditi. Schisma illud et exinde exorientes difficultates mihi videntur maxime in causa fuisse cur processus primus sufficiens habitus non sit. Cfr supra pag.* 769 *num.* 4. EX MSS.

i Tractate *in quodam exemplo Glossarii Cangiani significat :* De industria, data opera; *quod itidem significare potest hoc loco, vel :* Motu proprio. *Etenim infra num.* 110 *petitur a quodam teste* si proprio motu vel rogatus veniret.

k Nuntius *idem est ac* missus, ministerialis *et significat* apparitorem, legatum *magistratus. Vide pag.* 791 *annot.* i.

l Gratis vel tractate. *Hac duæ voces idem significant, scilicet* motu proprio. *Priori tamen communius respondere videtur* libenter.

CAPUT III.

Thomasina ab ulceribus liberata, Martha ab arthritide. E

Eo die.

Testimonium Tomasinæ ab ulceribus liberatæ;

Tomasina, filia quondam Allegri de Faxanis, de villa S. Silvestri Mantuanæ diœcesis, quæ nunc moratur Mantuæ in contrata Stabli, juravit et sacramento dixit, quod in die anni novi proxime præteriti, infirmata fuit quadam fistula super gallono *a* sinistro, quæ fistula fecit sex foramina. Et *a* dixit quod tempore translationis dicti fratris dicta puella ivit ad tumulum, ubi sepultus fuit idem frater, et de quo tumulo translatus fuerat, et intravit foveam sepulturæ *b* ipsius fratris, ubi aderant et *b* cæteri infirmati, et jacuit ibi per unam noctem, et dixit quod statim sanata fuit ea nocte ab infirmitate sua; tamen dixit quod non cessavit quin ibi stetisset per duodecim noctes, licet sanata foret, ob reverentiam viri Dei prædicti. Et dixit quod sana est et salva, et quod postea nullam exinde passa est læsionem. Et dixit quod votum vovit Deo et fratri Zanebono, quod si liberaret eam, quod F cum spicaretur frumentum tempore messium, quia pauper est, quod daret eidem fratri et offerret quidquid boni faceret. Dixit enim quod lucrata fuit minam *c* frumenti quod postea obtulit viro Dei, *c* tamen fratres ipsi restituerunt eidem frumentum prædictum amore Dei. Interrogata si fuit docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit : Non. Interrogata de præsentia, respondit quod non recordatur, quia magna pressura infirmorum ibi aderant. Interrogata de die et hora, respondit quod non recordatur, quia puella est. Interrogata si fuit docta dicere quæ prædixit, respondit : Non umquam.

Eo die.

alia testimonia

113 Domina Galliana, uxor Zaneboni Joannis de Godio, de contrata Stabli prædicta, juravit et sacramento dixit, quod dicta puella infirma stabat cum ea teste tempore dictæ infirmitatis. Et dixit quod bene verum est quod ipsa patiebatur infirmitatem fistulæ prænominatæ, quæ habebat plura foramina; et dixit quod ipsa puella ivit ad corpus dicti fratris cum infirmitate illa, quæ distillabat putredinem discurrentem per carnem ipsius in-

 firmæ :

EX MSS.

firmæ : et dixit quod ipsa puella bene convaluit de infirmitate sua, et quod bene salva facta est exinde precibus et meritis dicti Dei viri, sicut firme credit et non dubitat. Interrogata de nominibus eorum qui viderunt infirmitatem prædictam, respondit: D. Ottebella primum [quondam] uxor D. Amici, et D. Alberta, et D. Paxbona, vicinæ suæ. Interrogata de tempore dictæ infirmitatis puellæ, respondit quod infirmata fuit circa festum Natalis Domini proxime præteriti. Interrogata quo tempore sanata fuit, respondit tempore translationis dicti viri Dei, et diem nescit neque horam, qua sanata fuerit. Interrogata si ejus infirmitas erat notoria, respondit: Sic bene. Interrogata si est docta, vel rogata facere hoc testimonium, respondit : Non.

Eo die.

de eodem miraculo.

114 Domina Ottebella, uxor quondam D. Amici, notarii de dicta contrata, juravit et sacramento dixit, quod dicta puella tempore infirmitatis suæ stabat cum dicta D. Galliana, quæ domina est vicina dictæ testis; et dixit quod ipsa testis vidit pluries, et ligavit dictam puellam occasione infirmitatis ejusdem, dicens quod fistulam habebat in loco prædicto habentem quinque foramina vel sex.

B Et dixit testis quod ipsa puella infirmata fuit circa festum Natalis proxime præteriti. Adhuc dixit sacramento, quod tempore translationis viri Dei, dicta puella cum magna fide ivit ad corpus dicti fratris, et jacens ibi sana facta est ab infirmitate ipsa, dicens et asserens se vidisse et palpasse eamdem, et quod verum est ipsam fore sanam precibus et meritis ipsius viri Dei, cum ipsa infirmitas esset incurabilis *d,* ut mos est talium fistularum. Interrogata testis quo die et qua hora sanata est puella illa et quibus præsentibus, respondit quod non recordatur; sed dicit quod quadam nocte sanata fuit, ut audivit a puella prædicta. Interrogata si ejus infirmitas erat notoria, respondit, sic per totam viciniam, et quod ejus sanitas notoria est eodem modo. Interrogata si fuit docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit : Non. Interrogata si dicta puella perseveravit usque nunc in ipsa sanitate, respondit : Sic bene.

d

Eo die.

Martha ab arthritide liberatur

115 Domina Martha, uxor quondam D. Falchetti, quondam D. Zanebelli de Tabuano, de civitate Mantuæ, de contrata S. Simonis, juravit et sacramento dixit quod ipsa passa fuit infirmitatem validam per annum unum et plus, continuo jacens in

C lecto tumida et inflata cum gutta inter membra sibi localiter discurrente. Et dixit ipsa testis quod per dictum tempus non exivit de lecto occasione aliqua, sed ibidem jacebat, faciendo ibidem omnia sibi necessaria, ut naturæ exigit aptitudo. Et dixit ipsa testis, quod ipso tempore et ultra tali afflictione fuerat conturbata, quod omni die metam hujus vitæ cursus trepida expectabat. Adhuc dixit quod cum longi temporis spatio ante translationem corporis dicti fratris dicta mulier a dicta ægrotatione taliter torqueretur, tempore quo dictum corpus debebat, ut dictum est, translatari *e,* portata fuit per ejus filiam et filium ad navim, ut ultra lacum ad dictum corpus præsentialiter sisteretur; quæ cum posita super lectulo in claustro fratrum heremitarum Dei gratiam et fratris expectaret prædicti, ea nocte *f,* matutinali solemnitate completa, cum campana ut solito pulsabatur, dixit se pedibus elevasse et stare, cum corpus viri Dei de tumulo levabatur.

e

f

et aliis morbis;

116 Adhuc dixit quod deinde, continuato tempore nocturno cum diurno usque ad horam nonam, convaluit viso corpore nominato, ita quod propriis pedibus ea die *g* ad propria remeavit omni sospi- D tate repleta, quamquam adesset debilis senectute *g* et infirmitate prædicta, dicens et asserens sacramento quod deinceps dictam infirmitatem non habuit, et quod ad integram sanitatem, invocato Dei nomine et dicti viri patrocinio, perfecte pervenit. Interrogata testis unde ipsa est oriunda, respondit, Mantuana est natione. Interrogata, quibus præsentibus et videntibus passa est infirmitatem prædictam, respondit quod Oprandus, barberius, Leonasius qui facit caligas, Bartolarius spatarius *h* et *h* plures alii erant præsentes. Interrogata quibus præsentibus convaluit de infirmitate prædicta, respondit, quod Dialta sua filia, et D. Calandra uxor quondam D. Benvenuti de Cercenato, et plures alii. Interrogata quo mense et die liberavit eam Dominus, respondit, de mense Maji nuper præteriti, quodam die Dominico veniente. Interrogata si ipsa est catholica, respondit : Sic optime. Interrogata si sponte venit ad hoc testimonium faciendum, respondit, imo præceptum fuit ei per Michelinum, missum communis Mantuæ, quod veniret. Interrogata si erat docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit : Numquam. Interrogata si ejus infirmitas erat notoria, respondit : Sic, omnibus E vicinis.

Eo die.

alia testimonia

117 Oprandus, barberius, de contrata prædicta, juravit et sacramento dixit, quod ipse vidit dictam D. Martham jacentem in infirmitate maxima per unum annum et plus, ita gravatam infirmitate prædicta quod surgere non valebat, nisi foret aliquo coadjuvata. Et dixit testis, quod visitavit eam in infirmitate prædicta, quia suus vicinus adest; et dixit testis quod eo die, vel alio, quo dictum corpus debebat, ut dictum est, translatari, audivit dici quod ipsa infirma fuit ad navim portata, ut ad dictum corpus duceretur. Adhuc dixit sacramento, quod eo die, quo dictum corpus fuit de tumulo translatum ad arcam, vidit dictam D. Martham per ecclesiam, ubi corpus aderat, ambulantem; et dixit quod deinde vidit eam sanam et liberam infirmitate prædicta, et nunc omni die vidit eam ambulare per urbem, sanam et hilarem, sua negotia faciendo. Interrogatus testis unde ipse fuit oriundus, respondit de Brixiensi districtu; tamen dixit quod xxx anni sunt Mantuæ habitat. Interrogatus si venit spontanea voluntate ad hoc testimonium, respondit, immo fuit ei factum præceptum per F dictum missum communis Mantuæ, quod veniret ex parte D. episcopi Mutinensis. Interrogatus si fuit doctus, vel rogatus facere hoc testimonium, respondit : Non placeat Deo. Interrogatus si ejus infirmitas erat notoria, respondit, sic, et est notoria etiam ejus sanitas.

Eo die.

de eodem

118 Dominus Bartolasius, spatarius, de contrata prædicta, juravit et sacramento dixit quod ipse visitavit amore Dei et amore viciniæ pluries dictam D. Martham in infirmitate prædicta; et dixit quod ipsa jacuit xx mensibus, ut credit, in dicta infirmitate, quod non surrexit de lecto, neque sedit etiam comedendo, ut a scientibus intellexit. Et dixit testis, quod ipse vidit filium ipsius dominæ, nomine Sandonium, portantem ipsam dominam afflictam et penitus annihilatam ad navim, causa portandi eam ad corpus ipsius viri Dei. Et dixit sacramento quod ipse postea post duos dies, postquam dictum corpus translatum fuit, illam euntem sanam et liberam omni infirmitate prædicta vidit per contratam prædictam, affirmando ipsam perfecte ad convalescentiam pervenisse, et euntem

A euntem ac redeuntem sua necessaria faciendo. Interrogatus unde ipse testis est, respondit natione Mantuanus. Interrogatus si fuit requisitus ex parte D. episcopi Mutinensis per missum communis, respondit, sic. Interrogatus de singulis ut dictus Oprandus testis, respondit sicut idem.

Eo die.

miraculo. 119 Leonasius, filius quondam Jacobi de Godio, oppido Mantuæ, qui moratur in eadem contrata, juravit et sacramento dixit, quod ipse visitavit dictam dominam pluries in infirmitate prædicta, et vidit eam jacere XX mensibus, vel circa; et dixit quod vidit dictam dominam portari ad navim per filium suum et filiam suam; et dixit se vidisse eam jacentem in claustro fratrum heremitarum cum cantabatur Matutinum ea nocte, qua corpus sanctum translatum fuit. Et dixit quod quando corpus de tumulo levabatur, tunc eo teste vidente ipsa mulier surrexit, et stetit dicens : Ecce levatur corpus dicti viri; et dixit quod in modico tempore vidit eam sanam et infirmam; et postquam ad sanitatem devenit, dixit quod non fuit aliqua infirmitate turbata : dixit enim quod suus vicinus est et cum ea habitat in contrata. Interrogatus quantum est,
B quod ipse testis habitat Mantuæ, respondit quod XX anni sunt et ultra. Interrogatus de nominibus eorum qui præsentes aderant cum eidem Dominus restituit sanitatem, respondit quod ipse testis et plures alii. Interrogatus si fuit requisitus per missum communis, respondit sic, per Michelinum missum. Interrogatus ut supradictus Oprandus testis de singulis, respondit ut idem.

ANNOTATA.

a Gallonus : latus, *ab italico* gallone.

b Fovea sepulturæ : *ex qua corpus beati anno* 1251 *elevatum fuerat et ad arcam delatum, e terra eminentem intra eamdem ecclesiam. Cfr. Comment. præv. num.* 172 *et seqq. In hac fovea reponebantur ægroti qui interventu beati valetudinem consequi optabant, ut apparet ex præsenti narratione aliisque non paucis.*

c Mina *est dimidium sextarii; sed hæc variis in regionibus varia fuere.*

d Infirmitas incurabilis. *Cernitur hunc morbum fistulæ, cujus multoties occurrit mentio in processibus, sæpe cum cancere confundi et esse valde*
C *gravem.*

e Translatare *frequenter hic adhibetur loco* transferre.

f Ea nocte. *Inter sabbatum quoddam mensis Maji anni* 1251 *et dominicam sequentem. Cfr. annot.* b.

g Ea die *dominica, ut dicitur inferius.*

h Spatarius : *qui spathas sive enses conficit, italice* spadajo.

CAPUT IV.

Valdegrana a variis morbis liberata, Beatrix a cæcitate.

Eo die.

Testimonium Valdegranæ liberatæ a febribus aliisque morbis;

Valdegrana, filia magistri Faccini sartoris, quæ fuit de Verona, et nunc moratur Mantuæ in contrata S. Agathæ, juravit et sacramento dixit, quod bene sunt XII anni quod ipsa variis infirmitatibus est contorta, modo febribus, modo dolore pedum, et modo retractione lacertorum; ita quod vix manum ad mentum ponebat suum; et dixit quod tempore obitus fratris Zaneboni, inter obitum ipsius et translationem sui corporis, dicta seu ipsa puella, fide plena, roborata, tumulum dicti viri fiducialiter visitavit; quæ cum iter arriperet prænotatum, dixit se continuo melius habuisse; et cum ad corpus affuit prænotatum, stetit ibi per noctem, et in crastinum usque ad missam; et audita missa ad propria remeavit, omni convalescentia roborata, Dei gratia et precibus sancti Dei. Dixit enim quod rogabat fratrem Zanebonum quod ei suum deberet auxilium impertiri. Interrogata unde ipsa est oriunda, respondit de Porcilli, villa Veronensi; tamen septem anni sunt quod Mantuæ habitavit. Interrogata de præsentibus, qui viderant eam infirmam et sanari etiam ad tumulum prænotatum, respondit domina Beccolochina, filia Nascimbeni, Marcus, campanarius *a*, et dictus *a*
Faccinus pater ejus. Interrogata quo die fuit ipsa liberata, respondit, quodam die Dominico de nocte, ipsa dormiente super tumulo prænotato. Interrogata si fuit docta facere hoc testimonium, respondit, non. Interrogata si ejus infirmitas erat notoria, respondit, sic, multis. E

Eo die.

alia testimonia 121 Faccinus, sartor, pater prædictæ Valdegranæ, habitator Mantuæ, juravit et sacramento dixit et affirmavit omnia et singula asseverans, quæ per dictam suam filiam sunt ejus sacramento relata. Interrogatus de singulis, respondit ut prædicta. Interrogatus si est doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit, non.

Eo die.

de eodem miraculo. 122 Marcus, campanarius, habitator ejusdem contratæ, juravit et sacramento dixit quod dicta puella valde infirma erat tempore, quo dictus frater de hoc sæculo migravit; dicens quod tota nocte clamabat ita quod tum testem prohibebat dormire; et dixit quod ducta fuit dicta puella ad sanctam Agnetem ad corpus dicti fratris, et quod inde reversa est sana, et alacris, et omni sospitate repleta; et quod nunc sana est pariter, atque salva. Interrogatus testis unde ipse fuit oriundus, respondit, de Venetiis. Interrogatus quantum est quod ipse moratur Mantuæ, respondit XIV anni sunt et plus.

Die Jovis III intrante Augusto.

Testimonium Beatricis a cæcitate liberatæ: 123 Beatrix filia quondam Ottonelli, de Marianna *b*, diœcesis Brixiensis, habitatrix Mantuæ in contrata portæ Giulliæ, juravit et sacramento dixit quod tempore nativitatis suæ amisit visum oculi dexteri, cum adhuc mater ipsius jaceret in partu illo; et dixit quod de sinistro parum videbat tum et deinceps donec benefecit sibi Dominus precibus dicti viri Dei; et dixit quod tempore translationis corporis dicti fratris ipsa vovit se ituram illuc, et ivit, et jacuit ibidem quinque noctibus super tumulo, seu in fovea ubi dictum corpus translatum fuerat. Et dixit sacramento quod cum ibi affuit, votum vovit dicens : Voveo Deo et B. Zanebono, quod si visum mihi restituerit quod ei dabo duos oculos cereos, et illuminabo arcam viri Dei, atque vigilabo vigiliam ipsius sancti in vita mea; et dixit quod omni die Veneris jejunat ad honorem suum. Interrogata quomodo scit se perdidisse visum dicti oculi tempore partus matris *b*
F suæ quando ipsa fuit, respondit quod mater ejus dicebat sibi hoc. Interrogata quantum temporis ipsa testis stetit cæca, ut testificando prædixit, respondit, decem octo annis. Interrogata quantum stetit sana ipso visu et oculis, respondit quod ipsa liberata fuit et visum recepit in quinta nocte, quam

RX MSS.

ex mss. quam ipsa fecit stando ad corpus fratris prædicti, et quod deinde bene vidit, et nunc bene videt. Interrogata quibus præsentibus liberata est, re-respondit quod non recordatur. Interrogata quibus videntibus et scientibus non videbat, quando cæca erat, ut prædixit, respondit quod Honorata, soror ipsius, et Oprandus, vir ipsius Honoratæ, et multi alii viderunt. Interrogata unde fuit oriunda, respondit, de Marianna ex districtu Brixiensi. Interrogata quantum temporis est quod ipsa moratur Mantuæ, respondit, duodecim anni sunt, vel circa. Interrogata si est docta dicere quæ prædixit, respondit, non.

Eo die.

alia testimonia 124 Honorata, soror dictæ Beatricis, juravit et sacramento dixit quod tempore nativitatis dictæ Beatricis, dicta testis erat in domo patris sui; et dixit quod perpendit *c* ipsam Beatricem in ipsis cunabulis perdidisse visum dexteri oculi; et dixit etiam quod de sinistro parumper videbat; et dixit testis sacramento quod parentes ipsius Beatricis et ipsius testis multum et diu laboraverunt cum medicis et variis medicinis, ut adjuvarent dictam puellam de visu prædicto; et dixit quod nihil pro-
B fuit eidem, sed cæca stetit ipso oculo, et pene de reliquo sicut dictum est, usque ad tempus translationis dicti fratris; et dixit quod ea teste præsente et docente dictam Beatricem facere dictum votum, sicut eadem Beatrix prædixit, duxit eam usque ad corpus dicti fratris; et, porrecto et oblato voto prædicto, reversa est ipsa testis domum, et ipsam Beatricem reliquit ibidem; et dixit sacramento, quod gratia Dei et precibus dicti fratris sanata fuit, et est dicta sua soror sana ab infirmitate prædicta, et quod nunc bene videt et clare oculis ambobus. Et dixit etiam quod tempore illo quo ipsa Beatrix erat in cunabulis vidit eam bene videre ambobus oculis, et postea vidit eam cæcam ipso oculo dextero, et alio sinistro modicum videre, sicut superius dictum est.

de eodem 125 Interrogata testis quanto tempore vidit ipsam Beatricem esse cæcam oculo prænominato, respondit quod vidit eam cæcam a tempore nativitatis ipsius usque ad tempus translationis corporis dicti fratris; quod tempus cap. XVIII annos vel circa. Interrogata quomodo scit eam stetisse cæcam tanto tempore, respondit quod secum habitavit continue, et nutrivit eam per dictum tempus, et quod adhuc
C nutrit eam. Interrogata quanto tempore vidit hanc Beatricem sanam pro visu, respondit quod vidit eam sanam ipso visu a mense Maji nuper præteriti citra, usque nunc; et dixit quod bene perseveraverit in ipsa sanitate, habendo semper melius. Interrogata quomodo scit eam esse liberatam, *d* respondit quod vidit eam ponentem reffum *d* in acu, quod quidem facere non solebat nec valebat. Interrogata unde ipsa testis est oriunda, respondit de Mariana; sed stetit Mantuæ XII annis vel circa. Interrogata si notoria erat infirmitas dictæ suæ sororis, respondit, sic, per totam viciniam. Interrogata si docta est dicere quæ prædixit, respondit, non.

Eo die.

miraculo. 126 Oprandus, maritus dictæ Honoratæ, juravit et sacramento dixit quod novem anni sunt quod dictam Honoratam accepit in uxorem; et dixit testis quod per dictum tempus tenuit et nutrivit dictam Beatricem, dicens quod vidit eam cæcam continuo tempore de dicto oculo dextero, et de sinistro parum videret; et dixit testis quod Dei gratia bene sanata est, et gratia dicti fratris, et quod nunc bene videt, et vidit ab eo tempore citra quo ipsa Beatrix ivit ad dictum corpus, dicens D etiam quod vidit ipsam suere, et reffum in acu ponere, et bene videre, sicut et aliæ mulieres quæ faciunt facta sua. Interrogatus testis unde ipse fuit oriundus, respondit de Godezolo *e* Brixiensis diœ- *e* cesis; et dicit quod stat Mantuæ XVI anni sunt et plus. Interrogatus si infirmitas dictæ Beatricis erat notoria, respondit, sic, per totam viciniam. Interrogatus si ejus sanitas est notoria, respondit, sic.

ANNOTATA.

a Campanarius, *qui campanarum sonitu fideles ad ecclesiam convocat. Ex italico* companaro *vel* campanajo.

b *Forte hodiernum* Mairano, *leucis duabus a Brixia.*

c Perpendere *est videre, optime scire.*

d Reffum, *filum, ex italico* reffo.

e Godezolo, Guidissolo *in veteri marchionatu Castilionensi.*

CAPUT V. E

Liberantur Agnesia et Benvenuta a cæcitate.

Eo die.

Testimonium Adelardini de filia Agnesina liberata a cæcitate. Adelardinus, barberius, qui fuit de Verona, et nunc moratur Mantuæ in contrata portæ Guil- *a*
liæ, juravit et sacramento dixit quod Agnesina ejus filia cecidit super lapidibus, qui sunt in pavimento in stipe *a*, et percusso capite occipite, quia parva erat, amisit visum ipsa puella, ita quod tempore serotino post occasum solis non videbat ullo modo; et dixit quod ipsa puella passa est infirmitatem prædictam octo mensibus, vel circa; et dixit quod tempore translationis corporis dicti fratris, vel parum post, ipsa testis devote vovit Deo et dicto fratri, quod si dictæ suæ filiæ visum dignaretur donare, duos oculos cereos eidem viro Dei offerret; et dixit quod in sequenti die post votum factum dicta sua filia, gratia Dei et dicti fratris, visum recepit integrum, dicens sacramento quod bene vidit et plene F
ab eo tempore citra, quo sibi benefecit Dominus. Interrogatus si vox erat' et fama de infirmitate dictæ suæ filiæ, respondit sic, per viciniam suam, dicens quod inde posset producere XX testes et plures. Interrogatus de tempore quo dicta puella perdidit visum, ut dicitur, respondit, de mense Decembris nuper proxime præteriti. Interrogatus quantum tempus est quod recepit visum dicta puella, respondit quod duo menses sunt, vel circa. Interrogatus si dicta puella perseveravit in sanitate et visu prædicto, respondit optime; dixit enim quod bene vadit nocturno tempore per contratam et rediit, videns et faciens sicut alii faciunt. Interrogatus quantum est quod ipse testis stat Mantuæ, respondit quod septem anni sunt. Interrogatus si doctus est vel rogatus dicere quæ prædixit, respondit, non.

Eo die.

alia testimonia 128 Gemma, uxor dicti Adelardini, et mater dictæ Agnesinæ, juravit et sacramento dixit in omnibus et singulis sicut dictus Adelardinus vir ejus testatus est supra, excepto quod dixit se votum non fecisse prædictum, sed dixit quod vir ejus votum

votum illud ea teste audiente fecit, dicens : Voveo Deo et fratri Zanebono, quod dabo et offeram ei duos oculos cereos, si dictæ suæ filiæ sanitatem et visum restitueret, dicens et asserens sacramento quod ipsa sua filia quasi continuo sanata fuit et visum recepit perfectum, et quod plene vidit, et est, ut supra dictum est per dictum testem. Interrogata singulariter sicut et ejus vir testis supra, respondit in omnibus sicut idem.

Eo die.

de eodem

b

129 Marcus, quondam Adamini Nobilis (?) de Verona, habitator Mantuæ, juravit et sacramento dixit quod ipse stat ad stipam *b*, et dixit quod vidit caput fractum ipsi puellæ. Adhuc dixit quod dictus Adelardinus dixit sibi testi quod ipsa puella non videbat, quando dictus testis vocavit puellam ad se, et temptavit si videret, et non videbat; et dixit quod nunc bene videt, et cognoscit omnia visu et vadit bene per contratam. Dixit etiam quod ipse audivit a dicto Adelardino ejus socio quod ipse vovit Deo et fratri Zanebono se daturum duos oculos cereos ipsi fratri, si visum restitueret ipsi puellæ. Interrogatus testis de tempore, respondit se nihil scire de hoc. Interrogatus quantum est quod ipse stat Mantuæ, respondit quatuor anni sunt, ut credit, vel circa.

Eo die.

miraculo.

130 Domina Maria, filia magistri Uberti, de S. Petro, juravit et dixit quod ipsa habitat in dicta contrata; et dixit quod ipsa vidit ipsam puellam non videntem tempore serotino; et dixit quod pluries ostendit ei clavem suam, quam non cognovit neque videre poterat; et dixit quod nunc bene videt ipsa puella, quia, ut dictum est, audivit ipsa testis a dicto Adelardino, quod ipse vovit Deo et fratri Zanebono, quod daret ei duos oculos cereos, si visum restitueret dictæ puellæ. Interrogata ipsa testis si infirmitas ipsius puellæ erat notoria et manifesta, respondit, sic, omnibus vicinis. Interrogata de tempore infirmitatis dictæ puellæ, respondit quod non recordatur. Interrogata quantum est quod visum recepit, respondit quod nescit bene, sed credit fuisse ab tempore illo citra, quo

c

arca fratris clausa est *c*. Interrogata si docta est dicere quæ prædixit, respondit, non.

Die Jovis prædicto III intrante Augusto.

Testimonium Benvenutæ de depulsa

d

131 Benvenuta, filia quondam Betagni, de Medulis *d*, Brixiensis districtus, juravit et sacramento dixit, quod de mense Maji nuper proxime præteriti fuit unus annus, quod ipsa infirmata fuit oculis ambobus gravi infirmitate, et gravi valde; et dixit testis quod ipsa serviebat domino Dondedeo judici, de Guastalla, qui nunc est judex potestatis Mediolani, quia pauper femina est; et dixit, ivit pluribus diebus ad magistrum Girardum medicum, qui fuit de Mediolano, causa faciendi se adjuvari de infirmitate prædicta, dicens etiam sacramento quod penitus amisit visum, et non potuit adjuvari aliqua medicina, quia cæca foret mensibus duobus et plus. Et dixit quod cum ipsa sic adesset cæca in domo dicti sui domini, dictus D. Dondedeus dixit eidem infirmæ : Volo quod voveas Deo et fratri Zanebono, quod si liberaverit te ab infirmitate tua, quod adibis sanctum ejus tumulum discalciata, et eidem duos oculos cereos [offeres], illuminando ejus sepulturam. Et dixit quod votum vovit prædictum fiducialiter et devote, et quod sæpissime

e

se ad ballatorii specular faciebant *e*, rogando magna spe dictum fratrem, quod sibi lucem restitueret oculis, et dixit quod post dies octo facto voto prædicto, vidit de oculo dextero, sed non plene, unde continuo corpus dicti fratris alacriter visitavit, firmiter credens se ab eodem majus beneficium recepturum.

ex mss.

132 Et dixit quod jacuit ibidem XIV noctibus, infra quod tempus gratiam recepit oblatam et perfectam de visu oculi supradicti; de sinistro autem adhuc gratiam plenam non accepit; et dixit quod a Pascha majori *f* citra vidit plene de oculo dextero supradicto, et nunc bene videt, faciens exinde sibi expedientia, ut solebat. Interrogata si est docta vel rogata dicere quæ prædixit, respondit non. Interrogata si notoria erat illa sua infirmitas, respondit, sic, vicinis suis. Interrogata si notoria est ipsius sanitas sibi restituta, respondit, sic, bene. Interrogata si ipsa est catholica, respondit, sic. Interrogata de nominibus eorum qui eam viderunt infirmam et cæcam, respondit : Dictus medicus, D. Dondedeus prædictus, Dominicus qui stat cum Domino Agnabono medico, et plures alii. Interrogata de nominibus eorum qui eam viderunt sanam dicto oculo, respondit : Omnes prædicti et alii sui vicini. Interrogata quantum temporis est quod ipsa habitat Mantuæ, respondit, prima die mensis Maji nuper præteriti fuit unus annus quod venit Mantuam, et habitavit Mantuæ usque nunc.

sua cæcitate;

f

Eo die.

alia testimonia

133 Magister Girardus, medicus, qui fuit de Mediolano, et nunc moratur Mantuæ, juravit et sacramento dixit, quod ipse testis est vicinus dicti D. Dondedei, judicis, cum quo morabatur dicta Benvenuta cum patiebatur oculorum infirmitatem; dixit quod rogatu dicti domini ipse medicus medicabat ipsam Benvenutam de ipsis oculis, quos dixit habere coopertos sanguine et carne. Et dixit quod vidit ipsam duci per domum, et eam palpare muros domus eundo, ut cæci faciunt; adhuc dixit quod nihil profuit eidem medicina ipsius testis, et dixit quod nunc bene videt cum oculo dextero, tamen nescit idem testis qualiter sit sibi sanitas restituta. Interrogatus testis quantum temporis est quod ipsa Benvenuta infirmata erat oculo prædicto et quod adjuvare nitebatur eam, respondit : Unus annus est, vel circa. Interrogatus quantum temporis est quod videt ipso oculo, respondit : Parvo tempore citra quo fr. Zanebonus est mortuus. Dixit etiam quod credit bene ipsam esse a Deo et dicto fratre adjuvatam. Interrogatus si est doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit, non. Interrogatus si notoria erat infirmitas ipsius Benvenutæ, respondit, sic. Interrogatus si est notoria nunc sanitas, respondit : Sic, bene, quia vadit per viciniam faciendo facta sua. Interrogatus quantum temporis est quod ipse testis stat Mantuæ, respondit : XX anni sunt et plus.

Die eodem.

de eodem miraculo.

134 Dominicus, qui fuit de Guastalla, serviens D. Ognibeni, medici de Mantua, juravit et sacramento dixit quod ipse testis stabat pro serviente dicti D. Dondedei cum eodem domino, quando dicta Benvenuta infirmata fuit infirmitate prædicta; et dixit quod vidit ei oculos tumidos et inflatos infirmitate illa, et quod quando dicta mulier ibat per domum, palpabat parietes sicut cæca; et dixit se vidisse dictam mulierem videntem bene de uno oculo, et euntem per se sicut alii vadunt qui bene vident; et etiam eam vidit hodierna die. Interrogatus quanto tempore vidit eam infirmam, respondit quod non recordatur. Interrogatus quantum temporis est quod eam vidit melioratam, et melius videre uno oculo, respondit quod non recordatur. Interrogata si sponte venit ad hoc testimonium, respondit quod sibi præceptum fecit per missum communis.

ANNOTATA

EX MSS. ANNOTATA.

a In pavimento in stipe, *id est, ni fallor :* In pavimento quod est ad januam. *Vide infra num.* 129, *ubi res eadem non* stips *sed* stipa *dicitur.*

b Stat ad stipam ; *lege :* Stabat ad stipam, *seu januam, quando puella cecidit in pavimentum. Stipa enim pro obturamento ponitur in supplementis Cangii, et vox italica* stipite *compagem significat januam utrinque continentem. Sed verisimilius* stips *vel* stipa *erat locus quidam* contratæ portæ Giulliæ *de qua num.* 127.

c *Diu hæc arca, quæ marmorea erat, de mense Majo anni* 1251 *aperta remansit, Comm. num.* 175, *sed quo die fuerit clausa nusquam dicitur.*

d Meduli, *vulgo* Medoli, *oppidum est agri Castilionensis, leucis horariis circiter quinque distans a Mantua.*

e Sæpissime se ad ballatorii specular faciebant, *id est, Dondedeus et Benvenuta sæpissime adibant mœnianum domus* (*vulgo* balcon, galerie, *italice* ballatojo), *ad Mantuam conversi* rogando magna spe *etc.*

f Pascha majus *vel* Pascha resurrectionis *dicitur ab Italis et Hispanis festum resurrectionis Domini; nam nomen Pascha apud eosdem commune est aut esse potest et dici de festis quibusdam solemnioribus, addito nomine proprio ipsius festi. Sic mihi nuper mulier Peruviana festum Nativitatis Domini disignabat his verbis :* La Pascua de Natividad.

CAPUT VI.

Liberatur Massarola ab infirmitate crurium, Armellina a tumefactione corporis.

Eo die.

Testimonium Massarolæ de restituta sibi gradiendi facultate;

Massarola, filia quondam Lanfranchi de Bagatino, de Desenzano *a* Brixiensis diœcesis, quæ nunc moratur Mantuæ in contrata S. Leonardi, juravit et sacramento dixit quod XVIII anni sunt, vel circa, quod ipsa infirmata fuit quadam gravi infirmitate, in qua quidem crura cum pedibus sic amisit, quod ire non poterat sine longis ferulis appositis sub axelis *b*, et dixit quod tempore prædicto ivit totaliter cum prædictis. Adhuc dixit quod decem anni sunt et plures quod stat Mantuæ; ad quam civitatem dixit se fuisse super plaustro conductam; et dixit quod tempore translationis dicti fratris Zaneboni ipsa infirma cum dictis ferulis tumulum dicti fratris visitavit, jacens ibi desuper quatuor diebus et noctibus; et cum ipsa impressione aliorum infirmorum non posset vel potuisset ibidem pacifice stare, surrexit et abiit ad arcam marmoream, ubi dictum corpus fuerat translatatum : quæ quidem cum modicum stetisset ibidem, propria voluntate commota, proposuit scire si se ad arcam sine ferulis posset erigere supradictis; quare surrexit illico, et Dei gratia et meritis dicti fratris, bene sine ferulis surgens, ad arcam lætanter accessit; dixit etiam quod rogaverat fratrem prædictum, dicens : Supplico tibi, frater sancte, quod me adjuvare digneris; quod si dignanter me salvaveris, perpetuum illum diem, in quo mihi benefeceris, sine aliquibus cibariis jejunabo : quod quidem jejunium dixit se postmodum omni die dominico celebrasse. Et dixit quod, relictis ad dictum corpus ferulis prænotatis, ad domum propriam remeavit, nec postea usa est ferulis aliquatenus quando vadit. Interrogata si est docta vel rogata dicere quæ prædixit, respondit, non. Interrogata quantum temporis est quod liberata est ab infirmitate prædicta, respondit quod decem hebdomadæ sunt et plus. Interrogata de tempore infirmitatis ejusdem, respondit ut supra. Interrogata quibus præsentibus passa fuit infirmitatem prædictam, respondit : D. Stephania domini Guidæ de Castellario *c*, D. Avancia magistri Guidonis, et pluribus aliis. Interrogata quibus præsentibus recepit sanitatem prædictam, respondit, multæ suæ vicinæ aderant, de quarum nominibus non recordatur. Interrogata si notoria erat sua infirmitas, respondit quod centum sciebant et ultra. Interrogata si notoria est sanitas sibi restituta, respondit, sic, multis. Interrogata si est catholica, respondit, sic. Interrogata si venit ad dicendum prædicta rogatu alicujus, respondit, non; imo venit ex præcepto sibi facto per nuntium communis Mantuæ ex parte D. episcopi Mutinensis.

Eo die.

alia testimonia

136 Domina Stephania, Uxor Alberti de Gerbellinis, de contrata S. Leonardi de Mantua, juravit et sacramento dixit quod sex anni sunt quod ipsa testis uxorata *d* fuit, et ivit habitatum in contrata prædicta; et dixit quod vidit per dictum tempus sex annorum dictam Massarolam euntem cum ferulis sub axellis, et non valentem ire ullo modo sine illis. Et dixit quod tempore translationis dicti fratris, quodam die dominico, ipsa testis ivit ad ecclesiam ubi dictum corpus adest, et dixit quod invenit dictam Massarolam sedentem secus arcam prædictam; et dixit quod appellavit illam dicens : Massarola, es tu liberata? et illa respondit : Ego sum bene meliorata. Et dixit quod tunc dixit illi : Surge, et vade; et ipsa surrexit continuo, et vidit eam per ecclesiam sine ferulis ambulantem; et dixit testis quod postea non vidit eam ambulantem cum ferulis supradictis, dicens quod sua vicina est et omni die vidit eam euntem eleemosinas postulando. Interrogata testis si est docta vel rogata dicere quæ prædixit, respondit, non placeat Deo. Interrogata si rogatu alicujus venit ad dicendum prædicta, respondit, non, sed venit ex præcepto nuntii communis Mantuæ, ex parte D. episcopi Mutinensis.

Eo die.

de eodem

137 Domina Stephania, uxor quondam Ottoboni Boyxe, de Disenzano, Brixiensis diœcesis, quæ nunc moratur Mantuæ in contrata S. Leonardi, juravit et sacramento dixit, quod bene sunt XVIII anni vel circa, quod dicta Massarola infirmata fuit infirmitate valida; et dixit quod ipsa Massarola stabat tunc cum ea teste in domo sua; et etiam nunc tenet eam in domo sua Mantuæ amore Dei. Et dixit testis, quod tunc temporis cum infirmata fuit prædicta, cœpit ire cum ferulis longis sub axellis; et dixit etiam quod ipsa testis abscondidit dictas ferulas eidem infirmæ pluries, quia injuriam ipsi suæ dominæ faciebat, cum non iret per domum sine ferulis supradictis. Et dixit quod illa Massarola sedebat flendo, donec ipsas ferulas assumebat absconsas, quia sine illis nullatenus ambulare valebat. Et dixit quod tempore translationis dicti fratris dictam Massarolam duxit ad locum ubi aderat dictum corpus, et ea ibidem relicta, domum reversa est; et dixit quod postmodum intellexit quod ipsi Massarolæ sanitas fuerat restituta; unde continuo summo mane dicta testis ad eamdem Massarolam cum lacrimis præ gaudio est reversa. Et dixit se vidisse

A vidisse eam sine ferulis ambulantem; et dixit quod postea sine ferulis ambulavit usque ad diem Dei gratia hodiernum. Dixit etiam quod induxit eandem Massarolam ad votum faciendum ipsi fratri, quia multum confidebat de eo, quia plures infirmos viderat ipsa testis ad corpus sanari prædictum. Interrogata testis si ipsa est docta vel rogata facere testimonium, respondit, non. Interrogata si venit rogatu alicujus ad hoc testimonium faciendum, respondit, non, sed ei præceptum fuit bis per missum communis Mantuæ ex parte D. episcopi Mutinensis. Interrogata quantum est quod ipsa stat Mantuæ, respondit, quod multa tempora sunt.

Eo die.

miraculo. 138 Domina Avancia, uxor quondam D. Petri de Benedictis, de Desenzano prædicto, quæ nunc moratur Mantuæ in eadem contrata, juravit et sacramento dixit quod vidit eam Massarolam infirmantem et eam volvit cum linteo pluries in lecto; et dixit quod vidit eam ambulantem cum ferulis prædictis XVI anni, et plus, usque ad tempus translationis prædicti fratris. Et dixit quod ivit ad dictum corpus dicti fratris, cum audiverit eam esse liberatam; et præ gaudio cum vidit eam liberatam,
B et ferulas ejusdem suspensas coram arca viri Dei, cœpit lacrimari, et osculata fuit eam Massarolam, referendo laudes Deo; et dixit quod a tempore translationis citra non vidit dictam cum ferulis ambulare, neque ambulat cum ferulis in præsenti. Interrogata de singulis ut supra, respondit ut supra responsum est per testem Stephaniam prædictam.

Die Veneris IV intrante Augusto.

Testimonium Armellinæ liberatæ 139 Armellina, filia Descazati de Pauriis de Campitello, Mantuanæ diœcesis, juravit et sacramento dixit quod circa festum Natalis Domini nuper præteriti, ipsa infirmata fuit, habens ventrem tumidum et inflatum ac ut esset in tempore parturiendi; et dixit quod in tanta quantitate erat crassa, tumida, et inflata, quod non poterat veniam *e* facere, neque genua deponere; et dixit prædicta quod tempore translationis corporis dicti fratris Zaneboni ipsa ivit sicut potuit ad dictum corpus, tenendo sibi manus ad ventrem et sustinendo eum, quia difficile ambulabat; et dixit quod cum fuit ad dictum corpus, fecit ibi suam orationem, et domum continuo est reversa. Et dixit quod post triduum habens firmam fiduciam suæ salutis, reversa est iterum flendo et orando ad corpus
C prædictum. Et dixit quod cum fuit illuc, cum lacrimis votum fecit, dicens : Obsecro te, sancte frater, ut digneris orare pro mea salute; nam tibi offeram unam candelam ad mei longitudinem longam. Et dixit quod in ea nocte ibi jacuit, et sanitatem integram recepit gratia Dei et fratris prædicti. Et dixit quod ventrem habet tenuatum in statu primitivo, et quod a tempore liberationis suæ usque in hodiernum diem, Deo gratias, infirmitatem non habuit ullo modo.

e

a tumefactione ventris. 140 Interrogata si est docta vel rogata dicere quæ prædixit, respondit, non. Interrogata si ejus infirmitas est notoria, respondit, sic, inter omnes vicinos et notos. Interrogata si ejus sanitas est notoria eodem modo, respondit, sic. Interrogata quibus præsentibus habuit dictam infirmitatem, respondit, præsentibus universis suæ viciniæ. Dixit quod stat Mantuæ in contrata Pusterlæ Ancelmorum de foris. Interrogata de nominibus eorum qui aderant præsentes quando sana fuit, respondit quod magna
f impressio, seu pressura hominum *f* et mulierum ibi erant, et quod non recordatur bene de nominibus eorum; tamen dixit quod statim cum sanata fuit repræsentavit se coram D. Episcopo Mantuano in publica prædicatione; quia illuc venerat prædicatum. Et dixit quod ipsa clamavit et dixit omnibus audientibus quod sanata erat a nocte, vel alia, quando dictus episcopus illuc venerat. Interrogata si rogata venit ad testimonium referendum, respondit quod venit ex præcepto sibi facto per Michellinum missum communis Mantuæ ex parte D. episcopi Mutinensis et potestatis Mantuæ. EX MSS

Eo die.

Alia testimonia 141 Bonavantius, filius D. Peccarolli, sellarii *g*, qui fuit de Verona et nunc moratur Mantuæ, juravit et sacramento dixit quod vidit dictam mulierem euntem per ecclesias et prædicationes tumidam ventre et inflatam, et valde turpem; petendo eleemosinas, quia pauper erat. Et hoc dixit fecisse pluries ante tempus translationis fratris Zaneboni; et dixit sacramento, quod tempore translationis dicti corporis dictus testis iverat summo mane ad ecclesiam S. Agnetis, ubi dictum corpus aderat translatum; et dixit quod vidit dictam mulierem euntem sanam, et liberatam et attenuatam ipso ventre, dicentem omnibus : Videte quia bene sanata sum hac nocte, Deo gratias; ducendo manus suam per ventrem et stringendo ventrem sibi, et dicentem : Videte quomodo sum liberata; et dixit E testis quod deinceps non vidit eam infirmam ullo modo usque in hodiernum diem. Interrogatus si eam mulierem habebat notam tempore infirmitatis ipsius, respondit, sic, quia pluries eam vidit mendicantem in prædicationibus *h*, quæ fiebant Mantuæ. Interrogatus si ipse est doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit, non. Interrogatus si rogatu alicujus venit ad hoc testimonium referendum, respondit quod non; sed ex præcepto sibi facto per Ottonellum missum *i* communis Mantuæ ex parte domini episcopi Mutinensis venit ad hoc testimonium faciendum. Interrogatus per quantum tempus vidit dictam infirmam, antequam sanata fuerat, respondit forte per medium annum, sed non recordatur bene. Interrogatus per quantum tempus et quotiens vidit eam, postquam sanata fuit, respondit quod pluries vidit eam postea sanam et salvam, et etiam hodierna die. Interrogatus quantum est ut ipse testis stat Mantuæ respondit : Septem anni sunt, et plus. Interrogatus si notoria erat infirmitas dictæ mulieris, respondit sic, universis qui sibi benefaciebant.

g

h

i

Ea die. F

de eodem 142 Delaitus de Stancario de contrata S. Gervasii de Mantua juravit et sacramento dixit in omnibus, et per omnia sicut dictum est per dictum Bonavantium testem. Interrogatus per singula ut supra, respondit per singula in omnibus eodem modo sicut dictus Bonavantius testis, excepto eo quod civis est, et non Veronensis, sicut dictus Bonavantius testis est.

Ea die.

miraculo. 143 Dominicus, dictus Gaillegentis, de civitate Mantuæ, de contrata Pusterlæ Ancelmorum de foris, juratus et sacramento dixit quod dicta mulier sua vicina erat tempore infirmitatis ipsius; et dixit quod vidit ipsam mulierem inflatam per corpus et ventrem pene usque in gulam; et dixit quod vidit eam mendicantem per urbem eo tempore; et dixit quod dicta mulier sanata fuit tempore translationis corporis fratris Zaneboni; sed nescit qualiter sanata fuerit, nisi per dictum ipsius mulieris. Dixit etiam quod audivit ab ea quod sanata fuerat precibus et meritis fratris prædicti; et dixit quod ipse vidit eam in mane post noctem illam, in qua sanitatem percepit, salientem et gaudentem, et dicentem : Videte quomodo sum sana et liberata

EX MSS.

rata ab omni malo; et dixit quod postea perseveravit dicta mulier in sanitate sua usque ad diem hodiernum; dixit etiam quod hodie vidit eam sanam, atque salvam, et dixit quod ejus infirmitas notoria erat omnibus de dicta vicinia, et etiam universis qui ad prædicationes convenerant prædictas eo tempore, quia mendica erat. Interrogatus testis si est doctus, vel rogatus facere hoc testimonium, respondit non. Interrogatus si venit rogatus ad hoc testimonium faciendum, respondit non; immo ex præcepto sibi facto per nuntium communis Mantuæ ex parte domini episcopi Mutinensis. Interrogatus per quantum tempus vidit eam infirmam, antequam sanata fuerit, respondit per medium annum, vel circa. Interrogatus quoties vidit eam sanam post tempus sanitatis sibi præstitæ, respondit pluries, et hodie etiam.

ANNOTATA.

a Desenzano *paræcia est in littore lacus Benaci, chiliometris* 55 *a Brixia, et* 4000 *circiter incolis frequens.*

b Axela, *veteribus Romanis* axilla.

B c Castellarium, *forte* Castellaro *leucis circiter tribus ad Orientem a Mantua distans, et situm juxta rivum* Tione.

d Uxorata, *in matrimonium tradita.*

e Venia *est genuflexio, vel oratio flexis genibus.*

f Impressio *seu* pressura hominum. *Hæ voces satis frequentes sunt in his processibus et per se intelliguntur.*

g Sellarius, *italice* sellajo, *ille est qui sellas seu ephippia conficit.*

h Vidit mendicantem in prædicationibus, *de quo et infra dicitur num.* 143; *id est, ni fallor, mendicabat tum ad januam ecclesiæ.*

i Per Ottonellum, missum communis Mantuæ. *In superioribus obvius frequenter alius* missus, *nomine Michaël vel Michellinus, qui etiam titulo* nuntii *et* ministerialis *insignitur. Plures numero fuisse potest colligi quoque ex hoc loco infra num.* 151: Fuit requisitus per aliquem nuntium communis.

CAPUT VII.

C

Liberatur Negrina a contractione nervorum, Joannina a tumefactione corporis.

Eo die.

Testimonium Zanebelli de filia Negrina, liberata

Zanebellus, quondam Zambonini de Martino Cavalerio, de Formigosa *a,* Mantuanæ diœcesis, juravit et sacramento dixit quod Negrina ejus filia ibidem præsentialiter existens *b,* quæ nunc est trium annorum vel circa, infirmata fuit, cum esset unius anni; et dixit quod de dicta infirmitate sic retracta *c* fuit, quod ire non poterat, nisi curvata cum manu sinistra ad genu sinistrum; et dixit quod ipsa puella non ivit etiam tali modo nisi a carniprivio nuper proxime præterito citra, quia ire non poterat ante dictum tempus aliquatenus ea causa; et dixit sacramento quod tempore translationis corporis fratris Zaneboni, dictus Zanebellus ivit sine dicta puella fiducialiter ad dictum corpus; et dixit quod vovit dicens : Voveo Deo et fratri Zanebono quod, si filia mea convaluerit ut sospes ire valeat et redire, quod donec ipsa viveret offeram annualiter ipsi fratri unam candelam longam ad modum longitudinis puellæ prædictæ; et dixit quod post octo dies facti voti dicta sua filia convaluit, Deo gratias, et sana est, et mobilis, et currens sicut ejus tempus requirit; quam quidem puellam per ecclesiam S. Petri de Mantua currere fecit coram domino episcopo Mutinensi, et ceteris ad hujus testimonii firmitatem. Interrogatus testis si est doctus, vel rogatus facere hoc testimonium, respondit non. Interrogatus si ipse venit rogatu ad hoc testimonium, respondit quod sibi præceptum fuit per missum communis Mantuæ, ut veniret. Interrogatus si infirmitas dictæ puellæ erat notoria et manifesta, respondit sic per totam terram suam. Interrogatus quantum tempus fuit ipsa puella infirma, respondit per unum annum, ut credit. Interrogatus de die salutis ipsius, respondit quod non recordatur. D

Ea die.

a contractione nervorum de eodem miraculo

145 Joannes Ugonis de Vitalis, de dicta terra Formigosæ, juratus et sacramento dixit, quod dicta puella est sua neptis. Et dixit quod vidit dictam puellam euntem cum manu ad genu sinistrum, et curvata erat, itaque aliter ambulare non poterat; E et dixit testis quod xv dies sunt, vel circa, quod dicta puella liberata est ab infirmitate sua, et quod bene perseveraverit in dicta sanitate sua, ita quod bene erecta ambulat; et dixit quod credit ipsam esse liberatam precibus et voluntate dicti fratris; et dixit quod audivit a patre dictæ puellæ, quod ipse voverat ipsam puellam ipsi fratri, et dare unam candelam ei annualiter, donec viveret, longam sicut puellam. Interrogatus si notoria erat infirmitas dictæ puellæ, respondit, sic, per terram illam. Interrogatus quantum temporis stetit dicta puella infirmata, respondit quod nescit. Interrogatus si est doctus, vel rogatus facere hoc testimonium, respondit non. Interrogatus si ipse fuerit requisitus per nuntium communis, respondit sic. Dixit enim quod Michellinus, missus communis, præcepit ei ex parte episcopi Mutinensis quod veniret coram eo causa dicendi veritatem de prædictis.

Ea die.

alia testimonia.

146 Domina Sibilla, uxor quondam Petri de Carlo, qui fuit de Carazedulo *d,* Mantuæ diœcesis, quæ moratur Mantuæ, juravit et sacramento dixit F in omnibus et per omnia et per singula sicut prædictus testis Joannes, excepto quod dixit quod majus tempus est quod ipsa puella liberata est, quam dixit dictus Joannes testis, sed nescit bene dicere quantitatem ipsius temporis. Interrogata fuit per singula de omnibus interrogationibus factis ipsi Joanni testi, respondit sicut prædictus testis in omnibus et singulis.

Ea die.

Testimonium Joanninæ liberatæ a tumefactione corporis;

147 Joannina, quæ fuit de Anseduna *e,* et nunc moratur Mantuæ in civitate veteri, et uxor Jacomini portatoris, juravit et sacramento dixit quod post festum Paschæ majoris per paucos dies proxime præteriti infirmata fuit quadam gravi et horribili ægritudine. Dixit enim quod manus ejus usque ad media lacerta omni die tertia inflabantur eidem, et a mamillis suis usque ad gulam, et ipsa gula inflabatur eodem modo, ita quod manus claudere non poterat, et non poterat se de lecto surgere, nec etiam manducare; et dixit quod hoc contingebat eidem omni die tertia et nocte; et dixit quod hanc passa fuit infirmitatem per unum mensem integrum; et dixit sacramento quod mense Junii nuper proxime præteriti, cum ipsa jacens

et

A et dicto teneretur languore, audiens multa miracula fieri per fratrem Zanebonum, vovit fiducialiter, dicens : Voveo Deo et fratri Zanebono quod, si me de hac eripuerit infirmitate, tres candelas eidem offeram et portabo; et dixit sacramento quod continuo liberata fuit, et quod amplius dictam non habuit infirmitatem, dicens se plene et perfecte postmodum usque nunc in dicta perseverasse sospitate. Interrogata si ejus infirmitas erat notoria, respondit, sic, toti viciniæ et contratæ. Interrogata si ejus sospitas est notoria supradictis, respondit, sic, omnibus. Interrogata quantum est quod ipsa stat Mantuæ, respondit, quod unus annus est. Interrogata si est docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit, non. Interrogata si fuit requisita per nuntium communis venire ad hoc testimonium, respondit, non, sed gratis venit, quia audiebat quod illi qui sani erant facti precibus dicti fratris ibant ad dictum episcopum Mutinensem, idcirco libenter venit. Interrogata quantum temporis est quod ipsa est liberata ab infirmitate prædicta, respondit, quod unus mensis est bene. Interrogata quantum durabat ei dicta infirmitas, cum ei accidebat, respondit, quod de tertio in tertium
B diem veniebat eidem, durans per diem ac noctem.

Ea die.

de eodem miraculo

148 Domina Brexana, uxor Petri de Govardo, quæ moratur Mantuæ, in vicinia dictæ Zoanninæ, juravit et sacramento dixit quod ipsa vidit dictam Zoanninam inflatam manibus atque gula, et quod habebat totam inflationem verrucatam *f*, ita quod pene credebatur esse leprosa; et dixit quod vidit eam pati hanc infirmitatem per mensem. Interrogata dixit quod ipsa testis ivit cum eadem Zoannina ad corpus fratris Joannis Boni cum tribus candelis; et dixit quod postea non vidit eam infirmam infirmitate prædicta, sed eam vidit deinceps, et vidit omnibus diebus sanam et salvam, et omni infirmitate mundatam; et dixit quod audivit ab ea quod votum fecit ipsi fratri dare ei dictas candelas, si liberaret eam. Interrogata si ejus infirmitas erat notoria, respondit, sic, per totam viciniam. Interrogata quantum temporis vidit eam infirmam, et postea sanam, respondit, quod vidit eam infirmam per mensem, sed quandoque recedebat ipsa infirmitas : et dixit quod vidit eam semper sanam ab eo tempore citra quo iverat ad corpus prædictum cum candelis prædictis. Interrogata si est
C docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit, non. Interrogata unde ipsa testis fuit oriunda, respondit de Mazano, villa districtus Brixiæ. Interrogata quantum est quod ipsa stat Mantuæ, respondit novem anni sunt vel circa. Interrogata quantum temporis est quod ipsa ivit cum prædicta Zoannina ad corpus dicti fratris cum candelis prædictis, respondit quod non recordatur.

f

alia testimonia.

g

149 Domina Pascha, uxor Gerardi, de Cereto *g*, Brixiensis diœcesis, quæ nunc moratur Mantuæ in contrata prædicta, juravit et sacramento dixit quod vidit dictam Zoanninam patientem infirmitatem prædictam per tres hebdomadas et plus; et dixit quod audivit ab ea quod ipsa fecerat votum dicto fratri prædictum, et quod vidit eam portantem dictas candelas illuc; et dixit quod postea vidit eam sanam, et salvam, et liberatam ab infirmitate prædicta; sed dixit se non recordari de quantitate temporis infirmitatis ipsius, neque sanitatis. Interrogata quantum est ut ipsa stat Mantuæ, respondit : decem anni sunt vel circa. Interrogata ut supra, respondit ut supra, excepta terra originis; dixit enim quod de Puciggnano fuit oriunda, villa diœcesis Brixiensis.

EX MSS.

ANNOTATA.

a Formigosa *vicus est prope Mantuam ad Mincium fluvium.*

b Negrina... ibidem præsentialiter existens. *Testantur hæc iterum quanta cum diligentia in processibus apostolicis a remotissimis temporibus in veritatem miraculorum inquireretur.*

c Retracta, *contracta.*

d Carazedulum, *hodiedum Carzedole ad Orientem Mantuæ.*

e Anseduna. *Non puto hic significari Ansedoniam Thusciæ, oppidum antiquissimum prope mare, cujus invisuntur hodiedum muri cyclopei et ceteræ ruinæ.*

f Verrucatus, *verrucosus, verrucis scatens.*

g Ceretum, *forte hodiernum* Cereta, *ad Septentrionem Mantuæ.*

CAPUT VIII.

Jacobina et Zeno liberantur a surditate, Anzelerius a contractione cruris.

E

Ea die.

Testimonium Jacobini cui surditas depulsa;

Jacominus, fornarius domini episcopi Mantuani, juravit, et sacramento dixit quod de mense Octobris proxime futuri erunt duo anni quod ipse testis infirmitatem habuit validam per plures menses et tempora usque ad diem obitus dicti fratris Zaneboni, habendo febrem, et dolorem capitis, et surditatem aurium, ita quod clare non audiebat, ac dolorem dentium; et dixit quod cum ipse tempore obitus dicti fratris haberet infirmitatem suam magis solito validiorem, votum fecit fiducialiter et toto corde dicto fratri Zanebono, quod si eidem conferret sanitatem quod ei offerret unam candelam ceream longam ut caput ejus bis grossum erat; et dixit quod quasi statim liberatus est Dei gratia et gratia dicti fratris ab omnibus infirmitatibus prænotatis, dicens et asserens sacramento quod postea bene perseveravit in sanitate illa usque in hodiernum diem. Interrogatus de nominibus eorum F
quibus nota fuit ipsa sua infirmitas, respondit : Dominus Marchesinus, presbyter S. Andreæ de Mantua *a*, et Feraxolinus, clericus domini abbatis *a*
de dicta ecclesia, et magister Pax medicus, et plures alii; tamen dixit quod nullus scivit de voto suo quicquam, quia jacendo fecit illud, et erat solus; et dixit quod prædicti omnes bene sciunt de sanitate sua; et dixit etiam quod illa infirmitas notoria erat omnibus de monasterio S. Andreæ de Mantua quia ibidem tunc servitor morabatur. Interrogatus quantum temporis est quod ad dictam sanitatem pervenit, respondit a tempore mortis dicti fratris Zaneboni citra; et dixit quod bene est notoria sua sanitas omnibus existentibus ad monasterium prædictum. Interrogatus si est doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit non. Interrogatus si fuit requisitus per nuntium communis Mantuæ venire ad hoc testimonium faciendum, respondit, sic, per Michellinum missum communis. Interrogatus unde fuit oriundus, respondit de Roncorlandia *b* *b*
Mantuanæ diœcesis. Interrogatus ex parte cujus fuit dictus testis citatus, respondit ex parte domini episcopi Mutinensis.

Ea die.

ex mss. *de eodem miraculo c*

151 Vivianus, quondam Mariæ de Steffano, de Sarzanesco *c*, villa Mantuanæ diœcesis, juravit et sacramento dixit quod tempore illo, quo dictus Jacominus infirmatus fuit, ipse testis erat serviens domini abbatis monasterii S. Andreæ de Mantua, et dictus Jacominus similiter; et dixit quod vidit dictum Jacominum patientem dolorem capitis, et surditatem aurium, atque febres, et dolores dentium pluribus mensibus; et dixit quod quodam sero circa tempus obitus dicti fratris ipse Jacominus multum adgravatus fuit, ita quod ipse testis cum quodam alio portavit eum ad lectum, quod non sensit; et dixit quod tunc idem Jacominus, ut ipse retulit sibi testi, fecit votum dicto fratri, quod daret ei candelam unam longam ut caput suum crassum est, si liberaret eum; tamen dixit testis se non vidisse (quod sciat) illum euntem ad dictum corpus cum voto prædicto; sed dixit quod bene verum est quod vidit postea eumdem Jacominum a tempore obitus dicti fratris citra meliorantem de singulis infirmitatibus suis; et dixit quod nunc est bene liberatus, et sanus est ab infirmitate prædicta; et dixit quod credit eum esse
B liberatum precibus dicti fratris, si fideliter et bona fide fecit votum prædictum. Interrogatus quanto tempore vidit eum Jacominum infirmum, respondit quod nescit, nec recordatur. Interrogatus quantum temporis est quod ipse convaluit, respondit quod credit esse medium annum, et plus. Interrogatus si dicta infirmitas erat notoria, respondit, sic, omnibus de monasterio prædicto. Interrogatus si est doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit non. Interrogatus si fuit requisitus per aliquem nuntium communis ex parte domini episcopi Mutinensis, respondit, non, sed venit sociatum dictum Jacominum, quia socii fuerunt olim, sicut prædixit.

Eo die.

alia testimonia.

152 Marchesius presbyter ecclesiæ S. Andreæ de Mantua juravit et sacramento dixit quod verum est quod prædictus Jacominus erat serviens dicti monasterii, quando infirmatus fuit; et dixit quod vidit eum taliter infirmum quod portatus fuit quadam vice ad lectum, quod ipse non sensit; et dixit quod nihil scit de voto prædicto; sed dixit quod postea convaluit; sed nescit tempus salutis ipsius, et dixit quod credit illum fuisse infirmatum tempore obitus dicti fratris Zaneboni. Interrogatus si
C ipsa infirmitas erat notoria, respondit, sic, inter omnes habitantes in monasterio prædicto.

Die Sabbathi V intrante Augusto.

Testimonium Zenonis, cui surditas

153 Zeno, serviens et domicellus domini episcopi Mantuani, juravit et sacramento dixit quod quatuor anni sunt et plus, quod ipse, cum faceret sibi caput ablui in episcopatu Mantuæ, ille qui abluebat eumdem apposuit sibi aquam in aure sinistra, et dixit quod quatuor annis portavit et habuit dictam aurem infirmam ea causa, ita quod non audiebat clare cum ea, et etiam quod tremorem patiebatur fere continuum in eadem, ac ut a pulice calcaretur; et dixit quod si canem audiret latrantem, videbatur ei quod in aure illa resonaret latratus; et dixit quod habuit inde consilium plurimorum medicorum, a quibus non potuit aliquatenus adjuvari, demum dixit se Deo et fratri Zanebono fiducialiter ac devotissime commisisse, antequam corpus ejusdem translataretur ad archam; et dixit sacramento, quod ipse devote fecit votum dicens : Voveo Deo et fratri Zanebono, quod si mihi in mea contulerit aure sanitatem, quod ei portabo aurem unam ce-
d ream, et insuper de meo avere *d* oblationem faciam eidem hilariter ac libenter. Tunc quidem dixit se magis sensisse gravatum; pro quo gravamine somnium nocturnum fere penitus amittebat, dolendo caput ea parte; et dixit quod ipse cœpit ea causa tentari quid hoc esset, admirans cum se Deo et dicto fratri devotius commendasset, quare ob id in contrarium resiliebat. Dixit enim quod, fidem in Domino roboratus, ait, quod si de ambabus auribus surdus adesse deberet, quod se a Deo nec a dicto fratre nullatenus segregaret. D

miraculo depulsa;

154 Adhuc dixit quod tunc nocte quadam cum in camera domini episcopi Mantuani jaceret, habens aurem infirmam, ad lectum dormiendo volutam, cum se excitavit putredinem cum sanguine mixtam in maxima quantitate invenit, et perpendit sibi de aure fluxisse; et sic sacramento firmavit se post ipsam noctem circa quatuor dies proximos ad optatam convalescentiam pervenisse, dicendo quod bene et integre audit; et postmodum audivit sine infirmitate aliqua vel dolore, dicens etiam, et sacramento affirmans penitus inconstanter *, quod precibus, et meritis dicti fratris a Domino Deo est ipsam gratiam consequutus. Interrogatus quibus præsentibus passus fuit ipsam infirmitatem, respondit quod ipsa infirmitas fuit et erat notoria universis de familia dicti domini episcopi Mantuani: E dixit enim quod per unum annum integrum, antequam ad sanitatem venisset, plane amittebat saniem de aure prædicta, trahendo inde assidue putredinem, ipsis videntibus, cum festuca. Interrogatus si est doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit, non. Interrogatus si est notoria ejus sanitas ipsis de familia prædicta, respondit, sic. Interrogatus quantum est quod est sanatus ab infirmitate prædicta: A mense Martii proxime nuperius præteriti citra. Interrogatus unde ipse fuit oriundus, respondit de Placentia. Interrogatus quantum est quod ipse stat Mantuæ, respondit quod septem anni sunt, quod ipse est de familia dicti domini episcopi.

* *forte* et constanter

Eo die.

de eodem miraculo.

155. Gandulfinus, qui dicitur Labor, qui est de familia domini episcopi Mantuani, juravit et sacramento dixit quod unus annus est præteritus quod ipse testis vidit et palpavit prædicto Zenoni aurem prædictam; et dixit quod posuit ei unam festucam in aure ipsius infirmi, tentando eidem intus; et dixit quod sanies et putredo exibat inde turpissima, et dixit quod dictus erat surdus de aure prædicta, ita quod bene non audiebat; et dixit testis quod credit F ipsum Zenonem esse nunc sanum et salvum de aure illa, et quod illam sanitatem percepit precibus et meritis dicti fratris Joannis Boni; et dixit quod vidit eum Zenonem ad dictum corpus; et vidit etiam dictum Zenonem unam aurem ceream ferre, quam ipse portavit illuc, ut ab eo audivit. Interrogatus si dicta infirmitas dicti Zenonis erat notoria, respondit quod nescit, quia stat foris, et quandoque pro domino episcopo. Interrogatus si est doctus, vel rogatus dicere quæ prædixit, respondit non. Interrogatus quantum est quod ipse Zeno est sanus de ipsa aure, respondit quod duo menses sunt, quod audivit ab eo quod sanus factus erat ipsa aure precibus et meritis dicti fratris Zaneboni, et quod votum fecerat.

Ea die.

Testimonium Anzelerii, liberati a contractione cruris;

156 Anzelerius, qui dicitur Muza, de Villa Pralamberti, districtus Mantuæ, juravit et sacramento dixit quod de mense Maji nuperius proxime præteriti ipse Anzelerius infirmatus fuit in gamba sinistra et pede; et dixit quod infirmitate prædicta retractam portabat eamdem, ita quod pedem ad terram ullo modo ponere non valebat, dicens quod sic claudicavit

A claudicavit eundo VII mensibus integris; et dixit prædictus quod de domo quasi non exibat, et cum eidem contingebat facere motionem cum baculo, tenendo crus contractum, faciebat iter suum et breve. Insuper dixit quod audivit multa bona dici de fratre Zanebono; proposuit amicorum etiam consilio ejus tumulum visitare; dixit enim quod ascendit asinam, et venit usque ad dictum corpus, dicens quod cum ipse fuit ad ecclesiam, ubi dictum corpus aderat jam sepultum, fecit votum dicens : Voveo Deo et isti sancto fratri, quod, si liberabor de infirmitate mea precibus fratris Joannis Boni, quod ego dabo ei de meo; et dixit quod jacuit ibi dicta nocte super tumulo dicti corporis; et dixit quod ea nocte benefecit sibi Dominus precibus dicti fratris, dicens quod gamba extensa fuit, ita quod digitos pedis deponebat in terra; et dixit quod deinceps omni die se habuit melius; ita quod totum pedem eundo sine baculo ad terram transeundo apponit; et dixit quod sanus est Dei gratia et dicti fratris, ita quod aret, et faciat alia sibi expedientia ut solebat sine aliquo baculo substantivo. Interrogatus si ejus infirmitas erat notoria, respondit, sic, inter omnes suos vicinos. Interrogatus quanto
B tempore stetit infirmus, respondit VII mensibus. Interrogatus quantum est quod ipse est liberatus, respondit a festo S. Martini proxime præteriti citra. Interrogatus si ejus sanitas est notoria, respondit sic, omnibus notis ejus, qui eum vident euntem sine baculo, qui eum viderunt infirmum. Interrogatus unde ipse est oriundus, respondit de dicta villa. Interrogatus si est doctus dicere prædicta, respondit, non.

Ea die.

de eodem miraculo alia testimonia.

157 Dominus Bergonzius, presbyter ecclesiæ dictæ villæ, juravit et sacramento dixit quod vidit dictum Anzelerium infirmum, et habentem dictam gambam contractam cum pede, ita quod ambulare non poterat sine baculo et asina, quam sæpe equitabat; et dixit quod ipse testis ivit ad eum Anzelerium infirmatum, et dedit ei pœnitentiam *e* in infirmitate prædicta, dicens quod ejus infirmitas notoria erat omnibus hominibus dictæ terræ, et ejus sanitas similiter eodem modo; et dixit quod audivit ab eodem Anzelerio, quod votum fecit Deo et fratri Zanebono, et quod venit Mantuam super asinam ad dictum corpus ipsius fratris; et dixit
C quod melioratus est ita quod bene ambulat, et facit facta sua et cætera, ut solebat. Interrogatus de tempore infirmitatis ipsius, respondit, quod non recordatur. Interrogatus quantum est quod ipse habet melius et liberatus est, respondit : A morte fratis prædicti citra. Interrogatus si ipse doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit, non. Interrogatus unde ipse testis est oriundus, respondit, de dicta villa.

e

Ea die.

Niger, dictus Migensi, de dicta villa, juravit et sacramento dixit in omnibus et per omnia et singula seriatim, sicut dictus presbyter testis dixit, affirmando et narrando singula sacramento, excepto quod non dedit eidem Anzelerio pœnitentiam, ut idem presbyter asseruit se dedisse. Interrogatus de singulis supradictis respondit idem ut supra.

ANNOTATA.

a *De hoc monasterio sic scribit Lubinus in* Abbatiarum Italiæ brevi notitia (1) : Abbatia titulo S. Andreæ de Mantua, ord. S. Benedicti, ut testatur codex taxarum cameræ apostolicæ, in cujus ecclesia Sanguis Domini nostri Jesu Christi honorifice asservatur. Monachos huc introduxit Isolphus, Mantuanus episcopus, multis bonis eisdem attributis, cum ecclesiis Formigosæ et Suavis et earumdem jurisdictionibus ac pertinentiis; sedebat anno 1017, ut observat Ughellius tom. I, pag. 930. Ejus abbas anno 1072 erat Ubaldus, cameræ imperialis comes, ut refert Donesmundus. Tandem data est in commendam Francisco Gonzaga cardinali, qui Sixti IV papæ authoritate fretus, illam in ecclesiam collegiatam erexit. Vide Ciaconium tom. II, pag. 1068.

EX MSS.

b De Roncorlandia, Mantuanæ diœcesis. *Puto legendum* Riccorlandia, *prope* Ronco Bonoldo *et monasterium S. Benedicti de Padolirone.*

e Sargonescum, *hodiernum* Sarginesco.

d Averium *seu* avere *dicuntur bona alicujus et integra fortuna.*

e Dedit ei pœnitentiam in infirmitate prædicta, *id est, pœnitentiæ sacramentum; seu confessionem ejus excepit : est antiquissima locutio.*

(1) Pag. 202, Romæ 1693.

CAPUT IX.

Bengevenæ fistula sanatur et Papiæ manus confracta.

Ea die.

Testimonium Bengevenæ a fistula liberatæ;

Bengeven, filia Domini Barbazani quondam domini Bissoli, de civitate Mantuæ, juravit et sacramento dixit quod quatuor anni sunt præteriti quod ipsa passa est incurabilem et horribilem infirmitatem fistulæ in manu dextera et brachio et mamilla; et dixit quod, faciens ibi multis multisque medicinis et variis, ad convalescentiam venire non poterat; et dixit sacramento quod tempore obitus fratris Zaneboni prædicti, auditis multis miraculis, quæ Dominus per ipsum, et ipsius precibus, aliis infirmantibus faciebat, dixit matri suæ quod ipsa volebat facere votum dicto fratri, et ire ad ejus corpus: et habita licentia faciendi votum prædictum, dixit : Voveo Deo et fratri Zanebono quod, si liberaverit
F me ab infirmitate mea, quod offeram ei cereum unum floridum; et dixit quod hoc facto ivit ad dictum corpus et jacuit ibi una nocte super tumulo dicti fratris; et dixit quod continuo cœpit siccari dicta fistula a sanie, quæ discurrebat exinde; et dixit quod stetit ibi postea tres vel quatuor noctes, vigilando ibidem ad honorem Dei et dicti fratris, et dixit quod nolebat dimittere aliquod ligamen super ipsis foraminibus fistulæ, sed apponebat desuper de terra sepulturæ dicti fratris, palpando terram illam in foraminibus prænotatis; et dixit sacramento quod infra spatium octo dierum liberata fuit plenarie, postquam apposuit ibi dictam terram. Interrogata quantum temporis est quod ipsa est sanata ab infirmitate prædicta, respondit quod non recordatur. Interrogata si ejus infirmitas erat notoria, respondit, sic per totam viciniam suam. Interrogata si ejus sanitas est notoria, respondit, sic, omnibus præsentibus; et etiam ad majoris veritatis robur discooperuit sibi brachium, et loca fistulæ ostendendo domino episcopo Mutinensi, et ejus sociis; quæ quidem foramina deformia et horribilia optime

solidata

EX MSS. solidata sunt et liberata. Interrogata si est docta vel rogata dicere quæ prædixit, respondit, non. Interrogata unde ipsa est oriunda, respondit quod Mantuana est natione. Interrogata quot annis est ipsa puella, respondit duodecim annorum, ut dicitur. Interrogata quare ponebat terram illam super loca fistulæ, respondit, ob reverentiam dicti fratris, et ex fide sua, quia de sua salute bonam et firmam spem habebat in fratre prædicto.

Ea die.

de eodem 159 Domina Rosa, uxor dicti domini Barbazani, mater prædictæ Bengevenæ, juravit et sacramento dixit quod dicta sua filia est XI annorum, parum plus; et dixit quod cum ipsa erat quinque annorum infirmata fuit ipsa infirmitate fistulæ, primo in manu dextera, deinde in brachio, postmodum ad mamillam, vel secus mamillam dexteram; et dixit quod appositis multis et variis medicinis sanari non poterat ullo modo, quin a dicta fistula turbaretur; et dixit testis sacramento quod tempore obitus dicti fratris Zaneboni dicta sua filia dixit sibi : Domina, ego vellem facere votum isti fratri, quia credo quod liberabit me, et multos alios liberavit de infirmitatibus suis; et dixit testis quod dixit ei,
B quod faceret votum illi fratri; et dixit quod puella fecit votum : Voveo Deo et illi fratri Zanebono, quod, si liberaverit me, quod portabo ei unum cereum floratum *a;* et dixit quod puella ivit illuc ad dictum corpus; et dormivit una nocte, vel vigilavit super fovea dicti fratris; et dixit quod ipsa puella, ipsa matre sua vidente, quæ erat cum ea, apponebat pulverem sepulturæ dicti fratris infirmitati suæ, dicendo : Ego scio quod bene liberabor; et dixit quod post paucum tempus, ipsa puella bene convaluit, et liberata est ab infirmitate sua Dei gratia et dicti fratris. Interrogata quantum est quod ipsa puella sanata est, respondit quod non recordatur bene. Interrogata si infirmitas ipsius puellæ erat notoria, respondit, sic, per omnes vicinos et vicinas suas sciebatur ejus infirmitas. Interrogata si est docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit : non. Interrogata si fuit requisita per missum communis ex parte domini episcopi Mutinensis, respondit, sic. Interrogata si dicta puella perseveravit plene in sanitate sua, respondit, sic. Interrogata unde ipsa est oriunda, respondit quod Mantuana est.

C Eo die.

miraculo 160 Dominus Barbazanus, pater dictæ puellæ, juravit et sacramento dixit in omnibus et singulis sicut dicta sua uxor, præter quod dixit se non stetisse cum dicta puella noctu ad dictum corpus, et non vidisse quæ fiebant ibi per dictam puellam de terra illa, quam sibi apponebat. Interrogatus de singulis supradictis, respondit ut eadem.

Eo die.

alia testimonia. 161 Jacominus Blanchi de Ferrarii de Mantua juravit et sacramento dixit quod duo anni sunt præteriti quod ipse perpendit de infirmitate dictæ puellæ; dixit enim quod ejus vicinus est; et dixit quod pluries ligavit ipsi puellæ loca fistulæ; et fecit
b precamina *b* et alia eidem medicamenta; tamen dixit quod non potuit eidem aliquod conferre remedium; et dixit quod ipsa puella ivit ad corpus fratris Zaneboni cum uno pulcro cereo florato, quem ipse testis fecerat; et dixit quod ipsa ibi stetit nocturno tempore, sed nescit quantum; et deinde dixit quod bene convaluit, et sana est ab infirmitate sua prædicta. Interrogatus si infirmitas ipsius puellæ erat notoria, respondit, sic per viciniam totam. Interrogatus si ipsa perseveravit in sanitate sua postquam sanata est, respondit, sic. Interrogatus unde ipse testis est oriundus, respondit quod Mantuanus est natione. Interrogatus si est doctus vel rogatus facere hoc testimonium, respondit, non. Interrogatus si gratis venit ad hoc testimonium faciendum, respondit, imo præceptum fuit per Michaelem missum communis ex parte domini episcopi Mutinensis, quod veniret. Interrogatus si sanitas dictæ puellæ est notoria per dictam viciniam, respondit, sic pro majori parte. Interrogatus qualiter scit quod sanata est, respondit quod vidit. D

Eo die.

Testimonium Papiæ, cui manus confracta sanata; 162 Domina Papia, soror pœnitentialis *c*, quæ fuit Regiensis diœcesis de loco S. Stephani, et nunc moratur Mantuæ ad cursum *d*, juravit, et sacramento dixit quod de mense Maji nuperius proxime præteriti fuit unus annus quod ipsa hauriendo aquam de puteo dictæ contratæ cum catena putei, *c* ipsa catena deguastavit *e* sibi manum sinistram, *d* ita quod non poterat claudere ipsam manum; et dixit quod non potuit habere aliquos medicos, neque medicinas, quibus mediantibus habere remedium posset in manu prædicta; et dixit quod tempore translationis fratris Joannis Boni ipsa *e*
dicta Papia, habita devotione in tanto viro, rogavit E fratres, qui illic ad archam aderant, ubi dictum corpus fuerat repositum, cum ipsa archa adhuc esset aperta, et dixit illis fratribus quod acciperent velum ipsius mulieris, quo ipsa velata erat, et ponerent illum in archam ut corpus tangeret prænotatum; et dixit quod, hoc facto a fratribus, et recepto a fratribus dicto velo, cœpit illud stringere, et multum sibi tergere de eodem; et dixit quod, tacto velo, prædicta continuo sanata fuit de manu sua, et eam postmodum aperuit, et clausit, et claudit nunc, et aperit ut solebat, et in dicta sanitate plenarie perseveravit usque in præsentem diem. Interrogata si dicta infirmitas erat notoria, respondit, sic omnibus de vicinia sua; et dixit quod notoria est similiter nunc ejus sanitas supradictis. Interrogata si fuit docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit, non. Interrogata quibus præsentibus sanata fuit ipsa manus, respondit, præsente domina Benabia vicina sua. Interrogata de die quo sanata fuit, respondit, in quodam die Lunæ ante tertiam. Interrogata de mense, respondit, de mense Maji nuper proxime præteriti. Interrogata quantum est quod ipsa stat Mantuæ, respondit : XI anni sunt. F

Eo die.

de eodem miraculo 163 Domina Gisla, uxor magistri Ognabeni, de dicta contracta, juravit et sacramento dixit quod vidit et tetigit et ligavit eidem dominæ Papiæ pluries ipsam manum infirmam denodatam *f;* et *f*
dixit quod ipsa Papia non poterat se adjuvare de manu prædicta; et dixit quod infirma stetit de dicta manu per unum annum; et dixit quod ipsa Papia, veniendo a dicto fratre quando sanata fuit, dixit, ipsa teste audiente, quod sanata erat, sicut prædixit ipsa Papia; et dixit quod nunc salva et sana est ipsa manus, sicut fuit ab initio sanitatis ipsius. Interrogata si dicta infirmitas erat notoria, respondit, sic omnibus. Interrogata si ejus sanitas est notoria, respondit, sic. Interrogata si est docta vel rogata facere hoc testimonium, respondit, non.

Eo die.

alia testimonia. 164 Domina Diana, uxor Michaelis de Campitello *g*, quæ stat in dicta contrata juravit et sacramento dixit in omnibus sicut dictum est per prædictam Gislam testem, nil addens, neque minuens. Interrogata ut supra, respondit in omnibus ut Gisla prædicta. *g*

ANNOTATA

A

ANNOTATA.

a Cereus floratus, *floribus ornatus*.

b Fecit precamina et alia eidem medicamenta, *id est, preces fudit et remedia adhibuit.*

c Soror pœnitentialis, *id est, ut videtur, de quodam tertio ordine.*

d Ad Cursum, *nomen est alicujus contratæ sive partis Mantuæ.*

e Deguastavit, *devastavit loco* luxavit.

f Manum denodatam : *hæc locutio non secus ac* deguastavit *significat* luxatam e nodis articulorum.

g Campitellus *vicus est ad Occidentem Mantuæ, prope Ollium fluvium.*

CAPUT X.

Florius de Baraliis ex periculis eripitur et mulier liberatur a suffocatione. Attestationes de fidelitate processus et apographorum.

B

Eo die.

Testimonium Florii e carcere et periculis erepti.

Dominus Florius de Baraliis *a*, honorabilis civis et mercator Mantuæ, juravit et sacramento dixit quod heri fuerunt octo dies *b* quod ipse cum quibusdam mercatoribus cum suis mercimoniis Mantua Brixiam pertransibat; et cum fuit in districtu Brixiensi per medium Medulas *c*, vidit a longe hostium *d* turbam equitantium fortiter in eumdem; et dixit quod cum fugere propter sui equi lassitudinem non potuisset, tam realiter *e* quam personaliter fuit detentus, et ductus fuit ad Pischeriam *f*, oppidum Veronensis diœcesis; ubi stetit per diem ac noctem detentus; in sequenti vero die dixit quod ductus fuit Veronæ ad instantiam et jussum Icellini *g;* qui vero cum ductus adesset ad eam urbem, et in quadam domo unius militis usque in crastinum alligatus manibus tergo fortiter et pedibus eo
C modo, et datus duobus custodibus ad custodiendum eumdem, memoriam habuit de beato Leonardo, sancto suæ viciniæ et patrono, et fratre Zanebono, de quo inter cetera plurimum confidebat; et dixit quod devotissime, omnibus de domo et ipsis custodibus dormientibus, fudit preces ad Deum et ad dictum beatum Leonardum, atque fratrem Zanebonum, dicens quod eum peccatorem, omissis peccatis ipsius, de tam turpi vinculo solverent, ut manibus saltem se posset plene adjuvare; dixit enim sacramento quod continuo, oratione finita, ipsas manus habuit dissolutas; et solutis sibi pedibus jam ligatis, invocato Dei nomine et fratris Zaneboni prædicti, factoque signo regis regum, iter arripuit peroptatum; et exiens domum prædictam, per urbem transiens primam et secundam custodiam, et ab ipsis custodibus gratanter dimissus, ad flumen Attesi *h* sic pervenit; ubi vestibus relictis, habita interula capiti involuta, natavit per flumen per spacium unius milliarii versus ripam, et cum fuit ad terram versus Mantuam proficiscens per hostilem transitum, ad propria ea nocte sine læsione hostium feliciter properavit; et quia de prædictis per urbem Mantuæ vox est notoria atque fama, dictum prædicti pro firmo recepimus, ut verius potuimus, in hac parte. Interrogatus si est doctus vel rogatus dicere quæ prædixit, respondit : Non placeat Deo.

ex mss.

Die dominico VI intrante Augusto.

Testimonium Lanfranci de filia Anna liberata a suffocatione.

166 Ego Lanfrancus, Pergamensis, et Mantuæ civis, notarius *i* et scriptor omnium prædictorum, juravi præcepto domini episcopi Mutinensis, ac domini præpositi Mantuæ, et dico sacramento, a tempore obitus fratris Zaneboni citra, ante tempus translationis ejusdem, Anna mea filia, quadam nocte occasione anhelabat ignota, ita quod flatum pectoris astrictione vix haurire poterat ad loquendum, habens torsiones et anhelationes quasi extremas; quare mater ipsius puellæ lacrimas effundens quasi ejus transitum exspectabat; unde accenso lumine ad dictam properavit puellam, et videns conditionem ipsius, dolens devotius supplicavi Deo et fratri Zanebono, quod a subitaneo eamdem libevaret interitu; et facto mane dixit puellæ, si vellet de rebus fratris Zaneboni ad collum; ad quod, sic, respondens, acceptis de suis patrociniis in pallio involutis, reverenter et fiducialiter apposuit collo suo, vovendo ipsi fratri, quod ejus corpus dicta puella lumine circumdaret, si sibi dignaretur gratiam salutis conferre. Quæ cum hora surgendi dictæ puellæ consueta venisset, dicta puella a matre ipsius levata illuc incolumis ambulare cœpit cum cæteris coætaneis Dei gratia per contratam; neque deinceps infirmitatem habuit aliquam, quod reminiscatur, occasione prædicta; de die et hora non recordatur. Adhuc dico me habitasse Mantuæ xx annis etiam et ultra.
E

Idem Lanfrancus testatur se hujus processus notarium fuisse;

167 « Ego Lanfrancus, Pergamensis, sacri im-
» perii notarius, coram prædictis dominis et eorum
» jussu prædictos testes jurare feci et eorum dicta
» in eorum dominorum præsentia scripsi, et au-
» divi cum eis; et de mandato ipsorum eorum dicta
» ad majorem cautelam in publicam formam reduxi
» secundum quod in præsenti continetur quaterno.

---

attestationes de certa fide apographorum.

» Concordat cum suo originali existente in archivo
» serenissimi D. N. Ducis Mantuæ et Montisferrati
» in colto rerum pertinentium ad animam. In quo-
» rum fidem etc. Idibus Januari MDCXLI.

» Ego Hippolytus Castellus jur. cons. et eques
» ipsi archivo ducali præfectus, ejusdemque
» serenissimi domini a secretis confinium,
» subscripsi. »
F

« Suprascriptum D. Hippolytum Castellum, ar-
» chivii ducalis præfectum, esse talem qualem se
» asserit, illiusque attestationibus hic plenam ad-
» hiberi fidem et merito ubique locorum adhiben-
» dam esse, attestor ego infra scriptus, ejusdem
» serenissimi D. Ducis Mantuæ et Montisferrati
» primus cancellarius. Ex ducali cancellaria Man-
» tuæ, d. xx Januarii MDCXXXXI.
(L. S.) « Julius Tomasinus Cancell. subscripsi.

ANNOTATA.

a Florius de Baraliis; *a Calepino supra pag.* 764 *num.* 79 *vocatur* Florius Batalius, *a Constantio Lodi lib.* III, *cap.* 25 Florio de Battagli.

b Heri fuerunt octo dies, *seu acciderunt quæ narrat die* 28 *mensis Julii anni* 1251. *Vide supra num.* 155.

c *De hoc oppido vide pag.* 806 *annot.* d.

d *Hi hostes erant Eccellini milites, ut dicitur infra.*

e Realiter... detentus, *id est, retentæ sunt ejus mercimoniæ*

EX MSS. *mercimoniæ, de quibus paulo superius dictum hoc eodem numero.*

f Pischeria, *vulgo* Peschiera, *ad lacum Benascum.*

g *Is est Eccelinus, Veronæ tyrannus, qui non multo post, ut narrat Platina, historiæ Mantuanæ lib.* II, *Mantuam triennio frustra obsessit, defendente illam celebri equite Sordello* (1).

h Flumen Attesi *seu* Athesi, *vulgo* l'Adigio.

i *De Lanfranco notario vide pag.* 769 *num.* 5.

PARS TERTIA.

Processus, habitus Cæsenæ exeunte anno 1253 et ineunte 1254, de vita et virtutibus B. Joannis Boni et miraculis, quæ patravit vivus *a*.

a

B

CAPUT I.

Introductio testium. Testificatio Ven. P. D. Mangini, episcopi Cæsenatis, et fr. Moroëlli, ex ordine eremitarum : de virtutibus et miraculis beati.

Examinator, assessores et testes

b

« In isto quaterno incipiunt miracula *b* de vita » fratris Joannis Boni, ultimo recepta in Cæsena. » In nomine Domini. Amen. Testes recepti Cæsenæ » super vita, fide, et conversatione, ac fama reco- » lendæ memoriæ fratris Joannis Boni, institutoris » ordinis heremitarum, et super miraculis, quæ » Deus ipsius meritis dignatus est operari. Frater » Moroëllus et frater Balis, de ordine heremita-
C » rum de conventu Cæsenate, et dominus Mauri- » nus, quondam Joannis de Judice, Gualterius, » quondam Bastardi, Artusius, quondam Ugolini de » Aura, cives Cæsenates, fratres pœnitentiæ, jura- » verunt super præmissis dicere veritatem quam » scirent, et tacere mendacium coram magistro
c » Michaele *c*, examinatore a summo Pontifice depu- » tato. Actum Cæsenæ apud conventum dictorum » heremitarum anno Domini MCCLIV, Indictione XII,
d » VI kalendas Januarii *d*, præsentibus fratre Lan- » franco, priore generali ejusdem ordinis, et do-
e » mino Albizo canonico plebis de Peccioll' *e*, » Vulturanæ diœcesis, et Remigio quondam Du-
f » randi, testibus *f* ad hæc vocatis. »

Testificatio Ven. D. Mangini, episcopi Cæsenatis,

g

169 Venerabilis P. D. Manginus *g*, Dei gratia episcopus Cæsenas, in verbo veritatis testificatus dixit quod fuit præpositus Cæsenatis ecclesiæ quatuor annis paulo minus, et viginti annis episcopus, in quibus 24 annis frater Joannes Bonus fuit in heremo Sanctæ Mariæ de Botriolo, Cæsenatis
h diœcesis, viginti annis *h*, ut dixit se credere, vel parum plus, vel parum minus; in quo tempore dixit dictus testis se vidisse dictum fatrem Joannem D Bonum sæpe in habitu religioso, scilicet heremitarum; qui habitus erat quædam tunica sive cuculla, staminea subtili, quæ cingebatur desuper, et illam ferebat tam in hyeme, quam in æstate; et quando dictus testis videbat dictum fratrem Joannem Bonum, dictus frater Joannes Bonus semper erat discalciatus, et discalciatus incedebat, nisi quod in æstate videbat eum ferre zipellos ligneos. Interrogatus dictus testis, quare dictus frater Joannes Bonus deferret zipellos prædictos, respondit, ut ferret molestiam et asperitatem corpori, ut dixit se credere et audivisse a fratribus. De cibo dicti fratris Joannis Boni, interrogatus dictus testis, respondit quod tam in quadragesima quam extra quadragesimam cibus dicti fratris erat satis parvus et temperatus, secundum quod audiebat a fratribus et aliis, et quia hoc publicum erat. Interrogatus dictus testis de cubiculo super quo dictus frater Joannes Bonus jacebat, dixit se audivisse quod frater aspero cubiculo jacebat, sicut publicum et manifestum erat fratribus suis dicti fratris Joannis Boni. Interrogatus item dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod publica fama E et vox erat quod dictus frater Joannes Bonus erat fidelissimus et catholicus, et quasi omnibus bonis virtutibus plenus; et ipse testis credit dictum fratrem fuisse virum catholicum, et quod recipiebat Corpus Domini Nostri Jesu Christi, et audiebat divina, et quod frequenter confitebatur peccata sua, et quod erat multum assiduus in vigiliis et orationibus, et habebat se tamquam vir justus et sanctus, et homo plenus spiritus Dei.

de virtutibus et miraculis beati.

170 Item interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater habebatur bonæ conversationis, et homo benignus; et ita apparebat, quando videbat eum, et loquebatur cum eo dictus testis; et de hoc publica fama est et erat. Interrogatus item dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus bona opinione et fama habebatur homo sanctus et justus; et ipse testis talem credidit eum fuisse. Interrogatus dictus testis si Deus ostendisset miracula meritis vel orationibus dicti fratris Joannis Boni, respondit se audivisse a fratribus quandoque quod propter confirmationem quorumdam fratrum stetit et ambulavit nudis pedibus super prunas ignis, et illæ- F sus evasit. Interrogatus dixit se audivisse quod dictus frater Joannes Bonus pro simili causa, scilicet pro confirmatione fratrum semel accepit torrem de igne, et plantavit eum sub terram, et pullulavit, et crevit in arborem; et hoc idem dixit se audivisse de pinnaculo : et dixit quod, sicut vox et fama publica est Cæsenæ, multa et magna miracula Dominus meritis dicti fratris Joannis Boni dignatus est operari, et ipse testis ita credit; et dixit dictus testis quod prædicta testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita credit esse rei veritatem, ut dictum est supra, et de his omnibus bonam opinionem esse gentium Cæsenæ.

Testificatio fr. Moroëlli de virtutibus et vita

171 Fr. Moroëllus prædictus juratus testis, et interrogatus suo juramento, dixit quod bene erant viginti anni et plures elapsi quod ipse frater Moroëllus assumpserat habitum heremitarum, et quod postquam fuit in ordine, fuit cum dicto fratre Joanne Bono conversatus bene sexdecim annis apud conventum de Cæsena. De cujus vita interrogatus, dixit quod omni tempore jejunabat exceptis diebus dominicis, et tempore magnæ infirmitatis.

(1) Ap. Muratori, Rer. ital. tom. XX, col. 693. Cfr Annali d'Italia anno 1256, tom. VII, pag. 320, Monaco 1763.

A tatis. Interrogatus de qualitate et quantitate cibi illius, respondit se nescire utrum esset contentus majori, vel minori, vel arctiori cibo quam aliquis alius frater, quia non videbat eum comedere, ut dixit, quando comedebat in cella sua; sed quando comedebat in conventu videbat eum comedere in medietate minus aliquo alio fratre. Item interrogatus dictus testis de vita quam dictus frater Joannes Bonus ducebat tempore quadragesimæ, respondit se nescire, nisi de auditu, et secundum auditum ducebat multum arctiorem vitam, quia in quadam quadragesima dicebatur quod ipse frater Joannes Bonus fuit contentus per totam illam quadragesimam uno pane, et similiter in pluribus aliis quadragesimis; et in aliis ultimis quadragesimis vitæ suæ erat contentus pane quantitatis unius hostiæ qualibet die; et dixit dictus testis se recepisse a fratribus quadam die cujusdam quadragesimæ unam formulam de illis formulis panis, quibus utebatur dictus frater Joannes Bonus, et fuit dictum sibi esse alimentum quo utitur frater Joannes Bonus qualibet die.

pœnitentia, **172** Item dixit dictus testis, interrogatus, quod dictus frater Joannes Bonus tempore gravis infir-
B mitatis suæ ad multam fratrum instantiam vescebatur carnibus modice. Interrogatus dictus testis si dictus frater Joannes Bonus uteretur medico vel medicinis tempore infirmitatis, respondit quod non, imo dicebat quod Deus erat medicina sua, et medicus suus. Item interrogatus de vestimento dicti fratris Joannis Boni, respondit quod semper, tam in hyeme quam in æstate, ferebat tantum unam cucullam stamineam subtilem, sub qua ferebat parvam camiciolam propter custodiam sanguinis, quem emittebat, ne dicta cuculla deturparetur a dicto sanguine; et ferebat ferabulas lineas, et incedebat semper discalciatus portando quandoque zupellos ligneos extra ecclesiam, et jacebat omni tempore super quamdam nudam tabulam. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta et singula prædictorum, respondit se vidisse prædicta, et ea esse notoria inter fratres.

fide, conversatione, **173** Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod ipse habebat in cella sua crucem Domini Nostri Jesu Christi, et tabulam beatæ virginis Mariæ, et aquam benedictam; et erat multum assiduus in orationibus et vigiliis, diebus et noctibus, et quolibet die audie-
C bat missam cum magna devotione et reverentia, et qualibet die dominica communicabatur corpore Domini Nostri Jesu Christi, multas lacrimas effundendo, et frequenter confitebatur peccata sua alicui sacerdoti de fratribus, et detestabatur publice Gazaros, et Patarenos, et omnes hæreticos, et excommunicatos; et dicebat quod ipsi erant filii perditionis, nec salvari poterant in illo statu, nisi redirent ad mandatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Monebat fratres suos quod caverent ipsi ab illis. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit se vidisse et audisse prædicta, et de his omnibus publicam esse vocem et famam inter fratres. Item interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod erat homo multæ caritatis, et multæ consolationis fratrum suorum et aliorum, et benignus, humilis, castus, quietus, pacificus, et confortabat fratres suos ad omnes virtutes bonas, et reprehendebat eos qui non bene se habebant, et non servabant regulam
i et ordinem *i* quem promiserant; et semper verba Dei et ædificationis erant in ore suo, et nulla verba otiosa; et tempore gravis hyemis veniebat ad fratres suos, dicens : Ubi sunt isti juvenes? quomodo confortantur et qualiter se habent hoc tempore? et confortabat eos multum. EX MSS.

fama et miraculis beati. **174** Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta, respondit se audisse et interfuisse, et ea esse notoria inter fratres. Item interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod erat multum bonæ famæ, et sanctæ conversationis, et sanctæ vitæ inter fratres et alias gentes; et multæ gentes veniebant ad eum de Romaniola, et de Lombardia, et de aliis finibus ad videndum eum sicut virum sanctum; et sanctus habebatur publice apud Cæsenam, et habetur firmiter hodie. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, respondit se prædicta vidisse, et esse publica, et notoria Cæsenæ. Item interrogatus dictus testis si sciret Deum ostendisse miracula aliqua meritis dicti fratris Joannis Boni in vita vel in morte sua, et post mortem dicti fratris Joannis Boni, respondit quod non de visu, de auditu tamen dixit se scire quod Deus orationibus dicti fratris Joannis Boni fecit vinum de aqua; et alia multa miracula audivit facta fuisse orationibus dicti fratris. Et dixit dictus testis, quod ipse est, et erat E
laicus; et ibat multoties extra claustrum pro acquirendo pane et aliis necessariis, unde nesciebat ita testificari de miraculis de visu; dixit tamen quod publicum et notorium erat et est Cæsenæ quod Deus multa miracula ostendit orationibus et meritis dicti fratris, et quod prædicta quidem dictus testis testificatus est, non doctus nec rogatus, sed quia ita novit rei veritatem esse, et de his omnibus esse publicam vocem et famam inter fratres Cæsenæ et vicinias.

ANNOTATA.

a *Hæc tertia pars processuum habita est post quartam, quintam et sextam, sed hoc loco est posita in processibus authenticis Mantuanis, quos sequimur. Ratio fuisse videtur quod non agitur in hac parte nisi de his quæ beato in vita contigerunt, dum Cæsenæ habitaret, quum in sequentibus etiam de iis sermo sit quæ evenere post ejus mortem, et quidem in sexta unice. Hæ sex partes proprie constituunt duplicem processum, ut dictum pag.* 769, *num.* 4.

b *Agitur hic etiam de vita et virtutibus beati, ut indicavimus in titulo quem huic tertiæ parti præ-* F
fiximus.

c *De Michaele examinatore etc. vide pag.* 769, *num.* 4.

d Anno Domini 1254... sexto kalendas Januarii. *Patet veterem annum ecclesiasticum hic significari, nam juxta hodiernum computum indicatur dies* 27 *Decembris anni* 1253.

e Peccioli, *pagus amplus est vallis ad Heram fluvium* (Val d'Era) *in Tuscia* (1).

f *Quales fuerint hi testes vide pag.* 769, *num.* 4.

g *De* Mangino *seu* Manzino, *episcopo Cæsenate, cfr. Comment. præv. num.* 116. *Ejus successor hodiernus, eminentissimus cardinalis episcopus Orfei, ad dignitatem cardinalitiam evectus est a SS. D. Pio IX hoc ipso anno, die* 15 *Martii* (2).

h *Ex hoc num.* 169 *sequitur* 1° *Manginum fuisse* præpositum Cæsenatis ecclesiæ *ab anno circiter* 1250 *ad* 1254; 2° *Episcopum Cæsenatem fuisse ab anno circiter* 1254, *et præsenti anno* 1254 (*seu extremo* 1253, *annot.* d) *eum annos viginti episcopatus numerasse;* 3° *Intra quatuor annos præposi-*
tura

(1) Ripelli, Dizionario geografico della Toscana, vol. IV, pag. 77, Firenze 1841. — (2) Ami de la Religion, n. 6290, Paris.

EX MSS. *turæ et episcopatus viginti, eum novisse* B. Joannem *per annos item viginti, seu ab anno* 1229 *aut* 1230 *usque ad annum ejus mortis* 1249.

i Servabant regulam et ordinem. *Præter regulam S. Augustini, hoc et aliis hujusmodi locis indicantur constitutiones ordinis, quas exstitisse manifestum est ex bulla* Admonet nos *Innocentii IV, Comment. num.* 148. *Auctæ sunt illæ labentibus annis et in hodiernas Constitutiones ordinis, prout in Codice regularum Holstenıano vulgatæ sunt, sensim accreverunt. Quæ initio fuerint discere aliquatenus possumus ex Constitutionibus eremitarum de Brictinis, quæ continentur in bulla* Quæ omnium conditoris *Gregorii IX de anno* 1235, *a Marquezio in lucem edita* (1). *Ex qua partem præcipuam quæ constitutiones ipsas continet, huc transferimus :* Hæc præsentata nobis vestra petitio continebat, *inquit Gregorius Pontifex, priorem et fratres de Brictinis Fanensis diœcesis allocutus*, quod vos vitia carnis cupientes extinguere, ut succedente virtutum gratia possitis perennis vitæ bravium obtinere, deliberatione statuistis, ut semper in communi refectorio comedentes a festo Exaltationis S. Crucis usque ad festum Resurrectionis
B Dominicæ, præterquam in diebus Dominicis, exceptis minutis in necessitate fratribus, jejunetis; bis in die reliquo tempore comesturi, præterquam in quarta et sexta feria, ac temporibus aliis ab Ecclesia constitutis, nisi prior, qui pro tempore fuerit, cum fratribus duxerit dispensandum. Debiles quoque ac iter agentes ad observantiam dicti jejunii minime teneantur, præterquam in sexta feria, quadragesima S. Martini, et temporibus aliis per Ecclesiam constitutis. Insuper quorum unusquisque cultellum habeat non acutum; ab esu carnium et condimento sagiminis, præter infirmos, penitus abstinebunt; caseum et ova tribus diebus in hebdomada comesturi, exceptis quadragesima S. Martini ac septuagesima et solemnibus jejuniis per Ecclesiam constitutis : in quibus nec iter agentes caseum et ova comedant, licet illis vescendis singulis aliis temporibus liberam habeant voluntatem. Statuistis præterea ut a vobis annis singulis celebretur capitulum generale, in quo diffinitores a prioribus et visitatoribus eligantur; ipsi vero diffinitores cum visitatoribus anni præteriti, corrigendi et reformandi tam in capite quam in membris, quæ correctionis et reformationis offi-
C cio noverint indigere, liberam habeant potestatem. Item quod visitatores etiam ordinentur, qui omnia loca fratrum visitent, corrigant et reforment, prout secundum Deum et beati Augustini regulam (secundum quam statuistis Domino in perpetuum famulari) viderint expedire. Ceterum humiliter attendentes, quod regnum Dei non in veste pretiosa consistit, et quod induit paupertatis habitum conditor singulorum, laudabiliter statuistis ut fratres vestri ordinis de colore seu valore vestium minime contendentes semper in eis vilitatem observent, et quatuor tunicis, una cuculla et duobus scapulariis sint contenti. Item quilibet frater cingatur desuper ampla corrigia non consuta et illa contentus existat. Item quod non utantur lincis indumentis, nec extra eremum possessiones præter hortum et silvam habere præsumant. Super habendis caligis, calceis et similibus, prior secundum suum arbitrium potestatem habeat disponendi. Item quod nullus in mensa fratrum recipiatur nisi religiosus exstiterit, vel constitutus in aliqua prælatura. Quare nobis humiliter supplicastis etc. Dat. Perusii tertio idus D Martii Pontificatus nostri anno VIII.

CAPUT II.

Testificatio fr. Balis, ordinis eremitarum, et Gualterii, fratris de pœnitentia : de virtutibus et miraculis beati.

Testificatio fr. Balis de jejuniis

Frater Balis prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit quod est XXI annos quod ipse testis assumsit habitum heremitarum; in quo tempore dictus testis fuit conversatus cum dicto fratre Joanne Bono apud conventum de Cæsena XV annos, vel quasi. De cujus vita interrogatus, dixit quod dictus frater Joannes Bonus illo tempore, in quo dictus testis fuit conversatus cum eo, fuit E contentus unica cuculla staminea subtili, tam in hyeme, quam in æstate, et in die, et in nocte; sub qua deferebat tantum unum pannum lineum ad modum quasi interulæ factum; quem ferebat sicut publice dicebatur inter fratres suos propter quamdam infirmitatem, quam patiebatur, sanguinem emittentem, ne ipse sanguis dictam cucullam macularet; et ferebat etiam ferabulas lineas, et incedebat omni tempore discalciatus; ferebat quandoque zupellos ligneos extra ecclesiam; et jacebat semper super nudam assidem, et omni tempore jejunabat exceptis diebus dominicis, et tempore gravis infirmitatis; in quo tempore infirmitatis ad multam fratrum instantiam vescebatur parum de carnibus, nec volebat uti consilio vel auxilio medicorum in suis infirmitatibus aliquo modo, dicens et inducens more laicali illam auctoritatem * : Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus extra quadragesimam, quando comedebat in conventu fratrum, se teste vidente, comedebat in tertia parte et ultra minus aliquo alio fratre; sed quando dictus frater Joannes Bonus comedebat in cella sua. dictus testis nescit quantum tum comeF derет dictus frater Joannes Bonus, nisi auditu; quia, sicut dicebant illi fratres qui videbant eum comedere, et communis fama et opinio fratrum erat, quod ipse comederet satis minus quam dictum est supra.

* Ex officio S. Agathæ

et vita pœnitente.

176 Interrogatus dictus testis, si dictus frater Joannes Bonus faciebat hoc quod non posset plus comedere, vel propter abstinentiam corporis, respondit quod aliquando (quia dicebatur a quibusdam susurronibus, quod non posset plus comedere, ex eo quod habebat strictum budellum) dictus frater Joannes Bonus in præsentia fratrum, ad tollendam illam credulitatem et tentationem, et ut magis fratres confortarent se in servitio Dei, aliquando comedit plus aliquo alio fratre et citius. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta, dixit se vidisse, et ea esse notoria, et publica inter fratres. Interrogatus dictus testis de vita, quam dictus frater Joannes Bonus ducebat in tempore quadragesimæ, dixit quod, sicut ipse audivit ab illis, qui portabant ei comedere in

(1) Marquez, Origen de los frayles etc. pag. 268, Salamanca 1618.

cellam

A cellam suam, ducebat arctissimam vitam, quia sicut publice dicebatur inter fratres, in multis quadragesimis, et maxime in ultima et penultima vitæ suæ, contentus erat per totam quadragesimam uno pane conventuali, de quo faciebat multas particulas, factas ad modum hostiæ, (videlicet majores essent aliquantulum); de quibus particulis quolibet die quadragesimæ sumebat unam usque ad diem Jovis sanctum, et de quibus dedit fratribus suis, et dabat dicta die Jovis sancta, quando fratres aliqui comedebant suam, et aliqui reservabant propter multam devotionem, quam habebant in dicto fratre Joanne Bono.

fide, 177 Item interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater Joannes Bonus habebat cellam suam, in qua morabatur quasi assiduus die et nocte in vigiliis et orationibus, et in qua cella habebat crucem Domini nostri Jesu Christi, et tabulam beatæ Mariæ virginis, quas adorabat, et aquam benedictam; et de qua poterat audire divina officia quæ fiebant a fratribus in ecclesia; et audiebat quolibet die missam cum magna devotione et reverentia; et communicabatur Corpore Domini nostri Jesu Christi cum multa
B lacrimarum effusione; et sæpius confitebatur peccata sua uni sacerdotum ex fratribus; nec habebat aliquem specialem confessorem; et confortabat fratres suos, et dicebat eis quod crederent et tenerent, sicut credit et tenet sancta romana ecclesia; et dicebat eis quod crederent omnes articulos fidei, et quod dominus papa erat vicarius Dei, et successor beati Petri et habebat eandem auctoritatem quam habuit beatus Petrus, et qui hoc non credent non poterunt salvari; et detestabatur publice fidem omnium Patarenorum, et excommunicatorum, et omnium qui non credebant sicut credit sancta romana ecclesia; et monebat fratres suos, quod caverent sibi a talibus, quia in tali statu numquam salvari poterant, sed erant filii diaboli, et perditionis; et dicebat fratribus suis quod haberent in reverentia magna omnes clericos, propter ordines, quibus fungebantur, licet ipsos agnoscerent peccatores.

zelo, 178 Et dixit dictus testis, quod dictus frater Joannes Bonus reprehendebat multum severo animo omnes vicarios et nuntios Friderici quondam imperatoris, qui erant Cæsenæ, vel in aliis
C partibus Romaniolæ, quando veniebant propter publicam famam sanctitatis multæ, quæ erat de ipso, ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum, et dicebat eis: Vos, et dominus vester estis excommunicati et maledicti, et filii diaboli, et numquam salvari potestis, nec vos, nec dominus vester, nisi rediveritis ad mandatum sanctæ romanæ ecclesiæ et domini papæ. Et dixit dictus testis, quod aliquando dictus frater Joannes Bonus, de loco in quo morabatur dictus frater Joannes Bonus, ivit Cæsenæ ad locum, in quo morabántur vicarii et nuntii Friderici quondam imperatoris, et dixit eis tunc: Vos estis excommunicati et maledicti, et dominus vester est excommunicatus et maledictus, nec ipsi nec vos salvari potestis, nisi rediveritis ad mandatum ecclesiæ.

conversatione. fama, 179 Item interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat humilis et charitativus et sobrius, et bonæ et laudabilis conversationis, et habebat multas in se virtutes bonas, et confortabat fratres suos ad omnia bona opera et virtutes, et reprehendebat et corrigebat eos qui non bene se habebant, et erat talis conversationis et vitæ, quod illi qui conversabantur cum eo, quando ab eo discedebant, lætabantur multum se dictum fratrem vidisse et audisse; et semper in ore suo erant bona verba et salutifera, et ædificationis. Et interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit se vidisse et audivisse, et ea esse publica et notoria inter fratres. Item interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit quod erat sanctæ famæ et bonæ opinionis, et venerabatur ab omnibus tamquam sanctus vir et justus, et homo in se habens spiritum Dei, et talis habebatur Cæsenæ, et per vicinias circumstantes, et credebatur et creditur publice quod Dominus meritis et orationibus dicti fratris multa miracula operatus est et in vita et in morte, et post mortem dicti fratris Joannis Boni; et gentes multæ et de multis partibus veniebant ad videndum eum propter publicam famam sanctitatis dicti fratris; et talis fama et opinio semper fuit, et crevit de eo usque in finem vitæ suæ, et durat hodie.

EX MSS.

et miraculis B. Joannis. 180 Item dixit dictus testis interrogatus quod Deus ostendit meritis et orationibus dicti fratris in vita, in morte, et post mortem ipsius fratris, multa et magna miracula sicut de hoc publica vox et fama est Cæsenæ et ejus confinibus; et ipse testis suo juramento dixit quod ipse frater Joannes Bonus E suis orationibus quadam die in festo B. Joannis Baptistæ *a* coram se teste apud quemdam fontem *a* et pluribus aliis fratribus, qui modo mortui sunt, fecit de aqua vinum; et primo coram fratribus ipse frater Joannes Bonus abluit syffum de aqua; et, syffo abluto, immersit eum in fontem, et implevit eum aqua et benedixit eam, et facta est vinum, et saltabat in syffo ac si esset melius vinum de mundo; et ipse testis cum aliis fratribus ibi astantibus bibit de illo vino, et erat ut dixit ipse testis optimum vinum et hoc fecit pro confirmatione fratrum suorum. Et dixit etiam ipse testis, quod quadam die ipse frater Joannes Bonus coram se teste posuit sub terram quamdam medullam persici juxta cellam suam, et eadem die, imo quasi hora eadem, ipse testis invenit eam natam cum tribus foliis; et vidit dictus testis dictum fratrem Joannem Bonum semel intrare ignem discalciatum, et stetit ibi quasi per magnam horam *b*, *b* et illæsus exivit; et prædicta quidem dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita fuit et est rei veritas, ut dictum est supra, et fuerat publica et notoria inter fratres.

Testificatio Gualterii de pœnitentia. F 181 Dominus Gualterius prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit se conversatum fuisse Cæsenæ interpolative tamen cum fratre Joanne Bono bene per XXX annos et plus. De cujus vita interrogatus dixit quod dictus frater Joannes Bonus ferebat unicam cucullam, sive tunicam stamineam subtilem, et illam portavit tam in hyeme quam in æstate XXIV annis usque in fine vitæ suæ; et non dixit quod fuisset tantum una, sed fuit una post aliam de simili panno, sub qua ferebat ferabulas et interulam lineam ne viderentur pudenda, ut dixit se credere, quia ipsa cuculla erat multum subtilis, ut dictum est; et ibat semper discalciatus, nisi quod ferebat quandoque zipellos ligneos, ut majorem asperitatem inferret corpori suo, ut dixit se credere. Interrogatus de cubiculo dicti fratris Joannis Boni, dixit quod videbat eum habere unam assidem pro lecto. Interrogatus dictus testis de cibo dicti fratris respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat multæ abstinentiæ in cibo et potu, ita quod reputabatur mirum; et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus omni tempore jejunabat exceptis diebus dominicis et tempore infirmitatis, in qua vescebatur parum

EX MSS. de carnibus, nec volebat uti aliquo tempore consilio vel auxilio medicorum, et erat dictus frater tempore quadragesimæ in cella sua assiduus in vigiliis et orationibus. Interrogatus de causa scientiæ, dixit se prædicta vidisse et audisse secundum quod dictum est, et ea esse publica et notoria inter fratres.

de, conversatione fama et miraculis beati.

182 Item interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater erat multum catholicus homo, quoniam habebat in cella sua, in qua erat assiduus in vigiliis et orationibus, crucem Domini nostri Jesu Christi et tabulam beatæ Mariæ virginis, quas adorabat, et aquam benedictam, et audiebat missam quotidie cum magna devotione, et recipiebat qualibet die Dominica Corpus Domini nostri Jesu Christi, multas lacrimas emittendo, ut sæpius ipse testis vidit; et detestabatur multum omnes Gazaros, Patarenos et omnes hæreticos et excommunicatos et dicebat publice quod ipsi perditi erant. Et interrogatus de causa scientiæ, dixit se vidisse et audisse prædicta et ea esse publica et notoria inter fratres. Item interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod
B ipse erat homo humilis, caritativus, honestus, et multæ benignitatis et patientiæ, et confortabat fratres suos et alias gentes quæ ibant ad videndum eum, ad opera misericordiæ et ad vitam æternam; et verba utilia, et non otiosa, erant semper in ore suo; et illi qui conversabantur cum eo, delectabantur multum in eo. Item interrogatus de causa scientiæ, dixit se in præteritis temporibus sæpe sæpius audisse, et vidisse, et interfuisse, et ea esse notoria et manifesta inter fratres. Item interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod publice et notorie habebatur sanctus et justus homo; et gentes de multis partibus veniebant ad videndum eum, et lætabantur se vidisse et audivisse eum. Item de causa scientiæ interrogatus, dixit se vidisse et audivisse prædicta et ea esse publica et notoria inter fratres, et per Cæsenam et confines ejus. Item interrogatus dictus testis si Deus ostendisset miracula meritis et orationibus dicti fratris, respondit se nescire de visu, dixit tamen quod fama publica est et erat Cæsenæ quod Deus multa miracula ostendisset meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni; et dixit ipse testis, quod ipse testis erat
C LXX annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita est rei veritas, ut dictum est supra.

ANNOTATA.

a *Significatur hic miraculum conversæ aquæ in vinum quod circa annum* 1232 *factum est, non mense Julio, ut alius testis dicebat, sed* in festo B. Joannis Baptistæ, *id est verisimiliter in festo ejus præcipuo seu nativitatis, die* 24 *Junii. Cfr pag.* 780 *annot.* f.

b Quasi per magnam horam. *Calepinus in Vita num.* 6 : multa mora volutavit; *sed retinenda locutio clara hujus testis.*

D

CAPUT III.

Testificatio Artusii de virtutibus et miraculis beati et sanatione Mariæ, suæ uxoris; testificationes Ubaldini, ipsius Mariæ, Marchesianæ et Abenatæ de eodem miraculo.

Testificatio Artusii de vita, fide,

Artusius prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit quod olim fuit conversatus cum fratre Joanne Bono bene per decem annos. De cujus vita interrogatus dixit quod homo erat in cibo et potu extra quadragesimam et in quadragesima miræ abstinentiæ, secundum quod dictus testis dixit se audisse a fratribus; et quod jejunabat omni tempore exceptis diebus Dominicis et tempore magnæ infirmitatis; in quo tempore dixit E quod vescebatur carnibus modice; et numquam utebatur consilio vel auxilio medicorum, ut fratres dicebant manifeste. Dixit tamen dictus testis se vidisse dictum fratrem in dicto tempore, tam in hyeme quam in æstate, incedere discalciatum nudis pedibus et cruribus cum una tantum cuculla, quæ erat de stamine; et dixit se audivisse a fratribus quod una aside tantum utebatur pro lecto, et quod erat assiduus in vigiliis et orationibus die ac nocte. Item interrogatus de fide dicti fratris, dixit quod ipse frater Joannes Bonus erat fidelis et devotus ecclesiæ Romanæ et detestabatur fidem Patarenorum et excommunicatorum cum domino suo; et dicebat quod fides sanctæ Romanæ ecclesiæ erat illa, qua homines salvantur; et dixit se pluries vidisse dictum fratrem communicari diebus Dominicis et interesse missarum solemnibus multum devote; et dixit dictus testis se vidisse quod dictus frater Joannes Bonus habebat in cella sua, in qua erat assiduus in vigiliis et orationibus, die ac nocte, crucem Domini nostri Jesu Christi et tabulam beatæ Virginis Mariæ, quas adorabat, et aquam benedictam, et quod publicum et manifestum erat, quod ipse erat religiosus et catholicus homo.

F 184 Item interrogatus de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod ipse frater erat humilis multum, et benignus, et homo multæ charitatis, et homo qui bene regebat se et fratres suos, et lenitate et asperitate, sicut erat opportunum. Et interrogatus de causa scientiæ, respondit se vidisse, et se usum fuisse cum eo secundum quod ipse testis erat frater pœnitentiæ, qui utebatur cum eo semper *a*. Item interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod gentes communiter et publice habebant eum hominem justum et pium, et sanctum, et tamquam sanctum venerabantur eum; et dixit dictus testis sic se vidisse eum haberi et teneri, quia gentes de multis partibus veniebant ad eum, tamquam ad virum sanctum et Dei. Item interrogatus dictus testis si Deus ostendisset miracula meritis vel orationibus dicti fratris, respondit quod dictus testis habebat olim, et nunc habet suam uxorem, nomine dominam Mariam, quæ patiebatur maximum apostema in gutture sic graviter, quod nec comedere, nec bibere, nec loqui aliquo modo poterat, nec juvari aliquo auxilio medicorum, imo omnino de ejus liberatione prout medici

conversatione, fama et miraculis beati : ex quibus narrat

a

A medici dicebant, desperabatur. Pro qua, et de cujus consensu dictus testis pergens ad dictum fratrem Joannem Bonum rogavit eum ut intercederet ad Deum pro liberatione uxoris; et dictus frater Joannes Bonus ad multam dicti testis instantiam fecit orationem Deo; et facta oratione, misit per dictum testem quædam pira dictæ infirmæ; quæ pira cocta dicta infirma comedit, et sanata est incontinenti, se teste vidente et pluribus aliis existentibus in domo sua tunc, quia credebant dictam dominam Mariam omnino tunc morituram, et tamquam personam morientem tunc custodiebant eam.

miraculum sanatæ suæ uxoris.

185 Item interrogatus dictus testis de anno, mense, et die, dixit se non recordari; de hora interrogatus, dixit quod summo mane ivit ad dictum fratrem Joannem Bonum cum quodam filiastro suo, nomine Ubaldino, et rediit ante tertiam credens dictam dominam Mariam uxorem suam mortuam; et tunc sumpto de prædictis piris, sicut dictum est, liberata est omnino, et fuit postea semper sana, et est hodie, sicut manifeste apparet. Interrogatus dictus testis, quibus præsentibus hæc domina liberata est, dixit quod se teste, et domino Ubaldino, et domina Marchesiana, uxore dicti Ubaldini, et
B pluribus aliis, quorum nomina non recordatur; et dixit dictus testis quod hoc fuit publicum per totam viciniam suam; qualiter dicta domina Maria infirmata est, et liberata precibus dicti fratris, et in tam brevi spacio temporis; et publicum erat et Cæsenæ et per omnes convicinias ejus quod Deus multa miracula fecerat et ostenderat meritis et orationibus dicti fratris; et prædicta quidem dictus testis testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

Introductio testium

186 « Ubaldinus, quondam Baji, et filius prædictæ » dominæ Mariæ, uxoris Artusii prædicti, juravit » super præmissis dicere veritatem quam sciret et » tacere mendacium coram prædicto examina- » tore, eodem prædicto anno, indictione, III Kal. » Januarii, præsentibus domino Albizo supra- » dicto, et Remigio quondam Durandi, et Amicino » quondam Orlandini, testibus. Item domina Maria, » uxor prædicti Artusii, et domina Marchesiana » uxor prædicti Ubaldini, et domina Abenate, uxor » Tebaldi de Petrella, juraverunt super præmissis » dicere veritatem quam scirent, et tacere menda- » cium coram prædicto examinatore, supradicto
C » anno, et indictione, et die, in palatio domini epi- » scopi Cæsenæ, præsentibus magistro Leonardo, » et Placido, familiaribus dicti domini episcopi, et » domino Albizo canonico prædicto testibus. Item » domina Bonaventura, uxor Gualfredi de Cæsena, » juravit super præmissis dicere veritatem quam » sciret, et tacere mendacium, coram prædicto » examinatore, supradicto anno, indictione, die et » loco, præsentibus Joanne quondam Durandi, et » dominabus Maria, uxore prædicti Arthusii, Ab- » benate, uxore Tebaldi de Petrella, testibus ad » hæc vocatis. »

Testimonium Ubaldini de prædicto miraculo

187 Ubaldinus prædictus, juratus testis et interrogatus sub suo juramento, dixit quod supradicta domina Maria, uxor Arthusii, olim tempore in quo frater Joannes Bonus erat in heremo sua Cæsenate, patiebatur magnum et crudele apostema in gutture suo, ita quod os aperire non poterat; et consilio et auxilio medicorum utebatur semper, et usa fuerat, et nihil ei proderat; imo adeo deteriorata erat quod nec comedere, nec bibere, nec etiam loqui poterat aliquo modo; immo parentes et vicini ejus custodiebant eam tempore prædicto, quæ videbatur de hac præsenti vita recedere; unde cum jam omnino de ejus liberatione desperasset Arthusius prædictus, ivit ad uxorem suam, et interrogavit eam plorando, quasi si volebat quod ipse iret ad fratrem Joannem Bonum, et rogaret eum ut intercederet ad Dominum pro ea, et illa cum loqui non posset, annuit oculis. EX MSS.

sanatæ uxoris Arthusii.

188 Qui Arthusius una cum dicto teste incontinenti iverunt ad dictum fratrem Joannem Bonum; et exposito sibi semper quasi plorando, dixit dictus frater eis : Licet satis sim peccator, ego rogabo Deum pro ea; et facta oratione, accepit quædam pira dictus frater Joannes Bonus, quæ dedit eis, et dixit : Ite, et detis ei comedere de istis piris; et isti rediverunt domum; et cum crederent eam dominam Mariam invenire mortuam, invenerunt eam sicut eam dimiserunt; et cocto uno ex piris prædictis, posuerunt in vino, et deportaverunt ad dictam dominam Mariam, et posuerunt de dicto piro in ore ejus; et ipsa statim coram omnibus ibi astantibus, quia domus erat quasi plena gentium, comedit dictum pirum, cum stetisset primo bene quinque diebus, et nec loquens, nec comedens, nec bibens. Et statim clamavit : Ego sum liberata; et statim quasi surrexit, et fuit postea semper sana, et cum primo haberet totam quasi gulam tumefactam, statim sumpto piro nulla apparuit tu- E
mefactio; et adstantes cœperunt laudare nomen Domini nostri Jesu Christi qui tantum et tale miraculum ostenderat orationibus dicti fratris Joannis Boni. Interrogatus dictus testis quibus præsentibus dicta domina Maria liberata est, respondit se teste, et domino Arthusio prædicto et dominabus Marchesiana, uxore ipsius testis, et Abenate, uxore Tebaldi, et pluribus aliis. De anno, mense, et die interrogatus, dictus testis dixit se non recordari. De hora dixit interrogatus dictus testis quod ante tertiam liberata est, et summo mane iverant ad dominum fratrem Joannem Bonum. Et dixit dictus testis interrogatus quod hoc satis est et fuit publicum quod dicta domina Maria sic passa fuerit, et orationibus dicti fratris liberata; et prædicta testificatus est dictus testis neque rogatus neque doctus, sed quia ita est et fuit rei veritas, et erat ipse testis XXVI annorum.

De eadem

189 Domina Maria prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit quod ipsa olim passa fuisset bene per decem dies maximum apostema in gutture, ita quod ipsa nec comedere, nec bibere, nec bene loqui poterat, sed a quinto die illorum decem infra, ita deteriorata est, quod omnino F
quasi amisit loquelam, et comedere, et bibere non poterat. Et quadam die cum esset adeo deteriorata quod quasi ipsa non poterat nisi cum difficultate anhelitum habere, credens omnino mori tunc, et domus esset plena quasi gentium plorantium, dominus Arthusius, maritus dictæ testis, venit ad dictum testem, et plorando interrogavit eam si volebat quod ipse iret ad fratrem Joannem Bonum, et rogaret eum ut intercederet ad Deum pro ejusdem testis liberatione, et ipsa testis non potuit respondere ei, nisi quod nutum fecit ei cum oculis quod sic.

prodigiosa

190 Ipse Arthusius ivit, et duxit secum Ubaldinum filium dictæ testis; quod ipsi dixerint et fecerint cum dicto fratre Joanne Bono, dictus testis nescit, nisi auditu, nisi quia in reversione eorum apportaverunt ipsi testi unum pirum coctum, et dixerunt ei : Tene et comede, quod mittit tibi frater Joannes Bonus; et ipsa testis accepit dictum pirum, et comedit sine aliqua difficultate, et statim clamavit : Ego sum liberata; et incontinenti omnis gulæ tumefactio recessit, quæ erat ita primo inflata quæ videbatur quod esset et in gula ejus aliquis

ex mss. quis globus alicujus rei; et adstantes et ipsa testis cœperunt laudare nomen Domini nostri Jesu Christi et fuit postea semper sana. Interrogata dicta testis de tempore, mense, die, dixit se non recordari; de hora dixit quod in medietate tertiæ liberata est. Interrogata quibus præsentibus, dixit quod domino Arthusio, viro suo, et Ubaldino, filio dictæ testis, et D. Marchesiana, uxor dicti Ubaldini et pluribus aliis tunc astantibus ibi, quia credebant tunc eam omnino mori; et dixit dicta testis interrogata quod publicum fuit multum per Cæsenam quod ipsa ita passa fuit, ut dictum est, et liberata orationibus dicti fratris Joannis Boni, et dixit quod

xxxx? ipsa erat ætatis xxx* annorum, et quod prædicta testificata est ipsa testis non rogatâ, neque docta, sed quia ita fuit rei veritas, ut dictum est.

sanatione **191** Domina Marchesiana prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit quod olim quando frater Joannes Bonus erat in heremo suo Cæsenæ domina Maria, uxor prædicti domini Arthusii, patiebatur magnum et grave apostema in gutture, ita quod medici non credebant quod liberari posset de dicto apostemate; et cum quadam die dicta domina Maria adeo deteriorata esset quod videba-

B tur quod anima vellet e corpore separari, quia jam steterat bene quinque diebus, in quibus nec comederat, nec biberat, nec loquela quasi fuerat, dominus Arthusius, maritus ejus, accessit ad dictam dominam Mariam, uxorem suam, et interrogavit eam si volebat ut ipse iret ad locum, in quo morabatur dictus frater Joannes Bonus, et rogaret dictum fratrem Joannem Bonum quod intercederet ad Deum pro liberatione dictæ dominæ Mariæ, et illa cum oculis fecit signum quod sic; et ipse dominus Arthusius cum Ubaldino, filio dictæ dominæ Mariæ, ivit ad fratrem Joannem Bonum prædictum. Quod ipsi fecerint cum dicto fratre et dixerint dicta testis nescit nisi auditu, quia ipsa testis quasi cum tota vicinia et consanguineis multis stabant, et custodiebant plorantes dictam dominam Mariam, quia credebant eam omnino morituram tunc.

testificationes **192** Et cum dictus dominus Arthusius rediret hora tertia cum quibusdam piris, quæ dixit quod dictus frater Joannes Bonus mittebat ad dictam dominam Mariam, coctum unum ex piris prædictis dederunt ad comedendum dictæ D. Mariæ, et dixerunt : Tene quod mittit tibi frater Joannes Bonus; et illa statim cum devotione sumpsit pirum

C prædictum, et comedit et loquuta est; quod facere non poterat bene per quinque dies, ut dictum est; et statim dicta domina Maria clamavit, et dixit : Ego sum omnino liberata; et tunc astantes, inspecta gula, quæ erat primo multum tumefacta, et viso quod nulla erat ibi tumefactio, mirantes multum cœperunt laudare nomen Domini nostri Jesu Christi, quod dignatus fuerit orationibus dicti fratris Joannis Boni dictam dominam liberare; et dixit quod omnes qui erant in domo recesserunt, et dimiserunt dictam dominam sanam, et fuit postea semper sana. Interrogata dicta testis quibus præsentibus dicta domina Maria liberata est, dixit quod se teste, et dictis dominis Arthusio, et Ubaldino, et pluribus aliis; et dixit dicta testis interrogata quod de tempore, mense, die, non recordatur; de hora dixit quod summo mane iverunt ad dictum fratrem, et in medietate tertiæ liberata est; et dixit dicta testis interrogata quod satis fuit publicum per totam viciniam suam, et etiam per Cæsenam quod Dominus orationibus dicti fratris dictam dominam liberaverit; et dixit dicta testis interrogata, quod ipsa erat viginti quinque annorum, et quod prædicta testis testificata est, non rogata, neque docta, sed quia ita vidit, ut dictum est.

D *aliæ.* **193** Domina Abenata prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit quod cum ipsa audiret quod domina Maria pateretur maximum et crudele apostema in gutture, ivit ad dictam dominam Mariam, et invenit eam laborantem quasi in extremis, et gentes erant multæ in domo plorantes, quia credebant eam morituram; et cum dominus Arthusius maritus ejus rediret cum aliquot piris a fratre Joanne Bono, de quibus piris unum coctum dictus Arthusius dedit dictæ uxori suæ dicens : Tene quod mittit tibi frater Joannes Bonus; et dicta domina Maria cum primo stetisset bene quinque diebus quod nec comederat, neque biberat, nec loquuta fuerat, comedit pirum prædictum, et incontinenti clamavit, et dixit : Ego sum liberata; et statim omnes qui erant ibi, et ipsa testis, qui custodiebant eam, cum crederent tunc eam morituram, prospicientes gulam dictæ dominæ Mariæ, quæ primo inflata erat multum, et nulla esset ibi tumefactio, laudaverunt lætantes nomen Domini nostri Jesu Christi et fratrem Joannem Bonum, et ita omnes qui erant ibi, qui non erant de domo, recesserunt. Dicta domina Maria omnino liberata est, et fuit postea semper, et est E hodie. Interrogata dicta testis de tempore, mense, die, dixit se non recordari; de hora dixit quod se teste præsente, et domino Arthusio, et Ubaldino prædictis, et multis aliis, liberata est, hora quasi medietatis tertiæ; et dixit dicta testis interrogata quod multum fuit publicum qualiter dicta domina sic liberata est, ut dictum est; et dixit dicta testis quod ipsa erat ætatis xx annorum et plurium, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit, et novit esse rei veritatem, ut dictum est.

ANNOTATUM.

a Respondit... se usum fuisse cum eo, secundum quod ipse testis erat frater pœnitentiæ, qui utebatur cum eo semper. *Patet ex hoc loco Artusium fuisse Tertiarium ordinis S. Augustini, non vero Saccitam, seu de* ordine pœnitentiæ Jesu Christi; *quum ceteroqui hic sermo occurrat de ejus uxore. Similia infra leguntur num.* 203. *Memorantur itaque his processibus eodem nomine* fratrum de pœnitentia *tum Saccitæ cælibes et in cœnobiis viventes, tum Tertiarii congregationis* B. Joannis. F *A prioribus aliquando* infamatus *est* per invidiam (*Processus num.* 12) *beatus coram Ottone episcopo Cæsenate, Comment. num.* 116 *et seq., et bonum pro malo reddens, quum* non haberent quandoque quid comederent, dictus fr. Joannes faciebat eis portare suos fratres panem et vinum, *ut legitur supra num.* 43. *Ex quibus manifestum est duplex genus fratrum de pœnitentia in his processibus esse distinguendum. Insuper novimus in processu quodam Arimini habito, non procul a Cæsena anno* 1270, *coram judicibus comparuisse Joannem, qui dicitur* minister *seu prior generalis* fratrum de pœnitentia. *Comment prævv. num.* 87. *Cfr ibid. num.* 164, *et pag.* 760 *annot.* n.

A

CAPUT IV.

Bonaventura liberatur a doloribus et motu capitis aliorumque membrorum; testificationes Barachiæ et fr. Alberti de virtutibus et miraculis beati.

Testificatio Bonaventuræ de sua liberatione a doloribus et motu capitis; *a*

Domina Bonaventura prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit quod ipsa olim in festo S. Michaelis proxime præteriti mensis Septembris fuit annus unus, quod patiebatur ismaniam *a* ita crudelem et pessimam, [quod] semper ducebat caput, et cilia, et oculos tamquam fatua; de quo ipsa testis verecundabatur multum; et nesciebat quod inde faceret; nec medici, vel medicinæ proderant ei in aliquo; immo aliquando passa fuit ismaniam bene quinque vicibus una die; et cum potius affectaret mortem quam sic viveret, coram marito suo dicto Gualfredo, et domina Marchesiana, uxore prædicti Ubaldini, fecit votum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus eam meritis dicti fratris liberaret, quod ipsa tamquam peregrina cum baculo et scarpella iret Mantuam ad locum, ubi est corpus dicti fratris Joannis Boni; et statim facto voto, numquam postea passa fuit dictam infirmitatem; nec aliquis perpendit quod duceret postea caput et oculos sicut primitus faciebat; et dixit quod sicut ipsa testis fecit votum, ita complevit; et dixit quod dictam infirmitatem longo tempore passa fuerat; de die et hora dicta testis interrogata dixit se non recordari; et dixit quod per viciniam suam fuit publicum quod Deus liberaverit eam meritis dicti fratris; et dixit dicta testis quod ipsa etiam fecit votum, dixit quod offerret ad sepulcrum dicti fratris unum caput cereum; et dixit ipsa testis quod aliquando stetit sine comestione propter tremorem et quassationem quam habebat in capite causa dictæ infirmitatis bene octo diebus, quod comedere non potuit; et dixit dicta testis quod
B C ipsa erat ætatis triginta annorum, et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia sicut dixit fuit et est rei veritas.

de eodem miraculo.

193 Domina Marchesiana prædicta, jurata testis, suo juramento dixit quod ipsa vidit dominam Bonaventuram prædictam, uxorem domini Galfredi, patientem ismaniam crudelem et pessimam, ita quod tremebat ei caput, cilia et oculi, et ducebat caput semper tamquam fatua; unde, se teste præsente, et Gualfredo viro dictæ dominæ Bonaventuræ, dicta domina Bonaventura fecit Deo et fratri Joanni Bono votum, quod si Deus liberaret eam a dicta ismania, ipsa iret tamquam peregrina, scilicet cum baculo et scarpella, Mantuam, ubi est corpus dicti fratris, et offerret ibi unum caput cereum; et facto voto numquam postea passa fuit dictam infirmitatem, nec duxit oculos, nec caput postea sicut primo faciebat. Interrogata dicta testis de tempore, mense, die, dixit se non recordari, nec de hora; credit tamen quod fuit in festo S. Michaelis mense Septembris proximi præteriti fuit annus, et dixit quod satis per contratam suam fuit publicum qualiter dicta domina sic passa fuit, et liberata meritis dicti fratris, ut dictum est, et præ-

ex mss.

dicta testificata est dicta testis non rogata, neque docta, sed quia ita est rei veritas.

Introductio testium.

196 « Dominus Barachias, quondam Barachias » de Cæsena, juravit super præmissis dicere veri- » tatem quam sciret, et tacere mendacium coram » examinatore prædicto; et frater Albertus de con- » ventu heremitarum de Cæsena juravit eodem » modo super præmissis dicere veritatem quam » sciret, prædicto anno, indictione et loco, pridie » Kal. Januarii præsentibus fratre Salvetto de » ordine heremitarum, et Joanne quondam Paga- » nelli, et Bulgarello quondam Martini, civibus » Cæsenæ, testibus. »

Testificatio Barachiæ de vita et pœnitentiis beati.

197 Dominus Barachias, juratus testis, et interrogatus sub suo juramento, dixit quod ipse fuit conversatus ultra xxvannis cum fratre Joanne Bono, sicut laicus conversatur cum religioso, quem diligit et timet, quia dictus testis dixit quod antequam dictus frater Joannes Bonus assumeret habitum heremitarum, dictus testis ibat et redibat et vivebat multum cum dicto fratre Joanne Bono pro eo quod erant multum amici; et hoc fuit apud Cæsenam; et postquam dictus frater assumpsit habitum *b* dictum, dictus testis frequenter ibat ad *b*
dictum fratrem ad heremum, in qua morabatur. E
De cujus vita interrogatus, dixit quod dictus frater Joannes Bonus in illo tempore, in quo vidit eum in dicto habitu, vidit eum incedere indutum tam hyeme quam æstate unica cuculla, quæ erat staminea et subtilis, et incedere discalciatum cum pedibus et cruribus; et dixit quod videbat eum multum assiduum in cella sua et solitarium; in qua dixit quod jacebat super quadam asside; et hoc dixit se scire, quia frequenter intravit cellam, et nihil aliud videbat ibi super quo posset jacere, et quia manifestum erat inter fratres, et publice dicebatur, quod non utebatur alio lecto; et dixit quod erat miræ abstinentiæ in cibo et potu secundum famam fratrum, non quod ipse videret eum.

ejus fide, conversatione, fama et miraculis.

198 Item interrogatus de fide dicti fratris, respondit quod erat multum catholicus, quo nullus magis catholicus, ut dixit se scire, et sic publice habebatur; et dixit dictus testis se vidisse in cella sua crucem Domini nostri Jesu Christi, et tabulam beatæ Virginis Mariæ, ad quas adorabat; et dixit se audivisse eum multoties dicentem quod hæretici erant perditi, et quod salus non erat nisi in fide sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Interrogatus de conversatione dicti fratris, respondit quod erat F
ipse multum humilis, et benignus, et castus, et honestus; et dixit se vidisse eum confortare fratres suos et alios, qui ibant ad eum, semper ad bonum, et loquebatur verba fructifera et vitæ æternæ. Item interrogatus de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod publice a gentibus de Cæsena, et ab aliis circumstantibus habebatur sanctus et justus; et gentes multæ etiam de longinquis partibus veniebant ad eum, sicut ad sanctum hominem; et fama illa duravit et crevit de illo usque ad finem vitæ suæ. Item interrogatus si fieret quod Deus meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni miracula ostendisset in vita sua, respondit se audivisse a fratribus dicti ordinis et ab aliis, et publice dicebatur quod Deus meritis et orationibus ejus, pro confirmatione quorumdam fratrum suorum, fecerat vinum de aqua, ut ipsi fratres videntes miraculum confirmarentur in servitio Dei; et dixit dictus testis se habere ultra quinquaginta annos, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita novit esse rei veritatem, ut dictum est.

199 Frater Albertus prædictus, juratus testis et

EX MSS. *Testificatio fr. Alberti de vita, pœnitentia,*

et interrogatus suo juramento, dixit quod ipse fuit in ordine heremitarum jam sunt viginti anni, et fuit conversatus cum dicto fratre Joanne Bono apud conventum Cæsenatem tribus annis continuis ultimis vitæ dicti fratris Joannis Boni, et prius diversis aliis temporibus interpolatim. De cujus vita interrogatus, dixit quod in majori parte temporis erat in cella sua in vigiliis et orationibus die ac nocte, et unam assidem nudam habebat pro lecto, et incedebat discalciatus tam in pedibus, quam cruribus, tam in hyeme, quam in æstate, nisi quod quandoque ferebat zipellos pro afflictione corporis sui, et tantum ferebat unicam cucullam quæ erat de stamine subtili in hyeme et in æstate, sub qua ferebat ferabulas lineas, et interulam lineam, ne caro ejus videretur, quia cuculla prædicta valde erat subtilis, et etiam propter sanguinis fluxum, quem patiebatur; et jejunabat omni tempore, exceptis diebus dominicis, et tempore magnæ infirmitatis, in quo ad multam fratrum instantiam comedebat parum de carnibus; nec volebat uti in suis infirmitatibus medicis, nec medicinis, dicens quod Dominus noster Jesus Christus erat medicus et medicina sua; et in quadragesima, et extra quadragesimam erat miræ abstinentiæ in cibo et potu; et dixit dictus testis quod in ultima quadragesima vitæ suæ, in qua dictus testis dixit se servisse ei, comedit tredecim diebus in principio quadragesimæ modicum panis cum modico edulio quod ei portabat dictus testis, et abinde in antea sumpsit qualibet die quantitatem panis quasi ad modum unius hostiæ, usque ad diem Jovis sanctum; et in illa die comedit de comestione fratrum modice, et postea die Veneris et Sabathi rediit ad dictam quantitatem panis, et nihil aliud sumebat, nisi de vino, de quo bibebant fratres.

fide,

200 Interrogatus dictus testis quomodo sciret quod dictus frater Joannes Bonus nihil aliud sumeret, nisi id quod dixerit, respondit quod ipse testis, erat serviens suus, et nihil ei aliud portabat, nec aliquis alius quod ipse frater Joannes Bonus comederet, et quia nullus poterat intrare ad dictum fratrem Joannem Bonum, nisi per manum dicti testis, quia dictus testis erat serviens et ostiarius dicti fratris Joannis Boni, et in plerisque aliis quadragesimis pristinis similiter abstinentiam egerat, de qua erat fama publica inter fratres. Interrogatus de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat multum catholicus homo, quia assiduus erat quasi die ac nocte in cella sua in orationibus et vigiliis, et audiebat qualibet die missam cum magna devotione, et sumebat qualibet die dominica corpus Domini nostri Jesu Christi cum magna reverentia et lacrimarum effusione; et ea die qua communicabatur servabat silentium, ita quod nemini loquebatur, nisi aliqua necessitas immineret, et multum frequenter confitebatur peccata sua, secundum quod conscientia sua remordebat eum, uni sacerdoti ex fratribus, quia non habebat aliquem specialem confessorem; et habebat in cella sua crucem Domini nostri Jesu Christi et tabulam beatæ Mariæ Virginis, quas adorabat, et aquam benedictam; et confundebat in dicto suo omnes hæreticas pravitates, et excommunicatos; et docebat et monebat fratres suos quod caverent sibi a Gazaris, Patarenis, et excommunicatis, quia salvari in illo statu non poterant, nisi redirent ad mandatum sanctæ Romanæ ecclesiæ, extra quam nullus omnino salvatur.

conversatione, fama

201 Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit se audisse et vidisse prædicta, illo tempore quo conversatus fuit cum dicto fratre Joanne Bono, et de his est publica vox et fama inter fratres. Item interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannes Boni, respondit quod dictus frater erat bonæ et laudabilis conversationis, et omnes illi qui conversabantur cum eo habebant eum in reverentia propter bonam conversationem, quæ erat in eo; et quia dictus frater Joannes Bonus erat planus, et humilis, et castus, et habebat in se omnes virtutes bonas, ad quas invitabat semper omnes, qui cum eo conversabantur. Et interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit se interfuisse prædictis eo tempore, quo conversatus est cum dicto fratre Joanne Bono, et quia hæc omnia publica et notoria sunt inter fratres. Item interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat sanctæ famæ, et mirabilis opinionis, quia fratres omnes cum aliis gentibus habebant eum sanctum, et reverebantur eum tamquam sanctum, et multæ gentes, et de longinquis partibus veniebant ad videndum et audiendum eum propter publicam famam sanctitatis ejus; et talis fama et opinio fuit et crevit de eo usque in finem vitæ suæ, et est hodie.

et miraculis B. Joannis.

202 Item interrogatus dictus testis si Deus ostendisset miracula meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua, et si de hoc publica fama esset, respondit quod sic, quia publice dicitur et dicebatur inter gentes, et maxime inter fratres quod Deus multa miracula ostenderat pro dicto fratre Joanne Bono in vita sua, et maxime quod pluries *c* pro confirmatione fratrum suorum coram multis fratribus fecit de aqua vinum, et manifeste; et intravit, et stetit, et ambulavit per prunas ignis per magnam moram *d*, et quod semel pro dicta causa posuit torrem, sive titionem, qui erat combustus ex utroque capite, sub terram, et pululavit, et crevit in arborem fructiferam, sicut ipsa arbor hodie apparet; et dixit dictus testis quod prædicta testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita est ut dixit in omnibus et per omnia.

ANNOTATA.

a Ismania *a voce italica* smania, *quam Tusci aliique pronuntiant et scribunt* ismania. *Hæc autem idem est ac phrenesis et definitur in lexicis italicis : Agitatio extrema vel animi vel corporis per excessum affectuum.*

b *Ostensum est in Comment. num.* 59, *et quidem partim ex hoc testimonio Barachiæ,* B. Joannem *habitum eremiticum assumpsisse anno* 1225.

c Pluries... fecit de aqua vinum. *Saltem ter, ut constat ex processibus, et ostensum est supra p.* 780 *annot.* f.

d *Dicebatur supra num.* 180 : Quasi per magnam horam.

A

CAPUT V.

Testificatio Maurini de virtutibus et miraculis beati; liberatur Dalborgus a bronchocele et suffocationibus; de beati fama, ad eum concursu et dolore Cæsenatum in ejus abitu.

Testificatio Maurini de vita pœnitente,

Dominus Maurinus prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit quod ipse vidit fratrem Joannem Bonum stantem in heremo sua, et agentem pœnitentiam triginta annis, et plus; in quibus triginta annis dictus testis pluries ivit ad dictum fratrem Joannem Bonum, et conversatus

B fuit cum eo secundum quod ipse testis erat frater pœnitentiæ; et videbat eum propter famam sanctitatis ejus libenter. De cujus vita interrogatus, dixit quod ipse erat homo multæ abstinentiæ, maxime in cibo et potu, et in quadragesima et extra quadragesimam, secundum quod publice a fratribus dicebatur; et de hoc per Cæsenam fama publica erat; et dixit dictus testis quod videbat dictum fratrem Joannem Bonum tam in hyeme quam in æstate ferentem unicam cucullam stamineam subtilem; et videbat dictus testis dictum fratrem Joannem Bonum incedentem omni tempore discalciatum, nudis pedibus et cruribus, nisi quod in æstate ferebat quandoque zipellos ligneos, et illos, ut publice dicebatur, ad majorem corporis afflictionem.

fide, conversatione,

204 Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat multum catholicus homo, quia assiduus erat quasi die et nocte in vigiliis et orationibus; et in sua cella dictus frater habebat crucem Domini Nostri Jesu Christi, et tabulam beatæ Mariæ Virginis, ad quas adorabat, et aquam benedictam; et omni die audiebat missam cum magna

C devotione et reverentia, et quolibet die dominico, ut ipse testis sæpissime vidit, communicabat se corpore Domini nostri Jesu Christi, multis primo lacrimis effusis; et quando ipse loquebatur cum fratribus suis vel aliis, docebat eos et monebat quod caverent sibi ab omnibus illis, qui non credebant et non tenebant fidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et quod crederent omnes articulos fidei. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta, respondit se ita vidisse et interfuisse aliquando, quando ibat ad eum, et quia publicum erat et notorium inter fratres. Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat talis conversationis, quod omnes illi, qui conversabantur cum eo, habebant eum pro sancto, et pro homine habente in se spiritum Dei, quia erat humilis homo, caritativus, et devotus, et quasi omnes bonas virtutes habebat in se, et ad virtutes fratres suos et alios, qui cum eo loquebantur, invitabat, et confortabat, et quia nullum verbum otiosum erat in ore suo, sicut de hoc erat publica vox, et fama est et erat inter fratres.

fama et miraculis B. Joannis.

205 Item interrogatus dictus testis de fama dicti fratris, respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat sanctæ famæ et opinionis, et tamquam sanctus a fratribus et aliis gentibus venerabatur; et multæ gentes etiam de longinquis veniebant Cæsenam ad videndum et tangendum ipsum propter publicam famam sanctitatis ejus; et talis fama et opinio fuit, et crevit de eo usque ad finem vitæ, sicut hoc publicum est per Cæsenam et vicinias circumstantes. Item interrogatus dictus testis si Deus meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua miracula ostendisset, respondit dictus testis quod sic, quia publice dictum fuit per Cæsenam, et per fratres suos, quod Deus orationibus dicti fratris Joannis Boni propter confirmationem aliquorum fratrum suorum, qui tentati erant, fecit de aqua vinum, ut ipsi fratres, viso miraculo, confirmarentur; et dixit dictus testis se audivisse quod pro simili causa dictus frater Joannes Bonus, accepit semel unum titionem de igne, qui combustus erat ex utroque capite, et posuit eum sub terram, et dictus titio pululavit, et crevit in arborem fructiferam; et dixit dictus testis quod publica fama erat per totam provinciam quasi Romaniolæ quod Deus multa et magna miracula ostenderat et fecerat meritis et orationibus dicti fratris; et dixit dictus testis, quod ipse testis erat E ætate annorum septuaginta et plurium, et quod prædicta dictus testis testificatus est ut vera, neque doctus, nec rogatus, sed quia ita novit esse rei veritatem.

EX MSS.

Introductio testium.

206 « Ugolinus, quondam Pepi de Rondo, et » Dalborgus ejusdem filius, et Besalidus, quondam » Sassolini, et Blancus, et Almadones, et Sanera, » fratres germani, quondam filii Joannis Guilia, » et uxor Ugolitetis, et Ranerius, filius ejusdem » dicti Guiliæ, juraverunt super præmissis dicere » veritatem et tacere mendacium coram prædicto » examinatore, prædicto anno et indictione, ipsis » kalendis Januarii apud locum, ubi dictus frater » Joannes Bonus dicitur egisse pœnitentiam, qui » dicitur sanctæ Mariæ de Botriolo Cæsenatis diœ- » cesis, præsentibus fratre Lanfranco, priore ge- » nerali ordinis heremitarum, et Bartolo quondam » Vinoli Cæsenatis, et Gualterio quondam Malisii, » testibus ad hæc vocatis. »

Testificatio Ugolini de filio Dalborgo

207 Ugolinus prædictus, juratus testis et interrogatus sub suo juramento, dixit quod ipse habet nunc quemdam filium suum nomine Dalborgum *a;* quod jam sunt octo anni, patiebatur in gula tam magnum et grossum gacconem *b*, quod videbatur quod dictus Dalborgus haberet in gula F sua aliquem globum, sive aliquam cumulationem alicujus rei grossæ ad modum cujusdam boni panis, et restabat, et faciebat dictus gaccone tantam ansietatem et tribulationem dicto Dalborgo, quod dictus Dalborgus, nec ad iter, nec ad aliquid aliud alicujus laboris et minimi poterat se operari, quia statim, aliquo sumpto labore, videbatur quod propter multam ansietatem et angustiam dictus Dalburgus vellet expirare; et etiam quando dormiebat dictus Dalburgus, dixit dictus testis quod propter stertationem et rumorem, quem faciebat propter multam ansietatem et angustiam quam patiebatur in gula dictus Dalburgus, nec ipse testis, nec aliquis alius poterat in domo sua dormire; propter quam infirmitatem dixit dictus testis quod ipse fecerat stare dictum Dalburgum, filium suum, longo tempore in manibus medicorum, et Cæsenæ et Arimini; et nihil dicto Dalburgo profuerat. Dictum gacconem bene per octo annos sic crudelem, ut dictum est [habuit dictus Dalburgus]. Unde cum dictus testis potius affectaret dictum filium suum Dalborgum mortuum, quam sic tribulatum,

a

b

IX MSS. latum, et nesciret quid inde faceret, nisi quod ipse testis volebat ob nimium dolorem mori, quadam die lunæ in mense Maji, dictus testis dixit dicto filio suo Dalburgo : Fili, audio, sicut publice dicitur, quod Dominus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus fratris Joannis Boni; vade ad heremum suam, et roga eum ut intercedat ad Dominum pro liberatione tua, postquam omnes medici et medicinæ non prosunt tibi; alias assumes tibi aliquem habitum religionis, quia ita vivere in mundum non posses.

a ganglione in gutture beati precibus liberato;

208 Qui Dalborgus, acquiescens dictis patris, ivit ad dictum fratrem Joannem Bonum; quid Dalborgus prædictus dixerit, et fecerit cum dicto fratre Joanne Bono, dictus testis nescit nisi auditu; tamen in sero dictus filius ejus Dalburgus rediit omnino liberatus, ita quod nullas reliquias dicti gacconis, cum esset ita magnus, ut dictum est, habebat in gula sua. Imo dictus Dalburgus habebat et habet hodie dictam gulam suam ita sanam et delicatam, sicut quidam alius homo bene sanus. Cum dictus testis vidit hoc cum magno gaudio, dixit : Quid est hoc, fili, quod tam cito liberatus es? Qui Dalburgus tum retulit ei qualiter invenerat
} dictum fratrem Joannem Bonum in cella sua, et quomodo cum maxima difficultate potuit ire ad eum, quia semper stabat in vigiliis et orationibus in dicta cella; tamen quidam frater de ipsa heremo duxit eum ad cellam dicti fratris; et dictus frater, cum vidit dictum Dalburgum, compassus eidem, dixit : Fili, vade, et dic fratribus quod dent tibi comedere, et ego Dominum rogabo pro te. Et dictus Dalburgus ita fecit; et, sumpto cibo, dictus Dalburgus persensit se liberatum omnino. Cum dictus testis, hoc audito, vellet dictum Dalburgum pro nimio gaudio ostendere vicinis suis, dictus Dalburgus dixit patri suo : Pater, frater Joannes Bonus dixit mihi quod nemini dicerem; forsan si diceretur, reinducent mihi gacconem. Qua de causa pater acquievit dictis filii sui, nemini dixit. Inde dixit dictus testis quod gentes multum mirabantur, et dicebant : Quomodo tam cito et sic bene liberatus est Dealburgus?

deque miraculis ejusdem, et dolore Cæsenatum dum Mantuam abiisse comperunt.

209 Et dixit dictus testis quod publica vox et fama est, et erat per totam Cæsenam et confines circumstantes quod Deus multa miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua, et in morte, et post mortem, et quod Cæsenæ et per confines ejus dictus frater Joannes Bonus
C reputabatur, et reputatur sanctus, et cum dictus frater Joannes Bonus erat Cæsenæ apud heremum suam, gentes multæ, et de multis et longinquis partibus veniebant ad videndum et audiendum dictum fratrem Joannem Bonum propter publicam famam sanctitatis ejus; et dixit quod gentes de Cæsena et confinibus ejus multum doluerunt et dolent hodie quod dictus frater Joannes Bonus ivit. Non permisissent eum pro nihilo ire propter devotionem, et reverentiam, et amorem, quem gentes de Cæsena gerebant in eum; et ipse testis bene vellet custodisse tribus et quatuor mensibus cellam dicti fratris in parte sua, ut dictus frater non ivisset Mantuam; et sicut est ipse in hac voluntate, ita sunt omnes quasi de Cæsena, et in majori, quia credebant civitatem Cæsenatem meritis et orationibus ejus adhuc multum exaltari. Et dixit dictus testis, quod ipse erat ætatis quinquaginta annorum, etquod prædicta testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, ut dictum est supra.

210 Dalborgus prædictus, juratus testis et interrogatus dixit quod ipse olim patiebatur, et passus fuerat in gula sua magnum et crudelem gacconem; quod gaccone erat ita magnum sicut est quidam magnus panis, et dabat, et præstabat tantum impedimenti et ansietatis dictum gaccone dicto testi, quod ipse testis non poterat se ad aliquem laborem operari, vel fatigare se ipsum, quia incontinenti quando volebat se in aliquo fatigare, vel ad iter, vel ad aliquid aliud laboriosum, credebat propter ansietatem, quam patiebatur in gula, emittere spiritum; nec poterat dormire nisi cum tanta ansietate, quod quasi ipse rumor, quem ipsemet faciebat, et fatigatio, quam habebat in retrahendo anhelitu sive spiritu, excitabat eum, et omnes de domo sua conquerebantur de eo, quod in nocte non permittebat eos dormire. Et dixit dictus testis quod ipse testis fuit passus dictum gacconem sic crudelem bene per octo annos, in quibus semper erat quasi et fuit in manibus medicorum nunc Cæsenatum, nunc Ariminensium; et nihil ei profuerat. Unde, cum pater dicti testis diceret ipsi testi quod volebat quod ipse assumeret sibi aliquem habitum religionis, quia non erat homo, qui in mundo vivere posset, et non crederet dictus pater, nomine Ugolinus, quod dictus testis longo tempore viveret, nec vivere posset, E dictus testis de mandato dicti patris sui Ugolini ivit ad heremum, in qua morabatur dictus frater Joannes Bonus, et rogavit fratrem quemdam, quem invenit ad portam heremitorii ejusdem fratris Joannis Boni; et quem fratrem ipse testis rogavit affectuose ut amore Dei faceret ita quod ipse posset videre fratrem Joannem Bonum; et iste prædictus frater quem invenerat, compassione ductus, duxit dictum testem ad cellam, in qua dictus Joannes Bonus morabatur.

D *Testificatio Dalborgi de liberatione sua*

a bronchocele seu ganglione in gutture;

211 Et cum dictus testis esset ad cellam prædictam, vocavit cum magna reverentia dictum fratrem Joannem Bonum; et ille respondit ei de cella, in
c qua, sicut publice dicebatur, erat die et nocte in vigiliis et orationibus, et aperuit quamdam fenestram *c* dictæ cellæ; et dixit : Quid vis tu, fili; et ipse testis repondit ei, et dixit ; Pater, rogo te pro Deo, ut roges Dominum nostrum Jesum ut liberet me ab isto gaccone, quem sic crudeliter patior, ut vos videtis. Qui frater Joannes Bonus respondit ei : Frater, grande est quod petis a me, cum ego sim peccator multum; et dictus testis dixit dicto fratri : Ego scio bene quod si rogaveris Deum pro
F me quod liberabor. Et tunc frater Joannes Bonus dixit ei : Fili, vade, et dic fratribus quod dent tibi comedere, et ego rogabo Deum pro te, tamen nemini dicas; et dictus testis respondit : Libenter. Et tunc dictus testis ivit ad fratres, et fecit sibi dare comedere, et antequam totaliter sumpsisset cibum, dictus testis persensit se ita quasi liberatum, quod in gula ejus nihil dicti gacconis apparebat. Et ita dictis testis rediit domum suam gaudens, et lætans. Et cum pater ejus Ugolinus vidit filium suum sic liberatum a dicto gaccone lætatus est valde, et fecit sibi referri a dicto teste quomodo fuerat, et quid dictus frater Joannes Bonus dixerat ei; et dixit qualiter dictus frater Joannes Bonus dixerat ei, quod nemini diceret. Lætatus est valde, et laudavit nomen Domini nostri Jesu Christi et fratrem Joannem Bonum. Et dixit dictus testis quod gentes interrogabant eum multum, quomodo tam cito liberatus esset, et quis medicus eum liberasset; dictus testis dicebat : Dominus me liberavit : de quo gentes mirabantur multum. Et dixit dictus testis quod ipse postea semper fuit sanus, et habuit gulam suam sanam et politam tamquam quidam alius habens eam sanam usque ad diem prædictæ testificationis, sicut

A sicut manifeste apparet. Et dixit dictus testis quod sunt bene octo anni quod Dominus meritis et orationibus dicti fratris eum sanavit.

deque fama et miraculis beati, ac dolore Cæsenatum in ejus abitu.

212 De hora interrogatus dixit quod hora sexta persensit se liberatum; et dixit quod quando dictus frater Joannes Bonus dixit ei quod rogaret Deum pro eo, nemo erat ibi, nisi ipse testis et dictus frater Joannes Bonus. Et dixit quod hoc miraculum non fuit aliter publicum quam dictum sit, quia ipse testis nemini dixit; sed quod ipse testis, postquam passus fuerit talem gacconem, sanus est, hoc publicum est multis. Et dixit dictus testis quod publica vox et fama erat per Cæsenam et per confines ejus, quod dictus frater Joannes Bonus fuit sanctæ vitæ, et quod ipse sanctus est, et quod Dominus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris in vita sua, et in morte, et post mortem. Et dixit dictus testis quod gentes multæ, et de multis partibus et longinquis veniebant Cæsenam ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum propter publicam famam sanctitatis ejus. Et dixit dictus testis quod gentes de Cæsena et ejusdem confinibus doluerunt et dolent multum de recessu et separatione quam fecit dictus frater Joannes

B Bonus a Cæsena, cum ivit Mantuam, quia si gentes de Cæsena scivissent, dummodo tamen credidissent quod dictus frater Joannes Bonus vellet recedere ab heremo sua, Cæsenates fecissent ita bene custodire cellam suam quod nunquam decessisset, et multum hodie expenderent, dummodo crederent se posse rehabere corpus ejus. Et dixit dictus testis quod ipse erat ætatis bene viginti annorum, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia in omnibus, ut dixit, est rei veritas.

ANNOTATA.

a *Hic filius a Constantio Lodi seu Laudensi in Vita, lib.* II, *cap.* 40 *vocatur Georgius.*

b Gacco, *quæ vox in sequentibus frequenter occurrit, idem est ac* bronchocele, *nam a Calepino* bocium *dicitur, a Laudensi vero* gozzo. *Cfr pag.* 162 *annot.* 9.

c *De usu hujusmodi fenestræ vide Comm. præv. num.* 61.

C

CAPUT VI.

Liberatur Amadorinus a morbo canceratico in crure. De fama beati et concursu eum invisentium.

Testificatio Rosaliti de nepote suo Amadorino,

Rosalitus prædictus, juratus testis et interrogatus sub juramento, dixit quod ipse habet quemdam suum nepotem nomine Amadorinum; qui Amadorinus olim, bene sunt quinque anni, patiebatur et passus fuerat bene per tres annos, et plus continue crudelem et pessimam fistulam; et aliqui medicorum dicebant quod erat cancer; aliqui dicebant quod erat fistula, quam dictus Amadorinus patiebatur in tibia, sive gamba sinistra; ita quod a talo pedis usque ad genu non erat in dicta gamba aliqua sanitas, immo erant in dicta gamba, in loco, in quo erat dicta fistula, bene novem foramina, et de quibusdam istorum foraminum exibat semper mirabilem abbundantiam marcidi humoris, et totam gambam habebat dictus Amadorinus fœtidam, et fœtentem; et dixit dictus testis [quod] dominus Amadorinus, nepos suus, semper istis tribus annis fuerat, in consilio et auxilio medicorum, nec quidquam ei profuerat; immo medici dicebant, se teste præsente, quod deinceps, nisi tota gamba abscinderetur, non poterat liberari. Unde cum dictus Amadorinus haberet matrem tunc vivam, et non patrem, licet tempore præsentis testificationis mater dicti Amadorini mortua esset, dictus testis videns, quod dictus Amadorinus, nepos suus, de cætero per terrenum medicum non poterat liberari, de quo ipse testis multum dolebat, consuluit matri dicti Amadorini quod portaret eum ad fratrem Joannem Bonum, et rogarent eum quod intercederet ad Dominum pro eo. ex mss.

qui precibus beati liberatus est

214 Mater prædicta, acquiescens dicto consilio, portavit dictum filium suum ad dictum fratrem Joannem Bonum. Quid ipsa fecerit et dixerit cum dicto fratre Joanne Bono, dictus testis dixit se nescire, nisi auditu, quem audivit a dicta matre dicente, quod quando invenit dictum fratrem Joannem Bonum. Qui frater Joannes Bonus, audito a fratribus suis, quod quædam domina erat in ecclesia, quæ volebat ei loqui; venit ad eam in ecclesia; rogavit eum affectanter, et plorando quasi E semper, ut intercederet ad Dominum pro dicti Amadorini filii sui liberatione; et dixit etiam dicta mater quod dixit dicto fratri quod signaret, et benediceret, et liberaret a dicta fistula filium suum, et dictus frater Joannes Bonus respondit ei : Domina non sum medicus quod possim ipsum mederi, nec sum sacerdos quod possim ipsum benedicere; tamen licet sim peccator, ego rogabo Deum, ut ipse qui est summus medicus, curet filium tuum; vade, bona domina, cum Deo, et nemini hoc dicas. His auditis, dicta mater religavit eum in plaustro et petiis, more solito, gamba dicti Amadorini filii sui, et rediit domum suam; et cum esset domi, dicta mater deligavit dictam gambam dicti filii sui coram se teste, et tunc invenit eum ita melioratum quod intra tres dies fuit omnino curatus et liberatus; et est hodie, sicut manifeste apparet; et ipsi cœperunt omnes qui erant ibi laudare nomen Domini Nostri Jesu Christi, et nomen fratris Joannis Boni.

a morbo canceratico in crure; deque fama beati et dolore Cæsenatum in ejus abitu.

215 Et dixit dictus testis, interrogatus quod quando ipse vidit dictum Amadorinum sic melioratum, ut dictum est supra, erant ibi præsentes supradicta domina, mater Amadorini, quæ modo mortua est, et ipse testis, et Blancus et Saure, germani dicti Amadorini; et tunc dicta mater dixit F his omnibus quod nemini diceretur, sicut ei præceperat dictus frater Joannes Bonus; et ipsi ita fecerunt. Et dixit dictus testis interrogatus quo de tempore, mense, die, et hora, non recordatur; et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus fuit mirabilis vitæ quamdiu stetit Cæsenæ, ita quod propter vitam asperam quam ducebat et duxit Cæsenæ in heremo sua dictus frater Joannes Bonus, reputabatur ab omnibus gentibus de Cæsena et confinibus ejus sanctus; et dicebatur publice quod Deus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris in vita et in morte, et etiam post mortem dicti fratris; ita quod propter publicam famam sanctitatis ejus, multæ gentes, sicut ipse testis dixit se vidisse, veniebant ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum; et dixit quod homines et omnes gentes de Cæsena, et de partibus propinquis multum dolent quod corpus dicti fratris Joannis Boni non est Cæsenæ, et si possibile esset quod ipsi possent rehabere corpus dicti fratris pro aliquo, gentes de Cæsena non dimitterent quantum possibile esset eis ad faciendum; et dixit dictus

EX MSS. testis quod ipse erat ætatis quadraginta annorum, et quod prædicta testificatus est neque doctus, neque rogatus, sed quia ita, ut dictum est, in omnibus et per omnia novit esse rei veritatem.

Testificatio Amadorini

216 Amadorinus prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit quod bene sunt quinque anni quod ipse patiebatur, et passus jam per triennium fuerat fistulam pessimam, sive cancrum, sicut medici dicebant, in quorum cura et auxilio fuerat istis tribus annis, et nihil ei profuerat in aliquo; unde mater dicti testis videns eum filium suum incurabilem, sicut medici dicebant de consilio cujusdam sui patrui nomine Resalidi, cum haberet dictum Resalidum dictus testis quasi patrem suum, quia pater ejus naturalis mortuus erat, duxit dictum testem filium suum ad fratrem Joannem Bonum; qui cum venissent ad locum, in quo erat dictus frater Joannes Bonus, dicta mater, se teste præsente, dixit cuidam fratri quod diceret fratri Joanni Bono quod veniret ad loquendum sibi matri in ecclesia fratrum, et dictus frater Joannes Bonus venit ad loquendum dictæ dominæ; et dicta domina mater dicti testis, rogavit dictum fratrem Joannem Bonum, ut rogaret Deum, et quod libe- B raret dictum filium suum testem de dicta fistula, sive cancro, et quod benediceret eum et signaret; qui frater respondit ei dicens : Domina, ego non sum sacerdos, ut signem filium tuum, vel benedicam ei, nec sum medicus ut possim eum curare, tamen licet sim peccator, ego rogabo Deum pro ejusdem filii tui liberatione, tu autem, domina, recedas cum Deo, et nemini dicas hoc.

de sanato suo crure;

217 Et tunc quando hæc verba fuerunt inter fratrem Joannem Bonum et matrem dicti testis, dictus testis habebat dictam gambam suam deligatam et sine emplastro, et petiit ad hoc ut dictus frater Joannes Bonus videret dictam infirmitatem. Postmodum data licentia redeundi a dicto fratre Joanne Bono, sicut dictum est supra, dicta mater religavit gambam dicti testis sicut primo erat, et cœperunt redire domum, et statim, ut dixit dictus testis, sensit se melioratum et curatum, ita quod per se ipsum ibat, cum primo aliquo modo ire non posset; et infra triduum omnino et totaliter liberatus est, et fuit postea semper, et est hodie, sicut manifeste apparet. Interrogatus dictus testis quis interfuit liberationi suæ, dixit dictus testis quod quando mater sua loquuta est cum dicto fratre C Joanne Bono, non erat ibi aliquis in ecclesia, scilicet fratrum nisi ipse frater et ipse testis, et mater ejusdem testis, quæ tempore præsentis testificationis mortua erat, sed postquam ipse testis rediit domum suam cum dicta matre sua, et dicta mater deligavit gambam dicti testis, tunc est et fuit inventa quasi curata; fuerunt ibi mater prædicta, cum prædicto Resalito, patruo suo, et Blanco, et Sauri germanis suis. Interrogatus dictus testis si publicum fuit hoc, scilicet quod ita passus fuerat, ut dictum est, et liberatus, respondit quod manifestum fuit multis quod ipse passus fuit illam infirmitatem quæ dicta est, et tanto tempore et sic crudelem, ut dictum est, et quod liberatus est modo, et gentes multum mirabantur quod in tam brevi tempore viderunt dictum testem sic infirmum et sic liberatum et multum interrogabant gentes dictum testem, quomodo tam cito liberatus esset, et ille testis respondebat : Dominus me liberavit; de fratre Joanne Bono nihil dicebat ex eo quod dixerat dictus frater Joannes Bonus : Ite, et nemini dica-

a tis *a*. Et dixit dictus testis quod de tempore, mense et die et hora non recordatur, et quod ipse testis erat octodecim annorum. Dixit etiam dictus testis quod prædicta testificatus est dictus testis non ro- D gatus neque doctus, sed quia ita vidit et fuit rei veritas, ut dictum est supra.

Blanci

218 Blancus prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit quod bene sunt quinque anni quod Amadorinus frater ejus germanus patiebatur fistulam sive cancrum *b*, ut medici dicebant, in gamba sinistra, et quam passus fuerat bene tribus annis; in quibus tribus annis dictus Amadorinus semper fuit usus consilio et auxilio medicorum, et nihil ei profuerat; immo erat dictus Amadorinus ita deterioratus quod dictus morbus a solo pedis usque ad genu habebat bene novem foramina, per quæ omnia foramina assidue humor marcidus in magna quantitate exibat; unde cum mater dicti testis et dicti Amadorini recepisset consilium a quodam eorum patruo, nomine Resalito (qui Resalitus erat eorum pater quasi, cum eorum pater naturalis jam naturæ debitum persolvisset) ut iret ad heremum, in qua morabatur dictus frater Joannes Bonus, et postquam terrenus medicus non poterat prodesse dicto Amadorino, rogavit dicta mater dictum fratrem Joannem Bonum, ut ipse frater intercederet ad Deum pro liberatione dicti Amadorini, quæ mater acquievit E dicto consilio, et venit sive ivit ad dictum fratrem.

b

de eodem

219 Quid ipsa mater dixerit dicto fratri Joanni Bono, dictus testis nescit, nisi relatione dictæ matris et dicti Amadorini, quia ipse testis non interfuit; tamen in sero, quando dicta mater fuit reversa a dicto fratre Joanne Bono, et deligavit gambam dicti Amadorini, et elevatis emplastris et petiis *c*, gamba quæ primo fœtebat et marcida erat tota quasi, inventa est ita sanata et meliorata, se teste vidente, quod intra triduum omnino et totaliter dictus Amadorinus curatus est. Et cum dictus testis præmeditans in corde suo, quod per tantum tempus vidisset gambam dicti Amadorini sic plenam fistula et cancro, ut dictum est, quando mutabatur a medico vel ab alio, et in mane antequam dicta mater iret ad dictum fratrem Joannem Bonum, vidisset dictus testis gambam dicti Amadorini, quæ erat ita curata, ut dictum est, miratus est valde, et cum primo derisisset dictus testis dictam matrem, quando volebat ire et parabat se ad eundum ad dictum fratrem Joannem Bonum, diffidens et desperans de liberatione dicti Amadorini, tunc tali miraculo viso, cœpit cum magno gaudio laudare nomen Domini Nostri Jesu Christi, et fratrem F Joannem Bonum.

c

miraculo;

220 Et cum vellet dicere vicinis suis, dicta mater sua dixit eidem testi, et dicto Rosalito et Sauri germanis ejusdem testis, qui omnes fuerunt præsentes, quando mater prædicta deligavit gambam dicti Amadorini et inventa est quasi curata, quod nemini dicerent, quia frater Joannes Bonus ita præceperat ei : Forsan si diceretur, recideret dictus Amadorinus in eamdem infirmitatem; et nihil de hoc miraculo dictum est gentibus. Tamen ut dictus testis dixit, gentes multæ mirabantur quod dictus Amadorinus in tam brevi tempore liberatus erat. Et dixit dictus testis interrogatus, quod de tempore, mense, die et hora non recordatur. Et dixit dictus testis quod publica vox et fama erat, et est Cæsenæ et in confinibus ejus quod dictus frater Joannes Bonus fuit sanctus homo et justus, et quod Deus in vita dicti fratris et in morte, et etiam post mortem, meritis et orationibus ipsius ostendit multa et magna miracula, et propter famam publicam sanctitatis ejusdem fratris Joannis Boni, multæ gentes etiam de remotis partibus veniebant ad videndum eum, et semper bona fama et multæ

sanctitatis

A sanctitatis et religionis fuit et crevit de eo usque in finem vitæ suæ. Et dixit dictus testis quod ipse erat ætatis viginti quatuor annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit per omnia ut supra dictum est.

Sauris 221 Saure prædictus, juratus testis interrogatus suo juramento, dixit, quod ipse habet quendam suum fratrem nomine Amadorinum, qui olim jam sunt quinque anni elapsi quod ipse Amadorinus passus fuerat bene per triennium crudelem et pessimam fistulam sive cancrum, et istis tribus annis semper fuit dictus Amadorinus usus consilio et subsidio medicorum, et nihil ei profuit; unde cum iste Amadorinus amisisset jam dictam gambam sinistram, nec de cetero de ejus liberatione speraretur, mater dicti testis et dicti Amadorini, ducta consilio cujusdam patrui dicti testis et dicti Amadorini, duxit dictum Amadorinum filium suum ad fratrem Joannem Bonum. Quid dixerit et fecerit cum dicto fratre Joanne Bono, dictis testis dixit se nescire nisi de auditu; tamen ipse testis dixit quod ipse testis vidit in mane gambam dicti Amadorini ita male aptatam, ut dictum est, et viderat per longum tempus, et in sero, quando mater dicti
B Amadorini rediit a dicto fratre Joanne Bono cum dicto Amadorino, et vidit dictum Amadorinum ita curatum et melioratum quod intra tres dies curatus est et liberatus omnino, miratus est valde; et audito a matre prædicta quomodo liberatus erat dictus Amadorinus meritis et orationibus fratris Joannis Boni, cœpit laudare nomen Domini Nostri Jesu Christi et fratrem Joannem Bonum; et dixit dictus testis quod tempore, quo dicta mater eorum duxit dictum Amadorinum ad fratrem Joannem Bonum, non erat vivus pater eorum, nec tempore prædictæ testificationis erat viva mater eorum.

de eodem miraculo. 222 Et dixit dictus testis interrogatus quod de tempore, mense, hora et die non recordatur; et dixit dictus testis quod quando ipse vidit in sero gambam dicti Amadorini sic curatam, in ea die qua viderat eum dictus frater Joannes Bonus, et suis orationibus Dominus curaverat eum, erant ibi præsentes ipse testis, et mater ipsius testis, et dictus Resalitus, et Blancus germanus ejusdem testis. Et dixit dictus testis interrogatus quod gentes quæ primo videbant dictum Amadorinum sic infirmum, et tempore tanto viderant, et nunc illo tempore, in quo deterius de dicta gamba morabatur
C dictus Amadorinus, ut per contratam dicebatur, erat in tam brevi et modico tempore liberatus, mirabantur multum, et dicebant dicto testi : Quomodo tam cito liberatus est Amadorinus frater tuus? et ille dicebat : Dominus liberavit eum; quia nolebat dicere quomodo liberatus esset meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni, propter verbum quod dixerat frater Joannes Bonus matri dicti testis quod nemini diceret. Et dixit dictus testis quod fama publica est et erat Cæsenæ et in confinibus ejus quod dictus frater Joannes Bonus fuit homo sanctus et justus, et quod venerabatur ab omnibus tanquam justus homo et sanctus, et sanctus habebatur, et talis fama et opinio sanctitatis suæ fuit et crevit de eo usque in finem vitæ suæ; et dixit dictus testis quod fama publica est Cæsenæ quod Dominus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua et in morte et post mortem, et multæ gentes de Cæsena et aliis partibus vadunt Mantuam tanquam peregrinæ ad locum, ubi est corpus dicti fratris Joannis Boni, propter multum devotionem quam habent in eum et propter multa miracula quæ Deus Cæsenæ et Mantuæ ostendit orationibus et meritis dicti fratris. Interrogatus dictus testis cujus ætatis esset, dixit se esse viginti annorum; et dixit dictus testis quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita audivit et est rei veritas, et vidit, ut dictum est.

ex mss.

ANNOTATA.

a Nemini dicatis. *Frequentissima est hujusmodi commendatio in miraculis, quæ coram sæcularibus operabatur beatus; ea autem quæ coram solis fratribus patrabat, vulgari prohibebat extra conventum. Cfr Comment. num.* 118.

b Patiebatur fistulam sive cancrum. *Fistulæ in his processibus designant plerumque ulcera cancerosa.*

c Petia, *sive* petia, *italice* pezza, *gallice* pièce, *lingua Provinciali gallica* peça (1) *fragmentum significat cujusvis rei, hic vero fragmentum lintei quo cooperiantur vulnera.*

CAPUT VII.

E

Agnes liberatur a contractione nervorum. Testificatio Jacobini quem beatus miraculo convertit ab hæresi Patarenorum; beati notitia cordium et futurorum; dolor Cæsenatum de ejus abitu.

Testificatio Guiliæ de filia sua Agnete Domina Guilia prædicta, jurata testis et interrogata juramento, dixit quod ipsa habet quondam suam filiam nomine Agnese, quæ Agnese olim jam sunt quinque anni patiebatur et passa fuerat a die nativitatis quasi suæ; quæ puella erat tunc trium annorum vel quasi, et ita patiebatur quod istis tribus annis prædictis nihil comedit neque bibit, nisi lac ab uberibus dictæ testis, nec poterat dicta infans aliquo modo stare vel se erigere nisi tamquam persona retracta; et dicta testis ita credebat F
quod nervos haberet contractos et retractos omnes; et gentes quæ eam videbant ita dicebant quod dicta Agnese erat totaliter contracta, et ita esset toto tempore vitæ suæ; et dicta testis cum audiebat hoc, volebat mori, et dicebat : Utinam mortua esses, filia mi. Et dixit dicta testis, quod multoties habuit consilium medicorum quid faceret dictæ filiæ suæ, et faciebat sicut medici dicebant ei, et nihil ei proficiebat; unde cum quadam die dicta Guilia testis staret in domo sua, venit quidam frater nomine Diotisalvi, qui tempore præsentis testificationis mortuus erat, petens panem pro fratribus heremitis fratris Joannis Boni *a*, et videns quod ista dicta testis *a*
doleret multum, dixit dictus frater Diotisalvi dictæ testi : Ducatis eam ad fratrem Joannem Bonum.

quæ beat. precibus 224 Et ita dicta testis, ducta dicti fratris consilio, quadam die jovis de mense Junii ivit, et portavit dictam filiam suam Agnese ad dictum fratrem Joannem Bonum, et rogavit eum ut curaret dictam filiam suam; et dictus frater Joannes Bonus dixit dictæ testi : Domina, ego non sum

(1) Honorat, Dictionnaire provençal français, pag. 825, Digne 1846.

ex mss. *b*

medicus *b*: tamen ego rogabo Deum pro dicta filia tua; quæ testis hoc audito propter multam fidem quam habebat de dicto fratre Joanne Bono credidit dictam filiam suam jam liberatam, et habita licentia a dicto fratre Joanne Bono rediit domum suam; et statim ea die dicta Agnese cœpit comedere de pane, de quo tempore vitæ suæ non comederat; et ita meliorata est et curata quod die dominico sequenti dicta Agnese cœpit ire et erigere se ad mensam et comedere de rebus quæ erant in mensa, et sedere cœpit per se ipsam et elevare se, cum primo, quando dicta testis poneret ad sedendum dictam Agnese filiam suam, ubicumque ponebat eam, stabat ibi tamquam res aliqua insensibilis et immobilis. Et dixit dicta testis interrogata quod ab inde in antea dicta Agnese cœpit crescere, ita quod in minimo tempore fuit ita bene magna et pinguis et bona tanquam aliqua coætanea sua; de quo gentes quæ primo viderant eam Agnesem sic retractam, et tunc videbant eam in tam brevi tempore sic bene liberatam mirabantur multum; et dixit dicta testis quod dicta Agnese fuit postea
B semper sana et est hodie, sicut manifeste apparet.

a contractione nervorum et corporis est liberata; c

223 Interrogata dicta testis dixit quod, quando ipsa ivit ad fratrem Joannem Bonum, ivit cum ea Raynerius, filius ejusdem testis; et dixit dicta testis interrogata quod hora sexta *c* locuta est cum dicto fratre Joanne Bono, et in sero vidit quod dicta filia sua prædicta Agnese erat quasi curata. Et dixit dicta testis interrogata quod dictus frater Joannes Bonus dixit dictæ testi et præcepit quod nemini diceret se ivisse ad dictum fratrem; et prædicta testis ita fecit, quia dubitabat si diceret ne dicta filia sua recidiveret; et dixit dicta testis quod publica vox et fama est Cæsenæ quod dictus frater Joannes Bonus fuit homo sanctus et justus, et quod Deus meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni multa et magna miracula ostendit in vita et morte et post mortem dicti fratris Joannis Boni; et propter publicam famam multæ sanctitatis, quæ erat de ipso fratre Joanne Bono, gentes multæ et de longinquis partibus veniebant Cæsenam ad videndum, audiendum et tangendum dictum fratrem Joannem Bonum, et modo vadunt Mantuam, ubi est corpus dicti fratris Joannis Boni; et dixit etiam dicta testis quod ipsa erat ætatis triginta annorum et plurium, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita
C vidit et fuit rei veritas per omnia, ut dictum est.

alia testificatio

226 Raynerius prædictus, juratus testis et interrogatus juramento, dixit quod ipse habet quandam suam sororem, nomine Agnesem, quæ olim jam sunt quinque anni patiebatur et passa fuerat quasi a prima die nativitatis suæ; quæ Agnesa erat trium annorum. Quæ panis (?) sive infirmitas quo nomine vocaretur, interrogatus dictus testis dixit se nescire, nisi quod dicta soror sua nunquam comederat neque biberat nec se erexerat aliquo modo; immo erat dicta Agnese ita contracta per totum, ut ubicumque poneret aliquis eam ad sedendum, ibi stabat quasi ita fixa et immobilis, ac si esset ibi ligata; et ita stetit per tres annos prædictos, nihil sumens nisi solummodo lac ab uberibus matris; unde cum dictus testis doleret multum una cum matre sua scilicet D. Guilia prædicta, et potius affectarent eam mortuam quam sic vivam, imo mors ejus fuisset gaudium omnibus de domo, quia videbatur dicta Agnese quoddam monstrum super terram, de consilio ejusdem fratris nomine frater Diotesalvi, dicta D. Guilia mater dicti testis, et dictus testis iverunt quadam die Jovis in mense Junii ad heremum in qua morabatur dictus frater Joannes Bonus, et dicta D. Guilia locuta est cum
D dicto fratre Joanne Bono coram se teste, et rogavit eum ut intercederet ad Deum pro liberatione dictæ filiæ suæ nomine Agnese; et dixit tunc dictus frater Joannes Bonus quod ipse oraret ad Deum pro liberatione dictæ Agnese; et tunc dicta D. Guilia una cum dicto teste rediverunt domum; et eadem die dicta Agnese ita curata est ac liberata quod se teste præsente dicta Agnese comedit de pane, et in tantum convaluit quod sequenti die dominico dicta Agnese erexit se ad mensam et cœpit comedere de omnibus quæ erant super mensam, et cœpit postmodum ire et crescere, ita quod in brevi tempore multum crevit, et semper postea fuit bene sana, et est hodie, sicut publice apparet.

de eodem miraculo.

227 Et dixit dictus testis interrogatus quod satis fuit publicum et manifestum quod dicta Agnese ita passa fuit et tanto tempore sic contracta, ut dictum est, et quod modo liberata est et fuit in brevi tempore; sed quod ipsa liberata fuerat meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni nescitur, ex eo quod dictus frater Joannes Bonus dixit quod nemini diceretur; et ita ipse testis fecit cum dicta matre sua. Et dixit dictus testis interrogatus quod dicta mater dicti testis et dicti Amadorini et
E ipse testis fuerunt locuti cum dicto fratre Joanne Bono hora sexta; et dixit dictus testis interrogatus quod publica vox et fama erat et est Cæsenæ quod dictus frater Joannes Bonus fuit homo sanctæ vitæ et sanctæ famæ, ita quod propter famam multæ sanctitatis et opinionis magnæ, quæ erat de dicto fratre Joanne Bono, se teste vidente, gentes multæ, et de remotis partibus veniebant Cæsenam ad videndum et audiendum dictum fratrem Joannem Bonum; et dixit dictus testis quod publica vox et fama erat per Cæsenam et confines ejus et est hodie, quod Dominus meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni ostendit multa et magna miracula in vita sua et in morte et post mortem ipsius fratris Joannis Boni; et dixit dictus testis interrogatus quod ipse testis erat viginti annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

Testificatio Jacobini, olim hæretici,

228 « Magister Jacobinus, carpentarius, quon-
» dam Petri Bonifacini, juravit super præmissis di-
» cere veritatem quam sciret, et tacere menda-
» cium, coram examinatore prædicto, supradictis
» anno, indictione et loco, IV nonas Januarii, præ-
F » sentibus fratribus Salvetto et Riale heremitis
» dicti ordinis, et Dominico quondam Joannis de
« Gniscio, testibus. »

Magister Jacobinus prædictus, juratus testis super præmissis, et interrogatus suo juramento, dixit quod ipse testis fuit natione Mantuanus, tamen venit Cæsenam jam sunt quindecim anni, et ibi stetit et stabat tempore præsentis testificationis. Et dixit dictus testis quod pater ejusdem testis fuit hæreticus et mala persona, quod non credebat fidem sanctæ Trinitatis *d* et sanctæ Romanæ ecclesiæ, et cum ista mala fide mortuus est, ut dictus testis credit, in anima et corpore. Unde aliquando dictus testis suasu dicti patris sui male credidit et Patarenus fuit, et in ista mala et pessima credulitate fuit dictus testis longo tempore, ita quod, ut ipse testis dixit, si ipse testis potuisset omnes clericos et religiosos *e* minimo verbo suo destruere, lætanti animo fecisset. Et dixit dictus testis quod propter odium quod ipse testis gerebat in illos qui erant in fide et obedientia sanctæ Romanæ ecclesiæ ipse testis pluries ivit ad heremum in quo morabatur dictus frater Joannes Bonus; et habebat

d

e

nuces

A nuces sanas et ossa nucis, et ponebat eas ad caput lectorum fratrum latenter, ad hoc ut fratres venirent ad discordiam, et rixarentur inter se dicentes sibi ad invicem : Tu non jejunas, quia comedis nuces; et hoc, ut dixit dictus testis, fecit pluries.

cujus arcana cordis noverat beatus; miraculo convertitur;

229 Unde cum quadam die dictus frater Joannes Bonus misisset quendam suum fratrem ad dictum testem, ut veniret ad eum, et dictus testis iret ad dictum fratremJoannem Bonum, dicebat intra se : Quid vult hic homo; et cum devenisset ad locum in quo erat dictus frater Joannes Bonus, dictus frater Joannes Bonus fecit dictum testem venire ad se, et ad cellam in qua morabatur dictus frater Joannes Bonus, et cœpit ei dicere dictus frater quomodo ipse testis male credebat, et quod hæreticus erat in credulitate sua, et pater dicti testis male crediderat, et ideo cum diabolo in inferno damnatus erat; unde volebat dictus frater Joannes Bonus, utendo his verbis et multis aliis exemplis et auctoritatibus sanctorum, quod dictus testis rediret ad pœnitentiam et ad fidem, quam tenet et servat ecclesia Romana. Et tunc dictus testis his verbis auditis cœpit deridere dictum fratrem Joannem Bonum et dicere : Quis dixit vobis quod ego
B male crederem? ego credo melius te. Tamen dixit dictus testis quod tunc aliquantulum miratus est dictus testis, quomodo dictus frates Joannes Bonus sciret quod male crederet; et cum multa verba fecissent inter dictum fratrem Joannem Bonum, et dictum testem, demum cum dictus testis staret in cella cum dicto fratre Joanne Bono, quidam falco
f sive moscardellus silvester *f*, per aerem volans, volavit in cellam dicti fratris Joannis Boni, et requievit aliquantulum super pedibus dicti fratris Joannis Boni, et de pedibus saltavit super genu dicti fratris; et tunc dictus testis voluit dictam avem capere, et frater Joannes Bonus statim dixit dictæ avi : Vade cum Deo; et dicta avis volando recessit, de quo dictus testis multum fuit miratus; ita quod incontinenti dixit dicto fratri Joanni Bono : Ego volo credere deinceps sicut vos creditis, quia video quod fides vestra est melior mea.

docetur fidem catholicam; monetur in somnis de incendio domus. item de infelici itinere.

230 Et tunc dictus frater Joannes Bonus docuit eum sicut deberet credere articulos fidei, et sicut ecclesia Romana credit et tenet, et multa alia dixit ei. Ita quod per ea quæ dictus testis audivit et vidit de dicto fratre Joanne Bono, rediit ad fidem sanctæ Romanæ ecclesiæ et sanctæ Trinitatis, quam
C tenet et servat hodie dictus testis, sicut quidam catholicus homo, licet se agnosceret peccatorem. Et dixit dictus testis quod ipse nollet esse in illa mala credulitate in qua hactenus fuit pro toto mundo,
g et de qua sive a qua dictus testis non recessisset *g*, [et] primo permisisset se comburi, sicut faciunt Patareni, de quibus ipse erat unus, nisi fuissent ea quæ audivit et vidit de dicto fratre Joanne Bono. Et dixit dictus testis quod quadam nocte comburebatur domus dicti testis, in qua dictus testis erat cum tota familia sua, et in qua erant omnes combusti, ita dormiebant; et tunc in visione frater Joannes Bonus apparuit ei, et dixit : Jacobine, excita te, nonne vides quod domus tua comburitur? et ille statim aperuit oculos, et vidit domum suam sic ardentem, et vocavit familiam suam, et extinxit ignem. Item dixit dictus testis quod semel dictus testis volebat ire Venetias, et dictus frater Joannes Bonus consuluerat dicto testi quod non iret, dictus testis nihilominus ivit; unde antequam esset Fer-
rariæ, dictus testis fuit captus et perdidit totam mercatantiam et merces suas, quas portabat vel faciebat portare Venetiis; et antequam posset evaDere de manibus inimicorum *h*, oportuit se redi-
h

mere; unde, his prædictis et multis aliis majoribus visis de dicto fratre Joanne Bono, dictus testis ita ad fidem sanctæ Romanæ ecclesiæ rediit, dimissa hæretica pravitate, in qua longo tempore fuerat, [et] quod maximus est hodie persecutor hæreticorum. EX MSS.

231 Et dixit dictus testis interrogatus, quod sicut ipse testis vidit et videt, publica vox et fama est et erat Cæsenæ et per confines ejus quod dictus frater Joannes Bonus fuit homo sanctæ vitæ et multæ asperitatis, afflictionem sustinuit per longum tempus in heremo sua. Et dixit dictus testis quod publica vox, et fama est Cæsenæ, quod Deus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua Cæsenæ, et in morte et post mortem suam Mantuæ. Et dixit dictus testis quod ipse vidit venire multas gentes Cæsenam de multis partibus et longinquis ad videndum et audiendum dictum fratrem Joannem Bonum, propter publicam famam et vocem multæ et magnæ sanctitatis quæ erat et est de dicto fratre Joanne Bono. Et dixit etiam dictus testis quod sicut ipse testis vidit et videt, gentes multæ de Cæsena propter famam publicam, quæ est de dicto fratre Joanne Bono, Cæsena vadunt Mantuam ad locum ubi est corpus dicti fratris Joannis Boni. Et dixit E
etiam dictus testis quod homines de Cæsena doluit multum quod frater Joannes Bonus ivit Mantuam. et si possibile esset quod Cæsenates possent rehabere corpus dicti fratris Joannis Boni, in immensum expenderent. Et dixit dictus testis quod ipse erat ætatis quadraginta annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita est, ut dixit.

De fama et miraculis beati et dolore Cæsenatum de ejus abitu.

ANNOTATA.

a Petens panem pro fratribus. *Congregationem* B. Joannis *ab initio mendicantem fuisse seu mendicato vixisse, ut ipse ejus fundator a principio suæ vitæ eremiticæ vixerat, manifestum est ex Vita beati et ex his processibus.*

b *Frequens est hæc responsio beati, et quandoque dudum postulationibus restitit, supra num.* 184 *et passim; atque hæc suggerebantur ab humilitate quæ in eo, ut in sanctis omnibus, valde fuit conspicua. Cfr Comment. num.* 118.

c Hora sexta, *seu circa meridiem.*

d Fidem sanctæ Trinitatis, *ut in symbolo continetur, et ipsum totum symbolum negabant Patareni. Ideo proponebat beatus* articulos *fidei, ut dicitur* F *infra num.* 230. *Cfr Comment. num.* 88 *et* 89. *De Patarenis et Catharis eorumque origine, progressu et dogmatibus vide ibid.* § 9.

e *Abhorrebant Patareni a sacerdotibus et clericis quibuscumque. Cfr Comment. num.* 88.

f *De ave ista vide pag.* 718, *num.* 91.

g *Cernitur in hac testificatione Jacobini, uti in historiis omnium hæresum, quantum sit differentiæ inter mansuetam constantiam martyrum et ferocem pertinaciam hæreticorum.*

h *In his partibus tum frequenter bella gerebat imperator Fridericus II.*

CAPUT VIII.

Testimonia Alberigi, Gualterii et Pretiosæ.

Testificatio Alberigi de liberatione sua a periculosis febribus;

« Dominus Alberigus, judex, quondam Bartholi, » de Cæsena, juravit super præmissis dicere verita- » tem quam sciret, et tacere mendatium, coram » prædicto

EX MSS.

» prædicto examinatore, prædictis anno, indictione
» et loco, III Nonas Januarii, præsentibus fratre
» Lanfranco, priore generali dicti ordinis, et fratre
» Salvetto heremita dicti ordinis, et D. Albizo ca-
» nonico prædicto testibus. » Dominus Alberigus prædictus juratus testis, et interrogatus suo juramento, dixit quod olim, jam est longum tempus, quando frater Joannes Bonus erat in heremo sua, ipse testis patiebatur febrem, quam passus fuerat multum; et cum quadam die multæ dominæ de Cæsena irent ad heremum dicti fratris Joannis Boni ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum, dictus fr. Joannes Bonus interrogavit dictas DD. cujusmodi rumores essent in Cæsena, et una illarum dominarum convicina dicti testis respondit : Boni rumores sunt ibi, nisi quod dicitur quod D. Alberigus adeo patitur magnam febrem, quod nisi Dominus sua misericordia liberaverit eum, vix evadet, cujus mors erit damnosa multis, et toti civitati Cæsenæ. Quo audito, dictus fr. Joannes Bonus accepit unum pomum, et dedit dictæ mulieri sive dominæ sic dicenti, nomine Gineniæ, et dixit : Tene et da ei patienti istud pomum ex parte mea; et dicta D. Ginenia, accepto pomo, rediit domum
B suam, et dedit dictum pomum dicto testi sic patienti, et ipse patiens cum magna devotione et reverentia accepit dictum pomum, et tenebat eum in manibus suis, et statim persensit se melioratum, ita quod ea die recessit febris, quam nunquam postea passus est; et fuit postea semper sanus et est hodie Cæsenæ, sicut publice apparet.

ejus fiducia in beatum; de hujus abitu dolor Cæsenatum.

235 Et dixit dictus testis quod ipse primo habebat et postmodum habuit tantam reverentiam et devotionem in dictum fratrem Joannem Bonum, quod si dictus frater Joannes Bonus dixisset eidem testi : Intra in ignem; dictus testis intrasset et credidisset se illæsum et ab igne intactum abiisse; et talem reverentiam et devotionem et majorem habebant omnes homines et mulieres de Cæsena et de partibus circumstantibus. Et dixit dictus testis quod ea die qua scitum est per Cæsenam et partes circumstantes, quod dictus frater Joannes Bonus iverat Mantuam, fuit ibi tantus dolor, quod dictus testis vix dicere posset; et si possibile esset quod ipsi Cæsenates possent rehabere corpus dicti fratris, homines et commune de Cæsena facerent et
a expenderent totum quam quasi possent *a* propter multam et magnam sanctitatem, quam agnosce-
C bant et agnoscunt in dicto fratre Joanne Bono. Et dixit dictus testis quod publica vox et fama est Cæsenæ et confinibus ejus quod Dominus meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni ostendit multa et magna miracula in vita et in morte et post mortem dicti fratris Joannis Boni, et ipse testis ita credit firmiter, et dixit dictus testis quod propter publicam famam sanctitatis multæ, quæ erat de dicto fratre Joanne Bono, gentes multæ, sicut ipse testis videbat, veniebant etiam de longinquis partibus Cæsenam et ibant ad heremum in qua morabatur dictus frater Joannes Bonus ad videndum et audiendum dictum fratrem Joannem Bonum, et talis fama fuit et crevit de dicto fratre Joanne Bono usque in finem vitæ suæ; et dixit dictus testis quod ipse erat viginti octo annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

Testificatio Gualterii de vita pœnitente,

234 « Gualterius, barberius, quondam Alberti,
» de Cæsena, juravit super præmissis dicere veri-
» tatem quam sciret et tacere mendacium, coram
» prædicto examinatore, prædictis [anno] et indi-
» ctione, III nonas Januarii, Cæsenæ in domo præ-
» dicti Gualterii *b*, præsentibus fratribus Lanfranco D
» priore generali ordinis heremitarum, et Salvetto *b*
» heremita dicti ordinis et Caranio, quondam Gui-
» donis de Guittabo, testibus. »

Gualterius prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit, quod longum tempus est quod ipse testis habuit notitiam cum dicto fratre Joanne Bono, et vidit eum stantem in heremo in quadam cellula, et in illa peregit, et fecit pœnitentiam *c* longo tempore, et talem fecit pœnitentiam et faciebat et corpus suum affligebat in potu et cibo, et cubiculo et multis vigiliis et orationibus et indumento; quod non solum illi, qui hoc videbant, mirabantur, sed etiam illi qui audiebant, dicebant quod nisi Spiritus Sanctus et gratia Dei nutrissent et sustentassent dictum fratrem Joannem Bonum, nunquam vixisset. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta et quod talem et tantam inferret corpori suo dictus frater Joannes Bonus afflictionem et tribulationem propter amorem Jesu Christi et salutem animæ suæ, respondit dictus testis, quod ipse erat et est barberius; unde quando ibat quandoque ad radendum *d* fratres qui stabant ad dictam heremum fratris Joannis Boni, videbat de his omnibus prædictis et audiebat a fra- E tribus, et quia hoc publice dicebatur per Cæsenam. *c* *d*

fide, miraculis et fama beati, deque dolore Cæsenatum ob ejus discessum.

235 Et dixit dictus testis quod ipse vidit et audivit pluries dictum fratrem Joannem Bonum loqui de fide catholica, ad quam hortabatur fratres suos et alios homines, et mulieres qui loquebantur cum dicto fratre Joanne Bono, dicendo quod ipsi crederent et tenerent, et observarent, sicut credit et observat sancta Romana ecclesia; et quod crederent D. Papam eamdem auctoritatem habere quam habuit beatus Petrus; et quem ipse D. Papa ligat in terris, erit ligatus et in cœlis, et quem solvit in terris, erit solutus et in cœlis; et dicebat et dixit pluries quod D. Papa est vicarius Domini nostri Jesu Christi. Et dixit dictus testis quod publica vox et fama est Cæsenæ et per vicinas civitates, quod Deus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua, Cæsenæ et alibi, ubi imploratum fuit nomen ejus, et in morte et post mortem Mantuæ, ubi est dicti fratris Joannis Boni corpus, et hodie facit, ita quod fama sanctitatis dicti fratris et bona memoria viget hodie per totam Lombardiam et Romandiolam *e*, sicut publice dicebatur. Et dixit *e*
etiam testis, quod illud, quod ipse testis dicit de F
fratre Joanne Bono, si hodie interrogarentur omnes de Cæsena et confinibus ejus sub suo juramento, dicerent majora, et credit ipse testis dicat(?), sicut publica vox et fama est inter gentes de Cæsena, et fratres dicti Joannis Boni. Et dixit dictus testis quod vidit multas gentes venire Cæsenam et de remotis partibus, ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum propter publicam famam sanctitatis dicti fratris Joannis Boni; et dixit dictus testis interrogatus quod ipse testis erat cum omnibus de Cæsena multum dolens quod dictus frater Joannes Bonus ivit Mantuam; et si Cæsenates scivissent quando dictus frater Joannes Bonus ivit Mantuam, non permisissent eum ire aliquomodo propter fidem et devotionem quam Cæsenates habebant in dicto fratre Joanne Bono, et habent hodie, licet corpus ejus sit Mantuæ. Et dixit dictus testis interrogatus quod ipse testis erat ætatis quinquaginta annorum et plurium, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit ut dictum est.

Testificatio Pretiosæ de

236 « Domina Pretiosa, olim relicta D. Redol-
» fini de Cæsena, jurat super præmissis dicere ve-
» ritatem

virtutibus et miraculis beati et de concursu ad eumdem.

A » ritatem quam sciret et tacere mendacium, præ-
» dictis anno, indictione et die, Cæsenæ in domo
» dictæ D. Pretiosæ, præsentibus fratre Salvetto,
» heremita dicti ordinis, et Alberghetto, quondam
» Bonfioli, et D. Duchesa, uxore D. Jacobi Tiberti,
» testibus. »

Domina Pretiosa prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit quod ipsa testis valde habebat dictum fratrem Joannem Bonum in reverentia tanquam virum sanctum, quia dictus frater asperam et duram pœnitentiam in cibo, et potu, et lectulo, et indumento ducebat, et assiduus erat in vigiliis multis et orationibus, et sæpe cum multis aliis dominabus ibat ad heremum in qua morabatur dictus frater Joannes Bonus propter devotionem et reverentiam, quam ipsa testis cum aliis gentibus de Cæsena habebat in dicto fratre Joanne Bono. Et dixit dicta testis quod publicum et manifestum est Cæsenæ et per confines ejus quod Dominus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua et in morte et post mortem suam; et ipsa testis ita firmiter credit, et omnes de Cæsena credunt. Et dixit dicta testis quod vidit tempore, quo dictus
B frater Joannes Bonus erat Cæsenæ apud heremum suam, quod gentes multæ et de longinquis partibus veniebant ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum, propter publicam famam sanctitatis dicti fratris Joannis Boni, et miraculorum ejus, et quod Deus suis meritis quotidie operabatur; et vadunt, ut ipsa testis vidit et videt, gentes multæ de Cæsena Mantuam ad locum, ubi est corpus dicti fratris Joannis Boni, propter miracula quæ Dominus suis meritis operatur. Et dixit ipsa testis quod erat ætatis quadraginta septem annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ipsa testis ita vidit, et audivit, ut supra dixit, ita publicum esse.

ANNOTATA.

a *De dolore Cæsenatum propter beati discessum cfr. Comment. num.* 167 *et* 178.

b *Examinatores sese frequenter contulisse ad ipsas testium domos observatum est in proœmio ad processus pag.* 771, *num.* 8.

c Fecit pœnitentiam. *Vita, quam egit beatus a conversione sua, perpetuo hujusmodi verbis designatur.*
C

d Ad radendum fratres. B. Joannes *gerebat barbam longam, Comment. num.* 80 *et* 187, *sed forte, ut in aliis ordinibus religiosis obtinebat* (1), *quod numquam ordinibus sacris est initiatus. De corona capitis et barba sic ferunt Constitutiones recentiores ordinis S. Augustini, quas Marianus Brockie anno* 1580 *vulgatas fuisse censet* (2) : Quomodo et quoties rasura fiat. — 1. Rasura superior, sive ut dicitur, corona, sit ampla, uti decet religiosos, ita scilicet ut inter ipsam et tonsuram (quæ desuper aures tam clericis quam laicis vel conversis fratribus omnibus æqualiter fieri debet) reserventur fratribus clericis non minus quam duo digiti capillorum; laicis vero atque conversis nullo modo concedatur deferre coronam. 2. Rasura vero fiat de quindecim in quindecim dies in æstate, in hyeme vero singulis mensibus.... 3. Tonsuram autem tam barbæ quam coronæ ita fieri volumus ut tantum de barba et capillis incidatur quantum forcipibus mediante pectine incidi potest (3).

e Per totam Lombardiam, *in qua sita Mantua, ubi beatus natus et vita functus est,* et Romandiolam, *in qua sita Cæsena, ubi quadraginta annos suæ vitæ transegit.* EX MSS.

CAPUT IX.

Testimonium F. Moltongrandi.

Præstito juramento, testatur F. Moltongrandus de B. Joannis Boni *vestitus et lecti ratione,*

« Frater Moltongrandus prior conventus de Pog-
» giolo Ferlentrensis diœcesis *a* juravit super præ-
» missis dicere veritatem quam sciret, et tacere
» mendacium coram examinatore prædicto, supra-
» dictis anno, et indictione, pridie nonas Januarii
» Cæsenæ apud conventum fratrum ordinis here-
» mitarum, præsentibus fratribus Lanfranco priore
» generali dicti ordinis *b*, et Martino priore dicti
» conventus *c*, et dicto domino Albizo canonico
» plebis de Pecciolo testibus. »

a
b
c

Frater Moltongrandus prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit quod bene sunt E viginti anni elapsi *d* quod ipse testis assumpsit habitum heremitarum, in quibus viginti annis fuit conversatus cum dicto fratre Joanne Bono, collectis temporibus, in quibus dictus testis inter plures vices fuit cum dicto fratre Joanne Bono bene sex annis. De cujus vita interrogatus dictus testis dixit quod frater Joannes Bonus erat contentus omni tempore unica cuculla subtili de stamine tantum, sub qua ferebat dictus frater Joannes Bonus unum pannum de lino vel stuppa, factum ad modum camisiæ, et istum pannum ferebat, ut publice dicebatur inter fratres, ne sanguis qui fluebat de quadam infirmitate, quam patiebatur dictus frater Joannes Bonus, deturparet cucullam dicti fratris Joannis Boni *e*. Et dixit dictus testis interrogatus *e*
quod dictus frater Joannes Bonus incedebat omni tempore discalceatus, nudis pedibus et cruribus, nisi quod ferebat semper ferrabulas *f*, et quando- *f*
que zipellos ligneos *g*, et illos ferebat, ut publico *g*
dicebatur inter fratres ad majorem corporis afflictionem. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus jacebat semper super nudam assidem, sive tabulam, nihil tenendo super se vel subtus se, tam in hyeme, quam in æstate, nisi dictam F
cucullam *h*. *h*

de ejusdem jejuniis,

238 Et dixit dictus testis interrogatus quod dictus frater Joannes Bonus omni tempore jejunabat, exceptis diebus dominicis, et tempore gravis infirmitatis. In quo tempore dictus frater Joannes Bonus ad multas fratrum suorum preces vescebatur parum de carnibus, nec volębat aliquo modo in suis infirmitatibus uti consilio, vel cura medicorum, dicens quod nolebat alium medicum vel medicinam, nisi Dominum nostrum Jesum Christum; et dixit dictus testis quod quando dictus frater Joannes Bonus comedebat extra tempus quadragesimæ, comedebat, ut sæpius vidit, satis minus aliquo alio fratre, et nunquam volebat comedere, nisi de uno ferculo tantum, sicut sæpius vidit, et audivit ab his, qui ei serviebant; et licet aliquando fratres comederent caules et sicera *i*, vel fabas, dictus *i*
frater Joannes Bonus non sumebat nisi aliquantulum de una istarum comestionum tantum; tempore autem quadragesimæ dictus frater Joannes Bonus

(1) Martene, de antiquis monachorum ritibus, lib. v, cap. 7, pag. 753, Lugdini 1690. — (2) Codex regularum, tom. IV, pag. 226, Augustæ Vindelicorum 1759. — (3) Ibid. pag. 251.

erat

ex mss. erat miræ abstinentiæ, quia servabat quasi continuum silentium, et semper stabat die, et nocte in vigiliis et orationibus in cella sua, et ita parum comedebat et bibebat, et arctissimam vitam ducebat quod fratres mirabantur multum, sed quia ipsi fratres scientes et credentes ipsum repletum Spiritu et gratia Dei, non adeo mirabantur. Et dixit dictus testis interrogatus quod dictus frater Joannes Bonus in tribus vel duabus ultimis quadragesimis vitæ suæ, sicut publice dicebatur inter fratres, in principio quadragesimæ faciebat sibi dare unum panem conventualem, de quo faciebat multas particulas rotundas ad modum hostiæ, grossiores tamen quam hostiæ; et qualibet die quadragesimæ sumebat unam tantum ex istis particulis, et non aliud usque ad diem Jovis Sanctum; et eo die comedebat de cibo conventus parce multum; et ea die dictus frater Joannes Bonus dabat de illis particulis fratribus; qui fratres recipiebant eas libenter et cum magna devotione, ac reverentia, et aliqui fratrum comedebant suam, et aliqui reservabant, et reservaverunt suam usque hodie cum devotione.

B *de suæ scientiæ causa, de modo quo beatus vir se haberet in cella, k*

239 Aliis duobus diebus sequentibus, scilicet Veneris et Sabbathi sancti, redibat ad vitam *k* dictarum panis particularum. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta, respondit quia ea erant notoria inter fratres, et quia ea vidit, et eis interfuit maxime in illis temporibus, in quibus conversatus fuit cum dicto fratre Joanne Bono; in quibus temporibus dictus testis fuit quandoque prior conventus de Cæsena; unde sciebat bene dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus talem ducebat et duxit vitam, ut dictum est supra, et dictus testis faciebat dari cibum, et potum dicto fratri Joanni Bono, et videbat bene quantitatem quam comedebat, et quia hæc omnia erant publica et notoria, et sunt hodie inter fratres, scilicet quod talem ducebat, et duxit bene XL annis vel quasi vitam. Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus habebat cellulam suam juxta confines ecclesiæ fratrum, et de qua raro exibat nisi veniret ad confortandum fratres suos, vel ad loquendum alicui forensi, vel iret in ecclesiam ad audiendam missam; et quando erat in dicta cella sua, communis opinio fratrum suorum est et erat, quod per totam noctem quasi a primo somno in antea, et per totam diem stabat in contemplatione,

C et vigiliis, et orationibus coram cruce Domini Nostri Jesu Christi, et tabula sive icone beatæ Virginis Mariæ, quas habebat in cella sua dictus frater Joannes Bonus, et ad quas adorabat *l*, et habebat

l aquam benedictam eodem modo.

de ejusdem in oratione, missa et communione pietate,

240 Et dixit dictus testis quod in cella dicti fratris Joannis Boni apparebat manifeste, sicut ipse testis vidit, vestigia sive formæ pedum, et digitorum pedum, et genuum, et manuum in terra, ubi orabat propter frequentiam orandi; et dixit dictus testis interrogatus quod in cella prædicta nihil

m aliud erat, nec palia, vel sestorium *m*, nec aliquid aliud quam dictum est supra; et ita stabat tam in hyeme, quam in æstate. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta, respondit se vidisse, et ea esse notoria inter fratres; et dixit dictus testis interrogatus quod, se teste vidente, dictus frater Joannes Bonus qualibet die audiebat missam usque ad finem cum magna devotione et reverentia; et quando levabatur corpus Domini Nostri Jesu Christi lacrimabatur et plorabat multum, se teste vidente; et communicabatur de corpore et sanguine Domini Nostri Jesu Christi quolibet die Dominico cum magna reverentia et devotione. Et dictus testis communicavit dictum fratrem Joannem Bonum centies, ut credit; et videbat dictum fratrem Joannem Bonum tunc sic plorare antequam reciperet corpus Christi quod oportebat dictum testem expectare dictum fratrem Joannem Bonum per longam moram antequam dictus frater posset desistere a ploratu et lacrimarum effusione. D

de confessionibus et fide catholica,

240bis Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus confitebatur peccata sua sæpius alicui sacerdoti ex fratribus, quia non habebat aliquem specialem confessorem; et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus fuit confessus pluries dicto testi, et confitebatur in die, semel, vel bis, vel pluries, secundum quod conscientia sua remordebat eum *n*. Et dixit dictus testis quod *n* quando dictus frater Joannes Bonus loquebatur cum fratribus vel aliis personis, quæ venissent ad videndam eum, dicebat eis quomodo deberent credere in Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, et omnes articulos fidei, et credere, et tenere, et observare, sicut facit sancta Romana ecclesia, et quod crederent dominum papam esse vicarium Domini Nostri Jesu Christi et habere potestatem et auctoritatem solvendi et ligandi super terram. Et dicebat E eis quod caverent sibi a Gazaris, Patarenis et ab omnibus hæreticis et excommunicatis, quia illi tales erant filii diaboli et perditionis, et in illo statu numquam salvari poterant, nisi redirent ad mandatum sanctæ Romanæ ecclesiæ et domini Papæ. Et dicebat, et dixit pluries, vicariis et nuntiis Frederici, quondam imperatoris, qui erant Cæsenæ et aliis locis positi a dicto Frederico, et veniebant ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum propter publicam famam sanctitatis ejus : Vos estis excommunicati, et dominus vester est excommunicatus et maledictus, nec ipse, nec vos salvari potestis, nisi rediveritis ad mandatum sanctæ matris Romanæ ecclesiæ *o*. Interrogatus dictus testis quomodo sci- *o* ret prædicta, dixit se audivisse, et interfuisse prædictis pluries, et ea esse notoria, et manifesta inter fratres.

de aliis virtutibus et sanctitatis fama.

241 Item interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat humilis, patiens, benignus, castus, honestus, et homo plenus omnibus bonis virtutibus et moribus, et semper confortabat fratres suos et alios ad omnes bonas virtutes et opera, et corrigebat, et reprehendebat F multum et fratres et alios, qui non bene se habebant et deviabant a via Dei et semita justitiæ; et erat talis conversationis quæ fratres omnes, et alias gentes, qui semel tantum videbant eum, et conversabantur cum eo, [admiratione replebat;] sanctumque reputabant eum, et tenebant pro sancto, et homine habenti in se gratiam Dei; et fratres et aliæ gentes delectabantur multum se posse conversari, et stare cum dicto fratre Joanne Bono. Et interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit se vidisse prædicta, et ea esse publica, et manifesta inter fratres. Item interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes bonus erat sanctæ famæ et opinionis; et propter publicam famam sanctitatis dicti fratris gentes multæ et diversæ veniebant ad videndum, et audiendum dictum fratrem Joannem Bonum; ita quandoque tanta gentium multitudo confluebat ad dictam heremum, in qua dictus fratur Joannes Bonus morabatur, quod vix ipsi fratres poterant ibi esse; et talis fama, et opinio fuit, et crevit de dicto fratre Joanne Bono usque ad extremum vitæ suæ; et hodie viget multo fortius Mantuæ,

A tuæ, ubi est corpus dicti fratris Joannis Boni propter multa miracula quæ Deus ostendit ibi meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni.

et de oculorum suorum sanatione et pueri dæmoniaci liberatione per servum Dei.

241bis Interrogatus dictus testis, quomodo sciret prædicta, respondit se vidisse et audisse, et de his publicam vocem et famam inter fratres esse, et alias gentes. Item interrogatus dictus testis, si Deus ostendit miracula in vita dicti fratris Joannis Boni, et in morte, et post mortem, et meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni, respondit quod sic, dicens dictus testis quod olim dictus testis patiebatur et passus fuerat quandoque infirmitatem

p in capite causa occasione reumatis *p*, itaque propter illam infirmitatem detentus longo tempore amiserat jam totaliter oculorum visum; dictus frater Joannes Bonus fecit vocare ad se dictum testem dicens ei : Qualiter moraris, es liberatus? Et dictus testis dixit ei : Pater non, nec de cætero liberabor, nec lumen rehabebo nisi Dominus noster Jesus Christus meritis et orationibus vestris me curaverit, quia terreni medici non possunt me curare; et tunc dictus frater Joannes Bonus dixit dicto testi : Vade et servias Deo, et tene bene regulam et ordinem; et dominus benefaciet tibi; et posuit

B dictus frater Joannes Bonus manum suam ad oculos dicti testis, et statim dictus testis illuminatus est et curatus, et postea fuit semper usque ad diem præsentis testificationis. Et dixit dictus testis quod fratres omnes sunt mirati multum; tamen illi fratres, qui viderunt hoc, omnes sunt mortui; et vidit quod dictus frater Joannes Bonus curavit quemdam puerum de Forolivio a dæmonio, se teste præsente, et multis aliis fratribus qui modo mortui sunt, et dixit dictus testis quod multa alia miracula Deus ostendit meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua, in morte, et post mortem, sicut de hoc publica vox et fama est inter fratres, et alias gentes de Romaniola et Lombardia. Et dixit dictus testis interrogatus quod ipse testis ætatis erat XL annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, ut dictum est supra, et quia de his omnibus publica vox et fama est inter fratres.

ANNOTATA.

a *Conventus de Poggiolo seu Podiolo in diœcesi Ferlentrensi seu Montefeltrensi, in confinibus ducatus Urbinatis et Romandiolæ, brevis historia narrata est in Commentario prævio, num.* 124.

C b *De Lanfranco, priore generali, cujus nomen sæpe in processibus occurrit, dictum est pluries in Commentario prævio, maxime num.* 155.

c *Martinus electus fuerat prior conventus S. Mariæ Cæsenatis, quum anno* 1252 *Marcus, qui se priorem hujus domus simul gerebat et priorem generalem ordinis, utrumque munus abdicavit : de quibus rebus vide Commentarium prævium num.* 150 *et seqq.*

d *Quum hæc ineunte anno* 1254 *testatus sit F. Moltongrandus, eremita factus sit oportet anno* 1253 *aut* 1254.

e *De cuculla staminea et panno lineo seu stupeo, quo* B. Joannes Bonus *utebatur, vide Commentarium prævium, num.* 59, 80 *et alibi.*

f Ferrabulæ, *id est femoralia, vulgo* Caleçons; *vide Commentarium prævium, num.* 80. *Id vestimentum sæculo* XIII *nondum usurpabatur ab omnibus religiosis. S. Benedictus* (1) *usum ejus tantum præscripserat monachis suis itinerantibus. De hac re multa collegit Martenius* (2), *quæ (si placet) vide.* EX MSS.

g *De zipellis ligneis cfr Commentarius prævius num.* 80.

h *De* B. Joannis Boni *lecto vide Commentarium prævium, num.* 65.

i *Ita legitur in ms.; sed dubitandum non est quin* cicer *indicetur.* Sicera *est potus genus, vulgo* de la bière; cicer *autem siliquas rotundas legumineas esse ignorat nemo. Hic plurali numero adhibetur; quod non recte fieri jam pridem docuit Varro* (3). *Quæ reliqua hic dicuntur de victu et jejuniis* B. Joannis Boni, *explicata fuerunt in Commentario prævio* § 8.

k *Id est, redibat ad vitæ genus, quo particulis illis panis vescebatur.*

l *Hæc vox apud italos duplicem habet significationem : idem scilicet valet ac* supremum Deo honorem dare, *quod proprie* adorare *est; et* venerationis signa exhibere, *quod proprie* honorare, venerari *est. Atque hæc duplex significatio, quam veteres latini fere ignoravere* (adorabant *tamen principum* purpuram), *orta videtur ex versione vulgata scripturæ sacræ, in qua multiplici sensu vox* adorare *occurrit, quod hæc sæpe textus græci potius verba latine refert quam sensum. Quum itaque hic et alibi* E B. Joannes Bonus *imagines Christi ejusque matris adorasse dicitur, accipiendum hoc est eo sensu, quo etiamnum itali passim (quin sinistrum quidpiam suspicentur) hanc locutionem adhibent; quamquam hi non secus ac omnes catholici immensum discrimen constituant inter honores delatos imaginibus et prototypis, Deo et sanctis. Sed hæc hactenus.*

m *Loco* palia *putem legendum* palea, *et loco* sestorium, *quod nuspiam reperio,* sessorium, *quod italis idem olim erat ac* sedes, sedile, *et cujus aliquot exempla dabit Cangius ad verbum* sessorium.

n *De sacramentorum eucharistiæ et pœnitentiæ usu* B. Joannis Boni *dictum est latius in Commentario prævio num.* 106 *et seqq.*

o *De hæreticis et excommunicatis, quos vitari suadebat B. Joannes Bonus, vide Commentarium prævium* §§ 9 *et* 10.

p *Fluxio oculorum intelligitur.*

CAPUT X.

Testimonium quatuor laicorum, Guidonis Moroëlli, Uberti Taci, Bonvicini et Jacobi Beccarii. F

Guido Moroellus, præstito juramento, testatur de B. Joannis Boni *severa vita,*

« Dominus Guido Moroëllus, miles, quondam » Guittoni de Cæsena, juravit super præmissis » dicere veritatem quam sciret, et tacere menda- » cium coram etc., supradictis anno, indictione et » loco, ipsa die nonis Januarii præsentibus fratre » Salvetto heremita dicti ordinis, et domino Albizo » canonico prædictis, et bene venerandi fratris » Domini Mangini episcopi Cæsenatis familiari, » testibus. » Dominus Guido prædictus juratus testis, et interrogatus suo juramento dixit, quod ipse testis vidit dictum fratrem Joannem Bonum stantem in heremo maxima, supra Cæsenam aliquantulum, in loco qui dicitur sanctæ Mariæ de

(1) Regula S. Benedicti, cap. 55. — (2) Commentarius in Regulam S. Benedicti, pag. 719 et 720.— (3) Lib. VII de Lingua Latina, cap. 25; lib. VIII, cap. 39 et lib. IX, cap. 3.

ex mss. Botriolo bene xxxii annis, et plus; et semper in dictis temporibus duram et asperam pœnitentiam gessit, affligendo corpus suum mirabiliter, in minima quantitate cibi et potus, et in vili et subtili cuculla pro indumento, tam in hyeme quam in æstate; et quia semper incedebat et stabat dictus
a frater discalciatus, nisi quod in æstate *a* ferebat zipellos ligneos; et erat in cella sua continuus quasi die et nocte, in vigiliis, et orationibus; in qua cella dictus frater Joannes Bonus jacebat super unam assidem, sicut aliquando dictus testis interrogatus de causa scientiæ dixit se vidisse; et de his omnibus esse publicam vocem et famam inter fratres et alias gentes de Cæsena. Ita quod propter vitam venerabilem quam dictus frater Joannes Bonus ducebat, gentes et fratres mirabantur, quomodo dictus frater Joannes Bonus vivere poterat. Tamen sciebant bene ipsum plenum Spiritu sancto et gratia Dei, quia ulterius propter asperam pœnitentiam quam gerebat dictus frater Joannes Bonus non vixisset tribus diebus, sicut ipse testis dixit se credere.

populi æstimatione et concursu, miraculorum et sanctitatis fama,

243 Et dixit dictus testis quod publica vox et fama est et erat Cæsenæ et locis circumstantibus quod Dominus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua, ita quod propter publicam famam multæ
B sanctitatis et miraculorum, quæ Deus quotidie operabatur meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni, dictus testis videbat venire gentes multas, et de partibus Lombardiæ, et Romandiolæ, et de Venetiis, et multis aliis partibus. Et etiam si aliqui transibant per stratam Romandiolæ, videlicet potestates terrarum, et nuntii et vicarii Frederici filii quondam imperatoris, ad quemcumque locum tenderent *b*, videbat multos ire dictus testis ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum et audiendum et tangendum ipsum propter publicam famam et vocem sanctitatis dicti fratris Joannis Boni. Et postquam dictus frater Joannes Bonus de Cæsena ivit Mantuam, ubi migravit ad Dominum, et in qua est corpus dicti fratris Joannis Boni, publica vox et fama est etiam Cæsenæ, quod Dominus multa miracula operatus est in morte, et post mortem dicti fratris, et operatur quotidie meritis et orationibus ejusdem fratris; propter quam famam, sicut ipse testis vidit et videt, homines multi de Cæsena vadunt hodie Mantuam, aliqui causa devotionis et
C reverentiæ quam habent in dicto fratre Joanne Bono, et aliqui quod complenda vota [habent] quæ promiserant Deo et fratri Joanni Bono causa alicujus necessitatis vel infirmitatis suæ, vel suorum.

b

hæreticorum et peccatorum conversione et plurium, quos inter duo sui filii, transitu ad vitam eremiticam.

244 Et dixit dictus testis, quod propter bona verba quæ dictus frater Joannes Bonus dicebat illis, qui ibant ad videndum eum et audiendum, et etiam videndo et audiendo vitam, quam ipse frater Joannes Bonus ducebat, et longo tempore duxerat, et videndo et audiendo miracula, quæ Dominus meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni operabatur quotidie, multi ex illis, qui non credebant in fidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, conversi sunt ad fidem, et tenent, et observant eam tanquam catholici homines; et multi peccatores alii, qui erant in sæculo primo, facti sunt religiosi. Et dixit dictus testis, quod cum ipse olim haberet duos filios ambos domicellos, qui debebant illo anno cingulo militiæ decorari, et cum dictus testis jam haberet eis omnia necessaria parata, et crederet eos velle fieri milites, ambo assumpserunt habitum heremitarum prædictorum exhortatione dicti fratris: et unus illorum mortuus est in dicto ordine frater heremita. Et dixit dictus testis, quod ipse testis erat sexaginta annorum et D
plurium, et quod prædicta testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, ut dictum est supra, et quia de his omnibus publica vox et fama est Cæsenæ, et partibus circumstantibus.

Ubertus Tacus, Bonvicinus et Jacobus Beccarius præstant juramentum.

245 « Nobilis vir Dominus Ubertus Tacus de Cæ-
» sena, et Dominus Bonvicinus, quondam Lombar-
» delli, civis Cæsenæ, juraverunt super præmissis
» dicere veritatem quam scirent, et tacere menda-
» cium coram etc. supradictis anno, indictione et
» die Cæsenæ apud conventum fratrum de ordine
» heremitarum præsentibus fratribus Marco pre-
» sbytero, et Bonad. subdiacono, et Tadheo, here-
» mitis dicti ordinis de conventu Cæsenate, testi-
» bus. Item Jacobus, quondam Henrigi Beccarii de
» Cæsena, juravit super præmissis dicere veritatem
» quam sciret, et tacere mendacium coram etc.
» supradictis, anno, indictione et die, et loco, præ-
» sentibus fratre Lanfranco, priore generali dicti
» ordinis, et Uberto Tacco prædicto et Bonvicino,
» quondam Lombardelli, testibus. »

Ubertus Tacus testatur de fama sanctitatis et miraculorum B. Joannis Boni;

246 Dominus Ubertus prædictus suo juramento juratus testis, interrogatus dixit, quod publica vox et fama est et erat Cæsenæ et in confinibus ejus quod frater Joannes Bonus stetit in heremum supra Cæsenam, quæ appellabatur S. Maria de Botriolo, et ibi dictus frater Joannes Bonus, sicut ipse testis vidit, peregit et fecit longo tempore pœnitentiam E
maximam et asperam, ita quod omnes illi, qui audiebant et videbant dictum fratrem Joannem Bonum sic se corpus suum propter amorem Dei et salutem animæ suæ affligentem, mirabantur multum. Et dixit dictus testis quod publica vox et fama est et erat Cæsenæ quod Dominus meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni ostendit multa et magna miracula in vita et in morte, et post mortem ejusdem; et propter publicam famam sanctitatis dicti fratris Joannis Boni dictus testis vidit venire gentes multas de diversis partibus ad videndum, tangendum et audiendum dictum fratrem Joannem Bonum, et talis fama et opinio fuit de dicto fratre Joanne Bono usque in finem vitæ suæ, et dixit dictus testis quod propter publicam famam, quam dictus frater Joannes Bonus in vita sua habuit de multa sanctitate, et quæ fuit de eo cum erat Cæsenæ, et nunc est, quod Deus operatur multa et grandia miracula Mantuæ, gentes multæ de Cæsena vadunt Mantuam ad locum, ubi est cor-F
pus dicti fratris Joannis Boni.

et de amore Cæsenatum necnon dolore quod ejus corpus non haberent.

247 Et dixit dictus testis suo juramento quod homines de Cæsena doluerunt multum de eo, quod dictus frater Joannes Bonus ivit Mantuam ad Dominum migraturus; et si homines de Cæsena scivissent, pro aliquo non permisissent eum ire, et facerent hodie Cæsenates totum illud quod possent quasi, ad hoc ut corpus dicti fratris Joannis Boni jaceret Cæsenæ. Et dixit dictus testis suo juramento quod quadam die ipse testis iverat ad heremum, in qua morabatur dictus frater Joannes Bonus ad videndum eum, sicut multæ aliæ gentes ibant causa devotionis et reverentiæ; et cum ipse testis loqueretur cum dicto fratre Joanne Bono, dictus frater Joannes Bonus dixit dicto testi quod corpus suum non debebat jacere Cæsenæ, sed Mantuæ, et Mantuæ debebat mori, et postquam recederet dictus frater Joannes Bonus a Cæsena pro eundo Mantuam, viveret parum; et ita fuit, sicut ipse frater dixit. Et dixit dictus testis, sicut ipse testis firmiter credit, quod si omnes homines et mulieres de Cæsena et partibus circumstantibus jurati testes interrogarentur de vita, fide, conversatione,

A satione, et miraculis, et fama publica dicti fratris Joannis Boni, dicerent similia vel majora istis quæ dictus testis dicit, nisi essent extra fidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ: interrogatus dictus testis quid esset fama publica, respondit, quod communiter credunt et dicunt gentes. Et dixit dictus testis interrogatus quod ipse testis erat triginta sex annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, et novit esse rei veritatem ut supra dictum est.

Bonvicinus narrat B. Joannis Boni *rigidam vitæ rationem, amorem Cæsenatum,*

248 Dominus Bonvicinus prædictus, juratus testis, et interrogatus suo juramento dixit, quod ipse testis longum tempus est quod cognovit dictum fratrem Joannem Bonum; et erat valde sanctæ devotionis tamquam viro sancto, et vero servo Dei, et sæpe visitabat eum, quia ipse frater Joannes serviebat Deo in tenui cibo, et potu, et vestimento, quia erat contentus omni tempore unica cuculla subtili de stamine, sicut quandoque dictus testis vidit, et quia omni tempore jacebat super unam assidem; et erat continuus quasi die et nocte in vigiliis et orationibus in cella sua, sicut de his omnibus publica vox et fama est et erat Cæsenæ.

B Et dixit dictus testis quod publica fama est et erat Cæsenæ quod Dominus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris in vita sua, in morte, et post mortem; ita quod propter publicam famam et vocem sanctitatis dicti fratris gentes multæ, et de Lombardia, et de Romandiola, et multis aliis partibus veniebant Cæsenam ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum. Et dixit dictus testis, quod gentes de Cæsena doluerunt et dolent multum de eo quod dictus frater Joannes Bonus ivit Mantuam, quia credebant Cæsenam adhuc dicti fratris Joannis Boni multum meritis et orationibus decorari. Et dixit dictus testis, quod propter publicam famam miraculorum, quæ Deus Mantuæ post mortem dicti fratris Joannis Boni dignatus est suis meritis operari et quotidie operatur, gentes multæ de Cæsena, sicut ipse testis vidit, vadunt Mantuam ad locum ubi est corpus dicti fratris Joannis Boni.

famam sanctitatis et prophetiam quod Cæsenæ moriturus non esset.

249 Et dixit dictus testis interrogatus quod de his omnibus prædictis est publica vox et fama Cæsenæ et confinibus ejus. Et interrogatus dictus testis quid esset fama publica, dixit quod illud quod communiter credunt et dicunt gentes. Et

C dixit dictus testis interrogatus quod ipse testis credit firmiter quod omnes homines et mulieres de Cæsena et locis circumstantibus attestarentur et deponerent de vita, fide, et conversatione, et miraculis, ostensis a Deo meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni, et de fama publica sanctitatis ejusdem dicerent de eo similia vel majora nisi essent hæretici vel alii, qui fidem sanctæ Romanæ ecclesiæ non tenerent: dixit etiam dictus testis quod cum quadam vice ipse testis ivisset ad visitandum dictum fratrem Joannem Bonum, et cum eo loqueretur dictus frater Joannes Bonus, inter alia verba dixit dicto testi: Domine Bonvicine, si placeret Deo, libenter morerer Cæsenæ, quia diu fui in ista heremo, sed Deus non vult quod ego moriar hic; et licet sim senex multum, tamen placet Deo quod alibi jaceat corpus meum; et ego dico tibi quod moriar in alia civitate, et extra istam provinciam. Interrogatus dictus testis quantum tempus est quod dictus frater Joannes Bonus dixit sibi testi prædicta, respondit quod bene duodecim anni

c sunt elapsi *c*, et dixit dictus testis quod ipse erat ætatis LX annorum et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia hoc est publicum et notorium Cæsenæ, et per totam contratam, et ipsa testis ita vidit et audivit, sicut dictum est.

EX MSS.

Jacobus Beccarius testis est de vitæ severitate et fama sanctitatis B. Joannis Boni;

250 Jacobus prædictus juratus testis et interrogatus suo juramento dixit quod postquam ipse testis fuit in tempore discretionis recordatur se audivisse et vidisse dictum fratrem Joannem Bonum stantem in quadam heremo magna, quæ est aliquantulum supra Cæsenam, et ibi peragentem, sicut publica vox et fama est Cæsenæ, tam asperam et mirabilem pœnitentiam, quod omnes illi, qui audiebant dictum fratrem Joannem Bonum inferentem tantam afflictionem suo corpori, mirabantur multum quomodo vivere poterat; et dicebant bene gentes de Cæsena aliquando conferendo inter se, quod nisi Deus sua gratia et virtute sustentasset et nutrivisset dictum fratrem, ipse non potuisset sustinere afflictionem et tribulationem quam inferebat amore Jesu Christi suo corpori per multos dies. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus fuit in tanta reverentia et devotione habitus a gentibus Cæsenæ, quandiu ipse frater fuit Cæsenæ in dicta heremo, quod ipse testis vix dicere posset. Et dixit dictus testis interrogatus quod publica vox et fama est Cæsenæ et E in locis vicinis quod Dominus Noster Jesus Christus magna et grandia miracula meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua Cæsenæ operatus est, ita quod propter publicam famam et vocem multæ sanctitatis et miraculorum quæ Deus faciebat meritis et orationibus dicti fratris gentes multæ et de multis locis et longinquis veniebant Cæsenam ad videndum, et audiendum, et tangendum dictum fratrem Joannem Bonum, sicut ipse testis dixit pluries se vidisse.

de amore quem ejus virtutes ei conciliarunt;

251 Et dixit dictus testis interrogatus quod publica vox et fama est et erat Cæsenæ quod dictus frater Joannes Bonus fuit homo humilis et devotus sanctæ Romanæ ecclesiæ et homo multæ charitatis et patientiæ; et non poterat esse aliquis ita tribulatus ex quacumque causa quod si dictus frater Joannes Bonus videret eum, quin consolaretur eum, et suis bonis verbis et exhortationibus omnino repararet eumdem; ita quod omnes de Cæsena et locis circumstantibus reputabant dictum fratrem Joannem Bonum patrem omnium, et sanctum, et gratiam Dei in se habentem, ita quod omnes de Cæsena credebant meritis et orationibus dicti F fratris, si mortuus esset Cæsenæ, plurimum apud Deum et homines exaltari; et si unus, vel plures homines de Cæsena scivissent, quando dictus frater Joannes Bonus de Cæsena ivit Mantuam, nullo modo permisissent eumdem fratrem abiisse, licet ipse frater Joannes Bonus pluries dixisset, se teste audiente, quod juxta finem suum paucis diebus debebat recedere a Cæsena; et ita fecit dictus frater Joannes Bonus: quod postea fuit Mantuæ, sicut ipse testis audivit, et quia publice dictum fuit Cæsenæ, statim quasi intra paucos dies infirmatus est, et vixit forsan undecim vel duodecim diebus, ut credit ipse testis.

de desiderio Cæsenatum ejus corporis et de miraculorum fama.

252 Et dixit dictus testis interrogatus quod si possibile esset quod dictus frater Joannes Bonus, scilicet corpus ejus, posset haberi Cæsenæ, hoc est ut Mantuani hoc permitterent, commune Cæsenæ multum ibi expenderent, et facerent totum illud quod quasi posset; tanta est devotio et reverentia quam Cæsenates habent in dicto fratre Joanne Bono propter ea quæ viderunt et audierunt de dicto fratre Joanne Bono, cum erat Cæsenæ. Et dixit dictus testis interrogatus quod propter publicam famam, quæ est modo Cæsenæ et per totam Lombardiam

EX MSS. bardiam et Romandiolam, miraculorum quæ Deus ostendit in morte et post mortem dicti fratris Joannis Boni Mantuæ et alibi, ubi invocatum est nomen et auxilium dicti fratris Joannis Boni, et hodie ostendit et operatur Deus meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni,. gentes de Cæsena vadunt multæ Mantuam ad locum ubi est corpus dicti fratris. Et dixit dictus testis interrogatus quod si omnes homines et mulieres de Cæsena et partibus circumstantibus, ut ipse testis credit, et propter publicam famam multæ sanctitatis quæ est de dicto fratre Joanne Bono, vocarentur hodie, et testarentur, et dicerent quæ noverunt de dicto fratre Joanne Bono, dicerent eadem vel majora cum ipso teste, nisi essent hæretici, vel cujuscumque generis hæresis. Et dixit dictus testis interrogatus quod fama publica est illud quod communiter credunt, et dicunt gentes. Et dixit dictus testis interrogatus quod fama illa tam sancta, sicut dictum est, quæ fuit de dicto fratre Joanne Bono Cæsenæ semper fuit de eo, et crevit usque ad finem vitæ suæ. Et dixit dictus testis interrogatus quod ipse erat ætatis triginta sex annorum, et plus, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus,
B sed quia ita vidit, et quia de his omnibus publica vox et fama est Cæsenæ, ut dictum est.

ANNOTATA.

a *De anni tempore, quo ferret* B. Joannes Bonus *zipellos, vide Commentarium prævium num.* 80.

b *Cfr de Frederici nuntiis et vicariis Commentarius prævius num.* 92 *et* 93.

c *Prædixerat hæc itaque* B. Joannes Bonus *anno circiter* 1242; *sed jam ante, anno scilicet* 1239, *eadem presbytero eremitæ fratri Michaeli de Verona aperuerat. Verumtamen Mantuam tantum ivit anno* 1249 *ineunte mense Octobri, biennio ante mortem. De his cfr Commentarius prævius num.* 165 *et seq.*

CAPUT XI.

Testimonia Gaiferii militis et Faviani fratris pœnitentiæ.

C

De veritate dicenda jurant Gaiferius et Favianus.

« Dominus Gaiferius miles, nobilis vir, quondam » domini Isi militis de Cesena, juravit super præ- » missis dicere veritatem quam sciret, et tacere » mendacium, supradictis anno, indictione, septimo » idus Januarii in domo dicti domini Gaiferii apud » Cæsenam, præsentibus fratre Salvetto de ordine » heremitarum de conventu de Cæsena, et Ubaldo » notario, quondam Blasii, et Bonachisa, quondam » Joannis Giaffonis de Cæsena, testibus. D. Favianus » frater pœnitentiæ quondam Melontii de Cæsena » juravit super præmissis dicere veritatem quam » sciret, et tacere mendacium, supradictis anno, » indictione et die, Cæsenæ apud conventum fra- » trum de ordine heremitarum, præsentibus fra- » tribus, Lanfranco priori generali dicti ordinis » heremitarum, et Salvetto, et Jacobo, heremitis » dicti ordinis, testibus. »

Gaiferius miles testimonium dat de fama sanctitatis B Joannis Boni;

254 Dominus Gaiferuis, nobilis vir, prædictus juratus testis, et interrogatus suo juramento dixit quod ipse testis, sicut bene meminit, vidit fratrem Joannem Bonum stantem in quadam heremo, sita Cæsenæ, apud locum qui dicitur S. Maria de Botriolo, et duram et asperam pœnitentiam peragentem triginta sex annis et plus, in multa abstinentia cibi et potus, et maximam asperitatem suo corpori et afflictionem inferentem assidue, sicut de hoc publica vox et fama est et erat Cæsenæ et locis circumstantibus. Et dixit dictus testis interrogatus quod publica vox et fama est et erat Cæsenæ, quod Dominus multa et magna miracula ostendit meritis et orationibus dicti fratris Joannis Boni in vita sua Cæsenæ, ita quod propter publicam famam sanctæ vitæ et miraculorum, quæ dicebant Dominum meritis et orationibus dicti fratris operari quotidie, gentes de Cæsena habebant tantam reverentiam et devotionem in dicto fratre Joanne Bono, quod vix ipse testis dicere posset, et gentes multæ et diversæ et de remotis partibus, sicut ipse testis pluries vidit, veniebant ad videndum, audiendum, et tangendum dictum fratrem Joannem Bonum. D

de amore Cæsenatum, corporis desiderio et piis peregrinationibus.

255 Et dixit dictus testis interrogatus quod si gentes de Cæsena scivissent vel credidissent dictum fratrem Joannem Bonum velle de Cæsena recedere, ipsæ gentes sive commune de Cæsena fecissent ita bene custodire dictum fratrem Joannem Bonum, quod numquam a Cæsena recessisset; et dixit dictus testis interrogatus quod ea die qua E Cæsenates sciverunt dictum fratrem Joannem Bonum ivisse Mantuam, mirabiliter, immo ad mortem quasi communiter doluerunt; et si possibile esset quod Cæsenates hodie possent aliquo modo rehabere corpus dicti fratris Joannis Boni expenderent hodie mille marcas argenti *a*, tanta esset *a*
devotio et reverentia, quas Cæsenates habebant et habent hodie in dicto fratre Joanne Bono propter vitam et miracula quæ gentes de Cæsena viderunt tempore quo dictus frater Joannes Bonus erat et fuit Cæsenæ. Et dixit dictus testis interrogatus quod publica vox et fama est Cæsenæ, quod Dominus multa et immensa miracula meritis dicti fratris Joannis Boni ostendit Mantuæ et alibi, ubi invocatum est et invocatur auxilium et subsidium dicti fratris Joannis Boni. Itaque propter publicam famam, quæ est Cæsenæ de dicto fratre, et propter ea quæ Cæsenates viderunt et audierunt de dicto fratre Joanne Bono, tempore quo erat Cæsenæ, gentes multæ de Cæsena et partibus circumstantibus iverunt et vadunt Mantuam, ad locum ubi est corpus dicti fratris Joannis Boni, sicut ipse testis vidit et videt; et etiam de hoc publica vox et fama est Cæsenæ. Item dicit dictus testis F
interrogatus quod, sicut ipse testis firmiter credit, si omnes homines de Cæsena et mulieres deponerent et attestarentur de vita et conversatione, fide, et miraculis et fama publica dicti fratris Joannis Boni, sicut etiam de hoc publica vox et fama est Cæsenæ, omnes dicerent de dicto fratre Joanne Bono vel similia vel majora cum ipso teste. Et dixit dictus testis interrogatus quod tempore præsentis testificationis erat octuagenarius ipse testis et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia de his omnibus prædictis publica vox et fama est et fuit Cæsenæ, et quia ita est rei veritas.

Favianus certas facit conversiones a B. Joanne Bono *procuratas, aliasque ejus virtutes,*

256 Dominus Favianus, prædictus juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit quod olim ipse testis vidit fratrem Joannem Bonum stantem in quadam heremo supra Cæsenam quæ dicitur S. M. de Botriolo; in qua heremo, sicut ipse testis vidit, dictus frater Joannes Bonus peregit longo tempore pœnitentiam; et hoc publice dicebatur et dicitur Cæsenæ et sicut ipse testis videbat, quando ibat causa devotionis ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum. Et dixit dictus testis interrogatus

A tus quod propter multa miracula, bona verba et salutifera animæ, quæ dictus frater Joannes Bonus dicebat euntibus ad eum, qualiter deberent credere et observare mandata Dei, et observare et tenere, sicut observat et tenet sancta Romana ecclesia, multi qui male credebant conversi sunt ad fidem catholicam et obedientiam sanctæ Romanæ ecclesiæ; et multi qui primo erant pleni omni lascivia et mundano et carnali amore, verbis et exhortationibus dicti fratris Joannis Boni adepti sunt
b aliquem habitum religionis vel pœnitentiæ *b* sicut de hoc publica vox et fama est Cæsenæ. Et dixit dictus testis interrogatus quod dictus frater Joannes Bonus talem peregit pœnitentiam, et ita fuit catholicus, homo sobrius, et benignus, et omnibus caritativus, pius et castus, quod Dominus in vita dicti fratris Joannis Boni, et in morte, et post mortem ostendit, et operatus est, et operatur quotidie multa et magna miracula, sicut de hoc publica vox et fama est et erat Cæsenæ; ita quod propter publicam famam vitæ et fidei suæ, quando dictus frater Joannes Bonus vivebat Cæsenæ, gentes multæ et de longinquis partibus veniebant ad videndum, audiendum et tangendum dictum fra-
B trem Joannem Bonum, et postquam dictus frater Joannes Bonus ivit Mantuam, et reddidit animam et spiritum suum ad Dominum, propter multa miracula, quæ Deus operatus est in morte et post mortem dicti fratris, et operatur quotidie, multi de Cæsena, audita fama miraculorum, quæ facta sunt et fiunt meritis dicti fratris Joannis Boni, et reductis ad memoriam sibi qualiter olim dictus frater Joannes Bonus habitus est in vita sua Cæsenæ sanctus, et catholicus, et homo omnibus bonis virtutibus plenus, vadunt et iverunt, sicut ipse testis vidit et videt, et secundum quod publice dicitur per Cæsenam et Mantuam, ad locum et ecclesiam, apud quam est corpus dicti fratris Joannis Boni.

et singularem ejus existimationem apud Cæsenates.

237 Et dixit dictus testis interrogatus quod ea die, qua Cæsenates sciverunt dictum fratrem Joannem Bonum ivisse Mantuam, numquam aliquis dolor in vita prædictorum civium Cæsenæ fuit ita communis, sicut fuit dolor, quem Cæsenates habuerunt de recessu dicti fratris Joannis Boni, et si possent aliquo modo Cæsenates hodie rehabere corpus dicti fratris Joannis Boni, expenderent ad hoc thesaurum mirabilem. Et dixit dictus testis
C interrogatus quod eamdem opinionem et credulitatem, quam ipse testis habet de dicto fratre Joanne Bono, eamdem et meliorem, si melior posset esse, quod ipse testis minime credit, habent omnes homines et mulieres de Cæsena, et omnes, (sicut ipse testis credit, et hoc publica vox et fama est Cæsenæ), qui viderunt dictum fratrem Joannem Bonum et audierunt. Et dixit dictus testis interrogatus quod tempore præsentis testificationis ipse testis erat ætatis octoginta annorum et plurium. Et dixit dictus testis interrogatus quod prædicta testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita audivit publice dici per Cæsenam ab omnibus, et ipse testis credit quod talis est rei veritas, qualis dicta est supra in omnibus et per omnia. Item interrogatus dictus testis quid esset fama publica, respondit quod illud quod communiter creditur et dicitur a gentibus.

« Concordat cum suo originali existente in ar-

» chivio serenissimi D. N. ducis Mantuæ et Montis- EX MSS.
» ferrati in Colto rerum pertinentium ad animam.
» In quorum fidem etc. Idibus Januarii MDCXLI.
» Ego Hippolytus Castellus jur. cons. et
» eques ipsi ducali archivo præfectus, et
» ejusdem sermi domini a secretis confinium
» subscripsi.

» Suprascriptum D. Hippolytum Castellum ar-
» chivii ducalis præfectum esse talem qualem se
» asseruit, illiusque attestationibus hic plenam
» adhiberi fidem, et merito ubique locorum adhi-
» bendam esse attestor ego infrascriptus ejusdem
» sermi D. ducis Mantuæ et Montisferati primus
» cancellarius.

» Ex ducali cancellaria Mantuæ die xx Januarii
» MDCXLI.
» (L.S.) Julius Tomasinus cancellarius subscripsi.»

ANNOTATA.

a *Marca passim non erat pecuniæ signatæ species, sed pondus; ita ut, dum pecunia continuo mutaretur, marcæ valor et pretium stabile permaneret. Duplex autem erat marca, altera marca naturalis seu argenti non cusi, altera marca stendata seu argenti cusi, quæ minor erat, quum vectigal quoddam de moneta percipi soleret. Generatim vero, ut loquitur Balbus in Catholico,* marcha est quoddam pondus, scilicet media libra, ut dicitur marcha argenti; *sed quum libra ubique eadem non esset, marcha etiam non ubique erat eadem: sed Trecensis seu Parisiensis, quæ ubique fere terrarum a mercatoribus usurpatur, longe magis propagata erat. Porro circa finem sæculi* XIII *valebat marca Trecensis seu Parisiensis libris duabus, solidis octodecim, et tantum pendebat circiter quantum chiliogrammatis quadrans seu* 55 *franci; et quum pecuniæ potentia nunc sexies aut septies minor sit quam illo ævo, mille marcis Parisiensibus poterat emi sæculo* XIII *tantum frumenti quantum nunc francis* 113, 795, *ut late explicat Leber* (1); *qui licet recentissimus sit, non inutiles tamen fecit Cangii ejusque continuatorum labores de monetæ valore* (2). *In Italia an marca argenti pecunia signata fuerit quæri potest. Certe Gualvaneus, ad annum* 1330 *disserens de moneta episcoporum Mediolanensium, memorat marcam auri, valentem quatuordecim florenis aureis, et marcam argenti quatuor florenis cum dimidio. Verum Muratorius,*
E *dum hæc refert, dubitare se declarat* (3) *an hæc* F
firmis nitantur fundamentis. Et quidem in scheda valoris nummorum, anno 1336, *Innocentio VI pontifice, confecta, nuspiam marca tamquam moneta signata occurrit, sed semper ut pondus* (4); *neque inter varias argenti marcas ingens discrimen erat. Sed de his jam nimium.*

b *Distinguuntur hic habitus pœnitentiæ et religionis; quoniam non omnes, qui habitum pœnitentiæ assumebant, religiosam vitam amplectebantur; sed plures tertiarii fiebant, piam vitam in medio mundo ducentes.*

(1) Mémoires sur l'appréciation de la fortune privée au moyen-âge, in tomo I, parti prima operis : Mémoires présentés par divers savants à l'académie royale des inscriptions et belles-lettres, pag. 230 et seqq.—(2) Cfr Glossarium mediæ et infirmæ latinitatis, v° *Marca;* item supplementum, eodem verbo.—(3) Antiquitates Italiæ medii ævi, dissertatio XXVIII de diversis pecuniæ generibus, tom. II, col. 821.—(4) Ibid. col. 783 et 784.

PARS

EX MSS.

PARS QUARTA.

Examen Capellani cardinalis S. Eustachii de anno 1253.

CAPUT I.

Testimonia F. Lanfranci, prioris generalis, et F. Manfredi.

Anno 1253 FF. Lanfrancus et Manfredus jurant de veritate dicenda coram commissario apostolico.

« In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. » Amen. Articuli de vita, fide, conversatione et » fama recolendæ memoriæ fratris Joannis Boni » heremitæ fundatoris et institutoris ordinis here- » mitarum : videlicet quod dictus frater Joannes » Bonus fuit vir sanctæ vitæ, catholicæ fidei, ho- » nestæ conversationis et utilis, et laudabilis famæ B » et celebris. Et frater Lanfrancus, prior genera- *a* » lis ordinis heremitarum *a*, et frater Manfredus » heremita dicti ordinis de conventu Mantuæ dicti » ordinis juraverunt super dictis articulis dicere » veritatem, quam scirent, et tacere mendacium *b* » coram magistro Michaele, præposito Pecciol *b* » capellano venerabilis patris D. sancti Eustachii *c* » diaconi cardinalis *c*, receptore et examinatore » producendorum testium super dictis articulis a » Summo Pontifice deputato, anno Domini 1253, » indictione XI, quarto kalendas Novembris, Man- » tuæ in capitulo ecclesiæ S. Agnetis ordinis » supradictorum heremitarum, præsentibus ma- » gistro Philippo, vicario venerabilis domini ..... *d* » episcopi Mantuæ *d*, domino Albizo canonico » plebis de Pecciolo Vulturanæ diœcesis et Ubal- » dino notario de ..... et fratre Ventura heremita » et pluribus aliis vocatis testibus. »

Lanfrancus certum facit severum cultum,

259 Frater Lanfrancus, prior prædictus juratus testis suo juramento dixit quod jam sunt decem anni quod ipse testis fuit conversatus et stetit cum fratre Joanne Bono apud conventum dicti ordinis de Cæsena, a medio Februario usque ad finem quasi mensis Augusti. De cujus vita interrogatus C dixit quod dictus frater Joannes Bonus habebat cellam suam seorsum a fratribus, in qua erat assiduus in nocte semper et in die multum; et in illa habebat quandam assidem (et nihil aliud), super qua jacebat, et dormiebat ad perfectum primum somnum, et ab inde in antea surgebat et vigilabat in orationibus; quia bene audiebatur a fratribus quod a prædicta hora in antea surgebat et vigilabat. Et dixit, quod die ac nocte celebriter servabat silentium, nisi quando contingebat eum exire ad confortandum et consolandum fratres suos, et ad loquendum alicui forensi, qui eum requireret. Et dixit quod omni tempore, in quo dictus testis fuit in dicto conventu cum dicto fratre Joanne Bono, dictus frater Joannes Bonus contentus erat unica cuculla subtili staminea, nihil ferendo in cruribus et pedibus, nisi quandoque zipellos; et semper portabat magnam barbam.

jejunia, catholicam fidem,

260 Et quotidie et omni tempore jejunabat, comedebat in medietate et ultra minus quod aliquis alius frater; et tempore quadragesimæ illius temporis, in quo dictus testis fuit cum dicto fratre Joanne Bono, dictus frater fuit majoris abstinentiæ in cibo, et potu, et silentio, et singularitate, quam D in tempore extra quadragesimam multum. Interrogatus quantum majoris abstinentiæ, respondit se nescire quantum; sed dixit esse notorium inter fratres, quod multum erat majoris abstinentiæ tempore quadragesimæ. Interrogatus utrum naturaliter parum posset comedere, vel hoc faceret ex abstinentia propter Deum, respondit quod propter abstinentiam faciebat; et hoc dixit esse notorium inter fratres. Interrogatus dictus testis utrum uteretur carnibus tempore infirmitatis, respondit quod sic multum parum, et paucis diebus, et ad instantiam fratrum; sed nolebat uti, nec utebatur consilio vel auxilio medicorum, dicens quod Dominus Jesus Christus erat medicina sua. Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus habebat cellam suam, in qua habebat crucem et tabulam beatæ Mariæ Virginis, quas adorabat, et aquam benedictam; et quotidie audiebat missam cum devotione magna; et omni die dominico sumebat Corpus Domini nostri Jesu Christi, cum multis lacrimis, et frequenter confitebatur peccata sua uni sacerdoti de fratribus, qui primo sibi occurrebat, cum confiteri volebat. Et hortabatur E fratres suos quod haberent et tenerent fidem Sanctissimæ Trinitatis, ut continetur in symbolo, quod dicebat more laicali *e*, quia illiteratus erat *f*; et *e f*
quod crederent quod credit sancta Romana Ecclesia; et detestabatur Gazaros, Paterenos et omnes hereticos, et excommunicatos *g*, dicens quod salvari non poterant nisi redirent ad unitatem Romanæ Ecclesiæ, in qua est salus perfecta. Interrogatus quomodo sciret prædicta, respondit se audivisse ab eo in illo tempore, in quo fuit cum eo, et quod jam notorium erat inter fratres. *g*

alias virtutes, curam salutis proximi et æstimationem quam B. Joanni Bono *pergit exhibere populus.*

261 Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod ipse frater erat castus, honestus, humilis, et tractabilis, et confortabat fratres suos ad paupertatem, humilitatem et perseverantiam, et castigabat eos qui non bene agebant ministerium suum; et verba Dei semper erant in ore suo, et non verba otiosa. Interrogatus de causa scientiæ, respondit se in dicto tempore audivisse et vidisse prædicta, et quod notorium erat inter fratres. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod fama ejus erat laudabilis et celebris multum apud clericos et laicos Cæsenæ, et F Mantuæ, et locorum circumstantium de sanctitate et religione multa. Et gentes veniebant ad eum multæ de partibus multis, et lætabantur se multum vidisse eum, et dixit quod dictus frater Joannes Bonus fuit fundator et institutor ordinis heremitarum, et quod in ipso egit pœnitentiam quadraginta annis, et in ipso finivit vitam suam, receptis omnibus ecclesiasticis sacramentis; et fama sanctitatis ejus semper crevit usque hodie. Et dixit quod erat octuagintà annorum tempore mortis suæ. Prædicta testificatus est dictus testis non rogatus, nec doctus, sed quia vidit, et audivit sic esse, ut testificatus est.

Fr. Manfredus testatur de rigido victu et vestitu B. Joannis Boni,

262 Frater Manfredus, prædictus juratus testis super præmissis, suo juramento dixit quod a duodecim annis citrà stetit et conversatus fuit cum fratre Joanne Bono apud conventum fratrum dicti ordinis de Cæsena, quandoque quatuor mensibus, quandoque tribus, quandoque duobus. In quibus temporibus, interrogatus de vita fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater sanus omni tempore jejunabat, exceptis diebus dominicis; et utebatur unico cibo conventus fratrum tantum, et non pluribus

A ribus cibis, et in medietate minus aliquo alio fratre, et etiam minus medietate multum. Interrogatus si ipse quadragesimæ [tempore] esset majoris abstinentiæ quam in aliis temporibus, respondit quod sic; sed dixit se nescire de visu, sed notorium erat inter fratres quod contentus erat uno pane per totam quadragesimam, et modico cibo; ita quod fratres mirabantur. Et dixit quod tempore infirmitatis rogatus multum a fratribus, cum multum esset infirmus, modicum et paucis diebus vescebatur carnibus; non tamen volebat medicum, quia dicebat quod Dominus Jesus erat medicus ejus. Et dixit quod portabat unicam cucullam stamineam tam in hyeme, quam in æstate, et non aliud nisi ferabulas, et quendam pannum sub cuculla propter quandam suam infirmitatem *h;* et ibat discalciatus, et sine caligis, nisi quod quandoque ferebat zipellos, et habebat unam assidem pro lecto, et multum morabatur inclusus in die, ac nocte, et multum servabat silentium. Interrogatus quomodo sciret prædicta, respondit se vidisse illa in illis temporibus, in quibus fuit B cum eo, et quia notoria erant inter fratres.

h

de ejusdem religione, piis exercitiis et cura proximi;

263 Interrogatus de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit, quod quotidie audiebat missam, et qualibet die dominico communicabatur corpore Domini nostri Jesu Christi, multas lacrimas effundendo; et quod habebat in cella sua crucem et tabulam, in qua erat depicta imago virginis Mariæ, quas adorabat, et aquam benedictam; et detestabatur hæreticos omnes, et excommunicatos, et confortabat fratres, et instruebat in fide Domini nostri Jesu Christi, et quod crederent, sicut credit sancta Romana Ecclesia, dicendo *Credo in unum Deum* totum. Item dixit dictus testis quod dictus frater frequenter confitebatur peccata sua fratri sacerdoti, quem primo posset habere, quia non habebat aliquem specialem confessorem. Interrogatus quomodo sciret prædicta, respondit se vidisse et audivisse illa illis temporibus, in quibus fuit cum eo. Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod ipse frater certis temporibus exibat de cella sua, in qua erat assiduus, et veniebat ad fratres suos, et confortabat eos ad paupertatem, patientiam, humilitatem, et perseverantiam, inducendo eis exempla sanctorum more laicali *i*, quia laicus erat, et illiteratus : *Sancti per fidem vicerunt regna* etc. : C Et dixit quod erat dulcis, et tractabilis, et suavis, et religiosus, verba Dei semper habens in ore suo; et dixit quod multum reprehendebat fratres suos, qui non bene agebant ministerium suum. Interrogatus de causa scientiæ, dixit se interfuisse multis vicibus in dicto tempore, in quo fuit cum dicto fratre Joanne Bono, et audivisse eum, et esse ea notoria et manifesta inter fratres.

i

et de ejus hom per quadraginta annos sanctitatis fama.

264 Interrogatus de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod propter publicam famam sanctitatis illius, gentes infinitæ veniebant de multis partibus ad videndum eum tanquam virum sanctum et justum, et lætabantur se vidisse ipsum supra modum, et quod habebatur sanctus et justus communiter et publice ab omnibus gentibus de Cæsena et vicinia ejus, et de Mantua, et vicinia ejus, et fama sanctitatis ejus duravit et crevit usque in finem vitæ suæ, et usque hodie. Et dixit quod mortuus est octogenarius dictus frater Joannes Bonus, et quod fecit pœnitentiam in ordine heremitarum quadraginta annis, et in ipso ordine finivit vitam suam; cujus memoria sanctitatis floret usque in præsentem diem Mantuæ. Et dixit dictus testis prædicta se scire visu, et auditu publico. Et dixit dictus testis quod erat bene ætatis triginta annorum, et quod prædictâ testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, et notorium est, ut dictum est.

EX MSS.

ANNOTATA.

a *Lanfrancus fuit prior generalis ab anno* 1232, *ut sæpius monitum est. Cfr. Commentarius prævius, num.* 155.

b Pecciol *seu* Peccioli *in diœcesi Vulturana sita est et paret magno duci Tusciæ. Ecclesia seu præpositura S. Verani, cui præerat Michaël, adhuc exstat* (1). *Paulo inferius occurrit Albitius canonicus plebis de Pecciolo.*

c *De venerabili patre domino Guilielmo Fieschi, cardinali S. Eustachii, vide Proœmium ad processus num.* 4, *pag.* 769.

d *In lacuna, quæ in ms. exstat, ponendum est nomen B. Martini, ex comitibus de Casaloldis, natione Parmensis et ab Innocentio IV confirmati episcopi Mantuani, ultima die Maji anni* 1252. *Ante canonicus S. Marci Mantuani et Parmensis fuerat et capellanus ipsius Innocentii Papæ IV. Plenus meritis obiit anno* 1303 (2). E

e *Significat testis a beato viro recitatum fuisse symbolum apostolorum lingua vernacula.*

f *De ejus literarum ignorantia cfr. Commentarius prævius num.* 8 *et* 24.

g *De his cfr. commentarius prævius* §§ IX *et* X.

h *Hæmorrhoidas patiebatur.*

i *Indicat testis verba scripturæ sanctæ, quæ paulo infra veniunt, lingua vernacula a beato viro prolata fuisse.*

CAPUT II.

Testimonium FF. Jacobini et Bonacursi.

De veritate dicenda jurarant FF. Jacobinus et Bonacursus; quorum prior F

« Frater Jacobinus et frater Bonacursus here- » mitæ dicti ordinis de conventu Mantuæ juraverunt super præmissis articulis dicere veritatem » quam scirent, et tacere mendacium, coram examinatore prædicto, eodem anno, et indictione » pridie Kalendas Novembris, Mantuæ in curia » domini episcopi Mantuæ, præsentibus magistro » Philippo, vicario dicti domini episcopi, et domino » Bartholomæo judice dicti domini Mantuani de » Igamariis, et Ubertino filio domini Petri de » Liculfis testibus. » Frater Jacobinus prædictus, juratus testis super præmissis, et interrogatus suo juramento, dixit quod a decem et septem annis citra fuit apud conventum de Cæsena dicti ordinis conversatus cum dicto fratre Joanne Bono, nunc uno mense, nunc quindecim diebus quandoque. De cujus vita interrogatus, dixit quod dictus frater Joannes Bonus habebat cellam suam prope se, juxta confines ecclesiæ fratrum, in qua erat assiduus die ac nocte, et vigilans in orationibus.

dicit de cultu et victus sere- ritate B. Joannis Boni.

266 Et dixit quod tunc temporis, in quo ipse fuit cum dicto fratre Joanne Bono, dictus frater Joannes Bonus jejunabat omni die contentus mul-

(1) Repetti, Dizionario geographico fisico storico della Toscana, tom. IV, pag. 77 et seqq. — (2) Ughelli. Italia sacra, tom. I, col. 867.

tum

EX MSS. tum modico cibo et potu fratrum, et multum minus medietate cibi alterius fratris et potus: quia dictus testis dixit se vidisse multoties ipsius cibum, et potum portare ad cellam suam, et non sumebat dictus frater Joannes Bonus nisi de unico cibo conventus, et tam modice, ut dictum est, ut dixit se vidisse. Et in tempore quadragessimæ dictus frater Joannes Bonus in illis temporibus, in quibus testis dictus fuit cum eo, erat contentus dictus frater Joannes Bonus per totum quadragesimam uno pane conventuali tantum et modico potu tantum, et nihil aliud percipiebat; et hoc erat, ut dixit dictus testis, notorium inter fratres. Et dixit quod habebat dictus frater Joannes Bonus tantum unam assidem omni tempore pro lecto; et erat contentus tam in hyeme, quam in æstate una cuculla staminea subtili, sub qua ferebat ferabulas lineas, et unum pannum de lino vel stuppa, sine manicis, ad custodiam carnis suæ ne videretur, quia cuculla erat multum subtilis, et etiam ne quidam morbus sanguinem emitteret, quem patiebatur, et deturparet cucullam, et dixit quod tunc temporis, quo dictus testis fuit cum dicto fratre Joanne Bono, semper incedebat et stabat nudis pedibus et carnibus *, B nisi quod quandoque ferebat zipellos ligneos, et illos pro majori afflictione corporis sui; et portabat semper magnam barbam, et quod utebatur carnibus tempore magnæ infirmitatis, et tunc modice. Et dixit, quod dictus frater Joannes Bonus nolebat uti aliquo modo in suis infirmitatibus consilio vel auxilio medicorum, dicens quod Dominus Jesus Christus erat verus medicus suus. Et dixit se vidisse et audisse temporibus prædictis, in quibus usus fuit dictus testis cum eo; et hæc prædicta dixit dictus testis se vidisse, et notoria esse inter fratres.

* cruribus

de ejusdem fide, et piis exercitiis et cura proximi,

267 Item interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus dicebat fratribus suis sæpe, se teste audiente, quod ipsi ante omnia crederent et tenerent fidem sanctæ Romanæ ecclesiæ, sicut ipsa credit et tenet, et ut continetur in *Credo in unum Deum,* quem dicebat eis more laicali, quia illiteratus erat; et dicebat quod caverent sibi ab excommunicatis, et ut vitarent Gazaros, Patarenos, quia ipsi damnati sunt, et in suo statu salvari non poterant. Et dixit testis, quod dictus frater Joannes Bonus habebat crucem et tabulam beatæ Virginis C in cella sua, et aquam benedictam; et quotidie audiebat missam cum magna devotione; et omni die dominico communicabatur corpore Domini nostri Jesu Christi cum magna reverentia, et multa lacrimarum effusione, et confitebatur frequenter peccata sua uni ex sacerdotibus fratrum, quem primo habere poterat, quia non habebat aliquem specialem confessorem. Et dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat multum cultor catholicæ fidei. Quæ omnia dixit se vidisse, et audisse, et ea esse notoria inter fratres. Item interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit ipse quod erat honestæ conversationis, et utilis multum, quoniam amabat fratres suos et confortabat eos multum ad virtutes, humilitatem, et obedientiam, et paupertatem, et reprehendebat eos, qui deviabant ab eo quod facere debebant, et erat multum humilis, castus, honestus, et benignus, et cor suum semper habebat ad Deum, et semper verba Dei erant in ore suo. Et dictus testis dixit sic se audisse et vidisse, sicut dictum est, et notoria esse inter fratres.

necnon de sanctitatis

268 Interrogatus dictus testis quæ fama esset de dicto fratre Joanne Bono, respondit quod multum erat laudabilis fama de illo per Romandiolam et Lombardiam, quia erat sanctæ vitæ, et quia dominus multa miracula et magna faciebat per ipsum; et gentes multæ veniebant ad eum, sicut ipse testis videbat, et talis fama fuit et crevit de eo usque in finem vitæ suæ et quod ipse fuit institutor ordinis fratrum heremitarum, et in ipso egit pœnitentiam quadraginta annis, et in ipso ordine finivit vitam suam octogenarius, ut communiter dicitur inter fratres; et quod ipse testis erat sacerdos, et fuit frater heremita dicti ordinis jam sunt viginti anni, et quod ipse testis erat bene ætatis quasi quadraginta annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non doctus, vel rogatus, sed quia ita vidit, et audivit, ut supra dictum est, et quia ita notorium erat inter fratres. D

fama ex quo ordinem eremitarum instituit.

269 Fr. Bonacursus præfatus, juratus testis super præmissis, et interrogatus suo juramento, dixit, quod jam sunt sedecim anni, ut firmiter credebat, quod ipse testis frater existens in dicto ordine stetit, et conversatus fuit cum dicto fratre Joanne Bono apud conventum dictorum fratrum de Cæsena a festo B. Martini tunc usque ad Dominicam passionis Domini, in quo tempore dixit, se vidisse vitam, quam agebat dictus frater Joannes Bonus. Interrogatus de vita dicti fratris Joannis Boni, respondit quod tunc temporis dictus frater Joannes Bonus non erat bene sanus; tamen aliquando bene egrediebatur cellam suam, et veniebat ad fratres suos ita infirmus, et comedebat quandoque cum eis in conventu, quandoque in cella sua. Interrogatus de quantitate et qualitate cibi et potus illius, dixit se de quantitate et qualitate cibi et potus illius, quos extra quadragesimam sumebat, non recordari, nisi quod omni tempore jejunabat, exceptis diebus Dominicis, et tempore maximæ infirmitatis, in quibus vescebatur carnibus, licet modicissime; nec volebat uti consilio medicorum in suis infirmitabus, dicens Redemptorem mundi esse medicinam suam; tempore autem quadragesimæ, quo dictus testis fuit cum eo, dixit quod se teste vidente dictus frater Joannes Bonus prima die quadragesimæ sumebat aliquantulum panis tantum quasi ad modum hostiæ; secunda autem die sumebat tantum quatuor radices petrosilorum coctas in oleo, in qua comestio fratrum fiebat, et non aliud; tertia autem die comedebat septem grana fabarum coctarum tantum, et non aliud; et semper quolibet die, sumpto cibo jam dicto, bibebat aliquantulum F de vino conventus; in quarta quidem die redibat ad quantitatem panis prædictam; et quinta ad radices, sicut dictum est, et sic de singulis usque ad diem Jovis sanctum, in qua comedit de cibo fratrum, et sequentibus aliis duobus diebus rediit ad dictam vitam; et hæc dicta vita patuit sibi testi, et omnibus aliis fratribus in dicta quadragesima.

F. Bonacursus narrat quam parcus esset in cibis B. Joannes Bonus *et quam rationem servaret tempore quadragesimali,* E

270 Interrogatus dictus testis si dictus frater Joannes Bonus faceret prædictam abstinentiam studio vel natura, respondit quod studio et corporis afflictione. Interrogatus quomodo sciret, respondit quod erat ibi quidam frater, cujus nominis non recordatur, qui cum non crederet quod frater Joannes Bonus prædictam abstinentiam faceret studio, sed natura, dictus frater Joannes Bonus ad tollendam illam tentationem, qua tentabatur ille incredulus, una vice comedit plus aliquo alio fratre; et ita frater ille tentatus credidit postea quod propter corporis afflictionem faceret dictam abstinentiam. Et dixit dictus testis, quod, se teste vidente, vidit dictum fratrem Joannem Bonum tam in hyeme quam in æstate contentum esse unica cuculla staminea subtili, sub qua deferebat ferabulas,

idque studio non autem natura; item qui esset ejus vestitus et lecti ratio;

A bulas, et unum pannum de lino vel stuppa, sine manicis, quasi ad modum camisiæ factum, quem deferebat, ut ipse testis et fratres omnes credebant, duabus de causis : prima ne caro ejus videretur, quia cuculla erat multum subtilis, ut dictum est : secunda est ne quædam infirmitas quam patiebatur, sanguinem emittens, fœdaret cucullam; et quod omni tempore jacebat super nudam assidem, et semper incedebat et stabat discalciatus, nisi quod quandoque ferebat zipellos ligneos, et illos ad majorem afflictionem, quia homo erat senex multum et debilis; et hæc prædicta erant notoria et manifesta sibi testi et omnibus fratribus.

itemque quomodo veram religionem observaret et alios ad virtutem impelleret.

271 Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus dicebat fratribus suis quod crederent sicut credit sancta Romana Ecclesia, et quod Patareni, Gazari et omnes hæretici et excommunicati salvari non poterant in suo statu, sed erant filii diaboli, et dixit quod quotidie audiebat missam cum magna devotione, et quolibet die dominico sumebat Corpus Domini nostri Jesu Christi, multas lacrimas effundendo, et frequenter confitebatur

B peccata sua. Interrogatus quomodo sciret, respondit se vidisse et audisse, et notoria esse inter fratres. Item interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat beatæ conversationis, quoniam in se erat pacificus, et humilis, et benignus, et honestus multum, et castus; et dixit quod diligebat multum paupertatem; et instruebat fratres suos in virtutibus et moribus bonis; et reprehendebat eos, qui non ducebant vitam et regulam, ut debebant; et semper verba Dei erant in ore suo. Interrogatus de causa scientiæ, respondit se interfuisse quando sic loquebatur fratribus suis, et ea esse notoria inter fratres. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod omnis bona opinio et omnis bona credulitas erat inter gentes et fratres de ipso, et creverat usque in finem vitæ suæ; et quod fuit institutor et fundator ordinis heremitarum, et in ipso egit pœnitentiam quadraginta annis, et in ipso finivit vitam octogenarius. Et dixit dictus testis quod ipse testis erat Mantuanus natione, et quod steterat in dicto ordine viginti quatuor annis, et quod prædicta testificatus est non doctus, nec rogatus, sed

C quia vidit, et audivit sic esse, ut testificatus est.

ANNOTATUM.

a *Forte legendum :* Domino Bartholomæo de Igamariis, judice dicti domini episcopi Mantuani. *Videtur B. Martinus, Mantuanus episcopus, curiam habuisse, in qua plura certis viris concredita erant officia. Hic enim magistrum Philippum habemus vicarium, qui superius jam occurrit, et Bartholomæum judicem. Quamquam autem vicariorum et judicum munia etiam in curiis ecclesiasticis sæpius ad res temporales pertinerent, hic videntur potius spiritualia fuisse : certe* magistri *titulus, datus Philippo vicario, clericum potius designat quam laicum.*

EX MSS.

CAPUT III.

Testimonia FF. Joannis et Græci.

« Fr. Joannes, oriundus de Calesis *a*, Cæsenæ *F. Joannes, præstito juramento, explicat quam parco victu*
» diœcesis presbyter et heremita dicti ordinis, de
» conventu Mantuæ, juratus super præmissis arti-
» culis dicere veritatem quam sciret, et tacere
» mendacium, coram prædicto examinatore,
» eodem anno et indictione, quarto nonas No-
» vembris Mantuæ in palatio dicti domini episcopi
» Mantuæ, præsente domino Albizo, canonico Pec-
» cioli, et Joannino, familiari dicti domini epi-
» scopi, et fratre Ruberto de Cremona, heremita
» ejusdem ordinis, testibus. » Frater Joannes prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit quod ipse testis fuit frater heremita in dicto ordine jam sunt viginti duo anni, et stetit usque in præsentem diem ipse testis; et stetit cum dicto fratre Joanne Bono apud conventum de Cæsena E
prima vice per unum annum continuum, et postea aliquo tempore interposito a mense maji usque ad festum omnium sanctorum apud dictum conventum de Cæsena; et postea quandoque uno mense, quamdoque minus. Et sic interrogatus dictus testis de vita dicti fratris Joannis Boni, dixit quod, se teste vidente, dictus frater Joannes Bonus omni tempore jejunabat, exceptis diebus dominicis et tempore infirmitatis, et quod nolebat uti consilio medicorum in suis infirmitatibus; tunc tamen, quando erat graviter infirmus, comedebat aliquantulum de carnibus; tempore autem sanitatis multum modice comedebat, et bibebat, ut apparebat in vasis, in quibus portabatur cibus et potus ei ad cellam suam.

maxime in quadragesima uteretur B. Joannes Bonus; *itemque quam tenui vestitu*

275 In quadragesima autem dixit dictus testis, quod dictus frater Joannes Bonus comedit illa quadragesima, qua fuit ibi dictus testis, in conventu cum fratribus, et quotidie dictus frater Joannes Bonus comedebat sic parum panis, quod considerata tota quantitate panis quam comedit in illa quadragesima, non fuit unus panis conventualis, et comedebat cum eo aliquantulum de cœdulio *b* unius ferculi tantum, in decuplo minus quam aliquis alius frater conventus; et similiter modice potabat de vino conventus : ita quod fratres omnes mirabantur. Tamen quia non erat novum hoc inter fratres non in tantum mirabantur. Interrogatus dictus testis si dictus frater Joannes Bonus hoc faciebat pro majori afflictione corporis sui, respondit quod sic, cum vidisset eum diebus dominicis plus comedere, quod comedebat duabus vicibus illa die. Et cum quidam ex fratribus temptassent quod hoc faceret dictus frater Joannes Bonus quia non poterat plus comedere, dictus frater Joannes Bonus, sciens hoc, una vice fecit sibi dare de comestione conventus, et comedit tunc tanquam aliquis alius frater; et tunc frater ille tentatus, remotus a tentatione, credidit quod dictus frater Joannes Bonus faceret pro salute animæ suæ illam vitam. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus erat contentus omni tempore unica cuculla subtili staminea, sub qua ferebat ferabulas et unum pannum lineum sine manicis, quia patiebatur moroidas *c* sanguinis; quare devastasset cucullam. Et stabat discalciatus et ibat omni tempore, nisi quod quandoque ferebat zipellos ligneos; et jacebat

b F

c

EX MSS. super quandam assidem semper. Interrogatus quomodo sciret prædicta et singula prædictorum, respondit se vidisse, et hoc esse manifestum inter fratres.

similiter quam sincera esset religione et quam pius potissimum in sacramentorum susceptione;

274 Interrogatus dictus testis de fide fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat assiduus et vigilans in orationibus, quasi post primum somnum, die et nocte, in cella sua; in qua stabat semper, nisi exiret eam ad confortandum fratres suos, vel ad loquendum alicui forensi; et audiebat missam quotidie usque ad finem cum magna devotione; et quando levabatur corpus Domini nostri Jesu Christi effundebat multas lacrimas; et qualibet die dominica communicabatur corpore Domini nostri Jesu Christi, adeo plorando, quod oportebat sacerdotem eum exspectare quandoque maxima mora, antequam ipse frater Joannes Bonus posset illud sumere propter abundantiam lacrimarum; et frequenter quasi omni die confitebatur uni ex fratribus (quia non habebat aliquem specialem confessorem) peccata sua. Et detestabatur Gazaros, Patarenos, et omnes hæreticos et excommunicatos; et dicebat fratribus suis, quod tales vitarent, et omnes illos, qui non tenebant fidem
B sanctæ romanæ ecclesiæ, et qui non crederent quod dominus Papa habebat eandem auctoritatem, quam habuit beatus Petrus apostolus; et multa alia bona dicebat semper cum erat cum fratribus.

et demum quam præstans esset aliis virtutibus et in universo ordine, quem instituerat, magni fieret.

275 Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, dixit quod erat miræ conversationis, ita quod aliquis non poterat satiari se esse eum eo; et confortabat omnes, et maxime fratres, ad castitatem, patientiam, et humilitatem, et ad alias virtutes omnes. Et erat ipse frater Joannes Bonus planus, humilis, castus, quietus, pacificus, et nulla in eo poterant minus bona inveniri, et qualiter sua conversatione tractabilis erat, dici non posset. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit quod communiter habebatur ab omnibus de Mantua et Cæsena, et aliis locis circumstantibus, homo sanctæ vitæ, et magnæ religionis, et beatæ conversationis, et quod venerabatur ab omnibus tanquam pater sanctus, et quod fuit in dicto ordine triginta tribus annis et plus, et quod erat ætatis octuaginta annorum in fine vitæ suæ, et quod in dicto ordine finivit vitam suam receptis omnibus ecclesiasticis sacramentis, et quod fuit fundator et institutor ordinis præsentis. Interro-
C gatus dictus testis quomodo sciret prædicta, et singula prædictorum, respondit se audivisse et vidisse per omnia, sicut dictum est, et quia notorium est inter fratres, et quod ipse testis prædicta testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, et notorium est inter fratres.

F. Græcus, præstito juramento, auditur de severo B. Joannis Boni *victu,*

276 « Frater Grecus de Disendais de Mantua, » et frater Meliorinus de Platina de Cremona, here- » mitæ dicti ordinis, juraverunt coram dicto exa- » minatore super præmissis articulis dicere verita- » tem, quam scirent, et tacere mendacium, eodem » anno et indictione, tertio nonas Novembris, » Mantuæ in palatio dicti domini episcopi, præ- » sentibus dominis Philippo, vicario dicti domini » episcopi, et Albizo canonico de Pecciolo, et » fratre Roberto de Cremona, heremita dicti ordi- » nis, testibus. » Frater Grecus prædictus juratus testis super præmissis, et interrogatus suo juramento, dixit quod jam sunt viginti duo anni, ut dixit se firmiter credere, quod ipse fuit frater heremita in dicto ordine, et quod jam sunt quinque anni, quod ipse fuit conversatus et stetit cum fratre Joanne Bono ab introitu quadragesimæ quasi per septem dies, usque ad Pascha Pentecostem continuo.

Interrogatus dictus testis de vita dicti fratris Joan- D
nis Boni, dixit quod omni tempore jejunabat exceptis diebus dominicis, et tempore infirmitatis, in quo vescebatur carnibus, licet non nisi maxima necessitate urgente; et dixit quod extra quadragesimam tempore sanitatis utebatur valde stricto cibo et potu, ut apparebat in vasculis in quibus portabantur ei cibus et potus ad cellam suam; et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus accepit quendam panem conventualem in principio quadragesimæ, de quo fecit multas particulas rotundas ad modum hostiæ, sed majores et grossiores hostia aliquantulum; et unam illam particularum sumebat quolibet die, et non aliud, nisi aliquantulum potus; et masticabat tamen quandoque unam frondem salviæ (tamen non transglutiebat ejus substantiam) ad custodiam flatus sui; et hujusmodi vitam gessit per totam illam quadragesimam, qua fuit cum eo dictus testis usque ad diem Jovis sanctum; in qua rogatus a fratribus dicentibus quod Dominus Jesus tali die comedebat cum discipulis suis, etiam ita comedit ipse frater Joannes Bonus illa die de cœdulio *d* conventus aliquantu- *d*
lum, et de uno ferculo tantum, in cella sua tamen. E

potissimum intra quadragesimam;

277 Dixit dictus testis quod illa die accepit dictus frater Joannes Bonus reliquias dicti panis, de quo steterat per totam quadragesimam, et misit fratribus; quas cum magna devotione acceperunt fratres, et aliqui comederunt particulas suas, et aliqui reservaverunt suas portiones usque in præsentem diem; tamen dictus testis comedit suam, ut dixit. Interrogatus de causa scientiæ prædictæ abstinentiæ, respondit se vidisse; et dixit quod erat manifestum et notorium inter fratres, et dictus frater Joannes Bonus in præteritis quadragesimis talem et similem vitam egerat et in plerisque quadragesimis usus fuerat arctiori. Interrogatus dictus testis si dictus frater Joannes Bonus hujusmodi abstinentiam faceret ex frigiditate stomachi, vel studiose, ut magis se affligeret, respondit quod studiose. Interrogatus quomodo sciret quod propter hoc faceret, respondit quia extra quadragesimam plus comedebat, licet non multum, et diebus dominicis plus comedebat, et quia notorium, et manifestum erat inter fratres, quod propter amorem Dei et salutem animæ suæ faceret.

item de ejus vestitu et piis exercitationibus;

278 Item dixit dictus testis quod se teste vi- F
dente dictus frater Joannes Bonus, tam in hyeme quam in æstate, contentus erat unica tantum cuculla staminea subtili, subtus quam deferebat ferabulas lineas, quendam pannum de lino, vel stuppa, et istum ferebat, ne fluxus moroidum *e*, quas patiebatur, deturparet cucullam suam. Et dixit quod discalciatus erat omni tempore, nudis pedibus et cruribus, nisi quod quandoque ferebat zipellos ligneos, et illos (ut dicebant fratres) pro majori corporis afflictione. Et dixit quod se teste vidente dictus frater Joannes Bonus jacebat semper super nudam assidem, nihil super se vel subtus se retinendo, sicut ipse testis videbat, quando intrabat cellam suam, et quia erat hoc manifestum inter fratres. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus parum jacebat sanus, sed vigilabat semper et orabat, sicut ipse testis videbat, quando intrabat cellam dicti fratris Joannis Boni, vocatus ab eo ut audiret confessionem dicti fratris. Dixit ipse testis quod erant in cella prædicta formæ, in quibus ponebat dictus frater Joannes Bonus genua, et pedes, et manus, quando orabat; et illæ formæ seu vestigia facta erant ex nimia orandi frequentia. Et habebat ibi crucem, quam adorabat, sicut ipse testis dixit se vidisse prædicta, et notoria esse *e*
inter

A inter fratres. Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, dixit quod erat homo sanctæ vitæ, et quod quotidie audiebat missam usque ad finem, et lacrimabatur in immensum quando levabatur Corpus Domini nostri Jesu Christi, et audita missa, redibat ad cellam suam orans ibi semper, et vigilans ad Deum, et quod qualibet die dominica communicabatur Corpore Domini nostri Jesu Christi; et frequenter confitebatur uni ex fratribus, nec habebat aliquem specialem confessorem, et erat assiduus in dicta cella sua in orationibus, quæ erat juxta ecclesiæ fratrum confines; et erat ibi quædam fenestra, qua aperta, poterat videri cella dicti fratris Joannis Boni; unde communis opinio fratrum erat et est quod illa de causa dictus frater Joannes Bonus raro veniebat in ecclesiam ad alias horas diurnas et nocturnas, nisi ad missam, ut dictum est; quia si legendo dixissent fratres officia, poterat eos audire de cella sua.

de ejusdem litterarum ignorantia, silentio et zelo veræ fidei;

279 Et dixit dictus testis, quod dictus frater Joannes Bonus erat illiteratus, nisi quod sciebat *Credo in unum Deum*, et *Miserere mei Deus*, et alias orationes suas. Et dixit dictus testis quod ea die, qua communicabatur dictus frater, et in quaB dragesima, erat in maximo silentio. Ita quod nisi maxima necessitas immineret, nolebat loqui alicui fratrum, vel forensium. Et dixit dictus testis quod quando dictus frater Joannes Bonus loquebatur alicui forensi, statim faciebat se absolvi, si in aliquo peccasset in illa locutione; et dixit dictus testis quod in tali casu dictus frater Joannes Bonus etiam alias confessus fuit sibi testi (quia sacerdos erat) frequenter. Item dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus erat cultor catholicæ fidei, qui dicebat fratribus suis, se teste audiente, quod crederent firmiter articulos catholicæ fidei, et tenerent et crederent, sicut tenet et credit sancta Romana Ecclesia, quia ipse sic credebat et tenebat; et monebat dictos fratres suos vitare hæreticos omnes, et Gazaros, et Patarenos, et excommunicatos, quia in illo statu salvari non poterant. Item monebat et confortabat fratres suos semper ad omnes virtutes, et omne opus bonum. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta, et singula prædictorum, respondit sic se audisse, et vidisse et interfuisse, et notorium esse inter C fratres.

et demum de sancta ejus conversatione et fama.

280 Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod se teste vidente erat dulcis, et fructuosus, et omnibus virtutibus plenus : ita quod aliquis non poterat satiari se esse cum eo, et quod omnes qui conversabantur cum eo, reverebantur eum tanquam patrem sanctum; et multa ab omnibus fiebat ei devotio et reverentia. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod omnis bona fama, et omnis bona credulitas erat de eo Mantuæ et Cæsenæ et per totam provinciam; ita quod infinitæ gentes veniebant ad videndum, audiendum et tangendum eum; et talis fama fuit, et crevit de eo usque in finem vitæ suæ. Et dixit quod dictus frater Joannes Bonus stetit in ordine prædicto quadraginta annis vel quasi, ut dixit testis se firmiter credere; in quo ordine finivit vitam suam quasi octogenarius, sicut ipse frater Joannes Bonus dicebat, ipso teste audiente, receptis omnibus ecclesiasticis sacramentis, et dixit dictus testis quod prædicta non rogatus neque doctus testificatus est, sed quia ita vidit et audivit, et interfuit, sicut dictum est, et quia hæc omnia notoria sunt inter fratres.

ANNOTATA. EX MSS.

a *Putem indicari vicum* Caliscese, *nunc* 645 *incolis frequentem atque ita Cæsenæ proximum ut ejus fere pars sit.*

b *In ms. legebatur :* Comedebat cum eo aliquantum cocdulis unius ferculi tantum; *sed quid sibi volunt* cocdula *seu* cocdulæ? Codolo *est italis cochlearis seu fuscinulæ capulus seu manubrium; sed quum tunc fuscinulæ nondum adhiberentur ad cibos ori ingerendos, quis manubrii cochlearis his usus.* Coccula *autem seu* cocula *in latinitate medii ævi sagum hibernicum significat atque etiam vas coquinarium, ut ex Ugutione ad hanc vocem tradit Cangius; quin etiam ligna arida vel vasa ærea, ut ex Varrone, Festo et S. Isidoro idem demonstrat; et demum apud italos grana, baccas et metaphorice variolas, ut ex Pandectis Matthæi Silvatici idem collegit. Mihi probalius videtur legendum hic esse :* Comedebat aliquantum [de] cocculis unius ferculi, *id est de leguminibus unius speciei, seu potius, quemadmodum in textu mutavi :* Comedebat cum eo aliquantum de cœdulio unius ferculi. *Inferius enim redit* cœdulium; *cujus vocabuli significatio in annotato* d *explicabitur. Cæterum cfr. dicta fratris Moltongrandi in processu, num.* 262 *et Comment. prævius num.* 72. E

c Moroidæ *lege* Hæmorrhoides. *Etiamnum dicunt Itali* Morroide.

d Cœdulium *id est edulium, portio cibaria, et omnis cibus præter panem. De usu hujus vocis apud italos vide Supplementum Glossarii Cangii, ad hanc vocem.*

e *Vide annotatum* c.

CAPUT IV.

Testimonia FF. Meliorini et Venturæ.

F. Meliorinus testimonium dicit de severo vestitus et lectisternione B. Joannis Boni; F

Frater Meliorinus prædictus, juratus testis super præmissis, et interrogatus suo juramento, dixit, quod steterat jam ipse testis quasi per septem annos in ordine, et quod sacerdos fuerat, et erat jam sunt duo anni, et amplius. Et dixit quod ipse testis stetit cum fratre Joanne Bono apud conventum de Cæsena jam sunt quinque anni elapsi, et stetit cum ipso a festo Omnium Sanctorum usque ad kalendas Septembris. Interrogatus de vita dicti fratris Joannis Boni, respondit quod, se teste vidente, dictus frater Joannes Bonus incedebat et stabat omni tempore discalciatus, et nudis cruribus et pedibus, nisi quod ferebat quandoque zipellos ligneos. Et dixit dictus testis quod, se teste vidente, dictus frater Joannes Bonus utebatur quodam banco ligneo pro lecto, nihil super se vel subtus se retinendo, nisi cucullam suam quam portabat, et de qua erat contentus omni tempore et in hyeme et in æstate, et die et nocte; sub qua deferebat ferabulas lineas, et quemdam pannum de lino vel stuppa, factum ad modum camisiæ, et istum pannum ferebat duabus de causis, ut dicebatur inter fratres : scilicet ne caro ejus videretur, quia cuculla erat staminea, et subtilis multum, et ne dicta cuculla deturparetur a sanguine, qui exibat de quadam infirmitate quam patiebatur. Interrogatus de causa scientiæ, respondit se vidisse, et notoria esse inter fratres hæc prædicta.

de ejusdem fide, pietate,

282 Interrogatus de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus habebat

ex mss *a*

habebat cellam suam ex parte tribuniæ *a* ecclesiæ fratrum, in qua morabatur die ac nocte, assiduus in oratione et contemplatione, et in qua habebat crucem quam adorabat. Et dixit quod apparebant ibi formæ et vestigia genuum, manuum et pedum ante crucem, quæ faciebat ex tanta orandi frequentia; et dixit quod cella sua erat ita propinqua ecclesiæ fratrum, quod de ea poterat audire omnes horas diurnas et nocturnas; et de qua cella exibat omni mane, et veniebat ad audiendam missam, quam audiebat usque ad finem cum magna devotione et reverentia; et quando elevabatur corpus Domini nostri Jesu Christi lacrimabatur et plorabat in tantum quod vix dici posset. Et dixit dictus testis quod quando portabat [ei corpus Domini vel] dabat ei pacem, sæpe inveniebat eum lacrimantem et plorantem. Et dixit quod quando die dominico sumebat corpus Domini nostri Jesu Christi [id faciebat] cum magna devotione et lacrimarum effusione. Et dixit quod ea die qua communicabatur, præcipue servabat silentium et singularitatem a forensibus, nisi immineret maxima necessitas loquendi alicui forensi. Et dixit dictus testis quod frequenter confitebatur peccata sua, nec habebat
B aliquem specialem confessorem, et dicebat dictus frater Joannes Bonus fratribus suis quod crederent in Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, creatorem visibilium et invisibilium, et in Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei unigenitum, et in omnes articulos catholicæ fidei, sicut cantat sancta Romana Ecclesia *Credo in unum Deum*, et specialiter dicebat de corpore Domini nostri Jesu Christi, quod in illud haberent maximam fidem et fiduciam, quia vere salus mundi erat, et detestabatur et confundebat publice et manifeste Gazaros, Patarenos, et omnes hæreticos et excommunicatos; et dicebat fratribus quod ab his sibi caverent, et eos vitarent. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit se hæc omnia audivisse, et interfuisse, et notorium esse inter fratres.

jejuniis

283 Item interrogatus dictus testis de vita fratris Joannis Boni, dixit quod omni tempore jejunabat, exceptis diebus dominicis, et tempore infirmitatis; in quibus, quando graviter laborabat, comedebat parum de carnibus; nec volebat in suis infirmitatibus consilio medicorum uti, dicens Dominum Jesum Christum esse verum medicum
C suum, et totius humanæ generationis. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus extra quadragesimam utebatur multum parco cibo et potu, ita quod vix dici posset. In quadragesima autem, qua dictus testis fuit cum eo, dixit quod dictus frater Joannes Bonus fuit usus modice et temperate tredecim diebus intrante quadragesima cibo et potu conventuali; et ab inde in antea sumebat qualibet die pro cibo quantitatem panis ad modum hostiæ, et nihil aliud, nisi modicum potus: usque ad diem Jovis Sanctum, in quo fuit usus cibo fratrum. Item dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus majus servabat silentium et solitudinem tempore quadragesinæ, quam aliis temporibus. Interrogatus de causa scientiæ, dixit se vidisse prædicta, et notoria esse inter fratres.

et sanctimonia universim.

284 Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod, se teste vidente et audiente, dictus frater Joannes Bonus exibat de cella sua ad fratres suos, et dicebat eis quod haberent charitatem inter se, et hortabatur eos ad patientiam et perseverantiam et ad alia bona opera; et corrigebat illos, qui non bene se habebant; et erat humilis, dulcis, suavis, et habebat breviter in se omnes virtutes, ita quod per se D ipsum testem dicere non poterat. Item interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit quod omnis bona opinio, fama, et credulitas erat de ipso per totam provinciam, et omnes partes circumstantes, et habebatur a fratribus et ab omnibus aliis gentibus homo Dei, et vere justus, et quod per diversas partes multæ gentes currebant ad videndum eum tamquam patrem sanctum, et talis fama et opinio crevit de eo usque ad finem vitæ suæ, et quod fecit pœnitentiam in dicto ordine secundum communem credulitatem fratrum per quadraginta annos, et quod fuit fundator et institutor dicti ordinis; et in illo, receptis ecclesiasticis sacramentis, finivit beatus vitam suam; et quod prædicta testificatus est dictus testis non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, et novit rei veritatem esse.

F. Ventura, facto jurejurando, testatur quam parco victu uteretur B. Joannes Bonus,

285 « Fr. Ventura, heremita dicti ordinis et » presbyter, ut dicebat, natione de Mantua, et de » conventu... juravit, tactis sacrosanctis evangeliis, » coram dicto examinatore super præmissis dicere » veritatem, quam sciret, et tacere mendacium, » eodem anno, et indictione, secundo nonas Novem- E » bris, Mantuæ in palatio dicti domini episcopi Man- » tuæ, præsentibus presbytero Bongiano, capellano » dicti domini episcopi, et Joanne notario de Castro- » novo, familiare dicti domini episcopi, et domino » Albizo, canonico plebis de Pecciolo, testibus. »

Frater Ventura, heremita dicti ordinis, juratus testes super præmissis, et interrogatus suo juramento dixit quod ipse testis erat bene quadraginta annorum, et quod steterat jam in dicto ordine bene viginti quatuor annis; et quod jam erant sex anni elapsi, quod ipse testis stetit apud conventum de Cæsena cum dicto fratre Joanne Bono, octodecim mensibus insimul prima vice; et postea, quibusdam temporibus interpositis, stetit cum eodem fratre dictus testis sex mensibus; in quibus decem et octo et sex mensibus fecit dictus testis, ut dixit, cum dicto fratre Joanne Bono duas quadragesimas. Interrogatus dictus testis de vita dicti fratris Joannis Boni, dixit quod omni tempore, exceptis diebus dominicis, jejunabat, et excepto tempore infirmitatis, in quo necessitate urgente comedebat quandoque de carnibus, licet parum. Et dixit dictus testis quod extra quadragesimam dictus frater Joannes Bonus utebatur modicissime de uno ferculo coquinæ fratrum et modico potu, F semel in die, ut dictum est, tempore sanitatis.

maxime tempore quadragesimæ;

286 Et dixit dictus testis, quod in prima quadragesima, in qua dictus testis stetit cum dicto fratre Joanne Bono, dictus frater utebatur valde parcius cibo unico tantum, et potu fratrum quam aliis temporibus uteretur. In secunda vero quadragesima in qua dictus testis fuit cum eo, quæ fuit ultima quadragesima quam fecit dictus frater Joannes Bonus priusquam finivit vitam suam, dictus frater Joannes Bonus bene tredecim diebus in introitu quadragesimæ illius fuit usus cibo et potu conventuali de uno ferculo tantum modicissime, sicut dictum est supra. In capite vero tredecim dierum prædictorum dictus frater Joannes Bonus accepit unum panem conventualem, de quo fecit particulas multas parvas rotundas, ad modum hostiæ, majores tamen quam hostiæ; et qualibet die quadragesimæ residuæ sumebat tantum unam illarum particularum panis et modicum potus conventualis, et nihil aliud, usque ad diem Jovis sanctum; et illa die accepit particulas ejusdem panis, quas non comederat, et dedit eas fratribus, comedentibus eas tamen cum reverentia, et quidam eorum

A corum comederunt suas particulas, quidam reservaverunt usque ad præsentem diem; tamen dictus testis comedit suam, ut dixit; et illa die Jovis comedit de uno ferculo cibi fratrum, et bibit de vino conventus modicissime, et parce, ut dictum est; sequentibus vero duobus diebus egit eandem vitam quam in quadragesima egerat. Interrogatus dictus testis si dictus frater Joannes Bonus potuisset plus comedere, respondit quod sic, quia aliis temporibus extra quadragesimam plus comedebat licet parum, et diebus dominicis, quibus comedebat bis in die. Interrogatus si dictus frater Joannes Bonus uteretur aliis cibis et potibus ab his de quibus dictum est, occulte vel manifeste, respondit quod non, quia si hoc fecisset, patuisset fratribus quoquomodo. Interrogatus quomodo sciret prædicta, respondit se vidisse et audisse prædicta et notoria esse inter fratres.

item quam arduo victu et lecto:

287 Et dixit dictus testis quod dictus Joannes Bonus omni tempore contentus erat unica cuculla subtili staminea, et deferebat ferabulas lineas, et quendam pannum sine manicis ad modum camisiæ, secundum occasionem cujusdam infirmitatis, fluentis sanguine, qui deturparet cucullam, et B etiam ne caro sua videretur propter subtilitatem cucullæ; et nihil ferebat in pedibus, neque cruribus, sed discalciatus erat semper, nisi quod quandoque ferebat zipellos ligneos, et illos ad majorem afflictionem, ut dicebatur inter fratres. Et dixit quod barbam magnam habebat semper, nec igne volebat uti, nisi tempore magnæ infirmitatis, et quandam tabulam habebat pro lecto, nihil tenendo super se, vel subtus se, nisi dictam cucullam. Interrogatus de causa scientiæ, dictus testis dixit se vidisse prædicta, tempore quo fuit cum dicto fratre Joanne Bono et notorium esse inter fratres.

similiter quomodo fidem suam demonstraret exercitiis spiritualibus

288 Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, dixit quod se teste vidente dictus frater Joannes Bonus quotidie audiebat missam cum magna devotione, et lacrimabatur, et plorabat multum, quando videbat in altari corpus Christi; et qualibet die dominica communicabatur corpore Domini nostri Jesu Christi cum tanta effusione lacrimarum et devotione, quod dici non posset. Ita quod cum dictus testis communicaret eum, quandoque videbat terram madidam lacrimis. Et dixit dictus testis quod se teste vidente dictus frater Joannes Bonus frequenter confitebatur peccata sua C uni ex fratribus, et sibi testi quandoque; nec habebat aliquem specialem confessorem : et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus raro exibat cellam suam, in qua erat assiduus vigilans in orationibus, et in ipsa habebat crucem et iconem beatæ virginis Mariæ, et aquam benedictam semper. Et dixit dictus testis quod apparebant formæ, quas fecerat et faciebat cum manibus, genibus et pedibus dictus frater Joannes Bonus ante dictam crucem et iconem propter nimiam orandi frequentiam.

et adhortationibus adversus devios;

289 Et dixit dictus testis quod ideo dictus frater Joannes Bonus ad alias horas diurnas et nocturnas non veniebat in ecclesia fratrum, quia cella sua erat juxta tribunas ecclesiæ fratrum de qua bene poterat audire divinum officium fratrum, etiam si legendo dicerent fratres. Ad missam veniebat semper, ut dictum est, et ad vesperas quandoque, diebus dominicis, paschalibus *b*, et festivis. Et dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat illiteratus; sciebat tamen quosdam psalmos, et orationes, et *Credo in unum Deum*, et alias virtutes, et *Pater* c *Noster* et *Ave Maria* *c*. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus erat custos catholicæ fidei, quia dicebat fratribus suis : Debetis credere, et credite omnes articulos catholicæ fidei, sicut continetur in *Credo in unum Deum,* et sicut credit et tenet sancta Romana ecclesia; et debetis confundere et vitare (in quantum potestis) Gazaros, Patarenos, et omnes hæreticos et excommunicatos; et quod nunquam possunt salvari in suo statu. Et dicebat publice et manifeste nuntiis et vicariis Frederici, filii quondam imperatoris, qui erant Cæsenæ, et fautoribus dicti Frederici et nuntiis suis, qui de aliis partibus veniebant ad videndum eum : Vos estis excommunicati et dominus vester est excommunicatus, et nec ipse nec vos potestis salvari, nisi redeatis ad mandatum ecclesiæ et domini Papæ.

EX MSS.

et quantum curaret semetipsum perficere et alios.

290 Interrogatus quomodo dictus testis sciret prædicta, respondit se audisse, et interfuisse prædictis. Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat miræ conversationis, quoniam erat humilis, benignus, pacificus, et confortabat fratres suos ad patientiam et perseverantiam, et paupertatem, et ad omnes bonas virtutes, et consolabatur illos qui tentabantur vel tribulabant ex aliqua causa, et reprehendebat eos, qui male se E habebant, et reducebat eos monitis suis ad viam rectam, et eundem servabat modum forensibus venientibus ad videndum eum. Et semper verba Dei et melliflua et ædificationis erant in ore suo; nec poterat aliquis satiari secum esse; nec erat aliquis ita lapsus quod ab eo non erigeretur, nec ita tribulatus quod ipse non consolaretur, sicut ipse testis dixit se multoties audivisse et interfuisse. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit quod odor bonæ famæ suæ et bonæ opinionis redolebat inter fratres et inter omnes gentes de viciniis circumstantibus, et ex odore sanctitatis ipsius replebantur omnes. Et dixit quod dictus frater Joannes Bonus tempore mortis suæ erat octuaginta annorum, ut credebat. Et fuit in ordine heremitarum bene per quadraginta annos, ut communiter creditur a fratribus; et fuit institutor ac fundator dicti ordinis, in quo finivit, receptis omnibus ecclesiasticis sacramentis, beate et cum magna sanctitatis fama vitam suam. Et prædicta testificatus est non doctus neque rogatus dictus testis, sed quia ita vidit et audivit, et novit rei veritatem esse, et quia, sicut dictum est, notorium est inter fratres. F

ANNOTATA.

a Tribunia *pro* tribuna *seu* tribunale, *quæ sæpe pro ambone, verum etiam pro abside usurpantur. Vide Glossarium Cangii ad verba* tribuna *et* tribunal. *Alibi dicitur cella beati viri juxta confines ecclesiæ fratrum fuisse; sed ita ut inde facile interesse posset divinis officiis : unde apparet earum dictionem eamdem esse significationem.*

b Dies paschales *erant dies hebdomadis paschalis, quæ pari cultu ac ipse Paschatis dies celebrabatur a christianis. Unde Durandus, lib.* VI *Rationarii cap.* 18 *num.* 6, *ait dies omnes hujus octavæ esse dominicos. Ita Cangius ad voces indicatas; qui dein tradit a sæculo* XII *sensim pluribus in locis nonnisi primos dies illius hebdomadis habitos fuisse ut festivos.*

c *De his rebus dictum est in Commentario prævio, num.* 61.

CAPUT

EX MSS.

CAPUT V.

Testimonia FF. Joannis, Benvenuti et Thaddæi.

F. Joannes. dicto jurejurando explicat B. Joannis Boni *severitatem in lecto, vestitu,*

« Frater Joannes, laicus, natione Mantuanus, » heremita dicti ordinis, de conventu Mantuæ, » juravit super præmissis articulis coram dicto » examinatore dicere veritatem, quam sciret et » tacere mendacium eodem anno et indictione, II » nonas Novembris, Mantuæ in capitulo conventus » dictorum heremitarum, præsente fratre Lan- » franco priore generali dicti ordinis, et domino » Albizo, canonico Pecciolensi, et pluribus aliis » vocatis testibus. » Frater Joannes prædictus, juratus testis super præmissis, et interrogatus suo juramento de vita dicti fratris Joannis Boni, dixit quod ipse testis erat sexaginta annorum et plurium. Et dixit ipse testis quod, sicut ipse credebat, steterat in dicto ordine triginta annos, et quod
B stetit cum dicto fratre Joanne Bono circa finem vitæ suæ, scilicet dicti fratris Joannis Boni apud conventum de Cæsena per decem annos continuo. Interrogatus dictus testis suo juramento de vita dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus habebat cellam suam, in qua erat quasi assiduus et solitarius tempore sanitatis; in qua jacebat super nudam assidem, et nullum alium lectum habebat, et nihil retinebat super se, nisi quod indutus quadam cuculla staminea subtili, de qua erat contentus omni tempore, tam in die quam in nocte; et jacebat et dormiebat usque ad perfectum primum somnum, et postea surgebat, et vigilabat, et orabat. Et habebat in dicta cella sua crucem et tabulam, in qua erat depicta figura beatæ virginis Mariæ et aquam benedictam. Et dixit quod omni tempore discalciatus incedebat et stabat, nisi quod quandoque ferebat zipellos ligneos.,

jejuniis, maxime quadragesimalibus; item ejus pietatem,

292 Et dixit quod omni tempore jejunabat, exceptis diebus dominicis, et tempore infirmitatis; et erat contentus tam modico cibo et potu, quod unus ex aliis fratribus comedisset una vice quantum ipse comedebat per totam hebdomadam. Et
C dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus tempore quadragesimæ utebatur quotidie quantitate panis unius hostiæ et modico potu conventus; et servabat silentium et singularitatem magis quam aliis temporibus, excepta ultima quadragesima, in cujus principio, quia non erat bene sanus, comedit tres uncias panis in tredecim diebus, et postea convertit se ad pristinam consuetudinem aliarum quadragesimarum. Tempore autem maximæ infirmitatis vescebatur carnibus modicissime, nec utebatur igne nisi maximis infirmitatibus, nec aliquo tempore utebatur consilio medicorum, dicens quod Dominus noster Jesus Christus erat medicina sua. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta et singula prædictorum, respondit se illis temporibus, quibus fuit cum eo, vidisse, et interfuisse, et ea esse notoria inter fratres. Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, dixit quod erat assiduus in cella sua tam in die quam in nocte; de qua raro exibat, nisi veniret ad consolandum fratres suos, vel ad loquendum alicui forensi, qui eum peteret, vel ad audiendum missam, quam audiebat quolibet die (si sanus erat) usque ad finem, cum magna devotione; et lacrimabatur multum quando videbat elevari corpus Domini nostri Jesu
D Christi; et quolibet die dominico communicabatur corpore Domini nostri Jesu Christi, multas lacrimas effundendo; et ita maximum servabat silentium ea die, qua sumebat corpus Domini, quod nisi maxima necessitas immineret nemini loquebatur.

fidem, usum sacramentorum,

293 Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus venerabatur et colebat fidem catholicam, dicendo fratribus et aliis quod oportebat omnes homines, qui volebant salvari, credere et tenere, sicut credit et tenet sancta Romana Ecclesia; et dicebat publice et manifeste quod Gazari, et Patareni, et alii hæretici et excommunicati salvari non poterant in suo statu, nisi reverterentur ad fidem et ad mandatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Item dicebat et publicabat Entio, filio *a* *a*
Frederici quondam imperatoris, et aliis ejus nuntiis et vicariis, et potestatibus, qui mittebantur Cæsenæ: Vos estis excommunicati, et dominus vester est excommunicatus; et potestatem non habetis judicandi; et salvari non potestis, neque dominus vester qui vos misit, nisi redeatis ad mandatum domini Papæ, et sanctæ Romanæ ecclesiæ. Et quando talibus hominibus loquebatur, incontinenti
E faciebat se absolvi *b*. Et frequenter confitebatur *b*
peccata sua uni sacerdoti ex fratribus de conventu. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit quod vidit et audivit, et interfuit omnibus prædictis, et singulis prædictorum, et quia notoria erant inter fratres illis temporibus quibus fuit cum eo dictus testis.

et modum agendi cum proximo.

294 Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat humilis, dulcis, et suavis, et castigator et reprehensor eorum qui non bene se gerebant, et confortabat fratres suos ad patientiam, perseverantiam, castitatem, honestatem, et continentiam; et consolabatur eos in tribulationibus suis; et erat omnibus bonis virtutibus plenus, ita quod nullo modo dici posset. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit quod non poterat hoc dicere aliquo modo, quia ipse diligebatur ab omnibus, et honorabatur, et ab omni vicinia, in qua erat, et ab omnibus circumstantibus; et gentes multæ veniebant cum magno desiderio ad videndum eum et audiendum; et hoc contigit ei et crevit usque in finem vitæ suæ. De quibus omnibus dictis testis interrogatus de causa F
scientiæ dixit se audisse, et vidisse, et notoria inter fratres esse. Et dixit dictus testis quod tempore, quo fuit cum dicto fratre Joanne Bono, vidit dictum fratrem Joannem Bonum pati tribulationes et persecutiones a fratribus Minoribus, auferentibus fratres dicti fratris Joannis Boni, et ducentibus eos ad regulam suum; quam persecutionem et tribulationem sustinuit patienter; et reddebat eis bonum pro malo, se teste vidente, quia semper mittebat eis de rebus suis; et præcipiebat fratribus suis quod similia facerent. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus fuit institutor et fundator dicti ordinis, et quod erat octogenarius tempore mortis suæ; et in dicto ordine steterat et pœnitentiam egerat quadraginta annis, et ibi finivit vitam suam receptis omnibus ecclesiasticis sacramentis, se teste vidente; et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia, se teste vidente et audiente, rei veritas sic se habet, et quia hæc prædicta et multa alia bona de eo notoria sunt inter fratres.

F. Benvenutus, præstito

295 « Frater Benvenutus, laicus, heremita dicti » ordinis de conventu Faventiæ, juravit coram » prædicto

A » prædicto examinatore super præmissis dicere
juramento, testatur de jejuniis » veritatem, quam sciret, et tacere mendacium, in
» dicto anno et indictione, ipsa die nonis Novembris,
» Mantuæ in palatio dicti domini episcopi coram
» presbytero Bongianne, capellano dicti domini
» episcopi, et domino Albizo, canonico plebis de
» Pecciolo Vulturanæ diœcesis, et fratre Ruberto de
» Cremona, heremita dicti ordinis, testibus. » Frater Benvenutus prædictus, interrogatus testis suo juramento, dixit quod ipse testis erat oriundus de Cæsena, et quod jam bene sunt viginti anni et plus quod ipse fuit in ordine prædicto, et quod erat ætatis ipse testis triginta sex annorum. Et dixit quod ipse testis fuit continue per unum annum cum fratre Joanne Bono juxta finem vitæ dicti fratris Joannis Boni apud conventum de Cæsena, et servivit ei, et prius steterat cum eodem aliquo tempore interposito per alium annum. Interrogatus dictus testis de vita dicti fratris Joannis Boni, dixit quod omni tempore jejunabat exceptis diebus dominicis, et tempore magnæ infirmitatis. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus utebatur in jejunio suo valde modico cibo et potu,
B quia ipse testis portabat ei, ut dixit, quoniam deputatus erat ad serviendum ei.

potissimum in quadragesima, de vili vestitu, 296 Interrogatus de quantitate cibi et potus illius, respondit quod multum minus medietate cibi et potus alterius fratris. De tempore autem quadragesimæ interrogatus dictus testis, quam vitam ageret dictus frater Joannes Bonus, dixit quod modicissimum panem quolibet die, et nihil aliud, quasi ad quantitatem unius hostiæ, et bibebat parum de vino conventus, nisi diebus veneris, et vigiliis apostolorum, et quasi in vigiliis omnium [a] in quibus jejunabat in pane et aqua tantum. Interrogatus dictus testis quomodo sciret, dixit se vidisse cum serviebat ei, et dixit dictus testis quod in quadragesima, et ea die, qua sumebat corpus Christi dictus frater Joannes servabat silentium, ita [quod] quasi nemini loquebatur, si aliud facere posset. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus jacebat super unam assidem tantum omni tempore, nihil retinendo super se vel subtus nisi quandam cucullam, de qua erat contentus omni tempore, et die et nocte; et ferebat ferabulas lineas, et quendam pannum de lino vel stuppa subtus cucullam, ex eo quod cuculla erat
C multum subtilis; sine quo panno caro ejus videbatur, et sine quo cuculla ejus deturpabatur propter infirmitatem, sanguinem emittentem, quam patiebatur; et nihil ferebat in cruribus, neque in pedibus, sed discalciatus omni tempore incedebat, nisi quod quandoque ferebat zipellos ligneos. Interrogatus dictus testis quomodo sciret, dixit se vidisse quia continuus erat ad serviendum dicto fratri Joanni Bono, et ea notoria esse inter fratres.

[a] omnibus

de fide, pietate et sancta conversatione B. Joannis Boni. 297 Interrogatus dictus testis de fide fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat assiduus in cella sua, in vigiliis, et orationibus; et habebat ibi crucem et tabulam, in qua erat imago beatæ Mariæ, et aquam benedictam; et de qua raro exibat, nisi veniret ad audiendam missam, quam audiebat quolibet die cum magna devotione, vel ad confortandum fratres ad perseverantiam, et paupertatem, et ad omnes bonas virtutes. Et communicabatur quolibet die dominico, multis lacrimis et crebris [suspiriis] primo emissis, et confitebatur frequenter peccata sua, uni sacerdoti ex fratribus. Et dicebat fratribus et aliis, cum quibus loquebatur, quod diligerent [et] tenerent fidem catholicam et servarent, et vitarent omnes hæreticos et excommunicatos. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta, dixit sic se audivisse, et vidisse, et notorium esse inter fratres. Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus erat humilis, castus, alacer, amator fratrum, benignus, et habebat in se omnes virtutes bonas, et nullum verbum otiosum erat in ore suo, sicut ipse testis videbat et audiebat. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit quod fratres et omnes gentes, quæ veniebant ad eum de circumstantibus provinciis, habebant eum in magna reverentia et devotione, et venerabantur, et tenebant eum patrem sanctum et justum; et talis fama fuit, et crevit de eo usque in finem vitæ suæ. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus fuit fundator prædicti ordinis; et in illo, credebat, fecit quadraginta annis pœnitentiam; et in illo, receptis (se teste vidente) omnibus ecclesiasticis sacramentis, octogenarius vitam suam [finivit;] et quod prædicta testificatus est ipse testis non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, et notorium est inter fratres.

[x] mss.

E *F. Thaddæus testimonium dicit de parco victu,* *c* *d*

298 « Frater Thaddeus, laicus, heremita dicti » ordinis, de conventu de Cæsena, oriundus de » Collina *c* Cæsenæ diœcesis, et frater Jacobus, » laicus, heremita ejusdem ordinis, de conventu » de Poncelia Foro-Populiensis diœcesis *d*, oriun- » dus de Cæsena, juraverunt super præmissis ar- » ticulis dicere veritatem, quam scirent, et tacere » mendacium, coram domino examinatore, eodem » anno et indictione, ipsa die nonis Novembris, in » palatio domini episcopi Mantuæ, scilicet Mantuæ » coram domino Philippo, vicario dicti domini » episcopi, et domino Albizo, canonico Pecciolensi » Vulturanæ diœcesis, et Bonifacio, filio Bonjoan- » nis de Placentia, testibus. »

Frater Thaddeus prædictus, juratus testis super præmissis, suo juramento interrogatus, dixit, quod fuit in dicto ordine ipse testis jam sunt viginti anni elapsi, et quod credebat ipse testis se habere triginta annos et plures. Interrogatus de vita dicti fratris Joannis Boni, dixit ipse testis, quod inter plures vices stetit et conversatus fuit cum dicto fratre Joanne Bono per tres annos, quandoque per duos annos minori tempore, in quibus temporibus dictus frater Joannes Bonus omni tempore jejunabat, exceptis diebus dominicis et tempore infirmi- F tatis; in quo suo jejunio, dixit dictus testis, quod vidit dictum fratrem Joannem Bonum uti unico cibo, et in septima parte minus quam aliquis alius frater; tempore autem quadragesimæ ducebat satis strictiorem et arctiorem vitam ultra quam ipse testis dicere posset, in cibo, potu, silentio, singularitate, et multis aliis.

de tenui vestitu, de pietate. 299 Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus erat contentus unica cuculla subtili staminea, tam in hyeme, quam in æstate, sub qua ferebat ferabulas lineas, et quemdam pannum lineum vel de stuppa, propter quandam suam infirmitatem sanguine fluentem, et nihil ferebat in pedibus, neque cruribus aliquo tempore, nisi quandoque zipellos ligneos; et jacebat super unam tabulam tantum omni tempore, et ferebat magnam et longam barbam semper; et habebat dictus frater Joannes Bonus in cella sua crucem, quam adorabat et aquam benedictam. Dixit dictus testis interrogatus se vidisse prædicta et singula prædictorum, et notoria esse inter fratres. Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus habebat cellam suam separatam ab ecclesia fratrum

EX MSS. trum per modicum spatium, de qua poterat audire divina officia, et audiebat. Tantum quotidie intrabat ecclesiam ad audiendam missam, quam audiebat cum magna devotione; et communicabatur quolibet die dominico corpore Domini nostri Jesu Christi cum magna reverentia, et multas lacrimas effundendo, et frequenter confitebatur peccata sua uni ex fratribus sacerdotum.

de proximi cura et sanctitatis fama B. Joannis Boni.

300 Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus confortabat fratres suos quod timerent et honorarent sanctam Romanam Ecclesiam, et crederent et tenerent, sicut ipsa credebat et tenebat, in omnibus et per omnia, et quod caverent sibi a Gazaris, et Patarenis, et ab omnibus hæreticis, quia illi perditi erant, et salvari non poterant in suo statu, sicut ipse testis dixit se audivisse dictum fratrem Joannem Bonum talia et similia proferentem pluries. Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat planus, dulcis, humilis, patiens, continens, castus, amator justitiæ, et confortabat fratres suos ad perseverantiam et patientiam, et ad omnes bonas virtutes, et reprehendebat fratres peccantes, et
B male se habentes. Et dixit dictus testis se audivisse et interfuisse prædictis, et notorium erat inter fratres. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit quod fama ejus talis erat quod gentes circumstantes veniebant ad eum ad videndum et audiendum et tangendum ipsum tanquam virum justum et sanctum, et quod talis fama et opinio crevit et fuit de eo usque in finem vitæ suæ semper de bono in melius augmentando, ita quod ore dici non posset, sicut ipse testis vidit et audivit. Et dixit quod dictus frater Joannes Bonus fuit fundator et institutor dicti ordinis, secundum quod fratres communiter dicunt, et aliæ gentes, et quod prædicta testificatus est dictus testis non rogatus, neque doctus, sed quia ita est rei veritas.

ANNOTATA.

a *In ms. legitur :* Dicebat et pub. Mañs. f.; *quas siglas ex historia, aliunde nota, interpretandas esse æstimavi. Certe Entius, filius Frederici, tum tempore Gregorii IX tum sub Innocentio IV pontifice paternas partes sustinuit.*

b *Profecto absolutio hæc necessaria non erat;*
C *sed vir bonus videtur interdum conscientiam, ut vocant, perplexam habuisse; ex una parte cogitans bonum esse et utile hos peccatores ad pœnitentiam hortari, et forte ex altera justo latius extendens vetitum ne quis cum excommunicatis communicaret.*

c *Locum, dictum* Collinam, *nullum reperio in diœcesi Cæsenate; sed tres sunt in diœcesi Bertinoriensi, unus in Firmana, unus in Asculana, unus in Faventina et unus in Camerinensi.*

d *Episcopus Foropopuliensis seu Foropompiliensis jam pridem cathedram suam habet Bertinorii, unde vulgo ei titulus datur. In Commentario prævio, num.* 125, *jam quæstio instituta est de conventu de Poncelia.*

D

CAPUT VI.

Testimonia FF. Jacobi et Ardizzionis.

F. Jacobus certum facit quam durus sibi esset B. Joannes Bonus *in victu et vestitu;*

Frater Jacobus prædictus, juratus testis super præmissis, et suo juramento interrogatus, dixit quod ipse fuit in dicto ordine eremitarum jam sunt viginti anni elapsi, et quod erat ætatis triginta sex annorum. Et dixit ipse testis quod in fine dicti fratris Joannis Boni fuit conversatus, et stetit cum eo per septem annos continuos. De cujus vita interrogatus dixit quod, se teste vidente et serviente dicto fratri, ipse frater Joannes Bonus omni tempore jejunabat, exceptis diebus dominicis, et utebatur modico cibo et potu, minus ultra medietatem quam aliquis alius frater, et in quadragesima penultima vitæ suæ fuit usus qualibet die una hostia pro cibo, et modico potu; et in ultima quadragesima vitæ suæ fuit usus qualibet alia quantitate panis ad modum hostiæ et modico E
potu, et nihil aliud, usque ad diem Jovis sanctum; et in illo die comedit de cibo et potu fratrum parcissime in cella sua, et de residuo pane suo, de quo comederat per totam quadragesimam, misit fratribus suis. Et dixit dictus testis, quod, se teste vidente, dictus frater Joannes Bonus jacebat omni tempore super nudam assidem, et portabat in dorso suo unam cucullam stamineam subtilem, et incedebat sine caligis et discalciatus omni tempore, nisi quod quandoque ferebat zipellos ligneos, et barbam semper portabat maximam; et quod tempore quadragesimæ servabat majus silentium et singularitatem, quam aliis temporibus. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit se vidisse prædicta, et ea esse notoria inter fratres.

quam addictus veræ fidei et alienæ salutis cupidus;

302 Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat assiduus in cella sua in vigiliis et orationibus instans die ac nocte; et communicabatur quolibet die dominico corpore Domini nostri Jesu Christi cum multa lacrimarum effusione, et servabat silentium die communicationis suæ; et confite-
batur peccata sua frequenter, quandoque uni, F
quandoque alteri de sacerdotibus fratrum, nec habebat aliquem specialem confessorem. Et dixit dictus testis, quod dictus frater Joannes Bonus erat cultor maximus catholicæ fidei, quia dicebat, se teste audiente, quod oportebat omnes, qui salvari volebant, credere et tenere, sicut credit et tenet sancta Romana Ecclesia, et sicut continetur in *Credo in unum Deum*. Et detestabatur et confundebat omnes hæreticos et excommunicatos, et specialiter Fridericum quondam imperatorem, et nuncios, et vicarios ejus, et potestates, qui mittebantur Cæsenam ab eo; quibus dicebat quod erant maledicti, et excommunicati, et quod salvari non poterant nisi redirent ad mandatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ et domini Papæ. Et monebat fratres suos et confortabat in omni bono, et reprehendebat eos qui non bene se habebant. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit se audisse et vidisse prædicta, et ea esse notoria inter fratres.

et quantum aliis polleret virtutibus

303 Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus erat humilis, planus, castus,

A castus, amator fratrum, et homo continens in se omnes bonas virtutes; et talis erat conversationis, quod nullus poterat satiari se esse cum eo, ut ipse testis vidit pluries et audivit. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit dictus testis, quod erat fama de eo quod ipse erat sanctus homo et justus, et multæ gentes ibant et veniebant ad eum, ut ad patrem sanctum; et ita fuit habitus augmentando semper usque ad finem vitæ suæ; et ita habetur hodie. Et dixit dictus testis quod dictus frater tempore mortis suæ erat octuaginta annorum, et quod fecerat dictus frater Joannes Bonus pœnitentiam quadraginta annis in ordine heremitarum; de quo ipse frater Joannes Bonus fuit institutor et fundator, et in ipso finivit vitam suam, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, et interfuit, et quia hæc omnia notoria sunt inter fratres.

F. Ardizzio testatur de parco victu,

304 « Frater Ardizzione, natione Mantuanus, » presbyter heremita dicti ordinis de conventu » Mantuæ, juravit super præmissis articulis coram » examinatore præfato dicere veritatem, quam » sciret, et tacere mendacium, eodem anno, indi-
B » ctione, octavo idus Novembris, Mantuæ in palatio » dicti domini episcopi Mantuæ, coram domino » Albizo, canonico Peccioli, et Bernardo, familiari » dicti domini episcopi, et fratre Ventura, heremita » dicti ordinis, testibus. »

Frater Ardizzione prædictus, juratus super præmissis, et interrogatus suo juramento, dixit quod ipse testis fuerat heremita dicti ordinis jam sunt triginta anni elapsi, et amplius, et quod fuit sacerdos jam sunt viginti septem anni elapsi, et quod ipse testis stetit cum dicto fratre Joanne Bono circa principium introitus ipsius testis apud Cæsenam in conventu fratrum heremitarum per sex annos continuos et plus, et postea plerisque vicibus, quandoque sex mensibus, quandoque uno anno, quandoque minus. De cujus vita interrogatus dictus testis dixit quod dictus frater Joannes Bonus omni tempore jejunabat, tam in hyeme, quam in æstate, exceptis diebus dominicis et tempore infirmitatis; in quo utebatur carnibus, licet modicissime. Et dixit quod dictus frater Joannes Bonus utebatur extra quadragesimam cibo et potu fratrum, licet in tertia parte et amplius (ut videC batur sibi testi) minus quam aliquis alius frater.

quadragesimis, vestitu,

305 Interrogatus dictus testis si dictus frater Joannes Bonus tempore quadragesimæ agebat vitam arctiorem, respondit quod sic multum, in silentio, singularitate, cibo et potu; sed dixit se nescire visu, quia frater Joannes Bonus comedebat in cella sua, et solitarius manebat, et inclusus; tamen publice dicebatur inter fratres, quod arctissimam vitam gerebat. Et dixit quod quando die Jovis Sancto dictus frater Joannes Bonus misit fratribus discumbentibus reliquias cujusdam panis conventualis, quo tantum fuerat usus per totam quadragesimam, et nihil alio, sicut notorium erat inter fratres, ut fratres comederent eas; et ipse testis comedit portionem suam. Interrogatus dictus testis, si dictus frater Joannes Bonus talem vitam agebat in omnibus quadragesimis, respondit quod secundum quod dictus frater Joannes Bonus erat sanus magis et minus, tempore quadragesimæ ducebat arctam, et arctiorem et asperiorem vitam. Interrogatus dictus testis si dictus frater Joannes Bonus potuisset plus comedere et bibere quam quod comedebat et bibebat, respondit quod sic. Interrogatus quomodo sciret, respondit quod ipse testis vidit eum comedere satis et plus solito, ut solveret dubium quorumdam fratrum, qui tentabantur, dicentes ad invicem, quod non posset plus comedere quia strictum habebat budellum *a;* quo viso cessavit tentatio et murmuratio dictorum fratrum. Et dixit etiam idem testis quod dictus frater Joannes Bonus usus fuit per totum illud tempus, in quo dictus testis fuit cum eo, se teste vidente, unica tantum cuculla staminea subtili, tam in hyeme quam in æstate, quæ hodie potest videri reservata a fratribus suis in quodam scrinio *b;* subtus quam ferebat [non] nisi ferabulas lineas, et quendam pannum de lino vel de stuppa ad custodiam cucullæ, ne fœdaretur ea quadam infirmitate, quam patiebatur, et nudis cruribus et pedibus incedebat semper; sed quandoque ferebat zipellos ligneos; et barbam semper portabat magnam et albam; et contentus erat pro lecto nuda tantum asside, nihil super se, vel subtus se retinendo nisi prædictam cucullam, nec utebatur nisi tempore maximæ infirmitatis igne. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, respondit se illis temporibus in quibus fuit conversatus cum eo vidisse prædicta, et ea esse notoria inter fratres et manifesta, et quia cella sua erat nitida et munda, et in ea nihil aliud apparebat E pro corporis sustentatione, ut ipse testis dixit se frequenter vidisse.

ex mss.

a

b

pietate, sacramento eucharistiæ,

306 Et dixit dictus testis, quod dictus frater Joannes Bonus nolebat uti aliquo modo consilio medicorum. Et quando fratres sui multum instabant, inducebat eis exemplum beatæ Agathæ : Medicinam carnalem numquam etc.; more tamen laicali quia parum sciebat litteras *c*. Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat assiduus in cella sua vigilans in orationibus die ac nocte, in qua habebat crucem, et iconem beatæ Mariæ Virginis, ad quas adorabat, et aquam benedictam; et quotidie intrabat ecclesiam, et audiebat missam totam cum magna devotione; et cum levabatur corpus Domini nostri Jesu Christi oculos manibus junctis habebat ad ipsum, infinitas lacrimas emittendo; et qualibet die dominico communicabatur corpore Domini nostri Jesu Christi cum magna reverentia et multis lacrimis, ita quod oportebat sacerdotem communicantem eum diutius expectare, antequam posset propter multas lacrimas sumere corpus Christi. Et ipse testis dixit se communicasse illum frequenter, et omnia F prædicta sæpe vidisse.

c

pœnitentiæ usu, orationibus

307 Item dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus frequenter confitebatur peccata sua alicui sacerdotum de fratribus, nec specialiter plus uni quam alteri, sed ei quem primo habere poterat; et ipse testis dixit se fuisse confessorem suum quandoque et se vidisse frequenter confiteri. Item dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus erat cultor catholicæ fidei, dicendo in suis orationibus *Credo in unum Deum* totum, et *Pater noster*, et *Miserere mei Deus*, et alias orationes bonas, secundum quod homo illiteratus dicere poterat. Et dicebat fratribus suis frequenter, quod ita debebant firmiter credere per omnia, sicut continebatur in *Credo in unum Deum;* et abominabatur, et confundebat publice et manifeste Gazaros, Patarenos, et omnes hæreticos utriusque sexus et excommunicatos, dicendo publice et aperte quod salvari non poterant in suo statu, nisi redirent ad unitatem et mandatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Interrogatus de causa scientiæ dictus testis, respondit se prædictis interfuisse, et audisse, et ea esse notoria inter fratres et alias gentes Cæsenæ et

ex mss. et Mantuæ. Et dixit dictus testis se audivisse frequenter dictum fratrem Joannem Bonum dicere : Fredericus, olim imperator, erat maledictus et excommunicatus, et ipse et omnes sequaces ejus, pro eo quod erant rebelles domino Papæ, et sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

et sancta conversatione B. Joannis Boni.

508 Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit dictus testis, quod dictus frater Joannes Bonus erat humilis, quietus, pacificus, benignus, castus, honestus, patiens, et lætus consolator mœstorum fratrum suorum et aliorum; et confortabat fratres suos ad virtutes, castitatem, honestatem, patientiam, perseverantiam, et ad fidem, et ad omnia bona opera; et reprehendebat et corripiebat eos, qui non bene se habebant, et confortabat eos, qui tentabantur, et erat amator caritatis, pacis, et paupertatis, et tractabilis multum; et verba semper ædificationis et virtutum, et non otiosa, erant in ore suo. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, dixit se interfuisse frequenter, et audisse prædicta, et ita esse manifestum inter fratres. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, dixit quod de ipso erat fama sanB ctitatis, justitiæ et veritatis Cæsenæ et Mantuæ, et per totam provinciam; et odor bonitatis suæ redolebat omnibus circumstantibus, ita quod clerici, et laici, religiosi, et sæculares, mares et fœminæ infiniti de partibus multis veniebant ad audiendum, videndum, tangendum ipsum tanquam virum justum et sanctum, et ita quod Erminii *d* d transeuntes tangebant eum cum reverentia sicut sanctum : quæ omnia dictus testis interrogatus dixit se vidisse, et odor illius famæ et opinionis perseveravit et crevit usque in finem vitæ suæ; et prædicta dixit esse notoria et manifesta inter fratres, et Cæsenæ, et Mantuæ, et in vicinia tota. Et dixit quod tempore mortis suæ dictus frater Joannes Bonus erat octuaginta annorum, et quod pœnitentiam fecerat in ordine heremitarum quadraginta annis, et quod fundator et institutor ordinis heremitarum fuit, et in ipso finivit vitam suam, et quod prædicta testificatus est dictus testis non rogatus, neque doctus sed scientiæ visionis suæ prævia veritate, et quia hæc omnia ita sunt manifesta et notoria inter fratres.

ANNOTATA.

C

a Budellus, Butellus, Batellus, *quam vocem Tertulliano jam fuisse cognitam tradit Cangius, sæpe in hoc processu occurrit. Significat autem* intestinum; *italis* Budello; *gallis veteribus per solitam suppressionem dentalis* d *seu* t, *inter duas vocales positæ*, Boël; *at recentioribus vero* Boyau.

b *Cfr Comment. prævius num.* 175 *et seqq.*

c *Supra ad marginem num.* 175, *pag.* 816, *annotavi hæc verba desumpta esse ex officio ecclesiastico S. Agathæ; sed iterum monet testis hæc verba a sancto viro prolata fuisse* more laicali, *seu lingua vulgari, non autem clericali, seu latine.*

d *Jam in Commentario prævio, num.* 103, *de his Erminiis seu Armenis dictum est.*

D

CAPUT VII.

Testimonium FF. Marci et Jacobini.

« Fr. Marcus, natione de Cæsena, prior fratrum *F. Marcus, olim provin-* » heremitarum conventus Ariminensis *a*, juravit *cialis, dicit de* » super præmissis articulis coram examinatore *jejuniis,* » prædicto dicere veritatem quam sciret, et tacere *a* » mendacium, eodem anno et indictione, octavo » idus Novembris, Mantuæ in palatio domini epi- » scopi Mantuæ, præsentibus domino Albizo, cano- » nico Peccioli, et fratre Ruberto de Cremona » heremita dicti ordinis, Vivaldino, filio Graziadei » de Mantua, testibus. » Frater Marcus prædictus, juratus testis, et interrogatus suo juramento dixit, quod ipse testis erat bene quadraginta annorum, et quod fuerat heremita jam sunt triginta anni, et amplius, et quod ipse testis presbyter fuerat jam sunt octodecim anni elapsi, et quod fuit conversatus cum fratre Joanne Bono per septem annos et amplius, intra plures vices standO cum eo, et con- E versando continuo tribus annis, et similiter et plus et minus quandoque in dicto tempore septem annorum; in quibus temporibus fuit ipse testis aliquando prior provincialis, quandoque conventualis dicti ordinis. Interrogatus dictus testis de vita dicti fratris Joannis Boni, dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus omni tempore jejunabat, exceptis diebus Dominicis et tempore infirmitatis. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus utebatur extra quadragesimam modico cibo et potu in minore quantitate satis quam aliquis alius frater, sicut apparebat in vasculis in quibus portabatur ei cibus et potus ad cellam suam, in qua morabatur; et in tempore quadragesimæ erat satis arctioris vitæ in cibo et potu, quia non comedebat tunc dictus frater Joannes Bonus, nisi aliquantulum panis tantum sine aliqua coquina, et in silentio et in singularitate, sicut notum erat sibi testi et omnibus aliis fratribus. Et dixit dictus testis, quod dictus frater Joannes Bonus utebatur tempore infirmitatis parum de carnibus.

310 Item dixit dictus testis quod dictus frater *vestitu, cella, pietate, fide* Joannes Bonus tempore sanitatis suæ erat con- tentus unica cuculla subtili staminea, tam in F hyeme quam in ætate, sub qua deferebat ferabulas lineas, et quemdam pannum de lino vel stuppa sine manicis, propter fluxum sanguinis, quem dicebatur pati, et semper nudis cruribus et pedibus incedebat; ferebat quandoque zipellos ligneos, et utebatur quadam asside pro lecto, nec volebat aliquem medicum tempore infirmitatis suæ, et hæc prædicta dictus testis dixit se vidisse et esse notoria inter fratres. Interrogatus dictus testis de fide fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus habebat cellam suam, in qua morabatur, et in qua erat assiduus, et in vigiliis et orationibus die ac nocte, et in qua habebat crucem Domini nostri Jesu Christi, et tabulam unam, in qua erat depicta imago beatæ Virginis Mariæ et aquam benedictam, et de qua cella audiebat divina officia, quæ fiebant a fratribus in ecclesia, et quotidie tempore sanitatis intrabat ecclesiam, et audiebat missam usque ad finem cum magna devotione, et qualibet die dominica communicabatur Corpore Domini nostri Jesu Christi cum magna reverentia; et ea die, qua communicabatur, de facili non loquebatur alicui fratrum, vel forensium.

Et

A Et frequenter confitebatur, se teste vidente, peccata sua; et ipse testis audivit ipsum quandoque confitentem sibi testi. Et dicebat dictus frater Joannus Bonus fratribus et aliis esse servandam fidem catholicam, sicut observat et tenet sancta Romana ecclesia, et quod nullus salvari poterat nisi in fide catholica, quam servabat et tenebat sancta Romana ecclesia. Et confundebat, et detestabatur, et abominabatur Gazaros, Patarenos, et excommunicatos, et omnes hæreticas pravitates. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta, respondit se audivisse prædicta et vidisse, et esse notoria inter fratres.

aliisque virtutibus B Joannis Boni.

511 Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat multæ charitatis, humilis, planus, suavis, et dulcis, castus, honestus, tractabilis, et affabilis, qui confortabat fratres suos ad virtutes omnes, et perseverantiam, et constantiam; et confortabat mœstos et tribulatos; et confortabat tentatos; et corrigebat et reprehendebat eos, qui non bene se habebant; et verba ædificationis, et non otii erant in ore suo. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, respondit sè audi-

B visse, et prædicta vidisse, et notoria esse fratribus. Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit dictus testis, quod fama sanctitatis dicti fratris Joannis Boni, et opinionis, et favoris, erat ineffabilis, ita quod de multis partibus infinitæ gentes veniebant ad videndum, audiendum, et tangendum ipsum tamquam virum sanctum et justum; et omnes recedentes ab ipso, gaudebant et lætebantur se ipsum vidisse; et odor ipsius famæ et opinionis fuit, et crevit de ipso fratre Joanne Bono usque in finem vitæ suæ; et hodie magis redolebat in memoria hominum, sicut evidenter apparet. Interrogatus quomodo sciret, respondit se vidisse, et quia manifesta sunt et notoria. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus fuit fundator et institutor ordinis heremitarum et quod in ipso egit pœnitentiam quadraginta annis quasi, et quod tempore mortis suæ erat octuaginta annorum, et quod in ipso ordine finivit vitam et quod prædicta testificatus est dictus testis, non rogatus neque doctus, sed quia secundum scientiam suam veritas sic se habet, et quia

C ita notorium est inter fratres.

F. Jacobinus narrat quam parco victu

« 512 Frater Jacobinus, oriundus de Mantua, » heremita dicti ordinis, de conventu Mantuæ, » juravit super præmissis articulis dicere veritatem » quam sciret et tacere mendacium, coram præ» dicto examinatore, eodem anno et indictione, » VII Idus Novembris, Mantuæ in palatio dicti epi» scopi, præsentibus D. Philippo, vicario dicti » D. episcopi, et D. Albizo, canonico Peccioli, et » fratre Joanne Ferrario, heremita dicti ordinis, » testibus. » Frater Jacobinus prædictus juratus testis, super præmissis juramento dixit, quod jam sunt bene quinque anni elapsi quod ipse testis stetit in conventu fratrum heremitarum de Cæsena, ubi frater Joannes Bonus erat, bene per tres menses continuo et amplius, et aliis pluribus vicibus licet minoris temporis spatio. Interrogatus dictus testis de vita fratris Joannis Boni, dixit dictus testis, quod vita fratris Joannis Boni erat pretiosa et sancta, quia omni tempore jejunabat, excepto tempore infirmitatis et diebus dominicis, et extra quadragesimam utebatur unico cibo de conventu fratrum in minori quantitate satis quam aliquis alius frater et modico potu; in tempore autem illius quadragesimæ, in qua dictus testis fuit cum dicto fratre Joanne Bono, dictus frater Joannes Bonus fuit miræ abstinentiæ. Interrogatus dictus testis quomodo miræ, respondit quod dictus frater Joannes Bonus in principio illius quadragesimæ, in tredecim diebus, fuit contentus tribus unciis panis tantum inter omnes tredecim dies et modico potu; in residuo autem tempore illius quadragesimæ utebatur quolibet die una particula panis facta ad modum hostiæ, et parum plus erat quam hostia, usque ad diem Jovis sanctum, sumendo modicum potus qualibet die de conventu fratrum et nihil aliud. In die autem Jovis sancto, fratrum precibus comedit et bibit de cibo et potu conventus, licet parum, et sequentibus duobus diebus duxit vitam similem priori, et prædicto die Jovis sancto, dictus frater Joannes Bonus accepit quasdam particulas panis, quæ remanserant ei de uno pane quo fuerat usus per totam quadragesimam, et misit fratribus; et ipsi comederunt, et dictus testis comedit suam particulam. Tempore autem infirmitatis suæ, abhorrebat medicos et auxilia medicorum, dicens quod Dominus noster Jesus Christus erat suus medicus et sanator.

ex mss.

E

et vili vestitu uteretur B. Joannes Bonus; *quam sincere ipse esset catholicus et alii ut similiter essent, curaret,*

513 Item dixit dictus testis, quod dictus frater Joannes Bonus [utebatur] unica subtili staminea cuculla tantum et die et nocte illo tempore quo fuit cum eo dictus testis; sub qua ferebat ferabulas lineas et quendam pannum lineum, ne cuculla ejus quadam infirmitate quam patiebatur dictus frater Joannes Bonus deturparetur. Et incedebat nudis cruribus et discalciatus pedibus, nisi quod quandoque ferebat zipellos ligneos; et jacebat super unam assidem tantum, et barbam ferebat magnam semper. Interrogatus dictus testis de causa scientiæ, respondit se vidisse prædicta et ea esse notoria et manifesta inter fratres. Interrogatus dictus testis de fide dicti fratris Joannis Boni, respondit quod ipse testis vidit et audivit interdum quando dictus frater Joannes Bonus loquebatur fratribus suis, quibus dicebat quod essent boni homines et quod crederent et servarent et tenerent fidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ sicut ipsa credit et tenet, et respuebat et confundebat omnes hæreticos, Gazaros, Patarenos, et excommunicatos, et vicarios et nuncios Frederici quondam imperatoris missos Cæsenam, publice et manifeste. Et in cella sua habebat crucem et tabulam, in qua erat depicta imago beatæ Virginis Mariæ, quas adorabat, et

F aquam benedictam; et qualibet die audiebat missam usque ad finem cum magna devotione et reverentia, et qualibet die dominico communicabatur Corpore Domini nostri Jesu Christi cum magna devotione, reverentia, et cum multa lacrimarum effusione; et ea die qua communicabatur dictus frater Joannes Bonus, non loquebatur alicui fratrum licet forensium, nisi maxima necessitas immineret. Interrogatus dictus testis quomodo sciret prædicta, dixit se vidisse et audisse et ea esse notoria inter fratres.

quam frequens esset in usu sacramentorum et quantum virtutes christianas coleret;

514 Et dixit dictus testis, quod dictus frater Joannes Bonus frequenter confitebatur peccata sua uni de sacerdotibus fratrum, qui sibi primus occurrebat cum confiteri volebat. Interrogatus dictus testis de conversatione dicti fratris Joannis Boni, respondit quod dictus frater Joannes Bonus erat planus, humilis, quietus, pacificus, castus, continens, abstinens, honestus, benignus, et lætus, et confortabat fratres suos et omnes qui loquebantur cum eo ad virtutes, ad patientiam, humilitatem, benignitatem, castitatem, et paupertatem, et perseverantiam, et ad alia bona, et reprehendebat fratres suos qui non gerebant bonam vitam, et alios qui non faciebant quæ debebant facere, et

semper

EX MSS. semper verba Dei et ædificationis erant in ore suo. Interrogatus quomodo sciret prædicta dictus testis, respondit se audisse et vidisse et interfuisse, sicut dictum est, et ea esse notoria inter fratres.

Quantaque esset fama ejus sanctæ vitæ. 315 Interrogatus dictus testis de fama dicti fratris Joannis Boni, respondit quod bonæ, et sanctissimæ famæ et opinionis erat apud omnes, et infiniti veniebant ad videndum audiendum et tangendum ipsum, et venerabantur ipsum tanquam virum justum et sanctum, et recedentes lætabantur et gloriabantur multum se vidisse eum; et talis fama et talis opinio fuit et crevit usque in finem vitæ suæ, sicut hodie evidenter apparet. Interrogatus quomodo sciret prædicta, respondit se ea vidisse et ea esse notoria et manifesta fratribus suis et aliis gentibus circumstantis provinciæ. Et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus erat octoginta annorum tempore mortis suæ et quod quadraginta annis fecerat pœnitentiam in ordine heremitarum, et in illo finivit vitam suam, receptis omnibus ecclesiasticis sacramentis, ipso teste vidente, ut dixit; et quod prædicta testificatus est non doctus, nec rogatus, sed quia ita vidit, et audivit, et novit esse rei veritatem, et quod hæc
B omnia notoria sunt inter fratres.

Expliciunt testes de vita, fide, conversatione et fama dicti fratris.

ANNOTATUM.

a *De conventu Ariminensi cfr Commentarius prævius, num.* 125.

PARS QUINTA.

Processus Mantuanus anni 1253 continuatur. De fama sanctæ vitæ et miraculorum B. Joannis *a*.

CAPUT I.

Audiuntur testes quinque super fama beati et concursu ad ejus tumulum.

C

De qua re sit agendum in hac parte; excipitur quidam testis.

« Sequuntur testimonia clericorum et laicorum *b*. Articuli de fama publica sanctæ conversationis et vitæ recolendæ memoriæ fratris Joannis Boni, fundatoris et institutoris ordinis et regulæ *c* heremitarum, et miraculorum quæ Deus ipsius meritis dicitur fecisse in vita et morte, et post mortem dicti fratris, anno Domini millesimo ducententesimo quinquagesimo tertio, indictione undecima, septimo idus Novembris. Dondedeus de Ammiratis, civis Mantuæ, juravit super præmissis articulis coram examinatore prædicto *d* dicere viritatem quam sciret et tacere mendacium eodem anno et indictione, septimo idus Novembris, Mantuæ in palatio dicti D. episcopi Mantuæ, præsentibus D. Albizo canonico plebis de Pecciolo, Vulturanæ diœcesis, et Benvenuto canonico S. Hilarii, Parmensis diœcesis *e* et fratre Joanne Ferrario, heremita dicti ordinis, de conventu Mantuæ, testibus *f*. »

317 Dondedeus prædictus, juratus testis super præmissis, et sub suo juramento interrogatus, dixit quod ipse testis erat bene quinquaginta annorum et plurium, et quod ipse testis erat laicus; et dixit dictus testis quod dictus frater Joannes Bonus a clericis, laicis, masculis et feminis de Mantua et de partibus circumstantibus, et de Cæsena, universaliter et communiter habebatur et fuit habitus, tempore vitæ suæ et tempore mortis suæ, sanctus et justus, et quod Deus miracula magna et multa faciebat per ipsum, et quod fama publica sanctitatis et justitiæ erant de ipso in dictis terris et in earum viciniis. Interrogatus quomodo sciret, dixit se vidisse dictum fratrem Joannem Bonum communiter a dictis gentibus haberi et teneri sanctum et justum; et quod Deus miracula multa et magna faciebat per ipsum; et vidit gentes multas venire de dictis locis ad dictum fratrem Joannem Bonum, et maxime tempore mortis suæ cum cereis magnis et multis, sicut hodie apparet *g*, et de prædictis dixit esse famam publicam in dictis locis. Interrogatus quid esset fama publica, respondit quod illud [quod] communiter gentes dicunt; et quod prædicta testificatus est non doctus neque rogatus, sed quia ita vidit, et videt, et scit ita esse, quæ testificatus est.

D *Testificatio Dondedei de fama beati.* *g* E

Introducuntur testes. 318 « Presbyter Bartholomæus, canonicus plebis » de Rivalta *h*, et Jerat ordinis Humiliatorum *i*, et » Bonaventura, quondam D. Ricoboni, civis Man» tuæ, juraverunt super præmissis dicere verita» tem quam scirent et tacere mendacium, coram » dicto examinatore, Mantuæ in palatio D. episcopi » Mantuani eodem anno et indictione, VI idus » Novembris, præsentibus D. Philippo, vicario dicti » D. episcopi Mantuæ, et D. Albizo, canonico de » Pecciolo, et fratre Ventura, heremita dicti ordi» nis, testibus. Item eodem anno indictione et die » domina Rosa, olim relicta Odibellonis, domina » Bonjuga, uxor Joannis Boni, et D. Concordia » filia quondam Alberti, cives Mantuani, juraverunt » super præmissis, coram examinatore prædicto, » dicere veritatem quam scirent, et tacere men» dacium, præsentibus dicto D. Albizo, et Tebaldo » siniscalco *k* dicti D. episcopi, et fratre Ventura » prædicto, testibus. Item Benvenutus, quondam » Villani de Boccaciis, civis Mantuanus, juravit » super præmissis dicere veritatem quam sciret et » tacere mendacium, coram prædicto examinatore » eodem anno, indictione, die et loco, præsentibus F » fratre Lanfranco, priore generali ejusdem ordi» nis, et fratre Guidone, canevario *l* dicti D. epi» scopi, et prædicto D. Albizo, testibus. »

h *i* *k* *l*

Testificatio Bartholomæi, presbyteri, 319 Presbyter Bartholomæus prædictus, juratus testis, et interrogatus suo juramento, dixit quod dictus frater Joannes Bonus erat homo sanctus et justus, et tempore vitæ suæ habitavit Mantuæ et Cæsenæ et in circumstantibus locis, et quod Deus faciebat multa et magna miracula per ipsum in vita et in morte. Interrogatus quomodo sciret prædicta, respondit quod ipse testis ivit Cæsenam *m* propter famam publicam sanctitatis ejus ad videndum eum, quia multæ aliæ gentes ibant ad eum propter dictam famam; et audivit dici publice ibi quod sanctus erat, et quod Deus faciebat multa miracula pro eo. Interrogatus quanto tempore fuit dicta fama de dicto fratre Joanne Bono ante mortem ipsius, respondit, ut recordabatur ipse testis, per septem annos et amplius. Interrogatus si dicta fama duravit usque in finem vitæ suæ, respondit quod sic, et etiam post mortem, et durat hodie. Et dixit dictus testis quod tempore mortis dicti fratris Joannis Boni, gentes Mantuæ ibant et de partibus

m

A partibus circumstantibus catervatim cum magnis cereis et luminibus multis et magnis, et pane et
n vino *n* ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus ejus, propter publicam famam sanctitatis ejus et miraculorum quæ Deus faciebat pro ipso. Interrogatus dictus testis quid esset fama publica, respondit quod illud est [quod] communiter dicitur a gentibus. Interrogatus cujus ætatis esset dictus testis, respondit quod quinquaginta annorum, et quod prædicta testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit esse et est.

fr. Jerat, Humiliati, 320 Frater Jerat, prædictus testis, interrogatus suo juramento si fama publica fuit et est Cæsenæ et Mantuæ et in circumstantibus locis quod frater Joannes Bonus erat vir sanctæ vitæ, et quod Deus miracula fecit per ipsum in vita, in morte, et post mortem suam, respondit quod sic. Interrogatus quomodo sciret, respondit se audivisse et audire Mantuæ publice dici a gentibus, quod erat sanctus homo, et sanctæ vitæ, et quod Deus in vita et in morte sua multa, ipsius precibus et meritis, fecit miracula, et ipse testis propter famam publicam sanctitatis ejus ivit Cæsenam ad videndum ipsum, et vidit alias gentes ire ad dictum fratrem, et quod
B publice dicebatur Cæsenæ, quod sanctus erat et justus, et quod Dominus faciebat miracula per ipsum. Et dixit dictus testis quod tempore mortis dicti fratris Joannis Boni et post mortem vidit clericos et laicos, masculos et fœminas, magnos et parvos, ire ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus ejus, et videbantur omnes gentes de Mantua et de circumstantibus locis cum mirabilibus tor-
o quibus candelarum et cereis *o* laudantes et glorificantes Deum; et non poterat dicere dictus testis quanta erat laus et gloria gentium. Interrogatus dictus testis quid esse fama publica, dixit, illud quod communiter dicunt gentes. Interrogatus quanto tempore fuisset dicta fama de sanctitate dicti viri et de miraculis quæ Deus faciebat per ipsum ante mortem ipsius fratris Joannis Boni, respondit quod per septem annos, et amplius. Interrogatus dictus testis si dicta fama duravit et crevit usque in finem dicti fratris, respondit quod sic, et durat hodie, sicut evidenter apparet. Et dixit dictus testis interrogatus quod erat ætatis viginti sex annorum, ut credebat, et quod prædicta testificatus est dictus testis non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit
C et audivit, et ita notorium est quasi omnibus.

Bonajunctæ, 321 Bonajuncta prædictus, juratus testis super præmissis, et suo juramento interrogatus si fama publica fuit et est Cæsenæ et Mantuæ et in circumstantibus locis, quod frater Joannes Bonus esset vir sanctæ vitæ, et quod Deus miracula fecisset per ipsum in vita et in morte sua, respondit quod sic. Interrogatus quomodo sciret, respondit quod ipse testis non posset nec sciret sufficienter exprimere quomodo omnes gentes de Mantua et de partibus circumstantibus habebant ipsum virum sanctissimum, et dicebant et dicunt omnes gentes Mantuæ quod vir sanctissimus fuit, et quod Deus per ipsum miracula fecit in vita et in morte sua, multa et magna; et dixit dictus testis quod propter famam publicam sanctitatis dicti fratris ipse testis ivit Cæsenam, et multæ aliæ gentes iverunt et ibant ad videndum, audiendum et tangendum dictum fratrem, propter miracula et mirabilia quæ Deus precibus dicti fratris dicebatur operari, et vidit et audivit publice dici Cæsenæ virum sanctum et justum. Interrogatus dictus testis quanto tempore dicta fama publica fuit de dicto fratre Joanne Bono ante mortem ejus, dixit quod per septem annos et amplius. Interrogatus dictus testis, si dicta fama duravit de dicto fratre usque in finem vitæ suæ, EX MSS.
respondit quod in tantum duravit et crevit quod in morte dicti fratris Joannis Boni totum commune *p* Mantuæ ibat et ivit ita honorifice ad *p*
ecclesiam S. Agnetis, ubi erat et est corpus ejus, et masculi et feminæ, magni et parvi, cum cereis et luminaribus multis et magnis, et cum tanta gloria et honore, quod ipse testis dicere non poterat, et quod nec potestas Mantuæ, nec aliquis nisi Deus facere posset gentes Mantuæ ad tantam reverentiam commovere *q* ad quantam propter publi- *q*
cam famam sanctitatis dicti viri et miraculorum ejus gentes Mantuæ tunc temporis sunt commotæ, sicut hodie evidenter apparet. Interrogatus dictus testis quid esset fama publica, respondit quod illud quod communiter gentes dicunt et tenent. Et dixit ipse testis quod erat viginti quatuor annorum, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit et novit rei veritatem esse.

322 Domina Rosa prædicta, jurata testis, et *et Rosæ,*
interrogata suo juramento, si fama publica fuit et est Mantuæ et Cæsenæ et locis circumstantibus quod frater Joannes Bonus fuisset vir sanctus et justus in vita sua, et quod Deus fecisset miracula E
per ipsum in vita et in morte et post mortem suam, respondit quod sic. Interrogata quomodo sciret, respondit se insufficientem esse ad exprimendum quomodo gentes Cæsenæ et Mantuæ et de aliis locis circumstantibus habebant dictum fratrem Joannem Bonum virum sanctum et justum, et quomodo fama sanctitatis ejus, et bonæ opinionis in dictis locis erat magna et ineffabilis, et quod Deus ipsius precibus et meritis multa mirabilia et magna faciebat et fecit in vita et in morte sua.

323 Et dixit dicta testis quod ipsa ivit Cæsenam *de fama beati*
ad videndum, audiendum et tangendum ipsum *et concursu ad*
propter publicam famam sanctitatis ipsius; et vidit *ejus tumulum.*
multas gentes ire, etiam de remotis partibus, ad dictum fratrem; et dixit dicta testis quod audivit dici Cæsenæ ab omnibus gentibus publice quod dictus frater Joannes Bonus erat sanctus homo et justus et quod Deus ipsius precibus multa miracula faciebat et fecerat. Interrogata quanto tempore fuit dicta fama publica de dicto fratre ante mortem ipsius, respondit quod bene per quatuordecim annos *r*, et amplius. Interrogata dicta testis si *r*
dicta fama duravit et crevit usque in finem dicti fratris Joannis Boni, respondit quod sic, ita quod F
quasi omnes homines et mulieres, magni et parvi, ibant ad ecclesiam S. Agnetis, ubi erat et est corpus ejus, post mortem dicti fratris Joannis Boni et in morte, cum multis cereis et aliis luminaribus, et multis aliis variis oblationibus, et cum multa reverentia et devotione, et hodie vadunt, sicut satis manifeste apparet *s*. Interrogata dicta testis quid *s*
esset fama publica, respondit quod illud quod dicitur et creditur communiter a gentibus. Interrogata dicta testis cujus esset ætatis, dixit quod bene quinquaginta annorum; et dixit dicta testis quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia firmiter rei veritas sic se habet.

ANNOTATA.

a *In hac parte quinta agitur de sola fama sanctitatis et miraculorum beati.*

b *Significatur his verbis testes in hac parte non esse amplius ex ordine eremitarum, ut in parte præcedenti.*

c *Dicitur hic beatus institutor* regulæ heremitarum, *id est, auctor constitutionum et consuetudinum secundum quas vivebant. Cfr pag.* 816 *annot.* i.

d Coram

EX MSS.

d Coram examinatore prædicto, *id est, ut dicitur num.* 168, coram magistro Michaële, examinatore a summo pontifice deputato. *Cfr pag.* 769 *num.* 4.

e Benvenutus, canonicus S. Hilarii, Parmensis diœcesis. *In* Brevi notitia abbatiarum Italiæ, *auctore Lubin, non prodit præpositura canonicorum hujus nominis; sed in tabulis geographicis, leucis circiter tribus ultra Parmam, versus meridiem, reperio pagum dictum* S. Hilario de Baganza, *sic nuncupatum a vicino fluvio Baganza; quem verisimile est rexisse hunc canonicum.*

f *Quodnam fuerit horum testium munus, vide supra pag.* 770 *num.* 7.

g Sicut hodie apparet. *Patet hos cereos circa tumulum, ad ejus ornatum, fuisse relictos.*

h Rivalta, *ad partem septemtrionalem Lacus Superioris et ad Mincium fluvium.*

i Ordinis Humiliatorum. *Notum est inchoatum hunc esse Mediolani sæculo* XII *a quibusdam nobilibus viris, qui relictis uxoribus suis, votis se obstrinxerunt. Floruerunt diu, sed ineunte sæculo* XVI *reformatione indigebant, cui strenue sed frustra adlaboravit S. Carolus Borromæus; et demum a S. Pio V suppressi sunt. Eorum historiam prose-*
B *quitur Tiraboschius noster in dissertationibus quas monumentis Humiliatorum præfixit* (1).

k Siniscalcus D. episcopi. *Senescalco incumbebat cura domus, plerumque etiam rei familiaris administratio; in solemnioribus etiam domino ad mensam ministrabat : sed hæc pro temporibus et regionibus varia fuere.*

l Canevarius D. episcopi. *Canevarius idem est ac custos* canevæ, *qua voce Itali olim designabant cellam penuariam et vinariam.*

m Ivit Cæsenam. *Habitabat autem in pago seu plebe* Rivalta, *ad septemtrionem Mantuæ; ex quo apparet ex locis valde distantibus* propter famam publicam sanctitatis *beati, ut hic Bartholomæus loquitur, fideles Cæsenam ivisse.*

n Cum pane et vino, *beati et ejus conventui offerendis.*

o Videbantur omnes gentes de Mantua et circumstantibus locis cum mirabilibus torquibus candelarum et cereis. *Dicitur infra num.* 521 totum commune Mantuæ *ivisse ad tumulum beati, et alio loco, num.* 523 : Quasi omnes homines et mulieres, magni et parvi, ibant ad ecclesiam S. Agnetis. *Similia habentur num.* 522, 524 *etc. Quod vero ad-*
C *ditur his aliisque locis, eos ivisse cum cereis et luminaribus multis, non potest intelligi de sola illa die, qua pueri Mantuani parochiæ S. Nicolai beati tumulum cum quodam candelabro, ingenti cereo et multis candelis instructo, adiverunt. Cfr Comment. num.* 74. *Contingebant scilicet ista frequenter ab obitu beati ad tempus quo hi processus instruebantur et deinceps.*

p *De Communibus Longobardiæ consulendum recentissimum et eruditum opus D. De Haulleville* (2).

q *Redit hic sponte sua in mentem quædam prophetia beati, qua gloriam sibi post obitum obventuram prædicit. Supra pag.* 783, *num.* 45.

r Per quatuordecim annos; *id est, tot annis ante mortem beati, Mantuæ vivens, audiverat de sanctitate et miraculis ejus, quum habitaret procul inde, Cæsenæ in Romandiola.*

s Hodie vadunt, sicut satis manifeste apparet. *Idem alii testes affirmant : ex quo manifestum est non in sola elevatione corporis, mense Maji anni* 1251, *magnum fuisse concursum ad tumulum beati. Dicebantur enim hæc pro testimonio die* 8 *Novembris anni* 1253.

(1) Vetera Humiliatorum monumenta, Mediolani 1768. Tomi tres.—(2) Hist. des comm. lombardes, t. I et II, Gand 1838.

D

CAPUT II.

Audiuntur testes alii novem super iisdem.

Testes de fama beati et concursu ad ejus tum'um : Bonjuga.

Domina Bonjuga prædicta, jurata testis, et interrogata suo juramento si fama publica fuit et est Mantuæ et Cæsenæ, et in locis circumstantibus, quod frater Joannes Bonus fuisset vir sanctus et justus in vita sua, et quod Deus fecisset multa miracula per ipsum in vita et morte et post mortem dicti fratris Joannis Boni, respondit quod sic. Interrogata quomodo sciret, respondit quod ipsa testis ivit Cæsenam ad videndum et tangendum et audiendum ipsum, et quod multæ gentes de locis vicinis veniebant cum multa devotione eodem modo ad eum, et quod tanta erat bona fama ipsius et opinio apud omnes gentes maxime Cæsenæ et Mantuæ, quod ipsa testis nullo modo nec ore nec corde poterat exprimere. Interrogata quanto tem- E
pore fuit dicta fama publica de dicto fratre Joanne Bono ante mortem ejus, respondit quod per quatuordecim annos, ut dixit se firmiter credere. Et dixit dicta testis, quod prædicta fama et opinio dicti fratris Joannis Boni duravit et crevit usque in finem vitæ suæ, ita quod in morte dicti fratris Joannis Boni omnes homines, scilicet clerici et laici, mares et feminæ, magni et parvi, iverunt cum magna devotione et reverentia ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus ejus, et cum multis cereis et luminaribus aliis multis, et fuit tanta multitudo gentium euntium, et tantus concursus propter publicam famam dicti fratris, quod ipsa nullo modo dicere posset. Interrogata dicta testis quid esset fama publica, respondit quod illud quod gentes omnes dicunt et credunt. Interrogata dicta testis cujus ætatis esset ipsa testis, respondit se quinquaginta annorum esse, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ipsa sic vidit et audivit et est rei veritas.

Concordia,

523 Domina Concordia prædicta, jurata testis, et interrogata suo juramento si fama publica fuit et est Mantuæ et Cæsenæ et locis circumstantibus F
quod frater Joannes Bonus fuisset vir sanctus et justus in vita sua, et quod Deus multa et magna miracula fecisset per ipsum in vita et in morte sua et post mortem, respondit quod sic. Interrogata quomodo sciret, respondit quod propter famam quam longo tempore audiverat de dicto fratre Joanne Bono ipsa ivit Cæsenam ad videndum eum, et vidit multas alias gentes de circumstantibus locis ire ad eum, et quod Mantuæ et Cæsenæ publice dicebatur et habebatur homo Dei, et sanctus et justus, et ineffabilis opinionis. Interrogata dicta testis quid esset fama publica, respondit quod illud quod communiter creditur et dicunt gentes. Interrogata dicta testis, si dicta fama duravit et crevit usque ad finem vitæ dicti fratris Joannis Boni, respondit quod sic, adeo quod in morte dicti fratris Joannis Boni et post mortem *a* ipsius ita omnes *a*
gentes indifferenter concurrerunt cum luminibus et cereis maximis, sicut hodie evidenter apparet, ad ecclesiam B. Agnetis, ubi est et erat corpus ejus, quod nullo modo dici posset. Interrogata dicta

A testis quanto tempore fuit dicta fama de dicto fratre ante mortem ipsius, respondit quod per septem annos et amplius; et dixit dicta testis se esse ætatis quinquaginta annorum et quod prædicta testificata est dicta testis non rogata neque docta, sed quia ita firmiter novit esse.

Benvenutus. 526 Benvenutus prædictus, juratus testis, et interrogatus suo juramento dixit, quod ipse audivit et vidit olim Mantuæ et Cæsenæ et nunc publice dici et communiter ab omnibus gentibus, publicam famam esse, quod frater Joannes Bonus erat sanctæ vitæ et sanctæ conversationis, et quod Deus in vita et in morte et post mortem dicti fratris Joannis Boni multa et magna miracula fecit et faciebat, et quod ipse testis propter publicam famam sanctitatis ipsius jam sunt duodecim anni ivit bis de Mantua usque Cæsenam et vidit alias multas gentes ire ad videndum dictum fratrem tamquam virum sanctum et hominem justum et multum desideratum. Et dixit dictus testis, quod tempore mortis dicti fratris Joannis Boni gentes Mantuæ cum luminibus et cereis concurrerunt ita ad ecclesiam S. Agnetis, ubi erat corpus dicti fratris et est, quod ipse testis nullo modo dicere posset. Interrogatus

B dictus testis quanto tempore fuit talis fama et opinio de dicto fratre ante mortem ipsius fratris, respondit quod bene per quatuordecim annos et amplius *b*, et duravit et crevit dicta fama de dicto fratre usque in præsentem diem, sicut satis manifeste apparet. Interrogatus dictus testis quid esset fama publica, dixit quod illud quod communiter gentes dicunt. Et dixit ipse testis se testem esse ætatis triginta annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non doctus neque rogatus, sed quia ita vidit et audivit, et videt et audit, et novit ita rei veritatem esse.

b

Introducuntur novi testes de fama beati et concursu ad tumulum :

c d e

527 « Domina Ungara, olim relicta de Ficaroli, » de Pultronis *c*, civis Mantuæ de ora S. Leonardi *d*, » et Domina Rosonese, uxor D. Zanelli, civis » Mantuæ, quæ moratur in burgo Beccariorum *e*, » juraverunt super præmissis dicere veritatem » quam scirent et tacere mendacium, coram dicto » examinatore, Mantuæ in palatio dicti D. episcopi, » eodem anno et indictione, IV idus Novembris, » præsentibus fratre Joannino heremita dicti ordi- » nis, et dicto D. Albizo, et Vivaldino, filio Gra- » ziadei Mantuani, testibus. » Domina Ungara

C prædicta, jurata testis et interrogata sub juramento dixit, quod occasione cujusdam suæ magnæ infirmitatis, audito de fama dicti fratris Joannis Boni, de Mantua ivit Cæsenam cum multis aliis gentibus ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum quem dixit se vidisse, et liberatam fuisse statim ab infirmitate quam patiebatur. Et dixit dicta testis quod vidit ire ad eum gentes infinitas de multis partibus, et quod fama publica est et erat Cæsenæ et Mantuæ quod dictus frater Joannes Bonus vir multæ sanctitatis erat, et quod Deus multa et magna miracula fecit et faciebat per ipsum in vita, morte et post mortem dicti fratris Joannis Boni; et prædicta fama fuit de dicto fratre et crevit de illo per duodecim annos ante mortem dicti fratris Joannis Boni, et duravit usque in finem vitæ dicti fratris et durat hodie. Et dixit dicta testis quod tempore mortis dicti fratris vidit cum cereis et luminibus multis tantam gentem ire, et cum tanta devotione et tanto gaudio ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, quod non posset hoc ore exprimere. Et dixit dicta testis interrogata quod publicum est, quod gentes omnes credunt; et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit ut dictum est. Et dixit dicta testis se esse triginta annorum et amplius.

EX MSS.

Rosonese. 528 Domina Rosonese prædicta testis interrogata super præmissis, dixit, quod ipsa erat multum puella, et dicta mater sua duxit eam Cæsenam ad fratrem Joannem Bonum, et vidit multas alias gentes ire ad ipsum, et magna fama erat de ipso tanquam de viro sancto et justo; et dixit quod tempore mortis dicti fratris vidit omnes gentes cum cereis ire ad sepulcrum dicti fratris, et ipsa testis ivit; et dixit quod prædicta testificata est non docta neque rogata, sed quæ dixit notoria sunt multis.

Introducuntur novi testes super iisdem

529 « Dominus Vivianus, frater pœnitentiarius, » quondam Caresalasciarii, de Letebonano, Regien- » sis diœcesis, domina Maria Bella, olim relicta » Bonacursi, de ora de Pultronis, et Domina Maria, » quondam Zaniboni, de ora S. Mariæ de caritate *f*, *f*

» et Domina Humilitate, quondam Alberti, de ora » S. Stephani *g*, et Domina Alda, olim relicta Bo- *g*

» naventuræ de Corvis, de ora S. Petri *h*, juraverunt *h*

» super præmissis dicere veritatem quam scirent » et tacere mendacium coram examinatore præ- » dicto, eo die, anno et indictione, III idus Novem- » bris, Mantuæ in dicto palatio D. episcopi, coram » Benvenuto canonico S. Hilarii, Parmensis diœ- » cesis, et D. Albizo canonico prædicto, et fratre E

» Guidone, canevario dicti D. episcopi, testibus. »

et audiuntur : Vivianus. 530 Dominus Vivianus prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento dixit, quod ipse testis cum pluribus aliis gentibus, propter publicam famam sanctitatis ejusdem fratris Joannis Boni, ivit Cæsenam ad videndum dictum fratrem; et dixit quod erat publica fama Cæsenæ et Mantuæ et aliis locis vicinis, quod Deus multa et magna miracula fecit in vita et in morte et post mortem ipsius fratris, precibus ipsius; et ipse testis dixit se vidisse de miraculis per ipsum factis, et ista fama fuit de dicto fratre ante mortem ipsius fratris, ut recordabatur ipse testis, per viginti octo annos. Et dixit ipse quod illud quod fecerant gentes Mantuæ in morte dicti fratris cum cereis et aliis luminaribus, ipso teste præsente, ipse testis non posset dicere, et quanta et qualiter est hodie per Lombardiam et Romandiolam fama publica multæ sanctitatis dicti fratris. Interrogatus quid esset fama publica, dixit, quod communiter dicitur et creditur a gentibus, et dixit quod ipse testis erat quinquaginta annorum et fuit frater pœnitentiæ et charitatis *i* jam per octodecim annos, et quod prædicta *i*

F testificatus est dictus testis non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et ita est, ut communiter creditur.

Humilitate. 531 Domina Humilitate prædicta, jurata dixit quod ivit Cæsenam propter publicam famam dicti fratris et vidit dictum fratrem Cæsenæ et Mantuæ haberi sanctum et justum, et quod dicebatur ab omnibus quod Deus faciebat multa miracula pro eo, et ita hodie dicitur et creditur. Interrogata dicta testis quid esset fama publica, dixit quod illud quod omnes gentes dicunt et credunt; et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et dicitur, et multa alia, quæ ipsa testis dicere non posset, tamen manifesta sunt.

Maria. 532 Domina Maria prædicta, jurata testis et interrogata dixit, quod propter publicam famam quæ erat de dicto fratre Joanne Bono, ipsa cum multis aliis gentibus ivit Cæsenam, et vidit dictum fratrem Joannem Bonum, et fama publica erat et est, quod Deus faciebat multa miracula per ipsum, et ipsa vidit de miraculis suis multis et magnis. Et habetur hodie sanctissimus apud Deum; et dixit dicta testis quod ipsa testis erat quadraginta annorum,

EX MSS.

rum, et quod prædicta testificata est ex eo tantum quod ita vidit esse.

et Mariabella. Attestationes de auctoritate apographi primarii horum processuum.

333 Domina Mariabella prædicta, jurata testis et interrogata dixit quod in vita dicti fratris stetit Cæsenæ et vidit dictum fratrem Joannem Bonum haberi et teneri sanctum et justum, et quod Deus multa et magna miracula faciebat per ipsum, et ipsa testis vidit de suis miraculis pluries, et talis est fama publica de eo per totam provinciam quod vix dici posset. Et dixit interrogata quod fama publica erat illud quod omnes gentes dicunt et credunt; et dixit interrogata quod ipsa testis est quinquaginta annorum, et quod prædicta testificata est non docta, sed quia ita vidit et audivit esse.

« Concordat cum suo originali existente in archivio serenissimi D. N. ducis Mantuæ et Mon-
» tisferrati in colto *k* rerum pertinentiarum ad
» animam. In quorum fidem etc. Idibus Jan. MDCXLI.
» Ego Hippolytus Castellus jur. cons. et eques,
» ipsi archivo ducali præfectus, ejusdemque sere-
» nissimi D. a secretis confinium subscripsi.
» Supradictum D. Hippolytum Castellum archi-
» vii ducalis præfectum esse talem qualem se
» asserit illiusque attestationibus hic plenam adhi-
» beri fidem et merito ubique locorum adhiben-
» dam esse attestor ego infra scriptus ejusdem
» serenissimi D. ducis Mantuæ et Montisferrati
» primus cancellarius. Ex ducali cancellaria Man-
» tuæ die XX Januarii MDCXLI. Julius Tomasinus
» cancellarius subscripsi. »

(L. S.)

ANNOTATA.

a In morte... et post mortem ipsius. *Ex testimoniis hujus partis processuum liquido constat 1° statim ab obitu beati concursum ad ejus tumulum incepisse, et anno* 1231, *occasione elevati corporis, fuisse solum renovatum et auctum; ac nullatenus dici posse non fuisse inchoatum nisi illo anno. Cfr supra p.* 834 *annot.* o *et p.* 835 *n.* 323. *Quod ex aliis partibus processuum non adeo elucescit. Atque inde confirmatur quod in Comment. dictum est num.* 171, *causam ob quam corpus* B. Joannis *terræ mandatum fuerit altero die ab obitu, fuisse nimium fidelium concursum. 2° Constat etiam ex hac quinta parte, famam sanctitatis beati Mantuæ increbuisse multis annis ante ejus mortem; et Mantuanos multos Cæsenam ivisse, ejus invisendi gratia, licet Mantuam inter et Cæsenam numerentur leucæ circiter* 35.

b Fama... ante mortem... bene per quatuordecim annos. *Quod hic affirmat Benvenutus, filius Villani de Boccaciis, affirmavit superius num.* 322 *domina Rosa; et ambo erant cives Mantuani : alii tamen dicunt se ab annis* septem et amplius *audivisse de* B. Joanne. *Denique Vivianus,* frater pœnitentiæ et caritatis (*id est, pertinens ad aliquam congregationem tertiariorum, et ut verisimile est ad congregationem testiariorum ipsius* B. Joannis) *oriundus de Letebonano, Regiensis diœcesis, dicit famam beati, ante ejus mortem increbuisse,* ut recordabatur, per viginti octo annos. *Supra num.* 330.

c De Pultronis, *seu, ut dicitur num.* 329, de ora de Pultronis, *civitatis Mantuæ.*

d De ora S. Leonardi, *id est, de ea parte Mantuæ in qua sita est ecclesia S. Leonardi. Partes Mantuæ pleræque, sive* oræ, *ut patet ex processu, nuncupabantur a sua ecclesia parœchiali aut præcipua. Exstat etiamnum ecclesia S. Leonardi, quæ olim parochialis fuit, sed nunc pertinet ad parochiam SS. Gervasii et Protasii.*

e In burgo Boccariorum. *In elencho parœciarum diœcesis Mantuanæ, districtu sexto, cujus caput* Castellum Gaufridi, *occurrit parœcia* Boccherre; *verum crediderim hic potius significari aliquod suburbium Mantuæ.*

f Ora S. Mariæ de caritate. *Ecclesia hujus nominis etiamnum parochialis est.*

g De ora S. Stephani, *ubi fuit olim ecclesia parochialis ejus nominis, dicta postmodum S. Teresiæ, dum ea utebantur Virgines Carmelitanæ; quæ post earum suppressionem extremo sæculo præcedenti diruta est.*

h De ora S. Petri, *id est, de parochia ecclesiæ cathedralis, titulo S. Petri.*

i *Cfr supra annot.* b.

k Colto, *ex voce italica* cogliere, *id est,* colligere; *significat aliquam collectionem rerum.*

PARS SEXTA.

Miracula post mortem ultimo recepta *a*.

CAPUT I.

Liberatur Ottobellus a cæcitate.

Introductio testium.

« Miracula quæ Deus meritis recolendæ me-
» moriæ fratris Joannis Boni dignatus est operari.
» Domina Alberta, uxor Bonacursi, della Rotta
» delle femine, Mantuanæ diœcesis, et Jemma,
» quondam Joannis, de Cherecaschi, ejusdem
» diœcesis, juraverunt super prædictis dicere ve-
» ritatem quam scirent et tacere mendacium coram
» prædicto examinatore, eodem anno, indictione
» et loco, VI idus Novembris, præsentibus fratre
» Guidone, canevario D. episcopi Mantuæ, et
» D. Albizo canonico Peccioli, Vulturanæ diœce-
» sis, fratre Jacobino, heremita dicti ordinis, testi-
» bus. Item D. Bartholomæus, filius D. Bonaven-
» turæ, civis Mantuæ, juravit de præmissis dicere
» veritatem, quam sciret et tacere mendacium,
» coram examinatore, eodem anno, indictione et
» loco, quinto idus Novembris, præsentibus ma-
» gistro Oddone, rectore ecclesiæ de Cippata, et
» prædicto D. Albizo canonico, et fratre Bonaven-
» tura, heremita dicti ordinis, testibus. Item
» Joannes, quondam Bernardi, de Castellucchio *b*,
» Mantuanæ diœcesis, juravit super præmissis
» dicere veritatem quam sciret et tacere menda-
» cium, coram examinatore prædicto, eodem anno,
» indictione et loco, IV idus Novembris, præsenti-
» bus D. Philippo, vicario dicti D. episcopi, et dicto
» D. Albizo, et fratre Joannino, heremita dicti
» ordinis, testibus. Item D. Orenda, quondam
» D. Alberti, de Bagnolo *c*, Mantuanæ diœcesis et
» domina Orivans, filia D. Bonaventuræ, de Man-
» tua, juraverunt super præmissis dicere verita-
» tem quam scirent et tacere mendacium coram
» prædicto examinatore, eodem anno, indictione
» et loco et die, præsentibus D. Semprebono,
» notario de Feragutis de Mantua, et fratre Ven-
» tura, heremita dicti ordinis, et Joannino, quon-
dam

A » dam Bernardi, de Castellucchio, et dicto canonico » Albizo, testibus. »

Testificatio Albertæ de filio et Octobello liberato a cæcitate;

555 [Miraculum primum.] Domina Alberta, uxor Bonacursi prædicti, jurata et interrogata, dixit sub suo juramento quod transacto festo Nativitatis proxime venturo erant duo anni completi quod ipsa habebat filium suum parvum quasi quatuor annorum, nomine Octobellum, qui steterat septem septimanis et amplius quod non viderat lumen aliquo modo; quæ Alberta mater dicti Octobelli cum audisset de fama dicti fratris jam longo tempore, et quædam mulier matertera dictæ Albertæ, nomine domina Orenda, consuluisset ei quod voveret dictum Octobellum filium suum dicto fratri Joanni Bono, vovit dictum filium suum Octobellum dicto fratri Joanni Bono, dicens : Ego voveo Deo et fratri Joanni Bono Octobellum filium meum carentem lumine oculorum suorum, quem si Deus illuminaverit meritis dicti fratris Joannis Boni, ego offeram ei duos oculos cereos. Quo voto facto, transactis duobus diebus post votum, uno mane invenit dictum Octobellum illuminatum, et cum ipsa Alberta ploraret de dolore quem habebat et pœna quam patiebatur filius ejus Octobellus, filius dictus dixit Matri : B Mater, noli plorare, quia ego video bene lumen. Quæ Alberta mater dicti pueri complevit votum suum, et fecit sicut voverat cum magno gaudio et lætitia. Interrogata dicta D. Alberta quis interfuit quando emisit votum, credit quod domina Orenda, quæ dedit ei consilium de voto. Interrogata quantum stetit dicta D. Alberta quod fecit votum post dictum consilium, respondit quod eadem die fecit. Interrogata si postea dictus Octobellus bene vidit semper, respondit quod sic, quod bene vidit et videt, Deo gratias. Interrogata quantum tempus est quod hoc fuit, respondit quod in mense Januario proxime venturo erant duo anni. Interrogata de mense, dixit quod in mense Januarii. Interrogata de die, respondit quod die veneris emisit votum, et die lunæ sequenti in mane invenit dictum filium suum Octobellum illuminatum. Interrogata si publicum fuit quod dictus filius ejus Octobellus esset ita cæcus, et precibus et meritis dicti fratris Joannis Boni esset illuminatus, respondit quod sic, et quod prædicta testis dixit non C rogata neque docta, sed quia ita est rei veritas.

De eodem miraculo testificatio Jemmæ,

556 Jemma prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod ipsa vidit Octobellum per septem septimanas quod lumen non vidit aliquo modo. Interrogata quomodo sciret quod lumen non videret, respondit quod ipsa Jemma morabatur cum quadam domina Gerarda, sorore matris dicti pueri, unde oportebat eam ire frequenter quotidie ad domum D. Albertæ, et videbat dictum puerum Octobellum sine lumine oculorum, et erat publicum et manifestum in contrata quod dictus puer sine lumine oculorum erat, et quod Deus restituerit ei lumen meritis dicti fratris Joannis Boni, et propter votum emissum a dicta D. Alberta, matre dicti Octobelli. Et dixit dicta testis, quod ipsa non interfuit voto; tamen illa die qua mater dicti pueri dixit se fecisse votum vidit dictum puerum Octobellum cæcum, et transactis duobus diebus vidit eum illuminatum; et vidit dicta testis Albertam euntem cum puero et duobus oculis cereis quos deportabat ad sepulcrum dicti fratris propter votum emissum, ut dicebat. Interrogata quantum tempus est quod hoc fuit, respondit quod in proximo Januario erunt duo anni; de die autem et hora dixit se non recordari. Interrogata dicta testis si dictus Octobellus vidit postea semper bene lumen, respondit quod sic, et vidit et videt usque in præsentem diem. Interrogata si publicum est quod dictus Octobellus fuerit ita cæcus, et meritis dicti fratris fuerit illuminatus intra duos dies post emissum votum a dicta Alberta matre, respondit quod sic, et dixit dicta testis quod erat ætatis viginti quinque annorum, et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit ut dictum est. IX MSS.

Joannini,

557 Joanninus, quondam Bernardi, prædictus juratus testis, suo juramento interrogatus, dixit quod ipse testis vidit dictum puerum Octobellum carentem lumine omnino bene per unum mensem et amplius. Interrogatus quantum tempus esset quod vidit dictum Octobellum puerum ita cæcum, respondit quod erant fere duo anni elapsi; et dixit dictus testis quod dicta D. Alberta, de consilio ejusdem materteræ suæ, dominæ Orendæ, fecit votum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus meritis dicti fratris restitueret lumen dicto Octobello filio suo, quod iret ad sepulcrum dicti fratris et offerret ei duos oculos cereos; et post duos dies post votum emissum, dictus Octobellus illuminatus est inter duos dies, et vidit et videt; et dixit dictus testis, quod dicta D. Alberta, mater dicti pueri, et dicta domina Orenda, matertera dictæ Albertæ, E et quædam alia mulier, nomine Orivans, nurus dictæ Albertæ, et ipse testis, iverunt ad ecclesiam S. Agnetis ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et dictus testis dixit quod portavit dictum puerum, et mater portavit oculos cereos, quos obtulit ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni; et dixit dictus testis quod dictus puer semper postea bene vidit et videt. Interrogatus de mense, die et hora, dixit se non recordari; dixit tamen quod credebat quod fuisset in mense Januarii; et dixit quod votum fuit factum in hora serotina, et puer fuit inventus postea in capite duorum dierum in mane sanus. Interrogatus dictus testis si fuisset præsens quando factum fuit votum, respondit quod non, sed dixit quod dictum puerum vidit cæcum, et post duos dies vidit eum illuminatum, tunc temporis quando dicta Alberta fecit dictum votum. Interrogatus dictus testis si publicum erat in vicinia puerum esse cæcum et quod liberatus fuerit meritis dicti fratris Joannis Boni et propter emissum votum a matre dicti Octobelli, respondit quod sic. Interrogatus dictus testis quomodo sciret quod dicta Alberta fecisset dictum votum, respondit, tunc tempore liberationis dicti pueri, se audivisse a dicta F Alberta et Orenda. Item dixit dictus testis esse se ætatis octodecim annorum et plurium; et dixit dictus testis quod dictus Octobellus erat quasi quatuor annorum quando liberatus est. Et dixit dictus testis quod prædicta testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit et audivit.

Orendæ.

558 Domina Orenda prædicta, jurata testis et interrogata juramento, dixit quod Alberta neptis sua habebat et habet quemdam filium suum, nomine Octobellum, qui non videbat lumen, sed cæcus erat. Interrogata quomodo sciret quod cæcus erat, respondit quod ostendebat ei res et non videbat aliquo modo eas. Interrogata dicta testis quanto tempore dictus Octobellus stetisset cæcus, et ex qua causa cæcus fuisset, respondit se nescire, sed casu ei accidit. Dixit tamen dicta testis quod quando mater dicti pueri cæci dixit ei infortunium cæcitatis dicti Octobelli filii sui, dicta testis consuluit ei quod voveret ipsum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus restitueret ei lumen, quod ipsa Alberta iret ad sepulcrum dicti fratris et quod offerret ei duos oculos cereos; quæ dicta Alberta fecit ita votum sicut datum fuit ei consilium.

EX MSS. Interrogata dicta testis si interfuit voto, respondit se credere quod sic. Interrogata dicta testis quot dierum intermedio dictus Octobellus post votum emissum rehabuit lumen, dixit se nescire, nisi quod dicta sua neptis domina Alberta post duos dies post emissum votum rediit ad eam animo lætanti, dicens : Optimum dedisti consilium, quia filius meus illuminatus est. Interrogata de tempore, mense, die et hora, dixit se non recordari. Interrogata dicta testis si publicum erat quod dictus Octobellus puer non viderat lumen, et quomodo bene videat, respondit quod sic. Et dixit dicta testis se esse ætatis quinquaginta annorum, et quod prædicta testificata fuerat non rogata, neque docta, sed quia ita novit esse rei veritatem.

Orivantis 339 Domina Orivans prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit quod ipsa vidit dictum Octobellum puerum cæcum et postea eum illuminatum. Interrogata de tempore intermedio cæcitatis et illuminationis, dixit se nescire; dixit se ivisse tum cum matre dicti Octobelli ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni quando mater dicti Octobelli ivit ad offerendum duos oculos cereos. Interrogata dicta testis si publicum erat in vicinia
B quod dictus Octobellus perdidisset lumen et quod sit illuminatus meritis dicti fratris Joannis Boni, respondit quod sic, licet ipsa testis non moraretur in eadem contrata secum. Interrogata dicta testis si dictus Octobellus hodie bene videt, respondit quod sic; de die autem, hora et mense dixit se nescire dicta testis. Et dixit dicta testis interrogata quod ipsa testis erat ætatis viginti annorum et quod prædicta testificata est non rogata, neque docta, sed puro corde et fide sincera.

et Bartholomæi. 340 Bartholomæus, judex, prædictus testis et interrogatus suo juramento dixit, quod Alberta, mater Octobelli, olim erat hospita sua, et erat et stabat in domo sua in parte inferiori domus suæ, et habebat dicta Alberta filium suum nomine Octobellum qui casu visum perdiderat sive lumen oculorum omnino, et ita dictus Octobellus stetit privatus lumine oculorum suorum omnino bene per mensem et amplius, sicut dictus testis dixit se vidisse; pro quo mater ejus, dicta Alberta, votum fecit Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus meritis dicti fratris liberaret filium suum Octobellum, ipsa Alberta offerret ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni duos oculos cereos. Interrogata quo-
C modo sciret quod dicta Alberta tale votum fecisset, respondit quod ipsa testis, et quædam alia mulier, nomine Orenda, dederat consilium dictæ Albertæ quod tale votum faceret; et dicta Alberta, acquiescens consilio eorum, fecit votum sicut dictum fuerat ei; et dictus Octobellus puer post votum emissum, elapsis duobus diebus tantum, inventus est illuminatus; et ipse testis dictum puerum cæcum vidit et illuminatum in tanto tempore ut dictum est, et semper postea bene vidit, et videt, sicut ipse testis dixit se vidisse et videre. Interrogata quo tempore hoc fuisset, respondit quod circa tempus carnisprivii erunt duo anni, ut credebat; de mense, die et hora dixit se non recordari. Interrogatus qui interfuissent dicto voto et dictæ liberationi, dixit se non recordari. Interrogatus si hoc esset publicum, dixit quod multum, in vicinia dicti pueri. Interrogatus dictus testis cujus ætatis esset ipse testis, dixit quod triginta annorum; et prædicta quidem testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit.

ANNOTATA.

a *In hac parte sexta de solis miraculis agitur; numerantur autem viginti septem, sunlque omnia* D *intercessione beati obtenta post ejus obitum, uno excepto* (*cfr proc. num.* 589), *et quidem maximam partem circa tempus elevati corporis, anno* 1251.

b Castelluchio, *leucis circiter tribus a Mantua Meridiem inter et Occidentem.*

c Bagnolo, *leucis pœne duabus a Mantua, Meridiem inter et Orientem.*

CAPUT II.

Liberatur Bonaventura, puer nobilis, a febre lethali et tumefactione ventris.

Testificatio Ungaræ de Bonaventura liberato a febre mortali et tumefactione ventris.

Secundum miraculum. Domina Ungara, jurata testis super miraculis et fama dicti fratris Joannis Boni, dixit suo juramento quod ipsa habebat et habet quandam suam filiam nomine Bosonese, uxorem D. Joannelli, nobilis civis Mantuæ, quæ moratur in burgo Beccariorum; quæ D. Bosonese habebat et habet quemdam suum filium de dicto E viro suo D. Joannello; qui filius vocabatur Bonaventura, et qui patiebatur febrem mortalem, ut dicebant omnes medici; et patiebatur aliam infirmitatem, quia habebat ventrem suum tumidum et inflatum valde ex illa infirmitate quæ erat in miltia *a*, ut dicebant medici; et erat ille puer Bonaventura propter illas infirmitates talis conditionis quod medici desperaverunt de ipso, unde tam ipsa testis quam parentes ipsius Bonaventuræ dolebant ad mortem de ipso puero, quia multum ipsum carum habebant; unde dicta testis reversa ad cor de fratre Joanne Bono, qui tunc temporis mortuus erat, et cujus fama erat maxima, et miraculorum quæ Deus faciebat per ipsum, misit ipsa testis pro puero illo Bonaventura ad filiam suam, videlicet D. Bosonese; et dicta D. Bosonese misit dictum filium Bonaventuram per quemdam suum scutiferum *b*, qui tempore hujus testificationis non erat Mantuæ, ad dictam testem, et dicta testis et scutifer ille cum quibusdam aliis, quorum nomina dixit se non recordari, intraverunt navim *c*, et portaverunt dictum puerum ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris Joannis F Boni, et posuerunt cereum accensum in manibus pueri, et acceperunt manus dicti pueri cum cereo, et posuerunt eas in manus fratris Joannis Boni, quæ ducebantur et tractabantur tamquam manus viventis hominis; et aliquantulum mora facta et quasi dormiente puero in sepulcro, extraxerunt puerum de sepulcro et posuerunt ipsum ibi prope in ecclesia super lectum dicti pueri; et puer dormivit aliquantulum, et excitatus a somno incontinenti, pro Dei gratia, convaluit, et recessit febris et liberatus est de febre et de miltia et de tumore ventris plenarie : ita quod nunquam postea de his infirmitatibus persensit. Interrogata quantum tempus est quod hoc fuit, dixit dicta testis quod circa mortem dicti fratris Joannis Boni; de anno, mense et die dixit se non recordari. Interrogata qui fuerant ibi quando intulerunt dictum puerum Bonaventuram in sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et quando extraxerunt eum, et quando fuit excitatus a somno, respondit quod ipsa testis et dictus scutifer, qui primo viderunt dictum puerum multum pati quando intulerunt eum in sepulcrum, et viderunt eum convalescentem, excitato a somno, et

A et multi alii ibi præsentes. Interrogata si de hoc est publica fama in contrata dicti pueri, dicta testis respondit quod sic, et prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita fuit rei veritas, sicut multis patuit et patet.

De eodem miraculo testificatio Bosonesæ, matris Bonaventuræ,

342 Domina Bosonese, uxor dicti Joannelli, jurata prædicta testis, interrogata dixit quod ipsa habebat et habet quemdam filium nomine Bonaventuram, qui gravissimam febrem patiebatur, et infirmitatem miltiæ, et tumoris ventris, ita quod medici desperaverunt de ipso : de quo ipsa et D. Joannellus, pater dicti pueri Bonaventuræ, et multi alii dolebant ad mortem; et dum ipsa testis esset in dolore hujusmodi constituta, et vir suus ivisset in exercitum Mantovanum ad locum qui dicitur Alla Talliata, domina Ungara, mater dictæ testis, misit ad eam ut mitteret ei dictum puerum filium suum Bonaventuram, quia ipsa D. Ungara volebat eum deferre ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni; et dicta testis misit dictum filium suum Bonaventuram per quemdam suum scutiferum ad dictam D. Ungaram matrem suam, licet cum magno timore, quia puer mori velle videbatur. Et dicta domina Ungara et scu-

B tifer dictus intraverunt navim et iverunt ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni: sed illud quod dicta D. Ungara fecit ad sepulcrum dicta testis dixit se nescire, sed recepit dictum puerum a dictis infirmitatibus liberatum, ita quod semper postea fuit bene sanus, et est hodie. Interrogata dicta testis de tempore, dixit quod tempore mortis dicti fratris Joannis Boni; de die autem, hora et mense dixit se non recordari. Et dixit dicta testis quod publicum fuit et est qualiter filius ejus Bonaventura meritis dicti fratris liberatus est; et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita est rei veritas, ut dixit.

et Jannelli, ejus patris.

343 « Dominus Jannellus, nobilis civis Mantuæ, » maritus dictæ D. Bosonese, juravit super præ- » missis dicere veritatem quam sciret et tacere » mendacium, eodem anno et indictione, VI kalen- » das Decembris, præsentibus DD. Amadeo, quon- » dam Benvignati, et magistro Maren., Parmensi, » Mantuæ, juxta palatium communis. » Dominus Jannellus prædictus juratus testis et interrogatus suo juramento dixit, quod ipse habebat et habet quendam filium suum nomine Bonaventuram, qui

C habebat totum ventrem tumefactum et inflatum, propter quandam infirmitatem quam patiebatur in miltia, ut dicebant medici, et acutam febrim : quas infirmitates passus fuerat longo tempore dictus filius ejus Bonaventura; et de quo præ cunctis aliis dictus testis dolebat, incurabilis erat, ut medici omnes dicebant; et ipse testis habebat eum pro derelicto, et præceperat omnibus de domo sua, quod darent ei totum illud quod volebat; et cum oporteret dictum testem ire in exercitum Mantuæ ad locum qui dicitum La Talliata, ivit, dimisso dicto filio suo Bonaventura pro mortuo; et stetit ibi per aliquos dies; cum autem rediit domum suam credens dictum filium suum Bonaventuram jam mortuum et sepultum, invenit eum liberatum et taliter se habentem quod nullum habitæ infirmitatis signum apparebat in eo; imo erat ita sanus et jocundus, ac si numquam malum aliquod habuisset. Dictus testis valde lætanter quæsivit quomodo hoc esset, quia tam cito sanatus fuerat ejus filius : uxor dicti testis D. Bosonese exposuit ei totum negotium, quomodo D. Ungara miserat pro dicto suo filio Bonaventura, et ipsa misit eum quasi in extremis laborantem: et ipsa D. Ungara portavit eum ad sepulcrum, et remisit eum liberatum; et ipse testis cœpit laudare Nomen Domini Jesu Christi. De anno, mense, die et hora, et quibus præsentibus, dixit se nescire; et dixit dictus testis quod ipse testis erat triginta annorum, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, et quod publicum et manifestum est et fuit multis, ut dictum est supra.

EX MSS.

ANNOTATA.

a Miltia, *ab italico* milza, *idem est ac* splen.

b Scutifer. *Hoc nomine olim vocabantur qui in bellis equitum arma gerebant; sed deinde etiam quivis famuli præcipui, maxime nobilium.*

c Intraverunt navim. *Etenim ecclesia S. Agnetis sita erat prope Lacum Majorem, quo Mantua circumdatur, et ad partem ejus septemtrionalem.*

CAPUT III.

Liberatur Altavilla ab arthritide.

E

« Tertium miraculum. Domina Altavilla, uxor » D. Jacobi, quondam Janni de Polesino *a*, civis » Mantuæ de burgo S. Jacobi *b*; vir ejusdem Alta- » villæ, et D. Mellina, olim relicta Joannis Boni » Burbii, mater ejusdem D. Altavillæ, et D. Bel- » lina, uxor Coradi, ejusdem Burgi, juraverunt » super præmissis dicere veritatem quam scirent et » tacere mendacium coram prædicto examinatore, » eodem anno, indictione et loco, III idus Novem- » bris, præsentibus D. Philippo, vicario dicti D. epi- » scopi, et presbytero Bongianni, capellano ejusdem » dicti D. episcopi, et magistro Corado, familiari » ejusdem, testibus. Item Venturinus, quondam » D. Bruschi, civis Mantuæ, de contrata quæ dici- » tur Toza, juravit super præmissis dicere veritatem » quam sciret et tacere mendacium, coram D. exa- » minatore, eodem anno, indictione, die et loco, » præsentibus D. presbytero Bongianne, capellano, » et D. Albizo, canonico Peccioli, et Bernardo, » quondam Marchi, familiari dicti D. episcopi, » testibus. »

Excipitur juramentum testium.

a

b

F

Testificatio Altavillæ, liberatæ a morbo articulari.

345 Domina Altavilla prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod ipsa testis patiebatur olim in latere dextero guttam maximam, et specialiter in manu dextera et brachio dextero, et ita quod nullo modo de ipsis juvare se poterat: unde recordata fratris Joannis Boni de quo magna dicebantur, vovit se Deo et fratri Joanni Bono, quod si liberaretur de illa infirmitate quam patiebatur, iret ad sepulcrum ejus et offerret ibi unam manum dexteram de cera et unum brachium dexterum de cera; et emisso voto dicta D. Altavilla ivit ad dictum sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et fuit ibi per triduum; et elapso triduo in mane convaluit statim de illa infirmitate. Interrogata quo tempore hoc fuisset, respondit quod tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni. Interrogata de mense, anno et die, dixit se non recordari. Interrogata quanto tempore fuit passa dictam infirmitatem, respondit quod per biennium et ultra. Interrogata dicta testis si usa fuit consilio medicorum pro prædicta sua infirmitate, respondit quod sic pluries, et nihil ei profuit. Interrogata dicta testis qui

ex mss. qui fuissent cum ea apud dictum sepulcrum quando liberata est, respondit quod D. Mellina, mater sua, et D. Bellina, uxor Gerardi, et multæ aliæ gentes. Interrogata dicta testis quis interfuit quando emisit votum, respondit quod Jacobus vir ejus. Interrogata dicta testis si publicum erat et manifestum quod ipsa testis pateretur hujusmodi infirmitatem, et quod liberata fuerat meritis dicti fratris Joannis Boni, respondit quod multum fuit et est publicum. Et dixit dicta testis se esse ætatis triginta annorum et plurium, et quod prædicta dixit ipsa testis non rogata neque docta, sed quia per omnia ita fuit ut dixit, et quia semper postea fuit sana a tali infirmitate.

De eodem miraculo testificatio Jacobi, mariti Altavillæ,

346 Jacobus prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit, quod uxor sua D. Altavilla habebat olim guttam in latere dextero, et in manu et in brachio dextro, ita quod se juvare non poterat, nec dormire, nec vigilare, nec aliquid operari, nec juvari aliquo consilio vel auxilio medicorum poterat; et quod dictam infirmitatem passa fuit per annum unum et amplius; et cum jam de liberatione ejus desperaretur, dicta uxor sua vovit se Deo et dicto fratri Joanni Bono, quod si
B Deus meritis dicti fratris Joannis Boni liberaret eam, iret ad sepulcrum ejus et offerret ibi unam manum ceream et unum brachium dexterum cereum. Interrogatus dictus testis si interfuit voto prædicto, respondit quod sic; et dixit quod uxor sua domina Altavilla, emisso voto prædicto, ivit ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni cum D. Mellina matre sua et cum pluribus aliis, et stetit apud dictum sepulcrum per triduum; et incontinenti post triduum in mane cœpit convalescere, ita quod bene liberata esset antequam domum regrederetur. Interrogatus dictus testis quomodo sciret quod dicta D. Altavilla uxor sua pateretur et haberet illam infirmitatem, respondit quod ipse erat vir ejus et audiebat dolores et vociferationes quas emittebat die et nocte, et lamentationes continuas. Interrogatus dictus testis quomodo sciret quod sic liberata dicta Altavilla uxor sua esset, respondit quod dicta Altavilla ivit ad sepulcrum dicti fratris sic infirma, et postmodum rediit convalescens de dicta infirmitate, se teste præsente et vidente, et liberata fuit continuo omnino, et semper sana stetit postea et est de dicta infirmitate. Interrogatus dictus testis quantum tempus esset quod dicta Al-
C tavilla fuit infirma et liberata, respondit quod tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni, et credit quod in Paschate resurrectionis Domini erunt duo anni, et quod aliquantulum tempus ante Pascha. Interrogatus de die et mense, dixit se non recordari; de hora interrogatus dictus testis, dixit quod in mane. Interrogatus dictus testis si esset publica et manifesta infirmitas, et quod liberatio meritis dicti fratris habita fuerit, respondit quod sic. Et dixit dictus testis interrogatus quod ipse testis erat ætatis bene sexaginta annorum et plurium; et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et novit rei veritatem esse.

Mellinæ ejus matris,

347 Domina Mellina prædicta, jurata testis super præmissis, suo juramento interrogata dixit, quod filia sua D. Altavilla olim patiebatur morbum guttæ multum fortiter, in manu dextera et brachio dextero et in toto latere dextero, ita quod in corpore patiebatur [multum], et exinde perdebat comedere et bibere; et de qua infirmitate satis fuit usa consilio medicorum, ipsa teste præsente, et nihil ei profuit : unde recordata fratris Joannis Boni, de quo multa et maxima dicebantur, vovit se dicta filia sua Deo et fratri Joanni Bono, quod si D
liberaretur de illa infirmitate, iret ad sepulcrum ejus et offerret ibi unam manum dexteram de cera et unum brachium dexterum de cera. Et facto dicto voto ivit dicta filia sua, et dicta testis, et D. Bellina, ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et steterunt ibi per triduum; quo elapso in mane incontinenti convaluit dicta sua filia Altavilla, ita quod alia die sequenti cœpisset operari manu et brachio supradictis cum fuisset die dominica; et sana stetit postea usque hodie de illa infirmitate. Interrogata dicta testis quomodo sciret de infirmitate et sanitate dictæ D. Altavillæ, respondit quod dicta testis mater ejus est, et multum, immo præ cunctis, diligit dictam Altavillam filiam suam; et scit de conditione ejus et vidit eam pati illam guttam bene per annum et amplius; et vidit eam modo sanam, et in duobus diebus vidit eam sanam et infirmam. Interrogata dicta testis quo tempore facta fuerit dicta liberatio, respondit quod tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni; de anno autem et mense dixit se non recordari. Interrogata de die, dixit quod de die sabathi liberata est. Interrogata dicta testis qui fuissent ibi præsentes, quando steterunt ad dictum sepulcrum E
et facta fuit dicta liberatio, respondit quod ipsa testis, et D. Bellina prædicta et plures alii, quia gentes erant in illa ecclesia infinitæ propter merita et miracula dicti fratris Joannis Boni. Interrogata dicta testis si publicum erat et notorium quod dicta Altavilla sic passa fuerit et sic liberata meritis dicti fratris, respondit quod sic, immo manifestissimum. Et dixit dicta testis se testem esse quinquaginta annorum et amplius, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia rei veritas sic se habet.

Bellinæ

348 Domina Bellina prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod ipsa vidit D. Altavillam, uxorem Jacobi, quondam Joannis, patientem infirmitatem guttæ validæ, specialiter in manu dextera et brachio dextero, ita quod aliquid operari non poterat cum ipsis, immo cadebat sæpe et perdebat sensum. Interrogata quomodo sciret hoc, dixit quod ipsa testis lavabat ei caput et faciebat lectum dictæ D. Altavillæ sæpe, quia consanguinea et vicina sua erat, et conversabatur cum ea multum. Interrogata quanto tempore dicta D. Altavilla passa fuit dictam infirmitatem, respondit quod fere duobus annis, ut credebat; et dixit F
quod dicta D. Altavilla, recordata miraculorum dicti fratris Joannis Boni, de quo magna dicebantur, vovit se Deo et fratri Joanni Bono, quod si liberaretur de dicta infirmitate, iret ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et offerret ibi unam manum ceream dexteram cum brachio cereo dextero; et dixit dicta testis [quod] facto dicto voto, ipsa testis ivit cum dicta D. Altavilla et dicta Mellina, matre dictæ D. Altavillæ, ad sepulcrum dicti fratris, et ipsa testis portavit dictam manum et brachium de cera; et steterunt ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni per triduum in orationibus die ac nocte, et elapso triduo in mane dicta D. Altavilla convaluit, et continuo se teste vidente sana facta est, et semper sana fuit usque in hodiernam diem de illa infirmitate. Interrogata quomodo sciret quod semper dicta D. Altavilla sana fuerit, respondit quod vidit et videt eam operari cum dicta manu et brachio tanquam bene sana. Interrogata dicta testis de tempore in quo facta fuerit dicta liberatio, respondit quod tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni; de mense autem et die interrogata dicta testis, dixit se non recordari.

recordari. Interrogata dicta testis quibus præsentibus, respondit quod D. Mellina et ipsa teste et gentibus aliis infinitis. Interrogata dicta testis si publicum et notorium est quod dicta D. Altavilla sic infirma et sic liberata fuerit precibus dicti fratris Joannis Boni, respondit, sic esse publicum et manifestum sicut magis potest esse. Et dixit dicta testis se esse ætatis octodecim annorum; et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

et Venturini. 549 Venturinus prædictus, juratus testis super præmissis et suo juramento interrogatus, dixit, quod ipse testis vidit dictam Altavillam, uxorem D. Jacobi, infirmam de infirmitate guttæ gravis et fortis in latere dextero, et specialiter in manu dextera et brachio dextero, ita quod aliquo modo non poterat operari, sed lamentabatur et dolebat ad mortem. Et dixit quod hæc infirmitas tenuit eam, ipso teste vidente, per duos annos. Interrogatus quomodo sciret, dixit quod ipse testis est frater illius Altavillæ carnalis, et quia videbat eam quotidie infirmam et male se habentem; et condolebat dictus testis dictæ sorori suæ D. Altavillæ in quantum B poterat; et dixit dictus testis quod ipsa Altavilla, recordata miraculorum quæ Deus faciebat per fratrem Joannem Bonum, vovit se Deo et fratri Joanni Bono, quod si eam de dicta infirmitate liberaret, quod ipsa offerret ei manum dexteram et brachium dexterum de cera; et facto voto, dicta D. Altavilla et mater ejus, et dictus testis, et D. Mellina et alii, iverunt ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni cum manu et brachio prædictis, et fuerunt coram dicto sepulcro in orationibus continuo per triduum, quo triduo elapso in mane convaluit et sana facta est, et domum rediit, et usque hodie semper sana fuit de illa infirmitate, se teste vidente. Interrogatus dictus testis si dicta D. Altavilla usa fuit consilio medicorum ob dictam infirmitatem, respondit quod sic, et nihil ei profuit. Interrogatus quo tempore sana facta fuit dicta D. Altavilla, respondit quod tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni; de mense autem et die dixit se non recordari; de hora credit quod fuit in mane. Et dixit dictus testis quod vidit dictam Altavillam euntem infirmam, et redeuntem sanam a sepulcro dicti fratris. Interrogatus quomodo sciret de liberatione ipsius Altavillæ, C respondit se vidisse eam postea sanam, et operari cum manu prædicta, et facere facta sua. Et dixit dictus testis interrogatus hoc esse publicum et manifestum, scilicet liberatio et infirmitas. Et dixit dictus testis se esse testem ætatis annorum triginta; et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, et est rei veritas, ut dictum est.

ANNOTATA.

a Polesinus *vel* Policinus *medio ævo in Italia insulam aut peninsulam designabat; et postmodum, derelicta hac appellatione communi, remansit tamen eadem locis nonnullis ut propria : inde hodiernum nomen* Polesina di Rovigo. *Insula quædam prope Ferrariam, a S. Antonio nuncupata, in qua vivente* B. Joanne *inchoatus est conventus ejus congregationis, dicebatur tum temporis* Polecine S. Antonii. *Cfr Comment. præv. num.* 125.

b De burgo S. Jacobi. Burgus *idem est ac suburbium, et frequenter hac significatione occurrit apud scriptores Italos ævi medii. Sic autem dictum hoc suburbium quod spectabat ad parochiam S. Jacobi, civitatis Mantuæ, ut patet ex num.* 556 *hujus processus; ecclesia vero S. Jacobi, dicta primum SS. Philippi et Jacobi, parochialis erat* contratæ Pradellæ, *nec multum a porta ejus nominis dissita, ad partem meridionalem civitatis. Diruta est initio hujus sæculi decreto reipubl cæ Cisalpinæ, amplian dæ, ut ferunt, cujusdam viæ gratia.* EX MSS.

CAPUT IV.

Liberatur Anna ab hydropisi incurabili et arthritide.

» Quartum miraculum. Domina Alda, olim *Excipitur*
» relicta Bonaventuræ de Corvis, de contrata *juramentum*
» S. Petri *a*, juravit eodem anno, indictione et *testium.*
» loco, III idus Novembris, præsente Benvenuto, *a*
» canonico S. Hilarii, Parmensis diœcesis, et dicto
» D. Albizo, canonico Peccioli, et fratre Guidone,
» canevario dicti D. episcopi, testibus. Item D. Mat-
» thæa, olim relicta Joannini, quondam Petri, de
» ora S. Agathæ, juravit super præmissis dicere E
» veritatem quam sciret et tacere mendacium,
» coram prædicto examinatore, eodem anno, indi-
» ctione, die et loco, præsentibus dicto D. Albizo,
» et Joanne de Castronovo, et Sideo, familiaribus
» dicti D. episcopi. Item D. Cæsarea, uxor Curradi
» Daynesi, et D. Cæsarea, olim relicta Octobelli,
» quæ ambæ sunt de contrata S. Mariæ super
» portam *b*, Mantuæ, juraverunt super præmissis *b*
» dicere veritatem quam scirent et tacere menda-
» cium, coram dicto examinatore, eodem anno,
» indictione, idibus Novembris, et eodem loco,
» scilicet in palatio dicti D. episcopi, præsentibus
» Benvenuto, canonico S. Hilarii prædicti, et fratre
» Joannino, et fratre Joanne, heremitis dicti ordi-
» nis, testibus. »

Testificatio Aldæ de matre sua Annæ, liberata ab hydropisi et arthritide.

551 Domina Alda prædicta, jurata testis super præmissis dicere veritatem quam sciret et tacere mendacium, interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa habebat matrem suam olim, quæ modo mortua est, nomine D. Annam, quæ passa fuit crudelissimam infirmitatem, et quasi, ut dicebatur a medicis, incurabilem, quæ dicitur hydropisis, et guttam, et multa alia vitia, adeo quod propter hoc recepit omnia ecclesiastica sacramenta, tanquam F persona in extremis laborans; et istam infirmitatem passa fuit bene per quatuor annos et amplius. Unde dicta testis, filia dictæ D. Aldæ, dolens multum de dicta matre sua, quæ videbatur mori, et reducto ad memoriam sibi, de miraculis quæ Deus faciebat meritis dicti fratris Joannis Boni, duxit dicta testis dictam D. Annam, matrem suam, ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni per navim; et tenuit eam ibi per unam noctem, et oraverunt ibi ad Dominum quod meritis dicti fratris dignaretur ei restituere sanitatem; et incontinenti, transacto uno die, dicta D. Anna convaluit, et in tertia die sana facta est omnino, et postea fuit semper bene sana, se teste vidente, de illa infirmitate. Interrogata dicta testis de tempore restitutæ sanitatis, respondit quod tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni. Interrogata de mense, respondit quod in mense Maji sana facta est. Interrogata de die liberationis, dixit quod in die sabathi in mane circa horam tertiam. Interrogata quibus præsentibus, respondit se dicta teste, et D. Matthæa, olim relicta Joannini, et multis aliis, quorum nominum dixit se non recordari,

EX MSS.

dari, quia ecclesia erat plenissima. Interrogata si publicum et notorium est quod dicta D. Anna dicta infirmitate pateretur, et quod liberata fuit precibus dicti fratris, respondit quod sic; et dixit dicta testis quod dicta mater sua Anna vixit postmodum bene sana per annum et dimidium et amplius; postmodum obiit, quia vetus erat. Et dixit dicta testis quod ipsa testis erat bene triginta annorum et plurium, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est.

De eodem miraculo testificatio Matthææ,

552 Domina Matthæa prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod D. Anna, mater dictæ D. Aldæ, fuit passa maximam infirmitatem, ita quod non sperabatur deinceps de ejus liberatione, et quod medici diffidebant de ea; et dicebant medici quod illa infirmitas vocabatur hydropisis, quam infirmitatem fuit passa dicta D. Anna bene per quatuor annos et amplius, ut vidit ipsa testis. Unde audito quod Deus multa miracula faciebat precibus dicti fratris Joanni Boni, filia dictæ Annæ, scilicet D. Anna, olim relicta Bonaventuræ de Corvis, fecit eam mitti in quamdam navim, et duxit eam ad sepulcrum dicti fra-
B tris Joannis Boni, et ipsa testis ivit cum ea; et steterunt apud dictum sepulcrum in orationibus, ut Deus precibus dicti fratris restitueret sanitatem dictæ D. Annæ, per unam noctem. Mane autem facto convaluit ita quod domum suam rediit, et illis tribus diebus perfecte et plene liberata est, adeo quod semper postea, quoad vixit, fecit facta sua tanquam alia mulier sanissima, ipsa teste vidente. Et dixit dicta testis interrogata quod hoc factum fuit tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni, quod dicta domina Anna vixit postea bene sana, bene per annum et dimidium, ut credebat et dixit dicta testis. De mense autem et die interrogata, dixit, quod in mense maji, et in die sabathi. Interrogata de hora dixit quod liberata fuit in mane. Interrogata dicta testis si publicum et notorium est quod dicta D. Anna ita passa fuerit, ut dictum est, et postmodum precibus dicti fratris ita liberata, respondit quod sic, immo notissimum. Interrogata dicta testis quomodo sciret quod dicta D. Anna ita passa fuerit, et tanto tempore, respondit quod erat vicina sua, et quasi omni die ibat ad eam et videbat eam ita infirmam. Interrogata dicta testis quibus præsentibus ita sanata est, respondit
C quod se teste et D. Alda prædicta, filia D. Annæ, et multis aliis : quia erat ecclesia plena gentium quasi tota. Et dixit dicta testis se esse ætatis viginti quinque annorum et plurium, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit.

Cæsareæ,

553 Domina Cæsarea, uxor Coradi, prædicta, jurata et interrogata testis suo juramento dixit, quod vidit dictam D. Annam patientem multum, et quod longo tempore stetit infirma; et dixit quod vidit postea eam sanam; et dixit dicta testis quod satis erat publicum et manifestum qualiter dicta D. Anna longo tempore steterat infirma, et postea in duobus diebus facta fuit sana, sicut publice ab omnibus dicitur; et ipsa testis ita dixit quod illa infirmitas dicebant medici quod appellabatur hydropisis. Interrogata dicta testis quid esset publica fama, dixit quod illud quod communiter credunt gentes. Et dixit quod ipsa testis erat ætatis triginta annorum; et quod prædicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est.

alterius Cæsareæ,

554 Domina Cæsarea, olim relicta Octobelli, jurata testis, et interrogata suo juramento dixit, quod publicum erat satis qualiter D. Anna infir- D
mata fuit, et postmodum precibus dicti fratris Joannis Boni liberata, et quod ipsa testis, ex eo quod erat vicina dictæ D. Annæ, vidit eam bene per quatuor annos infirmantem; et postmodum priusquam ducta fuit ad sepulcrum dicti fratris vidit eam semper sanam. Interrogata dicta testis quid esset fama publica, dixit quod illud quod omnes gentes dicunt; et quod ipsa testis erat quadraginta annorum; et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est.

et Isnardi.

555 « Isnardus, quondam Rubartelli, de ora » S. Mariæ supra portam Mantuæ, juravit super » miraculis et liberatione quam Deus fecit meritis » dicti fratris D. Annæ prædictæ, dicere veritatem » quam sciret et tacere mendacium, coram exami- » natore prædicto, eodem anno, indictione et loco, » IX kalendas Decembris, præsentibus Vivaldino, » filio Gratiadei de Mantua, et Armanino, quondam » Jacobini, testibus. »

Isnardus prædictus, juratus testis super præmissis, dixit suo juramento quod ipse vidit dictam D. Annam patientem maximam infirmitatem, quam passa fuerat per longum tempus, et postmodum E
vidit eam sanam; et dixit dictus testis quod ipse in ligno suo proprio, vel navi, duxit et portavit dictam D. Annam ad sepulcrum dicti fratris et erat tunc valde infirma; et vidit eam redire liberatam, ita quod postea semper fuit sana donec vixit. Interrogatus si hoc fuit publicum quod ita passa fuerit, et tanto tempore, et quod liberata fuerit infra spatium duorum dierum, respondit quod sic, et dixit dictus testis interrogatus quod erat ætatis triginta annorum et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est.

ANNOTATA.

a De contrata S. Petri; *de vicinia ecclesiæ cathedralis, titulo S. Petri. Contratæ hic dicuntur partes civitatis intra muros, burgi vero* (*italice etiamnum* borghi) *ejusdem vicina suburbia.*

b S. Maria super portam. *Exstitit prope portam S. Georgii usque ad annum* 1593, *quo diruta est, quædam ecclesia dicta* S. Maria di Capo di Bue, *fuitque ecclesia parochialis; sed et alia ecclesia parochialis B. Virgini consecrata, dictaque* Mariæ aquæ- F
ductus, *cernebatur iisdem temporibus in vicinia portæ Pradella : quarum alterum hic designari verisimile est. Redit idem nomen infra num.* 555.

CAPUT V.

Liberatur Florius puer ab effusione viscerum.

Exipiuntur juramenta testium.

« Domina Benghivene, uxor Mantuani de » Belvedere, de burgo S. Jacobi, et D. Jacoba, » uxor D. Jacobi de Ughirecchis, ejusdem burgi, » et D. Viva, uxor Michaëlis de Musso, ejusdem » burgi, et Zamboninus, filius Mantuani prædicti » et D. Multobona, olim relicta Mussini, et D. Bel- » lina, uxor Venturini, filia ejusdem Multobonæ, » prædicti burgi, juraverunt super præmissis di- » cere veritatem quam scirent et tacere menda- » cium, eodem anno, indictione, II idus Novembris, » in

A » in ecclesia S. Jacobi, Mantuæ *a*, præsentibus pre-
a » sbytero Octobono, rectore ecclesiæ S. Jacobi
» Mantuæ, et Artimisio, quondam Gambari, et
» Martio, quondam Dominici, diœcesis Brixiensis,
» testibus. »

Testificatio Benghivenæ de filio Florio, liberato ab effusione viscerum;

557 Quintum miraculum. Domina Benghivene prædicta jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod ipsa habebat quemdam filium suum nomine Florium, qui Florius steterat crepitus bene per duos annos et amplius, et semper quasi illo tempore, in quo passus fuit infirmitatem, fuit in manibus medicorum, et nihil ei profuerat, nisi quod faciebant medici dictum Florium deferre lumbar; et cum puer Florius esset satis paucorum dierum, medici quasi suis medicinis interfecerant eum; unde cum mater (scilicet D. Benghivene) dicti Florii nesciret quid ipsa faceret de filio suo Florio, de consilio quarumdam amicarum suarum vovit filium suum Florium Deo et fratri Joanni Bono, his verbis : Ego Benghivene voveo Deo et fratri Joanni Bono filium meum Florium, quod si filius meus Florius meritis dicti fratris Joannis Boni liberabitur de crepatione illa, quam patitur et passus fuit jam per duos annos, quod ego por-
B tabo ipsum filium meum ad sepulcrum dicti fratris, et offeram ibi tantam candelam in cujus quantitate puer Florius esset longus; et post votum emissum stetit tribus diebus antequam prospiceret crepitudinem et morbum dicti filii sui Florii; in capite vero trium dierum prospexit dictam crepationem, et elevatis emplastro et lumbare quod deportaverat jam bene per biennium, invenit eum omnino liberatum : et fuit postea semper, et est hodie. Et tunc dicta D. Benghivene, laudans et glorificans Deum, cucurrit ad quandam suam vicinam, nomine D. Jacobam, et retulit ei omnia, et demonstravit dictum Florium filium liberatum; et rogavit eam quod faceret sibi candelam, quia volebat complere votum suum; et dicta D. Jacoba fecit ei candelam, et dicta D. Benghivene, habita candela, complevit alacriter et totaliter votum suum. Interrogata dicta testis quo tempore hoc factum fuit, respondit quod tempore translationis corporis dicti fratris; de die autem, mense et hora, et quibus præsentibus non recordatur dicta D. Benghivene. Interrogata item dixit dicta testis quod publicum est quod filius ejus Florius ita fuerit infirmus, et postmodum meritis dicti fratris liberatus. Item
C dixit dicta testis quod ipsa testis erat ætatis triginta sex annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit, et est hæc quam dixit rei veritas.

de eodem miraculo testificatio

558 Domina Jacoba prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod D. Benghivene, uxor Mantuani, est consobrina sua et vicina, quæ habebat et habet quemdam filium suum, nomine Florium, qui steterat crepitus et devastatus in parte inferiori, se teste vidente, bene per duos annos, et quod in istis duobus annis semper fuit in manibus medicorum, et nihil profuerat ei; immo deterioris conditionis videbatur infirmitas una die quam altera : quo mater dicti Florii dolens ad mortem, nesciebat quid faceret dicto filio suo; unde vovit ipsum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus liberaret filium suum meritis ipsius fratris Joannis Boni, quod ipsa portaret dictum Florium ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni[c], et offerret ibi tantam candelam in cujus quantitate dictus Florius esset longus. Et transacto triduo post voti emissionem, D. Benghivene, mater dicti Florii, prospexit morbum dicti filii sui, et depositis emplastro et lumbare, invenit dictum filium suum Florium ita bene sanatum, quod semper postea fuit bene sanus et est, et nullam habuit læsionem.

EX MSS.

559 Interrogata dicta testis quomodo sciret ut *Jacoba.* dictus Florius ita fuerat infirmus et tanto tempore, et postmodum meritis dicti fratris Joannis Boni liberatus, et voto D. Benghivene interveniente, respondit quod vidit ipsa testis pluries dictum Florium sic patientem, ex eo quod sæpissime vidit matrem dicti Florii ponere emplastrum, sicut medici præcipiebant et lumbar, et tanto tempore sicut dictum est, et quando sanatus fuit meritis dicti fratris, mater duxit filium suum ad eam, et ipsa inspexit; videns eum liberatum, retulit gratias Deo, et dicto fratri Joanni Bono; et mater dicti Florii rogavit eam testem quod faceret sibi candelam, quia volebat complere votum suum, et ipsa testis fecit ei candelam, et ivit cum dicta D. Benghivene ad sepulchrum dicti fratris, et vidit eam offerre tantam candelam in cujus quantitate puer erat longus; tamen dixit ipsa testis quod voto non interfuit, sed vidit dictum Florium in quatuor diebus læsum, ita quod interiora descenderant usque ad locum testiculorum, et vidit eum in dicto tempore sanatum, et fuit semper postea, et est hodie sanus; tamen mater sua, domina Benghivene, dixit sibi E testi quod tale votum fecerat. Interrogata dixit ipsa testis quod de tempore, mense, die et hora non recordatur. Interrogata dicta testis si publicum erat et manifestum quod ille puer Florius ita primo pateretur illam læsionem, quæ dicta est, et quod liberatus fuerat meritis dicti fratris, respondit quod sic. Et dixit dicta testis quod nunquam puer liberatus fuisset auxilio medicorum, uti ipsa testis credebat, ita erat læsus, nisi Deus dicti fratris precibus liberasset. Interrogata dixit ipsa testis quod dictus Florius semper fuit postea sanus et est, quia ipsa testis vidit et videt eum quando vult liberatum. Interrogata dicta testis cujus ætatis erat ipsa testis, respondit quod erat ætatis quinquaginta annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

560 Domina Altavilla, uxor Jacobi, quondam *Altavillæ, b* Joannini, superius jurata *b* testis super præmissis dicere veritatem, suo juramento interrogata dixit, quod ipsa est vicina et erat D. Benghivene, quæ olim habebat et habet quemdam suum filium, nomine Florium, quod ipsa teste vidente patiebatur ructuram in parte inferiori, ita quod dicti interiora F jam descenderant ad locum testiculorum; et fuit istam læsionem dictus puer passus bene per duos annos, et vidit dictum Florium esse illis temporibus in cura medicorum semper, et nihil dicto Florio profuerat; postmodum dixit ipsa testis quod dicta D. Benghivene, mater dicti Florii, dixerat ei qualiter Deo et fratri Joanni Bono voverat filium suum, et in triduo invenit eum sanatum; sed quod ipsa testis interfuerit voto, dixit quod non, et tunc, quando talia retulit, ostendit dicta mater Florii dictæ testi læsionem ipsius Florii, et ipsa testis vidit eum sanatum, cum primo vidisset eum ita male aptatum, et medici diffidebant de liberatione ejusdem Florii; mirata multum cœpit laudare nomen Domini nostri Jesu Christi. Interrogata dicta testis quando ultimo vidit dictum Florium læsum ita, ut dictum est, si quatuor dierum intermedio vidit eum liberatum, respondit quod in quatuor diebus vidit eum infirmum et liberatum. Interrogata dicta testis si semper dictus Florius fuit postea illæsus a tali læsione et bene liberatus, respondit quod sic. Interrogata dicta testis si publicum erat quod dictus Florius ita fuerit passus, ut dictum

XX MSS. dictum est supra, et quod liberatus fuerat precibus dicti fratris, respondit quod sic; et prædicta quidem ipsa testis dixit non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, et quia manifestum est.

et Zambonini. 361 Zamboninus, filius Mantuani, prædictus juratus testis super præmissis, et interrogatus suo juramento [dicit] quod ipse habebat et habet quendam suum fratrem, nomine Florium, qui erat tunc quasi quatuor annorum, et steterat ille Florius bene duobus annis et amplius crepitus ita crudeliter et fortiter, quod quasi semper fuerat in manibus medicorum, et nihil ei profuerat; immo quasi videbatur omnis fractura et crepitudo adeo inguinitari *c*, quod interiora jam descenderant ad locum testiculorum; et credebat ipse testis, nisi dictus Florius portasset quoddam lumbar, quod semper consilio medicorum portavit, intestina omnia de corpore dicti Florii emanassent; unde dicto Florio jam a medicis derelicto incurabili, dixit dictus testis quod D. Benghivene, mater dicti Florii et ipsius testis, dixit ita : Ego voveo Deo et fratri Joanni Bono filium meum Florium, quem si Deus meritis dicti fratris liberaverit et sanaverit, ego ducam filium Florium ad sepulcrum dicti fratris, offerens ibi B tantam candelam, in cujus longitudine dictus Florius esset longus, et quod dabo et offeram ibi unum lumbar cereum. Et post tres dies dicta D. Benghivene ab emisso voto prospexit dictum Florium filium suum, et invenit eum sanatum et liberatum, ipso teste præsente. Et dixit dictus testis quod ipse testis ivit ad dictum sepulcrum cum dicta matre sua D. Benghivene, quando ivit ad complendum dictum votum. Interrogatus dictus testis si interfuit voto emisso a matre sua, respondit quod credit quod sic; tamen non bene recordatur. Et dixit dictus testis quod in tres dies vidit dictum Florium fratrem suum infirmum et liberatum. Interrogatus dictus testis quo tempore fuit hoc votum factum, respondit quod tempore translationis corporis dicti fratris; de mense autem, die et hora dixit dictus testis se non recordari. Et dixit dictus testis quod dictus Florius, frater ejus, fuit postea semper bene sanus et est hodie. Interrogatus dictus testis si publicum est quod dictus Florius ita fuerit crepitus, ut dictum est, et tanto tempore, et quod liberatus fuerat precibus dicti fratris, respondit quod sic; et dixit quod ætatis ipse testis est septemdecim annorum, et quod prædicta testificatus est C non doctus, neque rogatus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

Testificatio Vivæ de Thomasina, filia sua, liberata a consumptione;

362 Sextum Miraculum. Domina Viva prædicta testis, et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa habebat et habet quandam suam filiam, nomine Thomasinam, quæ erat ita infirma quod non poterat comedere, neque bibere, nec lac sugere : quæ Thomasina erat tunc quasi unius anni; et dixit dicta testis quod nesciebat quo nomine dicere infirmitatem illam. Et dixit dicta testis quod dicta sua filia propter illam infirmitatem erat ita sicca et magra, quod non apparebat aliud in ea nisi ossuncula, et res videbatur pessima, scilicet quoddam monstrum in terra. Et dixit dicta testis quod dicta filia sua stetit ita infirma bene duobus mensibus et amplius; unde cum habebat eam jam pro mortua, vovit eam Deo et fratri Joanni Bono, dicens : Voveo Deo et fr. Joanni Bono filiam meam Thomasinam, quod si Deus liberaverit eam ab infirmitate, quam patitur, quod ipsa iret et portaret dictam suam filiam ad sepulcrum dicti fratris, et offerret ibi tantum frumentum quantum dicta sua filia ponderabat; et statim quasi ipsa filia sua cœpit lac sugere, et ita antequam essent quindecim dies dicta Thomasina fuit ita pinguis et ita bene sanata, quod dixit dicta D testis quod ita Deus salvaret dictam filiam suam sicut caro videbatur cum manibus apportata super dictam Thomasinam; et semper fuit postea sana et est, sicut manifeste apparet. Interrogata testis quo tempore hæc facta fuerunt, dixit quod tempore translationis dicti fratris; de mense autem, die et hora interrogata dicta testis dixit se non recordari. Interrogata quibus præsentibus dictus testis fecit votum, respondit quod præsente viro suo, nomine Michaële, et matre sua, nomine D. Gisalba. Interrogata dicta testis si publicum est quod dicta filia sua ita passa fuerit, ut dictum est, et tanto tempore, et quod liberata fuerit meritis dicti fratris Joannis Boni, respondit quod sic, immo gentes mirabantur multum quando videbant eam taliter liberatam. Interrogata dicta testis cujus ætatis esset, respondit quod viginti et octo annorum; et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita est rei veritas.

de eodem miraculo

363 « Michaël, quondam Ugonis de Mosso, ma- » ritus prædictæ D. Vivæ, et Ubertinus, quondam » Ruberti, de Arnaldesco, Brixiensis diœcesis, jura- » verunt super præmissis dicere veritatem quam » scirent et tacere mendacium, eodem anno et E » indictione et loco, VIII kalendas Decembris, præ- » sente Francisbello, quondam Dominici de Ce- » patta, et Guilielmo, quondam Gualterii, et fratre » Joannino, heremita, testibus. »

testificatio Michaelis,

364 Michaël prædictus, juratus testis super præmissis, et suo juramento interrogatus, dixit quod ipse testis habebat et habet quandam suam filiam, nomine Thomasinam, quasi unius anni tunc, quæ tempore translationis corporis fratris Joannis Boni patiebatur multum; quo nomine infirmitas vocaretur nesciebat dictus testis; et passa fuerat per duos menses et amplius : qua infirmitate dicta sua filia effecta ita magra et arida, quod non erant in ea nisi ossa, nec apparebat creatura Dei; unde cum dictus testis doleret multum per dictam filiam suam, et nesciret quod inde faceret, quia nec moriebatur nec vivebat, et uxor sua, domina Viva, doleret multum eodem modo, dicta uxor sua, scilicet D. Viva, ipso teste præsente et audiente, dixit : Ego voveo Deo et fratri Joanni Bono filiam meam Thomasinam; quod si Deus meritis dicti fratris eam liberaverit, ipsa uxor testis portaret filiam suam prædictam ad sepulcrum dicti fratris, et offerret ibi tantum frumentum, quantum ipsa F Thomasina ponderaret. Et statim cœpit aliquantulum sugere de lacte, quæ primo steterat satis quod non perceperat quicquam cibi; et statim cœpit dicta Thomasina convalescere, ita quod in quindecim diebus fuit pinguissima, et erat ita pinguis et postea quod multi mirabantur, et semper postea fuit bene sana et est hodie. Interrogatus dictus testis si publicum esset quod dicta Thomasina filia sua ita fuerit passa, et tanto tempore, et quod liberata precibus dicti fratris, respondit quod per totam viciniam suam sic. Interrogatus dictus testis cujus ætatis esset ipse testis, quod tringinta duorum annorum, et quod prædicta quidem testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et interfuit, sicut dictum est.

et Margaritæ.

365 « Domina Margarita, uxor Augustini, de » ora fratrum Prædicatorum *d*, juravit super præ- » missis dicere veritatem quam sciret et tacere » mendacium, coram examinatore prædicto, eodem » anno, indictione et loco, V kalendas Decembris, » præsentibus D. Albizo, canonico Peccioli, et » fratre Ventura, et fratre Bonaventura, heremi- » tis dicti ordinis, testibus. » Quæ D. Margarita prædicta

d

A prædicta, suo juramento interrogata testis, dixit, quod ipsa stetit in una domo cum dicta D. Viva, uxore Michaëlis, quæ Viva habebat tunc et habet quandam suam filiam, nomine Thomasinam, quæ patiebatur tam fortiter et passa fuerat, quod non apparebant in ea nisi ossa, et erat mirabile quidem ad videndum. Et non post multos dies dicta testis ivit ad morandum in alia domo; quid dicta D. Viva interim fecerit, nescit dicta testis, nisi quod intra octo dies dicta testis rediit ad videndum dictam Thomasinam, et invenit eam sanatam et liberatam : de quo dicta testis multum fuit mirata. Et audivit dicta testis dici publice in contrata, quod dicta Thomasina liberata fuit propter votum quod fecit dicta D. Viva; et de hoc fama publica erat per totam contrrtam, quia omnes qui videbant dictam Thomasinam sic infirmam, non credebant eam modo aliquo evasuram, immo vicinæ suæ mirabantur multum quod tam cito liberata fuit. Interrogata dicta testis quid esset fama publica, respondit quod illud quod communiter dicunt gentes. De mense, die et hora, non recordatur. Et dixit dicta testis quod ipsa erat viginti annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque
B docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

ANNOTATA.

a Ecclesia S. Jacobi, Mantuæ; *de qua vide supra pag.* 861 *annot.* b.

b Superius jurata testis. *Cfr supra num.* 544.

c Inguinitari, *id est, descendere ad inguina.*

d *In his processibus regiones seu partes Mantuæ, quæ dicuntur* oræ *vel* contratæ, *tum etiam suburbia, quæ* burgi *vocantur, nomen mutuant plerumque a vicinis ecclesiis : quod fere ubique obvium est.*

CAPUT VI.

Gerardino restituitur visus, Riccadonnæ oculi sanitas.

C *Testificatio Multobonæ de Gerardino puero, liberato a cæcitate;*

Septimum miraculum. Domina Multobona, prædicta jurata testis, interrogata suo juramento dixit, quod ipsa habebat et habet quemdam suum filium nomine Cecone, qui Cecone habebat quemdam suum filium, nomine Gerardinum, qui Gerardinus erat bene duorum annorum circa et plurium; unde cum quadam die dominica post nonam, dicta Multobona testis poneret dictum Gerardinum nepotem suum ad dormiendum, bene sanum et illuminatum, ipse dormivit quasi usque ad horam vespertinam. Et cum dicta testis vellet eum levare de quodam banco super quem dormiverat dictus Gerardinus, dicta testis invenit eum cæcum, ita quod nullo modo videbat, imo plorabat et palpabat cum manibus tamquam cæcus; et ponebat res coram oculis suis, et ipse nullo modo videbat eas : unde cum ipsa testis et filia ejusdem testis, nomine D. Bellina, dolerent ad mortem et nescirent quid inde facerent, et cum nullum consilium haberent, quia aliæ personæ non erant ibi præsentes, nec ipsæ volebant aliis dicere, dicta testis securo animo dixit : Ego voveo Deo et fratri Joanni Bono nepotem meum Gerardinum, quem si Deus meritis dicti fratris illuminaverit, ego ibo ad sepulcrum suum cum dicto puero Gerardino, et offeram ibi duos oculos cereos. Et statim ipsa teste vidente et filia ejus, nomine D. Bellina, dictus puer illuminatus est, et vidit postea semper. Interrogata dicta testis quantum stetit dictus Gerardinus ita cæcus et quod lumen non vidit, respondit quod ab hora vespertina usque ad completorium *a*, et in completorio fecit ipsa testis votum. Interrogata quibus præsentibus fecit ipsa votum, respondit quod præsente dicta filia sua Bellina; et ipsa Bellina ivit cum ea quando ivit ad complendum dictum votum. Interrogata quantum esset quod hæc facta sunt, dixit quod sunt duo anni; de mense interrogata dixit quod non recordatur; et dixit dicta testis quod ipsa testis erat quinquaginta annorum, et quod prædicta quidem testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit, et est rei veritas. EX MSS. *a*

567 Domina Bellina prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod ipsa erat filia dictæ dominæ Multobonæ, et soror carnalis dicti Ceconis, habentis filium unum qui vocabatur Gerardinus, qui erat quasi tunc duorum annorum et plurium; et cum, jam sunt duo anni elapsi, quodam die dominico post nonam, mater sua, scilicet D. Multobona, posuisset dictum Gerardinum super quodam banco, pannis involutum ad dormiendum, E ipse dormivit usque ad horam vespertinam, et cum dicta Multobona vellet eum levare, quia puer per se ipsum excitatus erat, invenit dictum Gerardinum cæcum ita quod nullo modo poterat videre lumen, nec videbat; immo ponebantur res coram oculis suis, et ipse nihil videbat, sed palpabat eas tanquam persona cæca. Dicta D. Multobona dolens multum de dicto puero, et ipsa testis, quia nulla alia persona erat ibi, vovit dicta D. Multobona de his omnibus, teste præsente, Deo et fratri Joanni Bono, si liberaret et illuminaret dictum puerum Gerardinum, quod ipsa duceret dictum Gerardinum vel portaret ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et offerret ibidem duos oculos cereos; et facto voto statim, dicta teste præsente, puer illuminatus est, et vidit bene. Et tunc dicta testis, gaudens et lætans una cum dicta matre sua D. Multobona, retulit gratias Deo; quo facto ambæ iverunt, scilicet dicta testis et D. Multobona, ad sepulcrum dicti fratris, et fecerunt quod dicta D. Multobona voverat et promiserat se teste præsente. Et dixit dicta testis interrogata quod puer Gerardinus stetit ita cæcus et sine lumine bene ab hora vespertina usque ad completorium. Et dixit F dicta testis interrogata quod ipse nolebat quod aliqui scirent tale infortunium, et ideo nescitum fuit ab aliquo, nisi ab ipsis duabus; de mense dicta testis interrogata dixit se non recordari. Et dixit dicta testis quod ipsa erat ætatis viginti quinque annorum; et quod prædicta quidem testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, et interfuit, ut dictum est. *de eodem miraculo testificatio Bellinæ.*

568 « Domina Riccadonna, uxor D. Junctæ. » civis Mantuani de Ruga Mattiera, et D. Tedesca. » famula, quæ fuit D. Pagani de Cervol, de ora » S. Michaëlis, juraverunt super præmissis dicere » veritatem quam scirent et tacere mendacium. » coram D. examinatore, eodem anno, indictione et » loco, XVII kal. Decembris, præsentibus D. Albizo. » canonico Peccioli, et Benvenuto, canonico S. Hi- » larii, testibus. Item D. Juncta, quondam Ubaldi. » maritus dictæ D. Riccadonnæ. de Ruga Mattiera. » juravit super præmissis dicere veritatem, quam » sciret et tacere mendacium, eodem anno, indi- » ctione et loco, IX kal. Decembris, præsentibus » presbytero Bongianne, capellano D. episcopi » Mantuæ, et Gerardino, quondam Rudulphi, et fratre *Excipiuntur juramenta testium.*

EX MSS

» fratre Joannino, heremita, testibus. Item D. Bo-
» nafemina, uxor Blanci Monticlarii, Mantuanæ
» diœcesis, de contrata quæ dicitur Bellalancia, et
» D. Diana, quondam Juncti de Ormanorum, quæ
b » moratur in villa S. Silvestri *b*, juraverunt super
» præmissis dicere veritatem, quam scirent et
» tacere mendacium, coram examinatore præ-
» dicto, prædicto anno, indictione et loco, XVII
» kalend. Decembris, præsentibus D. Albizo, ca-
» nonico Peccioli, et Benvenuto, quondam D. Zam-
» bonini, et Riccardino, filio D. Egidii, testibus. »

Testificatio Riccadonnæ de sanato oculo suo;

369 Octavum Miraculum. Domina Riccadonna prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod in septimana sancta Paschatis Resurrectionis proxime venturi, in die Mercurii Sancti, erunt duo anni completi quod ipsa Riccadonna erat ad molendinum, et molendinarius acuebat molas cum malleo ferro, et lapillus molæ prædictæ saltavit in oculum sinistrum dictæ Riccadonnæ, et infixus est dictus lapillus in oculo, ita quod nullo auxilio medicorum poterat extrahi; immo medici, conantes ipsum extrahere, deterioraverunt conditionem oculi supra modum, ita quod nullo modo videre de dicto oculo poterat, vel dormire, nec
B quiescere dicta testis; et in ipso dolore fuit et cæcitate dicta testis per totam hebdomadam sanctam usque ad diem Lunæ in Albis Pascharum; et in illa die recordans quod Deus multa miracula faciebat meritis fratris Joannis Boni, coram viro suo D. Juncta tale fecit votum : Ego Riccadonna voveo Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus liberaverit me de oculo meo meritis dicti fratris, quod ego ibo ad sepulcrum ejus offerens ibi unum caput cereum cum ambobus oculis; et sequenti die Martis, in hora tertia, quando volebat comedere, persensit lapillum dictum saltare et extrahi de oculo suo ac si aliqua persona extraxisset eum cum manibus, et statim liberata est; et incontinenti vocavit virum suum prædictum et dixit cum magno gaudio qualiter erat liberata; et quia ipsa testis prædicta parata erat ire Romam, nihilominus ivit, et ipsa reversa ivit ad dictum sepulcrum, et complevit votum suum. Interrogatus quibus præsentibus fecit votum, respondit quod coram viro suo prædicto et D. Beatrice, quæ modo mortua est. Et dixit dicta testis interrogata quod publicum erat et notorium et est, quod ipsa ita fuit cæca, et est satis manifestum medicis et aliis, qui habuerunt
C eam in cura; et quod non poterant eam curare, et quod liberata est meritis dicti fratris. Interrogata si semper postea fuit sana de dicto oculo, respondit quod sic; et quod credebat ipsa testis se esse ætatis viginti quinque annorum; et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita fuit per omnia rei veritas, ut dictum est, et hoc patuit multis.

de eodem miraculo testificatio Tedescæ

370 Domina Tedesca jurata testis, et interrogata suo juramento dixit, quod cum dicta D. Riccadonna ivisset quadam die ad molendinum in hebdomada sancta, in quadam die Mercurii Sancti, et cum molendinarius acueret molas cum malleo, quidam lapillus saltavit in oculo dictæ Riccadonnæ, et infixus est ita in oculo, quod medici non potuerunt ipsum extrahere aliquo modo; et cum ipsa testis crederet se amisisse oculos, vovit se Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus meritis dicti fratris liberaret eam, ipsa iret ad sepulcrum dicti fratris et offerret ibi unum caput cereum cum ambobus oculis. Et sequenti die dictus lapillus exivit de oculo, ac si aliqua persona extraxisset eum. Et illa gaudens et lætans, scilicet D. Riccadonna, ivit primo Romam, et ipsa testis ivit cum ca, et ipsis reversis, iverunt ad sepulcrum dicti D
fratris, et complevit, ut dicta testis dixit, dicta D. Riccadonna votum suum totaliter. Interrogata dicta testis si interfuit voto, respondit quod non, tamen omnibus aliis prædictis interfuit dicta testis. Interrogata de tempore dixit, quod in futura quadragesima, in hebdomada sancta, erunt duo anni; de mense non recordatur. Dixit dicta testis interrogata quod die Mercurii Sancti intravit dictus lapillus in oculum, et tenuit eum in oculo usque ad diem Martis in Albis Pascharum, et tunc liberata est; et dixit dicta testis interrogata quod hoc publicum fuit, et notorium qualiter D. Riccadonna passa fuit in oculo, et tanto tempore, et quod liberata fuerit precibus dicti fratris. Interrogata dicta testis cujus ætatis esset dicta testis, respondit quod viginti quatuor annorum; et dixit quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, et interfuit, ut dictum est.

371 Dominus Juncta prædictus, juratus testis, *et Junctæ.*
suo juramento dixit, quod quando D. Riccadonna ivit ad molendinum, intravit in oculo suo lapillus qui extrahi non potuit a medicis aliquo modo; et incontinenti quod fecit votum sequenti die liberata est. Interrogatus quantum tempus est quod hoc E
fuit, respondit quod in quadragesima proxima ventura erunt duo anni. Interrogatus de mense, dixit se non recordari. Interrogatus de die dictus testis, dixit quod in die Mercurii sancti dictus lapillus intravit in oculum dictæ uxoris suæ, et tenuit eum in oculo a die Mercurii, usque ad diem Martis in Albis Pascharum; et quod in die Lunæ sancto fecit uxor sua dictum votum. Interrogatus dictus testis si interfuit voto, respondit quod sic. Interrogatus dictus testis quibus verbis fuerit usa uxor sua quando fecit votum, respondit quod istis : Ego voveo Deo et fratri Joanni Bono, quod si liberabor meritis dicti fratris, ego ibo ad sepulcrum dicti fratris et offeram ibi unum caput cereum cum ambobus oculis; et ita fecit sicut vovit ipso teste præsente. Interrogatus dictus testis si fuit publicum quod dicta sua uxor fuerit infirma ut dictum est, et ita sanata, ut dictum est, precibus dicti fratris, respondit quod sic. Interrogatus dictus testis cujus ætatis esset ipse testis, respondit quod triginta quatuor annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, et omnibus prædictis interfuit, ut dictum est; de hora autem interro- F
gatus dictus testis in qua fuit liberata dicta uxor sua, dixit quod hora tertia ante prandium.

ANNOTATA.

a Ab hora vespertina ad completorium, *id est, a sole occiduo ad horam decubitus; dicitur hæc, hora completorii, quod solebat olim in monasteriis et conventibus decantari tum hæc pars officii ecclesiastici et proxime sequebatur decubitus. Cfr Martene, De antiquis monachorum ritibus, lib.* I, *cap.* 12.

b Villa S. Silvestri, *verisimiliter est vicus hodiernus* S. Silvestro, *duobus milliaribus Mantua distans ad meridiem.*

CAPUT

A

CAPUT VII.

Mulieris pauperis preces exaudit beatus, Bonfeminam liberat a gravibus doloribus.

Testificatio Riccadonæ prædictæ de sanatione

Nonum Miraculum. Item dicta D. Riccadonna prædicta jurata et interrogata suo juramento, dixit, quod in mense Maji proxime præterito fuit unus annus quod ipsa habebat quemdam suum porcum, qui adeo infirmabatur quod non comedebat aliquid nec bibebat, et ita steterat sine comestione bene octo diebus; unde cum ipsa testis et vir ejus haberent eum pro mortuo, et dolebant multum, quia pauperes erant, et vir dictæ testis dicebat quod volebat desperare, et semper erat in tribulatione et angustia, dicta testis cœpit consolari virum suum, dicens, quod non deberet tribulari,
B quia ille Dominus qui liberaverat eam de oculo, liberaret porcum suum; et statim dicta testis fecit tale votum : Ego voveo Deo et fratri Joanni Bono quod si Deus meritis dicti fratris liberaverit porcum meum, quod ego ibo ad sepulcrum ejus, et adcingam sepulcrum ejus cum candela, et offeram ibi medium porcum cereum, quam ceram emam totam de filato quod filabo jejuna saliva, et filum quod erit in candela, vel stupium, filabo eodem modo, et quod tamdiu stabo recta coram sepulcro, quamdiu erit combusta tanta candela in cujus longitudine porcus est longus. Et ita una die fecit votum, et alia die, licet porcus adhuc esset infirmus more solito, dicta testis, his quæ promiserat acceptis, ivit ad sepulcrum dicti fratris et stetit ibi per totam noctem in orationibus, et fecit totum illud quod promiserat.

sui porci;

573 Interrogata quomodo potuit cito filare tantum de quo potuit complere votum, respondit quod accepit in credentiam a quodam mercatore. Mane autem facto dicta testis rediit domum suam et invenit porcum suum sanatum et liberatum omnino; ita quod cum porcus non surrexisset
C illis octo diebus, immo jacebat semper tanquam mortuus, surrexit per se ipsum, et comedit, et bibit, et fuit bene liberatus, et dicta testis dixit quod vendidit eum postea centum solidos mezanos minus tribus imperialibus. Interrogata dicta testis de tempore, dixit quod mense Maji. Interrogata dicta testis dixit quod in die dominico in mane invenit eum sanatum; et dixit dicta testis interrogata quod præsente viro suo fecit dictum votum; et dixit dicta testis quod publicum fuit in contrata sua, quomodo porcus ejus ita fuit primo infirmus et postea sanatus precibus dicti fratris, et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita est rei veritas.

aliæ testificationes

574 Domina Tedesca prædicta, jurata testis, dixit, quod ipsa vidit porcum dictæ D. Riccadonnæ infirmum, ut dictum est, et quod stetit bene octo diebus ita infirmus, et vidit eum postea subito quasi in duobus diebus omnino sanatum; et ivit dicta testis cum ea quando ivit ad sepulcrum dicti fratris, et obtulit ibi dicta D. Riccadonna medium porcum cereum, et candelam tantam quod adcinxit sepulcrum dicti fratris; et stetit recta in orationibus tamdiu quamdiu tanta candela fuit combusta quantum porcus erat longus, et hæc emit de filato quod filaverat jejuna saliva, ut dixit dicta Riccadonna. Interrogata dicta testis si interfuit voto, respondit non. Interrogata de tempore, dixit, quod in mense Maji proxime præteriti fuit annus; de die, dixit quod in die dominico in mane. Interrogata dicta testis si publicum fuerat quod ille porcus ita fuerit infirmus, et tanto tempore, et quod liberatus fuerit precibus dicti fratris, respondit quod sic, et dixit dicta testis quod dicta domina Riccadonna die una fecit votum, et in sero alterius iverunt cum promisso ad sepulcrum dicti fratris, et sequenti mane inventus est dictus porcus sanatus se teste vidente; qui porcus sterat bene octo diebus nihil sumens. Interrogata dicta testis quomodo potuit dicta D. Riccadonna tam cito filare tantum, et jejuna saliva, quod posset emere tantam ceram, respondit quod quidam venditor ceræ credidit ei, se teste vidente; et quod prædicta dicta testis testificata est, ut dixit, non rogata neque docta, sed quia ita vidit, et interfuit. EX MSS.

de eodem miraculo.

575 Dominus Juncta prædictus testis, suo juramento dixit, quod in mense Maji proxime præteriti fuit unus annus, quod ipse habebat quemdam suum porcum qui erat satis pulcher et pinguis, qui E
infirmatus fuit ita quod stetit bene octo diebus nihil comestionis sumens; immo ipse testis habebat eum pro mortuo, et ducebat et duxit multos macellarios si vellent ipsum porcum, et non invenit qui vellent ei dare unum denarium; unde ipse testis dolens multum nesciebat quid inde faceret, nisi quod dicebat quod volebat desperare, quia pauper homo erat; unde uxor ejus cœpit consolari ipsum in quantum poterat; et tunc dicta uxor dixit, se teste præsente et audiente : Ego voveo Deo et fratri Joanni Bono porcum meum, quem si Deus liberaverit meritis dicti fratris, ego ad sepulcrum suum ibo, et stabo ibi per totam noctem, et offeram ibi medium porcum cereum, et adcingam cum candela sepulcrum suum, coram quo tantum stabo recta quod erit combusta candela in longitudine porci mei. Et statim dicta uxor sua, non expectato quod videlicet porcus ejus sanaretur, ivit ad quemdam qui credidit ei ceram, et ivit ad dictum sepulcrum; quid tamen uxor sua prædicta fecerit cum ivit, dixit quod nescit; ipse vero testis remansit domi : et cum porcus ejus stetisset ita octo diebus, et quod semper jacuerat, persensit dictus testis porcum suum levare, et rugire, et ire ad F
locum in quo comedere consuescit; et dictus testis per summam lætitiam surrexit, et ivit ad locum ubi erat porcus; et invenit eum erectum, et comedebat, et interim dicta uxor sua reversa est, et cum crederet quod porcus ejus esset mortuus, invenit eum totaliter liberatum; et fuit gaudens et læta multum; et dixit testis prædictus quod porcus ejus semper postea fuit sanus, et vendidit eum uxor sua centum solidorum mezanorum; et dixit dictus testis quod dicta uxor sua satisfecit creditori ceræ de filato quod filavit jejuna saliva tantum. Interrogatus dictus testis de die, dixit quod in die dominico in aurora fuit liberatus porcus ejus, et in die sabathi, vel veneris, fecerat votum dicta uxor sua. Et dixit dictus testis interrogatus quod publicum fuit satis quod porcus ejus ita pateretur et quod liberatus fuerit precibus; et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit.

Testificatio Bonfeminæ, e gravi lapsu confractæ, ac

576 Decimum Miraculum. Domina Bonafemina, jurata testis super præmissis et interrogata suo juramento, dixit quod cum quadam die sabbathi, hora tertia, tempore translationis corporis fratris Joannis

ex mss. *liberatione sua a doloribus;*

Joannis Boni ivit ad lavandum pannos suos tempore pluvioso, et descenderet ad aquam in qua debebat lavare per quasdam scalas lapideas, effugit ei pes in principio scalarum, ita quod supina cecidit super scalas lapides, et ita crudeliter percussit renes suos ad lapides, quod visum fuit ei quod omnia ossa sibi frangerentur; et diruit a principio scalarum usque ad aquam; et quia non erant ibi aliquæ personæ quæ juvarent eam, licet propter dolorem quem sensit quasi amiserit sensum, ita carpiendo cum manibus rediit domum suam, quæ erat ibi prope juxta aquam; et cum fuit domi suæ ipsa non poterat se erigere, immo vociferabatur et exclamavit ita per totam noctem. Mane autem facto stetit in lecto usque ad horam tertiam, et non potuit surgere, et tunc surrexit et vocare fecit quandam suam vicinam, Dianam nomine, et fecit sibi dare unum baculum, et ivit ad sepulcrum dicti fratris cum magna difficultate; quia ibat ita curva quod mirum erat, quia non poterat erigere caput aliquo modo : et posuit se ad sedendum bene sex vicibus antequam deveniret ad dictum sepulcrum, et cum fuit ibi, oravit ad Deum quod liberaret eam precibus dicti fratris, et
B obtulit tantam candelam in cujus quantitate dicta testis erat longa; et quod nunquam lavaret de cetero die sabathi promisit; et ita incontinenti persensit ipsa Bonafemina reaptari ossa sua, et redire ad locum pristinum, et doluit ei mirabiliter; et incontinenti erexit caput, et nullum persensit dolorem, et ita sana et alacris rediit domum suam, et semper postea fuit sana, et est hodie, et nullum postea ab hoc persensit dolorem. Interrogata quibus præsentibus liberata fuit, respondit coram dicta D. Diana et pluribus qui viderunt eam euntem infirmam, et redire sanam. Interrogata si publicum fuit quod ita ciderit, et quod liberata fuerit precibus dicti fratris, respondit quod sic, vicinis suis. Et dixit dicta Bonafemina quod erat ætatis triginta annorum et plurium, et quod prædicta dixit non rogata neque docta, sed quia ita fuit rei veritas.

aliæ testificationes

377 Domina Diana, prædicta jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa testis erat vicina dictæ Bonafeminæ, et vidit eam sic dolentem et vociferantem quod mirum erat, propter quamdam casuram quam fecerat quando ibat ad lavandum; et vidit eam quod non poterat ele-
C vare caput propter dolorem quem sentiebat; et ipsa testis ivit cum D. Bonafemina prædicta quæ nullo modo poterat ire, immo posuit se ad sedendum bene sex vicibus antequam posset venire ad dictum sepulcrum, et portabat baculum semper; et cum deveniret ad dictum sepulcrum, obtulit tantam candelam, in cujus quantitate dicta Bonafemina erat longa, et oravit coram dicto sepulcro, et statim liberata est, se teste præsente et vidente; et rediit domum sana et hilaris, et gentes mirabantur multum qui viderant eam primo non posse ire etiam cum baculo; et modo vadit tam bene, et sine baculo, et semper postea fuit sana et est hodie. Interrogata de tempore, dixit quod non recordabatur, nec de mense; de die, dixit die dominico sana facta est, hora nona. Et dixit se esse ætatis dicta testis octodecim annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, et quia publicum est per totam suam contratam.

de eodem miraculo.

378 « Domina Ghisla, Hermanni uxor, civis Man-
» tuæ, de ora Omnium Sanctorum, juravit super
» præmissis dicere veritatem quam sciret et ta-
» cere mendacium, eodem anno, indictione et
» loco, VII kal. Decembris, coram D. Albizo, cano- D
» nico Peccioli, et fratre Bonaventura, et fratre
» Ardicione, heremitis dicti ordinis, testibus. »
Domina Ghisla, prædicta jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit quod ipsa erat et est vicina dominæ Bonafeminæ, uxoris Blanci prædicti, quæ cum quadam die sabathi, jam sunt duo anni elapsi, iret ad lavandum quosdam suos pannos, cecidit super scalas tam crudeliter, quod fracti sunt sibi renes et quasi ossa omnia; et cum stetisset dicta Bonafemina per totam illam diem sabathi, et per totam noctem, et non posset se vertere in lectulo vel caput erigere, propter dolorem quem sentiebat in renibus, immo, se teste videnti et audiente, exclamabat et vociferabatur tamquam persona moriens, et cum nullum posset habere consilium quomodo faceret, ivit et fecit portare sibi duos baculos, et duxit secum quandam suam vicinam, nomine Dianam, et ivit ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni; et quando ivit, nullo modo ire poterat et cum duobus baculis, et vidit eam euntem post tertiam, sic infirmam, et redeuntem hora vespertina sanam et jocundam, et sine baculis : et fuit postea sana, et est hodie sicut multis apparet.
Interrogata dicta testis de mense, dixit se non E recordari. Et dixit dicta testis interrogata quod publicum fuit omnibus vicinis suis, et multis aliis, quod ita ceciderit, et quod liberata fuerit meritis dicti fratris coram sepulcro dicti fratris. Et dixit dicta testis quod ipsa erat ætatis triginta duorum annorum, et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

CAPUT VIII.

Liberatur Mantuana ab arthritide, Cancellaria a fistulis.

Obligantur testes juramento.

« Undecimum Miraculum. Domina Mantuana, F
» quondam D. Ruberti, de Armaldesco, Brixiensis
» diœcesis, quæ moratur juxta palatium com-
» munis, et D. Martina, uxor D. Zaniboni, in ora
» S. Gervasii, et D. Guattius, barberius, quondam
» Bonominis, de porta Guelli..., et D. Ricelda,
» uxor olim Jacobini, de ora quæ dicitur Tosa,
» juraverunt super prædictis dicere veritatem
» quam scirent et tacere mendacium, coram dicto
» examinatore, eodem anno, indictione et loco,
» XVI kal. Decembris, præsentibus DD. Bartho-
» lomæo et presbytero Bongianne, familiaribus
» D. episcopi Mantuæ, et D. Albizo, canonico
» plebis de Pecciolo, testibus. »

Testificatio Mantuanæ, liberatæ ab arthritide et ulceribus;

380 Domina Mantuana prædicta jurata, suo juramento dixit, quod ipsa patiebatur guttam et fistulas in genibus et cruribus multas, et in tantum quod non poterat se de lecto elevare, nisi cum duobus baculis semper; et illam infirmitatem passa fuit per septem annos usque ad tempus mortis fratris Joannis Boni; et in tempore mortis dicti fratris, cum Deus ipsius meritis multa miracula ostenderet in gentibus, dicta Mantuana confisa meritis dicti fratris ivit ad sepulcrum dicti fratris, et fuit ibi duobus diebus et duabus noctibus, orans Deum ut eam liberaret meritis dicti fratris. Et elapsis dictis duabus diebus ac noctibus, incontinenti

A tinenti a dictis infirmitatibus convaluit, ita quod unum baculum dimisit ibi, et cum altero rediit domum, et intra quasi octo dies omnia ulcera, et fistulæ, et apostemata, quæ patiebatur, recesserunt sine aliquo auxilio medicorum, et sana stetit et permansit usque hodie, et ivit et vadit semper sine baculo tanquam aliqua mulier sana. Interrogata quibus præsentibus sanata fuit, et ubi, respondit quod præsente fratre suo Ubertino et multis aliis, quorum nomina dixit se non recordari; de tempore dixit dicta Mantuana quod fuit tempore translationis corporis dicti fratris, de mense et die non recordatur. Et dixit dicta testis quod satis erat et fuit publica infirmitas sua, et quod Deus liberaverat eam precibus dicti fratris, et quod prædicta dicta Mantuana dixit non rogata neque docta, sed quia ita fuit rei veritas.

de eodem miraculo testificatio Ubertini,

381 Ubertinus, frater dictæ Mantuanæ, prædictus juratus testis, suo juramento dixit quod vidit dictam sororem suam Mantuanam plenam fistulis, et apostematibus, et guttis in genibus et cruribus, et quasi per totum; et istam infirmitatem passa fuit per septem annos ipso teste vidente; et quod ire non poterat aliquo modo, immo jacebat

B semper, et quando ibat, ibat cum duobus baculis; et longo tempore fuit, licet esset pauperrima, in manibus medicorum, et nihil ei profuerat : unde audito quod Deus multis benefaciebat meritis dicti fratris, ivit dicta Mantuana cum duobus baculis cum maxima difficultate ad sepulcrum dicti fratris, et ibi stetit duobus diebus et duabus noctibus coram sepulcro dicti fratris, orans ad Dominum, ut meritis dicti fratris eam liberaret; et in capite duorum dierum, Christi gratia, dicta Mantuana convaluit, adeo quod dimisso uno ex baculis, cum altero baculo domum rediit; et intra octo dies postea fuit totaliter sanata, et est hodie, sicut satis

a manifeste apparet *a* et istis omnibus. Interrogatus dictus testis dixit se interfuisse; de tempore dixit dictus testis quod in [tempore] translationis corporis dicti fratris; de mense et die, non recordatur; de hora interrogatus dictus testis, dixit quod in mane coram sepulcro dicti fratris. Interrogatus quibus præsentibus, respondit, se teste et multis aliis, quia ecclesia erat plena gentibus. Et dixit dictus testis, quod satis est publicum et manifestum omnibus, quomodo dicta Mantuana, soror sua, tanto tempore fuit infirma, et sic crudeliter, et quod

C liberata fuerit precibus dicti fratris. Et dixit dictus testis quod ipse testis erat ætatis viginti annorum, et quod prædicta testificatus est dictus testis non doctus neque rogatus, sed quia ita vidit, et interfuit omnibus supradictis.

Guattii,

382 Dominus Guattius prædictus, juratus testis, dixit juramento quod ipse vidit dictam Mantuanam sic patientem quod longo tempore steterat in lectulo tantum, quod non poterat ire, et quando ibat, ibat cum duobus baculis, et quod pluries ipse testis, quia barberius erat, diminuit de pedibus et cruribus sanguinem dictæ Mantuanæ; et tum videbat et vidit ulcera et fistulas dictæ Mantuanæ, de quibus erat in cruribus dicta Mantuana tota plena; et nunquam ipse testis credere poterat quod deinceps deliberaretur. Et tunc post multos dies vidit eam sanatam, videlicet in translatione corporis dicti fratris, et semper postea fuit sana, et est hodie, sicut manifeste apparet. Et dixit dictus testis quod vidit dictam Mantuanam sic patientem bene per septem annos, et usque ad translationem corporis dicti fratris, et postmodum vidit eam sanam, et euntem sine baculis, et dixit dictus testis quod satis fuit publicum et manifestum, qualiter dicta Mantuana tanto tempore fuit infirma, et quod liberata fuerit precibus dicti fratris; et dixit dictus testis quod ipse erat ætatis quadraginta annorum, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est. EX MSS.

383 Domina Richelda prædicta jurata testis, *Richeldæ,* suo juramento dixit, quod vidit dictam Mantuanam tanto tempore, ut dictum est supra, sic patientem bene per septem annos; et quod in translatione dicti fratris vidit eam euntem ad sepulcrum dicti fratris cum duobus baculis, et redeuntem cum uno baculo tantum, et semper postea vidit eam sanam, et est hodie tanquam alia mulier sana, et est publicum, ut dixit ipsa testis, quod dicta Mantuana tanto tempore fuit infirmata, et ita crudeliter, et quod liberata fuerat precibus dicti fratris. Et dixit dicta testis quod erat ætatis quinquaginta annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita est rei veritas, et publicum, et manifestum.

384 Domina Martina, prædicta jurata testis, *et Martinæ.* dixit quod publica fama erat quod Mantuana prædicta tanto tempore, scilicet septem annos, passa fuerit, et liberata meritis dicti fratris, et quod ipsa E testis vidit eam infirmam ante translationem corporis dicti fratris et euntem semper cum duobus baculis, et post vidit eam sanam et liberatam, et videt hodie. Interrogata quid esset publica fama, respondit quod illud quod communiter credunt et dicunt gentes. Et dixit dicta testis, quod ipsa testis erat quadraginta annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et novit.

385 « Duodecimum miraculum. Domina Ben- *Testes sese* » venuta, olim relicta D. Arlotti de Arlottis *b*, de *obligant sacramento* » ora S. Martini, et D. Jacoba, uxor D. Taliaferri *b* » de Arlottis, ejusdem contratæ, juraverunt super » præmissis dicere veritatem quam scirent et ta- » cere mendacium, eodem anno et indictione, » Mantuæ in palatio dictæ D. Benvenutæ *c*, xv kal. *c* » Decembris, præsentibus D. Farina, quondam » D. Octolini, et Bonajuncta, quondam D. Jani » Guidotti, et fratre Joannino heremita. Item » D. Cancelleria, soror, filia olim D. Arlotti de » Arlottis, juravit super præmissis dicere veritatem » quam sciret et tacere mendacium, eodem anno » et indictione, Mantuæ apud ecclesiam S. Marci *d*, *d* » Mantuæ, xv kal. Decembris, præsentibus D. Gau- F » dino, medico, de Manerbio *e*, Veronensis diœ- *e* » cesis, et D. priore S. Marci prædicti et fratre » Bonaventura, heremita dicti ordinis. Item D. In- » ghettia, olim relicta de Conforti, de ora S. Ste- » phani, et D. Isabella, olim relicta D. Martini, » ejusdem contratæ, juraverunt super præmis- » sis dicere veritatem quam scirent, et tacere » mendacium, eodem anno et indictione, xv kal. » Decembris, in ecclesia S. Stephani, Mantuæ, » præsentibus D. Benvenuto, quondam D. Martini » de Maceratis, et D. Buoso, quondam D. Gerar- » dini, de ora S. Stephani, et fratre Joannino, » heremita, testibus. »

386 Domina Cancellaria, soror, prædicta jurata *Testificatio* et suo juramento interrogata dixit, quod sicut ipsa *Cancellariæ,* credebat, bene sunt xvi anni quod ipsa ducta fuit *liberatæ a* Cæsenam, ex eo quod patiebatur apostemata *fistulis et ul-* multa, et fistulas in multis locis, et quasi per to- *ceribus innu-* tum; quod longo tempore fuerat in manibus me- *meris;* dicorum et nihil ei profuerat : quam infirmitatem, ut dixit, passa fuerit bene per decennium et amplius; et cum Dominus meritis fratris Joannis Boni multis benefecerit, et omnes infirmi qui ducebantur

ex mss. / cebantur et ibant ad eum Cæsenam, revertebantur sani *f*, domina Benvenuta, olim relicta Arlotti, noverca dictæ Cancellariæ, et D. Jacoba, uxor D. Tagliaferri, paraverunt se et duxerunt eam per aquam usque Ravennam, postmodum iverunt per terram usque ad locum dicti fratris Joannis Boni, et ipso fratre invento, et demonstratis sibi plagis, et elevatis emplastris, voluerunt quod dictus fr. Joannes Bonus signaret ulcera ejus, et quod sanaret et liberaret dictam Cancellariam a dictis plagis; ille noluit eam signare, et dixit ita : Si ipsa Cancellaria vult deinceps servire Deo, et cavere sibi a peccatis deinceps, ipse rogaret Deum pro ea. Et discesserunt ab eo, habito primo responso a dicta Cancellaria, quod libenter volebat Deo servire. Et cum arripuissent iter, rediverunt Mantuam, et postquam fuerunt Mantuæ, dicta D. Benvenuta, elevatis petiis et emplastris ab illis infirmitatibus, invenit eam quasi sanatam, ita quod infra duos menses fuit sana, tanquam aliqua alia mulier, et est hodie, et fuit postea semper; et ipsa D. Cancellaria assumpsit postmodum habitum religionis, et fuit ibi usque in hodiernam diem sana sine aliqua læsione. Et interrogata dicta Can-
B cellaria soror de tempore, dixit quod sunt xii anni et amplius; de mense dixit quod credit quod in mense Aprilis; de die et hora non recordatur; item interrogata dicta testis si publicum erat quod ita passa fuerit, et tanto tempore; respondit quod sic. Et dixit quod ipsa testis erat bene ætatis xxviii annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et ita sana facta est.

testificatio Benvenutæ,

387 Domina Benvenuta, prædicta jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit, quod bene sicut xv anni elapsi quod ipsa habebat et habet quamdam suam filiastram, nomine Cancellariam, habentem tunc bene xviii annos, quæ erat tota plena apostematibus et fistulis, propter quas longo tempore fuerat in manibus medicorum; et quandocumque liberabatur in uno loco, statim in altero pullulabat; et stetit infirma in illa infirmitate bene xvi annos. Unde cum ipsa domina Benvenuta prædicta testis esset jam desperata de convalescentia ejus, imo potius affectabat eam mori, postquam liberari non poterat, et medici dicebant eam marcidam et adeo corruptam quod numquam poterat liberari de cætero, et cum per longum tempus
C ipsa testis audisset de fama dicti fratris Joannis Boni, qui erat tunc Cæsenæ vivus, et quod multi sani infirmi irent ad eum, quilibet in suo statu, et redibant laudantes et glorificantes Deum, paravit se dicta testis, et duxit secum dictam Jacobam,
g uxorem D. Taliaferi *g*, et ivit Cæsenam, ducens dictam Cancellariam secum; et ivit per aquam usque Ravennam; et postea per terram iverunt usque ad locum conventus heremitarum de Cæsena, ubi erat dictus frater Joannes Bonus : quo invento, demonstraverunt ei plagas et fistulas prædictæ Cancellariæ, et voluerunt quod ipse signaret eam, et ipse frater noluit; tamen ita respondit eis, quod si ipsa vellet promittere ei fratri de cætero servire Deo, et cavere sibi a peccatis, ipse rogaret Deum pro ea, et illa D. Cancellaria respondit, quod libenter.

matris Cancellariæ,

388 Demum religatis plagis cum petiis, more solito, rediverunt Mantuam, quam citius potuerunt, ipsa testis et dicta D. Jacoba, et Cancellaria supradicta; et statim dicta testis, cum fuit Mantuæ, volens mutare dictas plagas more solito, elevatis petiis, invenit eam Cancellariam quasi sanatam; et tunc projecit dicta testis omnia liga-
mina et petias, et quasi infra unum mensem fuit D
omnino liberata, et semper postea fuit sana; et est hodie soror in ecclesia S. Marci, Mantuæ *h*. Inter- *h*
rogata dicta testis de mense, dixit quod fuit post Pascha resurrectionis; de die dixit dicta testis interrogata, quod in die dominico fuerunt Cæsenæ, et demonstraverunt dictas plagas dicto fratri Joanni Bono, et steterunt ibi usque ad diem Martis in mane, et arripuerunt iter redeundi Mantuam; et sequenti die dominica invenit eam dicta testis esse liberatam, post prandium. Interrogata dicta testis, si hoc fuit publicum, quod ita Cancellaria tanto tempore fuerit passa et sic crudeliter, et quod liberata fuerit precibus postea dicti fratris Joannis Boni, respondit, quod sic; et dixit dicta testis interrogata, quod ipsa erat ætatis quadraginta annorum, et plurium, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia, ut dixit, rei veritas est, et ita vidit ipsa testis.

de eodem miraculo;

389 Item eadem D. Benvenuta prædicta dixit, quod quando ipsa ivit Cæsenam pro dicta filiastra sua Cancellaria, duxit secum expensis suis et expensis D. Jacobæ, uxoris prædicti Taliaferri, quandam mulierem cæcam amore Jesu Christi, quæ E
non videbat aliquo modo, nomine D. Bonam, ejusdem contratæ de qua est dicta testis; immo ipsa teste vidente pluries quando volebat mittere manum in proxidem, mittebat in sciffum, vel in alium locum, et quæ pluribus annis retro steterat cæca; et quando fuit ipsa cæca Cæsenæ ivit et locuta est cum dicto fratre : quid dixerint et fecerint, dicta testis dixit se nescire, nisi quod in reversione dicta Bona vidit lumen et postea semper quoad vixit; quæ vixit postea per quatuor annos et amplius, se teste vidente, bene illuminata. Item dixit dicta testis, quod publicum fuit satis et manifestum quod dicta D. Bona longo tempore ita fuit cæca, et postmodum precibus dicti fratris liberata. De tempore dixit, quod tunc quando duxit Cæsenam dictam Cancellariam filiastram suam; et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

item D. Jacobæ.

390 Domina Jacoba prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod ipsa ivit Cæsenam bene sunt xv anni elapsi, cum dicta Benvenuta, olim relicta de D. Arlotti, et duxerunt secum D. Cancellariam prædictam, quæ patiebatur et passa fuerat bene xvi annos multas fistulas et F
alias plagas, et quasi per totam; et quod, se teste vidente, semper usa fuerat consilio medicorum, et nihil ei profuerat; immo quasi omni die deteriorabatur; nec a medicis, nec ab aliis, de ejus Cancellarie liberatione de cætero sperabatur. Et postquam rediverat de Cæsena Mantuam dicta Cancellaria, semper fuit postea sana, et est hodie; tamen dixit dicta testis quod quando dicta Benvenuta et Cancellaria locutæ fuerunt cum dicto fratre Joanne Bono, non interfuit ipsa testis. Interrogata de mense, respondit quod post Pascha Resurrectionis Domini; de die dixit quod in die dominico locutæ, se teste vidente, fuerunt dicta D. Benvenuta et Cancellaria dicto fratri Joanni Bono, et steterunt ibi usque ad diem martis sequentis in mane, et die dominico, ut credebat, Mantuam devenerunt, et tunc dicta Cancellaria fuit sana inventa post prandium. Et dixit dicta testis interrogata quod publicum fuit multum qualiter dicta Cancellaria tanto tempore steterat infirma, et sic crudeliter, ut dictum est, et quod liberata fuit precibus dicti fratris Joannis Boni. Interrogata dicta testis cujus ætatis esset dicta testis, respondit, quod sexaginta annorum; et quod prædicta dicta testis

A testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et novit esse rei veritatem.

ANNOTATA.

a Sicut satis manifeste apparet. *Aderat scilicet Mantuana, miraculo sanata, quæ paulo ante pro testimonio dixerat : ex quo videntur testes, qui simul juramento se obligaverant, remanere potuisse in loco processus usque ad finem omnium testificationum; quod hodiedum non toleraretur.*

b D. Arlottus de Arlottis, *qui fuit pater Cancellariæ, miraculo sanatæ. Ad hanc gentem spectabat Robertus Arlottus, Mantuanorum dux in bello quod medio sæculo* XII *Cremonensibus intulerunt. Cfr. supra pag.* 761 *num.* 62.

c In palatio dictæ D. Benvenutæ. *Cfr supra pag.* 771 *num.* 8.

d Ecclesia S. Marci. *Cfr pag.* 770 *num.* 8 *et pag.* 775 *annot.* d.

e Manerbium, *hodiernum* Menerbe, *leucis horariis circiter septem a Verona, Orientem inter et Meridiem, et ad sinistram Atesii fluminis.*

f Omnes infirmi... revertebantur sani. *Adeo*
B *frequentia fuere miracula a* B. Joanne *perpetrata, dum viveret, ut testes plurimi dixerint eum miracula operatum esse quotidie. Cfr Comment. prævi. num.* 95.

g *Calepinus num.* 65, *hunc vocat* Galiaferrum, *Constantius Lodi* Galiaferro, *secuti, ni fallor, perpetuum suum ducem Augustinum Cremensem* (*Comment. prævi. num.* 206 *et* 207); *sed scribendum nomen ut hic effertur. Cfr Muratori, Rer. Ital. script. tom. XXV pag.* 332.

h Soror in ecclesia S. Marci, Mantuæ: *de hoc monasterio canonicorum regularium S. Augustini dictum breviter supra pag.* 770 *num.* 8 *et pag.* 775 *annot.* d. *Soror, cujus hic mentio occurrit, adhibita fuerit forte ad quædam ministeria, sive ecclesiæ, sive monasterii, ut aliquando factum fuisse novimus; vel, quod mihi verisimilius* (*siquidem hæc soror, nomine Cancellaria, pertinebat ad nobilem gentem Arlottorum*), *monasterio canonicorum S. Marci adjunctum erat monasterium canonissarum, quemadmodum et in aliis monasteriis canonicorum, inprimis in nostro Belgio, infrequens non fuit. Obtinuit id initio in ordine quoque canonicorum Præmonstratensium : Philippus quidam, abbas Præmonstratensis*
C *monasterii de Parco prope Lovanium, scribebat ad S. Hildegardem medio sæculo* XII : Ora igitur, mater venerabilis, ora... et pro congregatione fratrum et sororum, quam habeo regendam (1). *De quo scribit Hugo, Stivagii abbas, in Annalibus ordinis :* Castas virgines et viduas, ad religionem anhelantes, Norbertus paterno affectu aggregaverat ordini, et a virorum monasteriis uno tantum angulari lapide separatum construxerat eis habitaculum, in quo reclusæ silentio et orationi vacabant tanta districtione, ut ad eas nullus hominum pateret ingressus aut confabulatio. *Sed eodem sæculo* XII, in generali capitulo, præside et requirente Hugone (*qui primus post S. Norbertum ordinem regebat*) sancitum est, (2) ut ad remotiora loca sanctimonialium ædes transferrentur.

EX MSS.

CAPUT IX.

Bona et Thomasinus liberantur a cæcitate, et huic sanantur vulnera.

Testificatio Jacobæ de Bona, liberata a cæcitate;

Decimum tertium Miraculum. Item eadem D. Jacoba prædicta, jurata testis et suo juramento interrogata dixit, quod in contrata sua erat quædam mulier pauperissima satis quæ per longum tempus aliquo modo lumen non viderat, credit ipsa testis bene per decennium, quæ vocabatur D. Bona, quam ipsa testis, et D. Benvenuta prædicta duxerunt Cæsenam propriis expensis, et cum dicta Bona fuit Cæsenæ, locuta est cum dicto fratre Joanne Bono. Quid dictus frater Joannes Bonus ei dixerit nescit, nisi quod quando revertebantur uno sero, ita illuminata est, quod videbat tanquam aliqua alia mulier bene illuminata; et ita illuminata vixit postea dicta Bona, se teste vidente, bene quatuor annos et amplius. Interrogata dicta testis, quo- E
modo sciret quod dicta Bona esset ita primo cæca, ut dictum est, et postea meritis dicti fratris illuminata, respondit quod ipsa testis vidit dictam Bonam sic cæcam, et quando credebat mittere manum in proxidem, ipsa mittebat in sciffum, vel in alium locum; et similiter nesciebat ire, nisi aliquis duceret eam, et postmodum reversa de Cæsena, videbat et ibat, et faciebat facta sua, tanquam aliqua alia mulier bene sana, et quia, ut dixit ipsa testis, publicum erat et notorium quod dicta Bona esset ita cæca, et tanto tempore, ut dictum est, et postmodum meritis dicti fratri illuminata. Immo gentes mirabantur multum; et dixit dicta testis, quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit.

testificatio Inghettiæ

392 Domina Inghettia prædicta, jurata et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa ivit Cæsenam cum D. Benvenuta, et D. Jacoba, et Cancellaria prædictis, et erat ibi quædam mulier cæca, quæ vocabatur Bona, quam prædictæ dominæ duxerunt suis expensis in una navi, et cum eis rediit; et dicta Cancellaria, ut dicebatur, erat plena fistulis et aliis infirmitatibus; et sicut dictum fuit F
postea, et ego audivi dici publice, liberata fuit precibus dicti fratris Joannis Boni. Et dixit dicta testis quod in reversione vidit dictam Bonam illuminatam, et audivit dici publice et manifeste Mantuæ, quod dicta Bona erat cæca, et quod ita longo tempore steterat, et postquam de Cæsena rediit, fuit semper illuminata. Interrogata dicta testis, quid esset fama publica, respondit quod illud quod communiter credunt et dicunt gentes; et dixit dicta testis, quod ipsa ivit Cæsenam propter famam publicam ipsius fratris ad videndum ipsum. Interrogata de tempore, dixit quod, ut credebat, bene sunt xv anni, et dixit dicta testis, quod ipsa erat sexaginta annorum, et dixit de aliis se non recordari; et dixit dicta testis quod prædicta testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita fuit manifestum multis.

et Isabellæ, de duobus præcedentibus miraculis.

393 Domina Isabella prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod bene sunt xv anni elapsi et amplius, ut credebat ipsa testis, quod propter famam, quam audiebat ipsa

(1) Acta SS. Septembris, tom. V, pag. 662, num. 142. —

(2) Ordinis Præmonstratensis annales, t. I, col. 7, Nanceji 1734.

ex mss. testis, ivit Cæsenam ad videndum dictum fratrem Joannem Bonum, et ivit in una navi cum D. Benvenuta, olim relicta D. Arlotti, et D. Jacoba, uxore D. Taliaferri, quæ ducebant secum duas infirmas, scilicet D. Cancellariam, filiastram dictæ D. Benvenutæ, quæ erat plena fistulis et multis aliis pessimis ulceribus, et ita steterat longo tempore, ut dicebatur a multis, et Bonam cæcam, quæ erat earum vicina, et quæ longo tempore fuerat cæca, et ducebant eam prædictæ dominæ suis expensis amore Domini nostri Jesu Christi. Quid prædictæ dominæ cum illis duabus infirmis cum fratre Joanne Bono dixerint et fecerint, dicta testis dixit se nescire; tamen in una navi rediit cum eis Mantuam, et vidit dictam Bonam illuminatam, et vidit eam postea per longum tempus illuminatam, et audivit publice dici Mantuæ, quod Deus meritis dicti fratris sanavit et liberavit dictam Cancellariam, et fuit postea semper sana, et est hodie in monasterio S. Marci soror, sicut satis manifeste apparet. Interrogata dicta testis de mense, dixit quod non recordatur alias, nisi quod fuit post Pascha Ressurectionis Domini; plura de his dixit ipsa testis se nescire : et dixit dicta testis interro-
B gata quod ipsa testis erat ætatis quinquaginta annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita est rei veritas.

Excipitur juramentum testium.

394 « Decimum quartum miraculum. Januarius, quondam D. Omnisboni, de ora S. Gervasii, » Mantuæ, juravit super præmissis dicere veritatem quam sciret et tacere mendacium, coram » dicto examinatore, eodem anno, indictione et » loco, XIII kal. Decembris, præsentibus D. Albizo, » canonico Peccioli, et Vivaldino, filio Gratiadei, » Mantuano, et fratre Bonaventura, heremita dicti » ordinis, testibus. Item D. Quarentina, uxor præ- » dicti Januarii, et D. Ferronia, quondam Ugonis
a » de Mariana *a*, de capella S. Alexandri, et » D. Jemma, quondam D. Petri, de ora S. Ger- » vasii, et Amadorina, uxor Albertini, dicti Conte, » ejusdem contratæ, juraverunt super præmissis » dicere veritatem quam scirent et tacere menda- » cium, eodem anno, indictione et loco, XI kal. » Decembris, præsentibus dicto D. Albizo, et Gra-
b » tiadei, quondam D. Bonetti de Ripa *b*, et fratre
C » Bonaventura, heremita dicti ordinis, testibus. »

Testificatio Januarii de filio Thomasino, cui sanata sunt vulnera

395 Januarius prædictus, juratus testis, suo juramento dixit, quod filius ejus parvulus, nomine Thomasinus, duorum annorum et dimidii, tunc ludebat in contrata S. Gervasii Mantuæ, in Ripa, et quidam equus rapide currens per contratam illam, conculcavit et dilaceravit dictum Thomasinum per totum, et maxime in pede et manu sinistra, et projecit eum longe cum calce, ita quod puer quasi perdidit vitam, et non videbatur vivens; unde rumore gentium maximo facto, pervenit rumor ad patrem et matrem, quod filius eorum Thomasinus calcitratus ab equo interierat; et dictus testis, pater Thomasini prædicti, licet esse infirmus, cucurrit statim, et invenit dictum filium suum quasi mortuum, et statim dictus testis, una cum uxore sua, cœpit clamare, et dicere : « Frater Joannes Bone, rogo te, ut reddas mihi filium meum Thomasinum : » Et facta oratione, incontinenti puer restitutus est pristinæ sanitati, et statim aperuit oculos, et cœpit statim sugere lac matris, et fuit sanus incontinenti, ita quod nihil mali apparebat in eo, et est hodie. Interrogatus dictus testis de tempore, dixit, quod tempore translationis corporis dicti fratris; de mense, dixit quod in mense Julii; de die interrogatus dictus testis, dixit se non recordari; de hora dixit quod D
circa horam vespertinam; quibus præsentibus, interrogatus, dixit, quod D. Guilla, olim relicta D. Pacis, et D. Jemma, quondam D. Petri, et pluribus aliis; et dixit dictus testis, quod publicum fuit hoc per totam contratam suam; et dixit dictus testis, quod ipse erat ætatis XLIII annorum; et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est.

et cæcita;

596 Item idem Januarius dixit, quod idem filius ejus Thomasinus passus fuit in ambobus oculis, ita quod stetit bene duobus vel tribus diebus, quod lumen non vidit aliquo modo, et maxime habebat ita oculum dexterum quodam panno tectum, quod deinceps de ejus liberatione nullo modo sperabatur, et cum quædam avia dicti Thomasini, nomine Feronia, portasset ad sepulcrum dicti fratris duos oculos cereos, et fecisset orationem ad Dominum coram sepulcro dicti fratris, ut meritis dicti fratris dignaretur dictum Thomasinum liberare, statim dictus puer liberatus est usque hodie; de tempore, mense, et die, non recordatur; de hora dixit quod hora tertia. Interrogatus quibus præsentibus dictus Thomasinus liberatus est, dixit, E
quod, se teste, et dicta avia, et matre dicti Thomasini, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et manifestum fuit multis.

testificatio Quarentinæ, matris Thomasini,

397 Domina Quarentina prædicta, jurata testis et suo juramento interrogata, dixit, quod filius ejus Thomasinus ludebat in ora S. Gervasii, in Ripa, Mantuæ, et quidam equus fortiter currens, conculcavit eum fortiter et crudeliter; ita quod a longe projecit eum cum pede, et dictus puer quasi mortuus est : unde cum maximus rumor factus fuerit a gentibus, ipsa testis cucurrit multum, et invenit dictum filium suum Thomasinum quasi mortuum, latere sinistro per totum, maxime in pede et manu sinistra fortiter læsum; quæ testis doluit ad mortem incontinenti, et cœpit fortiter dicere : « Frater Joannes Bone, redde mihi filium meum Thomasinum. » Et statim, omnibus gentibus videntibus ibi adstantibus dictus puer liberatus est, et aperuit oculos, et cœpit lac sugere matris, non apparens in eo aliquod malum signum de tanto periculo; et fuit postea bene sanus et est hodie, sicut evidenter apparet. Interrogata dicta testis de tempore, dixit quod hoc fuit tempore F
translationis corporis dicti fratris; de mense et die interrogata, dixit se non recordari; de hora dixit interrogata, quod circa horam vespertinam; et dixit dicta testis interrogata, quod quando filius ejus calcitratus fuerit, erant ibi præsentes D. Guilla, olim relicta D. Pacis, et D. Jemma, quondam D. Petri, et plures alii. Interrogata dicta testis, si publicum fuit, quod dictus filius ejus Thomasinus ita fuit ab equo conculcatus, et meritis dicti fratris tam continuo liberatus; respondit quod per totam suam contratam, sic; et dixit dicta testis, quod ipsa erat ætatis quadraginta annorum; et dixit dicta testis quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita fuit rei veritas.

de iisdem miraculis,

598 Item dixit dicta eadem Quarentina, quod in hebdomada sancta futura erat annus quod dictus filius ejus Thomasinus passus fuerat in ambobus oculis, ita quod steterat bene duobus vel tribus diebus, quod non viderat tamen aliquo modo, et maxime habebat oculum dexterum coopertum quodam pannulo; unde dicta testis non credebat, quod deinceps lumen videret, et cum de hoc ipsa testis cum viro suo prædicto Januario doleret multum,

A multum, quædam D. Feronia, avia dicti Thomasini, accepit duos oculos cereos, et ivit ad sepulcrum dicti fratris, et cœpit rogare Dominum, quod meritis fratris Joannis Boni dictum Thomasinum liberaret; et statim, quasi ipsa die vel secunda, puer convaluit, ita quod bene vidit, tanquam alius puer bene illuminatus, usque in hodiernum diem; de mense et die interrogata dicta testis, dixit se non recordari; et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia hoc non tantum sibi patuit, sed etiam multis gentibus; et dixit de hora interrogata dicta testis, quod credit quod puer ejus illuminatus fuerit inter horam tertiam et nonam.

Item Feroniæ. 399 Domina Feronia, prædicta jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa erat avia dicti Thomasini, filii Januarii prædicti, et dixit, quod in hebdomada sancta futura et proxima erit annus quod dictus puer Thomasinus patiebatur adeo in ambobus oculis, quod stetit pluribus diebus, quod non poterat videre lumen, et maxime in oculo dextero; et cum pater dicti Thomasini et mater dolerent ad mortem, dicta testis accepit duos oculos cereos, et ivit ad sepulcrum dicti
B fratris Joannis Boni, et obtulit ei duos oculos prædictos, rogans et supplicans Deum, ut meritis dicti fratris dignaretur dictum Thomasinum illuminare et de suis oculis liberare; et rediit domum, et ille Thomasinus incontinenti convaluit, ita quod liberatus est incontinenti, et fuit postea semper usque in hodiernam diem. De mense autem et die non recordatur : de hora dixit quod hora tertia quando rediit a dicto sepulcro, et invenit eum convalescentem, et fuit postea sanus usque in hodiernam diem. Interrogata dicta testis cujus ætatis esset dicta testis, respondit quod quadraginta annorum. Interrogata dicta testis si publicum erat et fuit, quod dictus Thomasinus ita fuerit cæcus, et postmodum meritis dicti fratris illuminatus; respondit, quod sic, et dixit dicta testis, quod prædicta testificata est non docta neque rogata, sed quia ita vidit, et fecit, et interfuit, ut dictum est.

Jemmæ. 400 Domina Jemma prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod cum quodam die puer forsan duorum annorum et plus, nomine Thomasinus, filius Januarii, luderet in via in contrata S. Gervasii, in loco qui dicitur Ripa, et
C quidam equus curreret rapide per illam viam in qua erat dictus Thomasinus, percussit, se teste vidente, et conculcavit dictum Thomasinum crudeliter et pessime, et projecit eum longe cum calce, et læsit et calcitravit in tantum dictum puerum, quod puer quasi mortuus est, et mortuus videbatur; et ipsa testis credens ipsum mortuum, cucurrit et accepit dictum puerum, credens ipsum mortuum, et ipse puer sine dubio mortuus apparebat, quia nec oculos aperiebat, nec anhelitum poterat rehabere; et cum dicta testis teneret eum in brachiis suis, plorans, et credens ipsum mortuum, venerunt parentes dicti Thomasini, et cum invenissent eum esse crudeliter percussum, et læsum, et quasi mortuum, et quia omnes gentes credebant ipsum mortuum, statim pater et mater inceperunt clamare, et dicere : « Frater Joannes Bone, redde mihi filium meum. » Et statim, omnibus ibi astantibus, aperuit dictus Thomasinus oculos, et revixit, et cœpit sugere lac matris, et omnes astantes cœperunt [laudare] Nomen D. N. Jesu Christi, et fuit incontinenti puer bene sanus, ita quod nulla quasi in eo læsio apparebat, et est hodie, se teste vidente; et dixit dicta testis interrogata, quod publicum fuit, et notorium hoc, ex eo, quod tunc multi concurrerunt ad videndum tantum et tale miraculum; et dixit dicta testis interrogata, quod hoc fuit tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni; de mense autem et die dixit se non recordari; de hora autem dixit dicta testis quod fuit hoc hora vespertina. Interrogata dicta testis, si publicum fuit hoc, quod dictum est supra, respondit, quod sic; et dixit dicta testis quod ipsa erat ætatis XXIV annorum; et dixit dicta testis, quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit, et interfuit, ut dictum est. EX MSS.

et Amadorinæ. 401 Domina Amadorina prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa vidit filium Januarii prædicti, nomine Thomasinum, quasi duorum annorum, calcitrari in hora vespertina totum, et cum calce projici a longe a quodam equo rapide currente; et ipsa testis cucurrit ad eum puerum statim, et multæ gentes cucurrerunt clamantes : Mortuus est filius Januarii. Et cum ipsa testis recepisset dictum puerum, tenens ipsum in brachio, credens ipsum mortuum, et mortuus apparebat, quia nec oculos aperiebat, nec se aliquo modo ducebat, interim venerunt pater et mater, clamantes et dicentes : Frater Joannes E Bone, rogo te, ut reddas mihi filium meum Thomasinum. Et statim dictus Thomasinus aperuit oculos, et revixit, et cœpit lac sugere matris, et semper postea de dicto periculo nullam habuit læsionem, et tum in ipsa oratione fuit ab omni vulnere plenarie liberatus. Interrogata dicta testis cujus ætatis esset ipsa testis, respondit quod XVIII annorum, et quod prædicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, et interfuit, ut dictum est supra.

ANNOTATA.

a Mariana. *Forte hic significatur pagus* Mariana, *ad Tartarum fluvium, leucis circiter quinque Mantua distans, occidentem versus.*

b Ripa *locus est Mantuæ, de quo legitur infra num.* 400 : In contrata S. Gervasii, in loco qui dicitur Ripa.

CAPUT X.

F

Bonacurso pes sanatur, Bonæpaci restituitur visus.

Excipitur juramentum testium. « Decimum quintum miraculum. Domina Mantuana, olim relicta Petri del Cosa, de S. Salvatore, » et D. Gratia, uxor Joannis Confectosi, ejusdem » contratæ, et D. Maria Bona, quondam D. Joannis » de Monte Claro, ejusdem contratæ, juraverunt » super præmissis dicere veritatem, quam scirent, » et tacere mendacium, eodem anno, indictione et » loco, VIII kal. Decembris, præsentibus Petro » Bongianne, capellano D. episcopi Mantuani, et » Contro, ejusdem D. episcopi familiari, et fratre » Bonaventura, testibus. »

Testificatio Mantuanæ, de filio Bonacurso, liberato a morbo pedis. 403 Domina Mantuana, prædicta jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa habebat quemdam filium suum nomine Bonacursum, qui erat tunc quasi quatuor annorum, vel quinque, qui Bonacursus patiebatur in digito pedis sinistri, qui est juxta digitum grossum; et passus fuerat illam infirmitatem jam bene per annum; et

ex mss. dixit dicta testis, quod ipsa testis semper fuerat usa consilio medicorum, et nihil profuerat dicto filio suo Bonacurso; unde vovit ipsum dicta testis quod si Deus meritis fratris Joannis Boni dictum filium suum liberaret, ipsa testis duceret dictum Bonacursum ad sepulcrum dicti fratris, et offerret ibi tantam candelam in cujus quantitate erat longum totum crus dicti Bonacursi; et statim intra octo dies dictus puer Bonacursus liberatus fuit omnino; et ipsa testis neglexit complere votum suum; immo dixit et dicebat intra se ipsam, quod ideo dictus puer liberatus est, quia venerat tempus naturaliter, in quo debebat de cætero liberari, et quod alias sine voto liberatus fuisset. Et statim dicta infirmitas renata est tam pessima et crudelis, quod videbatur quod roderet totum pedem dicti pueri; et medici omnes dicebant eam incurabilem, nisi digitus, vel pes abscinderetur; et ipsa testis, dolens ad mortem, ivit ad sepulcrum dicti fratris, et confessa fuit uni ex fratribus peccata sua, et maxime illam malam credulitatem quam habuerat, quod dictus filius ejus non esset liberatus precibus dicti fratris, et ivit coram sepulcro dicti fratris cum maxima compunctione, et rogavit Dominum quod meritis dicti fratris liberaret filium B suum; et obtulit tunc ibi coram dicto sepulcro unum pedem cereum cum toto crure; et statim puer prædictus convaluit, ita quod intra octo dies fuit totaliter liberatus, et est hodie, sicut manifeste apparet. Item dicta testis interrogata, si publicum fuit et manifestum in vicinia sua, quod dictus filius ejus Bonacursus fuerit tunc temporis infirmus e digito pedis, uti dictum est, et sic crudeliter, et quod liberatus fuerit precibus dicti fratris, respondit quod sic; et dixit dicta testis interrogata de tempore, quod in mense novembris præsentis erat annus; de die autem et hora dixit dicta testis se non recordari; et dixit quod quando fecit votum, nullus fuit præsens, tamen quando portavit dictum pedem cereum cum toto crure, ivit cum ea D. Maria Bona, quondam D. Joannis; et dixit dicta testis, quod ipsa erat ætatis xxx annorum, et quod prædicta testificata est non docta nec rogata, sed quia ita fecit, ut dixit, si Dominus conservaret sibi testi dictum filium suum Bonacursum.

Eodem milo testifines Gra-

404 Domina Gratia, prædicta jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa vidit dictum Bonacursum crudeliter patientem in digito C pedis, et credebat ipsa testis quod esset cancer, vel fistula, bene per annum, et quod se teste vidente, semper in cura medicorum fuit, et nihil ei Bonacurso profuit : unde sicut dixit D. Mantuana, mater dicti pueri, fecit votum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus liberaret meritis dictis fratris dictum Bonacursum de digito prædicto, daret et portaret unum pedem cereum cum crure ad sepulcrum dicti fratris. Et intra octo dies puer liberatus est et bene; et dixit ipsa testis interrogata quod ipsa erat vicina dictæ D. Mantuanæ, et vidit puerum sic patientem, et tanto tempore, et in cura esse medicorum, ut dictum est; et postmodum intra octo dies post emissum votum vidit eum plenarie liberatum; et fuit postea semper et est hodie, sicut manifeste apparet, et de quo multas gentes mirantur. Interrogata dicta testis de tempore, dixit, quod credit, in præsenti mense novembris esse annum; de die autem et hora, et quibus præsentibus interrogata dicta testis, dixit se nescire; et dixit dicta testis quod publicum fuit et est per totam viciniam suam, quod dictus Bonacursus tanto tempore passus fuerit, et sic pessime, et quod in tam brevi termino post emissum votum a matre sua liberatus est precibus dicti fratris. D Item dixit dicta testis, quod ipsa erat ætatis quadraginta annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

et Bertæ.

405 Domina prædicta Berta, jurata testis super præmissis et interrogata suo juramento, dixit, quod in præsenti mense novembris erit annus, quod D. Mantuana prædicta habebat et habet quemdam filium suum nomine Bonacursum, qui passus fuerat longo tempore in digito pedis, et quod aliqui dicebant, quod erat cancer, aliqui, quod erat fistula, et quod, se teste vidente, semper fuit usa dicta D. Mantuana prædicto filio suo consilio et auxilio medicorum, et nihil ei profuerat; unde D. Mantuana vovit ipsum Deo et fratri Joanni Bono, quod si filius ejus liberaretur precibus et meritis dicti fratris, quod ipsa D. Mantuana portaret ad sepulcrum dicti fratris unum pedem cereum cum toto crure : et statim intra octo dies, se teste vidente, dictus Bonacursus liberatus est omnino, et fuit postea semper; et est hodie; et ipsa testis, ut dixit, ivit ad sepulcrum dicti fratris cum dicta D. Muntuana, quando ivit completura quæ promiserat. Interrogata testis, si interfuit E voto, respondit, quod non, sed vidit dictum puerum in octo diebus infirmum, et læsum in digito, et liberatum, ut dictum est. Interrogata dicta testis, quomodo sciret hæc quæ testificata est, dixit dicta testis quod dicta D. Mantuana erat vicina sua, et amica sua multum : de die autem et hora, et quibus præsentibus dicta testis interrogata, dixit se nescire : et dixit dicta testis interrogata, quod satis fuit publicum et manifestum in vicinia sua quod dictum est, et quod liberatus fuerit meritis dicti fratris prædictus puer; et dixit dicta testis interrogata quod ipsa erat xxx annorum; et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit, et audivit, ut dictum est supra.

Excipiuntur juramenta testium.

406 Decimum sextum miraculum. Bonapace, » quondam Ugonis, de ora S. Leonardi *a*, Mantuæ, » juravit super præmissis dicere veritatem quam » sciret et tacere mendacium, coram examinatore » prædicto, eodem anno, indictione et loco, VII » kal. Decembris, præsentibus D. Albizo, canonico » Peccioli, et fratre Ardicione, et fratre Bona- » ventura, heremitis dicti ordinis, testibus. Item » D. Otta, uxor prædicti Bonapacis, et Michaël, F » quondam Marini, de contrata prædicta S. Leo- » nardi, juraverunt super præmissis dicere veri- » tatem quam scirent et tacere mendacium, eodem » anno, indictione et loco, VI kalendas Decembris, » præsentibus fratre Joanne, heremita, et D. Al- » bizo, canonico prædicto, testibus, et pluribus » aliis. »

a

Testificatio Bonæpacis,

407 Bonapace prædictus juratus, suo juramento dixit, quod cum ipse esset olim, tempore translationis corporis fratris Joannis Boni, apud S. Martinum de Gothonari *b*, Mantuanæ diœcesis, quia natus erat de illa vel in illa terra, stetit ibi bene duobus annis cæcus, ita quod lumen modo aliquo non videbat, nec vidit in illis duobus annis prædictis, sicut manifestum erat et est omnibus de dicto loco; immo licet male libenter referat, ostiatim mendicabat, et uxor ejus ducebat eum et duxit illo tempore. Unde audito de fama dicti fratris Joannis Boni, fecit, sicut consultus fuit, a quibusdam, fieri duos oculos cereos, et habuit tantam candelam, in cujus quantitate habebat caput longum, et venit una cum uxore sua prædicta ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et obtulit prædictos

b

A dictos oculos, et candelam, et stetit ibi, et fecit orationem suam ad Deum dicens : Domine Jesu Christe, rogo te, ut meritis fratris Joannis Boni, qui jacet in hoc sepulcro, digneris me illuminare, ut ego possim laborare, et facere facta mea, et quod possim relinquere istud mendicare. Et statim coram uxore sua convaluit, ita quod per seipsum rediit domum suum, ita quod in illis duobus diebus vere fuit illuminatus, et est hodie, sicut evidenter apparet.

cui restitutus est visus;

408 Interrogatus dictus Bonapace, quomodo hoc accidit ei, dixit se per quamdam infirmitatem, quam habuit, lumen amisisse : et dixit quod quando illuminatus est, multi erant in ecclesia S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris, quorum nominum dixit se non recordari : de mense autem, die et hora interrogatus dictus testis, dixit se non recordari. Et dixit interrogatus, quod ipse erat ætatis nunc quadraginta annorum; et dixit interrogatus dictus testis, quod satis fuit publica cæcitas sua, quod quando ibat mendicando, ducebat eum uxor sua, et ipse portabat baculum tanquam cæcus, et quod liberatus est precibus dicti fratris : immo gentes multæ mirantur; et prædicta quidem
B dixit non rogatus neque doctus, sed quia ita fuit et est.

aliæ testificationes

409 Domina Otta, prædicta jurata testis, suo juramento dixit, quod in tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni erat apud quemdam locum in diœcesi Mantuæ, qui vocatur S. Martinus de Gothonari cum viro et marito suo Bonapace, qui pro quadam infirmitate, quam habuit, amisit lumen totaliter, et ita stetit cæcus bene duobus annis, quod non vidit aliquo modo. Immo ipsa uxor ducebat eum per ostia mendicando, et ipse Bonapace portabat semper baculum tanquam cæcus, et multum verecundabantur ire ostiatim; tamen non poterant aliud facere: unde, audito de fama dicti fratris, venerunt ad ejus sepulcrum cum duobus oculis cereis, et tantam candelam in cujus quantitate habebat longum caput; et oblatis his omnibus coram dicto sepulcro, rogaverunt Deum, et ipsa specialiter uxor, ut meritis dicti fratris illuminaret dictum Bonapacem maritum suum, et ipse Bonapace stetit aliquantulum subtus tumulum, ubi est et erat corpus dicti fratris, et incontinenti elevato capite cœpit aliquantulum videre lumen, et ita paulatim, rehabuit totum
C lumen, ita quod postea vidit; et videt ita bene lumen quod laborat et facit facta sua tanquam alius homo, de quo gentes multum mirantur. Interrogata dicta testis de mense, die et hora, dixit, se non recordari; interrogata quibus præsentibus dictus Bonapace illuminatus est, dixit quod se teste, et pluribus aliis, quorum nominum non recordatur : et dixit quod publicum est per totam civitatem Mantuæ, quomodo dictus Bonapace, cæcus longo tempore, meritis dicti fratris illuminatus est; et dixit dicta testis, quod ipsa erat ætatis XXX annorum, et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit, et interfuit, ut dictum est.

de eodem miraculo.

410 Dominus Michaël prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit, quod ipse ob Dei reverentiam et salutem animæ suæ tali utitur officio, quod quando fiunt prædicationes *c* per civitatem Mantuanam, ipse exclamat et dicit coram omnibus : Tali pauperi benefaciatis, vel tali captivo amore Dei. Et postmodum ipsemet vadit recipiendo denarios, et dat ei, pro quo rogavit; unde dixit ipse testis quod pluries rogavit gentes pro eo Bonapace, et recipiebat denarios, et dabat dicto Bonapaci, quia cæcus erat, et longo tempore fuerat, se teste vidente, et publicum erat omnibus, quod ipse Bonapace ita erat cæcus, et quod multum verecundabatur ire ostiatim, et postmodum dictus testis vidit dictum Bonapacem ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni cæcum sicut hactenus fuerat, et postmodum vidit eum, quando rediit a dicto sepulcro, illuminatum, et vidit eum postea dictus testis dictum Bonapacem semper illuminatum, et est hodie, sicut evidenter apparet. Interrogatus dictus testis de tempore, quo illuminatus est dictus Bonapace, dixit, quod tempore translationis corporis dicti fratris : de mense autem dictus testis interrogatus et de die et hora, et quibus præsentibus vidit eum apud dictum sepulcrum, dixit se non recordari; et dixit dictus testis interrogatus, quod satis est manifestum per totam civitatem Mantuæ, quod dictus Bonapace illuminatus est meritis dicti fratris : immo gentes mirantur multum, et mirandum est. Et dixit dictus testis, quod ipse erat ætatis quinquaginta annorum. et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, E ut dictum est supra.

ex mss.

ANNOTATA.

a De ora S Leonardi, *id est, de vicinia ecclesiæ illius nominis. Cfr supra pag.* 856, *annot.* d.

b Apud S. Martinum de Gothonari; *videtur hic pagus indicari quem vocant hodie* S. Martino da Gusnago, *prope Castellum Gaufridi, in tractu Mantuano.*

c Quando fiunt prædicationes. *Videtur olim magis quam nunc viguisse consuetudo mendicandi occasione solemnium prædicationum. Cfr supra p.* 808, *annot.* h. *Huc referri potest quod narrat Espenius* (1) *de Patribus Dominicanis Bruxellensibus, eos habuisse* stationes concionandi omnibus diebus festis collectamque fecisse per aliquem e suis « tempore concionis » per duo integra sæcula in parochiali ecclesia *Bruxellensi, dicta Frigidi Montis: quæ collecta fiebat in commodum conventus, donec anno* 1674 *contenderunt æditui eam faciendam esse in utilitatem ipsius ecclesiæ.*

F

CAPUT XI.

Liberatur Bonaventura a dæmone, Benasciuta a cæcitate.

« Decimum septimum miraculum. Domina Bo- *Excipitur*
» naventura, uxor Meliorini, quondam Tosi, Ve- *testium juramentum.*
» ronensis, et ipse Meliorinus, maritus dictæ Bo-
» naventuræ, juraverunt super præmissis dicere
» veritatem, quam scirent, et tacere mendacium.
» eodem anno, indictione et loco, VII kal. Decem-
» bris, præsentibus D. Albizo canonico Peccioli, et
» magistro Gherardo, et Bernardo, familiaribus
» dicti episcopi Mantuæ, testibus. »

412 Domina Bonaventura, prædicta jurata, et *Testificatio Bonaventuræ,* interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa hacte-

(1) Jus ecclesiasticum, tom. I, pag. 26, Lovanii 1778.

ex mss. nus stetit arrepta a dæmonio, et vexata fuit bene per sex annos continuos, ita quod ipsa non potuit intrare ecclesiam, nec confiteri, aut aliquid suæ animæ salutiferum peragere : unde, audito de fama fratris Joannis Boni, ducta fuit ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et cum fuerint in ecclesia, missa fuit subtus arcam *a* in qua erat et est corpus dicti fratris Joannis Boni; et illud quod ipsa fecit, non bene recordatur, quia quamdocumque ille malignus spiritus vexabat eam, statim ipsa non erat omnino suæ memoriæ compos. Immo quando sentiebat se dicta Bonaventura, erat adeo fracta et concussa præ nimia fatigatione, quod vix poterat se aliquo modo erigere propter ossium dolorem quem sentiebat; et cum sensit se, invenit se subtus dictam arcam, et fratres acceperunt eam et tenuerunt eam usque ad diem sabathi, a vigilia Ascensionis *b* ibi in ecclesia super quodam lectulo, quia ipsa talis erat, quod non poterat se aliquo modo erigere, et antequam discederet dicta Bonaventura a dicta ecclesia, audivit missam, et omnia alia officia Dei diurna et nocturna, et confessa fuit omnia peccata sua uni sacerdotum ex fratribus, et recepit Corpus Domini nostri Jesu Christi: B quod totum facere non poterat prius per sex annos continuos ut dictum est, et rediit domum suam, laudans et glorificans Deum, et semper postea fuit liberata, ut dictum est, et accepit postea virum, quem hodie habet, cum primo gentes multum timerent eam.

a

b

de liberatione sua a dæmone;

413 Interrogata dicta Bonaventura, quomodo sciret, quod a dæmonio vexaretur, et non esset alia infirmitas, respondit quod gentes dicebant eidem postea : Quid fecisti, quare dixisti tantam rusticitatem, quid est illud quod tu facis? et dicta testis dolebat multum, et non recordabatur, et quia publicum erat quasi et manifestum apud omnes gentes. Immo gentes appellabant eam dæmoniacam. Interrogata de tempore, mense, die et hora dicta testis, et quibus præsentibus fuerat liberata : respondit quod tempore translationis corporis fratris Joannis Boni, in vigilia Ascensionis, dictis vesperis, præsentibus multis fratribus et quibusdam aliis, quorum nomina dixit se nescire; et dixit dicta testis, quod ipsa testis erat xxx annorum : et dixit dicta testis quod prædicta testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita fuit.

de eodem miraculo testatur Meliorinus.

414 Meliorinus, prædictus juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit, quod ipse vidit hactenus dictam D. Bonaventuram sic vexatam a dæmonio quod omnes gentes mirabantur, et quando ille C malignus spiritus vexabat eam, miraculosa et terribilis res erat ad videndum; et tunc dicebat omnem rusticitatem de Deo et sanctis suis, nec, se teste vidente, permittebat eam intrare in ecclesiam, vel confiteri peccata sua *c*, nec aliquid suæ animæ salutiferum, se teste vidente, quia vicinus ejus erat testis : unde cum ipse testis doleret multum de hoc, quia multum condolebat dictæ Bonaventuræ, consuluit ei dictus testis, quod deberet ire ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus fratris Joannis Boni; et illa Bonaventura ejus consilio acquievit, et ivit ad dictam ecclesiam, ubi quid dicta Bonaventura fecerit, dictus testis dixit se nescire, nisi auditu; tamen vidit eam redire multum debilem et confractam; et fama maxima erat : Hæc est illa quæ liberata est a dæmonio, precibus et meritis fratris Joannis Boni; et ipse testis videns dictam Bonaventuram sic liberatam, assumpsit eam sibi, et accepit in uxorem, quam primo, ut suo juramento dixit, non accepisset pro toto mundo : et fuit postea cum ea, et stetit tanquam cum uxore sua, quæ est bene sana, et libera sicut ipse testis vidit, et videt. Et dixit dictus testis, D quod sicut ipse vidit, et communis erat opinio, illa Bonaventura arrepta fuerat a dæmonio bene per sex annos et amplius, ut credit ipse testis. Interrogatus dictus testis, si publicum fuit et est, quod dicta Bonaventura ita fuerat vexata a dæmonio et tanto tempore, ut dictum est, et quod liberata fuerat precibus et meritis dicti fratris; respondit quod ita publicum est, sicut unquam aliqua res fuit; et dixit dictus testis, quod dicta Bonaventura liberata fuit in vigilia Ascensionis, hora vespertina; et dixit quod ipse testis erat ætatis quadraginta annorum : de anno et mense non recordatur; et dixit dictus testis, quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia non solum sibi hoc patuit, sed etiam multis.

c

Excipiuntur juramenta testium

415 « Decimum octavum miraculum. Domina » Berta, uxor Joannini, quondam Guidonis, de » Placentia, juravit super præmissis dicere veri- » tatem, quam sciret, et tacere mendacium, coram » examinatore prædicto, eodem anno, indictione » et loco, VI kal. Decembris, præsentibus D. Al- » bizo canonico Peccioli, et fratre Joanne, ere- » mita dicti ordinis, testibus. Item D. Bonvicinus, » quondam Gerardi, de Castellucchio *d*, et D. Bo- *d* » naventura, quondam D. Petri de Rubertis, et E » D. Bonensegnia, quondam D. Marchesi, civis » Mantuæ, et D. Bellina, uxor Bonvicini, de con- » trata S. Joannis, et D. Thomasa, olim relicta » quondam Jacobi de Compatila, ejusdem con- » tratæ, juraverunt super præmissis dicere verita- » tem, quam scirent, et tacere mendacium, eodem » anno, indictione et loco, V kal. Decembris, co- » ram prædicto D. Albizo, canonico, et fratre Bo- » naventura, et fratre Blasio, heremitis, testibus. » Item eodem die, anno et indictione et loco, coram » prædictis testibus, Joanninus, quondam Guidonis » de Placentia, juravit super præmissis dicere » veritatem, quam sciret, et tacere mendacium. »

Testificatio Bertæ de filia Benasciuta, liberata a cæcitate;

416 Berta prædicta, jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit, quod tempore translationis corporis fratris Joannis Boni, ipsa habebat et nunc habet quandam suam filiam, nomine Benasciutam, quæ erat tunc bene octo annorum, et quæ Benasciuta, post nonam diem a nativitate sua, lumen aliquo modo non viderat; immo steterat cæca bene, sicut manifestum erat, quasi per acto annos; et cum ipsa Berta mater dictæ Benasciutæ doleret ad F mortem de dicta filia sua, habito consilio a vicinis suis, fecit fieri duos oculos cereos, et portavit dictam filiam suam cæcam ad sepulcrum dicti fratris; quibus oculis coram dicto sepulcro oblatis, stetit per totam noctem illam in oratione coram dicto sepulcro, faciendo stare semper dictam filiam suam Benasciutam subtus arcam, ubi est et erat corpus fratris Joannis Boni, et in sero, hora primi somni, dicta Benasciuta cœpit dicere matri suæ, quod videbat lumen, et dicta mater cœpit cum magna lætitia laudare nomen Domini nostri Jesu Christi, cum multis aliis gentibus, quæ erant tunc in ecclesia; quæ erat quasi plena gentium. Mane autem facto, dicta Berta rediit domum cum dicta filia sua illuminata, laudans et glorificans Deum : et dixit dicta Berta quod dicta filia sua postea semper bene vidit, et videt hodie. Item interrogata dicta testis, quomodo dicta filia sua cæca facta est : respondit, se nescire, nisi quod oculi dictæ filiæ suæ erant quodam panno cooperti, sicut manifeste apparebat, et medici dicebant, quod toto tempore vitæ suæ lumen non videret. Interrogata dicta testis de mense, dixit se non recordari; de die, dixit quod in die sabathi; et dixit dicta testis interrogata

A rogata quod publicum est et fuit in contrata sua, quod dicta filia sua ita esset cæca, et tanto tempore, et meritis dicti fratris illuminata est : et dixit dicta testis, quod prædicta testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita fuit rei veritas, ut dictum est, sicut multis patet et patuit tunc quando dicta filia sua apud dictum sepulcrum illuminata est, quorum nomina dixit se nescire.

testificatio Joannini,

417 Joanninus prædictus, juratus testis, et interrogatus suo juramento dixit, quod ipse habebat olim et habet quandam suam prævignam, seu filiastram, quæ longo tempore steterat sine lumine, quod lumen aliquo modo, se teste vidente, non videbat, et medici dicebant, quod toto tempore vitæ suæ lumen non videret, de quo ipse testis cum uxore sua dolebant multum. Unde una die veneris dicta uxor sua accepit duos ocules cereos, tempore quo frater Joannes Bonus missus fuit in arcam, ut credebat, et ipse testis ivit cum dicta filia sua ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris; quid dicta uxor sua fecerit apud dictum sepulcrum, dictus testis dixit se nescire; quia ipse testis non ivit cum ea. Mane autem facto dicta uxor sua rediit cum dicta Benasciuta
B illuminata totaliter : quod videns dictus testis, miratus fuit valde, et cœpit laudare nomen Domini nostri Jesu Christi; et ipse testis accepit denarios, et demonstrabat dictæ Benasciutæ, et dicebat ei : « Quid est hoc? » et illa respondebat : « Est denarius, et est ita. » Sic, Christo laus, bene vidit postea semper, et videt hodie, sicut apparet manifeste. Interrogatus dictus testis quanto tempore stetit dicta Benasciuta ita cæca, credit quod bene septem annos et plus; de mense dixit se non recordari, de die dixit quod in die sabathi in mane vidit eam primo illuminatam; et dixit quod multum illi de contrata sua mirabantur de hoc, quia publicum erat primo per totam contratam, quod dicta Benasciuta ita cæca erat, et per longum tempus, et publicum fuit et est, quod Deus meritis dicti Joannis eam illuminaverit : et dixit dictus testis, quod ipse testis erat xxx annorum; et quod prædicta testis testificatus est non rogatus, neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est.

Thomasæ,

418 Domina Thomasa prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit quod ipsa erat vicina dictæ Bertæ, et tunc vidit dictam filiam suam Benasciutam cæcam, et vidit eam cæcam
C quasi semper, et postmodum dictus testis vidit eam in translatione corporis dicti fratris illuminatam; quasi in duobus diebus dicta testis vidit dictam Benasciutam cæcam et illuminatam, et mater et omnes gentes dicebant, quod ipsa erat illuminata meritis dicti fratris, et fuit dicta Benasciuta semper postea illuminata, et est hodie, sicut evidenter apparet. De mense autem, die et hora dicta testis non recordatur, et dixit dicta testis interrogata quod publicum est et fama publica quod dicta Benasciuta longo tempore fuit cæca, et postea illuminata meritis dicti fratris. Interrogata dicta testis, quid esset fama publica, dixit quod illud quod communiter gentes dicunt; et dixit dicta testis, quod ipsa erat quinquaginta annorum, et plurium, et quod prædicta testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est.

et Bellinæ de eodem miraculo.

419 Domina Bellina prædicta, jurata testis et interrogata juramento dixit, quod ipsa erat vicina dictæ Bertæ, et vidit longo tempore, ut dixit, dictam Benasciutam cæcam, et quod lumen aliquo modo non videbat, se teste vidente : et dixit dicta testis, quod dicta Berta, mater dictæ cæcæ, ivit ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris, et portavit duos oculos cereos, quos ipsa testis fecit, et duxit secum dictam filiam suam cæcam, et in mane, multis videntibus, rediit illuminata, et fuit postea illuminata semper usque hodie sicut manifeste apparet. Interrogata dicta testis de tempore, dixit quod fuit tempore translationis corporis dicti fratris, de mense autem, die et hora, dixit se non recordari. Interrogata dicta testis, si publicum est quod dicta Benasciuta ita fuerit cæca, ut dictum est, et tanto tempore, et postmodum illuminata precibus et meritis dicti fratris, respondit quod sic : et dixit dicta testis, quod ipsa erat ætatis quadraginta et octo annorum, et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est.

ex mss.

ANNOTATA.

a Missa fuit subtus arcam, *ut fiebat cum plerisque ægrotis. De arca ista marmorea, in qua repositum est corpus* B. Joannis *post ejus elevationem, anno* 1251 *vide Comment. præv. num.* 173,

b A vigilia Ascensionis ; *id est a die* 24 *Maji anni* 1251. *Arca nova de qua dictum in annotato præcedenti, diu mansit aperta, et corpus beati, veste eremitica indutum, omnibus conspicuum erat* (*Com. præv. num.* 173 *et* 173) *et tangi permittebatur nonnumquam ab ægrotis. Quum vero nihil dicatur de his omnibus in præsenti testimonio, videtur dicta arca in vigilia Ascensionis jam fuisse clausa.*

c Nec permittebat eam intrare in ecclesiam vel confiteri peccata sua. *De frequentia, loco aut modo confessionum ævo medio dictum est in Commentario* § XI; *ad quæ illustranda conferent etiam quæ sacerdotes aliquot Ferrarienses, hæretici Patareni* (*de qua hæresi egimus Commentarii* § 2), *vel forte ab Armanno hæreticorum duce decepti, testantur anno* 1286 *in processu Ariminensi, contra eumdem Armannum instructo* (1) : Trahens ipsum ad locum secretum in ecclesia Ferrariensi, *ait eorum unus,* ipse idem Armannus devote et reverenter fuit ante præsentiam meam genibus flexis... exprimendo nominatim peccata sua quæ commisisset et de quibus videbatur recordari. *Alius dicit* (2) *Armannum solitum confiteri peccata sua singulis* annis bis ad minus scilicet in quadragesima semel, et semel F ante festum Nativitatis Domini, *et quum accederet quondam die festo S. Luciæ,* traxi eum, *inquit idem.* ad locum convenientem ad hoc in eadem ecclesia, in qua coram me sedit in terra devote et reverenter. Et tandem mihi confessus fuit peccata sua. Et imposita ei per me pœnitentia competenti, absolvi eum a peccatis suis.

d De Castelluchio : *pagus est leucis circiter tribus Mantua dissitus, Occidentem versus.*

CAPUT XII.

Liberatur Bonvicinus a surditate.

Testificatio Bonvicini, cui miraculo depulsa est surditas.

Decimum nonum miraculum. Dominus Bonvicinus prædictus, juratus testis, suo juramento interrogatus dixit, quod in æstate proxime præterita,

(1) Ap. Muratori, antiq., tom. V, col. 112. — (2) Ibid. coll. 113.

in

ex mss. in mense Maji, in principio ipsius mensis, ipse testis propter quandam infirmitatem, quam passus fuerat retroactis temporibus, amisit omnino auditum, ita quod nullo modo audiebat, nec tintinnabulum; nec poterat fieri tam magnus strepitus, quem ipse audiret; et ita stetit per tres hebdomadas quod nullo modo audivit, et usus fuit istis tribus hebdomadis consilio et subsidio medicorum, et nihil ei profuerat; immo omni die deteriorabatur, et verecundabatur dictus testis adeo quod stabat semper in domo; unde cum dictus testis nesciret quid faceret, fecit votum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus meritis dicti fratris Joannis Boni restitueret ei auditum, ipse iret ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris, et adcingeret totam arcam dicti fratris cum candela, et illuminaret arcam dicti fratris, et offerret ibi dictus Bonvicinus duas aures cereas: et quod votum fecit coram uxore sua, nomine D. Bellina, et statim, non exspectato quod Deus aliter ipsum liberaret, accepit duas aures cereas et dictam candelam, et ivit una cum uxore sua ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris Joannis Boni; et stetit subtus arcam dicti
B fratris a principio missæ usque ad finem; de qua missa nihil audivit, quia nihil in toto mundo audiebat, et statim, dicta missa. uxor sua vocavit eum, et visum fuit ei quod aliquis aliquid extraheret de auribus suis, et audivit eam, et statim respondit dictæ uxori suæ, et uxor sua dixit statim : « Bonvicine audis me? » et ille respondit : « Gratias refero Deo et fratri Joanni Bono, audio. » Et uxor sua cœpit præ nimio gaudio lacrimari, et rediverunt domum postea, laudantes et glorificantes Deum, et audivit postea semper bene, et audit hodie, sicut publice apparet. Interrogatus D. Bonvicinus de tempore, dixit, quod in mense Maji, in principio ipsius mensis æstatis præteritæ. Interrogatus de die, dixit, quod in die cujusdam festivitatis; de hora dixit, quod post missam; quibus præsentibus, dixit quod uxore sua tantum, et non aliis, ut credit se recordari. Interrogatus dictus testis, si publicum fuit in vicinia sua quod ipse testis esset ita surdus, et postmodum precibus dicti fratris curatus, dixit dictus testis, quod sic; et dixit dictus testis, quod ipse erat ætatis sexaginta annorum, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita fuit rei
C veritas, et multis patuit, et patet.

testificatio Bellinæ,

421 Domina Bellina prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod ipsa habebat et habet virum suum, nomine Bonvicinum, qui steterat bene per tres hebdomadas, quod non audiverat aliquo modo; immo propter verecundiam stabat dictus Bonvicinus semper in domo, dolens et aliquando una cum uxore sua plorans, et nesciebat, quid deinceps faceret, quia de cætero non sperabat rehabere auditum; et multum fuerat dictus Bonvicinus usus consilio medicorum, et nihil ei profuerat : immo multum medici diffidebant; unde dictus Bonvicinus, se teste præsente, fecit votum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus liberaret eum, et redderet ei auditum meritis dicti fratris, quod iret ad sepulcrum ejus, et offerret ibi tantam candelam quod adcingeret totum sepulcrum dicti fratris, et offerret ibi iterum duos aures cereas; et non expectato quod Deus alias ipsum de auribus liberaret, sequenti die in mane ivit dicta testis cum dicto marito suo ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris, et steterunt ibi a principio missæ usque ad finem; et dictus Bonvicinus semper interim tenuit caput subtus arcam, in qua erat corpus dicti fratris; et D
cum dicta testis vocaret eum virum suum, dictus vir ejus respondit ei, et dicta testis dixit : « Bonvicine, audis tu me? » Et ille respondit : « Audio; » et dicta testis præ nimio gaudio cœpit lacrimari; et tunc dictus Bonvicinus audivit postea semper bene, et audit hodie, sicut manifeste apparet. Interrogata dicta testis de tempore; respondit quod sic æstate proxime præterita in principio mensis Maji fuit; de die dixit, quod in festo S. Agnetis, in mane, dicta missa. Interrogata dicta testis, quibus præsentibus liberatus est maritus ejus; respondit, quod se teste. Item dixit dicta testis interrogata quod publicum fuit per totam contratam suam quomodo dictus maritus ejus ita fuit surdus, et tanto tempore, et quod liberatus est precibus dicti fratris. Et dixit dicta testis, quod ipsa erat ætatis quadraginta octo annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

Bonaventuræ,

422 Dominus Bonaventura prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit quod ipse est et erat olim vicinus dicti Bonvicini, quem ipse vidit per longum tempus surdum, quod non E
audiebat aliquo modo, nec a medicis credebatur liberari; unde sicut publicum fuit, vovit se Deo et fratri Joanni Bono, et ivit ad sepulcrum ejus una cum uxore sua, D. Bellina, et rediit sanus et bene audiens a dicto sepulcro, et audivit postea semper, et audit hodie sicut manifeste apparet; et dixit dictus testis, quod ipse vidit dictum Bonvicinum a duobus diebus surdum, ita quod aliquo modo non audiebat, et vidit eum audire tamquam alius homo bene audiens. De tempore, mense, die et hora, dixit dictus testis interrogatus se non recordari, nec etiam quibus præsentibus. Interrogatus dictus testis, si publicum fuit in vicinia sua quod dictus Bonvicinus esset ita surdus, ut dictum est, et tanto tempore, et quod liberatus fuerit precibus dicti fratris; respondit, quod sic. Interrogatus dictus testis, cujus ætatis erat, dixit quod xxv annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, ut dictum est supra.

et Boninsegniæ de eodem miraculo.

423 Dominus Boninsegnia prædictus, juratus testis, suo juramento dixit, quod ipse erat vicinus dicti Bonvicini, et vidit eum surdum bene xv diebus, et amplius, ita quod aliquo modo non audiebat, et postea ductus fuit ad sepulcrum dicti fratris, et ibi liberatus est plene, ita quod, ipso teste videnteF, semper postea bene audivit, et audit hodie sicut publice apparet; et dixit dictus testis quod ipse vidit dictum Bonvicinum una die non audire, et in mane sequentis diei ivit dictus Bonvicinus ad sepulcrum dicti fratris surdus, et rediit audiens, et ipse testis vidit eum bene audire, et semper, se teste videnteF, bene postea audivit; interrogatus dictus testis, de tempore, mense, die et hora, et quibus præsentibus, dixit se nescire : dixit tamen dictus testis interrogatus, quod publicum erat et est in contrata sua, quod dictus Bonvicinus ita fuerit surdus, ut dictum est, et tanto tempore, et quod liberatus fuerit precibus dicti fratris; et dixit dictus testis, quod ipse testis erat ætatis quadraginta annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, ut dictum est supra.

A

CAPUT XIII.

Vigilius liberatur ab epilepsi, Honesta a morbo oculorum, Maria a cæcitate.

Excipiuntur juramenta testium.

« Vigesimum miraculum. Dominus Bartholo-
» mæus, quondam Alberti, de contrata Omnium
» Sanctorum, et D. Lanfrancus, quondam Joan-
» nis, ejusdem contratæ, juraverunt super præ-
» missis dicere veritatem, quam scirent, et tacere
» mendacium, eodem anno, indictione et loco, III
» kal. Decembris, coram magistro Michaële, et
» Rodulpho, familiaribus dicti D. episcopi Man-
» tuani, et fratre Bonaventura, heremita, testibus.
» Item D. Honesta, uxor prædicti Bartholomæi, et
» D. Bellavicina, uxor prædicti D. Lanfranci, jura-
» verunt super præmissis dicere veritatem, quam
» scirent, et tacere mendacium, eodem anno,
» indictione et die, Mantuæ in domo dicti D. Bar-
B » tholomæi, quondam Alberti, præsentibus D. Bar-
» tholomæo, olim D. Mantuanæ, et fratre Blasio,
» et fratre Bonaventura, heremitis dicti ordinis,
» testibus. »

Testificatio Bartholomæi, de Vigilio liberato ab epilepsi.

425 Dominus Bartholomæus prædictus, juratus testis et interrogatus suo juramento, dixit, quod ipse habebat olim, jam sunt duo anni, quemdam suum filium, nomine Vigilium, qui erat tunc quasi duorum annorum et plurium, qui quasi a die nativitatis suæ dictus Vigilius passus fuerat paralysim *a*, ita quod aliquando illa infirmitas vexabat dictum Vigilium semel omni die, et quandoque semel in duobus diebus, et quando vexabatur ab illo morbo, emittebat spumam et erat tunc quoddam monstrum ad videndum, ita quod ipse testis potius dilexisset illum filium suum mortuum quam vivum. Unde cum pluries ipse testis usus fuisset diversis et variis medicinis, et nihil ei profuisset, coram uxore sua vovit ipsum Deo, et fratri Joanni Bono, quod si liberaretur filius ejus a dicta paralysi, quod iret ad sepulcrum dicti fratris, et offerret ibi unam imaginem ceream : et statim ita liberatus est dictus Vigilius quod numquam postea
C passus fuit illam infirmitatem. Immo postea semper fuit bene sanus, et est hodie, sicut manifeste apparet : de mense, die, et hora interrogatus dictus testis, dixit se non recordari; interrogatus quibus præsentibus fecit votum, dixit, quod uxore sua tantum; et dixit dictus testis interrogatus, quod publicum fuit per totam contratam suam et est, quod dictus Vigilius ita fuerit passus, et tanto tempore, et quod liberatus est meritis fratris Joannis Boni, et dixit ipse testis, quod ipse erat ætatis triginta annorum, et plurium, et quod prædicta testificatus est ipse testis, non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit, et est rei veritas.

a

Testificatio Bartholomæi de Honesta uxore, cui depulsus est morbus oculorum.

426 Vigesimum primum miraculum. Dixit dictus Bartholomæus, quod habebat et habet quandam suam uxorem, nomine D. Honestam, quæ jam est unus annus elapsus quod multum patiebatur in oculis et passa fuerat bene per unum mensem, ita quod propter illam infirmitatem dicta uxor sua habebat totum visum tumefactum, et oculos omnes sanguinolentos, et exclamabat, et vociferabatur tanquam mulier parturiens, die ac nocte, ita quod non poterat ipse testis esse in domo : et cum infirmitas semper augmentaretur, nec prodesset ei aliquod auxilium medicorum, vovit dicta uxor sua se Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus liberaverit eam a dicta infirmitate, quod iret ad sepulcrum ejus, et offerret ibi duos oculos cereos, et statim sequenti die, se teste vidente, dicta uxor sua liberata est; ita quod non apparebat in oculis ejus aliquid mali, de quo dictus testis multum miratus fuit; et fuit postea semper sana, et est hodie; interrogatus dictus testis, quibus præsentibus dicta uxor sua fecit votum : respondit, se teste, ut credit, et D. Bellavicina, uxore prædicti D. Lanfranci; et dixit dictus testis interrogatus, quod publicum fuit satis in contrata sua hoc quod dictum est, et prædicta dixit, non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, et novit esse veritatem rei.

ex mss.

Testificatio Lanfranci de Vigilio

427 Dominus Lanfrancus, prædictus juratus testis, suo juramento dixit, quod ipse est et erat vicinus dicti D. Bartholomæi, et vidit et videbat dictum filium ejus nomine Vigilium patientem paralysim, ut gentes et medici dicebant quod erat paralysis, et vidit dictus testis dictum Vigilium cadere, et vexari multum crudeliter ab illo morbo, quandoque quolibet die, quandoque in duobus diebus, vel tribus semel, ita quod pater dicti Vigilii pluries dixit, se teste audiente, quod non E habebat carum dictum filium suum, quasi in valorem unius denarii, immo potius eum mortuum affectabat; et ipse pater dicti Vigilii fecit votum Deo et fratri Joanni Bono, quod si filius ejus liberaretur, daret et offerret coram sepulcro dicti fratris unam imaginem ceream; et voto facto nunquam aliquis perpendit, quod ulterius dictus puer a dicta infirmitate modo aliquo vexaretur: immo sanus fuit postea semper, et est hodie, sicut patenter apparet. Interrogatus dictus testis, si interfuit voto : respondit quod non; tamen ipse testis quandoque consuluit patri dicti Vigilii, ut dictum votum faceret, et ipse pater dicti Vigilii dixit ipsi testi, quod votum fecerat, et vidit hoc dictus testis, quod antequam pater dicti Vigilii diceret sibi quod votum fecerat, vidit dictum Vigilium sic pati, ut dictum est, post votum autem semper vidit eum sanum, et hilarem; et dixit etiam dictus testis, quod publicum est per totam contratam suam, quod dictus Vigilius ita fuerit passus ut supra dictum est, quasi a tempore nativitatis ejusdem Vigilii, usque ad diem liberationis suæ, quæ fuit jam sunt duo anni : et quod liberatus est precibus dicti fratris; et dixit dictus testis interro- F gatus, quod dictus puer Vigilius quando liberatus est, erat duorum annorum, vel quasi. Interrogatus dictus testis de tempore, mense, die, et hora, et quibus præsentibus factum fuit dictum votum : respondit se nescire nisi hoc.

et Honesta prædictis.

428 Item dixit idem prædictus testis suo juramento, quod bene est annus, quod, se teste vidente, D. Honesta, uxor dicti Bartholomæi, patiebatur in ambobus oculis tam fortiter et crudeliter, quod ob hoc totum visum habebat tumidum et inflatum, et oculos per totum sanguinolentos, et exclamabat et vociferabatur die ac nocte, ita quod et vicinos dormire non permittebat, unde ipsa fecit votum, quod, si Deus meritis fratris Joannis Boni liberaret eum de infirmitate illa, quam in oculis patiebatur, quod iret ad sepulcrum ejus, et offerret ibi duos oculos cereos. Et statim sequenti die liberata est totaliter, quod nullum signum præteritæ infirmitatis, quam passa fuerat dicta D. Honesta bene per quindecim dies et amplius, apparuit in oculis suis, se teste vidente, et semper postea fuit sana et est hodie; interrogatus dictus testis, si interfuit voto,

dixit

EX MSS. dixit quod non; sed tamen vidit illam D. Honestam sic patientem illa die, qua dixit dicto testi se fecisse votum, et sequenti die dictus testis vidit eam liberatam, ut dictum est, et quia publicum est et fuit per totam contratam suam, ut ipsa ita fuit passa, ut dictum est, et tam cito liberata precibus dicti fratris, ut dictum est; et dixit dictus testis interrogatus de tempore, mense, die et hora, et quibus præsentibus dicta D. Honesta fecit votum, dixit se dictus testis nescire; et dixit dictus testis, quod ipse testis erat quinquaginta annorum, et quod prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita audivit, et vidit de ambobus miraculis prædictis, ut dictum est supra.

Testificatio Bellavicinæ de iisdem

429 Domina Bellavicina prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa est vicina et erat D. Bartholomæi, habentis filium suum, nomine Vigilium, qui patiebatur et passus fuerat, ut medici et gentes dicebat, paralysim, et ipsa testis vidit eum quandoque cadere et laborare taliter quod spuma multa erat juxta os ejus, et erat mirabilis compassio ad videndum quod in tam minimo corpore, forsan quod erat duorum annorum vel quasi, tanta tribulatio et afflictio insi-
B stebat, et istam paralysim passus fuerat dictus Vigilius quasi a nativitate sua; unde recepto consilio a quibusdam, et ab ipsa teste, pater dicti Vigilii vovit ipsum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus meritis dicti fratris liberaret dictum filium suum, quod ipse testis iret ad sepulcrum dicti fratris et offerret ibi unam imaginem ceream; et facto voto, nunquam dictus Vigilius vexatus fuit postea a dicta infirmitate; imo fuit postea semper sanus et est hodie, sicut evidenter apparet. Interrogata dicta testis, si interfuit voto, et quomodo scit quod ita fuerit, sicut dixit ipsa testis, respondit quod non interfuit voto, tamen ipsa testis vidit dictum Vigilium una die sic patientem, quia quasi qualibet die vexabatur, et alia die, in qua pater dicti Vigilii dixit sibi testi se fecisse votum, non fuit ab infirmitate aliquo modo tactus, nec unquam postea usque hodie, et etiam manifestum fuit et est per totam contratam suam quod dictus Vigilius ita passus fuit, et tanto tempore; et quod liberatus sit precibus dicti fratris, et propter votum quod fecit pater ejusdem, asseruit dicta testis. Item interrogata dicta testis de tempore, respondit quod credit quod sint duo anni; de mense autem, die
C et hora, et quibus præsentibus factum fuit votum interrogata dicta testis, respondit se nescire.

miraculis. 430 Interrogata eadem testis, dixit, quod sicut ipsa testis credit, jam esset annus elapsus quod ipsa testis vidit D. Honestam, matrem dicti Vigilii, graviter in ambobus oculis patientem, adeo quod tota die ac nocte exclamabat et vociferabatur, in tantum quod non permittebat dormire etiam vicinas, et ita stetit et fecit quasi per quindecim dies; postmodum, sicut ipsa D. Honesta dixit sibi testi, vovit se Deo et fratri Joanni Bono quod si Deus eam meritis dicti fratris liberaret, quod ipsa iret ad sepulcrum ejus, et offerret ibi duos oculos cereos; et statim sequenti die liberata est bene et totaliter, et fuit postea semper usque hodie. Interrogata dicta testis si interfuit voto, credit quod sic, et vidit eam una die sic infirmam, ut dictum est, et sequenti liberatam. Et dixit dicta testis interrogata quod publicum est per totam contratam suam, quod dicta D. Honesta ita passa fuerat, et ita liberata meritis dicti fratris, ut dictum est; de mense autem, die et hora, dicta testis non recordatur; et dixit dicta testis interrogata, quod ipsa erat ætatis quinquaginta annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed D
quia ita vidit et audivit in ambobus miraculis, ut dictum est supra.

Testificatio ipsius Honestæ, de Vigilio filio

431 Domina Honesta prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa habet quendam suum filium nomine Vigilium, qui quasi semper a nativitate sua passus fuerat quandam infirmitatem, quæ vocabatur, ut dicebant medici et aliæ gentes, paralysis, et quando dicta infirmitas vexabat dictum filium suum, mater præ nimio dolore non poterat sustinere videre eum, et ita aliquando dictus Vigilius vexabatur in die semel, quandoque in duobus diebus, vel tribus, quandoque pluries, quandoque minus, et ille Vigilius erat tunc duorum annorum, et cum dicta testis nesciret, quid faceret de dicto filio suo, imo potius voluisset eum vidisse mortuum, quam sic tribulatum, dixit marito suo, quod voveret ipsum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus meritis dicti fratris Joannis Boni liberaret dictum Vigilium a dicta infirmitate, quam patiebatur, quod iret ad sepulcrum ejus, et offerret ei unam imaginem ceream, et sicut ipsa testis dixit, ita maritus ejus fecit, et, facto voto, numquam postea dictus Vigilius vexatus fuit a tali tribulatione, et numquam a dicta infirmi- E
tate postea tactus fuit, scilicet paralysi, usque hodie, sicut manifeste apparet. Interrogata dicta testis, si interfuit voto : respondit, quod sic, quia nemo fuit ibi tunc, nisi ipsa testis, et maritus, qui fecit votum, quando factum fuit votum. Interrogata dicta testis de tempore, dixit quod jam sunt duo anni, de mense autem, die et hora dixit dicta testis se non recordari. Interrogata dicta testis, si publicum fuit per contratam suam, quod dictus filius ejus Vigilius ita passus fuerit et tanto tempore ut dictum est, et quod liberatus fuerit precibus dicti fratris et tam cito, ut dictum est, respondit, quod sic.

et de seipsa. 432 Item dixit dicta testis quod annus est quasi, quod ipsa testis passa fuit ineffabilem infirmitatem in oculis, ita quod nec mori poterat, nec vivere : immo exclamabat assidue tam in die quam in nocte tanquam parturiens, et medici non poterant eam juvare, ita quod ipsa testis credidit tunc quasi totaliter amittere lumen : unde fecit votum præsente D. Bellavicina prædicta Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus liberaret eam de oculis suis, quod ipsa liberata iret ad sepulcrum dicti fratris, et offerret ibi duos oculos cereos, et statim, facto F
voto, sequenti die invenit se in mane liberatam, ita quod numquam visum fuit dicta testis quod passa fuerit in oculis, et semper postea fuit sana, et liberata a dicta infirmitate, sicut manifeste apparet; et dixit dicta testis interrogata quod illam infirmitatem sic crudelem passa fuit per quindecim dies, et amplius; et dixit dicta testis, quod satis fuit et est publicum per totam contratam suam, quod ipsa testis ita fuit passa, et tanto tempore, ut dictum est, et quod liberata est meritis dicti fratris Joannis Boni. Item dixit dicta testis interrogata, quod de mense et die non recordatur : et dixit ipsa testis, quod ipsa erat ætatis viginti quinque annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit, et audivit, ut dictum est supra, et ita per omnia fuit rei veritas.

Excipiuntur juramenta testium. 433 « Vigesimum secundum miraculum. Do-
» mina Ghisla, uxor Flaminghi, Mantuani, de con-
» trata S. Stephani, et D. Benvenuta, olim relicta
» Oderigi, ejusdem contratæ, juraverunt super
» præmissis dicere viritatem quam scirent, et
» tacere mendacium, coram examinatore prædicto,

eodem

A » eodem anno, indictione et loco, ipsa die kal. » Decembris, coram fratre Blasio, et Joanne, here- » mitis dicti ordinis, testibus. »

Testificatio Ghislæ de Maria puella, liberata a cæcitate;

434 Domina Ghisla prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod olim ipsa erat bajula vel alumna, et est hodie, cujusdam puellæ nomine Mariæ, filiæ D. Alberti de Frigeriis, Mantuani : quæ Maria erat tunc forsan unius anni; unde cum ipsa Ghisla in die conversionis beati Pauli proxime futuro erunt tres anni, staret cum dicta Benvenuta, olim relicta Oderigi, ad ignem, hora tertia vel quasi, dicta Maria cecidit in ignem, et antequam dicta Ghisla posset succurrere et juvare dictam Mariam, ignis combussit quasi totam faciem dexteram dictæ Mariæ, et maxime oculus dexter ita combustus est, quod nullo modo inde videre poterat. Dicta Ghisla statim quod hoc vidit, doluit ad mortem, et cœpit habere maximum timorem de patre dictæ puellæ, et cœpit hoc tenere secretum, ad hoc ut pater dictæ puellæ nesciret, et ita stetit dicta Maria bene per duos menses, quod lumen non vidit, nec credebat dicta bajula de cætero illam de dicto oculo visuram, et dicta bajula medicabatur eam in domo secrete

B propter timorem patris puellæ. Unde cum dicta Maria non convaleret aliquo modo, immo quasi totaliter amiserat lumen illius oculi, dicta Ghisla fecit Deo votum quod si Deus liberaret dictam Mariam puellam de illa combustione, et redderet ei lumen illius oculi, iret ad sepulcrum dicti fratris, et portaret vel duceret suam dictam puellam, et offerret ibi unum caput cereum, et, facto voto, intra tres dies dicta puella liberata est a dicta combustione, et vidit lumen, sicut primo videbat, et fuit postea semper sana, ita quod nullum signum præteritæ infirmitatis apparebat in ea, et fuit postea semper illuminata, et est hodie. Et dixit quod ipsa erat ætatis XXV annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia, ut dixit, fuit rei veritas.

testificatio Benvenutæ de eodem miraculo.

435 Domina Benvenuta prædicta jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit, quod in die conversionis S. Pauli proxime futuro erunt tres anni, quod ipsa erat cum dicta D. Ghisla in domo ipsius Ghislæ juxta ignem, et vidit dictam puellam Mariam cadere in ignem, ut dictum est, et ita habere totam faciem dexteram et oculum dextrum com-

C bustum, et ita stetit per duos menses, et non poterat liberari; postmodum, ut dicta Ghisla dixit dictæ testi, dixit se fecisse votum Deo et fratri Joanni Bono, quod si Deus meritis dicti fratris illuminaret dictam puellam Mariam ita quod pater dictæ Mariæ nesciret, quod duceret eam ad sepulcrum ejus et offerret ibi unum caput cereum, et statim intra tres dies dicta Maria omnino liberata est, sicut ipsa testis vidit, ita quod nullum signum præteritæ infirmitatis apparebat in ea, et semper fuit illuminata, et est hodie. Aliud nescit dicta testis, nisi quod dixit, quod erat ætatis quadraginta annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita novit esse.

ANNOTATUM.

a Passus fuerit paralysim; *manifestum est ex hoc et sequentibus testimoniis, morbum qui hic perpetuo* paralysis *dicitur, vocandum fuisse* epilepsim.

EX MSS.

CAPUT XIV.

Ghisla liberatur a contractione brachii et manus, Maria ab hydropisi.

« Vigesimum tertium miraculum. Domina Be- *Excipiuntur* » naduci, olim relicta D. Guidonis de Regio, de ora *juramenta* » S. Andreæ, juravit super præmissis dicere veri- *testium.* » tatem, quam sciret et tacere mendacium, eodem » anno, indictione, ipsa die kal. decembris, Man- » tuæ, in domo ipsius D. Benaduci, præsente fra- » tre Bonaventura, et fratre Bonhomo *a*, here- *a* » mitis dicti ordinis, testibus. Item D. Margarita, » uxor D. Orlandini, quondam Guidonis, de ora » S. Laurentii, et D. Todeschini, quondam Fac- » cini de Godio, et D. Jemma, filia Boninsegnæ, » ejusdem contratæ, juraverunt super præmissis » dicere veritatem, quam scirent, et tacere men- » dacium, Mantuæ, in domo ipsius D. Margaritæ, E » eodem anno, indictione et die, coram prædictis » testibus. Item D. Berta, uxor D. Petrini, de Regio, » juravit super præmissis dicere veritatem, quam » sciret, et tacere mendacium, eodem anno, indi- » ctione et die, coram prædictis testibus, in domo » ipsius D. Bertæ, Mantuæ. »

Testificatio Benaducis, de Ghisla liberata a contractione brachii et manus;

437 Domina Benaduci prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa olim habuit quamdam servientem, quæ postquam discessit ab ipsa teste, ivit Regium, de quo dicta serviens, nomine Ghisla, nata fuerat, et ibi habuit quamdam infirmitatem, propter quam amisit manum dexteram et brachium dexterum; et ita stetit longo tempore quod de dictis manu et brachio non potuit operari, quia nervi adeo erant contracti, quod nullo modo poterat digitos extendere : unde audito de fama dicti fratris Joannis Boni, venit Mantuam, et pervenit ad domum ipsius testis, et tunc dicta testis vidit eam ita contractam, cum tota familia sua, ut dictum est; et illo sero ivit dicta Ghisla ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus ejus, et stetit ibi per totam noctem, et in mane rediit sana, sicut ipsa testis vidit : et operata est dicta Ghisla coram ipsa teste cum manu et brachio prædictis, et semper postea fuit sana. F Interrogata dicta testis de tempore, mense, die et hora, dixit quod tempore translationis; de mense et hora non recordatur, nisi quod uno mane vidit eam liberatam. Et dixit dicta testis, quod ipsa erat ætatis quadraginta annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit, et audivit, ut supra dictum est.

testificatio Margaritæ de eodem miraculo, quæ et testatur de Maria liberata ab hydropisi;

458 Domina Margarita prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa est nurus dictæ D. Benaduci, et vidit dictam Ghislam sic habentem manum dexteram et brachium contractum ita quod nullo modo poterat eam ducere, et ita longo tempore steterat, ut dixit dicta Ghisla; et dicta testis vidit in sero dictam Ghislam sic contractam, et tunc ivit ad sepulcrum dicti fratris, et jacuit ibi per unam noctem, et in mane rediit domum liberata; et ipsa testis vidit eam sic liberatam, quod operata est coram dicta teste cum manu et brachio tamquam sana, et fuit postea sana; et dixit dicta testis, quod hoc fuit tempore translationis corporis dicti fratris; de mense autem, die, et quibus præsentibus, dixit se nescire;

ex mss. de hora dixit quod in mane vidit eam sic sanatam, et in sero præcedenti viderat eam sic contractam. Item eadem testis dixit, quod eodem sero quo dicta Ghisla ivit ad sepulcrum dicti fratris quædam domina, nomine Maria, uxor Guarini de Regiolo, *b* Regiensis diœcesis *b*, quæ longo tempore fuerat infirma, ita quod quasi semper jacuerat, et credebat dicta testis, quod esset hydropica, ut gentes dicebant, ivit ad dictum sepulcrum, et stetit ibi per totam noctem, et in mane liberata fuit, ita quod dicta testis vidit eam illo mane sanam et liberatam, et in sero præcedenti viderat eam sic infirmam, et postea semper fuit sana : et dixit dicta testis interrogata, quod hoc fuit tempore translationis corporis dicti fratris : de mense autem, die, et quibus præsentibus, et hora, dixit se nescire, nisi quod in mane vidit eam liberatam, et in sero viderat eam sic infirmam, prout dictum est. Et dixit quod de infirmitate dictæ Mariæ satis erat et fuerat vox et fama publica, et quod liberata est meritis dicti fratris : et dixit dicta testis, quod ipsa erat XVIII annorum, et quod prædicta testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit B et audivit, ut dictum est supra.

item Jemmæ, 439 Jemma prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento dixit, quod ipsa vidit dictam Ghislam, habentem manum dexteram et brachium dexterum ita contractum, quod nullo modo cum ea laborare poterat, et ita steterat longo tempore; et dicta testis vidit in sero dictam Ghislam sic contractam, ut dictum est; in nocte stetit apud sepulcrum dicti fratris, et sanata est : ita quod in mane dicta testis vidit eam liberatam, ita quod laborabat et operabatur cum manu illa, tanquam persona sana, et fuit postea semper sana: Et dixit dicta testis interrogata de tempore, quod fuit tempore translationis corporis dicti fratris; de mense autem, die et hora, et quibus præsentibus, dixit, se nescire; et quod ipsa testis erat XVIII annorum; et quod prædicta dicta testis testificata est non docta, nec rogata, sed quia hoc multis fuit publicum et manifestum, et sibi testi.

et Bertæ 440 Domina Berta prædicta, jurata testis et interrogata suo juramento, dixit, quod ipsa vidit dictam Ghislam, habentem manum et brachium dextrum ita contractum, quod longo tempore steterat quod nihil cum illo fuerat operata. Unde, se teste vidente, illo sero, quo ipsa testis vidit eam, C dicta Ghisla ivit sic contracta ad sepulcrum dicti fratris, et stetit ibi per totam noctem, ita quod in mane persensit dicta Ghisla extendi nervos contractos et ossa, et exclamabat ipsa tunc præ nimio dolore; et ita statim meritis dicti fratris liberata est, et rediit ad domum dicta testis, et dicta testis, videns eam liberatam, mirata fuit valde, et cœpit dicta Ghisla, ipsa teste vidente, cum illa manu operari, quam longo tempore retractam habuerat, ut dicebat ipsa, per tres annos, et fuit postea semper sana. Interrogata dicta testis de tempore, dixit, quod tempore translationis corporis dicti fratris; de mense autem, die et hora et quibus præsentibus, dixit, se nescire; et quod de hoc satis fuit vox et fama publica et est, quod dicta Ghisla liberata est tam cito meritis dicti fratris.

de iisdem miraculis. 441 Vigesimum quartum miraculum. Item eadem testis dixit, quod eodem tempore vidit uno sero quandam dominam Mariam, uxorem Guarini de Regiolo, quæ ut fama et vox publica de hoc fuerat, longo, immo longissimo tempore, infirma steterat jacendo quasi semper in lectulo, et ut medici et aliæ gentes videntes eam, dicebant, et ipsa Maria dicebat, erat hydropica, quæ dicta Maria eodem sero ducta D fuit ad sepulcrum dicti fratris, et ibi in orationibus stetit per totam noctem : mane autem facto invenit se sanatam et liberatam omnino, et ipsa testis vidit totaliter liberatam eam Mariam, quam sero præcedenti viderat hydropicam et aliis infirmitatibus infirmam, de quo gentes multum mirabantur; et dixit dicta testis interrogata quod hoc fuit tempore translationis corporis dicti fratris : de mense autem, die, et hora, et quibus præsentibus dicta testis non recordatur, tamen dicta testis dixit, quod publica vox et fama est quod dicta Maria ita fuerit passa, et longo tempore, et quod liberata est meritis dicti fratris, et dixit dicta testis interrogata, quod ipsa erat ætatis XXI annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita audivit et vidit.

ANNOTATA.

a Fratre Bonhomo; *num sit hoc nomen christianum, an gentilitium, me latet. Certe posterius esse potuit, siquidem et filius Guidonis Moroëlli, equitis Cæsenatis, inter eremitas* B. Joannis *non alio nomine quam Moroëlli est appellatus. Cfr supra* E *num.* 171, 244, *etc.*

b Regiolum, Regiensis diœcesis, *forte hodiernum* Raggiolo *ad fluviolum* Tagliata, *Mantuam inter et Regium.*

CAPUT XV.

Benghipace liberatur a dæmone.

Excipiuntur juramenta testium.

« Vigesimum quintum miraculum. Domina Ben- » ghipace, quondam D. Ottolini, de ora S. Salva- » toris, et D. Benabbia, uxor D. Lanfranchi, de » contrata S. Mariæ de Bethleem, et D. Bellafiore, » olim relicta D. Volta, ejusdem contratæ, et » D. Julitta, olim relicta Janni de Carissima, et » D. Bonta, quondam Janni de Carissima, dictæ » contratæ, juraverunt super præmissis dicere ve- » ritatem quam scirent, et tacere mendacium. » eodem anno, indictione et loco, ipsa die kal. F » Decembris, præsentibus D. Benvenuto, canonico » S. Hilarii Parmensis, et fratribus Bonaventura » et Bonhomo, heremitis, testibus. Item D. Bona- » juncta, notarius, dictus Zacarias, de ora S. Ægi- » dii, juravit super præmissis dicere veritatem, » quam sciret, et tacere mendacium, eodem anno, » indictione et loco, IV nonas Decembris præsen- » tibus D. Albizo, canonico Peccioli, et fratre Bla- » sio, heremita dicti ordinis, testibus. »

Testificatio Benghipacis de liberatione sua a dæmone, 443 Domina Benghipace prædicta, jurata dixit, quod cum olim, jam sunt tres anni, quodam die sabathi esset ad locum, qui dicitur Monticuli, extra civitatem Mantuæ, et bibisset de aqua cujusdam putei ibi astantis, statim se persensit gravem et oneratam et quasi non bene suæ memoriæ compotem, et ita dicta Benghipace stupefacta domum rediit; et stetit ita insensata usque ad diem dominicam in mane; et cum ipsa vellet ire ad ecclesiam S. Mariæ de Bethleem, non potuit per se ipsam intrare, immo gentes portaverunt eam violenter, et ipsa exclamabat multum. Sequenti autem die, videlicet die Lunæ, ducta fuit ad ecclesiam S. Agnetis, et per tres homines violenter detenta juxta sepulcrum

A pulcrum dicti fratris. Quid ipsa fecerit, nescit, nisi auditu; nisi quod, quando rediit in se, persensit quod aliquid ascenderet ab interioribus ad guttur, et ipsa exspuit, et statim persensit se in illo statu in quo antequam aquam biberet prædicta erat, licet multum dolerent sibi ossa et caro, et semper postea fuit bene sana, et est hodie, et dixit dicta testis interrogata, quod liberata est circiter horam vespertinam; de mense, et quibus præsentibus liberata est, dixit se non recordari, nisi de D. Julitta, olim relicta Janni de Carissima, quæ duxit eam ad dictum sepulcrum, et multis fratribus præsentibus, quorum nomina dixit se non recordari : et dixit, quod publica vox et fama fuit de hoc per totam contratam suam, et est hodie, et dixit quod ipsa era ætatis XVIII annorum, et quod prædicta dixit non rogata neque docta, sed quia ita per omnia fuit rei veritas, et manifestum multis.

testantur Benvenutus,

444 D. Benvenutus, dictus Zacaria, prædictus juratus testis, suo juramento dixit, quod vidit dictam Benghipacem arreptam a dæmone, et ipse conjuravit dictum dæmonem, et ille spiritus respondit ei : « Male agis, quod non permittis me esse, quia cum verbis istius libelli, quem habes in
B manibus, repulistis me de duobus vasis, tamen de isto non poteris tu me repellere, sed alius me repellet. » Et hoc dixit dictus testis quod fuit in die dominico; sequenti die Lunæ ducta fuit ad sepulcrum dicti fratris, et ibi liberata est bene, et fuit postea semper, sicut publica vox et fama est, et dixit dictus testis, de his aliud se nescire, et dixit quod ipse testis erat XXIV annorum, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit, et audivit, ut dictum est supra.

Benabbia,

445 D. Benabbia prædicta, jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit quod D. Benghipace stabat cum ea, et ipsa misit eam ad illum locum, in quo bibit aquam, post quam aquam nunquam usque ad diem liberationis dicta Benghipace fuit compos suæ memoriæ, sed arrepta a dæmonio, ut ipsa testis videbat, et audiebat eam loquentem; interrogata quomodo sciret, quod a dæmonio vexaretur, dixit quod habebat omnia signa dæmoniacæ, nec volebat aliquam intrare ecclesiam, nec quod aliquis haberet coram ea mentionem alicujus sancti, et maxime fratris Joannis Boni, et quod publica vox et fama est et fuit de hoc quod dicta Benghipace ita erat arrepta a dæmonio, et ita, se teste
C vidente, stetit dicta Benghipace a die sabathi usque ad diem lunæ sequentem, in quo die ducta fuit dicta Benghipace ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et ibi plene liberata est, et fuit postea semper, et est hodie, et dixit dicta testis interrogata, quod hoc fuit jam sunt tres anni : de mense, et quibus præsentibus liberata est dicta dæmoniaca, dixit se nescire, et dixit dicta testis quod erat XL annorum et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est.

Bellafiore,

446 D. Bellafiore prædicta, jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit, quod jam sunt tres anni quod ipsa vidit dictam Benghipacem sic arreptam a dæmonio, ut dictum est, et ita stetit a die sabathi usque ad diem lunæ, in qua ivit ad sepulcrum dicti fratris Joannis Boni, et ibi plene liberata est, sicut ipsa testis vidit, et de hoc est publica vox et fama, sicut melius esse potest. Interrogata dicta testis, quomodo sciret, quod prædicta Benghipace esset arrepta a dæmonio : respondit, quod vidit eam habentem omnia signa dæmoniacæ, et exclamabat, et faciebat sicut dæmoniacæ faciunt, et nolebat aliquam intrare ecclesiam, nec audire nomen alicujus sancti et maxime fratris Joannis Boni, et omnes gentes, clerici et laici, videntes eam, dicebant eam dæmoniacam; et dixit dicta testis, se de hoc aliud nescire; et quod ipsa erat ætatis XL annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita fuit rei veritas. *ex mss.*

Julitta,

447 D. Julitta prædicta, jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit, quod vidit, jam sunt tres anni, dictam Benghipacem esse dæmoniacam a die sabathi usque ad diem lunæ sequentis : in qua die ipsa testis duxit eam quasi violenter ad sepulcrum fratris Joannis Boni, et ibi dicta Benghipace fecit mirabiles exclamationes et vociferationes, et tres homines non poterant eam tenere ad sepulcrum dicti fratris, et ita hora vespertina cum multa angustia liberata est, et fuit postea semper, et est hodie. Interrogata dicta testis, quomodo sciret, quod a dæmonio vexaretur : respondit quod videbat in ea omnia dæmoniaca signa, et exclamabat, et nolebat aliquam intrare ecclesiam, nec memoriam fratris Joannis Boni audire, et quia de hoc publica vox et fama fuit inter gentes et est hodie : de mense interrogata dicta testis, dixit se nescire, et dixit, quod dicta Benghipace liberata E
fuit coram sepulcro dicti fratris, et præsente se teste, et D. Bonta, quondam Janni dicti Carissima, et multis, et fratribus, et aliis, quorum nomina dixit se non recordari. Et dixit, quod ipsa testis erat ætatis XL annorum, et quod prædicta dicta testis testificata est non rogata neque docta, sed quia ita vidit et audivit, et quia publicum fuit quasi, ut dictum est supra.

et Bonitas, de eodem miraculo.

448 D. Bonta prædicta, jurata testis, dixit suo juramento interrogata, quod ipsa vidit dictam Benghipacem arreptam a dæmonio, et habere in se omnia dæmoniacæ signa, et quod nolebat aliquam intrare ecclesiam, nec audire nomen fratris Joannis Boni, et ita stetit a die sabathi in sero, usque ad diem lunæ sequentis, in quo die ivit ad sepulcrum fratris Joannis Boni, et ipsa testis ivit cum ea, et non poterat facere quod dicta Benghipace intraret ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris *a*. Demum tres homines acceperunt *a*
eam, et portaverunt eam ad sepulcrum dicti fratris, ubi erat corpus ejus, et illa exclamabat, et vociferabatur et dicebat de Deo et sanctis ejus, maxime de fratre Joanne Bono, omnem rusticitatem et vituperium, et se teste et multis aliis audientibus, F
et demum cœpit spiritus percutere et facere mirabilia, ita quod ipsa testis dicere non poterat, ita quod incontinenti quasi hora vespertina liberata est, se teste præsente, et D. Julitta prædicta, et multis aliis gentibus, et fratribus, quorum nominum dixit se non recordari; et fuit postea semper sana et est hodie, et de hoc dixit dicta testis, publicam vocem et famam esse : de mense dixit dicta testis se non recordari, et dixit, se esse ætatis XXX annorum, et prædicta testificata est non rogata, neque docta, sed quia ita vidit et audivit, prout dixit.

ANNOTATUM.

a Intraret ecclesiam S. Agnetis ubi est et erat corpus dicti fratris. *Ex hoc et similibus locis deduximus contra Leopoldum Voltam, corpus* B. Joannis *sepultum fuisse in ipsa ecclesia S. Agnetis, non vero in cœmeterio conventus, ut voluit ipse: miraculum enim, de quo hic agitur, contigit anno* 1250, *dudum ante corporis elevationem. Supra num.* 445; *cfr. Comment. num.* 171.

CAPUT

EX MSS.

CAPUT XVI.

Cereus ingens, multis aliis minoribus circumdatus, simul cum his, coram multitudine fidelium, subito accenditur. Cæcus recipit visum.

Jurant testes de dicenda veritate.

« Vigesimum sextum miraculum. Joanninus, » quondam Roselli, Veronensis, de ora S. Nicolai, » et D. Ottobella, ejusdem uxor, et frater Petri- » ciolus, heremita dicti ordinis, et Barile, quondam » Raimundi, de contrata S. Joannis, et frater Guic- » ciardus, prior conventus heremitarum Mantuæ *a*, » juraverunt super præmissis dicere veritatem, » quam scirent, et tacere mendacium, coram exa- » minatore prædicto, eodem anno, indictione et B » loco, IV nonas Decembris, præsentibus D. Albizo, » canonico plebis de Pecciolo, et fratre Blasio, » heremita dicti ordinis, et multis aliis ad hæc » testibus. »

Testificatio Joannini de cereo et candelis miraculo accensis;

450 D. Joanninus prædictus juratus testis, suo juramento interrogatus, dixit, quod in tempore translationis corporis dicti fratris Joannis Boni, pueri de civitate Mantuana fecerunt fieri maximum, et pulcherrimum cereum, super quo erant candelæ *b* multæ et diversæ accensæ, et ipse cereus accensus erat; et cum in mense maji die dominica Paschatis Pentecostes *c* post tertiam dicti pueri venerunt ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris, et multæ aliæ gentes cum eis cum maximo gaudio et lætitia, et essent jam prope ecclesiam S. Agnetis, dictus cereus extinctus est cum omnibus candelis super ipsum astantibus; de quo ipse testis dolebat, et omnes gentes ibi astantes, et ita venerunt cum cereo et candelis extinctis per maximam moram; et cum essent jam prope ecclesiam, et fratres exivissent cum aqua benedicta ad recipiendos dictos pueros et gentes, et dolerent multum, quod dictus cereus offerebatur ita extinctus, nec de levi propter ejus altitudinem C poterat accendi, omnibus ibi astantibus et videntibus, in introitu ecclesiæ, dictus cereus cum omnibus candelis per se ipsum uno momento accensus est *d* : quo viso, cœperunt fratres cantare, et aliæ gentes laudare nomen Domini Nostri Jesu Christi, et fuit ibi tanta lætitia et exultatio, quod ipse testis dicere non poterat; et dixit dictus testis, quod hoc factum fuit ita manifestum sibi testi et omnibus ibi astantibus, et fratribus et aliis, quod numquam res aliqua fuit manifestior : et dixit dictus testis quod ipse erat ætatis XXX annorum, et quod prædicta testificatus est dictus testis non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit, et manifestum fuit, ut dictum est.

de eodem miraculo testificantur Octobella,

451 D. Octobella prædicta jurata testis, et interrogata suo juramento, dixit, quod cum pueri Mantuani, maxime de contrata S. Nicolai, Mantuæ, ad honorem Dei et fratris Joannis Boni fecissent fieri unum pulcherrimum et magnum cereum, et altum, super quem deposuerunt multas candelas, et quadam die in mense maji, credit in die Dominicæ Paschatis Pentecostes, post tertiam, tempore translationis corporis dicti fratris, venirent et apportarent dictum cereum ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus dicti fratris, cum magno gaudio D et lætitia, et multæ aliæ gentes venirent cum dictis pueris, antequam ad dictam ecclesiam devenirent, dictus cereus cum omnibus candelis super ipsum astantibus extinctus est, de quo gentes dolebant multum; et ita venerunt cum extincto cereo, et sine lumine per magnam moram usque quasi ad portas dictæ ecclesiæ S. Agnetis, et ibi deportantes dictum cereum, deposerunt eum, et fratres venerunt eis obviam cum aqua benedicta; et cum iidem portatores dicti cerei elevassent dictum cereum, sic extinctum, et vellent ecclesiam prædictam intrare, statim, uno momento quasi, dictus cereus et omnes candelæ super ipsum appositæ, accensæ sunt, se teste vidente et omnibus ibi astantibus, de quo tam fratres quam aliæ gentes lætatæ sunt valde et miratæ, et cœperunt laudare nomen Domini Nostri Jesu Christi et fratris Joannis Boni, cujus meritis hæc facta sunt et fuerunt, et dixit dicta testis, quod erat XXXII annorum, et quod prædicta testis testificata est non rogata, nec docta, sed quia ita vidit.

fr. Petriciolus.

452 Fr. Petriciolus heremita de conventu Mantuano, juratus testis, et interrogatus suo juramento, dixit, quod in tempore translationis corporis dicti E fratris Joannis Boni in die Paschatis Pentecostes, post tertiam, pueri de contrata S. Nicolai, Mantuæ, cum multis aliis gentibus venerunt cum quodam pulcherrimo cereo et magno, super quo erant multæ candelæ, ad ecclesiam S. Agnetis, ubi erat et est corpus fratris Joannis Boni, et ad honorem et laudem ipsius fratris : et cum fratres scirent hoc, exierunt eis aliquantulum obviam, et tum viderunt fratres et ipse testis vidit dictum cereum cum candelis omnibus extinctum, et cum illi, qui deportabant dictum cereum, volebant dictam ecclesiam introire cum cereo extincto, statim, sicut Deo placuit, meritis illius fratris pro quo hæc fiebant, dictus cereus per se ipsum cum omnibus candelis super ipsum appositis, accensus est : quo viso, fratres et aliæ gentes cœperunt laudare nomen Domini Jesu Christi et illius sancti fratris. Et dixit dictus testis interrogatus quod ipse erat XXII annorum vel quasi, et quod prædicta testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit, ut dictum est, et quia manifestum fuit multis.

Barilius,

453 Barile, quondam Raimundi, de ora S. Joannis, Mantuæ, prædictus juratus testis, et interrogatus suo juramento, dixit, quod in translatione F corporis fratris Joannis Boni in die Paschatis Pentecoses, post tertiam, ipse testis vidit ire multos pueros de contrata S. Nicolai, et multas alias gentes cum eis, et portabant unum magnum cereum accensum, cum multis candelis accensis super ipsum appositis, et ipse testis venit cum eis ad ecclesiam S. Agnetis, ubi est et erat corpus fratris Joannis Boni, et cum ipsi irent ad dictam ecclesiam dictus cereus cum omnibus candelis ibi appositis extinctus est, se teste vidente, et omnibus aliis gentibus, quæ erant ibi; et ita aliquandiu cum dicto cereo extincto venerunt; et cum essent prope dictam ecclesiam, fratres occurrerunt obviam eis aliquantulum; et cum omnes tam fratres quam pueri, et aliæ gentes, venirent versus ecclesiam prædictam cum cereo ita extincto, ut dictum est, quando illi qui deportabant cereum fuerunt juxta introitum ecclesiæ, dictus cereus cum omnibus candelis, omnibus ibi adstantibus et videntibus, reaccensus est per se ipsum : quo viso fratres et aliæ gentes mirati sunt valde de tam magno et inaudito quasi miraculo, et cœperunt gratias reddere Creatori, qui dignatus est meritis fratris Joannis

Joannis Boni coram peccatoribus ipsis ostendere potentiam suam,

qui et de cæco testatur, cui tum restitutus est visus,

454 Et dixit dictus testis, quod in ecclesia S. Agnetis fuit tunc tantum gaudii et lætitiæ propter illud miraculum, et alia multa quæ Dominus fecerat et faciebat meritis dicti fratris, quia in ipsa hora coram sepulcro dicti fratris illuminatus est quidam cæcus, quod vix ipse testis, vel alius dicere posset. Interrogatus dictus testis, si ad invocationem dicti fratris, vel cujus, dictus cereus reaccensus est; respondit dictus testis, quod quando ipse testis veniebat cum dictis pueris et aliis multis gentibus ad dictam ecclesiam S. Agnetis, et cum ille cereus cum candelis, in eo appositis, extinctus est, gentes dolebant multum, quod cereus ille portabatur ad sepulcrum dicti fratris ita extinctus : unde ipse dixit testis, quod erat ibi quædam muliercula, cujus nomen dixit se nescire, quæ pluries rogavit Dominum, ut meritis Joannis Boni fratris dignaretur reaccendere dictum cereum puerorum, et multæ aliæ dicebant : « utinam ille cereus reaccenderetur. » Interrogatus dictus testis de mense, dixit quod in mense maji; et dixit etiam dictus testis, quod ipse testis erat quasi xxx annorum, et quod
B prædicta dictus testis testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est, et ita multis gentibus fuit manifestum.

et fr. Guicciardus,

453 Fr. Guicciardus, prior conventus heremitarum prædictus, juratus testis, et interrogatus suo juramento, dixit, quod cum quadam die pueri multi de contrata S. Nicolai, Mantuæ, venirent cum magno et maximo cereo ad ecclesiam S. Agnetis, pro devotione et reverentia fratris Joannis Boni, cujus corpus est et erat apud dictam ecclesiam, et multæ aliæ gentes causa devotionis venirent cum eis fratribus hæc scientibus, causa honorandi dictos pueros, ipse testis, qui erat tunc prior et est modo conventus heremitarum Mantuæ, cum quibusdam aliis fratribus, ivit dictis pueris et aliis gentibus, quæ erant cum eis, obviam cum aqua benedicta; et cum dictus prior devenisset ad dictos pueros, vidit cereum cum candelis, in eo appositis, extinctum : de quo ipse prior doluit tamen quia dictus cereus non poterat propter ejus altitudinem de facili reaccendi; venerunt omnes usque ad ecclesiam prædictam cum cereo et candelis ita, ut dictum est, extinctis : et cum illi, qui deportabant cereum prædictum, essent quasi in introitu dictæ
C ecclesiæ, et ecclesia de aliis gentibus, qui non venerant cum dictis pueris, esset quasi plena, omnibus tam fratribus quam aliis gentibus stantibus in ecclesia prædicta vel extra, hoc quasi videntibus et se teste, dictus cereus et candelæ per se ipsas subito reaccensæ sunt. Hoc viso, gentes omnes et fratres cœperunt clamare, et dicere : Benedictum sit nomen Domini Nostri Jesu Christi, qui meritis fratris Joannis Boni tale miraculum nobis peccatoribus et ita manifestum dignatus est ostendere.

qui similiter testatur de sanatione cæci.

456 Et dixit dictus prior, quod tunc inter fratres et alias gentes fuit tanta exultatio et lætitia, propter illud miraculum et multa alia, quæ Dominus fecerat et faciebat meritis dicti fratris, quod ipse testis quasi dicere nesciret, quia tunc quasi in ipsa hora coram sepulcro dicti fratris illuminatus fuerat quidam cæcus. Interrogatus dictus prior, si ad invocationem dicti fratris Joannis Boni dictus cereus cum prædictis candelis reaccensus est : respondit se aliter nescire, nisi quod a pluribus dictum fuit ei quod quando dicti pueri veniebant cum dicto cereo sic extincto, quædam mulier erat ibi, et veniebat cum dictis pueris, cujus nomen dixit ipse prior se nescire, tamen novit hoc et scit bene, quod dicta mulier tempore præsentis testificationis hujus mortua erat : quæ cum vidisset dictum cereum sic extinctum, doluit multum, et cœpit rogare Dominum, ut meritis fratris Joannis Boni, ad cujus honorem hæc fiebant, dignaretur dictum cereum reaccendere. Interrogatus dictus testis, si aliqui cerei vel candelæ accensæ erant juxta dictum cereum puerorum; respondit, quod non : et dixit dictus prior, quod hoc fuit tempore translationis corporis dicti fratris, in mense maji, die Dominica Pentecostes *e*, post tertiam; et dixit, quod ipse *e*
erat ætatis XL annorum, et quod prædicta dictus prior testificatus est non rogatus neque doctus, sed quia ita vidit et audivit, ut dictum est supra.

EX MSS.

« Lecti sunt et auscultati suprascripti testes Mantuæ, MCCLIII, indictione XI, pridie nonas Decembris. »

Attestationes de fidelitate apographorum.

« Concordat cum suo originali, existente in archivo serenissimi D. N. D. ducis Mantuæ et » Montisferrati in colto *f* rerum pertinentiarum ad » animam. In quorum fidem, etc. Idibus Januarii, » MDCXLI. *f*

» Ego Hippolytus Castellus jur. cons. et » eques, ipsi ducali archivo præfectus, ejusdem- » que ser. D. a secretis confinium, subscripsi. E

» Suprascriptum D. Hippolytum Castellum, archivi ducalis præfectum, esse talem qualem se » asseruit, illiusque attestationibus hic plenam » adhiberi fidem, et merito ubique locorum adhi- » bendam esse, attestor ego infrascriptus, ejusdem » ser. D. ducis Mantuæ et Montisferrati primus » cancellarius.

» Ex ducali cancellaria, Mantuæ, die XX Januarii, MDCXLI.

JULIUS TOMASINUS, cancellarius, subscripsi. » (L. S.) »

« Præsens exemplar cum altero authentico in » hoc capitulari archivo adservato ab infrascripto » diligenter collatum, inventum est cum illo plene » concordare. In quorum fidem etc.

» Mantuæ, ab aula capitulari,
» X kal. Novembris, 1836.
» Jussu illustrissimi ac reverendis- F
» simi capituli.
» ALEXANDER DE SURDIS, canonicus a
» secretis.
» (L. S.) »

ANNOTATA.

a Frater Guicciardus, prior conventus *etc. Is in processu primo, anno* 1251, *induxit testes et fuit aliquo modo procurator causæ* B. Joannis. *Cfr. supra pag.* 770, *num.* 7.

b Pulcherrimus cereus super quo erant candelæ multæ; *istæ candelæ, quarum sæpe occurrit mentio in narratione hujus miraculi, non videntur aliud fuisse quam cerei minores.*

c In mense Maji die dominica Paschatis Pentecostes; *hic primum advertendum est* Pascha Pentecostes *idem esse ac* festum Pentecostes, *de quo vide supra pag.* 806, *annot.* f : *deinde incidisse hoc festum, anno* 1251, *quo miraculum accensorum cereorum evenit, in diem* 4 *Junii, et erronee dici a præsenti teste festum Pentecostes celebratum fuisse de mense Majo; quam vero ob causam non solum ipse*

EX MSS. *ipse, sed et alii testes in hunc modum sint locuti, explicavimus in Commentario prævio, num.* 173.

d Cereus... uno momento accensus est; *quam solemnis fuerit inter Mantuanos hujus miraculi annua memoria, vide Comment. præv. num.* 174.

e In mense Maji, die dominica Pentecostes; *vide supra annot.* c.

j In colto rerum *etc.; vides upra p.* 856 *annot.* k. *Ultima folia horum processuum typis parabamus, dum advenit ad nos die hesterna tristis nuntius* D *mortis amicissimi nobis et Actis SS. in primis devoti Petri Cernazai, Utinensis, J. U. doctoris, cui hos prolixos processus suis expensis exscriptos, aliaque monumenta de* B. Joanne Bono, *accepta referimus; qui die* 15 *Octobris hujus anni* 1858, *exeuntium sacramentis pie refectus, transiit ad vitam beatiorem Deumque laudandum cum sanctis, quos adamavit in terra.*

DE B. HIERONYMO GARIBO

CONF. ORD. MIN. S. FRANCISCI

BONONIÆ ET NICIÆ

B E

V. D. B.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Qui de B. Hieronymo scripserint. Ejus ortus et ingressus in ordinem Minorum. Conventualium et Observantium conventus Niciæ.

ANNO MDII. *Qui* B. Hieronymum *beatis annumerarunt et de eo scripserunt sæculo* XVI,

Quamquam B. Hieronymum *Garibum nonis Novembris anni* 1502 *obiisse ostensuri sumus, de eo tamen præsenti die disserendum esse censuimus, quoniam ejus cultus, quæ potissima nostra est regula, ad* XI *kalendas Octobres spectat omnino : quæ inferius satis superque patebunt. De eo scripsere hagiographi complures, paucissima tamen de ejus tradentes gestis, neque ullus inter eos est qui beatum virum de facie noverit. Qui omnium primus de eo brevissimam mentionem fecit, non ignobile inter Franciscanæ familiæ historicos nomen habet, Petrus Ridolfi, seu Rodulphus, domo Tossiniano, Æmiliæ* C *oppido, in agro Imolensi ad radices Apennini, Minorum Conventualium theologus, anno* 1573 *Bononiensis asceterii guardianus, deinde jussu Sixti V anno* 1587 *Venusinus* (1), *anno* 1591 *voluntate Gregorii XIV Senogalliensis episcopus creatus et decennio post vita functus* (2); *atque hic anno uno, priusquam episcopales infulas primum indueret, Venetis typis subjecit Historias seraphicæ religionis* (3); *in quarum libro* I (4) *has de* B. Hieronymo *insertas voluit laudes :* B. Hieronymus Garibbus de Nicia, doctor theologus, obiit Bononiæ, ubi habentur ejus ossa condita in capella Crucifixi. *Hæc de visu norat, utpote olim hujus cœnobii incola. Venit post eum Philippus Bianchi, qui, sub persona Ludovici Sarti latens, thesaurum indulgentiarum Bononiensium edidit ibique* (5) B. Hieronymum Niceensem ex ordine Minorum S. Francisci in ejusdem templo Bononiensi sepultum jacere *docuit. Succedit tertio loco decretum FF. Minorum Bononiensium de concedendis* reliquiis B. Hieronymi *conventui Niciensi; quod die* 2 *Augusti* 1596 *latum est. Huic annectendum alterum non dissimile scriptum, quod ad annum* 1605 *pertinet. Ex quibus manifestum est* B. Hieronymi *cultum ecclesiasticum sæculo* XVI *jam viguisse.*

sæculo XVII *et* XVIII, *recensentur.* F

2 *Verum, quod ad rem historicam attinet, majoris momenti sunt Annales Bononienses, quos sæculo* XVII *ineunte Joannes Franciscus Negri condidit et qui ad finem sæculi proxime præteriti inediti adhuc asservabantur in bibliotheca instituti scientiarum Bononiensis. Eodem sæculo Breve elogium* B. Hieronymi *texuerunt Barezzo Barezzi Cremonensis* (6), *Arturus a Monasterio* (7), *Fortunatus Huberus* (8) *et Masini* (9); *paulo longius Paulus Bricio* (10), *Petrus Jofredus et sæculo sequenti* (11) *Sigismundus Alberti* (12) *et anonymus auctor elogiorum quæ imaginibus Sanctorum Ord. Min. apposita sunt. Inter sanctos aut beatos, qui Bononiæ floruerunt aut quorum corpora illic asservantur, recensent sæculo* XVII B. Hieronymum *Fidelis Onofri* (13), *Georgius Benacci* (14) *et Joannes Jacobus Bi occo* (15); *sed*

(1) Ughelli, Italia sacra, tom. VII, col. 179, edit. Coleti.-De Cerreto, Annalium Minorum continuatio, tom. XXII. pag. 173. — (2) Ughelli, tom. II, col. 878 et 879. — (3) Waddingus, Scriptt. Ord. Min. pag. 289 et de Cerreto, Ann. O. M. cont. tom. XXII, pag. 76. — (4) Hist. seraph. relig. pag. 107. — (5) Tesoro delle indulgenze di Bologna, pag. 437, — (6) Chroniche de' Minori, lib. III, cap. 23, pag, 243 et Traduction Blancone, quatr. partie des Chroniq. lib. III, cap. 19, pag. 240. — (7) Martyrol. Franciscan. ad 22 Oct. — (8) Menologium Magnum, ad 22 Oct. — (9) Guida spirituale, ad 23 Aug. pag. 168 et Bologna perlustrata, ad 22 Oct. pag. 115 et 498. — (10) Seraphica subalpina D. Thomæ provinciæ monumenta, Taurini, 1647. — (11) Nicæa civitas sacris monumentis illustrata, part. I, tit. XIX, Taurini 1658, ap. Grævium, Thesaurus antiq. et histor. Italiæ, tom. IV, part. VI, pag. 142 et 143; Storia delle Alpe maritime, in Monumentis patriæ, tom. IV, col. 1149 et 1150 — (12) Album virorum Liguriæ Sabaudiæ sanctitate illustrium, pag. 56, Taurini 1703. — (13) Fioretto delle Croniche, pag. 52. — (14) Teatro dell' anno, ms. pag. 446. — (15) Breve compendio degl' uomini illustrissimi di Bologna, ms., chart. 41.

jejuni

A *jejuni sunt valde. Epigrammata de eodem scripsere Petrus Andreas Trincheri* (1), *causidicus Niciensis, et Gabriel Mainardi* (2), *minorita Bononiensis. Quum jam multarum rerum memoria et nonnulla periissent monumenta, in* B. Hieronymi *gesta sedulo inquisivit Ludovicus Moraglia* (3), *Niciensis conventus FF. MM. alumnus, ejusque Vitam ex aliorum scriptis et famæ relatu collegit; quam in lucem numquam venisse arbitramur. Verum ea usus est Joannes Baptista Melloni* (4), *qui incredibilem operam posuit in colligendis rebus omnibus quæ ad sanctos et beatos Bononienses pertinerent. Porro hic multo judicio de* B. Hieronymo *Garibo conscripsit commentariso, in quos non ea tantum contulit quæ in excusis reperit libris, verum ea etiam quæ antiqui computus et alia id genus documenta ei subministrarunt. Quocirca in limine profitemur Mellonii egregia scripta præcipuos fore fontes ex quibus dicta nostra de* B. Hieronymo *hausturi sumus.*

B Hieronymus, *ante medium sæculum* XV *Niciæ natus,*

3 *Nicia seu Nicæa, Italis olim* Nizza di Provenza *et* Nizza del Varo, *Gallis* Nice de Provence, *nunc vulgo propter auctam celebritatem nude* Nizza *et* Nice, *patria* B. Hieronymi *fuit. Quum in lucem editus est, jam parebat illa civitas* (*de jure non*

B *quæro*) *domui Sabaudicæ, intra cujus regni fines etiamnum jacet. Circa annum enim* 1440 *natus fuisse videtur, dum Nicienses sequebantur partes Amedei VIII ducis Sabaudiæ, qui a die* 17 *Decembris anni* 1439 *usque ad* 7 *Aprilis anni* 1449 *cum nomine Felicis V pontificatum in his terris tenuit* (5); *cum quo certe communicabat in sacris Ludovicus Bardatus, Niciensis episcopus, olim S. Pontii abbas, nec non canonici cathedrales, FF. Prædicatores aliique. A patria postea dici solitus* Magister Hieronymus de Nicia *aut* Magister de Nicia; *quo se nomine appellat aliquando ipsemet, alibi tamen scribens :* Ego Magister Jeronimus Garibi de Nicia. *Genus ei quippe nobile, Gariborum domus, quæ deinceps Niciæ florere perrexit. Pie a parentibus fuisse educatum puerum, ex reliquo vitæ instituto colligit Mellonius : favet conjecturæ quotidiana experientia.*

in cœnobium Minorum Conventualium

4 *Porro sæculo* XVI *duo surgebant Niciæ Fratrum Minorum conventus, alter Conventualium, alter Observantium. Prioris, cui S. Franciscus nomen suum indidit, primordia ad annum forte* 1239 *pertinent, et certe novis ædificiis exstruendis opportunitas data anno* 1250, *quo Oggerius Badatus, nobilis Niciensis civis, testamento suo Fratribus*

C *Minoribus egregie consuluit* (6). *Duobus fere sæculis post florebat adhuc numero id asceterium. Ejus templum auctum et sacratum anno* 1410 (7); *et anno* 1429, *quum non multo ante inter hujus asceterii parietes capitulum provinciale fuisset celebratum, ipse conventus amplificandus et restaurandus visus est, potestate facta a Martino papa V alienandi bona aliquot quæ anno* 1388 *per testamentum obvenerant* (8). *Simul absoluta majoris templi fabrica; in qua die* 28 *Decembris anni* 1442 *altare S. Antonii Patavini, et sequentibus diebus novem alia consecravit Raimundus, ad Sulcitanum in Sardinia episcopatum ex Fratribus Minoribus assumptus* (9). *Neque numero tantum et spatio hunc conventum insignem fuisse perhibet Jofredus, sed et* sacrarum literarum studiis percelebrem (10); *quin etiam* religiosum, famosumque architectura ac devotione ceterorum ejusdem civitatis celeberrimum *eum appellat Moraglia* (11). *Ad quam famam demonstrandam nonnihil forte valent testamenta nobilissimi conjugii Honorati Grimaldi et Mariettæ Lascaris; quibus ille die* 8 *Septembris anni* 1433, *hæc die* 4 *Julii anni* 1437 *sibi sepulturam in sacello Crucifixi apud Fratres Minores elegerunt, et præceptum, quo Renatus Andegavensis die* 13 *Januarii anni* 1337, *exercitum ad recuperandum regnum Neapolitanum movens, cavit ne Fratres Minores Nicienses ullatenus a solita comparanda sibi vicatim stipe impedirentur per generale edictum, quo ne eveherentur cibaria militibus necessaria vetebatur.*

AUCTORE V. D. B.

potius quam in Observantium

5 *Aliquot annis post surrexit conventus Observantium. Anno quippe* 1459, *die* 9 *Maji, licentiam duos id genus conventus erigendi a Pio papa II efflagitarat Anna Cypria, Sabaudiæ ducissa; id apud se fieri rogarunt Nicienses cives, ære publico oblato. Morem gessit ducissa die* 17 *Aprilis anni* 1460; *et quidem sequenti anno manus operi admota in loco suburbano, cui vulgare nomen* als Carmes viels *et ecclesia sub S. Crucis titulo consecrata anno* 1474. *Qui locus placuit, donec Fredericus Barbarossa,* E *direpta civitate, eo se aliquandiu tamquam castello continuit : quæ ne deinceps fierent, sedes illa fere diruta, et incolæ intra mœnia translati* (12). *Atque hic procul dubio, non secus, ac in aliis novis Observantium stadiis, sentire erat primitias spiritus, regulari vigenti disciplina et S. Francisci egregia restituta paupertate.*

se recipit circa annum 1480; *triennio post laborat in restaurando fornice;*

6 *Præplacuit* B. Hieronymo *domus antiquior; eamque* (*si his quæ servavit Moraglia satis fidere liceat*) *ingressus sit oportet non multo ante annum* 1480; *ita ut prius sacris literis dedisse operam, doctoratus lauream assecutus esse et maturam attigisse ætatem dicendus sit, quam nomen suum dederit Conventualibus. Sed de his infra. Porro, teste eodem Moraglia* (13) *seu potius sæculi* XVII *quam sequitur fama,* tanto Hieronymus ingressus est *S. Francisci conventum* fervore adipiscendarum virtutum ut toto tempore sui tyrocinii cunctis esset forma perfectionis; sicque usque ad mortem perseveravit... Inter autem cetera virtutum insignia præcipuam suæ structuræ basim puro cordis affectu posuit humilitatem. *Quod siquid in conventus aut sociorum utilitatem cedere posse perspiceret, faciebat id animo libenti, nil interim de pietate* F *remittens. Moragliæ ævo memoria supererat eum dedignatum minime fuisse stipem ostiatim colligere; et quum ecclesiæ fornix construeretur, eum ad operarum instar muratoribus inserviisse humerisque suis asportasse cæmentum, lapides, materiem. Quæ ad annum* 1483 *pertinere docet Jofredus* (14) *ex inscriptione in S. Francisci templo publice proposita et ex ejusdem conventus codicibus sinceris. Jofredi verba recitare placet :* Anno MCCCCLXXXIII F. Ludovico Terreni, S. Francisci ecclesiam, ex piorum elcemosynis, vetere collapso, novo fornice instauravit. Inscript. in eccles. S. Franc. Ms. authen.

paupertatem eximie coluisse traditur.

7 *Cumulant* B. Hieronymum *Moroglia et Mellonius multis laudibus, quibus nil magis proprium*

(1) Lib. I, epigr. X. — (2) Epigramma, relatum a Mellonio — (3) De viris sanctis et pietate illustribus conventus Niciensis necnon religionis Seraphicæ, ms. part. II, pag. 214 et seqq. — (4) Atti o memorie degli uomini illustri in santità nati o morti in Bologna. Delle classe di quei, che da tempo immemorabile sembrano aver culto publico e titolo di beati o di santi con tolleranza della chiesa, vol. III. pag. 273-299 et 433 435, Bologna 1780. — (5) Cfr Gioffredo, Storia delle Alpi maritimi ad an. 1444, Monumenta hist. patriæ. tom. IV, col. 1080. — (6) Gioffredo, Storia etc. col. 573. — (7) Id. Nicia illust. part. II, cap. 2, num. 51. Storia etc. col. 1007.—(8) Id. Storia, col. 1046, et Waddingus, Annal. Minor. ad an. 1429, num. 13, tom. X, pag. 142, Romæ 1734. — (9) Jofredus, Nicia illust. part. II, cap. 2, num. 54; Storia etc. col. 1078. — (10) Id. part. I, cap. 21, tit. XVIII. — (11) Ap. Melloni, pag. 274. — (12) Jofredus, Nicia illust. part. II, cap. 2, num 56; Storia, etc. col. 1112 et 1134; Waddingus, Annal. Minor. ad an 1461, num. 33, tom. XIII, pag. 198. — (13) Ap. Melloni, pag. 275. — (14) Nicia illust. part. II, cap. 2, num. 56.

inest

AUCTORE V. D. B.

inest quam si depromptæ essent ex communi Confessorum officio vel ex Octavario Romano; quas idcirco mittere præstat. Singularia sed, meo judicio, incertissima produnt de ejus paupertate; videlicet eum adeo abhorruisse a pecunia, ut nec recipere vellet, nec retinere; una tunica unoque capuccio contentum fuisse, nisi quod hieme interiorem vestem indueret; indusio usum esse numquam, nec molli culcitra, cui satis fuerit stramineus saccus aut nudæ tabulæ. Si audiamus Jofredum (1), narratur de eo quod numquam calceis usus sit,... quamvis jam tum hoc Fratribus Conventualibus impune liceret ex indulto apostolico; *sed refragatur Moraglia* (2) : Non nudis pedibus, *inquiens*, ut aliqui opinantur, sed calceis adhibitis semper existere visus est. *Quum Jofredus, prudentissimus Niciensis historicus, anno* 1658 *opus suum dederit in lucem, et Moraglia, Minorita Niciensis, suum scripserit circa annum* 1665, *nullam certam harum rerum superfuisse memoriam vel ex hoc uno patet capite.*

§ II. Fueritne B. Hieronymus lector et guardianus Niciæ. Mittitur Bononiam. Infausta initia.

B

Non videtur Niciæ docuisse theologiam, nec diu habitasse.

De guardiani et lectoris officii B. Hieronymo *Niciæ impositis pugnant simili modo iidem historici.* Mox, *inquit Jofredus* (3), ad conventus Niciensis regimen guardianus electus est, in quo munere monitis non minus quam vitæ exemplo in officio continuit... In conventu Niciensi tum guardianus, cum sacræ theologiæ lector ut plurimum vitam duxit; donec, ex superiorum præscripto aliquando Bononiæ degens, ejusdem sacræ facultatis magister, et (ut creditur) in ea percelebri universitate insignes habens auditores, morbo correptus diem clausit extremum. *Ad quæ Moraglia animadvertit perperam adstrui* B. Hieronymum *diu Niciensis cœnobii fuisse incolam et aliquando guardianum :* Nam cunctis, *inquit* (4), visis atque revisis in nostro archivio scripturis, nullam de eo comperi fieri mentionem, nisi semel tantum, occasione permutationis unius servitii in aliud, sub anno

C 1485; in quo instrumento apparet tunc vere exstitisse guardianum; sed eo tempore Bononiæ commorari. Ex quibus argumentandum est non solum haud pluries hic fuisse cœnobitarum prælatum, nec ullius facultatis lectorem, neque diu esse versatum.

Anno 1485 *Niciæ guardianus erat; sed sub anni finem,*

9 *Quamquam argumentatio Moragliæ ejus sit generis quod negativum vocant logici, eam tamen vim habere videtur ut facile persuadeat* B. Hieronymum *non diu degisse in Niciensi conventu, atque idcirco superius ausi non sumus ejus ad Minoritas transitum ab anno* 1480 *longo temporis spatio dimovere. Recole quæ de præstita in restauranda templi fornice opera tradita sunt. Velitne Moraglia et, secundum eum Mellonius* B. Hieronymum *anno* 1485 *guardianum fuisse Niciensem an Bononiensem, prima specie ambiguum est; verum ipsa res nihil dubitationis habet. Anno scilicet* 1485 *Niciensis guardianus erat et Niciæ versabatur, sed sub ejus anni* D *finem Bononiam translatus est. Jofredus enim, qui Niciensem quoque vidit chartam de qua disserit Moraglia, apertissime loquitur. In Historia nempe Alpium maritimarum* (5) *retractans quæstionem de anno supremo* B. Hieronymi, *quem in Nicia illustrata cum anno* 1540 *convenire ex aliena sententia statuerat, id parum congruere animadvertit cum actu capitulari, die* 12 *Octobris anni* 1485 *celebrato, quo constet tunc temporis* B. Hieronymum *jam* guardianum conventus Niciensis fuisse (essere lui vissuto guardiano del convento di Nizza in quest' anno).

ut ex computatione Bononiensi constat, Bononiam abierat.

10 *Quod vero sub ejus anni finem sese jam contulisset Bononiam idem beatus vir, ex sequenti particula computus conventus Bononiensis intelligimus* (6) : 1486. Zenaro 22. da le done de sancto Zoane Batista lir octo per octo missi ga servito al convento per lo celebrare, zoè 4 missi de fra Philipo, e altri 4 magistro Yeronimo da Niza, li quali missi li compini adì 7 de questo, e per lore dà Achillo de Zambecharo lir. 8. *Quæ verba ita interpretatur Mellonius ac si* B. Hieronymus *ineunte Januario anni* 1486 *jam per quatuor menses officia divina fecisset in S. Joannis Baptistæ monasterio;* E *verum quis non videat hanc interpretationem cum actu capitulari Niciensi consistere non posse? Neve dicas Bononiæ forte illo ævo initium anni adhuc inchoatum fuisse a paschate aut a die* 25 *Martii, ita ut dies* 7 *Januarii anni* 1486 *pertineret ad ineuntem annum* 1487 : *nequaquam enim sic est. Nolim quærere an, quemadmodum Romæ et in plerisque Italiæ civitatibus anni exordia ducebantur a die* 25 *Decembris, sic quoque Bononiæ dierum aliquot fieret anticipatio* (7) : *ad firmanda quippe dicta nostra satis nobis est primos Januarii dies tunc temporis a Bononiensibus ad novum relatos fuisse annum, ut ex Chronicis Bononiensibus* (8), *quæ in anno* 1481 *desinunt, passim manifestum fit. Computus itaque ille ita latine vertendus est :* Anno 1486, die 22 Januarii, acceptæ ex parte domnarum S. Joannis Baptistæ libræ octo pro octo Missis celebratis in conventu, quatuor nempe a fratre Philippo et quatuor a magistro Hieronymo de Nicia; quarum ultimam Missam celebrarunt die 7 hujus mensis. Pro illis itaque solutæ ab Achille de Zambecharo (*monialium forte illarum syndico*) libræ octo. Libræ *seu* liræ *illæ tunc temporis nondum Romæ cudebantur, sed Florentiæ; et accipiebantur a Romanis, Bononiensibus aliisque ratione* 13 *bajocorum singulæ; ita ut, si cum nostra componas moneta, octo libræ æquiparandæ sint* 6 *francis et* 60 *centesimis*. Domnæ *autem* S. Joannis Baptistæ *moniales Dominicanæ sunt, quæ a medio sæculo* XIII *id incolebant monasterium* (9). *Verum ex eo nos expediamus diverticulo, et aliquantisper Niciam regrediamur.* F

An inter concionandum fuderit Niciæ sanguinem.

11 *Moraglia* (10) *multis laudat* B. Hieronymi *facultatem oratoriam, eumque non Niciæ tantum sed et in aliis civitatibus homines maximo fructu ad pœnitentiam et dilectionem Dei et proximi incitasse perhibet : meræ* (*ni fallor*) *divinationes. Petrus Andreas Trincheri, causidicus Niciensis, medio sæculo* XVII *florens, epigrammate tradit tanto eum æstu ad populum dixisse, ut pectoris venæ aliquando rumperentur. Eccum* (11) :

(1) Nicia illustr. part. I, cap. 21, tit. XVIII.— (2) Ap. Melloni, pag. 276. — (3) Nicia illustr. part. I, cap. 21, tit. XVIII. — (4) Ap. Mellonium, pag. 276. — (5) Monum. Patriæ, tom. IV, col. 1151.—(6) Ap. Melloni, pag. 279. — (7) Art de vérifier les dates, tom. I, pag. X.— (8) Muratori, Scriptt. Italiæ, tom. VIII; Cfr maxime col. 604, 605, 608, 641, 691, 748 et 783. — (9) Melloni, Class. II, tom. I, pag. 220, not. 10. — (10) Ibid. tom. III, pag. 227 et 278. — (11) Ibid. et ap. Jofredum, Nicia illust. part. I, cap 21, tit. XVIII.

Fundit

A Fundit evangelicum dum semen ab ore Garibbus,
Conteritur cordis vena, cruorque fluit.
Et bene : duræ hominum mentes adamante resistunt?
Sanguine, quo frangat, prodigus agnus erit.

Eam enim vim rebantur olim inesse sanguini, maxime hircino et leonino, ut eo adamantes mollescerent. Sed omissis his næniis, ipsa res displicuit Jofredo, neque ei locum dedit Moraglia : Quod fracta vena, *ait ille,* sanguinem inter concionandum ejectaverit Garibbus, nulla est traditio, nec certum ullum, quod viderim, monumentum.

secessus B. Hieronymi *ex provincia S. Ludovici in Bononiensem nil forte admirabilitatis habet.*

12 *Admiratur Moraglia* (1) B. Hieronymi *animum a rebus terrenis prorsus divulsum, quod, patria relicta, se in regionem longinquam contulerit, videlicet Bononiam. Inquirit quoque in hujus abitus causas, iveritne Bononiam docendi dumtaxat gratia : non verisimile, quum Bononiensis provincia semper viris abundaverit eruditis; an ut non minus vitæ sanctissimæ exemplo præiret discipulis quam eos sacrarum literarum doctrina institueret : probabile magis, quum omni ævo et loco rari sint qui egregiam morum sanctimoniam cum insigni conjungant eruditione. Verum, si quid ego video, sæculo* XV *frequentius minoritæ ab una transibant provincia*
B *in aliam quam postmodum factum est : ita ut facile fieri potuerit nil magni interfuisse, quum ad Bononienses* B. Hieronymus *commigrarit. Utut id est, ad Nicienses numquam postea rediisse legitur beatissimus vir, nec quidquam cum provincia S. Ludovici commune habuisse. Id enim tunc vulgare nomen illius Franciscanæ provinciæ, cui anno* 1216 *in prima ordinis divisione conventus Galliæ Narbonensis attributi fuere, et quæ tunc* provincia Provinciæ *dicta fuit* (2). *Quod ei adhuc datur nomen in Provinciali anni* 1314 (3) *et in altero ineuntis sæculi* XV (4). *Quando autem* S. Ludovici, *episcopi Tolosatis, titulum et patrocinium ei tributum fuerit, mihi obscurum plane. Gonzaga* (5) *id factum statuit voluntate Clementis papæ VII et Francisci Galliæ regis I; sed male, ut ex aliquot ipsius* B. Hieronymi *reliquiis constabit inferius; adeoque jam pridem, antequam ad sæculum* XVI *venit, solet Waddingus hanc provinciam S. Ludovici titulo honestare. Contra Van den Haute* (6), *quamquam cæterum diligentissimus rerum Franciscanarum indagator fuerit, justo antiquius id fecit nomen, quum id intruderit divisioni ordinis, anno* 1239 *factæ; quo quippe tempore nondum natus esset S. Ludovicus.*

C *Bononiensis conventus et provinciæ origo.*

13 *Jam vero provincia Provinciæ seu S. Ludovici accensebatur familiæ Ultramontanæ; Bononiensis, ad quam transibat* B. Hieronymus, *ad Citramontanam; attamen hæc familiarum distinctio, quæ anno* 1443 *duo subalterna capita in Observantium regimen induxit* (7), *inter conventuales nerum erat nomen. Bononiæ porro jam S. Francisci ævo innotuerant Fratres Minores. Ipse patriarcha anno* 1220 *aut certe* 1226 *ad totam pene civitatem verba habuerat* (8). *Primum ejus sociis datæ ædes ad Pulliolas; qui quum importunus esset locus, is concessus monialibus ordinis sancti Marci, alio conventu anno* 1236 *Fratribus Minoribus constructo in Porta Stèria. Huic initio titulus annuntiatio B. M. V., postea S. Franciscus* (9). *Accensebatur principio domus Bononiensis provinciæ Lombardiæ; verum quum hæc anno* 1239 *divisa est in Bononiensem, Venetam, Genuensem et Mediolanensem, ipse Bononiensis conventus caput factum est novæ provinciæ, septem capientis custodias* (10). *Amplum id erat asceterium, literis sacris olim florens, multis locupletatum piis pignoribus, et sanctorum virorum, quibus ecclesia cælicorum concessit honores, ferax.*

AUCTORE V. D. B.

14 *Quum autem eo se contulit* B. Hieronymus, *calamitates lacrymabiles huic impendebant domui. Quis norit an eæ in causa fuerint, cur eo vocatus vir sanctissimus fuerit, qui pietate sua et castitate morum cœnobii illius famam jam collabescentem aliquantisper resarciret? Certe insignis tunc degebat ibidem dyscolus; qui paulo post, quum eo jam advenisset* B. Hieronymus, *in graviora lapsus, pœnas scelerum dedit. En ut hæc scriptor coævus ex ordine Fratrum Prædicatorum, Hieronymus de Bursellis, in Annalibus Bononiensibus* (11) *memoriæ reliquit :* Anno Domini 1486 frater Gregorius de Vercellis, ordinis minorum conventualium, ob furta, stupra et sacrilegia cum uno presbytero sæculari et uno juvene laico, in platea ante palatium legati, in alta furca suspensi sunt. Supra quos suspensa fuerunt vestimenta monachorum sancti Michaelis in Busco, quæ paulo ante furatus fuerat. Dictus frater Gregorius ministro provinciæ Minorum E Romæ ante Sixtum IV querelam movit. Citatus est ad curiam Alexius de Ursis, vexillifer justitiæ; et omnes, qui ministri fuerunt hujus suspensionis, accepta pœnitentia, Bononiam reversi sunt. *Anno ante Ascanius Sfortia cardinalis legationem Bononiensem regendam acceperat, misso Prospero Cafarello, episcopo Ascolano viroque integerrimo, qui locum suum teneret* (12). *Quis minister Minorum provinciæ Bononiensis tum fuerit, me latet; forte Leo de Cremona, qui eo fungebatur munere anno* 1488 *: illo scilicet ævo ministri provinciales ad tempus indefinitum eligebantur, sublatis a Nicolao V anno* 1453 *ministris triennalibus* (13). *Ast quisquis Bononiensi provinciæ tunc præfuerit, is meritis cumulandus est laudibus; quæ cæterum communes erant plerorumque ordinis Minorum superiorum. Passim enim multo ante tempore, quam concilium Tridentinum, coangustatis appellationibus ad romanam curiam, ingentibus quibus ecclesia affligebatur malis remedium afferret, brachio ferreo sæviebant in subditos improbos; ut ex capitulorum decretis liquidum est. Diutius Bononiensem conventum Gregorii Vercellensis præsentia contristatam fuisse et cum illo nequam vivendum fuisse* B. Hieronymo *vel ex* F *eo constat capite quod ad Sixtum IV, qui* 12 *Augusti anni* 1484 *diem obiit, appellavit Gregorius, et solum anno* 1486 *luit pœnas ultimi furti, paulo ante patrati.*

Miser casus, quem B. Hieronymus *vidit, quum vix Bononiam venisset.*

§ III. Docueritne B. Hieronymus theologiam Bononiæ. Fit discretus, guardianus et custos.

Non constat B. Hieronymum *lectorem*

Quodnam B. Hieronymo *officium impositum fuerit, quum primum Bononiam venit, non satis acceptum. Docuisse in universitate Bononiensi et in-*

(1) Ap. Melloni, pag. 276. — (2) Van den Haute, Breviarium historicum Ord. Min. pag. 166. — (3) Ap. Waddingum, ad an. 1314, num. 11, tom. VI, pag. 227.—(4) Ibid. an. 1399, num. 11, tom. IX, pag. 160 et ad 1400, num. 12, pag. 212.—(5) De Orig. Seraph. relig. pag. 817. — (6) Breviarium histor. pag. 166. — (7) Van den Haute, Breviarium hist. pag. 164. — (8) Melloni, Classis II, tom. I, pag. 160. — (9) Ibid. et pp. seqq. — (10) Van den Haute, Breviarium hist. pag. 166. — (11) Ap. Muratori, Scriptt. Italiæ, tom. XXIII, col. 905. — (12) Ibid. loc. cit. — (13) Van den Haute, Breviarium hist. pag. 285.

AUCTORE V. D B *theologiæ fuisse Bononiæ.*

signes habuisse auditores ex aliorum conjectura an scientia perhibentem Jofredum (1) *jam audivimus. Affirmanter loquitur Moraglia his verbis* (2) : Ad summum quoque theologicæ culmen pertigit facultatis... Unde Bononiam demum accersitus, in illa famosissima academia, cum extemplo innotuerit ipsius doctrina, insignes habuit auditores, pluresque doctores ex ejusdem ore tamquam e certissimo oraculo sæpius pependerunt; *et Coronelli seu quisquis alius conscripsit elogia, imaginibus sanctorum ex ordine Minorum sæculo* XVIII *apposita* (3) : R. P. Hieronymus Garibbus a Nicia, Provinciæ urbe, ordinis Minorum Conventualium, sacræ theologiæ magister et publicus in Bononiensi universitate professor. *Gradum doctoris seu magistri in theologia* B. Hieronymo *collatum fuisse res certissima; quod Bononiæ publice docuit, nulla exstant ante medium sæculum* XVII *testimonia : qui his fidendum putet, ipse viderit; certe ipse Jofredus fidebat parum.*

Anno 1487 *fit discretus et computista conventus Bononiensis;* B

16 *Compertum autem plane est eum ab ineunte fere anno* 1487 *accensitum fuisse computistis conventus Bononiensis. Vigebant scilicet tunc adhuc, partim saltem, generales constitutiones editæ Assisii in capitulo generali* XXIV *anni* 1354, *in quibus capit.* III *de observantia paupertatis hæc lex erat posita* (4) : Ministri, custodes, guardiani, procuratores et alii officiales, cæterique fratres de collatis et expensis, ac suo consilio et assensui ad dispensandum commissis, reddant debitam rationem; nempe ministri in provinciali capitulo, et custodes ibidem coram fratribus suæ custodiæ; guardianus ac procurator semel infra quindecim dies coram aliquibus fratribus discretis loci vel conventus, ad hoc communiter assignatis; alii fratres ministro et custodi, cum fuerint requisiti. *Aliquot tamen in locis atque etiam Bononiæ moderatio ea invaluerat. ut singulis tantum mensibus aut etiam rarius guardiani de accepta expensaque pecunia rationem redderent : qui mos, sin minus probatus, partim toleratus, partim correctus est in capitulo generali* XLIV *Interamnensi anni* 1500; *in cujus capite* IV *de pecuniis non recipiendis legitur* (5) : Guardiani vero et procuratores conventuum et locorum de quindena in quindenam rationes fideliter reddant coram fratribus discretis et aliis qui voluerint interesse; discreti autem interesse teneantur omnes. Nec propter hoc desi-
C stant a rationibus reddendis, dato quod omnes vocati non interessent. Possunt tamen in casu usque ad mensem id protrahere, et nulla excusatione ulterius.

quo officio aliquandiu fungitur.

17 *Quum discreti itaque officium, (quod fratribus gravioribus, utpote assistentibus, consiliariis et conjudicibus guardiani, qui in rebus majoris momenti sententiam potioris partis sequi debebat* (6)), *a ministro provinciali* B. Hieronymo *fuisset impositum, eo functus sedulo, ut ex libro acceptorum et expensorum conventus Bononiensis acceptum habemus. Ibidem enim ad annum* 1487 *legere est* (7) : Facta ratione die ultima Februarii coram Rev. fatribus computistis... magistro Jeronymo de Nycia *etc. Similiter ad finem Aprilis ejusdem anni. Dein ad annum* 1488 : Facta ratione die secunda Februarii coram fratribus et computistis, videlicet magistro Leone de Cremona ministro et commissario P. generalis provintiæ, magistro Floriano, magistro de Bononia, magistro Jeronymo de Niza *etc. Tunc* D *jussisse videtur Leo de Cremona rationes fieri singulis mensibus, quum deinceps usque ad mensem Julium eo intervallo redditæ legantur. Vacant dein menses Augustus et September. Post legitur :* Facta ratione die ultimo Octobris coram istis fratribus computistis, scilicet reverendo P. magistro Hieronymo de Nicia, mag. Christophoro de Laude guardiano *etc. Adfuit similiter beatus noster rationibus redditis die ultima Novembris, Januarii, Februarii, Martii, Aprilis, Maji, Junii, Septembris et Novembris anni* 1489; *abfuit vero mense Decembri anni* 1488 *et mense Julio, Augusto, Octobri et Decembri anni* 1489. *Sequentibus annis jam adest, jam absens est, donec anno* 1495 *ipse creatus fuit guardianus. Postea etiam usque ad annum* 1502, *quo diem obiit, legitur aliquando ejus nomen. Quin etiam sæpius videtur hos commentarios scripsisse ipsemet, et quidem mense Octobri anni* 1500 *id notat his verbis :* Facta ratione etc., præsentibus etc., et me magistro de Nicia præsentium scriptore.

Anno 1495 *fit guardianus auctoritate ministri provincialis* E

18 *Quum diligentiam suam satis probasset in discreti seu consiliarii munere, factus est guardianus seu superior conventus Bononiensis die* 11 *Maji anni* 1495; *quamquam provinciæ Bononiensi incorporatus non esset. Adeoque hanc promotionem nonnihil miratur Mellonius* (8), *quod Bononiensi conventui (ut ex codicibus colligit) fratres Bononienses fere præessent, aliquando tamen ex provinciis Romaniæ et Lombardiæ, rarissime ex longinquioribus. Nil tamen obstabat per leges. Ratio designandi guardianos valde inconstans fuit in ordine Minorum* (9). *Sat vero nobis sit novisse* B. Hieronymum *guardiani officio auctum fuisse a ministro provinciæ Bononiensis, Francisco de Argenta, sacræ theologiæ doctore, ut ex libro expensorum habemus. Ibi enim hæc notavit manu sua* B. Hieronymus (10) : Ego magister Jeronimus Garibi de Nicia, ordinis Minorum et provinciæ sancti Ludovici, fui institutus in guardianum almi conventus Bononiæ per Rev. sacræ theologiæ doctorem magistrum Franciscum de Argenta provinciæ Bononiæ ministrum dignissimum anno Domini 1495, die XI madii et die XIII incepi exercere officium guardianatus. Et hic inferius scribentur omnes expensæ quæ fient tempore mei guardianatus.

et generalis, celeberrimi Francisci Sampsonis; F

19 *Hanc designationem promoverat auctoritas ministri generalis, ut in libro acceptorum scripsit similiter B. Garibus his verbis* (11) : Introitus mensis madii 1495. Ego magister Jeronimus Garibi de Nicia provinciæ S. Ludovici factus fui guardianus almi conventus Bonon. per reverendum sacræ theologiæ doctorem magistrum Franciscum de Argenta provinciæ Bonon. ministrum dignissimum et de voluntate reverendissimi patris generalis magistri Francisci Sanson de Senis, anno Domini 1495, die XI madii, et incepi exercere officium guardianatus die XIII prædicti mensis. Et hic inferius scribentur omnes introitus, qui venient toto tempore mei guardianatus. *Similes formulas singuli scribebant guardiani initio sui officii. Qui autem id creditum voluit* B. Hieronymo *minister generalis, in historia Fratrum Minorum celeberrimum habet nomen. Is enim Franciscus Nanius, qui quum anno* 1477 *Romæ contra P. Bandellum, ordinis Prædicatorum theologum, publicam coram Sixto IV de immaculato Mariæ conceptu instituisset disputationem maximo animo, liber-*

(1) Nicia illust. part. I, cap. 21, tit. XVIII. — (2) Ap. Melloni, pag. 280. — (3) Ibid. pag. 281. — (4) Chronolog. hist legalis ord. seraph. tom. I, pag. 67. — (5) Ibid. pag. 162. — (6) Cfr Van den Haute, Breviar. hist. pag. 290 et 291. — (7) Fol. 193, ap. Melloni, pag. 279. — (8) Pag. 281. — (9) Cfr Van den Haute, Breviar. hist. pag. 287. — (10) Fol. 258 v°. ap. Melloni, pag. 281. — (11) Ibid. loc. cit.

tate,

A *tate, doctrina et argumentorum pondere, a papa dictus est* Sampson; *quod dein ei agnomen loco nominis adhæsit* (1).

paulo post in suo conventu celebratur capitulum generale;

20 *Vix autem minister Sampson* B. Hieronymi *humeris id onus imposuerat, quum id mirum in modum auxit, convocatis conventualibus ad generale capitulum, in conventu Bononiensi sub initium mensis Junii seu ad festa Pentecostes anni* 1495 *celebrandum; quod tunc reapse peractum est, sed parum ab historicis illustratum* (2). *Quamdiu autem* B. Hieronymus *guardiani Bononiensis locum occuparit, mihi incompertum. Vix tamen credam ultra biennium; et quidem in capitulo generali Interamnensi anni* 1500 *articulo* I *sexti capitis constitutionum Alexandrinarum cautum est,* ut nullus de cætero possit esse custos vel guardianus continue ultra biennium et debet quiescere per annum, antequam eligatur ibi (3).

anno 1502 *creatur custos custodiæ Bononiensis;*

21 *Ad festa Pentecostes seu ad medium mensem Majum anni* 1502 *ad majus officium promotus fuit* B. Hieronymus, *ad custodiam videlicet Bononiensem : quod in capitulo provinciali Longianensi, id temporis celebrato, a diffinitoribus factum est, ut ex codice acceptorum et expensorum anni* 1497 *et quin-*

B *decim sequentium accepit Mellonius* (4). *In eodem quoque codice legitur cum custodis titulo adfuisse redditioni rationum, factæ decima Junii illius anni* 1502; *ejusdem nomen ibi ultimum apparet die* 13 *Augusti ejusdem anni* (5). *Custodum autem (de custodibus veri regiminis loquor) non minima potestas. Horum genus duplex : alii præerant cum jurisdictione limitata certæ parti provinciæ suæ, vel cum jurisdictione ampliori conventibus aliquot adunatis et a nulla provincia dependentibus et in custodiam legitime erectis* (6). *Ad prius genus pertinebat Bononiensis custodia. Difficile dictu ex quot conflata hæc esset domibus* (7). *In catalogo, quem anno* 1400 *minister generalis, Bartholomæus Pisanus, obtulit capitulo generali, accensentur Bononiensi custodiæ conventus Bononiensis Annuntiatæ seu S. Francisci cum monasterio, dein domus Domini Pacis, Uraguanæ, Planorii, sancti Joannis Confortini, Grespolani, Argelotæ, Ricardinæ et Calderariæ; quibus addit catalogus impressus domum S. Pauli in Monte, quæ exeunte sæculo* XV *jam penes Observantes erat* (8), *et domum S. Mariæ in Monte, omissas in catalogis mss. Vaticano et Ara-*

C *cœlitano* (9).

quæ quam ampla esset inquiritur.

22 *Ad quæ animadvertit Waddingus* (10) *:* In provincia et custodia Bononiæ cœnobium Variguani et Sancti Benedicti oppidi Planorii. Hoc postremum fuit translatum ad alios, sed sub Julio restitutum Fratribus Conventualibus. Habet adnexum hospitale Monzoni, a Sixto IV anno VI sui pontificatus fratribus concessum. Cœnobium Sancti Joannis in Persiceto, unde oriundum diximus fratrem Bonagratiam, ministrum generalem. Confortini et Calderariæ, quæ anno 1462 adnexa sunt conventui magno Bononiensi. Cœnobium S. Mariæ, quod in suo catalogo Rodulphus omisit. *Hic videlicet Rodulphus (intelligitur Petrus Ridolfi, vulgo Tossinianus, de quo initio commentarii diximus) anno* 1586 *has adscribebat Bononiensi custodiæ loca :* Habet hæc custodia, *inquit* (11), locum Bononiæ; locum S. Francisci in Monte; locum Pacis, dictum Domini Pacis; locum Variguani; locum Sancti Benedicti Planorii; habet hospitale Monzoni, quod fuit datum a Sixto IV anno 1477. Exstat in eadem custodia Sancti Joannis in Persiceto; locus Confortini; locus Calderariæ; locus Crespellani; locus Argellatæ; locus Ricardinæ. *Sed de his pro re nostra satis.*

AUCTORE V. D. B.

§ IV. Quo die et anno obierit B. Hieronymus; sepultura et translationes.

Moritur B. Hieronymus *die* 5 *Novembris anni* 1502,

U*t dictum est num.* 21, *custodis officio adhuc fungebatur* B. Hieronymus *mense Augusto anni* 1502; *non tamen explevit biennium, per decreta Interamnensia anni* 1500 (*de quibus supra num.* 20) *concessum custodibus. Bononiensis enim annalista Joannes Franciscus Negri, cui certissime optima de* B. Hieronymi *obitu præluxere documenta, nempe (ni fallor) ipsum folium detractum ex codice Consiliorum, de quo conqueritur Mellonius* (12) : Anno, *inquit* (13), 1502, nocte quinta Novembris, E hora sexta, animam suam Deo reddidit venerandus Frater Hieronymus de Nicia Provinciæ, doctor theologiæ ordinis Fratrum Minorum Conventualium, vir sanctissimæ vitæ. Ejus corpus expositum fuit publice die sequenti, quæ erat Dominica, in templo S. Francisci; quo ingens hominum concurrit multitudo, qui eum viderent ejusque osculantur vestes; et multi infirmi et tribulati, qui cum fide se divinæ commendarunt misericordiæ, per ejus merita consolationem optatam adepti sunt. *Hæc ille italico idiomate : et quidem die sexta Novembris, littera* B *dominicali notata, dies Dominica erat anno* 1502. *Negrio consentit auctor elogiorum, quæ aliquibus imaginibus sanctorum ex ordine Minorum adscripta diximus.*

ut ex pluribus indiciis de die

24 *Atque ille Negrii narratus confirmatur minusculis aliquot rerum adjunctis. Videlicet in codice expensorum* (14) *scripsit procurator conventus :* Die 6 Novembris 1502, expensæ factæ a magistro Augustino, meum occupante locum, quum patrem ministrum (*provincialem*) adii *etc. Quid illa die Dominica se itineri dedit Bononiensis conventus procurator, nisi quod gravius ferret nuntium de morte custodis et alium ejus loco sufficiendum postularet?* F *In eodem libro ad diem* 21 *ejusdem mensis leguntur expensæ aliquot factæ* pro lotione binorum linteorum, quæ FUERUNT magistri Hieronymi : *ex quibus facile colligitur tunc mortuum fuisse* B. Hieronymum, *nec tamen multo ante. Majoris momenti est annotatio, quæ in codice acceptorum ad diem* 5 *Novembris anni* 1503 *legitur et quæ aperte ad* B. Hieronymi *obitus anniversarium diem pertinet. Hæc autem ibi occurunt* (15) : Introitus mensis Novembris. In primis ad diem 5 accepta a magistro Laurentio de S. Joanne ratione officii, quod celebrari curavit pro magistro Hieronymo de Nicia, libra una, solidi tres, denarii quatuor. *Atque ex his maxime confirmatur* B. Hieronymum *abiisse ad superos die* 5 *Novembris, non vero die* 22 *Octobris; quemadmodum vulgo adstruitur, auctoribus Barezzi,*

(1) Van den Haute, Breviar. hist. pag. 328 et passim alii alibi. — (2) Ibid. pag. 229 et ap. Waddingum ad an. 1495, num 1, tom. XV, pag. 95. — (3) Chronol. hist. legalis ord. seraph. tom I, pag. 172. — (4) Pag. 282. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Van den Haute, Breviar. hist. pag. 221 et 285. — (7) Ibid. pag. 168 et 171. — (8) Celso Falconi, Mem. hist. della Chiesa Bolognese, pag. 525. — (9) Ap. Waddingum, ad an. 1599, num. 11, tom. IX, pag. 168. — (10) Ibid. num. 31, pag. 195. — (11) Hist. seraph. relig. lib. II, pag. 266. — (12) Pag. 285. — (13) Ibid. pag. 286. — (14) Fol. v° 195, ap. Melloni, pag. 285. — (15) Ibid. pag. 283.

Arturo,

AUCTORE V. D. B. *et ex certis documentis de anno colligitur.*

Arturo, Hubero, Masinio, Jofredo, Moraglia aliisque.

23 *Atque hinc quoque satis apparet* B. Hieronymum *anno* 1502 *terrestrem posuisse sarcinam; non vero anno* 1540, *ut iidem fere scriptores voluerunt. Ex his tamen Jofredus, qui etiam anno* 1540 B. Hieronymi *mortem illigaverat in Nicia sua illustrata, sensit brevi post errorem, eumque in Historia Alpium maritimarum, quemadmodum num.* 9 *monuimus, confessus est. Verum aliunde etiam demonstrari potest annum* 1502 B. Hieronymi *morte funestatum fuisse. Imprimis ex libro computorum Bononiensi constat ad finem Decembris illius anni Fratrem Joannem de Pilizzoni, conventus S. Joannis in Persiceto filium, substitutum fuisse beatissimo viro in custodis officio* (1). *Præterea ex libro acceptorum habemus reculas aliquot, quas in usu habuerat* B. Hieronymus, *pretio decem solidorum venditas fuisse die* 21 *Martii anni* 1503. *Quod vero præcipuum est, tribus mensibus ante, die nempe* 10 *Januarii anni* 1503, *accepit conventus procurator a Fratre Petro de Vigiano pretium ceræ, quæ in* B. Hieronymi *funere consumpta fuerat* (2) : Item adì sopradetto lire tre e soldi cinque per pagare la cera, la quale fu consumata nella morte de' maestro Geronimo da Nizza, avè Fra Piero da Vizzano etc. B

Sepelitur in sacello Crucifixi; transfertur anno 1614 *in sacellum S. Francisci et anno* 1615 *sub altare S. Laurentii.*

26 *Porro quum sanctissimus vir ultimum lumina clausisset die quinta Novembris anni* 1502, *postridie populi pietati ejus corpus expositum fuit, ut ex Annalibus Negrii intelleximus. Alia multa addit Moraglia quæ in funeribus sanctorum virorum passim in Italia a plebe fieri solent : verum hæc inter pias divinationes referenda censemus : unde enim hæc colligere potuisset Moraglia, qui in* B. Hieronymi *rebus tantum cæcutivit, ut ejus mortem anno annexuerit* 1540? *Melior Petrus Ridolfi, qui et Tossinianus, olim* (*ut diximus*) *sacræ theologiæ in conventu S. Francisci Bononiensi regens et anno* 1573 *ibidem guardianus. Hic videlicet perhibet beatissimi viri corpus non in communi sepulcro depositum fuisse, sed in marmoreo sarcophago sito in interiore pariete sacelli, templo S. Francisci proximi. De hoc sacello aliisque id genus nonnulla inter scriptores discrepantia, quam multis declarat Mellonius* (3). *Nobis satis sunt verba P. M. Azzoguidi* (4), *rerum conventus Bononiensis scientissimi, quibus omnia fere reducuntur in concordiam. Atque hic tradit primam* B. Hieronymi *sepulturam fuisse in veteri Crucifixi sacello; quod quum anno* 1614 *amplificatum est, delatas esse pias* B. Hieronymi *exuvias in sacellum S. Francisci, quod jam ab anno* 1609 *a societate laicali S. Francisci, commutatione quadam inita, acquisierant Conventuales Bononienses; ab his porro anno* 1615 *hoc S. Francisci sacrarium in profanos conversum esse usum; quocirca iterum translatum fuisse* B. Hieronymi *corpus, non quidem in sacellum Crucifixi, nondum forte absolutum, sed in ipsum templum publicum, sub altare scilicet S. Laurentii, post chorum, nec longe ab introitu capellæ Crucifixi.* C

Describitur id altare,

27 *Erat autem id altare S. Laurentii penes capitaneum Franciscum Tanari. A cujus hæredibus quum id sibi comparare statuisset Joannes Vincentius d'Achille Marchisini, quo liberius sibi liceret id pro sua exornare pietate, res delata est ad consilium Conventualium Bononiensium, et triginta libræ sacrario oblatæ. Consensit guardianus cum discretis, ita tamen ut eleemosyna, si quæ fieret, esset libera et nullum accederet Marchesinio jus in* B. Hieronymi *corpus. Quibus præhabitis, emit Marchesinius, ut publicum fert instrumentum* (5), unum altare situm et erectum in ecclesia S. Francisci de Bononia sub invocatione S. Laurentii, ex opposito altaris seu capellæ S. Joannis dominorum de Raigusiis, et existens medium inter altare S. Benedicti dominorum de Pelicanis et depositum papæ Alexandri V summi pontificis, habens tabulam in pariete pictam et cornice lignea nigri coloris et aurati ornatam, et subtus illud in quadam urna seu capsula extare dicitur corpus beati Hieronymi, non tamen comprehendendum in hac venditione et cessione, ut infra, habensque palium ligneum nigrum inauratum, perforatum pro inspectione dicti corporis beati Hieronymi cum craticula ferrea aurata et scabello ligneo, et subtus illud monumentum seu sepulturam subterraneam, voltatam, cum sportello macineo, et circumcirca dictum altare gratam ferream pilis oricalchis ornatam et fulcitam, et omnibus aliis superexstantiis etc. D

dein S. Josephi dictum, et tumba B. Hieronymi.

28 *Non multo post id altare renovatum fuisse videtur et S. Josephi titulo decoratum est. Hinc medio fere sæculo* XVII *scribebat Jofredus* (6) : Ejus corpus colitur nunc in ecclesia Minorum Conventualium ejusdem civitatis Bononiensis in sacello Christi Domini Crucifixi (*potius non procul ab introitu*), sub altari transitus S. Joseph, aperto media crate ferrea ex parte anteriori, ut commodius a populo possit videri et coli. In ejus altaris renovatione, ut a Patribus Bononiensibus accepimus, B. Hieronymi reliquiæ capsulæ ligneæ deforis pictæ decenter inclusæ sunt; cui addita est inscriptio : BEATUS HIERONYMUS DE NICIA MIN. CON. Quod idem in parva membrana intus inclusa legitur. Hæc porro capsula sita est juxta Alexandri V summi pontificis ex ordine Minorum depositum; certisque diebus venerationis ergo ante B. Hieronymi reliquias lampadem ardentem teneri accepimus. *Hæc ille. Paulo aliter et certe melius epigraphem recitat Moraglia* (7) *scilicet :* HIC JACET CORPUS BEATI HIERONYMI GARIBBI DE NICIA MIN. CONV.; *additque capsam velo serico coopertam esse; eam in festis majoribus, accensa ante lampade, discooperiri, quo magis venerationi fidelium pateat; et demum quum ipsa reseratur capsa, odorem exoriri ex ossibus suavissimum.* E

§ V. Sanctitatis fama B. Hieronymi; libri quibus usus est; reliquiæ, imagines, festa. F

Miraculorum et sanctitatis fama.

Eximiam sanctitatis famam et opinionem, *teste Paulo Britio* (8), patrata ejus intercessione prodigia ac derivata in homines ejus opem exposcentes beneficia aperte testata sunt. *Verum nec Britius, nec qui eum in testem invocant Jofredus et Mellonius ulla speciatim recensent miracula. Id unum, quod aliquantisper huc faciat, perhibet Mellonius, nempe P. F. Paulum Bonta, domo Nicien-sem, religione Dominicanum, Niciæ solitum fuisse e suggestu dicere ad populum sese, quum Bononiæ daret operam Theologiæ, sæpius multa fiducia*

(1) Melloni, Memorie, pag. 285. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Ibid. pag. 288 et seqq. — (4) Ibid. pag. 290. — (5) Ibid. pag. 297. — (6) Nicia illust. part. I, cap. 21, tit. XVIII. — (7) Ap. Melloni, pag. 290. — (8) Ap. Jofredum, Nicia illust. loc. cit. et ap. Melloni, pag. 291.

adiisse

A *adisise* B. Hieronymi *sepulcrum; et, quod ejus auxilio confideret plurimum, se ejus patrocinio commendasse.*

Tres libri B. Hieronymi, *quorum unus Ethica Aristotelis, latine versa ab Aretino,*

30 *Similem in* B. Hieronymum *pietatem animo fovebat medio sæculo* XVII *Honoratus Leotardi, senator Niciensis, ut testis est Moraglia* (1). *Habebat quippe ille maximo in pretio librum quemdam, quo olim usus fuerat Niciæ sanctus vir et quem a Niciensibus superioribus dono acceperat. Neque alios eodem tempore sensus gerebat P. M. Gabriel Mainardi, theologus doctrinæ amplissimæ, qui ministri provinciæ S. Ludovici seu Provinciæ et assistentis muneribus ornatus fuit. Adeoque venerationis suæ indicia impressa voluit codici ms., quo olim itidem Niciæ usus fuerat* B. Hieronymus, *et qui ibidem tamquam thesaurus deinceps fuit servatus. Hæc autem eidem inscripsit anno* 1660 (2): Aristotelis Ethicorum seu de moribus ad Nicomachum libri decem, Leonardo Aretino interprete, ad Martinum papam V; quos sibi aliena manu in hoc volumine exarandos curavit, sed in animo sibi ipse impressit beatus P. N. Hieronymus Garibbi Ord. Min. theologiæ doctor, hujus nostri conventus S. Francisci Niciæ alumnus et olim guardianus, qui
B obiit Bononiæ, ubi ejus sacrum corpus in ecclesia S. Francisci asservatur et colitur; et veneratus sum ego Fr. Gabriel Mainardus, cliens ipsius devotus, ejusdem urbis, ordinis et conventus.

De cælis hanc, quæso, domum defende, Garibbe,
In terris custos qui vigil ejus eras,
Te docuit mores dignos tellure Stagira;
Condignos cælo gratia blanda Dei.
Utrosque impetra tu, quæso, fratribus, et fac
His sit digna viris ethica, digna Deo.

religiose Niciæ servati:

31 *Atque alius quidam Niciensis Conventualis pietatem quoque suam erga* B. Hieronymum *et de ejus auxilio fiduciam testatam voluit in libro, anno* 1480 *Venetiis impresso, quem beatus vir ad usus olim suos Niciæ habuerat. Anno* 1494, *dum Bononiæ degeret* B. Hieronymus, *socius quidam suus ut amico rem suam (quantum per regulam dicere liceat* (3)) *vindicaret, hæc prius inscripserat* (4) : Fr. Franciscus Pisani, magister conventus Venetiæ, socius fratris Hieronymi de Nizza. In hoc libello sunt multa præclara ad salutem animæ et corporis, quæ sunt valde notanda, et est ad usum magistri Hieronymi Garibi Nicien. Ord. Minor. 1494; *quibus postmodum cultor ille beatissimi viri addi-*
C *dit* (5) : Quis horum sit auctor sequentium opusculorum huçusque nescio; spero tamen, quod cum adjutorio Dei et beati P. N. Garibi tandem inveniam.

indicium paupertatis religiosæ B. Hieronymi.

32 *Neque hinc discedere libet quin* B. Hieronymi *laudemus eximium studium religiosæ observandæ paupertatis. Potuisset enim illos omnes secum ferre libros Nicia Bononiam, ut ex Constitutionibus Alexandrinis liquidum fit. Hæ enim ferebant* (6) : Ordinat quoque capitulum ipsum generale (*Interamnense anni* 1500), juxta priscas generales sanctiones, ut quando contingeret aliquem fratrem de provincia in provinciam transferri, vel de loco ad locum, possint secum libri et aliæ eleemosynæ suo usui deputatæ transferri : ut quoad vixerit, utatur eis. Sed post mortem suam omnes ejusmodi res, quas habebat, illius conventus utilitati applicentur, a quo decessit : et ad provinciam nativam et conventum redeant...; demptis his, quæ in ejus necessitatibus fuissent expensa, vel in pompa exequiarum.

AUCTORE V. D. B.

Anno 1696 *reliquiæ Niciam missæ, sed brevi past deperditæ,*

33 *Quod si tanta religione nonnulli venerati sunt codices, quos olim versaverat* B. Hieronymi *manus, mirabitur profecto nemo multo magis emicuisse complurium pietatem in colendis beati viri ossibus. Constat porro ex libro Partitionum conventus Bononiensis, numero* 1 *signato, die* 2 *Augusti* 1596 *actum fuisse in cœtu ministri generalis Philippi Gesualdi, ministri provinciæ et officialium Bononiensis asceterii de concedendis reliquiis aliquot* B. Hieronymi *Niciensi conventui, instanter eas postulanti; quibus precibus annuisse Bononienses et efflagitatas reliquias cum ministri generalis diplomate Niciam fuisse missas* (7). *Hæc postmodum periere, anno forte* 1601, *quum pestis omnes extinxisset fratres et populo fecisset pervium monasterium.*

aliæ missæ anno 1603 *ad conventum de Portu Mauritio;*

34 *Aliquanto post, anno nempe* 1603 (*quemadmodum ex diplomate constat,*) *concessum brachium* B. Hieronymi *conventui B. M. Annuntiatæ de Portu Mauritio, quem sæculo proxime præterlapso tantopere illustravit B. Leonardus Casanova, vulgo dictus de Portu Mauritio. Eo asportatum id brachium a P. Archangelo Garibbo, Minore Observante provinciæ* E *Genuensis. In ecclesia ibidem picta cernitur beati viri imago, aureola sanctorum cincta. Similes passim in diœcesi Albingensi, qua Portus Mauritius clauditur, videre olim erat beati Hieronymi imagines, alias positas in altaribus, alias in fronte domorum, alias intra cubicula, et unam quoque in sacrario Minorum Observantium Reformatorum, quibus agnomen de Cimella. Hæc et alia multa docuit Mellonium* (8) *Franciscus Antonius Fuocardi, Minorita Conventualis Niciensis, examinator synodalis etc., qui sedulo collegit quæcumque ad* B. Hieronymum *spectarent.*

caput separatum a corpore et servatum Bononiæ;

35 *Circa sæculi* XVI *finem aut sequentis initium videntur Conventuales Bononienses alia quoque sustulisse de* B. Hieronymi *corpore membra. Imprimis scilicet caput a trunco separatum est; quod dein asservatum in sacello sanctuarii inter alias reliquias insignes. Hujus meminit auctor catalogi reliquiarum, quæ in sanctuario et templo Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci Bononiensium habebantur* (9); *et fuit recognitum id caput die* 19 *Februarii anni* 1722 *auctoritate archiepiscopi, non secus ac reliquiæ aliæ, in armario ad cornu epistolæ conclusæ. In instrumento publico his describitur verbis* (10) : CAPUT BEATI HIERONYMI DE NICIA ORD. MIN. F cum sui nominis inscriptione in capsula formæ quadræ, altitudinis (comprehensa cruce) unciarum viginti circiter ex ligno eleganter inciso et inaurato, in duabus partibus occlusa laminis vitreis formæ quadræ, atque ligatis vitta sericea aurei coloris, necnon duobus in locis in superiori parte munitis sigillo.

tot reliquiæ dispersæ, ut qui novas petunt repellantur. Quomodo sæculo XVIII *aliquot impetrarint Nicienses.*

36 *Neque sibi tantum servarunt Bononienses Conventuales sublatas de corpore partes, sed et larga distribuerunt manu. Verum modus his tandem largitionibus positus : quin etiam, quum medio fere sæculo* XVII *Bartholomæus Massucius, conventus Niciensis filius, in itinere Romano Bononiam transiret et aliquot a guardiano aut provinciali postularet de* B. Hieronymi *ossibus particulas, hic* cernens, *ut loquitur Moraglia* (11), hujusmodi reliquias sic ubique terrarum dispergi periculumque conventui Bononiensi brevi his sacris exuviis spoliatum iri,

(1) Ap. Melloni, pag. 292. — (2) Ibid. pag. 278 et 295. — (3) Constit. Alexandr. cap. 6, in chronol. hist. legalis, tom. I, pag. 170. — (4) Ap. Melloni, pag. 297. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Chronol. hist. legalis, tom. I, pag. 173. — (7) Ap. Melloni, pag. 292. — (8) Ibid. pag. 295 et 453. — (9) Pag. 11, ap. Melloni, pag. 298. — (10) Ap. Melloni, loc. cit. — (11) Ibid. pag. 291.

protinus

AUCTORE V. D. B.

protinus ei denegavit; *protestatus prætereu se curaturum ut, indicta excommunicationis pœna, vetaret pontifex quin ullus deinceps aliquid de* B. Hieronymi *exuviis distraheret donaretve. Attamen sequenti sæculo votorum compotes facti sunt Nicienses Conventuales; acceperunt quippe a Francisco Ludovico Barelli, clerico regulari Barnabita, historicarum rerum peritissimo et pluribus honestissimis aucto muniis, particulas* ossis beati Hieronymi de Nizza, *approbatas a vicario generali Bononiensi die 2 Octobris 1792. Diplomata edidit Mellonius* (1).

Imagines B. Hieronymi *et annuæ festivitates ex testamentis duorum Garibornm*

37 *Multo ante simulacrum erexerant* B. Hieronymo *Nicienses Conventuales in suo cœnobio. Ita de eo Jofredus* (2) : B. Hieronymi non adeo recens peritæque manus radiata effigies exstat in atrio sive claustro cœnobii Niciensi S. Francisci in fornicis summitate, ubi aliæ Minorum ordinis sanctorum visuntur per ordinem dispositæ icones. *Exhibetur ibidem* B. Hieronymus *facie hilari, canis crinibus et barba, librumque legens; adscribitur :* B. Hieronymus Garibbi Niciensis (3). *Celebrabant etiam iidem quotannis* S. Hieronymi *festum : quam in rem Joannes Michaël Garibbo die 31 Januarii anni 1694 testamento suo authentico cavit ut hæres*
B *suus quotannis in die festo beatissimi viri Conventualibus Niciensibus octo libras penderet, ex quibus impendia missæ cantatæ et SS. Eucharistiæ expositionis redderentur. Legatum multo amplius iisdem scribi voluit die 18 Januarii anni 1754 Joannes Andreas Garibbo, assignatis bis mille libris et imposito annuo onere celebrandi, quanta fieri posset solemnitate, festum* B. Hieronymi *die, qua male habebatur mortuus, 22 Octobris. Particulas horum testamentorum legere est apud Mellonium* (4).

Niciæ celebratæ.

38 *Omnem hominum memoriam superabat jam sæculo proxime præterito origo et initium hujus celebritatis : quemadmodum ad Mellonium scripsit P. Fuocardi* (5). *Hæc, non secus ac aliorum sanctorum festivitates, prænuntiabatur populo festivo campanarum sonitu; exponebantur publice reliquiæ; imago in altari collocabatur maximo; tertia et vesperæ cantabantur; solemnis celebrabatur missa, non quidem de ipso beato, sed votiva de Angelis, vel de Sanctis Omnibus, sive etiam de festo occurrenti; quibus finis imponebatur ornatissima SS. Sacramenti* D
ostensione. Aliquando triduum festivum actum est, imposita templi fronti hac epigraphe : B. Hieronymo Garibbo Nicien. ordinis Minorum Conventual. eloquentia, doctrina, pietate conspicuo, accepti beneficii memor hoc divi Francisci cœnobium alumno suo sacra solemnia (6). *Pedetentim porro ita propagatus erat in illo tractu* B. Hieronymi *cultus ut in templis, sacrariis, domibus Niciensibus passim cernere esset ejus imagines; publice scriptum inveniretur* B. Girolamo Garibbo Franciscano de Nizza: *et ut ejus nomen quasi commune esset factum ad designandos viros insigniter pios; quemadmodum alibi nomen S. Hilarionis : quæ iterum a P. Fuocardio Niciensi acceperat Mellonius* (7).

Summarium de cultu B. Hieronymi.

39 *Atque has omnes res, quamquam minutulas, referre visum est, ne, quantum per nos stet, aboleatur prorsus* B. Hieronymi *Garibi memoria. Galli enim, quum exeunte superiori sæculo occuparunt Bononiam, S. Francisci splendidissimum templum mutarunt in portorium, ejectis rebus omnibus sacris. Niciæ vero non egerunt religiosius, destructo similiter S. Francisci templo : ita ut sola turris supersit. Prætereu quum* B. Hieronymi *cultus numquam* E
auctoritate apostolica explicate et distincte probatus fuerit, nil negligendam nobis erat quo satis constaret eum jam pridem fuisse talem, qui latere non potuerit Bononiensis et Niciensis ecclesiarum principes; dein multos gravesque viros ei augendo dedisse operam; adeoque Conventuales Bononienses et Nicienses non æstimasse sese per Urbani VIII decreta impediri quin eum continuarent. Quocirca is nimius foret, qui, quoniam non amplius supersunt documenta quibus ostendatur hanc publicam venerationem centum annis antiquiorem esse Urbani Papæ legibus, omnia quæ per duo deinceps gesta fuere sæcula, vitiosa fuisse assereret : credendum potius brevi post B. Hieronymi *mortem initium fuisse datum ejus cultui; quemadmodum tunc fieri solemne erat; et proin publicos ejus in ecclesia honores pluribus præcedere lustris annum 1554, quo inchoata sit oportet publica veneratio, ut ne per decreta Urbani censeatur sublata. Hactenus de* B. Hieronymo.

(1) Ap. Melloni, pag. 295 et 296. — (2) Nicia illust. part. I, cap. 21, tit. XVIII. — (3) Melloni, pag. 292 et 293. — (4) Ibid. pag 294 et 295. — (5) Ibid. pag. 296. — (6) Ibid. pag. 297. — (7) Ibid. pag. 296.

INDEX

ADDENDA.

JUDUALUS, REX BRITANNIÆ,

PRÆTERMITTENDUS AD 21 OCTOBRIS.

Juduali, Jugduali seu Juvali, regis in Britannia Armorica, *meminit ad diem* 21 *Octobris R. D. Garaby in Hagiologio suo Armoricano* (1). *Quod quum vidissemus, inquisivimus testimonia quibus constaret venerationem ecclesiasticam ei rite aliquando fuisse adhibitam; sed nil certi reperimus. Quocirca dubii facti sumus quam maxime; adeo ut, quum nescii essemus quid agendum esset, ejus nomen omiserimus tum inter Prætermissos ad hanc diem, tum inter eos sanctos, de quibus singulari commentario dictum est. Verum postquam nunc novam instituimus investigationem, perspectum nos habere arbitramur prorsus necesse esse ut Britanniæ ille princeps inter Prætermissos recenseatur. Re quidem vera R. D. Garaby, ut lectori probet Juduali cultum ecclesiasticum, monet primo* sancti *appellatione eum vocari a Guidone Autret, castellano de Missirien, in Vitis Sanctorum Britanniæ Minoris Alberti Le Grand, quas novis curis dedit olim in lvcem; secundo eumdem titulum ei servatum fuisse a Lobinavio; tertio ejus nomen in baptismate imponi infantibus; et quarto demum eum invocari in vetustissimis litaniis paræciæ S. Vougæ seu Vii* * *in Britannia Minori, his verbis* : Sancte Jugduale, ora pro nobis. *Verum quum Missirianus et Lobinavius recentes sint* (*prior enim vixit sæculo* XVII, *posterior sæculo* XVIII), *ex eorum scriptis nequaquam confici potest sanctitatis laudem adscriptam fuisse Judualo centum annis ante Urbani VIII decreta. Præterea dubito plurimum an reapse Judualum regem umquam consilio* sanctum *dixerint. Certe Missirianus neque edidit, neque conscripsit ejus Vitam; et in Vita S. Samsonis, cui Juduali gesta multis locis implexa sunt, nuspiam hic* sanctus *vocatur* (2) *aut alio simili extollitur encomio; et multo minus in Vita S. Budoci, quem R. D. Garaby Juduali filium facit : nam Albertus et Missirigrus fatentur sibi ignotum esse S. Budoci patrem. Quid ergo? Quod in opere non fecit Albertus aut Missirianus id in indice, nescio quo fato, scripsere; quod quam leve sit nemo non videt. Vitam Juduali accuratam satis scripsit Lobinavius; quam, paucis mutatis, iterum edidit R. D. Tresvaux, Parisiensis canonicus, de hagiographia Armoricana optime meritus. Atque in capite hujus lucubrationis scripta sunt sequentia* (3). Licet in indice Vitarum sanctorum Britanniæ, quas Albertus Le Grand primum edidit et Missirianus auxit, *sancti* titulum dederint Juvalo, S. Judicaelis avo: quum tamen hæc laus nullis monumentis confirmata sit, nec vestigium quoddam uspiam reperiatur venerationis publicæ, hic ejus Vitam non alia proponimus mente quam quod Juvali historia omnino cohæret cum Vitis SS. Leonorii, Samsonis et Judicaëlis. *Quibus verbis nedum adstruitur, evertitur prorsus R. D. Garaby sententia. Quod vero hic tertio loco urget, non majoris momenti est. Etenim nulla certa lex est, qua præcipiatur nomina sanctorum pueris imponi. Sane vetuit Benedictus XIV ne missionarii oræ Malabaricæ paterentur ut christiani idolorum nominà, prout primis ecclesiæ sæculis solemne erat, assumerent; et jam pridem communis usus est et ecclesiæ consilium ut sanctorum nomen et patrocinium baptizandis pueris communicentur : sed neque semper neque ubique id fieri et sæpe dari pueris nomina profana secundum locorum et familiarum consuetudinem neminem latere potest; ita ut argumenta quæ inde accipiuntur ad confirmandum sanctitatis titulum Judualo, nequaquam sint certa. Quod vero quarto adducit loco R. D. Garaby, neque id probari potest. Nuspiam enim in litaniis S. Vougæ legitur :* Sancte Jugduale, ora pro nobis; *ita ut vix intelligi queat quomodo id afferre potuerit. Quæ nomina propius accedunt,* S. Guidgualus *sunt et* S. Jeagualus (4) : *quæ quantum distent a* Jugdualo, Judualo *aut* Juvalo *quotusquisque facile percipit. Nil itaque esse videtur quo appareat cælitum honores umquam concessos fuisse Judualo aut eum inter sanctos recensendum esse. Quin immo argumenta habemus, quibus* (*licet negativa sint*) *certum fieri posse videtur Juduali nomen ex albo sanctorum delendum esse. In Vitis enim S. Samsonis, episcopi Dolensis* (5). *S. Judicælis, regis et Juduali nepotis* (6), *necnon S. Leonorii, episcopi et abbatis* (7), *atque etiam in Genealogia S. Winnoci* (8), *plura de Judualo leguntur, quin uspiam* sanctus *appelletur aut* beatus : *quod profecto omnibus illis locis omissum non fuisset, si hæc ei tributa fuisset laus, quum scripta illa, pleraque non omnino antiqua, condita sunt. Cæterum si quis hujus regis historiam, ex prænotatis libris collectam, videre velit, is adeat Lobinavium seu R. D. Tresvaux; nos vero ab ea abstinere pro operis nostri instituto debemus.*

* paroisse de S. Vougay

(1) Vies des bienheureux et des saints de Bretagne, pag 509 et seqq. — (2) Vies des Saints de la Bretagne-Armorique, par Albert le Grand, pag. 417 et seqq 740 et seqq. edit. de Kerdanet, 1837. — (3) Tresvaux, Les Vies des Saints de Bretagne, tom. I, pag. 240 et 241 — (4) De Kerdanet, les Vies des Saints de la Bretagne-Armorique, pag. 500. — (5) Dom Morice, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire de Bretagne, tom. I, col. 15 et seqq. — (6) Ibid. col. 204. — (7) Act. SS. tom. I Julii, pag. 123 et 124. — (8) Dom Morice, tom. I, col. 211.

DE S. AGATHONE ABBATE ET CONF.

IN DESERTO SCETE IN ÆGYPTO

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ unicus. S. Agathonis cultus in diœcesi Cadurcensi in Galliis et in Ægypto. Fontes historici gestorum ejus. Deserti Scetes fata. S. Agathonis ætas. Magister et discipuli ejus.

S. Agathonis *cultus Duraveli et in universa diœcesi Cadurcensi;*

In Commentario de S. Hilarione *abbate, quem superius in hoc volumine ad diem* 21 *Octobris dedimus, pag.* 38 *et sequenti, retulimus Duravelum, agri Cadurcensis oppidum, gloriari possessione corporum SS. Hilarionis, Pœmenis et* Agathonis, *atque eorumdem partim festum, partim commemorationem celebratam olim fuisse tum in illo municipio, tum in universa diœcesi Cadurcensi. De S. Pœmene dictum est in opere nostro ad diem* 27 *Augusti;* S. Agatho *vero ad diem* 15 *Septembris a decessoribus nostris inter prætermissos ablegatus est, quod eis numquam a catholicis cultus fuisse videretur. Verum ita profecto non sensissent, si ea, quæ de ejus apud Cadurcos cultu supra memoravimus, cognita habuissent; superest itaque ut hæc lacuna aliquando impleatur. Re quidem vera in Proprio Sanctorum Cadurcensi, quod paucis ab hinc annis S. R. Congregationi probatum est, solum S. Hilarionis nomen legitur, omissa sociorum commemoratione; sed quum certissimum sit olim quoque ibidem cultos fuisse* SS. Agathonem *et Pœmenem, atque etiamnum Duraveli multo honore servari videantur quæ eorum dicuntur corpora; quumque insuper notissimum sit per omissionem similium commemorationum non reprobari sanctorum cultum, multo minus cælicolas, qui aliquando sanctorum titulo legitime honestati fuere, hac gloria spoliari; evidens et manifestum est per mutationem Sanctoralis Cadurcensis nequaquam vetari quominus beatus* Agatho sanctus *vocetur ejusque Vita locum occupet in historiis sanctorum.*

item in patriarchatu Alexandrino apud Jacobitas; quorum menologia erroribus non vacant.

2 *Neque in Galliis tantum cultu ecclesiastico honestatus est* S. Agatho; *sed jam pridem et ante omnem hominum memoriam cælitum honores in patriarchatu Alexandrino accepit. In fastis enim sacris Æthiopum ad* 14 *mensis Toth seu ad* 11 *Septembris legitur* abba Agathon (1). *Ad eamdem diem ejus nomen inseruit Michael, qui ineunte sæculo* XV *Attribæ et Meligæ in Ægypto inferiore episcopus fuit, in Synaxario seu Martyrologio ecclesiæ Alexandrinæ Coptitarum; et quidem hoc eum celebravit encomio* (2) : Die 14 *mensis Toth* requies sancti Agathonis stylitæ, presbyteri et monachi monasterii sancti Macarii Magni in deserto Nitriensi, qui super columnam annos quinquaginta vixisse perhibetur. *In alio autem simili Martyrologio Coptitarum, quod in gratiam P. Melchioris Inchoffer anno* 1635 *ex arabico idiomate in latinum vertit Simon Moyses Maronita quodque exemplar nos ms. habemus, hæc ad eamdem diem reperiuntur :* Sanctus Agana (*immo* Agatho) stylita, ob miracula illustris, qui obdormivit in Domino anno ætatis centesimo. *Atque hic notandum utrobique* S. Agathonem *styliten dici seu quinquaginta annos super columnam vixisse; et in altero Martyrologio perhiberi presbyterum fuisse et monasterii S. Macarii monachum in deserto Nitriensi seu potius Scetensi; in altero autem illustrem fuisse miraculis et anno ætatis centesimo diem obiisse : quæ quidem inter se ita conveniunt ut ambigendum non sit* (*maxime quod dies cultus sit utrobique eadem*) *quin de eodem sancto viro tradantur. Verumenimvero nullus omnino inter priscos sanctos patres seu abbates noscitur Agatho, qui supra stylum aut columnam habitaverit; nullus quem presbyterum fuisse constet, et simul monasterii S. Macarii monachum et miraculis illustrem. Verum tamen aliquis hujus nominis Scetensis abbas cognoscitur, vitæ et doctrinæ laude insignis. An ergo plures S. Agathones? Et an ille* S. Agatho, *a Cadurcensibus cultus, idem est ac* S. Agatho, *ab Alexandrinis honoratus? Equidem nullus dubito affirmare unum eumdemque esse* S. Agathonem. *Martyrologia enim Coptica non tantæ sunt auctoritatis ut persuadeant præter* S. Agathonem, *a multis celebratum, alium in deserto Nitriæ seu potius Scete exstitisse, qui, utut cælicolarum honores in terris promeritus, antiquis ignoratus fuisset omnino. Præterea, ut in hoc ipso volumine in commentariis de S. Hilarione et de S. Joanne Rylensi videre est, facile fingunt Orientales abbates suos fuisse presbyteros. Pictores enim ut majorem sanctis venerationem concilient, stola sacerdotali ornant eos, qui numquam ordinibus sacris initiati fuere; unde qui pone veniunt scriptores, aperte eos presbyteros fuisse pronuntiant. Adde inter priscos eremitas paucos admodum sacerdotali dignitate auctos fuisse; atque equidem non putem Scete plures fuisse quam quatuor presbyteros, quatuor scilicet ecclesiis adscriptos. Quod monachum monasterii S. Macarii dixerunt Coptitæ* S. Agathonem, *nil mirum; quum ex dicendis constabit eum aliquando cum Macario aliquo juniori conversatum esse. Præterea S. Macarius Ægyptius seu senior deserti Scetes incolendi primus fuit auctor; ita ut omnia facile ad eum unum referantur. Quam vero ob causam finxerint Coptitæ* S. Agathonem *fuisse styliten seu quinquaginta annos super columnam sub dio degisse, divinare nequeo; sed parum refert. Quamobrem id unum addam beatum virum nequaquam in columna habitasse, sed jam in hoc, jam in illo vixisse loco, ut ex pluribus testimoniis brevi compertum habebit lector. Præterea, licet jam sæculo* II *aliquot fuisse stylitæ videantur, id tamen institutum vix aut ne vix quidem in Ægypto cognitum erat quo tempore floruit* S. Agatho. *Secus enim S. Simeon stylites, quum anno* 423 *columnam suam conscendit, tantam apud omnes non excitasset admirationem, neque habitus fuisset* (*ut etiam nunc vulgo habetur*) *primus eam ascesim amplexus esse.*

Ejus gesta inter plures S. Agathones nuperius distributa.

3 *Quod autem diximus nullum alium S. Agathonem abbatem fuisse præter eum, de quo acturi sumus, nemo eo nomine abjiciat quod alium sanctum abbatem homonymum protulit R. D. Pétin* (4), *diœcesis*

(1) Ludolfi ad hist. Æthiopicam commentarius, pag. 391. — (2) Ap. Mai, Scriptt. vett. nov. collectio, tom. IV, part. II, pag. 95. — (3) Dictionnaire hagiologique, supplément, tom. II, col. 1338.

S. Deodati

S. Deodati in Galliis presbyter, videlicet abbatem monasterii Castelli S. Sabæ in Palæstina, qui vixerit ineunte sæculo VI; *hunc autem presbyterum fuisse et tamen continuo manibus laborasse; noluisse eleemosynam admittere, nisi ea conditione ut eam inter pauperes distribueret; triduum ante mortem, continuo oculis in cælum fixis, cogitasse de Dei judicio et timuisse ne sua opera alia in Dei oculis essent quam in oculis hominum. Verum dubitandum non est quin diligens hagiographus Agathonico, Castelli abbati, applicuerit quæ sunt* S. Agathonis; *et certo certius* S. Agatho, *cujus hæc sunt dicta et gesta, non in Palæstina, sed in Ægypto vixit et virtutibus claruit; nec ineunte sæculo* VI *floruit, sed centum saltem annis post, ut ex dicendis satis constabit. Refert idem adhuc alium* S. Agathonem *monachum, quem* Silentiarum *cognominat, quod triennium lapidem ore gessisset; verum hæc ad eumdem* S. Agathonem *referenda sunt, qui moriens tantopere judicia Dei formidabat, scilicet ad eum, de quo agendum nobis est. Atque his præmissis seu potius sepositis, ad meliora veniamus; et primum quidem dicamus de fontibus historicis, ex quibus* S. Agathonis *historia haurienda est.*

AUCTORE V. D. B.

quare tanta cura asservata sunt eremitarum præcipuorum dicta.

4 *Sæpius jam monuimus primis temporibus, quibus vita monastica floruit, cogitatum non esse de regulis et certis legibus, sine quibus nunc religiosus status in Occidente non intelligitur. Monachi enim, maxime eremitæ, id fere unum sibi propositum habebant vitam perpetuo agere segregem, splendidis non indui vestibus, vili vesci cibo, multum jejunare et orare, laborare manibus et (quantum fieri posset) unice Deo vacare; verbo hanc Christi doctrinam operibus profiteri, quam Christus juveni evangelico proposuit et in octo beatitudinibus latius declaravit, quæque tantopere abhorret ab omnibus quæ mundus amat et amplectitur : ita ut unica eorum lex esset secundum Christi præcepta et consilia vitam instituere. Verum quum in hac via facile erretur, si sine frenis consilii discretionisque in ea decurritur, plerique omnes, qui mundo valedicere statuerant, senem aliquem adibant, in hac palæstra exercitatum, cujus exemplo, experientia et ductu juvarentur : neque nunc hic modus inter orientales obsoletus est, quippe qui vix novisse videantur magistrum novitiorum generalem, sed singulis senibus monachis singulos juvenes seu potius adolescentulos monasticæ vitæ præceptis instruendos concredere soleant. Verbis itaque volantibus universa fere fiebat juvenum monachorum institutio : atque hinc intelligitur quanti æstimarentur eorum patrum dicta et exempla, quorum major erat fama et celebrior sanctitas. Accipiebantur scilicet ea tamquam totidem Spiritus sancti oracula; discipuli conservabant ea in corde suo; et quum ipsi magistri facti erant, communicabant ea diligenter suis alumnis, donec tandem ea aliquis in suam aliorumque utilitatem scripto commendaret. Neque est alia origo potissimæ partis Vitarum Patrum et aliorum id genus collectaneorum.*

Apophthegmata, edita a Cotellerio, ex variis collecta fuerunt

5 *Excepta itaque hac ratione fuere multa* S. Agathonis *dicta, et gesta quoque aliquot; neque ab uno, tantum sed a plurimis et quidem maxima varietate. Alii enim miscuerunt ea cum aliorum sanctorum rebus; alii unum solidumque ex iis fecerunt corpus. Inter quos præcipuum locum occupat collector Apophthegmatum, quæ Cotellerius* (1) *edidit. Initio scopum aperit his verbis :* Hoc in libro, *inquit,* fortis ac egregia exercitatio et admiranda vitæ institutio, simulque dicta sanctorum beatorumque patrum conscribuntur ad æmulationem, eruditionem ac imitationem eorum, qui secundum disciplinam cælestem vivere cupiunt, atque in via, quæ ad regnum cælorum ducit, volunt incedere. *Monet deinde hæc jam ab aliis fuisse literis mandata, sed* simplici ac incomposito sermone; *neque ullum fere ab iis observatum fuisse ordinem.* Porro, *addit,* quoniam narratio plurium, quum sit confusa et inordinata, difficultatem non mediocrem lectorum mentibus parit, quæ sententias per librum sparsas memoria comprehendere nequaquam valent; idcirco adducti sumus ad suscipiendam hanc per literas explanationem; *recensendo scilicet ordine alphabetico singulos sanctos patres et unicuique sua adscribendo dicta. Qui modus hanc maximam habet commoditatem quod homonymorum timenda non sit confusio; dum in aliis libris, in quibus nude legitur hic aut ille sanctus abbas aliquid dixisse, plerumque nil addatur quibus qui loquens inducitur ab aliis ejusdem nominis abbatibus secernatur.*

in Ægypto ante medium sæculum VII.

6 *Quis autem hujus collectionis auctor aut quo tempore vixerit, aperitur nuspiam in ipso libro; sed aliunde colligi posse videtur. Etenim Joannes, patriarcha Antiochenus, in oratione, quam ineunte sæculo* XII *scripsit* (2) *contra eos proceres et laicos, qui monasteria virilia et puellaria ab imperatoribus et episcopis dono accipiebant, digito hanc syllogen demonstravit. Disserens enim de monasticæ vitæ laude :* Orationem, *ait* (3), confirmant qui a divinis sanctisque patribus nostris Athanasio, Basilio, Nysseno aliisque eorum temporum editi sunt ascetici atque a Deo inspirati libri, qui communiter degendi et vivendi rationem omnemque absolute monachorum vitam et institutionem præstituunt. SED ET QUI PRIMUM IN ÆGYPTO COMPOSITUS FUIT MAXIMUS LIBER SANCTORUM SENUM SCETES, THEBAIDIS ET LIBYÆ, COMPLECTENS ORDINE ALPHABETICO SACRA EORUM GESTA ET DICTA. *Quibus verbis designatur imprimis liber græce scriptus, quum certe sæculo* XII *patriarchæ Antiocheni copticam linguam, ab ipsis pene coptitis tunc ignoratam* (4), *nescirent; dein liber continebat gesta et dicta patrum Scetes, Libyæ et Thebaidis, non vero Palæstinæ; tertio primus ante alios omnes scriptus est ordine alphabetico : quæ omnia in unis Cotellerii Apophthegmatis ita conveniunt, ut intelligi non possit quomodo hæc editor non viderit* (5). *Constat itaque collectum fuisse hunc librum in Ægypto; quod cæterum ex ipso argumento satis liquet, quandoquidem auctor omnino extra patriarchatum Alexandrinum non vagatur. Quæ quum ita sint, nemo non statuet Apophthegmata illa, in quorum proœmio pristinus adhuc rerum status perseverare supponitur, collecta fuisse ante annum* 639 *aut* 640, *quo Amrus Memphim et Alexandriam cepit et dein universam Ægyptum Saracenico jugo subdidit. Et quidem ex hoc tempore non minus res monastica quam literaria in Ægypto perire cœpit; neque plane amplius locus fuit id genus libris conscribendis. Certum itaque sit syllogen illam bonam esse ducem et magistram maxime ad persuadendum de uno agi* S. Agathone *in Vitis Patrum.*

Palladius, episcopus Helenopolis, auctor est libri III *Vitarum Patrum; in collectores*

7 *In his autem de eo multis locis fit sermo. Imprimis autem laudatur in libro* III, *quem Rufino adscribendum putavit Rosweydus* (6) *propter styli conformitatum; contra Ceillerius* (7) *saltem triginta annis post Ruffini mortem (obiit autem hic anno* 410) *compositum fuisse autumat, quoniam in eo*

(1) Ecclesiæ Græcæ monumenta, tom. I, pag. 338 et seqq. — (2) Ibid. col. 747. — (3) Ibid. pag. 166. — (4) Cfr Renaudot, Historia patriarcharum Alexandrinorum, pag. 290.— (5) Ecclesiæ Græcæ monumenta, tom. I, col. 795. — (6) Vitæ Patrum, proleg. v, pag. XXVI et XXVII.—(7) Écrivains ecclésias., tom. X, pag. 31.

AUCTORE V. D. B *aliquot aliorum librorum pauca animadvertuntur.*

S. Arsenius beatus *appellatur* (1), *qua voce vir mortuus designari solet. Bivarius* (2) *autem, cujus libri de veteri monachatu non satis ab eruditis versati fuerunt, æstimavit seu potius demonstravit auctorem hujus libri esse Palladium, episcopum Helenopoleos, eum qui Historiam Lausiacam conscripsit. Hic enim in epistola ad Lausum* (3), *quæ huic Historiæ præmitti solet, hæc tradidit :* Cum tricesimum quidem et tertium annum agerem in conversatione cum fratribus et vita solitaria, vigesimum autem episcopatus, totius autem vitæ meæ quinquagesimum tertium, necessarium existimavi spiritalis utilitatis gratia tibi cupienti in scriptis narrare, quæ a sanctis patribus recte et ex virtute gesta sunt, tam masculis quam feminis, quos et ipse vidi et de quibus audivi ab amicis fidelissimis, cum quibus versatus sum in Ægypti solitudine et in Libya, et in Thebaide et Syene *etc. Atqui in prologo primæ editionis libri* III *Vitarum Patrum hæc habes* (4) : Igitur vigesimum in episcopatu agens annum, desideranti tibi spiritualium virorum, quos in Dei rebus spectatos vidi et audivi, vitam moralemque doctrinam, præsentis libelli compendio declarare tentabo; *quæ ita inter se conveniunt ut non possint non esse ejusdem Palladii episcopi, aliquando inter monachos conversati. Factus est autem episcopus anno* 399 *aut* 400; *adeo ut tertius hic liber scriptus sit anno* 319 *aut* 320. *Quæ autem scripsit, viderat annis* 394, 395, 396 *et* 397 (5). *Verum qui hunc librum circa medium sæculum* V *latine vertit, pauca pro temporis illius more* (6), *ut magis convenirent, mutavit et alia pauca addidit. Verumtamen verendum non est quin integra remanserint* S. Agathonis *verba, prout ea scripto credidit Palladius : pleraque enim alibi ea repetita inveniuntur. Recitantur præterea aliquot* S. Agathonis *dicta in libris* V *et* VI *Vitarum Patrum, quorum prioris sincerus titulus est* verba seniorum, *græce* Αποφθεγματα των γεροντων : *posteriori idem nomen convenit; sed Sigebertus vocavit* de vita et doctrina patrum; *utrumque librum pro uno habuit Photius et dixit* Ανδρων ἁγιων βιβλον. *Auctor utriusque græcus, sed incertus est et post medium sæculum* V *videtur vixisse. Interpretes sunt prioris Pelagius diaconus, ut videtur Hispanus* (7); *et alterius Joannes, quem Rosweydus* (8) *vult fuisse S. R. E. subdiaconum. Septimus quoque liber aliquot* S. Agathonis *laudes capit; scriptus hic iterum fuit a græco anonymo et latinitate donatus atque etiam ex latinis libris auctus a Paschasio, diacono Dumiensi, quem id S. Martinus, abbas itidem Dumiensis, rogaverat* (9). *Ipsa itaque latina versio ante sæculi* VI *finem conscripta est. Demum celebratur* S. Agatho *in Ægyptiorum patrum sententiis, auctore græco incerto et S. Martino Dumiensi interprete aut collectore.*

Junior fuit S. Agatho *abbate Elia, qui solis lucem stare fecit;*

8 *Cassus porro omnino foret labor, si* S. Agathonis *vitam in certa distribuere vellemus tempora. Vix enim qualicumque modo statuere licet quo ævo floruerit. Verumtamen constat eum ex primis eremi incolis non fuisse; licet enim a Palladio episcopo, auctore Vitarum Patrum, appelletur* de magnis patribus quidam senior, nominatissimus in virtute humilitatis et patientiæ (10), *quum tamen, ut refert libri* VI *scriptor* (11), dicerent seniores aliquando abbati Eliæ, *olim in Scete œconomo,* in Ægypto de abbate Agathone, quia frater bonus est, dixit eis senex, *pro simplicitate sua sanctitatem ad miraculorum splendorem metiens :* Secundum generationem suam bonus est. Qui dixerunt ei : Secundum autem antiquos quid? At ille respondens ait : Jam dixi vobis quia secundum suam generationem bonus est; secundum antiquos vero, vidi hominem in Scithi, qui poterat facere ut sol staret in cælo, sicut fecit Jesus filius Nave. Et hæc audientes obstupuerunt et glorificaverunt Deum. *Quo loco videtur Elias abbas comparare* S. Agathonem *cum S. Bessarione; de quo, quum ibidem continuo ante abbas Dulas, ejus discipulus, sermonem faceret, dixerat* (12) : Euntibus nobis ad alium senem, venit sol ad occasum; et oravit senex, dicens : Obsecro, Domine, stet sol donec perveniam ad servum tuum. Et factum est sic : *quæ etiam in Apophthegmatis Cotellerii* (13) *leguntur de S. Bessarione et nuspiam alibi de ullo alio abbate. Vivebat autem adhuc S. Bessarion exeunte sæculo* IV (14).

junior quoque fuit S. Pœmene seu Pastore, qui sapientiam ejus verborum laudavit;

9 *Junior quoque fuit S. Pœmene seu Pastore, quippe quum in libro* V *Vitarum Patrum hæc occurrant* (15) : Narravit abbas Joseph, quia sedentibus nobis aliquando cum abbate Pastore, nominaverit abbatem Agathonem; et diximus ei : Juvenis est, quare eum appellas abbatem ? Et dixit abbas Pastor : Quia os suum fecit eum appellari abbatem. *Atqui decessores nostri, quibus adversus Tillemontium unum tantum placuit admittere abbatem Pœmenem, ita ejus ordinarunt vitam* (16) : Natus fuerit anno circiter 340; solitarius anno 355, ætatis 15;... S. Arsenium monuerit circa annum 394 vitæ solitariæ circiter 40 *annos a se actæ;* dein decursis in eadem reliquis vitæ annis, obierit anno circiter 450 post S. Arsenium.... ætatis 110, anachoreticæ vitæ 95. *Ex quibus denuo sequi videtur* B. Agathonem *aliquanto post medium sæculum* IV *ascesim inchoasse.*

sed cœvus fuisse videtur Macario Scetensi, dicto homicidæ, adeoque circa annum 364 *eremum ingressus; ita ut circa annum* 392, *quo fere S. Arsenius desertum adiit, discipulos jam haberet.*

10 *Verumtamen cavendum omnino est ne initia ejus vitæ monasticæ multo post medium sæculum* IV *statuantur. Ad finem enim hujus sæculi, teste Palladio, censebatur* de magnis patribus senior. *Deinde colloquium habuit cum abbate Macario de bona et mala fiducia* (17), *quod inferius referemus; atque id ita instituit ut huic abbati cœvus fuisse videatur seu etiam paululo senior. Cogitandum tamen non est Macarium, quocum egit, fuisse Thebæum, qui et Ægyptius et Magnus et Senior dicitur; neque Macarium Alexandrinum seu Juniorem : quum ille anno* 330 *desertum Sceten petierit* (18) *ibique vixerit usque ad* 390 (19); *alter vero quinquennio tantum post in deserto se abdiderit, quippe qui circa annum* 355 *petiit solitudinem ibique vixit usque ad finem anni* 395 (20). *Sed præter hos alius est Macarius, inter veteres patres celebratus, ille scilicet qui, annos natus octodecim, fortuito homicidio patrato, anno* 364 *Scetes quoque arenosam tellurem adiit ibique anno circiter* 391 *adhuc degens a Palladio* (21) *repertus est* (22). *Censet itaque Tillemontius* (23), *et recte quidem meo judicio, tertium hunc Macarium loco supra citato indicari, atque huic proinde parem esse* S. Agathonem, *seu circa annum* 364 *aut aliquanto ante deserti plagas ingressum fuisse. Quibus accedit*

(1) Vitæ Patrum, pag. 528. — (2) De Veteri monachatu et regulis monasticis, tom. I, pag. 242.—(3) Vitæ Patrum, pag. 706. — (4) Ibid. pag. 534.— (5) Tillemont, Mémoires ecclésiastiques, tom. X, pag. 719. —(6) Vide supra, pag. 97. —(7) Cfr Bivarius de Veteri monachatu, tom. I, pag. 243. — (8) Rosweydus, Proleg. VII, pag. XXIX et seqq. — (9) Ibid. Proleg. XIV; pag. XXXVIII, 664 et 665; cfr. Bivarius, pag. 243 et 244. —(10) Rosweydus, 499, num. 21. — (11) Ibid. pag. 649, num. 5. — (12) Ibid. pag. cit. num. 13.—(13) Ecclesiæ græcæ monumenta, tom. I, pag. 404. — (14) Tillemont, Mémoires ecclésiastiques, tom. VIII, pag. 485.—(15) Ap. Rosweydum, pag. 725, num. 40. — (16) Act. SS. tom. I Julii, pag 28. — (17) Vitæ SS. Patrum, pag. 596. num. 8. — (18) Tillemont, Mémoires ecclés. tom. VIII, pag. 578. — (19) Ibid. pag. 617. — (20) Ibid. pag. 627. — (21) Hist. Lausiaca, cap. 17, pag. 918. — (22) Cfr Tillemont, tom. VIII, pag. 574. — (23) Mémoires, tom. X, pag. 418.

quod

AUCTORE V. D. B.

quod ante annum 390, *aut certe* 394, *quo circiter S. Arsenius desertum Sceten incolere cœpit, discipulos haberet, sub sua gubernatione constitutos. In Apophthegmatis enim legitur* (1) : Retulit abbas Daniel : Antequam venisset abbas Arsenius ad patres meos, ipsi quoque manebant cum abbate Agathone. *Patres autem illi abbas Alexander erat et Zoilus; quum alibi abbas Daniel dixisse legatur de S. Arsenio* (2) : Vocavit aliquando patres meos abbatem Alexandrum ac Zoilum.

In deserto Scete vixisse S. Agathonem *ex pluribus indiciis colligitur.*

11 *Quod autem non semel jam diximus* S. Agathonem *in deserto Scete aut in vicinis saltem partibus vixisse, non immerito id a nobis esse factum breviter demonstrandum est. Imprimis hæc posteriorum Coptitarum persuasio est, quandoquidem etiam velint, ut num.* 2 *retulimus, beatum virum in S. Macarii monasterio fuisse monachum. Deinde in libro* v *Vitarum Patrum* (3) *hæc leguntur :* Idem abbas Agatho, cum fuisset conventus pro quadam causa in Scithi et fuisset causa ipsa ordinata, postea venit et dicit eis : Non bene ordinastis causam. Illi autem dixerunt : Tu quis es, qui vel loquaris? Et ille respondit : Filius hominis; scriptum est enim; si vere utique justitiam loquimini, justa judicate, filii hominum. *Tertio in appendice ad Vitas Patrum, seu inter Ægyptiorum patrum sententias, quas ex græco latine vertit aut collegit S. Martinus Dumiensis, et similiter in Apophthegmatis, a Cotellerio editis* (4), *legitur quidam frater ad sanctissimum abbatem venisse, manu tenens nitrum, quod in via repererat* (5). *Atqui hæc valde verisimiliter in nomo Nitrite, quo Scete desertum claudebatur, contigisse nemo non videt. Non enim hic agitur de genuino nitro, quem vulgo* salpêtre *appellamus; sed de nitro vetere Ægyptiaco* (6), *quod maxime ex sale vulgari constat* (7) *et* natroun *seu* natron *dici solet. Re quidem vera id etiam in desertis plagis circum mare rubrum colligi potest; sed neque olim ibi collectum est, neque nunc colligitur. Contra audi quæ in libro* II *Vitarum Patrum, ab aliis Ruffino, presbytero Aquilejensi* (8), *ab aliis S. Petronio, episcopo Bononiensi* (9), *et ab aliis demum utrique adscripto* (10), *de deserto occidentali Ægypti traduntur* (11) : Veniemus autem, *inquit auctor ille*, et ad Nitriæ famosissimum in omnibus Ægypti monasteriis locum, qui quadraginta fere millibus abest ab Alexandria, ex nomine vici adjacentis, in quo nitrum colligitur, Nitriæ vocabulum trahens. *Præterea discipuli* B. Agathonis *manserunt in Scete, quandoquidem S. Arsenii, qui certissime in hac eremo vixit, disciplinam amplexi sunt*. Verum licet in his partibus moraretur* S. Agatho *stabilem tamen nequaquam habebat sedem; adeoque, quamquam alii passim eremitæ facile habitaculum mutarent, singularis tamen ipse videbatur; scilicet, ut in Cotellerii Apoththegmatis* (12) *legitur,* dixerunt rursus de illo, sæpius emigrasse, cum haberet dumtaxat scalpellum in cista; *cujus rei etiam præclarum ibidem refertur exemplum.* Navi *quoque* trajecisse *atque tunc* primus ipse tractasse remum *traditur* (13); *sed id forte factum, quum ex deserto Memphim ivisset atque hinc per Agathon dæmonem et Lycum canalem peteret Alexandriam, reculas quas confecerat in foro venditurus.*

* Cfr Annot. *i* ad Apophthegmata.

Pristinæ hujus eremi laudes paucis indicantur;

12 *De deserto Scete sæpius dictum est in opere nostro, potissimum autem ad diem* 17 *Octobris in Commentario de S. Joanne Colobo aut Parvo* (14). *Ibi enim diligenter ejus situs juxta fluvium sine aquis, ad occidentem Cairi et meridiem Alexandriæ, describitur; pristina ejus divisio in desertum Sceten, quod orientem solem spectat, in locum Celliorum quod ad occidentem vergit et in Nitriam ad septentrionem positam indicatur; vetus quoque gloria, quum quinque millia virorum ascesim illic colerent, paucis exponitur; recensentur etiam potissimi sancti qui, sibi continuo morientes, vitam æternam ibidem adepti sunt : sed hæc omnia satis fuerit hoc loco indicasse. Egregio quoque commentario prosecutus est Bivarius* (15) *Scetensium instituta, sedulo quæ eis essent propria a reliquorum monachorum moribus secernens; atque hæc aliquando sedulo recognoscere animus est. Verum impræsentiarum infausta valde hujus loci conditio. Quatuor enim illic tantum supersunt monasteria, in quibus vix aut ne vix quidem sexaginta monachi vivunt distributi; illiterati plerique, quorum omnis fere religio in vili cultu, jejuniis et abstinentia consistit. Quam optimis potuit eos coloribus depinxit popularis eorum Abudacnus; cujus, ni fallor, placebit verba legisse, quandoquidem quæ priscæ asceseos adhuc exstant vestigia, ex iis discere licebit.*

quæ nunc ibidem vigeat disciplina

13 Monachi apud Jacobitas, *inquit* (16), atque ii quos in genere religiosos Galli vocant, acerbius vivunt multo quam qui apud Europæos versantur. Observant scilicet antiquum quasi divi Antonii ordinem et Macarii, qui primi fuerunt apud illos, atque ea loca, in quibus olim habitarunt, etiamnum incolunt, nempe Thebaidem vel Scythiam*, quæ sunt partes Ægypti. Ab omnibus cibis, qui libidinem excitant, diligenter abstinent : toto vitæ curriculo pane solo et leguminibus quibusdam vescuntur, præterquam paschatis tempore et natalis Christi. Tunc enim ova et pisces, si forte inveniri possint, comedunt; in cultas urbes numquam proficiscuntur : soli e monasterio exeunt priores et ministri monasteriorum ut stipem cogant. Si vero aliquando necessitate, quæ (ut vulgo dicitur) suprema lex est, cogatur exire aliquis, impetrat prius ab abbate vel priore veniam, quæ ipsi in certum tempus conceditur; quod si intra illud non redierit, dat pœnas et rigidam cogitur agere pœnitentiam. Noctes ac dies in exercitiis spiritualibus et orationibus versantur, præter laicos, qui missæ celebrandæ non inserviunt. Clerici vero, qui monasterio aliquo jure inserviunt, munere suo debent fungi.

* Sceten

ex Abudacno Copto refertur.

14 Monachi non delicatis ac sericis, sed duris ac pauperrimis vestibus induti incedunt. Nullus enim ex iis vestem toto vitæ curriculo fere mutat; sed siquando dilacerata vel disrupta fuerit, panniculamentis operiunt : vestiuntur illi scilicet indusio et supra indusium toga ex lana crassiori confecta. Nudis pedibus sunt in monasterio; in itinere calceis nonnumquam utuntur. Cucullum gerunt et

(1) Cotellerius, G. E. Monumenta, tom. I, pag. 380.—(2) Ibid. pag. 371. — (3) Rosweydus, pag. 597, num. 12. — (4) Ecclesiæ græcæ monumenta, tom. I, pag. 376.—(5) Ibid. pag. 997, num. 6. — (6) Plinius, Natur. hist. lib. XXXIII. cap. 46, num. 2 et seqq. — (7) De Rozière, de la Constitution physique de l'Égypte, part. VII, in Description de l'Égypte, tom. XXI, pag. 215 et seqq. — (8) S. Hieronymus, epist. ad Ctesiphontem adversus Pelagianos ap. Rosweydum, Vitæ Patrum, pag. 446. — (9) Gennadius, de scriptoribus ecclesiasticis, cap. 41. — (10) Fontanini, Hist. litt. Aquilegiæ, lib. V, cap. 12 et 13; D. Ceillier, Écrivains ecclésiastiques, tom. X, pag. 43 et seqq. Orsi, Storia ecclesiastica, tom. XIV, num. 43; Melloni, Atti et Memorie degli uomini illustri in santità di Bologna, tom. I, pag. 325 et seqq. — (11) Vitæ Patrum, pag. 477, cap. 21. — (12) E. G. Monumenta, tom. I, pag. 375. — (13) Ibid. pag. 380 et 381. — (14) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 39 et seqq. — (15) De veteri monachatu, lib. III, cap. 5 et seqq. tom. I. pag. 239 et seqq. — (16) Historia Jacobitarum seu Coptorum opera Josephi Abudacni seu Barbati, nati Memphis, cum annotationibus J. Nicolai, pag. 195 et seqq.

pileum

AUCTORE V. D. B.

pileum in ollæ formam fabricatum. Nullum habent in capite signum, quemadmodum papicolæ (*seu catholici*) et græci habere solent. In eremis ubi habitant nefas est mulieri vel bruto fœminæ versari, nec quisquam in monasterio potest transire ad monachatum (*seu ad vitam omnimode solitariam.*) Omnes ferme singulis hebdomadibus destinantur ad opus aliquod mechanicum, quemadmodum ad mandanda terræ semina, vel ad agros inarandos, vel ad molam, vel ad clibanum : ita ut numquam per otium terant tempus, sed semper vel operi, vel precibus, vel aliis conficiendis vires ac nervos adhibeant. Studia divina sunt illis nimirum Vitæ Sanctorum et libri aliquot spirituales ad orationem pertinentes, in quibus animum sedulo solent exercere. Quadragesimæ tempore maxima ex parte, qui provectiori sunt ætate, in eremis dies ac noctes μονοι versantur. *Sed hæc omnia nunc magis ad exteriorem speciem composita sunt quam divino animantur spiritu, atque inter veterum monachorum disciplinam et præsentem Coptitarum monasticen tantum est discrimen quantum inter hominem ejusque imaginem. Cujus quidem rei causam esse non arbitror quod gratia Christi in nullis istis ascetis inhabitet (nam tanta sunt plerique ignorantia et simplicitate ut culpæ eis vertendi non videantur errores quos sequuntur), sed potius quod oppressi ab arabibus et auxilio catholicorum, quod pro nativa orientalium adversus latinos æmulatione respuunt, destituti, sibi omnino derelicti sunt.*

Cœpit ibidem pristina disciplina ruere jam S. Agathonis *ævo.*

15 *Cæterum cœpit jam tempore* B. Agathonis *disciplina monastica in illis partibus ruere et in dies pessum ire. Ut enim inter verba seniorum* (1) *legitur,* dicebat abbas Moyses in Scithi : Si custodimus mandata patrum nostrorum, ego præsumens de Deo spondeo vobis, quia huc barbari non venient; si autem non custodierimus, desolandus est locus iste. Sedentibus aliquando fratribus apud eumdem abbatem Moysem, dicit eis : Ecce barbari hodie in Scithi venient. *Qui reapse circa annum* 400 *venerunt et beatum Moysem cum sex fratribus martyrio affecerunt. Similiter S. Macarius Ægyptius imminentes vidit Scetes calamitates.* Dicebat *enim* de desolatione Scithi ad fratres : Quando videritis cellam ædificatam juxta paludem *, scitote quia prope est desolatio Scithi; quando autem arbores videritis, jam ante janua est; quando autem videritis pueros, tollite melotes vestras et discedite (2). *Abbas autem Isaac, presbyter Celliorum, qui locus Scete vicinus erat,* iterum dixit fratribus : Nolite huc pueros adducere. In Sceti enim quatuor ecclesiæ propter pueros ad solitudinem redactæ sunt (3). *Referente S. Pœmene,* Isidorus, presbyter de Scithio allocutus est aliquando plebem fratrum, dicens : Fratres numquid non ad laborandum venimus in hoc loco? Et nunc video quia nullus labor est (4). *Præterea* abbas Isaac fratribus dicebat : Patres nostri et abbas Pambo gestabant veteres centones ac vestes palmeas; nunc autem pretiosa indumenta gestatis. Abite hinc : loca hæc reddidistis deserta. Cum vero ad messem profecturus esset, dixit eis : Non amplius vobis præcepta tradam; neque enim custoditis (5). *Floruit autem S. Pambo in Nitriæ monasterio post medium sæculum* IV; *abbas vero Isaac post incohatum sæculum* V. *Ipse quoque* S. Agatho *vestium splendorem, paulatim invalescentem, impugnavit; quemadmodum inferius liquebit.*

* le lac Natroun

Videtur S. Agathon *magistrum habuisse S. Alonium; tres tantum ejus noscuntur discipuli abbates Abraham, Alexander et Zoilus.*

16 *Quo autem magistro hic ascesim in deserto didicerit, traditur nuspiam; licet constet ei in juventute unum aliquem abbatem fuisse, cui (si textus seu versio sincera sit) se obedivisse dixit ipsemet fratri cuidam, animi angores sibi exponenti* (6). *Legitur tamen doctrinam aliquam spiritualem haurire voluisse ex abbate Alonio; quæ res inter apophthegmata hujus abbatis ita legitur apud Cotellerium* (7) : Interrogavit aliquando abbas Agatho abbatem Alonium, dicens : Quomodo potero tenere linguam meam, ut non loquatur mendacia? Et ait illi abbas Alonius : Nisi mentitus fueris, multa peccata commissurus es. Ille : Quo pacto? Respondit senex : Ecce duo viri coram te homicidium perpetrarunt, alterque eorum aufugit in cellam tuam : adest magistratus, quærit eum ac te interrogat, his verbis : Num in conspectu tuo cædes contigit? Nisi mentiaris, hominem tradis ad mortem. Præstat ut illum dimittas coram Deo absque vinculis; cuncta enim novit Deus. *Nolim in hæc verba commentarium scribere, quum id jam in opere nostro factum fuerit a Papebrochio, ubi ad diem* 1 *Julii S. Alonii dedit Acta* (8); *aliumque habeas apud S. Dorotheum, institutione* IX : *sed id unum animadversum velim hæc ad principia vitæ monasticæ* S. Agathonis *videri pertinere; quum scilicet tantopere niteretur linguæ suæ dominus fieri, ut etiam triennium lapillos ore gestasse dicatur; et nonnihil proinde verisimile esse S. Alonium reapse* S. Agathonis *magistrum fuisse. Quod vero ipse deinceps discipulos habuit jam monuimus; et quidem plures eos fuisse numero non uno ex loco patet : veruntamen tres tantum noscuntur nomine. Unus dicebatur Abraham, de quo hæc tantum legimus* (9) : Interrogavit abbas Abraham, qui erat abbatis Agathonis discipulus, abbatem Pastorem (*scilicet S. Pœmenem*), dicens : Quare me sic dæmones impugnant? Et dicit ei abbas Pastor : Te impugnant dæmones? Non pugnant nobiscum dæmones, quando voluntates nostras facimus : quia voluntates nostræ dæmones factæ sunt, et hæ sunt quæ tribulant nos ut faciamus eas. Si autem vis scire quales sunt, cum quibus dæmones pugnant : cum Moyse et similibus ejus. *Alexandri et Zoili nomina superius jam indicavimus; de eis autem novimus eos aliquando S. Arsenii discipulos factos esse atque adhuc superstites fuisse, quum sub annum* 445 *hic sanctissimus vir coronam æternam ob calcatam mundi gloriam et pœnitentiam quinquaginta quinque annos in deserto actam in cœlestibus regnis accepit* (10).

Mortuus videtur esse S. Agatho *ante annum Christi* 435.

17 *Arbitratur Tillemontius* (*probabilis proculdubio conjectura est*) *Alexandrum et Zoilum non prius se* S. Agathonis *magisterio subduxisse et aliam disciplinam sectatos esse quam prior præceptor obiisset diem. Quæ si placeant, oportet ut* S. Agatho *ex hac vita recesserit ante annum* 435. *Etenim discipuli ejus Zoilus et Alexander videntur annos saltem quinque cum S. Arsenio versatos fuisse, quum hic eos circiter annum* 440 *reliquit, solus prope Canopen et Alexandriam triennium victurus, dein vero iterum cum iisdem fratribus biennium* (11). *Multo forte ocius transiit ad Deum* S. Agatho; *sed nullum certum est quo nitamur indicium. Nam quod in Synaxario Coptico, quod*

(1) Vitæ Patrum, lib. VI, pag. 638, num. 13 et 14. — (2) Ibid. pag. cit. num 11. — (3) Apophthegmata, ap. Cotelerium E. G. Monumenta, tom. I, pag. 491, num. 5. — (4) Vitæ Patrum, lib. V, libello VIII, num. 14, pag. 586. — (5) Apophthegmata, tom. I, pag. 491, num. 5. — (6) Vitæ Patrum, pag. 584, num. 2. — (7) Ecclesiæ Græcæ Monumenta, tom. I, pag. 398. — (8) Acta SS. tom. I Julii, pag. 398. — (9) Vitæ Patrum, pag. 602, num. 62. — (10) Cfr Tillemont, Mémoires ecclésiastiques, tom. XIV, pag. 697. — (11) Ibid. pag. 696.

num.

num. 2 hujus commentarii indicavimus, centum annos vixisse dicitur, id non multi ponderis est. Quamobrem in fronte hujus commentarii notavimus tantum, eum ante annum Christi 435 terrenam cum meliori mutasse vitam.

Ejus virtutum

18 *Beatissimi viri virtutes facile erit cognoscere tum ex Dictis et factis, quæ ex Vitis patrum collegimus et optimo, quo potuimus, disposuimus ordine; item ex Apophthegmatis quæ pone venient. Quod si tamen faciem ejus pingere oporteat, ecce eam paucis lineamentis. Quamquam ardua ei erat oratio et difficultatibus potius quam deliciis plena, eam tamen faciebat strenue. Ne vero hæc sua conamina cassa forent, custodiebat plurimum internum hominem, non patiens ut mens inter res profanas vagaretur. Ast quum hæc custodia frustra speretur, ubi deest modestia et linguæ observantia, idcirco cavebat sedulo a nimia libertate, nil tamen reformidans, siquando justitiæ jura vindicanda essent. Quo autem magis linguæ suæ, quæ, teste apostolo Jacobo, inquietum malum est, dominus fieret, diuturno se exercuerat silentio et alios interrogarat quibus industriis peccata inter loquendum vitaret. Qua ratione etiam ante senectutem conspicuus erat sua sapientia; ita ut ab omnibus dilaudaretur ejus discretio et judicium. Non enim ex his erat monachis, qui omnia uno fere oculo aspiciebant et sanctimoniam potius in rerum admirabilitate quam in earum perfectione constitutam esse arbitrabantur. Hinc in vestitu neque sordes quærebat, neque splendorem, satis habens nuditatem cooperire et frigus arcere. Non aliter ordinabat cibum, quem ita parce sumebat, ut tamen ab eo, quemadmodum ante a pluribus in Scete factum erat, integras hebdomadas non abstineret. Mirum in modum confidebat divinæ providentiæ. Et quidem non videtur in commune contulisse quæ cribris et sportis texendis lucrabatur; quod sane non faciebat, quia amabat penum bene refertum habere, sed potius ut quam maxime inops esset. Si enim aliquid possideret idque rogaretur, dabat continuo quam libentissime; sed vidulus ejus fere semper vacuus erat, seu potius scalprum, quo inter laborandum utebatur, habebat tantummodo; neque id petenti aliquando recusavit. Interea cavebat ne cui molestus fieret eleemosynarum petitione; sufficiebat enim ei labor manuum continuus sed moderatus. Adeoque quum conscientiæ puritas et diligens mandatorum Dei observatio summum monachorum decus ei videretur, tantum abhorrebat a re aliena ut etiam furtum esse censeret res perditas sumere. Atque ita præibat exemplo discipulis; quos inter non versabatur tamquam magister morosus aut herus durus et impatiens, sed magis ut blandus pater, nec quidquam ab eis exigebat quod ipse simul non faceret. Erat itaque eum cernere primum remos in naviculis versantem, lavantem juncos in flumine et mensam apponentem.*

breve schema.

19 *Plenus enim erat caritate Dei; et quum per vividissimam fidem ipsum Christum videret in proximo, neque se, neque res suas curabat, siquando vel ejus periculum avertendum esset aut aliquod ei præstandum obsequium. Quæ satis demonstravit quum, ut ne emptores jurarent, texta sua libito eis pretio venderet, et multo magis, quum humeris suis infirmum in urbem tulit eique quatuor menses expensis suis cellam, lectum et alimenta procuravit. Quam caritatem in his terris remuneratam Deus voluit, angelum sub leprosi specie ad eum mittens, cui similia præstaret obsequia. Quamquam literarum, etiam sacrarum, studium non multum commendaretur inter Scetenses monachos (erant autem plerique omnes rustici), id tamen omnino non neglexisse videtur* S. Agatho, *quippe qui monitis sæpe immisceret scripturæ sacræ verba et lectione Veteris Testamenti recrearetur. Inter hæc vero judicia Dei continuo habebat ob oculos, maxime ubi ad vitæ metam accessit. At, non confidens in operibus suis, sed in Dei misericordia, spem non amisit et cum gaudio excessit e vita.*

AUCTORE V. D. B.

DICTA ET FACTA

B. AGATHONIS ABBATIS

Collecta ex Vitis Patrum secundum editionem Heriberti Rosweydi.

Silentium.

1 Lib. v, libello iv, num. vii (1). Dicebant de abbate Agathone quia per triennium lapidem in ore suo mittebat, donec taciturnitatem disceret *a*.

a

Obedientia

2 Lib. v, libello vii, num. ii (2). Frater quidam interrogavit abbatem Agathonem, dicens : Mandatum mihi venit, et est mihi pugna gravis in loco, quo est ipsum mandatum. Volo ergo propter mandatum pergere illuc et pavesco bellum. Dicit ei senex : Sic erat Agatho; implebat mandatum et vincebat bellum *b*.

b

Præfidentiæ fuga.

3 Lib. v, libello x, num. viii (3). Narravit abbas Petrus, qui fuit discipulus abbatis Lot *c*, dicens : Eram aliquando in cella abbatis Agathonis et venit frater quidam ad eum, dicens : Volo habitare cum fratribus; sed die mihi quomodo habitem cum eis. Dicit ei senex : Sicut in prima die quando ingrederis ad eos, ita custodi peregrinationem tuam omnibus diebus vitæ tuæ, nec assumas fiduciam *d*. Dicit ei abbas Macarius *e* : Quid enim facit fiducia : Dicit ei senex : Sic est sicut æstus grandis; qui quando exarserit, omnes fugiunt a facie ejus, quia æstus etiam arborum fructus corrumpit. Dixit abbas Macarius : Sic mala fiducia est ? Respondit abbas Agathon : Non est pejor altera passio quam fiducia; genitrix est enim omnium passionum. Convenit ergo operatio monacho non sumere fiduciam, vel si solus sit in cella *f*.

c

d

e

Fortitudo et zelus justitiæ.

4 Lib. v, libello x, num. xii (4). Idem abbas Agatho cum fuisset conventus pro quadam caussa in Scithi *g* et fuisset caussa ipsa ordinata, postea venit et dicit eis : Non bene ordinastis caussam. Illi autem dixerunt ei : Tu quis es, qui vel loquaris? Et ille respondit : Filius hominis. Scriptum est enim : Si vere utique justitiam loquimini, justa judicate, filii hominum.

g

Passionum impugnatio.

5 Append. num. xxvii (5). Quidam frater requisivit abbatem Agathonem, dicens : Non discedunt a me passiones. Respondit senex : Vasa ipsorum intra te sunt; da illis arrhas retributionis ipsorum et fugient a te *h*.

h

Reconciliatio festina.

6 Lib. iii, num. xcv (6). Abbas Agathon solebat dicere : Numquam litem habens cum aliquo dormivi; sed nec permisi aliquem mecum litem habentem dormire, quantum ad virtutem meam pertinuit, nisi prius cum illo in pace reverterer *i*.

i

Impassibilitas.

7 Lib. vii, cap. xlii, num. ii (7). Item dixit Agathon : Si habitas cum proximo, esto sicut columna lapidea : quæ si injuriatur, non irascitur; si glorificatur, non extollitur *k*.

k

(1) Ap. Rosweydum, pag. 568. — (2) Ibid. pag. 584. — (3) Ibid. pag. 596. — (4) Ibid. pag. 597. — (5) Ibid. pag. 997. — (6) Ibid. pag. 514. — (7) Ibid. pag. 683.

EX VARIIS. *Iracundiæ vitium.*

8 LIB. V, LIBELLO X, NUM. XIII (1). Dixit abbas Agatho : Iracundus si mortuus suscitet, non placet Deo propter iracundiam suam *l*.

l

Discretio inter admittendas contumelias. Necessarius horror ab accusatione hæresis.

9 LIB. III, NUM. XXI (2). Fuit etiam de magnis patribus quidam senior, nomine Agathon, nominatissimus in virtute humilitatis et patientiæ. Quodam autem tempore perrexerunt ad visitandum eum fratres. Audientes enim de eo quod magnam humilitatem habuerit, volentesque probare si vere humilitatis patientiam possideret, dixerunt ei : Multi scandalizantur in te, pater, quia nimis vitio superbiæ tenearis et ideo alios despicias et pro nihilo eos habeas, sed et detractiones adversus fratres non cesses loqui. Affirmant etiam quam plurimi quod hæc ideo agas, quia fornicationis vitio tenearis, et, ne solus videaris errare, idcirco aliis non cesses detrahere. Ad hæc respondens, senior ait : Hæc omnia quæ dixistis vitia in me esse cognosco, nec possum negare tantas iniquitates meas; procidensque pronus in terram, adorabat eosdem fratres, dicens : Deprecor vos, fratres, ut intentius pro me misero et multis peccatis obnoxio Christum Dominum exorare non cessetis, ut indulgentiam tribuat iniquitatibus meis multis ac malis. Ad hæc supradicti fratres addentes, dixerunt ei : Non te lateat etiam hoc, quia hæreticum te esse quam plurimi affirmare volunt. Hoc autem cum audisset senior, dixit eis : Licet in aliis multis peccatis obnoxius sim, tamen hæreticus penitus non sum : absit hoc ab anima mea. Tunc omnes fratres, qui ad eum venerant, prostraverunt se in terram ad pedes ejus, obsecrantes eum ac dicentes : Precamur te, abba, ut dicas nobis cur tanta vitia et peccata dicentibus nobis de te, in nullo commotus es; de verbo autem hæretici valde te commovisti et abominatus es, nec sufferre potuisti auditum? Dixit eis senior : Illas priores culpas et peccata propter humilitatem sustinui, ut peccatorem me esse crederetis. Novimus enim quod, si custodiatur humilitatis virtus, magna salus est animæ. Nam Dominus et Salvator noster Jesus Christus, cum ei Judæi multas contumelias et convitia irrogassent, patienter cuncta toleravit, ut nobis humilitatis præberet exempla. Immissi enim falsi testes multa adversus eum falsa dixerunt; et usque ad mortem crucis patienter cuncta sustinuit. Ita enim et apostolus Petrus prædicabat, dicens : Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus. Oportet igitur ut patienter cum humilitate cuncta adversa sustineamus. Sermonem, quem objecistis de hæresi, non potui sustinere et valde abominatus sum, quia hæresis separatio est a Deo. Hæreticus enim separatur a Deo vivo et vero et conjungitur diabolo et angelis ejus. Alienatus enim a Christo, jam non habet Deum quem exoret pro peccatis suis, quia ex omni parte periit *m*. Si autem conversus fuerit ad veram et catholicam sanctæ ecclesiæ fidem, suscipitur a bono et pio Salvatore nostro Christo et reconjungitur Deo vero Creatori et Salvatori nostro Christo, qui est in Patre Filius semper cum sancto Spiritu. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen *n*.

m

n

Discretio in labore et vestitu.

o

10 LIB. III, NUM. LXXV (3). Abbas Agathon dispensabat *o* semetipsum et in omnibus cum discretione pollebat, tam in opere manuum suarum quam in vestimento. Talibus enim vestibus utebatur, ut nec satis bonæ, nec satis malæ cuiquam apparerent. Dicebat autem discipulis suis : Vestis quoque sit monachi, quæ nuditatem et frigorem repellat, non inditi coloris *p*, qua in jactantia elationis aut in vanitate anima fluctuetur *q*.

p

q

Periculi fuga.

11 LIB. V, LIBELLO VI, NUM. IV (4). Narraverunt de abbate Agathone quia longo tempore cellam sibi cum suis discipulis *r* fabricaret. Quam cum perfecisset et cœpissent illic habitare, vidit in ipsa hebdomada quædam non utilia sibi *s;* et dixit discipulis suis illud, quod Dominus Apostolis dixerat : Surgite, eamus hinc. Discipuli autem constristati sunt valde, dicentes : Si omnino voluntatem habebas migrandi hinc, ut quid tantum laborem sustinuimus, ædificantes longo tempore cellam? Incipient autem homines scandalizari in nobis et dicere : Ecce iterum migrant, nusquam sedentes. Ille autem cum eos vidisset pusillanimes effectos, dicit eis : Et si scandalizantur aliqui, sed iterum sunt alii qui ædificentur et dicant : Beati sunt isti, quia propter Deum migraverunt et sua omnia contempserunt. Verumtamen dico vobis, qui vult venire, veniat; quia ego interim vado. Illi vero prostraverunt se in terram, rogantes ut concederet secum abire.

r

s

Eleemosynæ non necessariæ repudiandæ.

12 LIB. III, NUM. LXXI (5). Cum quidam vir rogaret abbatem Agathonem ut pecuniam illius susciperet in propria ratione, nolebat ille, dicens : Non est necesse mihi, quia opera manuum mearum me pascunt. Cum autem ille persistens diceret : Vel propter indigentes dignare suscipere; respondit : Duplex verecundia est, quia non indigens suscipio et aliena præstans vanæ gloriæ subjacebo *t*.

t

In vendendo pecuniæ incuria.

13 LIB. VII, CAP. VI, NUM. III (6). Abbas Agathon volentibus emere opera manuum suarum, cum requie vendebat : pretium autem erat, cribri quidem nummi centum ; sportellæ vero ducenti quinquaginta *u;* et volentibus comparare dicebat pretium et quidquid illi dedissent, suscipiebat tacens, nec aliquando dinumerans. Dicebat enim : Quid mihi prodest concertare cum illis, ut illi peccent forte jurantes, et, quando superfuerint nummi, erogem illos fratribus? Sed quia Deus non vult hujuscemodi eleemosynam a me, neque illi placet ut aliquem permittam in sacrificando peccare. Et dum illi frater diceret : Et panis in cellam unde venturus est? dixit ei : Quid enim panis hominum in cella?

u

Liberalitas.

14 LIB. VII, CAP. II, NUM. IV (7). Frequenter abbas Agathon suum discipulum commonebat, dicens : Ne aliquando tale aliquid tibi acquiras, quod fratri te petenti dare pigeat, et per hoc inveniaris mandata Dei transgrediens. Qui petit, da ei ; et volenti a te mutuari, ne avertaris.

Septimi Dei præcepti

15 APPEND. NUM. VI (8). Venit quidam frater ad abbatem Agathonem dicens : Pater, permitte me habitare tecum : suscipiensque illum, vidit nitrum *x* in manu ejus et dicit ei : Unde habes nitrum? Respondit frater : Inveni illud in via, dum venirem. Dixit illi senex : Tu illud posueras? Respondit : Non. Et dicit illi senex : Si ergo tu non posueras, quomodo veniens habitare mecum hoc tulisti quod non posueras? Dum præ oculis Deum et mandata ejus habemus, dicentem : Non concupisces; non facies furtum. An ignoras quia, qui furatur rem alienam, dæmon efficitur? Mox autem remisit eum, dicens : Reporta illud in locum unde tulisti et habita mecum.

x

observatio scrupulosa.

16 LIB. V, LIBELLO IV, NUM. VIII (9). Aliquando iter agebat abbas Agathon cum discipulis suis. Et invenit unus ex eis parvum fasciculum cicerculæ viridis

(1) Ap. Rosweydum, pag. 597. — (2) Ibid. pag. 499. — (3) Ibid. pag. 512. — (4) Ibid. pag. 582. — (5) Ibid. pag. 512. — (6) Ibid. pag. 667 – (7) Ibid. pag. 666. — (8) Ibid. pag. 999. — (9) Ibid. pag. 568.

viridis in via et dixit seni : Pater, si jubes, tollo illud. Intendit vero senex admirans et dicit : Tu illud posuisti? Respondit ei ille frater : Non. Et dixit senex : Quomodo vis tollere, quod non posuisti? *y*.

y *Caritas in infirmum.*

17 Lib. III, num. CLIII (1). Abbas Agathon, veniens in civitatem ut opera sua venderet, invenit quemdam peregrinum jacentem in angiportu infirmum, nullum habentem qui ei curam adhiberet : et permansit ibi senex et conduxit sibi cellam; et ex opere manuum suarum præstabat infirmo illi obsequium. Permansit autem ibi mensibus quatuor, donec sanaret infirmum; et sic ad cellam suam regressus est *z*.

z *Orationis difficultas*

18 Lib. V, libello XII, num. II (2). Interrogaverunt fratres abbatem Agathonem, dicentes : Pater, quæ virtus in conversatione plus habet laboris? Et dixit eis : Ignoscite mihi, quia puto non esse alium laborem talem, qualem orare Deum; dum enim voluerit homo orare Deum suum, semper inimici dæmones festinant interrumpere orationem ejus, scientes quia ex nulla re impediuntur, nisi per orationem fusam ad Deum. Siquidem omnem alium laborem, quem homo in religiosa conversatione positus assumpserit, quamvis instanter et toleranter agat, habet tamen et possidet aliquam requiem : oratio autem usque ad ultimam exhalationem opus est ut habeat laborem magni certaminis *aa*.

aa *Custodia interioris hominis.*

19 Lib. V, libello X, num. XI (3). Interrogatus est idem abbas Agatho : Quid est majus labor corporis aut custodia interioris hominis? Dicit abbas : Homo similis est arbori : corporalis igitur labor velut folia arboris; custodia autem interioris hominis fructus est. Quoniam ergo, secundum quod scriptum est, omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur; oportet propter fructum nostrum omnem in nobis sollicitudinem esse, hoc est mentis custodiam. Opus tamen habemus etiam tegumento et ornatu foliorum, quæ sunt labor corporis *bb*. Erat autem abbas Agatho sapiens ad intelligendum, impiger ad laborandum, et sufficiens in omnibus, intentus etiam assidue ad laborem manuum, parcus in cibo atque vestimento.

bb

Judicii Dei timor.

20 Lib. III, num. CLXI (4). Abbas Agathon, dum moreretur, per tres dies oculos apertos tenuit non eos movens. Fratres autem tangentes eum dixerunt : Ubi nunc es, abba? At ille dixit : In conspectu judicii Dei sto. Et dicunt ei fratres : Numquid et tu times? Quibus ille respondit : Interea quantum fuit ad virtutem meam semper consideravi ut mandata Dei mei facerem : sed homo sum et unde scio, si opera mea placent Deo. Cui fratres dixerunt : Non confidis quod opera tua secundum Deum sunt? At ille respondit : Non confido in conspectu Dei : quia aliud est judicium Dei, et aliud hominum *cc*.

cc

ANNOTATA.

a *Hæc vide inferius inter Apophthegmata* S. Agathonis *num.* 15. *In commentario prævio num.* 16 *ex Apophthegmatis S. Alonii, qui videtur ejus fuisse magister, colloquium retulimus, ex quo liquet quantum timeret* S. Agathon *lingua peccare.*

b *Paulo aliter eadem referuntur num.* 13 *Apophthegmaton. Recte animadvertit in hoc responsum Tillemontius* (5) *in similibus adjunctis singulare a Deo, benedicente obedientiæ, sperari posse auxilium; maxime si inferior animæ suæ statum et rationes superiori rite aperuerit.*

c *Abbas Petrus, discipulus abbatis Lot, videtur antiquior esse S. Pœmene, quem in Commentario prævio num.* 9 *monachum fuisse diximus ab anno circiter* 355 *usque ad annum fere* 450 : *ipse saltem S. Pœmen legitur commendasse aliquando discipulis suis doctrinam, quam ab abbate Petro de solitudine omnimoda custodienda acceperat* (6). *Verumtamen ipse abbas Lot, Petri magister, vitam protraxit post annum* 390, *sub quem S. Arsenium in solitudinem venisse num.* 10 *Commentarii tradidimus; quandoquidem abbas Lot S. Arsenium de monacho hæretico consuluit* (7).

d *Græce* (*nam id dictum, paucis mutatis, refertur inter Apophthegmata* S. Agathonis *num.* 1) *vocatur hæc fiducia* παρρησια, *quæ est audacia quædam præfidens, quam linguæ licentia facile comitatur : vitium utique paci et caritati monasticæ atque etiam recollectioni mentis in Deum inimicissimum. S. Dorotheus, qui medio sæculo* VI *floruit, in instructione* IV *de timore Dei refert id* S. Agathonis *effatum et pluribus explicat quomodo nimia illa libertas scaturigo sit omnium pravarum passionum* (8). *His itaque suadet* S. Agathon *verecundiam quamdam et aliorum reverentiam; nequaquam vero pusillanimitatem et socordiam. Et quidem ipse, ubi justitiæ aut aliarum virtutum jura vindicanda erant, audacter loquebatur; ut ex his, quæ numero sequenti narrantur, satis constat.*

e *Intelligitur verisimilius Macarius homicida; de quo vide Commentarium prævium num.* 10.

f *Paulo aliter referri idem dictum inter Apophthegmata* S. Agathonis *jam diximus. Quædam quoque addit, quædam omittit alius collector græcus verborum seniorum, quem latine vertit Paschasius. Habet autem* (9) : Cum quidam adolescens frater abbatem Agathonem requireret, dicens : Volo permanere cum fratribus; dic mihi quomodo habitem cum ipsis? Respondit ei senex : Observa præ omnibus hoc ut qualis primo die ingrederis apud ipsos, talis reliquum peragas tempus; et cum quiete adimplebis peregrinationem tuam. Custodi enim ne quando fiduciam loquendi assumas, dicente Apostolo : Nemo militans Christo, implicat se negotiis sæcularibus. *Auctor libri* III *Vitarum Patrum contraxit* S. Agathonis *responsum in hæc verba* (10) : Observa hoc præ omnibus, ut qualis primo die ingredieris apud ipsos, talis etiam reliquos peragas dies cum humilitate.

g *In vetustis monasteriis passim in usu fuisse gubernii monarchici formam nemo ignorat qui S. Antonii inter Arsenoitas, S. Hilarionis inter Palæstinos, S. Pachomii inter Tabennenses et S. Ammonii inter Nitriotas degentis vitam et rationem agendi considerarit. Sed aliæ omnino erant leges in eremo Scete; ibi enim democratica seu potius aristocratica instituta observabantur. Hinc crebro in Vitis Patrum, ubi de Scetensibus agitur,* conventus, *græce* συνεδρια, *memorantur. Eos convocabat eisque præsidebat presbyter* (11). *Intererat* plebs fratrum (12); *quo vocabulo omnes monachi designari videntur. Et alibi* (13) *leguntur* consilium inter se habuisse seniores et omnes monachi habitantes in eremo Scith; *et paulo post* convenisse die et hora statuta

(1) Ap. Rosweydum, pag. 523. — (2) Ibid. pag. 613. — (3) Ibid. pag. 597. — (4) Ibid. pag. 523. — (5) Mémoires ecclésiastiques, tom. X, pag. 419. — (6) Vitæ Patrum, lib. v, libello XI, num. 26, pag. 610. — (7) Apophthegmata Patrum, ap. Cotellerium, tom. I, pag. 521. — (8) S. Dorothei institutiones asceticæ, interpr. Cordero, pag. 102 et seqq. — (9) Cap. 42, num. 1, pag. 682. — (10) Num. 198, pag. 529. — (11) Vitæ Patrum, lib. v, libello IX, num. 4, pag. 594. — (12) Ibid. loc. cit. — (13) Ibid. lib. III, num. 22, pag. 499.

multitudo monachorum, qui in illa eremo conversantur. *Verumtamen solos seniores aut abbates, maxime qui discipulos habebant, in iis locutos fuisse diceres : adeo ut ipse* S. Agatho, *quod abbas non esset, hoc loco de prolato judicio objurgetur. In his autem conventibus eligebantur presbyteri, ut ex historia electionis abbatis Isaaci in presbyterum abunde constat* (1). *Similiter diaconi.* Non enim, *ut loquitur Cassianus* (2), *de electione abbatis Joannis ad hunc ordinem disserens,* ad hunc gradum quilibet propria voluntate aut ambitione provehitur; sed is quem cunctorum seniorum cœtus ætatis prærogativa et fidei atque virtutum prærogativa excellentiorem omnibus sublimioremque censuerit. *Quum etiam* frater aliquando in Scithi inventus erat culpabilis, faciebant seniores conventum (3). *Probabatur etiam ibi per contemptum et irrisiones sanctissimorum virorum virtus, quemadmodum de abbate Moyse legimus* (4). *Collationes et breves sermones quoque habebantur ab uno alterove abbate de rebus spiritualibus atque etiam disputationes de Scripturæ sanctæ locis, verbi gratia de Melchisedech sacerdote* (5). *Neque dubitandum quin generalia ibidem indicta fuerint jejunia et festa; ita ut supremum regimen plane penes multitudinem fuerit.*

h *Sensus, ni fallor, est : Incipe impugnare passiones, iis omnino contraria faciendo, et cessabunt tibi molestæ esse.*

i *Idem verbum refertur in versione Pelagii* (6), *et inter Apophthegmata infra veniet num.* 4. Quantum ad virtutem meam *ex græco κατα την δαναμιν μου.*

k *S. Pœmen seu Pastor idem suis sociis ostendit, septem diebus statuam lapidando et dein veniam rogando* (7). *Jussit etiam S. Antonius lapidem verberari ab abbate Ammone, interrogans dein quid lapis locutus esset* (8).

l *Idem effatum dabunt Apophthegmata, num.* 19. *Joannes Geometra in Paradiso tetrasticho carminibus græcis id ligavit, Morellius latinis* (9).

m *Nam spes, qua oramus Deum, nititur fide. Quocirca si fides perit, perit et spes.*

n *Eadem brevioribus narrantur et paulo aliter in libro* v *Vitarum Patrum, quem latine vertit Pelagius diaconus* (10), *et similiter num.* 5 *inter Apophthegmata; quæ cæterum partim ex eodem libro decerpta sunt, quem vertit Pelagius. Usum irrogandi immeritas contumelias ad probandam humilitatem et patientiam pluribus defendit et propugnat abbas Trappensis de Rancé in suo de Officiis monasticis libro* (11). *Hic tamen nequaquam probat, et sane non immerito, imponi crimina vere falsa. Quod vero* S. Agatho *facile tulerit incusationes de superbia, luxuria et detractione, quia animæ suæ essent utiles, prompte intelligitur. Quod contra incusationem hæresis plane abjecerit, hæc est causa, quod qui fatetur se hæreticum esse, hac ipsa professione peccat contra fidem, quum dicat Apostolus* (12): Corde creditur ad justitiam; ore autem confessio fit ad salutem.

o *Id est, sibimet ipse œconomus erat; dum alii vulgo (quæ proculdubio perfectior erat paupertas) res suas acciperent ab œconomo Scetes.*

p Coloris inditi, *id est adscititii. Sic quoque S. Antonius et Hilarion vestes habebant ex lana coloris naturalis; ita ut si in regione viverent quæ oves albas aleret, vestes haberent albas; si ubi oves pulli coloris, vestes pullas* (13). *Quum itaque oves Phaji, quarum (utpote magis vicinarum) vellera usurpabant, lanam albam haberent, ut in Commentario de S. Hilarione* (14) *tradidimus; ideo leguntur monachi Scetenses, vestibus albis induti, funeri S. Athanasiæ Ægyptiacæ interfuisse, quod ita moris erat in Scete,* και οἱ Σκιτιωται λευκοφοροντες, οὑτως γαρ ἐστιν ἐθος ἐν τῃ Σκητῃ (15).

q *Quæ uncinis inclusa sunt, solummodo leguntur in altero vetustissimo codice* (16) *libri* VII *Vitarum Patrum, quem latine vertit Paschasius. Reliqua sunt ut initio hujus numeri indicatum est, in libello* X *libri* V *atque etiam inter Apophthegmata, num.* 10.

r *Tres discipulos nomine designavimus in Commentario prævio num.* 16, *Abrahamum, Alexandrum et Zoilum, tres præstantissimos viros.*

s *In Apophthegmatis, in quibus num.* 6 *hæc etiam narratio legitur, græce est :* πραγμα μη ὠφελουν αὐτον, rem eum non juvans. *Cotellerius latine vertit* rem sibi noxiam: *ni fallor, recte; quum pudicitiæ periculum innui videatur.*

t *Eadem, abbatis* Agathonis *nomine suppresso, refert auctor græcus, quem latinum fecit Pelagius diaconus, libello* X, *num.* 17 (17). *Paulo clarius ibidem est initium :* Quidam rogavit senem quemdam ut acciperet pecunias, in suis necessitatibus profuturas. Ille autem nolebat *etc.*

u *In Apophthegmatis, in quibus num.* 10 *hæc breviter etiam referuntur, omittitur quantum harum rerum esset pretium. Tametsi autem omni fere destituar subsidio, pauca tamen in hunc locum annotabo. In primis nemo non novit cribrum esse instrumentum, crebris minutisque foraminibus pertusum, ex pellibus perforatis, vel lino, aut setis aliave materia contexta, quo frumenta, farinæ et alia cernuntur et purgantur. Quod propius huic facit :* Criborum genera, *ait Plinius* (18), Galli e setis equorum invenere, Hispani e lino excussaria et pollinaria. Ægyptus e papyro atque junco. *Sportellis, quod nomen diminutivum sportæ est, vix aliud claudebant Romani quam pecuniam; verum hoc loco ab Hispano interprete pro sportis scriptum est : sportæ autem corbes erant ex vimine, junco, sparto et aliis hujuscemodi flexilibus rebus textæ.* S. Agathonem *juncum tractasse, quem ex paludibus Nitriæ aut ex Nilo seu etiam canalibus facile erat extrahere, verisimillimum est. Jam vero de pretio. Nummi vulgo sestertii erant Romanis : verum putem hic designari tetrassarion, tantum valens quantum quatuor franci partes centesimæ* *; *ita ut cribrum quatuor francis venderet* S. Agathon, *sportam autem novem. Potentia autem pecuniæ illo ævo non multo minor erat quam nunc est.*

* quatre centimes.

x *Græce in Apophthegmatis, num.* 12, μικρον νικρον parum nitri. *Diximus in Commentario prævio, num.* 11, *non esse nitrum proprie dictum, sed* natron *seu* natroun; *quæ res in illis partibus nullius fere pretii erat.*

y *Idem id monitum venit infra inter Apophthegmata, num.* 11.

z *Idem inter Apophthegmata num.* 27. *Cella ibidem dicitur prius* ἐνοικιου κελλιον *et dein* ἐνοικιον. *Tillemontius vertit* chambre. *Et certe Romani* cellam, *Græci vero* κελλιον *dicebant cubiculum humile et vile.*

(1) Vitæ Patrum, lib. v, libello IX, num. 4. pag. 594. — (2) Collat. XXI, cap. 1; cfr cap. 9. — (3) Vitæ Patrum, lib. v, pag 594. — (4) Ibid. lib. v, libello XVI, num. 17, pag. 530. — (5) Ibid. libello XV, num. 24, pag. 623. — (6) Ibid. libello XVII, num. 6, pag. 633. — (7) Ibid. libello XV, num. 11, pag. 622. — (8) Vitæ Patrum, app. pag. 1000, num. 8 et ap. Cotelle-rium, tom. I, pag. 385. — (9) Num. 69; Biblioth. patrum Lugdun. t. XXVIII pag. 477. — (10) Libello X, num. 10, ap. Rosweydum, pag. 596 et 597. — (11) De la sainteté et des devoirs de la vie monastique, tom. I, cap. 12, pag. 236 et seqq. — (12) Rom. XI, 11. — (13) Vide supra Commentarium de S. Hilarione, num. 66, pag. 31. — (14) Ibid. loc. cit. — (15) Act. SS. tom. IV Octobris, pag. 1000. — (16) Vitæ Patrum, pag. 687. — (17) Ibid. pag. 583. — (18) Historia natur. lib. XVIII, cap. 11.

et

aa *Ea doctrina occurrit num.* 9 *Apophthegmatum. Joannes Geometra* (1) *hæc tetrastichio ligavit.*

bb *Hæc prior pars hujus numeri legitur in Apophthegmatis num.* 8; *altera vero seu verba sequentia num.* 10. *Eadem hæc posteriora ex libro* III *Vitarum Patrum supra jam dedimus num.* 10.

cc *Eadem sed paulo enucleatius leguntur in Apophthegmatis, num.* 29 *et lib.* V *Vitarum Patrum, libello* XI, *num.* II (2). *Id ipsum vero* S. Agathonis *effatum bis commendat S. Dorotheus, semel ut exemplum humilitatis proponat* (3), *semel ut suadeat proprium judicium sequendum non esse* (4). *Hoc posteriori loco* SANCTUM Agathonem *vocabat eum pientissimus institutor; quo appareat quanta veneratio ei haberetur medio sæculo* VI *in Palæstina, scilicet prope Gazam et Mazumam, ubi monasterium ille suum habebat.*

APOPHTHEGMATA

S. AGATHONIS ABBATIS

Ex codice græco Colbertino edita et latine verso a Cotellerio.

Dixit abbas Petrus, ille abbatis Lot (discipulus) : Eram aliquando in cella abbatis Agathonis : venit ad eum frater, dicens : Volo habitare cum fratribus : doce me quo pacto cum eis maneam. Respondit senex : Quemadmodum primo die ingressus tui, sic custodito hospitium tuum peregrinationemque cunctis diebus vitæ tuæ, ita ut erga illos non utaris fiducia. Dicit ei Abbas Macarius : Quid enim designat fiducia? Tum senex : Similis est fiducia æstui magno; qui quando contigerit, fugiunt omnes a facie ejus, quique arborum fructus corrumpit. Dicit abbas Macarius : Adeone sævit fiducia? Agatho : Nullus est, inquit, affectus sævior fiducia. Omnium quippe perturbationum mater est. Decet autem cultorem sui fiducia
a carere, etiam si solus in cella versetur *a*. Novi etenim quemdam fratrem, qui diu in cella perseveraverat, habens lectulum, dixisse : E cella emigrassem, non percepto illo lectulo, nisi alius monuisset me. Is homo vere est operarius ac bellator.

2 Monuit abbas Agatho : Oportet ut monachus non permittat conscientiæ suæ accusare ipsum
b ulla in re *b*.

3 Dixit iterum, sine observatione mandatorum Dei, ne ad unam quidem virtutem hominem procedere.

4 Rursum dixit : Numquam somno me dedi, habens adversus aliquem; nec sivi quemquam ire cubitum, qui adversus me haberet, quantum quidem valui *c*.

5 Ajebant de abbate Agathone, quod ad eum perrexerint nonnulli, qui audierant magna præditum esse discretione; et volentes explorare an irasceretur, dixerunt ei : Tune es Agatho? Audimus de te, quod sis fornicator ac superbus. Respondit : Etiam, ita habet. Iterum ajunt : Tu es Agatho ille nugax et oblocutor? Assensus est se esse. Adhuc ii : Tu es Agatho hæreticus? Et respondit : Non sum hæreticus. Tunc rogaverunt eum his verbis : Indica nobis, cur, ubi tanta tibi imposuimus, agnoveris, postremum vero sermonem non sustineris? Ait illis : Priora adscribo mihi; quia id conducit animæ meæ. At hæresis separatio est a Deo, a quo separari nequaquam volo. Quibus auditis, admirati sunt illi discretionem ejus, atque instructi discesserunt *d*. *d*

6 De abbate Agathone narraverunt, quod satis diu perseveraverit ædificans cellam cum discipulis suis : quam cum exstruxissent, venerunt dein illic mansum. Vidit autem prima hebdomada rem sibi noxiam, et discipulis suis ait : Surgite, abeamus hinc. Illi vehementer turbati sunt ac dixerunt : Si omnino sedebat menti migrare, cur tantum laboris sumpsimus in cella construenda? Scandalum adhuc propter nos passuri sunt homines et dicturi : Ecce iterum sedem mutarunt isti vagi atque instabiles. Cernens igitur eos pusillanimitate dejectos, ita prolocutus est : Licet nonnullis scandalo futuri simus, at aliis erimus ædificationi, qui dicent : Beati isti homines, quia propter Deum transmigrarunt, omnibus neglectis. Verumtamen qui voluerit venire veniat; ego jam recedo. Itaque se in solum prostraverunt, postulantes donec permissi sunt cum eo iter agere *e*. *e*

7 Dixerunt rursus de illo, sæpius emigrasse, cum haberet dumtaxat scalpellum *f* in cista *g*. *f* *g*

8 Interrogatus est abbas Agatho, quidnam majus esset, labor corporis, aut interiorum custodia. Senex autem pronunciavit : Homo similis est arbori : et corporalis quidem labor folia refert; interiorum vero custodia fructum. Quia vero juxta Scripturam omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur, patet omne studium nostrum spectare ad fructum, hoc est, ad mentis custodiam. Opus tamen habemus etiam tegumento et ornatu ex foliis; nimirum corporis labore *h*. *h*

9 Interrogaverunt eum adhuc fratres, dicentes : Quæ virtus, pater, inter cæteras majorem exigit laborem? Dicit eis : Ignoscite mihi, existimo nullum laborem æquari precibus ad Deum. Quotiescumque enim homo voluerit orare, inimici seu dæmones nituntur eum avertere. Sciunt quippe non aliter impediri se, nisi per orationem ad Deum. Certe quidquid aliud boni operis homo aggressus fuerit, in eo perseverans, requiem obtinet : at oratio ad ultimum usque spiritum eget certamine *i*. *i*

10 Erat autem abbas Agatho sapiens mente, impiger corpore; et in cunctis idoneus, opere manuum, cibo, vestitu *k*. *k*

11 Idem iter agebat cum discipulis suis : eorumque unus, inventa ad viam cicercula viridi *l*, ait *l* seni : Pater, jubes illam accipiam? Intendit ergo in eum senex miratus, dicitque. Tune illam ibi posuisti? Respondit frater : Nequaquam. Tum senex : Quomodo igitur tollere vis quod non posuisti.

12 Venit frater ad abbatem Agathonem, dixitque : Permitte ut tecum maneam. Veniens autem, reperit in itinere parum nitri, illudque attulit. Ad quem senex : Unde accepisti nitrum? Respondit frater : In via incedens repertum sumpsi. Senex dicit ei : Si mecum veniebas habitare, quod non posueras quomodo cepisti? Misitque eum reportare nitrum quo loco acceperat *m*. *m*

13 Frater ita percontatus est senem : Mandatum accepi, sed periculum tentationis occurrit in loco mandati. Volo igitur pergere, ob præceptum, sed periculum timeo. Dicit ei senex : Si Agatho esset, mandatum peregisset, ac superasset tentationem *n*. *n*

(1) Paradisus Tetrastichorum, num. 77, Bibliotheca Patrum Lugdun. tom. XXVIII, pag. 477. — (2) Ap. Rosweydum, pag. 608. — (3) S. Dorothei institutiones asceticæ, cap. 4, pag. 78 et 79, edit. Corderii. — (4) Ibid. cap. 5, pag. 129.

14 Idem Agatho, cum Sceti haberetur concessus ob aliquod negotium, illudque sanctione finem accepisset, postea veniens, dixit monachis : Non recte de negotio sanxistis. Illi autem ad eum : Tu, inquiunt, quisnam es, qui vel loqueris? Respondit : Sum filius hominis. Scriptum enim est : Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum *o*.

15 Dicebant de abbate Agathone, per tres illum annos lapidem ore gestasse, donec silere didicisset *p*.

16 Ajebant iterum de illo et de abbate Amun *q*, quod, quando vas aliquod vendebant, semel precium ponerent, datamque pecuniam acciperent taciti cum quiete : quando autem quidpiam emere volebant, quod petebatur tribuerent cum silentio sumerentque vas, nihil omnino prolocuti.

17 Idem Agatho dixit : Numquam dedi agapen *r* : sed dare et accipere, agape mihi erat : reputabam enim quod lucrum fratris mei opus sit fructuum oblationis.

18 Idem, cum aliquid vidisset, velletque mens ejus de re judicare, sibimet ajebat : Agatho, tu ne id feceris. Sicque quietus manebat animus ejus *s*.

19 Dixit idem : Iracundus quamvis mortuum suscitaverit, apud Deum non est acceptus *t*.

20 Habuit aliquando abbas Agatho duos discipulos qui seorsim vitam anachoreticam ducebant. Quadam ergo die petiit ab uno, quonam pacto in cella sua ageret. Respondit ille : Usque ad vesperam jejuno et comedo duo paxamatia *u*. Tum Agatho : Præclara vivendi ratio, nec labori multum obnoxia. Ad alterum vero dixit : Tu autem, quo modo? Respondit : Post biduum jejunii *x*, duos subcinericios * panes manduco. Et ait illi senex : Valde laboras, duo bella gerens. Quia si quis singulis diebus comederit, nec fuerit satiatus, defatigatur. Est vero alius, qui cupit per bidua jejunare atque saturari. At tu duplicato seu biduatim jejunans, nequaquam satiaris.

21 Frater sciscitatus est abbatem Agathonem de fornicatione : qui responsum dedit : Vade, ante Deum projice infirmitatem tuam, et habebis requiem *y*.

22 Ægrotaverunt aliquando abbas Agatho et alius senex. Recumbentibus autem illis in cella, frater quidam legens recitabat e libro Geneseos *z*; venitque ad capitulum, ubi dicit Jacob : Joseph non est, Simeon non est; et Benjamin auferetis : et deducetis senectam meam cum tristitia ad infernum. Et senex cœpit dicere : Non tibi sufficiunt alii decem, pater Jacob? Ad quem Agatho : Desine, inquit, o senex! Si Deus comprobat, quis audeat condemnare?

23 Dixit Abbas Agatho : Si quis mihi supra modum carus esset, et cognoscerem quod me ad peccatum deduceret, abscinderem illum a me.

24 Etiam dixit : Oportet ut homo qualibet hora attendat ad judicium Dei.

25 Cum fratres de caritate loquerentur, dixit abbas Joseph : Scimus nos quid sit caritas? Et retulit de abbate Agathone quod habuerit scalpellum, cumque advenisset frater ac illud prædicasset, non permiserit eum abire, nisi postquam scalpellum accepit.

26 Dixit abbas Agatho : Si fieri posset ut, invento leproso, darem illi corpus meum, ipsiusque acciperem, facerem libenter. Ea enim est perfecta caritas *aa*.

27 Adhuc de illo ajebant, quod veniens aliquando ad civitatem ut venderet vasa sua, invenerit hominem peregrinum jacentem in platea ægrum, nec habentem qui ejus curam gereret : permanseritque cum eo senex, conducta cella, ac ex operis sui mercede precium cellæ solverit, reliquam pecuniam ad infirmi necessitatem insumens; et manserit tres * menses *bb*, quousque ægrotus recuperasset sanitatem : atque ita ad cellam suam regressus fuerit cum pace.

28 Retulit abbas Daniel *cc* : Antequam venisset abbas Arsenius ad patres meos, ipsi quoque manebant cum abbate Agathone. Diligebat autem abbas Agatho abbatem Alexandrum, quia erat mansuetus ac in exercitatione monastica diligens. Accidit porro ut omnes ejus discipuli scapos *dd* lavarent in flumine; et abbas Alexander lavabat moderate. Cæteri vero fratres dixerunt seni : Frater Alexander nihil facit. Unde volens eis mederi, ait illi : Frater Alexander, recte lava eos; lini enim sunt. Utque is audivit, acerbe tulit. Et postea solatus est eum senex, his verbis : An nesciebam te recte agere ? Verum id tibi coram illis dixi, frater, quo eorum animum in tua obedientia curarem.

29 Commemoraverunt de abbate Agathone, quod omne mandatum exsequi contenderet. Et in navi si trajiciebat, primus ipse tractabat remum. Cum adventassent fratres, statim post precem, manus ejus mensam apponebat. Plenus enim erat caritate Dei. Cæterum *ee* quando mortis tempus appropinquavit, tres dies mansit, oculis apertis immotisque. Fratres autem pulsaverunt eum, dixeruntque : Abba Agatho, ubinam es? Respondit eis : Sto ante tribunal Dei. Ajunt, etiam tu times, pater? Ille : Antea quod potui feci ut observarem mandata Dei; sed homo sum; unde sciam utrum Deo placuerit opus meum? Dicunt ei fratres : Non confidis in opere tuo, quod secundum Deum sit? Respondit senex : Non habeo fiduciam, nisi Deo occurrero. Aliud enim est judicium Dei, aliud hominum. Cumque vellent eum alia de re percontari, ait illis : Caritatis opus peragite; ne amplius mecum loquamini, sum quippe occupatus. Et excessit e vita cum gaudio. Viderunt siquidem eum eductum, quomodo quis salutat amicos suos dilectosque. Habuit porro in cunctis magnam custodiam; et dicere solebat : Absque ingenti custodia hominem neque ad unam virtutem progredi.

30 Ingressus quodam tempore in civitatem abbas Agatho ad vendenda vascula *ff*, reperit in via leprosum : qui sciscitatus est, quo iret. Respondit abbas Agatho : Ad urbem venditum vasa. Tunc leprorsus infit : Fac caritatem, eo me tolle. Et portans eum, adduxit in civitatem. Iterum ille : Ubi vendere soles vasa, ibi me pone. Ita fecit. Cumque vendidisset vas, petiit ab eo leprosus, quanti vendidisset. Tanti, inquit. Tum is : Eme mihi placentam. Emit. Iterum aliud vas vendidit. Et ille : Hoc vero quanti? Tanti, inquit. Leprosus : Eme mihi hoc. Emit abbas. Cum ergo vendidisset omnia vasa, velletque abire, dixit ei leprosus : Recedis? Respondit : Etiam. Tum ille : Adhuc opus caritatis exerce, refer me quo loco invenisti. Portavitque eum et ad suum locum restituit. Tunc dixit ei : Benedictus es, Agatho, a Domino in cælo et in terra. Levatisque oculis, abbas neminem amplius vidit. Erat enim angelus Domini, qui venerat ut probaret eum.

o hominum *o*.
p didicisset *p*.
q *r* *s* *t* *u* *x* * paxamatia *y* *z* *aa* *bb* *cc* *dd* *ee* *ff*

ANNOTATA.

a *Huc usque idem Apophthegma supra habes num.* 3 *inter Dicta et facta. Reliqua omissa. Cæterum vide ad hunc locum annotata* c, d, e *ad Dicta et facta.*

b *Eadem*

b *Eadem leguntur apud Pelagium, libello* XI, *num.* 2 (1).

c *Eadem inter Dicta et facta habes num.* 6.

d *Multo explicatius hæc narrantur inter Dicta et facta num.* 9.

e *Vide hæc eadem inter Dicta et facta num.* 11 *et cfr ad hunc locum annotata* r, s.

f *Græce* σμιλη *aut* σμιλα ; *intelligitur scalprum agricolarum seu cultellus incurvus, quo juncos et vimina incidebat beatus vir.*

g *Græce το* μανναδιν; *quod vocabulum neque apud Pollucem, neque in Etymologico Magno, neque apud Henricum Stephanum, neque in Glossario recentioris dialecti mihi occurrit. Proculdubio per* cistam *id reddidit Cotelerius, quia* μαννος *est* torques, monile *etc.; ita* μανναδιν *cista sit, qua monilia clauduntur. Equidem putem potius designari vidulum seu sacculum ex corio, quo pecunia vel aliud quidpiam itineris causa reponi solebat; nam sensus hujus apophthegmatis videtur esse non consuesse* S. Agathonem *secum habere pecuniam. Contra sic scribit de hoc vocabulo Cotelerius* : «*Videtur esse quod nos galli vocamus* une manne, un mannequin, *cistæ genus.* »

h *Eadem inter Dicta et facta lege, num.* 19.

i *Confer num.* 18 *Dictorum et factorum et annotatum* aa. *Quod spectat ad dictionem :* Ignoscite mihi, *hic et in textu latino inexspectato adhibitam, nota hunc fuisse morem Scetensium monachorum, ut ex Sozomeno et Pelagio ostendit Bivarius, lib.* III, *cap.* 5, *num* 39 : *quod novum indicium est* S. Agathonem *Scetensem fuisse monachum.*

k *Hæc quoque inter Dicta et facta occurrunt numm.* 10 *et* 19 *ad finem.*

l *Græce* μικρον ἀρακιον χλωρον, *vulgo* petit pois vert. *Etenim in medio deserto colebant monachi legumina, incredibili labore aquam ex lacu et canalibus asportantes. Ad hunc locum notat Cotellerius* (2) *ex Stephani fragmento, edito a Samuele Tennulio, Dyrbæos quoque consuesse res, in via inventas, suo loco relinquere. Refertur idem apophthegma inter Dicta et facta, num.* 16.

m *Eumdem hunc locum vide inter Dicta et facta num.* 15 *et confer annotatum* x.

n *Responsum* S. Agathonis *paulo aliter inter Dicta et facta recitatur num.* 2. *Græce enim legitur* εἰ ἠν Αγαθων, si esset Agatho; *ita ut* si *in* sic *forte mutatum fuerit, quemadmodum apud Joannem in Evangelio* XXI, 22, *pro* ἐαν αὐτον θελω μενειν *latine habemus :* Sic eum volo manere.

o *Cfr Dicta et facta num.* 4 *et annotatum* g.

p *Eadem referuntur num.* 1 *Dictorum et factorum.*

q *Putem agi hoc loco de Ammone, prius S. Antonii discipulo, dein abbate et demum episcopo Tabennensi; de quo pauca dicta fuere in opere nostro occasione alius S. Ammonis abbatis, qui die* 14 *Octobris colitur* (3) : *quod autem ita sentio, ratio est quod apud Cotellerium* (4) *post* S. Agathonis *apophthegmata referuntur illius Ammonis; quam tamen rationem non valde firmam esse fateor. Cæterum præsens hoc apophthegma vide inter Dicta et facta, num.* 15.

r Agapen intelligo, *recte ait Cotelerius* (5), sollemne convivium. Quam usurpationem nemo ignorat. *Deinde locum refert ex historia Trevirensi, in quo de* cibi potusque caritate *sermo est. Sed potius vide Bivarium* (6) *de festivis Scetensium conviviis.*

s *Id apophthegma Tillemontius* (7) *ita interpretatur ac si* S. Agatho, *viso alieno defectu, se ad sibi cavendum hortatus esset, ac dein totus in se conversus omnia adversus fratrem cogitata seposuisset. Probabilis utique explicatio.*

t *Vide inter Dicta et facta num.* 8 *cum adjecto annotato* l.

u Παξαματια *semel vertit Cotellerius, per* paxamatia, *semel per* panes subcinericios; *sed utrobique* paxamatia *retinenda erant. Re quidem vera in Glossis Isidorianis* paxamatia *dicuntur esse* panes subcineritii; *sed male, quum certo certius* panes bis cocti (*vulgo* biscuit) *fuerint, quos monachi interdum sex menses, interdum integrum annum servabant. Plura de iis quæsivit Rosweydus in Onomastico* (8).

x *Græce* δυο δυο νηστευω, και δυο παξαματια ἐσθιω; *ad quam pericopen animadvertit Cotellerius* δυο δυο *esse* biduum, *ita ut singulis biduis semel tantum ad vesperam ille manducaverit, non vero tertio die. Sæpe de biduano jejunio in Vitis Patrum sermo est ; sic Eulogius presbyter* abstinens atque jejunans biduanas levando (9) aliquando etiam et usque ad hebdomadem traxisse jejunium *dicitur* (10); *sic ad abbatem Pambonem unus venit, dicens* : Abbas, ego biduo jejuno et duos paximates manduco (11); *quem Pambo monuit in his sanctitatem constitutam non esse, sed potius in conscientiæ puritate. Quin etiam diutius hæc protracta jejunia videntur a sanctissimis viris Scetensibus abolita fuisse. Legimus enim apud Pelagium* (12) : Interrogavit abbas Joseph abbatem Pastorem (*S. Pæmenem*), dicens : Quomodo opus est jejunare? Et dixit abbas Pastor : Ego volo ut quotidie manducans subinde paululum subtrahat sibi ne satietur. Dicit ei abbas Joseph : Ergo quando eras juvenis, non jejunabas biduanas levando (*ex hispanico* llevar dos dias de aguno arreo)? Et dixit ei senex : Crede mihi quia et triduanas et hebdomadam; sed et hæc omnia probaverunt senes magni : et invenerunt quia bonum est quotidie manducare, per singulos dies parum minus : et ostenderunt nobis viam hanc regalem, quia levior est et facilis.

y *Id est : Recognosce coram Deo te non posse continere, nisi Deus continentiam dederit et pete ut ne ejus tibi desit auxilium.*

z *In deserto Scetensi parum legebatur Scriptura sacra, maxime Vetus Testamentum. Nonnulla de hoc argumento congessit Bivarius* (13).

aa *In Viridario Raderi id et sequens apophthegma legi annotat ad hunc locum Cotellerius; equidem in altera editione, qua utor, non reperio.*

bb *Græce legitur* και ἐμεινε τετραμηνον. *Inter dicta et facta, num* 17, quatuor *quoque* menses *scripti sunt.*

cc *Abbas Daniel discipulus fuit S. Arsenii et dein Alexandri et Zoili, qui prius discipuli fuerant* S. Agathonis, *dein vero S. Arsenii. Fieri potest ut Daniel quoque* S. Agathonis *discipulus fuerit, quamquam duobus aliis fuerit junior. Ejus gesta collegit breviter Tillemontius* (14).

dd *Græce* θρυα, scapi, junci; *videlicet molliter eos lavabat Alexander, quasi linum fuisset. Cæterum alibi quoque legitur idem Alexander* lente operatus esse et moderate (15); *ita ut aliquando præter mentem magistri sui integrum diem jejunaverit.*

ee *Ab hoc vocabulo usque ad finem hujus numeri idem apophthegma habes apud Pelagium libello* XI, *num.* 2 (16); *brevius num.* 20 *inter Dicta et facta;*

(1) Vitæ Patrum, lib. VI, pag. 608. — (2) Monumenta, tom. I, pag. 801. — (3) Act. SS. tom. II Octobris, pag. 418 et seqq. — (4) Monumenta, tom. I, pag. 582 et seqq. — (5) Ibid. pag. 801. — (6) De veteri monachatu, tom. I, pag. 247. — (7) Mémoires ecclésiastiques, tom. X, pag. 423. — (8) Vitæ Patrum, pag. 1055. (9) De hac dictione cfr Bivarius, de Monachatu veteri, tom. I, pag. 244. — (10) Ap. Pelagium, libello VIII, num. 4, Vitæ Patrum, pag. 592. — (11) Libello X, num. 65, pag. 602. — (12) Ibid. num. 44, pag. 601. — (13) De veteri monachatu, tom. I, p. 255. — (14) Mémoires ecclésiastiques, tom. XIV, pag. 698 et seqq. — (15) Apophthegmata S. Arsenii, ap. Cotellerium, tom. I, p. 559. — (16) Vitæ patrum lib. V, pag. 608.

num.

ubi ultima etiam pericope abest. Vide quæ istic notata sunt litt. ee.

ff *Græce* μικρα σκευα; *contra num.* 17 *et* 27 *nude* σκευος *et* σκευη; *verisimiliter sportæ intelliguntur.*

DE S. JUVATO

CULTO TAMQUAM MARTYRE NON PONTIFICE

IN BRITANNIA MINORI

V. D. B.

SYLLOGE CRITICA.

S. Juvati cultus. Non est hic sanctus ex sodalitate S. Ursulæ.

INCERTO TEMPORE. *Fertur* S. Juvatus *spiritualis pater fuisse S. Ursulæ;*

Statutum prius nobis erat de S. Juvato *ad præsentem diem breviter dicere in kalendario Ursulano, quod in gloria posthuma S. Ursulæ edidimus; quandoquidem plerique volunt eum hujus beatissimæ virginis confessarium fuisse seu patrem spiritualem. Verum id præpostere factum fuisset omnino, quum nil commune cum S. Ursula habuisse videatur. Quamobrem omissus fuit. Verumenimvero die* 21 *Octobris cultu publico honoratur; unde necesse est ut hic modo qualicumque omissio illa reparetur. Scripsit de eo R. D. Garaby* (1) *sequentia :* Die 21 Octobris. S. Juvatus martyr. Alii arbitrantur eum in Britannia Majori natum et presbyterum ordinatum esse et patrem spiritualem fuisse S. Ursulæ; quacum anno circiter 383 Armoricam petiisse et martyrium fecisse simul cum piis virginibus quas Conanus Meriadecus ad honestas nuptias invitaverat. Alii eumdem eum esse putant ac S. Judualum. *Posterior hæc sententia videtur excogitata ab ipso religiosissimo auctore; cui soli fere ad hanc diem placuit* (*ut initio hujus auctarii diximus*) *Judualum sanctorum albo inferre.*

verum id nulla ratione fieri posse videtur.

2 *Prior vero narratio populari traditione circumfertur, ut R. D. Tresvaux* (2) *monet : sed neque hæc ullo stare potest modo. Etenim anno* 1182 *templum, quod ejus patrocinio fruitur, jam dicebatur* ecclesia sancti Juvati, *ut ex actis publicis, quæ idem R. D. Tresvaux memorat, certum est. Porro, quemadmodum in Commentario de S. Ursula fuse declaravimus, ineunte sæculo* XII *undecim aut tredecim tantum nomina nota erant ex comitatu S. Ursulæ; quæ inter omnino non venit* S. Juvatus. *Quum vero post medium sæculum* XII *generalis corporum Ursulanorum elevatio fieri cœpit et bene multa nomina fingi, nullus* S. Juvatus *prodiisse legitur. Neque memoria ulla est corpora aliquot ex S. Ursulæ sodalitio tunc in Britanniam Minorem delata fuisse. Quibus de causis prorsus intelligi nequit quomodo* S. Juvatus, *si umquam S. Ursulæ fuisset comes, illis in partibus anno* 1182 *ita innotuisset et tam celeber esset factus ut etiam ejus nomen datum fuisset templo. Quæ animadversio negligi plane nequit : solemne enim jam pridem est ut templis parœcialibus* (*regularia non commemoro*) *dentur patroni, quorum nomina in ore vulgi sunt : ita ut vix ulla sint quæ titulares non habeant antiquissimos. Cæterum facile capitur quomodo orta sit popularis illa traditio. Quum scilicet deperdita essent* S. Juvati *gesta et paulatim ex memoria abolita* (*quæ tot aliorum sanctorum Britonum fortuna quoque fuit*), *quumque insuper ejus memoria quotannis recoleretur die* 21 *Octobris, qua S. Ursulæ sodalitas similiter celebratur, pronum erat ut aliquis excogitaret aliquando eum ad hunc sanctissimum cœtum pertinere : quæ in vulgus imprudenter sparsa libenter* (*prout moris est*) *accepta fuere et dein ad posteros transmissa. Omnia itaque illa eo loco habenda sunt quo tot aliæ fabulæ quibus continuo plurimorum sanctorum Vitæ nobis purgandæ sunt. Quin etiam, licet in ejus honorem officium fiat de martyre non pontifice, credere non ausim eum reapse fuisse martyrem, tum quod in hoc aliquando etiam erretur, tum quod paucissimi Britones in Armorica martyrium fecerint.*

Ejus cultus in parochia S. Juvati.

3 *Id unum itaque novisse sufficiat* S. Juvatum *jam ab anno* 1182 *patronum esse templi in Britannia Minori ejusque festum celebrari præsenti die. Nomen ejus in litaniis, quæ in templo illo recitari solent, insertum est his verbis :* Sancte Juvate, ora pro nobis; *quemadmodum iterum docet R. D. Tresvaux* (3). *Neque templum tantum istud* S. Juvati *dicitur, sed et ipsa parochia, scilicet* Saint-Juvat; *quæ olim capiebatur diœcesi S. Maclovii, nunc autem S. Brioci. Et quidem distat hic locus, ineunte hoc sæculo mille ducentis viginti incolis frequens, a civitate S. Brioci duodecim leucas et quadrantem; a Dinan autem duas leucas et dimidiam. Atque hæc, ut* (*quantum per nos stat*) *qualiscumque* S. Juvati *servetur memoria.*

Pag. 113, col. 2, lin. 58 adde : *Quin immo Lucanus Getas seu Gotthos confudit forte cum Hunnis, quod utrique sæpe Scythæ dicerentur.*

Pag. 214, col. 1, lin. 19 adde : *Hæc scripta secundum libellos R. D. Vill, anno* 1855 *editos. Verum id votum jam impletum est, quum paucis abhinc annis S. Ursulæ basilica restituta fuerit.*

Ad pag. 746. *Vitam aliam B. Joannis, auctore fr. Bonomo, celebri poeta Bononiensi* (*Cfr Orlandi,* Scrittori Bolognesi *pag.* 165), *indicat D. Gandolfus in libro de* 200 *scriptoribus August.* (*pag.* 373, *Romæ* 1704), *qui addit, ad diem* 23 *Novembris in editione Venetæ Martyrologii Romani repositum fuisse festum beati* ob inadvertentiam impressoris. (*Cfr supra pag.* 747, *num.* 197.)

(1) Vies des Bienheureux et des Saints de Bretagne, pag. 312.
(2) Les Vies des Saints de Bretagne, tom. I, pag. 240. —
(3) Ibid loc. cit.

INDEX HISTORICUS

IN TOMUM IX OCTOBRIS.

N. B. *Nomina, quæ leguntur in Revelationibus S. Elisabethæ et B. Hermanni vel in catalogis reliquiarum de comitatu S. Ursulæ, in hoc indice omisimus, quoniam ea ordine alphabetico recensita sunt in ipso opere pagg.* 202 *et* 258.

A

† Aaron, *martyr in Britannia* 156 f
† Abachum, *martyr* 2 b
Abælardi *hymnorum singulares prologi* 186 b
† Abararii, *M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 244 d
Abbo, *monachus prope Nisibim* 62 a
Abbo, *patricius provinciæ* 370 c d e
Abdaleus, *monachus prope Nisibim* 62 a
Abelinus, *apothecarius anno* 1241 230 f
Abdellas. *Vide* Theodulus.
Abdelmalek *seu Anactodulus, pater Walid I, califæ XI, et Solimani, califæ XII* 359 a b, 360 e
Abderrhamanus, *Cordubæ rex, christianos immaniter persequitur* 629 c d e f et seqq. passim, 643 e f, 645 a
Abenata, *testis in causa B. Joannis Boni* 820 d
Abercius, *successor S. Abercii in sede Hierapolitana* 488 c d e
Abraames, *monachus in eremo Chalcidensi* 63 f
Abraames, *monachus prope Antiochiam* 64 a
† Abrahami *reliquiæ Claromontii* 72 f
Abrahamus, *Africæ rex, Siciliam occupari jubet* 682 a
Abril (*Antonius*), *parochus S. Mariæ de Mari, abscondit reliquias SS. Matronarum* 454 b c
Abundantii *titulus* 9 b
Abundius, *pater S. Bertholdi, conversi Parmensis* 411 e f
† Abundius, *martyr, in cujus honore constructum monasterium Bercetense* 620 f, 621; *ejus reliquiarum translatio* 621 b c
† Acacius, *martyr* 543 b c
† Achillas *seu* Archelaus, *catechista Alexandrinus* 18 d
Achille Marchisini (*Joannes Vincentius d'*) *nobilis Bononiensis* 892 c d
Achillis *tumulus* 43 f
Ada, *conjux Alfwini* 217 a; *benefica in monasterium sanctarum undecim millium virginum* 148 a
Adalardus, *abbas Corbejæ Novæ* 375 d
Adalbertus, *Hamburgensis archiepiscopus, procurat Helgolandiæ sacra* 291 d e; *affectat patriarchatum septentrionis* 385 e
† Adalbertus, *Pragensis episcopus* 377 d
Adalbertus, *abbas S. Michaelis ad Mosam* 310 b
† Adaldagus, *prius S. Unnis presbyter, missionarius per Slaviniam et demum archiepiscopus Hamburgensis* 395 f, 396 a; *ejus chronotaxis* 382 d e; *operam dat convertendis Slavis* 386 c
† Adalgarii, *Hamburgensis episcopi, præcipua gesta et chronotaxis* 381 a b c d e f. *Vide* † Adelgarius.
Adalgarius, *abbas Corbejæ Novæ* 375 d
Adalhardus, *comes subscribit Wormatiæ diplomati Coloniensi anni* 929 217 d
Adalsindis, *uxor Wolfoaldi, fundatoris S. Michaelis ad Mosam* 316 d
Adaltrudis, *uxor Memphidii patricii, dein facta, ut videtur, abbatissa* 370 c d, 371 a b d, 372 e
Adalwardus, *Sigtunensis episcopus* 391 d
Adalwardus *junior*, *Sigtunensis seu Scarensis episcopus* 374 a
Adalwardus, *episcopus Verdensis* 384 a b
† Adamnanus, *abbas Hiensis, monachos suos ut cyclum Dionysianum amplectantur persuadere non potest* 330 a; *eum docet Hibernos boreales* 330 a
Adamnanus, *abbas Hiensis, auctor Vitæ S. Columbæ* 326 b, 327 a; *legatus ad regem Northumbriæ et Hibernos* 327 a, 330 a; *ejus mors* 327 a
Adamus *Bremensis, ut faveat investituræ imperiali per baculum, falsa narrat de S. Ansgarii successoribus* 376 b c
† Acarisma *V. et M. ficta* 245 b
Adamus Molins, *episcopus Cicestriensis* 516 f
† Adaucti *nomen commune* 257 f
† Adelaidis *Scharembecana, monialis in Camera B. M. V., in SS. Virgines Ursulanas pientissima* 501 e f
Adelardinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 804 e
Adelardus, *abbas S. Victoris Massiliensis* 567 e
† Adelgarii, *archiepiscopi Hamburgensis, reliquiæ in Corbeja Nova* 573 a. *Vide* † Adalgarius.
Adelgisus, Radelchus, *princeps Beneventanus, Ludovicum imperatorem prodit* 675 f
† Adelheidis, *Megingozi comitis filiæ, Vitæ loca aliquot explicantur* 223 d e f, 226
Adelphius, *episcopus Onuphis* 22 f
Adhemarius Fidelis *pro concione dicit in solemni elevatione SS. Matronarum* 472 d e, 475 c
Adila, *mater B. Guilielmi, episcopi Comensis* 413 b
† Ado, *Viennensis Archiepiscopus, scripsit Martyrologium circa annum* 858; *quam rationem in eo secutus fuerit* 270 b c d. *Non favet traditioni provincialium de SS. Maria Magd. etc.* 449 c d e
Adonem *divitem, olim amicum, S. Gebizo precibus, veniis et alienis sacrificiis falso dicitur ex inferno liberasse* 400 b c d e f, 404 b c
Adolphus, *comes de Saphenberg* 221 d
† Adrianus, *M. Ursulanus* 275 e; *ejus aut homonymi festum* 282 a
Adriani *papæ IV bulla, qua confirmantur Ursulanæ basilicæ bona* 221 e f
† Adrianus, *episcopus Firmanus et martyr fictitius* 451 e f
Adrianus. *Vide* Hadrianus.
† Advisa. *Vide* † Avia.
Adulfus de Warnevilla, *cancellarius regis Angliæ* 96 a
† Ægidii, *martyris Ursulani, reliquiæ in S. Trudonis* 245 a
Ægidius, *patricius Galliæ* 370 b

Ægidius *de Lewis, abbas Viconiensis* 248 c
Ælfredus Magnus *excipit literis navigationem Wulstani et Otheri* 387 a b
Æmilia, *soror B. Guilielmi, episcopi Comensis* 415 b
Æmilius, *S. Remigii pater, laudatus a S. Sidonio Apollinari* 319 e f. *Alia de eodem* 320 a e f
† Ængussius Keledeus, *martyrologus Hibernus* 325 c; *ejus martyrologium, dictum Tamlachtense* 328 f, 354 c
Æscus, *filius Hengisti, pugnat in Crayford* 109 b
† Ætherii, *M. Ursulani, nomen verum* 237 e; *ejus corpus* 214 b; *ejus titulus sincerus explicatur* 169 d e f, 170. *Ipse pictus Coloniæ* 292 d
Aetius, *sæculo* IX *martyr Amoritanus* 359 f
Aetius, *patricius Galliæ* 370 b; *vincit Francos et excludit Atrebatum finibus* 128 d; *ejus cum Francis gesta anno* 428 134 d; *favet filio Clodionis minori* 129 a b; *dicitur Ligeris liberator* 108 b; *offensus ab Armoricanis* 107 e; *querulas literas accipit a Britannis* 108 f; *ejus auxilium implorant Britanni* 120 f; *contra Attilam bellum parantis laudes* 122 b c; *occurrit Hunnis* 126 b d, 127 a; *decipit Thorismundum et Francos* 127 b c. *Ejus gesta post pugnam Catalaunicam* 130 b. *Anno* 463 *effugit e Colonia* 137 a
Æzelinus, *domnicatus præpositus Coloniensis* 225 e
† Afræ, *M. Ursulanæ, festum* 278 d, 279 c
Africanus (*Julius*), *sæculi* III *scriptor* 437 e; *ejus de Christi genealogia locus insignis ibid. et* 438 a b c
Africanus, *consul, mutatus in principem* 100 a b c d
† Africus. *Vide* † Afriges.
† Afriges *seu* Apricius, *M. Nicææ in Bythinia* 14 c f, 15
† Agapiti I *papæ translatio* 4 b
Agapitus II *papa episcopos constituit in Dania* 390 d
Agapius, *scriptor Paradisi* 17 a
† Agathæ *cista Zwifalti* 242 a. *Responsorium ex ejus officio solitum usurpari a B. Joanne Bono* 712 a b, 849 e
† Agathonis *corpus et cultus Duraveli* 38, 39
† Agnetis *nativitas terrena celebratur in ecclesia* 380 a
† Agnes *forte pro Eutychete* 6 f
Agnes *imperatrix et tutrix Henrici imperatoris IV*, 398 d, 399 e, 403 e. *Ejus itinera* 403 e. *Ejus capellanus S. Theymarus* 403 f
Agnes de Hohenloha, *uxor Philippi comitis Nassaviæ et Sarræpontis* 350 a
Agnes de Dauhn, *abbatissa S. Ursulæ* 232 c
Agnes de Wede, *abbatissa S. Ursulæ* 232 c
Agrippa *Ubios traducit ad sinistram Rheni* 133 c
Aguirrius, *cardinalis, acriter perstringit Hispanos quosdam historiæ corruptores* 535 a b c
Agurechiæ *scribit S. Hieronymus* 134 c
Ajax, *episcopus Betheliensis* 22 e
Aichfardus, *presbyter Coloniensis* 219 f
† Aidanus *sive* Mædocus *miracula patrat coram S. Fintano* 341 b c d. *Vide* † Mædocus.
Aiedgophan, *princeps hibernus, discipulus S. Comgalli* 336 a c
Aigradus, *S. Ansberti biographus, an scripserit Vitam S. Condedi* 332 a b
Aigulphus *fertur corpora SS. Benedicti et Scholasticæ in Gallias detulisse* 591 d
Ailardus, *presbyter S. Michaelis ad Mosam* 312 c d, 317 b
† Ailbeus, *episcopus Imelacensis in Hibernia* 330 d, 331 a
Aimericus, *comes Romandiolæ* 699 c
† Alanus, Almamus *seu* Almanus, *episcopus Nannetensis* 623 e f, 625 f
† Alanus, *S. Bernardi discipulus* 4 c
Alanus, *Saracenorum dux, stragem edit in Sicilia* 682 a
Alanus, *dux Britanniæ Minoris, plura donat Rothonensibus pro sospitate filii* 624 c
† Alaphion *ex Alasea* 22 d; *cultus a Palæstinis* 40 d
Alaphion *convertitur a S. Hilarione* 22 b d
Alaricus, *rex Gotthorum non multum infensus catholicis* 311 a, 313 d; *Romam expugnat* 136 d
Albæ *dux seu Fredericus a Toleto* 296 b
Albaleti (*Joannes*) *præpositus ecclesiæ Arelatensis* 460 a b, 474 e
Albanatus, *rex fabulosus Britonum* 118 c d
† Albanus, *martyr in Britannia* 136 f
Albanus, *abbas S. Martini Coloniensis* 221 d
Albero, *Trevirensis archiepiscopus* 22 a
Albero, *sacerdos de Kentenich* 229 a
Alberta, *testis in causa B. Joannis Boni* 857 a
Albertinus; *vide* Mussatus.
† Albertus Magnus, *episcopus Ratisbonensis, dicitur reperisse et transtulisse S. Cordubæ corpus* 275 f, 581 e f
Albertus, *episcopus Claromontanus, frustra quærit S. Justi archidiaconi reliquias* 72 b c
Albertus, *episcopus Mutinensis anno* 1251 740 c, 768 f, 771 c, 772 b; *ei committitur cura conficiendi processus de virtutibus et miraculis B. Joannis Boni* 768 f
Albertus, *dux Saxoniæ* 296 a
Albertus (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 821 f et seq.
Alberigus, *testis in causa B. Joannis Boni* 829 f
Albeus, *episcopus Imelacensis; ejus regula* 333 b
Albizius, *canonicus Peccioli, Vulturanæ diœcesis, auditor perpetuus secundi processus in causa B. Joannis Boni confecti* 769 a, 814, 838 b, 852 c, 856 f
† Albinæ, *sodalis Ursulanæ, corpus Schonaugiam translatum* 168 d e, 171 d
† Albinæ *nomen et titulus ficta* 244 e
Alboinus, *episcopus Massiliensis* 366 c d
Alcuinus *emendat Vitam S. Vedasti* 129 c
Alda, *testis in causa B. Joannis Boni* 861 e
† Aldhelmus *Meldunenis* 329 d
Aldrici, *episcopi Cenomanensis, ordinatio* 378 c
Aldricus, *clericus, legatus Ludovici secundi, interest electioni S. Ansgarii ad sedem Bremensem* 380 b
Aleidis, *abbatissa S. Walburgis in diœcesi Eichstadensi* 249 f
Aleidis, *abbatissa S. Ursulæ* 226 f
† Alemandus (*Ludovicus*), *archiep. Arelatensis, multa molitus in conciliabulo Basileensi, excommunicatur; absolutus a Nicolao V, sancte moritur* 463 f, 464 a b c d
† Alexander I *papa apparet S. Bertholdo, converso Parmensi* 412 d
† Alexandri *capella in tractu Mantuano* 872 b
† Alexandri, *martyris Romani, celeber titulus examinatur* 88 e f, 89
† Alexandri II *papæ electio probata in concilio Mantuano* 409 f; *dedicat Cassinense templum* 398 d, 591 f
† Alexander *Brixiensis. Ejus Acta parum fida* 449 a b
Alexandri *papæ V sepulcrum Bononiæ* 892 d
Alexander *M. quomodo a Daniele designatus* 43 e; *ejus laus* 45 c
Alexander Severus *imp. facilis in christianos* 100 c. *Ejus mors* 100 d; *favet christianis; non tamen impedivit omnia martyria* 10 d; *sub eo SS. Callistus, Asterius aliique martyres* 7 et seqq.

Alexandrius, *anno* 843 *advocatus ecclesiæ Massiliensis* 566 c d
† Alexion *ex Bethagathone, cultus a Palæstinis* 40 d
Alexis, *imperator Cpolitanus, Manichæos Bulgariæ et Thraciæ pæne extinxit* 717 b
† Alexii *pes Cæsenæ* 706 a
Aleydis, *monialis S. Antonii Parisiensis* 250 b
Alfordus (*Michaël*) *S. J. presbyter laudatur* 77 f
Alfuinus *beneficus in monasterium sanctarum undecim millium virginum* 148 a; *ejus diploma in favorem Ursulanæ basilicæ* 217 a b c d
† Alinæ *Ursulanæ V. et M. titulus falsus* 243 c
Allatius (*Leo*) *probe secernit Simeonis Metaphrastæ scripta* 17 a b
† Alma V. *ficta* 245 a
† Alodia, *virgo Hispana* 5 f
Ven. Aloysius Lanuza, *S. J. sacerdos* 4 f
Alpaïs *castrum et capitulum de Hougarden fundat* 130 f
Alpheim (*Henricus de*), *ministerialis S. Petri Coloniensis* 221 d
Altavillæ, *testis in causa B. Joannis Boni* 859 f
† Alva II *V. et M. ficta* 245 a
Alvarus (*Didacus*), *archiepiscopus Ulyssiponensis et B. Gundisalvi de Lagos discipulus* 424 f
Amadeus Victor, *Rothenburgensis princeps* 575 e
Amadorina, *testis in causa B. Joannis Boni* 875 d
Amadorinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 826 a b c
Amalarius, *Mettensis diaconus, collector regulæ canonicæ* 223 a
Amalgarius, *fundator monasterii Besuensis* 546 a
Amalricus, *Comensis episcopus* 581 d
† Amandi *de Lauduno nomen et titulus ficta* 244 c
Amatus, *testis in placito Dignensi* 571 e
Amathas, *S. Antonii discipulus* 55 c
† Ambrosius, *Medialonensis episcopus, bis legatur ad Maximum tyrannum* 119 b c d; *improbat ultionem synagogæ* 120 b c. *Ipse et Mediolanenses usi sunt cyclo paschali Alexandrino ante reliquos Latinos* 329 d; *priusquam coleretur, dictus* sanctæ memoriæ 305 d
† Ambrosii, *M. Ursulani, festum* 276 c, 278 c d
Ambrosius Aurelianus *vincit Saxones in Britannia* 109 d
Ambrosius, *missus dominicus* 372 b
Ammianus, *monachus prope Antiochiam* 64 a
Ammianus Marcellinus *de auctoritate Romanorum pontificum* 156 c; *corrigitur* 124 b
Ammiratis (*Dondedeus de*), *testis in causa B. Joannis Boni* 852 c d
† Ammonius, *episcopus Syenæ et martyr* 28 e
Ammonius, *celeber Palæstinus monachus* 57 d e
† Amon, *monachus Ægyptius, cum sancta conjuge sua* 578 a d
Anactodulus. *Vide* Abdelmelak.
Anapias. *Vide* Amphinomus.
† Anastasia, *V. Ursulana, ex visione Euphemiæ abbatissæ cognita* 249 a b
Anastasius, *episcopus Jotapæ* 22 d
† Anatolii, *episcopi Cadurcensis, notitia et cultus* 309 et seqq.
Anatolii *Cyclus paschalis. Vide* Cyclus.
Ancemundus, *vicedominus Massiliensis* 371 d e
† Audelain (*Saint*). *Vide* † Domnolenus.
† Andreæ *modulamen antiphonarium, auctore Hucbaldo Elnonensi* 519 a
† Andreas *in Crisi, novus martyr* 2 f, 3 a
Andreas, *rex, filius Belæ III regis Hungariæ, profiscitur ad bellum sacrum* 419 d
Angarius, *Cadurcensis episcopus* 59 d
† Angelæ *Mericiæ pietas in SS. Virgines Ursulanas* 301 f, 302 a
† Angelinæ *seu* Anglinæ, *M. Ursulanæ, festum* 277 b
Angelus Theodorus *imp. Vide* Theodorus Comnenus 408 b
Angersdorf (*Godefridus Rufus de*) 232 a
† Anianus, *episcopus Aurelianensis, sollicitus pro grege, cui minitatur Attila* 126 a b c
† Anicetus *papa, omissus in catalogis* 105 a
† Annæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 d, 279 b
Anna Cypria, *Sabaudiæ ducissa, fundat conventum Observantium Niciensem* 887 d
Annibal Albanus, *cardinalis, vertit Martyrologium Basilianum* 13 d
† Annonis, *Coloniensis archiepiscopi, pietas in SS. Virgines Ursulanas* 289 c d e
† Anolet. *Vide* † Domnolenus *Lemovicensis*.
† Ansberti *biographus an scripserit S. Condedi Vitam* 352 a; *Vita illius interpolata* 352 a b
† Anselmus *Lucensis* 745 d; *moritur Mantuæ* 693 f
Anselmus, *episcopus Comensis, benefactor B. Guilielmi successoris* 415 b; *ejus statutum de numero canonicorum Comensium* 419 a b
† Ansgarius, *archiepiscopus Hamburgensis et Bremensis episcopus. Præcipuorum ejus gestorum chronotaxis* 378, 379 a b c d e; *effuse laudatus a protestantibus* 392 d
Ansigisus, *a serpente seu dæmone atrociter constrictus, liberatur a S. Mellono* 571 f, 572 a
Antenerus *seu* Anthemius *aut* Antherius, *patricius Massiliensis, spoliat suis bonis S. Victoris monasterium* 569 a, 570 c, 571 c d e
† Anteri *papæ ætas* 102 c; *ejus ordinatio* 166 f; *sepultura* 88 c; *titulus* 90 a; *fabuloso Cyriaco substitutus dicitur* 99 f; *electionis tempus* 100 f; *nomen mutabile, ut Crombachio placuit, in* Hilarium 184 a
Anthemius *imperator Britannos opponit Vesigotthis* 109 f
Antiolius, *ignotæ sedis episcopus* 319 e
Antonettus, *cardinalis S. Anastasiæ* 295 a
† Antoninæ, *M. Ursulanæ, festum* 275 a b
† Antoninus *Florentinus, emendatur* 748; *ejus sententia de S. Elisabethæ quadam visione* 95 d e
Antonini *imp. ædificia Coloniæ* 133 e
Antonini *martyris Placentini itinerarium* 21 a
† Antonii *natalis locus* 18 f, 19 a; *ubi primum vitam eremiticam coluerit* 19 a; *vitæ ejus monasticæ initia* 55 d e f; *primum discipulos admittit in Phaio* 19 b; *ejus fama sub annum* 305 *S. Hilarioni innotescit* 18 e. *Hic illum adit et magistrum habet* 18 e f, 44 a b. *Pergit ad Bucolia Thebaïdis superioris* 28 e. *Non fuit illiteratus* 34 e; *literæ ad Arsenoitas* 19 a b. *Epistolare commercium habet cum S. Hilarione* 31 e. *Testamentum facit* 32 e; *disciplina ejus minus severa quam S. Hilarionis* 31 f, 32 a. *An auctor vitæ monasticæ in Ægypto* 35, 36. *Illustrator vitæ eremiticæ* 35 d; *ejus discipuli post magistri mortem* 55 a b; *ordo in Oriente quare sic dictus* 729 e f; *nullam regulam scripsit* ibid.; *cellula* 32 e; *ea describitur* 33 a; *induitur ependyte alba* 31 d; *ejus humilitas in morte* 40 d; *ejus munditia* 32 e; *ejus morti tribuitur triennalis siccitas* 24 b, 34 e f; *natalis dies brevi post mortem celebratus* 33 a. *Pro igne S. Antonii sanando a S. Bertholdo, converso Parmensi, invocatus* 412 f; *est patronus Ulyssiponis* 255 e
† Antonius *de Padua, rerum perditarum patronus* 256 c
Antonius a Purificatione, *historicus provinciæ Portugalliæ ord. Eremit. S. Augustini* 421 b c
Anund, *qui et* Emundus, *rex Suenonum* 595 f, 596 d
Anzelerius, *testis in causa B. Joannis Boni* 810 f

† Aon *seu* Eugenius, *primus apud Syros monachus* 56 b
† Aphrodisius, *cultus Neapoli* 41 f
† Apollinaris, *Hierapoleos episc.* 488 c d; *librum contra Cataphrygas scribit* ibid. f
† Apollinaris *apparet Bassacio, abbati Cassinensi* 672 e
Apollo Archegeta *seu Conditor* 499 a
Apolloniæ Victorinæ *titulus* 246 c
† Apostolorum *singulorum festa quando præcepta fuere* 317 e
† Apricius. *Vide* † Afriges.
Aqilina, *fundatrix monasterii Besuensis* 546 a
† Aquilini *Aquilejensis nomen et titulus ficta* 244 a
† Aquilinus, *episcopus Coloniensis, dicitur curasse funus sodalium Ursulanorum* 172 c. *An umquam exstiterit* 173 a b c
† Aquilinus, *Mediolanensis episcopus* 173 c. *Presbyter et martyr Mediolani cultus* 173 c
Aragonia (*Franciscus de*) *in Lusitaniam fert reliquias Ursulanas* 253 f
† Aravatius *seu* Asavatius, *Tungrensis episc.* 153 c d
Arbaleti. *Vide* Albaleti.
Arbernus, *episcopus Claromontanus, anno* 1311 *plura sanctorum corpora detegit* 73 a d
† Archelaus. *Vide* † Achillas.
Archontiæ *natione Galla titulus* 211 d
Ardizzione, *testis in causa B. Joannis Boni* 849 b
Arencourt (*Guillielmus de*), *protonotarius apost. subscripsit instrumento elevationis S. Salomæ* 473 e
Arentz (*Maria*), *hospitalaria Catalauni, servavit reliquias S. Lupentii* 708 a b d
Aretas, *episcopus Eleusas* 21 c
† Arialdus, *Mediolanensis* 716 c. *Ejus zelus et martyrium* 409 c
Ariani *infensi in S. Hilarionem* 56 a; Arianorum *Vesigotthorum odio Romani milites subdunt se Francis christianis* 108 d
† Arigii, *Lugdunensis archiepiscopi, reliquiæ anno* 1287 *visitatæ* 71 c
Arimadis, *missus dominicus Caroli Magni* 371; *immo potius nomen commune corruptum* 372 d
† Arimundi *nomen et titulus ficta* 244 c
Aristænete, *uxor Elpidii prætorio præfecti* 54 a; *obtinet a S. Hilarione liberorum salutem* 47 a b. *Invisit S. Antonium* 47 a, 52 d. *Laudatur a Libanio* 49 a
Arlatan (*Joannes*), *miles, cambellanus Renati Andegavensis, adest elevationi SS. Matronarum* 460 a *et seqq. passim. Testatur de cultu* 466 f *et de inventis duobus corporibus et tribus capitibus* 467 a b c d e f
Arlottus de Arlottis, *Mantuanus* 871 a
Arlotti (*Nicolaus Degli*) *Mantuanus* 775 d
Arlottus (*Robertus*), *dux exercitus Mantuani* 871 a
Armannus Pungilupus, *hæreticorum Patarenorum dux Arimini et Ferrariæ* 877 e f; *processus contra eum instructus* 717 c d
Armellina, *testis in causa B. Joannis Boni* 807 b
Armeni *aliquot sancti qui venerunt in Occidentem* 623 e. *Sedes episcopalis Antiochiæ ad Orontem in monasterio S. Simeonis* 623 e
Arnaudus de sancto Felice, *abbas Psalmodiensis* 474 d, 476 b
Arnoldus II, *archiepiscopus Coloniensis* 82 a, 164 c, 241 c d, 243 b
Arnoldus, *Wirceburgensis episcopus* 381 d
Arnoldus, *præpositus S. Petri Coloniensis* 221 d
Arnoldus, *præpositus S. Andreæ Coloniensis* 221 d
Arnsberg. *Vide* Peyronetta.
† Artemius, *olim arianus, crudeliter habet catholicos Alexandrinos* 24 c
Artusius, *frater pœnitentiæ, testis in causa B. Joannis Boni* 818 d e f
Arturi *regis gesta* 94 e, 95 a, 98 b c
Arturius *dicitur Galfridus Monumetensis* 94 e, 97 d
Artus (*Maria de*) *ope B. Joannis Boni liberatur ab ulceribus* 779 c d e
Artusius, *frater pœnitentiæ* 772 e
Arvandus, *Galliarum præfectus, proditor* 109 b e
Arzago, *capitanei Comenses* 417 c d
Asan *senior, rex et restitutor Bulgarici regni* 207 a b, 686 d f; *ejus bella contra Græcos* 689 c d
Ascanius Maria, *cardinalis S. Viti* 295 a
Aschila, *mater Theodemeris, regis Francorum* 130 d
Asella. *Vide* Nonna.
Asmundeslo (*Conradus et Winricus*) *fratres* 229 f
† Assabaria *V. et M. ficta* 245 c
† Asterius, *plures homonymi* 6 c. S. Asteriüs, *presbyter ad Ostia Tiberina, martyr sub Claudio* 2 a, 450 e. *Acta* 6 *et seqq.*
† Athanasius, *patriarcha Alexandrinus, an conventus a S. Hilarione* 25 d; *utitur asino* 25 e. *Ejus depositio per synodum non valet, nisi accedat Romani pontificis auctoritas* 156 c. Athanasianum *chronicum nuper editum* 28 a
Athanasius, *dux et episcopus Neapolitanus, Saracenis favet* 677 d
† Attala, *secundus abbas Bobiensis* 615 a
Attilæ *nomen mutuatum ex* Athel, *Tartarico fluminis Volgæ nomine* 115 c. Attila *anno* 434 *cum Bleda regnare incipit* 121 e, *et anno* 444 *solus* 121 e; *ejus gesta* 121 *et seqq. Unit Hunnos inter se* 119 b. *Ipsemet Necaronorum seu Francorum ad Nicrum rex dictus* 129 c. *Favet filio Clodionis majori* 129 a b. Attilanum *bellum vix memoratum a scriptoribus coævis* 270 a. Attilæ *spes in præsentia sanctorum episcoporum* 126 a. *Ei adscriptum Ursulanum martyrium* 99 d e f; *ardescit in S. Ursulam* 161 b; *a nonnullis parum apte defensus* 157 b c.
Avancia, *testis in causa B. Joannis Boni* 807 a
Aucherus, *Armenus, doctor Mechitarista* 479 e: *invenit versionem Armeniacam chronici Eusebii* 480 e f; *edit chronicon Armeno-Latino-Græcum* 481 a b
† Auctæ, *M. Ursulanæ, festum* 280 a
† Auctor, *Mettensis episcopus* 155 c
† Audifax *martyr* 2 b
† Audoeni, *Rothomagensis episcopi, pietas in martyres Colonienses* 298 b
† Audomari *corporis inventio* 46; *reliquiæ* 248 d
† Aveniæ, *virginis gesta et cultus* 625 et seqq.
† Augustinus, *ecclesiæ doctor; ejus monachatus assertus* 728 f; 729 b; *num ordinem aliquem fundaverit* 728 e f; *propagator disciplinæ monasticæ* 728 f; *vitam monasticam jungit cum clericali* 728 f, 729 a. *Regula, dicta S. Augustini, primitus pro monasterio feminarum scripta* 598 e, 729 a b c d; *viris accommodata et quando* 729 d e; *ab eo tamen legitime nuncupantur religiosi omnes qui sub ea militant* 729 e f; *eremitarum sub ejus regula militantium antiquitas* 730 et seqq. *Regulam quando amplexus S. Joannes Bonus* 701 d e f. *Sepulcralis titulus* 90 a. *Dictus* sanctæ memoriæ 305 d
† Augustinus, *Anglorum apostolus, eos docuit cyclum paschalem Dionysianum* 329 f; *id Britones et Hiberni multi ægre tulerunt* 329 et 330 a
Augustinus *Cremensis, biographus S. Joannis Boni* 695 f
Augustinus, *procurator conventus FF. Minorum Bononiensis* 891 e
Augustus *imp. in quatuor partes dividit Gallias* 133 d e
† Aviæ,

† Aviæ, *quæ distinguenda est a S. Aurea martyre Ursulana et a S. Aurea Parisiensi, gesta et cultus* 322, 323. *Ejus memoria* 277 d
† Avita. *Vide* † Avia
Avitianus, *episcopus Rothomagensis, sepultus in crypta S. Gervasii* 563 d
Avitus, *monachus in eremo Chalcidensi* 63 f
Avo, *abbas Corbejæ Novæ* 375 d
† Avoli *reliquiæ Claromontii* 72 f
Auratus *ad Legerense monasterium Osca defert corpora SS. Nunilonis et Alodiæ* 645 d e f
† Aurea, *virgo Parisiensis, distinguenda a S. Avia* 322 b
† Aurelia, *Argentorati culta* 80 a
† Aurea, *M. Ursulana* 275 e; *distinguenda a S. Avia* 322 b, 323 e. *Illius festum* 277 d
† Aureliæ, *M. Ursulanæ, festum* 280 d
† Aurelii, *M. Cordubensis, festum male notatum* 271 b
† Aurelius Authedonius, *cultus a Palæstinis* 40 d
Aurelii Demetrii *titulus* 308 a
Aurelii Saturnini *titulus* 211 d
† Austerius *et* Austerus. *Vide* † Asterius.
† Autbodus, *episcopus vel potius eremita* 435 d
Awarnus. *Vide* Angarius.
† Axpara, *fabulosum sodalis Ursulanæ nomen* 171 a. *Nomen et titulus ficta* 244 f
Azamboia (*Joannes Alphonsus de*) *cardinalis et archiepiscopus Ulyssiponensis moritur Brugis Flandrorum* 424 f

B

Babilla, *M. Ursulana* 275 e
† Babila *V. ficta* 255 b
Babo, *episcopus Massiliensis* 366 a
Badius (*Raphaël*) *ord. S. Dominici; ejus litteræ ad decessores hagiographos de reliquiis S. Donati, episcopi Fesulani* 652 c d
Bajazetus *anno* 1396 *occupat Bulgariam* 683 e
Baisan, *diaconus Aphroditi* 52 f
Baithenus, *abbas Hiensis in Scotia* 334 a b; *successor S. Columbæ* 326 c d e, 327 c
Balagia *V. ficta* 245 b
Balomir, *rex Hunnorum, movet contra Ostrogotthos* 119 b
Balastutus, *auctor canoniæ S. Petri de Taberna* 655 d. *Vide* Canonia.
Baldemirus, *rex Bulgarorum* 684 e
† Balderici *reliquiæ circumlatæ pro obtinenda pluvia* 317 f, 318 a
† Balderici *abbatis sepultura* 214 d
Balderici *chronici ætas* 129 d
† Baldinæ, *M. Ursulanæ, festum* 276 a b, 281 e
Balduinus, *archiepiscopus Trevirensis* 317 e
Balduinus, *imperator Constantinopolitanus* 407 c d
Balduinus, *comes Hainoniensis, anno* 1157 *pie peregrinatur Coloniam et obtinet Viconiensibus S. Karissæ corpus* 247 e f
Balis (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 816 d e
† Balsamia, *S. Remigii nutrix* 320 a
† Batalius (*Florius*); *vide* Baraliis.
Balthæus, *monachus prope Nisibim* 62 a
Bandellus, *ex ordine FF. Minorum. Controversia de immaculata conceptione B. M. V.* 890 f, 891 a
Banto *seu* Bauto *evocat Hunnos contra Juthungos* 112 e
† Bapkariæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 e
Baptista, *cardinalis S. Mariæ in Dominica* 295 a
Barachias, *testis in causa B. Joannis Boni* 821 d
Barachin (*Josephus*), *parochus S. Mariæ de mari, effodit reliquias SS. Matronarum* 434 c d e
† Barachii *nomen et titulus ficta* 244 b
† Baragiæ *nomen et titulus ficta* 244 f
Baraliis (*Florius de*) *vel* Batalius, *testis in processu de B. Joanne Bono* 813 b
† Baraoniæ, *M. Ursulanæ, festum* 280 e
† Barbazanus, *testis in causa B. Joannis Boni* 812 c
Bardatus (*Ludovicus*). *Vide* Ludovicus.
Barelli (*Franciscus Ludovicus*), *Barnabita et historicus* 894 a
Barezzi, *chronici FF. Minorum scriptor* 433 c
† Barga *V. ficta* 243 b
Barginia *V. ficta* 243 a
Barile, *testis in causa B. Joannis Boni* 884 e
Baritia, *soror B. Guilielmi, episcopi Comensis* 415 b
Baronia *gens Cæsenæ* 775 e f
Baronii *cardinalis scripta de S. Ursula displicent graviter nonnullis Coloniensibus* 75 f, 76, 77; *ille idem invehitur in fabulas, in historiam S. Ursulæ inductas* 75 b c; *ejusdem auctoritas ad comprimendas fabulas* 101 f, 102 a. *De loco cædis Ursulanæ corrigitur* 131 d e f, 132; *ejus fontes in scribenda S. Ursulæ Passione* 98 d e
† Bartholomæi *festum, jam a sæculo* x *de præcepto, sutor violans plectitur* 312 d, 317 d e
Bariche *Hibernus* 336 a, 337 a
† Bartholomæus *de Canariis Augustiniensis* 423 e
Bartholomæus Pisanus, *minister generalis FF. Minorum* 891 b
Bartholomæus *canonicus de Rivalta, testis in causa B. Joannis Boni* 852 e f
Bartholomæus, *vir nobilis Mantuanus, deputatus ad Innocentium IV in causa B. Joannis Boni* 768 e; 772 b
Bartholomæus, *judex Mantuanus, testis in causa B. Joannis Boni* 858 b
Bartholomæus, *filius Alberti, testis in causa B. Joannis Boni* 879 b
Bartolasius, *testis in causa B. Joannis Boni* 802 f
Bartolus, *tabellio Cæsenas* 789 c
Barzæus (*Gaspar*), *insignis S. J. per Indiam missionarius, reliquias Ursulanas eo defert et SS. Virginum cultum illic promovet* 252 d e
† Basilii *regulam observant monachi S. Antonii in Oriente* 729 f; *male ei adscriptæ a Coptitis homiliæ* 41 a
Basilius, *archiepiscopus Zagorensis et dein primas seu patriarcha Ternobensis* 668 d e, 687 c d, 691 a; *concordiam init et servat cum ecclesia catholica* 407 f, 408 a
Basilii *junioris consulatus initium cujusdam æræ* 304 c d
Basilii Bulgari *truculenta bella* 405 f
Basilius Macedo *bellum gerit adversus Chrysochir, principem Paullicianorum seu Manichæorum Orientis* 716 f; *eis legatum mittit* ibid.
Basnagius *de Martyrologio Rabani* 447 b c
Bassacius, *abbas Casinensis, legatus ad Ludovicum Augustum* 674 f, 675 a. *Vide* Apollinaris.
Basanus; *ejus episcopatus commentitius* 431 a b c d
† Bassani *Cremonensis nomen et titulus fictus* 244 c
Bassus, *præses Heracleæ, in christianos minus severus* 541 e, 542 d, 545 f, 546
Bassus *et* Basson, *monachi in Syria* 62 d
Bastonetus (*Jacobus*) *testatur de cultu SS. Mariæ Jacobi et Salomæ* 466 e
Basuinus *filio suo Theodoro dæmoniaco liberationem obtinet, intercedente S. Mellono* 571 b
† Bathildis, *mater Theodorici III* 556 c
Bauto *comes Juthungos castigat* 119 b. *Transrhenanus genere* 119 c

Baylorum *familiæ sepulcrum* 277 b
† Beatricis, *V. Ursulanæ, caput donatum* 251 e f
Beatrix, *testis in causa B. Joannis Boni* 803 e
Bebii *labores de rebus S. Ursulæ* 76; *variat ejus sententia* 76 e
Becanus, *filius Bledini, ex monachis S. Fintani* 337 d
† Beda *absolvit Historiam ecclesiasticam* 136 c. *Ejus Martyrologii ratio; omissi fere omnes sancti Britanni et plerique Anglosaxones; quare præteritæ virgines Ursulanæ* 269 d e f, 270 a. Bedæ *nomine insignita Martyrologia quomodo sparsa maxime in Germaniæ regionibus* 272 c
Beghinæ *Parisiis* 323 b c d. Beghinasia *plura singulari cultu venerantur SS. Virgines Ursulanas* 289 e f
Bela II *seu* Cæcus, *rex Hungariæ, cultor reliquiarum eximius* 686 c, 690 f, 691 e
Belfortius (*Nicolaus*) *canonicus* 331 e f
† Belinus, *id est* S. Benignus 317 c
Belisarius *destruit Gotthorum regnum in Italia* 304 f
Bellafiore, *testis in causa B. Joannis Boni* 883 c
Bellanome, *testis in causa B. Joannis Boni* 799 f
Bellarmini *sententia de regula S. Augustini* 729 c
Bellavicina, *testis in causa B. Joannis Boni* 880 a
Belle (*J. B.*) *episcopus Mantuanus* 742 d
Bellina, *testis in causa B. Joannis Boni* 860 e
Bellina, *testis in causa B. Joannis Boni* 877 c
Bellina, *testis in causa B. Joannis Boni* 878 c
Bellina, *uxor Venturini, testis in causa B. Joannis Boni* 865 d
Benabbia, *testis in causa B. Joannis Boni* 883 b
Benaduci, *testis in causa B. Joannis Boni* 881 e
† Benedictæ, *M. Ursulanæ, festum* 276 a, 279 e
Benedictæ, *Ursulanæ abbatissæ, gesta* 230 e f
† Benedictus, *abbas Cassinensis, nutricem refugit* 399 d, 403 e; *sepultus Cassini ante altare* 391 d; *Cassinensium preces Deo offert* 401 b. Benedictina *regula non videtur initio servata Fontanellæ* 333 d. S. Benedicti *regulæ observatio et ipsum nomen aliquando oblivioni in Gallia et alibi tradita* 731 b; S. Benedicti *regula gravior Aquisgranensi* 226 e. *Inducitur in parthenonem Vilicensem* 226 c d. *Eam regulam an servarit S. Benedictus Maceracensis* 626 a. Benedictini *monachi vestibus albis usi Meldis sæculo* XI 309 a
† Benedictus *Anianensis num regulam S. Augustini viris accommodaverit* 729 d e
† Benedicti, *abbatis Maceracensis in Britannia Minori, gesta et cultus* 623 *et seqq.*
Benedicto IX *papæ adscripta bulla pro monasterio S. Victoris Massiliensi* 368 a b c; *an consecrarit ecclesiam S. Victoris* 368 b
Benedictus XIV *multa inquirit de processibus antiquis canonizationum earumque forma* 768 b c d
Bengevene, *testis in causa B. Joannis Boni* 811 e
Benedictus de Asinago, *Comensis* 418 f
Benghipace, *testis in causa B. Joannis Boni* 882 f
Benghivene, *testis in causa B. Joannis Boni* 863 c
† Bennivia *V. ficta* 245 c
Bentius *nec Cæsaraugustanus episcopus fuit, nec transtulit brachium S. Petri apostoli* 633 e f
Benvenutus (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 846 f
Benvenuta, *testis in causa B. Joannis Boni* 881 b
Benvenuta de Arlottis, *testis in causa B. Joannis Boni* 870 b
Benvenuta de Medulis, *testis in causa B. Joannis Boni* 805 b
Benvenutus, *Mantuanus, testis in causa B. Joannis Boni* 855 a
Benvenutus, *dictus Zacharias, testis in causa B. Joannis Boni* 883 a
Berberi (*Bartholomæus di*), *presbyter Parmensis* 410 f
Berelbinus, *Coloniensis civis* 220 f
† Berengariæ, *filiæ regis Hispaniæ, corpus Pragæ* 278 d
† Bergæ, *M. Ursulanæ, festum* 280 c
Bergonzius, *testis in causa B. Joannis Boni* 811 a
Bern, *seu* Biornus, *rex Suenonum* 393 f, 396 d. *Vide* Biornus.
Bernardinus Realinus *ad tribunal pœnitentiæ accedebat quotidie* 724 f
† Bernardus de Ubertis, *episcopus Parmensis* 409 c d. *Sepelit S. Bertholdum conversum* 410 f. *Solus extrahere potest ex demortui S. Bertholdi conversi manibus chartam quamdam* 413 c d
† Bernardus. *Vide* † Barnardus.
† Bernardus, *abbas, in Hispanias mittit B. Alanum* 4 e
Bernardus Maciciroski, *cardinalis et episcopus Cracoviensis* 293 f
Bernardus, *Halberstadiensis episcopus* 384 a b
Bernardus Guidonis *seu de Castro, episcopus Lodevensis* 445 a b c; *primus, ut videtur, scripto insurgit in Revelationes Schonaugienses* 82 b
Bernardi, *Paderbornensis episcopi, diploma quæstuarium* 231 d. *Donat monialibus Benedictinis S. Ursulæ sacellum in Wilbasen* 288 d e. *Concedit indulgentias per diœcesim circumferri a quæstoribus* 288 e f
Bernardus, *Portuensis et S. Rufinæ episcopus* 222 a
Bernardus de Saxonia, *suffraganeus Monasteriensis* 296 b
Bernardus, *Monasterii Majoris abbas, monachos mittit Meldas* 309 b
Bernardus, *filius naturalis Pippini regis Italiæ, rebellat contra Lotharium* 408 c f. *Cunegundis uxor; Pippinus filius* 408 f, 409 a
Berhelmus, *Sponheimensis abbas* 241 c
Berta, *S. Bertholdi conversi Parmensis mater* 410 a
Berta *monialis scribit S. Adelheidis suæ sociæ Vitam* 225 e
Berta, *uxor Joannini, testis in causa B. Joannis Boni* 876 e
Berta, *testis in causa B. Joannis Boni* 874 d
Berta, *testis in causa B. Joannis Boni* 882 b
Bertarus, *filius Peregrini de Cortecella nobilis Comensis* 419 e
Bertandus (*Joannes*) *commentitia quædam habet in Encomio trium Mariarum* 464 e f
† Bertholdus, *episcopus et martyr Rigensis* 4 c
† Bertholdi, *conversi Parmensis, gesta et cultus* 408 et seqq.
† Bertholdus, *immo S. Meinradus, Bertholdi filius, eremita* 2 b c
Bertholdus, *abbas Zwifultensis* 241 f
Bertholphus, *presbyter Coloniensis* 220 f
Bertoldus, *patriarcha Aquilejensis* 148 c
Bertramus, *canonicus Comensis, loco B. Guilielmi, episcopi Comensis, primum lapidem ponit canoniæ de Torello* 417 f
Beschefer, *canonici ecclesiæ Catalaunensis, notæ mss. in Galliam christianam, asservatæ in archivo dictæ ecclesiæ, ubi plura de S. Lupentio* 602 c d 603 b, 604 b c
Besselin (*Guillelmus*) *testatur se operam præstitisse in effodiendis SS. Matronarum corporibus* 469 c d e f
Bezecha, *monialis congregationis undecim millium virginum* 146 e; *insigne diploma* 224 f, 225 a b c
Biancha (*Maria*), *decana S. Alexandri Parmensis* 411 a
Bianchi (*Philippus*), *scriptor Bononiensis* 886 e

Biancolinus. *Vide* Epitaphium S. Verecundi.
Binterim (*Antonius*). *Ejus scriptum de virginibus Ursulanis* 144 b c d e f, 145
Biornus, *rex Sueciæ* 396 a b. *Vide* Bern.
Bianchi (*Jacobinus*), *testis in causa B. Joannis Boni* 812 c
Blanckenberg (*Joannes*), *monachus Veteris montis* 77 c
Blanconeus *gallice vertit chronicon Barezzii* 435 d
Blancus, *testis in causa B. Joannis Boni* 826 d
Blanpinius, *historicus Viconiensis* 247 d
Bleda, *rex Hunnorum* 121 e
Bledam *fratrem occidit Attila* 138 a
† Bobbilia, *V. ficta* 245 a
† Bobiliæ, *M. Ursulanæ, titulus fictus* 245 a; *festum* 280 e
Bodo, *comes Pyrmontanus et Corbejæ novæ abbas* 374 f
Boemundus II, *Trevirensis episcopus* 346 e, 347 b
Boemundi III, *principis Antiocheni, fata in Macedonia* 406 *a*
Boethii (*Hectoris*) *genealogiæ Scotiæ nullius pretii* 344 c d. *Vide* Hector.
Bogoris, *rex Bulgarorum, convertitur* 684 d; *fit monachus semel et iterum* 684 d e
Bonacursius, *frater pœnitentiæ ordinis B. Joannis Boni* 790 b c, 840 d
Boleslaus, *Bohemorum dux, favet anno* 976 *Henrico, duci Bavarorum* 225 f
Bollandus (*Joannes*) *symbolam confert ad Acta S. Ursulæ* 77 a
Bona *cardinalis probat ornatus inter sacrificandum fuisse adhibitos prioribus ecclesiæ sæculis* 450 c d e
Bona *dicta* Bonomia, *mater S. Joannis Boni* 693 c e, 694 a b c, 748 e f
Bona, *testis in causa B. Joannis Boni* 883 e
Bonafemina, *uxor Blanci, testis in causa B. Joannis Boni* 867 f
Bonæ mulieres *seu Beghinæ Parisiis* 523 b
Bonajuncta, *testis in causa B. Joannis Boni* 853 c
Bonapace, *testis in causa B. Joannis Boni* 874 f
Bonaventura, *eremita Augustinianus B. Joannem Bonum comitatur et ab eo sanatur* 696 b f
Bonaventura, *notarius in causa B. Joannis Boni* 797 c d
Bonaventura, *testis in causa B. Joannis Boni* 795 seq.
Bonaventura, *testis in causa B. Joannis Boni* 878 d
Bonaventura, *uxor Gualfredi, testis in causa B. Joannis Boni* 821 a
Bonaventura, *uxor Meliorini, testis in causa B. Joannis Boni* 875 f
† Bonifacii *papæ IV translatio* 5 a
† Bonifacius, *episcopus Lausanensis; miraculum in ligno S. Crucis apud moniales in Hoduno* 242 c d
† Bonifacii *nomen et titulus ficta* 244 d
Bonifacius *papa IX vetat ne Colonia efferantur reliquiæ* 251 c d. *Donat indulgentias confratribus B. Mariæ de Gratia Ulyssiponensibus* 423 d
Bonifasius VIII *antipapa mutat suum nomen* 178 d
Bonincuntrus (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 788 d
Bonincuntrus, *testis in causa B. Joannis Boni* 796 f
Boninsegna, *testis in causa B. Joannis Boni* 878 e f
Bonitus, *abbas Cassinensis, metu Langobardorum, Romam cum suis fugit, et monasterium ædificat juxta patriarchium Lateranense* 591 d
Bonjuga, *testis in causa B. Joannis Boni* 854 d
† Bonmercatum *ex zelo justitiæ occidunt lictores; martyr tamen habetur* 141 e f
Bonomorum *familia Mantuana. Ex ea an genitus sit S. Joannes Bonus* 693 e, 794 a b c d e f, 695 a
Bonta (*Paulus*) *ex ordine FF. Prædicatorum* 892 f
Bonvicinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 833 a
Bonvicinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 877 f
Bonus Joannes (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 784
Borgia (*Alexander*), *episcopus Firmanus* 525 d e
Borgia (*Joannes*) *in Lusitaniam fert reliquias Ursulanas* 253 f
Borilas, *rex Bulgariæ* 407 b
Boscovichius *S. J. auctor tabulæ geographicæ ditionis pontificiæ* 727 e
† Bosoës, *martyr Amoritanus* 359 f
Boson, *comes Provinciæ, restituit sua bona monasterio S. Victoris* 367 b
Bosonese, *testis in causa B. Joannis Boni* 859 a
Bossuetius, *historicus recentium hæresum, laudatur* 716 e
Boudot (*Paulus*), *episcopus Atrebatensis, visitat reliquias Viconienses* 585 b c
Bovius, *professus Cassinensis, dein abbas ac præses, denique episcopus Melphitanus vindicat sanctitatem et cultum S. Bertharii mart. adversus Sangermanenses quosdam* 667 d e f, 668 a b
Bovo I, *abbas Corbejæ Novæ* 375 d
Bovo II, *abbas Corbejæ Novæ* 375 d
Brachet (*Benedictus*), *congregationis S. Mauri superior generalis* 309 b
† Brandanus Mac Ualthe 339 e
Brandaglia (*Martinus Leonardus*), *episcopus Fesulanus transfert reliquias S. Donati* 633 d e et seq.
Brandulphus *presbyter scripsit testamentum S. Condedi* 337 b
Braun (*J. W. J.*) *de suo opere, quo martyrium Thebæorum vindicat, laudatur* 136 a b
Bregondius de Mendrizio, *frater B. Guilielmi, episcopi Comensis* 415 b
Bregondius, *filius fratris B. Guilielmi episcopi Comensis, et canonicus Comensis simulque præpositus ecclesiæ de Ugiate* 415 b
† Brendanus, *monachus Hibernus* 337 a
† Brendinus, *abbas Birrensis in Hibernia* 330 e
Brexana, *testis in causa B. Joannis Boni* 809 b
Brictinenses *eremitæ S. Augustini* 734 e, 735 a b, 738 d e
Brietius *scriptor. Ejus testimonium de sepulcro Vezeliacensi S. Mariæ Magdalenæ* 445 c d
† Brigida *apparet S. Donato ep. Fesulano* 638 b c
† Brigidæ, *M. Ursulanæ, festum* 275 d, 278 c, 279 b
Britones *primitus pascha eodem tempore celebrabant ac Romani* 329 e
† Britula, *ursulana martyr* 145 c, 146 f, 147 a d; *nomen verum et memoria in kalendariis* 257 e, 271 c, 275 d
Briz Martinez, *abbas S. Joannus de Penna, scripsit illius monasterii eruditam historiam* 268 c d. *Benignius loquitur de libro qui* canonica S. Petri de Taberna *dicitur* 635 d
Brockie (*Marianus*) *emendatur* 728 b d e, 731 a
Bruc (*Claudius de*), *monachus Rothonensis* 623 a
† Brun *idem ac S. Unnis, Hamburgensis archiepiscopus* 375 d
Brunichildis, *rea necati S. Lupentii M. plerisque habetur* 602 b c f. *Cointius aliter tenet* 603 a. *Vide* Innocentius. *Mala facinora* 610 b c d e; *videntur exaggerata* 611 e f
† Bruno, *coloniensis archiepiscopus* 377 d; *beneficus in monasterium sanctarum undecim millium virginum* 148 a; *ejus laudes et testamentum* 219 d

Bruno *de Altena, archiepiscopus Coloniensis* 221 a b
Bruno II *archiepiscopus Coloniensis* 213 c; *testatur de celebrato festo S. Cordubæ* 580 c d
Bruno, *abbas Dervensis monasterii in diœcesi Catalaunensi* 605 a b d; *ejus charta, quondam a Ducangio prædecessoribus nostris missa* ibid b c d
Brutus *primus rex dictus Britonum* 95 a; *ejusdem adventus fabulosus in Britanniam* 118 c d
Bucelini *insignes exaggerationes* 347 f, 548 a
Bucherius *S. J. presbyter laudatur* 77 f
Bulingen (*Justina de Lugffen*) *comitissa et abbatissa S. Ursulæ* 232 c d
Burchardus *episcopus Wirceburgensis* 384 a
Burchardi *errores de conciliis Erfordiensi et Altheimensi* 583 f, 584
Burchardus, *dux et nepos Hiltine, episcopi Augustani* 376 d
Burges, *monachus prope Nisibim* 62 a
Burgo (*Thomas de*) *ord. S. Dominici, dein episcopus Osoriensis in Hibernia, auctor Hiberniæ Dominicanæ* 631 f, 632 a b c

C

Cabasolla. *Vide* Philippus.
Cabassole (*Joannis*), *civis Arelatensis, testimonium de cultu SS. Matronis exhibito* 463 f
Cadalous, *Parmensis episcopus et antipapa* 409 f
Cadwallader, *rex Britonum* 95 a c, 96 f, 98 a
† Cælestini *nomen et titulus ficta* 243 f
Cælestinus III *confirmat quatuor præbendas Clementiæ, abbatissæ Ursulanæ* 230 c d; *approbat statutum Anselmi, episcopi Comensis* 416 b, *seu definitionem numeri canonicorum Comensium* 419 b
Cæsar (*C. Julius*). *Ejus bello cum Pompæo multa damna passa Alexandria* 25 a
Cæsarea, *uxor Conradi, testis in causa B. Joannis Boni* 862 c
Cæsarea, *uxor Ottobelli, testis in causa B. Joannis Boni* 862 c
† Cæsarii, *episcopi Boenuensis* (*Bononiensis?*) *nomen et titulus ficta* 244 b
† Cæsarius, *fabulosus episcopus Meldensis* 146 a
† Cæsarius, *episcopus Ursulanus* 91 e
† Cæsarius *M. Ursulanus reperitur* 87 c
† Cæsarii, *sodalis Ursulani, corpus transfertur Schonaugiam et festum agitur* 164 c d e
† Cæsarii, *M. Ursulani, festum* 280 c
Cæsarius, *Arelatensis episcopus, scripsit regulam monasticam inter primos in Occidente* 729 a
Cæsarius *dialogos scribit circa annum* 1222 230 e
Cafarellus (*Prosper*), *episcopus Asculanus* 889 e
Caffarellus (*Simplicius*), *abbas Cassinensis* 404 f
† Caji *papæ titulus falsus* 87 e f, 88 a b c d; *ubi sepultura vera* 88 c
† Cajus, *M. Nicomediensis. Vide* † Dasius.
Cajo *presbytero tributa Philosophumena* 103 d
Calepinus (*Ambrosius*) *ord. erem. S. Aug., scriptor Vitæ B. Joannis Boni, laudatur* 743 d e f, 746 a; *scripti occasio etc.*, ibid.; *emendatur* 751 et seqq.
Calenius. *Vide* Walterus.
† Calepodius, *martyr sub Alexandro imperatore* 7 e f
Caligulæ *imp. patria* 124 a
† Callistus *papa* 7 et seqq. *Male habitus in Philosophumenis* 103 d e. *Ejusdem papæ falsum corpus delatum ad S. Michaëlis ad Mosam monasterium* 315 b
† Callistus, *martyr Amoritanus* 359 f
Callistus II *non videtur canonizasse S. Bertholdum, conversum Parmensem* 411 d
Calojoannes, *qui et* Joannicius, *rex Bulgariæ. Ejus gesta et concordia cum ecclesia catholica* 407. *Vide* Joannes I.
Calviniani *dissipant reliquias sanctorum Lugdunenses* 71 d
Camber, *rex fabulosus Brittonum* 118 c d
Campbell (*Duncan*) *in honorem S. Mundi Scoti ecclesiam collegiatam exstruit* 342 a b
Cancellaria, *monialis, testis in causa B. Joannis Boni* 869 f, 871 b c
† Candidæ, *M. Ursulanæ, festum* 281 b. *Item alterius* 281 b
† Candidi, *socii S. Gereonis, reliquiæ et tituli ficta* 244 d; † Candidi *et Victoris translatio Walciodorum* 238 f
† Candidus *loco S. Condedi* 4 c
Canisius (*Petrus*), *S. J. presbyter, cultum SS. Virginum Ursulanarum Messanæ promovet* 232 c d. *Diploma generale obtinet ad efferendas Colonia sanctas reliquias* 233 c d e
Canisius (*Henricus*) *edidit martyrologium Rabani haud satis correctum* 447 b c
† Cannechus, *Hibernus* 334 f, 335 a 339 e
† Canoaldus *Meldensis* 306 d
Canutus Magnus, *rex Daniæ* 389 e
Capegravius *de Vita S. Melloni* 335 f, 336 a
Caracciolus (*Marinus*), *nuntius per Germaniam* 296 b
Caradocus *decessor dicitur Deonoti, patris S. Ursulæ* 157 c
Caradocus, *Cornubiæ dux* 207 e, 208
Caradoci *Lancabarnensis ætas et gesta* 95 b c
† Carasiæ *nomen et titulus ficta* 245 a
† Carismæ *nomen et titulus ficta* 244 f
† Carissæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 d, 279 e
Carlomannus, *qui et Pippinus, Caroli M. filius, dein rex Italiæ, ab Hadriano I baptizatus* 408 c
Carmelitis*ne accensendus S. Hilarion* 43 b c. *Ejus festum pridem agunt* 43 c d; Carmelitani *Comenses* 419 a. Carmelitæ. *Vide* Oraculum.
Carolus Simplex *rex adhuc dicitur anno* 922 147 f
Caroli *regis, forte Simplicis, donatio* 216 f
Carolus Calvus, *rex et imperator* 661 b
Carolus Magnus, *anno* 768 *Provinciæ rex* 371 c, 373 a; *patricius Romanorum, missos dominicos adhibuit ante capitulare anni* 802 371 a f, 372 a; *anno* 787 *iterum vincit Saxones* 377 f. *Ejus diplomatibus aliquot, assumpto imperio antiquioribus, adscripta est indictio* 363 f, 364 a. *Ejus victoria de Sarracenis* 364 e. *Ejusdem æquitas in Waiferii pristinos asseclas* 314 f, 315 a. *Ejus expeditio Hispanica et reditus* 311 b c. *Reliquias ex Oriente obtinet* 38 f; *dat Moyssiaco* 38 f; *teloneum dat monasterio S. Victoris* 366 b
Carolus V, *imperator, Mantuæ versatur* 741 a
Carolus IV, *rex Bohemiæ, donat Pragensi S. J. S. Clementis templo reliquias S. Ursulæ* 243 a
Caroli Martelli *mandatum de restituendis bonis monasterii S. Victoris Massiliensis* 371 c
Carolus IV, *Mantuæ dux* 744 a
Carretti (*Tullius*), *episcopus Casalensis* 743 c
† Carriarii *nomen et titulus ficta* 243 f
Carrière, *congregationis S. Sulpicii superior, laudatur* 307 b
† Carthagus. *Vide* † Mochuta.
Carthusiani *Argentoratenses quam operam impenderint promovendo cultui S. Ursulæ* 296 a b c d e
Casaloldi *seu* Casalodi *comites Mantuæ dominabantur tempore obitus B. Joannis Boni* 734 e; 735 a
Casella de Vico (*Joannes Aribertus et Guilielmus*) *Comenses* 419 e
Casimirus, *rex Poloniæ, antea Cluniacensis monachus* 368 b
Casimirus,

Casimirus, *filius Richezæ, Poloniæ reginæ, fugit ad Conradum imperatorem* 220 b
Casololdi *comites, Mantuæ domini* 696 a b
Casræus (*Petrus*) *S. J. presbyter* 293 *a*
Cassia. *Vide* Nicolaus.
† Casianus, *auctor monasterii S. Victoris Massiliensis* 365 c; *monachi quomodo desierint* 368 e
† Cassini *patriarchæ nomen et titulus ficta* 244 a
† Cassius, *episcopus in S. Sophia, Beneventi. An forte* Cassianus 450 b c
Cassola (*Simon*), *canonicus Parmensis et conservator monasterii S. Alexandri* 411 c
Castellanus *corrigitur* 304 b
Castellus (*Hippolytus*), *præfectus archivi ducalis Mantuani* 813 e, 837 d, 856 a, 885 e
Catharorum *nominis origo. Eorum errores et brevis historia* 716, 717
Catharina *Saxonica, uxor Erici Brunswicensis* 296 a
Catharina *Lotharingica, uxor Philippi comitis Nassaviæ et Sarræpontis* 350 a
Catharina, *priorissa S. Alexandri Parmensis* 411 a
Cathelo *comes, frater Piligrini, Coloniensis archiepiscopi* 220 b
Cavalchinus (*Albertus*) *fidei promotor* 147 c
Cavertoy (*Guilielmus*), *Scotus* 344 a
Catzraeus (*Petrus*) *S. J. presbyter* 77 d
† Cechardus, *episcopus Leonensis* 618 a b c d; *non videtur ejus nomen Langobardicum* ibid.
† Celinia, *virgo Meldensis* 4 c. *Vide* † Cilinia.
† Cendeboldi *regis nomen et titulus ficta* 244 a
Cerdic, *pirata Saxo, in Anglia* 111 b
Cernazai (*Petrus*) *J. C. Utinensis laudatur* 304 d, 694 d e, 720 b; *ejus pia mors* 886 d
Chararici *regis fata* 128 d
† Charcharberi *nomen et titulus ficta* 244 d e
† Chariton, *anachoreta in Syria ante S. Hilarionem* 36 b c
Chellacus *seu* Kellacus *filius Dimmæ Camcholl, regis Fothartorum* 337 e f, 338 a b d
Childebertus *rex dominatur Armoricæ* 110 f, 111 a
Childeberti, *filii Clodovei, tempore Britanni multi veniunt in Armoricam* 111 d
Childebertus *rex episcopatus donat in Armorica* 111 a
Childebertus *rex, filius Brunechildis, in adolescentia extinctus* 606 a b
Childericus I, *filius Merovei, rex Francorum* 306 e; *adhuc puer capitur ab Hunnis et a Wiomado recuperatur* 129 e
Childericus, *Theodorici III frater, occiditur* 353 a
† Chiliani, *M. Ursulani, festum* 278 c
Chillinus *seu* Killinus, *filius Dimmæ Camcholl, regis Fothartorum, S. Fintano educandus traditur* 337 e f, 338 d
Chnuba, Knutus, Cnuto, *idem qui* Hardecnutus 387 f, 389 a b. *Vide* Wurmius Hardecnutus.
Chonober, *Britanniæ comes, rebellat in Clotarium et occiditur* 111 d
Chiriarchus (*Jacobus*) *Cyprius brachium donat S. Hilarionis* 40 b; *ejus monumentum Venetiis* 40 b
Chramnus *rebellat in patrem Clotarium* 111 d
† Christantiæ *V. Ursulanæ reliquiæ* 248 e f, 249 a
† Christeta, *Eboræ patrona* 253 d
† Christiana *an ex comitatu S. Ursulæ* 278 b
Christianus, *testis in placito Dignensi* 371 e
† Christicolæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 d
† Christinæ *corpus retegit Joannes Nonilan* 250 d
† Christinæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 a e
Christophorus de Laude, *guardianus* 890 d
Christus, *Deus dictus in titulo Trevirensi*
Chrodegangus, *Metensis episcopus, monachis præscribit confessionem singulis hebdomadis instituendam, sæcularibus ter in anno* 723 e f
Chrysarius, *episcopus Aphroditi* 23 e
Chrysochir, *princeps Manichæorum Armeniæ sæculo* IX 716 f
† Ciara, *alias* Kiara, Kyaer, Chier, *sancta virgo hiberna* 335 e, 337 a
† Ciliniæ, *matris S. Remigii, gesta et cultus* 318 et seqq.
† Ciliniæ, *virginis Meldensis, gesta et cultus* 306 et seqq.
Ciliniæ. *nomen non Francis, sed Romanis in Gallia usitatum* 307 e
Cinolaibus. *Vide* Conomailus.
Civilis *rebellio* 133 d
† Claræ, *M. Ursulanæ, memoria* 277 e
† Claudius *martyr pro* Dasio 5 a
† Claudii *Spoletani nomen et titulus ficta* 243 e
Claudius, *episcopus Rangonius* 293 f
Claudius *imperator. Martyres sub eo* 2 a, 145 d
Clematius *restituit Coloniæ templum sanctarum Virginum* 161 f, 154 f, 156 a. *Dicitur erexisse Ursulanum templum in Officio, medio sæculo* IX *anteriori* 285 f. Clematii *titulus de restituta basilica Ursulana explicatur* 210, 211. *Ejus vetitum de non sepeliendis cadaveribus in æde Ursulana* 235 b
Clematii *nomen ab Orientalibus gestum* 156 a
† Clematii *alterius titulus fictus* 8 b c d, 243 e; *item alterius* 243 f
Clematii *duo videntur distinguendi S. Elisabethæ Schonaugiensi* 172 e f
† Clementis *nomen et titulus ficta* 242 d
† Clementis, *M. Ursulani, festum* 275 b c, 278 c
† Clementis, *sodalis Ursulani, reliquiæ* 171 c
† Clementis, *M. Ursulani, reliquiæ Olyssipone* 254 b
† Clementia, *Ursulana martyr* 147 a b c
† Clementiæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 d
† Clementiæ, *V. Ursulanæ, memoria in Officio ecclesiastico* 271 d, 275 d
Clementia *abbatissa S. Ursulæ* 248 e; *strenua sed sæcularis honestatis amans* 227 e f. *Ejus præcipua gesta* 229 e f, 230 a
Clemens VII *Lud. Alemandum Beatis annumerat* 464 b. *Vide* † Alemandus.
Clemens *papa VIII* 889 b; *unit canonicos de Torello clericis regularibus de Somascha* 418 e
Clemens *papa IX præcipit nomina communia dari martyribus anonymis* 238 a
Clemens papa X *prohibet ne quid auferatur ex reliquiis SS. Nunilonis et Alodiæ* 640 d e
Clementis XI *papæ decretum de festo S. Gundisalvi de Amarante* 422 e
Clemens papa XII *concedit indulgentias intuitu SS. Nunelonis et Alodiæ* 640 f, 641 a
† Cleomatæ *V. Ursulanæ reliquiæ* 248 e f, 249 a
Cleophas *frater S. Josephi* 456 d
† Cletus *S. Petri vicarius* 103 b
Clodion *inferiores sibi videtur habuisse reges* 129 a. *Auctoritatem exercet in Francos Transrhenanos* 129 a. *Venit in Belgium* 130 d. *Quam viam veniens Tornacum tenuerit* 129 f, 130 a. *Rex Francorum citra Rhenum* 128 c d. *Tornacum et Cameracum capit* 128 c. *Vincitur ab Aetio* 128 d
Clodoveus I *rex, truculentus in Chararicum regem* 128 d; *Nannetes obsidet* 108 c; *subditos habet Armoricanos* 108 d
Clodoveus III, *qui et Clotarius, patri Theodorico III successit, dum adhuc esset parvulus* 353 a
Clogion. *Vide* Clodion.

Clotarius, *filius Clodovei, terras concedit Riwallo, Britanniæ duci* 111 d
Cnuto. *Vide* Chnub *et* Wurmius Hardecnutus.
Cnutus Dana-ast, *Wurmii Hardecnuti filius* 588 a e. *An successerit Klackharaldo in Jutlandia* 588 e f
Cochet (*B. D.*) *eruditus antiquitatum Normannicarum et Neustriæ investigator* 561 d e f et seqq.
Coel, *dux Kærcolvin seu Colescestriæ, pater S. Helenæ* 210 d
Colganus, *hagiographus hibernus* 331 b c
Colinus (*Nicolaus*) *poeta Theotiscus seu Belgicus sæculi* XII 152 a
Colliargis (*Joannes de*), *episcopus Trojanensis, forte in* partibus infidelium 455 f, 456 a, 473 f, 475 e
† Colmanus, *episcopus Lindisfarnensis* 5 d e
Colomannus, *rex Hungariæ* 685 f
† Columba, *fundator monasterii Hiensis in Scotia; ejus mors* 526 c, 527 b; *prophetia de S. Fintano* 526 e f; *ab anno* 563 *ad annum* 597 *in Scotia habitavit* 527 d
† Columba, *patrona Conimbricensis* 255 b
† Columba Kille 533 e, 534 a, 539 e, 541 f; *ejus prophetia de S. Fintano* 536 a f, 537 a b; *ejus regula* 535 b
† Columbani *abbatis reliquiæ in Sithiu* 248 d. *Ejus discipulus Wandalinus* 345 f, 346 a
† Columbani *regula propagata in Gallia* 731 b. *Hanc regulam an servarit S. Benedictus Maceracensis* 626 a
Columbenses *monachi; vide* Hienses.
Columb-Crag, *clericus Hilernus et magister S. Fintani* 526 c, 527 e
† Columbinæ, *M. Ursulanæ, festum* 281 a b
Columna (*Agapitus de*), *episcopus Ulyssiponensis et cardinalis* 424 d
† Comgallus, *abbas Benchorensis* 527 f, 536 a b, 537 b, 541 e
Conallus *de genere Neill* 533 d, 534 d
Conannus, *dux Britonum* 104 e f
Conanus *Meriadocus Britanniæ regnum ambit* 207 d e f, 208 a. *Præficitur Britanniæ Armoricæ* 209 b. *Falso traditur Armoricæ rex constitutus a Maximo tyranno* 107 b
† Conchenna, *de Kill-Slebbe, in Hibernia* 533 b c
Conchenna, *soror S. Fintani* 533 b c, 534 e, 535 d, 541 f
Concordia, *testis in causa B. Joannis Boni* 854 e f
† Condedi, *presbyteri et eremitæ Fontanellensis in Normannia, vita et cultus* 551 et seqq.
Congallus *abbas Benchorensis* 533 f, 534 a; *ejus regula* 535 b
Conomailus *seu* Cinolaibus *subscribit testamento S. Condedi* 557 b
† Conradus, *Constantiensis in Germania episcopus* 377 d
Conradus, *Coloniensis archiepiscopus* 230 f, 231 a c e, 232 a, 249 d e, 280 c
Conradus, *rex Germaniæ, investiisse per baculum dicitur S. Unnim* 575 f; *adest conscribendo diplomati anni* 922 216 e
Conradus, *Pacificus rex Allemaniæ et Provinciæ* 366 d
Conradus *cæsar pacem init cum Canuto Magno* 389 e
Conradus *rex, beneficus in monasterium sanctarum undecim millium virginum* 147 *f*
Constans, *Constantini tyranni filius* 120 e
† Constantiæ, *M. Ursulanæ, inventio et festum* 278 b c d
† Constantiæ, *M. Ursulanæ, festum* 281 b
† Constantia, *martyr habita et simul deplorata* 9 a
Constantiæ *ex insula Cypro generum et filium oleo benedicto sanat S. Hilarion* 57 f; *mire affecta in beatum virum* 58 a
Constantini *Magni genus Britannicum* 208 d, 209 f. *Ejus in christianos favor adjuvat Libani incolarum conversionem* 20 d; *remunerat Majumitas ob susceptam fidem* 20 e; *testatur Britones olim cum ecclesia Romana Pascha celebrasse* 529 e; *paucis reservat jus dandi evectiones* 51 a b. *Vide* Scutarii.
† Constantinus, *martyr Amoritanus* 559 f
Constantinus Diogenes, *dux exercitus Basilii Bulgari* 405 f
Constantinus VI *seu Porphyrogeneta, dictus* Diogenes 690 c, 691 c
Constantinus, *tyrannus in Britannia* 120 e. *Irrumpit in Gallias et Hispanias* 120 e
Constantius *Chlorus invitus christianos in Galliis persequitur* 136 d
Constantius, *imp. Arianos episcopos exsules facit* 52 f; *extorquere conatur a S. Liberio papa S. Athanasii depositionis confirmationem* 136 c
Contarena (*Augustina*), *priorissa S. Catharinæ Venetiis* 40 a
† Convojon, *abbas Rothonensis* 624 a b. *Ejus reliquiæ combustæ* 624 e
Corbinus, *rachimburgius dominicus* 371 a e
† Corduæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 f
† Corduba *signatur in tabulis ecclesiæ Ariminensis; forte legendum* Cordula 431 f
† Cordula. *Tres hujus nominis recensentur virgines inter socias S. Ursulæ* 583 d e; *hinc disputatur ubi quiescat verum corpus* S. Cordulæ, *cujus festum agitur* 22 *Octobris* ibid. et seq. *Ejus passio cognita medio sæculo* XII 109 b. *Apparet B. Helentrudi* 80 d e, 162. *Ejus martyrium* 162, 165 a b. *Templum Coloniæ* 141 c; *inventio et festum* 275 f. *Altera inventio* 278 b d. *Corpus Osnabrugi* 250 f. *Reliquiæ Olyssipone* 254 b. *Vide* Viconia. † Cordulæ *titulus fictus* 244 f; *festum* 279 e f, 281 b; *ejus festum solutionis tempus* 221 b; *ejus festum Mediolani* 273 b. † Cordulam *colendam suadet Joannes Warwick* 295 e
† Corimii *cardinalis nomen et titulus ficta* 243 e
† Cornelius *papa synodum celebrat contra Novatianum* 523 c d; *ejus sepultura* 88 c
Cornelianus, *Syriæ præfectus, a Vologeso fugatus* 510 a d
† Coronæ, *M. Ursulanæ, caput translatum Weissemburgum* 240 f; *ejus festum* 279 e
Cortecella (*Bertarus et Peregrinus de*) 419 e
† Cosmæ et Damiani *passio signata die* XXII *Octobris in kalendario marmoreo Neapolitano* 430 d
Crane (*Joannes a*) *legatus cæsareus sacellum exstruit Coloniæ* 140 a; *plura monumenta excitat in Ursulana basilica* 213 d e f; *pius in S. Ursulam* 77 c e
Cranmal, *rex Lageniæ. Vide* Cruindmael.
† Craterus, *martyr Amoritanus* 559 f
Cremensis (*Augustinus*), *scriptor Vitæ B. Joannis Boni* 745 b c d; *de ejus accuratione et nævis* ibid.; *suam Vitam ex processibus apostolicis concinnavit* 768 b c; *quid in ea sit carpendum* ibid., 755 f
Crescentius (*Petrus Paulus*) *reliquiarum effossionem Romæ curat* 87 e
Crescentius (*Jacobus*), *abbas Nursinus, a reliquiarum effossoribus decipitur* 87 e f, 88
† Crispina, *martyr habita et simul deplorata* 9 a
† Crispinus *et* Crispinianus *auxiliantur Suessionibus, tentatis ab Attila* 125 f, 126 a
† Crispion, *monachus prope Bethleam* 22 a d
Crocus *vel* Croscus, *Wandalorum vel Alamannorum dux* 528 a b c d e, 532 d
Crombachii (*Hermanni*) *libri de S. Ursula origo, modus et fata explicantur* 74 e f, 75, 76

Cronius *videt S. Antonium cum ependyte* 31 d
Croscus. *Vide* Crocus.
Crov (*Wilhelmus de*) *et* (*Carolus de*) *inscripti Naviculæ Ursulanæ* 296 b
Cruim Grellam, *monachus hibernus* 333 e
Cruindmael *seu* Cranmal, *rex Lageniæ* 338 b c
Crumus *dux Bulgariam, Mœsiam et Daciam aggreditur* 684 b
Crunitergrella, *abbas hibernus* 334 e
Crusenius (*Nicolaus*) *emendatur* 734 f, 735 c
Crytagon, *qui et* Mortragon, Mutragon *et* Omortag, *rex Bulgarorum* 684 d
Cummiani *Hiberni epistola ad Segienum abbatem Hiensem de controversia paschali* 330 c d e f; *an abbas fuerit monasterii Durrogh* 331 f, 332 a
† Cunegundis *an ex comitatu S. Ursulæ* 278 b
Cunegundis, *uxor Bernardi regis Italiæ* 408 f; *condit Parmensem S. Alexandri parthenonem* 408 f, 409 a
† Cunera, *socia S. Ursulæ* 430 e. *Ejus Vita* 77 c; *reliquiæ et cultus in Batavia* 132 b; *memoria in Batavia superstes est invasioni Normannorum* 79 a b, 80 a; *festum et gesta* 278 a b, 281 e
† Cungarus, *eremita Anglus, natus Constantinopoli* 623 e
† Cuniberti *Vitæ ætas inquiritur* 212 d e f; *ejus gesta in basilica Ursulana* 212 b c d, 214 a. *Corporis sepultura et translatio* 212 e. *In templo Ursulano retigit S. Ursulæ corpus* 256 a b c d f, 257 a d e. *Dictus auctor historiæ S. Ursulæ* 75 e. *Ejus scrinium* 239 c. *Festum Coloniæ sæculo* IX 272 b
Cunigunda, *filia Canuti Magni, sponsa data Heinrico cæsari* 589 e
Cuno, *abbas Montis S. Disibodi* 241 e
Cuonanus *vel* Cuanu, *monachus hibernus* 337 e, 338 d
Cuperus (*Henricus*) *S. J. presbyter laudatur* 78 a
Cusanus. *Vide* Nicolaus.
Cynan, *dominus de Meirion* 106 f
Cynric, *pirata Saxo, in Anglia* 111 b c
† Cypriani *visiones, a nonnullis, dum viveret, ludibrio habitæ* 210 f, 211 a
† Cyriacus *papa abjectus* 82 d. *Ejus fabula examinatur* d e f, 100, 101, 102, 103, 104; *ejus nomen non occurrit in Legenda Capgravii* 146 a. *Idem visus ac S. Siricius Papebrochio* 112 d. *Fabulosum ejus corpus* 214 b; *festum, reliquiæ et alia quæ ad cultum spectant* 276 c d e f, 277 a b, 278 e; *titulus* 86 a, 243 c. † Cyriacus, *M. Ursulanus, haberi potest nomen commune* 238 b
† Cyricus. *Vide* S. Julitta.
† Cyrilli *Alexandrini cyclus paschalis; vide* Cyclus.
Cyrillus III, *prior generalis Carmelitarum, scripsisse dicitur Oraculum Angelicum* 43 c

D

Dado, *Virdunensis episcopus* 313 a, 317 f
Dagobertus, *rex Austrasiæ, Thuringiam Cisrhenanam visitat* 130 e
Dalborgus, *testis in causa B. Joannis Boni* 824 c d
† Damasus *papa cupit sepeliri in S. Sixti cœmiterio* 88 c. *Est Conimbricensis patronus* 233 b
† Dampnolet (*Saint*). *Vide* † Domnolenus *Lemovicensis*.
Dani *in Lageniam irruunt* 323 b
† Dariæ, *M. Ursulanæ, festum* 280 f
Darsonval (*Carolus*) *S. J. rector Collegii Argentinensis* 132 d
† Dasius *seu* Datius, *M. Puteolis celebratus* 12 a c d
† Dasius, *Zoticus et Cajus, MM. Nicomedienses* 11 c f, 12, 13, 14
Dauhn. *Vide* Agnes.
David (*Georgius*) *S. J., Moscuæ degens, hagiographis mittit plura ad sanctos Ruthenos spectantia* 490 e
Debora, *S. Ursulæ fabulosa soror, dicitur nuptias iniisse in Helgolandia* 292 a
Debar (*Ludovicus*) *cardinalis, episcopus primum Lingonensis, dein Catalaunensis* 608 f
Decimillæ *seu* Decumillæ *nomen* 144 d e
Delaitus, *testis in causa B. Joannis Boni* 807 f
Dempsterus, *scriptor Scotus* 332 d
Dempsterus (*Thomas*) *acriter reprehensus* 649 a. *Ejus fictiones historicæ* 332 d, 342 b
† Deodatæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 e
Deonotus, *qui et* Theonotus *et* Notus Deo, *pater S. Ursula. Vide* Dinotus, Theonotus, Dionotus *etc.*, 157 b, 158 d e, 282 e
Dernios mac Murrough, *seu* Darmitius, *rex Lageniæ* 325 b
† Desiderati *reliquiæ Claromontii* 72 f
Desguerrois (*Nicolaus*). *Ejus historia* S. Lupentii 603 f. *Confundit S. Lupentium et Lupianum* 611 c d
† Desiderius, *episcopus Lingonensis; ejus ætas* 527 d e f, 529 a; *res gestæ* 532 b c d; *martyrium* ibid. d e
† Desiderius, *martyr cultus Neapoli* 6 f, 7 a
† Desiderius *abbas Cassinensis* 397 f, 398 c d, 399 e, 403 b c, 404 f, 591 e f. *Vide* † Victor III papa.
Desiderius Caffarello, *abbas Cassinensis, recognoscit corpora SS. Simplicii et Constantini* 592 f, 593 a; *transfert ea in sacellum S. Bertharii ibid* b e
Diaccetus (*Angelus*), *episcopus Fesulanus ordinat officium proprium Sanctorum suæ ecclesiæ* 650 c d e, 654 e
Diana, *testis in causa B. Joannis Boni* 812 f
Diana, *testis in causa B. Joannis Boni* 868 b
† Diceus, *M. Nicææ* 14 c f, 15
Didacus Alvarus. *Vide* Alvarus.
Dieffenbach (*Laurentius*) *laudatur et refellitur* 118 c d
Dignæ, *feminæ Aquilejensis, facinus* 142 f, 143 a
Dignatius, *nomen in titulo* 171 b
Dignissimæ *titulus sepulcralis* 171 b
Dimma, *filius Aidi Croin, dux Fothartorum, S. Fintano locum concedit ad fundandum monasterium* 333 f, 336 d e, 337 a c, 338 b
Dimma Camcholl, *rex Fothartorum in Hibernia, diversus a Dimma, filio Aidi Croin* 337 c e f, 338 a e
Dinotus, *id est* Deonotus, *pater S. Ursulæ* 94 a; Dinot Mawr *dictus lingua britannica* 166 e. *Vide* Deonotus.
Diocletianus *Blemmyas in finibus Nubiæ collocat* 28 f, 29 a
Diocletiani *anno* 303 *persecutio incohatur* 136 d; *ejusdem servi domestici Nicomediæ obeunt martyrium* 13 e f. *Ejus edictum Nicomediense contra christianos* 13 e f
Diocletiano *imperatore, uno die cæduntur in Ægypto quadraginta quatuor millia martyrum* 238 a
Diocletiani *temporibus annectitur a quibusdam martyrium Ursulanum* 99 b
Diogenes *dictus Constantinus VI seu Porphyrogeneta* 690 c, 691 c
† Diogenia, *puella sexennis, martyr habita ob affixum vas* 9 a
† Diomedes, *M. Nicænus* 13 d

Dionocus,

Dionocus, *rex Cornubiæ, pater S. Ursulæ* 104 f
Dionotus, Dinoot, Dinooth, *rex Cornubiæ, pater dicitur S. Ursulæ* 139 a d; *rogatur a Maximo tyranno undecim millia virginum nobilium* 209 c. *Vide* Deonotus.
† Dionysius *papa baptizat multos, mox futuros martyres* 145 d. *Ejus sepultura* 88 c
† Dionysius *Parisiensis quo anno passus* 558 c d
Dionysii Exigui *cyclus paschalis; vide* Cyclus.
Dionysius Charax *seu* Periegetes. *Ejus ætas* 116 e
Disendaïs (*fr. Grecus de*), *testis in causa B. Joannis Boni* 842 c
† Diseus, *M. in Africa* 14 b e
† Disibodi *reliquiæ positæ in novo templo Montis S. Disibodi* 241 e
Dissa, *præpositus Coloniensis* 219 f
Dobellus, *prior provincialis eremitarum B. Joannis Boni, testis in ejus causa* 800 f
Docibilis, Docilis *Cajetanos in partes Saracenorum adducit* 677 f, 678 a b, 679 e
Dodechinus, *scriptor et abbas Montis S. Disibodi* 241 e
Doirne (*Daniel de*), *vir doctus et facundus, quondam parochus in Oosterhout Brabantiæ* 692 c
† Dominicus Loricatus 404 b
† Dominicus, *auctor FF. Prædicatorum, an Comum venerit* 418 f; *ejus FF. Prædicatores sub regula S. Augustini militant, licet ab eo nuncupati non sint* 729 f
Dominicus *cardinalis S. Clementis* 295 a
Dominicus Gallegentis, *testis in causa B. Joannis Boni* 807 f
Dominicus, *de Guastalla, testis in causa B. Joannis Boni* 805 f
† Domnoleni, *confessoris in agro Autissiodorensi, notitia et cultus* 324
† Domnolenus, *a Lemovicibus cultus, distinguendus a S. Domnoleno Autissiodorensi* 324 e f
† Donatella, *M. Puteolis* 15 d e
† Donatella, *ignota martyr* 4 b
Donatus, *episcopus Tanaramusorum castrorum, occiditur* 87 b c
† Dormientium (septem puerorum) *Ephesi memoria in Menæis et Menologio Basilii* 630 b
Dorothea *Veronensis, abbatissa S. Alexandri Parmensis* 411 a
† Dorothea *seu* Dorotheus, *M. Puteolis honoratus*
Dotellus (*frater*), *prior provincialis eremitarum B. Joannis Boni in Romandiola* 784 f
Dracontius, *episcopus Hermapoleos Parvæ* 23 b c
Dracontius *episcopus, exsul Thaubasti* 32 f
Dragoni (*Antonius*), *ejus historia ecclesiastica Cremonensis* 430 f, 431 a b c d; *ubi multa de commentitio S. Permerio* ibid.
Driel (*Nicolaus*), *secretarius Pighini, legati per Germaniam* 253 e
Drogon, *episcopus Massiliensis* 366 f, 367 a
Drogo *Mettensis episcopus* 379 e
Dubos *sententia de loco quo Hunni ingressi sunt Gallias expenditur* 123 a b
Dunamiolæ *titulus repertus Treviris* 86 e
Dune (*de*), *commendator hospitalariorum S. Joannis Hierosolymitani Coloniæ, contendit cum quadam canonica S. Ursulæ de corpore S. Cordulæ, filiæ Quirini* 585 d e f; *res miraculo dirimitur pro hospitalariis* 584 a b
† Dunstani *ordinatio* 3 a
Duplessius. *Descriptio superioris Normanniæ* 563 c d
Durandus (*Guilielmus*). *Rationale divinorum officiorum* 453 a, 460 f; *ejus testimonium* 471 a

E

Eberwinus, *biographus S. Wulfilaci* 3 c d e f
Ebbo, *Rhemensis archiepiscopus* 379 e, 381 d
Eberhardus, *Conradi I frater* 389 d
Eberus *seu* Everus, *Mindensis episcopus* 384 a b
Eberwinus, *abbas S. Martini Trevirensis, non vero Theologiensis* 343 d e
Eberwinus, *advocatus S. Petri Coloniensis* 216 b
† Ebizzo. *Vide* † Gebizo.
Eccellinus, *tyranus Paduæ et Veronæ* 813 f, 814 a; *Calepino* Hiezelinus 764 c
† Edibius, *episcopus Suessionensis* 455 d. *Ejus Vita* 125 e f. *Ipse auxiliatur Suessionibus, tentatis ab Attila* 125 f, 126 a
† Edimia *seu* Edinia. *Vide* † Cilinia.
Edmund, *qui et* Olavus, *filius Ringi, regis Suenonum* 393 f, 396 d
Ed Slani, *alias* Odo Clane, *filius regis Lageniæ, occiditur* 338 a c
Eduardus IV, *Angliæ rex, temporalibus spoliat Thomam Lyrt, episcopum S. Asaphi* 317 a
Eduardus, *Wallensis princeps, profugus in Lotharingiam* 317 a
Egbertus, *Trevirorum archiepiscopus* 3 f, 148 d
Egilmarus *Osnabrugensis episcopus* 381 d
Egbertus, *SS. Cassii et Florentii canonicus et dein abbas Schonaugiæ in diœcesi Trevirensi* 163 e; *S. Elisabethæ Schonaugiensis frater* 101 d; *suæ sororis revelationes latine vertit* 82 a, 83 e
Eilbertus *presbyter monasterium exstruit in Helgolandia* 291 d e
† Elasius *martyr pro S. Dasio* 5 a
Eleonora, *Joannis II regis Lusitaniæ uxor, corpus Ursulanum obtinet* 280 a
† Eleutherius *pontifex Romanus procurat conversionem Britannorum* 78 e f; *omissus in catalogis* 103 a
† Elias *an princeps eremitarum* 35 c
Elisæ, *abbatissæ Ursulanæ, gesta* 230 f, 231 a b c d e f, 232 a b
† Elisabetha, *Thuringiæ ducissa, codicem liturgicum dat capitulo Forojuliensi* 42 d, 148 c
† Elisabetha, *regina Portugalliæ, Conimbricensis patrona* 233 b. *Prodigium* 256 c
† Elisabeth, *monialis Schonaugiensis* 79 f; *increpatoria ejus epistola ad Gepam abbatissam et canonissas S. Ursulæ* 229 c d; *ejus pietas in sanctas Virgines Ursulanas* 298 f, 299 a b; *ejus revelationes* 76 e; *eædem excutiuntur et rejiciuntur* 81 f, 82, 83; *eædem revelationes recitantur* 165 et seqq. † Elisabetha *confirmat ut verum S. Ursulæ falsum corpus* 256 e. *Indicata a B. Hermanno Steinfeldensi* 185 d
Elisabetha, *abbatissa Ursulana* 232 b c
Elisabetha, *abbatissa SS. Machabæorum Coloniæ* 249 d
Elisabetha, *filia Sancii, regis Castellæ* 251 b
Elitzes, *Moglenorum princeps* 406 a
† Elphegus, *martyr Cantuariæ olim cultus. Recte martyr dicitur, quamvis non fidei confessionis causa occisus* 692 f
Elpidius, *prætorio præfectus,* 47 a b, 49 a. *Invisit S. Antonium,* 47 a; *in eum iniquus est Ammianus Marcellinus* 49 a
† Emerentianæ, *sodalis Ursulanæ, corpus Schonaugiam translatum* 168 d e, 171 d
Emery, *congregationis S. Sulpicii superior, laudatur* 307 b
Emicho *abbas* 5 d
Emundus. *Vide* Anundus.
† Encrates, *martyr ignotus* 4 d
† Engelbertus,

† Engelbertus, *Coloniensis archiepiscopus, litem habet cum capitulo Ursulano* 230 e; *ille idem, dirimit litem de agro Ursulano, agitatam inter canonissas Ursulanas et moniales Machabæiticas* 235 c d
Engelbertus, *episcopus Osnabrugensis* 289 b c
Engelhusius *a Leibnitzio corrigitur* 226 d
† Engelmarus *Armenus, qui floruit in diœcesi Passaviensi* 623 e
† Engratia, *V. Lusitana* 254 c
Entius, *Friderici II imperatoris filius* 848 c
Escarichus, *rex Alanorum, movet contra Armoricanos* 107 e
Ephratas, *Coloniensis episcopus, depositus a S. Servatio* 173 b
† Epimachi *et Gordiani reliquiæ Zwifati* 242 a
† Epiphanius, *S. Hilarionis discipulus* 34 b; *psallendi ratio* 34 b c. *Ejus monastici mores laudati* 37 d e. *Ejusdem cum S. Hilarione commercium* 29 b c d e f. *An S. Hilarion juverit ejus ad episcopatum promotionem* 29 d. *Ei episcopatum prædixit S. Hilarion* 41 a. *Scripto celebrat S. Hilarionem* 16 b, 17 c d
Eppa. *Vide* Joannes.
Eppoci *titulus* 87 a
Erasmus *corrigitur* 66 d
† Erembertus, *episcopus Tolosanus* 331 f, 332 a, 334 b d, 337 e
Eremitarum *S. Augustini in Italia ante annum 1256 tres congregationes* 732 a
Erica Christina *de Manderscheidt, abbatissa S. Ursulæ* 232 d
Ericus, *Hordalandiæ princeps* 387 e
Ericus, *Upsalensium plene dominus* 387 e
Ericus Emudsson, *rex Sueciæ* 396 a
Ericus, *dux Brunswicensis* 296 a
Ericus. *Vide* Herich.
Erimfridus, *præpositus Coloniæ* 225 c
Eripii, *presbyteri Vasionensis, titulus* 305 c
Erkenbaldus, *Eichstettensis episcopus* 381 d
Ermengaudus, *episcopus et abbas S. Michaelis ad Mosam* 310 b c d e f, 311 e, 312 b c, 314 b c d
Ermensendis, *comitissa Namurcensis et Floreffiæ fundatrix* 241 c
Ernault, *scriba capituli Rothonensis* 625 a
† Ernestus, *abbas Zwifaltensis et martyr* 241 f
† Essentiæ *nomen et titulus ficta* 244 e
† Essentiæ *alterius nomen et titulus ficta* 245 a
Evagrius, *Antiochenus episcopus* 16 c. *Ei convivit S. Hieronymus* 60 f
Eudo. *Vide* Odoinus.
Eudoxia, *Theodosii junioris conjux, Hierosolymam petit et condit S. Stephani templum* 360 a
Evergerus *vicedominus, dein archiepiscopus Coloniensis* 219 f
† Evergisi, *archiepiscopi Agrippinensis, titulus fictus* 245 f
Everstein (*Otto de*) *comes* 232 b
† Eugenius *seu* Aon, *primus apud Syros monachus* 56 b
† Eugenii, *martyris et primi episcopi Toletani, titulus examinatur* 89 f
Eugenius, *Martini papæ vicarius* 103 b
Eugeniæ *titulus repertus Treviris* 86 c
† Eulaliæ *basilica Emeritæ non videtur fuisse monasterium sive Benedictinum sive Augustinianum* 597 f, 598 a b c d. *Ipsa sancta duodennis martyrio coronata* 600 c
† Eulogius, *presbyter Cordubensis, electus episcopus martyr*, 626 b c; *auctor egregius Memorialis Sanctorum* ibid e f.
† Euphemiæ, *M. Chalcedonensis, corpus in Sorbonensi templo* 290 a
Euphemiæ, *Ursulanæ abbatissæ, gesta* 230 e; *ejus visiones* 249 a b
† Euphrosynæ *nomen et titulus ficta* 244 f
† Euphrosynæ, *V. Ursulanæ, festum* 278 e f
Euricus *rex Gotthorum* 311 a; *stimulatur contra Britannos Ligeritanos* 109 b e
† Eusebii *papæ sepultura* 88 c
† Eusebius, *martyr Hadrianopoli* 5 f
† Eusebius, *martyr Gazæ* 25 c
† Eusebii *Parmensis nomen et titulus ficta* 244 a
† Eusebii, *M. Ursulani, festum* 280 e
Eusebii Cæsariensis *cyclus paschalis; vide* Cyclus. *Librorum ejus versio Rufiniana et Hieronymiana infidelis* 97 c. *Perperam a Valesio reprehensus* 438 a
Eusebius, *Nilopolitanus episcopus* 23 f
† Eusebius, *Vercellensis episcopus, vitam clericalem cum monastica jungit* 729 a
Eusebius, *decanus Parmensis* 411 c
Eusebius, *monachus prope Antiochiam* 64 a
Eusebius, *monachus prope Nisibim* 62 a
Eusebii *titulus, Treviris repertus* 86 e
Eustachius (*Joannes*), *abbas Nizellensis* 474 d. *Variis in locis præfuit* 476 d e. *Num historiam inventionis SS. Matronarum rythmice recitaverit* ib. e
† Eutropii, *Sanctonensis episcopi, titulus* 90 a
† Eutyches, *socius S. Januarii* 4 b; *martyr Puteolis* 15 d e
† Eutychianus *papa jubet martyres dalmaticis vestiri* 139 c; *ejus titulus* 90 b
† Eutychius, *martyr in Africa* 14 b e
† Eutychius, *martyr Nicomediæ* 12 a
† Eutychii *Barensis nomen et titulus ficta* 244 b
Eutychius, *episcopus Constantinopolitanus, propria auctoritate præsidet synodo quintæ* 477 f
Euthymius, *patriarcha Ternobensis, auctor Vitæ S. Joannis Rylensis et S. Parascevæ, quando vixerit* 683 e f
Euthymius *abbas* 37 e
† Euthymii *abbatis dicta de pueris habitantibus cum monachis* 688 d
† Ewaldorum *reliquiæ donatæ S. Norberto* 241 b
Euxenianus, *vir M. Aurelio imp. carus, disputat cum S. Abercio de Deo justo et bono* 502 a b c d
Exitiosi *episcopi titulus repertus Tuneti* 87 b
Exsuperantius *Pictavus subjicere tentat Armoricam* 107 d

F

† Fabarii *nomen et titulus ficta* 244 d
Faber (*Felix*) *Ord. Præd. insignis sæculo* XV *per Orientem viator* 25 e, 46 c d
Faber (*Petrus*), *S. J. presbyter, plurimum confert ad augendum SS. Virginum Ursulanarum cultum* 252 a b c; *auctor cultus Lusitanorum in S. Ursulam* 290 c
† Fabiani *papæ sepultura* 88 c; *titulus* 90 a b
Faccinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 803 d
Faillon (*R. D.*) *auctor monumentorum ineditorum de apostolatu SS. Lazari, Mariæ Magdalenæ etc., in Provincia* 446 b c; *in lucem dedit Vitam S. Mariæ Magd. tributam Rabano Mauro* ibid. d e f, 447, 448. *Variis argumentis erudite tuetur Provincialium traditionem* 449-452. *Asserit corpora SS. Mariæ Jacobi et Salomæ quiescere in oppido S. Mariæ de Mari* 452 e d f, 453, 454 f
Falken, *Corbejensium Traditionum editoris, quæ fides* 574 e, 575 b c
Falkenstein. *Agnes de Dauhn, comitissa et abbatissa S. Ursulæ* 232 c

Fallue (*Leo*), *historiographus ecclesiæ Rothomagensis* 561 d
Fantaguzzorum *gens Cæsenæ* 775 f
† Fara *Meldensis* 306 d
† Faragiæ *nomen et titulus ficta* 245 a
† Faraninæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 e
† Faravicis *nomen et titulus ficta* 244 d
Farin *scriptor Rothomagensis* 561 c et seqq.
† Faro *Meldensis* 306 d
Favianus, *testis in causa B. Joannis Boni* 856 f
Faustina Augusta, *pessima mulier, filiæ suæ Lucillæ dæmoniacæ liberationem obtinet, accersito S. Abercio* 507 b c, 508 d e f
Fedelmi *vel* Fethelin, Fedhelim, *mater S. Fintani* 533 d, 534 d e, 541 e
Fedelmia, *mater S. Fintani* 528 a
Fedhelim, *vide* Fedelmi.
† Felicitatis, *M. Ursulanæ, festum* 276 a
† Felicis I *papæ sepultura* 88 c
† Felix, *episcopus Nannetensis, laudatur de cohibitis Britannis* 110 d e
† Felicis, *M. Ursulani, festum* 277 c
Felix II, *S. Liberii vicarius* 103 b
Felix, *Arelatensis archiepiscopus* 564 e
Felix I, *episcopus Catalaunensis* 605 f
Felix V (*Amedeus Sabaudus*), *antipapa* 464 a b
† Femelleæ *nomen et titulus ficta* 245 a
Ferdinandus *Bavarus, Coloniensis archiepiscopus, pientissimus in S. Ursulam. Aliæ ejus laudes* 287 c d e
Ferdinandus a Leiva *seu* Liva, *ord. seraphici* 434 e
Feronia, *testis in causa B. Joannis Boni* 873 a
Ferrerius (*Antonius*), *episc. Arausicensis* 473 f, 475 d
† Festus, *martyr Neapoli aut Beneventi, socius S. Januarii,* 4 b, 6 f, 7 a, 14 b c, 15 a e, 430 f
Fethelin; *vide* Fedelmi.
† Fidei *caput translatum Weissemburgum* 240 f
Figinus (*Stephanus*), *S. Pauli basilicæ romanæ primas* 87 e
Filell Nuannaich; *vide* Sinell.
† Finanus, *episcopus Lindisfarnensis* 5 d
Finetti *S. J. orationem panegyricam habuit in laudem B. Joannis Boni* 746 d
† Finnianus *Clonardensis* 537 a
† Fintani *sive Munnu, abbatis Teachmunnensis in Hibernia, Acta* 525 et seqq.
Fiorati, *canonicus* 742 c
† Firmini *cardinalis nomen et titulus ficta* 243 e
† Flavinii *Romanensis nomen et titulus ficta* 244 d
Flavius Contantinus, *pater Valentiniani III, beneficus in Lateranensem basilicam* 211 b; *ejus uxores Placidia et Padusia* 211 b
Fleyen (*Hermannus*), *canonicus S. Ursulæ Baronium sequitur in historia S. Ursulæ* 98 e; *abjicit revelationes Schonaugienses* 82 d
† Flora, *socia S. Ursulæ* 431 f
† Floræ, *M. Ursulanæ, festum* 281 b
† Florentiæ, *V. Ursulanæ, festum* 278 e f
† Florentinæ, *sodalis Ursulanæ, brachium* 171 b
† Florentinæ *nomen et titulus ficta* 244 e
† Florentinæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 c e
† Florinæ, *M. Ursulanæ, festum* 281 b
† Florentii, *socii S. Gereonis, titulus et reliquiæ ficta* 244 d
† Floretæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 e
Florianus *magister, Conventualis Bononiensis* 890 c
† Florianæ *Ursulanæ titulus* 86 c
† Florianæ *nomen et titulus ficta* 244 f
† Florianæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 a
† Florina *et* Valeria, *sociæ S. Ursulæ, Lingonis* 455 b
Flori *Martyrologii ratio : quare in eo præteritæ virgines Ursulanæ* 270 b c
† Focati *nomen et titulus ficta* 245 f
† Fociferi *nomen et titulus ficta* 244 b
† Foilani, *episcopi Lucensis et martyris Ursulani, titulus* 86 b; *nomen et titulus ficta* 243 d; *festum* 280 f. *Ejus vindiciæ a Lucensibus susceptæ* 280 f, 281 a. S. Foilanus, *M. Ursulanus, haberi potest nomen commune* 258 b
Foix (*de*). *Vide* Fuxo.
Folchardus *an pater S. Unnis* 575 b
† Formosæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 d, 279 c
Formosus *papa donat Augiensibus caput S. Georgii* 270 e
† Fortunata, *patrona Herisiensis* 81 a
† Fortunata *martyr, forte ex agmine Ursulano* 431 f
† Fortunatus *Pictaviensis unde excerpsit suam S. Remigii Remensis Vitam* 318 b c
Francia, *testis in causa B. Joannis Boni* 800 a
† Franciscus *Assisias an umquam fuerit eremita Augustinianus* 696 d e, 701 d e f, 702, 705; *quoties sacram communionem præscriberet* 702 f. *Ejus festum Aquilejæ* 275 a
† Franciscus Borgia *ad tribunal pœnitentiæ accedebat bis quotidie* 724 f
Franciscus Guilielmus de Wartenberg, *episcopus Osnabrugensis* 281 c
Franciscus Placentius, *Ord. Min., episcopus Tiberiadis, consecrat Sorbonense templum* 289 f
Franciscus I, *Galliæ rex* 889 b
Franciscus Samson *seu* Nanius *de Senis, minister generalis FF. Minorum* 890 f
Franciscus de Argenta, *minister provincialis FF. Minorum Bononiensis* 890 e f
Franciscus Pisani, *magister conventus FF. Minorum Venetiis* 893 b
Franciscus a Valentia, *ex ordine Seraphico* 434 e
Frati (*Ludovicus*) *illustrat kalendarium buxeum* 237 c, 306 b
Fredegarii *fragmenta quanti meriti esse videantur* 130 a b
Fredericus I, *Coloniensis archiepiscopus* 220 e, 240 f. *Aditur a S. Norberto* 241 a b. *Vide* Fridericus.
Fredericus *imperator anno* 1180 *donat Philippo, archiepiscopo Coloniensi, ducatum Westphaliæ et Angariæ* 232 e
Fredericus II; *ejus nuntii et vicarii Cæsenæ et in Romandiola* 718 f
Fredericus, *Henrici VI filius, eligitur imperator et in Italiam pergit* 417 b
Fredericus III, *Saxoniæ dux, instituendam curat Naviculam S. Ursulæ Brunensem pro salute novi imperatoris* 294 b e f
Frederundis, *monialis et dein abbatissæ Ursulanæ, gesta* 250 f; *singularis eventus* 248 e f, 249 a
Frethericus, *Cobbonis filius* 217 e
Fridericus I, *Coloniensis archiepiscopus* 228 d; *adhæret Henrico V imp. contra patrem Henricum IV* 238 d. *Vide* Fredericus.
Fridericus II *Coloniensis archiepiscopus* 243 b
Fridericus *Barbarossa anno* 1160 *schismati implexus* 222 a
Fridericus II, *imperator, a Gregorio IX et Innocentio IV excommunicatus* 718 e; *in eum ejusque sequaces invehitur B. Joannes Bonus* 718 b, 719 a; *de quatuor sceleribus accusatur ab Innocentio IV* 719 a b; *ipse et ejus sequaces dicuntur maledicti a B. Joanne Bono* 850 a. *Alia* 817 b c, 829 f
Friderinis, *abbatissa Ursulana* 232 b
† Frigiæ,

† Frigiæ, *M. Ursulanæ, festum* 280 e
† Fronton, *sæculo* II *Nitriæ monachus* 36 a
Frotgarius, *episcopus Tullensis* 92 b
Frotho *rex regnat in Jutia et a S. Unni baptizatur et episcopos consecrari curat* 590 c d
Frumaldus, *anno* 1157 *archidiaconus Atrebatensis, dein episcopus* 247 f
Fuar (*Lucas de la*), *Observans Parmensis* 410 f
Fulcherius, *abbas Rothonensis in Britannia Minori* 624 c
† Fulco, *Scotus, episcopus Papiensis* 694 f
† Fulgentius, *Ruspensis episcopus, plura fundavit sæculo* VI *monasteria, non tamen sub regula S. Augustini* 598 f, 599 a b
Fulvadus, *clericus S. Moderamni et itineris comes* 620 f
Fuocardi (*Franciscus Antonius*), *conventualis Niciensis* 893 e
Fuxo (*Petrus de*), *cardinalis legatus, præest solemni elevationi corporum SS. Mariæ Jacobi et Salomæ* 456 c et seqq. — *Vitæ compendium* 458 c d e f. — *Epitaphium* ibid. f. *Pronuntiat dicta corpora jacere in Villa de Mari* 471 b c d e *et esse elevanda* ibid. f, 472 a b. — *Quæ etiam theca includit* 472 d e f, *et jubet confici instrumentum* 473 a b

G

† Gabini, *fratris S. Caji papæ, reliquiæ* 88 b
Gaine, *Gotthus, Theodosio auxilio est; dein deficit* 121 b c. *Vide* Guanius.
Gaiferius *nobilis Cæsenas* 703 c
Gaiferius *nobilis Cæsenas* 736 a
Gaiferius *nobilis Cæsenas, testis in causa B. Joannis Boni* 836 c
Gajus, *Parætonii episcopus, laudatur* 27 a
Gaji *nomen et titulus ficta* 244 d
† Gajus *M.* † *Vide* Cajus.
Galen (*Christophorus Bernardus von*), *episcopus Monasteriensis et abbas Corbejæ Novæ* 375 d
Galerius *persecutionis incentor* 13 e f
Galerii *nova edicta* 20 b
Galesinius (*Petrus*). *Ejus Martyrologium* 42 b
Galetius, *parochus in Cempans, docte explicat fabulosum Britonum in Armoricam adventum* 106 d e
Galfredi *Monumetensis gesta et scripta inquiruntur* 94 e f, 95, 96; *mendacii incusatus* 75 b; *libros ejus legisse videtur B. Hermannus Steinfeldensis* 201 e. *Passio S. Ursulæ ex ejus Historia Britonum excerpta* 207 et seqq.
Gallandius *de ætate librorum Salviani corrigitur* 135 d
Gallienus *imp. filio Salonino Coloniam assignat in sedem* 134 a
† Galli *reliquiæ Claromontii* 73 f, 73 d
† Galli *festum Aquilejæ* 273 a
Gallus, *primicerius Bergomensis, judex apostolicus in causa Comensis* 415 d
Gandulfinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 810 e
† Garibus *seu* Garibbus (*Hieronymus*). *Vide* † Hieronymus.
Garibus (*Archangelus*), *minister Observantum provinciæ Genuensi* 893 d
Garibus (*Joannes Andreas*) *plura legat pro annuo festo B. Hieronymi Garibi* 894 b
Garibus (*Joannes Michaël*), *pius in B. Hieronymum Garibum* 894 a b
† Gaton. *Vide* † Agathon.
† Gaudentii *translatio Novariæ* 429 a
† Gaugerici, *M. Ursulani, festum* 279 e
Gaunus *rex Hunnorum* 104 f, 112 f
Gazanus, Zananus *seu* Zazanus, *S. Hilarionis comes* 27 a. *Vide* Zananus.
Gazari. *Vide* Cathari.
† Gebizonis, *monachi Cassinensis, cultus et gesta* 397 et seqq.
Gedeon *rachimburgius dominicus* 371 a e
Geisericus, *rex Vandalorum, excitat Attilam in Vesigotthos* 122 a b. *Vide* Gensericus.
Gemma, *testis in causa B. Joannis Boni* 804 f
Gelenius (*Ægidius*) *operam confert ad Acta S. Ursulæ* 77 c
Geltruda *seu* Gertruda *mater S. Elisabethæ* 148 c. *Alia Trevirensis sæculi* X *homonyma* 148 c d
† Genesii *Anconensis nomen et titulus ficta* 243 f
† Genovefa *egregia consilia dat de Hunnis* 138 c; *liberat Parisios* 126 a; *gesta ejus cum S. Celinia* 306 e f, 307 a b c
Genserici *regis benevolentiam ambit Attila* 129 a. *Vide* Geisericus.
† Georgii, *M. Cordubensis, festum male notatum* 271 b
† Georgii *caput in insulam Augiam translatum* 270 e
† Georgii, *Joannis et Juliani, a Sarracenis occisorum, acta et cultus* 358 et seq.
Georgius, *marchio Brandeburgensis* 296 a
Georgius, *cardinalis S. Mariæ trans Tiberim* 295 a
Georgius, *presbyter Cassinensis, laudatur* 402 b. *Alter, illius patruus* 402 e
Georgius, *Armenus, fatetur a se codicem Haicanum primum interpolatum, sed dein fideliter exhibitum* 480 c d, 481 a
Georgius, *patriarcha Arianus Alexandrinus* 24 d e. *Mense Augusti anni* 362 *occiditur* 25 c
Gepæ *duæ sibi succedunt in abbatiali solio S. Ursulæ* 228 e
Gepa *abbatissa S. Ursulæ* 221 b e f, 222 b d, 227 d
Gepa *de Dassel, Reinaldi Coloniensis archiepiscopi soror et abbatissa S. Ursulæ* 228 f, 229; *lis de agro Ursulano* 232 e f, 233
† Gerardus, *episcopus Tulli* 2 f
† Gerardus, *abbas Fontanellensis* 354 a b
† Gerardus, *patronus Braccarensis* 255 a
Gerardus de Sessa, *cardinalis et episcopus Novariensis, legatur in Longobardiam, qui Othonis IV excommunicationem observari jubeat* 417 b
Gerardus, *Moguntinus archiepiscopus* 232 a b
Gerardus, *abbas Viconiensis, transfert anno* 1157 *reliquias Ursulanas et alias* 247 d e, 248 a b c
Gerardus, *comes et judex Coloniæ sæculo* XI 221 a
† Gerasinæ *nomen et titulus ficta* 244 f
† Gerasinæ, *M. Ursulanæ, festum* 275 e
Gerbardus, *comes Coloniæ* 225 c
Gerbirga, *S. Adelheidis mater* 226 a
† Gereonis *martyrium insigniter confirmatum* 156 a b; *ipsius et sociorum reliquiæ* 85 f; *reliquiæ donatæ S. Norberto* 241 b; *reliquiæ et tituli ficta* 244 d; † Gereonis *pictura Coloniæ* 292 d; † Gereon *servat ab hostibus Coloniam* 280 d. *Ejus festum sæculo* IX *non actum in templo cathedrali Coloniensi* 272 b; *festum Aquilejæ* 273 a
Gerhardus, *abbas S. Pantaleonis Coloniensis* 221 d
Gerhardus, *comes de Juleche* 221 d
Gerlaci, *abbatis Tuitiensis, tempore inventa corpora Ursulana* 243 f, 244 e; *ipse laudatur; promovet effossionem corporum Ursulanorum* 243 b, 243 e; *decipitur a fossoribus reliquiarum Ursulanarum* 85 c, 87 c d; *transfert falsum S. Ursulæ corpus* 236 d e; *donat corpus S. Verenæ Schonaugiensibus* 164 c d, 166 a; *donat Balduino, comiti Hainoniensi, S. Karissæ corpus* 247 e; *post alia viconiensibus* 248

† Germana

† Germana *V. et M. passa cum S. Ursula* 431 f
† Germanus *Autissiodorensis servat Armoricanos* 107 e f
† Germanus *Parisiensis reliquias quærit in Oriente* 38 b
Gerontius *custodit Pyrenæos* 120 e; *transrhenanos barbaros allicit in Gallias* 120 e
Gerricus *fundat Gerritzheimense monasterium* 215 f
Gertruda. *Vide* Geltruda.
† Gertrudis, *virginis Ursulanæ, corpus obtinet B. Hermannus Josephus* 30 d e
† Gertrudis, *V. Ursulanæ, reliquiæ* 91 f
Gertrudis, *monialis Coloniensis, sanatio mirabilis* 279 e
Gertrudiani *kalendarii ætas* 148 c
Gervasius Tilburiensis *agit de ecclesia sanctæ Mariæ de Mari* 452 f, 453 a b, 457 b, 460 f; *prælegitur ejus testimonium* 470 e f
Gervinus, *abbas Centulensis, multas confessiones excipere solitus in quodam conclavi* 724 c
Gervoldus, *Fontanellensis abbas* 352 b
Gesualdus (*Philippus*) *minister generalis FF. Minorum* 893 d
Ghisla, *uxor Hermanni, testis in causa B. Joannis Boni* 869 c
Ghisla, *testis in causa B. Joannis Boni* 881 a
† Gibriani *reliquiæ Remis* 321 b
Gida, *filia Erici Hordalandiæ, in matrimonium postulata ab Haraldo Blaatand* 387 e
† Gielnovii (*Ladislai*) *ord. FF. Minorum, Poloni, cultus probatus et confirmatus* 429 b c d e f, 430 a b; *obiit 4 Maji* 429 b; *ejus festum 22 Oct.* 430 a b
Gilbertus Magnus *seu Anglicus carmelita* 43 b c
† Gildardi *ecclesia Rothomagi* 561 a b
† Gildæ *Sapientis fontes historici* 97 f, 98 a
† Gilius, *patronus Ulyssiponis* 355 d
Girardus, *testis in causa B. Joannis Boni* 805 e
Gisla, *testis in causa B. Joannis Boni* 812 f
Gnupa, *rex Jutlandiæ septentrionalis* 387 d
Gobelinus *Persona confutat revelationes Schonaugienses* 82 b
Godefridus *de Arnsberg, episcopus Osnabrugensis* 281 c
Godefridus, *comes Namurcensis* 241 c
Godefridus, *Megingozi comitis filius et S. Adelheidis frater, occiditur* 225 f
Godericus *dux, S. Valerio Lingonensi devotus* 532 d e, 535 e f
Godescalcus, *Atrebatensis episcopus* 247 f
Godescalcus, *abbas Corbejæ Novæ* 375 d
Godthankus, *Spirensis episcopus* 381 d
Goetgebuer. *Vide* Raso.
Goldewinus, *episcopus Osnabrugensis* 289 b
Gomez (*Antonius*), *S. J. in India missionarius et Goani collegii rector, naufragii periculo liberatur ope SS. Virginum Ursulanarum* 252 e f, 253 a
Gonçalo, Gonsalvo, Gonsalez, Gonzalo, Gonzalve *totidem formæ nominis* Gundisalvi 422 d e
Gondolphinus. *Vide* Gundholzheim.
† Gonsalvus, *patronus Braccarensis* 266 a
Gonzaga (*Franciscus*), *cardinalis* 821 d
Gonzaga (*Franciscus*), *episcopus Mantuanus* 743 d
Gonzaga (*Vincentius*), *dux Mantuanus* 743 c
Gonzaga (*Anna Elizabeth de*), *ducissa Mantuæ* 743 f
Gonzaga (*Fredericus*), *marchio Mantuanus* 694 e, 695 f, 743 a; *sacellum in B. Joannis Boni memoriam erigit* 701 c
Gonzaga (*Luisius*), *Mantuæ marchio, eremitis S. Aug. conventum ædificat,* 756 a; *illius ævo inventum videtur corpus B. Joannis Boni* 756 a
Gonzaga (*Joannes de*), *præpositus Mantuanus commissarius apostolicus in causa B. Joannis Boni* 740 c, 768 f, 772 b f
Gonzagorum *gens* 740 b
† Gordiani *et Epimachi reliquiæ Zwifalti* 242 a
† Gorgonii, *M. Ursulani, festum* 279 f, 280 b
Gorm. *Vide* Wurmius.
Goswinus, *abbas Montis Veteris, obtinet plus mille corpora Ursulana* 247 a b c
Gotricus, *beneficus in S. Victoris monasterium* 317 b
† Gradulfus, *abbas Fontanellensis* 354 a
† Grata, *Ursulana martyr* 147 c; *ejus memoria in Officio ecclesiastico* 271 d, 273 d
† Gratæ *Ursulanæ titulus* 86 b; *nomen et titulus ficta* 243 d
Gratia, *testis in causa B. Joannis Boni* 874 b c
† Gratianus, *martyr in pago Ambianensi* 434 f
Gratianus *imperator impeditus conterere Juthungos* 119 d. *Ejus gesta cum Maximo tyranno* 207 f, 208, 209; *copias movet contra Maximum tyrannum* 105 e f; *ejus bellum cum Maximo tyranno* 112 c; *non potuit anno* 383 *evocare Hunnos ad Rhenum* 112 d e; *sociat sibi Theodosium Magnum et Lugduni occiditur* 104 d e, 106 b
Gratianus *tyrannus in Britannia* 120 e
Gratianus *municeps. Fabulæ de eò narrantur* 121 b. *Remittitur a Maximo, tyranno in Britanniam* 209 e
Grecus de Disendais *de Mantua, eremita Augustinianus* 697 d
† Gregoria *Ursulana martyr* 145 c, 147 a d; *nomen verum et memoria in kalendariis* 259 e, 271 c d, 273 d
† Gregorius *M. servat Coloniam* 280 d
† Gregorius Magnus, *præpostere intellectus a Baronio et Gallonio, ubi agit de abbatibus, S. Benedicti successoribus* 589 f. *Vide* Casinenses *abbates. De ejus monachatu* 590 d e. *Vindicatur de missis in Britanniam episcopis* 109 b; *falso dicitur ex inferno liberasse Trajanum* 401 a, 404 b c. *Ejus manus Cæsenæ* 705 f
Gregorius *papa VIII approbat statutum Anselmi, episcopi Comensis* 416 b; *seu definitionem numeri canonicorum Comensium* 419 a b
Gregorius IX *anathemate percellit Fredericum II imperatorem* 718 e f
† Gregorius, *episcopus Armenus Nicopolitanus, eremita Pitiveri in Gallia* 623 e
† Gregorii *Turonensis locus difficilis* 153 a b c d; *scriptor ille locutus non est de Virginibus Ursulanis : unde id factum sit* 270 a
Gregorius Placentinus, *confessarius monialium S. Alexandri Parmensium* 411 a b
Gregorius de Vercellis, *conventualis Bononiensis, vir pessimus* 889 d e
Greta. *Vide* Margareta.
Gretzerus (*Joannes*) *symbolam confert ad Acta S. Ursulæ* 77 b
Griffith. *Vide* Alfordes.
Grimaldi (*Honoratus*) *Niciensis* 887 d
Grothaus (*Joannes*), *Societatis Jesu presbyter et geographus* 77 a
Guadaldus. *Vide* Wadaldus.
Guadegilt, *abbatissa S. Ursulæ* 271 a, 228 d
Gualcherius, *episcopus Lunensis, ab Hastingo, Danorum duce, occisus* 618 b c
Gualraneus, *historicus emendatur* 837 e
Gualterius II, *episcopus Meldensis* 309 b
Gualterius, *testis in causa B. Joannis Boni* 830 d
Gualterius, *frater pœnitentiæ* 772 d
Gualterius, *frater pœnitentiæ, testis in causa B. Joannis Boni* 817 f et seq.

Gualterus,

Gualterus, *Albanensis episcopus* 222 a
Gualterus de Constantiis, *archidiaconus Oxoniensis, vicecancellarius episcopus Lincolniensis et Rothomagensis* 96 a b
Gualterus a Romano, *Ord. S. Dominici, pius et zelosus concionator, a Marchesio Beatus nuncupatur* 431 f, 432 a
Gualterus. *Vide* Walterus.
Guanius, *rex Hunnorum, exploditur* 122 a b; *forte procusum id nomen ex Gaine Gottho* 121 b c.
Guanii *gesta fabulosa* 209 d e
Guarinus, *abbas Viconiensis dein S. Martini Laudunensis* 247 d
Guattius, *testis in causa B. Joannis Boni* 869 c
Gueroc, *filius Alani, ducis Britanniæ Minoris* 624 c
Guesclini (*Bertrandi*) *expeditio Hispanica* 317 d
Gueri (*Guilielmus*), *episcopus Grassensis* 474b, 475 f
Guiciardus, *prior conventus S. Agnetis Mantuæ, procurator in causa B. Joannis Boni* 770 d e; *item testis* 885 c f
Guidi di Bagno (*Antonius*), *episcopus Mantuanus* 744 e
† Guidonis de Cortona *corpus impositum sepulcro gentili* 369 d
Guido *presb. card. S. Callisti* 222 a
Guigo, *Carthusianus, scripsit statuta ordinis* 723 f, 724 a
Guilia, *testis in causa B. Joannis Boni* 827 et seq.
† Guilielmi, *episcopi Comensis, gesta et cultus* 414 et seqq.
† Guilielmus, *fundator congregationis eremitarum ab eo dictorum* 730 b c, 731 d, 735 a b
† Guilielmi, *abbatis Roschildensis, canonizatio procedit per testificationes juratas* 770 c
Guilielmus Fieschi *sive* Fliscus, *ex Lavaniæ comitibus, Innocentii IV nepos, congregationis eremitarum B. Joannis Boni patronus et S. R. E. cardinalis titulo S. Eustachii* 769 b c; *ei ab Innocentio IV committitur generalis cura congregationis B. Joannis Boni* 726 d, 732 c, 733 a d; *ejus epistola ad fratres congregationis B. Joannis Boni* 732 b d et seqq.; *plura præscribit* 733 a, 734 a b c
Guilielmus, *archiepiscopus Viennensis, anno* 1287 *visitat Lugdunenses reliquias* 71 c
Guilielmus de Warawast, *episcopus Exoniensis, deponitur* 96 c d
Guilielmo Notho, *Anglia potito, multi Angli fugiunt in continentem terram* 409 d e
Guilielmus, *comes Juliacensis, advocatus capituli Ursulani* 229 a
Guilielmus, *comes Provinciæ* 367 d
Guilielmus de Casella, *abbas S. Abundii Comensis* 419 e
Guilielmi *Malmesburiensis ætas* 93 b c
Guilielmi *Neubrigensis in Galfredum Monumetensem dura censura* 97 d e, 98 b c
Guillesindus *seu* Guilgesindus *episcopus* 628 a 629 b. *Adest translationi SS. Nunilonis et Alodiæ* 646 c
† Guimo. *Vide* † Unni.
† Guinizo, *Cassini cultus* 397 e
Guisius *cardinalis, seu Ludovicus Lotharingus, Metensis episcopus* 292 f. *Alter archiepiscopus Rhemensis* 292 f, 293 a
Guitus (*Arialdus*), *notarius Comensis* 419 c
Guitus (*Vegius*), *Comensis* 419 e
Guizardus, *ordinis Eremitarum S. Augustini prior conventus S. Agnetis de Mantua* 771 f, 772 c, 775 b; *procurator causæ* 781; *in processu primo in causa B. Joannis Boni testes inducit* 772 c d; *Vide* Guiciardus
Galcherius de Forcalquerio, *episcopus Vapincensis* 459 a, 474 a
Gulfaricus, *episcopus Massiliensis* 366 a
Guncardus, *capellanus Roberti, Normanniæ ducis* 354 b
Gundeboldus, *comes Nannetensis* 625 f
Gundholzheim (*Philippus de*), *episcopus Basileensis, sedem sibi delegit Purrentrutii* 578 f
Gundigarius, *rex Burgundionum, fusus ab Hunnis* 122 e f
† Gundisalvi *nomine insigniti sancti viri recensentur* 422 e f, 423 a
† Gundisalvi de Lagos *ex ordine Eremitarum S. Augustini gesta et cultus* 421 et seqq.
Gundisalvus, *episcopus Burgensis* 251 b
Gundisalvi *nominis origo et mutationes* 422 d e
Gunon *cardinalis apostolicæ sedis legatus in Germania* 288 d
Guntharius *archiepiscopus Coloniensis* 380 d; *anno* 852 *plura ordinat de monasteriis Coloniensibus,* 147 f, 212 e, 214 f
Guntramnus *notarius, anno* 715 *regis Luitprandi missus dominicus* 372 b
Guore, *filius Eugin, princeps hibernus* 336 b
† Gwynodyl, *sanctus Wallicus. Idem forte nomen ac Wendelinus* 349 d

H

† Hadriani, *sodalis Ursulani, corpus Schonaugiam translatum* 168 d e, 171 d
Hadrianus, *papa VIII, Ludovicum imp. iniquo, quo se obstrinxerat, sacramento solvit* 676 d e
Hadriano *imperante, bene habiti christiani* 89 b c. *Ejus nomen in monumentis passim cum aspiratione scribitur* 89 c. *Ædificia ab eo constructa Coloniæ* 133 e
Hadrianus, *pravus S. Hilarionis discipulus* 26 d e, 27 a
Hagane (*Ludovicus de*) *cum familia pertinet ad capitulum S. Ursulæ* 230 e
Haigroldus *rex. Vide* Haraldus Blaatand.
Halas *monachus prope Nisibim* 62
Haraldus Blaatand, *rex Daniæ et filius Wurmii Hardecnuti* 386 e f; *convertitur a S. Unni* 390 b, 393 d, 393 d e; *fit apostata* 395 e
Haraldus Hoorfager, *rex Daniæ* 396 a
Harcarius, *episcopus ignotæ sedis* 381 d
Hardecnuth *cognomen mutatum in nomen* 388 b, 389 a b
Harduinus, *insignis librarius Fontanellensis* 352 c
Hariulfus, *auctor chronici Centulensis* 724 c
Hartbernus, Hartobernus, Harbernus, Hartpertus, *abbas Tuitiensis, admittit reliquias Ursulanas* 83 f, 166 a. *Ejus tempore inventa corpora Ursulana* 243 f, 245 b. *Quotannis die 4 julii instituit festum de translatione falsi corporis S. Ursulæ* 256 c, 257 b; *instituit alia plura festa in honorem Ursulanorum martyrum* 274 e
Hartmannus, *Coloniensis archiepiscopus* 381 d
Hatto, *Moguntinus archiepiscopus, Roma asportat caput S. Georgii* 270 e
Haye (*de la*), *supprior Rothonensis* 625 a
Heberardus, *episcopus Parmensis post Cadaloum* 409 f, 410 a
Hectoris *Boethii historia S. Ursulæ* 98 d
† Hedwigis, *ducissa Poloniæ, memoratur in Martyrologio Vallisumbrosæ* 450 e
Hegemilerin (*Maria Verena*), *uxor Cranii, benefica in Ursulanam basilicam* 213 f
Heimesberch (*Goswinus de*) 221 d

Heizzecha, *in Gerichesheim et apud sanctas Virgines abbatissa* 228 d
† Helenæ, *matris Constantini Magni, genus et origo* 208 d, 209 f, 210 d
† Helenæ, *M. Ursulanæ, festum* 275 d, 279 b
† Helenæ, *reliquiæ in Altovillari* 321 c
Helena Luyddawg, *mulier Britanna* 106 f
† Helentrudis, *monialis Herisiensis* 185 d; *apparitionem S. Cordulæ habet* 80 d e, 162 d f, 163 b, 580 b c
Heligoni, *principi Helgolandiæ, nupta dicitur Debora, S. Ursulæ soror* 292 a
Helingandus, *Verdensis episcopus* 579 e
Heliodorus, *monachus prope Nisibim* 62 a
Hellenus *abbas, scriptus loco S. Hilarionis* 19 f
Helpidius *præfectus prætorio* 54 a. *Vide* Elpidius.
Helyotus *emendatur* 736 a
Hengistus *pugnat in Crayford* 109 b
† Henricus *martyr, cujus corpus Roma ex cœmeterio Priscillæ ad Montense collegium S. J. in Belgio allatum sæculo* XVII *fuit* 452 c d e f
† Henricus *imp. an struxerit templum S. Ursulæ* 213 a
Henricus Auceps, *rex Germaniæ, ut se immiscet episcoporum institutioni. An fundarit capitula canonissarum liberarum* 226 d; *ejus de Wurmio Hardecnuto victoriæ* 387 e f, 388, 393 c; *marcas constituit contra Slavos, Hungaros et Danos* 389 f; *in conventu Erfordiensi anni* 933 *de successore suo consilium habet* 584 f; *ejus annorum computandi modus* 219 a
Henricus III, *Conradi Salici filius, severus in histriones* 700 d
Henricus IV, *imperator iterum excommunicatus a Paschali papa II* 238 c. *Deseritur ab exercitu, fugit in Bohemiam et alia huc pertinentia* 238 d e f
Henricus V, *imperator, ejurat paternum schisma et in Henricum IV patrem consurgit* 238 c d. *Obsidet Coloniam* 238 d, 239 a b
Henrici V, *imperatoris, nomen tacetur, quod adhuc viveret* 239 a
Henrici *Huntingdoniensis ætas et scripta* 93 b c d e f
Henricus, *rex Francorum, anno* 1027 *regnum præter matris suæ voluntatem invasum tenet* 354 b
Henricus III *offert Rhemensi cathedrali templo ditissimam naviculam Ursulanam* 292 f, 293 a b c d
Henricus I, *rex Angliæ* 93 b d e
Henricus *nothus, rex Castellæ* 317 d
Henricus *Molenarck, archiepiscopus Coloniensis* 233 d
Henricus *a Virnberg, archiepiscopus Coloniensis* 280 e; *ille idem archiepiscopus Coloniensis, jubet festum S. Ursulæ agi de præcepto* 287 b c
Henricus, *episcopus Moguntinus, dedicat templum Montis S. Disibodi* 241 e
Henricus, *dux Bavarorum, anno* 976 *pugnat cum Ottone II* 223 f
Henrici, *ducis Barrensis, filius naturalis* 317 b
Henricus, *dux Brunswicensis* 296 b
Henricus *junior, dux Brunswigicus* 294 f
Henricus, *dux Limburgensis, impellit Gerlacum, abbatem Tuitiensem, ut det comiti Hainoniensi corpus S. Karissæ* 247 e
Henricus V *Lotharingicus, abbas S. Michaelis ad Mosam* 317 b
Henricus *Waudemontius bellum gerit cum duce Lotharingiæ* 317 c
Henricus, *palatinus comes Coloniæ* 223
Henricus, *canonicus S. Ursulæ* 232 b
Henricus a Bruxella, *frater conversus in monasterio Villariensi Ord. Cisterciensis non probatur habere cultum* 432 a b c
Henschenii *sententia de cæde Ursulana* 112 d e
Heraclius, *episcopus Heracleensis* 23 f
Heredus, *primus episcopus Heidibensis* 390 d
Heresuint, *monialis custos ecclesiæ S. Ursulæ* 221 a
† Heriberti, *Coloniensis archiepiscopi, translatio* 246 d
Heribertus, *presbyter et cancellarius Coloniensis* 217 d, 218 f, 219 d
Herich, *filius Ringi, regis Suenonum* 593 f, 596 d
Herigerus *Moguntinus archiepiscopus* 384 a
Herimannus, *abbas S. Pantaleonis Coloniæ, et rector monasterii S. Ursulæ* 240 a b
† Herlembaldus, *miles et martyr Mediolanensis* 716 c; *ejus zelus Mediolani contre clericos concubinarios et simoniacos* 716 c; *paupertatis sectator, quo facilius avaritiam clericorum impugnet* 36 d
† Hermanus Josephus, *Steinfeldensis canonicus ex ordine Præmonstratensi* 79 f; *ejusdem sanctissimi viri pietas in SS. Virgines Ursulanas, Officium de eis metricum etc.* 299 b c d e f, 300 et seqq. *Ille idem multa fabulosa excogitavit nomina* 258 b. *Quæ ei tribuuntur revelationes ostenduntur vere ipsius esse; eædem examinantur et rejiciuntur* 90, 91, 92. *Recitantur eædem revelationes seu imaginationes de Ursulanis sodalibus* 173 et seq.
Hermannus I, *Coloniensis archiepiscopus, levat S. Cuniberti corpus* 212 e
Hermannus II, *Coloniensis archiepiscopus* 223 a c; *anno* 922 *providet Gerritzheimensibus monialibus* 215 d e f, 216; *anno* 922 *meminit undecim millium virginum Ursulanarum* 146 d, 147 f; *ejus sedis tempus* 220 b c; *beneficus in S. Severini monasterium* 217 e f
Hermannus, *subdiaconus et notarius Adriani IV* 222 a
† Hermelandi *abbatis Vitæ pars inserta Vitæ S. Condedi* 351 f, 357 f, 358 a
† Hermenegildus *bellum movet adversus patrem suum Leuvigildum* 597 a b
Hermennius, *abbas Moisiacensis* 59 d
† Hermes, *martyr Hadrianopoli* 3 f
Hermogenes, *præfectus prætorio, moritur* 49 a
Herrera (*Thomas*), *eremita Augustinianus; ejus labores ad vindicandum ordini suo S. Franciscum Assisiatem* 696 e, 701 et seq.; *auctor Alphabeti Augustiniani, laudatur* 731 f
Hersant (*Joannes*), *parochus S. Mederici Parisiis* 323 b
Hess (*Gerardus*), *Weingartensis monachus* 241 f
† Hesychius, *S. Hilarionis discipulus, a Sozomeno laudatus* 37 d, 40 c; *quærit S. Hilarionem* 27 b, 56 d; *ducit in Dalmatiam* 27 b; *ipse a Gazensibus ad mortem quæritur* 23 d; *custodit S. Hilarionem* 32 d; *a S. Hilarione ad amicos Palæstinæ mittitur* 28 c, 57 c. *Ipsi omnia sua relinquit S. Hilarion* 30 c. *Subripit S. Hilarionis corpus* 57 f, 58; *fert id e Cypro in Palæstinam* 37 e, 40 c; *de magistro documenta subministrat S. Hieronymo* 16 b
Hetti, *Trevirensis episcopus* 379 e
Heynianus, *abbas et episcopus in monasterio S. Martini Coloniæ* 215 b; *dictus Coloniensis archiepiscopus* 380 d
Hezelinus, *præpositus Coloniæ* 223 c
Hiezelinus. *Vide* Eccelinus.
† Hieronymi Garibi *seu* Garibbi *gesta et cultus* 886 et seqq.
† Hieronymus, *licet ortus ex parentibus catholicis, in adolescentia baptizatur* 37 a; *monachos Italiæ carpit* 37 a b; *invisit S. Malchum* 61 a. *Ejus in scribenda S. Hilarionis Vita diligentia* 16 a b et dein passim. *Silere jussus* 64 b. *Proponit sibi historiam ecclesiasticam scribere* 64 b c; *fit biographius*

graphus S. Malchi 60 c d; *ei tribuuntur interdum omnes Vitæ patrum* 17 b. *Ipse in vertendis scriptis græcis nequaquam scrupulosus* 97 c; *scripta Origenis minus fide vertit* 17 b; *tantum partem chronici Eusebii latine vertit* 480 a b; *ejus lapsus chronologicus* 54 a b; *ejusdem error de Sabiniano magistro militum* 61 d. *Invidiæ obnoxius fuit* 43 f, 66 e f; † Hieronymi *martyrologii fontes et ratio* 269 b c d. *Quare Ursulanas virgines non habeat* ibid. † Hieronymi *institutio est regula Aquisgranensis* 225 e. † Hieronymi *monachi qua de causa sic dicti* 729 f; *sequuntur plerumque regulam S. Augustini* ibid. *Durioribus ejus in ævum suum verbis abutantur protestantes* 66 f, 67 a

Hieronymus, *cardinalis S. Chrysogoni* 295 a

Hieronymus *rachimburgius dominicus* 371 a

Hieronymus de Prato. *Ejus dissertatio de Chronico Eusebii* 480 a b

† Hilarionis, *episcopi Moglenensis seu Meglinensis, gesta et cultus* 405 et seqq.

† Hilarionis *patris monachorum in Palæstina, gesta et cultus* 16 et seqq.; *ejus nomen in fastis sacris* 272 e f, 273 a b e f; *ei similis est S. Gebizo Cassinensis* 398 b

† Hilarion *seu* Hilarius *Thaumaturgus, monachus Pelecetanus* 41 f

† Hilarius *fabulosus sæculi* III *Romanus pontifex* 183 f, 184 a

Hilarius *loco* Hilarionis 40 e

Hildebertus, *Moguntinus archiepiscopus* 584 a b e

† Hildeberti *Cenomannensis scripta tributa Richardo Anglico* 93 a

† Hildegardis *epistolam accipit a S. Elisabetha Schonaugiensi* 84 c; *familiaris est S. Elisabethæ* 85 d; *quoties accederet ad communionem* 720 f

Hildegardis, *uxor Caroli Magni, sepulta ad S. Arnulphi Mettis* 564 a

Hildelinus, *abbas Schonaugiensis, obtinet corpora SS. Verenæ et Cæsarii Ursulanorum martyrum* 164 c, 166 a

Hildegrinus, *Halberstadiensis episcopus* 581 d

Hilferdingus, *literarum slavicarum peritus vir* 685 e f

Hillinus, *Trevirensis archiepiscopus* 222 a b c. *Schismati Frederici Barbarossæ non implicatur* 222 d

† Hiltrudis. *Vide* † Helentrudis.

Hincmarus *Remensis quando scripserit S. Remigii Vitam* 318 b

† Hippolyti *reliquiæ translatæ Gerritzheimio Coloniam* 215 e, 216 a; *ejus cultus in templo S. Ursulæ Coloniensi* 295 c d; *ei tributa Philosophumena* 103 d

Hisembardus *Gastaldeus, intuitu S. Bertharii, veniam obtinet a Ludovico imp.* 673 f, 676 c

Hogeri, *archiepiscopi Hamburgensis, chronotaxis* 381 f, 382 a

Hohenlohe-*Bartenstein-Schillings-Fürst. Hujus familiæ sedes nunc Corbeja-Nova* 575 e

Hohengeroltzeck (*Margareta*), *comitissa et abbatissa S. Ursulæ* 232 d

Holstenius (*Lucas*) *laudatur* 730 f

Homborg (*Baro Joannes de*) *impugnat Luneburgum* 291 a

Homerus, *ab Alexandro M. laudatus* 43 f

Honesta, *testis in causa B. Joannis Boni* 880 d

† Honoratæ V. *Ursulanæ reliquiæ* 91 f

† Honoratæ, *M. Ursulanæ festum* 276 c, 278 a

Honorata, *testis in causa B. Joannis Boni* 804 a

† Honoratus II, *non* III, *episcopus Massiliensis* 367 b c d e f, 369 b f

† Honorati, *M. Ursulani, festum* 276 a b, 281 e

† Honoriæ *seu* Honoratæ, *M. Ursulanæ, festum* 276 f

Honoriæ *Augustæ nuptias ambit Attila* 129 a, 137 b

Honorii, *pontificis, epistola ad Hibernos de controversia paschali* 331 e, 332 c d

Honorius *papa III approbat definitionem numeri canonicorum Comensium* 419 a b; *bellum cruciatum promovet* 419 e f; *in canonem sanctorum refert B. Guilielmum Roschildensem* 770 c

Honorius *imperator Aquitaniam secundam assignat Gotthis* 313 d

Honorius *antipapa seu Cadalous* 409 f

Hontheimius *de virginibus Ursulanis corrigitur* 148 d e

Houisier (*Guido*), *parochus S. Mederici Parisiis* 323 c d

Hubrecht, *præpositus Coloniensis* 220 e

Hucbaldi, *Elnonensis morachi, nonnulla gesta* 318 c e f, 319 a b c. *Quid et quando de S. Cilinia scripserit* 318 c e f, 319 a b c

Hueti (*Joannes*), *protonotarius apost. subscriptus instrumento elevationis* 473 e f

† Hugonis, *abbatis Ambroniacensis, cultus et memoria* 396

† Hugo, *abbas Cluniacensis* V, *immo* VI 2 f

Hugo, *rex Italiæ seu comes Arelatis* 388 d

Hugo, *Altorfiensis et Autissiodorensis comes* 366 d

Hugo d'Oysi, *vicecomes Meldensis* 309 b

Hugo, *anno* 884 *abbas S. Germani Autissiodorensis et quatuor aliorum monasteriorum, non autem S. Victoris Massiliensis* 366 d e

Hugo, *Elnonensis abbas* 318 f

Hugo, *decanus Coloniensis* 221 d

Hugo de Nunant, *archidiaconus Oxoniensis et episcopus Lincolniensis* 96 a b

Huillier (*Magdalena l'*), *fundatrix alterius conventus Ursulanarum Parisiensium* 323 d

Humber, *rex putatitius Hunnorum in Anglia* 118 c d

Humbrecht, *præpositus S. Ursulæ* 227 c

Humiliatorum *cultus et templa S. Ursulæ* 289 d e

Humilitate, *testis in causa B. Joannis Boni* 853 f

Hunegaisus, *Romanus, in Attilæ exercitu* 126 a

Hunericus, *filius Geiserici regis, male habet uxorem, filiam Theodorici, regis Vesigotthorum* 122 a b

† Huno. *Vide* † Unni.

Hunoaldus, *testis in placito Dignensi* 571 e

Hunoldus, *Waiferii pater, in Carolum Magnum rebellat* 514 f, 515 a

† Hyacinthi *corpus, Romæ adhuc humatum, reperitur, licet plura ejus corpora alibi servari perhiberentur* 237 c

Hymana, *abbatissa Salsinensis prope Namurcum* 249 d e f

† Hysichas. *Vide* † Hesychius.

I

Jacinthus, *diaconus cardinalis S. Mariæ in Cosmedim* 222 a

Jacoba, *uxor Taliaferri, testis in causa B. Joannis Boni* 870 d, 871 d

Jacoba de Ughirecchis, *testis in causa B. Joannis Boni* 863 c

Jacobinus (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 839 f

Jacobinus (*frater*) *de Mantua, testis in causa B. Joannis Boni* 851 c

Jacobinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 809 e

Jacobinus, *olim hæreticus Patarenus, testis in causa B. Joannis*

B. Joannis Boni 828 f; *hujus miraculis convertitur* 829 b c
† Jacobi *apostoli historiæ vindiciæ contra Baronium* 76 b; *est patronus secundarius canonicæ de Torello* 417 f, 418 e; *vestimentorum ejus reliquiæ in S. Trudonis monasterio* 145 f
† Jacobus, *episcopus Nisibenus* 61 e; *ejus vita monastica* 61 f
† Jacobus de Saxiaco, *versatus in Biturigibus, monachus S. Basilii* 623 e
† Jacobus Vagarellus *vel* Ungarellus, *Forolivii in ecclesia FF. Minorum* 435 a d
† Jacobi, *Ursulani M., titulus fictus* 243 c
† Jacobi, *M. Ursulani, festum* 281 d e
Jacobus de Porta, *episcopus Portuensis et S. R. E. cardinalis, commissarius apostolicus in causa B. Joannis Boni* 768 e f
Jacobus, *episcopus Mantuanus anno* 1251 771 c
Jacobus, *episcopus Ariminensis* 728 a b
Jacobus Mossus, *episcopus Taurinensis* 417 c
Jacobus II, *Badensis marchio et episcopus Trevirensis* 547 c d
Jacobus (*frater*) *laïcus, testis in processu de sanctitate B. Joannis Boni* 776 d; *ei ministraverat* 776 d e
Jacobus (*frater*), *laicus, testis in causa B. Joannis Boni* 848 d
Jacobus, *Cæsenas, testis in causa B. Joannis Boni* 853 d
Jacobus, *maritus Altavillæ, testis in causa B. Joannis Boni* 860 a
Jacomellus Spadalonga, *Eugubinus, amicus sancti Francisci Assisiatis* 792 d
Jacutius. *Dissertatio de* Bonusæ et Mennæ titulo 517 a b. *Vide* Superpositio.
Janboni; *vide* Zambonini.
Janibonus *vel* Janbonus, *nomen B. Joanni Bono a Calepino tributum* 749 d
Jannellus, *Mantuanus, vir nobilis, testis in causa B. Joannis Boni* 859 b
† Januarius *seu* Januariana, *M. Puteolis et alter Nicomediæ* 12 a
† Januarius *episc. et M. cultus Neapoli* 6 f, 7 a. *Ejus socii* 15 f
Januarius, *testis in causa B. Joannis Boni* 872 c
Icellinus; *vide* Eccellinus 813 b
† Idæ *corpus retegit Joannes Eppa et transfert Huyum* 250 e
† Idæ, *M. Ursulanæ festum* 279 a f
Idacii *modus incohandi annos æstivo tempore* 126 d
Imelda, *testis in causa B. Joannis Boni* 796 f
Iemma, *testis in causa B. Joannis Boni* 857 e
Iemma, *testis in causa B. Joannis Boni* 882 b
Iemma, *testis in causa B. Joannis Boni* 873 b
Jerat (*frater*), *ordinis Humiliatorum testis in causa B. Joannis Boni* 852 e, 853 a
Jesu *nominis invocatione sanati Elpidii, præfecti prætorio, liberi* 47 b
† Ignatio Loyolæ *capita SS. Virginum Ursulanarum defert Petrus Canisius* 252 c. *Ille ea mittit ad collegium Messanense* 252 c d
† Ignatii *M. Ursulani nomen et titulus ficta* 244 b
Ignatius, *patriarcha Antiochenus* 258 a
Ignatius *Samhiri, patriarcha Antiochenus de ritu Syriaco* 59 f
Ignatius, *patriarcha Ternobensis* 683 e
Ignatius a Praga, *monachus et prior Cassinensis. Vita S. Bertharii* 663 a b c e f, 664 c d
Ildephonsus, *nepos Sancii, regis Castellæ* 251 b
† Illidius, *archidiaconus et episcopus Claromontanus* 72 b c f. *Reliquiæ* 72, 73 d; *prædecessor S. Nepotiani* 615 b e
† Imadis, *Paderbornensis episcopi, ætas* 80 e f
† Immæ *corpus retegit Joannes Eppa* 250 d
† Immæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 a
Inbaltus, *dux Gallorum in Armorica* 208 e, *ante Maximi putatitium adventum* 107 a
Ingundis, *uxor S. Hermenegildi* 597 a
Iñiga, *Navarræ et Pampelonis regina* 645 c, 646 f
Inghettia, *testis in causa B. Joannis Boni* 871 e
† Injuriosi *reliquiæ Claromontii* 72 f
† Innocentia, *filia S. Severi ep. Ravennatensis, una cum patre et matre sua Vincentia translata ad diœcesim Moguntinam* 429 a
Innocentius *papa II dedicat Salsinense templum* 249 c
Innocentius III *sanctorum catalogo adscribit B. Vulstanum* 770 c; *Bulgaros cum ecclesia catholica conciliat* 407 f, 408 a; *vetat mysteria seu ludos Christi fieri in ecclesiis* 698 e f; *ad eum scripta dicitur relatio de inventione corporis S. Salomæ* 443 a e. *Ejus ævo incipit florere B. Joannes Bonus* 746 e, 748 a. *Cognoscit de lite Comensi* 415 d e. *Facultatem dat absolvendi ab excommunicatione capitulum Comensi* 416 a b c; *tutor Frederici, regis Siciliæ et Henrici VI imperatoris minorennis filii, hujus jura contra Othonen IV acriter tuetur* 417 a b; *irritam declarat sententiam, latam ab Othone IV excommunicato contra B. Guilielmum Comensem* 417 c d
Innocentius IV, *quo concedente instituti sunt processus de B. Joanne Bono* 771 b; *ejus literæ remissoriales in causa B. Joannis Boni* 772 a b; *formam præscribit interrogationum instituendarum in eadem causa* 772 a; *subditos Friderici II absolvit a juramento fidelitatis* 719 b; *excommunicationem Friderici II renovat* 718 e f; *ejus Bulla,* Admonet nos *etc.*, 752 et seqq. *Versatur Genuæ* 768 e
Innocentius, *Gabalitanorum comes, probabilius conspiravit cum Brunichildi contra S. Lupentium* 603 b c d, 602 a b f; *postea Rutenorum episcopus* 602 b f et seq.
† Joachimi *cranium Coloniæ* 414 b
Joachimus, *patriarcha Ternobensis* 683 e
Joachim, *abbas Florensis in Calabria* 43 c
Joachim (*frater*), *nutans in vocatione, miraculo B. Joannis Boni confirmatur* 773 d e
Joanna Helena de Stauffen, *abbatissa S. Ursulæ* 232 d
Joannes Baptista *an princeps eremitarum* 33 d; 33 c; *antiquæ ejus imagines et vestitus* 32 a
† Joannes Chrysostomus. *Male ei adscriptæ a Coptitis homiliæ* 41 a
† Joannes *Damascenus an scripserit Passionem SS. Georgii, Joannis, Juliani et sociorum* 358 f, 359 a
† Joannes III, *episcopus Comensis* 414 c
† Joannes, *episcopus Laudensis, a condiscipulis male tentatur* 422 b
† Joannis, *abbatis Rylensis in pristina Bulgaria, gesta et cultus* 683 et seqq.
† Joannes Gualbertus *in Vallem Umbrosam conversos admittit* 410 c
† Joannis Boni, *eremitæ ord. S. Augustini, Mantuani, Acta* 693 et seqq.; *ejus congregatio eremitarum : vide* Eremitæ; *Tertiarii, seu fratres et sorores pœnitentiæ ejus congregationis. Vide* Tertiarii.
† Joannis, *Georgii et Juliani, a Sarracenis occisorum, acta et cultus* 358 et seqq.
† Joannis, *M. Ursulani, dicti Hierosolymitani, nomen et titulus ficta* 243 f
† Joannis, *M. Ursulani, festum* 278 b c d
Johannes papa VIII *deceptus a Capuanis* 677 e f, 678

678 a b c d e; *ejus epistolæ quædam de Saracenorum vastationibus* 678 c d, 680 a, 681 e
Joannis *papæ X legatus in synodo Altheimensi* 384 d; *ejus diploma de archiepiscopatu Hamburgensi depravatum* 383 b c d e
Joannes *papa XII mutat suum nomen* 178 d
Joannes *papa XIV mutat suum nomen* 178 d
Joannes *papa XIX substitutus Joanni papæ XVIII. Uriusque ætas* 368 d
Joannes *papa XXII* 584 e
Joannes Michaël, *cardinalis S. Marcelli* 295 a
Joannes, *cardinalis S. Mariæ in Aquiro* 295 a
Joannes Jacobus, *cardinalis S. Stephani* 295 a
Joannes, *cardinalis S. Vitalis* 295 a
Joannes, *Hierosolymitanus episcopus* 21 d; *a Papebrochio primus illius sedis patriarcha habetur* 477 b; *ejus simultates cum S. Hieronymo* 66 e
Joannes, *patriarcha Hierosolymitanus, reliquias mittit in Galliam* 38 e
Joannes, *Aberdonensis episcopus* 344 b
Joannes, *Albanensis episcopus* 295 a
Joannis *Sarisberiensis, episcopi Carnotensis, dicta de histrionibus* 699 d e
Joannes, *Cerestensis episcopus* 293 f
Joannes, *de Langeac, episcopus Lemovicensis* 324 e
Joannes, *Mithylenæus archiepiscopus et legatus in Germania* 233 d e
Joannes, *Soranus episcopus, dedicat templum S. Bartholomæi Cassinense* 403 f
Joannes Comnenus, *imperator Constantinopolitanus* 686 a
Joanni Ducæ, *imperatori Græco, copias suas sociat Joannes Asanes, rex Bulgariæ, contra latinos* 408 d
Joannes Tzimisces, *imperator Græcorum, obsidet Peristhlabam et suo nomine appellat* 689 b; *Paullicianos seu Manichæos Orientis transfert in Thraciam; quod Europæ funestissimum fuit* 717 a b
Joannes, *Galliæ rex, captus ab Anglis* 317 b
Joannis I, *regis Lusitaniæ, victoria celebrata annua processione* 423 d
Joannes III, *rex Lusitaniæ, introductionem causæ canonizationis ven. S. D. Gundisalvi Vaz postulat* 422 f
Joannes III, *rex Lusitaniæ, in Societatem Jesu et pietatem insigniter proclivis* 252 b
Joannes Asanes, *filius Asanis Senioris, rex Bulgariæ, dictus etiam* Joannes I, *qui et* Joannes Asanes I, Joannitius *et* Calojoannes, *rex Bulgariæ* 407 a b, 408 a b d, 686 d e f
Joannes Asanes II, *seu nude* Joannes Asanes *rex Bulgariæ* 686 d e f, 687 a, 690 f, 691 e
Joannes, *dux Britanniæ* 251 b
Joannes, *comes Flandriæ, obtinet Ursulanas reliquias Viconiensibus* 248 c
Joannes, *comes Palatinus* 296 b
Joannes de Gonzaga; *vide* Gonzaga.
Joannes *de Brenna, anno* 1208 *commissarius pontificius Cæsenæ* 704 d
Joannes, *putatitius legatus pontificius fabulosæ synodi Altheimensis* 384 c d
Joannes Aragonius, *abbas Cassinensis, aperit sepulcrum S. Benedicti; unde magnæ irruisse dicuntur calamitates* 592 b c d e
Joannes, *Elnonensis abbas* 313 f
Joannes *Silentiarius, abbas* 37 e
Joannes, *minister seu prior generalis fratrum de Pœnitentia* 717 c d
Joannes de Turribus, *provincialis Augustinensis Lusitaniæ* 424 d
Joannes de Pelizzoni, *custos FF. Minorum Bononiensium* 892 a
Joannes, *discipulus S. Condedi* 357 b
Joannes *monachus, forte idem ac S. Joannes Damascenus, auctor Passionis S. Georgii, Joannis, Juliani et sociorum* 358 f, 359 a, 361 f, 362 a d
Joannes Nouilon *seu* Eppa, *ordinis S. Crucis, mendicitati se addicit et quærit reliquias Ursulanas* 250 d e
Joannes (*frater*), *laicus, Mantuanus, testis in causa B. Joannis Boni* 846 a
Joannes de Barba (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 784 f, 791 b, 795 et seqq.; *eidem ministraverat* 785 b
Joannes (*frater*), *de Calesis, testis in causa B. Joannis Boni* 841 d
Joannis de Warwick, *eremitæ in Anglia, visiones de dæmone et de S. Ursula* 295 e f
Joannes, *vir pius Cæsariensis, curat sepulturam SS. Georgii, Joannis, Juliani et sociorum* 361 d e f
Joannes Alphonsus de Azamboia. *Vide* Azamboia.
Joannes, *dictus* Bonomus, *pater S. Joannis Boni* 693 c, 694 a b c
Joannes Ugonis, *testis in causa B. Joannis Boni* 808 d
Joannicius, *ineunte sæculo* XIII *hegumenus monasterii Rylensis* 691 a
Joannicius, *rex Bulgariæ. Vide* Calojoannes.
Joannina, *de Anseduna, testis in causa B. Joannis Boni* 808 f
Joanninus, *testis in causa B. Joannis Boni* 857 d
Joanninus, *testis in causa B. Joannis Boni* 877 a
Joanninus, *testis in causa B. Joannis Boni* 884 b
Joasaphus, *Rylensis monasterii hieromonachus* 683 f
† Jocundi, *episcopi Matisconensis, nomen et titulus ficta* 244 b
Johanne (*Johannes de*) *agit de festis Siculis* 42 e
Jomard, *ex legatione Ægyptiaca laudatus* 23 e, et passim
Jonas, *Aurelianensis episcopus, scribit de usu confessionis sacramentalis et non sacramentalis* 723 a b
Jonas, *monachus Bobiensis. Res gestæ* S. Merovei *et aliorum* 614 c, 616 c d e f
Jonas, *Fontanellensis monachus, an scripserit S. Condedi Vitam* 352 b
Jordanus de Saxonia *laudatur* 732 a; *emendatur* 735 c
Jordanus Vicedominus, *Comensis* 419 e
† Jorius, *episcopus montis Sinaï, peregrinatur in Belgium* 623 e
† Josippæ, *V. Ursulanæ, reliquiæ Olyssipone* 254 b
Jovianus *Nisibim cedit Persis* 61 e
† Jovinii, *M. Ursulani, titulus* 86 b
† Jovinii, *M. Ursulani, dicti episcopi Eborensis, nomen et titulus ficta* 243 d
† Jovini *reliquiæ circumlatæ pro obtinenda pluvia* 317 f, 318 a
† Irenæus, *discipulus S. Papiæ, Hierapolitani episcopi* 488 c d, 519 a. † Irenæi *reliquiæ Lugduni* 71 b c
† Irenæi, *M. Ursulani et episcopi, dicti Anchonensis, nomen et titulus ficta* 244 b
† Irene, *Scalabis patrona* 255 d, 430 e
Irmgardis *de Isenburg, abbatissa S. Ursulæ* 232 c
Isaac, *dominicatus præpositus Coloniensis* 225 c
Isaacus *sebastocrator anno* 1185 *a Bulgaris vincitur* 686 e
Isaac, *interpres S. Antonii abbatis* 53 a
Isabella, *conjux Renati Andegavensis adest solemni elevationi SS. Mariæ Jacobi et Salomæ* 472 c
Isabella, *testis in causa B. Joannis Boni* 871 f

† Isarnus, *abbas S. Victoris Massiliensis* 365 c, 368 a
Isenburg. *Duæ Margeretæ et Irmgardis abbatissæ S. Ursulæ* 232 c d
Isnardus, *testis in causa B. Joannis Boni* 862 d
Isnardus de Aqueria, *canonicus Arelatensis, testis de perpetuo cultu SS. Matronarum in Villa de Mari* 465 b c
Isnardus (*Petrus*), *testis in elevatione SS. Matronarum* 466 d
Isolphus, *episcopus Mantuanus* 811 d
Isuardus, *paralyticus et mutus, sanatus a S. Mellono* 571 d
† Ita, *ex agmine Ursulano, culta Oscæ* 637 f
Italicus, *municeps Majumæ, juvatur a S. Hilarione* 20 e, *et vincit ope ejusdem S. Hilarionis* 47 e
† Judæ *Apostoli festum Aquilejæ* 273 a
Juliæ Quintinæ *sepulcro impositum fuit S. Mauronti episcopi corpus. Illius titulus* 369 c d
† Juliana *Corneliensis, Salsinæ degens, plura prædicit de cultu SS. Ursulanarum* 249 e f, 250 a
† Juliana, *M. Ursulana* 275 e
† Julianam *colendam suadet Joannes de Warwick* 295 e
† Julianæ, *M. Ursulanæ, festum* 275 f, 279 f
Juliana, *soror B. Guilielmi, episcopi Comensis* 415 b
† Juliani *sepultura Romæ* 88 c
† Juliani, *Georgii et Joannis, a Saraconis occisorum, acta et cultus* 357 et seqq.
Juliani, *episcopi Eborensis, titulus* 170 b
Julianus, *Ostiensis episcopus* 295 a
Julianus *apostata venit Coloniam* 134 b; *ei in quibusdam Galliæ partibus adscribuntur omnia martyria* 99 b c; *revocat ab exilio episcopos catholicos ut omnia magis turbet* 24 e; *plectit adversarium seditionis Gazensium in christianos* 25 d; *permittit S. Hilarionem Gazensibus gentilibus* 25 b d; *ejus tempore fugiunt ex oppidis christiani* 22 b; *moritur; ejus statim vulgatur mors* 26 d
† Julittæ *et Cyrici reliquiæ Nivernis Elnonem translatæ* 318 f, 319 a c. *Vide* † Cyricus.
Julitta, *testis in causa B. Joannis Boni* 883 d
† Julius, *martyr in Britannia* 156 f
Julii *papæ III legatus per Germaniam Pighinus* 253 c e
Julius, *princeps Hunnorum, fictus ex Maximino consule* 100 a, 101 b c
Julius Verus Maximinus Augustus. *Multæ de eo fabulæ in revelationibus Ursulanis* 100 a c d e
Juncta, *testis in causa B. Joannis Boni* 866 d, 867 d
† Justinæ, *M. Ursulanæ, festum* 280 b
Justina *de Lugffen, abbatissa S. Ursulæ* 232 c d
† Justiniani, *M. Ursulani, dicti episcopi Parminensis, nomen et titulus ficta* 243 e
Justinianus I *restituit muros Sardicæ* 684 b; *dicitur ibidem ædificasse templum S. Sophiæ* 691 d e; *castra reædificat in finibus Persarum* 63 b
Justinianus *imp. sæculo* VI *jubet idololatriam cessare Philis* 29 a
Justinianus, *præfectus Celticis militibus* 120 e
Justinus, *præses Heracleæ et Hadrianopolis* 544 f, 545 a b, 547 e f
† Justi, *episcopi Lugdunensis, actis implicita gesta S. Viatoris* 70, 71; *ejus Vita conscripta sæculo* V 71 f
† Justi, *episcopi Claromontani, ætas et reliquiæ* 72 e f
† Justi, *archidiaconi Claromontani, gesta et cultus* 78 et seq.
Juvenalis *a plerisque Patriarchatus Hierosolymitani conditor dicitur* 477 b c; *adest synodo Ephesinæ* ibid.

K

Kalefati (*D. Sebastianus*), *bibliothecæ Cassinensis præfectus, plura nobis submisit documenta, spectantia ad acta SS. Simplicii et Bertharii* 589 c, 592 f, 663 c, 666 a b c
† Kalendini *nomen et titulus ficta* 244 a
† Karissæ *corpus Tuitio solemniter transfertur Viconiam* 247 e f, 248 a b c
† Keranus, *sive* Queranus, *abbas Clonensis seu de Clonmacnois, in Hibernia* 330 e
Kerver (*Jacobus*). *Ejus Missale Romanum* 43 a
Kesselius (*Leonardus*), *S. J. presbyter, obtinet facultatem efferendi e Germania sanctas reliquias* 253 c d e
† Kiara. *Vide* † Ciara.
† Kieranus *fueritne frater S. Fintani* 334 e
Kircher *S. J. vertit latine martyrologium Copticum* 575 b
Klackharaldus, *Jutlandiæ iarlus* 388 e
Kleingedank de Mommersloch. *Origo fabulosa Coloniensis hujus familiæ* 212 a
Knutus. *Vide* Chnuba *et* Wurmius Hardecnutus.
† Kunegundis, *M. Ursulanæ, festum* 278 f
Kycini, *archiepiscopis Hamburgensibus commendati* 385 d

L

Labbei (*Philippi*) *de commentis quorumdam hispanorum scriptorum judicium* 442 b
Lacsuinda, *abbatissa Gerritzheimensis et Ursulana* 215 e, 216 b
† Ladislaus, *rex Hungariæ* 685 f
† Lagos (*Gundisalvus de*). *Vide* † Gundisalvus.
Lahier (*Franciscus*) *S. J. presbyter* 77 d
† Lamberti *sepulcrum apertum* 146 a
Lambertus, *comes Nannetensis et marchiæ Britannicæ custos* 110 c, 625 f
Lanchuind. *Vide* Lacsuinda.
Landenulfus, Landenolfus, Landolphus *seu* Landulphus *sedem Capuanam invadit; cui dein præficitur a summo pontifice* 677 d e f; *Cajetanum agrum incursat* 678 a, 679 c
Landricus, *principis Helgolandiæ filius, baptizatur et presbyter ordinatur Frisiis* 291 d
Lanfrancus Saptala, *prior provincialis, dein generalis Augustiniensis Lombardiæ* 695 b, 697 c; *ejus electio in priorem generalem congregationis B. Joannis Boni* 732 d, 733 f, 734 a d; *testis in causa B. Joannis Boni* 800 c d e f, 823 e, 838 b
Lanfrancus de Mendrisio, *patruus B. Guilielmi, episcopi Comensis* 415 a b
Lanfrancus, *Bergomensis, notarius in causa B. Joannis Boni* 797 f
Lanfrancus, *notarius et testis in causa B. Joannis Boni* 813 d e
Lanfrancus, *filius Joannis, testis in causa B. Joannis Boni* 879 d
† Languidæ, *M. Ursulanæ, memoria* 277 d
Lanigan (*Joannes*), *historicus Hibernus* 323 c
† Lantbertus, *Fontanellensis abbas* 351 f, 354 f, 355 f, 356 a b, 357 a; *ejus Vita interpolata* 352 c
Lantwinda. *Vide* Lacsuinda.
Lantsuinda, *abbatissa Gerritzheimensis et dein S. Ursulæ* 228 d
Lanuza. *Vide* Aloysius.
Lascaris (*Marietta*) *uxor Honorati Grimaldi* 887 d
Lasreanus, *abbas de Leghlinne, in Hibernia* 327 c; *non videtur fuisse præses alicujus synodi, nec episcopus creatus a Pontifice Romano* 340 e f; *discipulus*

discipulus fuit Murini 340 f; *inter Hibernos tuetur cyclum paschalem Dionysianum* 330 b, 331 a; *novum Pascha seu cyclum Dionysianum defendit in synodo Leniensi* 339 b; *legatus dicitur ad Romanum pontificem in controversia paschali* 331 b; *S. Fintani antagonista in eadem controversia* 330 b, 331 b c
Lavalleye (*Eduardus*) *laudatur* 238 e
Laudensis (*Constantius*). *Vide* Lodi.
† Laudus. *Ecclesia antiquissima Rothomagi, aliquandiu cathedralis sedis Constantiensis* 560 e f
Laurentius, *cardinalis SS. Joannis et Pauli* 295 a
Lazarus, *monachus prope Nisibim dein episcopus* 62 a
Leber *scripsit de vario monetæ valore* 837 e
Lee (*Robertus*), *armiger in Anglia* 295 e
Leibnitzii *sententia de cultu reliquiarum, quæ non satis certæ sunt* 257 a c
Leidradus, *Bremensis præpositus, eligitur episcopus; sed incassum* 375 f
Lentz (*J. F. W.*), *sculptor mausolæi S. Ursulæ* 213 f
† Leonis Magni *ætate derelictus Romæ cyclus paschalis Judæorum* 329 c; *ejus translatio et festum* 10 a; *irritum facit pactum, quod inierant Juvenalis et Maximus* 477 e, 478
† Leonis *papæ II fictum festum* 10 a
Leo X *papa introducit causam canonizationis ven. S. D. Gundisalvi Vaz* 422 f
Leo *Isauricus bellum cum Muslima* 359 d; *item cum Solimane, califa XII* 359 a b c. *Quomodo Amorii in Galatia se gesserit* 359 d, 360 f
Leo III, *minoris Armeniæ rex* 721 f
Leo, *bibliothecarius Cassinensis, dein Ostiensis episcopus* 398 d, 400 d, 404 a
Leo de Cremona, *minister provinciæ Cremonensis* 889 e, 890 c d
Leo Ostiensis *alias* Marsicanus, *auctor chronici Cassinensis* 664 a b; *adhibet græcam indictionem, scilicet a Septembri ad Septembrem* 665 a
† Leodegulus *M. Idem forte ac* Leogathus 433 a
† Leonardus, *patronus in diœcesi Mantuana* 812 c
Leonasius, *testis in causa B. Joannis Boni* 803 a
Leonellus, *prior Augustiniensium Turrium Veterum in Lusitania* 421 e f, 426 d
Leonius *seu* Leolinus, *avunculus S. Helenæ, matris Contantini Magni.* 207 e, 209 f
† Leonorius *episcopus venit in Armoricam* 111 a
† Leontius *episcopus, de quo in tabulis ecclesiæ Tolosanæ* 433 a
Leotardus (*Honoratus*), *senator Niciensis* 893 a
Leslæi, *episcopi Roffensis, narratio de S. Ursula* 98 d e
Leto, *canonicus Cæsenas sæculo* XIII 719 e, 758 d, 774 e f
Letronnii *scriptio de Blemmybus laudatur* 29 b
Leudericus, *qui et* Liutricus, *tertius episcopus Bremensis. Ejus chronotaxis* 378 f, 379 a, 380 b
Leudomirus, *episcopus Catalaunensis* 605 f
Lewisius, *geographus Hibernus, emendatur* 325 b
Leuvigildus *rex, benevolus in S. Nunctum abbatem* 597 a b; *S. Masonam episcopum persequitur* 601 a b d
Lhuyd. *Vide* Lloyd.
† Liavinzo. *Vide* † Libentius.
† Libentii, *qui et* Libentio, Liavinzo, Luizo, Liebitzo, Lievizon, *chronotaxis* 382 e f, 383 a
† Liberator, *Cassini cultus* 397 e
† Liberius *tentatur a Constantio ut confirmet S. Athanasii depositionem* 156 c; *ejus vicarius* 103 b
Liberiani *catalogi Romanorum pontificum non ubique idem pretium* 102 c d e
Licinii *titulus repertus Treviris* 87 a
† Liebitzo. *Vide* † Libentius.
† Lievizon. *Vide* † Libentius.
Lifdagus, *primus episcopus Ripensis in Dania* 390 d
Lindanus, *episcopus Gandavensis, laudatur* 131 e
Lindeberg (*Hermannus de*) *armiger* 226 f
Lintelbigia *monialis* 216 f
† Linus, *S. Petri vicarius* 103 b
Liphausen (*Petrus*), *Coloniensis Cartusianus* 77 b
Lippomanni (*Aloysii*), *Veronensis episcopi, sententia de cultu reliquiarum dubiarum* 257 a
Litorius, *dux Romanus, anno* 436 *vincit Armoricanos* 107 e; *ejus incredibilis miseria* 135 e f, 136 a
† Liudbertus, *Moguntinus archiepiscopus* 80 f
† Liudgeri *gesta in Helgolandia* 291 d
Liutbraht, *Moguntinus archiepiscopus* 381 e
Liuthardus, *episcopus Paderbornensis* 80 f, 81 a
Liutprandus, *Langobardorum rex, beneficus in S. Moderamnum et Bercetense monasterium* 621 a b
Lloyd (*Humfredus*). *Ejus codices britannici* 96 e f, 97 e
Locrinus, *rex fabulosus Brittonum* 118 c d
Lodbrog, Lodebrochus, Lothebrochus, Lodparchus, Lothrocus *et* Lotrocus, *cognomen Raghenarii* 388 b c
Lodi, *sive* Laudensis (Constantinus), *ord. erem. S. Aug., scripsit Vitam B. Joannis Boni* 746 a b; *præ oculis habuit Calepini Vitam B. Joannis Boni* 754 f; *emendatur* 758 d, 760 d, 775 e
Lomundesheim (*Christianus de*), *comes advocatus Bezechæ canonissæ S. Ursulæ* 225 a c
† Longinus, *forte centurio, cultus a Coptitis* 4 d
Lorinus (*Joannes*) *presbyter S. J.* 75 f
Lotharius, *Ludovici Pii filius* 649 a; *Cæsar dictus et ei dicatum Wandelberti Martyrologium* 271 e f. *Idem imperator confirmat ordinationem Guntharii, archiepiscopi Coloniensis* 147 f. *Ejus annos computandi modus* 272 e
† Luanus; *vide* † Lugidus.
Lubinus, *auctor Orbis Augustiniani* 727 b, 728 a
† Lucæ *festum Aquilejæ* 273 a
† Lucia *V. et M., ex sodalibus S. Ursulæ* 431 f
† Luciæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 c
† Luciæ, *M. Ursulanæ, festum* 282 b
Lucilla, *filia Marci Aurelii imp.* 487 b; *nubit Lucio Vero* ibid. c d e f, 509 b e
† Lucii I *papæ sepultura* 88 c; *ejus titulus* 90 b
† Lucius, *rex Britonum, convertitur* 78 e f
† Lucius, *M. Nicomediæ* 12 a
† Lucius *miles et martyr* 145 d
Lucius Verus *imp. uxorem ducit Lucillam* 487 d e f; *vir flagitiosus* 509 b e
† Ludovicus, *rex Franciæ, non est auctor genuflexionis infra Symbolum Constantinopolitanum* 418 b; *transferendam curat S. Bergæ, virginis Ursulanæ, corpus* 280 c
Ludovicus *Pius donat S. Ansgario cellam Turholtam* 379 e; *beneficus in monasterium S. Michaëlis ad Mosam* 314 e, 316 a b c; *confirmat diploma Massiliense* 366 b; *omnes clericos reducere vult ad vitam canonicam* 222 f, 223 a; *ejus statutum de militibus et donis præbendis a monasteriis* 314 d; *an per baculum investierit S. Rembertum* 376 a b
Ludovicus, *filius Lotharii, rex Italiæ, Brixiæ defunctus* 649 a; *ejus coronationi interfuit S. Donatus, ep. Fesulanus* 649 a b, 660 f; *contra Saracenos in aciem procedit* 673 c d e; *captus mandatur custodiæ* 674 a; *dimissus fugat Saracenos et moritur* a b; *ejus privilegium Cassinensibus concessum* 676 a
Ludovici *Augusti ejusque filii regni initium* 81 a

Ludovicus,

Ludovicus, *rex Provinciæ* 366 f
† Ludovicus, *episcopus Tolosanus* 889 b
Ludovicus Bardatus, *abbas S. Pontii et episcopus Niciensis* 887 b
Ludovico (*Damasus a S.*) *auctor operis de rebus Ursulanis* 258 c
Ludovicus de Montoja, *confessarius regis Lusitaniæ, vicarius generalis et reformator provinciæ sanctitate conspicuus* 423 e, 424 c
Ludovicus de Ponte *ad tribunal pœnitentiæ accedebat quotidie* 724 e
† Lugadius, *num frater fuerit S. Fintani* 334 e
Lugffen. *Vide* Justina.
† Lugidus *seu* Molua mac Coche Clonaferta *seu abbas Clonfertensis in Hibernia* 330 e, 339 b, 340 b c; *ejus Acta et annus obitus* 332 e f
Luitolfus, *presbyter Coloniensis* 242 a
† Luizo. *Vide* † Libentius.
Luppillus *bipenni læsus sanatur a S. Mellono* 570 f
† Lupus, *Suessionensis episcopus* 319 e f, 329 e
Lupus II, *Waiferii filius et Wasconiæ dux* 315 a
Lyrt. *Vide* Thomas.

M

Mabillonius, *de ætate Martyrologii Wandelberti agens, corrigitur* 271 e f; *ejus sententia de confessione peccatorum venialium primis ecclesiæ sæculis* 722 f
† Macarius, *martyr Puteolis* 15 d e
† Macarius, *martyr Nicææ* 4 b, 14 c f, 15
† Macarius, *episcopus Armenus Antiochiæ ad Orontem, mortuus Gandæ* 623 e
† Macarius *Alexandrinus* 576 b
† Macarius *senior seu Ægyptius* 57
† Macarii *Constantinopolitani nomen et titulus ficta* 244 a
† Macharii *nomen et titulus ficta* 244 d
† Macharii, *M Ursulani, festum* 280 c
Macarius, *S. Antonii discipulus* 35 c
† Machabæorum *septem corpora donata S. Magdalenæ parthenoni Coloniæ* 232 f, 233 c d; *item reliquiæ Coloniæ* 141 b
Macsen Wledig 106 f. *Vide* Maximus tyrannus.
Magdalena (*Joannes de la*), *provincialis Lusitaniæ Ord. Erem. S. Augustini, promovet cultum B. Gundisalvi de Lagos* 421 e, 426 d
Magdeburgenses *iniqui S. Hieronymi censores* 60 e f; *multis criminibus damnarunt S. Malchum. Quam insulse* 69 f
† Maglorius *venit in Armoricam cum venia regis Francorum* 110 f, 111 a
† Magnerici *ævo abundant sancti in partibus Trevirensibus* 343 d
Magnus, *abbas S. Victoris Massiliensis* 365 c
Magnus *alter, S. Victoris abbas, an simul episcopus Massiliensis* 366 f, 369 f, 371 b
† Magorum *trium corpora donata S. Magdalenæ parthenoni Coloniæ* 232 f
Maine, *familia materna S. Munnu* 325 c
† Mainfredus *Mediolanensis et eremita Montis Generosi* 415 f, 416 a
Mainardi (*Gabriel*), *minister provinciæ S. Ludovici FF. Minorum* 893 a
Mainus, *filius Neill* 333 d, 334 d
Majorianus *Turones defendit* 108 b
Maius (*Angelus*) *binam dedit Chronici Eusebii editionem post inventum textum armeniacum; prior non satis fida est* 481 b c d
Malachion, *Palæstinus monachus* 64 a
Malatestæ, *tyranni Cæsenæ* 705 e
† Malchion, *monachus Palæstinus* 22 a; *in via divinitus abripitur* 37 d
† Malchi *complures distinguuntur* 63 e f
† Malchi, *monachi et confessoris in Syria, gesta et cultus* 59 et seqq. *Vita scripta a S. Hieronymo* 16 b c
Malchi *nomen diis in Syria datum* 67 c
† Malchus, *a Theodoreto celebratus, coli videtur a Constantinopolitanis* 59 f, 60 a
Malchus *monachus in Monte prope Antiochiam ad Orontem* 63 e f
Malchus *monachus prope Antiochiam* 64 a
Malchus *latine rex* 64 d
Mallebranchii *sensa de viribus phantasiæ* 84 e f
Malregotus (*Leonardus*) *notarius, frater pœnitentiæ* 772 d, 774 e
† Malusii *socii S. Gereonis reliquiæ et titulus ficta* 244 d
† Malusii *Laudensis nomen et titulus ficta* 244 b
† Manchenus Leprosus, *sanctus Hibernus* 4 e
Mancini (*Rainerius*) *ep. Fesulanus recognoscit reliquias S. Donati* 653 a b c
† Mancius, *Eboræ patronus* 255 d
† Manderscheidt Geroldstein *et* Blanckenheim. *Erica Christina comitissa et abbatissa S. Ursulæ* 232 d
Manfredus (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 838 f
Manginus, *episcopus Cæsenas* 725 e, 733 b, 795 a b, *testis in causa B. Joannis Boni* 814 b et seqq. 815 f; *antea Cæsenæ præpositus* 815 f
Mangonius (*Valentinus*) *S. J. presbyter* 77 d
† Manni *sepultura* 88 c
Mansuetus, *episcopus Britannorum in Galliis ante occupatam a Britannis Armoricam* 109 b
Mantuana, *testis in causa B. Joannis Boni* 868 f
Mantuana, *testis in causa B. Joannis Boni* 873 f
Manuel, *Bitylienses episcopus* 22 d
† Manuelus, *archiepiscopus Hadrianopolitanus, captivus multos convertit Bulgaros* 684 d
Manzinus, *episcopus Cæsenas. Vide* Manginus.
Manzonius (*Bernardinus*), *historicus Cæsenas* 758 d
Map. *Vide* Walterus.
† Marcellinus *papa apostasiæ incusatus* 78 f, 79 a 155 c
† Marcellini *assumpta persona, multa finguntur* 92 e
† Marcellinus, *M. Nicomediæ* 12 a
Marcellinus *comes, rachimburgius dominicus* 371 a e
Marchesiana, *testis in causa B. Joannis Boni* 820 a b
Marchesiana, *uxor Ubaldini, testis in causa B. Joannis Boni* 821 c
Marchesius, *testis in causa B. Joannis Boni* 810 b
Marchi, *S. J. presbyter, retegit verum S Hyacinthi corpus* 237 c
Marciana, *Trajani soror, nomen communicat Marcianopoli* 689 b
Marcianus *succedit Theodosio II* 121 e
Marcianus *monachus in eremo Chalcdiensi* 63 f
† Marcii *Corbonensis nomen et titulus ficta* 244 c
Marcocho (*Annibal*), *presbyter Parmensis* 410 f
† Marculi, *M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 86 b, 243 d
† Marci *evangelistæ Vita* 18 e; *sepulturæ locus* 28 d; *natalis mense octobri* 9 b
† Marci *papæ festum Aquilejæ* 273 a
† Marcus, *episcopus Hierosolymitanus* 5 f, 43 d
† Marcus, *miles et martyr* 145 d
† Marcus Marconi, *Mantuæ cultus* 693 f
Marcus, *Philarum episcopus* 28 e
Marcus, *Prænestinensis episcopus* 295 a
Marcus Aurelius *imp. filiam suam despondet Lucio Vero*

Vero 487 b c; *ejus epistola ad Euxenianum, qua accersit S. Abercium non videtur sincera* 488 a b, 505, 510 b e
Marcus, *tyrannus in Britannia* 125 e
Marcus (*fr.*), *Cæsenas, durante schismate congregationis eremitarum B. Joannis Boni eligitur ejusdem prior* 733 c e; *dignitatem resignat* 733 e f
Marcus (*fr.*), *prior Ariminensis, testis in causa B. Joannis Boni* 860 d
Marcus *de Verona, testis in causa B. Joannis Boni* 805 a
Marcus, *testis in causa B. Joannis Boni* 803 d
† Margaritarum *duarum ex comitatu Ursulano festum* 276 a b, 281 e
† Margaritæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 e
† Margaritæ, *M. Ursulanæ, memoria* 277 e
† Margareta *Itala visiones suas ipsamet censet esse ludibria* 85 d
Margareta *Andegavensis captat coronam Angliæ; dein profuga in Lotharingiam* 317 a
Margareta, *ducissa Saxonica* 296 b
Margareta, *Flandriæ comitissa, spargit per Belgium corpora Ursulana* 250 a b
Margarita, *soror Friderici III, ducis Saxoniæ* 294 f
Margarita, *abbatissa S. Alexandri Parmensis* 409 b
Margareta *seu* Greta de Isenburg, *abbatissa S. Ursulæ* 232 c
Margareta de Westerburg, *abbatissa S. Ursulæ* 232 c
Margareta, *comitissa in Hohengeroltzeck et abbatissa S. Ursulæ* 232 d
Margarita, *testis in causa B. Joannis Boni* 864 f
Margarita, *testis in causa B. Joannis Boni* 881 f
† Mariæ *V. immaculata conceptio controversa coram Sixto papa IV* 890 f; *festum Purificationis statutum ut solutionis tempus* 221 b; *ejus assumptio* 73 d e. *Vide* Assumptio. † Mariæ *V. capilli in monasterio S. Trudonis* 145 f; *indusium delatum Carnotes* 38 b; *ejus statuam piscantur Ulyssipone piscatores* 423 c; *apparet S. Gebizoni infirmo* 403 c
† Maria, *regina Castellæ, uxor Sancii* 241 b
† Mariæ Magdalenæ *appulsus in provinciam* 444 b c e; *ejus sepulcrum* ibid. e f, 445 et 446. *Vide* Vezeliacum. *Ejus apostolatus non satis probatur ex Vita nuper edita* 446 f, 447, 448; *nec ex Actis S. Alexandri Brixiensis* 449 a b; *nec ex Ptolemæo Lucensi episc.* 445 b c; *sarcophagus* 449 f, 450 et seqq.
† Mariæ Jacobi *et* Mariæ Salome, *materterarum Domini memoria* 429 b, 433 a
Mariæ *Ogniacensis Vitam scribit Thomas Cantipratensis* 92 b
Maria, *uxor Artusii, testis in causa B. Joannis Boni* 819 e f
Maria de Burgo *ex ordine Minorum* 5 f
Maria *solitaria. Miraculum de ea* 21 a
Maria de S. Petro, *testis in causa B. Joannis Boni* 805 b
Maria Bella, *uxor Bonacursii, testis in causa B. Joannis Boni* 790 et seqq.; *tertiariis adscribitur* 790 c; *miracula in ejus gratiam facta* 790 d e f; *testis in causa B. Joannis Boni* 856 a
Maria, *uxor Zaniboni, testis in causa B. Joannis Boni* 856 a
Marianus, *monachus prope Antiochiam* 64 a
Mariani Gormanni *martyrologium* 325 f
† Marini, *Mediolanensis archiepiscopi et M. Ursulani, titulus fictus* 243 d
† Marini *Genebensis, M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 86 a b, 244 c
† Marius, *martyr sub Claudio* 2 b
† Marii *martyris Romani titulus examinatur* 88 e f, 89 a b
† Marii, *M. Ursulani, festum* 280 e
† Maronii *Novariensis, M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 86 b, 243 d
Marosa, *monachus in Syria* 62 d
Marquez (*Joannes*), *eremita Augustinianus; ejus labores ad vindicandum ordini suo S. Franciscum Assisiatem* 696 d, 701 et seqq.
† Marsilii, *M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 244 d
Marsitas *Hierosolymitanus, corpore prævalens, a dæmone correptus* 47 c d
† Martha, *quæ et* Maria, *culta a Coptitis* 3 a b
† Marthæ *seu* Mardiæ, *V. Ursulanæ, nomen verum et memoria in kalendariis* 145 c, 146 f, 147 a b d, 257 e, 270 e f, 271 a b c d, 273 d, 280 e; *collocatur in Usuardi Martyrologio* 270 e f, 271 a b c
Martha, *testis in causa B. Joannis Boni* 802 b
† Marthus, *martyr sub Claudio* 2 b
Martianus, *Gazensis episcopus* 22 d
Martinof, *Societatis Jesu presbyter, laudatur* 683 c e
Martina, *testis in causa B. Joannis Boni* 869 a
† Martini *papæ vicarius* 103 b
† Martinus *Turonensis; ad ejus imitationem monachos clericos instituit S. Patricius* 338 c
† Martini *Turonensis festum solutioni quotannis faciendæ statutum* 217 c, 218 e
† Martinus, *episcopus Braccarensis* 255 a; *ejus translatio* 429 a
† Martinus, *episcopus Cæsenas* 839 d e; *ejus curia episcopalis* 841 c
Martinus *papa V concedit Conventualibus Niciensibus licentiam alienandi bona* 887 c
Martini (*Joannes*), *cancellarius Renati Andegavensis* 473 b
Martinus, *præpositus S. Mariæ de Torello* 417 f
Martinus, *prior eremitarum Venetiis* 773 c
Martinus, *pater Raimundi Turriani, episcopi Comensis* 415 b
Martinus, *de Cæsena, testis in causa B. Joannis Boni* 792 b
† Martii, *M. Ursulani, festum* 275 f, 276 a b, 281 e
† Martyres *ex Ordine FF. Minorum Marrochitani, patroni Conimbricenses* 255 b
Martyrum *quadraginta quatuor millia uno die in Ægypto sub Diocletiano cæduntur* 258 a
Mascarenas (*Ferdinandus*) *coronatus, quod optimo carmine celebrasset translationem reliquiarum Ursulanarum Ulyssipone* 256 c
† Masona, *episcopus Emeritæ, multa passus a Leuvigildo, rege Gothorum* 601 a b c
Massarola, *testis in causa B. Joannis Boni* 806 b
Massacius (*Bartholomæus*), *Conventualis Niciensis* 893 f
Mathildis, *uxor Roberti ducis Glocestriensis* 95 b
Matthæa, *testis in causa B. Joannis Boni* 862 a
† Matthæus *seu* Macarius, *M. Nicænus* 14 f, 15 d
† Matthæus *de Canariis Augustiniensis* 423 e
† Matthæi, *M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 244 b
Matthæus (*Fr.*) *prior generalis eremitarum B. Joannis Boni* 697 a, 752 b f, 755 a, 782 b c, 784 d; *dignitatem resignat* 755 b; *testis in causa B. Joannis Boni* 795 f
Maurinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 825 a
† Maurisii, *M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 243 d
† Maurisii, *sodalis Ursulani, historia et corpus* 169 c
Mauritius, *dux Hollandorum militum* 143 c
Mauritius, *filius Caradoci, Cornubiæ ducis* 207 e f, 208 a b c
† Mauroleonis, *martyris Romani titulus* 9 c d
Maurolycus (*Franciscus*). *Ejus Martyrologium* 42 b

† Mauronti, *episcopi Massiliensis, vita et cultus* 362 et seqq.; *ejus loculus* 246 e
Maurontus, *Massiliensis comes, paciscitur cum Sarracenis* 371 e
† Mauri *martyres Colonienses* 85 f; *pars reliquiarum Coloniæ donata S. Norberto* 241 b; *per patrocinium suum servant ab hostibus Coloniam* 280 d
† Mauri, *episcopi Cæsenatis, corpus* 706 a
† Maurus *loco* S. Mauronti, *episcopi Massiliensis* 363 a
† Maurus. *Vide* † Materus.
Maurus, *qui et* Notus, *S. Ursulæ pater* 94 b, 159 a; *unde id nomen ortum videatur* 166 e. *Vide* Dionotus, Dinotus, Dinooth-Mawr.
Maximianus Herculius *hortatur Diocletianum ad persequendos christianos* 156 d; *ejus persecutio in Britannia* 155 d; *ejus temporibus annectitur a quibusdam cædes Ursulana* 99 a
Maximianus *pro Maximo tyranno* 106 d
Maximiliani *imperatoris initia singulariter Deo commendata* 294 b e
† Maximini *immunitas Coloniæ* 141 c
† Maximini, *M. Ursulani, festum* 281 f
Maximini *imperatoris ortus* 115 b; *ejus nova edicta* 20 b; *asper in christianos* 100 c d
Maximinus *dux anno* 431 *vincit Blemmyas* 29 a
† Maximi *martyris festum Mediolani* 275 b
† Maximus *miles et martyr* 145 e
† Maximi *martyris reliquiæ Fontanellæ* 554 c
Maximus, *patriarcha Antiochenus* 477 c
Maximus *seu* Maximinus *consul, mutatus in principem* 100 a b c d e; *et divisum in Maximum principem et Julium cognatum* 100 a, 101 a
Maximianus *seu* Maximus, *tyrannus in Britannia. Ejus gesta* 207 e f, 208, 209; *purpuram in Anglia induit* 104 d e; *fingitur Armoricam occupasse* 104 e f; *vera ejus historia* 104, 105, 106, 107, 108. *Anno* 379 *cogitat Gratianus de sociando sibi Theodosio Magno* 107 d e; *dure in Valentinianum II respondet S. Ambrosio* 119 b c d; *pergit hostiliter in Italiam* 120 a; *ejus ex Britannia solventis iter* 105 d e f, 106; *gesta a Miræo exposita* 112 b c; *dicitur Romæ occisus* 209 e
Maximus *dux Britanniæ pater dicitur S. Pinnosæ* 157 a, 166 e, 280 a
Mazochius *usus est mendoso apographo Kalendarii marmorei Neapolitani* 430 d; *perperam argumentatur de actis SS. Philippi et Sociorum* 538 b c, 555 a b
Mechtildis, *abbatissa S. Ursulæ* 220 e, 228 d
Mechtildis, *Sarræpontis comitissa* 549 b, 550 a
† Mechtundis *an ex comitatu S. Ursulæ* 278 b
Megenhardus *comes, fundator monasterii Sponheimensis* 241 c
Megingozus *comes, S. Adelheidis pater* 225 e f
† Meinardus, *eremita Einsidlensis, male dictus S. Bertholdus* 2 b c
† Melchiades *synodum habet Romæ, in qua erant nonnulli præsules ex Piceno* 524 d e
Melchitarum *græcorum et syrorum calendaria* 40 e f
Melga *rex Pictorum* 104 f, 112 f; *exploditur* 121 a b; *fabulosa gesta* 209 d e
Meliorinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 876 b
† Melissenus, *martyr Amoritanus* 559 f
Mellina, *testis in causa B. Joannis Boni* 860 c
Melloni (*Joannis Baptistæ*), *hagiographus Bononiensis* 887 a
† Meltiadis *papæ sepultura* 88 c. *Vide* † Melchiades.
Memlingi (*Joannis*) *picturæ in feretro S. Ursulæ Brugensi* 292 e
Memmii Salustii *titulus* 211 e. *Condit basilicam SS. Angelorum* 211 e
Mendoza (*Petrus de*) 296 b
Meneses (*Alphonsus Tellius de*), *comes de Orem, fundator conventus Augustiniensis S. Irenæ in Lusitania* 424 d
Mercacus (*Helias*), *confessarius monialium Machabæiticarum Coloniensium* 235 d
Mergnia (*Walericus de*), *præpositus S. Petri Duacensis* 279 d
Merlini *divinationes castigatæ* 97 e
Merobaudes, *magister militum, Gratiani proditor* 105 e f
Meropia *nomen in titulo* 171 b
† Methodius *corrigit calendarium Constantinopolitanum juxta Romanum* 41 e
Metonis *Cyclus paschalis; vide* Cycli.
Metrano, *patricius provinciæ* 570 c e, 571 c
Michaël III, *imperator Græcorum, concedit Bogori, regi Bulgariæ, Thraciam septentrionalem* 690 a
Michaël, *ante Bogoris dictus, rex Bulgarum convertitur* 684 d
Michaël, *episcopus Atribæ et Meligæ in Ægypto, auctor Syaxarii coptici* 40 f, 41 a, 575 e f
Michaël, *præpositus canonicorum Peccioli et capellanus Guilielmi Fieschi S. R. E. cardinalis, examinator constituitur ab Innocentio IV in causa B. Joannis Boni* 769 b c; *articuli faciendi examinis* 769 c; *examinator in causa B. Joannis Boni* 814 c, 838 b
Michaël, *missus communis Mantuæ* 798 c d f
Michaël (*frater*) *Veronensis; ejus testificatio in causa B. Joannis Boni* 781 et seq.
Michaël, *testis in causa B. Joannis Boni* 864 e
Michaël, *testis in causa B. Joannis Boni* 875 e
Michaelis (*Franciscus*), *Venetus aut Cyprius* 40 a
Michaelis (*Nicolaus*), *consiliarius in Cypro* 39 f, 40 a
Michelinus, *ministerialis potestatis Mantuæ* 791 f
Michellinus. *Vide* Michaël.
Micisla, *rege Poloniæ, mortuo, oriuntur turbæ* 220 b
Micislaus, *rex Obotritorum, convertitur* 394 f
Minardi (*frater*), *ord. erem. S. Aug., adornavit Vitam B. Joannis Boni* 746 b c
Minutius de Minutiis, *archiepiscopus Jadirensis, cogitat historiam S. Ursulæ* 75 e; *moritur* ibid.
Miræi *dissertatio de S. Ursula* 98 e; *contrahitur et examinatur* 112, 113
Moccu moje, *nomen gentis, e qua natus erat S. Fintanus* 526 e, 534 d e
Mochoëmocus *seu* Pulcherius, *monachus hibernus* 535 a, 537 e
Mochonia; *vide* Mochoemocus.
† Mochua, *abbas Hibernus* 532 e, 540 b c e f
† Mochuocus Ua-liathanus, *sanctus hibernus* 4 e
† Mochuta *sive* Carthagus; *ejus regula* 535 b
† Modestus, *martyr Neapoli* 450 f
Mœdocus, *sive* Aidanus, *episcopus Fernæ, in Hibernia* 528 b
† Mœdocus; *vide* Aidanus.
† Mœlanagius, *sanctus Hibernus* 4 e
Molanus (*Joannes*), *martyrologus, laudatur* 475 a
Molinæus *aggreditur historiam S. Ursulæ* 75 a
Molinier (*Antonius*) *abscondit corpora SS. Matronarum* 454 b c; *et ecclesiæ S. Mariæ de mari restituit* ibid. c d e
Molkenbuhr (*Marcellinus*) *absque sufficienti ratione locum Eusebianæ historiæ corruptum vult* 478 e
Moltongradus, *eremita S. Augustini, prior conventus Cæsenatis et B. Jonnis Boni socius* 705 d; *testis in causa B. Joannis Boni* 851 d
† Moluanus; *vide* † Lugidus.
† Monicæ *viduæ corpus* 11 b
† Monoldi *Trajectensis nomen et titulus ficta* 244 c
Montanistæ *num plus quam catholici sui ævi peccata*

cata venialia confiteri consueverint 722 f
† Montanus *monachus prædicit S. Remigii nativitatem* 519 d, 520
Montealvo (*Rodericus de*) 296 b
Montfauconius *locum S. Gregorii Nysseni de Natali Domini non recte interpretatur* 540 e f, 541 b c d
Monticulo (*Wernerus de*) *Coloniensis, vir laicus, præbendam habet in capitulo S. Ursulæ* 229 f
Montigni. *Vide* Nicolaus.
Montoya. *Vide* Ludovicus.
† Monulfus *episcopus Tungrensis templum in honorem S. Servatii condit* 155 d
Moraglia (*Ludovicus*), *Franciscanus Niciensis* 887 a
Morales (*Ambrosius*) *frustra passas vult anno* 840 *SS. Nunilonem et Alodiam* 628 a b c d e f *et anno* 842 *translatas ad Legerense monasterium* 629 f; *temere immutat textum S. Eulogii* 630 b c; *nec recte assignat locum Passionis* 631 a b c d e *nec diem* 638 a
Moret (*Josephus de*) *S. J. scriptor Annalium Navarræ* 627 b
Moretus (*Theodorus*), *S. J. presbyter* 245 a
Moroëllus (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 814 f
Moroëllus (*Guido*), *eques Cæsenas* 705 d, 718 b; *testis in causa B. Joannis Boni* 855 f; *ejus filii duo eremitæ fiunt ejusdem beati* 654 c d
Montragan. *Vide* Crytagon.
Morus (*Alexander*) *alteris typis subjicit chronicum Eusebii* 480 c
Moses, *monachus prope Antiochiam* 64 a
Moyses *fontem e rupe elicit. Exstat adhuc fons* 21 e
Mucapor, *Aureliano imp. carus* 542 f a; *diversus ab eo, qui forte nominatur in Actis SS. Philippi et Sociorum* ibid
Mullibertus, *notarius Coloniensis* 219 f
Multobana, *testis in causa B. Joannis Boni* 865 c
Mummulus *Langobardos cædit* 535 f
Mundanis (*Joannes de*) *abbas Bobiensis transfert sæc.* XV *corpus S. Columbani* 615 a b
† Mundus, *Scotus, cui adaptata est Vita S. Munnu sive Fintani* 542 a b d
Muntbrot (*Gualterus*), *S. J. presbyter* 77 d
Musacho (*Pompejus*), *episcopus Parmensis, consecrat S. Alexandri papæ et martyris ecclesiam monasticam* 410 f
Muslima, *Solimani frater, invadit Asiæ partem, subditam Romanis* 539 d. *Ejus artes ad excitandum bellum civile inter Romanos* 559 d
Mussatus (*Albertinus*), *auctor historiæ Ghibellinorum et Guelforum* 719 b
Mutragon. *Vide* Crytagon.
Mylius (*Hermannus*) *typographus Coloniensis* 75 et seqq.

N

† Namphasius *episcopus Cadurcinus corpus suum illic condendum curat* 58 d
Nanterus *abbas S. Michaelis ad Mosam* 310 b
Narses *destruit Gotthorum regnum in Italia* 304 f
Nascimbenus (*frater*) *dubitat de veritate Eucharistiæ, sed insigni miraculo B. Joannis Boni confirmatur* 777 d e f
Nasondi (*Petrus*) *episcopus Aptensis* 473 f, 475 d
Natalis Alexander *laudatur* 725 a
Navaria (*Stephanus de*), *abbas S. Georgii Venetiis* 39 f, 40 a
† Neapolius, *M. fictitius* 15 a b c
Negri (*Joannes Franciscus*), *historicus Bononiensis* 886 f
Neill *sive* Niell *rex Hiberniæ* 555 d, 554 d
Nemphidius *patricius provinciæ* 570 b f, 571 a d
† Neophytus, *M. Nicænus* 15 d
† Nepotiani *reliquiæ Claromontii* 75 d
† Nessamus, *abbas Mungretensis in Hibernia* 550 e
† Nestabus, *M. Gazæ* 25 c
Nevigates *præfectus Celticis militibus* 120 e
† Nicasius *seu* Nigasius, *episcopus et martyr* 2 e
† Nicea, *mater S. Proculi, nomen incertum* 15 d
Nicephorus *imperator recipit Sardicam* 684 b
Nicetas, *dux exercitus, mittitur Armorium in Galatia a Leone Isaurico* 559 d
† Nicetii *nomen et titulus ficta* 245 c
† Nicolaus *Tolentinas* 742 c
Nicolaus *papa V anno* 1455 *supprimit ministros provinciales in ordine Minorum* 889 e; *scribit Petro cardinali de Fuxo ut exquirantur corpora SS. Matronarum* 457 c d e
Nicolaus *Cusanus, cardinalis. Quæ antea in Germania haberet beneficia* 547 b
Nicolaus de Brancaciis, *episcopus Massiliensis* 459 a. *Elevatio SS. Matronarum* 459 c d e f et seqq.
Nicolaus de Cassia, *generalis Eremitarum S. Augustini, dein episcopus Maceratensis et Recanatensis* 424 c
Nicolaus, *prior provincialis Pauperum catholicorum* 755 b
Nicolaus *Constantinopolitanus, an auctor sit hactenus inediti Tractatus de Jejunio Græcorum* 499 c; *an hic tribuendus Nicolao Mystico et Nicolao Chrysobergo seu Grammatico* ibid.
Nicolaus de Montigni *prior, historicus Viconiensis* 247 c d
Nicolaus de Valencenis, *ord. Præmonstrat., Colonia Viconiam transfert corpus S. Cordubæ* 585 a; *et alias reliquias* 248 c
Nicolaus, *legatus Mantuanus ad Innocentium IV in causa canonizationis B. Joannis Boni* 772 b, 768 e
Nicolaus (*frater*) *dubitat de miraculo mutatæ aquæ in vinum a B. Joanne Bono, et in ejus gratiam renovatur* 778 a b, 781 a
Nicon, *monachus græco-melchita sæculo* XI 40 e
† Nigasius, *episcopus Rothomagensis* 555 d; *forte tantum presbyter* 556 d e f, 557, 558
Niger, *testis in causa B. Joannis Boni* 811 c
† Nivardi *reliquiæ in Altovillari* 521 c
Nomenoius, *Britanniæ Armoricæ princeps, invadit limitem Britanniæ* 110 b
Nonnæ Asellæ *inscripta S. Hilarionis Vita* 45 b
† Nonni *Antiocheni nomen et titulus ficta* 244 a
† Norbertus *anno* 1121 *Coloniæ acquirit reliquias virginum Ursulanarum* 241 a b; *reliquias transfert Ursulanas* 282 a; *ejus discipuli, canonici Præmonstratenses, sequuntur regulam S. Augustini, licet ab eo nuncupati non sint* 729 f
† Nostræ, *M. Ursulanæ, festum* 276 b c
Notingus, *Constantiensis episcopus* 584 b
† Notkerus *partim, inter annos* 845 *et* 859, *partim inter annos* 869 *et* 877 *Martyrologium scripsit* 270 c. *Præcurrit uno die* 271 a
Notus *et* Nothus *rex Scotiæ dicitur et S. Ursulæ pater* 80 c, 94 b, 158 f, 159 a b, 244 a
Novellus Malatesta, *tyrannus Cæsenæ* 705 e f
Novilan. *Vide* Joannes.
† Numidiani *sepultura Romæ* 88 c
† Laodicei *sepultura Romæ* 88 c
† Nunilonia, *virgo Hispana* 5 f
Nuvoloni (*Bartholomæus*) *Mantuanus* 775 d

O

Ocon (*Didacus de*). *Indulgentiæ concessæ venerantibus*

rantibus SS. Nunilonem et Alodiam 640 f, 641 a
Octavius, *dux Wisseorum* 207 f, 208 b d, 209 f
† Odelbertus, *martyr* 5 f
† Oderisius, *abbas Cassinensis et cardinalis* 598 b c, 599 b
Oderisii *duo abbates Cassinenses et cardinales distinguuntur* 403 d
Odilardus, *Nannetensis episcopus* 623 f
† Odiliæ, *M. Ursulanæ; corpus ubi Coloniæ repertum* 141 c; *id Joannes Eppa retegit et transfert Huyum* 250 e; *monumenta de ejus translatione* 104 c; *eidem, Huyi cultæ, offert Ferdinandus Bavarus lampadem argenteam* 287 d. *Ejusdem aut homonymæ reliquiæ Olyssipone* 254 b
† Odo *Cluniacensis propagator regulæ S. Benedicti in Gallia* 731 b
Odo Rigaldus, *archiepiscopus Rothomagensis* 564 f. *Vide* Regestum.
Odo, *abbas Glannafoliensis, scripsit sæc.* IX *Vitam S. Simplicii Cassinenses, hodie deperditam* 589 c
Odo Clane, *vel* Ed Slane, *filius regis Lageniæ, occiditur* 338 a c; *vide* Ed Slane.
Odo. *Vide* Odoinus.
Odoacer, *rex Italiæ, Siciliam obtinet* 136 e
Odoardus, *Joannis I regis Lusitaniæ filius et successor* 425 b
Odoinus, *Aquitaniæ dux* 443 a b
Ogerius, *primus abbas monasterii S. Michaelis ad Mosam* 514 b
Ogo, *abbas S. Maximini Trevirensis* 42 c
Oissenus, *presbyter Hibernus, Ernani filius, gente Mocu-Nieth-Corb* 527 a
Oktur. *Vide* Uptar.
Olaph, *rex Suenonum* 595 f, 596 c
† Olivæ, *V. Ursulanæ, reliquiæ* 91 e
Oliverius, *Sabinensis episcopus* 295 a
Oliverius (*Joannes*), *præcentor Arelatensis, testis in solemni elevatione SS. Matronarum* 465 c d
† Olofernes *fabulosus S. Ursulæ sponsus* 146 a
Olpe (*Reinoldus de*) 229 a
Omarus II, *califa* XII, *obsidet Constantinopolim* 559 c
Omortag. *Vide* Crytagon.
Oneca. *Vide* Iñiga.
† Onobiæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 e
Oprandus, *testis in causa B. Joannis Boni* 802 e
Oprandus, *testis in causa B. Joannis Boni* 804 c
† Optati *sepultura Romæ* 88 c
Ordelaffi, *tyranni Cæsenæ* 705 e
Orfei (*Henricus*), *episcopus Cæsenas, S. R. E. cardinalis* 815 f
Orenda, *testis in causa B. Joannis Boni* 857 f
Origenis *scripta olim interpolata et mutata a traductoribus* 17 b; *infideliter versa* 97 c; *eidem tributa Philosophumena* 105 d
Orion *Ailensis dæmoniacus* 47 d e
Orivans, *testis in causa B. Joannis Boni* 858 a
† Orophrygia, *virgo et martyr ex agmine Ursulano* 433 b; *festum et de ea fabulæ* 281 c d
Ortliebus, *monachus et scriptor Zwifaltensis et Nereshemensis abbas* 241 f
† Ortmariæ *nomen et titulus ficta* 244 e
† Osanna Andreasi, *Mantuæ culta* 695 f
† Osannæ *revelationes de Passione Christi* 84 b
Otgarius, *Moguntinus archiepiscopus* 379 e
Otheri *navigatio narrata Ælfredo Magno* 387 b
† Otiliæ, *M. Ursulanæ, festum* 275 c d; 279 a f
Otta, *testis in causa B. Joannis Boni* 875 b
Ottebella, *testis in causa B. Joannis Boni* 802 a
Ottonis I *tempore dicuntur investituræ per baculum incepisse* 373 f, 376 a; *loco Henrici Aucupis dicitur Danos vicisse* 388 c
Otto II *imperator anno* 976 *proficiscitur ad bellum in Bohemiam* 223 f
Othonis *Brunswicensis, dicti IV, electionem in imperatorem promovet Innocentius III* 417 a; *diploma dat de privilegiis Comensibus* 416 c d e. *Ejus itinera in Italia post coronationem* 416 e; *fidem promissis non facit* 416 f; *Sicilia perfide potitur et excommunicatur* 417 a b; *post excommunicationem multa movet in Italia* 417 b
Otto II *episcopus Cæsenas* 706 b e, 774 b, 788 f; *apud eum B. Joannes Bonus accusatur* 725 d e; *concedit B. Joanni Bono locum ecclesiæ de Butriolo* 734 c
Ottobella, *testis in causa B. Joannis Boni* 884 c
Otto (*Henricus*), *comes Palatinus* 296 b
Ottolinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 799 a
Ottonellus, *missus communis Mantuæ* 807 e
† Ounoulé (*Saint*). *Vide* † Domnolenus *Lemovicensis*

P

† Pachomio *vitæ cœnobiticæ initia quare adscripta* 33 f, 36 a
Paduanus *episcopus judex in schismate fratrum B. Joannis Boni* 733 e
Padusia, *uxor Flavii Constantini* 211 b
Palamides de Carreto, *episcopus Cavallicensis* 474 b, 475 f
† Panafredæ, *V. Ursulanæ, corpus in Wilbasem* 288 e
† Panefredis, *M. Ursulanæ, festum* 281 c
Palazzuolo (*Bartholomæus de*), *martyrologus ord. erem. S. Aug.* 756 a
† Palladia, *V. Ursulana* 145 c d, 147 a d; *nomen verum et memoria in kalendariis* 257 e, 271 c d, 273 d
Palladius, *monachus prope Antiochiam* 64 a
Palladius, *Exsuperantii Pictavi, filius* 104 d
† Palmatiæ, *sodalis S. Ursulæ, corpus anno* 1115 *transfertur Weissemburgum* 240 e f
Palmeresheim (*Lambertus de*), *ministerialis S. Petri Coloniensis* 221 d
Pamphilia, *testis in causa B. Joannis Boni* 797 f
Pamphilus (*Josephus*) *historicus ord. Eremit. S. Augustini* 421 b
† Panafretæ *nomen et titulus ficta* 244 f
† Panefredis, Secunda et Simeberia, *VV. et MM. Ursulanæ, in cœnobio S. Dionysii* 433 b
Pangoni (*Bernardi*) *testimonium in solemni elevatione SS. Mariæ Jacobi et Salomæ* 466 c
† Panphetæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 e
† Pantaleon, *patronus Braccarensis* 235 a
† Pantulus, *Basileensis episcopus, ante retectum spurium titulum incognitus erat* 4 b, 166 c d; *Rauracensis seu Basileensis episcopus habitus* 86 a. *Ejus titulus* 86 b; *nomen et titulus ficta* 243 d; *festum* 280; *hic fictus sanctus admissus ab heterodoxis* 104 b. † Pantulus, *M. Ursulanus, haberi potest nomen commune* 258 b
Panvinius. *Vide* Epitaphium S. Verecundi.
Papia, *soror pœnitentialis, testis in causa B. Joannis Boni* 812 d e
† Papias, *episcopus Hierapolitanus, quo anno mortuus* 488 c d, 489 b c, 498 b
† Paphiæ *nomen et titulus ficta* 244 f
† Papri, *martyris Romani titulus* 9 c d
† Papunii, *regis Hiberniæ, nomen et titulus ficta* 244 a
Paquot (*Natalis*) *iniquior in Miræum* 112 b
† Parmerii *nomen et titulus ficta* 244 c
Pascha, *testis in causa B. Joannis Boni* 809 c
Paschalis *papa I coronat Lotharium, Ludovici Pii filium* 271 c

Paschalis *papa II renovat sententiam excommunicationis in Henricum IV* 238 c
Paschasii, *juvenis Romani, titulus* 8 e f
Patareni, Patarini, Patari. *Eorum origo et brevis historia* 716, 717
† Patricius, *Hiberniæ apostolus, monachos clericos esse noluit* 338 e; *in Hiberniam induxit cyclum paschalem Sulpitii Severi* 329 d e; *ejus meritis non est adscribendum, quod Hibernia careat venenosis animantibus* 659. *Vide* Hibernia.
Patritius (*Franc. Xav.*), *de Christi genealogia* 437 b c e; *item de SS. Mulieribus ad Christi sepulcrum* 439 b c d e
† Paubriraliæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 a
† Paulæ *instituta monastica* 33 e
† Paula *Ursulana martyr* 146 d f
† Paulinæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 d, 279 c
Paulinianum *ordinat S. Epiphanius* 30 a
† Paulinus *junior, episcopus Nolanus* 304 b e
Paulus, *auctor, ut videtur, chronici Corbejensis* 575 b
† Paulus, *episcopus Virdunensis* 346 d, 351 a d
† Paulus, *socius S. Longini forte centurionis, cultus a Coptitis* 4 d
† Paulus, *Legionensis patronus* 110 f
† Paulus, *novus martyr* 2 f, 3 a
† Paulus *Thebæus ante S. Antonium incolit eremum; auctor eremitarum* 33 d
† Paulus, *conf. ordinis Minorum Arquatæ in Umbria* 433 b
Paulus I *papa transfert S. Caji papæ corpus* 88 c d
Paulus *papa V indulgentias concedit confraternitati S. Ursulæ Cracoviensi* 293 f
Paulus *cardinalis S. Sixti* 295 a
Paulus, *diaconus Emeritensis, auctor opusculi de Vita et miraculis patrum Emeritensium,* 596 a b c d; *floruit sæc.* VII; *deficit chronologia* 596 d e f
Paulus *diaconus seu grammaticus, historicus et hagiographus Cassinensis, diversus ab historico Longobardorum* 597 e, 598 b c
Pauli *diaconi liber de episcopis Mettensibus. Ejus ætas* 153 c; *corrigitur* 122 f
Paulus, *ex vico Telmiso monachus* 62 d
Paulus a Palatiolo, *Minorita* 5 f
† Pecorii *titulus* 9 b
Pelam (*Antonius*) *testatur de cultu SS. Matronarum* 465 e
Peliconi, *nobiles Bononienses* 892 d
Pellizer (*Josephus*), *vir eruditus, plura scripsit ad SS. Nunilonem et Allodiam spectantia* 627 d e f, 628; *acta translationis earumdem ad monasterium Legerense* 645, 646, 647
Pelusianus, *monachus S. Antonii* 33 a
† Penenæ *nomen et titulus ficta* 245 a
Père (*Gratien le*) *laudatur* 24 f
Peregrinus de Cortecella, *nobilis Comensis* 419 e
Peregrinius (*Camillus*). *Series abbatum Cassinensium* 664 d e f
Peregrinus. *Vide* Priscianus.
Perez (*Gregorius*). *Historia ecclesiæ Pampelonensis* 629 b
Pergamius *martyrium vult excitare S. Antonii corpori* 33 b
Pergen (*Joannis S. de*) *episcopus Mantuanus* 741 e, 742 b c
† Perimeniæ *nomen et titulus ficta* 245 a
† Permerius, *fictus episcopus Parmensis, Ursulanus* 77 b; *ejus festum* 279 f; *reliquiæ et festum* 281 c; *ejus nomen haberi potest nomen commune* 258 b
† Perpetuæ *et Felicitatis visiones* 210 e
† Perpetui *monachi prope Walciodorum* 240 b
Perpetui *titulus sepulcralis repertus Treviris* 86 f, 169 e
Petrarcha (*Franciscus*) *Coloniæ inspicit Ursulanas reliquias* 234 e
Petriciolus (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 884 d
Petronax *abbas Cassinum redit, monasterium reædificat, ecclesiam auget* 591 e
† Petri *apostoli tumulus visitatus a S. Servatio seu Aravatio* 153 a b; *festum S. Petri ad Vincula solutionibus præstitutum tempus* 221 b
† Petri Damiani *querelæ de falsariis* 86 a
† Petrus, *episcopus et martyr Alexandriæ* 18 e; *sepulturæ locus* 28 d
† Petrus, *martyr et primus episcopus Braccarensis* 253 a
† Petrus *miles et martyr* 145 d
† Petrus *de Blachernis, novus martyr* 2 f, 3 a
† Petrus Gonzalus *navigantium patronus* 427 a
† Petrus Claver *quotidie ad tribunal pœnitentiæ accedebat* 724 e
Petrus, *rex Castellæ, expulsus ab Henrico notho* 317 d
Petrus, *rex Bulgariæ, anno* 939 *visitat S. Joannem Rylensem* 685 b, 688 b, 689 b; *ejus bella contra Græcos* 689 c d; *Bulgariam in libertatem vindicat cum fratre Asane et fit rex* 407 b; *rex et restitutor regni Bulgarici* 686 e, 690 c, 691 c
Petrus *cardinalis SS. Cosmæ et Damiani* 295 a
Petrus, *episcopus Eleusas* 21 c d
Petrus, *Hierosolymorum episcopus* 22 d
Petrus, *Hortensis episcopus, tamquam legatus pontificius interest synodo Altheimensi* 383 f
Petrus, *Venafranus episcopus, curat fistulas* 402 e, 403 a, 404 e
Petrus, *archipresbyter Mantuanus* 771 c
Petrus, *archidiaconus Tullensis* 222 c
Petrus Diaconus *S. Gebizonis Vitam scripsit* 397 e, 398 e
Petrus Diaconus *scripsit historicam relationem invèntionis corporis S. Benedicti* 592 a b
Petrus Ostiensis, *continuatur Leonis; hujus textum non reliquit intactum* 665 d e
Petrus de Lacu, *abbas S. Victoris Massiliensis* 474 e, 476 b
Petrus Blancartus, *ex ordine S. Francisci, a Calvinistis gladio transverberatus* 433 b
Petrus *Ægyptius, monachus prope Antiochiam* 64 a
Petrus *Galata, monachus prope Antiochiam* 64 a
Petrus Siculus *narrat transitum Manichæorum orientis in occidentem* 716 e f, 717 a; *missus Tephricam, Armeniæ urbem, a Basilio Macedone* ibid.
Petrus Sillera *Minorita* 5 f
Petrus, *filius Geltrudæ et dux exercitus sæculo* X 148 c d
Peyronetta *seu* Pernetta, *comitissa de Arnsberg, abbatissa S. Ursulæ* 232 c
† Philippi *apostoli brachium Remis* 321 b
† Philippus, *martyr Hadrianopoli* 5 f
Philippi I, *regis Francorum charta pro abbatia Pontisarensi S. Melloni sincera videtur* 564 c d e
Philippus *Suevus contra mentem Innocentii III eligitur imperator* 417 a
Philippus Cabasolla, *cardinalis episc. Cavallicensis* 445 a b
Philippus I *seu* de Heinsberg, *archiepiscopus Coloniensis* 140 f, 227 d, 229 a b e f, 230 a b, 232 f, 233 a; *auget civitatem* 132 a; *mutatque pomærium Coloniense* 232 e; *magnopere favet monialibus S. Mariæ Magdalenæ seu SS. Machabæorum* 232 f, 235 a b
Philippus a Turre, *Adriensis episcopus* 148 c
Philippus, *comes Nassaviæ et Sarrapontis. Ejus uxores, sorores et liberi* 350 a

Philippus *ab Eleemosyna, abbas Bonæ Spei* 518 f, 519 a
Philippus, *abbas Parchensis* 248 c, 871 c; *munus abdicat* 280 e
Philippus, *vicarius episcopi Mantuani* 839 f, 842 c
Philippus Bianchi. *Vide* Bianchi.
Philon *episcopus, exsul Babylone* 52 f
Philon, *Cyrenensis episcopus* 23 d
Philon, *episcopus Carpasiæ* 50 a
Photius *narrat historiam Manichæorum Orientis sæc.* VII *et sequentibus* 716 e f
Phrygella, *nobilis matrona, mater Euxeniani, a cæcitate liberati precibus S. Abercii* 500 e f; *in Christum credit* 501 a
† Phuscon, *monachus Palæstinus* 22 a
† Piamon. *Vide* † Pœmon.
† Piamanho. *Vide* † Pœmen.
† Piamarcho. *Vide* † Pœmen.
† Picmenii, *regis Angliæ, nomen et titulus ficta* 244 a
† Pientia, *virgo et martyr* 2 e
Pighinus (*Sebastianus*), *archiepiscopus Sipontinus et legatus in Germania* 253 c d e
Piligrimus, *archiepiscopus Coloniensis* 220 a b
† Pimenii *Parmensis nomen et titulus ficta* 244 b
† Pinnosa, *filia regis Britanniæ, præcipua inter Ursulanas martyres habita* 143 c d, 146 f, 147 a b d, 151 e, 155 d; *nomen verum et memoria in kalendariis* 257 e, 271 c d, 273 d; *corpus ante sæculi* IX *finem transfertur seu potius elevatur* 257 f. *Plura ejus nomine donata corpora* 258 a; *festum* 276 a
† Pinnosæ *alterius, M. Ursulanæ, festum* 278 d, 279 c
† Pinnonæ *nomen et titulus ficta* 244 f
† Pinnosæ, *V. Ursulanæ, corpus in Wilbasen* 288 e
Pior, *Nitriensis monachus, convenit S. Antonium* 19 e
Pippinus *major domus an anno* 748 *ablegarit missos dominicos* 372 a; *ejus expeditio contra Waiferium* 314 a. *Regnum dividit* 314 f
Pippinus *rex reliquias dat Figiacensibus* 38 b
Pippinus, *filius Bernardi regis Italiæ* 408 f, 409 a
Pippinus, *rex Italiæ. Vide* Carlomannus.
† Pirmerius *perperam dicitur episcopus Cremonensis* 430 f, 431 a b c d; *fertur secutus S. Ursulam et passus Coloniæ* ibid. *Vide* Dragoni.
† Pirmini *discipulus non fuit S. Wendelinus* 343 e f
Pisani 893 b. *Vide* Franciscus Pisani
Pius *papa II permittit fundari conventum Observantum Niciensem* 887 d
Pius *papa VI confirmat cultum B. Gundisalvi de Lagos* 421 f, 422 a e
Placidia, *mater Valentiniani III* 216 b; *moritur* 121 e
Platina (*fr. Meliorinus de*), *testis in causa B. Joannis Boni* 842 c, 843 e
Plettenberg (*Conradus seu Guilielmus*), *præpositus Eresburgensis, auctor Lipsanographiæ Corbejensis* 574 f
† Pœmenis *corpus et cultus Duraveli* 38, 39
Poilnache (*Petrus*), *abbas Walciodorensis* 238 f
Poitiers (*Carolus de*), *episcopus primum Catalaunensis dein Lingonensis,* 608 f
† Polimii *cardinalis nomen et titulus ficta* 243 e
† Polimii *Adiatrensis nomen et titulus ficta* 244 c
† Polycarpi *sepultura Romæ* 88 e
† Polycarpi, *M. Ursulani, festum* 273 f, 276 a, 281 a
† Polychronii *nomen et titulus ficta* 243 e f
† Polyphemi *nomen et titulus ficta* 243 f
Pompæi *cum Cæsare bellum* 25 a
Pomponius *diaconus in visione venit ad S. Perpetuam* 68 c
Poncius Comitis, *operam navavit in perquirendis et effodiendis corporibus SS. Matronarum* 468 f, 469 a b c
Poncius de Sadone, *episcopus Vasionensis* 474 c, 476 a
Pondo (*Gerardus de*) *Aquensis* 232 a
Pontacus (*Arnoldus*), *Vasatensis episc., editor Eusebii Chronici* 480 b c
† Pontiani *papæ ætas* 102 c; *relegatur* 105 b; *sepultura* 88 c
Pontici *Virunnii ætas et scripta* 98 d
† Pontii *cardinalis nomen et titulus ficta* 244 a
Pontius, *Massiliensis episcopus* 366 b
† Poœmii *nomen et titulus ficta* 243 f
Possinus (*Petrus*) *S. J. laudatur* 750 f
Postremus, *qui est* Constantinus, *tyrannus Britanniæ* 107 c d
Postumus *Coloniam capit et monetam cudit* 134 a
Powischus (*Bertramus*) *in Helgolandia* 292 a
Prado Calderor (*Franciscus de*), *secretarius archiepiscopi Rossanensis, legati apostolici per Germaniam* 251 e f
Præcordius *filii sui a mortuis revocationem obtinet precibus S. Melloni* 559 c, 571 d e f
† Præfecti *reliquiæ Claromontii* 73 d
Præmonstratenses *canonici numero plurimum crescunt in itinere Coloniensi S. Norberti* 241 a; *eorumdem in Ursulanas virgines pietas laudatur* 90 f
Prædicatores *fratres in capitulo Argentinensi anno* 1246 *bonorum operum faciunt participes canonissas Ursulanas* 251 c d; *an Comi eos instituerit B. Guilielmus episcopus* 418 e f
Pretiosa, *testis in causa B. Joannis Boni* 831 a
Preverandi (*Joannes*) *Decretorum professor* 474 d, 476 b
Prilly (*Monyer de*), *episcopus Catalaunensis* 607 e; *visitavit anno* 1845 *reliquias S. Lupentii* 608 b
† Principius, *episcopus Suessionensis* 319 e f
Priscianus (*Peregrinus*) *scripsit de dogmatibus Manichæorum medii ævi* 717 d e
† Priscus, *martyr Carnotensis* 3 a
† Privatus, *miles et martyr Romanus* 7 e f
† Privatus, *episcopus Gabalitanæ urbis* 609 f, 610 a
Privatus *hæreticus condemnatur* 524 c
† Procacus *M. pro* Proculo 15 d
† Proculus, *socius S. Januarii* 4 b; *martyr Puteolis* 15 d e
† Proculus, *M. Nicææ* 14 c f, 15
† Promachus, *M. Nicomediæ* 12 a
† Proti *sepulcrum quando apertum et caput ubi servatum* 257 c
† Prudentiæ, *V. Ursulanæ, caput donatum* 251 e f
Pungilupus *seu* Punzilupus 717 d. *Vide* Armannus
Puricellus, *collector monumentorum basilicæ Ambrosianæ* 770 b

Q

Quarentina, *testis in causa B. Joannis Boni* 872 e
Quartana, *mater duodecim filiorum* 144 e
Quartillæ *nomen* 144 d
† Quatuor Coronati *nomen commune* 257 f
Quintillæ *nomen* 144 d
Quiriacus, *Nannetensis episcopus* 624 d
† Quirilli *nomen et titulus ficta* 243 e. *Item alterius* 243 f
† Quirilli *Ursulani titulus* 86 b c; *festum* 281 e

† Quirinus

† Quirinus, *presbyter dictus et martyr, cultus in diœcesi Moguntina* 2 d e
Quirinus, *in pago Rothomagensi, a contractione membrorum sanatus precibus S. Melloni* 571 c

R

Rabacia *seu* Rabastia *Ursulana martyr* 145 c, 147 a; *nomen verum et memoria in kalendariis* 257 e, 271 c d, 275 d
† Rabanus Maurus, *Moguntinus archiepiscopus, scripsit Martyrologium circa annum* 845; *quam rationem in eo secutus sit* 270 b; *num sit auctor Vitæ S. Mariæ Magd., nuper Oxonii detectæ* 446 c e f, 447, 448. *Ejus Martyrologium non consonat præfatæ Vitæ* 447 a b c; *commentitia ejus in Orientem peregrinatio* 447 f, 448 c d
Rabascher (*Guidonis*) *canonici Rothomagensis fundatio in honorem S. Melloni* 566 d e; *videtur auctor officii hujus S. Præsulis* ibid.
Radatus (*Oggerius*), *beneficus in Conventuales Nicienses* 887 b
Radbodus, *rex Frisiorum* 291 c
† Radegundis *mittit qui reliquias referant ex Oriente* 38 b
Ragnarus *seu* Raghenarius Lodbrochius *seu* Lodbrog, *regulus Daniæ et pirata* 589 a; *dictus simpliciter ab exteris* Lodbroh 588 b c. *Vide* Lodbrog.
Raimundus Turrianus, *episcopus Comensis* 415 b
Raimundus, *Sulcitanus in Sardinia episcopus* 887 c
Ramirez (*Alphonsus*) 296 b
Rangonius (*Claudius*), *episcopus et sedis apostolicæ legatus in Polonia* 293 f
Ranshover (*Georgius*), *vicarius Trostbergensis* 294 d
Raphaël *cardinalis S. Georgii* 295 a
Rasnada *conjux Willarii* 385 b
Raso Bonusvicinus, *Præmonstratensis canonicus, laudatur* 91 a
Ratulfus, *Argentinensis episcopus* 381 d
Raymundus ab Osca, *capuccinus. Historia* SS. Nunilonis et Alodiæ 629 c
Raynaudus (*Honoratus*), *de Arelate, testis in elevatione SS. Matronarum* 466 a
Raynerius, *testis in causa B. Joannis Boni* 828 c
Redham (*Richardus*), *episcopus S. Asaphi* 316 e f
Regeneraye (*de la*), *prior Rothonensis* 625 a
† Reginæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 f
Reginaldus Peacock, *episcopus S. Asaphi et Cicestriensis* 316 f
Reginbaldus *comes, legatus Ludovici II, interest electioni S. Ansgarii ad sedem Bremensem* 380 b
Reginbernus, *Coloniensis S. Petri canonicus et architectus* 213 c; *constructor et dotator altaris S. Cordulæ in basilica Ursulana* 221 a b c
Reginoldus *vicedominus Coloniensis* 218 f
Reginwardus, *præsul Hamburgensis et Bremensis* 375 f
Regnaricus *seu* Regnarius, *rachimburgius dominicus* 371 a e
† Regii, *M. Ursulani, festum* 278 c
† Remacli, *M. Ursulani, festum* 279 f
† Rembertus, *archiepiscopus Hamburgensis, elevat ossa S. Ansgarii* 380 a; *ejus chronotaxis* 380 e f
Rembodus, *monachus Cisterciensis* 249 b
† Remigii, *episcopi Remensis, Vitæ. Earum fata* 318 b c. *Ortus* 320 a b c d. *Ejus reliquias nonnullas in Italiam secum asportat S. Moderamnus* 620 e f; *eas prodigio cogitur deponere partim in Bercetensi monasterio* ibid., 621 a
Remi *natione Galla titulus* 211 b
† Reinaldi, *M. Ursulani, festum* 278 b d
Reinerius Sacchoni *scripsit de Catharis* 717 b; *eorum prius pseudoepiscopus fuerat* 718 a
Reinoldus *de Dassel, archiepiscopus Coloniensis* 232 e f; *Friderici Barbarossæ archicancellarius* 221 d e, 243 b.
Reinoldus *de Olpe* 229 a
Renard, *dux militaris belgicus, laudatur* 124 f, 125 a
Renatus Andegavensis *prohibet ne milites vexent Conventuales Niciens s* 887 d; *curat elevari corpora SS. Mariæ Jacobi et Salomæ* 456 f et seqq.; *adest solemnitati* 472 a
Rennenberg (*Joannes de*), *canonicus S. Andreæ* 232 b
† Reparati, *diaconi Nolani, notitia critica* 304, 305
† Responsæ, *M. Ursulanæ, festum* 276 c
† Reticius, *episcopus Augustodunensis* 4 a
Riccadonna, *testis in causa B. Joannis Boni* 866 a, 867 a
Ricciis (*Marquetus de*), *protonotarius apostolicus, subscriptus instrumento elevationis SS. matronarum* 473 e
Richard, *vicarius generalis Nannetensis* 624 e
† Richardi *corpus repertum in falso S. Caji papæ tumulo* 88 b
Richardus I, *rex Angliæ, cantores donat ut de se in plateis cantent* 699 e
Richardus III, *dux Normanniæ* 354 e
Richardus Redham, *episcopus S. Asaphi* 316 e f
Richardus, *S. Angeli cardinalis, jubetur unionem eremitarum promovere* 735 b c
Richardus Anglicus, *ord. Præm., falso dicitur auctor revelationum Schonaugiensium* 92 e f, 93 a. *Ejus scripta* 93 a
Richelda, *testis in causa B. Joannis Boni* 869 d
Richelius *cardinalis ædificat novum Sorbonense templum* 290 a
Richemer, *pater Theodemeris, regis Francorum* 150 d
Richerus, *magister Walciodorensis. Ejus scripta* 238 e f, 239, 240
Richeza, *regina Poloniæ, se suosque vectigales facit basilicæ Ursulanæ* 220 a b. *Ejus fata* 220 b c
Rictus Varus, *præfectus Nervici limitis* 128 a
Ricuinus, *Argentinensis episcopus* 384 a b
Riebera (*Joannes*), *Zwifaltensis monachus operam confert ad Acta S. Ursulæ* 77 b
† Rigomerus *Meldensis* 306 d
Rimbrandus, *episcopus Arhusanus* 390 d
Ring, *rex Sueonum* 395 f, 396 d
Ring *videtur fuisse agnomen plurium regum Sueciæ* 396 d
Riothimus, *rex Britonum, Biturigas venit et suppetias fert Anthemio imperatori* 109 f; *versatur in Arvernia* 110 a
Ripaldus, *nomen commune, mutatum in proprium* 312 e, 317 d e
Riwallus, *Britanniæ dux, venit in Armoricam* 111 c d e
Roberti (*Monetus*) *testatur de inventis corporibus SS. Matronarum* 469 f, 470 a b c
Robertus, *Normanniæ dux, in Fontanellenses beneficus* 334 a b
Roberti, *ducis Glocestriæ, ætas et nonnulla gesta* 93 a b c
Robertus, *archiepiscopus Aquensis, cognomine* Rogier, *vulgo dictus* Damiani 459 a
Robertus, *archiepiscopus Rothomagensis* 334 b
Robertus, *Trevirensis episcopus* 384 b
Robertus, *episcopus Dunblanensis in Scotia* 344 a c
Robertus, *Exoniensis episcopus, ante archidiaconus et decanus Sarum* 96 d
Robertus, *episcopus Lincolniensis* 96 c
Robertus, *Mediomatricus episcopus* 381 d
Robertus, *abbas Gladbacensis* 228 e

Robertus de Torinncio *laudatur* 95 c
Robertus. *Vide* Ruodprecht.
Rodelbinus, *magister scholarum S. Florini et pastor in Rhens* 222 d
Rodericus, *Portuensis episcopus* 295 a
Rodulphus II *imperator donat multas reliquias Ursulanas, in Lusitaniam transferendas* 253 f
† Rodwici *reliquiæ quotannis delatæ Gaudiacum* 318 a
Rogerius Fuxensis, *episcopus Tarbensis, consanguineus cardinalis legati de Fuxo* 459 a
Rogerius de la Turre de Mendrisio, *pater B. Guilielmi, episcopi Comensis* 415 a b, 419 e
Rogerius, *filius fratris B. Guilielmi, episcopi Comensis* 415 b
Rogerus Fordunensis *auctor dicitur alicujus Passionis S. Ursulæ* 94 a
Rollewinck (*Wernerus*) *abjicit Cyriacum papam* 82 d
Roman (*Hieronymus*), *historicus ord. Erem. S. Augustini* 421 b
† Romana *ficta M. Ursulana* 243 b
† Romanus *episcopus, de quo in breviario Messanensi et Gallo-Siculo, idem videtur ac* S. Romanus *Rothomagensis* 434 f, 435 a
Romani *episcopi titulus repertus Tuneti* 87 d
Romanus, *monachus prope Antiochiam* 64 a
Romualdus, *Camaldulensis abbas, conversos admittit* 410 c; *ejus cella ad formam S. Hilarionis* 46 e
Ropertus, *advocatus Coloniæ* 223 c
Rosa, *testis in causa B. Joannis Boni* 812 a
Rosa, *testis in causa B. Joannis Boni* 853 d
Rosalitus, *testis in causa B. Joannis Boni* 825 c d e f
† Rosendius, *patronus Braccarensis* 235 a
Rosonese, *testis in causa B. Joannis Boni* 855 d
Rossi (*J. B. de*) *de ætate sarcophagorum anaglyphis insignium* 445 f; *laudatur* 170 e f. *Vide* Monogramma.
Rostagnus, *archiepiscopus Arelatensis* 366 f
Rosweydus (*Heribertus*), *presbyter S. J.* 75 f. *Implicatur ejus nomen historiæ literariæ de S. Ursula* 76, 77; *corrigitur* 68 b c
Rota (*Humbertus de*), *notarius* 470 c; *confecit Instrumentum de Inventione et Elevatione Corporum SS. Mariæ Jacobi et Salomæ* 473 a b c, 474
Rotha, *idolum a S. Mellono exstirpatum* 573 c; *an ab illo nomen suum mutuavit Rothomagus* ibid.
Rovenius (*Philippus*), *archiepiscopus Philippensis* 77 b c
Ruandus *seu* Robaldus *etc., e monacho Cisterciensi episcopus Venetensis* 453 f; *ejus epitaphium* 434 b
Rudolphus II, *Saxoniæ dux, templum erigit Wittenbergæ in honorem S. Ursulæ* 289 b
Rudolphus de Tossiniano, *scriptor historiæ Seraphicæ* 886 b c
Rudolphus, *ministerialis S. Ursulæ* 221 b
† Rufinus, *Mantuæ cultus* 693 f
Rufinus *scripta Origenis minus fide vertit* 17 b; *item Eusebii* 97 b c. *Ejus simultates cum S. Hieronymo* 66 e f
Rufus (*Antonius*) *detegit interpolamenta Chronici Sigeberti* 118 f
Ruithbertus, *anno* 927 *presbyter Coloniensis* 218 d
Rumaldus, *Mingardensis seu Monasteriensis episcopus* 384 a b
Ruochbertus, *præpositus Coloniensis* 219 f
Ruodprecht, *sæculo* x *libri liturgici scriptor* 148 d
Rupertus, *S. Mariæ in Palatiolo præpositus* 222 c
Rurke (*de*). *Vide* Yngebrandus.
Rustici *episcopi titulus repertus Tuneti* 87 b

S

† Sabas *abbas* 37 e; *ejus dicta de pueris habitantibus cum monachis* 688 d
Sabas, *monachus et discipulus S. Hilarionis* 32 b
Sabbatiæ *titulus sepulcralis* 170 b
† Sabina, *Eboræ patrona* 253 d
Sabinianus, *dictus dux Mesopotamiæ, immo magister militum* 61 d; *ignaviter bellum gerit cum Persis* 63 c. *Emit camelos S. Malchi* 63 c
Sabinus, Sabianus. *Vide* Sabinianus.
Saccitæ *accusant B. Joannem Bonum* 725 d
Saint-Genis *laudatur* 24 f
† Salnæ, *immo* Saulæ, *dentes translati Weissemburgum* 240 f
† Salome, *mulier evangelica* 5 f
† Saloman, *monachus Palæstinus* 22 a d
Saloninus, *Gallieni imp. filius, residet Coloniæ* 134 a
Salvator, *confessarius monialium S. Alexandri Parmensium* 411 c
Salvetus, *inter eremitas S. Augustini presbyter, conversatur cum S. Joanne Bono* 695 a; *testis in causa B. Joannis Boni* 772 c d
Salvianus *scribit libros suos de Dei gubernatione proxime post annum* 440 135 b c d e f, 136; *nonnunquam in accusando nimius* 136 e f; *ita loquitur de monachis in Africa, ut eos nulli certæ regulæ seu instituto addictos fuisse demonstret* 599 a b. *Vide* Monachi.
† Salvii *nomen et titulus fictus* 244 c
† Sambariæ, *V. Ursulanæ, genuinum nomen et memoria in kalendariis* 271 c d
† Sambariæ, *M. Ursulanæ, in Bonæ Spei monasterio festum* 276 a b, 279 e, 280 e, 281 c e
† Sambatia, *Ursulana martyr* 147 a d
Samhiri. *Vide* Ignatius.
Sammarthanus (*Dionysius*) *parum diligens in recensendis abbatissis S. Ursulæ* 228 c
† Samson *venit in Armoricam cum venia regis Francorum* 110 f
Samson. *Vide* Franciscus Nanius de Senis.
Sanctebertus, *testis in placito Dignensi* 371 d e
Sanctæ Virgines *tamquam nomine proprio dictæ virgines Ursulanæ* 136 a
Sancter Vilgen *pro* Sanctarum Virginum 147 e
Sanctius *rex, in obsidione Oscæ sagitta occisus* 634 a; *ejus testamentum* 638 c d
Sandoval, *episcopus Pampelonensis, præsulum suæ ecclesiæ insignem composuit ediditque catalogum* 628 e
† Sant Elmo, *idem ac S. Erasmus martyr, confusus a Lusitanis et Hispanis cum S. Petro Gonzalo* 427 a
Saphenberg (*Adolphus*) *comes* 221 d
† Sapientiæ, *M. Ursulanæ, festum* 273 d, 279 b
† Sapientiæ, *M. Ursulanæ, corpus et festum* 280 a
Sapor, *rex Persarum, anno* 369 *plura castra Romana capit* 63 b
Saptala. *Vide* Lanfrancus 693 b
† Sara *uxor dicitur Nothi, regis fabulosi Scotorum* 139 b; *ejusdem reginæ Scotiæ nomen et titulus ficta* 244 a
Sara, *ancilla SS. Mariæ Jacobi et Salomæ* 444 b
Saracenus *comes, dux exercitus Boemundi III* 406 a
Sarti, *pseudonyma Philippi Bianchi* 886 c e
† Satnina *Ursulana martyr* 143 c
† Saturiæ *seu* Saturninæ, *V. Ursulanæ, nomen verum et memoria in kalendariis* 257 e, 271 c d, 273 d
† Saturia *seu* Satura *Ursulana martyr* 143 c, 147 a d
† Saturnina, *patrona Herisiensis* 81 a
† Saturninus *miles et martyr* 143 e

Savelli da Borgo (*Antonius di*), *presbyter Parmensis* 410 f, 411 a
Savio (*Josephus*), *canonicus Mantuanus, auctor Vitæ B. Joannis Boni* 727 a, 746 d
† Saulæ, *V. Ursulanæ, nomen verum et memoria in kalendariis* 145 c, 146 f, 147 a b c, 257 e, 270 e f, 271 a b c d, 273 d; *etiam in Usuardi Martyrologio* 270 e f, 271 a b c; *reliquiæ aliquot anno* 1115 *Weissenburgum transferuntur* 258 b; *festum* 280 e
Saure, *testis in causa B. Joannis Boni* 827 a b c
Schade (*Oskar*) *de Ursulano martyrio corrigitur* 149 c d e
Schawenburg (*Adolphus de*) 288 c
Scherve (*Petronella de*), *abbatissa Coloniæ ad S. Claræ* 278 e
Schiwardus, *nobilis vir, plura donat S. Condedo et Fontanellensibus* 356 f, 357 a
Schœnemann *de ætate librorum Salviani corrigitur* 135 c
† Scholasticæ *reliquiæ Claromontii* 72 f
Schwan (*Gasparus*), *abbas Schonaugiensis* 163 e
Scotti, *familia nobilis Papiensis* 694 f
Scodan *vel* Seodan, *Saracenorum dux* 672. *Vide* Saraceni.
† Scubiculus, *diaconus et martyr* 2 e
† Sebastiani *M. reliquiæ Zwifalti* 242 a
† Sebastiani, *M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 244 b
Sebastiani, *regis Lusitaniæ, cladis anniversaria die an omittantur nundinæ Turribus Veteribus* 427 a d
Sebastianus *dux crudeliter habet catholicos Alexandrinos* 24 e, 56 b
† Secundæ *nomen et titulus ficta* 244 f
† Secundæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 a
Secundillæ *nomen* 144 d
Seledion, *idoli Rothomagensis sacerdos, confunditur a S. Mellono et laqueo se suspendit* 572 b c
Sempronius *loco Sophronii* 16 f
† Senciæ, *V. Ursulanæ, nomen verum et memoria in kalendariis* 145 c d, 147 ad, 257 e, 271 c d, 273 d
† Sentius *qui et* Senesius *et* Synesius, *miles et martyr* 2 f
Septimillæ *nomen* 144 d
Septimius Severus *imp. ædificium restituit Brittenburgi* 152 a
Sequence (*Joannes*), *parochus S. Mederici Parisiis* 323 b
Sergius I *papa transfert ossa S. Leonis I* 10 a
Sergius *papa II multa corpora sanctorum transfert in S. Martini in Esquiliis* 10 e, 11 a
† Servatii, *Tungrensis episcopi, peregrinatio Romana* 153 a b c d e f
Sergius, *dux Neapolitanus, excommunicatus, captus et oculis orbatus* 677 d
Sessa (*Gerardus de*). *Vide* Gerardus.
† Severinus, *Burdigalensis episcopus* 4 b; *distinguendus a Coloniensi* 6 a
† Severinus, *Coloniensis episcopus* 212 a
† Severini *scrinium in Corbeja Nova* 575 a
† Severus, *episcopus Ravennatensis cum uxore et filia laudati* 429 a
† Severi, *episcopi Cæsenatis, corpus* 706 a
† Severus, *Trevirensis episcopus* 4 b
† Severus, *martyr Hadrianopoli* 5 f
† Severus, *martyr in Thracia* 454 c
Severus, *patriarcha Alexandrinus* 21 d
Severus, *monachus prope Antiochiam* 64 a
Sextillæ *nomen* 144 d
Sforzia (*Ascanius*), *cardinalis legatus Bononiensis* 889 e
Sibell, *filius Mianaidh. Vide* Filell *et* Sinell.
Sibylla, *uxor Roberti Glocestriensis* 93 b
Sibilla, *testis in causa B. Joannis Boni* 808 e
Sicard, *missionarius S. J.* 23, 24 et passim
Sicardus, *episcopus Cremonensis, quando scripserit suum Mitrale* 418 c
Sickingen (*Franciscus de*) *quanta anno* 1522 *oppido S. Wendelini intulerit mala* 349 f
Sico, *primus abbas monasterii S. Michaelis ad Mosam* 314 b
† Sidonii *Apollinaris mortis tempus* 320 f
Siffridus, *præpositus de Runckel* 232 b
Sigebertus, *conjux Brunechildis, Tornaci necatur machinationibus Fredegundis* 606 a b
Sigebertus, *monachus Corbejæ Novæ et S. Unnis socius et biographus* 574 d e
Sigeberti Gemblacensis *ætas et scripta autographa* 118 d e. *Ejus Chronicum farcitur fabulis Galfredi Monumetensis* 118 e f; *Chronici variæ editiones curatæ ab ipsomet auctore* 80 b c
Sigewandus, *Mindensis episcopus* 288 c
Sigewinus, *archiepiscopus Coloniensis* 220 d, 227 d, 228 d; *beneficus in monasterium undecim millium virginum* 146 e
Sigfridus *prædicat in Suecia* 392 a
Sigibaudus, *Mettensis episcopus* 315 b
Sigismundus, *rex Burgundionum, patricius creatur ab imperatore Constantinopolitano* 370 a b
Sigismundus, *archidux Austriæ* 296 a
Sigurdus Ormioga, *filius Ragnari Lodbrochii et pirata. Ejus regni partes* 387 a
Sigurdus Ring, *rex Sueciæ* 396 d
Silfraskallius *rex vincitur a Wurmio Hardecnuto* 387 d
† Sillanus, *abbas Magbilensis* 4 e
Silling (*Cornelius*), *beneficus in Ursulanam basilicam* 213 f, 214 a
† Silvanus *presbyter christianos Gazenses sustinet* 28 b c
Silvanus *sæculo* IV *Geraris monasterii auctor* 37 e
Silvanus *Francus Coloniæ residet et cogitur ad diadema accipiendum* 134 a
Silvanum *fallaciter habet Attila* 138 a
† Silverii *papæ vicarius* 103 b
† Silvini *reliquæ Claromontii* 72 f
† Simeonis *senis brachium Parisiis* 38 b
† Simeon, *stylita Antiochenus, audit famam S. Genovefæ* 306 e
† Simeon *Armenus, qui floruit Treviris* 623 e
† Simeon *Armenus alter, cultus Mantuæ* 623 e
Simeon, *filius aut nepos Baldemiri, regis Bulgarorum, fit monachus et dein rex* 684 e
Simeoni Metaphrastæ *tribuuntur interdum omnes Sanctorum Vitæ græcæ* 17 a b
† Simonis *Apostoli festum Aquilejæ* 273 a
Simonis, *Paderbornensis episcopi, diploma quæstuarium* 231 d; *quo concedit indulgentias circumferri per suam diœcesim* 289 a b
Simon, *Sithiensis abbas, quatuor corpora Ursulana obtinet* 248 c d
Simon Moysis *Maronita latine vertit synaxarium copticum, sed negligenter* 576 a b
Simon (*fr.*) *ord. Minorum, delegatus ad pacem componendam in congregatione B. Joannis Boni* 733 e
† Simplicii *Ravennensis, M. Ursulani, titulus fictus* 245 d
Simpson (*Richardus*) *laudatur* 96 e
† Sinceræ *V. Ursulanæ reliquiæ* 91 e
† Sindulfus, *confessor* 4 a c
Sinell mac Mayinacur, *abbas monasterii Cluain-inis, perperam dictus in codicibus mss.* Filell, Sibell 125 *et*

et Strennus 328 a, 334 b, 335 b, 341 e
† Siricius *papa habitus Papebrochio idem ac Cyriacus papa* 112 d
† Sixti *papæ sepultura* 88 c; *alii sancti ibidem sepulti* 88 c; *ejus natalis* 9 b
Sixtus IV *pontifex probavit cultum B. Joannis Boni* 743 a b; *ejus bulla hac de re* ibid.; *controversia de immaculata conceptione* 890 f, 891 a; *dat FF. Minoribus hospitale Monzoni* 891 c d; *plectit nonnullos* 889 e
Sixtus *papa V confert jubilæum in festo S. Ursulæ* 256 c; *edit bullam vel breve ad cultum augendum B. Joannis Boni* 743 d
Smaragdus, *abbas S. Michaelis ad Mosam* 310 c, 311 f, 314 d, 315 d e f. *Ejus opera* 314 e, 315 d e, 316 b
† Socrates, *martyr* 6 a
Solderen (*Sigefridus de*) *impugnat Luneburgum* 291 a
Soliman *seu* Soloman, *califa XII, et filius Abdelmaleki seu Anactoduli. Ejus bella cum Romanis* 359 a b c d e f, 360 e
Solimanus, *dux Sarracenus, obsidet Amorium in Galatia* 339 d
Solinus, *episcopus Coloniensis* 132 a; *dicitur ædificasse S. Magdalenæ templum* 234 c
Sollerius *de Ursulanis virginibus corrigitur* 148 e f, 270 e f, 271 a b c; *favet Provincialium traditioni* 444 d e f, 445, 446. *Ejus sententia examinatur* ibid.
Sondelin (*Joannes*) *notarius adfuit operamque præstitit inventioni corporum SS. Matronarum* 468 a b c d e
† Sophiæ, *M. Ursulanæ, festum* 282 b
Sophia, *relicta Gerardi, præbendam emit in capitulo S. Ursulæ* 231 b c
Sophronius *plures S. Hieronymi libros græce vertit* 16 b e. *Vita S. Hilarionis sparsa per Orientem* 16 c, 17 a b c. *Illius viri laus* 16 f
Sordellus, *eques Mantuanus* 814 a
Sordi (*Alexander*), *canonicus Mantuanus, laudatur* 694 e
Soyberti (*Guilielmus*), *episcopus Carpentoractensis* 474 a; *primum episcopus Ucetiensis* 475 e
Sozomenus *multa accurate de S. Hilarione narrat* 17 b c; *ejus avus et familia a S. Hilarione conversi* 22 b
Spadalonga, *familia Eugubina. Jacomellus S. Francisci Assisiatis amicus* 702 d
Sperius, *legatarius S. Vigilii Autissiodorensis* 324 c
Spinola (*Augustinus*), *archiepiscopus Hispalensis* 704 f
† Sponsæ, *M. Ursulanæ, festum* 278 f
Staf, *pirata Saxo, pugnat in Anglia* 111 b
Stauffen (*Joanna Helena*), *baronissa et abbatissa S. Ursulæ* 232 d
Stephania, *de Desenzano, testis in causa B. Joannis Boni* 806 f
Stephania, *testis in causa B. Joannis Boni* 806 d e
† Stephani I *papæ sepultura* 88 c
† Stephanus *Junior, novus martyr* 2 f, 3 a
Stephanus II, *rex Hungariæ* 686 a, 690 c, 691 e
Stephanus Duscianus, *kralus Serviæ, tzar Macedoniæ et imperator Romanorum, dominatur Bulgariæ* 685 c d
Stephanus Orosius, *kralus Serviæ* 685 d
Stephanus, *Tungrensis episcopus et abbas S. Michaelis ad Mosam* 316 c
Stephanus *de Borbone seu de Bellavilla ord. Præd.* 92 d
Stephanus, *martyr ex ordine FF. MM.* 5 f
Stilio, *Olomucensis in Moravia episcopus* 282 a
Strambelius, *hagiographus ord. Augustiniensis* 421 a b
Stravius (*Georgius Paulus*), *episcopus Joppensis et suffraganeus Coloniensis, beneficus in Ursulanam basilicam* 213 d; *aram S. Cuniberti in templo Ursulano renovat* 237 e
Strennus; *vide* Sinell.
Strenni (*Franciscus di*), *presbyter Parmensis* 410 f
Suaneborg *an mater S. Unnis* 373 b
Suaresii (*Francisci*) *laudes* 290 b
Subne, *rex Ambarriche in Hibernia* 339 c
† Successi, *M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 243 f
Sueinus, *filius Haraldi Blaatand* 393 e
Suein *seu* Svend Estrithson, *rex Danorum, Adamo Bremensi multa narrat* 393 f, 396 d
Suibertini *Colonienses monachi culpati a Papebrochio* 92 c
Sulpicia, *uxor patricii Autherii* 370 d
† Sulpicius Severus, *auctor alicujus mutationis in cyclo paschali* 329 e f
† Sulpitii *Ravennatis, M. Ursulani, festum* 273 a
Sundroldus, *Moguntinus archiepiscopus* 381 a d
Surdis (*Alexander de*), *canonicus Mantuanus* 694 e, 885 f
Susanna, *Joannis Quirini vidua, exstruit prope Ulyssiponem templum B. Mariæ de Monte* 323 c
† Susimus *seu* Zosimus, *M. Puteolis* 12 a *et alter Nicomediæ honoratus* 12 a
† Sussius, *martyr cultus Neapoli* 6 f
Symeones, *monachus prope Antiochiam* 64 a
† Synesius. *Vide* † Sentius.

T

Tacus (*Ubertus*), *nobilis Cæsenas, testis in causa B. Joannis Boni* 834 d
Tailchanus; *vide* Tulcanus.
Taliaferrus de Arlottis, *Mantuanus* 869 e, 870 *et* 871 b
Tamayus de Salazar, *tria paria virginum Nunilonis et Alodiæ statuens, refutatur* 633, 636, 637; *ejus commenta de S. Mellono Rothomagensi* 334 f 335 a b c
Tamerlani *ferocia* 150 a
Tanari (*Franciscus*), *Bononiensis* 892 c
Tancmarus, *abbas Corbejæ Novæ* 373 d
Q. Tarquitii Catuli, *legati Augusti, monumentum Coloniæ* 133 e
Tatti (*Aloysius*) *proposuit sibi B. Guilielmi, episcopi Comensis, Vitam scribere* 414 b c
Taurinus, *testis in placito Dignensi* 371 d e
Teachmunnu 336 d; in regione Fothar 337 b e f
Tedesca, *testis in causa B. Joannis Boni* 866, 867 c
Telephus, *rex Gotthorum* 113 c
† Telesphorus *papa. Controvertitur quibus annis sederit* 483 e d, 484 a b
† Telle, *abbas Hibernus* 336 f, 337 a
† Terentiæ, *M. Ursulanæ, festum* 276 a b, 281 e
Tertullæ *nomen* 144 d
Tempertus. *Vide* Theodebertus.
† Thaddæus de Canariis *Augustiniensis* 423
Thaddæus (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 847 e
Thebæi *martyres. Argumenta certissima de eorum martyrio anno* 1845 *reperta* 156 ab; *eorum sociæ dicuntur Ursulanæ virgines* 79 c; *eorum martyrium a quibusdam connectitur cum Ursulana cæde* 99 a b. *Reliquiæ et tituli ficta* 244 d. *Aliæ reliquiæ* 83 f; *item reliquiæ in Monte S. Disibodi* 241 e. *Servant ab hostibus Coloniam* 280 d
† Theclæ,

† Theclæ, *V. Ursulanæ, reliquiæ* 91 e
Thedericus, *præpositus Coloniæ* 225 c
Thedericus, *comes Coloniæ* 225
Theobaldus, *Cantuariensis archiepiscopus, Becci et Romæ versatur* 95 e
Theodebertus, *nepos Brunichildis, Austrasiæ rex* 612 a
Theodebertus *seu* Teupertus, *episcopus Massiliensis* 366 b c, 369 a
Theodemer, *rex Francorum, occiditur* 130 d
Theodolinus, *testis in placito Dignensi* 371 e
Theodomarus, *presbyter Cassinensis* 399 b, 403 d
†Theodomarus. *Vide* † Theymarus.
† Theodora, *mater SS. Germanæ et Luciæ, cum filiabus suis martyrio Coloniæ coronata* 431 f
† Theodora, *fabulosa uxor fabulosi Flandeberti, Flandrorum reguli, de qua in revelationibus B. Hermanni* 430 e
† Theodorici *carmen, auctore Hucbaldo Elnonensi* 319 c
Theodoricus, *nepos Brunechildis, Burgundiæ princeps* 612 a
Theodorici III, *regis Francorum, diploma Fontanellense* 352 d e f, 353 a b, 354 f et seqq.
Theodoricus, *rex Vesigotthorum, injuriam passus a Geiserico* 122 a b; *eum decipit Attila* 122 b; *ejus pietas* 135 f
Theodoricus, *monachus Tuitiensis, chronographus et collector titulorum Ursulanorum* 85 e, 87 c, 99 d e; *effert falsum S. Ursulæ corpus* 236 d; *effert reliquias Ursulanas et falsos titulos* 242 e f. *Ejus scriptio* 243, 244
Theodoricus Pauli, *Gorcomiensis, auctor* Chronici universalis, *hactenus inediti* 483 c
Theodoricus II, *abbas Walciodorensis* 240 a b c
† Theodoritus, *presbyter Antiochiæ* 435 a
† Theodorus, *Cantuariensis archiepiscopus, natione Orientalis* 623 c e
† Theodorus, *martyr Amoritanus* 359 f
Theodorus Comnenus, *imperator, a Joanne Asane vincitur* 408 b
Theodorus Angelus, *imperator Thessalonicensis, vincitur a Bulgaris* 687 a b
Theodorus, *monachus, dein patriarcha Antiochenus, suadet Joanni Tzimisce imperatori Manichæos orientis in desertam regionem occidentis transferre* 717 a
Theodorus, *Petrarum episcopus* 22 d
Theodorus, *monachus celeber in Syria* 62 d
† Theodosius, *miles et martyr* 145 d
Theodosius Magnus *sociatur Gratiano imperatori* 104 d e; *auxilio venit Valentiniano II* 120 a b; *devincit Maximum tyrannum* 106 a; *vult ulcisci synagogæ incendium* 120 b c; *ejus crudelitas Thessalonicæ* 150 b
Theodosius II *jubetur ab Attila; moritur* 121 e
Theodosium *imp. Constantinopolitanum inter et ejus fratrem Leonem Isauricum bellum civile conatur excitare Muslima califa* 359 d e
Theodosii *comitis præclara in Britannia facinora* 104 d
Theodosius *abbas* 37 e
† Theodota, *martyr* 6 a
† Teodota, *M. Nicæna* 15 d
Theodulus *seu* Abdellas, *episcopus Eleusas* 21 c
† Theomatæ, *V. Ursulanæ, corpus transfertur Folckenrodam* 248 e f, 249 a
† Theophilus, *martyr Amoritanus* 359 f
Theoprepus, *episcopus in Cypro* 30 a
† Theotonius, *patronus Conimbricensis* 255 b
Therapeutæ *Alexandrini monachi habiti* 56 b c
Theudigilius, *testis in placito Dignensi* 371 e
† Theymarus, *presbyter Cassinensis, sanctus dictus et confessarius S. Gebizonis* 400 c, 403 f. *Agnetis imperatricis capellanus* 403 f. *Sacro ejus inservit S. Gebizo* 404 a
Thiedericus, *præpositus SS. Apostolorum Coloniensis* 221 d
Thierry (*Amedeus*). *Ejus Historia Attilæ laudatur* 119 a
Thietmari *Merseburgensis error involuntarius* 382 f
Thorismundus *succedit Theodorico regi Vesigotthorum* 126 d
Thomas Lyrt, *episcopus S. Asaphi. Ejus gesta explicantur* 316 e f, 317 a b
Thomas Cantipratensis, *auctor Vitæ B. Mariæ Ogniacensis* 92 b
† Thomas de Vitalibus, *servita* 6 d
Thomasa, *testis in causa B. Joannis Boni* 877 b
Thomasina, *testis in causa B. Joannis Boni* 801 e
Thornacis (*Comites de*), *de quibus in Actis* S. Moderamni, *qui sint* 619 e f
Thyra, *uxor Wurmii Hardecunti* 386 e f. *Fabulæ de ea* 387 e
Tiberius *Francos vincit et traducit citra Rhenum* 127 e
Tillemont *immerito suggillat Acta S. Albercii* 486 b. *Ejus objectæ difficultates expenduntur* 486 et seqq.
† Tismæ *nomen et titulus ficta* 244 f
Toleto (*Petrus de*) 296 b
Tomasinus (*Julius*), *Cancellarius ducis Mantuani* 813 f, 837 d, 856 b, 885 e
† Tonnolein (*Saint*). *Vide* † Domnolenus *Lemovicensis*.
Tossiniano (*Rudolphus de*). *Vide* Rudolphus.
Trajanus *ex infermo liberatus falso dicitur precibus S. Gregorii M.* 401 a, 404 b c
Transvarinus, *testis in placito Dignensi* 371 e
Traversaria (*Petrus*) *B. Joannem arbitrum eligit Ravennates inter et Cervienses* 722 b c
Trenchetus de Pazo, *testis in causa B. Joannis Boni* 791 e
Tresvaux, (*R. D.*), *canonicus Parisiensis, impetrat ab episcopo Parmensi insignes S. Moderamni reliquias* 622 d
Tristandus de Aura, *episc. Conseranensis* 455 f, 474 a
Trophimion. *Vid.* Vinitor.
Truchsesius, *Coloniensis apostata* 228 b
† Tudas, *fictus episcopus Hibernus ex Tuda Lindisfarnensi* 56 c d e
† Tudwen, *virgo culta in Wallia* 6 d
Tuilcanus, *vel* Tuilchanus, *pater S. Fintani* 526 e, 533 d e, 534 d e, 541 e; *num fuerit monachus* 534 f, 535 a
Tundalus, *Carthusianus Hibernus, non auctor revelationum Schonaugiensium* 92 d
Tungalus. *Vide* Tundalus.
Tuoto, *episcopus Osnabrugensis* 384 a
Turelure (*Petrus*), *episc. Dignensis* 474 b, 475 c
Turre (*de*), *familia Mediolanensis* 415 a. *Alia cognomen, ex qua ortus B. Guilielmus, episcopus Comensis* 415 a
Turribus (*Joannes de*), *provincialis Augustiniensis Lusitaniæ* 424 d
Turre (*Laurentius a*) *corrigitur* 148 d
Turre (*Philippus a*), *episcopus Adriensis* 148 d
Turre (*de*) *Raimundus et Joannes Ambrosius, episcopi Comenses* 415 b, 420 e
† Tutuaoli, *abbatis Aquilejensis, titulus et nomen ficta* 244 c
Tuvo, *Lundensis archiepiscopus in Dania* 278 f
† Tzabala-Marjam *colitur ab Æthiopibus* 4 b
Tzimisces (*Joannes*), *imperator Græcorum, obsidet Peristhlabam*

Peristhlabam 689 b. *Ejus expeditio contra Rossos* 689 d. *Vide* Joannes.

U

Vadaldus. *Vide* Wadaldus.
Ua-garbhius, *pater S. Sillani* 4 e
Valaricus. *Vide* Ulricus.
Valdegrana, *testis in causa B. Joannis Boni* 805 c
Valentinianus *imp. pronus ad condonandum Armoricanis* 107 f
Valentinianus *junior imp. amovet Hunnos a Galliis* 113 a; *mittit Bantonem contra Juthungos* 119 b c d. *Impetitur a Maximo tyranno* 120 a; *dejicere eum cogitat Maximus tyrannus* 103 f, 106 a b; *ejus gesta cum Maximo tyranno* 207 f, 208, 209
Valentiniani III *pater* 211 b; *ipse Valentinianus jubetur ab Attila* 121 e; *eum decipit Attila* 122 b
Valentinus, *Aquensis archiepiscopus* 364 e
Valentinus, *celeber monachus in Syria* 62 d. *Alter homonymus* 62 d
† Valeria, *patrona Herisiensis* 81 a
† Valeriæ, *M. Ursulanæ, festum* 281 b
Valerianus *imperator victus captusque a Sapore* 538 f, 539 a b
† Valerius, *martyr in Portu, idem videtur ac* S. Valerius *archid. Lingonensis* 434 c
† Valerii, *socii S. Gereonis, titulus et reliquiæ ficta* 244 d
† Valerii, *M. Ursulani, festum* 275 e; *et alterius* 276 a
† Valerii *nomen et titulus ficta* 244 c
Vallarsius *chronicon Eusebii ex Pontaco edit* 480 d
† Vandelinus. *Vide* † Wendelinus.
Van der Burch (*Francisci*), *archiepiscopi Camera-censis litteræ de corpore S. Henrici in templo collegii S. J. Montibus in Hannonia* 432 c d e f. *Vide* † Henricus.
Vassus *beneficus in monasterium S. Ursulæ et undecim millium virginum* 146 d, 147 f, 216 f
Ubaldinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 819 c d
Ubaldus, *Ostiensis episcopus* 222 a
Ubertinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 869 a
† Ubilinus *loco S. Wendelini* 345 b
† Udalricus, *Augustanus episcopus* 384 b; *ejus electio* 376 d e; *S. Udalrici Augustanum Martyrologium sanctos non habet sæculo* VIII *posteriores* 148 f
† Vedasti *Vitæ brevioris ætas* 129 c. *Item fusioris, ab Alcuino emendatæ* 129 c
Velserus (*Marcus*) *a Baronio laudatur* 131 e
Venantius, *presbyter, testis in placito Dignensi* 371 e
Venator, *episcopus Massiliensis* 366 f
† Venerandus, *episcopus Claromontanus in Arvernia* 614 a b d. *Ejus reliquiæ* 72 b
† Venerandi *martyris reliquiæ Fontanellæ* 354 c
† Venerius, *episcopus Complutensis* 626 e f, 627 b c
Venesse (*Joannes de*) *auctor legendæ de tribus Mariis* 442 c, 443 a
Ventura (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 844 e
† Venturinus *de Bergomio* 92 b
Venturinus, *testis in causa B. Joannis Boni* 861 a
Véran, *antiquarius Arelatensis, scriptor* 432 e
† Verasiæ *nomen et titulus ficta* 243 d
† Verena, *M. Ursulana, reperitur* 87 c; *transfertur Schonaugiam et multa revelare videtur S. Elisabethæ moniali Schonaugiensi* 164 c d e f, 165 et seqq.; *moribundæ S. Elisabethæ Schonaugiensi apparet* 299 a
† Verenæ *seu* Veronæ, *M. Ursulanæ, festum* 279 b
† Verenæ, *M. Ursulanæ, festum* 280 c
Verhort (*Petrus*), *suffraganeus Trevirensis* 347 d
Veronica *visum obtinet precibus S. Melloni* 371 a
† Viator, *episcopus Bituricensis* 4 a
† Viatoris *lectoris et confessoris Lugduni in Gallia gesta* 70 et seqq., 430 e
Ughellius *corrigitur* 304 b; *texuit catalogum episcoporum Firmanorum haud accuratum* 324 f, 325 a
Ugo *seu* Ugolinus, *Mantuanus, eligitur prior generalis congregationis B. Joannis Boni* 733 b d e; *dignitatem resignat* 733 f; *procurator in causa B. Joannis Boni* 770 d, 780 e, 781 b, 789 f, 797 f, 800 e, 801 c; *testis in causa B. Joannis Boni* 801 a, 823 et seqq.
Vicedominus (*Jordanus et Jacobus*) *Comenses* 419 e
† Victor III *papa. Quomodo ejus cultus probatus* 397 c, 398 d. *Vide* † Desiderius.
† Victor, *patronus Braccarensis* 253 a
† Victoris *et Candidi translatio Walciodorum* 238 f
† Victor, *forte loco S. Viatoris* 4 a
Victoris Aquitani *cyclus paschalis. Vide* Cycli.
† Victoria, *M. Ursulana* 273 e
† Victoria, *V. Ursulana, transfertur Burgos in Hispaniam* 231 a b c
† Victricius, *episcopus Rothomagensis, auctor libri de Laude Sanctorum, non vero Beda* 362 b c. *Dubium an cryptam S. Gervasii ædificaverit* ibid. c d e
Vidal (*Joannes de*), *auctor libri de SS. Hilarione, Agathone et Pœmene* 38 a
Vienna (*Henricus de*), *major præpositus Coloniensis et episcopus Ultrajectinus* 231 f
Viernerius, *missus dominicus Caroli Magni* 371 a; *immo potius nomen commune corruptum* 372 d
Vigilantius, *S. Hieronymi hostis* 66 e f
Vigilius, *Silverii papæ vicarius* 103 b
Vigilius *papa multis afficitur malis* 477 f, 478 a
† Vigilii, *Autissiodorensis episcopi, testamentum* 324 c
Vigurlii *titulus sepulcralis repertus Treviris annotatur* 169 f
Vill *parochus S. Ursulæ Coloniæ* 73 f
† Vincentiæ, *S. Severi ep. Ravennatensis conjugis, translatio in diœcesim Moguntinam* 429 a
† Vincentius *M., patronus Olyssiponis etc.* 253 c
† Vincentii, *cardinalis et M. Ursulani nomen et titulus ficta* 243 e
Vincentio (*Gabriel a S.*) *sententia de reliquiarum incertarum culta* 257 a b
Vineta. *Vide* Venesse.
Vinfredus. *Vide* Winfredus.
† Vinnosa, *filia regis Britanniæ, præcipua inter Ursulanas martyres sæculo* IX *habita* 146 f, 147 a b d, 151 e, 153 d, 157; *corporis elevatio* 238 a. *Plura ejus nomine dicta corpora* 238 a
† Vinri *loco S. Unnis* 374 b
Virdunus, *præpositus Coloniensis* 219 f
Viron (*Baro de*) *musæi nostri benefactor insignis* 273 f
Virunnius. *Vide* Ponticus
† Vismari, *de Monte Jurano episcopi et M. Ursulani, nomen et titulus ficta* 243 e
† Vitalis, *socii S. Gereonis, titulus et reliquiæ ficta* 244 d. *Item martyres Thebæi* 244
Vitalis *titulus repertus Treviris* 86 e
Vitalis (*frater*), *testis in causa B. Joannis Boni* 788 d, 789 a
† Vitoni *reliquiæ quotannis delatæ Gaudiacum* 318 a
† Viti *festum in Corbeja Nova. Annua generalis ostensio reliquiarum* 373 a. *Ipse sanctus vertitur in idolum ab Rugianis* 386 b
Viva, *testis in causa B. Joannis Boni* 864 c
† Viventiæ *corpus in basilica S. Ursulæ* 212 a; *prodigium in æde Ursulana* 254 e, 255 a b
Vivianus, *frater pœnitentiæ, testis in causa B. Joannis Boni* 853 d

Vivianus, *testis in causa B. Joannis Boni* 810 a
† Ulberius *an idem ac S. OElbertus* 692 e
Ulde, *rex Hunnorum, interficit Gaine Gotthum* 121 b c
Ulfridus, *advocatus S. Unnis* 385 b
Ulft (*Thidricus de*), *ministerialis S. Petri Coloniensis* 221 d
Ulpia *Victrix legio* 152 a
Ulricus, *cantor majoris ecclesiæ Moguntinæ* 252 b
Ulricus, *fossor adhibitus ad investigandas reliquias Ursulanas* 248 e f
Ulzurrum (*D. Robertus Diez de*), *abbas Legerensis monasterii, partem reliquiarum SS. Nunilonis et Alodiæ donat vico Adahuesca* 639 e f, 640 a b c
Uncrinus, *monachus S. Michaelis ad Mosam, restituit Ecclesiam Veterem* 516 c
† Undecim *principalium virginum de societate S. Ursulæ ficta nomina et tituli* 244 e f
† Undecimilla, *putatitia virgo Ursulana* 144 c d e. *Id nomen* 144 e
† Undecim millia *virginum dicuntur in Officio antiquissimo Coloniensi, medio sæculo* IX *anteriori* 285 e. *Numerus ille et virginitatis laus explicantur* 144, 145
Undianus (*Linus*), *parochus in Oppido Sangussa, laudatur* 641 a b c d e
Unewannus, *Paderbornensis episcopus* 384 a b
Ungara, *testis in causa B. Joannis Boni* 855 b
Ungara, *testis in causa B. Joannis Boni* 858 d
† Unnis, Unni, Unnonis, *qui et* Brun, *archiepiscopi Hamburgensis, gesta et cultus* 375 et seqq.
† Unno *episcopus Scarensis* 392 a
Unwanus, *Hamburgensis archiepiscopus* 389 e
Vadolricus, *patriarcha Aquilejensis* 272 f
Volmarus, *Hirsaugiensis abbas* 241 d
Vologesus, *Parthorum rex* 509 b e, 510 a d
Vorstius (*Nicolaus*) *laudatur* 152 b
Volta (*Leopoldus*), *auctor Vitæ B. Joannis Boni* 741 e f, 746 c d; *ejus laudes* ibid.; *ejus error circa tempus inventi corporis B. Joannis Boni* 755 f, 756 a
Uptar, *rex Hunnorum, ciborum ingluvie moritur* 137 f
† Urbani I *papæ sepultura* 88 c
† Urbani II *statutum de sepultura monachorum S. Michaëlis ad Mosam* 516 b
Urbanus VI *cardinalem creat Agapitum de Columna, episcopum Ulyssiponensem* 424 d
Urbani *papæ VIII decreta de non cultu* 667 e f. *Vide* Cultus S. Bertharii.
Urbanus, *prior monasterii S. Joannis evangelistæ Parmensis* 411 c
Urbanus, *sævissimus Palæstinæ rector, Gazenses christianos insequitur* 20 b
Urbinus de Antiochia, *collector Breviarii Ambroniacensis* 396 f
Uriz (*Petrus de*) *testatur de reliquiis SS. Nunilonis et Alodiæ, Sangussam allatis* 641 b c d
Ursaula, *nomen fictum* 145 b
Ursis (*Alexius de*), *vexillifer justitiæ Bononiensis* 889 e
† Ursula *et sociæ* 12 d f, 13 a; *gesta, martyrium, cultus* 73 et seqq. *Earum classis dicitur Bononiam appulisse* 322 b c. *Festum præcipuum* 42 e f, 43 a b d; *secundum die* 28 *Januarii* 273 c; *tertium* 278 c; *quartum* 279 c; *quintum festum* 280 a. *S. Ursulæ corpus, in ejus basilica Coloniæ asservatum, genuinum est* 256 f, 257 d e; *S. Ursulæ reliquiæ in Hispania* 277 c; *S. Ursulæ titulus fictus* 244 e
Ursula, *femina Polona, in basilicam Ursulanam benefica* 213 d
Ursulanæ *moniales Parisienses* 323 d
† Ursulina *pro* S. Ursula 273 a
Ursuli *et* Ursulæ *nomen satis commune in Germania et alibi, imperantibus Romanis* 159 b c d
† Ursumariæ *nomen et titulus ficta* 244 f
Usserius *de Vita S. Melloni* 556 a
† Usuardus *quam rationem in texendo Martyrologio servarit. Ejus de virginibus Ursulanis verba* 270 e f; 271 a b c
Wadaldus, Vadaldus, Guadaldus, *episcopus Massiliensis* 366 a
Waddingi, *annalistæ FF. Minorum, indoles ab adversariis laudata* 704 e
Waiferius, *rebellis Aquitaniæ dux* 314 e
† Walarici *memoriam seu oratorium in templo SS. Petri et Pauli condit S. Condedus* 355 a e, 356 f. *Illius discipulus S. Wandalinus* 345 f, 346 a
† Walberti *reliquiæ in Sithiu* 248 d
† Walbertus *Meldensis* 306 d
† Walburgis, *abbatissa Herisiensis* 80 f, 81 a
† Walburgis, *M. Ursulanæ, festum* 277 d
Waldenberch (*Burchardus de*) *comes* 232 b
† Waldenus. *Vide* † Wendelinus.
† Waldolenus. *Vide* † Wendelinus.
† Walfra. *Vide* † Wulfilacus.
Walid I, *califa* XI 359 b
Wallo, *abbas Corbejæ Novæ* 375 b
Walramus, *Juliacensis comes et S. Ursulæ advocatus* 232 a
Walraven, *dux, subscripit diplomati Coloniensi anni* 1135 221 d
Walterus, *canonicus Aroasiensis, sæculo* XII *Romam peregrinatur* 11 b
Walterus, *abbas de Gladbach* 221 d
Walteri *tres Angli distinguuntur* 95 f, 96
Walterus Map, *qui et* Mapp, Maps, Mes, *poeta Normannus* 96 a
Walteri Calenii, *Oxfordensis archidiaconi, gesta* 95 a d f, 96 a b c d
† Wandalinus, *monachus et presbyter, necnon SS. Columbani et Walarici discipulus, distinguendus a S. Wendelino* 345 f, 346 a
† Wandelinus. *Vide* S. Wendelinus.
† Wandregisilus, *Fontanellensis abbas* 354 c, 355 f; *ejus Vita interpolata* 352 c. *Ejus basilica* 354 c d
Waratto *quando major domus Neustriæ fuerit* 353 e f, 354 a, 357 a
Warinus, *Coloniensis archiepiscopus, beneficus in monasterium undecim millium virginum* 146 d, 148 a, 219 e f
Warinus, *abbas Corbejæ Novæ* 375 d
Warinus *Brito* 95 d e
Warnaharius *scripsit Acta S. Desiderii Lingonensis ineunte sæc.* VII 327 e
Warricus. *Vide* Ulricus
Wartenberg (*Franciscus*), *Osnabrugensis episcopus* 77 b
Warwick. *Vide* Joannes.
Wede. *Vide* Agnes.
Weissenburgicus (*Ulricus*), *præfectus Luneburgensis* 290 e
† Wenceslai, *ducis Bohemiæ, zelus* 394 d; *ejusdem memoria in martyrologio Franciscano* 430 d
Wenceslaus, *Sareptensis episcopus* 295 f
† Wendelinus, *confessor in diœcesi Trevirensi* 42 d e, 451 e; *ejus vita et cultus* 524 et seqq. *Ejus nominis oppidum et templum* 524 et seqq.
† Wenni. *Vide* † Unni.
Wetstenius (*Joannes Rudolphus*), *burgimagister Basileensis* 77 e; *ejus filius cognomen librum edit de S. Ursula* 77 e f
Westerburg. *Vide* Margareta

Whitgar, *pirata Saxo, pugnat in Anglia* 111 b
Wibertus, *Hildesheimensis episcopus* 381 d
† Wibrandis *an ex comitatu S. Ursulæ* 278 b
Wichfridus, *Coloniensis archiepiscopus* 217 a; *subscribit diplomati Wormatiæ* 217 d; *nonnulla donat Ursulanis monialibus* 218 d e f; *monasteria diœcesis suæ visitat* 219 a c; *beneficus in monasterium undecim millium virginum* 146 d, 148 a
Wido, *primus abbas Viconiensis* 247 d
Widricus, *abbas Walciodorensis* 238 e
Wigandus, *monachus Cisterciensis, prior in Narisci Westphaliæ* 434 d
Wilbaldus, *magister Walciodorensis* 238 e
Wilhelmus, *dux Brunswicensis* 296 a
Wilkerode (*Otto de*) 232 a
Willarius, *vir nobilis, commutationem bonorum facit cum S. Unni* 385 b
† Willibrordi *expeditio in insulam Fositesland seu Helgoland* 291 b c d; *falso habetur editor Actorum S. Cuneræ* 80 a
† Willehadi, *primi Bremensis episcopi, chronotaxis* 377 f
† Willerici, *secundi episcopi Bremensis, chronotaxis* 378 b c d e f, 379 e
Willerius, *camerarius Coloniæ* 225 c
Willibertus, *archiepiscopus Coloniensis, dedicat Coloniæ S. Petri templum* 272 b
† Willibrandi, *M. Ursulani, festum* 278 b c d
Wilthemii (*Alexandri*) *S. J. presbyteri opera collecta monumenta quomodo dissipata fuerint* 246 f
† Wimo, Vuimo. *Vide* † Unni.
Wifredus *seu* Viafridus, *abbas S. Victoris Massiliensis* 368 a e
† Wino. *Vide* † Unni.
Wiomadus *eripit ex Hunnorum manibus Childericum puerum* 129 e
Withurus, *princeps in Britannia Armorica, subditus est regi Francorum* 110 f, 111 a
Witikindus, *dux Saxonum, baptizatur* 377 f
Witi (*Richardi*) *Basiastochiensis dissertatio de S. Ursula* 98 e
† Wlfranni *Vita interpolata* 352 c
† Vulfus, Wulfus. *Vide* † Wulfilacus.
† Vulstani *canonizatio ut procedat, requirit Innocentius III testes juratos et authenticam scripturam* 770 c
Vulthurus, *protonotarius, ab Othone IV adhibitus Imolæ* 416 e
Wolfoaldus, *S. Michaelis ad Mosam monasterii conditor* 315 b
Wolframus, *monachus Tuitiensis, transfert Weissemburgum S. Palmatiæ corpus* 240 e f
† Wolfus. *Vide* † Wulfilacus.
† Wulfilacus, *eremita* 3 b c d e f, 4 a
Wulfilacus *significat* Lupulum 3 c d
† Wlfranni *corporis translatio* 354 b c
Wulstani *navigatio narrata Ælfredo Magno* 387 a
† Wurmius Hardecnutus, *rex Daniæ. Ejus uxor, liberi et gesta* 386 e f, 387
† Wymo *seu* Wyno. *Vide* † Unni.
† Wyndelinus. *Vide* † Wendelinus.

X

† Ximillæ, *putatitia virgo Ursulana* 145 a
Xiphias, *dux exercitus Basilii Bulgari* 405 f

Y

Yepez, *auctor chronici generalis ord. S. Benedicti, hispanice* 590 b, 597 f
Yngebrandus de Burke, *in somno monitus, quærit et invenit corpus S. Cordulæ* 580 e f, 581 a b c d e
† Ynes, *V. Ursulanæ, reliquiæ Olyssipone* 254 b
Ynglis (*Joannes*), *vicarius Roberti, Dunblanensis episcopi* 344 a b c
Yvo, *Massiliensis episcopus* 364 c d, 365 f, 366 a

Z

Zaccariæ *sententia de Alexandri et Marii, martyrum Romanorum, titulis* 88 e f, 89 a b
Zacharias *papa templum Cassinense consecrat* 391 e
Zacharias, *abbas monasterii Geraris* 37 e
Zacharias *presbyter Jerolymis fert in Gallias reliquias Sanctorum* 38 e
Zacheus, *discipulus S. Condedi* 357 b
† Zaina, *martyr Ægyptia* 5 a
Zambecchari (*Achilles*), *syndicus forte monasterii S. Joannis Baptistæ Bononiensis* 888 e
Zamboninus, *testis in causa B. Joannis Boni* 864 a
Zambonus, Zanibonus, Zanebone, *nomina vulgaria B. Joannis Boni* 758 d e
Zambonini *vel* Janbonini *dicti discipuli B. Joannis Boni* 738 d e
Zanebellus, *testis in causa B. Joannis Boni* 808 c
Zanbone, *nomen vulgare B. Joannis Boni* 778 a, 781 a
Zananus, Gazanus, Zazanus *S. Hilarionis in Siciliam euntis comes* 55 b, 56 e
Zananus *Majumetes a paralysi curatur per S. Hilarionem* 47 f
Zanebone, *nomen vulgare B. Joannis Boni* 749 d. *Vide* Zambonus.
Zazanus. *Vide* Gazanus *et* Zananus.
Zebedæus, *conjux S. Salomæ, pater SS. Jacobi et Joannis* 435 b c
Zedena, *regina Bohemiæ* 296 a
Zeiner *seu* Zayner (*Grutherus*), *typographus Augustanus. Vitæ Sanctorum germanice, anno* 1472 *impressæ, parum notæ bibliographis* 343 b
† Zena. *Vide* † Zaina.
† Zenais, *martyr a Græcis culta* 5 a
Zenainus, *S. Hilarionis discipulus* 49 e
Zeno, *testis in causa B. Joannis Boni* 810 c
Zenobius *episcopus Eleusas* 21 d, 22 d
† Zenon, *M. Gazæ* 25 c
Zenon, *monachus prope Antiochiam* 64 a
Zenon, *monachus prope Nisibim* 62 a
† Zephyrini *papæ tempus* 8 a; *omissus in catalogis* 103 a; *avaritiæ incusatus in Philosophumenis* 105 d
† Zosimus, *M. Puteolis et alter Nicomediæ honoratus* 12 a c d
† Zoticus, *M. Nicomediensis. Vide* † Dasius.
Zuentiboldus *confirmat bona ecclesiæ Ultrajectinæ* 160 e f

INDEX

INDEX TOPOGRAPHICUS ET ETHNICUS.

A

Aberdona. *Episcopus Joannes* 344 b
Abodritorum *rex ab Henrico Aucupe convertitur* 388 a
Abosca. *Vide* Adahuesca.
Abou-Kachab. *Vide* Hero *et* Pithum.
Ab-tele *seu* Abtelitæ *Hunni, id est* ad aquam *seu* ad Oxum *Hunni* 117 c d
Abucinus. *Vide* Portus.
† Abundii abbatia Comensis. *Ejus processus cum capitulo cathedrali* 415 c d e f; *abbates Gabardus et Guilielmus Casella* 415 e f, 419 e
Abyssini. *Vide* Copti.
Achethliace, Echdromma, monasterium Hiberniæ 334 c, 336 d, 337 b
Achgowe, pagus in comitatu Conradi 217 b
Achile. *Vide* Aila.
Achudbroan, locus Hiberniæ 333 e
Adahuesca, Ahuesca, Ahosca, Abosca, oppidum haud procul ab Osca in Aragonia. *Patria SS. Nunilonis et Alodiæ* 632 e f, 633 a b, 643 a; *earum cultus* 634 a b c; *solemnis earumdem aliquot reliquiarum translatio* 639 e f, 640 a b c, 641 b, 647 a
Ad Rhenum, *nunc* Rheinek 122 e, 123 a
Adria *seu* Siculum mare 27 b, 56 e
Adriensis *episcopus, Philippus a Turre* 148 c
Ægea in Cilicia. *S. Asterius* 6 c
† Ægidii altare Windbergæ 282 a
Ægyptus. *Uno die quadraginta quatuor millia martyrum sub Diocletiano cæduntur* 258 a. *Monasteriorum origines* 33 d e. *Hanc regionem petunt vitæ monasticæ causa SS. Justus et Viator Lugdunenses* 71 d e. *Calendaria* 40 f
Æmilia, provincia Italiæ; *vide* Romandiola.
Æmilia via 703 e; *a Romanis strata, Arimino ducens Mediolanum* 621 f
Æthiopum *calendaria* 41 a
Africa, *anima reipublicæ Romanæ* 136 c; *S. Asterius* 6 c. *Vide* Monachi.
Africum mare 27 b
Agar domus, spelunca in deserto Palæstinæ 21 e
Agnensis pagus in Armorica 111 a
† Agnetis conventus eremitarum B. Joannis Boni in suburbio Mantuæ 736 e f, 737 a, 739 f, 859 d. *Ibi moritur* 696 a. *Corpus S. Joannis Boni* 693 e f.
† Agnes nova Mantuæ intra muros, conventus eremitarum B. Joannis Boni 739 f, 755 c
Agrippina. *Vide* Colonia.
Ahosca. *Vide* Adahuesca.
Ahuesca. *Vide* Adahuesca.
Aila, Ailat ad mare Rubrum 45 f. *Ejus situs describitur a S. Hieronymo* 49 d e; *quantum distet a Gaza* 45 f. *Orion dæmoniacus* 47 d e. *Vide* Haila.
Ailba campus in Lagenia, campus albus, alias Lene, Lethglinne in Hibernia 330 b, 339 b d
Ainé Dizé 26 c
Airbrius, monasterium Hiberniæ 337 e f, 338 a d
Akaba. *Vide* Aila.
Aksou, *ab Hunnis habitata* 117 d
Akhmim, *olim* Kemmis, *hodie* Dchmim in Thebaide 577 e
Alani *inhumani* 137 d e; *eorum arma* 114 a b; *anno* 406 *permixti Vandalis* 120 d; *versantur in exercitu Theodosii II* 120 b; *invadunt Gallias* 134 c; *considunt ad Ligerim* 107 e. *Rex Eocarichus* 107 e; *invadunt Juthungos* 112 e; *eorum iter tempore Valentiniani II* 119 d e f; *inpetuntur ab Hunnis* 112 f
Alba Græca *seu* Alba Bulgariæ. *Vide* Belgrada.
Albani ad mare Caspium 116 e
Albania *seu* Scotia 118 c d
Albania Britannica 208 d, 209 e
Albanensis *episcopus Joannes* 295 a; *item Gualterus* 222 a
Albion *seu* Britannia major. *S. Condedi patria* 334 f, 335 f, 336 a
Albanon, Albania. *Vide* Elbanum.
Alcazar, Castrum Vigeti *vel* Bigeti, Aragoniæ oppidum 633 b c
Aldenberg. *Vide* Mons Vetus.
Aldenburgi *in Flandria ortus et fata* 129 f
Alep *seu* Haleb (Eski). *Vide* Chalcis *et* Beroa.
Aletum in Armorica 107 c
Alexandri claustra *cohibent Hunnos* 118 b
† Alexandri parthenon Benedictinus Parmensis. *S. Bertholdus conversus* 408 c f, 409 et seqq.
† Alexandri hospitale infirmorum Parmense 413 b
Alexandria. *Multa patitur damna bello Cæsaris cum Pompæo et annis* 270 *et* 273 25 a; *locus sepulturæ S. Marci* 28 d; *status rei christianæ ineunte sæculo* VI 18 d e; *scholæ* 18 b d; *virgines catholicæ in exsilium actæ* 36 b; *religio christiana pessime constituta, Juliano apostata imperatore* 24 e; *super culmina ædificiorum naves per terræ motum feruntur* 27 e; *classis Alexandrina dicta* 27 a; *illius civitatis cyclus paschalis; vide* Cyclus
† Alexii altare in basilica Ursulana 213 e
Alemanniæ *pristinæ situs* 119 e; *Alemanni supra Danubium* 105 e; *Alemanniæ gens in Suevia* 239 e; *Alemanniam transeunt Hunni, redeuntes ex Rhætiis* 113 a; *item Alani* 119 c; *eam peragrasse dicitur S. Ursula* 133 a; *Alemanni invadunt Galliam* 134 c. *Alemanni e Gallia dicuntur Colonienses* 401 a
Almâs 18 f. *Vide* Heracleopolis Magna
Alquezar. *Vide* Alcazar.
Altheimum. *Ineunte sæculo* X *una tantum synodus ibi celebrata est, scilicet anno* 916, 384 b c d. *Ejus pars habita est synodus Erfordiensis anni* 932 384 d; *Altheimensi concilio assutæ fuere subscriptiones synodi Erfordiensis* 383 f
Altivillariensium *cum Remensibus monachis lis de annua reliquiarum translatione* 321 c
Amalphi *S. Ursulæ sanguis quotannis ebullire dicitur* 141 a b
Amardi ad mare Caspium 116 e
Ambarriche; *vide* Huamairone.
Ambiani *occupati a Germanis* 134 c; *eorum fines incolunt sæculo* II *Britanni* 108 e
Ambiatinus vicus in Treviris 124 a b
Ambra, *vulgo dicta* Saint-Hubert *excisa ab Hunnis* 129 f
Ambroniacense monasterium. *Cultus S. Hugonis, ibidem abbatis* 396 c f, 397 a d
Amida prope Nisibim 63 b
Ammonium, *nunc* Sirvah *seu* Syouah 26 e f
Amorium, civitas Galatiæ, *anno* 716 *obsidetur a Saracenis* 359 c d e f; *ejus cives fuisse videntur SS. Georgius, Joannis, Julianus et socii, circa annum* 723 *a Saracenis occisi* 359 e f. *Item SS. Theophilus, Melissenus et socii sæculo* IX *occisi* 359 f
Amstelodamum. *Tertiariarum S. Francisci templum S. Ursulæ* 289 e
Anariacæ ad mare Caspium 116 e

Ancona. *Consules orti sæculo* XII 246 d. *Naves ad bellum sacrum hinc accipit Andreas, rex Hungariæ* 419 d
Ancyronpolis in deserto Ægypti Orientali 24 b
† Andreæ hospitale Turribus Veteribus in Lusitania 426 f
Andropolis, *nunc* Shabur 19 d
Angariæ ducatus. *Donatur archiepiscopo Coloniensi* 232 e
† Angelorum basilica Perusii 211 e
Anglesey, insula. *Vide* Monæ.
Angli. *Colunt Hertham* 291 b; *pertingunt Sleswicum usque* 287 b; *ineunte sæculo* VI *prævalent in Britannia* 109 a. *Anglorum et Saxonum adventus et pugnæ in Britannia* 109 c d e, 111 b c. *Anglo-Saxones Hibernis et Britonibus communicationem cum Romana ecclesia dudum præcluserunt* 329 f, 330 a b. *Anglus, reliquiarum Ursulanarum fur, naufragio expositus* 239 f. *Angliæ et Franciæ congregatio eremitarum S. Augustini, sub priori generali vivens* 731 e
Angyronpolis in Ægypto 19 a
Anianiensis in diœcesi Maglonensi altaris *consecratio exeunte sæculo* VIII 364 d e f
Anisolense monasterium 378 c
Annas. *Vide* Heracleopolis Magna.
Anseduna, locus non procul a Mantua 808 f, 809 d
† Ansgarii portus Bircæ in Suecia 374 a
Anthedon. *S. Aurelius* 40 d
Antiochia, quæ est ad Daphnem 509 e f, 510 a d; *item Syriæ* 64 c; *ad Orontem* 623 e. *In monasterio S. Simeonis sedes archiepiscopalis Armena* Ibid. *Antiochena eremus* 64 a; *distincta ab Chalcidensi* 63 e f. *Antiochenus patriarcha Theodorus sæculo* X 717 a; *vide* Theodorus.
† Antonii vetus monasterium *seu* ad Nilum 19 a, 24 b
† Antonii monasterii ad mare rubrum. *Situs et descriptio* 23 c d, 24 a
† Antonii Viennense in Delphinatu nosocomium et templum. *Anno* 1093 *erigitur; paulo post S. Bertholdus, conversus Parmensis, tamquam pius peregrinus id visitat et miracula ibidem facit* 412 e f
† Antonii ad Campos abbatia. *Reliquiæ S. Aviæ* 323 a
† Antonii præpositura Lugani 418 e
† Antonii domus hospitalis Comi 419 a
† Antonii Patavini altare Niciæ 887 c
Anysius nomus 23 a
Aolciacum super fluvium Sedanna. *Donatur a Schiwardo et a S. Condedo Fontanellensibus* 357 a
Apamea. *Plures hujus nominis civitates* 514 b e
Apameensis regio *seu* eremus 63 f
Aphroditon, *nunc* Atfyh, in Ægypto 23 d e; *cultus Veneris, imo Isidis et alia singularia* 23 d e. *Baisan, diaconus Aphroditi* 32 d e. *Eo venit, revertitur et manet S. Hilarion* 52 f, 54 e f. *Aphroditi nomus* 23 e. *In ejus deserto habitat S. Hilarion* 24 a b
† Apostolorum ecclesia Coloniæ. *Donatur Ursulanis monialibus* 219 e
† Apostolorum ecclesia Venetiis 40 b
Aquæ Mattiaticæ (Wiesbaden). *Titulus* 86 f, 87 *a*
Aquafrigida, villa diœcesis Brixiensis 798 c f
Aquaviva. *Vide* † Jacobi.
Aquileja. *Eam obsidet Theodosius Magnus* 106 a b; *truculentissime ab Hunnis expugnatur* 138 b. *Dignæ facinus* 142 e f, 143 a. *Sæculo* XIII *tertia pars anni festis diebus occupabatur* 273 a. *Bertholdus patriarcha* 148 c. *Aquilejensi patriarchatui subtrahitur Mantuana diœcesis* 693 f. *Aquilejensis patriarcha legatione apostolica functus in Lombardia* 733 c
Aquisgranum. *Concilii anni* 816 *canon insignis de monasteriis explicatus* 218 a b c; *placitum anni* 831 379 e. *Aquis Palatium vastant Normanni* 215 d. *Aquisgranum venit anno* 1106 *Henricus IV imp.* 238 d. *Aquisgrano Viconiam translatæ reliquiæ Ursulanæ* 248 a
Aquitania. *Varia ejus divisio* 433 d e. *Binæ provinciæ ordinis Seraphici* 433 d e. *Aquitania secunda assignata Gotthis* 313 d. *Aquitaniæ fata sæculo* VIII 314 e f
Araba planities Ægypti 24 a
Arabia. *Cameli* 51 c d. *Arabes promptissimi ad donandos histriones* 699 d
Arbanasibus *dominatur Joannes Asanes, rex Bulgariæ* 407 b
Arborychi *an* Armorici 108 c
Arcadia in Ægypto 18 f
Arelates. *Amphitheatrum* 308 f; *templum* 213 b. *Arelatem inter et Massiliam navim conscendit S. Justus Lugdunensis* 72 a. *Archiepiscopi Felix* 364 e, *Rostagnus* 266 f
Arelaunus fiscus et saltus et regium prædium prope Fontanellam 352 e, 355 a, 356 a
Arethusa. *Valentinus monachus* 62 d
Argathelia, Argyle, comitatus Scotiæ 342 a
Argelotæ FF. Minorum conventus 891 b d
Argentoratum. *Occupatur a Germanis* 134 c; *an eo venerint Hunni* 124 d e. *Quæ ibi naves usurpari possint* 152 d. *S. Aurelia ibi culta* 80 a. *Ibidem anno* 1246 *capitulum celebrant FF. Prædicatores et participes faciunt bonorum operum canonissas Ursulanas* 231 e d. *Ibidem instituta Navicula seu confraternitas S. Ursulæ* 294 b
Argentovaria (Colmar). *An anno* 451 *eo venerint Hunni* 123 a
Arhusium in Dania. *Templum Liefbergense exstruitur* 390 c. *Episcopus Rimbrandus* 390 d
Aridcrama; *vide* Aritcrema.
Ariminum. *Patareni seu Manichæi ibi multi, ibique frequenter versatur eorum dux Armannus Pungilupus* 717 c d. *Hospitale S. Spiritus* 759 a b, 785 e. *Ludi publici anno* 1324 699 c. *Conventus eremitarum B. Joannis Boni* 728 a b. *Episcopus; vide* Jacobus.
Arisch. *Vide* Laris.
Aritcrema monasterium Hiberniæ 336 a, 337 a b
Ariza in Palæstina 22 d
Armaldescum; *vide* Arnaldescum.
Armenia. *Armenii arcus* 113 e. *Armeni colunt S. Hilarionem* 41 f. *Armenia Paulicianis seu Manichæis referta sæculo* VII *et sequentibus* 716 e f, 717 a. *Armeni mercatores venerantur B. Joannem Bonum* 271 f; *eorum ecclesia Perusiæ* ibid.; *Romæ, tractus dictus* Delarmini ibid.
Armoricanus tractus 128 a; *extensio* 107 c, 108 a
Armorica prima nova inter Ostia Ligeris et Vicinoniæ 107 c. *Armoricæ status sæculo* IV *et* V 107, 108. *Armorica se in libertatem anno* 408 *vindicat* 107 c d. *Armoricana factio diversa a Bagaudia* 122 a. *Armoricana respublica non extensa per totum tractum Armoricanum* 108 a b; *sed ad ipsam dextram Ligeris* 108 b; *hujus reipublicæ finis* 108 d. *Armoricani anno* 451 *suppetias ferunt Aetio contra Hunnos* 108 c; *et anno* 470 *in bello Visigotthico* 108 c. *Armoricam seu Armoricanum regnum invasisse fingitur Maximus tyrannus* 104 e f, 105 et seqq., 208 e. *Armoricani se subdunt Clodovæo* 108 c; *connubia ineunt cum Francis* 110 a. *Armorica quando accepit colonias Britannicas* 105 d e f, 106 et seqq.
Arnaldescum *vel* Armaldescum, *vicus diœcesis Brixiensis* 864 d, 868 e

Arnbergense monasterium in Westphalia 92 e
Arröe, insula maris Baltici 387 c
Arsinoe in Ægypto 19 b
Arsenoites nomus. *Vide* Phaium. *Arsenoitæ monachi stimulantur S. Antonii literis* 19 a b
Artesiani. *Vide* Putei.
Arvonia, comitatus Walliæ septentrionalis 6 d
Asalea, monasterium in Palæstina 21 d. *S. Alaphion* 40 d
† Asaphi *episcopalis sedes. Episcopi Thomæ Lyrt fata explicata* 316 e f, 317 a b. *Richardus Redham* 316 e f; *Reginaldus Peacock* 316 f. *An Galfredus Monumetensis illic fuerit episcopus* 94 e f
Ascalon in Palæstina 22 d, 49 a. *Ascalonenses christiani* 22 c
Aschaffenburgi *milites Britanni consistunt* 152 a
Asculum. *Episcopus Prosper Cafarellus* 889 e
Adiatrensis episcopatus in littore maris *ex titulo ficto* 244 c
Aspræecclesiæ in Macedonia 406 a
Aspracaniam *deportat Basilius Bulgarus Moglenenses* 406 a
Asprimontis capitulum 315 d
Assidiensis *kalendarii ætas* 147 b
Assouan. *Vide* Syene.
Assur *venisse dicitur in Gallias* 134 c
Assyria, *distincta a Syria apud S. Hieronymum* 35 a
Asula, Asola, oppidum tractus Brixiani 801 e
Atachas prope Mardim 63 b
Atfia. *Vide* Aphroditum. *Episcopi Jacobitæ* 23 f
Athel, *tartaricum nomen fluminis Volgæ* 115 c
Athribites nomus 23 a
Athkaien *vel* Athcaien, monasterium Hiberniæ 334 c, 335 c
Athi in Hannonia *impressus libellus, nunc incognitus* 238 f
Atina, Atino, urbs *olim* episcopalis, *nunc* vicus Campaniæ Felicis 675 e
Atrebates. *Civitate hac excluditur Clodio* 128 d. *Occupata a Germanis* 134 c; *per Hunnos destructa* 129 c d e, 270 a; *non tamen excisi initio belli Attilani* 125 b. *Anno* 1157 *Frumaldus archidiaconus* 247 f. *Godescalcus episcopus, dein Frumaldus* 247 f
Atriba. *Michael episcopus* 40 f
Attalia, civitas 511 b e
Attesis, (l'Adigio), flumen Lombardiæ 814 a
Atuatucam, *vulgo* Tongres, *occupant Hunni* 130 a
Avellanenses *admittunt conversos* 410 c
Aventicum, *pristina sedes episcopalis* 246 b c
Augia insula. *Caput S. Georgii* 270 e
Augusta, *nunc* Vico, prope Montem regalem 416 f
Augusta in superiori Italia. *Ibi versatur mense Martio anni* 1210 *Otho IV imperator* 416 f
Augustani *episcopi Hiltine et S. Udalricus* 376 d e
Augusta-Gemella-Tuccitana. *Vide* Tucci.
Augusta Prætoria, *vulgo* Aoste 416 f
Augusta Rauracorum (Augst). *An hac transierit Attila* 122 d e, 123 a. *Ejus destructio* 122 e. *Officina monetaria* 122 e. *Nummi* 122 e
Augustam Veromanduorum *vastant Hunni* 129 b c. *Transfertur episcopatus* 129 b c
Augustinæs ac in Anglia 159 a
Augustodunum. *Cavea seu amphitheatrum* 308 c
Aviones *colunt Hertham* 291 b
† Aureæ templum Ostiense, *sæculo* XII *reliquiis refertum* 11 b d
Aurelianum. *Aliquot ex suis ibi relinquunt Vandali* 122 a; *capitur ab Hunnis* 126 a b c; *non exciditur ab Attila, licet ejus armis obstitisset* 138 d.
S. Mariæ de Bono Nuntio prioratus 309 b. *Cultus S. Aviæ* 323 b. *Episcopus Jonas. Vide* Jonas.
Austria Cisrhenana *eadem est regio ac Thuringia Cisrhenana* 303 b
Autunnacum *seu* Andernach, *oppidum diœcesis Trevirensis* 124 a b. *Appropinquant Hunni* 123 d e f
Autissiodorum. *S. Domnolenus confessor* 324. *Sanctis abundat* 324 a
Axona (Aisne) fluvius. *Ad ripas necatur S. Lupentius* 604 e f, 610 b

B

Babylonia in Ægypto *seu* Cairum 19 d, 20 b. *Ibi exsulat Philo, episcopus Cyrenensis, et visitatur a S. Hilarione* 23 e. *Eo venit S. Hilarion* 52 f
Babyloniæ *sultanus dicitur procurasse cædem Ursulanam* 133 a
Bacholia. *Vide* Bucolia.
Bactria. *Cameli* 51 c d
Badensis ducatus, *pars pristinæ Alemanniæ* 119 e
Bæticam *anno* 420 *Vandali occupant* 136 d
Bætis (Guadalquivir), flumen in Hispania 637 b
Bagacum *an occuparint Hunni* 129 f
Bagnolum, oppidum provinciæ, *a quo dicta secta aliqua Catharorum,* de Bagnolo 717 c d e; *eorum dogmata* 717, 718
Bagnolo, *vicus agri Mantuani* 858 d
Bahr-Yousef. *Vide* Josephi canalis.
Ballat in Oasi interiori 26 c
Balma (sancta) 452 a
Bamberga. *Colitur insincerum S. Cajipapæ corpus* 88 b
Banasymeon prope Mardim 63 f
Baniana Turdulorum, urbs haud procul a Corduba, ad littus fluvii Bætis 637 a b
Banni in Syria 62 f
Banoub. *Vide* Onuphis.
Baquara, desertum Ægypti 24 a
Barbari *in Romanis exercitibus* 119 c, 120 f
Barbastro, Aragoniæ civitas 632 c, 633 c d
Barbitanum. *Vide* Berbetanum.
Bardares, fluvius Macedoniæ 406 a b
Bardonum, mons in Apennino 620 e
Barri *vel* Tobarri, insula Hiberniæ 338 a b e
Barriche; *vide* Barrche.
Barrow, *Ptolomæo* Birgus, fluvius Hiberniæ 331 a
† Bartholomæi aula *seu* ecclesia Cassini 400 a, 403 f
† Bartholomæi monasterium Parmense 409 a
Basilea. *Eo navigasse dicuntur virgines Ursulanæ* 80 d, 160 d f; *adscribitur S. Pantulus, episcopus Ursulanus, fictus* 86 a d, 245 f, 246 a. *Capitulum sæculo* XVI *migravit Friburgum Brisgoviæ* 578 f
Basilicaris porta Remis 214 d
Basonis Villare, *vetus nomen oppidi S. Wendelini* 346 d
Bassum *seu* Birxinon monasterium in diœcesi Bremensi 385 e
Bastarnæ *invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c
Batavia insula 155 c. *Batavi sæculo* VIII *plura testabantur de virginibus Ursulanis* 151 e. *Bataviæ status religiosus et geographicus ante Normannorum invasionem* 79 a. *Batavica insula Ursulanis reliquiis ornata ante sæculum* IX 237 e
Bathas in Syria 62 f
Bathna in Syria 62 f
Batholia. *Vide* Bucolia.
Battand (de) Bisontinum Cisterciense cœnobium. *Accipit anno* 1267 *Ursulana corpora* 250 a b
Baudobrica *seu* Boppart in diœcesi Trevirensi 124 a b
Baugiacus pagus 396 c

Bayad. *Vide* Thimonepsi.
Bebase in finibus Persarum 63 b
Beccum in Normannia. *Bibliotheca instructa a Roberto de Torinneio* 95 c. *Ibidem versatur Theobaldus Cantuariensis archiepiscopus* 95 e
Beduinorum *mores iidem ac Saracenorum* 21 b
Beit Hagar in deserto Palæstinæ 21 e
Belbeis. *Vide* Judæorum vicus 23 d
Belcinaca, insula in Sequana. *Datur S. Condedo* 352 e, 353 c d, 355 a, 356 c d f, 357 d
Belesbugdenses *metropolitæ in Bulgaria* 407 f
Belgarum *et Gallorum vetus divisio* 307 e f. *Belgica in tres provincias divisa* 133 d e. *Belgica II in Nervicano limite* 128 b. *Belgii sæculo* v *fines* 124 a. *Belgæ pro Trevirensibus* 124 a. *Belgio non amplius comprehensa utraque Germania sæculo* v 123 f, 124 a
Belgrade. *Occupatur ab Hungaris* 686 a b. *Varia ejus nomina* 686 a
Bellalancia, contrata seu regio Mantuæ *vel* Mantuanæ diœcesis 866 a
Bellavilla in diœcesi Rhemensi. *Cappella et officium S. Aviæ* 523 a
Bellonoti *invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c
Bembe. *Vide* Peme.
Bemmaris in Syria 62 f
† Benedicti basilica Cassini 400 a, 403 c, 404 e f
† Benedictus de Padolirono, monasterium ord. S. Benedicti 797 c d
Beneventum. *S. Festus M.* 15 c
Beny-Soueuf 18 f
Berbe, Barraw, fluvius Hiberniæ 339 c d, 340 f
Berbetanum territorium circa urbem Barbastro 632 e, 633 c d
Berbilimnon, Berbelimbon, *somniatum* Dalmatiæ emporium 59 a
Bercetum, monasterium in Apennino 620 f, 621
Berenberg, villa in Saxonia 217 e
Bergomensis *primicerius Gallus et judex apostolicus* 415 d
Beria. *Vide* Beroa.
Berinbyrig (*Banbury?*) in West-Sex seu Saxonia occidentali 111 c
Beroa, Berrhœa, in Syria, *nunc* Alep 61 c, 62 b c, 68 a
Beroubel in Ægypto 19 a, 23 f. *Vide* Thimonepsi.
Berrhœa. *Vide* Beroa.
Bercignac (*L'ile de*). *Vide* Belcinaca.
Bertania, *id est* Britannia Armoricana 411 e
Bertinorium *seu* Brictionorum, *vulgo* Bertinoro, *civitas episcopalis ditionis pontificiæ* 727 b, 788 e; *ibi conventus eremitarum B. Joannis Boni* 727 b, 787 f, 788 c
Bessa, *immo* Beroa. *Vide* Beroa.
Besuensis *monasterii fundatores* 346 a
Bethagaton. *S. Alexion* 40 d
Bethelea, Bethelia, Bethurium, Betilia, Betulia, Bethulium, in Palæstina 22 d. *Eo proficiscitur S. Hilarion* 32 f. *Episcopi* 22 d
Bethleemiticarum *monialium instituta* 33 e. *Item Cassiani* 34 a
Bezares, vicus in Rovigia, *quem volunt nonnulli postea dictum Bosca* 631 a d. *Vide* Bosca.
Bieviche monasterium Hiberniæ 335 d
Bigetum castrum. *Vide* Alcazar.
Biorca, Biörkö, Birköö. *Vide* Birca.
Birca insula et Sueciæ emporium 391 a b. *SS. Ansgarius, Rembertus et Unni eo appellunt* 373 c f, 374 a b, 391 b, 393 d f. *Ejus situs* 391 b c d e, 393 d e, 374 a b. *Prima ecclesia* 385 f. *S. Unnis tumulus* 391 d, 394 a
Birgides-Statt, *forte* Birstat, in comitatu Everhardi 217 a b
Birgus. *Vide* Darrow.
Birstat. *Vide* Birgides-Statt.
Birten ad Rhenum 152 a
Birxinon *seu* Bassum monasterium *in diœcesi Bremensi* 385 c
Bisontium. *Vide* Battand.
Bituriges. *Eo venit Riothimus, rex Britonum* 109 f. *Inde Britanni expulsi* 110 a. *S. Jacobus de Saxiaco* 623 e
Bityle, Bitylium, Bitolium. *Vide* Bethelea.
Blabia, Blavita in Armorica 107 c
Blachia (Magna) *seu* Thessaliæ montana 687 b; *occupata a Joanne Asane, rege Bulgariæ* 408 b d
Blandinium monasterium Gandæ. *Eo delata non fuerunt corpora SS. Condedi et Wulfranni* 354 d e
Blasterni, *vicini Hunnorum* 117 f
Blathach, fluviolus Hiberniæ 339 d
Blekinga ad mare Balticum, limes orientalis regni Danici 387 a b
Blemmyes *seu* Blemyes supra Ægyptum. *Eorum situs, mores, religio, conversio* 28 e f, 29 a b. *Videntur eumdem cultum habuisse ac Saraceni* 21 b c, 29 a b
Blesa (Blaize) fluvius 604 f
Blitgeres-Wilere, *villa in Conradi comitatu* 217 b c
Blumeneggæ castrum. *Bello protestantico incenduntur ibi Hirsaugiensia monumenta* 374 e
Bobium, *a S. Columbano fundatum* 614 c. Cursus Bobii *quid sit et qualis* 615 b c
Bochalia. *Vide* Bucolia.
Boda *fluvius Germaniæ* 123 e
Bodecense cœnobium in diœcesi Paderbornensi 538 a, 540 c, 543 f, 544 a
Bodegeve, *sedes Thuringorum in Germania* 123 e
Bodena *seu* Vodena in Macedonia 406 a; *eadem civitas quæ Edessa* 406 c d
Bodogheve, *nunc* Bodehove, in Thuringia Cisrenana 128 f
Bohemi, *victi, christianitatem promittunt* 393
Bolerus ad orientem brumalem Macedoniæ 687 b
Bonna ad Rhenum 112 c; *eam vastant Normanni* 215 c d. *SS. Cassii et Florentii ecclesia* 163 e. *Bonnensis pagus* 225 a
Bononia in pristino Belgio. *Ejus vicinia multa olim habebat æstuaria* 128 a. *Illi civitati appulisse dicitur S. Ursulæ classis* 322 b c
Bononia in Italia. *Historici et hagiographi* 886 b c d e f, 887 a. *B. Hieronymus Garibus* 886 et seqq. *Capitulum generale FF. Minorum anni* 1495, 891 a. *Bononiensis provincia Conventualium* 889 c, 890 c d. *Bononiensis custodia FF. Minorum* 891 b. *Conventus S. Francisci* 889 et seqq. *Conventualium conventus. Guardiani Christophorus de Laude et B. Hieronymus Garibus* 890 d e. *An in ea civitate et conventu publice docuerit B. Hieronymus* 880 f, 890 a b; *scandala publica in hoc conventu circa annum* 1486, 889 d e. *Annuntiatæ FF. Minorum conventus* 891 b. *Capitulum generale eremitarum B. Joannis Boni* 733 e f. *Aliud capitulum eremitarum S. Augustini* 801 d. *Conventus eremitarum B. Joannis Boni* 727 c d, 780 a. *Monasterium Dominicanorum S. Joannis Baptistæ* 888 d e f. *Modus computandi initium anni* 888 e
Bonus-Nuntius Aurelianensis S. Mariæ prioratus 309 b
Bopardiensis ecclesia 216 e
Borglumensis episcopatus in Jutlandia 395 c
Bornholm. *Vide* Burgundalandia.
Bosca, vicus Rovigiæ, *ut vult Morales* 630 e f, 631 a b
Bosnia, *dicta* Illyricus 687 b
Botolium. *Vide* Bethelea.
Botriolum.

Botriolum. *Vide* Budriolum.
Bouche, in Ægypto monasterium 24 f
Bozilesthorf villa 308 d
Brabantia. *Introducuntur canonici sæculares* 227 a. *Brachatensis pagus partim in Nerviorum arvis* 128 b
Braccara. *S. Petrus martyr et episcopus aliique patroni* 255 a
Branizo *seu* propugnaculum Savi. *Vide* Belgrada.
Brasilia. *Patronæ undecim millia virginum* 291 a
Brasset (le), rivulus Meldensis 307 e
Brayda, *seu* Braydanum S. Benedicti; *vide* † Benedictus de Padolirono.
Breitenawense monasterium in diœcesi Moguntina. *Abbas S. Henricus Ursulanas reliquias anno* 1124 *recipit* 241 c d e
Brema. *Chronicon interpolatum* 374 e, 376 a. *Bremensis diœcesis sæculo* x *capiebat pagos Wigmodiam et Lorgoe* 385 d. *Ejus status sæculo* x 385 d. *Monasterium* 385 e. *Bremenses ecclesiæ circa an.* 916, 585. *Episcopatus, antea provinciæ Coloniensis pars, unitur Hamburgensi archiepiscopatui* 575 e. *Bremam transfertur anno* 1223 *archiepiscopalis titulus et dignitas* 375 e. *Bremensis ecclesiæ consecratio* 378 a. *Bremensium undecim primorum episcoporum chronotaxis* 377 f, 378 et seqq. *Quando ibi eligerentur episcopi* 377 d. *Episcopus S. Unni* 373 et seqq. *Eo portatum statim post mortem S. Unnis caput* 374 b c, 394 a. *Bremenses adhærent Henrico IV in lite de investituris* 376 a b
Bretonne (La forêt de) prope Fontanellam 355 a b
Bretot. *Vide* Bretonne.
Brigantia, *nunc* Bregentz 122 d
Brindesi. *Vide* Brundisium.
Bristolii *obit Robertus Glocestriensis* 95 b
Britanniæ *nominis origo fabulosa* 118 *d. Britannorum conversio procurata a S. Eleutherio* 78 e f, 155 ç d. *Britannia persecutionibus agitata* 155 c d. *Monasteria ante sæculum* iv 155 d, 157 a. *Britannia quot milites daret sæculo* iv 105 b. *Britannicæ cohortes viginti sex notæ* 108 e. *Britannos Vesigotthis opponit Anthemius imperator* 109 f. *Britannia a quot militibus romanis occupata* 106 c. *Britanniam milite Romano vacuat Maximus tyrannus* 106 b. *Britannia periculo Vandalorum tres admittit tyrannos* 120 d e; *denuo asserta Romanis anno* 367, 104 d; *omnino relicta a Romanis* 120 e f. *Britannorum discordia ruinæ causa* 109 e. *Britannia primum invasa* 120 d; *partim occupata a Frisonibus* 109 a. *Britannorum medio sæculo* x *angustiæ* 151 e f, 152. *Britannia quot sæculo* vi *haberet civitates* 105 c. *Britanniæ tyranni descripti a S. Gilda* 106 a b. *Britanni post Romanorum ex insula discessum omittunt paulatim nomina latina* 159 d. *Britannicæ res et sancti parum noti Ven. Bedæ* 269 e. *Britannorum pudicitia* 151 d. *Britannicæ videntur fuisse potissimæ virgines Ursulanæ* 151 c d e f, 152. *Brittones multi in prædicando verbo Dei* 353 d. *Britannica scripta historica* 96 e f, 97 a. *Vetera et sincera non exstant* 97 f. *Britannicæ Legendæ sanctorum abundant fabulis* 98 b. *Britannicæ triades* 106 e f. *Britannia sæculo* xii *vocatur ab Italis Anglia* 109 d e. *Vide præterea* Albion. *Britanniam vocant Angli Armoricam* 95 c. *Britanni dicti advenisse in Armoricam ante Francos* 110 c d. *Britannorum verus in Armoricam adventus* 108 e f, 109, 110. *Britanni supplices admittuntur a Francis* 110 b. *Britanni initio subditi Francis* 110 f. *Britannicus limes, marchia etc.* 110 b c d e. *Britanni exclusi diœcesibus Nannetensi et Rhedonensi* 110 a b. *Britanniæ Minoris regimen a sæculo* vi 111 e f
Britannia Armorica *an feudalis* 110 b
Britanni *sæculo* ii *prope Gessoriacum* 108 e
Briten *vicus prope Neomagum* 152 a
Brittæ matres. *Ara eis posita* 152 a
Britten (Huis ten) *in Batavia* 152 a
Brittenburgum *in Batavia* 152 a
Brittia *non est Batavia* 151 f
Brocomagum, *vulgo* Brumat, *venit Julianus apostata* 134 b
Brotonæ Haga, *vulgo* la Haie du Routot 355 e. *Capella, vulgo* la Chapelle de Bretot 355 e
Brotona. *Vide* Bretonne.
Bruchium, *olim ditissimum Alexandriæ suburbium, sæculo* iv *desertum* 24 e f, 25 a. *Describitur* ibidem.
Bructeni *invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c. *Eorum sedes in Germania* 123 e
Brugis Flandrorum *licebat sine crimine scurras in aquam projicere, nisi post acceptam uno die hospitalitatem abscedere vellent* 699 f. *Brugense Flandrorum S. Joannis nosocomium. Feretrum S. Ursulæ* 292 e. *Moritur Brugis Joannes Alphonsus de Azamboia, cardinalis et archiepiscopus Ulyssiponensis* 424 f
Brugnatum, *sedes episcopalis, cum qua unita a Pio VII est sedes Luni-Sarzanensis* 619 a d. *Vide* Luna.
Brundisium *quantum distet a Roma* 510 c f
Brunensis *Navicula seu Confraternitas S. Ursulæ* 294 b c d e f
Bruxellæ. *In hospitali miraculum fit per operam SS. Ursulæ et sodalium* 295 f, 296 a. *In ecclesia Frigidi Montis collecta tempore concionis in commodum FF. Prædicatorum* 875 e
Bucoli, Bucolia, *loca pascua in Ægypto* 59 d. *Bucolia varia in Ægypto* 28 c d; *Alexandrina et Thebaidis superioris* ibid.; *Bucolia supra Ægyptum* 57 c
Bucolicum, *distinctum a Bucoliis* 28 d
Buggin *seu* Bucken, solitudo et monasterium, *exstructum a S. Remberto* 385 e
Bulgari *occupant semel et iterum Sardicam* 684 b. *Eorumdem conversio* 684 c d. *Martyres faciunt* 684 d. *Bulgariæ maximum robur sæculo* x *in plaga meridionali Hæmimontis* 640 a. *Bulgariæ caput seu regia sæculo* x *Magna Peristhlaba* 868 b, 689, 690 a; *sæculo* xiii *Ternobus* 691 a. *Bulgariæ reges ex gente Asanis* 407 a b c. *Bulgarorum cum ecclesia Romana concordia* 407 f. 408 a. *Bulgaria sedes Manichæorum ævo medio* 716 b, 717 b c; *unde et quando in eam advenerint* 716 a b; *pæne restincti* 717 b
Burgestadt villa in pago Monacensi 216 e
Burdigalæ. *S. Severinus episcopus* 6 a d
Burgos in Hispania *translatum S. Victoriæ corpus* 251 a b c. *Episcopus Gundisalvus* 251 b
Burgundalandia *seu* Bornholm, limes orientalis regni Danici 387 a b
Burgundionum *initio sæculo* v *sedes* 121 d. *Impetuntur ab Hunnis* 121 d. *Fundunt Hunnos* 121 d. *Eorum in Germania sedes* 123 e. *Burgundiones invadunt Gallias* 134 c. *Item cum Hunnis* 122 c. *Burgundionibus se jungit Riothimus, rex Britonum, post acceptam cladem* 109 f, 110 a. *Burgundiones in Sabaudia et Helvetia* 122 a. *Burgundia duplex medio sæculo* v 130 c. *Burgundiones anno* 437 *ab Hunnis fusi* 122 f. *Auxilium ferunt anno* 451 *Romanis* 123 a. *Burgundionibus usitata patricii dignitas* 370 a b
Busan castrum in finibus Persarum 63 b

Busirites nomus 23 a
Butrioli eremus *seu* Budriolum in diœcesi Cæsenate *secessu S. Joannis Boni celebre est, et ibi conditus conventus describitur* 706 a b c d e f; *quando eo perrexerit S. Joannes Bonus* 706 b c d e f; *fundata ibi ecclesia et conventus de consensu episcopi diœcesani* 732 e, 734 c; *conventus dictus S. Mariæ de Butriolo* 793 a
Buxinus. *Vide* Portus.
Byrkö. *Vide* Birca.
Byzantium, *quondam provinciæ metropolis, privilegiis exuta ab imperatore Septimio Severo* 543 c d e

C

Cades desertum 21 e; *id ingreditur S. Hilarion* 51 f
Cadomi *nascitur Robertus Glocestriensis* 95 b
Cadurcum. *Episcopi Alithius, Boethius, Sustratius* 311 a; *Boethius* 311 a, 313 d; *Leocadius, qui et Maximus, Maurilio, S. Desiderius, S. Ambrosius* 310 f. *Obsessa a Carolo Magno* 311 b c, 315 a. *S. Anatolii episcopi notitia et cultus* 309 et seqq. *Sudarium D. N. J. C.* 38 d
Cadusii ad mare Caspium 116 c
† Ceciliæ monasterium Coloniense 77 c, 91 a, 189 f
Cænarvon. *Vide* Arvonia.
Cæsarea in Palæstina. *S. Asterius* 6 c; *S. Malchus M.* 63 e; *Cæsareæ Palæstinæ præfectus ineunte sæculo* VIII *præerat nomine arabum universæ Palæstinæ* 361 b c
Cæsaria *loco* Cæsenæ 746 f
Cæsena *in ditione pontificia et patrimonio S. Petri* 719 a; *civitatis descriptio* 703 e f; 706 a. *Episcopi Oddo et Manzinus* 704 c; *Paræcia S. Thomæ* 788 b. *Ad hanc civitatem pergit S. Joannes Bonus* 704 c d, 849 a; *quandonam* 703 b c d e f. *B. Joannes Bonus ibi sancte degit* 693 e, 694 c d, 697 et seqq. *Conventus eremitarum B. Joannis Boni* 727 a b; *ejus status hodiernus* 776 a. *Cæsenatum æstimatio B. Joannis Boni* 776 d e; *eorum dolor de profectione B. Joannis Boni* 736 a b, 739 a, 824 c, 825 a b f. 827 e, 830 b, 832 f, 835 f, 836 d e, 837 b. *Cæsenates Mantuam sese conferunt venerandi corporis B. Joannis Boni gratia* 834 b c, 835 b, 836 a e, 837 b. *Eorum fiducia in B. Joannis Boni intercessione* 742 e f
Cairum *seu* Babylonia 19 d
Caladius villa, *vulgo* Chaudol, *non* Chandol, *neque* Chaudel, prope Dignam 372 e. *Lis de ea inter S. Maurontum et fiscum regium* 370 c d e f, 371
Calcarius mons prope Luneburgum 290 e
Calderariæ FF. Minorum conventus 891 b c
† Calepodii cœmeterium 7 f
Calesis, *seu, ut videtur, hodiernum* Caliscese, vicus prope Cæsenam 843 d
Caliopolis. *Ejus civitatis Synaxarium* 41 b
Caliscese; *vide* Calesis.
† Callisti *cardinalis Guido* 222 a
Callovilla, parochia prope Fontanellam 334 c
Calmuci, *stirps Mogolica* 117 b
Camaldulum *admittit conversos* 410 c
Camaria insula in Provincia 443 f, 444 a b. *Colitur ibi S. Salome* 453 f et seqq. 463 e f
Cambrici *annales* 96 f
Camera B. M. V. prope Bruxelles. *S. Adelaidis. Cultus SS. Virginum Ursulanarum* 301 e f
Cameracum *occupat Clodio* 128 c d; *non fuit excisum initio belli Attilani* 125 b; *vastant Hunni* 129 e
Campelli, *donati a Schiwardo et S. Condedo Fontanellensibus* 337 a
Campitellum, vicus diœcesis Mantuanæ 807 b, 813 a
Canaba in Syria 62 f
Caninefatum agri 132 b
Cantiam *deserunt Britanni* 109 b c e
Capitolinus collis Coloniæ 139 d
Capo Passalo *seu* Passaro. *Vide* Pachynum.
Caro Marchiæ. *Vide* Camaria.
Caranus *seu* Canach et Gannia in Francia Rhenensi 125 d e
Carazedulum, Carzedole, vicus districtus Mantuani 809 d
Carbonaria silva, terminus regni Francorum *medio sæculo* V 128 e
Cardena *seu* Carden in Francia Rhenensi 125 d e
Cardiola, in majori Britannia, *patria S. Melloni Rothomagensis* 370 d, 372 f
Carmelus mons *sæculo* IV *a monachis jam habitatur* 43 b
Carmes viels, conventus Observantum Niciensis 887 d
Carnellus fluvius, *olim* Lyris *dictus, alibi etiam* Garilianus 674 d, 679 e f
Carnotes. *Indusium B. M. V.* 38 b; *S. Priscus* 3 a
Carronenses *milites in Armorica* 107 c
Carthaginem *obsident Vandali* 136 c. *Interea circenses aguntur* 136 c. *Classis Carthaginensis* 27 a
Cartusiæ *condendæ causa sunt visiones cælestes* 210 e. *Admittit conversos* 410 c
Carvon in Batavia, *nunc* Rhenen 132 b
Carzedole; *vide* Carazedulum.
Casalensis *episcopus; vide* Carretti.
Casium, *nunc* Ras Kasaroun *seu* El Kas 18 e
Caspia porta 118 a
Caspius mons 118 a
Cassinum. *Abbates primi post S. Benedictum* 589 c d e f. *Sub Lothario, non sub Ludovico Pio, imperatore a Saracenis impetitur* 672 a b c, 764 c d; *circumvallatur a S. Berthario* 672 e. *Altera Saracenorum incursio* 673 a b c. *Visitatur a Ludovico, Lotharii filio. Maxime floret id monasterium exeunte sæculo* XI 398 d; *alia multa* 399 et seqq. *Cassinense monasterium unitum congregationi Benedictinæ reformatæ* 667 a. *Sanctorum corpora confusa* 404 f. *Commune cœmeterium* 404 e f
Cassinogili (Chasseneuil), *villa Caroli M.* 38 b
† Cassii et Florentii ecclesia Bonnæ 163 e
Castellarium, vicus diœcesis Mantuanæ 808 b
Castellio mons, prope S. Michaelis ad Mosam monasterium 311 f, 312 a, 313 b c f, 316 a b
Castelluchis *seu* Castelluchium, vicus agri Mantuani 838 d, 877 f
Castellum Tingitanum (Orléans-ville). *Titulus Reparati episcopi* 87 a b
Castoria in Macedonia 406 a
Castra. *Vide*. Romana.
Castra Vetera in vico Birten 132 a
Castrum Sartiani, Sartiano, in diœcesi Feretrana 786 e
Castrum Theodorici, *vulgo* Chateau-Thierry, occupatur ab Hunnis 123 f
Catalaunum. *Pugna Catalaunica* 126 c d e f, 127 a. *Cathedrale templum fulmine tactum et incensum anno* 1668 607 c d, 608 c d
† Catharinæ monasterium Venetiis 39 f
Cattia 18 c. *Vide* Katieh
Cebenna. *Vide* Zebenna.
Celtæ *non pugnant sagittis* 113 f
Cenomannum. *Aldrici episcopi ordinatio* 578 c
Censelach vel Kenselech, regio Hiberniæ 328 c
Centulensis *abbas; vide* Gervinus.

Cepatta 864 e
Cercu prope Hermopolim Parvam 18 d
Cerdicsford in West-Sex, *seu* Saxonia Occidentali
Cerdicslea in West-Sex 111 b
Cerdic's Ore in West-Sex 111 b
Cerestensis Joannes 293 f
Cerniaci, *vulgo* Cerny, in Laudunesio *peperit S. Cilinia S. Remigium* 320 d
Cerviensibus *pacem restituit B. Joannes Bonus* 722 c
Chaboras fluvius 68 a c
Chagia (de) canonia et ecclesia sita in pristina civitatis Meldensis sede 308 a
Chalcidensis eremus, *distincta ab Antiochena* 63 f
Chalcis, *nunc* Kinnesrin *seu* Vetus Alep 62 b c
Chalcidos eremus inter Immam et Beroam 62 b
Chapharcobra prope Gazam 37 d e
Charburis in Cypro, *mansio S. Hilarionis* 29 b
Charbyris, Charybdis, Charybris. *Vide* Charburis.
Charcho in finibus Persarum 63 b
Charjé. *Vide* Khargéh.
Chenselach regio Hiberniæ 335 c, 336 b
Chercu in Ægypto 19 d
Cherecaschi, locus Mantuanæ diœcesis 856 e
Chios insula. *Novem millia incolarum occisorum a Turcis et dein multa alia* 150 b
Chiris, *nunc* Cherab, in finibus Nubiæ 29 a
Choi *an eadem civitas ac* Mehallet-el-Kebyr 23 a
Chonnact, regio Hiberniæ 333 f, 335 a
Chuni. *Vide* Hunni.
Cicestria. *Episcopi Reginaldus Peacock et Adamus Molins* 316 f
Cilianus villa, *reddita monasterio S. Victoris Massiliensi* 366 e
Cilicia. *S. Asterius* 6 c
Cimbri *partim constant ex Romanis incolentibus Britanniam* 120 d
Cimella, conventus FF. Minorum Observantum 893 e
Ciphas prope Nisibim 63 b
Cippata, vicus diœcesis Mantuanæ 856 f
Circio *id est* occidens *seu* Hibernia 106 b
Circipani, *archiepiscopis Hamburgensibus commendati* 385 d
† Cirici templum Claromontii 72 f
Cirtam *obsident Vandali* 136 c
Cistercium *admittit conversos* 410 c. *Cisterciensem habitum induunt nonnullæ canonissæ sæculares* 227 c
Cisternæ mons in Ægypto 19 a
Claromons in Arvernia. *S. Justus archidiaconus et S. Justus episcopus* 72 et seqq. *Templum S. Mariæ inter Sanctos suburbicanum, dein S. Illidii monasterium* 72 e
† Claudii monasterium, *nunc sedes episcopalis* 246 c
† Clementis abbatia Nannetibus 625 d
† Clementis templum Coloniæ. *Ibi sepelitur S. Cunibertus* 212 e
† Clementis templum S. J. Pragense. *Pars falsi capitis S. Ursulæ* 243 a
† Clementis altare Claromontii 72 f
Cloconitza prope Hebrum. *Celebris pugna inter Bulgaros et Græcos* 687 a b
Clopheim villa 217 b
Cluain-ednechensis *episcopus S. Fintanus Munnu non fuit* 328 e f
Cluain Hinis in stagno Herne, monasterium Hiberniæ 335 b
Cluniacum *admittit conversos* 410 c
Clysma, *nunc* Kolzum, prope Suez 23 b
Cœle Syria inter Libanon et Antilibanon 62 d. *Vitæ monasticæ forma sæculo* IV 62 d e. *Tardius ad Christum conversa* 62 d
Cœne, *nunc* Beny-Soueyf 18 f, 19 d
Collina, vicus diœcesis Cæsenatis 847 e
Collis martyrum juxta Oscam, Aragoniæ urbem 633 f, 634 a
Colonia Agrippina. *Ejus ortus, monumenta, magistratus aliaque id genus usque ad sæculum* V 133, 134. *Coloniense suburbium usque ad annum* 1180 132 a. *Civitatis scutum antiquum et recens explicatur* 287 e f. *Milites Britanni ibidem consistebant* 132 a. *Sub annum* 383 *non vastata fuit ab Hunnis* 119 e f. *Ejus per Hunnos excidium* 138 e f. *Anno* 881 *vastata a Normannis* 213 c d. *Anno* 1035 *eo fugit Richeza, regina Poloniæ* 220 b. *Patricii amavere aliquando genealogias fabulosas* 212 a. *Ecclesiastica administratio sæculo* III 183 f. *Archiepiscoporum auctoritas exclusa ex provincia Hamburgensi* 383 d. *Quando ibidem eligerentur episcopi* 377 d. *Severinus episcopus* 6 a d. *Alii passim in Commentario de S. Ursula. Coloniensis archiepiscopus non fuit Heynianus seu Hilduinus, abbas S. Martini et episcopus* 380 d. *Sæculo* XVII *ecclesiæ et monasteria* 132 e. *Reliquiæ* 132 e f. *Parthenon S. Cæciliæ* 91 a. *Civium corruptelam exaggerat Salvianus* 136 f, 137 a. *Varii sunt ipsi Colonienses de rebus S. Ursulæ* 73 c e f. *Eo adveniunt Ursulanæ virgines* 80 d. *Gloria posthuma S. Ursulæ et sodalium. Templum, monasterium, reliquiæ, festa etc.* 210 et seqq. *Canonissæ ecclesiæ S. Ursulæ contendunt cum Johannitis equitibus de possessione corporis S. Cordulæ* 483 e f, 484 a b; *monachus Cassinensis Colonia Agrippina ortus S. Gebizo,* 397 e
† Columbæ parochia Coloniæ 219 e f
Golumbarius ager, *pertinens ad ecclesiam Massiliensem* 366 b
Colzim montes 24 a
Comani *seu Hunni auxiliantur Calojoanni, regi Bulgariæ* 407 d
Compostellam in Gallæcia, *numquam venit S. Salome* 442 a b
Complutum, *hodie* Alcala de Henarez 632 b
Comum in Longobardia. *B. Guilielmi episcopi gesta et cultus* 414 et seqq. *Hujus diœcesis status ecclesiasticus et civilis ineunte sæculo* XIII 414 e f, 415. *Episcopi Joannes III* 414 c; *Anselmus* 415 c, 416 b; *Arditio II* 415 c; *B. Guilielmus* 414 et seqq.; *Raimundus et Joannes Ambrosius Turriani* 415 b, 420 e. *Capitulum cathedrale solvitur ab excommunicatione, quam non obediendo Innocentio III incurrerat* 416 a b c. *Comensium canonicorum numerus auctoritate apostolica definitus* 419 a b. *Abbatia S. Abundii. Processus cum capitulo cathedrali* 415 c d e f. *Abbates Gabardus et Guilielmus Casella* 415 e f. *Humiliatarum templum S. Vitalis, dein S. Ursulæ* 289 d e. *Carmelitarum conventus* 419 a. *Hospitalis domus S. Silvestri, instituta a B. Guilielmo episcopo* 418 f. *An ibi instituerit B. Guilielmus FF. Prædicatores* 418 e f
Comensis moneta 419 f
Conada, Condida, Conium, *vulgo* Cosne, in agro Autissiodorensi. *S. Laurentii abbatia. Cultus S. Domnoleni* 324 b c
Conbulentia *pro* Confluentibus 125 e
Concoregium, vicus agri Mediolanensis, *a quo dicta secta aliqua Catharorum,* de Concoregio 717 d e; *eorum dogmata* 717 et seqq.
Confluentes ad Rhenum et Mosellam. *Res militaris sæculo* V 124 a. *Appropinquant Hunni* 123 d e f. *Oppidum diœcesis Trevirensis* 124 a b. *Treviros an duceret via militaris* 125 d. *In Francia Rhenensi*

nensi 125 d e
Confortini S. Joannis FF. Minorum conventus 891 b c
Conimbrica. *Ejus patroni* 255 b. *Academia solemni culta olim prosequebatur SS. Virgines Ursulanas* 290 b c d
Conradi comitatus 217 b
Constantia *dicta Majuma Gazæ ab Constantio in laudem susceptæ fidei* 20 e. *Iterum dicta Majuma et Gazæ conjuncta* 25 b. *Episcopatus manet* 25 b c. *Vide* Majuma.
Constantiæ in Germania *quando fieret episcoporum electio* 377 d
Constantinopolis *obsidetur ab Solima et Omaro II* 359 a b c. *Calendarium sæculi* VIII 41 a. *S. Hilarionis veneratio* 41 a b. *Disputatio græcos inter et Romanos tempore Paschalis II papæ* 598 b. *Constantinopolitanus fabulosus rex Dorotheus* 171 c. *Episcopus fictus S. Marculus* 245 f
Contguic in Armorica 106 d e
Coptitæ. *Calendaria* 40 f, 41 a; *celebrant S. Malchi festum* 60 a. *Coptice scribunt SS. Antonius et Hilarion* 53 c
Corbeja in Gallia. *Martyrologii ætas et fons* 148 b
Corbeja Nova. *Ejus origo, abbates, fata* 375 d e; *Chronici auctoritas* 374 e; *lipsanographia* 374 f. *Abbates Bodo* 374 f, *Wallo* 375 b, *Bovo II seu junior* 375 c. *Corbejensium adversus Lutheranos conatus* 374 f. *Amittunt suas reliquias* 374 f, 375 a
† Cordulæ porticus *seu chorus et absis* 213 c d, 221 a b c; *altera in basilica Ursulana dedicatur* 221 a b c
Coria, *vulgo* Kœur, castellum in Lotharingia 317 a
Cornubia in Armorica 111 b
Corsica, *occupata ab Vandalis* 236 e
Cosentia (Cosenza) Calabriæ civitas 682 d
Cosmedim. *Cardinalis Jacinthus* 222 a
Coventria. *Episcopus Hugo de Nunant* 96 a
Crabbedamum *olim* ad ostia Rheni 132 a
Cracovia. *Societas S. Ursulæ instituta* 293 e f, 294 a. *Episcopus Bernardus Macicioroski* 293 f
Crecganford *seu* Crayford. *Pugna inter Anglos et Britannos* 109 b
Crespellanum. *Vide* Grespolanum.
† Crispini in cavea abbatia Suessionensis 308 e
Croatia, *sedes Manichæorum ævo medio* 717 b
Crocodilopolis, *quæ et Arsinoe* 19 b
Crosa flumen 433 d
† Crucis ecclesia Niciæ 887 d
Crucochidient in Armorica 106 d e
Cuinrigi, insula Hiberniæ 334 c, 335 c
† Cuniberti templum Coloniæ 139 e; *quando cœperit hoc nomine appellari* 212 e, 215 a. S. *Cuniberti capitulum Coloniæ* 233 a. *Ejusdem capituli presbyter anno* 1105 *nanciscitur aliquot prodigiosas reliquias virginum Ursulanarum* 239 c d
† Cuniberti altare in basilica Ursulana 213 f, 214 a
Cungiacum, *nunc* Cougny-lez-Oulchy, *transit Attila* 425 f
Cunostein-Engers ad Rhenum. *Ejus pons* 123 d e, 124 d
Cupressetum. *Conjecturæ de æde S. Georgii in Cupresseto* 521 d e f, 522 a
Curdi montes prope Nisibim 61 f
Curium in insula Cypro 59 d
Cycladæ insulæ 28 b c. *Dæmoniaci plures* 57 b
Cynopolis, *nunc* Mehallet-el-Kebyr 18 d, 23 a
Cynozuris, *urbs Thessaliæ* 549 d
Cypriorum *episcopus idem ac Salaminensis* 29 e. *Cyprum insulam incolit S. Hilarion* 57 b c; *dæmoniaci eum produnt* ibid. *Cypro Venetias fertur S. Hilarionis brachium* 40 a
Cythera *insula* 28 b c, 57 a

D

Dacia Mediterranea 684 b. *Daci perperam dicti auctores cædis Ursulanæ* 115 b
Daimh-hymis in stagno Earne, monasterium Hiberniæ 333 b
Dairmagh; *vide* Durrogh.
Dalemincii, *victi ab Henrico Aucupe* 394 e
Dalmatia. *S. Asterius* 6 c. *Hujus regionis monachos non carpsit S. Hieronymus* 37 a b. *Hæc provincia sedes Manichæorum ævo medio* 716 b, 717 b
Dalmatia Slavica *liturgiam Romanam lingua Slavica celebrat. Festum S. Ursulæ* 274 a
Damanhour. *Vide* Hermopolis Parva.
Damascum *interpretantur saccum sanguinis* 399 b, 403 e
Danemarchia regnum 387 a. *Danemarchiæ situs sæculo* IX *exeunte* 387 b. *Danici regni limites exeunte sæculo* IX 387 a b c. *Daniæ regnum universum fidei lumine collustrat S. Unni* 390 e f, 391 a. *Dania commendata episcopis Hamburgensibus* 385 d. *Fides oppressa restauratur post victoriam Henrici Aucupis* 386 d. *Dani, infestantes Fresones, subduntur ab Henrico Aucupe* 387 f, 388. *Dani, quos Juddas appellant* 389 e. *Dani subditi archiepiscopo Hamburgensi* 383 c. *Dani circa annum* 916 *Saxoniam opprimunt* 386 a
Danholmia insula maris Baltici 387 d
† Danielis oppidum. *Kalendarium* 148 e
Danubii fontes 122 d. *Danubiana munimenta destructa ab Attila* 122 d
Daphne, suburbium Antiochiæ 510 a d
Dar Four. *Vide* Furenses.
Dara prope Nisibim 63 b
Dassel, oppidum Westphaliæ 228 f. *Ejus comites* 228 f
Danelsen, *idem forte quod* Danisla, in pago Verdinensi 385 b
Daventria in Neerlandia. *Tertiariarum S. Francisci templum S. Ursulæ* 289 e
Davidis turris Hierosolymis. *Ibi occiduntur SS. Georgius, Joannes, Julianus et socii* 361 d e f, 362 d
Debeltus *seu* Zagora in Bulgaria 690 a. *Basilius archiepiscopus dein primas seu patriarcha Ternobensis* 407 f
Delemont. *Vide* Telamontium.
Delphi in Neerlandia. *Templum cujus secunda patrona S. Ursula* 269 b
Dertosa (Tortosa) in Hispania Tarraconensi 578 f. *Caput S. Candidæ V. et M. ex agmine Ursulano* 579 a b. *Vide* Santa Cinta.
Dervend fauces ad mare Caspium 118 a
Desenzano, parœcia diœcesis Brixiensis 808 a
Desertum Lybicum 26 e
† Desiderii ecclesia Coloniæ 218 d
Despotodagh. *Vide* Rhodopes mons.
Deula fluvius in Belgica II 128 d
Devonia in Armorica 111 b
Didymotœchus super Hebrum *sub annum* 1226 *subdit se Bulgaris* 687 b
Diestemium. *Ejus castrum Duysbourg seu Dispargum* 126 c f
Digna, civitas episcopalis 371 f. *Dignensis pagus* 371 a. *Dignense placitum de Caladio villa* 371 *et seqq.*
Dimotica. *Vide* Didymotœchus.
Dinea in Bulgaria 689 f
Diolcon, pseudostoma Nili 23 a
† Dionysii templum in Longerich 220 e
Disertchuimin; *vide* Kilcomin
† Disibodi Mons *anno* 1143 *dedicatur. Reliquiæ S. Disibodi*

S. Disibodi et Virginum Ursulanarum. Abbates Cuno et Dodechinus 241 e
Dispargum, *nunc* Duysbourg, castrum Diestemii 128 c
Diverniæ silva et oppidum in Morinis. *S. Avia virgo* 522 c d
Divitense castrum, *vulgo* Deutz, prope Coloniam 135 f
Dobanas prope Mardim 63 b
Dolæ *an reperta Historia Britonum* 96 d
Dolensis vicus (Déols) in Biturigibus 110 a
Donus, rivus Britanniæ Minoris 624 a
Dorystolos, *nunc* Silistrie, ad Danubium 689 b f
Dossina, villa diœcesis Cæsenatis 777 d
Doubnitza inter Sardicam et monasterium Rylense 585 a
Drausen *seu* Trusum in Prussia 587 a
Duaal in capite eremi Palæstinæ, *forte* Elusa 21 a
Dumnissus *seu* Denzen in Germania I 124 a
Duacenum S. Petri collegium *accipit Ursulana corpora sub annum* 1238 250 a
Dunblanensis in Scotia *episcopus Robertus* 344 a c
Dunense in Belgio monasterium. *Reliquiæ Ursulanæ* 250 f
Duravel oppidum in Cadurcis. *Cultus et corpora SS. Hilarionis, Agathonis et Pœmenis* 38, 39. *Monachi Moisiacenses illuc missi* 38 e, 39 d
Durdo (Durden, Durdent) fluvius 562 a
Durense *malum publicum* 372 a
Durmel. *Vide* Duravel.
Durumvellus. *Vide* Duravel.
Durrogh, *alias* Dairmagh, monasterium Hiberniæ 531 f, 532 a
Duysbourg. *Vide* Dispargum.

E

Ebora in Lusitania. *Patroni* 255 c d. *S. Jovinius Ursulanus episcopus* 86 b d. *Juliani episcopi titulus* 170 b
Ebredunensis pagus 371 a
Ebusus insula, *occupata a Vandalis* 136 e
Ecclesia Vetus prope monasterium S. Michaelis ad Mosam 511 f, 512 a, 513 c, 516 c
Echmim *in Thebaide* 577 e
Edessa, civitas Mesopotamiæ, *dicta interdum* Syriæ 61 c, 68 a; *nunc* Orfa 62 f. *Ibidem ignaviter versatur Sabinianus, magister militum* 63 c
Edessa *altera, eadem civitas, quæ postea dicta est* Moglena in Macedonia, *non autem* Bodena 406 b c
Edura fluvius 604 e
Egidore *seu* Egdore, flumen Daniæ prope Sleswicum 385 c, 389 c
Ehmin. *Vide* Echmin.
Eidenhausen in diœcesi Mindensi. *Templum S. Ursulæ* 288 d
Einsidlensis eremus. *S. Meinradus, perperam dictus S. Bertholdus* 26 c
Elaver flumen 435 d
Elbanum *seu* hegemonia Albanon, *respondens fere præsenti Albaniæ* 687 b; *capit eam Joannes Asanes rex Bulgariæ* 408 a
Elbinga, fluvius Prussiæ 587 a
Eleusa in Palæstina III et provincia Petrensi 21 d. *Vide* Elusa.
Eleutheropolis in Palæstina 46 f, 49 a
Eliensis*ne episcopus fuerit Galfredus Monumetensis* 94 e f
Elnon *seu abbatia S. Amandi prope Tornacum* 616 d e. *Eo translatæ reliquiæ SS. Julittæ et Cyrici* 318 f. *Abbates Hugo et Joannes* 318 f; *scriptor Hucbaldus* 318 c e f, 319 a b c
Elnonis lenta palus, prope Tornacum 616 d e
Fly O'Caroll, *regio Hiberniæ* 536 f, 537 a
Elusa, Eleusa, Elysa, Eulasia, Eulatia, *nunc* El-Khulasah *seu* El-Kalasa 20 f, 21 a. *Situs, rudera, puteus* 21 a. *Conversio ad fidem per S. Hilarionem* 21 c d. *Ibidem ecclesiam incohat S. Hilarion* 52 a. *Episcopi* 21 c d, 22 d. *Vide* Eleusa.
† Emerentianæ *altare in Sorbonensi templo* 289 f
Emesa. *Valentinus monachus* 62 d
Emma. *Vide* Imma.
Emmichove villa 229 a
Enckhusa in Neerlandia. *Tertiariarum S. Francisci templum S. Ursulæ* 289 e
Engelstatt, villa in pago Wormatiensi 219 c
Eowlandia, insula adjacens littori orientali Sueciæ 387 a
Ephesa. *S. Malchus M.* 65 e
Epidaurum, *nunc* Vetus Ragusium in Dalmatia 56 e. *Eo pergit S. Hilarion. Ejus situs. Miraculum S. Hilarionis* 27 b. *Servatur a S. Hilarione* 56 f, 57 a
Ephthalitæ Hunni 117 d
Eremus interior 45 d
Erfordiensis *synodus anni* 932 *pars habita synodi Altheimensis anni* 916, 584 d. *Plura ei affinguntur quæ vel ad synodum Altheimensem anni* 916. *vel ad conventum Erfordiensem anni* 935 *pertinent* 384 d, 385 a
Ersinesheim villa, *vulgo* Ersheim 217 b
Essa, *immo* Edessa. *Vide* Edessa.
Eski Haleb *seu* Vetus Alep. *Vide* Chalcis.
Espluga prope Pobletum 281 a
Esztergom. *Vide* Strigonium.
† Eucherii altare in monasterio Trudonensi 145 f
Eudoses *colunt Hertham* 291 b
Everhardi comitatus 217 a
Eugubium *pergit initio conversionis S. Franciscus Assisias* 702 d, 703. *Picturæ de eo* 702 d e
Eulogimenopolis, *id est* civitas S. Benedicti, *condita a S. Berthario* 672 e, 675 c; *postea dicta* S. Germani 675. *Vide* † Germani.
Euphrates fluvius 514 b e
Europa, provincia Thraciæ 543 e
Exolidunum (Issoudun), vetus oppidum Biturigum Cuborum 453 f
Exonia. *Perperam dicitur Robertus episcopus* 96 c. *Alter Robertus* 96 d. *Tertius Robertus* 96 d

F

Fabali (*eremitæ de monte*) in Tuscia 733 b
Facidia viculus Rhinocoruræ 47 c
Falstera, pars regni Danici 587 a
Farria, *deinde dicta* Helgolandia 291 d e
Faventia. Conventus eremitarum B. Joannis Boni 748 a, 781 a. Hospitale, dictum Messina 791 f, 792 b
Fausti ecclesia in Africa 210 f
Fearcal, Hiberniæ tractus 531 b
† Febroniæ parthenon Nisibi 61 e
† Felicis in Pincis altare Nolæ 505 e f
Fene, vadum in Hibernia 535 f
Fenni, tribus Mogolum 114 a
Fermern insula *videtur coluisse Hertham* 291 b
Ferna in Hibernia; *ejus abbatia canonicorum regularium* 523 b
Ferraria. *Occiditur S. Bonmercatus* 141 e. *Capitulum generale primum eremitarum B. Joannis Boni* 732 b, 733 b; *item anni* 1249 697 a. *Conventus eremitarum B. Joannis Boni* 727 d e, 795 e, 796 b e
Fesulæ, prope Florentiam, *urbs antiquissima, hodie ad*

ad nihil redacta 560 a b c. *Sedes episcopalis* ibid.
Figiacensis ecclesia *reliquiis ornata sanctorum orientalium* 58 b
Finni orientales 117 d
Firmum, urbs Piceni 523; *quando erecta ejus sedes episcopulis* 524
Flaminia. *Plura ibi cœnobia instaurat et erigit B. Joannes Bonus* 693 c
Flandria *an occupata ab Hunnis* 129 e f
Flaradisheim villa 216 e
Flinense monasterium *sub annum* 1258 *accipit Ursulana corpora* 250 a
Floreffiæ, abbatiæ Præmonstratensis, *fundatio* 241 a c
† Florini monasterium Schonaugiæ in diœceci Trevirensi 163 e
† Florini *scholarum magister Rodelbinus, qui et pastor in Rhens* 222 d
Folckenrodense monasterium in Thuringia. *Reliquiæ Ursulanæ eo translatæ* 248 e f, 249 a
Fons coloniæ, *tribus milliaribus distans ab Hierosolyma* 561 b, 562 d
Fonsmorini villa in agro Autissiodorensi 324 b
Fontana Walarici *verisimilius convenit cum* Fonte S. Valerici, *vulgo* Saint-Valeri-sur-Somme. *Ibi habitat S. Condedus* 554 f, 555 c, 556 a
Fontanella, in Normannia monasterium. *Multa de ejus historia innectuntur vitæ S. Condedi* 551 et seqq. *Non videtur initio ibi servata stabilitas Benedictina* 555 d
Foracheim. *Placitum anni* 990 581 d
Formiani colles 679 e
Formigosa, vicus prope Mantuam 809 d, 811 d
Forum Hadriani in Batavia. *Antiquitatis christianæ monumenta* 152 b; *mercatus olim Bataviæ* 160 f
Forumjulii. *Capitulum. Liber precum S. Elisabethæ* 42 d. *Amphitheatrum* 508 f
Fositesland *seu* Helgoland *historice describitur* 291 b c d e f
Fothar regio Hiberniæ 556 d, 557 b c f, 558 a
Fotharti, populus Hiberniæ 555 f
Franci, Francia, Franconia. *Francorum origo* 150 c d. *Franci dicti Germani a Procopio* 108 c; *aggrediuntur Armoricanos* 108 c. *Eorum infidelitas, mendacia, hospitalitas* 157 d e. *Eorum corporum compositio* 48 c; *non pugnant sagittis* 115 f. *Francia inter Saxones et Alemannos* 48 c. *Francorum urbes subjugasse dicitur Maximus tyrannus* 208 a. *Francia duplex medio sæculo* v 150 c. *Franci, Thuringi* 150 f. *Franci ad Nicrum medio sæculo* v 121 d, 123 d e. *Francia Orientalis. Ejus loco scripta Gallia* 389 d. *Franconiam transeunt Hunni* 124 c. *Francorum ad Nicrum seu Necaronorum rex Attila dicitur* 129 c. *Franci ad Nicrum invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c. *Franci in pugna Catalaunica* 126 e. *Francia vastata ab Hungaris* 595 b. *Franci Salii iidem ac Sicambri* 127 d e. *Eorum successivæ sedes* 127 et seqq. *Franci in Batavia nocent rei christianæ* 152 b. *Francorum medio sæculo* v *in Belgio sedes* 122 a, 128 f, 129 a; *in Nerviorum arvis* 127 f, 128 a b. *Franci ab Aetio exclusi Atrebatum finibus* 128 d. *Francia Theutonica. In ea sita Colonia Agrippina* 599 e, 405 e. *Franci Trojani sæculo* XII *dicti Colonienses* 298 e. *Francia Rhenensis juxta Mosellam* 125 d. *Franci connubia ineunt cum Armoricanis* 110 a
† Francisci conventus Niciæ 887 b c d, 894 d e
Francoli prope Pobletum 281 a
Fraxinus villa monasterii S. Michaelis ad Mosam 516 c
Fresones *ineunte sæculo* VI *in Britannia* 109 a; *molestati a Danis prædonibus* 587 f. *Vide* Frisii.
Friburgum Brisgoviæ *confunditur apud Saussaium cum* Friburgo Helvetiorum 578 c f
Frisii *occupant Helgolandiam* 291 b c d. *In Batavia nocent rei christianæ* 152 b
Frisingensis *kalendarii ætas* 147 c
Frongeist in Frisia, Verona *dicta* 151 f, 152 a b
Fuldenses *sanctos inseruit Martyrologio suo Rabanus* 270 b
Fundanum, urbs Latii. *Monasterium Benedictinum, cujus abbas epistolam scripsit S. Simplicio* 590 f, 591 a b
Funen insula. *Eilbertus presbyter* 291 d
Furensium (Dar Four) *mercatorum iter* 26 c
Fyen insula maris Baltici 587 c, 590 e

G

Gabali (Javouls) urbs; *inde oriundus S. Lupentius* 604 f, 610 a
Galli, Gallia. *Diodoro Siculo sunt gentes septentrionales* 513 f, 514 a. *Gallorum et Belgarum vetus divisio* 507 e f. *Galliarum divisio inter Vesigotthos et Burgundos proposita* 109 b. *Galliæ persecutionem patiuntur a Constantio Chloro invito* 156 d. *Galliæ vastatæ ab Hunnis* 161 a. *Galli ab Italis dicuntur Normanni, qui Anglia potiuntur* 409 d e. *Galliæ et Angliæ congregatio eremitarum S. Augustini a priori generali recta* 751 e. *Gallia scripta loco Franciæ Orientalis* 589 d
Gandavum in Flandria. *Eo delatum non fuit S. Condedi corpus, neque S. Wlfranni; sed alia corpora sanctorum Fontanellensium* 554 d e. *S. Macarius Armenus* 625 e
Ganfal Wyddel *hospites invadunt Britanniam* 120 d
Gannia. *Vide* Caranusca.
Garampeus collis prope Cæsenam 705 e
Garilianus. *Vide* Carnellus.
† Gandentii *præpositus Novariensis* 417 c
Gazæ *rei christianæ status ineunte sæculo* IV 20 b c d. *Episcopus Martianus* 22 d. *Decuriones* 48 d. *Gazensium in Majumates odium* 25 b. *Gazensis duumvir in circo victus* 47 f. *Ludi circenses* 47 f, 48 a. *Auriga a dæmone percussus et conversus* 47 c, 49 d. *Gazæ Juliani imp. persecutio* 55 f. *Maxime ibi passi sunt christiani sub Juliano* 25 b c. *Patria S. Hilarionis* 18 b c. *Gazenses quærunt in Ægypto S. Hilarionem ad mortem* 55 a. *Gazensis præfectus seu consularis Palæstinæ an in Ægypto S. Hilarionem quæsierit* 55 e. *Gazenses quærunt ad mortem S. Hilarionem* 25 b. *Juliano imperante, destruunt S. Hilarionis monasterium* 25 c, 55 a f, 56 a. *Obtinent licentiam occidendi SS. Hilarionem et Hesychium* 55 a, 56 a.
Geldonia, *vulgo* Jodoigne, *donatur capitulo de Hougarden* 150 f
Geldufiacæ, *donatæ a Schiwardo et a S. Condedo Fontanellensibus* 557 a
Geloni *invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c
Geminiacum *an* Vieuville, *an* Gemblours 150 a
Gemmâsez el-Kebyr. *Vide* Scenæ Mandræ.
† Genesii templum prope Ulyssiponem. *Eremitæ Augustinienses* 425 c
Genua. *Anno* 1227 *curia magna solemniter ibi celebratur* 700 c d
† Georgii castrum et xenodochium, *refugium eremitarum Palæstinæ* 56 e
† Georgii Majoris monasterium Venetiis 59 f, 40 a
† Georgii Vallis. *Abbatissa Ymana* 249 e. *Vide* Salsina.
Gepidæ *inhumani et fallaces* 157 d e. *Eorum arma*

114 a b. *Invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c, 134 c. *Versatur in pugna Catalaunica* 126 c
Gera prope Pelusium 18 c
Gerar, torrens et monasterium in Palæstina 21 b, 37 e
† Gereonis *ecclesia Coloniæ* 131 f, 141 c. *Donatio ei facta* 216
† Gereonis altare Windbergæ 282 a
Germani, Germania. *Non pugnant sagittis* 113 f. *Eorum in Romanos acerba odia et barbaries in expugnata Victoria* 130 d e f, 131 a b. *Germaniæ superior et inferior ab Augusto institutæ* 133 d. *Germaniæ eædem ad Rhenum non conterminæ* 124 b. *Germaniæ utriusque provinciæ sæculo* v *distinctæ habitæ a Belgio* 123 f, 124 a. *Vastatæ ab Hunnis* 161 a. *Germani apud Procopium pro Francis* 108 c
† Germani (civitas), *a S. Berthario ad radices montis Cassini condita et primum* Eulogimenopolis *nuncupata* 672 e, 675 c d
Germrode, curtis capituli Ursulani 230 d
Gerritzheimense monasterium *fundatur* 215 d. *Ejus fata* 215 d e. *Hujus asceterii moniales introducuntur anno* 922 *in basilicam Ursulanam* 215 d e f, 216. *Vide* Canonissæ S. Ursulæ.
† Gervasii crypta in suburbio Rothomagensi 561 c d; *an ædificata a S. Victricio* 562 c d e. *Per plura sæcula ibi quievit S. Mellonus, non tamen primum sepultus* 562. *Describitur* 563 c d e
Gessoriaci *vicinia multa olim habebat æstuaria* 128 a. *In finibus Gessoriaci habitabant sæculo* II *Britanni* 108 e
Gestistyrum, *quid* 551 f, 555 e
Getici supra Ponticum *videntur esse Hunni* 113 e. *Getici nervi videntur esse nervi, arcubus intendendis ab Hunnis præparati* 113 e
Gezyret-Bembe. *Vide* Peme.
Gibei montis fauces 24 b
Gibel. *Vide* Cisternæ mons.
Gibriacum (Givry), Campaniæ oppidum inter Mosam, Axonam et Matronam 605 a
Glaconissa *seu* Glacomissa prope Fontanellam 552 e
Gladbach. *Robertus abbas* 228 e. *Walterus abbas* 221 d
Glassaid assu, in Hibernia 533 f
Glocestriensis comitatus. *Quomodo venit penes Robertum, filium spurium Henrici I* 95 b
Goa in India. *Collegii S. J. rector Antonius Gomez. Reliquiæ Ursulanæ* 252 e f, 253 a b; *Goanæ provinciæ S. J. ecclesiæ habent omnes altare S. Ursulæ* 290 c
Godesolo, Guidissolo in tractu Castilionensi 804 d
Godonis curia, *dein* S. Michaelis ad Mosam monasterium 312 a, 315 c d
Gotlandia insula, *seu* Jutlandia septentrionalis 387 a b
Gotthiæ *et* Gotthi populi. *Gotthia insularis an Selandia* 387 a. *Gotthia seu Suecia meridionalis* 391 a. *Gotthia id est Suecia. S. Unni* 374 c. *Gotthi dicti Scythæ* 114 d. *Gotthi ad paludem Mæotidem* 118 b. *Gotthi assumunt nomina Hunnica* 115 c. *Eorum arma* 114 a b. *Gotthi perfidi* 137 e. *Eorum pietas a Salviano laudata* 135 e. *Eorum vastationes in Galliis* 149 f, 150 a, 311 a. *Gotthiæ in Galliis fines sæpe mutati* 313 c. *Gotthi in Arvernia* 107 e; *in Italia* 304 e f, 303 a; *in exercitu Theodosii I* 120 b. *Ab Hunnis vexantur* 117 f, 119. *Gotthicum bellum fingunt Hunni, Gallias ingredientes* 125 b. *Vide* Ostrogotthi *et* Vesigotthi.
Grannona, *Guérande seu Garande* 107 c
Græcia, Græci. *Græcia et Thracia confusæ* 171 c. *Græci assumunt nomina Romana* 113 b c. *Græci episcopi passim olim sparsi in Galliis* 311 a. *Græci monachi Romæ* 41 e
Gran. *Vide* Strigonium.
Grandimontenses *admittunt conversos* 410 e. *Grandimontensis abbatiæ reliquiæ Ursulanæ nuperius distributæ per diœcesim Lemovicensem* 281 c
Greesbergensis *collis in Coloniæ suburbio* 139 d, 140 e f
† Gregorii ecclesia Lemovicibus. *Tumulus S. Domnoleni* 324 e
Grespolani FF. Minorum conventus 891 b d
Greverode, villa in parochia Walda 221 b c
Gronlandia, *subdita archiepiscopo Hamburgensi* 383 c
Guadalquivir. *Vide* Bætis.
Guidissolo; *vide* Godesolo.
Gunderespumere 218 e
Gundersthorp villa 219 e

H

Haddeby prope Sleswicum 390 a c. *Vide* Heidiba *et* Sleswicum.
Hadelba ad Albim 291 e
Hadrianopolis urbs 552 b c. *Plures martyres* 5 f. *Archiepiscopus S. Manuelus* 684 d. *Hadrianopolim cum exercitu venit Joannes Tzimisces* 689 d e. *Hadrianopolis resistit latinis, potitis Constantinopoli, et favet Bulgaris* 407 c d. *His se subdit sub annum* 1226 687 b
Hæmimontium, provincia Thraciæ, *seu* Hæmus mons in Bulgaria 543 b c, 689 c d, 690 a
Hæthæ, Hæthi, Hædi, Hetheby, Hedeby *etc. nominis origines* 395 a b. *Hæthum seu Sleswicum* 387 a b
Haga Brotonæ, *vulgo* la Haie du Routot 555 e
Hagar. *Vide* Beit.
Haila *seu* Aila, *nunc* Akaba. *Ejus situs* 21 a
Hajar-Moussoum mons Ægypti 24 a
Halal, mons Arabiæ 21 e
Halgolandia in septentrione Norwegiæ 387 b
Hallandia *paret Sigurdo Ormiogæ* 387 a
Ham vicus non procul a monasterio S. Michaelis ad Mosam 312 f
Hamburgum. *Hamburgensis diœcesis sæculo* x 385 d e. *Protenditur usque ad Sliam* 389 e. *Joannis papæ X diploma depravatum* 383 b c d e. *Hamburgensis ecclesiæ legatio* 393 c, 395 d. *Archiepiscopus Adalbertus* 291 d e; *affectat patriarchatum septentrionis* 385 e. *Hamburgensi archiepiscopatui adjungitur Bremensis episcopatus* 575 e. *Hamburgensium octo primorum episcoporum chronotaxis* 377 f, 378 et seqq. *Quando eligerentur episcopi* 377 d
Hamonis portum *petit Maximus tyrannus* 208 a
Hana rivus, terminus silvæ Carbonariæ 128 e
Hannonia. *Introducuntur canonissæ sæculares* 227 a
Haouârah-el-Kebyr in Ægypto 19 d e
Harabschent in Ægypto 18 f
Harlemum in Neerlandia. *Tertiariarum S. Francisci templum S. Ursulæ* 289 e
Harz, Hercynia silva; *ejus extensio; nomen commune* 123 a b c
Hassiensis ducatus, pars pristinæ Alemanniæ 119 e
Hattonis castrum *seu* castellum *et* villa prope monasterium S. Michaelis ad Mosam 315 a, 315 d, 318 d
Hebraicæ *seu Syriacæ linguæ aspera pronuntiatio* 48 d
Heerse cœnobium in diœcesi Paderbornensi 580 d. *Vide* Herise.
Heidiba *seu* Sleswicum, terminus regni Germanici 129 389 c,

389 e, 390 a d. *Saxonum colonia* 389 e; 393 c
Heiligland *describitur* 291
Heisterbacum *missa Ursulana duo corpora ab Euphemia abbatissa* 230 e. *Heisterbacensi monasterio duo donata Ursulana corpora* 249 b
Helé, Ely O'Caroll, regio Hiberniæ 333 c e, 336 f
Helense monasterium in Hibernia 328 d
Helena vicus, *nunc* Halènes-sur-Marais. *Victoria Aetii* 128 d
Helgoland *seu* Helgerland. *Describitur* 291
Heliopolis *seu* On 23 d
Helladé *potitur Asan Senior, rex Bulgariæ* 407 a
Hemmerodensi monasterio *ingens copia reliquiarum Ursulanarum donata* 247 a
Hennebergensis ducatus, *sedes Burgundionum initio sæculi* v 121 d
Heptanomis in Ægypto 18 f
Heraclea, urbs Thraciæ, sedes episcopalis 544 e f, 545 a b, 549 f
Heraclea in Ægypto. *Situs et episcopus* 23 f
Heracleopolis Magna 18 f. *Heracleopolis magnæ nomus* 23 e
Heracleopolis Parva 18 d, 23 a
Hercinia silva. *Eam transeunt Hunni* 124 c. *Hujus silvæ positio* 122 d, 123
Hericuria, vicus haud procul Rothomago 561 c d e f. *S. Mellonus videtur ibi obiisse, et primum sepultus, deinde Rothomagum ac tandem Pontisaram translatus* 562, 563. *Cultus S. Melloni* 470 c d
Herise *seu* Herse *et* Heerse in Saxonia. *Apparitio S. Cordulæ* 162 f. *Hujus monasterii fata* 80 e f, 81 a. *Vide* Heerse.
Hermopolis Parva, *nunc* Damanhour 18 d, 19 d. *Dracontius episcopus* 23 b c
Hero, *nunc* Abou Kachab 23 d
Herse. *Vide* Herise.
Heruli *invadunt Gallias* 134 c. *Eorum arma* 114 a b
Hesdinium, *prisca sedes Britonum* 108 e
Hetheby. *Vide* Heidiba *et* Sleswicum.
Hetruria, *famosa suis aruspicibus* 510 a d. *Vide* Augures.
Hevecour vicus in pago Caletensi 574 e
Hevelli prope Brandeburgum 394 e
Hibernia, Hiberni. *Hibernia dicta olim* Scotia 648 e f; *patria S. Donati ep. Fesulani* 535 f; *descriptio* 636 a b, 658 d e f; *dicitur carere serpentibus, venenis etc.* 659 a b c d. *Hibernia non fuit patria S. Ursulæ* 166 d e. *Hibernorum cyclus paschalis sæculo* v *et sequentibus* 329 e f, 330 a b; *vide* Cyclus. *Hiberni monachi clerici erant et ad ministeria ecclesiarum deputati* 338 e. *Hiberni hagiographi veteres in quo carpendi* 331 d, 333 a. *Hiberniam petiisse dicuntur profugi Guanius et Melga cum fabulosis suis Hunnis et Pictis* 209 e. *Ibi oves plerumque nigri coloris fuerunt* 338 e. *Hiberniæ sancti, qui ad terram continentem non venerunt, raro memorantur ab ejusdem martyrologis* 326 a
Hiensis *abbas, præpositus omnium Columbensium monachorum, etiam episcoporum* 327 a. *Hienses monachi adhærent cyclo paschali Dionysiano* 330 a
Hierapolis in Ægypto 19 d
Hierapolis, Phrygiæ urbs, *sedes episcopalis a S. Paulo fundata* 498 b c; *hodie vocatur* Bambuk Kalasi *id est* Arx-Gossipii 498 b c. *Plutonium seu hiatus mortiferum exhalans spiritum* ibid.
Hierapolis in Syria 62 f
Hieriphthon prope Mardim 63 b
Hierosolyma *excisa* 478 b c, 482 c d; *fit colonia Romanorum et* Ælia *nuncupatur* ibid. f, 479 a b. *Vestigia Domini* 136 b c. *Hierosolymitana sedes primum episcopalis, dein patriarchica* 477 et seqq. *Sanctio concilii Lateranensis* IV 478 b; *primi episcopi, numero quindecim, ex Judæis* 478 c d e. *Marcus, primus ex gentilitate* 5 f, 478 f. *Templum* 213 b. *S. Stephani ecclesia* 359 f, 360 a b, 361 f, 362 d. *Martyrium SS. Georgii, Joannis, Juliani et sociorum* 358 et seqq. *Hierosolymitanam peregrinationem semel in vita instituit S. Hilarion* 20 f. *Eamdem peregrinationem suscepisse virgines Ursulanas innuit auctor vetustus* 132 e f; *immo eamdem cogitasse aperte dicitur S. Ursula* 133 a. *Calendaria græca et latina* 40 e f. *Marsitas corpore prævalens et a dæmone correptus* 47 c d
Hikillmairdiathrib *monasterium Hiberniæ* 334 a
† Hilarionis *monasterium in Cypro* 39 f
† Hilarius de Baganza, vicus diœcesis Parmensis 854 a
† Hilarii *canonia, in diœcesi Parmensi* 861 e
Himmina, *immo* Imma. *Vide* Imma.
Hiong-nou *iidem habiti ac Hunni* 116 d e f, 117 a b c
† Hippolyti monasterium Gerritzheimense 215 e
Hirsaugiensis *ecclesiæ dedicatio* 378 c. *Abbas Volmarus. S. Henricus monachus* 241 c. *Admittunt conversos* 410 c. *Monumenta literaria incendio deleta* 374 e
Hispalis. *Eam anno* 427 *occupant Vandali* 136 d. *Archiepiscopus Augustinus Spinola* 704 f
Hispaniam *non adivit Maximus tyrannus* 103 f
Hodunc modasterium pristinæ diœcesis Leodiensis. *Miraculum in ligno S. Crucis* 242 c d
Holtgibutli, Holzbuttel, in episcopatu Verdinensi 385 b
Holthem, Holthum *seu* Holtum in diœcesi Verdinensi 385 b
Hordolandia. *Ericus princeps* 387 e
Hornbacensis in diœcesi Metensi *martyrologii ætas* 148 b c
Horre in finibus Persarum 63 b
Horta. *Petrus episcopus* 383 f
Hoven, parthenon Cisterciensis. *Ibi sacra obit B. Hermannus Steinfeldensis* 90 f
Hougarden. *Castrum et capitulum* 130 f
Hoxarium oppidum prope Corbejam Novam. *Expugnatur anno* 1634 *ab Austriacis. Amittunt Corbejenses suas reliquias* 374 f, 375 a
Hoya, oppidum et comitatus 385 b e
Hua-Chensælaich. *Vide* Kenselach.
Huamairche, *seu* Huamarge, Ambarriche, regio Hiberniæ 339 c, 340 f
† Huberti oppidum. *Vide* Ambra.
Hude, *vulgo* Oedt 228 e
Huisnethmidi, locus Hiberniæ 333
Humber fluvius Britanniæ 118 c d, 208 d
Hungaria, Hungari. *Hungariæ regis filia dicitur S. Ursula* 132 f, 133 a. *Hujus historia annectitur historiæ Hungaricæ* 132 c. *Hungari dicti auctores cædis Ursulanæ* 114 f, 115 a. *Hungariæ patronæ undecim millia Virginum* 291 a. *Hungari anno* 917 *et* 922 *transgrediuntur Rhenum et incendunt Gerritzheimense monasterium* 215 d. *Anno* 1128 *bellum inferunt Bulgaris* 686 a b, 690 e, 691 e. *Vide* Magyares
Hunni *sæpe* Scythæ *dicti* 114 a. *Hunni albi et nigri* 117 d e f. *Habebantur fere athei* 162 a. *Eorum barbaries* 149 e f, 150 a b c; *pravitas describitur* 137, 138; *etiam bello impudicissimi* 142 e f, 145 a. *Navigationis maritimæ ignari* 121 a b. *Quomodo fluvios transirent* 121 b. *Omnia vastant* 138, 139. *Evocati contra Juthungos* 112 e, 113 a. *Hunnorum iter tempore Valentiniani II* 119 d e f. *Incurrunt in Alanos* 112 f. *Hunni in exercitu Theodosii I* 120 b. *Hunni seu Scythici equites stipendia merent sub Litorio* 107 e. *Anno* 439 *auxiliantur Romanis*

Romanis 133 d e. *Auxiliantur Romanis* 119 b. *Jam ante annum* 451 *Galliis infesti fuerant* 133 d. *Hunnorum Gallias intrantium numerus* 124 d. *Hunni auctores cædis Ursulanæ; eorum origo; arma; itinera per Gallias; gesta et reliqua fata* 113 et seqq. *Invadunt Gallias* 122 b c. *Ex Galliis per Coloniam redeuntium iter breviter describitur* 503 a b. *Per Belgium redeunt ex Galliis ultra Rhenum* 129, 130. *Hunni seu Comani auxiliantur Calojoanni, regi Bulgariæ* 407 d. *Vide* Magyares.
Huyum *in Belgio transferuntur reliquiæ Ursulanæ, probæ et insignes* 250 b c d e
Hy insula Scotiæ, *ubi monasterium fundatum a S. Columbakille* 326 b c, 327 a c, 328 b; *ejus monachi cyclum paschalem Hibernorum sectabantur* 329 e, 330 a
Hy-Barche, in Lagenia, tractus Hiberniæ 337 a
Hykille mair diatrib, monasterium Hiberniæ 327 d
Hyrcani ad mare Caspium 116 e

J

† Jacobi de Aquaviva juxta Pisas eremitorium Augustinianum 705 b c
Jadira. *Jadirensis episcopus Minutius de Minutiis* 73 e f. *Navem ad bellum sacrum hinc accipit Andreas, rex Hungariæ* 419 d
Jaik flumen incurrens in mare Caspium 116 e
Janboli, Janpoli, Jamboli, Jampoli. *Vide* Peristhlaba.
Jardinetum, cœnobium 476 d
Jatinum, *vetus Meldarum nomen* 307 f
Ibæ monasterium *ex errore ortum* 53 e
Ibrim. *Vide* Prima.
Iburg oppidum Saxoniæ 162 f. *B. Helentrudis* 80 e
Iciodorum (Iserre) in Turonibus ad Crosam 433 d
Iciodurum, Ixiodorum (Issoire), in Arvernis vicus ad flumen Elaver 433 c d
Idanius, *vulgo* Ains, fluvius 396 c
Ie, insula Scotiæ; *vide* Jona.
Jelling, curia regum Daniæ 386 f
Jembeska-Rieka, rivus Bulgariæ 685 a
Jenedscheli *seu* Jenidsche ad septentrionem Hadrianopolis 689 e, 690 a
Jessa vicus. *Vide* Epidemia.
† Illidii abbatia O. S. B. in suburbio Claromontano 72 e; *hodie destructa; ibi fontes lapidescentes et aquæ medicinales* 614 a b d e
Illyricus *pro* Bosnia 687 b
Imblevilla in Normannia. *Cultus S. Aviæ et traditiones* 322 d e, 323 a
Imma, Emma, *aut* Immestar, *nunc* Imm in Syria 62 c. *Res christiana sæculo* IV *et* V *illic incerta* 62 e
Imolam *transit Otho IV imperator* 416 e. *Huic ecclesiæ jura sua confirmat* 416 e
Indam *vastant Normanni* 213 d
Ingelheim. *Placitum anni* 831, 379 e. *Nuptiæ Henrici III. Joculatores male habiti* 700 d
Inlandia *seu* Iönlandia. *Vide* Iralandia.
In medio in Syria 62 f
Insula, *dicta* Heptanomis Ægyptiaca 18 f, 19 a
Insulæ Dei *templum dedicatum* 96 b
Insula S. Ursulæ *seu* Helgoland 291
Interius monasterium 23 f, 26 a
Interamnense *generale capitulum FF. Minorum anni* 1500 890 b
Interior Nicosa 26 a
Jona insula Scotiæ 341 e; *vide* Hy.
† Joannis Baptistæ Bononiense monasterium 888 d e f
† Joannis Baptistæ puellare monasterium prope Zwifaltum 242 b
† Joannis Parmense monasterium 409 b
† Joannis Boni conventus Mantuæ 737 a, 739 f, 740 a
Joannopolis. *Vide* Peristhlaba.
Joppe in Palæstina 22 d. *Georgius Paulus Stravius episcopus* 213 d e
† Josephi altare in Marchianensi cœnobio 277 d
Josephi canalis, *pristinus Nili alveus* 18 f, 19 a c
Jotapa. *Anastasius episcopus* 22 d
Iralandia, *forte* Inlandia *seu* Jönlandia 387 b
† Irenæ oppidum Lusitaniæ. *Conventus Augustiniensis* 424 d. *Miraculum libri scripti a B. Gundisalvo de Lagos* 424 a. *Aliud miraculum* 425 a b
Iria (la Scrivia) fluvius Liguriæ 617 d
Irtisch, flumen Asiæ, finis Hiong-nou 116 d
Iserre. *Vide* Iciodorum.
Isiu, *nunc* Zâouy 18 f, 19 a d
Islandia, *subdita archiepiscopo Hamburgensi* 383 c
Ismaëlitæ *seu* Saraceni 62 f; *describuntur* 64 f
Ispahan. *Septuaginta millia capitum occisorum a Tamerlano* 130 a
Issoire. *Vide* Iciodurum.
Issoudun. *Vide* Exolidunum.
Italia, Itali. *Monachos Italos carpit S. Hieronymus* 37 a b. *Italia vastata ab Hunnis* 161 a
Judæa, Judæi. *Judæa pars Syriæ* 35 b. *Judæi tempore Constantini M. vocati ad curiam Coloniensem* 133 e. *Synagogæ incendium* 120 b c. *Anno* 415 *puerum in cruce occidunt Immæ in Syria* 62 e. *Judæus scruta vendens* 56 d. *Judæos destruendos monet Joannes de Warwick* 295 e
Judæorum vicus, *nunc* Belbéis 23 d
Juddæ *seu* Jutæ. *Vide* Dani.
Jugatum monasterium in Syria 62 d
Juliacum *vastant Normanni* 213 d. *Julicha castellum* 218 e. *Gerardus comes* 221 d. *Guilielmus et Walramus, comites, advocati capituli Ursulani* 229 a, 232 a. *Juliacensis pagus* 216 f. *Juliacenses campi* 226 f
Juliobona, Lillebonne, urbs Normanniæ 563 b
Ivodium, *vulgo* Ivoi. *S. Wulfilaci sepulcrum et S. Martini ecclesia* 3 e f, 4 a
† Justi crypta Lugduni 71 b c
Juthungi supra Danubium 103 e; *impetuntur ab Hunnis* 112 e; *a Bautone castigati* 119 b d
Jutia. *Regulorum abolitio et ecclesiasticæ hierarchiæ constitutio* 390 d e. *Jutlandia septentrionalis. Vide* Gotlandia. *Jutlandia meridionalis. Vide* Sillandia. *Jutlandiæ episcopatus* 395 c
Ixidolium. *Vide* Iciodurum.

K

Kalasa (El). *Vide* Elusa.
Kalenska-Rieka, rivus Bulgariæ 685 a
Karadjova, amnis Moglena in Macedonia præterfluens 405 f
Kas (El). *Vide* Casium.
Kaschgar *ab Hunnis habitata* 117 d
Katieh, *distinctum a Casio* 18 c
Kelei montes Ægypti 24 a
Kelse villa 219 a. *Kelsensis parochia donata capitulo Ursulano* 231 e f
Kempena. *Scultetus et scabini* 230 e
Kemmis sedes episcopalis in Thebaide 577 e
Kemmo *idem quod* Kemmis.
Kentenich, parochia diœcesis Coloniensis 229 a. *Kestenich villa* 217 f
Khan-Hetteh *forte prisca* Bethelea 22 a
Khargéh in Oasi exteriori 26 c d
Khirbet el-Gerâr in Palæstina 21 a b
Khulasah (El). *Vide* Elusa.
Kilcomin, *alias* Kilcummin, Disertchuimin, monasterium Hiberniæ 332 a
Kilcunanin; *vide* Kilcomin.

Killmund,

Killmund, vicus comitatus Argatheliæ in Scotia 342 a
Kill-Slebhe, monasterium Hiberniæ 333 b c
Kirghises, *stirps mogolica et ramus unde orti Turcæ, describuntur* 117 a b
Knischara, mons in Bulgaria. *S. Joannes Rylensis* 688 b
Königssondere in comitatu Everhardi 217 a
Kudes *seu* Ain Kudes, *rupes percussa a Moyse* 21 e
Kuningessundere. *Vide* Königssondere.

L

Labriniaci *seu* Lariniaci, *vulgo* Lavergny, *non vixisse videtur S. Cilinia; sed ibi sepulta est* 320 d e f, 321 a
Lacobriga *an eadem civitas ac Lagium, vulgo* Lagos, *in Lusitania* 422 b, 423 a
Laconicæ in Peloponeso *naves per terræ motum in mediterranea ejectæ* 27 f
Læti Franci *iidem ac censuarii* 127 f
Lagenia, Hiberniæ pars 325 a b, 326 f, 334 b
Lagium, *vulgo* Lagos in Lusitania, *patria B. Gundisalvi de Lagos* 423 a. *Eorum in ejus cultu promovendo cura* 426 e
Lahoun (El) in Ægypto 19 e
Lahoun (El). *Vide* Ptolemais 19 a
† Lamberti monasterium *seu* chorus in templo S. Ursulæ Coloniensi 213 c d, 221 c
Longeley, *prædium in Salopia* 295 e
Langlandia, pars regni Danici 387 a
Langobardorum portus in Sicilia 56 b
Lapetha in insula Cypro 59 b
Laris. *Vide* Rhinocolura.
† Lateranensis basilica. *Titulus Flavii Constantini* 211 b
Latium *invadunt Normanni anno* 1078, 398 d, 401 c, 404 d
Laudæ *legatos Italiæ convocat Otho IV post suam excommunicationem* 417 e
Laudunum. *Laudunensis diœcesis rescissa a Remensi per S. Remigium* 320 f. *Cultus S. Ciliniæ, matris S. Remigii* 321 a. *Laudunensi in agro vixit S. Cilinia* 320 c d. *S. Martini abbas Guarinus* 247 d
Laudunum in Anglia *in titulo ficto* 244 c
Lavergny. *Vide* Labriniacum.
Lavicana via, *mutata in episcopalem sedem* 169 c. *Hujus vocis etymon putatum* lavare 169 c
Launum *forte idem quod britannicum* Laun, *id est* templum, domus 335 e
† Laurentii abbatia prope Conadam in agro Autissiodorensi. *Cultus S. Domnoleni. Bartholomæus abbas* 324 b
Lausanna, *sedes episcopalis* 246 a b
Laynstein in diœcesi Moguntina 232 a
Lecka Rheni brachium 152 d
Lederum, *vulgo* Leyre, in Selandia, *civitas olim regia Daniæ* 388 f, 390 e
Legerense monasterium 628 b c; *ejus abbates multas protulere chartas infidas* 628 e f; *subjectum Pampelonensi episcopo* 628 f; *eo translatæ anno* 880 *reliquiæ SS. Nunilonis et Alodiæ* 629 e f, 630 a b; *et perpetuo asservatæ et cultæ* 638, 639, 640; *fundatio* 646 f; *recens destructum* 647 e
Legionensis pagus in Armorica 111 a
Leguino (Villæ de) *teloneum datum monasterio S. Victoris Massiliensi* 566 c d
Leida in Neerlandia 289 e. *Vide* Lugdunum Batavorum.
Lemania, *id est* Allemannia 403 f
Lemovices Armoricani. *Error hinc ortus* 108 a
Lemovices. *S. Domnolenus distinctus a S. Domnoleno Autissiodorensi* 324 e f. *Ecclesiæ S. Gregorii, S. Andreæ, S. Domnoleni* 324 c. *Nuperius multæ in diœcesi Lomovicensi distributæ Ursulanæ reliquiæ* 281 c
Lene, campus in Hibernia; *num fuerint duo loci hujus nominis et num in utroque circa idem tempus et de eadem controversia habita sit synodus* 331 et seq. *Lene, alias Lenia, campus albus, ad fluvium Barrow in Hibernia* 331 a. *Lene, vadum Hiberniæ* 335 c. *Leniensis synodus; in ea quomodo se gesserit S. Fintanus* 341 a b
Lentzen. *Vide* Lunkinense.
Leodabarum, villa agri Autissiodorensis 324 c
Leodium *vastant Normanni* 213 c. *Eo venit anno* 1106 *Henricus IV imp.* 238 d. *Ibi moritur* 238 d
† Leonardi altare in basilica Ursulana 213 f
Leonardi comitatus, *capiens Wormatiensem pagum* 219 c
Leontium, *vulgo* Lentzen, ad Albim. *Prælium celebre* 594 e f
† Leopoldi templum prope monasterium S. Michaelis ad Mosam 313 d
Letavia, pars maritima Armoricæ 106 f
Letebonanum, locus Regiensis diœcesis 853 b
Letopolis in Ægypto 19 d
Leuconaense ad fontem S. Walarici monasterium, *vulgo* Saint-Valeri-sur-Somme 353 c
Leyre. *Vide* Legerense monasterium.
Liac Hain, insula Hiberniæ 338 c
Libani *incolarum conversio* 20 d
Libyæ *episcopi, exsules in Magna Oasi* 56 b
Lichfeldia. *Episcopus Hugo de Nunant* 96 a
Liefbergense prope Arhusium in Dania templum *exstruitur* 390 c
Liger fluvius *piscium feracissimus* 357 f; *ad ejus ripas habitæ omnes pugnæ inter Armoricanos rebelles et Romanos* 108 b
Liger fluvius *videtur* Legiam (la Lys) *significare in lege salica* 128 e
Lillebonne. *Vide* Juliobona.
Limburg. *Ducis bella cum Conrado, archiepiscopo Coloniensi* 231 c
Lincolnia. *Episcopi Gualterus de Constantiis, Robertus* 96 a b c
Lindisfarna. *Tudas et Colmanus episcopi* 5 b c d e
Lismora in Hibernia. *S. Malchus episcopus* 63 e
Llandudwen *seu* templum S. Tudwenæ in Wallia 6 d
Llychlynnwys *invadunt Britanniam* 120 d
Llydaw. *Vide* Letavia.
Lochia, promontorium Alexandriæ, *nunc* Pharillon 24 f
Loegria pars Britanniæ 118 c
Lohna, Nassavii flumen 123 e f; *ejusdem fontes* 124 c
Lohnstein ad Rhenum 124 c d
Lollandia, pars regni Danici 387 a
Londinium, Londonia. *Ibi residet rex Britannorum* 208 c. *Eo fugiunt Britanni* 109 b c. *Inde virgines Ursulanæ solvisse traduntur* 104 f
Longerich. *Ecclesia S. Dionysii; ejus novalia* 220 e
Longianum, diœcesis Cæsenatis locus 742 f. *Longionense capitulum provinciale FF. Minorum anni* 1502 891 a
Longobardia, Lombardia, *etc. Longobardiam peragrasse dicitur S. Ursula* 133 a. *Lombardiæ provinciæ Franciscanæ divisio* 889 c d
Lorgoe, pars diœcesis Bremensis 383 d
Lotharingia *vastata ab Hungaris* 393 b. *Lothariense regnum infulæ Coloniensi adjectum et imperio* 219 d

Loto,

Loto, *vox britannica, mansionem significans* 557 f
Louriñan, locus diœcesis Olyssiponensis. *Conventus Augustiniensis. Prior B. Gundisalvus de Lagos* 424 b c, 425 a
Louzanum, ecclesia collegiata diœcesis Cæsenatis 742 f
Luca in Italia. *Episcopus fictus S. Foilanus seu Frolanus* 86 b c, 104 b, 245 f
† Ludovici provincia Conventualium 889 b, 890 e
Luganum, ditio episcoporum Comensium 415 a. *Præpositura S. Antonii clericorum regularium de Somascha* 418 e
Lugdunum in Gallia. *Lugdunensis provinciæ divisio quando facta* 307 f, 308 a. *Lugduni SS. Viator et Justus. Eorum gesta, cultus, reliquiæ* 70, 71. *Ibidem versatur Innocentius IV* 753 a
Lugdunum Batavorum (Leyden) 151 c. *Monialium S. Augustini templum S. Ursulæ* 289 e
Lugmagh, oppidum Hiberniæ 555 d, 556 f
Luna Etruriæ vel Liguriæ perantiqua civitas, *nunc excisa* 618 f. *Sedes episcopalis* 619 a. *Vide* Sarzana.
Lundensis diœcesis in Sconia 595 c. *Archiepiscopus Tuvo* 278 f
Luneburgum. *Lutherani cives diu retinuerunt S. Ursulæ festivitatem propter servatam cælitus eorum urbem* 290 d e f
Lunkinense *seu* Lunzinense *prælium* 594 e f
Lunrike *seu* Lunricho villa 218 e. *Vide* Longerich.
Lurnes prope Mardim 63 b
Lutterberg. *Comites* 375 b
Luxemburgum. *Collecta monumenta a P. Wilthemio quomodo dissipata fuerint* 246 f. *Luxemburgenses viæ militares* 125 d
Lybicum desertum *invium* 26 e; *desertum, montes etc.* 19 c
Lychnon *in Ægypto. Ejus situs, nonachi* 22 f, 23 a b. *Eo pergit S. Hilarion* 52 f
Lycus, extremæ Thebaidis oppidum. *Confusum cum Lychno prope Pelusium* 23 a b. Lycus, Lycopolis. *nunc* Siout, in nomo Sebennytico 23 b, 26 c
Lyris. *Vide* Carnellus.

M

Ma 'arra *non est* Maronia 63 d
Macedonia. *Macedoniæ Tzar Stephanus Duscianus* 685 c d. *Macedoniam spoliat Calojoannes, rex Bulgariæ* 407 d
Maceracum in Britannia Minori. *S. Benedictus et S. Avenia* 624 et seq.
Macerata. *Episcopus Nicolaus de Cassia* 424 c
Machabæiticum monasterium Coloniæ. *Ejus controversiæ de agro Ursulano cum canonissis Ursulanis* 232 e f, 233. *Moniales inquirunt corpora Ursulana* 249 c d e
† Machabæorum templum Lugduni. *SS. Justi et Viatoris cultus et reliquiæ* 70 e, 71 a b c
Mællarus lacus in Suecia 591 d e
Mæoticæ paludes, *finis occidentalis Hunnorum sæculo* IV 115 d
Manfrensis basilicæ *consecratio*, in Lusitania 454 e
Magna Blachia. *Vide* Blachia Magna.
Mag-bil, monasterium in Hibernia 4 c
Maghlene, locus Hiberniæ in comitatu regis. *Synodum ibi habitam fuisse de controversia paschali conjectat Colganus; confutatur* 551 et seq.
Magulun, *idem forte quod* Magelsen, in pago Verdinensi 585 b c
Maguntiacum. *Subvertitur* 134 c e. *Ecclesia ibi sat magna in qua multa hominum millia trucidentur* 134 c. *Vide* Moguntiacum.
Magyares *ab exeunte sæculo* IX *infesti christianis Germaniæ* 385 f, 386 a
Mailleraie castellum prope Calidumbeccum 355 d
Majorica insula. *Occupatur a Vandalis* 136 e
Majuma Gazæ *seu* Gazæ portus *aut* emporium 20 c; *ejus situs* 44 b. *In ejus vicinia lapides secti ex ora maris* 47 f. *Majumetarum conversio* 20 d e. *Majuma separatur a Gaza* 20 e. *Ejus cum Gaza discordia* 23 b. *Eo delatum S. Hilarionis corpus* 57 f. *Majumates statim post mortem colunt S. Hilarionem* 40 e. *Vide* Constantia.
Majus monasterium. *Bernardus abbas* 309 b
Malabaricæ ecclesiæ *S. J. habent omnes altare S. Ursulæ* 290 c
Malalberge, prope Ferrariam 796 d
Malea insula 57 a; *et cornu Peloponesi* 26 b
Malmundariam *vastant Normanni* 215 d
Man. *Vide* Monæda.
Manelberg, *dominicalis terra in Rhens* 222 b c
Manerbium, Menerbe, in diœcesi Veronensi 871 a
Mante in Normannia. *Cultus S. Aviæ* 523 b
Mantua, civitas Italiæ. *Ejus laus et decora* 693 f, 694 a. *Regiones, oræ, contratæ, burga etc. civitatis: ora S. Ægidii* 882 f; *ora S. Agathæ* 861 d; *ora S. Andreæ* 881 d; *burgum seu suburbium Beccariorum* 855 b; *suburbium Beccariorum* 858 d; *locus dictus* Cursus 815 a; *ora S. Gervasii* 872 b; *porta Giulla* 868 f; *contrata portæ Giullæ* 805 e; *burgum S. Jacobi* 861 c; *contrata S. Joannis* 876, 884 a; *ora S. Laurentii* 881 a; *ora S. Leonardi* 853 b, 856 c; *contrata S. Mariæ de Bethlehem* 882 e f; *ora S. Mariæ de caritate* 855 d; *contrata S. Mariæ super portam* 862 e; *ora S. Martini* 869 e; *ora S. Michaelis* 865 f; *ora S. Nicolai* 884 a; *contrata Omnium Sanctorum* 879 a; *contrata S. Petri* 862 e; *ora S. Petri* 851 d; *suburbium Portus* 759 e, 754 b, 755 b etc.; *contrata Pradella; ora Fratrum Prædicatorum* 864 f; *ora de Pultronis* 855 b d; *contrata Pusterlæ Ancelmorum* 807 f; *locus dictus* Ripa 875 e; *locus dictus* Ruga mattiera 865 f; *ora S. Salvatoris* 882 e; *S. Simonis* 802 b; *Stablum* 797 et seqq., *ora S. Stephani* 856 d; *ora S. Stephani* 869 f; *contrata S. Stephani* 880 f; *locus dictus* Stipa 806 a; *ora dicta* Tosa 868 f; *contrata Tosa* 859 e, 861 d, 862 f. *Concilium anni* 1067 409 f. *Episcopi. Vide* Bellè, Pergen, Guidi, Jacobus, Martinus. *Mantuæ dominantur Casaloldi comites medio sæculo* XIII 754 e. *Mantuanus dux. Vide* Gonzaga. *Mantuæ anno* 1540 *curia magna solemniter celebrata* 700 b. *Mantuæ Patareni seu Manichæi multi, maxime sectæ de Bagnolo, quæ ibi et suum episcopum habuit* 717 c, 755 e. *S. Simeon Armenus* 625 e. *Mantuæ convertitur S. Joannes Bonus* 701 b. *Mantuani honorifice excipiunt concivem suum B. Joannem Bonum, Cæsenæ, ubi annos* 40 *degerat, redeuntem* 754 b. *Prope civitatem obit S. Joannes Bonus* 695 e, 756 b c d. *Mantuanorum festum in honorem B. Joannis Boni* 755 d e. *Alii Sancti* 695 f, 694 a. *Monasterium S. Andreæ* 811 c d; *Ubaldus abbas* ibid ; *abbatia S. Marci* 775 c. *Ad Portum conventus S. Agnetis. Vide* S. Agnetis conventus. *Ecclesia et conventus B. Joannis Boni, titulo S. Agnetis, in Portu* 740 a. *Intra civitatem, conventus S. Agnetis eremitarum B. Joannis Boni* 727 c, 740 a b, 755 c, 799 e
Maræ parochia in diœcesi Coloniensi 229 b
Marce, Marge, mons Hiberniæ 559 d, 541 a
Marchiæ Anconitanæ *eremitæ sæculo* XIII 754 e
Marchianensis cœnobii altare *dedicatum* 277 d
Marciacum, parochia Britanniæ Minoris 624 d

Marciana silva *non confundenda cum Hercinia* 123 a b c
Marcianopolis, caput Mœsiæ inferioris. *Non est eadem civitas ac Peristhlaba. Illius situs indicatur* 689 b c
Marcolense capitulum. *Sub annum* 1258 *accipit Ursulana corpora* 250 a
Maresberg prope S. Wendelini oppidum 351 a
† Marci canonia Mantuæ 770 e f, 797 f, 869 e f, 871 b c. *Ejus prior commissarius apostolicus in causa B. Joannis Boni* 768 f
† Marcellini in Delphinatu oppidum 412 f, 414 d
Mardim. *Vide* Smargdis.
Maresci, *immo* Marsupii, *seu* S. Michaelis ad Mosam monasterium 314 d
Margeus mons in Hibernia 331 a
† Mariæ V. monasterium prope Antiochiam 40 e
† Mariæ de Budriolo *seu* Botriolo eremitarum in diœcesi Cæsenate 703 c. *Conventus eremitarum B. Joannis Boni* 726 f, 727 a b; *ejus status hodiernus* 727 a b; *describitur* 773 e f; *numerus eremitarum* 776 f. *Vide* Butriolum.
† Mariæ de Cavea ecclesia Meldis 308 d
† Mariæ inter Sanctos templum suburbicanum Claromonte 72 e; *dein* S. Illidii 72 e
† Mariæ Coloniensis ecclesia. *Donatur monialibus Ursulanis* 218 d
† Mariæ indulgentiarum templum Coloniæ 139 e
† Mariæ monasterium Massiliense, *idem quod* S. Victoris 372 e
† Mariæ in Monte conventus FF. Minorum 891 b c
† Maria in Palatiolo. *Præpositus Rupertus* 222 c
† Mariæ della Steccata Parmense templum 411 c
† Mariæ de Gratia templum et conventus Ulyssipone. *B. Gundisalvus de Lagos* 423 b c d e f
† Mariæ de Torellò canonia. *Vide* Torellum.
† Mariæ Magdalenæ sacellum et conventus Coloniæ. *Lis de agro Ursulano* 232 e f, 233. *Corpora trium Magorum* 232 f
† Mariæ Magdalenæ ædes super tumulum S. Wendelini 346 d f, 347 d
Marienforst prope Bonnam, Brigidianum monasterium. *Beneficia accipit ab abbatissa Ursulana* 230 f
Marianna, vicus diœcesis Brixiensis 803 e, 804 d
Maroniæ *plura loca sic dicta* 67 a
Maronia non procul ab Antiochia 61 a. *Iterum ibi sedem figit S. Malchus* 63 c d
Marsupium *seu* Masupia, rivus et villa, *dein* S. Michaelis ad Mosam monasterium 314 d, 315 b c d f, 316 a b
Martenses *milites in Armorica* 107 c
† Martini Coloniense Scotorum monasterium 166 d e, 380 d e. *Caput S. Pinnosæ* 258 a b. *S. Martini Coloniense chronicum corrigitur* 215 b
† Martini in Esquiliis templum. *Tabula marmorea continet plura falsa* 10 e f
† Martinus de Gothonasi, *vulgo* S. Martino de Gusnago, pagus agri Mantuani 875 e
† Martini Laudunense monasterium. *Abbas Guarinus* 247 d
† Martinus de Marciaco, parochia Britanniæ Minoris 624 d
† Martini Tornacense monasterium. *Accepit sub annum* 1258 *Ursulana corpora* 230 a; *et falsas S. Ursulæ reliquias* 237 d
† Martini altare Windbergæ 282 a
Martos. *Vide* Tucci.
Marzac, parœcia Britanniæ Minoris. *Donatur Rothonensibus* 624 c
Massagetæ, *vicini Hunnis* 118 b
Massilia. *S. Maurontus episcopus. Ejus vita et cultus* 362 *et seqq. Episcopi Yvo* 364 c d; *Joannes* 364 d e f; *Honoratus expunctus* 364 f, 365 a b; *Berengarius* 365 a b, 366 d e. *Episcopi et abbates simul S. Victoris* 365 d e f, 366 *et seqq. Massiliam inter et Arelatem navim ascendunt SS. Justus et Viator* 71 d. *Massilia vastatur a Sarracenis* 368 f. *Vineæ cultura antiquissima* 313 e
Matilo ad ostia Rheni (Rynenburg) 131 c
Matrona (Marne) fluvius 603 a
† Mauritii altare Windbergæ 282 a
Mauriacensis *pugna* 126 c d e f, 127 a
Mauri. *Effera gens* 137 d; *sagittis pugnant* 113 d e. *Mauri Veneti milites in Armorica* 107 c. *Maurorum bellum anno* 495, 87 b c. *Mauri colunt B. Thaddæum de Canariis* 423 e
† Mauri, episcopi Virdunensis, ecclesia in Hattonis Castello, *prope monasterium S. Michaelis ad Mosam* 313 a, 313 d, 318 d
Mauritania. *Viæ militares* 123 d. *Mauritaniæ provinciæ æra* 87 b
† Maximini templum Coloniæ 139 e. *Convertitur in cœnobium pauperum monialium, emissarum e capitulo S. Ursulæ* 230 a b. *S. Maximini conventus donat anno* 1545 *duo capita Ursulana* 213 e f
† Maximini cryptæ 449 f
† Maximini Trevirense monasterium. *Mutationes in Breviario* 42 c d
Mazanum, villa districtus Brixiæ 809 c
Mecca. *Lapis niger vetus idolum Saracenicum* 21 c
Meclinburgicus ducatus. *Jura affectata a regibus Daniæ* 387 d
Mecusa *seu* Mettæ in Francia Rhenensi 123 d e
† Mederici parochia Parisiis 523 b c d
Medinat-el-Faioum, *olim* Crocodilopolis 19 b
Mediolanum. *Dereliquerunt Mediolanenses cyclum paschalem Judæorum ante reliquos Latinos* 329 d. *Mediolani versatur Gratianus, imp.* 103 c. *Mediolanum vastant Hunni* 138 b. *Turbæ ecclesiasticæ et civiles exeunte sæculo* XI 409 e f. *Eo fugiunt ex Anglia S. Bertholdi conversi parentes* 411 e f. *Mediolanensis an fuerit B. Guilielmus, episcopus Comensis* 415 a. *Mediolani Patareni seu Manichæi multi* 717 c. *Mediolanum petit Otho IV imperator* 416 e. *Mediolani anno* 1300 *curia magna celebrata* 700 c. *Episcopus Ursulanus fictus S. Marinus* 86 b c, 243 f
Mediolanense castrum (Molain) viculus in diœcesi Catalaunensi 603 a b
Mediomatrici *seu* Metæ (Metz), metropolis Austrasiorum 606 a, 610 a
Meduli, *vulgo* Medoli, oppidum agri Castilionensis 806 a, 813 b
Megalopolis. *Vide* Peristhlaba.
Meglena *et* Meglina. *Vide* Moglena.
Meglenscensis *seu* Meglinica sedes. *Vide* Moglena.
Mehallet el-kebyr. *Vide* Cynopolis *et* Choi.
Mehallet el-kebyr. *Vide* Lycus, Lycopolis.
Mehlensis episcopalis sedes *non est in Russia, neque confundenda cum Mohilew, sed eadem est ac* Moglena, Meglena *seu* Meglina in Macedonia 403 b c e f, 460 a
Meirion dominium in Armorica 106 f
Meldæ in Gallia. *S. Ciliniæ virginis origo, gesta, cultus. Alii sancti. Mutationes in civitatis situ* 306 et seqq. *Amphitheatrum* 308 d e f. *Templum SS. Mariæ et Stephani* 309 a. *S. Ciliniæ templum monasterium et pons* 309 a b d. *Vastationes Normannorum* 309 a. *Episcopi Gualterius II* 309 b; *Dominicus Seguier* 309 d. *S. Cæsarius episcopus fictus Ursulanus* 91 e
Meliga. *Michael episcopus* 40 f
Mellarus lacus in Suecia 383 e

Mellentum ad Sequanam. *Patrona S. Avia* 523 a
Memphis e regione Cairi 19 d, 20 b. *Hinc quæsita maleficia amatoria* 48 b
Menair. *Vide* Scenæ Veteranorum. 23 d
Menapii ad sinistram Legiæ 128 e
Menaquyn in Ægypto 18 f
Mendrisium inter Comum et Luganum. *Patria B. Guilielmi, Comensis episcopi* 415 a b, 419 e
Meora, littus orientale Sueciæ 387 a
Mesopotamia. *Aliquando eam incoluit S. Malchus* 63 a. *Monasteria* 54 b
Messanense S. J. collegium. *Anno* 1551 *accipit duo capita Ursulana* 252 c d
Mesta, *vulgo* Mŝta, fluvius Macedoniæ et Thraciæ conterminus 406 b
Metânyeh (El) pyramides 19 d
Mete, campus in Hibernia 335 f
Methon, Mothon *seu* Methona in Peloponeso 27, 56 d
Metæ *seu* Mettæ in Gallia, *aut* in Francia Rhenensi 125 d e. *Medio sæculo* v *hac transit episcopus Tungrensis* 133 e. *Hanc civitatem dirissime effringunt Hunni* 138 f; *eamdem incendunt* 125 c e, 126 a d. *Amphitheatrum* 308 e. *De Episcoporum eorum gestis Pauli diaconi liber* 133 c. *Episcopi Mettenses possederunt Theolegiam cum districtu S. Wendelini* 546 e. *Episcopus Sigibaudus* 313 b; *episcopus cardinalis Guisius* 292 f. *S. Arnulfi diploma authenticum* 363 f. *Vide* Mediomatrici.
† Michaelis ad Mosam monasterium. *S. Anatolii cultus. Hujus monasterii origo et fata* 309 et seqq. *Ejus chronicum scriptum initio sæculi* XI 310 b. *Wolfoaldus fundator* 313 b, 316 d. *Primi abbates Ogerius et Sico* 314 b. *Ermengaudus episcopus et abbas* 310 b, c d e f, 311 e, 312 b c, 314 b c d; *Josephus abbas* 313 d e. *Smaragdus abbas* 310 c, 311 f, 313 d e f; *Stephanus abbas et episcopus Tungrensis* 316 c; *Nanterus et Adalbertus abbates* 310 b; *Gualterius aut Valaricus abbas* 312 a; *Ulricus seu Waricus aut Valaricus abbas* 312 a, 317 b; *Henricus V Lotharingicus abbas* 317 b
Midlochre; *vide* Miodhluachra.
Mimas, *immo* Immas. *Vide* Imma.
Mimatum (Mende) urbs Galliæ 604 f
Mindæ. *Episcopus Sigewandus. Monasterium S. Petri* 288 c d
Minorica insula. *Occupatur a Vandalis* 136 e
Miodhluachra *seu* Midlochre, locus Hiberniæ 335 f, 337 a
Mirapiscensis conventus, ordinis S. Francisci. *Ejus initia* 453 f
Mirogeve sedes Francorum ad Nicrum 125 d
Miseni *cohortes et classis* 27 a
Mithylena. *Joannes archiepiscopus* 233 d e
Moclanta *dicta* Moglena 406 d
Mœno *accolunt Franci ad Nicrum* 125 d
Mœsiam *aggreditur Crumus, dux Bulgarorum* 684 b. *Mœsorum regia Peristhlaba* 689 d
Moglena, *prius* Edessa, sedes episcopalis in Macedonia. *Episcopus S. Hilarion* 403 b c d f, 406 a b c d
Mogoles, *quos inter Tatari et Fenni* 114 a
Moguntiacum. *Eo non venerunt Hunni* 124 b c e. *Moguntiacum fugiunt anno* 881 *Colonienses et Bonnenses* 215 d. *Moguntiacensis ducis jurisdictio* 124 a. *Moguntinum concilium anni* 847, 380 c. *Moguntina synodus anni* 888, 581 c d. *Gerardus archiepiscopus* 232 a b. *Henricus archiepiscopus* 241 e
Mohelensis sedes episcopalis. *Vide* Moglena.
Moja, parochia Britanniæ Minoris 624 d
Moilâhhi. *Vide* Moyle.
Moletrinæ, vicus prope Ragusium. *Miraculum et templum S. Hilarionis* 27 c d
Molinensis abbatia 476 d
Molismus, abbatia 529 f, 530 a b c
Molundensis abbatia 529 f, 530 a b c
Molosmus. *Vide* Molundensis.
Momacensis pagus 216 e
Mona Cambriæ fluvius 94 e
Monæ, duæ insulæ Angliam inter et Hiberniam 639 a
Monasteriensis *suffraganeus Bernardus de Saxonia* 296 b
Monfalout in Ægypto 26 c
Monæda insula, *hodie* Man 639
Monovaga urbs Cambriæ 94 e
Mons Belianus, prope Pontisaram 564 a
Montis Cassini basilica, *aucta sub Petronace, consecrata a Zacharia papa* 591 d e; *reædificata a S. Desiderio, consecrata a S. Alexandro papa II* ibid. f, 592 a b. *Vide* Cassinum.
Monsblancus prope Pobletum 281 a
Mons S. Catharinæ juxta Rothomagum 574 d
Mons Generosus prope lacum Luganum. *B. Mainfredus Mediolanensis* 415 f
Mons Jovis in Armorica 106 d e
Mons Juranus in Galliis 246 b c
Mons Mirabilis, monasterium S. Simeonis prope Antiochiam 40 e
Mons Serratus. *Quomodo ibi dispositæ cellæ* 53 b
Mons Vetus, *vulgo* Aldenberg. *Goswinus abbas. Plus mille corpora Ursulana* 247 a b c
Montogor, villa agri Autissiodorensis 324 b
Monumetum. *Vide* Monovaga.
Monzoni hospitale, *concessum ab Sixto IV FF. Minoribus* 891 c d
Morbacensium *canonicorum professio et disciplina sæculo* XII *multum propagata* 418 a
Morini. *Morinensi agro potitus videtur Clodio* 128 d. *Morinensis diœcesis occupata a Francis* 128 d e f. *Morini occupati a Germanis* 134 c
Mosæ ostia 136 e. *Mosæ et Rheni commune ostium* 152
Mosacense *monasterium* 42 d; *sæculo* XI *incohatur a Vodolrico, patriarcha Aquilejensi* 272 f
Moscovitarum *in S. Hilarionem religiosa veneratio* 41 d
Mosella fluvius 125 d
Mothon *seu* Mothona. *Vide* Methon.
Moyle, Moylahi in deserto Palæstinæ 21 d
Moysiacensis abbatia. *Mille monachos habet* 38 d. *Duravelum mittit coloniam* 38 d e, 39 d. *Moysiacensia breviaria antiqua* 39 a. *Moysiacensis charta de reliquiis frustra quæsita* 38 e f
Munimentum S. Catharinæ juxta Rothomagum 574 d
Mutinenses fines in Italia 409 a
Mycdonius fluvius ad Mesopotamiam 63 a

N

Nabatæi, *gens a Saracenis diversa* 21 b. *Elusa eorum civitas* 21 b. *Eorum emporium* 18 b
Najara (Nagera) castrum. *Plures volunt ibi contigisse passionem SS. Nunilonis et Alodiæ* 650 f, 651 a b. *Ibidem coluntur* ibid. a b c
Nannetes. *Obsidentur a Clodoveo I* 108 c. *Nannetensi diœcesi exclusi Britanni* 110 a b e. *Episcopi Alanus et Odilardus* 623 e f; *Quiriacus* 624 d; *Carolus* 625 a b; *De Hervé* 625; *Jacquemet* 625 c; *Carolus de la Laurentie* 625 c. *Cultus S. Aviæ* 322 f. *Nannetensis chronici ætas et valor* 111 d
Nassoviensis *ducatus pars pristinæ Alemanniæ* 119 e
Natissa fluvius Aquilejæ 143

Neade *potitur Asan senior, rex Bulgariæ* 407 a
Neapolis. *Martyrium SS. Modesti et sociorum* 14c f, 15. *Cultus S. Hilarionis Pelecetani* 41 f. *Neapolitanum calendarium sæculi* XI *illustratur* 41 e
Neccaronorum *seu* Francorum ad Nicrum *rex Attila dicitur* 129 c
Nechilæ, *patria Marosæ monachi* 62 d
Nemausense amphitheatrum 508 f
Nemetæ *seu* Spira. *Occupatur a Germanis* 154 c
Neomagum in Batavia 152 a. *Monumenta vetera christiana* 152 a b
Nereshemense *cœnobium. Abbas Orthlebus* 241 f
Neuri *invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c
Nervicani tractus *extensio* 107 c. *Nervicum littus scriptum pro* Nervico limite 128 a b. *Nervicus seu Nervicanus limes seu tractus quid esset* 128 a b. *Nerviorum arva describuntur* 127 f, 128 a
Niantorf, Nindorf in pago Verdinensi 385 b
Nicææ *variæ* 14 c f
Nicæa in Bithynia. *Martyrium SS. Afrigis, Macarius, Dicei et Proculi* 14 c f, 15. *Nicæni concilii patres quod de cyclo paschali statuerint* 329 b c
Nicer fluvius Germaniæ 125 a d et passim
Nicia ad Varum. *Historici pii* 886 b c e f, 887 a. *Adhæret antipapæ Felici V* 887 b. *Episcopus Ludovicus Bardatus* 887 b. *Conventus Conventualium et Observantium* 887 b c d e, 894 d e. *B. Hieronymus Garibus* 886 et seqq.
Niciu, *nunc* Nikios in Ægypto 19 d
✝ Nicolai altare in basilica Ursulana 215 e
Nicomedia in Bithynia. *SS. Dasius, Zoticus et Cajus MM.* 11, 12, 13. *Duodecim millia MM.* 13 b. *Nicomediensium martyrum decem aut duodecim millia* 142 b
Nicopolis, sedes episcopalis Armenorum. *S. Gregorius* 623 e
Nicosa interior 26 a
Niele villa 218 d
Nienheerse. *Vide* Herisia.
Niewied ad dextram Rheni. *Rudera* 123 e. *Vide* Victoria.
Nigra Silva *non confundenda cum Hercinia* 123 a b c
Nilopolis in Ægypto 18 f; *situs et episcopus* 23 f
Nili *inundationis tempora et modi* 24 b c
Nivomagum *seu* Neumagen in Belgica I 124 a
Nisibi *sæculo* III *jam erant monasteria. Fata civilia* 61 e. *Nisibi ascesim colit S. Aon* 36 b. *Nisibenus ager incolitur a Syris* 61 e
Nivenheim *villa in pago Tulpiacensi* 216 e
Niverni. *An Hucbaldus Elnonensis ibi scripserit S. Ciliniæ Vitam* 518 c e f, 519 a b c
Nizella sesquimilliari ab oppido Nivella (Nivelles) 478 b
Nobia. *Vide* Noviomagum.
Noda, *vulgo* Noain, rivus agri Autissiodorensis 324 e
Nola in Campania. *Episcopi S. Paulinus poeta* 304 a; *Leo I* 304 e; *S. Paulinus junior* 304 b; *S. Aurelianus* 305 d e; *Josephus Formisianus* 304 e f. *S. Reparatus diaconus* 304, 305. *Plurimi ibi sancti sepulti* 304 d
Nordalbingia, *nunc* Holstein. *Sæculo* IX *fere conveniebat cum finibus diœcesis Hamburgensis* 385 d
Normanni, Nortmanni. *Dicti eo nomine Suenones et Gothi* 393 e. *Normanni sæpius vastant templa et alia in Batavia* 152 b. *Anno* 851 *non venere Coloniam sed in Frisiam et ad ostia Rheni* 215 a b. *Anno* 864 *incendunt Xantense monasterium* 215 c. *Anno* 881 *Godefridus et Sigefridus reges Normanni vastant Coloniam* 215 c. *Alia loca* 215 c d. *Subduntur ab Henrico Aucupe* 387 f. *Meldas vastant* 309 a. *Qui inferiori Italia potiti erant, uxores ducunt ex indigenis* 401 c. *Excommunicantur his* 404 d. *Ob invasum Latium anno* 1078 *excommunicantur* 398 d, 401 c, 404 d
Norvegia. *Controversiæ de ea Suecos inter et Danos* 396 a. *Commendata episcopis Hamburgensibus* 385 d. *Norvegi subditi archiepiscopo Hamburgensi* 385 c
Notia, castrum vicinum Moglenis in Macedonia 406 a
Novalicium monasterium. *Ab Abbone patricio conditum est* 370 c
Novaria. *Capitulum S. Gaudentii* 417 c. *Episcopus Benedictus Odescalchus cardinalis. Episcopus fictus S. Maromius Ursulanus* 86 b d, 246 b
Noviomagum *seu* Neumagen in Francia Rhenensi 123 d e
Noviomum *transfertur episcopatus Veromanduorum* 129 b c. *Cultus S. Ciliniæ, matris S. Remigii* 321 e
Nuisam *vastant Normanni* 215 d
Nuph. *Vide* Onuphis.
Nuithones *colunt Hertham* 291 b

O

Oasis *absolute dicta quid* 26 b. *Oasis exterior* 26 a b c. *Oasis interior* 24 d, 26 a b c d. *Oasis ulterior* 24 d, 25 f, 26 a b c. *Oasis magna* 24 d. *Episcopi* 24 e, 26 a b c e. *In ea exsulant episcopi Libyæ et virgines Alexandrinæ* 56 b. *Oasis parva nunc El-Wahat-el-Behryéh* 24 d. *Episcopi* 24 e, 26 a b c e. *Oasis Thebana* 26 b c
Obotriti in ducatu Meclinburgensi *et* Zwerensi 394 e f
Occidentales *petunt eremum in Ægypto* 70 e
Oceanus glacialis *seu* mare Caspium 113 d
Ocharia. *Latifundium donatum conventui Augustiniensi S. Irenæ* 425 b
Odyssus, *nunc* Varna, ad Pontum Euxinum 689 c
Oglate, capitulum diœcesis Comensis. *P. canonicus et judex apostolicus in causa Comensi* 413 d
Ogygia. *Vide* Peristhlaba.
Ohtenethinc villa 217 e
Oisendorp. *Decimæ et novalia* 230 f
Okop prope Ternobum in Bulgaria 691 b
Oldenheerse. *Vide* Herisia.
Oliveti montis monasterium 38 e
Ollersleuben monasterium in Thuringia. *Reliquiæ Ursulanæ inde sponte rediisse dicuntur Coloniam* 249 a
Olomucensis *episcopus Stilco* 282 a
Omanthorp in pago Verdinensi 385 b
On *seu* Heliopolis 23 d
Onuphis, *nunc* Nuph *aut* Banoub in Ægypto. *Situs. Episcopi* 22 f, 23 a
Olyssipo in Lusitania. *Templum B. Mariæ de Gratia et conventus Augustiniensis. B. Gundisalvus de Lagos* 423 b c d e f, 424 c d. *Præsules Agapitus de Columna* 424 d, *Joannes Alphonsus de Azambojia* 424 f, *Didacus Alvarus* 424 f. *Miraculum libri scripti a B. Gundisalvo de Lagos* 424 a. *Anno* 1388 *solemnis undecim Ursulanorum capitum translatio* 253 e f, 254 et seqq. *Patroni* 253 c d
Oosterhout *pagus Brabantiæ Septentrionalis* 692 c e. *S. Odelbertus* 5 f
Oriens *Orientis* 211 b. *Orientales plurimi olim venerunt in Occidentem. Aliquot ejusmodi sanctorum nomina* 623 c e
Osca Ilergetum (Huesca), Aragoniæ urbs 631 e f, 632 b c; *passæ ibi SS. Nunilo et Alodia* 632, 633. *Earum cultus tum in vicinia tum in ipsa urbe* 433, 434
Osca (Huescar) in Bætica 631 e f. Osca Turditanorum ibid. 632 a b

Osimiasci *milites in Armorica* 107 c
Osismii, Ocimor, prope Brestum 107 c
Osnabruck. *Episcopi Goldewinus et Engelbertus. Hospitale S. Ursulæ* 289 b c. *Insignes reliquiæ Ursulanæ anno* 1527 *translatæ* 250 f. *S. Permerii reliquiæ et festum* 281 c. *Franciscus a Wartenberg episcopus* 77 b
Osrhoene. *Ejus extensio* 62 b; *monachi ibidem* 62 b. *Osrhoeni sogittis pugnant* 113 d e
Ossendorp villa 219 f
Ostia Tiberina Antiqua *sæculo* XII 11 b c, 511 ad. *Ejus fata* 11 b c d. *Martyres sub Claudio* 2 a. *S. Asterius* 6 et seqq.
Ostia Tiberina Nova *sæculo* XII 11 b c d e. *Ostiensis episcopus Julianus* 229 a, 225 a
Ostracina in limite Orientali Ægypti 18 c
Ostrogom *et* Ostrykom. *Vide* Strigonium.
Ostrogotthi *impetuntur ab Hunnis* 119 b. *Vide* Gotthi.
Ostromiranus *codex anni* 1057 4 e
Ottinsund in Dania. *Nominis origo* 390 a
Ouigures, *majores Turcarum* 116 f
Oxonia. *Archiadiaconi Gualterus* 95 d, 96 b; *Gualterus de Constantiis* 96 a b; *Hugo de Nunant* 96 a. *Perperam dicitur Robertus episcopus* 96 c

P

Pachynum promontorium in Sicilia, *nunc* Capo Passalo 27 b, 56 e. *Ibi habitat S. Hilarion* 27 b
Pacis seu Domini Pacis locus conventus FF. Minorum 691 b c d
Paderborna. *Episcopi Bernardus et Simon* 231 d, 288 d e, 289 a b, 288 d e. *Vide* † Imadus. Liuthardus. Martyrologium 80 e f
Palæstina *quomodo pars Syriæ* 35 a b. *Palæstinæ monasteria* 34 b c. *Quando exstrui cœpta* 20 d. *Eorum origo* 35, 36. *Palæstinæ monachi sæculo* IV *et* V *laude dignissimi* 37 b c. *Palæstinæ præfectus Saracenus residebat initio sæculi* VIII *Cæsareæ* 361 b c. *Palæstinæ consularis* 48 d. *Vide* Gazenses.
Palibiscum. *Episcopus Siderius* 23 d
Pampuk-Kalessi. *Vide* Hierapolis.
† Pancratii templum Romæ. *Reliquiæ S. Malchi* 64 b
Panion, Panis, Panados, Panedos, Pannedos prope Propontidem, episcopalis sedes. *Episcopus latinus Petrus* 316 d e
Panis, *vulgo* Peene, fluvius et Slaviniæ regni terminus 385 d
Pannones, Pannonii, Pannonia. *Pannones tirones perperam dicti auctores cædis Ursulanæ* 115 b. *Pannonii invadunt Gallias* 134 c. *Pannonia egressi Franci* 130 d. *Pannonia Romana. S. Methodius* 41 e
Panopolis *sive* Panis civitas. *Vide* Akhmim.
Panormus. *Obsidetur anno* 440 *a Vandalis* 136 e
Pantalia in Dacia Mediterranea 684 b
† Pantaleonis templum et cœnobium Coloniæ 215 b. *Herimannus abbas* 240 a
Papia. *Episcopus S. Fulco Scotus* 694 f
Parætonium in Lybia, *nunc* Al Baraton. *Eo venit S. Hilarion* 26 e f
Parasthlawa. *Vide* Peristhlaba.
Parcum, monasterium prope Lovanium 871 c. *Philippus abbas* 280 e
Parisiorum *ab Hunnis pericula* 138 c. *Parisii tentati ab Attila et liberati* 126 a. *Quæ pars Hunnici exercitus minitaretur* 126 a. *Parisii valde instabiles in die, assignata cultui S. Ciliniæ, Meldensis* 306 b c. *Cultus S. Aciæ et S. Aureæ* 322, 323. *Brachium S. Simeonis senis* 38 b. *Domus B. Augustini villæ Parisiensis ordinis S. Crucis* 250 d. *Sorbona. Cultus S. Ursulæ* 289 f, 290 a. *Amphitheatrum* 308 e
Parma in Italia. *Monasterium S. Alexandri. S. Bertholdus conversus* 408 c d, 409 et seqq. *S. Bartholomæi monasterium* 409 a. *S. Joannis monasterium* 409 b. *Episcopi Cadalous et Heberardus* 409 f. *Schismati adhæret* 409 f, 410 a. *Episcopus Pompejus Musacho* 410 f. *Templum S. Mariæ della Steccata* 411 c. *Alia templa et officia* 410 f, 411 a b c d. *Breviarium correctum* 411 d. *Hospitale S. Alexandri* 413 b. *Parmensi ecclesiæ jura sua confirmat Otho IV imperator* 416 e. *Parmæ legatos Italiæ convocat Otho IV post suam excommunicatiouem* 417 c. *Parmæ conventus eremitarum B. Joannis Boni* 727 d, 792, 795
Parthi *sagittis pugnant* 113 d e. *Bellum M. Aurelii* 309
Pascha, Pasculo, Pesch (S. Mariæ de) templum Coloniæ. *Luitolfus presbyter* 242 a
Passavium. *S. Engelmarus Armenus* 623 e
Patavium. *Versatur ibi Gratianus imperator* 105 e
Patræ in Græcia. *Patria S. Benedicti Maceracensis* 623 b c, 625 e
† Pauli et Antonii monasteria in Ægypto 24 b
† Pauli in Monte conventus FF. Minorum 891 b
Pecciolum, vicus Tusciæ 815 f; *præpositura canonicorum* 839 d
Pegnalech. *Sepultura Tudæ Lindisfarnensis* 5 e
Pegola; *vide* Peola.
Pelagonia, pagus ad ripam occidentalem Bardari fluminis 687 b
Pelecetanum monasterium. *S. Hilarion seu Hilarius Thaumaturgus* 41 f
Pelusium in Ægypto 18 d. *Pelusio vicini vivunt monachi* 52 f. *Eos visitat S. Hilarion* 22 f
Peme, *nunc* Bembe *et* Gezyret-Bembe 19 d
Pene flumen in terra Slavorum, terminus provinciæ Hamburgensis 385 c
Penna Billorum conventus eremitarum ordinis S. Augustini 727 f
Pentaschoenum prope Casium 18 c
Peola non procul a Cæsena 697 a
Peola, *forte hodiernum* Pegola, prope Ferrariam 697 a, 736 a, 795 c e, 796 d
Pergamum. *Vide* Bergomum.
Perinthus. *Fit metropolis, post excisum Byzantium* 543 c d. *Vide* Heraclea.
Peristhlaba (Magna et Parva). *Varia ejus nomina. Magna Peristhlaba, olim dicta Megalopolis, Ogygia et Joannopolis, nunc Janboli seu Janpoli, Jamboli seu Jampoli; confundi nequit cum Marcianopoli* 689 a b c d e f, 609 a. *Capitur a Joanne Tzimisce* 689 e f
Perniciacum, *aliis* Acosse, *aliis* Perwez, *aliis* Branchon 130 a
Persæ *sagittis pugnant* 113 d e. *Anno* 296 *cedunt Romanis quinque provincias* 61 b c. *Anno* 357 *incipiunt hostiliter agere cum Romanis* 61 b c. *Conversi per monachos* 62 d. *Jam sæculo* IV *habebant monachos* 62 b
Persicetum, conventus S. Joannis FF. Minorum 891 c d
Perusia. *Ecclesia Armenorum* 721 f. *Titulus in templo S. Petri* 211 e. *Basilica SS. Angelorum* 211 e
Petra in Palæstina. *S. Asterius* 6 c. *Theodorus episcopus.* 22 d
† Petri ecclesia Coloniæ 215 a
Pexiolum, *Calepino* Petriolum, burgus diœcesis Cæsenatis 759 f, 760 d
† Piati altare in Marchianensi cœnobio 277 d

Picti. *Gens solita corpus figuris animalium decorare* 658 e f. *Videntur Scotiæ aborigines* ibid. *Picti vocati transmarini* 106 b, 109 d e. *Britannos infestant* 108 f. *Invadunt Britanniam* 106 b
Pirna marca *vel* villa 216 f
Pisæ. *Pisanos ad bellum italicum sibi adsciscit Otho IV imperator* 417 a. *Vide* Jacobi de Aquaviva.
Pischeria, oppidum tractus Veronensis 814 a
Piscina, puellarum monasterium Præmonstratense 189 f. *Juvatur anno* 1229 *ab Ursulana abbatissa* 230 f. *Coloniam transfertur* 91 a
Pistæ, *vulgo* Pitres, ad confluentem Sequanæ et Andellæ 556 e, 558 d
Pithum, *nunc* Abou-Kachab 23 d
Pitiver in Gallia. *S. Gregorius episcopus et eremita* 625 e
Pharillon. *Vide* Lochia.
Phajum. *Juncos gignit* 32 b. *Oves ibi habent lanam albam* 31 e
Philæ insula, *nunc* Geziret-el-Birbe *seu* Geziret-el-Heif. *Sæculo* IV *episcopos habet* 28 e
Philippopolis, urbs Thraciæ. *Illuc adveniunt Manichæi ex Oriente sæculo* X 717 b. *Eam capit Calojoannes, rex Bulgariæ, priusquam penes latinos fiat* 407 c
Phœnice pars Syriæ 33 b
Phœnicon, *nunc* Derry, in finibus Nubiæ 29 a
Phrygia magna et parva 514 c
Phthemphuti in Ægypto 23 a
Placentia. *Hac transit Otho IV imperator* 416 e
Planoriensis conventus FF. Minorum 891 b c
Pleumelec prope Auray in Britannia minori 322 f
Pliscuba in Bulgaria 669 f, 690 a
Pobletum in Catalonia. *S. Columbina* 281 a b
Podioli *seu* Poggioli in diœcesi Feretrana, conventus eremitarum B. Joannis Boni 727 e f
Podium Sanctii, collis juxta urbem Oscam 654 a
Poggiolum, diœcesis Feretranæ, conventus eremitarum B. Joannis Boni 831 d. *Vide* Padiolum.
Pola urbs Istriæ 518 b
Polecine S. Antonii, insula S. Antonii, prope Ferrariam 861 c. *Conventus eremitarum B. Joannis Boni* 727 d e
Polonia. *Vide* Richeza regina. Micislas.
Ponceliæ, diœcesis antiquatæ Foripopuli, conventus eremitarum B. Joannis Boni 728, 847 e
Pons-Scaldis, *vulgo* Escaupont 130 a
Pons sublicius Romæ. *Inde malefactores projecti* 11 e
Ponthicus ager. *Prisca sedes Britonum* 108 e
Pontico, Pontigo (Pontion) villa regum Austrasiorum 604 d e, 610 a b
Pontisara, Pontæsia, Castrum Pontisarense, Pontoise, urbs haud procul a Parisiis 563 f. *Fundatur ibi primum abbatia, dein collegiata, in qua erat corpus S. Melloni* 564; *nunc diruta* 565 d e
Porcilli, villa tractus Veronensis 803 d
Porta Caspia 118 a
Porta ferrea. *Vide* Sidera.
Portus, vicus extra Mantuam. *An habitatus fuerit a S. Joanne Bono statim post conversionem. Sacellum ibidem* 701 c
Portus Buxinus, Abucinus 526 e f, 527 a b c
Portus Mauritius in diœcesi Albigensi. Conventus FF. Minorum; cultus beati Hieronymi Garibi 893 d c
Portus ad Ostia Tiberina. *Origo* 11 b c. *Portuensis et S. Rufinæ episcopus Bernardus* 222 a. *Portuensis episcopus Rodericus* 295 a. *Portuensis episcopus; vide* Jacobus de Porta.
Portus Romanus, Hetruriæ civitas 511 a d
Posiacum. *Cultus S. Aviæ* 323 b
Præmonstratense monasterium. *Fundatio* 241 a
Prænestinorum *idiotismus* 8 f. *Prænestinensis episcopus Marcus* 295 a
Præslabenses *metropolitæ in Bulgaria* 807 f
Prætorium Agrippinæ ad ostia Rheni (Romenburg) 131 c. *Ibi non occisæ virgines Ursulanæ* 131 c d e f, 132
Pragæ in Bohemia. *Corpus S. Berengariæ, filiæ regis Hispaniæ* 278 d. *Quando Pragæ eligerentur episcopi* 577 d. *Templum S. Clementis S. J. Reliquiæ S. Ursulæ* 243 a
Pralamberti villa, in districtu Mantuano 810 f, et seq.
Prima, *nunc* Ibrim, in finibus Nubiæ 28 f
Princastellum *seu* Berncastel in Francia Rhenensi 125 d e
S. Privati monasterium (Saint Privas) in agro Gabalitano 609 f, 610 a
Provincia, pars Galliæ. *Comites Boson* 567, *Guilielmus* 567 d. *Provinciæ rex Ludovicus* 566 f. *Item Conradus* 567 d. *Provincia Provinciæ seu S. Ludovici Conventualium* 889 b, 890 e
Prumiense monasterium. *Versatur ibi S. Ado Viennensis* 270 d
Prydain *seu* Britannia 120 d
Ptolemais, *nunc* El-Lahoun 19 a
Puccignano, villa diœcesis Brixiensis 809 c
Pulliolæ, prius conventus FF. Minorum Bononiæ, *dein* sororum S. Marci 889 c
Pulsberg *seu* Paulsberg prope S. Wendelini oppidum 351 a d
Puteoli. *SS. Dasius, Zosimus, Dorothea et alii MM.* 12 a c d, 15 d e
Pyval, collis haud procul Rotomago 562 a

Q

Quadraginta Martyrum Sebastenorum templum Ternobi 407 b
Quadi, pars Saxonum. *Infestant Francos Cis-Rhenanos* 127 e f. *Invadunt Gallias* 134 c
† Quatuor Coronatorum basilica. *S. Proti corpus* 237 c
Quedlenburgense capitulum. *An ab initio fuerit liberum seu sæculare* 226 d e
Queue (La) in Bria. *Cultus S. Aviæ* 323 b

R

† Ragneberti monasterium 396 c f, 397 a
Ragusium Vetus et Novum 27 b c; *supplicatio annua* 27 c d. *Ragusium* (*Vetus*). *Vide* Epidaurum.
Ramphia in Palæstina 22 d
Ramsolanum monasterium Hamburgense in diœcesi Verdinensi 385 e
Raphia, *nunc* Rafa, prope Gazam. *Singularia* 18 b
Ras Kasaroun. *Vide* Casium.
Ratisbonnense monasterium inferius 42 d. *Vide* Reginum.
Ravenna. *Ravennæ cohortes et classis* 27 a. *Episcopi SS. Neon et Petrus Chrysologus. Episcopus fictus S. Simplicius* 245 f. *Eo it S. Germanus Autissiodorensis* 107 f. *Ibidem consilium init S. Ado Viennensis scribendi Martyrologii* 207 d. *Ravennates inter et Cervienses pacem componit B. Joannes Bonus* 722 b c. *Ravennatis anonymi ætas* 125 d
Rauracum. *S. Pantulus episcopus Ursulanus* 86 a d
Reacense monasterium. *Inde aufugit Humoldus Weiferii pater* 314 f, 315 a
Recanata. *Episcopus Nicolaus de Cassia* 424 c
Redarii in terra Strelitziensi 394 e

Redones. *Eorum civitatem cepisse dicuntur Britanni, faventes Maximo tyranno* 208 f. *Vide* Rhedones.
Reganus, *vulgo* Regen, fluvius currens per Ratisbonam 124 c
Regienses fines in Italia 409 a. *Regiense S. Thomæ monasterium* 409 a
Reidgotolandia. *Vide* Gotlandia.
Reinse. *Vide* Rhens.
Reman castrum in finibus Persarum 63 b
Remi in Gallia. *Amphitheatrum* 308 e. *Remi occupati a Germanis* 134 c. *An excisi ab Hunnis, vocatis a Bautone* 212 e. *Rhemos anno* 451 *occupant Hunni* 125 e f, 126 a. *Remensis diœcesis minuitur Laudunensi agro, quem S. Remigius in episcopatum erigit* 320 f. *Remenses basilicæ* 214 d. *Remensi cathedrali templo offert Henricus III ditissimam naviculam Ursulanam* 292 f, 293 a b c d. *Vide* † Remigii monasterium.
Remessiana in Dacia Mediterranea 684 b
† Remigii monasterium. *Reliquiæ S. Ciliniæ et aliorum sanctorum. Cultus S. Ciliniæ* 321 a b c d
Retia pagus 385 f
Reudigni *colunt Hertham* 291 b
Rhabdium prope Nisibim 63 b
Rhætiæ. *Eas vastant Juthungi* 119 b c d. *Rhætiæ incursari jussæ a Maximo tyranno* 119 d. *Eas occupant aliquandiu Hunni* 112 e f, 113 a
Rhasis prope Mardim 63 b
Rhedones. *Falso dicuntur captæ a Maximo tyranno* 107 a. *Rhedonensi diœcesi exclusi Britanni* 110 a b e. *Vide* Redones.
Rhenen in Batavia. *S. Cunera* 132 b
Rhens, parochia diœcesis Trevirensis 222 b. *Pastor Rodelbinus* 222 d
Rhenus fluvius. *Ejus fontes* 122 d. *Ejus et Mosæ commune ostium* 132 d. *Alterius ostii obstructio* 136 e. *Rheni in Batavia mutationes* 79 a b
Rheni Ostia oppidum Bataviæ. *Ibi putavit Baronius cæsas fuisse Virgines Ursulanas* 274 c
Rhinocorura *seu* Rhinocolura, *dein* Laris, *nunc* Arisch *seu* El-Arisch 18 b. *Ejus situs in finibus Ægypti et Palæstinæ* 47 c, 49 c
Rhodanus major *seu* antiquus; minor 444 a
Rhodopes mons in Turcia Europæa 685 a
Rhoxolani, *vicini Hunnorum* 117 f
Ricardinæ FF. Minorum conventus 891 b d
Riga in Livonia. *S. Bertholdus* 4 c
Rikinburgum in pago Verdinensi 385 b
Rilo-Dagh *seu* Mons Rylensis in Bulgaria 685 a
Rilscensis *episcopus dicitur S. Joannes, abbas monasterii Rylensis in Bulgaria* 685 b. *Vide* Rylum.
Rinense *seu* Coloniense S. Martini cœnobium 380 d
Riogamaga villa 218 e
Ripa. *Primæ ecclesiæ exstructæ* 385 e, 390 c. *Episcopus Lifdagus* 390 d
Riphalthas prope Mardim 63 b
Rivalta, vicus diœcesis Mantuanæ 854 a
Roboretum Calgachi, monasterium Hiberniæ 326 c
† Rochi templum Olyssiponense S. J. *Translatio solemnissima reliquiarum Ursulanarum* 253 e f, 254 et seqq.
Rodon in Anglia 295 e
Rohéheh *seu* Ruhaibeh in deserto Palæstinæ 21 d
Roma, Romani. *Romani populos bello victos vel tributarios faciebant vel omnimode spoliabant* 573 a b. *Roma ab Alarico et Genserico occupata* 136 c d. *Romani assumunt nomina Macedonum* 115 b c. *Sagittariam discunt, pugnaturi contra barbaros* 113 e f. *Invadunt Britanniam* 120 d. *Romanorum inter advectos barbaros miseria* 134 e f. *Mores tamen non mutant* 135 a b. *Romani milites, stantes in Armorica, subdunt se Francis et Armoricis, sed retinent leges et mores, odio Arianorum Vesigotthorum* 108 d. *Romana ecclesia sedes principalium principalis* 154 c. *Roma fastigium ecclesiæ* 155 a. *Romanorum pontificum auctoritatem testatur Ammianus Marcellinus* 136 c. *Romani pontifices quando adoptarint usum mutandi nomina* 178 d. *Romanorum pontificum veteres catalogi extendunt pontificatum usque ad diem depositionis et vacationis tempus adscribunt aliquando episcopo successori* 377 c e. *Romanorum pontificum catalogus Liberianus non ubique bonus* 102 d e. *Illustratur* 102 d e f. *Romanorum pontificum catalogus Bernardi Guidonis* 82 b. *Romanorum pontificum vicarii* 103 b c d e f. *Romani Parvi Martyrologii natura : unde factum sit ut in eo non fiat mentio virginum Ursulanarum* 270 b c. *Romam pergunt Ursulanæ virgines* 80 d. *Romana peregrinatio S. Bertholdi, conversi Parmensis* 412 d e f. *Cultus S. Ursulæ* 289 d. *Tractus Armenorum, dictus* Delarmini 721 f. *Vide* Peregrinatio.
Romana castra in regione Smargdis, *nunc* Mardim 63 b
† Romani ecclesia in diœcesi Lugdunensi 234 c
Romanum (Romans), oppidum Delphinatus, in diœcesi Viennensi Galliarum 432 a
Romandiola, *olim* Æmilia, provincia Italiæ; *ejus limites et civitates* 783 f, 784 a. *Æmericus comes* 699 c. *In Romandiola pullulant Patareni seu Manichæi* 717 c d
Roncorlandia, vicus tractus Mantuani 811 d
Roscida vallis. *Pugna et cædes* 515 a
Rossi. *Eos cum bellica expeditione adit Joannes Tzimisces* 689 d. *Vide* Russi.
Rotta delle femine, locus Mantuanæ diœcesis 833 a
Rothomagum urbs antiquissima. *Nominis origo varia apud varios* 573 c d e, 574 d. *Amphitheatrum* 308 e. *Quis primus episcopus* 556, 557. *Cathedrale templum num ædificatum sit eo loco, quo ecclesiam posuit primum S. Mellonus* 560 c d e f. *Archiepiscopus Robertus* 554 b. *Cultus S. Aviæ* 322 e f
Rothonense monasterium in Britannia Minori. *S. Benedictus et S. Avenia Maceracenses. Illius fata* 426 et seq.
Rotus, rivus monasterium S. Audoëni alluens 575 d
Rovigia (Rioja *vel* Rioxa) regio Castellæ veteris in Hispania 630 e. *Reliquiæ SS. Nunilonis et Alodiæ* 640 e
Roulot. *Vide* Brotonæ Haga.
Rucones populi Rovigiæ 630 e
† Rufinæ et Portuensis *episcopus Bernardus* 222 a
Rugi, Rugia insula. *Rugi invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c. *Fides in insula Rugia opprimitur et in superstitionem vertitur* 586 b. *Videntur ante coluisse Hertham* 291 b
Runckel. *Præpositus Siffridus* 252 b
Russiaci *libri liturgici scatent erroribus* 691 d. Russi. *Vide* Moscovitæ.
Ruthenica *seu Slavica martyrologia et calendaria* 405 c d e
Rylla flumen *seu* rivus Bulgariæ 688 b, 689 a. Rylo vicus et mons 685 a. *Rylense in pristina Bulgaria monasterium. S. Joannes ejus auctor, abbas et patronus* 685 *et seqq. Illius monasterii origo* 688 b. *Eremi et monasterii descriptio* 685 a b c d e. 688 a

S

† Sabæ *monasterium* 58 c
Sabinarum *raptus festo celebratus* 47 f. *Sabinensis episcopus*

episcopus Oliverius 293 a
Saint-Avé *seu* Saint-Evé, parœcia diœcesis Venetensis 323 a
Sainte-Baume (la). *Vide* Balma.
Saintes-Maries. *Vide* Trimarianum.
Saites nomus in Ægypto 23 a
Sala fluvius, finis Burgundionum in Germania 121 d
Salogheve *seu* Salogeve sedes Francorum ad Nicrum 123 d
Salagheve *seu* Salogeve, *nunc* Zeelhem, *in Thuringia Cisrhenana prope Diestemium* 128 f
Salamina 59 b. *Salaminenses episcopi dicti Cypri* 29 e. *Hæc diœcesis quam extensa* 29 f, 30 a
Sallona cella 316 a
Salmantica in Hispania. *Miraculum libri scripti a B. Gundisalvo de Lagos* 424 a
† Salvator, locus tractus Mantuani 873 f
Salieh. *Vide* Silas.
Salona metropolis 28 b. *Ibi audiuntur S. Hilarionis miracula* 57 a. *Salonitano titulo monogramma Christi inscriptum* 170 d
Salonium diœcesis Arelatensis oppidum 464 a
Salsinense prope Namurcum monasterium. *Accipit plura corpora Ursulana* 249 c d e f. *Prophetia S. Julianæ Corneliensis* 249 e f. *Hymana abbatissa* 249 d e f
† Salvator de Moja, *parochia Britanniæ Minoris* 624 d
Saltus (Saulx) amnis 604 e
Samakof inter Sardicam et monasterium Rylense 685 a
Samsöe insula maris Baltici 387 c
Sancti patris monasterium apud Bulgaros, *id est* Rylense S. Joannis 685 a
Sanctonense amphitheatrum 308 f
Sangarium, fluvius 549 f
Sangia vicus 549 f
Sanguinis locus Lugduni 234 c d
Sanguinis platea Coloniæ 140 f, 141 a
Sanguinis puteus Coloniæ 232 f
Sangussa oppidum Hispaniæ. *Reliquiæ SS. Nunilonis et Alodiæ* 641 f, 642 a
Sannour desertum Ægypti 24 a
Saraceni *seu* Sara-nischyn, *id est* deserti habitatores 21. *Eorum pristini mores, cultus etc.*, 21 b c. *Saraceni inter Beroam et Edessam* 64 f. *Saraceni intercipiunt S. Malchum* 61 c. *Saraceni monachis infesti* 36 e. *Conversi per monachos* 62 e. *Plurimorum per S. Hilarionem conversio* 51 f, 52 a. *Eis adscripta S. Ursulæ cædes* 133 a. *Saraceni Italiam vastant; Cassino imminentes cœlitus arcentur* 672 a b c d. *Altera eaque sævior irruptio* 677, 678. *Garilianum occupant* 678 a b c d. *Cassinum incendunt, vastant* 680 a b c d. *S. Bertharium cum multis aliis trucidant* e f, 681 a b c. *Fugantur* c d e. *Siciliam depopulantur* 682 d. *Saraceni ecclesias aliquot relinquunt christianis, certum vectigal exigentes et oblationes ibidem factas* 368 e. *Eorum vexationes in Gallia meridionali* 368 f. *Massiliam veniunt* 368 f. *Pasciscuntur cum Mauronto, Massiliensi comite* 371 e
Saræpontis *incendium anni* 1417 343 a, 349 b c. *Census annuus promissus S. Wendelino* 349 b c
Sardica, *nunc* Sophia, in pristina Bulgaria. *Varia eius nomina* 684 a b. *Corpus S. Joannis Rylensis eo defertur* 685 e f. *Sardicæ an ædificarit Justinianus I S. Sophiæ templum* 691 d e. *S. Lucæ templum* 685 e; *S. Joannis Rylensis templum* 685 e f, 690 d e, 691 e. *Spoliatur civitas ab Hungaris* 686 a b, 690 e. *Eo refertur S. Joannis corpus.* 686 c, 690 e f. *Inde postea sub annum* 1226 *Joannes Asanes, rex Bulgariæ, corpus S. Joannis Rylensis Ternobum transferendum curat* 686 d e f, 687 a b c d, 690 f, 691 a
Sardinia insula. *Horreum Romanorum* 13 b c. *Invadunt Wandali* 136 c e. *Sancti putatitii* 169 e. *Sardorum errores de titulis sepulcralibus* 305 b
Sarepta. *Episcopus Wenceslaus* 293 f
Sargonescum, Sarginesco, vicus tractus Mantuani 811 d
Sarmatæ *assumunt nomina Germanica* 113 c. *Invadunt Gallias* 134 c
Sartiano, diœcesis Venetianæ pagus 788 b
Sarum in Anglia 111 c. *Vide* Britanni
Sarzana. *Eo translata sedes Lunensis* 619 a b. *Vide* Brugnatum.
Sauras prope Nisibim 63 b
Sauromatum *coloni in Germania I* 124 a
Savus, fluvius Belgradam præterlabens 686 a
Saxones, Saxonia. *Saxonum feritas* 137 d e. *Non pugnant sagittis* 113 f. *Pertingunt Sleswicum usque* 387 b. *Aggrediuntur Francos et pellunt in insulam Batavicam et in Campiniam* 127 e. *Iterum pellunt* 127 e f. *Saxones ad Wahalis ripas* 128 f. *Saxones ad sinistram Legiæ* 128 e. *Invadunt Gallias* 134 c. *Saxonum et Anglorum adventus et pugnæ in Britannia* 109 c d e, 111 b c. *Victi in Britannia ab Ambrosio Aureliano* 109 d. *Saxones Transalbiani et Cisalbiani vexati a Danis et Slavis* 393 b. *In patria sua victi et baptizati christianitatem abjiciunt et iterum convertuntur* 377 f, 378 e. *Saxones Occidentales in Anglia* 111 b c. *Reges Cynric, Cerdic, Ceawlin* 111 b c. *Vide* Westsex.
Saxonicæ *familiæ pietas in S. Ursulam* 369 b
Scalabis in Lusitania. *Patroni* 253 c d
Scania *paret Sigurdo Ormiogæ* 387 a
Scarane, Scara, *vulgo* Skara 391 a d. *Episcopus S. Unno* 392 a. *Item Adalwardus junior* 374 a c
Scarbonna *seu* Scarbona in Francia Rhenensi 123 d e
Scenæ Mandræ, *nunc* Gemmâsez el-Kebyr 23 f
Scenæ Veteranorum, *nunc* Menair 23 d
Sceri *invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c
Scethica *eremus. Eam petunt SS. Justus et Viator Lugdunenses* 72 a
Scharembeka prope Bruxellas. *S. Adelaidis* 301 e f
Schartfeld. *Comites* 373 b
Schiedam. *Tertiariarum S. Francisci templum S. Ursulæ* 289 e
Schonaugia *triplex distinguitur* 163 c
Schonaugia, virile et puellare monasterium in diœcesi Trevirensi 101 d. *S. Elisabeth* 79 f. *Hildelinus abbas* 164 c. *Corpora S. Verenæ et S. Cæsarii* 164 c. *Eodem transferuntur corpora SS. Albinæ, Emerentianæ et Hadriani, sodalium Ursulanorum* 168 d e, 171 d. *Anno* 1164 *quatuordecim corpora habebat SS. Virginum Ursulanarum* 299 a
Scindula monasterium. *Ex errore ortum* 53 e
Scirings-heal in Westfoldia 387 b
Sclavonia. *Eam advisse dicitur S. Ursula* 133 a
Sconia insula 390 f; *pars regni Danici* 387 a
Scoti, Scotia. *Id nomen ante sæculum* XI *non datum præsenti Scotiæ* 344 d; *intelligitur Hibernia* 648 e f, 658 d e f. *Scoti Austrini iidem ac Hiberni meridionales* 5 d. *Scoti seu Hiberni invadunt Britanniam* 106 b. *Scoti Britannos infestant* 108 f. *Scoti monachi antiqui clerici erant et ministerio ecclesiarum addicti* 338 e. *Scotorum, Britonum et Hibernorum cyclus paschalis antiquus; vide* Cyclus. *Scotus forte fuit natione S. Wendelinus* 344 a b c

Scrino vicus prope Sardicam 687 f, 690 c
Schwelmensem ecclesiam *dedicaturus, occiditur in itinere S. Engelbertus archiepiscopus Coloniensis* 233 d
Scythæ, Scythia. *Scythæ ii, qui Tatari seu Hunni habendi sunt, pugnant sagittis* 113 f, 114 a. *Scythici equites, id est Hunni, stipendia merent sub Litorio* 107 e. *Scythicæ nationes dictæ Hunni, Gotthi, Alani* 120 b. *Scythæ pro Gotthis* 114 d; *pro Suecis* 382 b
Scridevinnum *subditum archiepiscopo Hamburgensi* 385 c
Seare-byrig (Sarum) 111 c
Sebennutum, *nunc* Samannoud 23 a
Sedanna fluvius, vulgo Saane, prope Deppam in Normannia 337 a, 338 d
Seir, *nunc* Serr, mons Arabiæ 21 d
Selandia *an* Gothia insularis 387 a
Semlin. *Vide* Zeugminum.
Senæ in Italia. *Senensis ecclesiæ ordo officiorum* 418 b
Senna rivus, terminus silvæ Carbonariæ 128 e
Senogallia. *Episcopus Rudolphus de Tossiniano* 886 b c
Senones. *Amphitheatrum* 308 e
Sepâta. *Vide* Zephat.
Sepis, *vulgo* Savio, fluvius Cæsenæ 705 e
Sequana fluvius. *Prope Fontanellam piscium feracissimus* 336 e, 337 f. *Sequanæ ostiis nonnihil mutatis, ipse fluvius aliis mutatur locis* 353 d
Serbii. *Dominatur eis Joannes Asanes, rex Bulgariæ* 407 b
Seregarentium 348 a. *Vide* Sangarium, Sangia.
Serræ ad orientem Strymonis fluvii 687 b
Servia. *Krali Stephanus Orosius et Stephanus Duscianus* 685 c d
Sethrum, *nunc* Tell-el-Shrerig 23 a
Sevennia, *locus somniatus* 67 d
† Severini Coloniense monasterium. *Juvatur ab Hermanno II archiepiscopo* 217 e f
Shabur. *Vide* Andropolis.
Sicambri. *Iidem sunt ac Franci Salii. Eorum sedes tempore Augusti imperatoris* 127 e. *Aliæ dein sedes* 127 et seqq.
Sicilia, Siculi. *Siciliæ situs secundum Orosium* 27 b. *Sicilia horreum Romanorum* 136 c; *invadunt Vandali* 136 c e. *Sicilia exturbat Otho IV Fredericum regem, Henrici VI minorennem filium* 417 a b. *Siciliæ festa propria* 42 e. *Siculi admirantur S. Hilarionis abstinentiam a muneribus* 32 d; *parce tamen nunc celebrant S. Hilarionem* 42 e
Sickonis comitatus. *In eo jacet pagus Bonnensis* 223 a
Sictona, Sictuna *seu* Sigtuna. *Episcopus Adalwardus junior* 374 a. *Vide* Sigtuna.
Siculum mare. *Vide* Adria.
Sidera *seu* Porta ferrea, limes regni Bulgarici sæculo x 698 a
Sigoros mons prope Nisibim. *Incultus a monachis* 62 a
Sigtuna duplex Sueciæ civitas 391 a b c d e. *Episcopus Adalwardus* 391 d. *Vide* Sictona.
Sihor, *qui et* torrens Ægypti *et* Deserti, *seu nude* Torrens 18 b
Silas, *nunc* Salieh 23 c
Sillandia *seu* Jutlandia meridionalis 387 b c
Silva Bulgarorum 687 b
† Silvestri de Monte Martio Romæ monasterium 41 e; *a Paulo papa I donatur reliquiis* 88 d. *Silvestrinæ tabulæ seu calendarium* 41 e
† Silvestri hospitalis domus. *Instituitur Comi a B. Guilielmo episcopo* 418 f
† Silvestri villa, diœcesis Mantuanæ 801 e, 866 f
† Simeonis monasterium prope Antiochiam 40 e
† Simeonis Trevirense capitulum. *S. Wendelinus* 343 b e. *S. Simeonis Trevirensis obitus* 343 e
Sinai mons. *S. Jorius episcopus et peregrinus in Belgium* 623 e. *Sinai montis eremus* 21 a
Sinas prope Mardim 63 b
Siout. *Vide* Lycopolis.
Sipontum. *Archiepiscopus Sebastianus Pighinus* 253 c
Sithiu. *Simon abbas. Quatuor corpora Ursulana* 248 c d
Siwah. *Vide* Ammonium.
Slavinia, Slavi. *Slavinia sollicitudini archiepiscoporum Hamburgensium commendatur* 383 d. *Slavi a SS. Ansgario, Remberto et Unni curati* 383 e, 386 b c. *Fides dein oppressa* 386 b. *Slavorum pars subdita archiepiscopo Hamburgensi* 383 c. *Slavi circa annum* 916 *Saxoniam opprimunt* 386 a. *Slavi ab initio statim post conversionem colunt S. Hilarionem* 41 d e. Slavica. *Vide* Ruthenica.
Sleane *videtur esse* locus Hiberniæ, *ubi prælium habitum est* 334 c
Sleswicum. *Nominis origines* 393 a b. *Sleswicum seu Hæthum* 387 a b; *Danorum ditio* 387 b. *Regni Germanici termini* 389 e. *Reddita Danis* 389 e. *Primæ ecclesiæ exstructæ* 383 e. *Vide* Heidiba.
Slia locus prope Sleswicum 389 e
Sliaswich. *Vide* Sleswicum.
Smalandia, limes septentrionalis regni Danici 387 b
Smargdis, *nunc* Mardim 63 b
Smolenorum tellus *diversa a Moglenorum* 416 a b
Smyrna, *Asiæ urbs. Terræ motu eversa* 488 a b
Soest. *Vide* Susatum.
Sofia *seu* Sophia. *Vide* Sardica.
Solotanus, mons prope Walciodorum 240 b
Solubriensis, *vulgo* Selivri, *episcopatus* 316 d
Soma Alexandri et regum sepulcrum Alexandriæ 23 a
Somona fluvius (la Somme) 128 c d
† Sophiæ templum. *An Sardicæ ædificarit Justinianus I* 691 d e
Sorabi *seu* Servii diœcesis Magdeburgensis. *Victi christianitatem promittunt* 393 b, 394 d e
Sorbona Parisiis. *Cultus S. Ursulæ* 289 f, 290 a. *Ejus patrona* 289 f
Souan. *Vide* Syena.
Spalatum. *Naves ad bellum sacrum ibi congregat Andreas rex Hungariæ atque hinc solvit* 419 d
Spira. *Vide* Nemetæ.
Sponheimense monasterium. *Bernhelmus abbas* 241 c. *Fundator Megenhardus comes* 241 c
Srblji *seu* Serbii. *Vide* Sardica *et* Serbii.
Stabulaum monasterium. *Id vastant Normanni* 213 d
Stapulæ in Gallia septentrionali. *Prisca sedes Britonum* 108 e
Steinfeldia abbatia Præmonstratensis. *B. Hermannus Josephus* 90, 91, 92. *Eo defert B. Hermannus Josephus corpus S. Gertrudis* 301 d e. *Reliquiæ amissæ* 178 d
† Stephani et Pauli Romanum monasterium 8 a
† Stephani templum Jerosolymis. *SS. Georgius, Joannes, Julianus et socii* 339 f, 360 a b, 361 f, 362 d
† Stephani templum Cracoviæ. *Societas S. Ursulæ* 293 e f. 294 a
† Stephani papæ templum prope monasterium S. Michaelis ad Mosam 312 a, 315 d
† Stephani oratorium. *Id solum relinquunt integrum Hunni, Mettas vastantes* 138 c
Stœchades. *Vide* Camaria insula.

Straki. *Vide* Ostracina.
Straliz *et* Stralizia. *Vide* Sardica.
Strigonium. *Eo defertur S. Joannis Rylensis corpus* 686 a b, 690 e. *Varia illius civitatis nomina* 686 b. *Archiepiscopus Felicianus qui et Paulus* 686 b c, 690 e, 691 e. *Templum S. Adalberti* 686 b
Strymon fluvius, limes regni Bulgarici sæculo x 690 a
Sturmi, Sturmgoe *seu* Stormuse pagus in diœcesi Verdinensi 385 b
Suardones *colunt Hertham* 291 b
Suavis, vicus agri Mantuani 811 d
Suecia. *Habet sæculo* IX *et* X *reges proprie dictos, reges exercitus, reges marinos et populares* 396 a b. *Commendatur episcopis Hamburgensibus* 385 d
Suedia *loco* Sueciæ 399 f
Suenones *subditi archiepiscopo Hamburgensi* 383 c
Suessiones. *Tentatur hæc civitas ab Attila et per preces S. Edibii præservatur* 125 f. *Abbatia S. Crispini in cavea seu amphitheatro* 308 e
Sveti Otatz. *Vide* Sancti Patris monasterium.
Suevia, Suevi. *Suevia in Allemannia* 239 e. *Suevi, gens ferox, Ubiis infesta* 133 b c. *Anno* 406 *permixti Vandalis* 120 d
Suez ad mare rubrum 45 f
Sulcitanus in Sardinia *episcopus Raimundus* 887 c
Sumina, fluvius (la Somme). *Terminus victoriarum Clodionis* 128 c d
Superventi *milites in Armorica* 107 c
Suricum, *vulgo* Sorego, in diœcesi Comensi. *Templum Humiliatorum S. Ursulæ* 289 d e
Susatum, *vulgo* Soest. *Eo transfertur S. Cuniberti corpus* 212 e
Syena, *nunc* Assouan *seu* Souan. *Sæculo* IV *episcopos habet* 28 e
Synnada, urbs Phrygiæ 514 c
Syouah. *Vide* Ammonium.
Syphris prope Mardim 63 b
Syria, Syri *etc. Fines* 35 b. *Syria quomodo complectitur Palæstinam* 35 a. *Nisibim complecti censetur* 33 b. *Syri in agro Nisibeno* 61 e. *Syriæ monasteriorum origines* 33, 36. *An eorum primus auctor S. Hilarion* ibid. *Syria prope Antiochiam. Vita monastica sæculo* IV 62 d e. *Tardius ad Christum conversa* 62 d. *Syri conversi per monachos* 62 e. *Syriacus sermo dictus* semisermo 62 b. *Syriaca lingua. Vide* Hebraica.

T

Taasing insula maris Baltici 387 c
Tabanyeh canalis in Ægypto 23 a
Tabatha. *Patria S. Hilarionis* 44 a
Tabernæ in Germania I 123 f
Tagh-Moling, monasterium S. Molingi, in Hibernia 325 b
Taghmon, *olim* Teachmunnu, oppidum comitatus Wexfordiæ in Hibernia 325 a, 331 a. *Dicta civitas S. Fintani* 338 f, 341 c. *Vide* Teachmunnu.
Taifali *sodomitæ* 137 f
Talamelli, in diœcesi Feretrana, conventus eremitarum ordinis S. Augustini 727 e f, 728 a
Talliata (La), locus agri Mantuani 859 a c
Talmis, *nunc* Khalapscheh, in finibus Nubiæ 29 a
Ramesis. *Hinc solvisse dicuntur virgines Ursulanæ* 209 d
Tanaramusa castra in Africa. *Episcopus Donatus* 87 b c
Tanis, *quæ et* Sân *et* Zoan 18 d
Tarchoub prope Nilopolim 18 f
Tarnatense monasterium. *Regula partim excerpta ex S. Augustini regula monialium* 729 d
Tarnoba. *Vide* Ternobus.
Tarouca, eremus in Hispania 4 e
Tartari *seu* Tatari. *Eorum irruptionum modus* 124 f; *falso dicuntur captivis mulieribus non esse graves* 142 e f. *Eorum impudicitia* 142 e f
Taua prope Cynopolim 18 d
Taunus mons. *Eum transeunt Hunni* 124 c
Taurinum. *Episcopus Jacobus Mossus* 417 c
Tauromenium, Siciliæ civitas 682 b
Taurus mons, finis Hunnorum nigrorum 117 e
Teachmunnu, *id est,* monasterium Munnu, hodiernum Taghmon, in Hibernia 325 c, 326 f; in regione Fothar 336 d, 337 b e f; *fundatum a S. Fintano ex præcepto S. Columbæ* 328 b. *Vide* Taghmon.
Teach Tailli macc Segemi, monasterium Hiberniæ 335 c f, 336 b
Tegmunnu; *vide* Teachmunnu.
Telamontium urbs Helvetiæ 378 f
Telgæ, *vulgo* Telje 391 a d
Telites, *tribus Hunnica* 117 d
Tell-Mokhdem. *Vide* Lycus, Lycopolis.
Telmisus. *Patria Pauli monachi Syri* 62 d
Tephrica, Tibrica, urbs Armeniæ. *Primaria sedes Paulicianorum seu Manichæorum* 716 f
Terek fauces in Monte Caspio 118 a
Ternobus. *Varia ejus nomina et hodiernus status* 408 d e. *Ternobensis patriarcha, immo primas, Basilius* 407 a f. *Templum quadraginta martyrum* 407 b. *Corpus S. Hilarionis, episcopi Moglenorum* 407, 408 a b. *Patriarchæ Joachimus, Euthymius et Ignatius* 683 e f. *Ternobum sub annum* 1226 *defertur S. Joannis Rylensis corpus* 686 d e f, 687 a b c d, 690 a
Ternova, Ternow. *Vide* Ternobus.
Teruana. *An occupata ab Hunnis* 129 e f
Thabatha, Thabacha, Thabasa, Thauthac 45 d. *Patria S. Hilarionis prope Gazam* 20 d. *Vide* Tabatha.
Thagastæ, in Africa, monasterium 728 f
Thanis, *nunc* Sân 23 a
Thapis, *nunc* Wady-Tafa, in finibus Nubiæ 29 a
Thaubastum, Thabaston, *minus recte* Theubaton, Thoubaston, *nunc* Temsah, triduo distans a Cairo, *confusum cum Thauba in Arabia deserta* 23 b. *Dracontium episcopum illic exsulem invisit S. Hilarion* 23 b, 52 f. *Situs et rudera* 23 c
Thebais. *Huic regioni adscripta S. Hilarionis mors* 42 b. *Thebaidis superioris conditio sæculo* IV 28 e. *Monachi ibidem turbati a Blemmybus* 29 a
Thebastion, *locus putatius* 67 d
Theodonis villa. *Placitum anni* 851 379 e f
Theolegiensis, abbatia. *Quomodo cum dictrictu S. Wendelini facta sit penes episcopos Virdunenses; quomodo dein penes Trevirenses; fuit etiam sub episcopo Mettensi* 346 e. *Abbates* 343 d f. *Monasterium* 244 f, 253 a b. *An ibi monachus aut abbas S. Wendelinus* 344 b c d e f, 346 b d. *Reliquiæ S. Ursulæ* 348 a. *Officia propria* 350 f
† Theonestus de Lonzano, abbatia Romandiolæ 742 f
Thessalonica. *S. Malchus M.* 63 e. *Theodosii M. crudelitas* 150 b. *Eo usque populabundus venit Calojoannes, rex Bulgariæ* 407 d
Thiela in Batavia. *Loca sancta a Normannis ibi vastata* 152 b. *Vide* Tiela.
Thilaticomum in Syria 62 f
Thiltaurus in Syria 62 f
Thimonepsi in Ægypto, *nunc* Beroubel *aut* Bagâd 23 f
Thmuis, in Ægypto, *nunc* Tmay el-Emdyd. *Hircum colebat*

colebat 18 d, 23 a. *Thmuites nomus* 23 a
† Thomæ monasterium Regiense 409 a
Thoringi, villa prope Hougarden in Belgio 130 f. *Vide* Toringi, Turingi, Thuringi.
Thou, *nunc* Abbaceh 23 d
Thoulose. *Hujus mentio fit in Actis S. Oelberti M. an eadem ac Tolosa Galliarum* 692 c
Thracia. *Reges quando deleti; quando illa in provinciam redacta* 171 c. *Thracia in sex provincias divisa sub Hadriano* 345 d e. *Thracia, sedes Manichæorum ævo medio* 717 a b. *Thracia et Græcia confusæ* 171 c. *Thracia septentrionalis sæculo* x *pars regni Bulgarici* 690 a
Thuringi, Thuringia. *Thuringi invadunt Gallias cum Hunnis* 122 c. *Eorum in Germania sedes* 123 e. *Thuringiam usque Cisrhenanam prosequitur Aetius Hunnos* 130 b. *Hujus Thuringiæ positio et sedes* 128 c, 130 b c d e f, 131 a, 303 b. *Thuringiam Cisrhenanam fuisse denuo ostenditur* 303 b. *Vide* Thoringi, Toringi, Turingi.
Thusciam *peragrasse dicitur S. Ursula* 133 a
Thynus *pro* Hunnus 116 e
Tiberias. *Episcopus Franciscus Placentinus* 289 f
Tiburtina civitas. *Moritur ibi Paulus diaconus Cassinensis* 598 b
Ticinum. *Hanc civitatem vastant Hunni* 138 b
Tiela, Tiele, Thiel, Tile. *Portus Galliæ, immo Bataviæ* 80 d. *Eo venisse dicuntur virgines Ursulanæ* 160 b e f. *Vide* Thiela.
Tinteniacense *amphitheatrum* 308 f
Tiretaine. *Vide* Trundo.
Tittis, vicus Apameensis. *Inde oriundi Valentinus et Theodorus monachi* 62 d
Toletum. *S. Eugenius primus episcopus* 89 f
Tolosa in Galliis. *Vineæ cultæ jam ante Christum* 313 e. *Tolosana anni* 439 *pugna* 133 d e f, 136 a. *Apostolorum corpora* 38 b
Torellum in valle Lugana. *Canoniam regularem ibi instituit B. Guilielmus Comensis, regulamque præscribit* 417 e f, 418 a b c d e; *ibi moritur et sepelitur* 419 f, 420 a b. *Martinus præpositus* 417 f
Toringi. *Vide* Thuringi, Thoringi, Turingi.
Tornacum. *Occupatur a Germanis* 134 c; *a Clodione* 128 c d. *Tornacense territorium occupant Hunni* 129 e. *B. M. V. templum* 213 b
Tornodorum (Tonnerre) urbs Burgundiæ 329 f
Torrens. *Vide* Sihor.
Toxandria. *Occupatur a Francis* 128 f
Toxandria-locus, *cujus nomen retinet olim vasta silva,* Tessenderloo in Campinia 127 e
Trajani vallum 689 b
Trajectum ad Mosam. *Eo vadit S. Servatius seu Arevatius, Tungrensis episcopus* 153 b. *Templum condit S. Monulfus* 153 d. *Trajectum castrum (Maestricht) vastant Normanni* 213 c
Translimitanæ turmæ *seu auxilia barbarorum* 119 c
Transmarini. *Sic vocant Britanni Pictos* 106 b, 109 d. *Transmarinam ipsam Armoricam appellat S. Gildas et alii* 109 d, 111 a
Trapezunda. *Eo translatæ dicuntur B. Joannis Rylensis reliquiæ* 683 b
Trecæ in Galliis. *Civitatem hanc occupant Hunni* 123 e f, 126 a
Treori. *Vide* Treviri.
Trevirenses, Treviri. *Trevirenses Belgarum nomine insigniti* 124 a. *Trevirensis provincia attingit Rhenum* 124 a. *Amphitheatrum* 308 e. *Complures tituli sepulcrales* 169 e f, *seu inscriptiones* 86 e f. *Treviris sedem suam seu thronum ponit Maximus tyrannus* 103 f, 106 b, 112 e, 209 b. *Treviri quater eversi* 134 d. *Treviros vastant Hunni* 125 c. *Item Franci* 125 c d. *In Francia Rhenensi positi dicuntur Treviri* 125 d e. *Trevirenses archiepiscopi possederunt Theologiam cum districtu S. Wendelini* 346 e. *Archiepiscopi Egbertus et alii* 148 d. *Archiepiscopus Baldewinus* 317 c. *Trevirensis ecclesiæ custos archidiaconus Tullensis* 222 c. *Trevirensis kalendarii ætas* 148 c. *Treviris sæculo* x *jam colebantur virgines Ursulanæ* 148 d e. *S. Martini abbas Eberwinus* 343 d. *S. Simeonis monasterium* 343 b
Triaditza, *ex* Sredetz *ut* Triballi *ex* Srblji, Sredetz, Sredez, Sredtsa. *Vide* Sardica.
Triburiensis *concilii canon* 41 *habitus primus synodi Altheimensis anni* 913 384 c
Trimarianum, Trium Mariarum, S. Mariæ de Mari, oppidum in Camaria 444 b, 452 d e. *Ecclesia* ibid. b c; *spoliata exeunte sæc.* XVIII 454 b c; *cultus valde celebris et antiquus SS. Matronarum* 453 f, 454 et seq. *Harum ibidem solemnis corporum elevatio* 456-476
Trinava. *Vide* Ternobus.
† Trinitatis Liefbergense prope Arhusium templum 390 c
Trnova. *Vide* Ternobus.
Trojani Franci. *Sæculo* XII *sic dicti Colonienses* 298 c
Troja, urbecula in regno Neapolitano 456 a b; *item antiqua sedes episcopalis in Asia Minori* ibid. d e. *Vide* Colliargis (Joannes de).
Troissy in Campania. *Cultus S. Aviæ* 323 b
† Trudonis monasterium. *Anno* 1117 *aliquid accipit de reliquiis sodalitatis Ursulanæ* 238 b. *Item anno* 1271 *accipit nonaginta capita Ursulana* 230 f. *Vestes reliquiarum loco habet* 139 c
† Trudonis altare 145 f
Trundo (Tiretaine) rivus, *cum ponte ex aquis lapidescentibus orto* 614 d e
Trusum *seu* Drausen in Prussia 387 a
Tucci, *hodie* Martos urbs in regno Giennensi Hispaniæ 631 f. *Vide* Osca (Huescar).
Tuitium monasterium e regione Coloniæ. *Monachi a calumnia de fabricatis Schonaugiensibus et Steinfeldensibus revelationibus vindicati* 92 c. *Tuitio solemniter transfertur Viconiam S. Karissæ corpus* 247 e f. *Vide* Divitense castrum.
Tullum in Francia Rhenensi 123 d e. *S. Gerardus* 2 f. *Petrus archidiaconus* 222 c
Tulpiacum. *Vastant id oppidum Normanni* 213 d. *Tulpiacensis pagus* 216 e
Tunetum in Africa. *Episcopi Romanus, Exitiosus, Rusticus* 87 b
Tungri, metropolis Turingorum Francorum 130 f. *Nominis origo fabulosa* 131 a. *Tungri an excisi ab Hunnis, vocatis a Bantone* 112 e. *Non excisi initio belli Attilani* 125 b; *sed Tungrense territorium et oppidum vastatum ab Hunnis ex Galliis redeuntibus* 125 c, 131 a; *vastatio hæc prædicta et impleta* 153 a b. *Tungros item vastant Normanni* 215 c. *Tungrensium episcoporum in Colonienses auctoritas sæculo* III 183 f. *S. Servatius aut Aravatius episcopus* 153. *Tungrensis episcopus anno* 904 *et abbas S. Michaelis, ad Mosam Stephanus* 316 c. *Vide* Atuatuca.
Turcæ. *Eorum crudelitas in insula Chio* 150 b
Turholtum cella in Flandria. *Concessa S. Ansgario Hamburgensi* 379 c
Turingi Franci 130 f. *Vide* Thoringi, Thuringi, Toringi.
Turnon, oppidum. *Sæculo* IX *vix antiquius* 71 d, 72 a
Turnonowo. *Vide* Ternobus.

Turres

Turres Veteres, *vulgo* Torres Vedras, in Lusitania. *Conventus Augustiniensis. Prior B. Gundisalvus de Lagos* 424 e. *Cæcæ mulieri visum restituit* 425 f, 426 a. *Ejus sepultura* 426 d e f. *B. Gundisalvi confraternitas* 426 e. *Hospitale S. Andreæ* 426 f
Tuscia. *Regio eremitarum ferax sæculo* XIII 728 d, 734 e f, 735 a b; *eremitæ sæculo* XIII 744 e f, 735 a. *Vide* Thuscia.
Tynez. *Vide* Pelusium.
Tyrrhenum mare 27 b

U

Vacares, stagnum in insula Camaria 444 a
Vaga, Cambriæ fluvius 95 c
Vahalis Rheni brachium 152 d
Valentiæ, *immo Aureliani, aliquot ex suis relinquunt Vandali* 122 a
Valentinianus mons prope Fesulas 661 c
Vallis S. Georgii ordinis, Cisterciensis monasterium. *Abbatissa Ymana* 249 e. *Vide* Salsina.
Vallis Saxina. *Origo gentis de Turre* 415 a
Vallis Umbrosa. *Admittuntur conversi* 410 c
Vandali. *Eorum arma* 114 a b. *Pietas a Salviano laudata* 135 e f. *Invadunt Gallias* 134 c. *Eorum ingressus in Gallias accurate descriptus* 124 c. *Eorumdem vastationes in Galliis* 149 f, 150 a. *Gallias ingressi, minantur anno* 407 *ipsi Britanniæ* 120 d, 122 d. *Anno* 409 *ingrediuntur Hispaniam* 136 b d; *et alia eorumdem gesta* 136 d e. *Vandalica persecutio in Africa visionibus prænuntiata* 210 e f
Vangiones *seu* Worms *deleti* 134 c
Variguani conventus FF. Minorum 891 c
Varini *colunt Hertham* 291 b
Vasionensis in Gallia *titulus Eripii presbyteri* 305 c
Ubiorum *pristina et sequens conditio* 133 b c d
Uccomburdeglass, locus Hiberniæ 383 f
Vectis insula. *Occupatur a Saxonibus* 111 b
Venafrum. *Episcopus Petrus* 402 e, 404 e
Veneti in Gallia. *In Venetensi diœcesi cultus S. Aviæ* 322 f, 323 a
Veneti, Venetiæ in Italia. *Conventus eremitarum B. Joannis Boni* 727 c. *Anno* 1216 *ibi versatur B. Guilielmus, episcopus Comensis* 419 c. *Naves hinc ad bellum sacrum accipit Andreas, rex Hungariæ* 410 d. *Veneti videntur anno tantum* 1218 *milites misisse ad bellum sacrum, ab Innocentio III et Honorio III indictum* 419 d. *S. Hilarionis reliquiis divites* 39 f, 40 a
Verbinum (Vervins) urbs 605 d
Vercellæ in Italia. *Episcopus; vide* † Eusebius.
Verdinensis diœcesis. *In ea bona habebat episcopatus Bremensis* 385 c. *Verdinensis episcopus auctoritatem sibi vindicat in partem diœcesium Racesburgensis et Zwarinensis* 385 d
Vernon in Normannia. *Cultus S. Aviæ* 323 b
Veræa. *Vide* Beroa.
Veromanduorum Augusta. *Vide* Augusta.
Verona in Italia. *Ibi versatur Gratianus imp.* 105 c
Verona in diœcesi Coloniensi. *Eadem civitas ac Bonna* 112 c, 131 f, 132 a b
Verona *seu* Frongeist in Frisia 131 e f, 132 a b
Verulis in Hernicis *dicitur quiescere corpus S. Salomæ* 442 c d. *Expenditur traditio illius ecclesiæ præsertim de corporis inventione* ib. d e f *et* 443 a b c d e
Vesigotthi. *Fugiunt ultra Danubium* 119 b. *Versantur in Aquitania* 122 a. *Decepti ab Attila, in maximum periculum veniunt* 126 b et seqq. *Vesigotthi Ariani odio sunt Romanis militibus* 108 d. *Vide* Gotthi *et* Visigotthi.
Vetilium, Vetulia, *etc. visitatur a S. Hilarione et convertitur* 22 a b c d. *Episcopi* 22 d e. *Vide* Bethelea.
Vetus ecclesia. *Vide* Ecclesia vetus.
Vetus monasterium. *Vide* Ecclesia vetus.
Vetusmons, monasterium Cisterciense 77 c
Vezeliacum in Burgundiæ comitatu. *Dicitur ibi quiescere S. Maria Magdalena* 445 c d e f. *Plurimorum Romanorum pontificum hac de re diplomata* ibid. c d, 474 f, 475 a b c
Ugiate capitulum Lombardiæ 415 b
Ugri. *Vide* Hungari.
Viconium, abbatia præmonstratensis prope Valencenas 584 f. *Reliquiæ visitantur a pluribus episcopis* 584 a b c d e. *An ibidem corpus S. Cordulæ* ibid. *Hujus abbatiæ fontes historici* 247 c d. *Abbates Wido, Guarinus, Gerardus, Ægidius de Lewis* 247 d, 248 c. *Feretrum perpulcrum. Reliquiæ Ursulanæ et aliæ* 247 d e
Victoria ad dextram Rheni ripam. *Hujus civitatis excisio late explicatur* 150 c d e f, 151 a b
† Victoris Massiliense monasterium. *Ejus origo et fata* 365 c d e f, 366 et seqq. *Abbates* 365 c d e f, 366 et seqq.
† Victoris altare Windbergæ 282 a
Vienna in Austria. *Universitatis seu academiæ Rhenana classis patronam colebat olim S. Ursulam* 309 d
Vienna in Galliis. *Hujus ecclesiæ sanctos inseruit Ado Martyrologio* 270 d
Vigetum Castrum. *Vide* Alcazar.
Vilcasinus pagus. *S. Nicasius et socii* 2 e
Vilicense prope Rhenum monasterium. *Origo et fata* 225 f, 226 a. *Ibi prius in usu fuit regula canonissarum Aquisgranensis* 226 a b c
Villarium in Brabantia, celebris quondam abbatia 432 a b c
Villequier, vicus prope Calidumbeccum 353 c
Vimbodi prope Pobletum 281 a b
S. Vincentii cœnobium ad Vulturnum. *Vastatur a Saracenis* 672 f
Vindana, *vulgo* Vilaine, fluvius Britanniæ Minoris 624 a
Vindlandia. *Eam sibi subdit Wurmius Hardecnutus* 387 d
Vindonissam (Windisch? Bruck?). *An eo venerint Hunni* 123 a
Vinzerum villa 216 e
Virodunum. *Episcopi Joannes de Asse, Jacobus Trecensis seu Pantaleon* 316 d; *suffraganeus sæculo* XIII, *Petrus Pannadiensis* 312 a, 316 d. *Dado* 313 a, 317 f. *Episcopi possederunt olim Theolegiensem abbatiam et districtum S. Wenlini* 346 e
Visigotthi *occupant Hispaniam et Gallias trans Rhodanum* 108 c. *Vide* Vesigotthi.
† Vitalis templum Humiliatarum Comi 289 d e
Uitii ad mare Caspium. *An iidem ac Hunni* 116 e
† Viti in Carinthia monasterium. *Calendarium* 42 d
† Vitoni asceterium. *Ineunte sæculo* IX *præbet magistrum* 310 c
Vitriacum Francisci (Vitry-le-François), oppidum 604 e, 610 b
Ulcheium, *nunc* Oulchy. *Illac transit Attila* 125 f
Ultrajectum. *Episcopus Henricus de Vienna* 231 f. *Ultrajectinæ ecclesiæ bona confirmat Zuentiboldus* 160 f. *Tertiariarum S. Francisci templum S. Ursulæ* 289 e
Ulyssipon. *Vide* Olyssipon.
Umbria. *Plura ibi cœnobia instaurat et erigit S. Joannes Bonus* 693 e
Ungri. *Vide* Magyares.

Vodena. *Vide* Bodena.
Vodgoriacum, *vulgo* Waudré 130 a
Volga flumen, *tartarice* Athel *dictum* 115 c
Voorburg. *Vide* Forum Hadriani.
Vosagus mons. *Abundavit olim sanctissimis viris* 343 d. *Ei adjacent Lingonæ* 526 e
Upsala in Suecia. *Templo idolatrico celebris* 393 e
Uraguanæ conventus FF. Minorum 891 b
† Ursulæ basilica, monasterium et capitulum. *Eorum fata* 210 et seqq. 898. *Ursulanus ager Coloniæ* 75 a, 132 a, 139 e, 140 e f
Wady-Tafa. *Vide* Thapis.
Wagiri, *archiepiscopis Hamburgensibus commendati* 385 d
Wahalis *ripæ occupatæ a Francis* 128 f. *Saxones ad Wahalis ripas* 128 f. *Vide* Vahal.
Wahat-el-Behryéh. *Vide* Oasis parva.
Wahat-el-Dakhelat *seu* Oasis interior 26 b d
Wahat-el-Khargéh *seu* Oasis exterior 26 b c d
† Walarici fontana *seu* fons, *vulgo* Saint-Valeri-sur-Somme 355 c
† Walarici in Caletis oppidum, *vulgo* Saint-Valeri-en-Caux 355 c
Walathorp, villa in pago Bonnensi 218 e, 225 a
† Walburgis monasterium in diœcesi Eichstadensi. *Abbatissa Aleydis* 249 f
Walciodorum monasterium in Belgio. *Magistri Wilbaldus et Richerus* 238 e f. *Eo sub annum* 1129 *transferuntur Ursulanæ reliquiæ* 238 e f, 239, 240. *Widricus abbas* 238 e. *Theodoricus II abbas* 248 a
Walda parochia 221 b
Walle in pago Verdinensi 385 b
Wallia. *Theatrum fit pugnarum inter Britannos et Anglos* 109 d
Wallisleva, *vulgo* Walsleben, prope Albim, inter Werden et Arneburg 394 f
Wandalia ad mare Balticum 387 a
Warmonda in Neerlandia. *Tertiariarum S. Francisci templum S. Ursulæ* 289 e
Wassigny oppidum 605 d
Wedinghusum monasterium in Westphalia 92 e
Weissemburgum. *Anno* 1113 *eo transfertur corpus S. Palmatiæ, sociæ S. Ursulæ* 240 e f. *Meningaudus abbas* 240 e
Werra, fluvius Germaniæ 123 e
Westerwald, pars Herciniæ 124 c
Westfoldia ad occidentem sinus Christinopolitani 387 b
Westgothiæ insulæ. *Quorum eæ essent sæculo* IX *exeunte* 387 c d. *Westgothia, limes septentrionalis regni Danici* 387 b
Westphaliæ ducatus. *Donatur archiepiscopo Coloniensi* 232 e
Wevelinckhoven villa 221 b
Wexfordia comitatus Hiberniæ 325 a
Wickara villa, *vulgo* Witkert 217 b
Wiborgensis episcopatus in Jutlandia 395 c
Wigmodia. *Eam adit S. Willehadus* 377 f, 378 a. *Est pars diœcesis Bremensis* 385 d
Wilbasen in diœcesi Paderbornensi. *Sacellum S. Ursulæ et Benedictinus parthenon* 288 d e
Wilti, *qui et* Wiltzi, Weletabi, Wlotabi, ad mare Balticum 394 e
Winckesfeldensis pagus 216 e
Windbergense in Bavaria monasterium. *Consecratio et reliquiæ* 282 a
Windogheve, (*an* Wintershoven), in Thuringia Cisrhenana 128 f
Windogeve. *Prisca sedes Thuringorum in Germania* 123 e
Winedi. *Eorum situs et positio* 387 b. *Curis archiepiscoporum Hamburgensium commendati* 385 d
Wittenberga in Saxonia. *Templum S. Ursulæ* 289 b
Wormatiensis pagus 219 c. *Wormatiæ ordinatur S. Willehadus Bremensis episcopus* 378 a. *In Wormatiensi conventu S. Gregorii VII papæ depositio* 410 a
Wudesheim villa 219 b

Y

Ystre Gyfælwg in Armorica 106 f
Yuepo *seu* Yuepon. *Iidem ac Hiong-nou* 116 f

Z

Zagora *seu* Thracia septentrionalis, parens Bulgaris. *Ejus extensio* 690 a. *Vide* Debeltus.
Zâouy. *Vide* Isiu.
Zebenna solitudo. *In ea sita est S. Wendelini prope Treviros cella* 345, 350 b c, 351 a
Zephat, *nunc* Sepâta, in deserto Palæstinæ 21 d
Zeugma in Syria 62 f. Zeugmatensis *regio seu eremus* 63 f
Zeugminum, *vulgo* Semlin. *Occupatur ab Hungaris* 686 a
Zummerdesielde in pago Winckesfeldensi 216 e
Zwarinensis diœcesis. *Episcopi Verdinensis auctoritas* 385 d
Zwifaltense monasterium in Suevia. *Ejus Chronicum. Reliquiæ Ursulanæ* 241 f, 242 a. *Abbates Bertholdus et S. Ernestus martyr* 241 f, 242 a. *Ortliebus chronographus* 241 f. *Bibliotheca* 77 b

INDEX ONOMASTICUS

A

Abu, *honoris titulus quem Arabes tribuunt apostolis et insignioribus sanctis* 577 f
Adolescens, Adolescentulus *explicantur* 67 b
Adorare, *venerari* 833 d e
Æmiliani, *joculatorum genus* 700 e
Affectanter, *cum affectu* 825 e
Alcazar, *Mauris arx* 632 b
Altare corporaliter tangere, *tacto altari jurare* 790 a
Aba, Abba, *pater* 577 d
Amba *apud Arabes quod idem Syris* Abba 577 d
Anaglypha, *signa seu effigies cælaturis eminentibus expressa* 450 f
Anfractuosus, *subdolus* 337 b
Annositas, *præscriptio* 371 d, 373 d
Appodiatus, *innixus* 799 e
Ar, *multis locorum nominibus præfixum, Britonibus significabat* super, juxta.
Αρχαριοι *quinam dicti in monasteriis orientalibus* 688 d
Arreptitius, *dæmoniacus* 759 f
Atenuatus, *tenuis factus* 807 d
Averium, avere, *fortuna alicujus* 811 d
Axela, *axilla* 808 a

B

Balatrones, *joculatorum genus* 700 e
Ballatorium, *mœnianum* 806 a
Bancum, *scamnum, tabula* 843 f, 865 c
Bannitus, *expulsus sententia juridica* 790
Barberius, *barbitonsor* 830 c
Basilica, *ædicula cœmeterialis et monastica* 154 f
Bendatum, *circumligatum* 470 d
Biretum, *infula, tegmen capitis subtus capucium* 856 b c
Birretum; *vide* Biretum.
Birri *quid sint* 31 b
Boa, *draconis species* 56 e f
Bocium, *Bronchocele, gallice* goitre 739 f, 762 e f. *Vide* Botium.
Bollus, *bolus* 798 b
Boni homines, *judices selecti inter honestos cives* 371 a, 372 e
Bosci, *monachi, crudas herbas pascentes* 62 a
Botium, *italice* boccia, *gemmæ araborum* 795 b
Brusci, *aquifolia* 710 f
Budellus, *intestinum, stomachus* 816 f
Bufones, *histriones* 699 b
Bugares *sive* Bulgares, *nomen Patarenorum et Albigensium* 717 b c
Bullare, *sigillare* 771 f
Bullum, *sigillum* 771 f
Burgus, *vicus* 759 f
Burgus, *suburbium* 861 c, 862 e

C

Caligulæ *distinctæ a calliculis* 68 b c
Calliculæ, *orbes in vestibus* 64 f, 68 b
Calopia, *calones, calcei ligni* 753 e
Camiciola, *interula* 815 b
Campanarius, *pulsator campanarum* 804 d
Cana, *mensuræ genus* 464 e
Candida distincta, *vestis* 68 c
Candidati, *milites ostensionales* 48 c
Caneva, *cella penaria* 854 b
Canevarius, *custos cellæ penariæ et vinariæ* 854 b
Canora, *cantus* 346 c
Caracalla talaris *quid sit* 31 d
Carceres, *janua aut linea, unde equi ad cursum emittebantur* 552 d
Carellum, *sagitta seu telum* 242 f, 249 d
Carex *quid sit* 32 e
Caricæ, *ficorum genus* 44 c e, 46 b
Caruca, *quadrirotum grave* 50 a
Casula *quid sit* 31 d
Casura, *casus* 868 b
Cauciarii *majoris domus, judices aut procuratores* 371 c, 373 a
Cavea, *pro amphitheatro, quomodo mutata in* Chagia *et* Cagia 308 d e. *Vide* Chagia.
Causarii, *procuratores Caroli Martelli* 371 e
Cella, *apud veteres frequenter monasterium* 597 f
Ceraclum, *tabula cera obducta, liber* 337 f, 338 d e
Χαμιλαυχιον, *quæ sit vestis monastica* 688 d
Charonium, *Plutonium* 498 c
Cledassium, *crates, clathri* 461 e, 464 d
Coccula, *grana, baccæ* 843 d
Cœdulium, *edulium* 843 e
Collationes, *sermones publici* 290 a
Colobium *quid sit* 31 a
Colopertorium, *tectum* 786 b
Coltum, *collectio* 856 d
Combinæ *quid essent* 153 e
Commarginare *pontes, id est margine munire* 115 d
Commemorationis offertorium singulis annis, *anniversarium officium mortuorum* 216 f
Commune, *civium communitas* 791 d
Complenda, *postcommunico* 484 e
Completorium. *Vide* Hora completorii.
Computarium, *necrologium* 377 b
Concædes, *arbores cæsæ* 535 f
Confessionem dare, *culpas suas declarare* 341 d
Conix, *calix* 337 d e, 338 d
Contrata, *regio, vicus in civitate* 715 a, 783 a
Copertorium, Coopertorium, *lecti stragulum* 418 d
Coopertorium, *tectum* 786 b, 788 b
Cornua *fluviorum* 156 a
Corporale sacramentum, *juramentum quod præstatur tactis evangeliis, aut alia re sacra* 789 a, 790 a
Credentia, *mutua fides, vulgo* crédit 867 b
Crementa frugum, *fruges quæ creverunt* 349 e
Crepatio, *hernia* 863 a b
Crepitudo, *hernia* 864 a
Crepitus, *herniam passus* 863 a
Crossus, *grossus, crassus, densus* 714 f, 773 a, 785 a
Crota, *cryptæ species* 462 b, 464 d
Cubella in qua pasta formari solet 85 c
Cubiculum, *cubile, lectus* 814 d
Cucullus, *tunica* 756 b
Curiæ banditæ, *solemnes magnatum conventus* 699 b
Cursor dominicus, *id est imperatoris, in titulo Trevirensi* 86 f
Cursus canonicus, *officium divinum* 216 a
Cyrogryllus, chirogryllus, *genus cuniculorum vel ericiorum* 444 b

D

Definitor, *judex electus in capitulo ordinis* 733 b
Deguastare, *devastare, luxare* 813 a
Denariatæ ceræ, *constantes uno denario* 220 b f
Denarius mezanus, *denarius medius* 713 e
Denodatus, *luxatus* 813 a
Deo notus, *ignotus, hominibus* 94 d, 155 b c d, 156 d, 158 d e
Desolata viro, *vidua* 748 d
Dialis, *divinus* 326 b
Discinctus est, *verisimilius idem est ac muneri nuntium remisit* 102 c
Distincta candida, *vestis* 68 c
Domicellæ, *canonicæ sæculares* 227 a
Domicellus, *equitis filius* 721 c
Domicellus, *famulus primarius* 810 c
Dominicum integre celebrare, *quid sit* 688 f
Dominicum, *ecclesia* 545 f, 548 e
Domtixi *pro* dumtaxat in 8 f
Dromon, *navis piratica* 59 b

E

Eblau, Ablua, *Apollo* 575 c
Electus, *promotus ad dignitatem episcopalem, necdum consecratus* 733 c e
Elmus, *eremus* 704 c
Emelioratus, *melioratio* 225 b
Ependytes pelliceus, *chlamys monastica* 44 c, 30 d, 31 d e f
Επιτραχηλιον *quibus concessum* 688 e
Eraciestes, *vestis lanea* 46 a
Ergumini, *energumeni* 755 a
Erminii, *Armeni* 721 f, 850 b
Evectio, *jus utendi equis publicis* 48 d, 153 e
Exilium, *peregrinatio* 337 b

F

Ferbapias, *Februarias in titulo Trevirensi* 86 f
Fecit, *vixit* 8 e
Fecit in sacerdotium, *episcopus fuit* 87 a
Femoralia, *femora* 789 b, 790 a
Ferabulæ, *femoralia linea, vulgo* caleçons 714 f
Ferula, *baculus episcopalis* 374 b
Fico, *genus calceamenti* 337 f, 338 e
Fidelis, *neophytum in titulis sepulcralibus significat* 86 f, 169 f, 170 a, 171 b
Filare, *nere* 867 b
Filatum, *filum* 867 b
Fiscellæ, *vimineæ sportæ* 31 b, 44 d, 46 c
Fiscus, *mansio dominicalis seu regium prædium* 352 e, 355 a, 356 a c
Fistula, *ulcus cancerosum* 827 d
Flatus, *halitus* 713 c
Floratus, *floribus ornatus* 813 a
Fœmina, *uxor* 211 b
Forenses, *extranei* 710 b
Formula panis, *quantitas parva in forma hostiæ communicantium* 815 a
Fraternitas, *cœtus fidelium* 211 d
Fusterius, *faber lignarius* 470 d
Fusteus, *ligneus* 475 c

G

Gacco, *bronchocele, vulgo* goître 825 b
Galliculæ, *pro* calliculis 68 d
Gallonus, *italice* gallone, *latus* 803 b
Gamba, *crus* 810 f
Garus, *liquoris exquisiti genus* 511 a d
Gastaldeus, Gastaldus, Gastaldio, *aulæ præfectus, rerum externarum procurator, præfectus civitatis vel provinciæ* 676 c d
Gattus, *felis* 784 b
Gazari, *Cathari* 716 a b
Gazophylacium, *sacrarium seu sacristia* 401 b, 404 c d
Gestistyrum, *quid sit* 551 f, 553 e
Gignadii, *joculatorum genus* 700 e
Glis, *argilla, gallice* terre glaise 612 b
Goxum, *italice* gozzo, *bronchocele* 788 b
Grammaticus, *ludi magister* 44 a
Gratis, *libenter* 801 d
Grossus, *crassus* 781 c

H

Hemetritæus, *febris tertiana imperfecta* 47 a, 49 b
Hersa, *occa, ex gallico* herse 465 a
Hic jacet *in titulis sepulcralibus, explicatur* 169 d e
Historiam modulari, *hymnum historicum scribere* 319 a b c
Hora, *mora, tempus* 773 d, 817 e
Hora completorii, *hora decubitus qui proxime sequebatur decantatum completorium* 866 f, 801 c
Hora vespertina, *hora occasus solis, qua olim in monasteriis Vesperæ decantabantur* 866 f, 876 b d
Humeralia cucullata, *quid sint* 31 b

I

Imminere, *urgere* 211 e
Imperialis, *monetæ genus* 867 c
Impressio hominum, *turba confertissima* 806 b
Incontinenti, *statim* 788 a
Infideles, *Gotthorum Arianorum posteri* 313 d
Ingenia, *instrumenta* 464 e
Inguinitari, *descendere ad inguina* 865 b
Innotescere, *cognoscere et notum facere* 159 f
Joculator, Jocularis, *mimus, tibicen, histrio* 698 f, 699 a, 746 e
Jogulator, *joculator, histrio, gallice* jongleur 699 a
Ismania *seu* Smania, *phrenesis* 822 f
Jubilate, *III Dominica post Pascha* 231 d
Jus mutuarium, *contractus de re vendenda etc.* 81 a
Juso, *deorsum* 675 c
Justitium, *dolor publicus* 52 e, 54 c

L

Lacerna *quid sit* 31 e
Laicali more recitare, *lingua vernacula dicere* 839 e, 840 b
Lancea, *spiculum, vexillum* 672 e f
Launum, *templum, habitatio* 355 e.
Lausæ, *lapides tenues, sed oblongi et tali* 407 d
Lazgut, *bona censualia* 229 f
Leengut, *bona feudalia* 229 f
Lenticula, *fragmentum; designari videtur hac arctatione lena* 795 d
Levitonarium *quid sit* 31 a
Lidon, *minor maris æstus* 356 e, 358 d
Limitem mittere, *terminos circumscribere* 53 c
Lineam mittere, *terminos circumscribere* 53 c
Loculi, *sepulcra* 154 f
Locus *seu* loculus, *reliquiaria capsa* 312 e, 317 e f
Loto, *vox britannica, significat mansionem* 357 f
Lumbar, *cingulus* 863 b

M

Mac, *emporium* 573 d
Mafors *quid sit* 31 b
Magh, *planities, campus* 573 d
Majestas, *mira significatione de rebus religiosis adhibita* 211 e
Malderum *seu* Maltrum claustralis mensuræ, *unus modius cum duobus trientibus* 230 d
Malina, *major maris æstus* 356 e, 358 d
Mandatum, *obedientia* 718 f
Mansionarius, *templi custos* 400 d
Manstrace, *forte idem quod* matracium, *vulgo* matelas 418 d
Marcipor, Publipor *etc., Marci puer, Publii puer etc.,* 548 e f
Martyrium, *templum, quo servatur confessoris corpus* 53 b
Martyrorum, *loco* martyrum 9 b
Matrona, *titulus datus uxori* 86 f
Medulla, *nucleus* 817 e
Melodia, *Officium metricum de S. Ursula* 299 d
Melote *quid sit* 31 d
Menestreys, *joculator* 699 a
Mensa dominica, *altare* 212 b
Mensale auri libræ decem 219 e
Mensis exiens, *dies ultimi quindecim mensium* 791 c
Mensis intrans, *prima medietas mensis* 791 c
Menus *loco* minus 86 e
Mercatantia, *merx* 829 c
Metatus, Metatum, *ædes propria, domicilium, hospitium* 617 e
Meteoron, *montanum monasterium* 685 b
Mezanus denarius 713 e. Mezanus. *Vide* Solidi.
Miles, *eques* 721 c
Milites *vox mutata in* millia 145 d e
Millia *loco hujus vocabuli substituta vox in martyrologiis* milites 12, 13 a b c
Milliarium, *leuca* 38 a
Milliarium germanicum, *locutio adhibita a chronographo S. Michaelis ad Mosam sæculo* XI 315 f
Miltia, *morbus splenis* 858 f, 859 d
Mina, *dimidium sextarii* 803 b
Ministeriales, *delegati magistratus* 791 d
Ministeria, *supellex sacra* 545 e, 548 d; *item* ministerium sacerdotale, *vasa sacra* 216 e
Ministerium, *servorum grex* 306 f, 307 a
Misericordia Domini, *II Dominica post Pascha* 231 d
Missa S. Martini, *festum* 217 e
Modulari, modulamen, modulator historiæ, *scriptio metrica seu hymnus historicus* 319 a b c
Monasterium, *chorus* 213 c d, 221 c
Monetus, *abbreviatio vocis* Raymonetus, *quæ ipsa diminutivum est* Raymundus 470 a
Meroidæ, *hæmorrhoides* 841 f
Morphæa, *lepræ genus* 801 c
Moscardellus silvester, *avis ab italis dicta* moscardo, *a gallis* epervier 718 d, 763 a
Municeps, *officium et libertatis nomen* 47 f, 49 e
Mutandæ, *femoralia linea, vulgo* caleçons 714 f
Muto, *vervex, ex Gallico* mouton 464 d
Myoparones *quæ navium species* 57 a

N

Nonna, *sanctimonialis* 45 b
Nuntius, *missus, apparitor magistratus* 801 d

O

Occium, *otium* 470 d
Offertorium commemorationis singulis annis, *anniversarium officium mortuorum* 216 f
Ormes ddu, *invasio nigra* 120 d
Ossuncula, *ossa parva* 864 c

P

Pænula *quid sit* 31 e
Palæstrites, *luctator, quo nomine dæmon designatus* 47 e
Pallium, *aulæum, gallice* poële 470 d
Pampilio, *papilio* 760 b
Parabula, *verbum,* 775 c
Parabulam dare, *dare licentiam* 775 c
Parafredi, Paraveredi, *equi agminales, usui in viis transversariis et militaribus* 661 a
Paranymphus cælestis, *angelus* 342 a
Pascha majus, *Dominica paschatis* 806 a b
Paschales dies, *dies hebdomadis paschalis* 845 f
Pascha Pentecostes, *festum Pentecostes* 842 c, 885 f
Pascha roxata, *id est Pentecoste* 699 c
Pate, *id est propolæ Mediolanenses* 716 b
Pateria, *vicus propolarum Mediolani* 716 c
Patres, *loco* parentes *in titulo Trevirensi* 86 e; *item in alio titulo* 171 b
Paralysis, *epilepsis* 881 c
Parpajo, *papilio* 791 d
Pasta, *panis ante coctionem* 85 c
Patriales, *incolæ ejusdem regionis seu patriæ* 470 c
Pecia, petia, *italice* pezza, *fragmentum telæ* 464 e, 793 e f. *Item fragmentum quodvis* 827 d
Peciola, *diminutivum vocis* pecia.
Pera *quid sit* 31 d
Περιτραχηλιον *quibus concessum* 688 e
Perpendere, *videre* 777 b, 804 d
Pharus igneus, *columna ignea* 156 b
Philosophi, *ecclesiastici seu monachi* 62 d
Pilare, *columna* 464 e
Pinnaculum 814 f
Pinsare, *instrumentum musicum plectere* 699 a
Planetica *quid sit* 31 b
Plebatus, *paræcia* 788 b
Plebe, *paræcia* 788 b
Plutonium, *terræ hiatus in monte, mortiferum exhalans spiritum* 498 c
Pœnitentiam dare, *confessionem excipere* 811 d
Polesinus, *vel* Policinus, *insula et peninsula* 861 c
Poleticum, *polyptychon seu index bonorum* 371 d, 373 d
Porticus, *absis seu chorus* 213 c d
Por, *puer, servus* 548 e
Postliminio hæreditarius possessor 68 e
Postpetitio, *conditio adjecta donationi* 217 c
Potestas, *magistratus civitatis* 719 a
Prodire, *producere, prodere* 465 a
Proxis, *paropsis* 870 e
Ψακεωλιον *quibus concessum* 688 e

Q

Quarantena, *Quadragesima* 747 b c
Quondam, *defunctus, gallice* feu 790 b, 797 d

R

Rationesburgui, *id est* Rachimburgii *seu* boni homines 371, 372 b c

Recessit *in titulis sepulcralibus* 170 a b
Reffum, *filum* 804 d
Regirare, *peragrare* 700 f
Relicta, *vidua* 852 e
Relinquere chartas, *producere instrumenta in judicio* 371 a, 372 e
Retractus, *contractus* 809 d
Rosa de spinis floruit, *proverbium* 44 a
Rot *vel* Roth, *rubrum* 573 d
Roxata Pascha. *Vide* Pascha.
Rubica *et* Rubicella, *rubrica et rubricella* 156 d
Rubica per unum oculum directa 155 b 156 d
Ructura, *ruptio, hernia* 863 f

S

Sacerdotale ministerium, *vasa sacra* 216 e
Sacrilegium, *mulcta et species redituum ecclesiasticorum, quam explicat Cangius* 624 d
Sagum cucullatum *quid sit* 31 d
Salaricia terra, *dominicalis* (?) 217 b c, 218 e, 219 b
Salii, Saliares, *joculatorum genus* 700 e
Salome, *pacifica* 435 b
Sanctæ memoriæ, *locutio nequaquam de solis sanctis adhibita* 505 a b c d e
Sanctæ sorores, *moniales* 217 a
Scabini litis, *judicum assessores* 371 a, 372 d
Scabini civitatum 371 a, 372 d
Scipum *Ragusiani dicunt speluncam* 27 c
Scrutarius, *scrutorum venditor* 56 c
Scutarii, *principum stipatores* 55 c, 56 c
Scutifer, *armiger aut famulus primarius* 859 d
Scyllei *canes, rabidi canes, homines invidi* 44 a
Sedere camelos 65 f, 69 b
Sellarius, *qui sellas conficit* 806 b
Semisermo, *Syriaca lingua* 62 b
Senescalcus, *famulus primarius* 854 b
Senex *dictus vir quinquaginta octo annorum* 61 b
Senex *quid valeat oppositum vocabulo* Adolescentulus 67 c
Sentitas *a* sentina, *pravus odor* 465 a
Sessorium, sestorium, *sedile* 833 e
Sestorium. *Vide* Sessorium.
Signa ecclesiastica 216 e
Sitarcia 66 c
Smania. *Vide* Ismania.
Solidus mezanus, *monetæ genus* 867 c f
Somniculari, *levi somno dormire* 400 b
Spaciare, *ambulare* 788 a
Spatarius, *qui enses conficit* 803 c
Stamegna, *stamen* 780 f
Sportellæ, *vimineæ aut junceæ sportæ* 46 c
Staminea, stannetum, *stamen seu pannus ex stamine* 714 e
Stauropegium, *primi lapidis dedicatio* 53 c
Stica, *bacillus, ligni fragmentum* 774 d
Stupium, *stupa, ellychnium* 867 b
Subtelares, *calceorum genus* 776 b

T

Ta *pro* tam, tantum, solummodo 8 f
Tablinum, *claustrum* 697 e
Tatu *pro* tantum 8 e
Tenattes *forte pro* Eracieste 46 a
Tormenta verborum, *maleficia scripta* 48 b
Tractate, *motu proprio* 801 d
Transitus, *obitus* 70 f, 71 a
Translatare, *transferre* 802 c
Translati in Germaniam, *occupati a Germanis, ita ut regio antea a Romanis habitata jam pars Germaniæ videatur* 134 c
Ex transverso, *per transversum* 464 d
Tribuna, *ambo, absis ecclesiæ* 845 f
Tricenaria lex, *præscriptio* 371 d, 373 d
Triquadratum, *triangulum* 465 a
Τροχαδες, *calliculæ* 68 d
Tructani, *circulatores* 701 a
Trufari, *deridere* 747 b, 748 b
Tunica saccea *quid sit* 30 e f, 31 a b
Turibia *forte chorus, hemicyclus* 616 a b

U

Venia, *genuflexio* 808 b
Veredi, *equi quibus utebantur in viis publicis* 661 a
Verrucatus, *verrucis scatens* 809 d
Vesperæ. *Vide* Hora.
Violabiliter, *violenter* 801 c
Virginitatis devotæ honor 150 a
Viridarium, *cœmeterium* 770 e f. *Item hortulus et cœmeterium monasterii* 775 c
Universitas Agrippinensis, *Colonia civitas* 240 a
Vota, *fornix, ex gallico* Voûte 464 e
Wantes, *tegumenta sutorum* 512 e, 517 d

Z

Zappa (*vox italica*), *ligo* 788 e, 789 f
Zipelli, Zupelli lignei, *calones, calcei lignei, diversi a sandaliis* 915 a b, 789 f
Zona pellicea, *quid sit* 32 a

INDEX MORALIS ET REALIS

A

Abbates *olim sæpius simul episcopi* 514 c d. *Abbates S. Victoris diu simul fuerunt episcopi Massilienses* 563 d e f, 566 et seqq.

Abbatissæ *nomen datum præpositis canonissarum Aquisgranensium* 224 d. *Abbatissæ electio libera relicta monialibus Ursulanis, utut aliter subjectis* 216 b c. *Abbatissa benedictionem dat S. Bertholdo, converso Parmensi* 412 d

Abdenago, *nomen idololatricum* 184 a

Abercius, *nomen minus infrequens, quam existemavit Petrus Halloix* 498 b c

Abib. *Vide* Epiphi.

Absides *duæ in uno templo Coloniæ* 215 c d

Abstinentia *veterum monachorum laudata* 57 b c. *Abstinentiæ servandæ tenax S. Gebizo* 403 b. *Abstinentia B. Joannis Boni superare dicitur abstinentiam veterum eremitarum Ægypti* 851 d. *Vere fuit admiranda* 711 e f, 712, 752 b c. *Abstinentia carnis non præcepta canonicis* 223 e; *neque canonissis* 224 d e, 226 c

Acta *archiepiscoporum Rothomagensium, a Mabillonio in lucem data* 557 d e

Acta Martyrum *sincera in varias classes distributa* 530 d e

Acolythi. *Vide* Thurificatio.

Adipe *non vescitur S. Gebizo* 399 f, 403 b

Adolescentulum *se dicit S. Hieronymus, de ætate sua quadraginta trium annorum loquens* 61 a

Advocatus *quot habere posset placita* 228 d

Ædificia *nulla apud Hunnos* 113 e. *Ædificiorum exstruendorum causa notata in titulis* 210 d e

Æra Ascensionis *quæ sit* 627 f

Æra hispanica *triginta octo annis major æra vulgari* 627 a

Æra provinciæ Mauritaniæ 87 b

Æsculapius Ægyptius *seu Tosorther* 50 d. *Æsculapii sacerdotes Melphi subministrant maleficia amatoria* 48 b

Ætas *viginti annorum requisita in canonicis de Torello* 418 a

Agitator *circensis* 44 e

Alienandi *bona licentiam dat conventualibus Niciensibus Martinus V* 887 c

Albigenses, *Catharorum seu Patarenorum Italiæ progenies* 716 e; *diversi a Valdensibus* 716 e. *Illorum pseudopapa in finibus Bulgarorum* 717 b; *dicti Bulgari et Bugares; vide* Bugares.

Altare *terreum, quod exstructum fertur a SS. Maria Jacobi et Salome* 444 b, 453 a, 471 a. *In altaribus sæculo* XII *ordinarie condebantur reliquiæ etiam copiosæ* 240 d

Amphitheatra, arenæ *et* caveæ *in Galliis* 308 e f. *Amphitheatrum Meldense seu ecclesia cathedralis* 307 e

Amuleta *Ægyptiaca* 50 c d

Amygdala *plantata a B. Joanne Bono subito arbusculam profert frondescentem, et postmodum crescit in arborem et fert fructus* 758 f, 785 b c, 788 e f

Anachoretæ, *deserti incolæ* 356. *Anachoretæ apud orientales* 688 e

Analogium *in templo Claromontano* 73 d

Angelus *S. Finianum reprehendit de severitate erga subditos* 339 b, 340 c d. *Angelus puerili specie solet apparere S. Gebizoni* 400 f, 401 a. *Angelico ministerio duæ afferri dicuntur Carmelitis tabulæ* 43 c. *Angelus Dei ostendit chartam, qua Augustinienses S. Irenæ latifundium sibi vindicant* 423 b

Animantium *clamores in deserto dæmonum terriculamenta habita* 46 c d. *Animalia sacra in Helgoland* 291 c. *Animalium nomina data primis christianis atque etiam gentilibus* 159 b

Annulus *ex aurichalco inventus in falso loculo S. Caji papæ* 88 a b. *Annulus sponsalitius S. Ursulæ* 214 b. *Annulos in digitis ferendi consuetudo Romanis propria* 517 a d. *Annuli mentio raro fit in diplomatibus sæculi* VII 532 d.

Anni *initium computandi modus Bononiæ* 888 e

Annus gratiæ *introductus in capitulum S. Ursulæ* 229 e; *secundus introductus* 231 a; *annus gratiæ etiam servatus, ubi præbendata mulier erat laica* 231 c

Anonymi *omnibus literis alphabeti olim promiscue designati* 92 a b d

Anticiminon (Αντικειμενον) *liber, num S. Bertario tribuendus* 669 c d e f

† Antonii *ignem sub finem sæculi* XI *S. Bertholdus, conversus Parmensis, Viennæ sanat* 412 e f

Apostatæ *septem ex comitatu SS. Georgii, Joannis, Juliani et sociorum eadem die morbis occumbunt* 561 e

Apocrisiarius *sanctæ sedis in synodo Altheimensi Petrus, episcopus Hortensis* 383 f

Apostemata. *Vide* Cancer.

Apparet *Christus B. Joanni Bono formis variis* 747 d. *Apparitiones virginum Ursulanarum* 239 a b. *Apparentibus sanctis patronis Coloniensibus, servatur ab hostibus civitas* 380 d. *Apparitio trina S. Cordulæ describitur; hinc celebritatis origo* 162 d e, 380 385

Aqua *quomodo asportata per desertum* 23 d e. *Aqua advectitia utuntur Ostrocini* 18 c. *Aquæ lapidescentes S. Illidii. Vide* † Illidii abbatia.

Aquæ frigidæ *judicio recognitæ reliquiæ* 242 b c d

Aqua benedicta, *quam assidue habebat in cella, signat se B. Joannes Bonus* 713 e

Aqua, *infusa S. Wendelini reliquiis, oculi sanantur* 349 b, 350 a. *Aqua in vinum conversa a B. Joanne Bono, ut eremitam ad veram de Eucharistia fidem converteret* 747 b c

Ara, *jubente S. Abercio, Roma Hierapolim a dæmonæ delata* 508 d

Arbores, *sicca ligna, nuclei plantati, oratione B. Joannis Boni, subito crescunt et florescunt* 719 c, 758 f, 759 a, 760 e f

Arca *marmorea seu tumulus novus B. Joannis Boni, anno* 1251 *ejus corpori datus* 757 e f, 877 d e

Archidiaconi *appellatio et dignitas antiquissimæ* 535 b c d. *Archidiaconi munus grande Claromonte* 72 c e

Architectus *Coloniensis sæculi* XII *Regibernus canonicus* 213

Arenæ, amphitheatra *et* caveæ *in Galliis* 308 e f

Argumenti *negativi vis et debilitas* 56 a. *Eo argumento excludit Baronius Cyriacum papam* 102 a

Aromata *in sepeliendis martyribus adhibita* 7 e

Artes *discant canonici* 223 b

Arthritidi *laborantibus succurrit B. Joannes Bonus* 756 e f, 763 c, 766 a, 778 b c d, 859 et seqq.; 861 et seq.; 868 et seq.

Articularis morbus. *Vide* Arthritis.

Arundinibus *sub ungues ingestis, tentationem carnis vincit B. Joannes Bonus* 711 d

Aruspices 510 a d
Ascetæ *vetus monachorum nomen* 35 f
Asello *utitur uxor præfecti prætorio* 47 a. *Asino vectus S. Hilarion. Vectura hæc nequaquam humilis. Asinorum Ægypti laudes* 25 d e f. *Asino fugere parat S. Hilarion* 52 e. *Asinus dicitur corpus laboribus frangendum* 46 e
Assumptio B. M. V. *Altare in canonica de Torello* 418 e
Asthmate *laborantibus subvenit B. Joannes Bonus* 764 f
Asyli *jus singulariter inviolabile est in S. Wendelini templo* 348 e, 349 e
Avaritiam *in suis monachis detestatur S. Hilarion* 52 a b c. *Avaritia Coloniensium ante Attilæ adventum* 135 a b
Auctoritas *Attilæ in suos* 138 d
Audacia *insignis Attilæ* 121 e
Aves *manducat S. Epiphanius ex monacho episcopus; nequaquam S. Hilarion* 29 e f
Augures 510 a d
Augustiniani, *seu eremitæ ord. S. Augustini in Italia sæculo* XIII *ante unionem magnam* 734 e; *vide* Eremitæ. *Augustinianusne eremita umquam fuerit B. Joannes Bonus* 696 d e f
Aureola *de factis operibus carent infantes martyres in utero matrum occisi* 185 c
Auriga *Gazensis, percussus a dæmone et a S. Hilarione curatus* 47 c. *Jubetur arti suæ renuntiare, priusquam christianus fiat* 47 c, 49 d

B

B, p, ph, v, f, *literæ mutatæ in* g *et* ch 308 d
Bacchus *sculptus in sepulcro S. Mauronti* 369 d
Bacilli lictorum *in coloniis* 55 e f
Baculo *quare utitur S. Hilarion et alii monachi* 31 e. *Baculo arenas discutit S. Hilarion* 52 e
Bagaudia *seu factio servilis paucis describitur* 121 f, 122 a. *Non confundenda cum Armoricana* 122 a
Banditæ curiæ. *Vide* Curiæ.
Baptismus *olim non collatus valentibus extra constituta tempora* 166 f, 169 c; *baptismum in adolescentia tantum accipit S. Hieronymus* 37 a; *baptismus in titulo sepulcrali exhibitus* 170 a
Barbam *semper longam gerebat B. Joannes Bonus* 714 e, 849 d
Barbaros *auxiliatores disciplina militari cohibebant Romani* 120 a b. *Barbaros in provincias Romanas deducere maximum scelus* 120 a. *Barbari quanta impietate agerent in captas civitates* 134 e f, 135 a. *Barbarorum grassationes quam immanes* 147 e f, 150
Barbati *quinam dicti in monasteriis* 140 c
Basilicæ *ordinarie sunt vel monateria vel ædes cœmeteriales, extra mœnia posita* 214 c d. *Basilicæ cœmeteriales* 211 f. *Basilicæ suburbanæ* 139 d. *Basilicæ sub invocatione B. M. V. sæculo* IV *antiquiores* 574 a b d; *num sub hoc titulo ecclesia a S. Mellono dicata* ibid. *Vide* † Trinitatis. *Basilica martyris Asterii* 11 a
Beatificatio *significabatur olim elevatione tumuli supra terram* 235 b. *Beatificatio B. Joannis Boni a Sixto* IV 743 a b; *bulla beatificationis quid habeat singulare* 743 b c; *coli potest publice ut beatus in orbe universo et ab omnibus, quod de nulla alio beato hodiedum concessum est* ibid.
Benedicendi *expansa manu ritus* 51 b. *Benedicit hominibus S. Hilarion, licet presbyter non fuerit* 48 d. *Benedicit variis rebus S. Hilarion* 51 b, 52 b. *Benedictionem dat S. Bertholdo, converso Parmensi, abbatissa S. Alexandri* 412 d. *Benedictæ res inanimatæ* 54 b. *Benedictio poculorum antiquissima* 50 a b. *Vide* Panis *et* Oleum.
Benignitas *et mansuetudo B. Joannis Boni* 721 d e f, 722 a b c. *Benignitas, si opportunum esset, severitate temperata* 721 d e
Bibliotheca *Malatestiana Cæsenæ* 705 f
Biographi *B. Joannis Boni* 745 et seq.
Bireti *sive infulæ B. Joannis Boni conservatio miraculosa* 738 f
B. M. *Ex his siglis contenderunt Sardi multa apud se esse martyrum corpora* 469 e
Boæ *dicuntur boves deglutire et vi spiritus attrahere* 56 e, 58 b d
Bogomilæ, *nomen slavicum Manichæorum ævi medii* 707 a b
Bollandiani *socii tria genera monumentorum exoptarunt* 768 a
Bona *sua olim retinebant monachi* 307 a b. *Bonorum administratio magnam partem negata abbatissæ* 225 b. *Bonorum administratio quam difficilis olim et quam caro constans* 217 e f, 218 a b c. *Vide* Alienare.
Bonorum operum *participes faciunt anno* 1246 *canonissas Ursulanas FF. Prædicatores* 231 c d
Boves *masculos habent S. Hilarionis discipuli* 32 b c
Braccis *vix utuntur monachi* 31 f
Brachium *S. Petri apostoli falso dicitur in Aragoniam delatum* 635 d e
Breviariorum *ætas* 80 b. *Breviaria Romana antiquiora* 42 f, 43 a. *Breviaria et Missalia Romana antiqua. S. Cyriacus fabulosus papa* 276 e f, 277 a b. *Breviarium Romanum mutatum in officio de S. Ursula* 75 d
Brictinenses *eremitæ, ord. S. Augustini, diœcesis Fanensis* 816 a; *eorum constitutiones* ibid.
Bronchocele *depellitur ope B. Joannis Boni* 762 b c, 787 a b, 813 f et seqq.

C

C. *Hac litera anonymus designatus* 92 a
Cabirorum *cultus impurus* 21 c
Cadavera *comburunt Romani* 234 a. *Cadavera aliquando terra ejecta* 234 c
Cæcitas *non impedit Paulum diaconum Cassinensem ne doctissimus fiat* 398 b c. *Cæcum illuminat S. Bertholdus conversus Parmensis* 413 a b; *item pistorem* 413 d e. *Cæcis succurrit B. Joannes Bonus* 760 e, 761 e, 762 a, 763 d, 764 a e f, 765 f, 766 d e, 767 a, 775 et seq., 791 f, 796 a. 803 et seq., 804 f et seq., 805 b et seq., 857 et seq., 863, 871 et seq., 872 et seq., 876 et seq. 883. *Cæcæ mulieri visum restituit B. Gundisalvus de Lagos* 425 f, 426 a
Cagia. *Vide* Chagia.
Calasires, *altera classis bellatorum in Ægypto* 23 a
Calceamentis *vix usi pristini monachi* 31 e f. *Calceis non utebatur B. Joannes Bonus* 747 d. *Calcei impediunt Hunni ne pedibus pugnent* 115 e
Calendaria *antiqua permulta recensentur et illustrantur* 40, 41, 42. *Calendarium Constantinopolitanum sæculi* VIII 41 a
Calliculæ *describuntur* 68 b c d e
Calligraphiam *exercet B. Gundisalvus de Lagos in describendis libris liturgicis* 424 a
Camaldulenses *Mantuæ* 775 c
Cameli *elocati viatoribus per desertum* 52 f. *Camelis iter confectum metu serpentum* 18 b. *Camelorum insessio periculosa* 63 a. *Camelis vehitur interdum S. Hilarion* 25 f, 26 c. *Camelos sedere* 65 f, 69 b. *Dromedarii* 66 c. *Camelis dromadibus locatis asportatur aqua per desertum. Unus camelus tantum aquæ*

aquæ ferre potest quantum intra unum diem centum Gallis militibus sufficit 23 d e. *Camelus bacter, dæmone obsessus habitus, dum venere uteretur* 48 e. *Eum mansuefacit S. Hilarion* 48 e f. *Camelus, venere agitatus, habetur a dæmone possessus* 51 d. *Camelorum Bactriæ et Arabiæ differentia* 51 c d. *Camelina lana texuntur cilicia* 30 e f
Cameræ aureæ *in Ursulana basilica descriptio* 214 a b
Camisia. *Vide* Interula.
Campanarum *Duravelensium inscriptiones* 39 b. *Campanarum officio præfectus S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 c. *Campanæ mirabiliter pulsantur, ubi obit S. Bertholdus conversus et campanarius* 413 b c. *Aliud miraculum* 413 d. *Campanæ sponte sua motæ Fesulis, adveniente S. Donato* 636 e f
Cancellarii *seu notarii ecclesiastici* 770 a
Cancere, *fistula et ulceribus laborantes juvat B. Joannes Bonus* 737 c d, 738 e f, 739 d, 760 b c, 762 c, 764 d, 767 d, 779 e f, 780 a b, 784 c d, 786 e f, 787 a, 789 c d e, 790 f, 792 a, 801 et seq., 811 e et seq., 818 f, 825 et seq. 868 et seq.; 869 et seqq.
Candelis *indicata sepulcra Ursulana* 279 b. *Candelæ mirabiliter accensæ, ingrediente S. Donato ecclesiam Fesulis* 636 e f
Candida, *vestis militum ostensionalium* 50 f
Candidatus *Constantii imperatoris, a dæmone obsessus, liberatur precibus S. Hilarionis* 48 c
Canonica vita, regula, canonici, canonissæ regulares et sæculares. *Vitæ canonicæ sæculo* IX *et deinceps propagatio* 222 f, 223 a. *Canonicæ regulæ origo et fontes* 223 a. *Canonicorum regularium præcipuæ leges* 223 b c d e. *Canonici non possunt deserere suum statum* 223 c d. *Canonici regulares antiqui an vere religiosi habendi sint* 223 f. *Canonici generatim promoti ad ordines* 223 d. *Canonici sæculares oriuntur in Hannonia et Brabantia* 227 a. *Canonissæ Aquisgranenses possunt cum superiorum venia alio transire* 224 c. *Alia earum instituta* 224 *et seqq. Canonissæ redimuntur soluta pecunia, ut possint alio migrare* 223 f, 226 b. *Canonissarum in uno capitulo triplex genus* 228 a b. *Canonissæ regulares quando cæperint deserere suum statum et fieri sæculares* 226 d e f, 227 a b c. *Canonissarum monasteria quandoque adjuncta monasteriis canonicorum* 871 b c. *Canonici sæculares in capitulis sæcularibus canonissarum* 227 b. *Canonici quot essent in Ursulana basilica* 227 c d. *Canonissarum S. Ursulæ instituta* 224 c d e f, 225, 226, 227. *Fuerunt vere moniales et religiosæ* 224 c d, 225 c d e f. *Secutæ sunt regulam Aquisgranensem* 225 d e f, 226 *et seq. Canonissæ basilicæ Ursulanæ sub religionis habitu castitatem professæ* 221 e. *Canonissæ S. Ursulæ Colonienses castitatis legibus adstrictæ* 298 d. *Canonissæ, dictæ choro inservientes et illustres, in capitulo S. Ursulæ* 227 f. *Canonicorum Comensium numerus auctoritate apostolica definitus* 419 a b. *Canonicus S. Crucis voluntariæ se mendicitati addicit* 250 d. *Canonicorum regularium S. Mariæ de Torello in diœcesi Comensi constitutiones* 417 f, 418 a b c d e
Canonica S. Petri de Taberna *seu liber conscriptus a monacho, jamjam morituro, exiguæ auctoritatis* 635 d e f, 636 a b c
Canonicus cursus, *explendus in monasteriis* 216 a
Canonizatio *B. Joannis Boni expetitur* 739 b, 740 d, 743 a c, 744 e f
Cantatores, cantilena, cantus. *Cantatores francigenorum publice cantabant in plateis* 699 a. *Cantilena Oliverii* 699 b; *item Rolandi* 699 b. *Cantus cælestes audit B. Hermannus Josephus, scribens officium metricum S. Ursulæ* 299 c
Capellani episcopalis *officium sæculo* X 394 b. *Capellanus Leidradi, electi episcopi Bremensis, S. Unni* 375 f
Capilli *incuria S. Hilarionis* 30 d
Capitula *nobilia libera quando cœperint* 226 d e f, 227 a b c
Capitula *generalia quantæ sint antiquitatis* 730 d
Capitulum generale *singulis annis celebrandum ab eremitis de Brictinis* 816 b
Cappæ *in octava Paschæ adhibitæ* 228 e. *Cappa utitur B. Joannes Bonus* 714 f
Cappa. *Vide* Cuculla.
Caprina *lana texuntur cilicia* 30 e f
Captivi *fidem Christi per Sueciam propagant* 396 a
Carbones *in sepulcris positum* 420 b
Carcere *detentos liberat B. Joannes Bonus* 764 c, 813 b
Cardinales presbyteri *an ulli ita dicti sæculo* V 166 e f. *Cardinales ficti* 243 d e, 244 a
Caritas *SS. Antonii et Hilarionis mutua* 19 e f. *Caritas neophytorum in Palæstina* 22 d. *Caritas S. Annonis Coloniensis laudatur* 298 d. *Caritas in Deum B. Joannis Boni* 720, 721. *Ejusdem caritas erga persecutores* 725 d e f. *Item in subditos* 840 c. *Miracula in gratiam fratrum suorum* 719 c d e. *Ejusdem caritas in proximum* 721 et seq., 835 e, 845 e
Carmeli *ordo specialiter devolus erga Deiparam* 440 e
Carnis *coquendæ modus usitatus Hunnis* 115 e. *Carnes ter in hebdomade concessæ canonicis de Torello* 418 d. *Carnium abstinentia B. Joannis Boni* 747 c, 748 c. *Aliquando tamen manducabat* 711 f, 712 a b; *scilicet in infirmitate* 776 e; *et quidem modicissime* 839 a, 840 b
Carpenta *Hunnorum* 116 a
Carratæ *vini pretium sæculo* XI 217 f
Cartallus *inventus in sepulchro S. Mariæ Magd. Vezeliaci* 445 f. *Vide* Schedula.
Carthusianis *præscripta singularum hebdomadarum confessio num semper fuerit sacramentalis* 723 f, 724 a
Caseo *non vescitur S. Gebizo* 399 f, 403 b
Castitatis *emblema* 225 d e. *Castitas Saxonum et Gotthorum* 137 e. *Castitas cum Dei ope possibilis inter media pericula* 60 f. *Castitas præcepta canonicis* 223 d. *Item canonissis* 224 d. *Castitatis legibus adstrictæ Colonienses canonissæ S. Ursulæ* 298 d. *Castitatis causa mors sponte suscipitur* 142 e f, 143 a. *Castitas per bestias defensa* 69 c. *Ajax Majumas uxorem relinquit ut prius ascesim, dein episcopatum Bethleensem suscipiat* 22 e. *Castitas S. Ciliniæ miraculo defensa* 206 f. *Castitas B. Joannis Boni* 724 f, 725 a b c. *Tentationes contra hanc virtutem dirissimis cruciatibus vincit S. Joannes Bonus* 693 e, 724 f, 725 a b c. *Castitatis periculo quomodo liberatur B. Gundisalvus de Lagos* 425 d e f. *Castitas S. Malchi summorum periculorum victrix* 65 b c. *Vide* Mors.
Castra, *perfugia monachorum orientalium* 685 c d
Cataphryges *seu* Montanistæ *quando exorti* 488 f, 489 a
Catechumeni *initiati per crucis signum* 52 a; *a lectoribus olim instructi* 71 f
Catechismus *pristinus* parvus *quæ contineret* 709 e. *Catechismum parvum sæculo* XI *doctus S. Bertholdus, conversus Parmensis, in pueritia* 414 a. *Catechismum pueris et agricolis quanta industria B. Gundisalvus*

B. Gundisalvus de Lagos explicat 425 c d
Cathari *quando apparuerint in Belgio et Gallia* 716 b; *iidem sunt ac Patareni* 716 b, *et Albigenses* 716 c; *de iisdem monumenta historica* 718. *Eorum dogmata. Vide* Patareni.
Caveæ *seu amphitheatra in Galliis* 508 d e f
Cellarum *veterum monasticarum reliquiæ* 33 b. *Cella ipsa eremitarum sepultura* 546 a b d. *Cellula S. Hilarionis et S. Antonii* 32 e. *Eorum discipulorum* 33 b. *Cella eremitica B. Joannis Boni, distans a conventu* 790 a. *Ejusdem descriptio* 709. *Cellæ suæ custos assiduus B. Joannes Bonus* 709 f, 710 a b, 842 a; *exit tamen causa caritatis* 842 a. *Cellam B. Gundisalvi de Lagos præ reverentia nemo Turribus Veteribus inhabitat* 427 d e. *Vide* Eremitæ.
Cellerarius *apud canonicos* 223 c
Census *capitalis servorum sæculo* x 218 e. *Quo mense solveretur* 218 c. *Census annuus sibi et posteris impositus* 220 b f, 221 a. *Censu annuo promisso S. Wendelino, extinguitur Sarra ponte incendium* 549 b c
Centauri *sculpti in sepulcro S. Mauronti* 369 d
Cereus *trecentilibris singulis annis a Ferdinando Bavaro in basilica Ursulana oblatus* 287 d. *Cerei oblati a peregrinis* 347 b. *Cereus ad mensuram oblatus S. Anatolio Cadurcensi* 512 f, 517 f. *Cereus incendi visus mirabiliter* 515 b. *Cereorum subito accensorum miraculum invocatione B. Joannis Boni* 755 a, 884 et seq.
Cervisiæ *quantitas olim danda canonicis et monachis* 218 a b c
Chabar, Chabir, Chubar, *id est* Magnus, *deus Saracenorum* 21 b c
Charonium. *Vide* Plutonium.
Chlamys *Ursulana, confraternitas* 294 a, 296 e
Chorearum *vestigia quæ superesse dicebantur in Helgolandia* 292 a
Christi *seu crucis signo ad catechumenatum admittuntur gentiles* 32 a
Christiani *nominis ergo Armoricani se subdunt Clodoveo I* 108 d
Chronicum Athanasianum *nuper editum* 28 a
Chronicon Eusebii *describitur* 479 e f; *editiones ante et post inventum codicem Haicanum seu Armeniacum* 480 a b c d e f, 481 a; *numeri annorum varii in variis editionibus* 489 c
Chronici Paschalis *sphalma* 28 a b
Cibus *communis canonicorum* 223 c; *item canonissarum* 224 e. *Cibus S. Hilarionis* 32 e. *Cibus Hunnorum* 115 d e. *Cibi quantitas qua utebatur B. Joannes Bonus* 776 e f, 777 a. *Cibus incoctus usitatus a monachis Nisibenis* 62 a
Cilicium *quid sit* 30 e f, 31 a b. *Cilicium S. Hilarionis* 30 e f; *materia et forma* 30 e f, 31 a b. *Cilicium S. Jacobi Nisibeni* 61 f. *Cilicium asperum induit S. Gebizo* 599 e. *Cilicio utitur S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 c. *Cilicia improbat Cassianus; alii probant* 31 b
Cingulum *seu* Corrigia *B. Mariæ Virginis allata Dertosam fertur ab ipsa Matre Dei* 579 a. *Cingulum B. Joannis servatum incorruptum* 756 b. *Ejusdem cinguli sive zonæ incorruptio* 758 f
Circenses *equi et ludi Gazæ* 20 e, 47 f, 48 a. *Circensium pestis profligata a Salviano* 154 d. *Perdite amati a Romanis* 154 c. *Circum non adit S. Hilarion puer* 44 a. *Circenses ludi quo tempore suppressi* 49 f
Circulatores *in curiis banditis* 699 b
Cisterciensis *ordo semper habuit capitula generalia, itemque præ ceteris filiationem monasteriorum* 730 d. *Iidem monachi primi fuisse dicuntur qui verum ordinis nomen meruerint.* 730 d
Civitas *una, constans ex oppido et portu viginti stadia distantibus* 45 f
Clarissæ *virgines quoties ex præscripto regulæ communicent* 721 a
Clarissimatus *quamdiu in usu* 212 b
Classis *Misenatis officium* 27 a; *item Ravennatis* 27 a; *item Alexandrinæ* 27 a; *item Carthaginensis* 27 a; *classes militares et frumentariæ* 27 a
Claves *Hierosolymarum delatæ in Gallias* 58 e. *Claves sepulcri Domini delatæ in Gallias* 58 e
Claustrum *canonicorum* 223 b. *Claustra duo conventuum eremitarum S. Augustini* 726 f, 727 a; *alterum ubi loqui licebat, alterum ubi mortui sepeliebantur* 775 c, 776 d
Claustrales *domos vendunt Ursulanæ canonissæ* 227 a
Clementia *B. Joannis Boni* 753 b c
Clericos *commendat B. Joannes Bonus, a quibus abhorrebant Patareni* 716 a, 717 e f, 718 c
Cluniacensis *congregatio habuit abbates generales* 730 d
Cœmeteria *suburbana* 139 d. *Cœmeteriis Romanis præpositi presbyteri* 105 e. *In iisdem sæpe missæ celebratæ* 105 e. *Cœmeteria Romana summa negligentia olim maxime observata* 89 a b. *Cœmeterium Cassinense commune* 404 e f
Cœna Domini. *Hac die cum suis manducabat B. Joannes Bonus* 713 c d
Cœnobium *distinctum a monasterio* 33 a b. *Cœnobitæ apud orientales* 688 e
Cognomina *in nomina mutata* 588 b c
Collatio *quotidiana canonicorum* 223 b. *Collationes seu sermones publici in templo Sorbonensi* 290 a
Collector *pecuniæ pro bello sacro B. Guilielmus, episcopus Comensis* 419 d e f. *Colligendæ pecuniæ modus* 419 d e f
Colloquia *S. Salomæ cum Salvatore, apud Clementem Alexandrinum* 436 a. *Vide* Recreatio.
Colobio *vestiti martyres* 139 c
Coloniarum *magistratus* 47 f, 49 e f
Columba *prodigiosa in Ursulana basilica* 212 b. *Ea dicitur indicasse S. Ursulæ tumulum* 256 a b, 257 e. *Columba insidet B. Hermanno Josepho, officium metricum scribenti de S. Ursula* 299 b c. *Columbellas appellat B. Hermannus Josephus virgines Ursulanas* 299 c e
Coma *insignis filii Clodionis regis Francorum* 129 a
Comitialis morbus 739 e f; *vide* Epilepsis.
Commissæ, *species sororum conversarum, in abbatia S. Alexandri Parmensi* 411 a
Commissarii apostolici *processuum in causis canonizationum et procedendi modus* 769 a b. *Iidem in processibus in causa B. Joannis Boni constructis* 768 f
Commune, *civitas aut ejus magistratus* 784 a
Communio *bis in hebdomade apud monachos* 34 b; *ter in anno præscripta canonicis de Torello* 418 d; *causæ communionis rarioris a sæculo* IX *ad* XVI 720 f. *Communio frequens quæ esset sæculis* XII *et* XIII *et a sæculo* IX *ad* XVI 720 f, 721 a, 747 b, 748 c. *Communio frequens B. Joannis Boni* 720 d f, 721 a, 750 c; *scilicet communicat singulis dominicis* 777 c
Computus Corbejensis, *ab Adamo Bremensi adhibitus quid sit* 576 f, 577 a
Conciliorum *celebrandorum ratio feria* II *non videtur omnino generalis fuisse* 584 e f
Concilium Aquisgranense *sub Ludovico Pio, in quo edita forma institutionis canonicorum et sanctimonialium* 659 f. *Concilium romanum in causa Joannis Ravennatensis sub Nicolao I* 649 b c
Concionum *tempore petebantur olim eleemosynæ* 135 807

807 d e; *et quidem plus quam nunc* 875 e. *Concionandi ardor B. Hieronymi Garibi* 888 f, 889 a. *Conciones imprudentes de S. Ursula* 73 e f
Concussionem *judicum ut præcaveret Carolus Magnus* 371 f
Condonatione *injuriarum insignis S. Epiphanius* 29 f
Confitebantur *invicem olim de quotidianis et levibus non solum monachi, sed ipsi etiam sæculares, licet perraro* 723 a b. *Confessio venialium mutua a Jacobo apostolo præcepta fuisse asseritur* 723 b c d; *commendatur* ibid.; *quatenus in usu sit etiamnum in monasteriis* 723 c; *confessio venialium sacramentalis quomodo sensim frequentior facta sit* 722 f, 723 d f, 724 a b; *non fiebat ea antiquitus in monasteriis certis diebus, sed pro arbitrio conscientiæ* 723 d e, 724 b. *Confessio semel, ter, quater aut sexies in anno præscripta aut usu inducta* 722 f. *Confessio privata ter in anno ante communionem præscripta canonicis de Torello* 418 d. *Confessionem instituit B. Joannes Bonus apud episcopum Mantuanum* 746 f; *eam instituebat frequenter postquam sæculares erat allocutus* 845 b, 846 e. *Confessio frequens B. Jonnis Boni* 722 e, 730 b, 751 a, 852 d; *imo quotidiana* 724 d e f; *confertur cum aliorum sanctorum virorum frequenti confessione* 724 e f. *Confessarium proprium non habebat B. Joannes Bonus, sed confitebatur plerumque primo sibi occurrenti sacerdoti* 839 b, 840 c. *Confessionum locus tum in monasteriis, tum in ecclesiis parochialibus antiquitus quis esset* 724 b c d; *sedes confessionales hodiernæ a tribus sæculis inductæ* 724 c, 877 e f. *Confessiones audit Coloniæ S. Norbertus* 241 a. *Confessoris eligendi facultas concessa a Bonifacio IX confratribus B. Mariæ de Gratia Ulyssiponensibus* 423 d. *Confessarii duo in monasterio S. Alexandri Parmensi* 411 c
Confessores *quinam antiquitus dicerentur* 141 f. *Confessorum cultus brevi post medium sæculum* IV *jam usitatus* 53 a. *Confessores sæculo* IV *jam colunt Palæstini* 40 d. *Confessorum pontificum et et non pontificum Officia jam pridem diversa* 310 d e
Confraternitas *B. Gundisalvi de Lagos Turribus Veteribus* 426 e. *Confraternitas S. Hilarionis exstabat Duraveli ineunte sæculo* XVI. 39 b. *Confraternitas S. Wendelini* 347 d e
Confraternitas. *Vide* Chlamys, Congregatio, Navicula, Sodalitas.
Congius sacer *quantus* 53 f
Congregatio *sacerdotum Coloniensium ad augendum splendorem supplicationis in honorem S. Ursulæ* 288 a b. *Vide* Sodalitas.
Conjecturæ *historicæ non sunt mendacia* 154 e
Conjux *aliquando commendata precibus monachorum, priusquam haberetur* 353 a b
Conservatio *corporis B. Joannis Boni; vide* Corpus: *item cucullæ; vide* Cuculla.
Consignando *Elpidii, præfecti prætorio, liberos, eos sanat S. Hilarion* 47 b
Consolatur *mœstos et tribulatos B. Joannes Bonus* 721 e, 722 a
Consules *Anconæ orti sæculo* XII 246 d. *Consules Comi ineunte sæculo* XII 414 f
Consulares *provinciis Belgicis præfecti* 153 e. *Consularis Palæstinæ* 48 d. *Consularium liber* 130 d
Consultandi *modus Hunnorum* 115 f
Consus deus. *Festa in ejus honorem* 47 f
Conventus *primus congregationis B. Joannis Boni* 732 d. *Conventus a B. Joanne fundati* 726 et seqq; *vide singula nomina.*
Conversatio *B. Joannis Boni cum subditis* 773 a; *item cum fratribus suis* 789 b; *item cum proximo* 842 b; *quam dulcis esset et fructifera* 843 e, 845 e
Conversio *S. Hilarionis ad fidem* 44 a. *Conversio ad fidem avi et familiæ Sozomeni* 22 b. *Conversio B. Joannis Boni a vita libidinosa* 701, 848 f. *Conversiones hæreticorum* 718 b c d; *peccatorum ad gratiam et ad vitam religiosam* 721 b c d, 762 f. *Conversiones ad fidem, virtutem aut vitam religiosam miraculis B. Joannis Boni* 834 c, 837 a. *Conversio Britannorum* 78 e f. *Conversio ad fidem incolarum Majumæ et Libani* 20 d e. *Conversi plurimi Syri, Saraceni et Persæ per monachos* 62 e
Conversorum *origo et fata* 410 a b c d e. *Viri conversi in monasteriis monialium* 410 e, 412 b c. *Conversorum speculum S. Bertholdus Parmensis* 412 f, 413. *Conversi in canonia de Torello* 418 d
Convivia *publica parata joculatoribus* 700 d
Cordium *arcana noverat B. Joannes Bonus* 719 e, 755 c, 758 f, 759 f, 762 f, 782 c, 790 b c d, 829 a b
Corona sacerdotalis *gentilium* 53 d. *Coronatus incedit sacerdos gentilis Elusanus* 52 a
Corporis *vires maximæ* 47 c d. *Corpora sanctorum sæculo* VII *nondum in partem solebant dividi* 236 f. *Corporis unius sancti duplicatio* 236 a e, 237 a. *Corpus S. Cordulæ, Quirini filiæ, quando inventum* 584 d e. *Corpus S. Hilarionis, Moglenensis episcopi, post mortem perseverat incorruptum* 406 f. *Corpus B. Joannis Boni ubi et quando terræ mandatum* 757 b. *Corpus B. Joannis Boni integrum repertum post centum et plures annos* 755 c; *immo post multa sæcula* 738 b c, 740 e f, 742 c d. *Vide* Inventio, Reliquiæ, Translatio.
Cosmodromii *Gobelini Personæ ætas* 82 b
Credulitatis *humanæ insigne exemplum* 235 d
Criniti *reges* 130 d
Crocodili *ubi potissimum in Ægypto* 19 b
Cruciatum bellum *anno* 1215 *ab Innocentio III indictum et ab Honorio III promotum* 417 e, 419 c d e f
Crudelitas *Gepidarum* 137 d. *Item Tamerlani et Turcarum* 130 b
Crurium *morbi curantur ope B. Joannis Boni* 739 d, 874 b, 806 b
Crux *pendula in monasterio Windbergensi, reliquiis plena* 282 a
Crucis *D. N. J. C. cultor assiduus B. Joannes Bonus* 710 b. *Crucis supplicio afficiuntur a Saracenis SS. Gregorius, Joannes, Julianus et socii* 561 e f. *Crucis lignum dicitur ad aquæ fundum descendere* 242 c
Crucis signum *impositum neophytis* 53 d. *Crucis signo pocula remotissimis temporibus benedicta* 50 a b. *Crucibus tribus littori impressis mare cohibet S. Hilarion* 28 b, 56 f, 57 a. *Vide* Catechumeni, Consignare.
Cuculla *S. Hilarionis* 30 e. *Cucullæ forma et usus* 31 c d, 714 e. *Cucullæ sive cappæ aut tunicæ B. Joannis Boni conservatio post multa sæcula* 738 c d e f, 742 e. *Cuculla, vestis monachorum, non canonicorum* 223 d
Cultus *S. Hilarionis antiquitas* 16 f, 17 a et passim. *Idem mirum in modum propagatus* 40, 41. *Palæstini jam sæculo* IV *colunt confessores* 40 d. *Coli cœpisse videntur SS. Justus et Viator Lugdunenses sæculo* IV 70 b c d. *Cultus S. Bertharii acriter impugnatus et strenue defensus* 667 d e f, 668 a. *Vide* Bovius. *Cultus antiquus B. Joannis Boni* 737 et seqq. *Cultus exhibitus imaginibus et reliquiis*

quiis sanctorum est relativus 474 f, 475 a b c. *Quid requiratur ut tum publice tum privatum permittatur* ibid. *Non reddit certam primævam reliquiarum originem* ibid. *Vide* Sancti.
Cupido *sculptus in sepulcro S. Mauronti* 369 d
Cupressus *aliæque frondes intra sepulcra positæ* 420 f
Curia, *senatus coloniarum* 49 f
Curia magna *occasione nuptiarum anno* 1340 *Mantuæ celebrata* 700 b; *anno* 1500 *Mediolani* 700 c; *anno* 1535 *Veronæ* 700 c; *Genuæ propter victoriam anno* 1227 700 c d
Curialem *vitam deserit Adulfus de Warnevilla* 96 a b
Cursus Bobiensis *determinatur ex instrumento translationis sub Joanne abbate* 615 b c
Cursus canonicus *explendus in monasteriis* 216 a
Cyclopici muri *Fesulis* 660 a
Cycli paschales *in ecclesia varii fuere* 529 b d; *distinguuntur quatuor epochæ* 529 b c d; *cyclus Judæorum annorum* 84, 529 b; *quamdiu Romæ in usu fuerit* 529 c; *cyclus Metonis et Anatolii* 529 c; *Eusebii Cæsariensis* 529 c; *Alexandrinus* 529 c; *Mediolani adhibitus* 529 d; *Victorianus quando adhiberi cæperit* 529 c; *Cyrilli Alexandrini* 529 c d; *Dionysianus* ibid. et 530 d; *Sulpicii Severi quo Hiberni Britones et Scoti usi sunt* 529 e f

D

Dæmones *certis vitiis dominantes* 50 d e. *Dæmon insolenter superbiens a S. Abercio devictus* 503 a b. *Dæmonem in idolo latitantem manifestat et expellit S. Mellonus* 572 a b c. *Dæmonum ludibria in S. Hilarionem* 44 d e. *Dæmon invocat S. Hilarionis opem* 53 f. *Dæmonum voces auditæ ex ruderibus templi gentilium* 57 d. *Dæmonis ope syriace loquitur Francus* 48 d. *Dæmon per maleficia sub limine ligatus* 48 b c. *Dæmon propter homines invadit animalia* 48 f. *Dæmones apparent S. Gebizoni eumque torquent* 400 b c d, 402 b f. *Dæmonio liberatur Alaphion per preces S. Hilarionis* 22 b c
Dæmoniacis *formidabilis S. Anatolii Cadurcensis loculus* 512 e f. *Dæmoniaci sanantur ad feretrum S. Wendelini* 549 b. *Dæmoniaci alii sanati* 495 f, 496 a. *Auriga Gazensis* 47 c. *Marsitas Hierosolymitanus* 47 c d. *Orion Ailensis* 47 d e. *Dæmoniacus Romæ prodit S. Hilarionem degentem in Sicilia* 53 d. *Curatur idem a S. Hilarione* 53 d. *Dæmoniaci juvantur ope B. Joannis Boni* 733 e, 737 a e, 739 d, 764 c d, 766 e, 767 a, 778 f, 779 a b c, 780 b c d e, 786 c d e, 789 c, 799 et seq., 875 et seq., 882 et seq.
Dalmaticis *vestiti martyres* 139 c
Decem præcepta *puer discit S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 a
Decimæ *prædarum a piratis datæ eremitis* 291 e
Decretum. *Vide* Edictum.
Decuriones *instituti Coloniæ* 133 e. *Decuriones Gazenses* 48 d
Dedicatio *templi Montis S. Disibodi* 241 c
Denarii novi *Comenses* 419 f
Dentibus *molaribus carere dicuntur consanguinei S. Ursulæ* 250 f, 251 a
Decanæ *prebenda in capitulo S. Ursulæ erigitur* 226 b, 230 d
Depositionis *dies notata per natalem sanctorum* 9 b. *Idem sæpe diversus a die mortis* 377 d e. *Depositionis et obitus dies sæpe confusi* 379 d. *In prædecessoris depositione electi archiepiscopi Hamburgenses* 379 d, 380 e f. *Depositionis ipsa die electi olim episcopi in Germania* 376 c
Desertum *prope Gazam incultum a S. Hilarione* 20 d
Diaconus *camelos locat euntibus per desertum* 23 d e, 52 f. *Diaconi conjux* 211 d
Diadema *insigne imperiale* 103 e
Diana Ephesia 509 c f
Dies *hebdomadæ per planetas designati in diplomatibus* 563 b c d e. *Die dominico nil sinit S. Hilarion a suis comedi ante absolutum officium divinum* 52 b
Diœcesis *suæ fines parum curat S. Epiphanius* 30 a
Diplomata *seu evectiones quid essent* 133 e
Diplomatibus *nonnumquam commendantur precibus monachorum conjux et proles, priusquam haberentur* 333 a b. *Diplomata jam ante Carolum Magnum renovabantur auctoritate publica* 371 b, 372 e f. *Diplomatum Ludovici Pii anni* 817 *singularis error* 316 a. *Diploma Inigui Aristæ recitatur* 628 a b c; *non satis fidum* c d e f. *Vide* Garibayus.
Diræ. *Vide* Imprecationes.
Disciplinæ *seu flagellationis usus sæculo* XI *non videtur exstitisse Cassini* 404 b. *Disciplinis seu flagellis utitur S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 c, 414 a. *Disciplinæ seu virgarum usus in canonia de Torello* 418 d. *Disciplinis in se sævit B. Gundisalvus de Lagos* 423 f, 424 a
Disciplina militaris. *Vide* Barbari.
Disciplinæ monasticæ *S. Hilarionis perseverantia* 36 e f, 37 a. *Ea multo severior quam S. Antonii* 51 f, 52 a b
Discipulos *non admisit S. Hilarion, nisi quum ipse bene vitam monasticam expertus esset* 33 a
Discordia *Britannorum ruinæ causa* 109 e. *Discordia civilis extincta in urbe Arelatensi invocatis SS. Matronis* 434 a
Discretio *S. Annonis Coloniensis laudatur* 298 d
Dispensator *monasterii. Quod munus* 33 c
Dispensandi *potestas interdicta præposito S. Mariæ de Torello* 418 a
Divi fratres. *Ita dicti Marcus Aurelius et Lucius Verus impp.* 497 c f; *facta sub eis contra christianos persecutio* ibid. 498 a d
Divinationis *incusatur S. Hilarion* 30 a b
Divites *quomodo factæ sint domus religiosæ, olim pauperes* 218 a b c
Doctoratum *non admittit B. Gundisalvus de Lagos ex humilitate* 423 f
Doctrina *excellit S. Hilarion* 34 e
Dolores *e lapsu gravi mitigat B. Joannes Bonus* 867 et seq.
Dominæ *dici incipiunt canonissæ S. Ursulæ circa annum* 1174, 227 d e. *Domini dici volunt canonici sæculares* 227 d. *Domni aut Domini titulus non solis datus martyribus* 9 b c d
Dominicis *diebus non jejunat B. Joannes Bonus* 712 b d. *Dominica die temporis distributio apud monachos veteres* 33 e f. *Dominicæ celebratio apud veteres monachos* 34 b. *Dominicis diebus fieri solitæ translationes reliquiarum* 380 a. *Dominicus dies translationibus reliquiarum deputatus* 737 f. *Dominicis diebus mercatus supprimendos monet Joannes de Warwick* 295 e. *Vide* Dies.
Dona Spiritus sancti *puer discit S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 a
Dona *et milites olim a monasteriis præbita* 514 d e
Donationes piæ *pro sospitate filiorum* 624 c. *Vide* Episcopus.
Dormitorium *commune canonicorum* 223 b; *item canonissarum* 224 d, 227 b

Dracon *a S. Hilarione occiditur* 27 c
Dromades *seu* dromedæ cameli, *cameli Arabiæ* 54 d e
Dux militum *locutio prodit Marii tituli falsitatem* 89 c
Duumviri *magistratus coloniarum* 49 f. *Duumviri Gazenses* 47 f, 49 e f, 55 e f

E

E *loco* i *brevis* 86 c f
Ebrietas *Attilæ* 137 f, 138 a; *item Coloniensium ante Attilæ adventum* 135 a b
Ecclesiæ *Romanæ quantum addictus esset B. Joannes Bonus* 848 a, 850 a; *vide* Fides.
Ecclesia *Moguntiaci sæculo* v *ineunte sat magna in qua multa hominum millia trucidentur* 134 c. *Ecclesiæ a Saracenis concreditæ presbyteris mercenariis* 368 e. *Mysteria seu ludi Christi, ibi exhibita, vetantur ab Innocentio III* 698 e f. *Ecclesiam quare non adiret B. Joannes Bonus ut divino officio decantando interesset* 749 f. *Ecclesiæ ex cratibus et lignis in Bulgaria* 691 a e f. *Vide* Templum.
Ecclesiasticis *negotiis occupantur eremitæ* 24 e
Ecstasis *S. Elisabethæ Schonaugiensis moribundæ* 299 a. *Ecstaticorum status facile patet deceptionibus* 93 b c d e
Edictum, *quid sit* 497 c f; *an promulgarint aliquot adversus christianos Divi fratres* 497 c f
Educationis *piæ fructus* 887 b
Effossio *corporum SS. Mariæ Jacobi et Salomæ in Villa-de-Mari* 462 et seq.
Electio *episcoporum quomodo facienda secundum capitulare anni* 817, 376 c. *Eidem præstituta tempora* 377 d e. *Electionis abbatissæ libertas relicta monialibus, utut aliter subjectis* 216 b
Eleemosynas *raro admittit S. Hilarion* 52 d. *Item alienas distribuere renuit* 47 e f. *Eleemosynæ conquisitæ per literarum indulgentialium circumlationem* 288 e f, 289 a. *Eleemosynæ æqualiter distributæ inter singulas canonissas* 224 e
Elevationes *reliquiarum sæpe dictæ translationes* 237 f, 238 a. *Elevatio corporis S. Ursulæ* 235 f, 236, 237 a b. *Elevatio corporis B. Joannis Boni anno* 1231 737 et seq. 765 a
Elmo, *nomen vulgare conventus eremi de Butriolo* 726 f
Elysei campi. *Num in his Christum exhibeat sarcophagus S. Mariæ Magd.* 451 a b. *Emblema a Montfalconio laudatum* 451 a d
Ependytes *S. Joannis Rylensis* 687 f, 688 f
Epidemia *cessat in vico Jessa, adductis reliquiis SS. Nunilonis et Alodiæ* 639 c d e
Epigramma S. Abercii. *Vide* Epitaphium.
Epileptici *sanantur ope B. Joannis* 756 f, 767 b, 778 d e f, 787 c d e, 797 et seq., 879 et seq.
Epiphania, *quo die celebrata* 540 e f, 541 a
Epiphi *seu* Abib *mensis* 28 a
Episcopi *nonnulli vocati qui tantum erant presbyteri* 381 b. *Episcopi primis ecclesiæ sæculis magis necessarii quam presbyteri* 557 a b. *Ætas triginta annorum requisita* 379 f. *Episcopi Germaniæ electi, e terra sublati et ostensi, non secus ac reges Franci* 577 e. *Episcoporum electio secundum capitulare anni* 817, *scilicet per clerum et populum, viri ex ipsa diœcesi* 376 c. *Eidem electioni præstituta tempora* 376 c, 377 d e. *Episcopi electi quomodo subscribere solerent synodis et diplomatibus* 581 c d. *Cui episcopo subsit gens christiana e sedibus suis in terras christianorum migrans* 109 a b. *Episcopi equis publicis currebant sæculo* v 135 e. *Episcopis itinerantibus epistolæ formatæ necessariæ* 133 e. *Episcopi græci passim olim sparsi in Galliis* 311 a. *Episcopus de rebus episcopatus non donat, nisi audito consilio clericorum et laicorum* 219 a c. *Episcopatus sui fructus adhibet B. Guilielmus Comensis ad ædificandam canoniam de Torello* 417 f, 418 a. *Episcopi in monasteriis* 314 c d. *Episcopi Massilienses diu simul fuerunt abbates S. Victoris* 365 d e f, 366 et seq. *Episcopus suffraganeus Veroduni sæculo* XIII 312 a. *Episcopi inepte accusati calumniarum in Attilam* 137 b c. *Episcoporum veterum tituli sinceri* 87 a b c, 90 a b. *Episcopi currunt ad S. Hilarionem* 52 e. *Episcoporum I et II Palæstinæ, sententiæ Anthimi subscribentium, nomina inter se mixta* 22 e. *Episcopus fuisse dicitur inter Ursulanas virgines medio sæculo ante retectos falsos titulos* 239 b. *Episcopus Mantuanus excipit B. Joannis Boni confessionem* 746 f, 748 f. *Episcopatum deserit S. Justus Lugdunensis, ut monachus fiat* 72 a
Epistolæ formatæ *necessariæ episcopis itinerantibus* 133 e
Epistola *S. Abercii ad Marcum, deperdita* 486 d, 490 f, 491 a. *Epistola abbatis monasterii Fundani ad S. Simplicium* 591 a b c
Epitaphium *S. Abercii ab Halloixio laudatum et a Tillemontio vituperatum* 486 d, 491 c d e f. *A quo compositum* 492 a. *Num interpolatum a Metaphraste* 492 c d e f. *Antiquissimum* ibid. e f. *Pretiosum de SS. Eucharistia testimonium* ibid. 493 a d. *Variæ lectiones* 513 b c, 515, 516. *Epitaphium S. Donati Fesulani* 649 d e, 650 a b, 662 a b. *Epitaphium S. Verecundi episcopi Veronensis non satis accurate redditum a Panvinio, correctum a Blancolino* 587 c d. *Vide* Tituli, Inscriptiones.
Equestris *ars Hunnorum* 114 d e f, 115 e f, 116 b. *Equis publicis sæculo* v *currebant episcopi* 133 e
Eremiticæ *vitæ origines in Oriente* 33, 36. *Eremitarum dicta quomodo tam accurate servata* 20 a. *Eremitarum longævitas nequaquam mirabilis* 684 a. *Eremiticam Vitam in quo loco incepit S. Antonius* 19 a. *Eremitæ in Helgolandia* 291 d e. *Eremitarum S. Augustini hagiographi* 421. *Eremitarum S. Augustini monasteria num fuerint ante sæculum* XI *aut* XII 731. *Eremitæ Tusciæ quando regulam acceperint S. Augustini* 728 d. *Eremitarum ordinis S. Augustini antiquitas* 730 et seqq.; *eorum fundator B. Joannes Bonus non fuit* ibid.; 743 a. *Eremitarum B. Joannis Boni exordium* 726 d e. *Socios admittere cœpit B. Joannes Bonus paulo ante annum* 1217, 720 e; *eremiticum habitum sive vestem assumit anno* 1225 ibid. 693 e, 706 d e f. *Eremitæ B. Joannis Boni quare initio a S. Augustino nuncupati non fuerint* 730 b c. *Eorumdem propagatio* 732 e; *obtinent regulam S. Augustini a sede apostolica* ibid.; *eorum habitus FF. Minorum habitui initio conformis* ibid.; *habitum nigrum eligunt* ibid.; *eorum modus profitendi* 732 f; *modus alter* 733 c, 734 b. *Diversitas formæ professionis aliquandiu exstitit* 732 c d; *itemque modus electionis prioris generalis* ibid.; *eorum priores generales* 784 f; *eorum unio cum reliquis eremitis anno* 1256, 784 f. *Constitutiones eorum* 733 b, 734 a, 816 a b c. *Eremitæ illi ab initio mendicantes* 829 e. *Ad instar aliorum mendicantium, sæculo* XIII *natorum, mittuntur de uno conventu ad alterum* 814 f, 816 d, 822 a, 858 et seqq. *Vitam cœnobiticam jungunt cum eremitica et mendicantibus accensentur*

sentur 730 c; *qualiter olim gererent barbam et coronam in capite* 831 c. *Hospites recipiebantur in quadam domo extra conventum* 786 d, 788 b. *Eremiticam et solitariam vitam duxit B. Joannes Bonus in ipso suo cœnobio* 779 f. *Eremitarum seu inclusorum mores sectatur B. Joannes Bonus* 824 e

Eremitarum *Beati Joannis Boni capitulum generale Ferrariæ anno* 1249, 796 b; *schisma ortum in congregatione* 733 a b c d, 801 c. *Eremitica cella in loco, ubi primum depositæ fuerant SS. Nunilo et Alodia* 634 d

Etymologiæ *quomodo interdum pervertantur* 716 c d

Evangelium, *a se juvene scriptum, penes se servat S. Hilarion* 30 e; *id vendit* 32 d

Eucharistiam *vocat B. Joannes Bonus salutem mundi et fiduciam in eam multum commendat* 844 b. *Eucharistia sola an se nutriverit* 747 b, 748 b. *Ejus pietas in ea suscipienda* 773 a. *Eucharistiam impugnant Patareni, cujus veritatem strenue tuetur et prædicat B. Joannes Bonus* 717 f. *Ad ejus veritatem demonstrandam ter mutat aquam in vinum B. Joannes Bonus* 712 d, 780 f, 781 a, 788 a. *Videlicet fratrem eremitam de ea prave sentientem eo miraculo ad veram fidem convertit B. Joannes Bonus* 747 b c, 783 a b. *Item ad confirmandos fratres de ejus veritate hæsitantes aut dubitantes aquam mutat in vinum* 773 a b c, 817 e, 822 e f, 850 c d e, 851 a b. *Vide* Communio, Sanguis Christi.

Eunuchi *Diocletiani martyrio affecti* 13 f, 14 a

Excommunicationis *species irrogata monacho a S. Hilarione* 34 d. *Excommunicantur Normanni anno* 1078 *ob invasum Latium* 398 d, 401 c, 440 d. *Excommunicatur capitulum Comense ab Innocentio III, quod recipere nollet canonicum ab eo designatum. Dein absolvitur. Interea cum capitulo suo in sacris communicat B. Guilielmus episcopus* 416 a b c. *Excommunicatio Othonis IV imperatoris. Ejus causæ et sequelæ* 416 f, 417 a b c. *Excommunicatos rebelles impugnat B. Joannes Bonus* 717 f; *excommunicandi potestatem ecclesiæ denegant Manichæi* 717 f

Exsilio *mulctat Constantius imp. episcopos catholicos* 52 f

F.

F, v, p, b, ph *literæ mutatæ in* g *et* ch 308 d

Fallacia *Hunnorum et Gepidarum* 137 d e, 138 a

Falsarii *Vitarum sanctorum scriptores carpuntur a S. Petro Damiani* 86 a

Fama *sanctitatis B. Joannis Boni excitat magnos ad eum populorum concursus* 721 a b e f, 722 a b, 813 d, 817 b c, 824 b c, 825 f, 852 f, 854 b e f, 858 f, 852 et seqq.; 853 d f, 754 e, 854 c, 856 b c.

Famis *patientia Hunnorum* 137 f

Familiares *dicti aliquando conversi* 410 c

Famulas *suas habebant singulæ canonissæ* 224 e

Famuli *seu* famuli regulares *quinam in monasteriis dicti* 410 c

Fasces *lictorum in Coloniis* 55 e f

Febri *tertiana aut quartana laborantes invocant S. Reparatum Nolanum* 305 f. *Febris quartanæ patronus S. Bertholdus, conversus Parmensis* 413 d

Febri *laborantibus opitulatur B. Joannes Bonus* 761 e f, 763 b, 763 c, 767 c, 795 d e, 796 b c, 803 c, 850 a b c, 858 d e

Femoralibus *vix utuntur monachi* 51 f. *Femoralium usus inter monachos* 893 c

Fenestræ *in cellis inclusorum* 709 d, 710 a, 791 a. *Item B. Joannis Boni* 791 a

Feræ *ne frugibus noceant impediuntur ope S. Wendelini* 349 e

Feretra *in modum vasculorum* 241 b. *Feretrum perpulcrum in Sithiu* 248 d. *Item Viconiæ* 247 d e. *Feretrum ditissimum S. Anatolii in monasterio S. Michaelis ad Mosam* 312 a. *Feretrum S. Ciliniæ in S. Remigii monasterio* 321 b c. *Feretrum ditissimum S. Ursulæ Brugis Flandrorum* 292 e. *Feretrum S. Wendelini baculis tangebant peregrini* 347 b c

Festus *dies de præcepto celebrandus est, quando quæstores eleemosynarum cum reliquiis adveniunt* 289 b. *Festa aliquot de præcepto Coloniæ* 287 b c d. *Festis occupabatur sæculo* XIII *tertia pars anni Aquilejæ* 273 a. *Festum S. Bartholomæi violans sutor plectitur* 312 e. *Festum agitur Schonaugiæ S. Cæsarii, sodalis Ursulani, postridie ejus translationis* 164 c d e. *Festum S. Ciliniæ Meldensis sæpe mutatum Parisiis* 306 b c. *Festum S. Cordulæ ante annum* 1155 *celebratum* 580 c. *Vide* Bruno II. *Festum suum institui rogat S. Cordula* 162 e f. *Festum S. Justi Lugdunensis sæculo* V *jam celeberrimum* 70 c. *Festum Revelationis SS. Mariæ Jacobi et Salomæ* 455 a b c d. *Festum solemne agitur Schonaugiæ de virginibus Ursulanis* 172 a b. *Festum SS. Virginum Ursulanarum sæculo* IX *nondum agebatur in templo cathedrali Coloniensi* 272 a b. *Festa pauca olim Coloniæ* 272 b. *Festum Omnium Sanctorum solemnius celebratum in S. Ursulæ* 230 e. *Festum de translatione falsi corporis S. Ursulæ Tuitii* 237 b. *Item Tornaci* 237 d

Ficus *frondescit mense novembri ope B. Joannis Boni* 761 b c

Fidem *sanctorum testantur apprime miracula* 719 c. *Fides S. Hilarionis* 57 a b. *Fides B. Joannis Boni. Curat ejus integritatem in aliis* 715 d e f, 716, 817 a b, 818 a b, 821 e f, 850 e. *Fidei inconstantia multorum Anglorum ineunte sæculo* XV *arguitur* 293 e

Fiducia *magna in B. Joannem Bonum* 850 b

Figuræ *portentosæ in maleficiis* 48 b

Filiatio *monasteriorum, qualis fuit ante sæculum* XII, *nullatenus comparanda ultimorum sæculorum ordinibus religiosis* 730 d

Filii *duodecim unius matris* 144 e

Fistula *et ulceribus laborantes juvat B. Joannes Bonus* 784 e. *Vide* Cancer.

Flagellatio. *Vide* Disciplina.

Fluvios *transmittendi utribus modus* 65 e f

Focorum *forma in regionibus borealibus* 401 c

Fodiendi *licentia datur exteris in Ursulano cœmeterio* 249 f

Fœnus *centum librarum sæculo* XI 217 e f

Fons *a Moyse elicitus* 21 e. *Fons aquæ dulcis eductus precibus S. Abercii* 502 f, 504 a, 515 b. *Fontes S. Aviæ in diœcesi Venetensi* 522 f. *Fons vicinus cellæ B. Joannis Boni* 727 a b, 748 c, 750 d, 777 f. *Fons sacer in Helgoland* 291 c

Formicarum *industriæ spectaculum ingerit in mentem S. Malchi pristini monasterii desiderium* 65 d e

Fortitudo *animi S. Hilarionis* 44 b e

Fosites *deus colitur in Helgolandia* 291 b c d e. *Ejus fana in Helgolandia destructa* 291 d

Fossores *pro libitu adhibiti ad exhumanda corpora Ursulana* 256 f

Fovea, *in quam se immittebat B. Joannes Bonus capite deorsum pœnitentiæ gratia* 777 b

Franci *ad utramque Rheni ripam circa Coloniam* 134 d e
Fratres Domini, *qui ita dicti* 456 b c d e f
Fratres *dicti aliquando conversi* 410 c. *Fratrum nomen datum adhuc anno* 1174 *canonicis S. Ursulæ* 227 d
Frequens *communio quæ diceretur sæculo* XIII *et* XV 747 b, 748 c. *Vide* Communio.
Fructibus *arborum non vescitur S. Hilarion* 32 b
Fugiunt *christiani persecutionem Juliani* 22 b. *Fuga e servitute se eripit S. Malchus* 65 e
Funambuli *in curiis banditis* 699 c
Fures *coacti furtum referre* 512 d e. *Fures, qui expilarant S. Wendelini templum, non possunt viciniam relinquere* 549 e

G

G *pronuntiant slavi ut* H 405 f
Galeri *incurvi usitati ab Hunnis et Kirghisibus* 115 e, 117 b
Galliæ *congregatio eremitarum S. Augustini sæculo* XIII 735 a b
Genæ *infantum Hunnorum sulcatæ* 115 d, 116 b c
Genealogia *Christi, ex tabula Cornelii a Lapide* 437 a d; *item secundum P. Patritii sententiam ex Julio Africano* 437 et seq.
Gentilium *cadavera non sepulta in agro Ursulano* 234 a
Genuflexionis *ritus et antiquitas, dum cantatur Symbolum Constantinopolitanum* 418 b c. *Genibus flexis perdurat post mortem S. Bertholdus, conversus Parmensis* 413 c
Generales *præpositi ordinum religiosorum quantæ sint antiquitatis* 730 d
Ghibellinorum *factio sub Frederico II maxime dilatata* 719 b; *eorum historiam qui scripserint* 719 b
Gloriam *mundanam calcat S. Hilarion* 32 c
Græcorum *traditio de SS. Maria Magd. etc.*, 447 f, 448 a b c
Guelfi *qui fuerint; de iisdem qui scripserint* 719 b
Guttur *spina sibi inhærente liberatum ope B. Joannis Boni* 761 a

H

Habitus *S. Francisci Assisiatis forma* 702 e f
Habitus *eremiticus B. Joannis Boni* 714 d e f, 715. *Habitus virginum in Germania sæculo* XII 185 d. *Vide* Monastica vita, Vestes.
Hæreditas. *Vide* Monachi.
Hæreticorum *pertinacia* 829 f. *Eos abhorrebat B. Joannes Bonus* 733 a. *Vide* Manichæi, Zelus.
Ηγεμονες, ἡγεμονευοντες. *Vide* Præsides.
Hedera *in sepulcris posita* 420 b
Hernia *laborantibus opem fert B. Joannes Bonus* 763 c, 863 et seq.
Hertha *colitur a Reudignis et aliis Germaniæ gentibus* 291
Hiemali *tempore expeditiones militares faciunt barbari* 122 c
Hierotheca, *Sangussæ deposita, qua inclusa custodiuntur ossa SS. Nunilonis et Alodiæ, eburnea* 642 a
Hippodromus publicus 511 b e; *palatii* ibid.
Historia *id est laudes metricæ in modum officii parvi* 91 d, 299 d
Historiola *rerum a Langobardis gestarum, auctore ignoto Cassinensi* 663 e f
Histrionibus *prius arti suæ renuntiandum erat quam fierent christiani* 49 d. *Histriones mille quingenti Arimini anno* 1524 699 c d
Honorum *fuga S. Hilarionis* 26 d e f, 29 b c et passim
Horæ *canonicæ veterum monachorum* 53 e f. *Eas communiter cantent canonici* 223 b
Horæ Parvæ *tres sæculo* IV *a monachis recitatæ* 34 a b
Hortulum *habet S. Hilarion* 32 b. *Item discipuli* 53 b
Hospitalarius *apud canonicos* 223 c
Hospitalitas, *per regulam S. Benedicti præcepta* 537 e. *Hospitalitas neophytorum in Palæstina* 22 d. *Hospitalitas Francorum* 137 e. *Hospitibus meretrices submittebant Hunni* 137 f
Hospitalia *sæculo* IX *in diœcesi Bremensi* 385 e. *Hospitalis domus S. Silvestri instituta Comi a B. Guilielmo episcopo* 418 f. *Hospitale anno* 852 *Coloniæ* 213 a. *Hospitale Osnabrugi pro pauperibus sacerdotibus* 289 c. *Hospitalia visitat et ibidem servit S. Bertholdus, conversus Parmensis* 413 a b
Humicubatio *S. Hilarionis* 30 d, 32 a
Humiliatorum *ordo; ejus fata et historia* 775 c, 854 a b
Humilitatis *commendatio* 401 f, 402 b c, 404 d. *Humilitas SS. Antonii et Hilarionis se invicem venerantium* 19 e f. *Humilitas S. Antonii morientis* 40 d. *Humilitas S. Hilarionis, sibi præferentis S. Epiphanium* 29 f. *Humilitatis causa locum mutat S. Joannes Rylensis* 688 a. *Humilitas B. Joannis Boni* 726 a b, 827 d, 829 e; *concursui hominum se subducere volens, aufugisse dicitur idem beatus vir* 733 d. *Librum de miraculis suis conscriptum a fratribus lacerat* 783 b c d. *Humilitas B. Gundisalvi de Lagos, dum superior esset* 424 e f. *Humilitas B. Hieronymi Garibi* 887 e f
Hydropisis et tumor ventris *depulsa ope B. Joannis Boni* 761 b d, 763 e f, 764 e, 765 c, 766 b c, 794 b c, 795 c d e, 797 et seq. 861 et seq. 881 et seq.
Hymni *de S. Ursula et sodalibus* 286 a b c d e. *Hymni proprii de S. Mellono* 566 f, 567 a b c d

I

I *breve sæpe in titulis mutatum in* E 171 b
Idololatria *obscena Saracenorum* 21 c. *Idololatriæ constantia in insula Philis* 28 f, 29 a b
Jejunare, *post solis occasum cibum sumere* 52 f. *Jejunium præclarum S. Servatii seu Aravatii, Tungrensis episcopi* 133 a. *Jejunia pauca præcepta canonicis* 223 e *Jejunium bis in hebdomade præscriptum cononicis de Torello* 418 d. *Jejunium S. Gebizonis* 399 f, 400 a. *Jejunia B. Gundisalvi de Lagos* 423 f. *Jejunium perpetuum B. Joannis Boni et severissimum tempore quadragesimali* 748 b; *diebus tamen dominicis exceptis* 831 e; *et quidem ejus jejunia admiranda erant* 711 f, 712 b, 747 b, 772 e, 776 e, 789 a, 816 e f, 817 a, 839 f, 840 a e f, 842 d
Ignem *in cella sua numquam adhibuit B. Joannes Bonus* 711 d; *nisi tamen in maximis infirmitatibus* 843 b, 846 c. *Ignem ingreditur B. Joannes Bonus ut fratrem vacillantem in vocatione confirmet, nec læditur* 719 c, 747 e, 749 f. *Diu movet prunas candentes* 773 d, 794 a. *Ignea columna apparet super cellam S. Condedi* 336 b. *Ignibus fatuis seu volaticis indicatæ reliquiæ quo loco sint habendæ* 256 e. *Igne explorat caput S. Fidei Coloniensis archiepiscopus* 240 f, 241 a. *Vide* Candela.
Illegitimi *nulli recepti in canonia de Torello* 418 *a*

Imaginationis *vires ad habendas falsas revelationes* 82 e f, 83, 84
Imaginibus *vetustis ut cultus sanctorum immemorialis probetur* 420 d. *Imaginis B. M. V. cultor assiduus B. Joannes Bonus* 710 b. *Imaginibus ad catechismum pueros allicit B. Gundisalvus de Lagos* 425 d
Immortalium *cohors loricata* 689 d
Imprecationes *inscriptæ titulis* 211 d; *item in diplomate anni* 922 216 c d
Imperatoris *renuntiandi modus* 103 e. *Imperator dabat evectiones sæculo* v 155 e
Impudicitia *Hunnorum et Alanorum* 137 d e, 142 e f; *Tartarorum* 142 e f, 143
Incantationes. *Vide* Maleficia.
Incendium *prodigiose impeditur* 512 f, 513 a. *Contra incendia patronus S. Anatolius* 513 a. *Incendium Sarræponte exstinguitur ope S. Wendelini* 549 b c. *Incendium ecclesiæ S. Ursulæ Coloniæ* 154 e. *Incendio perituris apparet B. Joannes Bonus* 829 c
Inclusorum *regula. Ea servata a B. Joanne Bono* 709 d e, 720 d; *et eorum vitam æmulatur B. Joannes Bonus* 849 c
Incorruptio *corporis etc. Vide* Corpus, Cuculla.
Index *episcoporum et archiepiscoporum Bremensium adhibitus ab Adamo* 377 a b
Indictionis *nota in diplomatibus francicis quando usurpari cœpta* 363 e f
Indulgentiæ *stationum Romanarum jam sæculo* xi *exeunte usitatæ* 412 e f, 414 d. *Cum indulgentiis et Ursulanis corporibus quæstores emittunt Ursulanæ canonissæ* 231 d, 288 e f, 289 a b. *Indulgentias quadraginta dierum et unius carenæ dat sæculo* xiv *episcopus Osnabrugensis* 289 c. *Indulgentiæ collatæ auxiliatrices manus porrigentibus* 288 e f, 289 a b c; *item concessæ porrigentibus manus adjutrices Coloniensi S. Ursulæ templo* 295 c
Inediam *septem dies sustinet S. Hilarion* 52 f. *Inedia B. Joannis Boni, non ex necessitate naturæ, sed studio* 772 e, 840 f, 841 f, etc., 844 e f, 846 b, 847 f
Infantes, *in utero matrum ex odio in virtutem supernaturalem occisi, vere sunt martyres, sed carent aureola de factis operibus* 185 c
Inferni *ex ignibus falso dicitur S. Gebizo Adonem, pristinum amicum, liberasse* 400 b d e f, 404 b c
Infidelitas *Francorum* 137 d
Infirmi *apud canonicos* 223 b. *Infirmatus B. Joannes Bonus vitæ joculatoriæ et pessimæ renuntiat* 746 f
Infula, *id est tegmen capitis B. Joannis Boni* 714 c
Infula. *Vide* Biretum.
Insania. *Vide* Phrenesis.
Inscriptiones *falsæ Colonienses* 86 a b c. *Inscriptiones ethnicæ a christianis non ita facile semper distinguuntur* 518 c, 519 b. *Inscriptio Augustodunensis, in qua præclarum de SS. Eucharistia testimonum* 492 f, 495 a d. *Inscriptio Clematii de restituta basilica Ursulana explicata* 201, 211. *Inscriptio campanarum Duravelensium* 39 b. *Inscriptio monumenti Jacobi Chiriarchi* 40 a b. *Inscriptio, nuper reliquiis S. Donati, episcopi Fesulani, imposita* 654 a b. *Vide* Epitaphium, Tituli.
Inspiratur *divinitus B. Hermannus Josephus, scribens Officium metricum de S. Ursula* 299 c
Institutio *S. Hieronymi est regula Aquisgranensis* 225 e
Instrumentum *de elevatione SS. Mariæ Jacobi et Salomæ* 456-476
Integritas *corporis S. Hilarionis, decem menses defuncti* 57 f, 57 f, 58 a. *Integritas cadaverum quando miraculosa* 59 e. *Vide* Corpus, Incorruptio.
Interpolationes *et mutationes fiebant olim in versionibus librorum* 17 b
Interpretes *antiqui nequaquam fideles* 97 b c d
Interulam *vocat grammaticus, quam camisiam vocitat populus* 402 b. *Interula utitur B. Joannes Bonus* 714 f
Inthronizatio *episcopi Comensis exeunte sæculo* xii *plurimum turbatur* 415 c d
Inventio *corporum SS. Simplicii et Constantini, abbatum Cassinensium, ex documentis partim editis, partim ineditis* 591 c d e f et seqq. *Inventio corporis B. Joannis Boni* 739 d; *sed cfr* 755 f, 756 a. *Vide* Reliquiæ.
Investituræ *per baculum initia* 375 f, 376 a
Joannes Bonus *nomen satis usitatum in Italia sæculo* xiii 695 a
Joculator *aut* Jocularis *non tragœdus fuit B. Joannes Bonus ante conversionem* 748 c. *Pravi joculatorum mores; eorum itinera; præsentia in nuptiis aliisque festis publicis* 698 et seqq., 746 e. *Inter eos annos minimum viginti transigit B. Joannes Bonus* 749 d
Ισαποστολος *dictus est S. Abercius. Vocis illius significatio* 486 e, 512 e f
Iter *per desertum* 23 d e. *Iter unius diei in Ægypto quantum sit* 18 d. *Iter B. Joannis Boni mirabiliter impeditum* 747 d. *Itinera S. Hilarionis singularia et in eremita mira* 17 f
Itinerario *Antonini Martyris status Palæstinæ repræsentatur ante Mahometem* 36 e. *Id Itinerarium laudatum* 21 a
Jubilæum *concessum sodalibus Ursulanis Ulyssiponensibus* 256 c. *Item Jubilæum annuum Conimbricæ et in Lusitania in honorem S. Ursulæ* 290 b. *Item in Indiis Orientalibus* 290 c. *Jubilæum anno* 1837 *celebratum Coloniæ in honorem SS. Virginum Ursulanarum* 287 f
Judicii *forma seu figura anno* 786 *in Provincia* 370 f, 371 a b c d e. *Judicia exercebant missi dominici in locis ipsis, in quibus res controversa sita erat* 371 f
Judicia Dei *ex India in Europam translata* 242 b c. *Vide* Aqua frigida, Ignis.
Junco *fiscellas texit S. Hilarion* 32 b. *Junci ex Phajo* 32 b. *Junceum tugurium* 32 e. *Junceum stratum S. Hilarionis* 30 d
Jupiter Casius 18 c
Juramentum *præstant testes ab antiquo in causis canonizationum* 770 b c
Juridica forma *processuum in causis canonizationum merito eis fidem conciliat* 768 a
Jurisperitus *veritatem docetur a B. Joanne Bono, litterarum ignaro, circa quæstionem matrimonialem* 719 e f, 747 e, 756 d, 774 e f
Jurnale *sæculo* x, *quantum de reditibus* 218 e
Justitia *Hunnorum* 137 c, 138 a
ΙΧΘΥΣ. *Egregius de his siglis tractatus Joannis Baptistæ de Rossi* 170 f

K

Kalendaria *buxea seu runica* 273 c. *Kalendarii Cassinensis reformati festa propria admodum pauca* 667 a b

L

L

Labores *veterum monachorum* 37 b c, 44 d. *Laborat manibus S. Antonius* 53 a b. *Laborabant sedentes monachi, dum unus psalmos recitaret* 33 f

Lacte *suo an S. Cilinia unxerit S. Montani oculos* 320 a b. *Lacte lavantur reliquiæ* 277 f

Laciniis *irretiunt hostes Hunni* 116 a

Lacrimarum donum *B. Joannis Boni* 720 c d e f, 750 b, 752, 772 f, 782 b, 789 b, 852 c d, 842 a, 843, 845 b, 849 e

Lagenæ *quantum caperent* 52 b, 53 f

Laïci *quinam in monasteriis dicti* 410 c

Laminæ *æris Cyprii adhibitæ in maleficiis* 48 b

Lana *alba ovium in Phaio* 31 e. *Lana data quotannis singulis canonissis* 224 d. *Laneus pannus commendatur canonicis de Torello* 418 c

Lapis *S. Aviæ in diœcesi Venetensi* 322 f

Latrones *in deserto monachis infesti* 45 f; *item apud Bulgaros* 684 f, 685 c

Laurus *in sepulcris sparsa* 420 b

Leænæ *olim dictæ singulis annis catulum unum minus parere* 69 c. *Leæna vitam servat S. Malcho* 66 a b

Lectiones *duæ sæculo* IV *aut* V *insertæ officio divino* 33 f, 34 a

Lectio *ad mensam canonicorum* 223 b

Lectorum *in ecclesia olim grave officium, quippe qui instruerent catechumenos* 71 f

Lecti *ratio durissima B. Joannis Boni* 710 e, 773 a. *Ejus lectus de palis* 781 c d, 789 c. *Ei pro lecto est tabula nuda* 781 d, 782 a. *Item fovea oblonga, in terra effossa* 752 e, 782 a. *Lecti ejus pœnitentiæ, alter de aquifoliis, alter de paleis, horridissimi* 710 f, 711 a b. *Lecti ejus tres recensentur* 747 c d, 748 c, 788 e. *Lectus durissimus B. Gundisalvi de Lagos* 424 a b

Legati augusti *præpositi provinciis Belgicis* 133 e

Legatus apostolicus *Conradus archiepiscopus Coloniensis* 231 e. *Joannes Mithylenæus* 233 d

Legendæ *sanctorum vocatæ ab hæreticis Lugendæ* 75 d

Legionis *Romanæ uniuscujusque militum numerus mutatus* 103 a, 106 c. *Eæ legiones ex quot militibus constarent* 133 f

Lembus *quæ navis species* 58 f, 59 a

Leonistæ *seu pauperes de Lugduno* 718 a

Lepra *sanatur ope B. Joannis Boni* 764 c d, 800 et seq.

Lex salica. *Quo scripta sit tempore; quas terras tunc occuparent Franci* 128 d e

Liber, *gestus a sanctis, in tabulis græco-moschis quid significet* 41 d. *Libri, quibus usus erat B. Hieronymus Garibus, reliquiarum loco habiti* 893 a b c d

Libri liturgici *Russorum scatent erroribus* 691 d. *Libros liturgicos studiose describit B. Gundisalvus de Lagos* 424 a. *Duo miracula huc pertinentia* 424 a

Libri pontificalis *ætas et propagatio* 79 a

Libertatis *necessitas in rebus historicis* 73 b c e f

Libræ *canonicæ Aquisgranensis quantitas* 218 b c. *Libræ Benedictinæ quantitas* 218 b c. *Libræ Romanæ quantitas* 218 b c. *Libræ auri valor tempore Constantini* 51 c. *Libræ valor sæculo* XI 217 f. *Libræ, sæculo* XVI *Florentiæ cusæ, valor* 888 e f

Licium *in maleficiis adhibitum* 48 c

Lictores *coloniarum* 55 e f

Ligna *cædens victum sibi parat S. Hilarion* 32 d e. *Lignum aridum florescere jubet B. Joannes Bonus* 760 e f. *Lignum ardens plantat B. Joannes Bonus, quod mox florescit* 750 a, 847 e

Limen *corpore suo tegunt monachi ne S. Hilarion proficiscatur* 34 f. *Limini domus submissa maleficia amatoria* 48 b

Linguam *exacte custodit S. Gebizo* 400 a

Linguis *variis loquitur dæmoniacus* 48 d e. *Linguas plures callebat S. Hilarion* 34 e

Linum *datum quotannis singulis canonissis* 224 d. *Linea vestimenta deposita ad agendam pœnitentiam* 313 a, 318 a d

Linteamina *in sepeliendis martyribus adhibita* 7 e

Lintres *Hunnorum* 122 c, 124 e

Lippitudo; *vide* Oculi.

Litaniæ Anglicanicæ *veteres a Mabillonio editæ Britannicæ sunt dicendæ* 526 a

Literæ *omnes promiscue olim adhibitæ ad designandum anonymum* 92 a b d

Literæ *florent Coloniæ* 133 f. *Literas non novit S. Joannes Bonus* 695 *a*

Literarum *commercium inter suos vigere voluit S. Ignatius* 233 c

Littoris *Palæstinæ et Ægypti saxea natura* 47 f

Liturgici libri. *Vide* Libri.

Lucifer *cultus a Saracenis* 21 b e

Ludi *medio ævo* 699 b. *Ludi Christi, id est* mysteria, *publice repræsentata anno* 1298 *Foro Julii* 698 e f

Luminaria *nocturnalia in ecclesia* 229 a. *Luminaria duo in basilica S. Ursulæ* 221 b. *Luminaria in anniversariis* 221 b

Lumina *visa circa sepulcrum S. Cordulæ* 583 b c. *Luminibus, in cœmeterio apparentibus, dignoscuntur Ursulana corpora* 249 b c. *Vide* Ignis.

Luna *culta a Blemmybus* 29 a. *Lunis dies* 263 e

Luporum *ululatus dæmonum clamores habiti* 46 c d

Luxuria *Coloniensium ante Attilæ adventum* 133 a b. *Luxuria Hunnorum, Tatarorum, Alanorum* 137 d e, 142 e f. *Luxuria Attilæ* 162 a. *Luxuriæ tentationem stupendiis tormentis vincit B. Joannes Bonus* 747 a; *videlicet immissis sub unguibus particulis ligneis iisque retentis per tres dies et noctes, non comedens, nec bibens, neque dormiens* 774 c d

M

Mæandri *Alexandriæ* 23 a

Magicæ *artes adhibitæ in expellendo dæmone* 22 c. *Magici sabbathi explicatio* 84 e f, 85 a b c. *Magicæ artes. Vide* Maleficia.

Magister *puerorum apud canonicos* 223 c. *Magistri novitiorum apud veteres* 33 c d.

Magister officiorum, *dignitas in palatio imperatorum* 310 b c

Magisteriani *quid* 310 b c; *missi ad S. Abercium* Ibid.

Magistratus *Coloniarum et municipiorum* 47 f, 49 e f

Maleficia *amatoria, Memphi quæsita, quomodo adhibita* 48 b. *Alia maleficia* 48 d e. *Maleficia in ludis circensibus adhibita* 48 a. *Malefici equorum circensium* 50 b

Mali *ramusculus combustus plantatur a B. Joanne Bono et mox frondem gerit* 761 c d. *Vide* Arbores.

Mancipia *donata basilicæ Ursulanæ ratione solius census annui* 220 f, 221 a

Manichæi *per plurima sæcula habuere sectatores Constantinopoli* 717 b. *Eorum sectæ in Italia et Gallia* 716 e, 717 d. *Eorum dogmata et alia. Vide* Albigenses, Alexis, Bogomilæ, Bulgari, Cathari, Patareni, Paulliciani.

Manica. *Donationes piæ factæ per manicam* 624 c. *Eadem*

Eadem manica imposita altari, dum monachi orant pro sospitate filii donatoris. Ibid. *Manicis abscondit Adaltrudis, (ut videtur) abbatissa, chartas S. Victoris Massiliensis, ne abripiantur* 571 b, 575 a

Mansiones *diurnæ canonicorum* 223 b; *item canonissarum* 224 d

Mansio *quot milliaribus fieret in Ægypto* 18 d

Mansorum *sæculo* x *magnitudo* 217 d. *Mansi unius pretium sæculo* xi 217 e f. *Mansi unius reditus sæculo* xi 217 e f, 218 e

Mansuetudo *in subditos S. Fintano commendatur ab angelo* 559 b. *Vide* Benignitas.

Manus *acceptio hominii præstandi modus* 581 b. *In manus acceptus episcopus* 576 e. *Manus contra piratas extendit S. Hilarion* 57 b. *Manibus adhærent instrumenta peccati* 512 d e, 517 d e. *Manus confracta sanatur ope B. Joannis Boni* 812 d e

Marca argenti, *quantum valeret* 837 e f; *an esset moneta cusa* ibid.

Mare. *Maria quando aperta, quando clausa* 26 f. *In mare præcipitati martyres Nicomediæ* 13 d e. *Maritimi itineris patronæ SS. Virgines Ursulanæ* 232 a e f, 233 a

Marito *excommunicato olim convivere nequibat uxor* 401 c d e f, 404 d

Marnas *idolum Gazense. Imprecatio in istud* 47 a. *Ejus cultus Gazæ insigne ludibrium patitur* 47 f, 48 a

Martyres *quinam olim dicerentur* 141 d e f, 142 a b. *Hoc nomine vocabantur etiam pii homines, injuste vel nullam ob causam necati* 602 a b, 668 a. *Martyrium quid nunc requirat* 141 a. *Martyres late aut improprie dicti* 141 a b. *Martyrium infantum in utero matrum* 185 c. *Martyres quomodo dicantur virgines Ursulanæ* 141 d e f, 142 a b. *Martyr dictus S. Meinradus, quod a latronibus occisus est* 2 b c. *Martyres, magno simul numero occisi, an possint omnes inter cælites haberi et coli* 142 a b c d e. *Martyrum Nicomediensium decem aut duodecim millia* 142 b. *Martyres unius regionis facile dicuntur omnes cæsi ab uno tyranno* 99 b c. *Martyres ex ponte præcipitati et in puteo sepulti* 7 et seqq. *Martyris titulus in libris omissus, ubi* pontificis *scriptus erat* 10 a. *Martyres efficti ex siglis* SANCTE. M. 504 b c f, 505 a. *Martyrii signa in ipsis reliquiis Ursulanis* 242 f, 243 c. *Martyrii instrumenta reperta in earum tumulis* 140 d e. *Martyrii desiderium in S. Bertholdo, converso Parmensi, dum adhuc puer esset* 412 a.

Martyrium *pro templo in honorem confessorum sæculo* iv, 40 d. *Martyrium, μαρτυρεῖον, quid sit* 521 c

Martyrologia *antiqua permulta et maxime varia* 40, 41, 42. *Martyrologiorum Hieronymiani, Bedæ, Romani Parvi, Rabani, Adonis, Notkeri, Usuardi et Wandelberti origo, fontes et natura* 269 et seq. *Martyrologia Romana varia* 274 a b c. *Martyrologii Romani editiones variæ* 60 b. *Martyrologii Romani mutationes de S. Ursula* 151 d. *Martyrologium Paderbornense B. Imadi* 80 e f. *Martyrologia a protestantibus edita. Festum S. Ursulæ* 274 d. *Martyrologiorum errores in annuntiandis sanctis die eorum festa* 271 a b

Matris *precibus et lacrymis a liberrima vita ad bonam frugem reducitur B. Joannes Bonus* 701 b

Materteræ (Sanctæ), *scilicet Maria Jacobi et Salome* 473 d et seqq.

Matrimonium *inire cum viventis uxore illicitum* 65 b. *Matrimonium impugnant Patareni seu novi Manichæi* 718 a

Matronæ (Sanctæ), *nempe Maria Jacobi et Salome* 457-476 passim.

Mausoleum *marmoreum B. Joannis Boni* 741 b c, 755 c, 756 c. *Vide* Monumenta

Medicos *et medicinas adhibere non vult B. Joannes Bonus* 711 f, 712 a, 753 a, 815 b, 816 e *etc.*

Meditationes *continuo intermiscebant eremitæ cantui psalmorum* 33 e

Melancholia *parere potest falsas revelationes* 83 a

Memoria, *id est oratorium, annexum majori templo* 335 a e

Menæa *a quo collecta* 522 b c d e

Mendicitas, Mendicantes. *Mendicabatur olim occasione concionum plus quam nunc* 875 e. *Mendicato vivunt moniales Ursulanæ* 217 e, 218 d. *Alias artes adhibent* 231 c d. *Mendicitati voluntariæ addicit se canonicus S. Crucis* 230 d. *Mendicat pro fratribus B. Gundisalvus de Lagos* 424 f, 425 a. *Mendicat ostiatim B. Hieronymus Garibus* 887 e. *Mendicantium ordinum origo* 36 d. *Mendicantium ordines quid antiquiorum ordinum constitutionibus addiderint* 730 d, 734 f. *Mendicantium omnium similes constitutiones sæculo* xiii 816 a b c. *Mendicantibus accensetur congregatio B. Joannis Boni* 725 c, 740 b, 854 b

Mendacia *Francorum* 137 e

Menologium *Græcorum jussu Basilii Porphyrogeniti editum* 520 c d e. *Menologium Græcorum Sirleti non exstat Græce* 489 f. *Vide* Scholzius.

Mensa *communi abstinet B. Joannes Bonus* 711 e f, 712; *non tamen semper* 713 a

Mercatura. *Mercandi modus Hunnorum* 115 e f. *Mercatura ad Rhenum jam ante Christum* 133 b c

Meretrices *hospitibus submittebant Hunni* 137 f. *Meretrix ut insidiata sit castitati B. Gundisalvi de Lagos* 425 d e f

Mercoris *dies in instrumento Massiliensi sæculi* viii 563 b c d e, 571 e. *Vide* Dies.

Messis *tempus in Ægypto* 24 c

Milites *et dona olim a monasteriis præbita* 514 d e

Ministri in ordinibus religiosis. *Minister, superior generalis* 784 a. *Minister in canonia de Torello* 418 d

Ministerialis *S. Ursulæ Rudolphus* 221 b. *Item duo Rudolphi et Thiedricus* 221 d

Ministeria *olim dicebantur supellex sacra* 545 e, 548 d

Minores (*fratres*) *Cæsenates* 781 e; *socios B. Joannis Boni ad suum ordinem abducere dicuntur* 751 c. *Bononienses et Nicienses* 888 et seqq.

Miracula *singularibus probationibus confirmanda sunt* 211 a. *Miracula S. Candidæ Dertosensis* 579 d e. *Miracula S. Cordulæ* 582 c d e f, 583, 584, 586 d. *Miracula S. Fintani* 555 f, 535 c, 557 d. *Miracula B. Helentrudis* 80 e. *Miracula S. Hilarionis multos ad fidem et ascesim convertit* 33 a. *Miraculo patrato, nil umquam accipit S. Hilarion* 32 d, 47 e, 53 d, 56 e. *Miracula S. Hilarionis continuo in causa sunt cur itineretur* 17 et seqq. *Miracula ejusdem post mortem* 58 a. *Item ad sepulcrum et in hortulo Cyprio* 58 a. *Miracula B. Joannis Boni iconibus expressa* 697 d e, 740 c d. *Miracula ejusdem dum viveret* 756 et seqq., 775 et seqq. *Miraculorum numerus et frequentia* 719 e, 871 a b, 785 c d e, 786 b c, 856 e, 858 c d. *Miracula operabatur B. Joannes Bonus præcipue duabus de causis* 719 c. *Una est ut discipuli sui confirmarentur in vocatione* 792 a, 822 e f, 823 d. *In confirmationem fratrum torris frondescit* 814 f; *item pinnaculum* 814 f; *aqua conversa in vinum* 817 e, 818; *Amygdala plantata floreseit statim* 817 e.

Seipsum sanat 793 a b, 794 b c; *incedit super prunas candentes* 794 a b; *ficum aridam florescere jubet* 794 c d; *item ramusculum adustum* 794 e f. *Ter mutat aquam in vinum* 775 a b c. *Miracula sua vulgari extra conventum non patiebatur B. Joannes Bonus* 726 b; *ea operabatur aut narrabat ad confirmandos fratres* ibid., *et* 725 a. *Miracula ejus in obitu* 736 e, 737 b c. *Miracula occasione elevati corporis* 737 f, 738 a b; *miraculum accensorum cereorum, cujus memoria celebris inter Mantuanos* ibid., 740 c. *Miracula quæ post obitum contigerunt usque ad annum* 1251, 763 et seqq., 797 et seqq. *Miracula ejusdem sæculo* XV 767 e; *et sæculo* XVII 767 f

Misculatio *seu mixtura ad bona immobilia extensa* 571 c, 575 a

Missa. *Missa et officia de S. Ursula et sodalibus* 282 et seqq. *Missa propria de S. Mellono* 568 f. *Missæ ritus aliquot usitati in canonia de Torello in diœcesi Comensi* 418 b c. *Missa singulis diebus dominicis de S. Ursula Cracoviæ* 294 a. *Missæ sacrificium oblatum a S. Cuniberto* 212 b. *Missam dum in basilica S. Ursulæ celebrat B. Hermannus Josephus, divinitus intelligit se donandum corpore S. Gertrudis ante negato* 301 d e. *Missæ sacrificio interest B. Joannes quotidie* 720 c d. *Missam pientissime celebrat B. Gundisalvus de Lagos* 423 f, 424 a

Missalia. *Missale Anglicum vetus seu Pantaleonitarum* 148 b, 272 c. *Missale Catalaunense conscriptum sæculo* XIII 606 c, 699 d. *Missalia Romana antiquiora* 42 f, 43 a. *Missalia et Breviaria Romana antiqua. S. Cyriacus fabulosus papa* 276 e f, 277 a b

Missi dominici, missi regii, missi discurrentes, *regii legati* 371 f, 372 a b. *Eorum institutio antiquior capitulari anni* 802, 371 a f, 372 a. *Dignæ judicant controversiam S. Mauronti* 371. *Horum officia* 371 a

Missi communis *Mantuæ plures erant* 806 b

Mitra, *insigne Romanorum, concessa archiepiscopo Hamburgensi* 383 d. *Mitra Alexandriæ usitata* 18 e

Moloch *seu* Rex, *divinitas Saracenorum* 21 b c

Monastica vita, disciplina, regula. *Monasticæ vitæ origines in Oriente* 33, 36. *Monasticæ vitæ triplex forma apud Orientales* 688 e. *Monasticæ vitæ forma Nisibi* 61 f. *Item in Syria et Cœle Syria sæculo* IV 62 d e. *Monasticæ vitæ forma sæculo* IV 30 d. *Monasticæ vitæ antiquitas in Occidente* 729 a. *Monastica disciplina ante sæculum* VI *per Hispaniam valde propagata, nec tamen erat Benedictina* 600 e f. *Monasticam vitam amplecturtur latini in Ægypto* 70 e. *Monasticæ vitæ gratia episcopatum deserit S. Justus Lugdunensis* 72 a. *Monasticam vitam sitne professus S. Augustinus, an vero solam clericalem* 729 b. *Monastica vita quomodo olim assumi posset* 349 e f; *suscipitur per mutationem habitus* 44 a. *Monastica norma, id est regula S. Benedicti* 336 b, 337 e

Monachi. *Vocabuli hujus significatio multiplex* 33 b. *Monachus ut quis olim esset quid requireretur* 223 f, 224 a. *Monachi olim non abdicabant omnem proprietatem* 224 a b. *Adeunt hæreditates* 43 f, 67 f, 68 a. *Conantur sæculo* V *eos excludere* 43 f. *Monachi orientales stabilitatem neque vovent, neque observant* 684 e. *Monachi pars cleri* 223 d. *Monachi plures presbyteri erant sæculo* IV 34 f. *Monachi passim non dicti conversi* 410 c. *Monachorum veterum confessiones num fuerint frequentes* 723 et seq.; *inter eosdem confessio peccatorum venialium quatenus obtinuerit* ibid. *Monachorum orientalium et occidentalium mutua commercia et itinera* 623 e. *Monachi græci Romæ* 41 e. *Monachi Palæstini, Ægyptii, Syri et Mesopotamii laude digni* 37 b c. *Monachi diutissime vivebant in eremis* 62 d e. *Convertunt multos Syros, Saracenos et Persas* 62 e. *Monachi juvant conversionem incolarum Libani* 20 d; *et Majumitarum* 20 d e. *Monachi maximam partem habent in convertendis Bulgaris* 684 d. *Hinc apud hos viget ab initio vita monastica* 684 d e. *Monachi inepte accusati calumniarum in Attilam* 137 b c. *Monachi erant sæculo* VI *in Africa alii præter S. Augustini discipulos* 598 e f, 599 a b. *Monachi Benedictini vestibus albis usi Meldis sæculo* IX 309 a. *Monachi bosci seu pascentes herbas prope Nisibim* 62 a. *Monachi Hiberni et Scoti ab antiquissimis temporibus plerumque sacerdotes aut clerici fuerunt et deserviebant ministerio ecclesiarum* 338 e; *illud systema mutuaverat S. Patricius a S. Martino Turonensi* ibid.; *monachorum istorum regula erat perquam severa* ibid.; *hujusmodi systema in Hibernia et Scotia fuisse universale aut fuisse adhibitum omnino non videntur advertisse archæologi sacri* ibid. *Monachi S. Hilarionis quomodo constituti* 33 b. *Monachi apud Persas sæculo* IV 62 b. *Vide* Horæ, Prandium, Dominica, Paupertas, Tonsio.

Moniales. *Moniales Ursulanæ præ paupertate vagantur* 217 e, 218 d e. *Alias artes adhibent* 231 c d. *Monialis Ursulanæ Coloniensis gravidæ honori consulit S. Anno* 298 d. *Monialium nomen abjiciunt canonissæ, factæ sæculares* 227 a. *Monache di casa Neapoli* 307 b

Monasterium *sæpe unius monachi sedes* 33 a b. *Monasteria unius diœcesis sita in altera* 383 e. *Monasteria olim inter sese nullo auctoritatis vinculo juncta* 730 d. *Monasteria regia* 316 a. *Monasteriorum Palæstinæ et Mesopotamiæ psallendi ratio* 34 b c. *Monasteria quæ sæculo* IX *locupletia, quæ mediocria, quæ egena essent* 218 a b c. *Monasteria olim in specie locupletia, et revera egena* 217 d e f; *quomodo deinde abundaverint* 218 a b c. *Monasteria slavica imprudenter pueros admittunt* 688 d. *Monasterium diœcesis suæ visitationem instituit Wichfridus, Coloniensis archiepiscopus* 219 a. *Monasteriorum quinque exeunte sæculo* IX *unus abbas Hugo Altorfiensis* 366 d e. *Monasteria erant Nisibi sæculo* III 61 e f. *Monasteria innumera erigit S. Hilarion* 33 a. *Monasteria in Britannia ante sæculum* IV 155 d, 157 a. *Monasterium Dervense. Vide* Bruno abbas. *Monasteria quænam et quibus conditionibus Turci iterum ædificari sinant* 685 d

Monitorium S. Bertharii. *Vide* Polyptychon.

Monogramma *Christi mire a S. Elisabetha Schonaugiensi explicatum* 170 b. *Quando cœperit esse in usu frequenti* 170 e f, 171 a. *An adhibitum ante tempora Constantini* 451 b c d

Mons *ex fertili sterilis redditus et vice versa, orante S. Donato, episcopo Fesulano* 658 a b

Monumenta *antiqua Victoriæ ad Rhenum* 150 d e f, 151 a b. *Monumenta gentilia in usus suos vertunt Christiani* 246 e f

Morbum *caducum sanat S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 e f. *Ejusdem morbi patronus idem S. Bertholdus* 413 d e

Mores *Galliæ, Italiæ, Hispaniæ et Africæ sæculo medio* V 156 f

Morphæa; *vide* Lepra.

Mors, Moribundus. *Mortem non timet S. Hilarion* 43 b. *Mors ejus pientissima* 57 f. *Mors pia S. Elisabethæ Schonaugiensis. Reliquiæ ad moribundam*

bundam solemniter delatæ 299 a. *Mors B. Joannis Boni* 754 d, 755 a. *Mortis beatæ patronæ S. Ursula et ejus sodales; unde id videatur ortum* 295 f, 296 a. *Moribundorum patrona S. Ursula in Lusitania habita* 290 b. *Mortuæ resurrectio monialis hospitalis Bruxellensis* 295 f, 296 a. *Mortem sibi inferre pro castitate servanda licitum esse credidere aliqui* 65 c, 68 f. *Mortis reum vinculis liberare poterant sodales Ursulani Romæ* 289 d

Mortificatio *S. Hilarionis* 44 c d
Mucapor, *quid* 549 b, 548 e
Munditiam *negligit S. Hilarion* 52 e f. *Eamdem curari jubet S. Pachomius* ibidem
Mundi *despectus S. Hilarionis* 52 e f
Municipiorum *magistratus* 47 f, 49 e f
Munuscula, *puta legumina, accipit S. Hilarion a discipulis* 52 d
Musæum, *bibliotheca Alexandrina major* 25 a
Musica *floret Coloniæ* 135 f
Mysteria *Christi sæculo* XII *repræsentabantur a clericis, non a laicis in ecclesiis* 698 e. *Foro Julii exhibita anno* 1298 698 e f

N

N, *signum anonymi* 92 a b
Narthex *duplex* 213 b c
Natalis *vocabuli vis* 9 f, 10 a
Natalis Domini *quando celebrari cœpta* XXV *Decembris in Occidente et Oriente* 540 e f, 541 a
Natales sanctorum *passim cum anniversario mortis concurrunt* 30 a b
Nativitas *terrena S. Agnetis celebratur in ecclesia* 380 a. *Nativitatis dies confusus cum die ordinationis* 379 f, 380 a
Navis, Navicula, Navigare, Ars nautica, Naufragium. *Naves quas fert Rhenus* 152 d. *Naves e mari ejectæ per terræ motum* 27 e f. *Naves piratarum* 57 a. *Navis in scuto Helgolandiæ* 291 f, 292 a. *Naufragii periculo liberatæ duæ naves ope SS. Virginum Ursulanarum* 252 e f, 253 a. *Naviculam prodigiose erigit S. Condedus* 333 b, 337 b c. *Naviculam ditissimam, qua exhibetur S. Ursula cum sociis, offert templo Rhemensi cathedrali Henricus III* 292 f, 293 a b c d. *Navicula Ursulana seu confraternitas* 294 et seqq. *Vide* Confraternitas, Sodalitas. *Navigantium patronus an B. Gundisalvus de Lagos* 426 f, 427 a d. *Nautica res quantum juvat provinciarum gubernationem* 27 a
Nervorum contractio *ope B. Joannis Boni curata* 762 d, 763 d f, 765 b, 767 a, 808 c, 827 et seq., 881 et seq.
Nimbus, *imaginibus additus, cultus ecclesiastici vestigium* 420 d
Nobiles *soli admittuntur in capitula sæcularia* 227 a.
Nomina *appellativa aut communia quæ sint* 258 a. *Nomina communia errore mutata in propria* 317 d. *Nomina animalium assumpta* 317 d. *Nomina animalium data primis christianis atque etiam gentilibus* 139 b. *Nomina numeralia imposita filiabus Romanis* 144 d e. *Nomina efficta ex cognominibus* 388 b c. *Nomina idolorum servabant Christiani atque ipsi Romani pontifices primis sæculis* 184 a. *Nomina in baptismo imposita aut mutata* 139 d. *Nomina mutandi usum quando adoptarint Romani pontifices* 178 d. *Nomina, extraneis gentibus usitata, sæpe assumpta a barbaris et Romanis* 115 b c. *Nomina latina assumunt orientales, transgressi in Occidentem* 623 b c. *Nomina illustriora orientalia et occidentalia promiscue usurpata* 623 c. *Nomina latina paulatim omittunt Britanni post discessum ex insula Romanorum* 139 d. *Nominum sanctorum et morborum convenientia sæpius causa fuit electionis cælitum patronorum* 322 f, 323 a. *Nomina imponendi usus sanctis anonymis quousque prohandus* 257 e f, 258 a. *Nomina paucarum virginum Ursulanarum nota* 115 d. *Nomina presbyterorum et clericorum Coloniensium sæculo* X 218 f, 220 e, 221 d. *Nomina canonissarum S. Ursulæ exeunte sæculo* XII 227 f. *Nomina servorum germanica* 217 b. *Nomen Henrici V imperatoris tacetur, quod adhuc viveret* 239 a
Notitia *imperii* 107 c; *quando scripta sit* 308 a
Notarii *processuum in causa B. Joannis Boni habitorum* 769 e; *quomodo suas partes expleverint* ibid.; *notariorum imperialium opera adhibita* 770 a b; *eorum conditio in Italia* 769 f; *an clericis agere notarium liceret* 770 a; *notarii ecclesiastici, seu cancellarii et secretarii* 770 a; *notarii sacri palatii etiam fuere imperiales* 770 b; *notarii laici num processus canonizationum scribere possint* 770 a; *notarii in processibus canonizationum* 797 c d
Novitiatus, Novitii. *Novitiatus ratio apud orientales* 688 d e. *Novitiatus unius anni præscriptus canonicis S. Mariæ de Torello* 418 a. *Novitii canoniæ de Torello jussi sibi vestes emere* 418 d. *Vide* Tirocinium.
Nudisne *pedibus incesserit B. Hieronymus Garibus conventualis* 888 a
Nummi *inventi in sepulcris Ursulanis Coloniæ* 140 b. *Nummi Colonienses falsi* 134 a
Nuptiæ *medio ævo dehonestatæ colluvie histrionum* 700 b c. *Vestes tunc donatæ* 699 e, 700 b c
Nutricem *refugiunt SS. Benedictus et Gebizo* 399 d, 405 c
Nutriti *quinam dicerentur* 410 b

O

Oputat *S. Elisabetha Schonaugiensis esse* E *germanicum* 170 d
Obedientia *canonicorum* 225 c. *Obedientiam præstat lupa B. Joanni Bono* 773 a b *Obedit lupa B. Joanni Bono* 756 e; *avis* 759 et seq. *Obediunt bruta B. Joanni Bono* 756 d; *item aves* 827 b
Obitus *seu depositionis die electi olim episcopi in Germania* 576 c
Oblati *Deo a parentibus pueri exeunte sæculo* XI *non debebant necessario in monasterio vivere* 411 f, 412 a b. *Oblati quinam olim et quinam postea dicti* 410 b, 415 e f
Obsecrandi *modus christianorum* 49 b
Oculorum *in certum locum fictio intendit phantasiam et origo est falsarum revelationum* 166 c. *Oculorum usum amittit prædo et recuperat ope S. Wendelini* 349 d e. *Oculis laborantibus opitulatur B. Joannes Bonus* 765 b c, 765 f, 766 f, 767 b c, 855 a b, 866, 879 et seq.
Odium *inveteratum judæorum in Christianos* 485 b
Odoramenta, Odor. *Odoramenta in sepulcris posita* 420 b. *Odor suavis, ex sepulcris emanans, ordinarie est naturalis* 250 c
Officium *divinum pristinum eremitarum* 33 d e f. *Officium divinum omissum in monasteriis propter nimiam paupertatem* 217 e, 218 d e, 219 b. *Officia confessorum pontificum et non pontificum jam pridem diversa* 310 d e. *Officium S. Donati Fesulani episcopi* 650 d e f, 651. *Officium proprium de S. Maria Jacobi et Salome ex antiquo breviario collegiatæ*

collegiatæ S. Gudulæ Bruxellis 441 a b c. *Officium S. Valerii, archidiaconi Lingonensis* 530 f, 531. *S. Melloni, episcopi Rothomagensis* 566 e f, 567. *Officia et Missæ de S. Ursula et sodalibus* 282 et seqq.

Oleo *vescitur S. Gebizo* 399 f. *Id omnibus Cassinensibus interdicitur* 399 f, 405 b. *Oleum a S. Hilarione benedictum quæritur* 52 e. *Hujus olei virtus* 24 c. *Oleo benedicto serpentum morsus curati* 54 f. *Vide* Constantia.

Olivæ *manibus gestatæ in signum pacifici animi* 208 b

Onagri *prodigiose abacti ex hortulo S. Antonii* 53 b

Onerariæ *navis quæ forma* 59 a

Opera misericordiæ *puer discit S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 a

Oraculum angelicum *Carmelitarum* 43 c

Orationes *veterum eremitarum* 53 d e f. *Orationes quid significarent apud pristinos monachos* 33 e. *Orationis commendatio* 401 b c. *Orantis S. Hilarionis habitus* 54 f. *Oratio S. Donati ep. Fesulani morientis* 661 f. *Orationes mirum in modum diuturnæ B. Joannis Boni* 710 b c, 749 e f, 750 a b; *magnam partem noctis orando traducit* 720 a b c, 781 b, 782 a, 842 a; *Christi apparitiones* 720 b c; *formæ genuum, pedum et manuum in solo impressæ ex orandi frequentia* 720 a, 842 f

Orationem dominicam *puer discit S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 a, 414 a. *Oratione dominica unice utebantur Manichæi medii ævi, tam in Oriente quam in Occidente* 716 b d, 717 a b; *ea sacrificium consecrari dicebant* 716 e

Ordinationes sacræ. *Unus Philon Cyrenensis ordinat episcopum Palibiscenum Siderium* 23 d. *Ordinatur episcopus S. Willehadus feria* IV 378 b. *Ordinatio S. Ulrici in festo Innocentium* 376 e. *Ordinationis dies confusus cum die nativitatis* 379 f, 380 a. *Ordines majores viri conjugati sæculo* III *sæpe suscipiunt* 11 a

Ordo *ab Attila servatus in spoliando Aureliano* 138 d

Ordo, *senatus coloniarum* 49 f

Ordo monasticus *olim unicus, non vero plures erant* 730 e f, 731 a. *Ordines monastici proprie dicti quando existere cœperint* 730 d e; *qui monachi primi verum ordinis nomen meruerint* 730 d. *Ordinis S. Augustini esse qui dicerentur sæculo* XIII 730 c

Ornatus *inter sacrificandum adhibiti jam inde a primis ecclesiæ sæculis* 450 b c d e

Oscula *venerationis ritus* 47 b, 49 c

Osiris *cultus a Blemmybus* 29 a

Ostensionis *reliquiarum ritus* 574 f, 575 a. *Ostensio triennalis reliquiarum Duravelensium* 59 f

Otiosum verbum *nullum dicit B. Joannes Bonus* 847 d. *Vide* Verbum.

Ovina *lana textæ vestes agricolarum in Ægypto* 30 f

Ovis *non vescitur S. Gebizo* 399 f, 403 b. *Ova non comedebat B. Joannes Bonus, nisi aliquando tempore infirmitatis* 711 f, 712 b, 776 e

P

P, b, ph, v, f, *literæ mutatæ in* g *et* ch 308 d

Pallium, Palliolum. *Palliolum monasticum quid* 31 b. *Palliolum S. Hilarionis* 30 e. *Pallium seu chlamys Ursulana, confraternitas* 294 a, 296 e. *Vide* Confraternitas.

Palmæ, *inscriptæ tumulis, non habentur Benedicto XIV signa martyrii* 257 b

Panegyrici *dicti in laudem B. Joannis Boni* 746 d

Panemus *mensis* 28 a b

Panis, *a S. Hilarione benedictus, quæritur* 52 e. *Panem emit S. Hilarion* 32 d e

Papæ *nomen olim omnibus episcopis, maxime Græcis, commune* 16 c, 60 d, 67 c. *Quinam primum servarint Romano pontifici* 67 c

Paralytica *sanata ope S. Anatolii* 313 b; *item paralyticum sanat S. Hilarion* 37 e

Parasceve *olim videtur fuisse initium novi anni* 102 e

Parsimoniam *nimiam castigat S. Hilarion* 32 c d

Pascha *non celebrabant olim Hiberni eodem tempore quo Romani* 329 d e f; *unde id ortum sit* ibid.; *quando admiserint cyclum Dionysianum* 330 a; *de paschali cyclo controversia et synodus* 339 b c d. *Paschalibus festis incohatus olim dicitur novus annus Romæ* 102 e. *Paschæ octava in cappis celebrata* 228 e. *Paschatis die capillos suos tondet S. Hilarion* 30 d

Passio *Christi sæculo* XII *repræsentabatur a clericis non a laïcis* 698 e

Pastionis *tempus in Ægypto* 24 c

Pastoritiam *vitam coluit S. Wendelinus* 344 d e

Patareni *dicti* Bugares 717 b; *item* Cathari *seu perfecti Manichæi; ex Orienti in Europam venere* 716 e f, 717 a b c; *quibus maxime Italiæ locis illi abundarent* 717 c d; *eorum dogmata* 717 et seq. *Negabant totum symbolum* 829 f. *Abhorrebant a sacerdotibus catholicis* 717 f, 718 c, 829 f. *Multos convertit ad veram fidem B. Joannes Bonus* 718 b c d

Patientia *B. Joannis Boni* 725 d e f, 726 a; *in difficultatibus cum fratribus Pœnitentiæ et deinde cum FF. Minoribus* 846 f. *Vide* Persecutiones.

Patriarchales *civitates intra suum ambitum videntur admisisse plures ecclesias* 214 c

Patricii *dignitas medio ævo Massiliæ* 370 a b

Patrimonium. *Vide* Monachi.

Patroni *electi ratione convenientiæ nominis morborum cum nomine sanctorum* 322 f, 323 a

Patrocinium *Coloniæ ex sanguine virginum Ursulanarum* 135 e

Paulliciani *dicti Manichæi Orientis ævo medio* 716 e f; *nominis origo* ibid., 718 a

Pauperes catholici *de Mediolano accedunt ad Unionem magnam eremitarum* 735 a

Pauperum *miseretur B. Joannes Bonus* 867; *eisque subvenit* 766 a. *Eos liberat ab infirmitatibus* 874 e et seq.

Paupertas religiosa. *Paupertas monachorum veterum non severa* 45 f. *Paupertatis primum gradum non videtur transgressus S. Hilarion* 32 e. *Ille idem hæreditatem paternam distribuit* 20 c. *Paupertatem a suis discipulis exigit S. Hilarion* 32 e, 32 c. *Paupertatis ratio SS. Genovefæ et Ciliniæ post assumptum velum virginale* 307 a b. *Paupertatis religiosæ ratio canonicorum* 223 e; *item canonissarum* 224 e f et seqq. *Paupertatis quartus gradus* 34 a. *Paupertas exercita a B. Joanne Bono* 725 c. *Paupertatis religiosæ exemplum B. Hieronymi Garibi* 893 b c d

Pax. *Pacem componit B. Joannes Bonus Ravennates inter et Cervienses* 722 b c

Peccata mortalia *puer discit S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 a

Pectines *reperti in tumulis Ursulanis* 141 a. *Pecten in tumulo Ursulano. Prodigium dein secutum* 248 f, 249 a

Pecuniæ *valor sæculo* XI 217 f. *Pecuniam habet S. Hilarion et discipuli* 32 d

Pellicea vestis *S. Joannis Rylensis* 687 f, 688 f

Perditi *in supplicatione publica uniones mille quingenti ex veste S. Elisabethæ et uno die reperti* 250 c

Peregrinationes *Hierosolymitana et Romana sæculo* II, IV, VIII *aut* IX 156 c d. *Peregrinationes Romanæ sæculo* V *jam frequentes* 153 e. *Peregrinationem Romanam ex Scotia suscepisse dicitur S. Wendelinus* 344 b. *Peregrinatio Romana et Viennensis in Gallia S. Bertholdi, conversi Parmensis* 412 d e f. *Peregrinationem Hierosolymitanam suscipientes, occiduntur a Saracenis SS. Georgius, Joannes, Julianus et socii* 361 a b. *Peregrinatio Hierosolymitana instituta a S. Hilarione* 20 f. *Peregrinatur S. Hilarion ad demortui S. Antonii cellam* 21 f. *Peregrinatio annua ad templum S. Hilarionis in Dalmatia* 27 c d. *Peregrinatio S. Germani Parisiensis in Orientem ob reliquias* 58 b. *Peregrinationes sanctorum orientalium in Occidentem* 623 c e. *Vide* Hierosolymæ.

Peregrinorum *patria solebat indicari in titulis* 211 b

Perfectionis *via quam secutus est B. Gundisalvus de Lagos* 423 e

Perfidia *Gotthorum et Francorum* 157 d e

Persecutiones *occasionem dant ducendæ vitæ eremiticæ* 56 b c. *Persecutionem Juliani prævidet S. Hilarion* 52 c; *persecutiones patitur B. Joannes Bonus a dæmone et ab hominibus* 725 d e f, 726 a, 752 a, 774 a b, 777 c d, 781 e, 785 d e, 787 f, 788 f, 789 a, 851 c d. *Persecutoribus reddit bonum pro malo B. Joannes Bonus* 774 c

Perseverantia *promittitur B. Joanni Bono post victam tentationem* 747 a

Personæ *nomen in Trinitate controversiis dat locum* 66 f

Pes. *Pedum usus restituit S. Genovefa servæ alicui S. Ciliniæ* 506 f. *Pedibus laborantem liberat B. Joannes Bonus* 766 b c, 873

Pestis *exstinguitur ope S. Wendelini* 550 a

Petalus pontificalis apicis *usitatus Alexandriæ* 18 e

Phantasiæ *vires ad habendas falsas revelationes* 82 e f, 83, 84

Phialæ *rubricatæ non omnes habentur signa martyrii, sed eæ majoris molis, quibus inest sanguis arena concretus et quæ interius in sepulcris reperiuntur* 230 c. *Vide* Vasa.

Philosophumena *pluribus tributa* 105 d

Philosophi, *vetus monachorum nomen* 53 f

Phrenesis *sanatur ope B. Joannis Boni* 767 d, 821 a b

Phthisi *laborantibus succurrit B. Joannes Bonus* 765 e, 864 et seq.

Picturæ *de S. Ursula insignes* 292 c d e. *Picturis expressa B. Joannis Boni vita in monasterio S. Agnetis Mantuano* 697 e

Pietas *veterum monachorum* 57 b c. *Pietas S. Elisabethæ Schonaugiensis* 83 b

Pietas filialis *imprudens S. Malchi* 64 e

Pili *ne nascantur, genæ Hunnorum sulcatæ* 115 d, 116 b c

Piratæ *prope Cytheram* 57 a. *Piratarum veneratio in eremitas Helgolandiæ* 291 e

Pisa *bulgarica* 688 a, 689 a

Piscinam *in horto fabricatur S. Antonius* 55 a

Piscis *symbolum Christi* 517 c f. *Pisces cibus monachorum dici consuevit* 599 e. *Piscibus non vescitur S. Gebizo* 599 f, 603 b. *Pisces comedisse videtur B. Joannes Bonus* 712 b

Pix *vino immixta* 515 e f

Planetarum *nomen impositum diebus hebdomadis* 565 b c d e

Plaustris *bello se tegunt Hunni* 127 a

Plutonium. *Vide* Hierapolis.

Pluviam *pertransit intactus* S. *Donatus ep. Fesulanus* 658 c d. *Pluviæ impetraudæ causa invocari solet S. Anatolius Cadurcensis* 313 a. *Pluvia mirabilis* 313 a. *Pluviæ petendæ causa circumferuntur S. Columbinæ reliquiæ* 281 b. *Pluvia obtenta, circumductis per modum supplicationis reliquiis SS. Nunilonis et Alodiæ* 638 e f; *cum insigni miraculo* ibid. 639 a b c. *Pluvia cessat oratione B. Joannis Boni* 752 f, 773 f, 774 a, 847 e

Pocula *crucis signo antiquissimis temporibus benedicta* 50 a b

Podagrici *curati intercessione S. Wulfilaci* 3 f

Pœna *a S. Hilarione inflicta monacho* 34 d

Pœnas inferni *puer discit S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 a

Pœnitentia Jesu Christi (ordo de) 820 e

Pœnitentiæ fratres, *id est Tertiarii quidam, B. Joannem Bonum persequuntur* 751 c d, 752 a b

Pœnitentia *et dolor de peccatis* 720 c. *Vide* Confessio.

Pœnitentiam *egit B. Joannes annis quadraginta* 697 c d, 703 f, 742 d e, 777 b, 822 a b, 834 a d e, 835 d. *Pœnitentiæ instrumenta B. Joannis Boni* 752 e, 777 b. *Fovea profunda* 782 a b. *Pœnitentia B. Hieronymi Garibi* 888 a

Polygamia *Hunnorum* 137 e f

Polyptychon *seu monitorium S. Bertharii de possessionibus Cassinensium* 681 f, 682 a

Pomis *numquam vescitur S. Hilarion* 57 d

Pons, *a Constantino M. Coloniæ exstructus, laudatus* 133 e f

Pontificis *Romani auctoritas eadem ac S. Petri* 716 a

Porta *canonicorum custodita* 223 b. *Portæ geminæ templorum* 213 b c

Postulator *et procurator in causa B. Joannis Boni num fuerint* 770 d e

Potestates *Comi exeunte sæculo* XII 414 f

Potus *communis canonicorum* 223 c; *item canonissarum* 224 e. *Potus quantitas olim danda canonicis et monachis* 218 a b c

Præbendarum *ratio in capitulo S. Ursulæ* 228 a b, 229 a b e f, 230 b c, 231 b c. *Præbendæ capituli S. Ursulæ datæ laicis* 221 b, 229 f, 231 b c

Prædicationes *B. Joannis Boni* 721 d, 772 e, 776 e. *Prædicationum B. Gundisalvi de Lagos fructus* 423 f, 425 c d

Prædicatores (*fratres*), *Bruxellenses* 875 e; *item Cæsenates* 772 f, 776 b

Prædicit *S. Montanus nativitatem S. Remigii* 319 d

Prædones *prodigiose amoventur S. Wendelini ope* 349 a d e

Præfectus prætorio *dabat evectiones medio sæculo* V 153 e

Præmonstratensium *canonicorum ordo initio aliquot monasteriis virorum adjuncta habuit monasteria feminarum* 871 b c

Præpositi *generales. Vide* Generales Ministri.

Præsanctificatorum *usus apud monachos* 688 e f

Præscriptionem *centenariam Otho IV imperator concedit seu confirmat ecclesiæ Comensi; itemque aliis* 416 c d e. *Præscriptio quadraginta annorum post annum* 800 *concessa religiosis domibus* 573 d

Præsides provinciarum, ἡγεμονες, ἡγεμονευοντες, *qui* 487 a b c. *Præsides Thraciæ* 543 e, 544 f. *Præsides, provinciis Belgicis præfecti* 133 e. *Præsidialia. Vide* Acta Martyrum.

Prandii *tempus die dominica apud monachos* 53 e f

Præstaria *seu donatio fundi, retento usufructu* 217 c

Preces *dictæ meditationes intertextæ psalmodiæ* 34 a

Presbyteratus *ordo collatus monachis sæculo* IV; *non tamen S. Hilarioni* 34 f. *Presbyteri malunt conversi fieri quam monachi in abbatiis* 410 e.

Presbyteri mercenarii statuti a Saracenis in ecclesiis 368 c
Priapus *cultus a Blemmybus* 29 a
Prima, *Hora, sæculo* V *inducitur in officium divinum* 34 a
Primus episcopus *non dicebatur in titulis* 89 f, 90
Processio *pro inthronizatione episcoporum Comensium crudeliter turbatur* 415 c d
Processus *inter canonicos Comenses et monachos S. Abundii circa annum* 415 c d e f. *Processuus canonizationis antiquos quinam ediderint* 768 a b; *quanti sint momenti* 768 b c; *quinam antiquissimi sint* 768 b. *Eorumdem processuum forma sæculo* XIII 768 d e, 769 a b, 871 a. *Processuum illorum forma est judicii summarii potius quam ordinarii* 771 a. *Commissarius apostolicus unicus absque assessoribus, sed cum auditoribus aliquot* 769 d, 770 e. *Procuratores olim non habiti ut necessarii* 770 e; *loci in quibus auditi testes* 770 e f, 771 a; *modus excipiendi testimonia* 771 d e. *Testes juramento se ligant et servantur præcipuæ fori rationes* 770 b c; *formularium articulorum, de quibus essent interrogandi testes, exstitit ante medium sæculum* XIII 770 c d. *Processus in causa B. Joannis Boni confectus, ex antiquissimis qui exstant* 768 b e. *Processus duo apostolici in causa B. Joannis Boni constructi sunt et quare* 769 b c, 801 d. *Articuli in utroque proponendi* 769 c, 772 a; *auditi testes* 770. *Locus auditionis testium* 770 f, 771 a. *Processus ordinarii Mantuani in causa B. Joannis habitus non est* 768 et seq. *Processus ille memoratur sæculo* XIV *exeunte* 767 d e. *Processuum illorum partes sex et quid singulare contineant. Vide* Instrumentum.
Proconsularia. *Vide* Acta Martyrum.
Prodigia. *Vide* Miracula.
Professio *publica et privata olim et ejusdem firmitatis erant* 307 c. *Professio seu oblatio conversorum* 410 c
Proles *aliquando commendata precibus monachorum, priusquam haberetur* 333 a b
Prologi *qui simul sint præcedentium epilogi* 186 a b
Propheticus *spiritus S. Hilarionis* 32 e. *Spiritus ille magia habetur* 33 a. *Prophetice mortem prædicit S. Viatori S. Justus* 72 d. *Prophetiæ donum in B. Joanne Bono* 719 e, 733 e f, 736 d, 753 c, 758 f, 759 a b c, 760 f, 762 f, 782 c d e f, 783 c, 785 e f, 792 f, 829 c d, 834 f, 833 c f, 834 d
Proprætores augusti *præfecti provinciis Belgicis* 133 e
Proprietatis *titulus in monumentis indicatus* 211 c. *Proprietas omnis an pugnet cum essentia voti paupertatis solemnis* 224 a b c. *Proprietarii veteres monachi* 54 a
Prosa *de S. Mellono* 568 e. *Prosæ de S. Ursula et sodalibus* 282 e f, 283 a b, 284 a b c d e
Prostrationes *inter psallendum* 33 f
Protestantium *martyrologia. Festum S. Ursulæ* 274 d. *Protestantes iniqui S. Hieronymi censores* 60 e f
Providentia *divina. De ea vetus carmen* 149 f
Provinciæ *Romanæ plures quandoque uni rectori vel præsidi subjectæ* 543 d
Psalmi *discuntur in monasteriis* 63 a. *Psalmos recitat S. Hilarion deambulans* 48 d. *Psallendi disciplina* 33 d e f. *Psalmorum numerus apud monachos varius* 33 e. *Psalmos alternatim cantabant eremitæ* 33 d e
Psyche *sculpta in sepulcro S. Mauronti* 369 d
Publius, *nomen et cognomen esse demonstratur contra Tillemontium* 486 c d, 498 a, 503 c
Pudicitia *Gotthorum et Saxonum* 137 e; *item Britannorum* 131 d
Pueri *erudiuntur apud canonicos* 223 c. *Pueri admissi in canonia de Torello* 418 d. *Pueri imprudenter admissi in monasteriis slavicis* 688 d. *Pueri avii seu imbecilles curati ope S. Aviæ* 322 f, 323 a. *Puer e faucibus lupi ereptus a S. Donato ep. Fesulano* 657 b c d e. *Puerorum reliquiæ inter Ursulanas* 112 c d
Puer *seu servus erat S. Viator, lector Lugdunensis* 81 f. *Pueri dicti conversi* 410 c
Puerperarum *patronus S. Bertholdus, conversus Parmensis* 413 d
Purgatorii *ignibus liberatur monialis Bruxellensis precibus SS. Ursulæ et sodalium* 296 a
Purpura *insigne imperiale* 105 c
Putei *artesiani in Oriente* 46 a. *Puteus excepit S. Ursulæ sodalium sanguinem* 141 b. *Puteus in quem post passionem conjecta corpora SS. Nunilonis et Alodiæ* 634 e f; *inscriptio* 647 b
Pyrrichæ *in medio bello operam dat Sabinianus magister militum* 65 c

Q

Quadragesimæ *tres præscriptæ canonicis de Torello* 418 d. *Quadragesimam unam tantum, seu jejunium unicum extraordinarium servabat B. Joannes Bonus, sed ordinarium perpetuum* 732 b d. *Quadragesimalia B. Joannis Boni jejunia quam admiranda* 712 d e f, 713, 714, 747 b, 776 e f, 822 b c, 852 a, 858 c d, 840 a e f, 841 e f, 842 d e, 844 f, 849 c
Quæstores *cum indulgentiis et sanctis reliquiis emittunt Ursulanæ canonissæ* 231 d. *Vide* Indulgentiæ, Reliquiæ, Festus dies.
Querelæ *parentum de morte liberorum etiam eorum quorum sepulcris affixa sunt vasa rubricata* 8 f, 9 a
Quingenta *corpora unica vice reperta in Ursulano cœmeterio* 249 f

R

R. *Hac litera anonymus designatus* 92 d
P *rho græcum, scriptum ut* R *latinum* 170 d
Rabidorum *animalium morsus sanantur contactu reliquiarum SS. Nunilonis et Alodiæ* 638 d e
Raptus *S. Malchionis in via* 37 d
Ρασοφοροι *et* ῥασοφορουντες *quinam dicti in monasteriis orientalibus* 688 d
Rastro *humum fodit S. Hilarion* 32 b. *Quæ ejus forma* 44 d, 46 c
Reclusi *apud orientales* 688 e
Recreatio *religiosorum quam sit antiqua* 776 c d; *aliquando reprehensa* ibid.
Reditus *bonorum medio ævo quam parvi essent* 217 e f, 218 a b c
Refectorium *commune canonicorum* 223 b
Regulæ *scriptæ passim non erant monachis sæculi* IV 30 d. *Regula priscorum monachorum primaria evangelium* 731 a. *Regulæ plures in eodem monasterio propositæ et adhibitæ* 730 e f, 731 a. *Regula promiscua seu Apostolica monachis communis usque ad sæc.* VII 599 b c. *Regula S. Augustini; ejus laudes* 729 f, 730 a, 731 f. *Regula S. Augustini quando viris adaptata* 730 a. *Regulam S. Augustini quando sint amplexi eremitæ B. Joannis Boni* 728 b c d. *Vide* † Augustinus, Monachi. *Regula S. Benedicti non videtur latuisse usque ad tempora S. Simplicii, tertii abbatis Cassinensis* 590 e f, 591 a b c. *Regulæ canonicæ origo et fontes* 223 a. *Regulæ antiquæ monasticæ, hibernice scriptæ, quatuor exstant* 333 b
Religio *Hunnorum* 116 a

Religio *non amplius habetur anno* 1244 *institutum canonissarum S. Ursulæ* 231 a b; *nutantes in vocatione confirmat B. Joannes Bonus* 773 d
Reliquiæ. *Multæ fraudes factæ medio ævo* 38 c d. *Reliquiarum fictores* 166 b. *Reliquiæ falsæ amovendæ sunt* 257 d; *sed raro abjiciuntur* 257 b c. *Reliquiæ falsæ parum credibili miraculo abjectæ* 247 b c; *visionibus agnitæ* 248 e f. *Reliquiæ dubiæ an sint abjiciendæ* 267 a b c d. *Reliquiarum effossores de captando lucro suspecti* 87 d. *Reliquiæ Ursulanæ pro singulorum libitu effossæ* 82 a b. *Reliquiæ igne examinatæ* 240 f, 241 a. *Reliquiæ per judicium Dei probatæ* 256 e. *Reliquiæ Ursulanæ recognitæ per judicium aquæ frigidæ* 242 b c. *Reliquiæ, etiam copiosæ, sæculo* XII *ordinarie conditæ in altaribus* 240 d. *Reliquiarum ostensionis ritus* 374 f. *Reliquiarum eximia expositio Viconiæ* 248 b. *Reliquiæ sanctorum Altivillarienses quotannis Remos translatæ. Lis hac de re* 321 c. *Ob nimium concursum ad feretrum B. Joannis Boni, mox terræ mandantur* 856 b. *Cum Ursulanis corporibus et indulgentiis quæstores emittunt Ursulanæ canonissæ* 231 d. *Reliquiæ S. Ursulæ et indulgentiæ circumlatæ ab eleemosynarum quæstoribus* 288 e f, 289 a b. *Reliquiarum humiliatio et imprecatio statuta in pœnam* 232 b. *Reliquiis S. Wendelini infunditur aqua, qua oculi lavantur* 349 b. *Reliquias sanctorum Coloniæ accipit S. Audeonus et secum fert* 298 b. *Reliquiæ ad S. Elisabetham Schonaugiensem moribundam solemniter delatæ* 299 a. *Reliquiæ miro lumine coruscantes* 239 c d. *Reliquiæ, lacte lotæ, se in alterum latus vertunt* 277 f. *Reliquiæ Ursulanæ dicuntur sponte rediisse Coloniam* 249 a. *Reliquias sibi retinens mori non potest vinitor* 281 f. *Reliquiæ venales* 248 b c. *Reliquias S. Hilarionis furatur S. Hesychius* 40 c. *Reliquiarum furta. Furtum corporis S. Anatolii et S. Callisti papæ* 313 b. *Reliquiarum fures domum redire nequeunt, nisi prius furtum restituerint* 239 e f. *Reliquiæ ne Colonia efferantur vetat Bonifacius papa IX* 231 c d. *Reliquiarum Franci avidi* 38 b. *Reliquiæ Corbejæ Novæ amissæ* 373 a. *Reliquiæ SS. plurimæ sæculo* XII *Ostiis Tiberinis* 11 b. *Sudarium D. N. J. C. Cadurcis* 38 d. *Indusium B. M. V. Carnotibus* 38 b. *S. Agathæ Zwifalti* 242 a. *Tolosæ corpora apostolorum* 388. *Reliquiæ SS. Benedicti et Scholasticæ sub altari Basilicæ Cassin.* 491 c d e f, 492, 493 d e. *Reliquiæ S. Bertharii abbatis Cassinensis et martyris* 665 c d e f, 666. *Profanatæ ac dispersæ sæc.* XVIII *exeunte* ibid. a b. *Translatio* c d e. *Caput S. Bertharii asservatum usque ad finem sæc.* XVIII *magna cum veneratione in collegiata urbe S. Germani prope Cassinum* 666 a b. *Unius S. Caji papæ plurima corpora* 87 e f, 88 a b. *Reliquiæ S. Columbani translatæ sæc.* XV 615 a b. *Reliquiæ S. Donati, episcopi Fesulani* 652 c d e f, 653, 654. *Reliquiarum translatio S. Hilarionis, episcopi Moglenorum* 407 a b. *Reliquiæ S. Hilarionis abbatis statim post obitum cultæ* 37 f, 38 a. *Brachium S. Hilarionis Venetias Cypro delatum* 40 a b. *Reliquiæ S. Hippolyti, patroni Gerritzheimensis, ponuntur in altari S. Petri, patroni Coloniensis, in signum subjectionis monialium* 216 a b. *Reliquiæ B. Joannis Boni* 742 e f, 793 f, 796 e. *Ad ejus sepulchrum Mantuæ concursus fidelium, qui a beato prædictus fuerat* 783 c, 784 a. *Reliquiæ S. Lupentii M.* 607 c d e; *præsens status* ibid. f, 608 a b c d. *Translationes* ibid. e f, 609 a b c. *Reliquiæ SS. Mariæ et Salomæ reseratæ* 454 a b. *Servatæ exeunte sæc.* XVIII ibid. 454 b c d e. *Solemniter an.* 1448 *elevatæ* 456-476. *Vide* Cultus. *Reliquiæ SS. Melloni paucæ supersunt* 565 e f, 566 a b. *Reliquiæ S. Merovæi monachi Bobiensis* 615 b c d e f, 616 a b c. *Translatio* ibid. *S. Moderamni* 622 a b. *Nuper pars aliqua translata Rhedonas* ibid. d e f. *Instrumentum hujus translationis* ibid. *Reliquiæ S. Martini, minus honeste habitæ, a Deo vindicantur* 301 c. *Reliquiæ S. Nepotiani, episcopi Claromont. Arverniæ* 614 a b d. *Reliquiæ SS. Nunilonis et Alodiæ* 637-641; *præsens status post suppressum monasterium Legerense* 641. *Reliquiæ SS. Simplicii et Constantini. Earum translatio in alterum loculum* 593 b c d; *dein in sacellum S. Bertharii* 594 b. *Denique in sacellum S. Gregorii* ibid. c d e. *Nunc vel confusæ cum aliis vel destructæ* 595 a b. *Reliquiæ S. Verecundi, episcopi Veronensis, in hunc diem servatæ* 588 b d e; *epigramma novum* ibid. *Reliquiæ S. Ursulæ et sociarum, quæ vulgo circumferuntur, quo loco sint habendæ* 256 d e f, 257. *Reliquiæ puerorum inter Ursulanas* 112 c d. *Reliquiæ Ursulanæ diu sine gloria habitæ* 82 a b. *Reliquiis S. Ursulæ singularis honor exhibitus* 287 d e, 288 a b. *Eas quotidie venerabundus adit S. Anno* 298 c d. *Vide* Caput, Corpora, Elevatio, Epitaphium, Ferettrum, Inventio, Libri, Translatio.
Remissoriales literæ *quibus inscribantur* 769 a b; *quibus nominatim inscriptæ fuerint in causa B. Joannis Boni* 768 f; *hæ recitantur* 772 a b
Remoboth *monachi pravi urbani* 35 b; *an eis annumerandi S. Hilarionis discipuli* 36 f, 37 a
Responsum *lepidum consulis Coloniensis* 143 b
Resurrectio Domini *qua die in kalendariis notata* 148 d
Retibus *capiunt hostes Hunni* 116 a
Revelationum *falsarum insignia exempla* 52 et seqq. *Harum plurimæ causæ* 82, 83, 84. *Revelationes, quas sibi homines habere videntur, pleræque falsæ* 414 d. *Revelationes S. Elisabethæ de virginibus Ursulanis* 163 et seqq. *Inter suas revelationes utitur S. Elisabetha Schonaugiensis libris historicis et omnia miscet* 101 a b c. *Revelationes B. Hermanni Josephi examinantur et rejiciuntur* 90, 91, 92. *Revelationes sibi aliquando habere visus est Egbertus, S. Elisabethæ frater* 164 a
Reverendissimi *titulus datus presbyteris* 599 b, 405 d
Rex. *Regius assensus requisitus priusquam episcopi in Germania consecrarentur* 576 c d, 577 e
Ritus patriarchicus *seu Aquilejensis Comi et in canonia de Torello usitatus* 418 b
Ritus triplex, *quid sit et quamobrem ita dictus* 579 d e
Romana sedes; *ad eam deferendas esse causas majores scribit Cummianus Hibernus sæc.* VII 330 f. *Romana sedes cyclum paschalem Alexandrinum adscivit medio sæculo* V 329 c, 331 a. *Romanæ ecclesiæ, tempus indicenti celebrandi paschatis, diversis de causis non statim obedierunt aliqui sancti : num in eo peccaverint* 330 b, 331 e

S

S. *Vide* Sanctus.
Sabbathi *celebratio apud veteres monachos* 34
Sabbathi magici *explicatio* 84 e f, 85 a b c
Saccati *fratres; vide* Saccitæ.
Sacerdotes *multo ante sæculum* XIII *dicebantur presbyteri* 395 f
Saccitæ, *seu fratres de Pœnitentia Jesu Christi* 760 e; *distincti a Tertiariis ordinis S. Augustini* 820 e f; *diversi*

diversi ab eremitis B. Joannis Boni 335 d; *iisdem antiquiores* ibid.
Saccus *monasticus idem ac tunica* 50 d f
Sacrificia *humana in Selandia* 388 f, 390 e
Sacristæ *munus in canonia de Torello* 814 d
Sævitia *Hunnorum* 138 a
Sagittis *quinam populi bello uterentur* 113 d e f, 114 a b c. *Sagittæ arma propria erant Hunnorum* 114 c d e f. *Sagittæ Hunnorum arma* 162 a. *Sagittæ indicio indicantur virgines Ursulanæ in kalendariis buxeis seu runicis* 273 c. *Sagitta picta in tumulo Ursulano* 246 e. *Sagittæ infixæ reliquiis Ursulanis* 242 f. 243 a, 303 a. *Sagittis transfixa corpora Ursulana* 250 d, 302 f, 303 a. *Sagittæ infixæ reliquiis, testimonia sunt cædis Ursulanæ, patratæ ab Hunnis* 113 c d. *Sagitta transfixa fuit S. Ursula* 173 d e, 214 b, 292 d e
Sagus rusticus *S. Hilarionis* 50 d e, 51 b
Salomæ *nomen mulieris, non viri* 438 e
Saltatrices *ter mille cum totidem magistris Romæ retentæ tempore famis* 699 d
Salviæ *frondes quare masticaret B. Joannes Bonus* 713 c
Salutationem *angelicam B. V. Mariæ puer discit S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 a, 413 f, 414 a. *Hæc Salutatio non tota recitabatur ævo B. Joannis Boni* 731 a, 783 f. *Ejus incrementa* 709 e
Sanatio *mirabilis monialis Coloniensis* 279 e
Sanctæ memoriæ *appositum honorificum* 87 a c
Sanctæ mulieres *circa Christi sepulcrum. Textus evangelici elucidatio* 438 f, 439 a b c d
Sanctæ virgines *sæpe dicuntur moniales* 214 e
Sanctorale *monasterii de Cardeña antiquissimum* 626 f, 627 b, 630 e, 637 e, 643 b
Sanctus, *titulis martyrum coævis non inscriptum* 89 e, 90 a b c. *Sancti olim dicebantur etiam illi qui nunc solum beati dicuntur* 748 a. *Sancti qui dici hodie solent* baptizati 433 a. *Sanctorum Vitæ quantum prosint ad famam sanctorum augendam* 15 a. *Sanctorum historiæ veræ incredibiles fiunt per laudatorum fabulas* 73 b c. *Sanctorum cultus in quibus rebus consistat* 392 d e f. *Sanctorum MM. veneratio prohibita a Diocletiano* 14 a. *Sanctorum intercessio et patrocinium* 220 d
Sanguine *Christi scripserat presbyter Cassinensis pro salute infirmi obtinenda. Delicti pœnæ et venia* 402 d. *Alia exempla* 404 e. *Sanguis decurrit ex ligno S. Crucis, in aquam misso* 242 d
Sanguis *emanat ex ossibus SS. Nunilonis et Alodiæ immersis aquæ* 639 a b c. *Sanguis virginum Ursulanarum patrocinium Coloniæ* 135 e. *Sanguis S. Ursulæ Amalphi ebullire dicitur* 141 a b. *Sanguine adhuc rubet Ursulanæ virginis corpus anno* 1105 *repertum* 239 d. *Sanguis decurrit a manibus presbyteri qui reliquias Ursulanas tractaverat* 239 d. *Sanguis fluidus repertus in altari basilicæ Ursulanæ* 213 e. *Sanguis arena concretus repertus in sepulcris Ursulanis* 140 b c, 141 a b, 250 b c. *Sanguine repleta vasa reperta in tumulis Ursulanis* 256 d
Sarcophagus *S. Maximini* 449 f, 450. *S. Mariæ Magd.* 451. *Uterque ætate Constantini posterior* ibid e, 452 a
Sarculum *ad fodiendam terram* 53 a
Sationis *tempus in Ægypto* 24 c
Saturnis *dies* 363 e. *Vide* Dies, Planetæ.
Satyrorum *in deserto timor* 46 d
Sauses *cœnobitæ Ægyptii* 33 b
Scabinorum *genus duplex, palatii et civitatum* 372 d
Schedula *reperta in sepulcro S. Mariæ Magdalenæ* 444 f, 445 a
Schismaticos *abhorrebat B. Joannes Bonus* 733 a. *Schisma in congregatione B. Joannis Boni* 733, 734 d
Schœnus *valet quatuor milliaribus* 18 c
Scholas *Alexandrinas adit S. Hilarion* 18 b. *Scholarum publicarum pericula* 422 b. *Schola in atrii conclavi apud canonicos* 223 c. *Scholæ olim apertæ in festo SS Remigii et Bavonis; Coloniæ in festo S. Ursulæ* 287 f. *Scholarum magister S. Florini Rodelbonus, qui et pastor in Rhens* 222 d
Scientia *S. Hilarionis laudata* 32 e. *Scientia cælitus indita B. Joannis Boni* 719 e f
Scotorum *nomine usque ad sæculum minimum* x *non Scoti hodierni, sed Hiberni veniebant* 226 b
Scribæ *digiti integri servati* 92 e
Scriptorum *novorum vindiciæ* 398 f, 399 a b
Scripturæ Sacræ *comburi jubentur a Diocletiano* 13 e f. *Scripturas inter deambulandum cum fratribus interpretatur S. Hilarion* 47 d. *Eas memoriter tenet et recitat* 33 e. *Alii item monachi* 34 a
Sculptura *floret Coloniæ* 133 f
Scurræ *in curiis banditis* 699 c
Scutarii, *milites principum stipatores, a Constantino instituti; olim scutorum fabri* 55 c, 56 c
Scutella *scissuris plena a B. Joanne Bono miraculo resarcitur; ejus particulas detinentibus promittitur salus* 739 c
Scyphum *benedictum equis circensibus præbendum curat S. Hilarion* 48 a b
Sepultura *olim intra civitatum ambitum vetita* 139 d. *Sepeliebatur ante sæculum* VII *nemo intra mœnia civitatum* 314 b. *Sepeliebantur non semper sæculo* V *homines in loco ubi vixerant* 320 d. *Sepulcris ne alia inferantur cadavera aut certa tantum, cautum in titulis* 211 d e f. *Sepultura nemo donari dicitur in agro Ursulano* 94 a. *An vere* 253 f, 254, 255. *Sepulcris humidis integrius servantur ossa* 420 a b. *Fragrantia sepulcrorum unde sæpe orta* 420 a b. *Sepeliendi aliquot ritus* 420 b. *Sepultura martyrum. Aromata, linteamina etc.* 7 e. *Sepultura fraudantur martyres* 14 a. *Sepultura episcoporum in ecclesiis cathedralibus; quo sæculo mos iste cœpit* 632 d. *Sepultura monachorum S. Michaelis ad Mosam singulari lege statuta* 316 b. *Sepulcrorum violatores* 211 d. *Sepulcri Domini reliquiæ delatæ in Gallias* 38 e. *Sepulcrum S. Antonii absconditum* 53 b. *Sepultura B. Gundisalvi de Lagos* 426 d. *Terræ pulvis hinc acceptus ad curandos morbos* 426 e. *Sepulturæ expensæ pro beato Hieronymo Garibo ex ordine FF. Minorum* 891 f, 892 a. *Sepelitur S. Hilarion suis indutus vestibus* 57 f, 59 d. *Sepulcrum B. Joannis Boni invisitur a multis et ornatur* 755 b, 852 d, 854 b, 856 b c; *Vide* Arca, Mausoleum. *Sepulcro gentili impositum fuit S. Mauronti episcopi corpus* 369 c. *Item corpus B. Guidonis de Cortona* 369 e. *Sepultura mirum in modum insignis virginum Ursulanarum* 140 b c d, 161 e. *Sepulcrum S. Wulfilaci describitur* 3 e f.
Sequentia *de S. Mellono* 369 a b c. *Sequentiæ de S. Ursula et sodalibus* 282 e f, 283 a b, 284 a b c d
Serapis *subversio a Sophronio descripta* 16
Serenitatis *petendæ causa circumferuntur S. Columbinæ reliquiæ* 281 b
Serpentes *in limitibus Ægypti et Palæstinæ* 18 b. *Serpentes post pluviam in Ægypto orti* 34 f. *Serpentium venena solvuntur oleo benedicto a S. Hilarione* 24 c

Servitus, Servus. *Servitute se liberat S. Malchus per fugam* 65 e. *Servus erat S. Viator, lector Lugdunensis* 71 f. *Servorum nomina germanica* 217 b. *Servum ecclesiæ sanctarum Virginum Coloniensium nuncupat se Hillinus Trevirensis archiepiscopus* 222 b. *Serviens frater, id est deputatus servitio B. Joannis Boni* 710 a. *Plurium nomina* 711 f. *Servi dicti et habiti conversi* 410 c
Sexta. *Vide* Horæ.
Siccitas *ob S. Antonii mortem* 54 e f
Silentii *cura B. Joannis Boni* 715 b c; *tempore quadragesimæ* 752 a, 777 b, 781 c, 858 c; *in quadragesima et diebus dominicis* 843 b, 844 a; *item die communionis* 822 c
Simonia *non abest a distributione reliquiarum Ursulanarum* 247 c, 248 a b c
Societatis Jesu *collegia passim donata Ursulanis reliquiis* 253 e
Sodalitas, Societas. *Societates Cracoviæ, per Germaniam, in Gallia et alibi institutæ in honorem S. Ursulæ* 293 e f, 294 et seqq. *Sodalitium S. Donati, episcopi Fesulani* 634 b. *Sodalitium SS. Nunilonis et Alodiæ* 634 b c d. *Sodalitas Ursulana Olisiponensis a Sixto papa V jubilæo donatur* 256 c. *Sodalitas S. Ursulæ Romæ* 289 d. *Sodalitas S. Ursulæ Conimbricensis* 290 b; *aliæ in Indiis Orientalibus* 290 d. *Sodalitatis Ursulanæ in India origo* 252 e. *Vide* Congregatio, Confraternitas.
Sodomia *Hunnorum et Taifalorum* 137 d e
Sol *cultus a Blemmybus* 29 a
Solitudinem *perditam deflet S. Hilarion* 52 d. *Solitudinem amat B. Guilielmus, episcopus Comensis* 419 f, 420 a
Somnia *quomodo a veneficis creduntur tamquam res veræ* 84 e f, 85 a b c. *Somnia adjuvant conversionem incolarum Libani* 20 d
Somnus *brevissimus B. Joannis Boni* 710 e
Sorores *adhuc dicebantur canonissæ S. Ursulæ anno* 1174 22 d
Sorores Domini, *quæ et quomodo* 456 b c d e f
Spectacula *medio ævo* 669 b
Speluncæ, *in qua vixit B. Joannes Bonus, status hodiernus* 775 f
Spei *virtus in B. Joanne Bono* 719 f, 720 a
Splene *laborantibus opitulatur B. Joannes Bonus* 765 c, 858 et seqq.
Stabilitas *Benedictina non videtur initio servata Fontanellæ* 355 d
Stataria *ignota Hunnis* 114 c
Stationarii, *quid* 548 d
Sterilitatem *fœminæ precibus suis aufert S. Hilarion* 46 f, 47 a
Stipulatio subnixa *diplomati* 216 d
Stola *in imaginibus orientalibus quid designet* 688 e. *An presbyteratus signum in tabulis græco-moschis* 41 d
Stratum *junceum S. Hilarionis* 50 d, 52 a
Studia *florent adhuc sæculo* III *Alexandriæ* 18 d. *Studia S. Hilarionis* 44 a
Stylitarum *modi* 3 e
Sub dio *pernoctat S. Hilarion* 32 e
Subjectionis *admittendæ singularis ritus* 216 b
Subsidia *voluntaria, extraordinaria etc., olim ab ecclesiasticis donanda, æqua erant et justa* 314 e
Sudarium *D. N. J. C. Cadurcis* 38 d
Suffocatos *liberat B. Joannes Bonus* 813 d
Suffraganeus *episcopus Viroduni sæculo* XIII 312 a
Supellex *S. Hilarionis* 32 b
Superiorum *regularium exemplum B. Gundisalvus de Lagos* 424 e f
Superpositio *cadaveris super cadaver vetita* 510
Supplicatio *in honorem SS. Nunilonis et Alodiæ* 634 d. *Supplicatio annua, in honorem S. Ursulæ celebrata Coloniæ, olim celeberrima* 288 a b
Surditas *ope B. Joannis Boni curata* 766 e f, 767 c, 809 e, 877 et seqq.
Symbolum parvum *seu* Apostolorum *puer discit S. Bertholdus, conversus Parmensis* 412 a, 414 a. *Symbolum apostolorum impugnabant et negabant totum Manichæi medii ævi* 717 e, 718 a. *Symbolum illud versantibus inter hæreticos commendat et recitare suadet B. Joannes Bonus* 718 a
Synaxarium Ruthenorum 490 e
Synodus *in campo Lene, seu Leghlene, in Hibernia, de controversia paschali* 330 et seqq.; 339 b c d. *Non fuere duæ ea de re synodi in locis duobus diversis, qui tamen uterque dictus fuisset campus Lene* 330 d, 331 et seqq. *Synodus quinta malis initiis et mala intentione auspicata* 477 f; *in ejus Actis haud pauca supposititia* 478 a

T

T. *Hac litera anonymus designatus* 92 a d
Tabe *consumptis opem fert B. Joannes Bonus; vide* Phthisis.
Tauris *dirimendum committitur ubi sepeliendum S. Wendelini corpus; item S. Noitburgæ* 346 b c d
Teloneum *datum a Carolo Magno monasterio S. Victoris* 366 b. *Aliud teloneum* 366 c
Templorum *plura genera probe discernenda* 214 d e. *Templum unum erat in singulis civitatibus episcopalibus præter patriarchales* 214 c d. *Templa et oratoria in honorem S. Ursulæ* 288 c d e f, 289, 290. *Templa destrui jubentur a Diocletiano* 13 e f. *Vide* Ecclesia.
Tentationes *S. Hilarionis* 44 c d. *Tentationem carnis, ingestis sub ungues arundinibus, vincit B. Joannes Bonus* 711 d, 749 b c
Terræ motus *anni* 365 *celeberrimus. Miraculum S. Hilarionis* 27 d e f, 28 a b c, 56 f
Tertia. *Vide* Horæ.
Tertiarii *ord. S. Francisci quoties ex præscripto suæ regulæ communicent* 721 a. *Tertiarii congregationis B. Joannis Boni* 760 d e, 791 d, 820 e f, 837 f
Testamentum *facit S. Hilarion et S. Antonius* 32 e, 57 e f. *Testamento S. Condedus, utut monachus, plures villas confert Fontanellensibus* 357 a, 358 d
Testes *processus secundi in causa B. Joannis Boni sunt* sacramentales *seu testes jurati* 769 d, 770 a e. *Testes processuum, in causa B. Joannis Boni habitorum, quot et qui fuerint* 770 b
Tentoria *in Oriente ex quo panno fiunt* 30 e f
Theatrum *non adit S. Hilarion puer* 44 a. *Theatrorum pestis profligata a Salviano* 134 d. *Perdite amata a Romanis* 134 e
Thus, Thurificatio. *Thus in sepulcris positum* 420 b. *Thurificatio seu acolytharum munus per hebdomadas distribuebatur inter monachos Cassinenses* 401 b, 404 d
Tirocinium *inter veteres monachos* 33 c d; *quodnam sæculo ineunte* IV *erat* 19 f, 20 a
Tituli *male intellecti. Hinc forte nonnulli viri inter cælites relati* 304 *et* 305. *Tituli sinceri priscorum episcoporum* 87 a b c, 90 a b. *Tituli Ursulani Colonienses falsi* 83 f, 86, 243, 244. *Vide* Epitaphium, Inscriptio.
Tonsio *capitis monachorum sæculo* IV *nondum præcepta* 46 c. *Tonsura fratrum eremitarum B. Joannis Boni* 714 e
Tormenta *varia MM. Nicomediensium* 13 f, 15 a
Torris *seu ramus cerasi ambustus plantatur a* 139 *B. Joanne*

B. Joanne Bono et mox frondescit et fert optimos fructus 759, 785 c d
Tosorther. *Vide* Æsculapius.
Traductio. *Vide* Interpretes.
Tragœdiæ *sæculo* XII *et* XIII *non videntur Italis fuisse usitatæ* 698 f, 700 e
Translationum *nomine sæpe donantur elevationes reliquiarum* 257 f, 258 a. *Translatio seu acceptio solemnis reliquiarum apud Walciodorenses monachos* 240 b. *Translatio corporis S. Bertholdi, conversi Parmensis* 410 f, 411 a b c. *Translationes B. Gundisalvi de Lagos* 326 d e f. *Translationes S. Joannis Rylensis* 685 et seqq. *Translatio seu potius elevatio corporis B. Joannis Boni* 1251, 765 a; *vide* Elevatio. *Translatio corporis B. Joannis Boni prima* 759 et seq., 755 b c f, 756 a. *Translationes annorum* 1545, 1585, 1775 *et* 1798, 741 et seq. *Translatio solemnis S. Karissæ Viconiam* 247 e f, 248 a b c. *Translatio SS. Nunilonis et Alodiæ Bononiam, Italiæ urbem, fictitia est* 656 d e f, 657 a b c. *Translatio solemnis corporis S. Verenæ et S. Cæsarii Schonaugiam* 164 d. *Translatio corporis S. Ursulæ* 255 f, 256, 257 a b. *Translatio solemnis corporis virginis Ursulanæ anno* 1105 *retecti* 259 d. *Transfert solemniter S. Norbertus reliquias Coloniæ acceptas* 241 b c. *Translatio solemnissima reliquiarum Ursulanarum Olisipone* 255 f, 254 et seqq.
Triades *Britannicæ* 106 e f
† Trinitatis *mysterium coram Saracenis profitentur SS. Georgius, Joannes, Julianus et socii* 561 c. *S. Trinitatis festum quando celebrari cœptum* 573 e f; *ecclesia, a S. Mellono Rothomagi fundata, non fuit consecrata sub hoc titulo* 574 a
Tristitia. *Vide* Melancholia.
Triumphi *militaris descriptio* 161 c d
Tugurium *S. Hilarionis* 32 e f. *Ejus discipulorum* 33 b. *Tuguria monastica et alia, ex ramis constructa in Bulgaria* 684 e, 688 f
Tumefactis *corpore succurrit B. Joannes Bonus* 808 f et seq.
Tumuli, *colles in quibus dii colebantur* 552 d
Tunica *B. Joannis Boni, a febricitantibus utiliter honorata* 747 d. *Vide* Cuculla.
Tunica cilicina *quid sit* 30 e f, 31 a b
Tussis *gravis sanatur ope B. Joannis Boni* 786 a

U

U *pro* o *longo in titulo Trevirensi* 86 f
V, f, ph, p, b *litteræ mutatæ in* g *et* ch 308 d
V. C. *siglæ* 211 b, 212 b
Valdenses *hæretici ab Albigensibus valde diversi* 716 e
Vasa *in tumulis Ursulanis reperta* 140 d
Vasa rubricata, *quæ et sanguinea, affixa sepulcris eorum, quorum mors in titulo defletur* 8 f, 9 a
Vectigales *se posterosque faciendi modus in beneficium ecclesiarum* 220 b e f
Velum *virginum seu nigrum datum canonissis Aquisgranensibus* 224 d
Veneratio *SS. Antonii et Hilarionis mutua* 19 e f. *Veneratio in S. Hilarionis monachos* 34 d
Veniæ *majores et minores* 404 b. *Venia multorum dierum quomodo fieret brevi tempore* 400 d e, 408 b
Ventris tumor; *vide* Hydropisis.
Venus *culta a Saracenis* 21 b c
Verba otiosa *B. Joanni Bono numquam excidunt* 722 b, 733 f, 773 a
Vermibus *vexatum puerum signo crucis liberat S. Bertholdus, conversus Parmensis* 413 b
Vertendi *scripta modus olim nequaquam scrupulosus* 17 b c
Vesperas *et Vigilias cantabant pristini eremitæ* 33 d e f, 34
Vestes *pretiosæ datæ joculatoribus* 699 e f, 700 a b. *Vestes pretiosæ nendo et texendo elaboratæ* 220 b. *Vestes Hunnorum* 115 e. *Vestibus pullis monachi distincti a civibus* 30 f. *Vestibus albis usi monachi Benedictini Meldenses sæculo* IX 309 a. *Vestitus modestus sit canonicorum* 223 d. *Vestibus lineis albis utebantur canonissæ Aquisgranenses* 224 d, 226 c. *Vestes earum sæculo* X *longe pulcriores quam monialium* 226 a b. *Vestes etiam magis pretiosæ canonissarum sæcularium* 227 b. *Vestes lineæ depositæ a pœnitentibus et peregrinantibus* 313 a, 318 a d; *ab iisdem lanæ adhibitæ* 318 d. *Vestibus tecti sepeliuntur martyres* 139 b c. *Vestes loco reliquiarum habitæ* 139 c. *Vestitus S. Hilarionis* 30 d. *Vestitus S. Jacobi Nisibeni* 61 f. *Vestem eremiticam anno circiter* 1225 *assumit B. Joannes Bonus* 706 d e f, 714 d e f, 715. *Ejusdem vestis* 753 a, 772 f, 788 d, 782 a; *industriæ ut sibi agendæ pœnitentiæ inservirent* 785 a. *Ejus vestes incorruptæ servantur post plura sæcula* 738 et seq., 755 c. *Vestes eremitarum B. Joannis Boni* 738 d e f, 739 a. *Vestes sacræ. Vide* Ornatus.
Vestigia *Domini Hierosolymis* 146 b c
Viaticum *secum ferunt S. Hilarionis monachi* 32 c d, 34 d, 52 f
Vicarii *Romanorum pontificum* 103 b c d e
Vicedominus *Massiliensis, judex aut notarius* 371 d, 373 d
Vigiliæ *S. Gebizonis* 400 a. *Vigiliæ orando transactæ a B. Joanne Bono* 838 c; *vide* Oratio.
Vigiliæ. *Vide* Vesperæ.
Vindemiæ *apud Gazam tempus* 34 c d
Vineæ *culturæ antiqua fata in Galliis* 313 d e f, 314 a. *Vineam colebat S. Antonius* 53 a. *Vineam quoque habuit S. Hilarion* 32 b. *Item discipuli* 33 b. *Vinea, benedicta a S. Hilarione, prodigiose ferax* 52 b
Vinitor *socius S. Abercii singulari modo pœnas luit susceptæ fraudis* 506 f, 507 a
Vinum *expressisse videtur S. Hilarion* 32 b. *Vini quantitas quotidie olim danda canonicis et monachis* 218 a b c. *Quid de vino absentium canonissarum S. Ursulæ faciendum sit* 229 e f. *Vinum, aqua decocta mixtum, adhibet B. Joannes Bonus* 713 b. *Vini carratæ pretium sæculo* XI 217 f. *Vinum prodigiose non effunditur* 345 d
Vir Clarissimus *siglis* V. C. *exprimitur* 211 b, 212 b
Vir Consularis *siglis* V. C. *exprimitur, immo* Vir clarissimus 211 b, 212 b
Virgæ. *Vide* Disciplina.
Virgines *olim atque etiam nunc dicuntur in liturgia mulieres nuptæ et corruptæ* 143 e f. *Virgines non erant omnes S. Ursulæ sodales* 143 a b c d e f, 144 a. *Virginum illibatarum habitus in Germania sæculo* XII 185 d
Virgo Dei *seu Deo consecrata a juvenis procatione et incantatione per S. Hilarionem liberata* 48 b c. *Virginum olim erant quatuor ordines* 307 b
Virgines. *Vide* Alexandrinæ.
Virtutes, *pars pristini Catechismi parvi* 709 e
Visionibus *interdum res humanas rexit Deus* 210 e f. *Visionibus dignoscuntur reliquiæ Ursulanæ* 248 e f, 249 b d e, 250 d e. *Visionibus retectæ reliquiæ Ursulanæ* 281 f. *Visionibus indicatæ reliquiæ, quo loco sint habendæ* 256 e, 281 f. *Visio in somnis, qua*

qua jubetur mulier restituere reliquias Ursulanas 239 d e. *Visio Ailardi, presbyteri et monachi S. Michaelis ad Mosam* 312 c d. *Visio S. Benedicti Maceracensis de judicio particulari* 625 e. *Visio S. Alexandri papæ, apparentis S. Bertholdo, converso Parmensi* 412 d. *Visionibus incitatur Clematius ad restituendum S. Ursulæ templum* 154 f. *Visiones S. Gebizonis Cassinensis incredibiles* 400 b c d e f, 401 a b c d e, 402 b e f, 403 a b c. *Visiones Joannis, eremitæ in Anglia* 295 e f. *Visio B. Joannis Boni post victam gravissimam tentationem, in qua perseverantia ei promittitur* 747 a. *Visionem habet S. Norbertus, qua detegitur Ursulanæ virginis corpus* 241 b. *Visio S. Petri, facta S. Servatio seu Aravatio Tungrensi episcopo* 153 a b. *Vide* Apparitio, Revelatio.

Visio beatifica *post hanc vitam a Rossis aliisque Slavis admissa* 691 b f, 692 a

Visitationem *monasteriorum instituit Wichfridus, Coloniensis archiepiscopus* 119 a. *Visitat S. Hilarion statis temporibus suos monachos* 21 e f; *in visitando monachos suos quam rationem sequeretur* 34 c d, 51 e f

Vita communis *inter veteres monachos* 33 b c; *omnino præcepta canonicis de Torello* 418 a

Vitaspatrum, *collectio sæculo* v *orsa* 16 c. *Vitæ Sanctorum falsæ improbatæ* 86 a. *Vitam B. Joannis Boni qui scripserint* 745 et seq.; *summarium, auctore S. Antonino, episcopo Florentino* 746 e; *alia auctore Calepino* 748 d. *Vide* Sancti.

U

Ulceribus *laborantes liberat B. Joannes Bonus; vide* Cancer.

Unio magna, *quam vocant, plurium congregationum eremitarum ab Alexandro* VI *anno* 1256 *peracta* 725 c, 735 a b, 784 f

Voracitas *Hunnorum* 137 f

Votum. *Locutio* pro voto *in titulis* 211 b

Ursulanæ *sanctimoniales Coloniæ* 583 e. *Vide* Canonissæ.

Utres *in transmittendis fluviis adhibiti* 65 e f

Uvas *comedunt S. Hilarionis discipuli* 32 b

Wiblingi; *vide* Ghibellini.

Vulcanus *sculptus in S. Mauronti sepulcro* 369 c

Vulnera *propria miraculo sanat* 793 a b. *Alios vulneribus affectos liberat B. Joannes Bonus* 761 a, 764 b, 766 a b, 812 c

Vulpem *cogit S. Condedus ad referendum gallum* 355 a b, 357 b

Uxores *sequuntur viros, militiæ Romanæ adscriptos* 156 b

Z

Zelus *S. Hilarionis in convertendis infidelibus* 34 e f; *et passim. Zelus animarum B. Joannis Boni* 721 a b c d; *item de salute subditorum* 788 d, 789 b; *de perfectione fratrum suorum* 719 c d, 721 d e, 755 c; *item pro tuenda fide contra hæreticos* 715 et seqq.; *et contra excommunicatos et schismaticos* 718 et seq.

Zona pellicea *usus est S. Antonius* 32 a

CORRIGENDA.

Pag. 59, *col.* 2, *lin.* 54 ἀπαζαι-*l*-ἀπαξαι.
Pap. 63, *col.* 1, *lin.* 3 sociis-*l*-sociis ab.
Pag. 68, *col.* 1, *lin.* 5 hac de-*l*-hac de re.
Pag. 80, *col.* 1, *lin.* 28 esset-*l*-essent.
Pag. 102, *col.* 1, *lin.* 32 potuit-*l*-patuit.
Pag. 148, *col.* 1, *lin.* 36 Atrebatensi-*l*-ex Atrebatensi.
Pag. 151, *col.* 1, *lin.* 62, nos-*l*-non.
Pag. 212, *col.* 1, *lin.* 48 capti-*l*-capiti.
Pag. 215, *col.* 1, *lin.* 60 *ad marginem* Hasselt-*l*-Hasloe.
Pag. 218, *col.* 1, *lin.* 21 rego v in i-*l*-regio vini.
Pag. 246, *col.* 1, *lin.* 44 accidit-*l*-occidit.
Pag. 252, *col.* 1, *lin.* 1 invidua-*l*-invidia.
Pag. 329, *col.* 1, *lin.* 4 cuit-*l*-cui.
Pag. 351, *num.* 28, *lin.* 16 *post* adducit *adde* Colganus.
Pag. 332, *num.* 32, *lin.* 5 episcopos-*l*-sanctos.
Pag. 341, *col.* 1, *lin.* 23 plurimi intererant episcopi-*l*-intererat episcopus Imelacensis et plures sancti viri.
Pag. 341, *lin.* 32 episcopi-*l*-sancti viri.
Pag. 368, *col.* 1, *lin.* 51 scripto-*l*-scriptio.
Pag. 368, *col.* 2, *lin.* 20 Joannes XIV-*l*-Joannes XIX.
Pag. 390, *col.* 1, *lin.* 18 quos-*l*-quod.
Pag. 403, *col.* 2, *lin.* 16 fere-*l*-fuere.
Pag. 441, *col.* 2, *lin.* 42 cultu de *deleatur* de.
Pag. 448, *col.* 1, *lin.* 38 Epithanii-*l*-Epiphanii.
Pag. 454, *col.* 1, *lin.* 32 Instrumentis-*l*-Instrumento.
Pag. 464, *col.* 1, *lin.* 24 Septembris 1540-*l*-1450.
Pag. 535, *col.* 2, *lin.* 39, anno 804-*l*-408.
Pag. 542, *col.* 1, *lin.* 54 Christi 314-*l*-304.
Pag. 575, *lin.* 5 Mercarii-*l*-Macarii.
Pag. 637, *col.* 2, *lin.* 11 præpetuo-*l*-perpetuo.
Pag. 696, *num.* 13, *lin.* 7 *et* 8 *deleatur parenthesis.*
Pag. 697, *col.* 1, *lin.* 51 *et seqq.* 1369-*l*-1169.
Pag, 697, *col.* 1, *lin.* 53 *et seqq.* 1268-*l*-1168.
Pag. 704, *num.* 44, *lin.* 2 MCCCVIII-*l*-MCCVIII.
Pag. 706, *num.* 52, *lin.* 9 qui in anno gestæ rei multum errat : MCDII-*l*-in hunc modum : MCC (lege MCCVII vel MCCVIII).
Pag. 726, *num.* 119, *lin.* 5 qui etiam in processu-*l*-cujus capellanus in processu.
Pag. 750, *col.* 2, *lin. ult.* scriptæ-*l*-descriptæ.
Pag. 755, num. 166, *lin.* 11, diem 8-*l*-initium.
Pag. 756, *col.* 2, *lin.* 25 *parenthesis deleatur.*
Pag. 742, *num.* 192, *lin.* 25 quam-*l*-quæ.
Pag. 755, *annot.* n *lin.* 2 de quo vide ad num. 294 processuum *deleantur*
Pag. 818, *annot.* b Quasi... horam *adde :* id est, moram.
Pag. 818, *annot.* b Sed retinenda locutio clara hujus testis *deleantur.*
Pag. 822, *annot.* d *deleatur.*
Pag. 856, *annot. lin.* 9 biennio ante mortem *dele.*
Pag. 857, *annot.* a, *lin.* 20 115,795-*l*-550,000.

FINIS.